



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.


Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



LIBRAIRIE
Ancienne et moderne
de ADURAND.
Rue des Grands-Carmes





~~11~~

10

BE 793
12

BIBLIOTHECA

SCRIPTORUM

MEDIOLANENSIVM.

TOMVS PRIMVS.



PHILIPPI ARGELATI
BONONIENSIS
BIBLIOTHECA

SCRIPTORUM MEDIOLANENSIVM,

S E U

ACTA, ET ELOGIA

VIRORVM OMNIGENA ERVDITIONE ILLUSTRIVM,
QVI IN METROPOLI INSVBRIÆ, OPPIDISQVE
CIRCVMJACENTIBVS ORTI SVNT;

A D D I T I S

LITERARIIS MONVMENTIS POST EORVMDIVM OBIVM RELICTIS,
AVT AB ALIIS MEMORIE TRADITIS

P R Æ M I T T I T U R

CLARISSIMI VIRI JOSEPHI ANTONII SAXII


Collegii SS. Ambrosii, & Caroli Oblati, necnon Bibliothecæ Ambrosianæ Præfeci

HISTORIA LITERARIO-TYPOGRAPHICA MEDIOLANENSIS

AB ANNO MCDLXV. AD ANNUM MD. NUNC PRIMUM EDITA;

UNA. CVM INDICIBVS NECESSARIIS LOCVPLETISSIMIS.

T O M V S P R I M V S .



BIBLIOTHÈQUE S. J.
Les Fontaines
60 - CHANTILLY

MEDIOLANI, MDCCLV.

IN ÆDIBVS PALATINIS.
SUPERIORVM PERMISSV.





Herrnlin inv.

Jac. Mercurius Sculp.

AUGUSTISSIMÆ REGINÆ
 MARIÆ THERESIÆ
 AUSTRIÆ
 ROMM. IMPERATRICI

PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS
 VITAM, ET FELICITATEM.



Amdiu est, IMPERATRIX AUGUSTISSIMA, quòd novissimos bosce labores meos Majestati Tuæ dedicare cogitaveram, humillimisque, ut par est, precibus petitam inscribendi Sacratissimi Nominis Tui facultatem, Clementiâ, qua soles, datam esse intellexeram, sed cognita necessitate secundarum curarum operi absolvendo, plus moræ interpositum est, quàm quod animo designaveram, atque inde impatienti sollicitudine vexabar; sed ecce absolutis interim S. R. Imperii Comitibus, optatissimus ad nos Nuncius mense transacto pervenit, quo

cognitum est, SERENISSIMUM FRANCISCUM LOTHARINGIUM, MAGNUM HETRURIÆ DUCEM, ac Maritum tuum ad Imperii fastigium elatum esse, ac Te, quæ Patrem, & Avos Cæsarea

rea

rea dignitate, gestisque suis immortales representas, Imperialem purpuram, in qua nata es, ad Christiani Nominis utilitatem induisse. Non amplius itaque cunctandum censui, ut priori novum gratulationis accederet officium, quod unice versatur in effundendis ad Deum assidue precibus, ut quos Providentiâ suâ nobis dedit Augustissimos Conjuges diu servet incolumes ad subditarum sibi Gentium, & Christianæ Religionis incrementum. Dedicacionis verò consilium unum hoc est, **AUGUSTISSIMA IMPERATRIX**, ut Cæsaris **CAROLI VI. Patris Tui** memorie nunquam interiturae grates in Te perpetuò rependam ob ingentia in me collata beneficia, quibus ingenii mei foetus, qualescumque sint, Imperiali ejus munificentiae me debere sentio, & qui benignissimum Patronum amisi publica debiti professione ad Imperiale Solium Tuum accedens hoc solatii habere possim, ut Tu **IMPERATRIX OPTIMA** Regiae benignitatis favore dedititium paternum servum in clientelam recipere non dedigneris. Munus offero exiguum quidem, sed quantum pro viribus dari potuit in hac nova Collectione Scriptorum omnium Mediolanensium, quos cognoscere potui ab assidua lectione Rerum praecipue Italicarum, quibus edendis olim non infelicem operam praestiti hac in Urbe, quam meam secundam, non a fortuna, sed ab electione, patriam appello. Plura in hoc Opere sunt monumenta liberalitatis, per quam Austrii potissimum Principes ad Literas, & Artes excitarunt, cupidos earum homines domi, forisque usui futuros, vel pace, vel bello; crescunt enim sine praemiis ingenia, usque in altum doctrinarum pelagum elatis, dira paupertas est scopulus, quo naufragium patiuntur. Hanc ego calamitatem evitare haecenus potui, juvante Augustissimo Patre Tuo divae memoriae, neque despero munificentiae Tuae praesidio impofterum esse declinaturum. Accipe igitur, **CLEMENTISSIMA IMPERATRIX**, humillimi obsequii mei signum in Libro, quem ad Majestatis Tuae pedes sisto inter plausus, & acclamationes novae dignitatis, neque ad muneris pretium respice, sed ad animum offerentis Austriae Domui perpetuò addictum, dum votis nunquam intermissis pro incolumitate Tua, & Augusta Familia, in qua Spes publicae locatae sunt, prospera cuncta a Deo Optimo Maximo precor, & *Victorias*.

Dabam Mediolani Pridie Kal. Novembris MDCCXLV.



**LECTORI HUMANISSIMO
PHILIPPUS ARGELATUS
BONONIENSIS
S. P. D.**



Antus est veterum ac novissimorum Scriptorum numerus, ac tanta editorum librorum copia, eorumque præsertim, qui ope artis, ut ajunt, typographicae per tria ferme secula doctrinas omnes vel illustrarunt, vel plus quàm fortasse oportuerat coluerunt, ut bonarum Artium studiosis miraculo sit, atque, ut liberè dicam quod sentio, non semel impedimento, ac terrori, quasi mare vastissimum atque immensum sint ingressuri. Quamobrem Eruditorum hominum consilium probavi, qui longissimæ navigationis fines, ne à metaphora discedam, assiduis laboribus suis in aliorum utilitatem explorarunt. Scriptores eos intelligo, qui diuturna lectione sua

comparatam eruditionem ceteris communicarunt, & Scriptorum censum egerunt; Photium Patriarcham Constantinopolitanum imitati, qui primus utilitatem operis inter Græcos agnovit, licet ætate sua minor esset Scriptorum numerus, atque librorum; neque contentus Bibliothecam suam adornasse, judicium de singulis protulit ea felicitate, quæ hominem doctrinis omnibus institutum, supra quàm credibile sit, Gentibus omnibus commendavit.

Latinis verò nostris aliquot, non absimile consilium fuit; atque ut de ceteris taceam D. Hieronymus Ecclesiasticorum Scriptorum Catalogum, Romani Cleri eruditioni consulturus, composuit; sed suffocatis deinde Barbarorum excursionibus in Italia literis, cessatum est ab earum cultu, donec oppressis pari fortuna Turcarum feritate cultissimis olim Græcis, in Italiam nostram, & in hanc potissimum

Tom. I.

†

Civi-

Civitatem à literatissimis ejusdem Nationis Viris, qui ad regiam Mediceorum & Vicecomitum liberalitatem à Patria expulsi confugerant, iterum sunt restitutæ. Hinc factum est, ut renovatis bonarum Artium studiis, excitatisque ad scribendum Itatorum ingeniis, & crescente in dies libraria suppellectile, difficile nimis factum sit ipsis Principibus Viris universales Bibliothecas instituere in tanta varietate materiarum, atque linguarum, post natam præsertim inter cultiores Europæ Populos æmulationem, qua de Studiorum præstantia, nostro potissimum ævo, inter se certare videntur, & ad literarum gloriam contendere; unde auctus est in immensum & MSS. Codicum, & impressorum librorum numerus, quorum exemplis comparandis regię non sufficiunt opes, quod satis experimento probatum est ab ipsis Summis Pontificibus, Imperatoribus, ac Regibus, qui thesauris profectò ingentibus in eam rem erogatis, literarum incremento instructissimas Bibliothecas dedicarunt; at ne unus quidem numeros omnes absolvere potuit, & quod etiam deterius est, nullus adhuc apparuit Index, qui Scriptorum omnium nomina saltem exhibeat, & librorum argumenta, uno tantum excepto *P. Raphaële Savonarola* ex Clericis Regularibus, quos Theatinos vocant. Is Patavii amplissimum Opus designavit in Orbe suo literario, quo Hebraicos, Chaldaicos, Syriacos, Græcos, Arabicos, Persicos, Armenos, Germanicos, Æthiopes, Ægyptios, Italos, Gallos, Hispanos, Bohemos, Pannonios, Anglos, Belgas, & ceteros ceterarum Nationum Scriptores collegit assiduâ viginti annorum curâ, quibus latissimum Indicem composuit in quadraginta & amplius tomos manu sua scriptos distributum, eosque utinam invisere potuissem, plura ex doctissimi viri laboribus in meam hanc Bibliothecam deducturus, licet mirandum opus ad exitum usque præteriti seculi perductum fuerit, vincente humanas vires argumento. Inde fortassis novo consilio factum est, ut doctissimi Viri singuli inter singulos latissimas Provincias partiti sint, & apparentibus in lucem publicam ornatissimis diversarum Nationum Bibliothecis fovisse quasque ad æmulationem virtutis, & laudis desiderium videantur. Quid enim aliud sibi voluisse dicendum est Auctores Germanicæ, Gallicæ, Hispanicæ, atque Italicæ Bibliothecæ, quàm de literarum gloria per Scriptorum suorum album certare, ingenioque & præstantia studiorum contendere? Neque hujusmodi amor intra solos Regionum fines contineri potuit, prodeuntibus publicam in scenam factis literatorum Virorum, ex quibus Civitates plurimum sibi decoris, & ornamenti accessisse existimarunt, & ad earum exemplum Societates etiam, & Familiæ potissimum Ecclesiasticæ, quæ colendis Doctrinarum disciplinis jamdiu sunt exercitatæ, Scriptorum suorum Bibliothecas pariter proposuerunt, quæ ob multiplices sapientissimorum Hominum lucubrationes legentium superant expectationem. Quid dicam de Professoribus diversarum Artium, qui suorum Scriptorum censu habito amplissimo, eorum nomina in tabulas redegerunt? Sed ut ad me veniam, & ad consilii mei rationem explicandam, in hac nova Collectione Scriptorum Mediolanensium, id mihi præfari liceat, quod neminem in vitium vanæ gloriæ vertere velim, à teneris me videlicet unguibus, ut est in dictorio, literariæ historiæ studio summopere fuisse delectatum, evolutis per integrum vitæ curriculum pluribus insigniorum Bibliothecarum Indicibus, earumque oculis in Italia præsertim Cistyberina non semel excussis, quo uberiorem Scriptorum notitiam, & eruditionem pro ingenii mei tenuitate mihi compararem; ad quod accessit assiduam cum sapientissimis Viris literatum commercium, quos vel præsentibus obsequio, & amicitia, vel absentes per Epistolas colui frequentissimas, unde mihi plurimum emolumenti ad eruditionem accessisse ingenuè fateor, & honori meo tribuo, hisce honestissimis artibus gratiam quoque Principum, eorumque beneficentiam aliquando in me convertere potuisse. Præ ceteris verò, si quid in hac studiorum parte, quæ vastissima est, ac propemodum infinita, mihi metipsi ad hoc ætatis blandiri possum, id *Antonio Magliabeco* Viro doctissimo me debere profiteor; biennio namque in florentissima Studiis Urbe Florentia versatus, eo tempore, quo is Medicæ præerat Bibliothecæ, assidua consuetudine hominis, cui ne minimum quidem in re literaria incognitum fuit, ob perpetuam ejus lectionem, & acerrimum ingenium, pluribus arcanisque notionibus edoctus, diligentius inquirere cœpi de Librorum Auctoribus, ac Editoribus, mihi que satis persuasum fuit, hoc ad eruditionem conferre plurimum, ipsisque adipiscendis doctrinis omnibus non semel opitulari.

Cùm verò in hanc Metropolim veni, ne minimum quidem de hoc Opere capeffendo cogitaveram, cùm probè sciam, quàm difficile sit, isamo verò periculosum,

iosum, animum ad scribendum convertere hoc seculo, quo quantum doctrinæ florent, & artes, tanto delicatior, & nauseâ plenus Criticorum hominum gustus, quibus nulla unquam diligentia, nullus labor probatur, nisi qui vincat suorum aciem oculorum, & invidiam fortassis, qua mirum in modum lacerantur, ut tantum eruditos, ac doctos facilius venditare possint, & cum aliorum famæ jactura, Trafonis in morem, gloriari. Sed cum frequenter in eos inciderim sermones, qui de Mediolanensibus Scriptoribus habebantur, & eruditis quibusque Viris id esse desideratum intelligerem, ut exactiori cura, quam qua fecerat Abbas *Philippus Picinellus*, Bibliotheca Mediolanensium Scriptorum exhiberetur, licet homini multiplicis lectionis, qui primus operi manum dedit, non exigua laus ab Eruditis omnibus debeatur, & seculi sui potius institutioni, quam homini de literis benemerito fucati styli ridenda pompa sit fortasse tribuenda: quantum è Repub. foret hoc Opus amplecti probè cognovi.

Et quoniam in hac Urbe insignem *Italicorum Scriptorum, & Antiquitatum mediæ ævi* Collectionem, quæ Clariss. *Ludovicum Antonium Muratorium* eruditorum hominum seculo nostro in Italia facilè principem habet Auctorem, typis vulgari curabam, ob eamque causam innumeros propemodum Codices, & MSS., & jam ante typis impressos eolveram in celebratissimis Mediolanensibus Bibliothecis, Ambrosiana, Metropolitana Capituli, Braydensi, ac Monachorum Cisterciensium S. Ambrosii, aliisque pluribus, non tam copia, quam delectu librorum amplissimis, non rarè nomina Mediolanensium Scriptorum occurrebant; hinc facilè nonnulli, aliud etiam agendo, desideratam operam navare me posse contendebant. Excusabam ego ingenii mei imbecillitatem, & animum ad alia intentum; de compilando namque Indice rerum universarum, quæ in magno Opere prædicto Rerum Italicarum continentur, unicè cogitabam, ne quid commodi, & ornamenti desiderandum laudatissimæ Collectioni superesset. Quod sane opus, plurium lectissimorum hominum labore, ac industria juvantibus, me tandem ferè ad calcem duxisse gaudeo, fractis licet corporis viribus longo tædio, & malignitate temporum animi firmitate concussa, ac Deo dante, brevè duobus paribus Tomis, in vulgus emittendum polliceor. Erat præterea non minoris notæ alterum Opus, *Collectio scilicet Poëtarum omnium veterum Latinorum cum Italica versione*, ad quam editionem parandam singulorum Poëtarum vitas præponere necessarium duxi, diligentiam qua possum exactiore, Notasque ad calcem cujuscumque Voluminis difficilioribus locis apponere; quæ sanè omnia totum hominem exposcunt, sibi que addicunt, & non pauca ad novam *Operum Panvini* quoque editionem comparaveram, ut quod ante de *Sigonio* feceram, de altero Italo nostro, cui plurimum illustrata debeat antiquitas, aliquando benemerer; at inversis bellorum impetu œconomiae rationibus, nisi novæ Principum beneficentiâ sim recreatus, desiderio potius, quam operâ delectabor.

Hæc omnia, & alia plura, quæ ad literas non pertinent, meritò excusabam; præcipuè apud Illustrissimum, Doctissimumque Virum *Comitem Antonium Simonetam*, qui Patriæ amore accensus, me humanitate, qua solet, ad operam non invitabat solum, sed ferme incitabat, itaut debitum propemodum reposcere interpretarer, quod quantum debeam Patrono humanissimo, tantæque auctoritatis Viro, assiduè sim professus, atque profitear, non immemor benefactorum, quantumque acceperim emolumenti ab eruditione sua in omni Latina, Græcaque antiquitate cultissima, qua cum generis, ac genii nobilitate coëunte, non solum apud nostrates, sed apud exteros prædicatur. At iterum excusabam difficultatem, quòd laboriosum nimis fuisset homini Bononiæ nato Mediolanenses Scriptores singulos à Familiarum nominibus cognoscere. Cum verò polliceretur, se modis omnibus juvaturum, cedendum auctoritati hominis reputavi, ne minoris facere præsidii sui utilitatem inofficiosus nimis obdurando viderer.

Primam itaque manum dedi revolvendis commentariis meis, qualiacumque sint, de præstantioribus in omni literarum genere Scriptoribus, & editionibus, ut solos Mediolanenses excerperem, tam scilicet in Urbe natos, quam in Mediolani Ducatu, hoc est in universa regione, quam Statuti Mediolanensis tenet auctoritas. Ceteræ namque Urbes in Ditione Mediolanensi constitutæ, quòd artibus, literisque floruerint, ac floreat, suos habent Bibliothecarum Auctores, *Franciscum* nempe *Arisum*, Cremonenses; *Lazarum Augustinum Cottam*, Novarienses; *Hieronymum Ghilinum*, Alexandrini; *Ægidium Sacchetti*, Viglevanenses &c. Immensum præterea opus fuisset, quælibet omnium Urbium Scriptorum nomina sub uno Mediolanensi Metropolitano themate, quod non injuriâ tamen factum fuisset, iterum recensere. Itaque intra solius Ducatus fines me continui, sperans etiam facili negotio

me designatum Indicem fuisse absoluturum; sed cum excerpta è domesticis commentariis contuli cum Athenæo *Picinelli*, & Libro Medicorum Mediolanensium Cl. *Bartolomæi Curtii*, statim cognovi, aliquid aliud præsidii mihi fuisse comparandum, & ad humanissimum *Josephum Antonium Saxium* Ambrosianæ Bibliothecæ Præfectum confugi, ad Virum scilicet literariæ Reipublicæ ab editis Operibus commendatissimum, qui pro sua eruditione ac doctrina instar est universalis Bibliothecæ, apertoque consilio, alieno potius, quàm meo, is designatam operam laudavit, sed illico subridens rei magnitudinem comperit, monuitque de pluribus, quæ verissima postmodum experientiâ doctus apertè cognovi; nihilo tamen minus, currenti, ut est in proverbio, stimulum addens, Indices utriusque Bibliothecæ vel typis impressæ, vel MSS., revolvendos aperuit, seque in dubiis adfuturum ultro promisit. Tanto apparatu instructus ingentem animo spem ego conceperam, nihil aliunde mihi esse desiderandum, quòd vastissimum literatum emporium præsto esset, ac præsentissimum tanti Viri iudicium.

Excerpturus itaque ex Ambrosianæ Bibliothecæ Indicibus Mediolanensium Scriptorum nomina, mentium aliquot tædium, & laborem improbum vici, qui novum alterum postulavit ob cognominum similitudinem in diversæ Nationis hominibus, qualia sunt, exempli gratiâ, Morosinorum, Isolanorum, Spinularum, adde de Florentia, de Aretio, de Roma, aliorumque centum, Romæ, Bononiæ, Florentiæ, Neapoli, Venetiis, atque in aliis Italiæ Urbibus, ob migrationes, aliasque causas hodie pariter existentium. Ad quod accessit, quod ingenuè fatear, frequentissimum Scriptorum vitium in reticendis vel propriis nominibus, vel cognominibus, vel Patriæ suæ nulla facta inscriptione, unde ambiguitatis plurimum, vel obscuritatis ad certos Auctores investigandos; in eamque rem, bone Deus! quot Codices evolvi fuerunt, vel MSS., vel typis impressi, non in Ambrosiana solum Bibliotheca, sed in pluribus aliis, quemadmodum in Indice ad calcem Operis impresso cognosces, me plusquam quadraginta Bibliothecas perlustrasse, Dominis earum, vel Bibliothecariis concedentibus, quorum pluribus plura debeo, quæ in hanc rem congeffi, ut loco suo profitebor, atque hic à laudandis singulis tempero, ne prologus iste nimium excurrat, & legentibus fastidio sim futurus.

Ingenti hac libraria merce mihi jam comparata, & spatio tandem emenso, bonam animo spem conceperam, brevè laboribus finem esse imponendum; sed veluti Oceanum navigantibus, quo terrâ longiùs feruntur in altum, eo plus aquarum vastitas apparet; ita mihi ad novas in dies notitias anhelanti, quibus Bibliotheca nostra ditior appareret, necessitas alia oborta est, inquirendi scilicet impressas hætenus aliorum Bibliothecas, tam ecclesiasticas, quam profanas, & singularum Artium, diversarum Nationum, & Provinciarum, omnesque alias Religiosorum Ordinum, & Principum, & privatorum, qui Indices opulentissimos in publicam lucem emiserunt; atque adeo in hoc aspero labore insudavi, ut, amicas licèt contulerint manus non pauci, & quidem eruditissimi Viri, suo quique loco laudandi, vix mihi persuadeam, tantum patientiæ ac laboris ferre me potuisse.

Id equidem scio, post hæc ferme desperasse de Opere conficiendo, cum in tanto notitiarum cumulo plura esse apertè cognoverim, quæ limam requirerent, plura, quæ lapidem lydium, ut à veris falsa distinguerentur. Sed quoniam in assiduo quatuor annorum cursu, quibus hæc paraveram, excurrenti mihi vel nuncupatorias Epistolas, vel Præfationes librorum, ultro emerferant plura, quæ alibi frustra quæsissem, ipse mihi animum addidi, & renovato cursu ad epistolarum collectiones me converti, atque ad literarias omnes eruditarum Nationum Ephemerides, in quibus diligentius fortasse ad Instituti mei rationem de Auctoribus librorum, eorumque scriptis actum est. Cumque in iis perlegendis delectationis plurimum acceperim, recreato paulisper animo tot rerum varietate, ac delectu, desperatam præpemodum operam lubentiùs instauravi, quòd magnam in molem hætenus commentaria nostra excrevissent; ætatem nihilominus, fortunamque præsentem accusabam, ob quas non suppeterent vires ad expensas, & itinera, ut ceteras Italiæ saltem Bibliothecas præsens lustrare possem, & Mediolanensium scripta percurrere; sed hoc supplementi ab amicis procuravi, quoties aliquid diligentius investigandum cognovi, & eorum operâ opportunè sum usus, gratesque singulis, quas debeo, propriis in locis rependo, suum cuique tributurus, ne aliorum scrinia expilasse videar ingratiſsimè.

Hæc itaque cura fuit in comparandis notitiis ad operis institutum, qua nulla sanè laboriosa magis, & fortasse diligentior; verùm enim vero tantum ex ea mihi

P R Æ F A T I O.

non spondeo, ut ceteris etiam spicilegium non reliquerim, agendo præsertim de Scriptoribus ante Artis impressoriæ inventionem, & primi post eam seculi, quod MSS. Codices perierint plures, vel in alias Regiones asportatos invisere non potuerim, ac typis impressi à primis eorum Inventoribus, rari admodum sint, nec de omnibus facta sit mentio in ejus Artis historia, quam plures diversis linguis texuerunt, totamque nobis exhaurire haud liberum fuerit ad operis opportunitatem. Cùmque in Italiam venientes priores typographici Magistri hac in Urbe sederint, multasque editiones in lucem emiserint, quarum partem potissimam habui, magnum ab Opere nostro accedet historiæ typographicæ supplementum, ut cuique conferenti apparebit.

De Scriptoribus autem singulis id curæ præcipuè fuit, ut ætatem, qua flourerunt, diligentissimè investigarem, eorumque parentes, munera, studia, fortunas, & mores, ac emortuales dies, & quidquid aliud ad uberiores historiam concinbandam deducere potui, vel ab eorum scriptis, vel à publicis monumentis undequaque non sine continuo labore, atque impendio quæsitis. In Familiarum verò genealogia distinctiùs, ut par erat, cognoscenda, præsto fuit opera ut plurimum celebratissimi J. C. *Joannis Sironi* à Scotia, rerum Patriæ suæ peritissimi, ab edito Collegii J. CC. Mediolanensium Chronico, aliisque pluribus eruditissimis disputationibus literariæ Reipublicæ jam ante notissimi, quem singulo ferme articulo à me laudatum invenies, & merito; vix enim expedire me potuissem à frequentibus difficultatibus in re præsertim genealogica, nisi thesaurum antiquitatum suarum libenter aperuisset. Tantus est revera hominis amor in Patriam, ac tanta in omni antiquitate peritia, ut non solum ad intexendum hoc Opus meis cum ceteris assiduè sollicitaverit, sed modis omnibus & studia nostra juverit, & me frequentissimè suas aedes adeuntem hilari fronte acceperit, magno semper cum lucro ab ejus doctrina rediturum, idque honori ejus dictum volo, ac publicè profiteor, impari me gratiam expertum apud alios plures, qui faciliè vel Patriæ suæ, vel Ordinis, vel Familiæ decus curare poterant, ac fortasse debebant; nihilo tamen minus, vel inertia, vel crassa non semel ignorantia postularis nostris resistere, ac ea, quæ domi suæ blattis, ac tineis rodenda, majorum suorum literaria monumenta, ullo sine suo labore posteris servanda, & in lucem publicam cum decore proditura, non solum exhibere noluerunt, sed quod deterius est indicato à me propemodum loco, quasi de invertenda re familiari ageretur, petitionem æquissimam abominati, nulla unquam conditione, nullaque rationis vi à malè concepta opinione recedere voluerunt, & quo magis vel per me, vel per alios nomine meo rogabantur, eo asperius negabant. Alii verò aded parci fuerunt, ut spatium brevissimum temporis concesserint ad excutiendam malè compositam, ac pulverulentam chartarum farraginem, accessu impostero prohibito, quasi uno ictu oculorum omnia cognoscere potuerit homo novus, & alienigena, cui prænotiones multæ non ab ipsa nativitate, sed à labore suo sunt comparandæ; quamobrem vix commo- dum fuit pauca potius delibasse, quàm exactissimam historiam componere potuisse. Malè itaque perdant amicæ tineæ istorum absconditos thesauros, nobisque satis fuerit, diligentia, labori, precibus atque officiis minimè pepercisse, justumque dolorem, quem ceteros studia similia sectantes aliquando passos fuisse legimus, iteratâ querelâ paulisper liceat exacerbasse.

Aliud etiam incommodi tolerandum fuit à frequenti, penes Italos præsertim, usu, per quem Insubres ferè omnes ab una Metropoli Mediolano, Mediolanenses appellantur, licet à minoribus aliis Insubriæ Civitatibus, & frequentissimis aliarum Provinciarum Oppid'is originem duxerint: qui sanè usus apud Religiosorum Familias potissimùm invaluit, unde aliquando in errorem incidimus, quod eorum sequuti fuerimus patronymicam appellationem; correximus tamen pluribus in locis, antequam liber prælo supponeretur, si errorem agnovimus; at chartis impressis id facere minimè potuimus, proptereaque si quid certius emerit, inter *Addenda* & *Corrigenda* ad calcem libri amandavimus: de duobus Scriptoribus præsertim hoc dictum volo, *Alberto* nempe à *Sartiano*, & *Samuele de Cassinis*, qui à Suis pro Mediolanensibus habiti sunt, documentis mihi allatis, quemadmodum Lector humanissimus in Articulis eorundem videre poterit; sed aliis Urbibus tribuendos esse me monuit *Cl. P. Joannes ab Augustinis* Præfectus Bibliothecæ Conventus ad Vineas appellati Venetiis, quem honoris gratiâ nomino, atque is est, qui Venetorum Scriptorum Catalogo scribendo præstat operam Literatis omnibus Viris expectatissimam. Ceterùm si alii sint etiam Scriptores veriori Patriæ restituendi, quod non tam facile credam, non ob id ab Indice nostro sunt penitus expungendi, sed ad Classem eorum re-

ducendi, qui literarum studiis, vel conscribendis libris in hac Metropoli longam ætatem incubuerunt; unde si non origine, Civitate saltem non minus, verè inter Mediolanenses censendi sint, ob eamque rationem ad Instituti nostri modulum spectant, & servato cuique Patriæ jure, ob inchoatum studiorum cultum, quo renasci homines propemodum videntur, nemo negaverit debitam cuique sedem in ea Urbe, qua sit literarum copiâ nutritus.

Id etiam toto in Opere præstiti, ut singula, quæ à singulis Auctoribus edita sunt, diligentissimè recenserem. At erunt severiores fortasse Critici, qui vitio mihi vertant, nonnulla prætermisisse, vel non omnes omnium librorum editiones indicasse. Hoc verò habeant responsi ad meam excusationem, transiisse in adagium: *non omnia possimus omnes*, in re potissimum facti, ut ajunt Jurisconsulti, quæ sibi non vindicat notitiæ necessitatem, & si ea quæ legerim diligenter in mea Commentaria contulisse noverint, contenti sint oportet operæ, ac laboris alieni, per quem sibi liberum est prætermisissâ notare; nullam namque injuriam erunt illaturi, si quid in melius vertendum sit, satisque mihi fuerit aliorum etiam diligentiam excitasse, quo sanè desiderio quoties MSS. Codices produxi, locum, ubi eos repererim, semper indicavi, ut cuique sit veritatis testimonium; & si aliquando cæspitasse me aliquis evincat, ob id ignoscat velim, quòd plura non eo fretus otio, quod par erat, excerpere debuerim, & quòd in tanto schedarum numero nulla profuerit diligentia, cujus fructum sæpissimè invertit incuria Typographorum.

Cùm verò actum est de libris prælo vulgatis, id notandum censui, quòd certam notitiam exhiberet, locum nempe, annum, Typographi nomen, & libri formam. Cùm quatuor hos characteres notatos videris, pro certo habeas, me librum contrectasse; cùmque ii, qui ante annum MD. editi sunt, ob eorum raritatem ad MSS. pretium prope accedant, ea de causa locum etiam, in quo reperti à me sunt, exactissimè indicavi, quòd minimè necessarium credidi de ceteris posteriorum seculorum, cùm hodie sint frequentiores, ne tædio essem legentibus, tertio quoque verbo, vel ad Ambrosianam, vel ad Braydensem Bibliothecam, ceterasque plures appellando, in quibus plusquam quadraginta millia librorum evolvi, ut aliquid in hanc rem, velut in vastissimo Pelago piscaturus, deducere possem; neque parum lucri factum esse profectò dices ab eo, qui plusquam viginti millium librorum censum egit, vel manuscripti sint, vel typis impressi. Numerum certè miraberis, uti mirabar ego, cùm in dies nova nomina in album Mediolanensium Scriptorum essent referenda, atque inde affirmandum videtur, tantum literis honorem per omnem ætatem vix alibi fuisse tributum. At ab ingenti numero Scriptorum, quos collegi, alterum erit fortasse reprehensionis argumentum, quòd sine ullo delectu ultimæ notæ Scriptores, cum ceteris memoriâ dignis, in album intulerim, & numero potius, quàm præstantiâ sim delectatus: quæ si ultro concedam, nescio an jure, vel injuria sim reprehendendus. Verùm de singulis distitutiis est inquirendum, ne me inaudito sententia proferatur. Et primò videndum de numero. Auctus equidem is est accessione longa supra eum, quem exegerat Picinellus, pluribus ex causis, & quòd majorem adhibuerim diligentiam in iis conquirendis, & quòd Patriæ suæ Scriptores plurimos vindicaverim è Libris aliorum, qui similes Indices ediderunt, & præcipuè accuratissimi *Lazari Augustini Cottæ*, cujus diligentia debemus Athenæum Novariense. Is namque Patriæ suæ fines ed usque portendit, quòd Ecclesiastica Novariensis Episcopi jurisdictio latè patet, ob eamque causam in Oppida plura Verbanæ Lacus, quæ Mediolanensium imperio regebantur, & partem sui Ducatus à vetustissimo themate constituunt: potior verò causa Mediolanensium cùm sit æstimanda, potiori etiam jure à me inter Mediolanenses recensendos fuisse, nemo negaverit. Neque contentus ille fines Territorii sui protelasse, in censu Novariensium descripsit Mediolanenses Patricios plurimos, quòd Feudum in ea Provincia possiderent, vel Præturam Novariæ gessissent, & quacumque alia vel Ecclesiastica, vel Seculari dignitate ea in Urbe donati fuerint, quòd & ante peregerat mihi amicissimus olim *Arifus* in sua Cremona Literata, & Scriptores alii ceterarum Urbium, quæ finibus Mediolanensis Domini comprehenduntur. Nec defuerunt & alii, qui tamquam suos descriperunt Mediolanenses plures, quòd in variis Italiæ Universitatibus Cathedræ honorem sustinuerint, vel inter eos locatis laribus, Civitatis jus, vel incolatu, vel privilegio, adepti fuerint. Sed si nativitas civem facit, non erant à me silentio prætereundi; quinimmo parcus ipse dicendus ero, quòd calamum continuerim à describendis iis, qui privilegio civitatem in hac Urbe consequuti sunt, quòd pluribus in amplissima, & nobi-

nobilissima Gente vel meritis datum, vel modis omnibus expetitur.

Quotusquisque sit igitur numerus, ad instituti operis rationem omnino pertinebat; quinimmo reponere liceat, integrum exhaustire me non potuisse; delitescunt enim adhuc & in hac Urbe, atque aliis in pluribus nostrorum Scripta, quæ ad meam aliorumque notitiam non sunt delata, & patitur Index iste, me non invito, quoad documentumque supplementum.

De delectu verò faciendo quisque arbitrio suo cogitet; nam & id cuique liberum est; meum profectò in ea re iudicium, qualecumque sit, nemo expectet: abstinendum censui à re difficili, ac plenâ periculi multis ex causis, quarum aliquot accipe. Persuasum siquidem est pluribus, & fortasse non immeritò, suum cuiilibet Libro pretium esse, vel ab historicis Monumentis, vel à raritate materiæ, vel ab hominis cogitatione, vel ab ipsa styli simplicitate, aliisque facile investigandis; quamobrem, si quos consulò præterissem, traditis eorum nominibus oblivioni, plus mihi tribuisse dicendum fuisset, quàm præpositus Operi titulus postulabat, atque in plures inofficius, vel Familiarum, vel Religiosorum Ordinum, aliorumque Coetuum indignationem eram excitaturus. Præterea, si labor ille meus ad doctrinas omnes, & liberales Artes extenditur, quis unquam tantam sibi sine temeritate polliceatur auctoritatem, ut de præstantia singulorum Scriptorum ritè, ac rectè pronunciare valeat, & dignos ceteros in censum habendos, indignos verò prætereire in tenebras amandandos?

Quòd si locum dedi Scriptoribus omnibus, etiam iis, qui pauca condiderunt, vel exigui ponderis, ac etiam inania, ignoscas vel in nimis curiositati, non semel eruditioni tuæ profutura. Eorum sanè, quotquot ante Sæculum XVI. floruerunt, rigidus quisque Censor nomina minimè præterissem, vetustati namque suum est non exiguum pretium, & miraculo ferme tribuendum, tot inter incendia, bellorum impetus, ac vastationes, quæ Insubriam affligerunt, Codices aliquot servatos fuisse, ac paucorum nomina, qui scribendo famam sibi apud veteres comparaverant. Omnes igitur ex ea classe describendi fuerant, idque à me factum comperies eâ diligentia, quæ commendationem potius, quàm censuram expectet. Quòd verò nonnullos pauca admodum scripsisse notaverim, id urgente necessitate factum est, vel quia nonnisi pauca servata nobis sunt, vel pauca solummodo in manus venerunt: tanti verò hi erant nominis apud veteres, & recentiores, ut ob exigua etiam Scripta, quæ adhuc extant, eos à Scriptorum serie expungere minimè debere cogitaverim.

Cùm verò agendum fuit de Scriptoribus, qui post Sæculum XVI. floruerunt, aliam adhibui rationem; et si namque similibus Bibliothecarum Collectores exemplum reliquerint laudati alicujus hominis, ob unam, exempli gratiâ, Orationem panegyricam, ob solam Epistolam, ob unum Epigramma vernaculâ etiam linguâ scriptum, ab ea nimia diligentia temperare volui, ne lacinias omnes colligendo, nunquam Bibliothecæ nostræ finis esset futurus: tantus namque apud nos incessit dandæ, vel recipiendæ laudationis cacoëthes, non solum ad puellas amictu sacro velandas, ac in quolibet Facultate laureâ donandos, sed & ad Musicos, & Cytharædos laudandos, ut à doctis quandoque Auctoribus, velint, nolint, sit calamus adhibendus. At hæc nimis levia, & à Minervæ Templo propulsanda, patientiam non minus tuam, quàm meam erant fatigatura, eaque unam tantum ob causam memoravi, quòd eorum Auctor solidioris literaturæ foetum alterum edidisset, ne de singulis ejusdem Scriptis apud alios esset inquirendum; quam ob rem Collectiones ferme omnes tam Latinorum, quàm Italorum Poëtarum excussisse me, Lector, cognosces, & innumeras propemodum alias Epistolarum, quæ, ut ante dixeram, mirum in modum ad contexendas Scriptorum vitas profuerunt, hacque potissimum diligentia, me tibi cariorem futurum non immeritò speravi.

Ob aliam deinde rationem Scriptores plurimos in meam hanc Bibliothecam inferre coactus fui, ut ita dicam, officii honestate; homo namque Bononiensis & Mediolanentibus Scriptoribus verba facturus, dissimulare minimè poteram, quæ à Moriggia, Picinello, & Curtio Mediolanensibus de suis Civibus edita fuerant; itaque inurbanum fuisset aliquorum nomina expungere, quinimmo invidia plenum ob iudicii severitatem in Scriptores ipsos, eorumque Collectores; cùm verò non satis à testimonio eorum liquebat mihi de Scriptis, & Auctore, tunc absque illorum injuria, & Lectorum damno prætereire decrevi.

Musicos omnes in suum censum induxerat Picinellus, quos inter eos tantum ego descripsi, qui de Arte Musica Tractatus ediderunt; ceteros verò numero prope-

permodum infinitos, qui pauca suis notis inscripserunt, ad ejusdem Artis Bibliothecam remisi.

Sed parcus adèd cùm fuerim, nihilo tamen minus tanta Scriptorum copia Bibliothecam in duas partes distribuere me coëgit, quarum prima illustriorum nomina continet, eorumque Scripta; secunda ceterorum, quos *Minoris notæ* appellatos volui, non semper ab ingenii, & operis præstantia, sed aliquando ab exiguo pretio materiæ, vel numero rerum, quæ ab Auctoribus suis scriptæ, aut servatæ posteritati fuerunt, & ob plures alias rationes, expressas in Monitis, quæ præmissi ad catalogos Scriptorum *Minoris notæ*, atque *Additorum*, & *Prætermissorum*, hinc minimè repetendas, ne Lectorem iterum fatigem.

Oborta itidem est necessitas *Addendorum*, & *Prætermissorum*, quòd cùm apud varios eruditos Viros per Epistolas egerim, ut labore suo Operi huic adjutrices manus præberent, non meo tantùm, quàm amicorum desiderio sollicitatus, cùm tantum Scriptorum numerum collegissem, quantum nemo, & ne ipse quidem ab initio cogitasset, Librum imprimendum prælo supposueram; tunc aliæ delatæ sunt notitiæ vel ab amicis, vel à nova lectione mea comparatæ, iisque non exiguum excrevit Spicilegium, quod minimè derelinquendum censui, ne labori ac diligentiae pepercisse viderer, aut Amicorum expetita monita posthabuisse. Atque utinam ab impatienti desiderio temperassem, & in hanc usque diem, ac fortasse ferius protraxissem, exactiori ordini, & uberiori copię consulturus! At erat in hoc senescentis ætatis articulo parum humanitati fidendum, ne si quid mortale accidisset, momento, quæ diu parta fuerant, contra spem essent peritura, me interim secundas curas nemini prohibente, sed gratiam habituro.

Ceterùm ut illuc redeam, unde discesseram, si temperaverim à colligenda ingenti nostrorum Scriptorum turba, quorum Index in plures Tomos erat excursurus, id animadvertas velim, quot sint in dies panegyricæ Orationes recitatæ à politissimis etiam Auctoribus, recurrentibus singulo quoque anno tot solemnibus diebus, quos Sacrarum Laudationum ritu celebrari à majoribus est institutum, ac præcipuè continuis octo in honorem D. Caroli Archiepiscopi, quibus annuæ Orationes totidem numero in Metropolitana Ecclesia recitantur, totidemque in Templo Mariæ Virginis Sacro ad D. Celsi, quod vocant, in quo solemnibus annuis precationibus Augustæ Domus Austriacæ pietas celebratur. Addendæ his paræneticæ Orationes coram Senatu, ceterisque Tribunalibus dictæ, quæ item in publicis Universitatibus, atque Scholis, ac demum in frequentissimis hujus Urbis Academiis. Quid si de Juris disceptationibus in foro ferme quotidianis rationem habuissem? An non in immensum hoc opus fuisset deducendum? Erat equidem, si non omnibus, maximæ illorum parti doctrinæ meritum, & eloquentiæ, per quod locus dandus erat in literata Bibliotheca; nihilo tamen minus, etiamsi typis vulgata, præterire volui, nisi aliud ad hanc unius Orationis operam accessisset, quo & de Scriptoribus Epistolarum, & hujuscemodi faciendum duxi, hoc unice excepto, quòd aliquid ad Historiam vel sacram, profanamque eruditionem, aut alterutram ex numero Scientiarum, aut Artium illustrandam contineant. Omnibus hisce rationibus æqua lance perpensis, si nostram cum ceteris Bibliothecis comparaveris, cognosces illico, quàm parci fuerimus in colligendo Scriptorum numero, qui si adhuc nimius fortasse appareat, amplitudini Urbis dandum est, atque optimæ Civium institutioni, neque minus ingeniorum felicitati, notissimæque veterum Principum in Scientias, eorumque cultores liberalitati, ac patrocinio, ob quas profectò causas perpetuè literis pretium est habitum, rudioribus etiam Seculis, quibus Mediolanensium plurimi, singulis in doctrinis, & facultatibus eximii quidquam protulerunt, quod ab historia nostra, & ipsa Chronologiæ ratione satis est demonstratum.

Atque, ut dicam, quod sentio, Doctis etiam Viris non satis historia literarum apud Mediolanenses est explorata; vix enim vulgatum est, me huic Operi manum apposuisse, cùm subito, tam ab Italis, quàm ab Exteris allatæ sunt Epistolæ jocos plenæ, quasi de lavando Æthiope cogitasset, atque me in somniis Mediolanensem Bibliothecam omni Scientiarum, atque Artium genere locupletissimam instruxisse deridebant, idque potissimùm in causa fuit, ut lusibus amicorum incitatus, viribus omnibus, atque pertinaci labore Operi absolvendo totus incubuerim, quo res ipsa veritatis testimonium perhiberet, & quotquot consilium meum irriserant, productis Clarissimorum Auctorum Lucubrationibus fateri cogantur: vix alteram Civitatem, non in Italia tantùm, sed in Europa universa numerare posse tot literis præstantissimos Viros ab antiquitate ad hæc usque nostra tempora, dimissa ferè numquam

quam successione, qui Patriam illustrarint. Et ne quis me talia asserentem iterum ridere possit, singulas Doctrinarum, & Artium Classes paulisper excurramus, me saltem sex præstantissimos in quacumque earum Mediolanenses producente. Ac primum si ad sacrorum Codicum Interpretes respiciamus, quinam inter antiquos habendi sunt illustriores, quàm D. *Ambrosius*, hujus Metropolis Archiepiscopus, D. *Magnus Felix Ennodius*, D. *Anselmus de Badagio*, & inter recentiores *Philippus Archintus Mediolanensis Archiepiscopus*, *Haymon Corius*, & *Carolus à Basilica-petri*?

Proximi sunt Interpretibus iis ob materiæ similitudinem & alii, quos Polemicos vocant, de Religione disceptantes, D. *Venerius* S. Ambrosii discipulus, à DD. Augustino, & Hieronymo celebratus, de Orientali, atque Occidentali Ecclesia optimè meritus, DD. *Eusebius*, atque *Mansuetus* Mediolanenses Archiepiscopi, sanctitate ac doctrina illustres, B. *Paullinus*, *Petrus Ghrysolanus*, qui Constantinopoli coram Alexio Imp. de processione S. Spiritus publicè disputavit, & primus in Italia post barbara Secula Græcas literas coluit; ac tandem insignes duo S. R. E. Cardinales *Stanislaus Hofius*, qui licet inter Polonos numeretur, potiori certè jure dandus est Mediolanensibus; in hac enim Urbe patre ac matre Mediolanensibus conceptus Cracoviæ natus est, acerrimus aded Catholicæ Fidei propugnator, ut vulgò Fides Hofiana appellaretur, & post eum *Cælestinus Sfondratus* recentioris Ævi ornamentum.

Sequuntur ponè hos Theologi, ac Moralia præcepta juxta Catholicam doctrinam tradentes B. *Alexander V. Pont. Max.*, B. *Alexander Saulius*, Fr. *Joannes Ambrosius Barbavara*, *Carolus Antonius Casnedi*, *Cæsar Specianus*, & *Martinus Bonacina*, qui tantam apud omnes auctoritatem sibi comparavit.

Si ad Sacram Liturgiam vel universalis, vel Mediolanensis Ecclesiæ descendas, en tibi adsunt *Theodorus II.* Mediol. Archiepiscopus, qui octavo Seculo deturpatum à Barbaris Ambrosianum Ritum nitore suo restituit, ac *Beroldus*, & *Petrus Casola*, per quos Ritus iste nobis est magnam in partem servatus, & explicatus; quod studium de Romanæ itidem Ecclesiæ Ritibus amplexi sunt, *Bartholomæus Gavantus*, *Joseph Vicecomes*, *Jo. Petrus Puricellus*, Mediolanensium illustria nomina.

Quid dicam de Sacris, & Profanis Historicis? An non jure meritò assererem, vix alia ex Urbe tot numero cieri posse, cum dederit nostra *Datum*, B. *Andream Billiam*, *Boninum Mombrittum*, qui Latinorum primus ad scribenda Sanctorum Acta calamum convertit, *Galvaneum de la Flamma*, *Landulphum* utrumque, seniore, & juniore, *Bernardinum Corium*, *Andream Alciatum*, *Donatum Bossium*, *Joannem Antonium*, & *Bonaventuram Castillionæos*, *Tristanum Chalcum*, quem *Livium Mediolanensem* appellant Eruditi, *Josephum Ripamontium*, *Petrum Paulum Boscam*, & quem præ ceteris nominasse debueram *Valerium Maximum*, invictis, ni fallor, argumentis, à me Patriæ suæ restitutum, contra quàm vulgò fuerit persuasum.

Oratores inter exhibeo, præter DD. *Ambrosium*, & *Ennodium* jam ante appellatos, *Rusticum Virum Consularem*, quem Ennodius ipse in omni dicendi genere exercitatissimum nuncupavit, & *Lucium Virginium Rufum* à Plinio laudatissimum, tertio Consulem, & recusati Imperii gloriâ posteris memorandum; ex recentioribus verò *Marcum Antonium Majoragium*, *Julium Poggianum*, *Octavianum Ferrarium*, *Ferdinandum de Abdua*, & *Gualterium Corbettam* Latinâ linguâ disertissimos.

Quid si ad Jurisconsultos accedamus? An non Juris artem in altera, quam ante dixeram, Roma perpetuò sedisse negaverimus, cum per omnem ætatem hîc fuerint *Marcus Salvius Julianus*, *Conradus Manlius*, *Obertus*, sive *Ubertus ab Horto*, *Gerardus Cacapistus*, Consuetudinum Feudalium Collectores, unde maxima pars juris derivavit, *Paulus Eleazarus*, *Jason Maynus*, *Philippus Decius*, *Signorolus Homodeus*, *Joannes de Legnano*, *Catellianus Cotta*, & qui recentiorum omnium vicem implere poterat *Andreas Alciatus*, cui puriorem lucem debet Jurisprudentia: excusâ enim, eruditione sua, priorum Seculorum barbarie, primus omnium antiquo suo nitore nobilissimam artem restituit, & facem prætulit Cujacianæ Scholæ, quæ Juris Romani majestatem servavit.

Non exigua deinde laus Concionatorum Classi, è qua producendi Mediolanenses B. *Bernardinus de Bustis*, & alter *Caymus*, B. *Michaël Carcanus*, B. *Andreas Billius*, D. *Carolus Borromæus*, cujus Conciones adhuc ineditæ, quemadmodum exoptaveram, quamprimum in lucem prodibunt, *Franciscus Panigarola*, *Paulus Arsius*, quorum sacra eloquentia plures Audientium animos devinxit, quàm quos veteres de Gallo Hercule fabulantur.

Deliciæ verò Poëtarum plurimæ sunt Mediolanensibus in *Cæcilio Statio*, si de Latinis loquamur, cui suus inter clarissimos Poëtas locus est habitus, ac in duobus Consularibus Viris *Elpidio Rustico*, & *Theodoro Manlio*, *Felice Ennodio*, ac *Aratore* jam laudatis, & post restitutam literis latinitatem *Lancino Curtio*, *Aurelio Albutio*, *Publio Francisco Spinula*, atque *Benedicto Sociaco*, qui certè inter primos latinas Musas in Italiam revocarunt; novissimè autem *Thoma Ceva* Soc. Jesu, quem Gratia cum Musis educarunt.

Rurfus inter Poëtas, qui eas vernaculâ linguâ canere docuerunt, palmam antiquitatis ipsi *Danti Aligherio* Florentinorum Principi præripit Mediolanensis noster *Petrus à Basilica-petri*, quantum rudioribus seculis fieri poterat, Apollini non invisus; recentiore deinde Seculo XV. *Octavianus*, & *Marius Pitius*, ac deinde *Bru-tius*, & *Gaspar Vicecomites*, *Antonius Franciscus Raynerius*, *Ascanius Centorius*, *Hieronymus Citadinus*, & *Carolus Maria Maddius*, qui rudiori Mediolanensium usus dialecto, Philosophiæ, ac morum disciplinam in forum olitorium decentissimè invexit.

Grammaticorum, & Rhetorum Schola suos omni ævo clarissimos aliquot habuit è nostris, inter vetustiores *Deuterium*, Felicis Rom. Rhetoris discipulum; inter recentiores verò *Marcum Antonium Majoragium*, *Georgium Vallagussam*, & *Franciscum Cicerejum*.

A Grammaticis, & Rhetoribus ad Philologos sacros, & profanos accedamus, eruntque nobis commendandi *Flagrius Manlius*, *Faustus Flavius* Consul, deinde *Nicolaus Pacedianus*, *Felix*, & *Theodatus Ofii*, *Petrus Martyr de Angleria*, *Angelus Decembrius*, *Bartholomæus Tægus*, & *Fridericus Borromæus* S. R. E. Card., Mediol. Archiepiscopus, quem tanta scripsisse in pastoralis munere occupatum, miraculo ferme tribuendum est.

Porro si primæ dandæ sunt Philosophis inter graviora literarum studia, erit quidem Civitati nostræ plurimum à ceteris invidiæ ob unum *Hieronymum Cardanum*, qui si non omnes doctrinas, & artes perfectissimè coluit, nullam certè ignoravit, eique addendi sunt gentilis ejus *Facius Cardanus*, *Manfredus*, & *Ludovicus Septala*, *Apollonius Menabenus*, *Ambrosius Varisus*, *Camillus Agrippa*, & quem non sine lachrymis nomino, *Comes Carolus Archintus* ab ipsa Philosophia, ætate nostra, propemodum enutritus.

Medicis est etiam è sacra lauru corona, & post excussam in Italia nostra barbariem, prima certè debetur *Joanni* nostro Mediolanensi, Auctori Scholæ Salernitanæ, quæ tantam sibi auctoritatem apud omnes homines doctrinæ soliditate comparavit; secunda certè *Hieronymo Cardano*, qui conjecturalem artem præsidii pluribus firmavit. Neque vilioribus donandi *Lanfrancus*, *Magninus*, *Antonius*, & *Joannes Mattheus de Gradibus*, *Joannes Baptista Sylvaticus*, ac Patrum nostrorum ætate *Franciscus Joseph Burrus*, in quo dolendum est, artis peritiam usque ad miraculum in ipsa Roma, gravissimis in Religionem erroribus fuisse conspurcatam.

Inter Mathematicos verò, Astronomos, Geographos, & similibus Artium Professores habeo, quos cære possim (præter jam laudatum *Cardanum*) clarissimos Viros *Bonaventuram Cavallerium*, *Augustinum Ramellum*, *Cesarem Cesarianum*, *Ludovicum Meltium*, *Urbanum Montium*, *Peregrinum de Peregrinis*, *Joannem Baptistam à Vicomercato*, *Gabrielem Buscam*, *Thomam Cevam*, inter Poëtas jam commendatum, ac synonymum utrumque *Petrum Paulum Carravagium*, & jam ante meritò commendatum *Comitem Carolum Archintum*.

Neque minorem Patriæ laudem compararunt, qui Orientales eruditas Linguas coluere. Hebraicam illustravit tum *Philippus Archintus* Archiepiscopus, novam Sacerdotum Bibliorum translationem molitus, tum *Carolus Joseph Imbonatus* ob Bibliothecam ejus Linguae celebratissimus. Chaldaicam, & Arabicam *Antonius Gigæus*, atque *Jacobus Butius* editis Voluminibus exornarunt, quibus Idiomatis unâ cum Syriaco vacavit *Petrus Paulus Bosca*. Armenicè *Franciscus Rivola*, & qui instar est omnium *Hilarion Rancatus*, Syriacè, Arabicè, Chaldaicè, & Græcè claruerunt. Quod verò ad reliquos attinet, qui postremam hanc, Græcam videlicet, adamarunt, quis non miretur *Antonellum Arcimboldum*, *Lampum Biragum*, *Theophilum Carentium*, *Hilarionem Corbettam*, *Annibalem Crucejum*, *Antonium Salmatiam*, *Petrum Gryfolanum*, *Julium Poggianum*, *Jacobum Philippum Terzagum*, atque è Cribellorum Familia *Georgium*, & *Leodrisum*, aliosque complures, quos consultò præterimus, ne Lectori nimium tædii, ac molestiæ conferatur? Quandoquidem autem
de

de exoticis, præsertim Orientalibus linguis verba facimus, tot Eruditis Mediolanensibus addendum ducimus *Jacobum Rbaudensem* Soc. Jesu Presbyterum, qui Sinico Idiomatico admodum delectatus est, ut CL. Voluminibus conscriptis, ob ejus Gentis Kalendarii correctionem apud tam remotos Populos, eorumque Principem summam Europeorum eruditionis famam reliquerit.

Ridebis fortasse, Lector humanissime, in longa Scriptorum Mediolanensium enumeratione me operam Comædorum, & Circulatorum in morem luisse præforibus amplissimæ hujus Bibliothecæ; sed aliquid dandum est homini, scommata, ne dicam, injurias passo, ut finem dictionibus imponeret. Quid si de pietate in Deum sermo sit? Quid si de dignitatibus, Pontificatu nempe Max., Principatu, Consulatu, & similibus, quæ omnia vix à literarum cultu divelli possunt? An non jure merito illudentes sim illusurus? De hoc tamen satis.

Monitum pariter te volo, Erudite Lector, me locum dedisse in hac Bibliotheca Scriptoribus iis, qui licet alibi nati, lares in hanc Urbem transtulerunt, ob eamque causam in Civium numerum fuerunt adlecti, vel per longam ætatem docendi munus in hac Urbe sustinuerunt. Istitis verò certam Classem assignavi, *Exteriorum* appellatam, reprobato Picinelli, & Curtii consilio, qui plures Exteros inter Mediolanenses descripserunt. De iis verò, qui temporariam moram eade causa in Insubria nostra traxerunt, ut *D. Augustinus*, quo non præstantior alter, *Virgilius*, *Ausonius*, *Franciscus Petrarca*, *Marius Philephus*, *Emmanuel Chrysoloras*, *Leonardus Vinci*, *Constantinus Lascaris*, alique centum, rationem non habui, ne falcem in messem alienam immittere viderer. Et quoniam tritum est adagium, non oportere de viventibus adhuc scribere, à recensendis nominibus plurium Literatorum Virorum, qui hoc tempore florent, consultò abstinui, de vitâ functis unicè tractaturus.

Humanitatem insuper tuam obtestor, ne in his, quæ stylum respiciunt, du-riore utaris censurâ, si quandoque sermonis leporem, quem fortasse cupiebas, non repereris; intentum enim magis me habuit narrationis veritas, quam elegantia, præsertim, ubi de rebus agendum erat, vel nominibus nunc usitatis, & priscis Latinæ linguæ Scriptoribus omnino ignotis, ne nimium frequentibus circumlocutionibus opus foret.

Nunc aliqua danda sunt à me veritati, atque honestati: vix namque mihi metipsum persuadere possum, brevi quatuor annorum spatio ad alia plura hominem intentum tot ac tanta colligere potuisse. Verum plura me debere ingenuè profiteor Literatorum Virorum auxilio, & primùm quidem Clariss. *Josepho Antonio Saxio*, jam ante laudato, qui sæpius me vel hæsitantem eruditione sua juvit, vel cæspitantem erexit, à quo etiam huic Operi accessit maximum ornamentum ab *Historia sua Literario-typographica Mediolanensi*, quæ instar est prodromi Bibliothecam nostram lustrantibus ob argumenti similitudinem, & rerum analogarum copiam, quam Vir doctissimus collegit, unde plurimum lucis & Doctrinis, & Artibus omnibus est referatum.

Neque par officium negandum est Illustrissimo Viro Comiti *Antonio Simonetta*, qui præter usum ornatissimæ suæ Bibliothecæ, hoc etiam ultro mihi præstitit, ut pluribus in locis penitioris historiæ Patriæ thesauros eruditione sua libenter aperuerit: quod iterum dictum volo de celebratissimo *J. C. Joanne Sitono*, cui numquam pares gratias pro humanitate sua sim acturus.

Præsentissimum verò mihi præsidium fuit in Viro doctissimo Canonico *Joanne Andrea Irco*, quo cum perpetuò, in præsentiarum post me, in Archintea celeberrima Bibliotheca versatus, nobiliores eruditionis flores, iterum ipso monstrante collegi. Quid autem amicissimus mihi Vir in hoc Opere præstiterit, facile cognoscet locis suis à me notatis, quisquis illud pervolutabit; uno verbo dicam: omnem ferme movit lapidem, ut qua fieri poterat absolutissimè prodiret. Præter alia, quæ Typis parat, tam sacræ, quam profanæ eruditorum Reipublicæ, ut speramus, profutura, Auctor is est Historiæ Patriæ suæ Tridini, quam nuper edidit.

Sed & non paucis in hac Urbe literatissimis Viris debere me plurimum cognosco, Bibliothecariis potissimum variorum Ordinum, quos omnes honoris gratiâ opportunis in locis nominavi, & hîc etiam innominatos licet, volo repetitos haberi. Ab aliis etiam alibi degentibus, quædam me accepisse fateor, & præcipuè à Reverendis. Abbate *D. Isidoro Fusto* Mediolanensi, Ordinis S. Bernardi, qui cum ante me de supplendo, & corrigendo Picinelli Athenæo cogitasset, non pauca
in

in eam rem collegisset propediem editurus, dono non tam facile sperando, commentaria sua ultro remisit, ad quæ pariter suis in locis Lectores appello. Idem Opus designaverat olim P. *Joannes Paulus Mazzucbellus* Congregationis Somaſchæ, Vir non leviter eruditus, & Schedas plures apud Suos, incompositas licet, reliquerat, ex quo fortasse factum est, ut multa perierint; nihilo tamen minus à Suis humanissime sunt communicatæ. Ab altero etiam *Mazzucbello*, Comite nempe *Joanne Maria*, Brixianæ Urbis ornamento, & historiæ literariæ peritissimo, doctus, bonisque artibus omnibus ad delicias instituto tantum accepi notitiarum, ut sine ipso non semel cœcutissem, etsi ab ineunte, ut ante dicebam, ætate, in Bibliothecis fuerim diversatus. Sed qui fuit instar lucernæ splendentis in itinere tenebricoso Fr. *Joannes* is est *de Augustinis* Ordinis S. Francisci Strictioris Observantiæ, Bibliothecæ Suorum, quos ad Vineas Veneti vocant, Præfectus, à me nunquam satis laudandus. Id etiam dictum sit de *Guilielmo Nicolai* Eremita Augustiniano, cujus singulari erga me humanitati Sodalium suorum plura monumenta me debere palam profiteor.

Hicce fultus præfidiis, etsi animum ipse mihi addiderim, nihilo tamen minus publicum judicium formidavi adversus Opus naturâ suâ imperfectum, & quod nullo umquam tempore manum ultimam patitur; quamobrem vix novissima folia è prælo divulseram, cum librum integrum ad literatissimos Viros mihi, *Ludovicum* nempe *Antonium Muratorium* Italicæ eruditionis decus, ac supranominatos Comitum *Joannem Mariam Mazzucbellum*, & *Joannem de Augustinis*, atque ad Clariss. Virum *Joannem Lamium Riccardinæ* Bibliothecæ Præfectum, inter eruditos Florentinos eruditissimum, & editorum Operum præstantiâ celebratum, rogans, & obtestatus, ut pro amicitia, qua jungimur, liberè sententiam suam proferrent amico nullo sine animi mœrore, chartas potius, quàm famam perdituro. Quæ rescripserunt humanissime hîc facile potuissem exhibere; sed veritus ne ambitus vitio ab opinione præstantissimorum Virorum carpendus essem, ultro ab edendis abstinui inter pretiosissima quæque posteris usu meliore servandis, ac tuum potius, benevole Lector, judicium integrum expecto.

Hoc unum superest præponendum: cominodo tuo me consuluisse sex, quos vocant, Indicibus, quibus componendis patientiam omnem exhaustisse non jurato mihi facile credas, ubi eum laborem improbum, etsi leviter aliquando sustinueris.

Primus continet Elenchum Auctorum omnium nostrorum per cognomina, & nomina.

Secundus contra per nomina, & cognomina, ne ullibi sit hæsitandum.

Tertius Chronologicum ordinem à Seculo ante Christum natum ad nostra usque tempora, & cohærentem Scriptorum catenam repræsentat.

Quartus continet Scriptores per Dignitates, munera, & sacrorum Ordinum Professionem dispositos.

Quintus præpositis Scientiarum Classibus Professores nostros enumerat.

Sextus tandem copiosissimus, materias, personas, & loca omnia continet, de quibus in Opere actum est, atque hîc omnibus me gratiam tuam captaturum esse confido. Vale.

Dabam Mediolani Kal. Februarii anni MDCCXLV.

DUm hæc autem scribo nuncius allatus est, nuper è vivis excessisse *Fr. Aloysium Mariam Lucinum* Ordinis Prædicatorum, S. R. E. Cardinalem, cùmque jam prælo subjectum foret integrum Opus, & neque inter *Addenda* locus esset futurus, ne officio deesse viderer, hîc pauca de illius Vita, & Scriptis coronidis loco apponenda censui, præsertim cùm sciam, à pluribus veræ suæ Patriæ ablatum fuisse.

Natus est ille in hac Urbe die XXV. Julii anno MDCLXV. parentibus Julio Cæsare Lucino Comensi, & Hyppolita Turcona Mediolanensi nobb. conjugibus, eo tempore, quo pater ejus Oratoris, quem vocant, illustre munus apud hujus Domini Moderatorem pro Comensi Civitate sua gerebat, in cujus etiam Regio Senatu Amplissimus postea Pater sedit; unde forsitan invaluit opinio, Comensem patriâ fuisse Cardinalem nostrum; quod si de genere accipiatur, omnino verum, si de nativitate, falsum; extat enim adhuc publicum Monumentum in Ecclesia Parochiali S. Martini ad Nuxigiam de illius Baptismate in eodem ipso Fonte, quo Pius IV. Pont. Max. fuerat ablutus, accepitque nomina Jacobi, Philippi, Christophori, Antonii, Josephi, Mariæ. Mox à parentibus optimè institutus, prima juvenute in Prædicatorum Ordinem, atque in Conventus S. Mariæ Gratiarum hujus Urbis Familiam die VIII. Februarii MDCLXXXI. allectus est, nomenque alterum accepit Fratris Aloysii Mariæ. Quæ verò in ea gesserit, melius me narrare non posse puto, quàm verbis Reverendiss. *P. Fr. Thomæ Ripoll* Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum in encyclica Epistola, qua Fratribus suis tanti Viri obitum nunciavit. „ Ut erat ingenio (scribit ille) ad intima quæque „ Scientiarum omnium adyta pervadenda facili, ac prompto, brevè emenso studiorum curriculo, regendis, moderandisque illustrioribus Provinciæ utriusque „ Lombardiæ Cathedralibus ad plures annos admotus est. Ejus verò doctrinâ, prudentiâ, ceterisque ingenii, & animi dotibus conspectiùs in dies se se prodentibus, Romam ad Catholicæ Religionis fines tutandos arcessitus, atque evocatus „ est. Ac primò quidem causarum ad Orthodoxam Fidem spectantium Commissarii, ut vocant, Socius, & Coadjutor adlectus; tum inde earum Quæstor Novariæ renunciatus, usque adedò vigilis, sollicitæque operæ suæ sedulitatem Clementi XI. Pont. Max. probavit, ut haud multò post Generalem Sanctissimæ Inquisitionis Commissarium creaverit. Nec verò aut Sanctissimum Pontificem opinio, aut alios expectatio, quam de sua ille virtute excitaverat, falsos habuit. „ Tam incorruptè siquidem, sanctè, accuratèque gravibus difficultatibus implicatum manus supra annos triginta gessit, ut à Summis Pontificibus, & Supremo Cardinalium Cœtu, cujus est de Fidei causis cognitio, & judicium, non approbationem tantùm, sed effusas laudes meruerit. Porro si quid otii ex non intermissis ejusdem muneris curis, atque occupationibus, decerpere licuisset, id velut laxandi animi causa, sacris, atque ecclesiasticis studiis accuratè impendebat, ut arma sibi ad oppugnandos errores, tuendamque Catholicam Religionem privata exercitatione pararet; quorum quidem studiorum fructum uberrimum protulit, exhibuitque non semel cum doctissimis circa subortas Religionis controversias Romanorum Pontificum jussu ab eo lapsis suffragiis, censuris, atque consiliis, tum verò maximè scriptis à se, editisque magno Ecclesiæ, ac literariæ Reipublicæ bono præclarissimis Commentariis, quibus vel Apostolicæ Sedis jura, „ & privilegia solidissimè asseruit, ac vindicavit, vel invectos in Orientales Missiones, profanos, gentilesque Ritus, Apostolici Legati decreto, jure, meritoque „ confixos, proscriptos, atque convulsos omnigenæ eruditionis apparatu luculentissimè demonstravit.

„ Præclara hæc in Ecclesiam merita, ac tantam Viri sapientiam cùm omnes „ suspicerent, ac prædicarent, quanti eam faceret ostendit in primis acerrimus „ literarum, ac veræ virtutis æstimator, idemque cultor eximius, BENEDICTUS „ XIV. Pont. Opt. Max. cùm illum in Purpuratorum Patrum Senatam tanta retulit omnium ordinum adprobatione, quanta debebatur magno dignitatis ornamento, magnæ doctrinæ, ac probitati tributo. „

At gravescente in dies ætate Romæ, qua in Urbe in Congregationibus Indicis, Rituum, Examinis Episcoporum, atque Orientalis Ecclesiæ Librorum correctionis recensabatur, paullo post è vivis excessit die XVII. Januarii, hora XV. Sepultus est in veteri Ecclesia S. Sixti, cujus titulo insignitus erat, hac Sepulchro inscripta Epigraphe :

D. O. M.

FR. ALOYSIO MARIAE LUCINO MEDIOLANENSI
 EX ORD. FRATR. PRAED.
 DIVINARUM, HUMANARUMQUE SCIENTIARUM CLARO
 NOVARIÆ HAERETICAE PRAVITATIS INQUISITORI
 A CLEM. XI. P. M. EODEM MUNERE IN URBE
 GENERALI ADMINISTRATO RENUNTIATO
 ATQUE A BENED. XIV. PONT. OPT. MAXIMO
 OB PROBITATEM EJUS, PIETATEMQUE SINGULAREM
 IN CARDINALIUM COLLEGIO COOPTATO
 VIXIT ANN. LXXIX. MENS. V. DIES XXIII.
 OBIIT XVI. KAL. FEBRUAR. AN. SALUTIS MDCCXLV.
 JOSEPH LUCATELLIUS MEDIOL. ROM. ECCLES. PROTHONOTARIUS
 AC IN FERRARIENSI PROVINCIA PRO-LEGATUS
 GRATI ANIMI MONUMENTUM POSUIT.

Scripta igitur :

- I. *Esame*, e *Difesa del Decreto* pubblicato in *Pudiscerì* da Monsignor Carlo Tommaso di Tournon Patriarca d'Antiochia, Commissario, e Visitatore Appostolico, con Podestà di Legato a Latere delle Indie Orientali, Impero della Cina, e Isole adjacenti, dipoi Cardinale della Santa Romana Chiesa; approvato, e confermato con Breve dal Sommo Pontefice BENEDETTO XIII. presentata alla medesima Santità Sua da *Fra Luigi Maria Lucino* dell'Ordine de' Predicatori, Maestro di Sacra Teologia, e Commissario Generale del Sant' Uffizio. In Roma, nella Stamperia Vaticana, 1728. in 4. & iterum 1729. in 8. cum pluribus Additionibus.
 - II. *Romani Pontificis Privilegia adversus novissimos Ofores vindicata*: duplex Dissertatio cum duplici Appendice; Auctore *Fr. Aloysio Maria Lucino* Ord. Praedic., Sac. Theol. Magistro, & in Urbe Commissario Generali Sancti Officii. Venetiis, apud *Bartolomaeum Javarina*, 1734. in 8.
 - III. *Vota*, & Consultationes plurimae doctissimae, atque omnigena eruditione repletæ, ab eo conscriptæ cum Sacrae Inquisitionis esset Commissarius, super variis dubiis Sacrae Congregationi propositis, ad Catholicam Fidem, auctoritatem Summi Pontificis, Ritum Graecum, & Armenum, atque Orientis Missiones pertinentibus. MSS. servantur in Archivio Romano S. Officii.
 - IV. *Responsa ad Clementem XI. Pont. Max.* qui propria manu scribens eum saepissime consulebat de *Sinenium Ritibus*, & de *Probabilismo*. Transmissa sunt Autographa ad ipsum Pontificem, & servari creduntur apud Eminentissimum *Annibalem Albanum*, S. R. E. Cardinalem amplissimum.
- Plura de sapientissimo Viro debeo Reverendis. P. Fr. Hermenegildo Todeschini Mantuano in hoc Mediolanensi Dominio Inquisitori Generali, atque in me humanissimo. Clarissimus verò Sitor noster mihi pro solita sua humanitate subministravit Stemma gentilitium Lucinum, cui est initium à *Maphiolo* circa medietatem Seculi XV. usque ad *Cæsarem Auctoris nostri* Eminentissimi parentem, ex quo didici, habuisse præfatum Cæsarem ab *Hippolyta Turcona Hieronymi Mediolanensis filia*, quatuor alios liberos, præter *Aloysium Mariam nostrum*, S. R. E. Cardinalem, nempe *Marchionem Matthæum Cohortum Milit. General. Tribunum*, *Comitem Antonium Regium Justitiæ in Statu Mediol. Capitaneum*, deinde *Magistratus Ordin. Reddituum Quæstorem*, *Hieronymum Capæ Episcopum*, *Fr. Cæsarem Franciscum ex Ord. Praedicatorum*, & *Gravinæ Episcopum*, omnes *Mediolani natos*.

M Anum de Tabula jam removebam, cum allata est mihi eruditissima Epistola Eminentissimi Cardinalis *Angeli Mariae Quirini* Brixienis Episcopi, in quo non minus dignitatis, quam doctrinae splendorem universus literatus orbis concelebrat, & laudibus extollit. Ea data est ad Cl. Virum *Joseph Antonium Saxium* Ambrosianæ Bibliothecæ Praefectum, recens impressa, scilicet IV. Kal. Augusti MDCCXLV., atque in ea mirabili sane facundia Brixianæ Literaturæ, aliis jam ejus Lucubrationibus illustratæ, novum texuit Elogium. Non indignatus est Purpuratus ille Princeps ad opellam hanc meam respicere, simulque his me verbis, quamvis humanissimis, negligentis accusavit; sic ille pag. 75. „ Injesta in superiori Epistola Pyladæ „ ad Petrum Paulum Averoldum *Gabrielis Concoregii* mentio me monet, ut minime dissimulem, mirum mihi „ accidisse, ejus nomen omnino subteriti in Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium, nuperrime à Cl. V. Phi- „ lippo Argelato concinnata, tuæque Historiæ Typographico-Literariæ subjuncta, eoque magis, quod in illa „ quatuor ex Concoregia Familia docti Viri censentur, *Conradus, Joannes, Raynaldus, Roglerius*. Horum sal- „ tem occasione nominari, ut puto, merebatur *Gabriel à Pyladæ* laudatus ex Bibliotheca, quam sibi parave- „ rat, quemque ipse compertum admodum reddidi tam ex iis, quæ de homine illo scriptis consignavi in *Di-* „ *atriba ad Francisci Barbari* Epistolas Part. I. Cap. III. §. V. quam ex ejusdem Epistolis, quas inter *Barbari il-* „ *las* evulgavi. „ Tum prosequitur Eminentissimus Scriptor, Patriam *Gabrielis*, nimirum *Mediolanum*, „ ex ejusdem assertionibus ostendens, aliaque ad eundem pertinentia subjiciens. Sed si Auctoritati, & Am- „ plitudini ejus à me multis nominibus Eminentissimo Principi addicto sunt omnia tribuenda, liceat, *Le-* „ *ctor humanissime*, paucis tecum agere, unde fortunam meam cognoscas. Vix recitata verba perlegi, „ cum in mentem venit, me *Gabrielis* honorificam mentionem Bibliothecæ meæ inferuisse, & quidem ex „ ipsius Eminentissimi *Quirini* *Diatriba*, Epistolisque *Concoregii* desumptam, quemadmodum quisque facile „ noscere potest, ubi paginas 1753., & 2043. hujus Operis inspexerit. Immo, ut verum fatear, animus primò „ fuerat, *Concoregium* prorsus omittere, cum ob paucas tantum Epistolas, quas posteritati reliquit, vix lo- „ cum habere posse videretur inter alios *Mediolanenses* Scriptores, postquam innumeros ferme consultò præter- „ jeram, Epistolographos præsertim, nisi majora essent ad manus literaturæ testimonia. Debit certè hujusmodi „ honorem *Concoregii* Eminentissimo *Quirino*; nam inspectâ, quam citat, *Diatribâ*, nefas duxi *Scriptorem* „ contemnere, quem Amplissimus Cardinalis tanti fecisset. Quapropter non parum admirationis concepi, cum „ nullius culpæ conscius, nondum producto in vulgus Opere me publicitus in censuram trahi, & quidem à Viro „ tanti nominis animadverti. Sed tantum abfuit ut succenserem, quin statim subiit, Eruditissimum Cardinalem „ non vidisse citatas paginas, in quibus de *Concoregio* agitur, proptereaque jus ei fuisse ad postulationem negli- „ gentiæ, vel oscitantis; ut enim in hac Præfatione jam monui, inter Amicos reliquos, Doctissimo Comiti „ *Joanni Mariae Mazzucchello* Brixienfi, cujus eruditionem plurimi feci, Opus hoc meum adhuc ferme incomposi- „ tum misi, precatus, ut si quid vel minus rectè scriptum, vel omissum comperisset, pro humanitate sua, at- „ que amicitia moneret, ac emendaret, & ab eo communicatum Eminentissimo Principi nuper cognovi ex dicti „ Comitis *Mazzucchelli* Viri Claris. Animadvertionibus, nullâ umquam habitâ notitiâ de iis, quæ notata fuerant, „ & aliorum etiam Amicorum monitis, Appendicem adornavi, in qua de *Concoregio* quoque multa congesti, „ quæ citatis leguntur locis, eamque Appendicem ad neminem mittendam censui, donec Opus universum vul- „ garetur; ideoque hoc mente perpendens, perturbatum animum erexi, sperans futurum, ut inspectis, quas „ adhibui, secundis curis, nihil mihi, & Bibliothecæ *Mediolanensium* Scriptorum officere possit apud Erudito- „ rum Rempublicam præstantissimi Viri censura, quæ factum pro infecto meritò reputavit. Obiter insuper ani- „ madvertas, velim, Candide Lector, non *Conradum* tantum, *Joannem*, *Raynaldum*, & *Roglerium* ex *Con-* „ *coregia* Familia genitos in hoc Opere laudari, ut Doctissimus Cardinalis asseruit, sed, præter eos, reperiri „ etiam *Ardicionem*, *Danielem*, & *Gabrielem* nostrum, ut ex Indice cognoscas. Hæc Te monendum duxi, ne „ si fortè in Epistolam illam publici juris factam incidisses, sinistram Operis mei estimationem conciperes. Vale.

ELENCHUS TOTIUS OPERIS.

IN TOMI I. P. I.

AUCTORIS PRÆFATIO, ad cuius calcem legitur brevis Vita, Elogium, & Opera *Fr. Aloysii Mariae Lucini* Ordinis Prædicatorum, & S. R. E. Cardinalis. Pag. 1

HISTORIA LITERARIO-TYPOGRAPHICA Mediolanensis, in qua, de Studiis Literariis Antiquis & Novis in hac Metropoli institutis: De tempore inductæ Mediolanum Typographiæ: & primis hujus Artis Opificibus: De Viris doctriâ illustribus, qui Seculo XV. in eadem Urbe florere, atque eorundem MSSis Operibus in Ambrosiana Bibliotheca servatis differitur; Auctore *Josepb Antonio Saxio*, Sanctorum Ambrosii & Caroli Oblato, Bibliothecæ Ambrosianæ Præfecto. Col. I

EPISTOLÆ Libris editis Mediolani primo Typographiæ Seculo olim præfixæ, nunc iterum recufæ. Col. CCCXLIII

CATALOGUS Librorum, qui Mediolani editi fuere ab anno MCCCCLXV. usque ad MD. Chronologica serie digestus. Col. DLV

INDEX GENERALIS Operis ejusdem Cl. V. *Josephi Antonii Saxii*, in quo literâ L. legitur Librorum series, qui ab anno MCCCCLXV. usque ad MD. editi fuere, ordine alphabetico disposita. Col. DCXVI

IN TOMI I. P. II.

SYLLABUS Scriptorum Mediolanensium per Cognomina, & Nomina digestus.

SYLLABUS Scriptorum Exterorum, sed Mediolanensibus adjiciend., per Cognomina, & Nomina digestus.

SYLLABUS Scriptorum Mediolanensium per Nomina, & Cognomina digestus.

SYLLABUS Scriptorum Exterorum, sed Mediolanensibus adjiciend., per Nomina, & Cognomina digestus.

SYLLABUS Scriptorum Mediolanensium ordine Chronologico dispositus.

SYLLABUS Scriptorum Exterorum, sed Mediolanensibus adjiciend., ordine Chronologico compactus.

BIBLIOTHECA Scriptorum Mediolanensium à literâ A. usque ad literam I.

IN TOMI II. P. I.

BIBLIOTHECA Scriptorum Mediolanensium à literâ L. usque ad literam Z.

IN TOMI II. P. II.

APPENDIX, seu **SCRIPTORES** prætermitti, & minoris notæ. Col. 1710

ADDENDA, & **CORRIGENDA**. Col. 1930

SCRIPTORES Exteri, sed variis de causis Mediolanensibus adjiciendi. Col. 2051

INDICULUS, quo Scriptores Mediolanenses Sanctorum, ac Beatorum titulo insigniti recensentur. Col. 2191

SYLLABUS Scriptorum Mediolanensium per Dignitates eorundem digestus. Col. 2193

SYLLABUS Scriptorum Mediolanensium per Scientiarum Classes digestus. Col. 2244

INDEX GENERALIS Rerum, & Nominum, exceptis iis, quæ sunt Scriptorum Mediolanensium, quorum jam dedimus Catalogos; Item Locorum, atque Librorum, quibus hæc Bibliotheca composita est. Col. 2326

Typographico-literariam Mediolanensem Historiam à Cl. V. *Josepho Antonio Saxio* Ambrosianæ Bibliothecæ Præfecto elaboratam summâ cum voluptate perlegi, maximèque gratulor Mediolanensi Metropoli, cui tantus obtigit Civis, qui eruditione sua, & recentia ornet præla, & veterum gloriam fermè oblivione deletam, vel cum blattis tineisque luctantem quodam postliminio reducat in Patriam. Oh! utinam Italiæ nostræ Urbes universæ tam nobili exemplo ad commendabilem æmulationem provocentur, & nobilissimæ Artis monumenta simili conatu ab interitu vindicare studeant. Quapropter cum in præstantissimo Opere & Eruditorum commodo, & Reipublicæ Literariæ ornamento optimè sit consultum, neque minùs in eo Cl. Auctoris doctrina, quam probitas eluceat, illud Typis dignissimum cenfeo.
Dabam Mediol. Prid. Idus Quintiles CIO IOCCXLV.

Canonicus Andreas Iricus J.C. Theol. & pro
Sanctissimæ Inquisitionis Officio Librorum
Censor, ac Qualificator.

Quod optatissimum erat, ut Mediolanensis Literatura, quam præstantissimi Cives editis, aut Manuscriptis Voluminibus splendidam quovis tempore reddidere, collectis eorundem nominibus tandem in publicam lucem sese proferret; id novissimè perfecit *D. Philippus Argelatus*, Reipublicæ Literariæ jamdiu notus, atque in Aula tum Pontificia, tum Regia Vindobonensi præclaris honoribus insignitus, qui summo labore, impendio, ac diligentia *Bibliothecam Scriptorum Mediolanensium* adornavit, eamque numeris omnibus absolutam in conspectum gentium prodere meditatur. Hanc ego, jussu Reverendissimi Patris Fr. Hermenegildi Todeschini Generalis in Mediolanensi Provincia contra Hæreticam pravitatem Inquisitoris, evolvendam accepi, in eaque nihil offendi, quod morum probitatem, aut Catholicæ Fidei candorem lahe aliqua inspergat; quinimo conspirare omnia deprehendi ad incrementum laudis, & gloriæ celeberrimæ hujus Metropolis, novumque censum parari antiquæ, recentique eruditioni; neque ideo infidem subscripsi. Ex Ædibus Bibliothecæ Ambrosianæ Idibus Junii MDCCXLV.

Joseph Antonius Saxius Sac. Theol. Doct.,
Sanctorum Ambrosii & Caroli Oblatus,
Bibliothecæ Ambrosianæ Præfectus.

Die 25. Junii 1745.

Attenta suprascripta attestazione

I M P R I M A T U R .

Fr. Hermenegildus Todeschini Sac. Theologiæ Magister, Inquisitor Generalis S. Officii Mediol.

Franciscus Curionus Archipresbyter S. Eusebii pro Eminentiss. & Reverendiss. D. D. Joseph Pucobonello Archiepiscopo Mediol.

Vidit Julius Cæsar Bersanus pro Excellentissimo Senatu.

HISTORIA

LITERARIO-TYPOGRAPHICA
MEDIOLANENSIS,

IN QUA,

DE STUDIIS LITERARIIS

ANTIQUIS ET NOVIS

IN HAC METROPOLI INSTITUTIS:

De tempore inductæ Mediolanum Typographiæ:

Et primis hujus Artis Opificibus:

De Viris doctrina illustribus, qui Sæculo XV. in eadem Urbe florere,
atque eorumdem MSSis Operibus in Ambrosiana Bibliotheca
servatis

DISSERITUR. . .

A D J E C T A S U N T

APPENDIX EPISTOLARUM;

Quæ Libris, tunc ibidem editis, affixæ legebantur;

E T

CATALOGUS CODICUM

Mediolani impressorum ab anno MCDLXV. ad annum MD.

A U C T O R E

JOSEPH ANTONIO SAXIO,

SANCTORUM AMBROSII ET CAROLI OBLATO,
BIBLIOTHECÆ AMBROSIANÆ PRÆFECTO.

3

P R Æ F A T I O A U C T O R I S.

CUm literariam Typographiæ Mediolanensis Historiam condere meditarer, nihil minus menteolvebam, quàm ut huic elaborando Commentario manum apponerem, atque ab ovo, ut ajunt, repeterem exordia, progressusque studiorum, quibus ostenderem, nobilem in hac Urbe, quavis ætate, erga liberales disciplinas, Scientiasque, amorem, ac cultum floruisse. Satis superque videbatur calami laborem impendere colligendis literariis monumentis, quæ primo nascentis Typographiæ seculo edita fuerant in hac Urbe, ratus non modicum me Patriæ decus comparaturum, si egregiè meritam de hac Arte, ac proinde etiam de Scientiis omnibus Metropolim nostram comprobarem. Ad hoc autem consilium perficiendum adactus sum eâ potissimam causâ, quòd in annalibus Typographicis, a Michæle Maistre prælo vulgatis, parcam admodum memoriam injici de cultis hic summo studio atque impensâ, typis animadverterem, ac propterea necessarium ducebam opulentam librorum suppellectilem, per ea tempora a Mediolanensibus Civibus adornatam, in lucem proferre. Ne verò nuda nimis, ac sicca foret narratio, quæ edita solummodo volumina recenseret, relegere statueram ea omnia illustria vestigia, quæ ad rem literariam pertinent, quæque alto adhuc obducta pulvere in tenebris jacent, multamque studiis nostris, eâ ætate præclarè vigentibus, conciliare laudem valuissent, si detersâ immeritæ oblivionis labe sedulò illustrarentur. Verùm dum hanc curam persequer, subiit animo cogitatio, ne hac quidem diligentia, satis me publicæ expectationi facturum, quæ unius seculi notitiis, utcumque illustribus, ditata, de susceptis præterito recentique tempore, ad fovendam promovendamque literarum culturam, doctis Mediolanensium laboribus jejuna relinqueretur. Mei igitur muneris esse censui, ut saltem nonnullas ex tam ampla messe spicas colligens, hanc quoque Mediolano gloriam vendicarem, quòd videlicet vix alicui ex Italicis Urbibus concesserit antiquitate, ac successione studiorum.

Id autem eò libentiùs complexus sum, quòd intactam adhuc hanc Spartam viderem, nemine hætenus reperto Scriptore, qui asserendum hoc Urbi Mediolanensi decus, peculiari dissertatione contenderit. Edidit quidem Philippus Picinellus Italico idiomate Athenæum Literarium: sed præterquamquod Viros quamplures doctrina & scriptis insignes incurioso silentio præterit, nec eorum, quos enumerat, ætatem ac vitam pro merito susceptæ provinciæ dilucidat, nullum prorsus verbum profert de inchoatis Studiis, propagatis Scientiis, institutis Collegiis, Academiisque, quorum omnium accurata descriptio non modicum illius Operi, alioquin laude dignissimo, ac Metropoli nostræ ornamentum addidisset. Propiùs ad hanc metam collimasse videtur Erycius Puteanus, qui Dissertationem historicam: De Rhetoribus, ac Scholis Palatinis publici juris fecit. Sed cum antiqua vix attingat, recentia verò oratoriis tantummodo stolis vestiatur, panegyricam potiùs orationem, quàm historiam adornasse censendus est. Itaque desideramus in hanc usque diem doctum aliquem calamum, qui exesa temporum superiorum monumenta, marmora, codices, ac Diplomata perscrutetur, ut Literis procul dubio per omnem annorum seriem in hac Urbe sedulò excultis, merita laus reddatur, ardorque Majorum in excipiendis, atque amplificandis nobilium disciplinarum studiis, exemplum fiat Posteriorum imitationi. Neque verò me tanto labori in præsentia paratum credi velim, ut vastum hoc argumentum exhauriam; id enim nec tenuis iste promissi Operis Prodromus patitur; nec si genio etiam meo in Patriæ honorem propenso indulgere liberiùs vellem, pares suppetunt vires. Aperire idcirco tantummodo intentatum hætenus iter contentus sum, existimans non exiguum Literis colendis beneficium, Urbisque splendori vividius exornando incitamentum hinc emanaturum, si antiquitatem, ac præstantiam Studiorum Mediolanensium, hæreditario quodam amoris censu apud nos florentium, brevi manu delibans, patentem campum calamis eruditioribus relinquam, pleno opere diligentiora sectandi.

Hæc sunt, quæ ut consilii mei rationem exponerem, præfari opportunum censueram, cum Prodromum hunc eundem, sexdecim ab hinc annis, seorsim in lucem producere statuisssem. Tandem liberare datam Publico fidem mihi non improspere contigit, Mediolanensi, quam sponderam, Literario-Typographica Historia ad umbilicum perducta. Deterruerat me sanè pertractanda rei difficultas, quæ firmiores & corporis, & ingenii vires exposcebat, ut pro nostræ Metropolis dignitate, longaque Promissi complendi expectatione, cumulatè perficeretur. Attamen, ne à laceris cariosæ antiquitatis reliquiis eruta (hæud parvis laboribus) historica opes, iterum intra domesticos parietes rubigine infici, ac prorsus contabescere cogerentur, tentare illam ausus sum, ratus fore, ut Lectoribus si non Operis imbecillitas, saltem conatus placeret. Itaque sedulò evolutis raris iis voluminibus, Seculo XV. Mediolani impressis, quæ mihi licuit contrectare, quibusque (pene dixerim) depulsa fame ob tot alias exesas superiorum temporum Chartas, Blattæ pepercerant, Histo-

Historiam hanc ita digessi, ut distributa veluti in Classes rerum describendarum moles minori tædio legentes afficeret, suâque etiam varietate posset delectare.

Primò igitur Prolegomena præmisi, in iis expromens nonnullas peculiare Patriæ meæ laudes, quibus illam supra cæteras Europæ Provincias, in Typographico expoliendo, adornandoque opificio excelluisse, testati sunt sincera confessione Scriptores ipsi, qui alieno in solo nati, atque unicâ veritatis patefaciendæ suasionem permoti, celeberrimæ hujus Artis ortum, ac progressus indicaverunt. Quandoquidem verò mihi non rarò contigit offendere quosdam, antiquæ hujus mercis insulsos aestimatores, qui adunco naso, ac socratico risu aspernabantur laborem, à me, vel ab aliis adhibitum in eruendis à loculis Bibliothecarum Codicibus, venerando antiquitatis integumento coopertis, corio scilicet, tabulisque; ac si otiosa hac curâ nonnisi sordes, & cariem venari viderentur qui eos evolverent, Apologiam contexui, in qua nobile hoc studium à summis viris gloriosè susceptum, atque uberem utilitatem inde profluentem veteri Historiæ, Familiis, doctisque hominibus, quorum memoria ac nomen ipsum fene conciderat, ostendere sum conatus: Quamvis (ceteris etiam omisis) hoc idem Opus, quod nunc primò prælis commisi, firmandæ propositæ sententiæ suffecturum arbitrarer; cum universa ferme in hisce Chartis relata de Principum erga literas amore, de confluentibus Mediolanum celebrioribus viris, refectis Academiis, rebusque egregie gestis ut studia florere, deprompta sint à Libris, qui in contemptu ferme habiti relegatique, veluti scruta Bibliothecarum, in extremos earundem angulos, felici omine superfuere cladi pulveris, ac tinearum.

Tempus etiam, quo in Urbem nostram inducãta est Ars Typographica, explorare non destiti; sique mihi nimium non blandior, id affecutus sum, ut certiozem Mediolano præ ceteris Italiæ Urbibus Epocham figerem, eamque primam, à qua annos suos numerare possit, è Germania discedens, atque in has oras deducãta hospes Typographia. Quia tamen Urbs præsertim Veneta de primatu in typographico Opificio gloriari videtur, argumenta, ut arbitror, valida objeci, ut tributam à Michaële Maitaire ipsi hanc laudem convellerem, illamque Patriæ meæ non immeritò vindicarem. De Typographis quoque curam egi, ut eorumdem patriam, genus, Libros excusos, annosque adnotarem, quibus apud nos præla statuere cæperunt, aut manum ab illis remove. Qua in re illud mihi obtigit felix ac fortunatum, ut publicas Tabulas invenirem, conditas sub initium nascentis in Urbe nostra Typographiæ, quibus egregii Viri solemnibus juramento, & pactioibus sese obstrinxerunt, ad augendam librorum suppellectilem, & plura figenda torcularia, ne Metropolis ista propagatæ alibi tam proficiæ artis beneficio careret, atque in conspectu Urbium aliarum, jam ostentantium divitem copiam Codicum impressorum, ignominiosa quadam desidiæ labe affici se pateretur. Easdem integras dedi ante Appendicem Epistolarum, quæ Libris illa ætate apud nos editis præfixæ fuerant: Ratus enim sum, vetusto hoc testimonio (quod nulla fortasse Civitas proferre poterit) abundè Lectores doceri, quàm citò Mediolanenses Cives, erogato ære, & distributis inter doctos viros Typographicis muneribus, curam sollicitam gesserint, ut non aliis, quàm suis prælis deberet hæc Metropolis paratum Gymnasis, ac Scientiis editorum Codicum censum opimum.

Historiam Literariam subinde aggressus, eam continuata serie chronologica ab Anno MCCCCLXX. usque ad extremum Seculi XV. perduxit; præcipuum verò studium fuit, celebres doctrinâ Viros, qui promovendis Mediolani literis insudavere, aut quorum libri in Urbe nostra excusi sunt illa ætate, singillatim referre, ac quicquid ab ipsis gestum est, collectis hinc inde quæ latebant notitiis, publica luce donare. Qua in re gloriolam illam minime sum consecutus, ut integras earundem vitas ederem, ea coacervando, quæ nota jam erant, atque in vulgatis Scriptorum libris relata; id enim accipi à doctis hominibus meritò potuisset, ac si facile parabilem Eruditionem obtrudere iis voluissim, alienisque laboribus Operis hujus molem augere. Quamobrem intra eos fines me continui, ut de Literaria tantùm Mediolanensi Historia differerem, & illa in publicum proferrem, quæ vel in MSSis codicibus, vel in antiquis impressis voluminibus, quibus raritas, ad ea perlustranda, aditum ferme præcluserat, offendere mihi licuit, ut peracta à literatis Viris studia in nostra hac Metropoli, conditio, & mores illustrarentur. Inter ceteros à me relatos, qui Mediolanensi Civitati decus immortale comparavere, Demetrius Cretensis fuit, à quo Ars, (à nemine antea tentata) inventa est, ac numeris omnibus absoluta, Græco videlicet idiomate Libros integros imprimendi; sed tanti viri, perenni memoria digni, nomen nobis servavit unicus ille Liber, quem Dionysius Paravicinus, illius præsentia, consilio, ac ductu, in hac Urbe excudit, Græca nempe Grammatica; nec ullum aliud vestigium relictum mihi occurrit, quo incæptus, ejusdem industriâ, gloriosus hic labor, novis apud nos græcè impressis codicibus, publico literarum bono fuerit propagatus. Tandem ab eruditissimo Equite Comite Antonio Simonetta accepi, à se inspectum fuisse Londini Dionem græcè impressum Mediolani, à memorato typographo Dionysio Parravilino anno MCCCCLXXVI. Huic verò editioni parandæ manum apposuisse Demetrium Cretensem dubitari vix potest, cum eodem anno elaboratam ab ipso Græcæ Grammaticæ impressionem, (ut proximè diximus) intacta ad nos transmissa commendatissimi ejusdem Operis exemplaria testentur. An verò instructum jam prælum Mediolanense ad tam arduam explendam curam, novis ditaverit græcè linguæ MSSis codicibus; quidque ipse egerit in longa apud nos mora traducta, ignotum

pror-

prorsus est, altumque silentium in aliis ævi illius historiis pariter servatum inspicimus. Immo, (quod mihi non modicam admirationem excitavit) Jo. Albertus Fabritius qui de Græcis Demetrii agens in sua locupletissima græca Bibliotheca, memorias omnes eorundem collegit, nihil de Cretenſi hoc Demetrio scriptum reliquit. Id certo scimus, accersitum eum fuisse Florentiam, ut editioni græcæ carminum Homeri Anno MCCCCLXXXVIII. primùm ibidem paratæ unà cum Demetrio Cbalcondyla operam suam conferret. Ne autem lateret, à qua Urbe profectus esset, addita in calce fuit, à nova veluti patria, appellatio, his verbis, industria, & dexteritate Demetrii Mediolanensis Cretenſis (fortasse namque, ob nobile inventum Græcæ Typographiæ, à primoribus nostræ Urbis Civitate donatus fuerat). Itaque, ut aliquid proferrem de hoc insigni ac benemerito Mediolanensis Metropolis viro, antiqua perscrutatus sum monumenta, atque in mentem opinando induxi, illum eundem esse, qui sub nomine Demetrii Ducæ in Hispanias iter suscepit, Cardinali Ximeno advocante, ut græcas Literas Compluti doceret & Biblia polyglotta, simul cum aliis peritissimis Viris, quoad græcam versionem, perficeret, ederetque. Id ego per conjecturas in impressa jam Historia mea adnotaveram, cùm ecce Clariss. Vir Abbas Laurentius Mehus, summæ humanitatis, eruditionis, amorisque erga Literas, ad me Florentiâ misit ea, quæ ipse decerpserat ex posthumis Libris duobus Londini excusis Anno 1742. celeberrimi Humphredi Hodi, quæque prorsus cum opinione à me concepta consentiunt; loquens enim Hodius de Græcis illustribus, Linguæ Græcæ, Literarumque humaniorum instauratoribus, eorum Vitis, Scriptis, & Elogiis, ubi de hoc Demetrio agit Libr. II. Cap. IX. pag. 320. hæc habet: „ Demetrius Ducas Cretenſis in Italia egit usque ad Annum „ MDVIII., quo tempore Epistola ejus græca ad M. Musurum præfixa est Volumini primo Græco- „ rum Rhetorum ab Aldo Venetiis editorum. In Hispaniam postea vocatus est ab Amplissimo Car- „ dinali Ximeno, ut Bibliis Complutensibus, quo ad Græca, edendis operam navaret. In fine Te- „ stamenti Novi isthic editi Anno MDXIV. legitur ejus Epigramma Græcum, & ejusdem esse vi- „ detur Præfatio Græca, quæ eidem Testamento Novo præmittitur. Recensetur ab Alvaro Gomecio „ inter illos Eruditos Viros, quos ad nobile illud Opus adornandum, ac perficiendum, Cardinalis „ ille illustrissimus ad se accersivit; inceptum autem est Opus Anno MDII. Eundem fuisse opinor „ cum Demetrio illo Græco, qui Libellum Galeni spurium de Oculis in Latinum transtulit. Hæc Hodius. Gratulor igitur mihi, quòd minime fuerim falsa opinione deceptus, & nonnullos indica- verim egregios hujus Demetrii labores, dum ageret in Italia; excusam nempe Grammaticam & Dionem græcum Mediolani, Homerum Florentiæ, à remoto illo Auctore, ob summam raritatem, forsitan ignoratos.

Mibi quoque communicavit idem Abbas Laurentius Mehus, semper cum laude commemorandus, nonnulla ad Literariam meam Historiam spectantia, ab ipso transcripta ex codice manu exarato Bartholomæi Facii, qui de Literatis Viris suo tempore florentibus egit, quemadmodum ipsemet conscius fecit Æneam Sylvium Cardinalem Senensem, subinde Pium II. Pont. Max., id testante eodem Ænea in Epistola CCLI. editionis Basileensis anni MDLXXI. his verbis. Quod scribis in eo, quem de Viris illustribus ævi nostri, composuisti libro, datum nobis esse locum, non meritis nostris, sed tuæ caritati adscribimus. Pretiosum hoc monumentum, nondum typis vulgatum, obvium Amico huic meo fecit eximia benignitas Reverendissimi Præsulis Alberici Archinti, apud Magnum Etruriæ Ducem Apostolici Nuncii, nunc ad Potentissimum Poloniæ Regem designati, qui non tam antiquissimâ Sanguinis claritate, quàm virtutum omnium, doctrinæque singularis commendatione conspicuus, inter graviora munerum suorum momenta, Literarum, ac Literatorum curam beneficentissimam gerit. Serò ad me pervenere celebris illius Auctoris Commentaria, cùm nempe labor à me susceptus, è prælo dimissus jam foret; attamen, ne ociosa in privatis seriniis ea jacerent, hoc loco in lucem proferre censui opportunum, ut aliqua saltem de inedito illo Opere, nonnullis Additamentis meis aucta, Lector delibet.

ANTONIUS PANORMITA.

Antonius Panormita in hoc genere clarus habetur. Allectus ab adolescentia poëticæ atque oratoriæ suavitate, omissis legibus, illarum rerum studiis incubuit. In utro magis excelluerit, non facile judices. Res gestas omnes antiquitatis memoria tenet. Lufit in hermaphrodito, Virgilio exemplo. Eodem ferme tempore scripsit in Antonium Raudensem, ab eo lacesitus, libellum elegiaco versu, quem inscripsit Rhodum. Et item poëmatum, ac prosarum libros duos. Epigrammata quoque multa, & epistolas versu pulcherrimas edidit. Elegiam, quæ perdita jacuerat, rursus in lucem excitavit. A Sigismundo Imperatore in Italiam profecto, Poëta comprobatus laureâ coronâ, veteri more repetito, donatus est. Non temere alius quispiam aliena in dicendo vitia, aut virtutes acrius animadvertit, quod ei aliquando à Leonardo Aretino doctissimo viro in præcipuam laudem tributum est. Alphonſi Regis, qui eo doctore per diu usus est, atque utitur, dicta, factaque memoratu digna quatuor libris explicuit. Permagnam librorum numerum ex omni bonarum artium facultate congeffit. Legationibus, ac summis honoribus Regis functus, quibuscumque viris doctis, & probis potest, enixissime semper favet, ac favet.

Tom. I.

††

De

De laudatissimo hoc Viro, nihil in mea Historia adnotatum reliqui, non quòd immortalis apud nos memoria dignus haud foret, sed quia nullum ejusdem Opus illa ætate typis nostris impressum occurrerat. Ceterum magna & ipse cum laude Mediolanensia excoluit gymnasia, auxitque pretium, & famam studiis nostris, quæ adeò commendatum ab universo Literatorum cœtu Institutorem acceperant. Exoraverat Panormita per Amicos, & supplices Epistolas, adhuc superstites, à Philippo Maria Vicecomite Mediolani Duce, ut in illius Aulam induceretur, obtinuitque, admissus ad edocendam publicè juventutem in Liberalibus disciplinis, larga assignata mercede, obtingentis nempe aureis in singulos annos erogandis, ut Jovius in hujus Viri Elogio narrat. Sanè ipsemet, in Epistola ad Guarinum Libro IV. ejusdem Operum inserta, amicè referens, quo in loco res, & fortunæ suæ forent, ait, grande satis salarium sibi fuisse collatum, gratiamque summam adeptum se esse apud Illustrissimum Principem, Cæsaremque suum Philippum Mariam, qui „ sicuti Armorum industriâ „ excellens ipse, excellentes quoque ea in re summa affectione prosequitur, fovet, & exornat; ita „ & Literatos, & bonarum Artium studiosos pari caritate, indulgentiâque complectitur, nec domi „ minus, quàm Militiæ præstans. Subjungitque „ Me velim contempleris, ut omittam alios longè „ doctiores, & eruditiores, quibus hæc sua partim Academia, partim Curia redundat; me inquam „ contempleris, quem quanti faciat, audisti supra, & luculentius, & prolixius aliquando ab aliis „ cognosces. „ Hæc transcribere volui, ut clariùs semper innotescat, quanta tunc foret Principum Mediolanensium in fovendis, promovendisque studiis cura, & liberalitas, quàmque numerosâ per illam ætatem insignium Literis Virorum copiâ afflueret Civitas nostra. Addit Jovius in Elogio memorato, Philippum Mariam, noscendæ Historiæ cupidum, sibi in Magistrum familiariter adscivisse Antonium Panormitam; quod quanti ab eo Principe æstimaretur, dilucidè ostendit. Quid egerit postquam Mediolano abscedens apud Alphonsum Neapolis Regem se recepit, ab illo delectus secretioris scrinii Magister, & studiorum, expeditionumque omnium terra, marique perpetuus comes, ut verbis Jovii utar, referre non moror, cum hæc legi possint in Bibliotheca Sicula Antonini Mongitoris Vol. I. pag. 55., nec ea mihi ocii sit libertas, ut quæ ad Historiam Mediolanensem non pertinent, ex alieno penu transferam in hunc Librum. Recensere tantum lubet MSta ejusdem Opera, quæ in Ambrosiana Bibliotheca servantur, eaque sunt: Elegiæ nonnullæ, quarum aliqua editæ jam fuere Venetiis post ejusdem Epistolas, nempe in Mathiam Lupium, & in Lelphum Lusum, de quo Caballus fame moriens conqueritur &c. Quæ in nostro codice ineditæ leguntur, utpote malè olentes, lucem non mererentur. Extat brevis altera ejusdem Panormitæ, sub nomine Johannæ Francigenæ Dei nunciæ ad Mediolanenses, eo quod ad eos mittere volebant Magistrum Antonium Rhaudensem, cum responsione Rhaudensis, quæ incipit:

Spurce quid insanis? quid sus fœdissime grunis?

In alio Codice legitur Elegia, ita inscripta: Antonii Panormitæ clari Poëtæ ad Johannem Lamolam Bononiensem, quòd lacrumis Elegiæ motus ex Bononia nequeat recedere. Ejus exordium est:

Define me placidâ verbis abducere terrâ,
Define me Dominâ dissociare meâ.

Istæ in Editione Veneta Anni MDLIII. desiderantur. Item Libelli duo, sub titulo Hermaphroditus; Codex noster nonnullas margini appostas adnotationes refert, caractere tamen adeò infelici, ut Oedipo interprete indigeat. Opus istud obscenæ licentiæ fœce vitiatum, Antonii Panormitæ famam plurimum elevavit; illo enim usi sunt ejusdem æmuli, ut eum conviciis onerarent. Inter ceteros Antonius Rhaudensis, cujus Invectiva satis prolixa, inscripta Petro Candido Decembrio, legitur in altero ex Codicibus hujus Bibliothecæ, tota ferme versatur in exprobrando eidem pudore horum Carminum, quæ etiam ab Eugenio IV. Pont. Max. Ecclesiasticis censuris confixa fuere. Demum extat in eadem Bibliotheca manu exarata Oratio ad Genuenses, quam contra Turcas, & Venetos pronunciavit, cum ad eam Rempublicam, nomine Alphonsi Regis, partes ageret Oratoris; non secus ac perpauca Epistolæ, inter quas tamen aliquæ offendi, quibus caret Veneta Editio.

FRANCISCUS PHILELPHUS TOLENTINAS.

Franciscus Philelphus Tolentinas latinis, & græcis literis eruditus, satyras centum scripsit, dedicavitque Alphonso Regi, a quo ob eam rem, & multa pecuniâ, & equestri dignitate donatus est. Lyricorum quoque versuum grande opus magno impetu aggressus, & a Francisco Sfortia Mediolanensium Principe conductus, res ab eo gestas heroico carmine complexus est. Scripsit etiam prosa oratione Symposium quoddam, ac de exilio libros tres. Orationes præterea invectivas plerasque. Lacædemoniorum Rempublicam ex Xenophonte, Numæ Pompilii, ac Lycurgi vitas, & apophtegmata ex Plutarcho in latinam linguam convertit.

Quam-

Quamplures recentioris Aevi Scriptores provinciam suscepere, illustrandi memoriam Francisci Philelphi, qui inter ceteros seculi XV. Eruditos Viros peculiare nominis decus sibi comparavit, ob Eloquentiae famam, & Graecae, Latinaeque linguae Magisterium, in permultis Italiae Urbibus cum laude peractum. Duo ejusdem Elogia, seu Vitae Compendia, leguntur in memoriis Hominum Literis illustrium, editis Gallico idiomate a Patre Nicerono; alterum ab ipso confectum, atque insertum Tomo XXV., alterum ab ejusdem Continuatore in postremis voluminibus evulgatum. Lipsensia quoque Miscellanea, Tom. V. pag. 322. Vitam exhibent Francisci Philelphi, a Johanne Henrico Foppio Academiae Carolinae Bremensis Pro-Rectore contextam. Demum Tom. XV. des Memoires de Litterature, tireez de Regiltres de l'Academie Royale des Inscriptions, & belles Lettres &c. Amstelodami edito A. 1741., inserta est postremo loco Vita memorati Philelphi, Auctore Domina Lancelloto Parisiensis Academiae Socio. Studiosè illa quidem digesta est, & ordine chronologico ab ortu ejusdem ad mortem usque perducta. Hanc avidè perlegi, ut in le discerem, quoniam in iis, quae de insigni hoc Viro in Historia mea Literaria scripsi, ignotum aliquid proferretur, quod tam eruditi Viri oculos effugisset; intellexi tamen, ea omnia, quae Lancellotus retulit, deprompta esse ab editis Libris, praesertim verò ab ejusdem Philelphi Epistolis, quae Anno MDII. Venetiis prodire; cum alià ego vià incessem, MStos Codices, & Libros primo Typographiae Seculo Mediolani impressos, atque ob raritatem suam ab Exteris minimè inspectos, consulens, producensque. Quid novi Literariae Respublicae attulerim, ex memorata Historia mea Lector dignoscet.

Interim adnotare placet, visum mihi fuisse, Lancellotum nimis indulgisse Philelpho, dum narrans ea, quae illi obtigerant post mortem Pii II. Pont. Max. aliorum famam onerat, ut illum excuset; siquidem cum inter Epistolas Cardinalis Ammanati Papiensis una extet ad Franciscum Sfortiam Mediolani Ducem, scripta nomine Collegii Cardinalium, in qua eidem gratias agit, ob conjectum in vincula Franciscum Philelphum, ejusque filium Marium, qui diras evulgaverant contra benemeritos Pii II. cineres; hanc esse suppositam mercem Gregorii Lollii, nomine Cardinalis Papiensis indignè abutentis, testatur. Porro Epistolam hanc ad apocryphas, & commentitias ita facile rejiciendam, mihi vix persuadeo; solidiora namque argumenta, quam silentium Leodrisii Cribelli, & benevolentia plurium Romanae Ecclesiae Cardinalium, etiam post illius Pontificis mortem erga Philelphum servata, proferri debuissent, ut tam turpis calumnia comprobaretur. Stylus certè cum reliquis excusis Epistolis Card. Ammanati prorsus consentit; praeterea ipsemet saepius Philelpho exprobrat mordacis linguae licentiam, odiumque contra memoriam Pii II. conceptum, atque illum ad palinodiam recantandam vehementer extimulat. Quid clarius ad ostendendam indignationem Curiae Romanae justo dolore percussae ob tam insolentem ejusdem temeritatem, in oblatrando contra recenter defunctum Summum Pontificem? His verò praemissis, nemo non videt, consentaneum esse rationi, primarios Ecclesiae Praesules publicam aliquam exigere voluisse violari honoris reparationem, ob tam publicè a Philelpho illatam injuriam. Neque quidquam evincit Cribelli silentium, qui, ut ait Clariss. Lancellotus, minimè temperasset ab hac publica ignominia in suis contra Philelphum literis, exaggeranda, si verè illa contigisset; potuit enim tardius adduci Franciscus Sfortia ad Philelphum, & Marium carceri mancipandos, cum nempe contumax & effrenis maledicendi libido Romanos Praesules adeò irritasset, ut ad Principem Mediolanensem querelas deferrent pro compescenda iniqua genitoris ac filii adversus Pium II. mordacitate. Id colligo ex Responsione, veneni acerrimi plena, Francisci Philelphi contra Leodrisium Cribellum, quae data est anno Pii II. mortem insequente MCCCLXV. Praecesserant igitur Satyricae Cribelli scriptiones in Philelphum emissae; proinde quid vetat credere, nondum ad vincula damnatum fuisse Philelphum, cum iratum in eundem calamum Cribellus armaret? Praeterea hic Leodrisius Mediolano jam excesserat, cum adhuc in vivis ageret Pius II., a quo in Collegium Abbreviatorum admissus fuerat, ut infra videbimus; quam ergo admirationem ingerere valet ejusdem silentium de re, quam non nisi serò rescisse potuit, post obitum memorati Summi Pontificis? Quod autem benevolentiam suam non abruperint, tum Ammanatus, tum alii Romae degentes, in causa esse potuit palinodia ipsa, quam verè cecinit Philelphus, quamvis minimè par foret sanando vulnere, quod infixerat, ut memoratus Card. Papiensis in aliis Epistolis illum admonuit. Haec ego reponere Clariss. Lancelloti Scriptis necessarium duxi, non ut ejusdem auctoritatem, quam veneror, infringam, sed ne invidia, fortasse immerita, Gregorii Lollii nomen aboret; cum certum sit, Epistolam, Card. Papiensis titulo inscriptam, a nemine haecenus in dubium fuisse vocatam; incertum verò, an illam malignè Lollius confixerit, nisi graviora suppetant illorum temporum testimonia.

PETRUS PAULUS VERGERIUS.

Petrus Paulus Vergerius Justinopolitanus Juris civilis in primis peritus fuit. Philosophiam quoque, & Mathematicas artes tenuit. Eloquentiam summo studio secutus, in ea re excelluit. Graecas quoque literas attigit. Scripsit de ingenuis moribus librum unum valde laudatum tum rebus, tum ipso nitore verborum. Sigismundi Imperatoris, ut ipse scribit, rogatu, Arrianum, qui res gestas Alexandri graecè scripsit, è graeco in latinum vertit, nulla tamen elegantiae cura adhibita, idque de industria, ut scribit, ne Sigismundus, qui parum latine sciret,

sciret, interpretis opera legens indigeret. In Carolum Malatestam invecus, Virgilii statua, quam ille Mantuæ in foro everterat, quoniam gentilis fuisset, ut ibidem restitueretur effecit. Sub extremum vitæ tempus mente captus est, ita tamen, ut nonnumquam resipisceret. Apud Hungaros vitam finiit, dignus & perpetua animi sanitate, ut qui totam in Italia vitam scribens exegisset.

Grata eruditis Viris erit brevis hæc memoria, quam de Petro Paulo Vergerio scriptam Facius reliquit; nonnulla enim ad ejusdem Literaria Opera, & Vitam spectantia, hætenus obscura, illustrantur. Inter cetera, Vossius de Poëtis Latinis, pag. 27. in dubium revocavit, an Invectiva in Carolum Malatestam, ob eversum Mantuæ Virgilii simulacrum, verè Auctorem habuerit Vergerium; atque in eam sententiam propendet, Opus illud esse Guarini Veronensis, asserens, videri posse scriptam ab ipso Guarino Veronensi, clarissimo sui temporis Viro, aut saltem discipulorum aliquo. Leander quoque Albertus ad fabulas ferme rejicit hanc statuæ Virgilii ruinam, Carolo Malatesta jubente, inquiens, Marium Equicolam, fidei exiguæ, ac modicæ opinionis Auctorem, primum fuisse, qui hoc commentum vulgaverit, injuriâ carpens Malatestam. Tenebras hæc diluit auctoritas Facii, ea quæ suo ævo accidere, scribentis; ex ipso etiam discimus, ingravescente ætate Vergerium cerebro laborasse, quod a nemine Scriptorum, quos legerim, adnotatum inveni. Pauca ego de Vergerio in Historia mea fol. CCCXCIII. memoravi; neque enim ad nos pertinebat, nisi ob excusum sæpius Mediolani, primo Typographiæ Seculo, aureum ejusdem Librum de ingenuis moribus, & liberalibus disciplinis; qua occasione MStos Codices Operum ab ipso editorum, in Ambrosiana Bibliotheca servatos, recensui.

NICOLAUS NICOLUS FLORENTINUS.

Nicolaus Niculus Florentinus, & ipse Chrysoloræ auditor, in hujuscemodi virorum notis referendus est. Græcæ, & latinæ linguæ, omnisque antiquitatis studiosus, picturam, statuariam, ac veterum elementorum formam, ceterasque artes nobiles, quæ vel ingenio, vel manu artificum commendantur, quæ jamdiu apud nos consenuerant, in usum revocavit. Librorum quoque exornandorum inventor, opera Ciceronis, & aliorum illustrium Auctorum diligentissimus inquisitor fuit. Librorum magnam copiam tum græcorum, tum latinorum, cujuscumque artis, & doctrinæ comparavit. Nihil tamen latinè, aut græcè scripsit, scriptis Veterum contentus. Moriens Bibliothecæ, quæ erat in Marci Evangelistæ Templo, quam Cosmus Medices effecerat, libros suos, ut mortuus etiam viventibus prodesset, dedicavit.

Auctor Additamentorum ad Vossium de Historicis Græcis, & Latinis Tomo IX. Ephemeridum Venetarum, plura Scriptorum testimonia profert, ut evincat, non tam distinguendum esse hunc Nicolum a Nicolao Falcucio, sed etiam nihil ab eo posteris relictum fuisse proprio Marte, aut calamo elaboratum. Epistolam ego nuncupatoriam Petri Candidi Decembrii ad Ducem Cloucestrensem, Humphredum, adhuc ineditam, præfixamque Libro VIII. Platonis de Republica, ab ipso in Latinum translato, attentè perlegeram, atque ex ea lumen aliquod mihi suboriri videbatur, ut credi posset, non omnino sterilem Literariis fetibus traductam fuisse vitam a Nicolao Nicolo, Viro Græcæ, & Latinæ linguæ instructissimo. Decembrii verba retuli in hac Historia fol. CCC., scribebat enim ille: „ gratias uberrimas referendas esse Nicolao Nicolo Civi Florentino, qui cum plura, & „ egregia virtutis suæ monumenta reliquisset, omnium etiam illustrium Librorum genera, summo „ studio, laboreque congesserat „. His verbis quisquis facile sibi persuasisset, superfuisse post Nicoli mortem, præter insignem Bibliothecam, etiam conscriptos ingenii labores, qui egregia essent illius virtutis monumenta. At Facius, Scriptor Decembrio antiquior, absque ulla hæsitacione refert, Nicolum Scriptis Veterum contentum, nihil Græcè, aut Latinè scripsisse. Itaque, cum, ejusdem Facii testimonio, Niculus picturas, statuariam, ceterasque artes nobiles, adamaverit, censenda sunt hæc fuisse egregia virtutis monumenta relicta, quæ Decembrius commemorat.

LEODRISIUS CRIBELLUS.

Leodrisius Cribellus Mediolanensis non parvum etiam in eloquentia nomen obtinet. Epistolis multis notus, Francisci Sfortiæ res gestas profa oratione præscripsit, quas in libros digessit.

Clarissimus Muratorius Vitam hanc, a Leodrisio Cribello conscriptam, primùm in lucem eduxit, inseruitque Tomo XIX. Scriptorum Italiæ. Optimè tamen animadvertit, eandem aut morte Auctoris abruptam, aut temporum injuria fuisse consumptam; illa enim, quæ oblata ipsi est ab Amico, è Codice Regiæ Bibliothecæ Parisiensis descripta, ac duobus tantùm Libris comprehensa, vix primas Francisci Sfortiæ res gestas attingit; totaque versatur in Sfortiæ patris bellica virtute, & fortitudine commendanda. Itaque cum Bartholomæus Facius cœvus asserat, Francisci Sfortiæ, Ducis

cis olim nostri, *Vitam editam fuisse à Cribello, atque in Libros digestam, credibilis videtur, reliquum periisse. Difficilior nodus exsolvendus est, indagare, quis foret hic Mediolanensis Leodrisius; plures namque Leodrisios Cribellos, sanguine, & Literis claros, per illam ætatem Mediolani floruisse, non levibus conjecturis evincere conatus sum in Epistola ad prælaudatum Muratorium missa, & post ejusdem Præfationem etiam excusá. In alterum ex ipsis, Græcá, Latináque eloquentiá ab ipso eruditum, invehus est rabido, ac pene furenti calamo Franciscus Philelphus, qui licet in congerendis conviciis liberalior fuerit, quàm modestia, & fortasse veritas pateretur, minimè tamen censendus est, finxisse quæ de rebus turpiter ab illo actis, in privatis Equitum domibus, singillatim enumeratis, enarrat, asserens, ob traductam indignè vitam, solum vertere fuisse coactum. De altero, qui gravitate, & prudentiá insignis, atque Nobilium JPrum Collegio adscriptus, in Aula Francisci Sfortiæ commoratus est, splendida gerens munia, & Senatoriá etiam Togá decoratus, mentionem agit Clariss. Joannes Sitonius in Chronicis Collegii JPrum Mediolanensium. Huic ego injunctum fuisse crediderim a Duce nostro, ut Patris sui Vitam conscriberet, quemadmodum tradit Jovius in ejusdem Elogio, eáque occasione, Filii quoque res præclarissimè gestas adjicere illum voluisse. Ad hanc confirmandam sententiam, quòd duo saltem distinguì debeant Mediolanenses Leodrisii Cribelli Seculo XV. florentes, testimonium duorum Codicum MSSrum Bibliothecæ Ambrosianæ produxi in hac mea Historia fol. CXLV., in quibus adnotatum legitur nomen Leodrisii Cribelli, quem Collegio Abbreviatorum, a se instituto, Pius II. Pont. Max. Anno MCCCCLXIV. adscripserat. Quis autem credat, unum, eundemque esse, qui in Patria tot illustribus titulis, ac muneribus decoratus, summá apud Principem gratiá pollebat, & qui Romæ Pontificis beneficiá indigebat, ut tenui eo, quem diximus, gradu honoris insigniretur? Itaque asserendum reor, Leodrisium illum, quem maledictis profecutus est Philelphus, eum esse, qui Mediolano fugá veluti elapsus, Romam se recepit, atque à Pio II. ob eloquentiæ laudem, memorato Collegio fuit cooptatus; alterum verò, a Sitano descriptum, semper in Patria, virtute, atque honoribus claruisse.*

POGGIUS FLORENTINUS.

Poggius Florentinus in hoc numero eloquentium Virorum singulare nomen obtinet. Scripsit de nobilitate, de avaritia, de Principum infelicitate, de moribus Indorum, Facietiarum quoque librum unum. Ab adversariis exagitatus, orationes plerasque invectivas edidit. In epistolis etiam laudatur. Cyripædiam, quam Xenophon ille scripsit, latinam reddidit, atque Alphonso Regi dedicavit, pro qua a Rege magnam mercedem accepit. Ejusdem est traductio Diodori Siculi historiographi ad Nicolaum Quintum Pontificem Maximum libri sex. Ingravescente ætate a Florentinis accitus, mortuo Carolo Aretino, in Reipublicæ Cancellarium, qui honor apud Florentinos magnus habetur, susceptus est.

De Poggio Florentino plura Scriptores veteres tradidere, Clariss. verò Recanatus Vitam ejusdem diligentissimè conscriptam præfixit Historiæ Latinæ Urbis Florentiæ, quam primus ipse vulgavit. Huic ego egregio labori nihil addendum in hoc Opere censui, nisi MSta Poggii lucubrationum exemplaria, quæ Ambrosiana Bibliotheca custodit, recensere, atque adnotationibus illustrare. Ea Lector reperiet ad Annum MCCCCLXXII. fol. CXVIII.

JACOBUS BRACELLEUS.

Jacobus Bracelleus conterraneus meus in hoc numero non in postremis censetur. Rerum antiquarum studiosus, & doctus scripsit de situ Liguriæ librum unum: item de bellis Januensium cum Aragonum Regibus. Ob ingenii, doctrinæque præstantiam a Januensibus Cancellarius factus grandem Epistolarum numerum publico nomine scripsit, quæ valde laudantur. Moderatione animi civibus meis carus, & jucundus.

Jacobi Bracellei Librum de Bello Hispanico primus Mediolani edidit Masellus Venia Beneventanus, dicavitque Principi Philippo Mariæ Sfortiæ Vicecomiti, Francisci I. Sfortiæ filio. Hujus ego Epistolam nuncupatoriam, quæ omissa fuit in Editione Parisiensi Anni MDXX., typis nostris iterum evulgavi fol. DXXXVIII. De illustri Genuensi Auctore Bracelleo, nihil ego in Historiam meam intuli, cum nulla suppetent aut MSta ejusdem monumenta, aut rerum apud nos gestarum memoria. Satis igitur habui, ad Athenæum Ligusticum Augustini Oldoini Lectorem remittere. Id tantum animadvertere hic lubet, asseri a Facio, grandem Epistolarum numerum publico nomine fuisse a Bracelleo conscriptum, quæ valde laudantur. An istæ unquam prælo impressæ lucem conspexerint, Oldoinus minimè narrat. Typographus certè Parisiensis in editione memorata ejusdem Operum, vix XXX. tum ex privatis, tum ex publicis, colligi a se potuisse, in fronte ipsarum fatetur.

G E O R G I U S T R A P E Z U N T I U S .

Nec Georgius Trapezuntius nobis prætereundus est. Latinæ linguæ, ac Græcæ multam cognitionem habet. Artem Rhetoricam Venetiis, ac Romæ pluribus annis docuit. Nec modo Rhetoricæ, verum & Mathematicarum artium doctus multa composuit, plura etiam ex græcis traduxit. Scripsit compendium artis Grammaticæ ex Prisciano, Dialecticæ præcepta, de suavi genere orationis, de consolatione, de Spiritus Sancti processione contra Græcos, librum Rhetoricorum, in orationem Q. Ligarii, in Almagestum Ptolemæi, in centiloquium ejusdem commentarios. Chrysostomum in Matthæi Evangelium in latinum vertit, Cyrillum in Evangelium Joannis, ejusdem Cyrilli Thesaurus, Eusebium de Evangelica Præparatione, Platonis leges, orationem Demosthenis pro Corona, Athanasii, & Basilii vitas ex Gregorio Nazianzeno, ex Aristotile Rhetoricorum libros, ac Physicorum libros, de generatione, & conceptione, ex eodem Metheororum, ac Metaphysicorum libros, Problemata, de Cælo, & Mundo, de anima, de animalibus, ex Basiliove de vita Moysis, de Spiritus Sancti processione ad Amphiloquium, librum in Eunomium. Eugenio, ac deinde Nicolao Pontificibus Maximis carus in Secretarium Apostolicum admissus est.

De Georgio Trapezuntio nonnulla Historiæ meæ inserui fol. CLV., cum MSta ejusdem Opera in Bibliothecæ Ambrosianæ scriniis servata referrem. Res ab ipso gestas, & lucubrationes, accuratè recensuere, Auctor additamentorum ad Vossium, Tomo XVI. Ephemeridum Venetarum, & Jo. Albertus Fabritius Tomo X. Bibliothecæ Græcæ. Nihilominus conferre plurimum potest hoc Facii testimonium ad Literariam Historiam securiùs, atque uberiùs condendam: siquidem aliqua a Trapezuntio elaborata hic enumerari videmus, quorum Scriptores alii non meminere, ut sunt Aristotelis Metheora, & Metaphysica, Athanasii, & Basilii Vitæ ex Gregorio Nazianzeno &c. Quæ fuerit hæc Athanasii Vita a Trapezuntio latinitate donata, incertum est. Sponderat quidem Gregorius Nazianzenus, se conditurum tanti Doctõris Vitam, sed, teste Tillemontio, solum hujus egregii Operis desiderium nobis reliquit. Quo circa censendum videtur, non aliud fuisse a Trapezuntio traductum, quàm Orationem ab eodem S. Gregorio Cpli habitam de laudibus S. Athanasii. Vita Basilii M., seu potiùs Oratio in ejus laudem, tribuitur ab Allatio in Diatriba de Georgiis Gregorio Nysseno fratri; attamen Tillemontius testimonium proferens S. Amphilochei, qui in Oratione II. asserit, sacrum Sermonem panegyricum de Basilii rebus optimè gestis, editum fuisse a Divino Gregorio, ait: hunc titulum Divini accommodari non posse Gregorio Nysseno tunc viventi, sed eodem clarè indicari Nazianzenum. Id autem confirmatum satis validè ab hoc Facii testimonio videmus, qui apertè tradit, ex Gregorio Nazianzeno desumptam fuisse memorati Operis a Trapezuntio versionem. Vita certè Moysis, quam Facius ex Basilio traductam a Trapezuntio testatur, Nysseni Gregorii factus est; fortasse tamen, illa ætate, ejusdem Auctor credebatur Basilius, cum etiam a primis Typographis impressa fuerit inter Opera tanti Doctõris. Demum intelligimus, Græcum hunc hominem sibi adeò conciliasse gratiam Summorum Pontificum, ut Secretarii Apostolici honorem consequeretur.

L A U R E N T I U S V A L L A .

Laurentius Valla Romanus artem Rhetoricam diu tum Neapoli, tum Romæ professus est. Multa legit, multa etiam literis mandavit. Scripsit de elegantia latinæ linguæ, quem librum Elegantiarum intcripsit: de summo bono, quod in voluptate constituit. In Dialectica quoque nonnulla, quæ logicæ repastinationem appellavit. Contra Donationem Constantini Ecclesiæ Romanæ factam librum edidit. Linguæ præterea græcæ doctus Thucydidem gravissimum apud Græcos historiarum Scriptorem, in latinum convertit, quem Nicolao Pontifici Maximo dedicavit. Herodotum deinde historiographum elegantissimum latinum a se factum Alphonso Regi detulit, a quo multa pecunia muneratus est.

Miratus sum, tam placido calamo de Laurentio Valla Facium scripsisse, cum ejusdem hostis infensissimus fuerit, quemadmodum compertum est Eruditis Viris. Potuit tamen hoc Elogium literis commendari, antequam rixæ inter ipsos exorirentur, quarum causâ adeò exacerbatus est Facii animus, postremis vitæ suæ annis, ut mortuus pauco post Vallam tempore, locum dederit pangendis carminibus, a Jovio relatis:

Ne vel in Elysiis sine vindice Valla susurret,
Facius haud multos post obit ipse dies.

Librum ejusdem Elegantiarum Linguæ Latinæ impressum fuisse Mediolani primis Typographiæ nostræ annis, enunciaui in Catalogo ad hujus Operis calcem impresso; MStum quoque ejusdem exemplar, diligentissimè exaratum, tenet Bibliotheca Ambrosiana, in qua pariter manu descripta legitur Vallæ Apologia, quam ad Eugenium IV., Neapoli degens direxit, ut se purgaret apud Apostolicam Sedem de Hæresis crimine, cujus causâ damnatus fuerat ad publicum ignominiosæ mortis

mortis supplicium, ut ipsemet sub initium fatetur, inquit, se illud vix declinasse, Neapolitani Regis, & Nobilium Amicorum patrocinio suffultum. Edita hæc fuit inter illius Opera, Basileæ Anno MDXL. typis vulgata.

PETRUS CANDIDUS MEDIOLANENSIS.

Petrus Candidus Mediolanensis latinis, ac græcis literis eruditus nobis in hunc cœtum clarorum hominum referendus est. Scripsit epistolarum libros decem & septem, declamationum libros duos, peregrinæ historiæ libros quinque, nocturnalium libros totidem, de Philippi Mariæ vita, de Nicolai Picinini, de Mediolanensium laudibus libros singulos, orationem Funebrem ad Leonellum Marchionem Ferrarientem, Romanarum Historiarum epitoma. Ex græco autem in latinum vertit Politicorum Platonis libros decem, ejusdem de amicitia librum unum, Homeri vitam, ex ejusdem Poëtæ Iliade libros quinque, Appiani Alexandrini primæ partis libros quatuor, ejusdem Illyrici, ac civilium bellorum libros sex, quos Alphonso Regi dedicavit. Romam profectus, a Nicolao Pontifice Max. litteratorum Patre Secretariorum ordini adjectus est.

De Literariis Petri Candidi studiis, prolixum sermonem institui in hac Historia ad Annum MCCCCLXXXVIII. Decem & septem Epistolarum Libros ab hoc Auctore conscriptos adnotavit Facius, sed illi postmodum crevere usque ad vigesimumquintum, ut testis est in suis Epistolis, a me indicatis, ipse Decembrius. Sepulchralis Inscriptio, posita in atrio Basilicæ Ambrosianæ, nos docet, Operum a Decembrio editorum Libros supra CXXVII., vulgaribus exceptis, posteritati fuisse relictos. Grandis hæc moles lucubrationum videri aliquibus posset laus, tumulo affixa ad exornandos cineres, atque amplificandam tanti Viri famam, indulgentiore calamo, quam veritas ferat; attamen dum superstites Decembrii MStas Epistolas perlegerem, indicatos ab eodem Libros quatuor supra octoginta ab ipso confectos invēni Anno MCCCCLX. quorum indicem a se missum ad Matthiam Trivinsensem, Decembrius testatur, spondens simul, se in decimo volumine centum Librorum numerum impleturum. Cùm autem vitam produxerit usque ad Annum MCCCCLXXVII., verisimile quisque censebit, intermedio tempore XVI. circiter Annorum, reliquos fuisse exaratos, quorum numerum legimus in funebri Elogio adnotatum. Nonnullos eorundem titulos, aliis Scriptoribus ignotos, eruere mihi licuit ex memoratis Epistolis, quos a me relatos in Historia Literaria fol. CCXCIII. & seqq. Lector offendet. Alios etiam nobis exhibet Bartholomæus Facius, nempe Declamationum Libros duos, & Nocturnalium Libros quinque, de quibus nemo hætenus Scriptorum, quem viderim, mentionem egit; sed hisce etiam enumeratis, longe absumus a testimonio lapidis sepulchralis, qui supra CXXVII., exceptis vulgaribus, ut superius diximus, Libros enunciat: siquidem omni adhibita diligentia in evolvendis Bibliothecarum codicibus, nondum medietas eorundem ad notitiam nostram pervēnit. Quamobrem censendum est, edaci temporis dente ceteros fuisse consumptos.

PAULUS VENETUS.

Pauli Veneti illustre nomen fuit. Philosophiam & ipse professus, plerosque adolescentes Venetiis, ac Paduæ ornavit. Multa in omni Philosophia scripta reliquit, quæ valde utilia existimantur. In Theologia quoque non obscurus est habitus. Viam ad Dialecticam facilem, & adolescentibus perutilem brevibus quibusdam præceptis aperuit, quæ in magno usu sunt.

Pauli Veneti Summulas inter primos Typographiæ nostræ labores, anno nempe MCCCCLXXIV., Boninus Mombricitus Mediolani edendas curavit; cùm verò pauca de hoc Auctore Literaria monumenta in illius temporis memoriis repererim, non abs re duxi, hoc Facii Elogium in lucem proferre. Uberiora evulgabit P. Jo. de Augustinis, Bibliothecæ FF. Minorum Observantiæ S. Francisci, Venetiis ad Vineas, Præfectus, Vir eruditione ac doctrinâ conspicuus, mihi que singulari benevolentia conjunctus, in Opere de Venetis Scriptoribus, quod summo labore adornatum edere meditatur.

Ut verò in viam, a qua (non inutiliter tamen, ut arbitror) hætenus declinavi, me tandem referam, monere Lectorem volo, opportunum me existimasse, post absolutam Literariam Mediolanensem Historiam, Appendicem attexere, in qua Epistolas Libris editis Mediolani olim præfixas, Seculo XV., in unum Corpus collectas publicæ iterum luci restituerem. Siquidem, cùm aut neglectæ in pluteis delitescerent, aut a recusis postmodum Operibus veterum Auctorum abscissæ fuissent, novis quæsitis, laudatisque Mecænatibus, plura, quæ ad Historiam illorum temporum, Familiarum decus, aut Virorum, Literis præsertim illustrium, res gestas, spectantia, ibidem congesta erant, indecoro pulvere obruta, ac pene oblitterata jacebant. Itaque reparare banc fœdalem Reipublicæ Literariæ jacturam curavi, easdem in chronologicam seriem disponens, adjectis etiam in calce adnotationibus, ut suscepto huic labori nihil ornamenti deesset. Quæ de his præfatus fuerim, ante memoratam Appendicem Lector inspiciet.

De-

Denique Catalogum Librorum, quos Metropolis hæc nostra, primo illo Typographiæ seculo, prælis commisit, postremo loco vulgavi, non tam gloriæ Patriæ, quàm publicæ utilitati me consulturum existimans; siquidem, eodem inspecto, expungi poterunt menda nonnulla, quæ in Annales nobilissimæ hujus Artis, aliorumque Scriptorum Opera irrepserunt, ob ignoratos labores Mediolanensium Civium in adornanda literaria suppellectile, cùm in Urbem istam inductum est peregrinum hoc, atque admirandum Inventum. Sanè illam mihi licuit colligere impressorum apud nos Codicum molem, quæ inopes, aut vacuos relictos a Michæele Maittaire annos omnes implere abundè possit, ac labem negligentiae depellere a typis nostris, ac si fervente ubique studio, amoreque ditandi Gymnasia novis excusis insignium Auctorum Operibus, sola hæc Civitas, ignominioso vehuti somno correpta, prælis suis indormiens, nobiles alienas curas, deses, atque ociosa spectaret. Inter cetera exemplaria, Mediolani impressa seculo XVI., quæ Auctorum, de Typographia scribentium, diligentiam effugere, memorari hoc loco meretur illud inscriptum: Quadriregio del Vescovo di Foligno Federico Domenicano. Unica tantùm editio hujus Operis acta Perusie anno MCCCCLXXXI. adnotata ab iis fuerat, qui libros primò excusos numeravere. Cl. Abbas Camaldulensis D. Petrus Canneti, dum iterum prælo commissum est in Urbe Fulginii anno MDCCXXV. hoc Quadriregium, Dissertationem adjecit, in qua verum ejusdem Auctorem Federicum vindicaturus, negligentiae arguit Scriptores præsertim Italos, qui alias quinque editiones Bononiæ, Florentiæ, Venetiis, brevi triginta annorum spatio peractas, prorsus ignoravere. Verùm & ipsi Canneto ignota fuit Mediolanensis antiquior iis omnibus, quam Antonius Zarotus in Urbe nostra paravit, quamque in hoc Catalogo enunciata ad annum MCCCCLXXXVIII. Lector inspiciet. Annotamenta quoque subjunxi, tum ut librorum series in singulos annos digesta nitidiùs exornaretur, tum ut fidem meam a falsi suspitione liberarem. Præterea, cùm aliqui occurrerint docti illius ætatis viri, qui in condendis, aut committendis prælo libris operam apud nos sedulam contulere, sed non ea rerum gestarum ubertate, vel apta ad instruendos de illorum vita commentarios materie affluebant, ut dignè in hanc Historiam inferrentur, memoriam saltem, in calce Epistolarum, & codicum Mediolani editorum, posteritati commendandam curavi, ne merita grati animi mercede, ac nominis perennitate carerent. At non ultra opus est Lectorem morari.



DE STUDIIS LITERARIIS MEDIOLANENSIVM ANTIQUIS ET NOVIS PRODROMVS

AD HISTORIAM LITERARIO-TYPOGRAPHICAM
MEDIOLANENSEM.

CAPUT I.

*De antiquitate, origine, ac progressu Studiorum
Mediolanensium.*



Uo tempore scientiarū cultus Mediolani primū incœperit, tam ignotū est, quā ignotus annus ipse, ac conditor Civitatis. Si cæco Patriæ amore abripi me sinerem, in promptu auctor esset, qui parem cū Athenis gloriam ab Urbe

nostra jactari posse testaretur, ut videlicet à Minerva, artium ac Sapientiæ Dea antiquitus credita, nomen acceperit. Andreas siquidem Alciatus, celeberrimæ apud eruditos famæ, scriptum reliquit, ab insigni Templo præcipuisque honoribus, quibus illa ab in-

Tom. I.

A colis loci hujus colebatur, derivatum nomen, ut *Meydland*, seu *Medelland*, quod Celticâ linguâ idem explicat ac *Virginis*, seu *Puella*, idest *Minervæ*, tellus appellaretur; ita enim Emblemate secundo canit:

Quam Mediolanum sacram dixere Puella

Terram; nam vetus hoc Gallica lingua sonat.

Culta Minerva fuit, nunc est ubi numine Thecla

Mutato, matris Virginis ante Domum.

B Sanè non ignoro sententiam hanc Alciati, quam Claudius quoque Minoës in Commentariis tuetur, derideri à Theodoro Æpingio in tractatu de jure insignium (a), vocarique *Allusionem possis*, quàm veram nominis *Ethymologiam*: sed nullum prorsus firmandæ censuræ suæ fundamentum producit. Aliunde verò certum est, constitisse Mediolani Templum insigne, *Minervæ Sacrum*, ut ex Polybio discimus; ubi enim describit primum à Romanis contra Insubres excitatum bellum anno ab U. C. DXXXI. juxta Chronologiam ab Isaaco Casaubono ejus Interprete digestam, editamque typis Wecheliani anno MDCIX. ait, Insubrum Principes ad extremum belli

a

peri-

(a) *Cop. 6. pars 7. num. 1219.*

periculum adactos à Gn. Cornelio Consule , iniisse consilium , ut pro aris & focis pugnaturi vires omnes colligerent , aleamque tentarent , atque ideo ex Æde Minervæ aurea vexilla , quæ *Immobilia* nuncupabant , depromsisse ; en verba ejusdem : „ Omnibus „ igitur militaribus signis in unum coactis , aureis „ etiam illis , quæ *Immobilia* nuncupant , ex Æde „ Minervæ promptis , cæteris quoque necessariis apparatus paratibus probè instructis , cum exercitu , in quo „ erant hominum ad quinquaginta millia , feroces , „ minarumque pleni in conspectu hostium castra ponunt . „ Quid itaque vetaret opinari , ob singularem superstitiosæ religionis officia erga hanc præsidem nobilium disciplinarum Divam , id à Civibus nostris antiquitus factum , ut unà cum Mediolano ipso studia enascerentur , atque adolescerent ?

Qui tamen inani huic divinationi potiùs , quàm conjecturæ fidem obstringeret , exhibitari meritò posset , cum certum sit ne Romæ quidem ante seculum VI. ab U. C. ullum viguisse cultum scientiarum , *rudi scilicet , & bellicosa etiam tum Civitate* , ut Svetonius testatur sub initium Libri de illustribus Grammaticis , confirmatque Cicero in Bruto cap. XVIII. asserens primum fuisse Livium Andronicum , qui fabulam ibidem docuerit *anno ipso antequam natus est Ennius , post Romam conditam quatuordecimo & quingentesimo* . Præterea scimus , non ob scientias arteque tantummodo ab antiquis cultam fuisse Minervam ; eidem siquidem tribuisse veteres potestatem morbis medendi , infirmosque ad vegetam virium integritatem restituendi constat ex variis lapidibus apud Gruterum , in quibus *Minerva Medica* dicitur , subscribente huic interpretationi Joh. Georgio Grævio in Prolegomenis ad quintum Volumen Antiquit. Romanarum . Sub Victoriæ nomine extructas in Athenarum Urbe , atque alibi in Græcia Aras Minervæ tradit Ezechiel Spanhemius in *Diatriba de Vestæ in Præsentis Græcorum , & apud Romanos cultu* , inquiring indicatam fuisse ab Euripide hujus appellationis originem , ob præstitam scilicet Jovi insignem in Gigantomachia operam . Apud Gallos verò Cisalpinos in honore habitam Minervam , eo quòd votis mortalium precibusque audiendis parata oblivionis expers crederetur , Auctor est Petrus Victorius in castigationibus posterioribus ad Ciceronis Epistolas familiares (b) , lapides à se inventos in agro Placentino producens , qui *Minervæ memori* dicabantur . Hoc itaque titulo , seu potiùs *Victoriæ* , ut colligi potest ex aureis vexillis , immobilibus dictis , in Æde Minervæ repositis , etiam Mediolani ferbuisset cultum ejusdem credere possumus , si verum est tantum fuisse , ut juxta Alciati sententiam , nomen ab illa fortiretur . Si fides habenda foret eidem Alciato in historia Patriæ , non tam Minervæ Insubres lassent , sed etiam Mercurio , *quòd Eloquentiæ , lucrisque præsideret* ; multoque ante Romanorum adventum tempore credendi essent studia coluisse ; ait enim libro primo , ubi eorumdem mores ac instituta describit : „ Erat & apud hos „ locus egregiæ eruditioni , faveruntque semper Poëtis , habebaturque & Philosophis gratia , à quibus „ instructi eadem , quæ Pythagoras , de animorum „ immortalitate sentiebant , qua opinione ducti , in „ bello audaciores tamquam non morituri aliquo tempore , præliabantur . Permansere hi mores quamplurimos annos , donec in potestatem arbitriumque „ Populi Romani perducti mutaverè pleraque .

Attamen cum tam alti studiorum exordii tutela non suppetant fundamenta , silentibus hac de re antiquis historiis , nec satis certa referentibus de primis ante Olympiades gestis , verosimilius existimaverim eisdem apud nos habuisse Auctores , quos Roma , Græcos videlicet , qui sub jugum Romanæ Reipublicæ missi nobiliore victoria de hostibus suis triumphare , cum excisis patriis sedibus effectum est , ut in ipsa Gentium domina Urbe Græciæ Leges ac

(b) Lib. 12. Epist. 25.

A Scientiæ regnarent . Id apertè tradit Casaubonus , qui in Commentariis ad Svetonium *de Claris Rhetoribus* sub initium ejusdem libri hæc adnotavit : „ Vi „ dentur circa illa tempora (DXCII. à Palilibus Romæ) Philosophiæ & Rhetoricæ studia magnum „ Romæ , & in Italia cepisse incrementum per illos „ mille Achæos exules , quos Senatus è patria accitos post bellum Persei , in Urbe aut per Italiam „ multos annos detinuit . „ In Chronologia autem Polybiana ad annum U. C. DLXXXVI. ait : „ Mille „ Achæi & amplius , hoc , vel sequente anno Romam evocantur , ac mox per Urbes Italiæ divisi „ ibidem continentur ad annum XVII. „ Sanè in agro Mediolanensi confedissee antiquitus Græcos adeò certum est , ut Bonaventura Castillionæus , diligentissimus remotiorum temporum indagator , in libro de Gallorum Insubrum antiquis sedibus , constanter tradat plura etiam Oppida in nostra regione ab ipsis condita fuisse ; id enim & nomina eisdem indita , & lapides adhuc superstites dilucidè evincunt . Quo circa enumeratis nonnullis Oppidis , adductisque marmoribus , ubi agit de Sentiis , quos ipse Insubres putat , tandem concludit (c) : „ Multa ipse præterea „ Oppidorum nomina planè Græcanica . Possem , si „ Historiam , vel Cosmographiam scriberem , super „ hac re centenas (si tamen ocium mihi concederetur) inscriptiones adducere , in quibus nomina „ sunt Pelasga . „ Ignoratam tamen ab ipso crediderim antiquam illam mille Achæorum per Italiam missionem , ut superius ex Casaubono adnotabam , cum nonnisi Coloniam Græcorum à C. Cæsare Novocomum deductam ubique memoret . Ab his itaque Sapientissimæ tunc Græciæ exulibus , quos proculdubio in Urbe nostra exceptos fuisse suadent tum Metropolis nobilitas , tum frequentiora apud nos reperta Græci incolatus vestigia , derivatum in hanc regionem cultum scientiarum , minori veritatis periculo , possumus affirmare .

B Verùm quicumque demum fuerint , qui prima apud nos jecerint rei literariæ fundamenta , id securi habemus statim ac Romana in Urbe florere studia coepere , finitimas quoque regiones ad eadem excolenda fuisse excitatas . Svetonius enim initio libri de illustribus Grammaticis , post enumeratos insignes hujus artis magistros , ac Scholas Romæ conditas , subdit : „ In provincias quoque Grammatica penetraverat , ac nonnulli de notissimis Doctoribus peregrè „ docuerant , maximè in Gallia Togata , inter quos „ Octavius Teucer , & Siscennius Jacchus , & Op „ pius Cares . „ Quis autem opinari valeat caruisse hinc Doctoribus Mediolanensem Urbem , quæ Princeps erat Galliæ Togatæ ? Christophorus Cellarius in sua *de Studiis Literariis Romanorum* dissertatione primas post Romam Mediolano laudes asserere non dubitavit ; postquam enim Romana studia descripsit , statim subjungit : „ Hæc de studiis in Urbe , quæ „ nec languebant in Italiæ coloniis ac Municipiis . „ De Mediolano illustre exemplum habes apud Plinium lib. IV. Epist. XIII. ubi ita florebant studia „ liberaliora , ut id municipium , vel pars ejus *Novarum Athenarum* nomen accepit . Vetus inscriptio apud Gruterum pag. CLXXVII. num. IV. testimonio est . „ Sed de his inferius sermo redibit .

C Interim hic advertere opportunum reor , consultò à me omissum fuisse , quod in præcipuam Mediolanensis Urbis commendationem traducit in sua *de Scholis Palatinis* dissertatione Erycius Puteanus , quòd videlicet sollicitior fuerit Civitas nostra in arripiendo conservandoque Eloquentiæ studio , quàm Roma ; cum enim , Svetonio scribente , C. Fannio Strabone , & M. Val. Messala Cofs. contra Philosophos , & Rhetores Senatusconsulto cautum fuisset *Roma ne essent* , iterumque censorio edicto Gn. Domitii Enobarbi , & L. Licinii septuaginta post annis sublata ibidem forent Rhetorum Scholæ , nactus hinc occasionem argu-

(c) In Italia Illustrata Schotti col. 366.

argumenti sui amplificandi ista subjungit : „ scilicet „ martiales illi manu esse strenui , quàm lingua malebant . Et tunc tamen Mediolani adolescentes Declinationibus continebantur , & in toga Eloquentiæ quædam quasi arma quatiebant . Resumpsit verò „ mox Roma artem , quam spreverat ; produxit Mediolanum , quam adsumpserat , & mox Colonias „ quoque studiorum circumquaque duxit . „ In hujus autem confirmationem , Svetonii dictum paulò supra à me allatum de Galliæ Togatæ Doctoribus profert . Verùm plura in hoc Puteani dicto nutare arbitror , atque ut à postrema illius parte exordiar , non video cur tam impigrè Mediolano adscribi debeant hæ studiorum Colonie , cum ex Svetonii verbis clarè intelligamus , non enatam in Provinciis fuisse artem Grammaticam (quo nomine etiam Rhetores ipsemet comprehendit) , sed penetrasse , ac proinde non à nostra Urbe , sed à Romana aut conductos , aut sponte profectos credi fas est , qui illam peregrè docuerunt . Secundò , parum securæ fidei est , quod adèò constanter asserit Puteanus , Adolescentes videlicet Mediolanenses Declinationibus vacasse , ac in toga Eloquentiæ veluti strenuos Sapientiæ milites publicè præfuisse iis prorsus temporibus , quibus Philosophos & Rhetores expulerat Roma . Nullum enim hujus præclaræ laudis vestigium in vetustis Urbis nostræ monumentis occurrit , nec hætenus historiæ protulere nomen cujuscumque , qui Mediolani doctrinæ magisterio præcelleret sexto Conditæ Urbis seculo , quo in finem vergente primum de eliminandis Philosophis ac Rhetoribus edictum emanavit . Tertiò , non id in causa fuit , ut Rhetores ac Philosophi Romæ pellerentur , quòd militaribus assueti exercitationibus Romani Cives studium , & literas detrectarent , quemadmodum Puteanus opinabatur , sed quòd Rhetorum disciplinæ à Græcis inventæ in abusum ac turpem depravationem proruerant , Sophistarum verò argutiæ & captiones , fictæque ad jus pervertendum controversiæ , Juventuti ac Republicæ plurimum officiebant ; unde non vera eruditio ac sincera Eloquentia , sed fraudulenta & captiosa expulsa Urbe fuit , quemadmodum ipsa docent Senatufconsulti Verba , quæ supra laudatus Cellarius retulit illustravitque . Hæc adnotare libuit , ne incuriosus alicui videri possem , si quæ ad antiquum Patriæ splendorem nobilius extollendum typis vulgata jam sunt , negligenti silentio præterirem ; neque enim ampullosam gloriam , sed solidam veramque , aut vero magis proximam consecramur .

Cæterùm , ut in tramitem intermissum revertar , ex hætenus allatis veterum ætatum monumentis liquidò satis constare arbitror , Mediolanensem Urbem si non æqualem antiquitate , saltem proximè comitem Romanæ floruisse cultu scientiarum . Galvaneus Flamma in Chronicis Mediolanensibus , quæ adhuc inedita in Ambrosiana Bibliotheca asservantur , scriptum reliquit , Regente hanc Urbem Marcello , inter cætera privilegia , quæ Mediolano indulsit Romanus Senatus , hoc etiam fuisse donatum , ut haberet Studium generale , idque confirmatum postmodum tradit ab Octaviano Augusto , qui in hac Urbe moratus est , ut Plutarchus testatur , referens lepidum illius dictum , cum erectum adhuc in Foro æneum Bruti simulacrum intueretur . Sanè si de Marcello sermo sit , vix persuaderi alicui posse crediderim , quòd illius ævo ex Senatufconsulto Mediolanensi Urbis novus hic honos accederet , cum in Italia nonnisi erigere caput tunc primum inciperent liberales disciplinæ , totumque illud seculum Scriptores assignent infantie literarum . Subsequentibus ætatibus viguisse hoc decus in nostra Urbe Baldus affirmat (d) iniquiens : „ Civitas Mediolanensis ex consuetudine , „ cujus contrarii memoria non existit , intelligitur „ apud se habere studium generale ; „ idemque do-

A | cet Ubertus Decembrius in exordio librorum de Republica ad Philippum Mariam Ducem Mediolani (*) hæc habens : „ Fuit olim in hac Urbe liberalium artium „ & Philosophiæ , totiusque divinæ ac humanæ Sapientie studium celeberrimum , si antiquæ fidei „ damus historiæ , in quo magni Rhetores , Philosophi , & Poætæ famosissimi floruerunt . „ Ante Octaviani Cæsaris imperium patuisse hic publica gymnasia , ad quæ confluerent exterarum Urbium adolescentes , ut ad facundiam cæterasque nobiles disciplinas erudirentur , plurimum Scriptorum auctoritas prodit . Inter advenas celebrioris nominis , qui ex hac literaria palæstra illustres prodierint , alii P. Virgilium , & Val. Maximum , alii Catullum Veronensem , Virginium Rufum , & Ovidium etiam Nasonem deprædicant . Quid de his singulis , cæterisque sentiendum sit , qui in Patriæ historiis sparsim occurrunt , ac si stipendia literis fecerint in hac Urbe , in qua tunc temporis liberales omnes disciplinæ colebantur , ut sub initium Merula profitetur , in præsens non vacat expendere . Publium certè Virgilium hic studiis operam dedisse unanimi adèò Scriptorum consensu traditur , ut Alciatus verosimilius putet amicam Virgilio necessitudinem cum Asinio Pollione inde ortam , quòd Pollio Proconsulare imperium Mediolani exerceret , quo ille tempore apud nos literas excolebat . Veteres Grammaticos id memorasse scribit hic Auctor (e) , quos tamen mihi hætenus offendere minimè licuit . Testem nihilominus habeo antiquissimum Scriptorem præclari nominis , qui fidem suam interponere videtur satis dilucidis verbis , quamvis nondum (quod noverim) ab aliquo seriò perpensis . Is est Ennodius Ticinensis Episcopus seculo V. exeunte florens , qui in publico Mediolani gymnasio perorans , quo die Lupicinus , ex Sorore Nepos illius , Deuterii disciplinæ traditus fuit , sermonem circa medium ad Præceptorem ipsum convertens hæc habet : „ Respice Venerabilis Magister tot pro isto supplices „ manus , & in spe parvuli majores ejus , me , teque „ considera . Genus est laudis in Doctoribus discipuli „ eruditio Maro vester tantis Institutores „ suos commendavit , quantis ipse notus est . „ Ex Ennodii itaque testimonio colligere possumus Virgilium Maronem Mediolani literas didicisse . Quo namque titulo Mediolanensibus Auditoribus diceretur Maro vester , quem patriam Mantuanum fuisse omnibus constat , nisi altera illi veluti patria Mediolanum extitisset institutione studiorum ? Præterea cum absque ulla hæsitazione Virgilium tanquam suum Civibus nostris Ennodius commemoret , claro id argumento est , constantem tunc temporis in hac Urbe famam fuisse , quòd Princeps ille Poëtarum verè hic prima doctrinæ suæ rudimenta sumpsisset , ac proinde gloria Mediolanensibus gymnasiis tanto discipulo parta in exemplum Deuterio proponebatur , ut ad diligentius Lupicinum erudiendum incitaretur .

D Luculentum alterum documentum de publicis studiis circa illam ætatem in Urbe nostra vigentibus est Plinii Junioris auctoritas , qui Contribulem suum interrogans ubinam addiscendis literis labores impenderet , intellexit Mediolani , cumque miraretur , quòd ad ingenium excolendum patriam decessisset , in responsis habuit , nullum ea tempestate Comensi in urbe Lycæum patere ; quocirca tactus nobili invidia , ægroque animo ferens eximium hoc Patriæ suæ ornamentum deesse , proprio ex ære census constituit , ut Comum quoque Præceptor conduceretur . Hæc omnia ipsemet testatur in Epistola XIII. Libri IV. ad Tacitum Cornelium . Johannes autem Maria Cattaneus in Commentariis ad eandem editis Mediolani anno MDVI. apud Alexandrum Minutianum , verbo Præceptores hæc subdit : „ Fuit enim Mediolanum „ olim Professorum celebritate illustre , nam & ibi „ Virgilius Oratoriam didicit , & Albucius Nova „ riensis

(d) Part. 5. conf. 77.

(*) MS. in Biblioth. Ambros.

(e) Hist. Patr. lib. 2. pag. 85.

„riensis Rhetor declamavit, & Augustinus, qui
„postea suis virtutibus inter Divos relatus est, li-
„berales disciplinas professus. „Nec minori cum-
laude Urbis nostræ eandem Epistolam Claudius Mi-
noës illustrat.

CAPUT II.

*Bibliothecam publicam Mediolani extitisse primo Æra
Christiana seculo ex Plinii marmore eruitur.
Alia etiam Bibliotheca in hac Urbe
antiquitus condita indicantur.*

Bibliothecas olim in usu fuisse apud Romanos,
quin immo æmulationem quandam inter Sapien-
tiæ cultores enatam, ut ampliore Librorum pompa
aulas instruerent, ex antiquis Scriptoribus & Cicerone
ipso pluribus in locis discimus; serius invaluisse, ut pu-
blicæ fierent, tradit Cellarius superius laudatus, qui
earundem initium nonnisi ad Octaviani Cæsaris Ævum
referri posse testatur. Hac quoque laude non caruisse
Metropolim nostram apud Mediolanensis historiæ au-
ctores reperio. Vetustum marmor prodit Alciatus,
quod rudioribus seculis in quatuor partes dissectum
fuit, ut in Æde Ambrosiana sepulcrum Lothario
Regi pararetur, quemadmodum in historia Patriæ
Chalcus affirmat (f). Excisa proinde fuere barbaro
penè temporum illorum furore verba quamplura;
Sed ea peritissimi Alciati patiens labor ita restituit,
ut vix de immitis scalpri vitio dolere debeamus.

Rem totam ipsemet narrat Libro II. Historiæ
Mediolanensis (g) his verbis: „Libet referre latif-
„simæ cujusdam marmoreæ mensæ inscriptionem,
„tum quòd in ea suorum ipse (Plinius Junior) Ma-
„gistratum quidam quasi Nomenclator est, tum
„etiam quòd in Mediolanenses præcipuam ejus lar-
„gitionem ostendit. „Hæc est hujusmodi:

*C. Plinius Lucii filius, olim veteri familia (ve-
ridis Oufentina) Cæcilius, Augur, Legatus, Pro-
consul, Præses Provinciæ Ponti, Consulari potestate
in eam provinciam, & Imperatore Cæsare Nerua,
Trajano Augusto Germanico, Curator alvei Tyberis,
& riparum, & Præfectus Ærarii Saturni, Præfe-
ctus Ærarii militum, Quæstor Imperatoris, Sevir
Equitum, Tribunus militum Legionis VI. Gallicanæ,
Decemvir litibus judicandis, Thermas adjectis in or-
natum sestertius tercentis, & eo amplius in tutela,
sestertius ducentis testamento fieri jussit, & Liberto-
rum suorum nominibus sestertiorum decies millies no-
vingentorum sexaginta sex dedit, centum quinquaginta
sex rei incrementum postea ad epulum plebis
urbanæ voluit pertinere, his dedit in alimenta puero-
rum, & puellarum plebis urbanæ sestertia centum,
in tutelam Bibliothecæ sestertia centum.*

„Hic est splendidissimi Municipis titulus nostrâ
„diligentiâ restitutus in lucem. Nam veteres illi no-
„stri, cum Literæ bonæque Artes barbaris armis
„cessissent, rudes penitus quid ea mensa contineret,
„quòd ingentis magnitudinis eam videbant, in qua-
„tuor secuere partes, compositamque in Divi Geor-
„gii Ædícula, quæ in Ambrosiano delubro est, pro
„Cœnotaphio reposuerunt, ita in commissuris scal-
„pello exesis notis, ut quandoque integer ordo de-
„sideretur. Verùm nos ex quibusdam vestigiis con-
„jectati (nisi fallimur), veterum incuriam nostrâ
„solicitudine redemimus, quodque in ea præscriptis
„literis annotatum erat, maluimus hic integrè re-
„ferre, quod suspicabamur fore, ut plerique, quam
„quam docti, minus eam intelligerent. Bibliothecæ
„autem curam fuisse Cæcilio, vel ob hoc testimo-
„nium in promptu est, quòd Literarum studia quam-
„maximè tum Mediolani florerent, Præceptoresque
„de publico conducti, etiam vicinorum Municipum

A „liberos instruebant: quam commoditatem Civibus
„suis non fuisse Plinius ipse quadam epistola testa-
„tur.

Dubius hæsit Chalcus ad nostramne, an ad Co-
mensem Urbem inscriptio hæc pertineret; potuit
enim, ut ipse ait, temporum aut bellorum tumultu,
omnia fusdeque vertente, ad nos inde marmor trans-
ferri; Bibliothecæ autem apud Municipes suos Co-
menses dedicatæ meminit Plinius ipse Epist. VIII. Li-
bri I. ad Pompejum Saturninum. Verùm cum in hac
Urbe, afferente ipso Chalco, Vicarius à Trajano da-
tus, proconsulari potestate imperaverit Plinius; cum
hîc repertum sit marmor prægrande adeò, ut in qua-
tuor partes dissectum regiæ adornandæ sepulcrali Ar-
cæ suffecerit, ac propterea vix credibile sit, tam
longo præruptoque itinere huc fuisse delatum; cum
in hac inscriptione mentio à Plinio fiat de ornatu ac
tutela Thermarum, quas Mediolani à Romanis con-
ditas certius, quàm Comi, ubi nullæ memorantur à
Tatto diligentissimo illius Urbis Scriptore, ex Aulo-
nio scimus, quid dubii esse potest, in hac quoque
Urbe ab ejusdem Præsidi Plinio istud amoris erga
literas testimonium fuisse relictum? Porro Alciatus,
vir emunctissimæ naris, id adeò constanter tenet, ut
præter ea, quæ jam retulimus vulgata libro secundo
Historiæ Patriæ, in altero quoque opere ab ipso
elaborato, *Monumentis videlicet antiquis Mediola-
nensibus illustratis* invictè pro patria pugnet. Non
ingratum fore Lectoribus reor, si quæ ad hoc per-
tinent, ex inedito adhuc manuscripto in lucem pro-
ducam. Scribit itaque paulò post initium (h): „In
„Ambrosii Templo quamplurima vetustatis insignia
„adsunt monumenta; ex quibus primum locum tri-
„buere Pliniano huic visum est, quod ejus erga Ci-
„ves nostros munificentia perpetuum testimonium
„præstet; nam quamvis in Epistolis ad Caninium
„libro septimo, & ad Pompejum Saturninum libro
„primo largitionis à se in Rempublicam Comensem
„collatæ mentionem faciat, tamen de hac non sen-
„tire eum, illæ præscriptæ notæ T. F. I. arguunt,
„quibus hanc ex Testamento fieri jussam ostenditur,
„cum illa à vivente facta esset. Ad hæc, se sester-
„tium decies Comensibus largitum attestatus est,
„cum in hac mensa hanc quantitatem præstitam non
„appareat. Accedit his, quod ex vectigali fundo
„eam pecuniam deberi Civibus suis voluit, at no-
„stris, ex nominibus, idest ære alieno Libertorum
„suorum pendi constituit, penès quos sestertium
„nummum sexaginta sex millia locaverat, ut ex ejus
„summæ incremento, seu Triente usura, denarii
„DCLVI. in epulum plebis Urbanæ præstarentur. „
Huc usque Alciatus.

Adde, quòd Comenses ipsi nunquam sibi in ani-
mum induxere, ut ne minimum quidem huic nostræ
gloriæ refragarentur. Quin immo Aloysius Tattus,
sacrorum Annalium Comensis Urbis conditor, qui
omnia ad patriæ suæ decus illustria relegit antiquita-
tis vestigia, cum de hoc marmore verba facit, illud
Mediolano ingenuè adjudicat, trahitque in laudem
optimi Contreranei sui, pluribus liberalem erga Cives
nostros Plinii amorem commendans, quòd Thermas,
annuum Plebi Epulum, Collegium Puerorum ac Puel-
larum, Bibliothecam denique ad Reipublicæ Medio-
lanensis utilitatem, ac ornamentum, non secus ac
Comi vivens fecerat, constituto pingui censu moriens
aut erexerit, aut locupletaverit.

Perseverasse hunc Urbi honorem atque annum
censum usque ad tempora S. Monæ Archiepiscopi,
qui sub Severo Imperatore Mediolanensem Ecclesiam
moderabatur, Auctor est Ripamontius, qui libro II.
Decadis I. mores illius ævi describens, à studiis exor-
ditur inquires: „Tum literis, & Sapientiæ, cæte-
„risque bonis artibus honos habebatur. Namque
„præter decretum annum in Ingenuorum alimenta
„vectigal, etiam regia librorum copia prostabat
„Me-

(f) Lib. 1. pag. 18.

(g) Pag. 125.

(h) Fol. 18.

„ Mediolani , quemadmodum quidam clarissimi Scri-
 „ ptores perhibent . „ Eadem repetit Bosca in libro
 „ *de Origine , & Statu Bibliothecæ Ambrosianæ* (i) .
 „ Nec profana dumtaxat Bibliotheca primis iis Æræ
 „ Christianæ seculis in Urbe hac nostra publico usui
 „ patuit ; compertum siquidem habemus ex Petro Ga-
 „ lesinio , Viro egregio pro Ecclesia Mediolanensi per-
 „ functo laboribus , adeoque S. Carolo Borromæo Ar-
 „ chiepiscopo mirificè charo , in epistola , quam scrip-
 „ sit ad eundem Amplissimum & Religiosissimum Car-
 „ dinalem , quæque præfixa est Homiliario Ambrosiano
 „ Stephani Leinatii Antuerpiæ excuso anno MDLXXV.
 „ Bibliothecam quoque Ecclesiasticam Mediolani con-
 „ ditam fuisse à primis hujus Ecclesiæ Præfulibus , ut
 „ plurimum in Græcia natis , „ ubi Ecclesiastica tunc
 „ maximè studia florebant , qui in christianarum di-
 „ „ disciplinarum scholis studiosè versati hoc valde cu-
 „ „ ravere , ut quo sibi commissa Ecclesia instructior
 „ „ esset atque ornatior , ad ejus splendorem Litera-
 „ „ rum lumen adhiberent , comparatâ copiâ codicum ,
 „ „ quos posteritati majores reliquerant . „ Ex hac au-
 „ „ rem Bibliotheca Mediolanensi , testatur memoratus
 „ „ Galestinus , id subsidii accepisse S. Ambrosium „ ut
 „ „ Origenis , Philonis Hebræi , Hippolyti , Eusebii ,
 „ „ cæterorumque antiquissimorum hominum Græco-
 „ „ rum , quorum sapienter selectas sententias , & ver-
 „ „ ba pene consecratus est , monumenta literis expres-
 „ „ sa sibi ad scribendi proponeret imitationem . „ Ea-
 „ „ dem tradit de vetustis Conciliorum Actis , necnon
 „ „ divinis Bibliorum libris , & iis „ quos Græcè Septua-
 „ „ ginta illi duo viri divinitus interpretati sunt , & il-
 „ „ lis , quos Theodotio , ac Symmachus Græcos præ-
 „ „ terea fecerunt , huc antea omnibus advectis ; siqui-
 „ „ dem eorum utriusque interpretationem sacris tra-
 „ „ ctandis literis aliquando is adhibet , & illorum
 „ „ quoque Septuaginta duo Interpretum codices per-
 „ „ petuò sequitur , quos Episcoporum antecedentium
 „ „ procuratore è Græcia comportatos , in Ecclesia
 „ „ Mediolanensi extitisse , annalibus traditum est . „
 „ Denique se in ea esse opinione constanter asserit ,
 „ „ quidquid à tanto Ecclesiæ Doctore ex antiquis Scri-
 „ „ ptoribus in præclarissima ab ipso consecrata volumina
 „ „ derivatum est , non aliunde fuisse desumptum , quàm
 „ „ ex veteribus monumentis in hac Ecclesia asservatis ,
 „ „ quorum insignem acervum in Bibliotheca Ecclesia-
 „ „ stica Mediolanensi congestum , minimè à veri ratione
 „ „ alienum profiteretur . Id verò , quàm illustre vestigium
 „ „ sit Mediolanensium studiorum , nemo non intelligit ;
 „ „ cum tam citò Præsules nostri curam susceperint com-
 „ „ parandæ literariæ suppellectilis , quæ sacris Cleri stu-
 „ „ diis inserviret , illudque commodum huic Ecclesiæ
 „ „ præstaret , ut non tam splendore dignitatis , quàm
 „ „ divinarum Literarum cultu cæteras anteiret .

Alteram antiquissimam Bibliothecam refert Puri-
 cellus in Dissertatione Nazariana cap. II. num. II.
 Ait enim quòd „ Michaël Pizolpassus anno Domini
 „ MCCCCXXXVIII. cum varia legisset opuscula
 „ in veterosis , ut ipse scribebat , codicibus , qui
 „ „ apud Bibliothecam Illustrissimi Pontificis Ambrosii
 „ „ (hæc utique Bibliotheca tunc penès Ambrosianam
 „ „ Basilicam erat , & perinsignis) pulverulenti & ti-
 „ „ neati jacebant , id consilii cepit , ut ex iis codi-
 „ „ cem curaret unum eleganter exscribendum , quem
 „ „ Francisco Pizolpasso tunc temporis Archiepiscopo
 „ „ nostro , cujus erat nepos , grati animi ergo nun-
 „ „ cuparet .

An eadem hæc foret , quam fermè à primordiis
 Ecclesiæ Mediolanensis extructam superius retulimus ,
 divinare non licet , cum vix credibile sit , superesse
 illam potuisse incendiis , rapinisque , ferali Barbaro-
 rum irruptione , afflictæ huic Patriæ nostræ toties
 illatis . Neque publicam item tunc temporis fuisse
 affirmaverim ; pulverulenti siquidem & tineati codi-
 ces à Picolpasso reperti , potiùs contrarium evin-
 Tom. I.

(i) Pag. 6.

(k) Lib. 2. pag. 78.

(l) *Dissert. Nazar. cap. 64. num. 35.*

A | cunt . Id saltem in egregiæ Mediolanensium indolis
 commendationem vergit , dilucidè hinc colligi , quòd
 statim ac ab incondita bellorum ira , rudiumque tem-
 porum iniquitate se se redimere valere , primam
 propemodum restaurandis literis curam impenderint ,
 & venerandæ antiquitatis codices , quibus pensari pos-
 set longa scientiarum jactura , veluti pretiosas imma-
 nis naufragii tabulas , in unum collectas , tutis sedi-
 bus collocaverint . Ditissimæ hujus Bibliothecæ à Pu-
 ricello indicatæ præclaræ quædam reliquiæ servantur
 adhuc religiosâ custodiâ in vetustissimo Archivo Ca-
 nonicorum Basilicæ S. Ambrosii , quorum numero
 (ut id etiam obiter innuam) se adscriptos esse Pon-
 tificio diplomate , summo ducunt honori Collegii mei
 Doctores . Cistercienses quoque Monachi in eodem
 B | Templo sacra peragentes , qui hoc potissimum seculo
 nobilem eam solitudinem animo complexi sunt , ut
 non tam amplissimam Cœnobii sui Bibliothecam se-
 lectis libris instruerent , sed antiquissimas quoque
 membranas diligenter exscriptas , & chronologica
 serie digestas , maximo literariæ Republicæ benefi-
 cicio in ordinem redigerent , parte non modica vete-
 rum codicum superioribus ætatibus ibidem congesto-
 rum ditati fuere , inter quos peculiari memoria re-
 censendus est præstantissimus ille *Josephi Hebræi de*
 C | *Antiquitate Judaica* , quo nihil insignius in universa
 Europa hucusque innotuisse eruditissimus Eques Mar-
 chio Scipio Maphæus asserere non dubitavit in suo
 artis Criticæ Diplomaticæ apparatu , nuperrimè typis
 commisso (k) . Contextus siquidem totus est ex cos-
 tice Niliaco , seu Philyra , Latinisque Langobardis
 literis exaratus . Eundem in præsentî custodit Am-
 brosiana Bibliotheca , secretioribus Pinacothecæ scri-
 niis inclusum , liberale donum Cœnobarum Cister-
 censium , qui pretiosissimum hoc longævæ antiquita-
 tis monumentum Federico Cardinali Borromæo , cum
 studiosa sedulitate libros undique exquireret , muni-
 ficè obtulere . Autographum id esse Rufini Aquile-
 jensis censuit etiam Conradus Gesnerus , ubi in Bi-
 bliotheca sua Tiguri edita anno MDLXXXIII. opera
 illius recenset ; at præterquamquod valde dubium
 est , ac fortasse etiam omnino à vero abhorrens , li-
 brum hunc Josephi Hebræi in Latinum unquam ser-
 monem à Rufino fuisse translatum , Langobardici
 characteres , qui longo post temporis intervallo ab
 ejusdem ætate invalere , autographi hujusmodi opi-
 nionem manifestè refellunt , sicuti etiam conjecturam
 aliam à Puricello productam (l) , minimèque futilem
 creditam à Petro Paulo Bosca (m) , quòd nempe ad
 Mediolanensem Urbem delatus fuerit ab Attila , post-
 quam Aquilejam evertit ; ut enim doctissimus Mabil-
 lonius in Itinere Italico de nostra hac loquens Biblio-
 theca , atque hunc codicem memorans , scitè ani-
 madvertit (n) , oculato hoc seculo id eruditus im-
 poni facilè nequit .

Inter celebriores temporum superiorum nume-
 rari meritò debet Bibliotheca Metropolitanæ hujus
 Ecclesiæ , quæ adhuc referta est permultis vetustis
 codicibus in membrana descriptis , ac libris rariori-
 bus , primo nascentis typographiæ seculo impressis ,
 tantoque in pretio habetur à civibus , exterisque , ut
 nobilissimum Canonicorum , quos Ordinarios appel-
 lamus , Collegium , eidem custodiendæ , excipien-
 disque , qui illuc confluunt studiorum gratiâ Litera-
 tis Viris , doctum aliquem ex eodem Ordine Præfe-
 ctum perpetuò designet . Quo tempore aut Auctore
 coaluerit , profus ignoratur ; cum nullæ antiquæ ta-
 bulæ historiæque primordia illius recensent . Summâ
 retroactis ætatibus famâ viguisse ex eo conjicere pos-
 sumus , quòd insignes doctrina & dignitatibus viri
 per varia temporum intervalla curaverint , ut sele-
 ctiorum voluminum copia , quam viventes compara-
 verant , atque in deliciis habuerant , post obitum
 ibidem reconderetur . Ex iis , qui literarias has mer-
 ces

(m) *De Orig. & Statu Bibl. Ambros. pag. 10.*

(n) Pag. 12.

ces auxere, tres memoriz proditos vidi, Franciscum Picolpassum Juris & bonarum omnium disciplinarum peritia clarissimum, atque ad Archiepiscopalem hanc Sedem anno MCCCCXXXIII. translatum, qui universos codices suos Metropolitanæ Bibliothecæ legavit. Eorum postmodum partem nobiliorem, elegantissima videlicet pergamena volumina Federicus Cardinalis Borromæus, teste Bosca (o), à primariis Templi maximi Mystis gratiosè obtinuit, ut Ambrosianam recentissimè ab ipso conditam pretiosius ornaret. Præclarum Picolpassi exemplum proximè secutus est Franciscus Philelphus, ætate sua fermè pro oraculo à Mediolanensibus habitus; Illius ultimas tabulas offendere mihi licuit cum Metropolitanum Archivum lustrarem, in iisque exaratis anno MCCCCLXXIII. inter alia permulta, quæ rei domesticæ vitæque illius illustrandæ lucem non modicam afferre possunt, statutum reperi, ut libri omnes Græci, Latini, ac manuscripti cederent in partem Federico Francisco filio suo legitimo, ex Laura Magdalena de Mazorinis tertia uxore suscepto, ipsoque deficiente in Metropolitanam Bibliothecam inferrentur, quod etiam peractum esse, signati ipsius nomine (si bene memini) codices docent. Postremò ingentem in modum ejusdem scrinia locupletavit S. Carolus Borromæus, qui migraturus ad Superos molem omnem librorum suorum liberali munere Canonicis Metropolitanæ hujus Ecclesiæ reliquit, ut refert Glussianus (p), eorumque nonnullos insignioris notæ enumerat Bosca laudatus (q).

Opportunus hic locus videri posset, ut de Bibliotheca quoque Ambrosiana, quæ publico in præfens commodo patet, summa studiorum omnium utilitate, sermo institueretur. Satius tamen arbitror ordinem temporum sequi, eamque inferius per compendium enunciare, cum integro jam volumine ejusdem institutionem, atque incrementa memoratus Bosca descripserit.

C A P U T III.

Novas Athenas appellatam fuisse Mediolanensem Urbem, aut saltem partem illius, Hadriano imperante, contra celebres Scriptores defenditur.

Venio jam ad eximium illud honoris vocabulum, quo donatam Mediolanensem Urbem, aut saltem aliquam illius partem innuebat Cellarius, ut videlicet *Novas Athenas* appellaretur. Hujus rei indubium testem habemus Romanæ ætatis lapidem, quem in Ambrosiana Basilica reconditum primus (quod ego noverim) vulgavit Petrus Appianus in amplissima Inscriptionum collectione edita Ingolstadii anno MDXXXIII. Hanc Inscriptionem sicuti & cæteras Galliæ Cisalpinæ ex Archetypo desumptas ad illum se misisse testatur in præfixa Operi epistola Johannes Choler. Posita est autem sub pag. XXIX. in hunc modum:

IMP. CAESAR. T. AELIVS. HADRIANVS.
ANTONINVS. AVG. PIVS. CONS. III.
TRIB. POT. P. P.
AQVAEDVCTVM. IN. NOVIS. ATHENIS.
COEPTVM. A. DIVO. HADRIANO.
PATRE. SVO. CONSVMMAVIT.
DEDICAVITQVE.

(o) Libro cit. pag. 46.
(p) In Vita lib. 7. cap. 13.
(q) Ubi supra.

A Eandem in Opus suum Inscriptionum antiquorum transtulit Gruterus loco à Cellario indicato. Cluverius verò in Italia antiqua (r) inter cætera monumenta, quæ vetustam hujus Insulæ Metropolis magnificentiam & splendorem testantur, hanc unam dignam censuit, ut ab ipso, tanquam præcipuum Mediolanensis Urbis decus, referretur. Sanè cum supra reliquas Græciæ Urbes scientiarum laude Athenæ florerent, Athenarum nomen honoris gratiâ translatum est ad Civitatum illarum Elogium, quæ artium liberalium doctrinæque præstantiâ celebrius excellerent. Hinc Alcuinus Caroli Magni Præceptor, cum Princeps ille, literarum amore succensus, in Cæsareo Palatio Scholam condere meditaretur, non alia ratione vividius incitari posse credidit ad opus tam nobile proficuumque perficiendum, quàm si eidem memoraret, hoc instituto evasuram Galliam *Novas Athenas*; Ita enim in Epistola X. ad Regem scribit, *plurimis vestrae intentionis studium sequentibus forsitan Athene nova perficeretur in Francia*. Aliud longè remotius exemplum profert Christophorus Cellarius, qui in antiqua sua Geographia (f) dignitatem Urbis Remorum *Durocotori* ex Strabonis descriptione referens, hæc subjungit: „Addimus aliam aut parem superiori, aut illustriorem, etiam, quam ex studiis literarum habuit. Cornelius Fronto ex Hadriani seculo Rhetor & Grammaticus, referente P. Cosentio, itidem veteris Grammatico, dixit: *Illæ vestrae Athenæ Durocotoro*. Quid gloriosius quàm Athenis, matri artium liberalium ac disciplinarum comparari? „Ac deinde Urbem nostram commemorans prosequitur: „Mediolanum quoque, antiqua sedes studiorum, Inscriptione ejusdem seculi sub Antonino Pio facta, apud Gruterum, *Novas Athenas* adpellatur; ut adeò in summis laudibus provinciarum censeatur, si studio sapientiæ & doctrinæ, Athenienses, principem in literis populum, æmulati fuerint. Capite autem IX. Mediolanensis regionis Geographiam antiquam illustrans repetit: „Liberalium studiorum sedes fuit hoc Municipium, adeo inde Novarum, Athenarum nomen acceperit. Videtur (ex Inscriptione jam relata) pars Municipii vel Vicus, in quo domicilia literarum erant, id augusti nominis tulisse.

D Eruditissimus Magni Dictionarii Geographici gallicè editi Auctor Bruzen la Martiniere, verbo *Athenes*, conformi ad Cellarium sententia tradit ob præstantiam studiorum, quæ Mediolani florebant, Trajano imperante, inditum eidem fuisse gloriosum nomen *Novarum Athenarum*, nec diffitetur potuisse partem aliquam ex Urbe tantummodo hoc titulo insigniri, ubi videlicet frequentiora paterent gymnasia, ut Cellarius opinabatur; ita enim in Insula *Delos* peculiaris locus *Olympiejon* appellatus, extructusque sumptibus Hadriani Imperatoris, ab Atheniensibus dicebatur *Novas Athenas Hadriana*. Insulam siquidem illam Athenienses quoque incolebant, ut ex pluribus antiquis Inscriptionibus constat. Tillemontium, ait, in dubio reliquisse (t) an Aquæductus ab Hadriano inceptus, & ab Antonino Pio anno CXL. consummatus in *Novis Athenis*, ad Urbem aliquam Liguriæ spectet, an adscribendus sit Insulæ *Delos*, in qua exornanda plurimum æris insumpsit. Sed nullum dubio locum esse constanter affirmat, cum in Mediolanensi Urbe repertus sit lapis, clarè ostendat, non adeò longè petendas esse has *Novas Athenas*; præcipuè cum Stephanus in Liguria quoque *Athenarum* Urbem enumeret, & Eusebius, quem sequitur Tillemontius, quamplures asserat Aquæductus ab Hadriano fuisse constructos.

E Sed, ut rem candidè agam, fateri opus est, nonnullos etiam magni nominis Viros huic Mediolanensium

(r) Lib. 1. cap. 24.
(f) Lib. 2. cap. 3.
(t) In Adriano art. 16.

sensum gloriæ apertè adversari . Joseph siquidem Scaliger (u), Isaacus Casaubonus (x), & Johannes Meursius (y) non de Mediolano, sed de Athenis Atticis marmor enunciatum loqui asseverant . Attamen quid solidi fundamenti habeat decretoria hæc eorundem sententia, prorsus non video . Meursius, qui intrepidè ait : *non assentior viris doctis, qui Athenis in Liguria hæc adscribunt*, nihil validius profert, quam quod Scaliger jam armaverat, idemque præstat Casaubonus, unicè acutissimi illius Scriptoris prætexens auctoritatem . Scaliger verò, ut ab hac nobili honoris possessione Mediolanenses depellat, duobus hisce argumentis innititur ; Primum est, quòd cum ex Dione, & Eusebio notum sit, Græcas Athenas pulcherrimis Ædificiis ab Hadriano fuisse exornatas, idcirco putet easdem in veteri Inscriptione Mediolanensi dictas *Novas Athenas* ; at quia propè intelligebat Vir Sapientissimus huic conjecturæ potius, quam rationi, eam minimè vim inesse, quæ implexum ab ipso nodum resolveret, causâque cedere hanc Metropolim juberet, difficultatem ingenuè fatetur, sed intactam relinquit, inquit : *Sed aliquis quaeret ; Quid Mediolano cum novis Athenis Hadriani ? Equidem nescio* . Pergit tamen alterum argumentum proferre ex Manilio, infimi Ævi Scriptoris, græcum illius carmen recitans, quod latinè Meursius reddit :

*Qualis Erechtheos pestis populata colonos
Extulit antiquas per funera pacis Athenas,*

cùm enim de peste illa Auctor hic agat, quæ grafata est exacto bello Peloponesiaco, arbitratur Scaliger, discriminis causâ, à Manilio appellatas *antiquas*, quia *novæ* sua ætate dicerentur .

Hæc universa vis censoriæ sententiæ . Verùm, quam frigida, imbellisque sit ad evertendum insigne hoc Mediolanensium studiorum monumentum, tot celebrium Scriptorum favorabili testimonio firmatum, levi etiam manu tentata dignoscitur . Num enim liberalem omnem Hadriani munificentiam Græcæ Athenæ absumpsere ? Quot alibi splendida excelsi animi sui vestigia Augustus ille Romani Imperii amplificator reliquit ? Dionem ipsum testem habemus, qui in ejusdem vita hæc profatur : „ Socias Urbes, „ atque subditas Imperio Romano, ex quibus multo „ plures, quam ullus unquam Imperator vidit, magnificè juvit, easque aquis, portubus, frumento, „ operibus publicis, pecunia, honoribus, cæterisque „ rebus auxit, atque ornavit . „ Cur ergo Mediolani quoque, Urbe Principe, & Romæ tam proxima, incipi ab Hadriano Aquæductus non potuit, qui postmodum ab Antonino perficeretur ? Certè dum Inscriptionem Mediolanensem attentius perlego, loqui eam video de Urbe, quæ jam ante Hadrianum ipsum, & Antoninum præclaro Novarum Athenarum titulo insigniretur, ait enim *Aquæductum in Novis Athenis captum à D. Hadriano* . Hanc autem verosimilius quisque affirmabit non aliam fuisse, quam Mediolanum, vel ob celebritatem studiorum, quæ superiori ad hos Cæsares ætate hic vigeabant usque ad invidiam gentium finitimarum, ut recitata Plinii Epistola testatur, vel ob frequentiam Græcorum, quos in hac regione sedem fixisse tum florente Romana Republica, tum Julio Cæsare imperante jam supra dixi, adeò ut translata apud nos Græcia videretur, proindeque hæc Metropolis, *Novæ Athenæ* nuncuparetur . Græcas Athenas neque post Hadriani ævum ejusmodi vocabulo fuisse donatas Spartianus docet, qui peculiarem hujus Cæsaris amorem erga Urbem illam, & magnificas ab ipso extructas ibidem Ædes commemorans, *Hadrianopolim* postmo-

A dum dictam constanter affirmat . Non itaque eidem congruit inscriptio, quæ in alieno & tam longè dif-fito loco reperta, alienum etiam ab illius ætatis appellatione nomen præferat . Quod attinet ad Manilii carmen, miror à Scaligero, viro tam docto, ex illo verbo *antiquas* inferri potuisse, quòd *novæ* illius ætate dicerentur : Cur non enim alia profus intentione apponi Athenis à Poëta nomen id potuit, vel ob remotissimi ab ejus ævo temporis immane intervallum, vel comparatione florentis tum Athenarum imperii, quod repetitâ succedentium bellorum injuriâ periisset, ita ut *antiquæ* vocarentur *Athenæ*, quod nihil fermè de veteri gloria illa ac fortuna Atheniensium, cùm scriberet, superesset ? Præterea, etiam si liberaliter id indulgeamus, quid ad antiquam Mediolani Inscriptionem *Novæ Athenæ* Manilii, quem infimi Ævi Scriptorem ipsemet Scaliger profiteretur ? Asserendum fuisset Athenis id vocabulum seculo Hadriani vel Antonini, quod tamen Spartiani auctoritati repugnare jam vidimus . Inviolatum itaque perstat Urbi Mediolanensi eximium hoc decus . Sed ne in patriæ causa perorans suspicione aliqua apud eruditos laborem, præstat hujus marmoris vindicias audire ab extero simul & sagacissimo Scriptoris Claudio Salmasio (z) . Adorsus ille, post immensum Casauboni laborem in Augusta historia illustranda, eandem novis Commentariis exponere, ubi ad illum Spartiani textum in Vita Hadriani pervenit, *partem Athenarum*, in cujus Commentario Inscriptionem Mediolanensem ad Atticas Athenas transfert Casaubonus, ista reponit : „ Ad Athenas, quod attinet, „ cùm illam Urbem multis operibus instaurasset Ha- „ drianus, partem Urbis, quæ maximè illis ædifi- „ ciis ornata fuit, *Hadrianopolim* nuncupavit . Er- „ rant Viri docti, qui Novarum Athenarum nomine „ partem illam Urbis, quam splendidis ædificiis or- „ navit Hadrianus, insignitam fuisse censent . Quid „ enim hoc ad honorem Hadriani, si Urbs illa, aut „ pars Urbis dicta fuit *Novæ Athenæ* ? Sed nec In- „ scriptio illa, quæ Mediolani extat, & Novarum „ Athenarum meminit, quicquam ad has Athenas „ Atticas pertinet . Primum, unde Athenis Medio- „ lanum hæc inscriptio ? Deinde, quis credat in- „ scriptionem Latinam in Urbe Græca fuisse positam ? „ Athenas Urbem in Liguribus ponit Stephanus, qui „ in recensione Urbium, quibus hoc nomen inditum, „ *Τεσσαρον Ἀγίων* facit, & illæ sunt fortasse *Novæ „ Athenæ*, in quibus coeptum ab Hadriano Aquæ- „ ductum, & ab Antonino Pio consummatum loqui- „ tur illa inscriptio . Nihil etiam ad rem facit, quod „ Vir summus observat animadversionibus in Euse- „ bium ; cùm locum in Delo Insula sumptibus Ha- „ driani Ædificiis instaurassent Athenienses, *Novas „ Athenas* vocaverunt ; non enim simpliciter *Novas „ Athenas* illi loco nomen indiderunt, sed *Novas „ Athenas Hadrianas* Falsum igitur Athe- „ nas, aut ullam partem Athenarum post Hadriani „ instaurationem dictas esse *Novas Athenas*, cùm „ planè ac disertè scribat hic Spartianus, *Hadriano- „ polim*, partem Athenarum fuisse dictam . „ Hæctenus Salmasius, quem adhuc juvenem ipsemet Scali- „ ger & Casaubonus non solum admirati sunt, sed etiam professi fuere, se à literarum ejus lectione semper doctiores discessisse, ut refert Reinesius (a) .

C A-

(u) De emendatione temporum lib. 5.
(x) In Comment. Hist. Aug. fol. mibi 36. num. 8.
(y) De Fortuna Athenarum cap. 10. in Gronovii Thesaur.

(z) In Comment. ad Aug. Hist. fol. mibi 53. num. 8.
(a) In Var. Lect. 1. 6.

CAPUT IV.

*Florentium in hac Urbe studiorum seculo IV.
insigne argumentum ex S. Augustino
publico Mediolani Præceptore.*

Nullum hæcenus insignis Mediolanensium studiorum monumentum productum est, quod par esse possit Sancto Augustino, quem universa Ecclesia, ut præcipuum Doctorem colit, nostra autem Civitas publicum quoque magistrum habuisse gloriatur. Tanti est hic docuisse Augustinum, ut extolendæ supra cæteras Italiæ Urbes (si Romam excipias) hujus Metropolis gloriæ, hæc una sufficeret laus. Neque verò me panegyricas laudes summo huic Præceptori texere velle quisquam arbitretur; id enim alienum est ab historico hujusmodi Commentario, fusèque jam hoc præstitit Puteanus in libello *de Scholis Palatinis*, qui ferme totus in hoc argumento versatur. Nonnulla tantummodo innuere necessarium duco, quæ celebritatem studiorum illa ætate in hac Urbe florentium valeant illustrare. Et primò expendenda venit Legatio publico Civitatis nostræ nomine Romam missa ad ipsum Urbis Præfectum Symmachum, ut viduæ Rhetoricæ artis Cathedræ dignus Institutor peteretur. Hæc omnia narrat Augustinus ipse libro V. Confessionum (b), „Posteaquam missum est à Mediolano Romam ad Præfectum Urbis, ut illi Civitati Rhetoricæ Magister provideretur &c. Quis autem credat, susceptum ab Urbe tota consilium, ut tam longo itineris intervallo primores Viri hinc legarentur, ipsiusque Præsidis Romani auctoritas, & patrocinium imploraretur, nisi de conservando præclarissimo Metropolis hujus decore, studiis videlicet, præcipuo hic honore florentibus, felicique majorum successione publicæ veluti fidei commissis, actum fuisset? Præterea, cum datus sit huic Urbi Augustinus, quis opinetur, voluisse illum è domina terrarum Urbe recedere, ubi jam eximia cum laude Rhetoricam artem profitebatur, nisi ad æquale saltem, si non altius, magisterii subsellium se promovendum existimasset? Præcipuè cum doctrinæ suæ conscius, & adhuc *Minichæis vanitatibus involutus*, lucrum solummodo ac inanem gloriam sollicitè confectaretur; ut ipsemet sæpius, lachrymis atramentum inspergens, fatetur. Demum, solemnis illa inauguratio studiorum, quæ ab ea usque ætate vigeat, ut delectus ad institutionem literariam juventutis novus præceptor, coram publica concione, ac Præsede ipso Urbis Mediolanensis perorans, quoddam doctrinæ suæ periculum faceret, quanto hic in flore ac pretio studia tunc forent, abundè testatur. Id quoque ex Augustino discimus, qui libro tertio contra literas Periliani scriptum reliquit, se in auspicali studiorum oratione complexum fuisse laudes Consulibus Bautonis (hujus Consulibus meminit etiam S. Ambrosius in epistola ad Eugenium Imperatorem) inquiens: „Cum ego „Mediolanum ante Bautonem Consulem venerim, „eique Consuli Kal. Januarii laudem in tanto conventu, conspectuque hominum, pro mea tunc „Rhetorica professione recitaverim &c. „Dolendum quidem est, nullum nobis superfuisse monumentum, quo dignosci queant, vel in patriis hisce gymnasiis studiorum leges, vel nomina Præceptorum, qui procul dubio ante, ac post Augustinum publico decreto erudiendis ad liberales disciplinas adolescentibus infudavere; cum vix Flagrium Manlium Mediolanensem Valentiniani Cæsaris Præceptorem, interpretatione etiam Georgicorum Virgilii celebrem, Chalcos eo seculo memoret, & Verecundi Grammatici no-

(b) Cap. 13.

A men nobis servaverit Augustinus ipse, qui ejus opera usus est, cum ad Brianæos colles se recipiens piis meditationibus Autumnii bimestre impenderet, ut ad Baptismum se pararet, dimissione muneris sui ab Urbis nostræ Præfecto, exeunte Octobre, impetrata. Sed fortasse tanti Doctoris fama aliorum gloriam obduxit, cum unus nobis instar omnium esset Augustinus, quo nihil illustrius Mediolanensium famæ relinquere potuit antiquitas, aut vovere & sperare posteritas, ut aiebat Puteanus. Merito itaque eidem à Republica Mediolanensi in Scholis Palatinis decreta est statua, quæ adhuc perdurat adjecta Epigraphæ digna, ut in publicam lucem producta futuris ætatibus innotescat:

B AVGVSTINVS, HIC HVMANA DOCENS,
DIVINA DIDICIT.

Recitari etiam meretur, quod in commendationem studiorum Mediolanensium præfatus est Hieronymus Bossius Ticinensis, publicus Mediolani Eloquentiæ professor, cum pro hac ipsa decernenda S. Augustino statua apud primarios Urbis nostræ Proceres, collectumque populum declamaret: „Vestra profectò „singularis gloria est, Viri Mediolanenses, quòd „hanc Palatinam Academiam, ab ultimis penè hujus „jusse Civitatis auctoribus, summo erga bonas artes, ac unam præcipuè erga Eloquentiam institutam, non solum ad hunc usque diem stare, sed „magis etiam ac magis florere semper voluistis. „Quippe immanis barbarorum vis, ac ipsa longi „temporis ætas facillè potuit cuneatam Theatri molem, Circum, peristyla marmoreis signis exornata, Herculeas Thermas, & reliqua ocioforum hominum oblectamenta demoliri, quia rerum ejusmodi curam Mediolanenses, ut viri sunt industrii, & ab omni ocio alieni, aut nullam, aut parvam admodum susceperunt. Contra verò nullam annorum, invadentiumque hostium injuria, Palatinam Musarum sedem deturbavit, quia summa cum virium & animorum contentione vos hanc semper strenuè aded factam tectam conservastis, ut omnibus liquere potuerit, eos esse Mediolanenses, qui cum summum honorem bonis disciplinis habeant, iisdem quoque velint ad Reipublicæ bonum suos juvenes informari &c. „Quæ fusè prosequitur omitto, cum legi possint in oratione ejusdem, anno MDCXXII. typis edita Mediolani. Id tantum adverto, in recitatis verbis innui ab hoc Auctore celebre carmen Ausonii Poëtæ & Consulibus, qui eodem cum Augustino seculo florens, & præclarissimæ hujus Urbis præstantiam metro describens, cæteris ornamentis Eloquentiæ laudem præponit, Palatinasque arces commemorat, à quibus inviolatam seculis omnibus Palatini nominis gloriam publicæ nunc etiam vigentes Scholæ traxere; quo circa etiam earundem parietibus insertus est parvus lapis, insigne hoc antiquitatis, decorisque sui testimonium insculptum referens, Ausonii nempe Epigramma:

E *En Mediolani mira omnia copia rerum,
Innumera, cultæque domus, facunda virorum
Ingenia; antiqui mores; tum duplici muro
Amplificata loci species, populique voluptas,
Circus, & inclusi moles cuneata Theatri;
Templa, Palatinæque Arces, opulensque moneta,
Et Regio Herculei celebris sub honore lavacri,
Cunctaque marmoreis ornata Peristyla signis,
Mœniaque in Valli formam circumdata limbo;
Omnia,*

*Omnia, quæ magnis operum velut æmula formis
Excellunt: nec iuncta premit vicinia Romæ.*

C A P U T V.

*Gymnasiorum Mediolanensium celebritas Seculo V.
& VI. Sancti Ennodii, & Cassiodorii
testimonio comprobata.*

Seculum quintum sicuti Italiæ universæ, ita & literis fatale fuit; irruptione siquidem à Barbaris facta, cum sæcdo ubique tumultu omnia miscerentur, in partem improbæ vastationis raptæ fuere liberales disciplinæ, ipseque latinus sermo, peregrinorum idiomatum asperitate vitiat, aded elanguit defloruitque, ut nonnisi post decimum ab inde seculum ad pristinæ elegantie nitorem renasci potuerit. Quin immo tantum fuisse odium Hunnicæ gentis in Italiæ perniciem, ut de penitus obliteranda Latina lingua actum fuerit. Auctor est Petrus Alcyonius libro II. de Exilio, qui inducens Legatum cum Julio Medico colloquentem, hæc illius ori verba accommodat: „ In Bibliotheca nostra asservatur liber incerti auctoris græcè scriptus de rebus à Gothis in Italia gestis. In eo memini me legere Attilam Regem post partam victoriam, tam studiosum fuisse Gothicæ linguæ propagandæ, ut edicto sanxerit, ne quis linguam Latinam loqueretur, magistrosque insuper è sua provincia accivisse, qui Italos Gothi, cam linguam edocerent. „ Nihilominus vestigium aliquod vigentium adhuc per eam ætatem Mediolani studiorum, sub mitiore videlicet Theodorici Regis imperio, in S. Ennodii Episcopi Ticinensis scriptis reperio. Frequens in illis mentio est Deuterii Grammatici, Viri spectabilis, publicique in hac Urbe Præceptoris, ut in adnotationibus apertissime Sirmundus testatur. Quantâ is doctrinæ præstantiâ excelleret, metiri abundè possumus ex summis, quibus illum cumulat, laudibus tantus Antistes. Ubique siquidem eundem vocat *Doctorem optimum, Venerabilem Magistrum, ingeniorum limam, fabricatorem sensuum, doctissimum hominum*. Nonnulla hæc fufius referre, decerpta ex Ennodii operibus, necessarium duco, ut inde clariùs innotescat, qualem calamitoso etiam illo seculo studiorum Institutorem Mediolanum haberet. Laborabat fortasse oculorum morbo Deuterius; ad illum propterea Epistolam, quæ XIX. est, Ennodius dirigit, atque in ejus decursu hæc habet: „ Tua, quæso, lumina nube doloris heberantur, cujus tam clara sunt carmina, & qui lucem loqueris, de visione causeris? Quam timeo, ne parvus in meritis tuis laudator inveniar? Tibi rectè adscribitur cunctis dare oculos, & obscuram mentium peregrino splendore radiare. „ In oratione pro Aratore ipsius discipulo, ita eum alloquitur: „ Te inter Cives, mei immemor, superba Delus adnumerat; Tu Castalii gurgitis lautus possessor incedis, & ego vix arentibus labiis stillantem guttam marcidi liquoris infundo. „ In altera, cum Parthenius ejusdem ex sorore Nepos, publicum experimentum optimè exculsi ingenii dedisset, Deuterio præceptoris laudem intexens subjungit: „ Uberes res tibi coram multis, emendatissime hominum, grates refero, qui agnosci à me Parthenium institutione fecisti. O laudanda supra hominem tui virtus ingenii! „ Demum, ut quamplura his similia præteream, Epigramma ad illum mittens, unico carmine universam ejusdem laudem complectitur, inquit: „

Innumeris Doctor dotibus ille cluit,

Tom. I.

(c) In Etymologico ad hoc verbum.

A idest splendet, ut Vossius (c), & Laurentius (d) exponunt.

Nec minus præclarum argumentum est, quanta tunc apud exteros opinione præstantiæ Mediolanensium florent gymnasia, Discipulorum in hanc Urbem confluentium nobilitas. Sex ab Ennodio enumeratos habemus aviti sanguinis claritate insignes, ex quibus cæteros conjicere licet; cum ipse tantummodo eorum meminerit, quos sibi aut naturæ vinculo adstrictos, aut amicitie officiis commendatos informari studiis curabat. Lupicinum primò memorat, ex sorore sua Euprepia nepotem, quem, pro more illius temporis, Licerium quoque Firminum appellatum tradit Sirmundus ex nomine utriusque Avi paterni, maternique, quorum ob summos Republicæ Magistratus egregiè gestos celebris in Gallia fama vigeat. Parthenius subsequitur, alterius sororis filius, quem Magistrum officiorum, ac tandem Patricium fuisse idem Sirmundus opinatur. Paterius inde, ac Severus occurrunt, de quorum summa nobilitate Ennodius ipse fidem facit inquit: „ Ecce Paterius, & „ Severus ornamenta Curulium, & parentiva vocabula purpurarum, eruditionem originariam in ipsis vitæ præstolantur exordiis; „ Paterii siquidem Patri, aut Avo, doctrinæ titulo, posita fuerat in Foro Trajano ænea statua, vivensque etiam summum eum honorem obtinuerat, ut ex Prætorio Præfecto, Petronii Maximi II. Consulis anno CCCCXLII. Collega declararetur, teste eodem Sirmundo. Memoratur item quidam Filius Eusebii, nobilissimi ab Ennodio dicti, quem curæ suæ commissum suprema voce precibusque Patris, in vitæ confinio degentis, ipsemet scribit. Demum profertur Arator, de quo loquens Sirmundus ait, se libenter accedere ad eam conjecturam, quòd ille idem fuerit, qui Legationibus, aliisque publicis officiis in aula clarus, postmodum S. R. E. Subdiaconus delectus est, Actaque Apostolorum versibus exposita coram Summo Pontifice Vigilio, plenaque Synodo, cunctis acclamantibus recitavit. Hos omnes Mediolanensibus gymnasiis nomen dedisse sub insigni præceptore Deuterio dubitare non sinit Ennodius, qui in primo illorum ad studia ingressu præfatiunculam habens, dum Magistrum alloquitur, eum *Doctorem optimum, venerabilem* &c. vocat, qua nobili appellatione Deuterium, Mediolani procul dubio docentem, indigitari Sirmundus affirmat.

Atque hinc etiam alterum colligi posse indicium crediderim, quòd peculiari celebritate in Urbe nostra per illud tempus studia colerentur. Cum enim cuilibet ex memoratis discipulis orationem Ennodius elaboraverit, quo die primùm in Scholas inferebantur, nemo non videt, solenni quodam ritu actum fuisse tunc magisterium, cujus initiis à tam eximio viro tantus honos deferebatur, ut publicè declamaret. Accedit, in more etiam positum ea ætate fuisse, ut statis temporibus in affluentium civium confessu specimen proficientis ingenii perorando discipuli exhiberent. Eucharistica siquidem *Disctio* in Ennodii operibus legitur, qua Deuterio Magistro gratias reddit, cum Parthenius optimam illius institutionem publica declamatione probaret. Altera etiam ibidem extat ejusdem *Disctio*, cum Arator *ad laudem proventus est*, quo nomine, an experimentum ipsum laude plenum, an præmium aliquod promoti ad nobiliorem classem discipuli designetur, prorsus ignoro. Divisa certè fuisse in varios scholarum Ordines eo tempore studia, ad hoc verbum, *Classicum*, aliquando ab Ennodio usurpatum, adnotavit Sirmundus. Denique nonnihil quoque lucis arripio ex scriptis Ennodii, stetit in hac Urbe Collegium educandæ erudiendæque Juventuti, ac illud fortasse adhuc erat, cui annuos redditus Plinium Junio legasse jam vidimus. In *Disctio* siquidem, quam habuit Ennodius quando Lupicinus in Auditorio traditus est Deuterio Viro

c

spe-

(d) *Analsbeonomastica.*

Spektabili, hæc inserferis : „ Sponde tuis adolescen-
„ tute digna primordiis ; spem solidam de tua perfe-
„ ctione concipimus . Bonum ingenium Doctore op-
„ timo mancipamus . Sacri rudimenta venerare Col-
„ legii .

Ex his , quæ hæctenus protuli , dilucidè satis crediderim compertum fieri , quàm longè à vero ab- luserit Vir Clarissimus Antonius Gattus (e) , univer- sa ferme , quæ Ennodius de studiis tradit , ad Tici- nenses Scholas detorquens , atque impigrè asserens eundem Papiæ Magistrum gessisse . Non vacat hæc fundamenta , quibus sententiam suam fulcire nititur , critico examine convellere , cùm historiam texendam , non academicam agitandam disputationem suscep- rim . Hoc tantùm adverto , rejiciendam minimè fore tam facilè auctoritatem Sirmundi celeberrimi Scri- ptoris , Mediolano hæc studia adscribentis , nisi inelu- ctabilium rationum pondus id poscat . An verò eam vim arment productæ à Gatto conjecturæ , ut pal- mam pro Gymnasio Ticinensi referre possint , quis- que operum ac vitæ Ennodii sedulus indagator di- gnoscet . Traducit Eruditissimus Gattus Dictionem VII. quam *de Auditorio in Forum translato* habuit Ennodius , ad Ticinenses Scholas , eo permotus in- dicio , quod ibidem loqui videatur *de Populo paullo ante ob incendium Urbis sub Odoacre exule à Patria, vel adhuc trepidante* &c. Verùm si tota , ad calcem usque , Dictio illa percurratur , nihil minùs , quàm vastitas militaris , bellicumque incendium indicatum occurret : Verba autem illa , *quasi in secessibus con- ticescit* , quæ ansam Gatto præbuere reconditum hunc sensum divinandi , à proximè adjecto orationis exor- dio uberrimè explicantur , nec aliud quidpiam ex- primere contendunt , nisi quòd indecorum sit in pu- blicis Eloquentiæ gymnasiis silentium . Pergit deinde Cl. Gattus constanter proferre , ab Ennodio præstitam Epiphano Episcopo Ticinensi egregiam operam in- restaurandis Papiæ Literis moribusque , cùm ad com- ponendum Regnum Theodoricus incumberet anno CCCCXCIV. & sequenti ; *hocque eodem tempore* Papiæ jam consecratum fuisse Diaconum . Quis ta- men huic sententiæ credula manu subscribat , cùm Ennodius adhuc Adolefcens vix decimumoctavum ætatis annum tunc ageret , ut ex *Eucharistico de vita sua* apertè colligitur , postmodum verò uxorem duxerit nobilissimam fœminam , ex qua etiam filium suscepit ? Præterea in Dictione VI. libri I. Carminum , *quando Roma rediit* post Synodum Palmarem , idest anno DII. ipsemet testatur , se vix eo tempore in Ecclesiasticæ vitæ infantia versatum , inquit : „ Divino pectora dedicata colloquio plestris Eccle- „ siastica per populos jura diviserunt ; cur ego in „ Ordinis , & meriti constitutus infantia , æmulari „ summorum facta non studeam ? „ Non ergo septi- mo ante anno esse poterat Papiæ jam consecratus Diaconus . Neque fidem mereri facilè arbitror , quod Doctissimus Gattus ibidem de Ennodio tradit , fuisse videlicet in Ticinensibus Scholis munere Magistri perfunctum . Id enim nec alicubi ejusdem indicant scripta , nec ullus unquam , qui de ejusdem gestis vitæque disseruit , susceptum ab ipso Præceptoris of- ficiam Ticini , aut alibi memoravit . Quod si quan- doque in Dictionibus , de se ipso loquens *Præcepto- ris* nomen usurpat , id de regulis monitisque ad alio- rum discipulos informandos , excitandosque ad stu- dia diligenter colenda præscriptis , intelligendum animadvertet , quicumque integram illarum Dictionum seriem perlegerit , septimam præcipuè , quam veluti basim opinionis suæ statuit Clariss. Gattus ; In ea siquidem perspicuè patet , nonnisi Monitoris Hortato- risque munus Ennodium gessisse , cùm ad alterum verba dirigat , quem *Doctorem optimum* nuncupat ac commendat , hæc subjungens : „ Salve ergo nu- „ tritor profectuum , fax & splendor ingenuitatis ,

(e) *Historia Gymnasii Ticinensis cap. 4.*

A „ qui nobilia germina laboriosis purgando sarculis in
„ fructibus facis agnosci &c. „ Reliqua , quæ ex-
„ pendi possent de Papiensi Gymnasio , Ennodii ævo flo-
„ rente , ut Gattus eruditè prodit , lubens omitto , ne
„ in præstantissimam Urbem laborare arguar invidia .
Abundè namque ista sufficere existimo , ut veterum
„ monumentorum , Scriptorumque insignium auctori-
„ tate fulta , Mediolanensium studiorum gloria , intacta
„ fervetur .

Quandoquidem autem de Aratore Poëta , & Car-
„ dinali superius mentio incidit , quem nostra gymna-
„ sia discipulum habuisse gloriantur , non abs re fa-
„ ctum censuerim , si huic Metropoli alteram quoque
„ gloriam adjiciam , quòd patria eidem fuerit Medio-
„ lanum . Communis Scriptorum traditio refert , Ligu-
„ rem illum natalibus esse ; nec refragari quisquam po-
„ test , cùm nulla , quæ alteri nationi illum adscribant ,
„ hucusque emerferint monumenta . Controversiæ mo-
„ mentum in hoc uno versatur , quid illa vox *Liguris* ;
„ Aratoris ætate , comprehenderet . Qui de Ligusticis
„ rebus ævo recentiori scripsere , statim ac vocabulum
„ illud oblatum est oculis , citra ullam hæsitacionem
„ Januensi Reipublicæ Aratorem donarunt ; quemad-
„ modum etiam egit Augustinus Oldoinus , qui Sere-
„ nissimæ illius Urbis Scriptoribus , in suo Athenæo Li-
„ gustico , eundem inseruit . Quin immo Georgius Jo-
„ sephus Eggs libro I. Purpuræ doctæ eò securæ confi-
„ dentia processit , ut nullo prorsus documento relato ,
„ causâ lapsos Mediolanenses pronunciaverit , inquit :
„ Arator , quem perperam minus eruditi Aratum
„ „ nominant , natione Italus , patriâ non Ravennas ,
„ „ nec Mediolanensis , ut quidam per errorem opinati
„ „ sunt , sed Ligur atque in ipsa Liguria institutus ,
„ „ eruditus , & Causidici officio aliquando functus
„ „ &c. Attamen si antiquam consulamus historiam ,
„ confestim patebit , Liguris nomen non ita peculiare
„ esse Januensis provinciæ , ut Mediolanensem excludat .
„ Urbem siquidem nostram non tam Liguriam , sed Li-
„ guriz Metropolim appellatam à Jornande (f) , & eo
„ prorsus tempore , quo Arator florebat , ii omnes no-
„ runt , qui veteres Scriptores vix etiam primo in cor-
„ tice delibarunt . Plura collegit Tristanus Chalcus in
„ historia patriæ ad annum CCCIC. ut ostendat Theo-
„ dorum Manlium Consulem , quem Claudianus carmi-
„ ne celebrat , & Ligurem dicit , fuisse Mediolanen-
„ sem . Ait enim : „ Ligurum appellationem video his
„ „ temporibus citra Padum fluvium usurpatam fre-
„ „ quenter esse . Divus Hieronymus Vercellas Urbem
„ „ Ligurum vocat . Ambrosius post mortem Eusebii
„ „ ad Vercellenses scribens , dolet eorum Ecclesiam
„ „ ex omnibus Liguriz , Æmiliæ , Venetiæque Urbi-
„ „ bus carere adhuc officio Sacerdotis . Paulinus in
„ „ vita Ambrosii dicit , eum suscepisse insignia Con-
„ „ sularitatis , ut regeret Liguriam , Æmiliamque
„ „ provincias , venisseque Mediolanum , ubi sedem
„ „ ejus fuisse non est ampliùs repetendum . Idem
„ „ Claudianus in sexto Honorii Consulatu , amnes Li-
„ „ gurum vocat Ticinum & Abduam , sicut Veneto-
„ „ rum Mincium , Athesim , & Timavum . Merulæ
„ „ enim interpretatio nimis morosa videtur , qui opi-
„ „ nioni eorum , qui dixerunt Mediolanum in Liguri-
„ „ bus positum , opponens auctoritatem præcorum
„ „ Geographorum , ponentium terminum Liguriz Pa-
„ „ dum fluvium , excusare nititur Hieronymum , quòd
„ „ fortè Vercellas Urbem Ligurum dixerit à Lævis
„ „ Liguribus , quos quidem non ignoro circa Tici-
„ „ num olim incoluisse . Sed jam nomen eorum abie-
„ „ rat in desuetudinem , sicut & multa alia desisse
„ „ videmus , ac propterea non arbitror Hieronymum
„ „ ad hanc gloriolam respexisse , ut in re jam vetu-
„ „ state abolita doctior videri studuerit , & à com-
„ „ muni usu recesserit . „ Hæc Chalcus . Luculentior
„ „ etiam in hac re Cluverii auctoritas est in antiquæ
„ „ Italiæ descriptione ; Designat siquidem tempus , quo
„ „ Li-

(f) *De Rebus Geticis cap. 42.*

Liguriæ nomen transit ad nostram regionem; cum enim certum sit, ab antiquis Geographis Ligusticæ oræ confinia ad Padum statuta fuisse, aliunde verò subsequentiū Scriptorum testimonio constat, transpadanos quoque incolas, Ligures esse appellatos, utrumque eruditè conciliat, inquit capite VII. „ Sub posterioribus Romanorum Imperatoribus, ut „ superiori capite dixi, quum gentium nomina, pro „ vinciarumque fines in longè alienas sæpè terras „ transferrentur, Liguriæ etiam nomen obtinuit ma „ xima pars Galliæ transpadanæ, in qua Mediolanum „ & Ticinum sunt oppida. „ Hoc autem nomen per „ duravit longè sequentibus sæculis. Paulus siquidem „ Diaconus (g) agens de Liguria, secunda Italiæ pro „ vincia, Mediolanum, tanquam Liguriæ caput, pri „ mo loco constituit. Sanè Ennodii ævo ita hæc appel „ latio invaluerat, ut frequentissima in illius scriptis „ occurrat, cum de Civibus nostris, atque adjacenti „ bus populis, sermonem instituit. Unam propono S. „ Epiphaniæ vitam ab ipso contextam, in qua permulta „ de Mediolanensi ac Ticinensi Urbe referuntur, eas „ autem promiscuè semper Liguriam nominat. „ Inter „ ea apud Ricimerem Patricium, Mediolani ea tem „ pestate residentem, fit collectio Ligurum nobilita „ tis. „ Cùm Epiphanius Ticinensis Episcopus Ro „ mam proficiscitur, ait nunciatum esse studio legatio „ nis Episcopum venisse Liguriæ; cùm idem Epipha „ nius accepto ab Anthemio Fidei sacramento Roma „ discedit, statim subiungit, *festinat ad Liguriam re „ verti*; Cùm iterum ad Nepotem destinatur, repetit, „ *evocantur ad consilium Liguriæ lumina*. Prolixus ni „ midum fuerim, si loca omnia relegere velim, ubi En „ nodius hanc vocem usurpat, ut has designet regio „ nes. Id solummodo adnotandum censeo, dilucidè „ ex his omnibus colligi, receptissimum illa ætate apud „ nos fuisse huiusmodi nomen, adè ut Sirmundus „ illo eodem utatur in commentariis suis, quibus En „ nodium illustrat; Ad verbum siquidem *Modicia*, „ quod in eisdem epistolis legitur, explicationem „ hanc subdit: „ *Modoëtia, quod notum est Liguriæ* „ *Oppidum non procul à Mediolano.* „ Quæ cùm „ ita sint, quo jure, quæso, ob solam Liguris vocem „ *Januensi* Provinciæ tam intrepidè & constanter Ara „ tor adscribitur? Nullum huc usque documentum pro „ ductum est, quo vel eisdem familia in iis regionibus „ florens, aut gestum munus, vel leve etiam habiti „ ibidem incolatus vestigium indicetur; nulla Urbs, „ aut Vicus vastæ illius ditionis designatur, qui eum „ prodeuntem in lucem exceperit. Hoc unicum „ tam eximii honoris Januensibus asserendi argumentum, „ quod *Ligur* dicatur. At vox ista, ut vidimus, am „ bigua est; sique temporum illorum in ea usurpanda „ morem, ac quæ Ennodius ad nos transmisit de Ara „ toris vita, sedulo perpendamus, verosimilius Medio „ lanensem Urbem connotare intelligemus. Scribit „ enim Sanctus Antistes, orbatum parentibus Aratorem „ in ipsis penè vitæ primordiis, susceptum fuisse in „ peculiarem tutelam à Laurentio Mediolani Archiepi „ scopo tanta sedulitate, ut gratiosa dicenda foret ca „ lamitas, cùm „ per felicia naturæ damna, ut ipse „ ait (h), communis Pater & Episcopus factus es „ set proprius; Ille afflictorum consolatio, jejunorum „ cibus, cæcorum oculus, pes claudorum, tot pie „ tatis suæ species, tot misericordiarum gradus, ad „ hujus convertit personæ profectum, & illud Do „ mini Laurentii, quod Mundi necessitatibus succur „ rit ingenium, in ministerio hujus exercetur infan „ tuli. „ Quis autem non videt, cùm adè teneræ „ ætatis foret Arator; cùm ei dicatur factus proprius „ Pater, qui jam officio pastoralis dignitatis Pater erat „ communis, congruentissimè inferri, natalem quoque „ domum eidem hic obtigisse? Innuitur siquidem non „ nihil invidiæ cæteris hujus Metropolis incolis innasci

A potuisse, cùm quæ distribui per omnes cives debue „ rat Episcopalis sollicitudo, in hunc unum quodam „ modo colligeretur. Præterea, quæ de illius studiis „ narrantur, univèrsa ad hanc pertinent Urbem; à pri „ mis namque, ut ajunt, unguiculis, quemadmodum „ ea vox *Adolescentuli* sæpius ab Ennodio repetita ma „ nifestè significat, Mediolani literis institutus, con „ stanti labore iisdem perdiscendis tandiu ibidem per „ duravit, donec ad laudem proveheretur. Id enim „ testatur duplex Præfatio ab Ennodio habita, & cùm „ Deuterii Mediolanensis Magistri disciplinæ tradere „ tur, & cùm eruditè ingenii specimen daret, publi „ camque laudem, novi honoris incremento, suscipere „ ret. Denique extemporaneum carmen ab Ennodio „ compactum in *Natalem Infantis Aratoris* haud sper „ nendum indicium est, non solum infantiam suam no „ stra in Urbe transegisse Aratorem, sed natali quo „ que luce hic fuisse donatum. Jam verò his omnibus, „ quæ coævi tantique Scriptoris testimonio constant, „ ad æquam lancem revocatis, judicet Lector, an ita „ facilè abundum sit in eorum sententiam, qui unica „ *Liguris* voce innixi, decus hoc Genuensi Reipublicæ „ addicunt, nullo habito discrimine ætatum, in qui „ bus Liguriæ denominatio nostram quoque provinciam, „ tanquam præcipuam sui partem, complectebatur. „ Porro Sirmundus, magni apud eruditos nominis, non „ obscurè nobis patrocinari videtur; postquam enim „ in commentariis ad nonum librum Epistolarum En „ nodii, Athalarici Regis testimonio (i), *Aratorem*, „ ait, *Ligurem patriam fuisse, facundo patre natum, at „ que in Liguria ipsa eruditum*; Dictionem Ennodii, „ quæ ad illum pertinet, illustrans, hæc subdit: „ Di „ ctio hæc tota nunc primùm in lucem edita est, „ scripta in gratiam Aratoris, cùm Deuterii Gram „ matici Mediolani disciplinæ traderetur; Mediolani „ inquam, quia, ut ad Epistolas observatum est, „ Arator extra Liguriam non studuit; „ Si itaque „ Sirmundo ipso monente, ad Urbem Mediolanensem „ contrahenda est vox Liguriæ, cùm Aratoris innui „ tur institutio, cur non etiam cùm patriam Ligur „ asseritur? Eodem siquidem contextu utrumque pronun „ ciat, nec quicquam affert discriminis, ut diversi „ modè unum ab altero percipi debeat, quemadmo „ dum in antiquissimi Scriptoris illustratore necessa „ rium erat, ne vel Lectores deciperet, vel ipse aut „ negligentia, aut ignorantia notè inspergeretur. „ Equidem Puricellus tanti fecit hanc Sirmundi adno „ tationem, ut nec dubitandum censuerit de huius „ modi gloria nobis securè vindicanda; quocirca ejusdem „ verbis relatis, ita prosequitur; „ inde Aratorem in „ telligimus Poëtam fuisse sacrum, ac nostræ Urbis „ decus gloriandum, quippe Civitate Mediolanen „ sem.

Reliquum nunc est, ut de Ennodio quoque „ pauca subjiciam, cùm ad historiam literariam exor „ nandam non modicè conferat celebrium virorum „ præstantia, qui aut in Urbe nostra anteaëtis sæculis „ cultum studiorum auxere, aut ibidem progeniti, sin „ gulari doctrinæ laude, famam nomenque illustre apud „ exteros, non tam sibi, quàm patriæ pepererunt. „ Qua eloquentiæ ubertate, aut multiplicis eruditionis „ commendatione præstaret Ennodius, non vacat ex „ veterum, aut recentium scriptis referre. Id unum „ recitare satis erit, quod, in ejusdem vita operibus „ prævia, compendiarie laude collegit Sirmundus: „ Eâ, inquit, ingenii famâ floruit & doctrinæ, ut „ non solum in pretio essent, quæ sua sponte scribe „ ret, sed amicorum quoque, quos impensissimè co „ luit, rogatu, in dictandis aliorum nomine oratio „ nibus, epistolis, epitaphiis, ac diversarum rerum „ epigrammatibus, assiduam operam dare cogebatur. „ Quo in genere multa sanè ad gloriam Ennodii il „ lustria fuerunt, sed nihil illustrius Apologetico & „ Pa-

(g) De Gestis Langobard. lib. 2. cap. 15.

(h) In Ditione, quando Arator Auditorium ingressus est.

(i) Lib. 8. Variar. Epist. 12.

„ Panegyrico , quorum altero Theodoricum Regem „ publicè laudavit , altero Symmachi Papæ , Syno- „ dique Romanæ causam tanta cum approbatione „ defendit , ut à Synodo universa honorificentissimo „ Elogio decretoque ornatus sit . „ Hunc autem , si „ Civem nostrum , patriæque Mediolanensem affirma- „ vero , non longè à vero me aberraturum existimo . Præcipua Scriptorum pars , qui aut de sacris Aucto- ribus , aut de Ticinensi Ecclesia , cui ille plurimum annorum curriculo Diaconus primò inservit , dein Episcopus sanctissimè præfuit , natione Gallum passim testatur ; sique hoc nomine progenies tantummodo , vetustaque nobilium Majorum series indicetur , utique lubens assentior ; id enim præclara testificatione ipsemet Ennodius sæpius profitetur , ut proinde mirer , Speltam scripsisse , quòd ille à *Juvenalium* stirpe , qui *Juvenatio* , Oppido Langobardiæ , nomen dedere , sanguinem derivaverit . Attamen hoc etiam citra dubium statuto , non ita facilè quispiam evincet , aut Arelate , ut quidam tradunt , aut alibi in Gallia natale Ennodio solum obtigisse . Dupinius in Ecclesiastica Bibliotheca gallicè scripta , gallicam eidem progeniem assignans , in Italia nihilominus natum apertissimè scribit . Sirmundus verò Ennodii vitam evulgans in eam sententiam se propendere assererat , quòd tam illustrium natalium gloria Urbi Mediolanensi contigerit ; ita enim paulò post initium inquit : „ An in Gallia , hoc est Arelate , unde illi „ origo , & quam dulcem sedem vocat , an , quod „ potius reor , in Liguria Mediolani natus sit ; in „ certum reliquit . Mediolani certè à puero sedem „ habuit . „ In adnotationibus verò ad *Eucharisticon de vita sua* ab Ennodio conscriptum , ejusdem incolatus locum designat asserens , apud sacram *Ædem* B. Victoris Martyris Mediolanensem Ennodio domum & sedem constituisse . Nec parvi faciendam reor tanti Scriptoris auctoritatem ; cum ipse exactiore , quàm nemo unquam , curâ tum scripta , tum quidquid ad Ennodium spectat , evulgaverit , & præterea Gallus etiam genere sit ; quo circa , si nationis suæ amore minimè occupatus , hoc decus Urbi nostræ libentius indulget , nonnisi ex solidioribus indicis ab Ennodii lucubrationibus gestisque collectis , ad favorabilem nobis sententiam suam depromendam adactum fuisse , nemo non affirmabit . Sanè tam multa sunt , quæ Ennodius celebrat de hac Urbe nostra Mediolanensi , ut prorsus Civem addictissimum patriæ suæ exornandæ , ac in ea degentem se prodat . Duodecim Archiepiscopis , à S. Ambrosio usque ad Theodorum , elogia metro contexit ; Laurentium Archiepiscopum plena oratione commendat ; resecta Tempia , Principem Ecclesiam ornamentis auctam , Baptistaria eleganti hic opere extructa Epigrammatis laudat ; studia commemorat , præsensque nobilibus pueris , vel cum gymnasia ingrediuntur , vel cum publicum doctrinæ specimen præbent , eloquio incitat , aut encomiis profequitur ; Quid præclarius ad comprobandum , quod de patrio ejus solo conjectavit Sirmundus ? A Mediolanensi Urbe profectum Ennodium cum ad Brigantias transmisset , idem testatur in adnotationibus ad illius Itineris narrationem adjectis ; A Boëtio quamdam Domum , penitus ferme neglectam ac colabantem , in Civitate Mediolanensi deprecans Ennodius ipse , jus aliquod paternæ hæreditatis in argumentum proponit , scribens (k) *Iustum est enim , ut parentes (idest consanguinei) vestri habeant , quod de patrimonii mole descendit* . Sed nihil validius censerim , ut apud nos genitum Ennodium credamus , quàm *Dictionem* ab illo habitam , cum post Synodum Palmarem anno DII. Romæ à Symmaco celebrata , de suo reditu lætaretur ; eam namque ita exorditur : „ Amica est homini ad genitale solum revertenti „ semper hilaritas , dum motus quoscumque ei pere- „ grinanti mens anxia peperit , quasi præfinitos , &

(k) *Epist. 1. lib. 8.*

A „ Cælo gravante dispositos se evasisse confidit . De- „ betur ergo vox serena lætitiæ , ne muta gaudia „ moeroris imaginem fortiantur &c. „ Genitale itaque Ennodio erat hoc solum ; neque enim in Gallias properasse , cum Roma tunc rediit , temerè affirmaturum quempiam existimo . Quod cavillationi alicui locum recludere posset , testimonium est Ennodii ipsius à me superius relatum , quo Mediolanensibus studiis Virgilium vindicare contendit . Ut quid enim Cives alloquens nostros , *Marq vester* dixisset , si in eadem Urbe genitus , suam quoque hanc gloriam jure natalium facere potuisset ? At facilè nodus exsolvitur , si , quod jam ante monuimus , recolatur , avitam nempe stirpem Ennodii gallicum venis illius sanguinem indidisse , ac proinde minimè sibi arrogatum ab ipso decus , quod Mediolanensibus , vetuito à tempore seriem Majorum in hac Urbe trahentibus , peculiare fuisse quisque perspiciet .

B Claudio hunc paragraphum insigni Elogio , quo Athalaricus Gothorum & Italiæ Rex Mediolanensia gymnasia , sua ætate florentia , adeò commendat , ut cum Romanis studiis de palma certare potuisset , nec Tullianæ Eloquentiæ seculis invidisse testetur . Extat præclarissima hujus regii Encomii memoria in Operibus Cassiodorii , epistola XII. libri octavi variarum . In ea siquidem instituens Athalaricus Aratorem , Comitem Domesticarum , postquam illum appellavit *literarum peritissimum , doctissimum ; & talem , qui patrem in studiis non haberet* , tandem hæc subdit : „ Romanum eloquium non suis Regionibus invenisti , „ & ibi te Tulliana lectio disertum reddidit , ubi „ quondam gallica lingua resonavit . Ubi sunt , qui „ literas latinas Romæ , non etiam alibi , asserunt „ esse discendas ? Evaferat Cæcilius pondus verecundia , si hunc provectum secula priora genuissent ; „ soluta est quippe vis illa sententiæ : mittit & Li- „ guria Tullios suos . „ Hæc autem , quis non intelligat ad Mediolanum pertinere , ubi certo certius ab Aratore literarium peractum curriculum superius ostendimus ? Addo , illis verbis , *ubi quondam gallica lingua resonavit* satis superque indicari Galliam Cisalpinam , cujus caput erat Mediolanum ; quin immo in Cæcilio , ab Athalarico Rege memorato , Civitas hæc nostra apertissimè designatur ; Is enim est Cæcilius , cui Stanni cognomentum accessit , ex servili nomine , quod antea gerebat , ut auctor est Gellius , Scriptorque celeberrimus Comœdiarum , primas in eo dicendi genere laudes à priscis obtinuit , ut tradit Chalcus (1) , qui notum epigramma Volcatii Sedigiti decem Poëtas judicantis recitat :

Cæcilio palmam statuo de Comico ;

Plautus secundus facilè exuperat cæteros .

E Quòd verò insignis hic auctor patriam fuerit Mediolanensis , non tam Scriptores omnes , qui de rebus nostris egere , unanimes referunt , sed Eusebius ipse , quarti seculi Scriptor , id à Majoribus traditum in Chronicis (m) narrat . Hinc facilè Athalarici Epistolæ sensum assequi licebit , cur *Cæcilius evasisset verecundia pondus , si hunc provectum* , nempe Aratorem , *priora secula genuissent* . Cum enim ille minimè passus sit in patria erudiri , sed ad Romana studia excolenda contenderit , pudore quodam onerasse Mediolanum videbatur , ac si penuriâ Institutorum laboraret , nec paria Romæ magnis elaborandis viris hic gymnasia flourerent , in quibus tamen eruditus Arator tantam doctrinæ messem collegerat , ut nemini literariæ præstantiæ laude concederet . Hoc itaque tam egregii discipuli exemplo Mediolanensibus Lyceis antiqua restituebatur gloria , ad quam posteris commendandam vix mihi persuadeo præclarius aliquid regali hoc testimonio desiderandum relinqui .

Addere

(1) *Hist. patriæ ad an. M. 3859.*(m) *Olympiade 150.*

Addere liceat ex eodem Rege Athalarico, Jurisprudenciam, quæ primis usque à seculis Mediolani floruit, ut C. Albutius Silo apud Syetonium, causas in hac Urbe agens sub L. Pisone Proconsule, & Salvius Julianus, avunculus Didii Juliani Imperatoris, ac celeberrimus Jurisconsultus Mediolanensis, ab Ælio Spartiano (n) relatus, abundè testantur, ea etiam, ætate apud nos egregiè excultam fuisse. Extat siquidem in Cassiodorio, libro VIII. Variarum Epistolarum ejusdem Regis XIX. qua promovens è Quæstura ad Senatoriam dignitatem quendam Præclarum virum, inter cætera laudum genera, quibus illum exornat, id etiam commemorat, quòd eo Patre genitus esset, qui in patrocinandis Mediolani causis insignem sibi famam comparasset, inquit: „origo ejus hæreditarias sibi literas vendicavit, cujus Pater ita in Mediolanensi Foro resplenduit, ut æterno fructu è Tulliano cespite pullularet. „ An autem ad instituendos in ea facultate juvenes publica hic parent gymnasia, silentibus antiquis historiis, conjectare quidem, sed affirmare non ausim.

C A P U T V I .

Literarum per Italiam clades miserrima sub postremis Gothis Regibus, ac Langobardis.

Huc usque, ut ita dicam, triumphalem literarum ætatem exegimus; nunc ad ea secula progrediendum est, quæ fœda incitæ caligine obsita, non nisi horrorem clademque miseram liberalium disciplinarum spirant; cum enim Gothis Italico imperio potitis, sola in pretio foret militaris ferocia, exosæ literæ solum vertere coactæ sunt, totaque propemodum Italiâ migrare. Iisdem enim barbara Gens ista aded infensa fuit, ut veluti cum hostibus bellicæ virtutis pugnaret; fallax siquidem Gothos opinio invaserat, illarum institutione animos frangi, nec distringendis ensibus pares esse, qui calamum studiosius tractarent. Celebre est Amalafuntæ factum, quod Procopius in hunc modum narrat: „Filium „(Atalaricum) ad Romanorum Principum vitam, „& mores institui voluit, adegitque ludum literarium frequentare. Eundem ad tres viros applicuit, è senioribus Gothis delectos, quos omnium intelligentissimos ac moderatissimos noverat. Hæc Gothis minimè placebant, more magis barbaro ab Atalarico gubernari volentibus, quòd licentiùs injurias imponerent subditis. Aliquando mater cum in cubiculo peccantem deprehendisset, colaphum illi infregit, is verò flens se inde proripuit in andronitidem. Tum Gothi, in quos incidit, excandescente, in Amalafuntam convicia jacere, & affirmare, eò spectare ejus consilia, ut morte quamprimum deleret filium, & alteri viro nupta, cum eo Gothis atque Italis imperaret. Subinde collecti spectatissimi quique Amalafuntam adeunt, & queruntur, nec honestè Regem, nec commodè sibi educari; literas à fortitudine longè esse disjunctas, traditamque à senibus institutionem, in timiditatem, & animi humilitatem plerumque verti: itaque oportere, ut in re bellica futurus animosus, gloriâque insignis, amoto Doctorum metu, armis exerceatur. Theodericum allegant numquam passum Gothorum liberos ad ludimagistros mitti; cum diceret omnibus, eos numquam hastam aut gladium despecturos mente intrepida, si scuticam tremuissent. Subjiciunt, debere ipsam reputare cum animo, ereptum sibi fato Theodericum, postquam tot potitus provinciis, regnumque alienum adeptus esset, quamvis literas, ne tantil-

Tom. I.

(n) In vita Didii Juliani sub initium.

A „lum quidem, auribus admisset. Ergo, inquit, „hos, Domina, Pædagogos in præsens valere jube, „& Atalarico Convictores aliquot æquales adhibe; „qui ætate cum ipso florentes ad generosè & more „barbaro regnandum impellant.

B Verum quidem est, etiam evulgata inter Gothos aspera færaque hac lege, minimè factum esse, ut saltem sub primis eorundem Regibus, Italiæ imperantibus, literæ nostræ immitiùs tractarentur. Theodericum siquidem, licet rudem obduratumque militari solummodo disciplina, ut ex Procopio audivimus, impensè tamen coluisse liberales artes ac studia, illique manus amicas porrexisset, ut vividius erigerentur, testis est Ennodius, qui Panegyrici sermonis sui partem hanc non ultimam facit, atque ista, variis abrupta intervallis, sparsim commendat. „Par „fuit etiam, ut Eloquentiam laudis præmiis incitata, res Debent tibi veneranda studia, quod loquuntur Amaverunt Præcessores tui incitiam, quia nunquam laudanda gesserunt. Vide divitias seculi tui! Tunc vix Fora habuere perfectos, nunc Ecclesia dirigit laudatorem. „ Erat enim tunc temporis Ennodius jam Ecclesiastico ordini adscriptus. Athalaricus verò præclaro quoque edicto cavet, ut non tam honos, quam stipendia literis præstarentur. Indixit enim Senatui Romano, ut Scientiarum Institutoribus publico ære statuta merces exsolveretur. Temperare non valeo, quin aliqua feligam ex regio hujusmodi præcepto, quod in Cassiodorio (o) legitur, hic recitanda; cum mirum admodum sit, tantum erga bonas artes amorem viguisse in Principe pessimè instituto, mereaturque id proponi in exemplum cæteris omnibus Principibus in meliorem sortem educatis, ut ad rei literariæ gloriam augendam, præstandumque doctis viris patrocinium incendantur. Ait itaque paulò post initium: *Cum manifestum sit, præmium artes nutrire, nefas judicavimus Doctoribus adolescentium aliquid subtrahi, qui sunt potius ad gloriosa studia per commodorum augmenta provocandi; & post pauca: Qua de re P. C. hanc vobis curam, hanc auctoritatem propria divinitate largimur, ut Successor Scholæ liberalium literarum tam Grammaticus, quam Orator, nec non & Juris expositor, commoda sui Decessoris ab eis, quorum interest, sine aliqua diminutione percipiat.* Subjungit deinde: *Nam si opes nostras Scenicis, pro populi oblectatione largimur, & ea studiosissime consequuntur, qui aded necessarii non habentur, quanto magis illis sine dilatione præbenda sunt, per quos & honesti mores proveniunt, & Palatio nostro facunda nutriuntur ingenia?* Demum præscribens etiam quodlibet semestre solutioni stipendiorum, *ne cogatur de alieno pendere fastidio, cui piaculum est vel horarum aliquo vacasse momento,* concludit, id boni inde eventurum, *ut uni sollicitudini inhærentes toto vigore animi ad bonarum arrium studia transferantur.*

C Sperandum erat sub Athalarici successore Theodato feliciter literarum imperium. De illius siquidem electione in Regem Italiæ scribens Amalafunta Regina ad Senatam Romanam, postquam generis claritatem ex Amulorum stirpe deductam commemoravit, novi Regis merita sic prosequitur: (p) „Ac „cessit his bonis desiderabilis eruditio literarum, „quæ naturam laudabilem eximiè reddit ornatam: „Ibi prudens invenit, unde sapientior fiat; ibi bellator reperit, unde animi virtute roboretur; inde „Princeps accipit, quemadmodum populos sub æqualitate componat, nec aliqua in Mundo potest esse „fortuna, quam literarum non augeat gloriosa notitia. Accipite quod majus generalitatis vota meruerunt. Princeps vester etiam Ecclesiasticis est „literis eruditus. „ Sed omnium vota sefellit non tam regno iniquus Princeps, quam Amalafuntæ ipsi, à qua regnum acceperat, eadem priùs in exilium-

(o) Lib. 9. Variar. Epist. 21.

(p) Ibid. lib. 10. Epist. 3.

acta, dein ingratiſſimo ſcelere è vivis erepta. Idque in cauſa fuit, ut una cum publica Italiæ tranquillitate, literarum quoque felicitas, peſſimis conſictata eventibus, in extremam propemodum ruinam prolaberetur. Cum enim Juſtinianus Imperator de tam protervo crimine, in amicam ſibi optimamque Regnam commiſſo, juſtam moliretur vindictam, exercitum è Græcia in Italiam traduxit contra Theodatum, tantuſque fuit longi fervidique belli furor, ut omnia cædibus, incendiis, rapinisque convolverentur. Mediolanum quoque ſub Vitige, Theodati ſucceſſore, tanta clade affictum eſt, ut violata à Gothis deditio- nis lege, lugere debuerit direpta mœnia, domos incenſas, quodque horribilius eſt, trecenta hominum millia, unica cæde abſumpta, præter foeminas in pudendam ſervitutem Burgundionibus datas. Extenuare quidem nititur Chalcius, aliique hujus amplitudinem cladis, eam ad triginta Civium ſolummodo millia contrahentes, ſed prorsus contra Procopii fidem, qui eo ſeculo vivens, degenſque in Italia, patentibus verbis numerum illum expreſſit. Porro in hujusmodi noſtræ Urbis vaſtitate quis eſſe poterat cultus ſcientiarum, cum habitatoribus viduata, & dejectis ſolo ædificiis vix reparando excidio ſufficeret, nec niſi prolixi temporis beneficio ad priſtinam reſtoſcere gloriã valeret? Hinc eſt, quod nulla turbidi illius ævi memoria de gymnafiis ſtudiisque Mediolanenſibus ad nos permeavit: ſed eodem quoque ſilentio premuntur cætera, quæ per Italiam celebrabantur, Lycea; præcipue cum nulla quoque ſcriptorum monumenta, tunc condita, poſteritati relicta videamus, obruſis calamis ingeniisque à militum ferro, quod, variã inter Gothos Græcoſque belli fortunã, omnes Urbes pervagabatur.

Nec pacatior fuit ſub Regibus Langobardis Literarum conditio. Barbarã ſiquidem direptione Italiam lacerantes, tanta inſcitie caligine laborabant, ut ne ullam quidem uſque ad Rotharim ſcriptam legem noviſſent. Rotharis verò, qui primus ad caſtigatoriis vitæ regulas indomitam gentis illius licentiam promulgatis legibus revocavit, aliique poſtmodum ſuccedentes Reges, cum novo ſancito jure commodis ferme omnibus humani commercii proſpicerent, ne apicem quidem de aperiendis gymnafiis, aut fovendis liberalibus diſciplinis, regiis in edictis protulerunt. Quocirca tanta ignorantie labes Italiam occupavit, ut ipſa etiam familiarum cognomina deſicerentur; ſique aliquis Latini ſermonis Artiumque liberalium cultus apud Monachos Episcoposque, erudiendæ ad ſacras literas juventuti Scholas aperiennes, viguit, ut Thomafinius pluribus exemplis ac Canonum auctoritate probat, (q) ea verborum barbarie inſuſcata omnia conſpicimus, ut extincta propemodum dici poſſit rudibus hiſce ſeculis Romanæ eloquentie elegantia & decus. Hujusmodi impoliti ſcabroſique ſtyli exemplum habemus in vetuſtiſſimo carmine *De laudibus Mediolani*, quod Liutprandi Langobardorum Regis ævo compactum cenſuit Clarifſ. Muratorius, inferuitque inſigni Operi Rerum Italicarum Tomo II. Parte II. Neque verò noſtra hæc tantummodo calamitas fuit. In Gallias quoque penetrare teſtis eſt Monachus Engoliſmenſis in Vita Caroli Magni ad annum DCCLXXXVII., qui literarum ſtudia priſcis temporibus ibidem vigentia omnino excidiſſe tradit, inquiens: *Ante ipſum Dominum Carolum Regem in Gallia nullam fuerat ſtudium liberalium Artium*. Debemus itaque Maximo huic Cæſari non tam Occidentalis Imperii, quàm ſtudio- rum reſtaurationem. Conditis ſiquidem varii generis Scholis, Episcopali, Monaſtica, Parochiali, & Palatina, prioris inſcitie ruditatem abſterſit; non id tamen effecit, ut priſtinus nitor literis redderetur. Quin immo credi poſteſt, in Italia ſaltem vix incepiſſe illas ſub Carolo, è cœnoſo ignorantie pulvere

(q) *De antiqua & nova Eccleſia diſciplina part. 2. lib. 1. cap. 92.*

A caput erigere; in Additamentis ſiquidem ad Leges ſive Capitularia Lotharii I., quæ ex codice MS. Mutinenſi eruit præclarifſimus Muratorius, ac Palatinæ Rerum Italicarum collectioni inferuit (r) Cap. VI. *De Doctrina* hæc leguntur: „ De Doctrina verò, „ quæ ob nimiam incuriam atque ignaviam quorum- „ que Præpoſitorum cunctis in locis eſt funditus ex- „ tinctã, placuit, ut ſicut à nobis conſtitutum eſt, „ ita ab omnibus obſervetur. Videlicet ut ab his; „ qui noſtra diſpoſitione artem docentes alios, per „ loca denominata ſunt conſtituti, maximum dent „ ſtudium, qualiter ſibi commiſſi Scholaſtici ita pro- „ ficiant, atque doctrinæ inſiſtant, ſicut præſens ex- „ poſcit neceſſitas. „ Periſſe tunc temporis Medio- „ lani ſtudia omnia, id ſuadere videtur, quod Lotha- „ rius in eadem conſtitutione designans loca, ad quæ proximarum urbium juvenus erudienda confluere, hæc ſtatuit: „ Primùm in Pavia convenient ad Dun- „ gallum, de Mediolano, de Brixia, de Laude, „ de Bergamo &c. „ Artem illam, de qua inſtituen- „ dos eſſe Adoleſcentes in hoc Lotharii præcepto diſ- „ ferit, Grammaticam tantummodo fuiſſe exiſtimat laudatus Muratorius, quamvis fateatur, minimè in- „ telligendam eſſe pro arida illa ſeveraque docendi norma, quã prima pueris elementa Latinæ linguæ traduntur, ſed amœniores etiam eloquentie ac poë- „ ſeos regulas comprehendiffe. Nihilominus quanta „ literarum abjectio ac neglectus cenſendus eſt à Bar- „ baris in hanc Urbem inductus; ſi quæ melioribus ſeculis magiſtra erat liberalium Diſciplinarum finiti- „ mis populis, ut ex Plinio ſuperius oſtendimus, in „ alienis gymnafiis diſcipulam facere juventutem ſuam „ cogebatur hoc tempore Mediolanenſis Metropolis? Vide quæ commentatus eſt Mabillonius de hac lu- „ ctuoſa Literarum calamitate in Præfationibus ad ſe- „ culum II. & III. Ordinis S. Benedicti, nec non Cl. Muratorius, qui Tomo III. Antiquit. Italic. Mediæ ſævi Diſſertationem inferuit planè eruditam *De Lite- rarum ſtatu, neglectu, & cultura in Italia, poſt Bar- baros in eam invecſus, uſque ad Annum Chriſti Mil- leſimum Centeſimum*. Alteram tamen ſtatim inſtituit *De Literarum fortuna in Italia poſt annum Chriſti MC., & de Academiis, ſive Gymnaſiorum ere- ctione*. Nos quoque hoc argumentum de Urbe no- ſtra, ſequenti capite proſequemur.

C A P U T V I I .

Quàm citò renaſci cœperint Mediolani Literæ ſub Regibus Francis.

E Non diu paſſa eſt inclyta hæc Civitas, ut igno- minioſæ hujus incuriæ notã ſorderet. Memor ſiquidem ſui, in florentiſſima hæc mœnia extorres literas revocavit, Scholaſque reſtituit, indignata alteri debere, quàm ſibi, liberalium Artium ornamen- ta. Landolphus junior, à S. Paulo appellatus, qui hiftoriam patriæ collegit ſeculo XII. edituſque eſt in prælaudata collectione Rerum Italicarum Tomo V., huic firmandæ opinioni fidei ſuæ auctoritatem ſuppeditat; loquens enim Capite I. de Presbytero Liprando, celebri ſanctoque illius ætatis viro, hæc narrat: *Alterã die faciens iter ſuum cum Presbytero Arnaldo Magiſtro Scholarum Mediolanenſi &c. captus eſt ab hominibus Parmenſis Episcopi*. Aderant itaque Mediolani ſeculo eodem gymnafia, cumque minimè aſſerantur tunc primùm reclusa, patuere verofimilius ſuperiori etiam ætate. Difficilius eſt ſtatuerè, qua- rum Scholarum Magiſter eſſet Arnaldus. In commen- tariis meis editis ad hiftoriam memorati Landolphii ingenuè profeſſus ſum, potuiſſe hujusmodi Scholas eſſe

(r) *Tom. 1. parte 2. fol. 151.*

esse ex iis , quas antiquitas ad pueros Clericosque juniores erudiendos , in Cathedralibus præcipuè Ecclesiis , Sacri Canones sancivere , ut Thomafinius loco citato pluribus docet . Eas autem in Metropolitana nostra Ecclesia tunc temporis extitisse , dubitare non sinit Beroldus Seculi XII. Scriptor , qui de Ambrosianis Cœremoniis permulta adhuc inedita conscripsit . Attamen cum viderim diversimodè Landulphi textum exhiberi à Puricello , diligentissimo antiquitatum indagatore , illiusque verba paulò ante à me recitata , in hunc modum referri ex aliis Manuscriptis , cum Presbytero Arnaldo , Magistro Scholarum Mediolanensium , in eam sententiam concessi , ut crederem revixisse in hac Urbe Scholam Palatinam , à S. Ambrosii tempore jam celebrem , pro qua , ut olim , statuta fuissent publica auctoritate Magistris stipendia . Et sanè quanto attentius perpendo absolutam illam *Scholarum Mediolanensium* appellationem , tanto constantius obfirmor in eadem conjectura , quòd ære publico docendi ibidem munus exerceretur ; præcipuè cum ante & post hæc tempora notum jam sit , perduravisse in Urbe nostra nobilem eam consuetudinem , ut ex communibus Civium impensis publicum hoc commodum literis præstaretur ; aliunde verò , si Ecclesiasticæ fuissent , non eas tam libero vocabulo *Mediolanenses* , sed *Mediolanensis Ecclesiæ* appellasset Landulphus . Accedit , quòd eodem Seculo non Mediolani tantum , sed in provincia quoque frequentia patebant gymnasia . Beatus epim Andreas Monachus , ætate illa vivens , dum Vitam S. Arialdi , à Puricello vulgatam , describit , Capite II. hæc narrat , *Scholis diligenter eoque tradunt (Arialdum) , quousque Provinciales Magistri , qui eum possent instruere , deficiunt* . Cur ergo credi possit defuisse Metropoli Urbi ornamentum literarum , quarum Magisterio Oppida vicique subditi ditabantur ? Verum quidem est , altiorum fortasse Scientiarum publicam institutionem nondum apud nos eo seculo restitutam fuisse , atque in hoc sensu accipienda censuerim , quæ Andreas Alciatus , in Vita ejusdem S. Arialdi apud Puricellum , (f) scripta de Italicis gymnasiis reliquit ; ait enim : „ Dedit ergo „ ille operam omnibus liberalibus studiis , in quibus , „ ut tempora erant , multum profecit . Perierant enim „ ea tempestate , & assiduis bellorum tumultibus , & „ ira Dei bonæ literæ , nullaque gymnasia omnem „ per Italiam habebantur . Quapropter in Galliam „ ad Parisiorum Academiam se contulit .

Idem sub initium quoque seculi subsequenti contigisse adverto in historia laudati Landulphi (t) ; testatur enim de se ipso , quòd unà cum Olrico Vice-domino , & Anselmo de Pusterla , utrisque postmodum Mediolani Archiepiscopis , profectus sit Laudunum ad præcipuum Magistrum Anselmum , qui publicè ibidem Theologiam docebat , clarusque scripris & egregiis discipulis obiit anno MCXVII. ut Pagius contendit ad annum illum . Id tamen haud officit , quin excusso barbararum nationum jugo reviviscere statim cœperint studia Mediolanensia , Humaniorum saltem literarum publico magisterio , ac postmodum quasi per gradus ad eum splendidæ gloriæ apicem contenderint , in quem postmodum surrexere .

Quod attinet ad reliquas liberales disciplinas , Galvaneus Flamma Scriptor seculi XIV. in Chronicis Majoribus , quæ manuscripta in Ambrosiana Bibliotheca asservantur , refert (u) ex libro *de Gestis Archiepiscoporum* , quòd in latere aquilonari hyemalis Ecclesiæ essent Scholæ Philosophorum , Rhetorum , Astrologorum , & omnium ferè artium ac scientiarum , quæ longa Archiepiscoporum consuetudine ex Ecclesiæ stipendiis sustentabantur . Sed cum annum minimè signet , arbitrabitur quispiam ad prima illa fortasse tempora referendum id esse , quibus

nondum in Italia furente barbarie , tranquillæ in Urbe nostra literæ versabantur . Scriptorem tamen seculi XI. habemus , qui , saltem pro Clericis , nobiliorum hujusmodi studiorum instauratum magisterium , deleto Barbarorum regno , testatur . Is est Landulphus , Senior appellatus , ac primò in lucem editus inter Rerum Italicarum Scriptores IV. Volumine , qui Ordinationes Ambrosianæ Ecclesiæ describens (x) , quæ usque ad exitum D. Heriberti (obiit Archiepiscopus iste Mediolanensis anno MXLV.) mirè constitutæ fuerunt , ac nitidè permanserunt , hæc de studiis tradit : „ In atrio interiori (Ecclesiæ Majoris) , „ quod erat à latere portæ respicientis ad Aquilonem , Philosophorum scholæ , diversarum artium „ peritiam habentium , ubi urbani , & extranei Clerici Philosophiæ doctrinis studiosè imbuebantur , „ erant duæ , in quibus , ut Clerici , qui exercitiis „ tradebantur , curiosè docerentur , longa temporum „ ordinatione , Archiepiscoporum antecedentium stipendiis , à Camerariis illius Archiepiscopi , qui „ tunc in tempore erat , annuatim earum Magistris „ donatis , ipse Præful multoties adveniens seculi solitudines , à quibus gravabatur , à se depellebat , „ ac Magistros & Scholares in studiis adhortans , in „ palatiis se se demum recipiebat Ambrosiacis . „ Itaque , cum Auctor iste , nondum expleto eo seculo scribens , asserat inviolata hæc perdurasse usque ad obitum Heriberti Archiepiscopi , eaque longævo antecedentium Præfulum instituto in Ambrosianam Ecclesiam inducta fuisse , manifestè inferre possumus , statim ac respirare licuit à rudi bellicosorum Principum dominatu , nihil religiosius Mediolanenses curasse , quàm ut nobilium disciplinarum cultus apud nos refloresceret , chorum ducentibus Archiepiscopis , qui Clero erudiendo , ac primævis renovandis studiis liberales sumptus erogare .

Historiam certè tractari cœptam Mediolani seculo IX. vel X. docet Opusculum *de Situ Civitatis Mediolanensis* , deque primis Ecclesiæ nostræ Archiepiscopis , quòd iis temporibus fuisse conscriptum , ex validis conjecturis colligit Muratorius in præfatione ad idem Opusculum , vulgatum in Collectione sæpius laudata (y) . Increbuit inde hoc studium seculo subsequenti , in quo eadem Collectio tres rerum nostrarum Historicos , Landulphum seniore , junioremque , ac Arnulphum publica luce primùm donavit . (z) Jurisprudentiam quoque celeberrimè per ea tempora jam excultam evincit Clariss. Johannes Sitonius de Scotia , qui in Chronicis Collegii nobilium Jurisperitorum Mediolani , varia superiorum ætatum vestigia eruditè relegens , tandem seculo XII. insignium ejusdem Collegii virorum catalogum exorditur . De poetica arte seculo XIII. in hac Urbe florente non ignobile specimen nobis exhibet libellus *de Vita Scholastica* editus Venetiis anno MDVII. , & carmine elegiaco scriptus à Fratre Bonvicino de Ripa Mediolanensi , Tertii Ordinis Humiliatorum , in quo regulas discendi docendique discipulis ac Magistris præscribit . Hunc eundem auctorem exarasse anno MCCLXXXVIII. Chronica quædam *de Magnalibus Civitatis Mediolani* , quæ in præsens desiderantur , Galvaneus Flamma (a) testatur , qui ex illis plura in historiam suam traduxit . Erycius autem Puteanus illustre elogium intexuit huic viro , quem ipse Rivium appellat , in sua *de Scholis Patavinis* dissertatione inquitens : „ Bonvicinus Rivius per nos „ etiam illam temporum in Scholis nostris clarus , in „ Republica potens , qui , si lapidi fides , Xenodochium in Oppido Legnani , hodie pietatis famam superstes , extruxit ; qui in hac ipsa Urbe piissimum , & toto Orbe venerabilem ritum , quo ad æris signum , humanæ salutis initium religiosa memoria quotidie recolimus , instituit ; denique , qui „ ita-

(f) Lib. I. Vita S. Arialdi cap. 12. num. 12.
 (t) Cap. 17. (u) Num. 162.
 (x) Lib. II. cap. 35. fol. 97.

(y) Tom. 1. part. 2.
 (z) Tom. 4. & 5.
 (a) In Chron. Minor. cap. 326.

„ italicam linguam rudem etiam tunc , & ut ita di-
 „ cam infantem , stylo & eloquio colere aggressus
 „ est , cum ne in Scholis quidem barbaries latinitati
 „ pepercisset . „ Nec modica hæc laus est , quod
 aliquid etiam Urbi nostræ debeat nascentis linguæ
 italicæ pulchritudo . Quin immo etiam italicæ Poë-
 seos informia quædam vestigia nobis reliquit Bonvi-
 cinus ; in Ambrosiana enim Bibliotheca Manuscriptus
 codex (b) exhibet , inter alia , ejusdem Opusculum ,
 in quo præcepta quinquaginta statuuntur ad urbanitatem
 in conviviis servandam , eo carminum genere ,
 quæ *Quadernarii* appellantur . Sepulcrale Bonvicini
 Ripæ elogium , quod olim in Templo Minorum Con-
 ventualium S. Francisci palam extrabat , multa ab ipso
vulgaria composita testabatur Serius Medicinæ Acade-
 miam hic institutam censuit vir egregiè meritis de Me-
 dicis Mediolanensibus , quorum historiam italicâ linguâ
 edidit , Bartholomæus Curtius , qui eandem nonnisi
 sub annum MCCCLXXVIII. invaluisse tradit . Tes-
 tem nihilominus habemus memoratum superius Bon-
 vicinum de Ripa , qui , Galvaneo referente (c) , res
 sui temporis scribens nonagesimo ante anno , Medicorum
 numerum , tunc in Civitate Mediolanensi degen-
 tium , usque ad CC. profert . Nec admodum dispa-
 ria sunt , quæ ipsemet Galvaneus Flamma de ætate
 sua loquens , sub initium videlicet seculi XIV. tra-
 dit (d) ; ait enim : „ Licet ab antiquo in hac Civi-
 „ tate fuerit studium generale , nunc etiam sunt in
 „ Civitate Doctores Jurisperiti , qui publicas Scho-
 „ las regunt in jure , quos audiunt Scholares multi ;
 „ Doctores artis Grammaticæ , & Loycæ sunt plu-
 „ res XV. , quorum quilibet habet Scholarium mul-
 „ titudinem magnam . Magistri verò puerorum quan-
 „ tum ad initiales literas sunt plures LXX. Scripto-
 „ res librorum sunt numero XL. Artis Medicinæ pro-
 „ fessores , & Philosophi nominati , computatis Chy-
 „ micis , sunt plures CLXXX. inter quos sunt plu-
 „ res Salariati per Communitatem , qui gratis tenen-
 „ tur pauperes medicare ; „ vix autem credibile est ,
 fervente tota , ut ita dicam , Medicis Urbe , defuisse
 Academias aut Lycea , in quibus ad hanc fre-
 quentiam parandam erudiretur juvenus , solamque
 propemodum Medicinam , tot stiparam cultoribus ,
 magisteria Mediolani desiderasse , quibus cæteræ di-
 sciplinæ tam largè , ut vidimus , fruebantur . Quid-
 quid tamen sit , non est hujus loci ista minutius per-
 scrutari . Id certi habemus , insigne Medicorum Col-
 legium , ignota prorsus origine in hac Urbe institutum ,
 à vetustissimis retro temporibus ad nostram
 usque ætatem , integra semper doctrinæ ac nobilitatis
 laude , viguisse ; neque enim in hunc Cœtum
 admitti ulli unquam licuit , nisi quem probata defæ-
 cati sanguinis claritas parem faceret obeundis in pu-
 blico Magistratum confessu inclytæ hujus artis mu-
 neribus . Quam præclaris autem honoribus , ac pri-
 vilegiis , summâ Principum benevolentia honestatum
 sit hoc Collegium , edito typis libello (e) comper-
 tum fecit Joh. Baptista Silvaricus , à quo etiam re-
 censentur quamplures conspicui viri tum libris in lu-
 cem productis , tum rebus in Patriam optime gestis ,
 qui ex eodem prodire . Uberiora sunt , quæ prælo
 jam paravit Clar. Joh. Sitonius , *Chronicon* videlicet
insignis Collegii Nobilium Medicorum , Equitum , &
Comitum inclytæ Civitatis Mediolani ab anno salutis
1288. , ad annum 1706. , ut ipsemet profitetur in
calce alterius voluminis , quod de Nobilissimo J. PP.
Mediolanensium Collegio jam vulgavit . Proinde
 probè intelliget quisque me exsolutum ab onere ista
 ulterius illustrandi , ne videar , in alienam , ut ajunt ,
 messem falcem immittere .

(b) *signatus N. 95. in 4. pag. 93. & seqq.*
 (c) *Ibidem.*

CAPUT VIII.

*Vicecomitum Principum erga studia Mediolanensia ,
 Artesque liberales Patrocinium .*

A D ea nunc tempora progredimur , quibus , de-
 pulsa dixerim hyeme , præteritæ tum inscitæ ,
 tum ruditatis , florem induere nitorem visæ sunt li-
 teræ , novamque veluti in Juventam è longo senio ,
 in quo contabuerant , renovari . Ex quo enim sedatis
 civilium Factionum tumultibus , per diuturnam
 annorum seriem Urbem hanc improbè lacerantibus ,
 tranquillæ pacis affulsit serenitas , ipsæ quoque Scien-
 tiæ , Artesque nobiliores , Vicecomitum Principum
 benignis auspiciis suffultæ , deterfa rubigine , in an-
 tiquum splendorem se erigere cœperunt , primaque
 aviti regni sui in hac Metropoli fundamenta jecere .
 De Galeatio II. Vicecomite hæc in ejusdem Vita
 scribit Jovius : „ Delectatus est in toto Vitæ cursu ,
 „ quum ex bellicis occupationibus , subciviva ocia
 „ furaretur , nobilioribus literis , historiisque præfer-
 „ tim , habuitque in honore præstantibus disciplina-
 „ rum omnium , & nobilium artium studium insignes ,
 „ ex hisque præcipuè Franciscum Petrarcam , amœna
 „ ingenii fertilitate florentem , cujus hortatu Biblio-
 „ thecam condiderat . „ Quantum erga literas amor
 in hoc Principe foveretur , satis superque testatur
 Universitas Studiorum , ejusdem beneficio exulta
 omnium ferme nobilium disciplinarum magisteriis ,
 qua etiam in præsens Ticinensis Civitas fruitur glo-
 riaturque . Hujus Gymnasii historiam edidit superius
 laudatus Antonius Gattus , atque in ea recitat pro-
 mulgata omnia decreta non tam à memorato Galea-
 tio , quàm ab ejusdem filio Johanne , ac Ludovico
 Maria Sfortia , ut Papiensis Academix majestas &
 cultus augetur . Proinde verò hæc etiam studiis Me-
 diolanensibus accensenda est , cum à Principibus no-
 stris vel condita , vel extornata , floreat in proxima
 subditaque Mediolano Urbe , atque ad nutus & con-
 silia Amplissimi Senatus nostri etiam in præsens re-
 gatur . Galeatio II. id quoque debent studia Medio-
 lanensia , quod in hanc Urbem Petrarcam , ut ex Jo-
 vio vidimus , acciverit , & lumen illud Seculi sui ,
 linguæque Latinæ reparatorem , omnium ætatum en-
 comiis celebrem , nostrum propemodum Civem effe-
 cerit decennii morâ , quam hic traduxisse Consiliarii
 Principis titulo insignitum Clariss. Muratorius in ejus-
 dem Vita confirmat . Pares excelso Genitori animos
 gessit Jo. Galeatius Vicecomes Dux I. Mediolani ,
 quem Flavius Blondus in descriptione Lombardiæ
 vocat „ Principem regno & imperio potius , quàm
 „ eo Ducatu dignum , cum propter insignes alias
 „ virtutes , tum maximè , quia Doctrina & virtuti-
 „ bus excultos viros apud se habere , atque extol-
 „ lere curavit . Decembrius verò , de quo paulò in-
 fra sermo erit , scribens ad Ducem Gloucestrensem
 ait , illo felicissimè imperante & quietam pacem , &
 studiis honorem , ac virtuti præcipuè laudem floruisse .
 Illud præclarum de Johanne Galeaz Vicecomite
 narrat Hieronymus Borstius in supplemento Nobilitatis
 Mediolanensis (f) , quod cum immanem Tem-
 pli maximi molem meditaretur , qua usque ad invi-
 diam exterorum Metropolis nostra religiosè superbit ,
 Architectoriæ artis Academiam in proprio aperuerit
 Palatio circa annum MCCCLXXX. , eique sæpius
 interfuerit , familiaria miscens colloquia cum primi
 nominis Architectis , quos ætas illa ferebat , Joanno-
 lo ac Michelino , à quibus Bramantis focii præcipua
 hujus artis rudimenta sumere . Verum quidem est ,
 scabram illam , sectamque in minutiora ornamenta
 ædi-

(d) *In Chron. Extrav. quest. 23. num. 87. & 88.*

(e) *De Collegio Medicorum Mediolanensium. (f) Cap. 16.*

edificandi formam, quam in nostras regiones Gothorum barbaries invexerat, in hujusmodi Academia pertractatam fuisse; Mediolano tamen plurimum gloriæ accedit, quod tam citò celeberrimæ hujus artis studia arripuerit, eique nobilius excolendæ frequentiam discipulorum sub insignioribus illius temporis Magistris in peculiarem Academiam collegerit. Facem siquidem prætulit posterioribus seculis, suoque exemplo ingenia excitavit, ut præclariora semper tentando, ad eam politissimæ artis elegantiam contenderent, quæ, si non æquare græcam romanamque industriam posset, saltem ad antiqua illa scalpri miracula proximè accedere videretur, quemadmodum renovatis pluries in hac Urbe hisce studiis inferius ostendemus. Joh. Mariæ ejusdem Successori, ac Filio, gloriam hanc tribuit Erycius Puteanus, quod in Palatium, ab Oldrado Treffeno Mediolani Prætoris anno MCCXXXIII. in novo Foro extructum, Eloquentiæ sedem, Scholas videlicet Palatinas, tanquam in proprium Regnum, amantissimus Literarum, transtulerit. Demum Philippum Mariam, postremum Principis hujus familiæ germen, hæreditariâ erga literas benevolentiam præclarum fuisse docet tum Decembrius (g), qui privata ejusdem studia describens narrat, cupidissimè illum Petrarchæ ac Dantis poësi, necnon veterum Scriptorum Latinis, aut in Italicum sermonem traductis historiis operam dedisse; tum Apollinaris Offredus, qui in Nuncupatoria ad eundem Epistola, præfixa Commentariis in libros Aristotelis *de Anima*, hæc scribit: „Cùm illustrissimum nomen tuum seculo jam & consiliorum, & rerum gestarum gloria præcelleret, pro ea etiam, qua omnibus mortalibus magnificentia, vi, providentia & benignitate præstas, præstantissimum, ac maximè omnium naturalium illustre necessarium, que & studiorum, & literarum de anima genus, ut Aristoteli placet, ipsi nomini tuo dedicare constitui, ut qui pro divina tua Sapientia, cæterisque virtutibus universis, & horum & reliquorum studiorum cultoribus, ac sectatoribus, propitius ac beneficus omni seculo fuisti, esque præcipuè de me, saltem aliquid duraturæ laudis ad immortalæm tuam gloriam adjungas. „ Amorem hunc erga bonas artes, earumque cultum amplificandum, non hausit Philippus Maria ex benigna tantum indole sua, sed ex assidua cum Literatis viris, qua delectabatur, consuetudine, summoque illo, quo exardebat desiderio comparandæ eruditionis, adeo ut, licet negotiis administrandi imperii semper implicatus, horas tamen studio dicandas subriperet, tantæque dititionis Dominus se se Discipulum facere non erubesceret. Testis est Jovius in Elogio Antonii Panormitæ, ubi de illo hæc tradit: „Moribus ac literis exornatus, quum Philippo Mediolanensium Principi fertilis ingenii industriam obtulisset, tanta liberalitate susceptus est, ut *Principem noscendæ historiæ cupidum familiariter doceret*, & publicè octingentis annuis aureis elegantiores literas profiteretur. „Nec satis habuit Princeps ille, ad studia propensus, insignem hunc virum, sponte oblatum, sibi in domesticum præceptorem adsciscere; alios ipse doctrinâ celebres è longinquo evocavit, non tam ut juventuti Mediolanensi, utilioribus disciplinis informandæ, magistros daret, quam ut frequentibus eorundem eruditis colloquiis mentem atque animum suum nobilius excoleret. De Gasparino Barzizio Bergomate Cl. Præful Joseph Alexander Furiettus ita narrat (h): „Cum Philippus Maria Vicecomes adversæ fortunæ metum, qui tot annos rebus suis impenderat, à se feliciter dimovisset, ac paternas Urbes, quæ in potentiorum Civium dominatum concesserant, partim vi, partim deditione Imperio suo adjunxisset: „gravi bellorum sollicitudine liberatus, in fovendas

Tom. I.

(g) In *Vita Philippi Maria Vicecomitis*.(h) In *ejusdem Vita Romæ edita anno 1723. pag. 34. & seq.*

A „bonas artes, atque in studia literarum excolenda, „omnem curam suam contulit. Is itaque Barzizium, „quem Patria subditum fecerat, nequicquam tale „suspiciantem, Mediolanum vocavit (i). „Eò cùm venisset, honestum gratiæ locum apud „Principem suum invenit; nihilque earum rerum, „quæ exornandæ hominis dignitati convenirent, præ- „termisum. Utque quanti Philippus faceret singu- „larem Barzizii doctrinam, omnibus notum, atque „testatum esset: lateri quotidie suo hæere volebat, „& magnam diei partem cum eo de literarum stu- „diis sermonem consumere. Is enim erat Princeps, „in quem cum natura, ac fortuna, omnia orna- „menta congestissent, tum præclara ipsius virtus „plurima certe, & maxima. Nam ad rei militaris „gloriam, hanc quoque regii laudem animi adjun- „xerat, quod insignium, ac literatorum hominum „familiaritate delectabatur; illique sæpe in congres- „sum, ac colloquium Ducis venirent.

Defuncto Mediolani anno MCCCCXXXI. Gasparino Barzizio, Guinifortus filius, pari eloquentiæ doctrinæque laude conspicuus, supplicem dedit libellum Philippo Mariæ Duci, ut in publico docendi munere Patri substitueretur. Ex eo dignoscimus, quàm serena tunc literis arrideret fortuna, quantoque splendore, ac celebrium virorum frequentia, sub inclyto illo Principe in Urbe nostra studia florerent. Postquam enim graviora quæque momenta, ad inflectendum excelsi Ducis animum, oculis objecisset, tandem hæc subdit: „Nihil denique est, quod ma-

C „gis tuam gloriam immortalem efficere possit, quam „præstantium in Urbe tua Oratorum copia. Neque „vero, Princeps magnificentissime, fatis huic rei „per te consultum putes, quod totam hanc provin- „ciam Magistro Antonio Rhaudensi, homini elo- „quentissimo, ac Theologo insigni commiseris; nam „hujusce artis tanta est, tamque immensa magnitu- „do, ut quemadmodum in publicis gymnasiis singu- „læ disciplinæ pluribus magistris, ac doctoribus gau- „dent: ita etiam hæc una præceptorum quidem „multitudinem nunquam abhorreat, solo autem uno „rarò contenta sit. Quamobrem, Dux clementissi- „me, tuam deprecor Majestatem, ut molestias meas „isto ipso gratiæ tuæ dono, tibi ut opinor minime „gravi, at mihi summè jucundo & salubri, suble- „vare digneris, meque in parentis mei sedem con- „stituere.

D Diu Guiniforto Barzizio expectandum fuit propitium Ducis decretum, ut publicam sedem conscenderet. Ne tamen sollicitæ preces plurimorum nobilium adolescentium, qui erudiri ab ipso gestiebant, incassum abirent, privatam ludum aperuit anno MCCCCXXXI. atque ad præclaram eorundem indolem vividius excitandam, brevem eam orationem Mediolani habuit, quæ inter illius opera, à Cl. Furietto edita legitur (k). In Hispanias deinde profectus sequenti anno, sub Alphonsi Regis vexillis militiam exercuit; Altero verò in Urbem nostram reversus, voti sui compos est factus; tanta beneficentiæ amplitudine, ut è rostris perorans in studiorum instauratione anno MCCCCXXXV. professus fuerit: „Ego à Divo Cæsare nostro Philippo Maria, non „solum ad paternum olim munus nunc assumptus, „ac proventibus annuis ex publico ærario copiosè „donatus, verum etiam aliis clarissimis ornamentis „amplificatus sum. „Imponens autem coronidem „Orationi suæ, quam è manuscripto Codice Bibliothecæ Ambrosianæ transtulit in suum de Guiniforto Barzizio librum laudatus Furiettus, (l) compertum nobis facit paternum veluti amorem, quo Philippus Maria Mediolanensium Juvenum proventum in studiis curabat, ut videlicet non tam ingenium, quàm animus, ad rectam dicendi vivendique normam compo-
e nere-

(i) Anno 1418.

(k) Pag. 16.

(l) Pag. 24.

nerentur, Guiniforto indicens, ut *Ethica* documenta *Rhetorica* præceptis adjungeret. En Barzizii verba:
 „ Mihi quidem, cum intellectui nostro eloquentia
 „ deserviat, qui si perversus fuerit, eâ quasi veneno
 „ quodam ad corrumpendas hominum mentes abuti-
 „ tur; à nemine ad Oratoriam disciplinam acceden-
 „ dum videtur, nisi vel prius ad virtutem se confor-
 „ maverit, vel simul cum dicendi arte vivendi ratio-
 „ nem addiscat. Quo uno consilio Principem nostrum
 „ ac Ducem permotum fuisse arbitror, cum ad no-
 „ bilem hanc exercitationem me adscribens, Philo-
 „ sophorum sententias Rhetoricæ doctrinæ consociari
 „ à me voluit Statuam igitur huic sermoni
 „ finem, meque ad ea convertam, quæ jamdudum
 „ sub silentio exigitis. Primam autem diligentiam;
 „ ne unum prædicare, alterum sequi dicar, in ex-
 „ plicandis his Philosophiæ præceptis consumam,
 „ quæ suis Epistolis Philosophus Seneca Lucilio tra-
 „ didit. Reliquum tempus Cicero sibi pro suo jure
 „ vindicabit &c. „

Ut autem omnia colligamus: sub tam longævo
 Principum Vicecomitum patrocínio, quæ foret in
 hac Urbe studiorum felicitas, quantoque proventu
 gymnasia & scientiæ omnes eniterent, confluentibus
 in Metropolim nostram undique viris, Eloquen-
 tia doctrinaque cultissimis, faciliè quisvis intelliget,
 qui ætatum omnium exemplis admonitus, inconcussam
 hanc sibi cogitationem proponat, non secus ac her-
 bis floribusque à Sole, ita Literis atque artibus à
 Principum patrocínio vigorem inspirari. Nimis mo-
 lestum foret hic catalogum texere illorum, quos per
 ea tempora sapientiæ amplitudine insignes, Mediola-
 nensis Civitas aut Præceptores, aut incolas habuit.
 Unum silentio præterire, piaculum reputarem, Eman-
 uelem nempe Chrysoloram, cujus laudes in histo-
 ria sui temporis fusè prosequutus ejusdem Auditor
 Leonardus Aretinus, hæc habet (m): „ Literæ per
 „ hujus belli intercapedines, mirabile quantum per
 „ Italiam increvere, accedente tunc primùm cogni-
 „ tione literarum Græcarum, quæ septingentis jam
 „ annis apud nostros homines deserant esse in usu.
 „ Retulit autem Græcam disciplinam ad nos Chry-
 „ soloras Bizantius, vir domi nobilis, ac literarum
 „ græcarum peritissimus. „ Plenius Elogium eidem
 „ conscripsit Petrus Candidus Decembrius cœvus,
 „ quod quia adhuc ineditum delitescit in Ambrosiana
 „ Bibliotheca ante libros Platonis *de Republica* ab eo-
 „ dem Decembrio in latinam Linguam translato, rem
 „ gratiorem Lectori me facturum credidi, si profer-
 „ rem; ait itaque: „ Emanuel Chrysoloras, natione
 „ Græcus, vir non solum patriis institutus literis,
 „ verum omnium bonarum artium studiis ornatus,
 „ cum in Italiam venisset, aded ingenii sui faculta-
 „ tem eruditus omnibus præstitisse visus est, ut non
 „ solum illi præsens ætas gratias debere, sed posteri-
 „ tas quoque, ac majorum nostrorum monumenta
 „ videantur. Nam quidquid aut vetustate obrutum,
 „ aut inciticia deperditum, præsentibus literis illustra-
 „ tum est, ab illo defluxit. Hinc Aretinus, hinc
 „ Veronensis, hinc multi præclari viri prodire,
 „ quorum industriâ effectum est, ut qui paulò ante
 „ ne nostrorum quidem res gestas teneremus, aliorum
 „ præclara facinora audire, ac legere possimus. „
 „ Consultò autem hujusmodi encomia præmisi, ut de
 „ gloria sua conscia fieret Civitas nostra, quòd tantum
 „ virum minimè debuerit aliis Urbibus invidere, cum
 „ illum in gymnasiis quoque suis Præceptorem exceperit.
 „ Testis est Franciscus Philelphus in Epistola ad
 „ Laurentium Mediceum libro XXXVII. scribens:
 „ Tuæ potissimum florentissimæ Reipublicæ gratia
 „ est habenda, cujus munificentissimo beneficio Ma-
 „ nuel Chrysoloras, vir nullius expers elegantioris
 „ disciplinæ, ex Urbe Constantinopoli in Italiam ac-
 „ cersitus, cum & apud vos primò, deinde Medio-
 „ lani doceret eruditius Græcè, inveteratam illam

A „ omnem ineptamque barbariem, & dicendi, & ju-
 „ dicandi ex omnibus nostris non mediocriter eruit,
 „ atque extirpavit. Quibus initiis videmus effectum,
 „ ut cum nonnulli postea Juvenes melioris disciplinæ,
 „ & eloquentiæ cupidi in Græciam trajecissent, om-
 „ nem inde ad nostros eruditionis elegantiam repor-
 „ tariunt. „ Porrò non parvi momenti decus hoc est,
 „ quòd ad studiorum Mediolanensium beneficium pro-
 „ movendum in hanc unam Urbem uterque linguæ La-
 „ tinæ ac Græcæ reparator convenerit, Petrarca, &
 „ Chrysoloras. Hinc quoque factum putaverim, quòd
 „ in longinquas transmarinasque regiones penetraverit
 „ fama celebrium in nostra Urbe vigentium studiorum.
 „ Epistolam offendi ex Insula Britannica missam, quæ
 „ summo nostris studiis præconio esse potest, cum à
 „ Principe viro, tantisque itineribus hinc dissito profi-
 „ ciscatur. Libros paulò antea memoratos *de Republica*
 „ dicaverat Decembrius Duci Gloucestrensi (Hermen-
 „ fredo), qui ut gratum animum eidem significaret,
 „ in hæc verba respondit: „ Ea nobis semper sententia
 „ fuit, Candide noster suavissime, tota mente com-
 „ plecti virtuosos illos viros, qui nos appeterent, &
 „ patrocinium nostrum. Quid autem nos facturos
 „ credas de te, qui non modò nos, & familiarita-
 „ tem nostram quæras, sed & laudem & gloriam
 „ nominis nostri, & inter exoptatissima nostra, no-
 „ bis dignum ocium in negotiis subministras? Te
 „ complectimur, diligimus, & amamus, & polli-
 „ cemur ita nos curatum ire, ut quotidie magis hoc
 „ animo tuo gaudeas. Quamobrem sit, ut munus
 „ tuum libentissimè, & quàm gratissimè suscipiamus,
 „ hortamurque virtutem tuam ad operis maturatio-
 „ nem, quodque jucundissimum nobis erit, illud si
 „ quàm citissimè videbimus; hoc uno nos longè fe-
 „ licem judicantes, quòd tu totque florentissimi viri
 „ Græcis & Latinis literis peritissimi, quot illic apud
 „ vos sunt nostris temporibus, habeantur, quibus
 „ nescimus quid laudum dignè satis possit excogitari.
 „ Mitto quòd facundiam & copiam discendi præcama
 „ illam, & præcis viris dignam, quæ prorsus perire-
 „ rat, huic seculo renovastis, nec id vobis satis fuit,
 „ & Græcas literas scrutati estis, ut non modò La-
 „ tinis hominibus suavitas, & orationis copia non
 „ deesset, sed & Philosophos Græcos, & bene vi-
 „ vendi magistros, qui nostris jam oblitterati erant
 „ & occulti, referatis, & eos Latinos facientes in
 „ propatulum adducitis. Gratum & insuper habere-
 „ mus, aliud si quippiam novi vel tui, vel alterius
 „ cujusvis viri periti per te viderem. Vale Candide
 „ noster, & à nobis amari constantissimè tene. „
 „ Citra dubium est, tam nobile sincerumque testimo-
 „ nium de florentissimis in utraque lingua viris, qui
 „ istic apud Candidum Decembrium habebantur, ad
 „ Mediolanensem Urbem pertinere, cum Decembrius
 „ ipse, Patri suo Uberto succedens in munere à Se-
 „ cretis Ducum Mediolani, versatus fuerit in aula Phi-
 „ lippi Mariæ Vicecomitis, cujus etiam vitam conscrip-
 „ sit, eoque defuncto, Mediolanensis Reipublicæ Li-
 „ bertati præfuerit, ut lapis appositus ad ejus tumu-
 „ lum in Basilica S. Ambrosii hujus Urbis testatur.

CAPUT IX.

*Scientiarum Artiumque Nobilium sub Sfortiis
 Principibus cultus amplissimus.*

Deleto Vicecomitum regno, ob Philippi Mariæ
 legitima prole carentis mortem, non refriguit
 in Mediolanensium animis amor literarum, quin im-
 mo ex illius Principis cineribus visa est renasci vivi-
 dior cura studiorum. Cum enim destituta Ducibus
 suis hæc Civitas anno MCCCCXLVII. Libertatis ve-
 xilla explicasset, initoque cum finitimis Urbibus ac
 Prin-

(m) Pag. mibi 14.

Principibus foedere, in Reipublicæ modum se regeret, sola ferè Urbs Ticinensis avitas revolvens iras, leges & jura hujus Metropolis detrectabat, parata, ut loquitur Ripamontius, quodvis aliud imperium, quàm Mediolanense pati. Suspecta itaque omnia erant, nec facilis ad illam accessus patebat Civibus nostris, ut solito ibidem studiorum commodo fruerentur. Quo circa, qui Reipublicæ gloriam curabant primores Viri, ne hoc deesset colendis literis beneficium, S. P. Q. M. decreto constituere, ut in hac Urbe, florentissima scientiis omnibus Academia recluderetur. Delecti proinde fuere sex è patricia Nobilitate Proceres, sedulam operi manum daturi; designati insignes disciplinarum omnium magistri; luculenta singulis ex publico ærario stipendia statuta; omnia denique tam feliciter acta, ut nisi breve triginta mensium imperium, quo Mediolanensis Respublica viguit, Francisci Sfortiæ ad regnum anhelantis ferro artibusque excisum fuisset, nullis fortasse per Europam celebrioribus Academiis, etiam inpræsentiarum Mediolanensis ista concederet. Supervacaneum censeo pluribus eandem describere, cum id præstiterit eruditissimus Johannes Sionus de Scotia in Epistola adjecta ad Historiam Italicam Medicorum Mediolanensium à jam laudato Bartholomæo Curtio typis vulgatam, ubi Classium distributionem, præstantium Præceptorum nomina, amplam denique mercedem, Reipublicæ munificentiam cuilibet decretam, ex publico tabularum testimonio recenset.

Quamvis verò tam egregios Mediolanensium conatus mutati regiminis forma turbaverit, non ideo tamen sub Sfortiacis Ducibus defuit ullus in hac Urbe literis scientiisque splendor, ac cultus. Quædam nimirum nobilis æmulatio hos Principes perculit, ne, sicuti ceteris virtutibus, ita & amore erga bonas artes à Vicecomitum familia vincerentur. Certè Franciscus Sfortia, Dux primus, inter reliquas summas excelsi animi dotes, quibus se dignum Mediolanensi imperio probavit, id singulare habuit, teste Johanne Simonetta, ut *Sapientes probosque viros mirificè diligeret, honoraretque*; exemploque esse potest, ut alia sileam præclarissima literarum lumina nostram Metropolim per illam ætatem illustrantia, Franciscus Philelphus, vir græca latinaque Eloquentia instructissimus, qui post varia peragrata Urbium insigniorum Lycea, tandem in nostris gymnasiis resedit consenuitque, tanta Philippi Mariæ Vicecomitis, Sfortiæque hujus Principis gratia, ac liberalitate donatus, ut in istius postremi laudem heroicum poemata elaboraverit, inscriptum *Sphorziados*. Plura de hoc celebri auctore differam in historiæ literario-typographicæ Mediolanensis decursu, cum ad annos, quibus is floruit, sermo procurret. Interim filere non possum, græcam linguam jam antea in hanc Urbem inductam, redditam fuisse gymnasiis nostris domesticam, munere Francisci Sfortiæ; siquidem cum profugus à Constantinopolitana Urbe, in barbarum Turcarum imperium prolapsa, Constantinus Lascaris sese ad Italicam oras recepisset, accitus, exceptusque Mediolani ab hoc Principe, non tam publicè docuit, sed etiam, ad facilius ediscendum peregrinum hunc sermonem, Grammaticam condidit, dicavitque ornatissimæ virgini, filiaque Francisci Ducis, Hippolitæ, quam humanioribus disciplinis excultam, hujus quoque idiomatis peritia ipsemat informaverat. Hunc Lascaris libellum in latini carminis metrum convertit Boninus Mombritius, eidemque Hippolitæ nuncupatum voluit, metricâ illi præfixa Epistola, cujus fragmentum hîc dabitur, cum adhuc ineditum hoc opus in Ambrosiana latitet Bibliotheca; in ea namque enarratur, quid Franciscus illius parens præstiterit, ut præclaras omnes artes in Mediolanensem Civitatem inveheret, cultumque studiorum splendidiorem efficeret, collectis undique insignibus Eloquentia viris, qui eadem promoverent, adeo ut aureum seculum illuxisse iterum literis videretur. Ita verò, post alia, quæ ad insti-

A tutum meum non pertinent, Hippolitam Boninus alloquitur:

*Namque tui factum est, divi bonitate parentis,
Helladis externas ne mendicare per oras*

Grammata, romanis quisquam cogatur ab arvis.

Ille viam facit ingeniis nidore lucelli,

Propositaque bonas urbi stipe vendicat artes.

Qualia vere novo, cum forte nitentibus arva

Floribus, aut herba campos spectamus odora,

Densa per has cernes examina flectere sylvas,

Perque has, perque alias, ad pabula pulchra coire.

Fervet ager, cælumque novas vocat undique turbas,

Ut dapibus non ipsa putes satis arva videri.

Cumque greges cessere, vides nihil esse voratum;

Intactus sed ager stat, & integra gratia florum.

Pro dape tam parva precium mirabile ponunt

Turba ferax, dulcesque favos, & cerea mella.

Non ego plebejas memorem, vulgique minervas,

Parva suâ quorum caret haud industria laude,

Nec vacat egregios vates, nec dicere quantos

Rhetoras, hanc noster Cæsar conduxit in Urbem.

Ipse fidem numerus vincit; quis munera pacis

A duce narrabit nostro? quis sæcula dicet

Aurea vel non hæc fieri meliora vel auro?

Nullum tamen amantiorem Mecænatem sensere literæ Mediolanenses, quam Francisci filium Ludovicum Mariam; tanta siquidem comitate, profusisque muneribus, sapientiæ laude præstantes quosque prosequeretur, ut ex longinquis quoque regionibus ad hoc doctrinæ veluti emporium convolarent, & arcana quadam vi in animos illabente, attrahi se ad hujus Principis aulam implendam profiterentur. Testarum id habemus in præfatione Italica ad opera Bernardi Bellinzoni Poëtæ, dicata Ludovico Mariæ à Francisco Tantio eorundem Collectore, qui Sfortiam alloquens ait, præclariora illius ætatis ingenia, non secus ac ferrum ad magnetem, & magna flumina ad Oceanum, turmatim ad ipsum accurrisse: Poëticen verò Italicam tot cultoribus sub hoc Principe fuisse stipatam, ut Fons Castalius credi posset in hanc Urbem translatus. Sanè idem Bellinzonus Principem hunc insigni Elogio commendat, quòd videlicet curaverit, ut Mediolanum, scientiarum laude, altera Athenarum Urbs videretur, atque in id argumentum Epigramma Italicum condidit, quod quamvis præsentis seculi elegantiam non sapiat, minimè tamen indignum reor, ut hîc referatur:

O muse afflicte lacrimose & sole,

Se 'l Mondo vile un tempo v' à sprezzate,

Sarete or gloriose, e fortunate,

Grazia del Ciel, che ristorar vi vuole.

Sforzato Giove s'è mandarvi un Sole,

Che vi monstri il camin, sì che tornate

Al sacro fonte, e come già beate,

Che pur de l'uman danno assai gli duole.

*La nocte stata a voi lunga tant' anni
Per vostro onore, e nostro ben veggiano,
Avrà pur fin da l'oriente amico.*

*Venite, e non temete or più d'affanni;
Venite dico, Athene oggi è Milano,
Ove è il vostro Parnaso Ludovico.*

Loquens autem de Aula Ludovici Mariæ paulò post libri initium in altero carmine, hæc canit:

*Quivi è il Sol di Parnaso, e 'l Monte Santo,
E come l'Ape al mel viene ogni dotto.*

Ex altero Poëta, per illud tempus celebri, Joanne Biffio, cujus latina carmina sparsim edita, simul prodire Mediolani anno MDXII. colligimus, ad Principis exemplum, primores quoque viros adlaborasse, ut hæc Metropolis scientiarum omnium Magisteriis floreret. Bartholomæus siquidem Calchus à secretis Ludovici Mariæ, ut literas splendidius ornaret, geminas Scholas, longo jam senio fatiscientes, ad publicum studentium commodum refecit, virosque egregios conduxit, quos nominasse satis est, ut studiorum Mediolanensium pretium ac felicitas dignoscatur, Demetrium Calchondylem, Georgium Merulam, Alexandrum Minutianum, Julium Æmilium; quocirca ad ipsam Elegiam dirigens Biffius, inter ceteras laudes Calchi, hanc inserit:

*Doctorum decus es certum vir clare virorum,
Quos vel præsidio tollis ad astra tuo.
Nam Musæa duo certis lapsura ruinis
Magnifica refcis mox pius Auctor opa.
Attica queis cedant tanto Auditoria cultu,
Quæ renovas doctis vir memorande viris.
Demetrium, Merulamque simul duo lumina binæ
Præponis linguæ, stips quibus ampla nitet.
Addis Alexandrum, cui vox facunda resultat,
Julius innumeris nescitur historiis.*

Neque satis adhuc factum reputans Ludovicus tum suo, tum Aulicorum munere, ut universis artium liberalium donis hæc Civitas præfulgeret, Musicæ quoque Gymnasium aperuit, & Franchinum Gafurum per ea tempora magni in hac arte nominis, editisque libris apud posteros clarum, luculenta mercede invitavit, ut publicè Mediolani Ecclesiasticum cantum doceret. Recitare juvat nonnulla carmina ex altera Biffii Elegia decerpta; iis enim, compendio veluti, complectitur quidquid laudis in augendo Mediolanensium studiorum decore Ludovicus promeritus fuit. Itaque ait:

*Hic florent Græcis pulchra Auditoria Musis,
Hic resonant Latini Carmina digna togâ.
Rhetor & Orator non uno panditur ore,
Non nihil Historicos gloria clara juvat.
Hic quoque sanctarum Legum monumenta leguntur,
Hic quisquis magni jura Solonis habet.
Decrat adhuc variis modulis qui flectere voces
Sciret, & in cantus subdere verba sacros;*

(n) Hist. Mediol. lib. 3. cap. 17.
(o) Pag. 185.

*A Quique artem docto cantanti promeret ore,
Ufus quo facilis surgeret arte nova.
Conductus pretio Pompeja Franchus ab Urbe,
Qui legat has artes, & sacra verba canat.*

Accessit ad hanc Principis Ludovici & Aulicorum curam, ut privati quoque Cives, nobilitate atque opibus clari, hoc eodem seculo, domesticos census in perennem literarum proventum conferrent. Thomas siquidem Crassus, à Morigia relatus (n) sub annum MCCCCLXX., cognomines sibi Scholas Mediolani condidit, & perpetua quinque Præceptoribus stipendia ultimis tabulis legavit, ut quos à literario arripiendo curriculo arcebat res angusta domi, gratuito labore Adolescentes erudirentur. Publicum alterum gymnasium aperuit altioribus scientiis anno MID. Thomas Plattus, summa apud Ludovicum Mariam gratia & honoribus florens, suamque ipsam domum perpetuo studiorum beneficio dicavit, statuens ut singulis diebus, designati idonei Præceptores alternis horis Arithmeticam, Dialecticam, Astronomiam, Geometriam, literasque græcas docerent; quin etiam inviolatam hanc legem indixit Hæredi suo, Nosocomio videlicet Majori Mediolani, ut qui hujusmodi Magisteriis præficiendi forent, probatissimorum hominum examen subirent, nec modò disciplinis, quas profitebantur, sed etiam moribus ac vita præstarent.

B Ad hæc Scholas delectum seculo post & dimidio jam exacto, anno videlicet MDCLI. Johannem Andreæ Crucejum Medicæ artis peritissimum, ut literas Græcas, & Astronomiam publicè profiteretur, prævio examine habito coram Illustrissimis DD. Delegatis, tradit ex eorundem decreto anni enunciati Bartholomæus Curtius in historia Medicorum Mediolanensium (o), qui postremas quoque tabulas hoc institutum referentes ab Archivis depromsit, vulgavitque. Nec parva publici hujus gymnasii gloria est habuisse Hieronymum Cardanum, scriptis & fama ubique celebrem, ibidem Mathematicas docentem, ut sæpius laudatus Curtius testatur (p). Nil mirum itaque, si conspirantibus veluti ad incrementa literarum Principe ac Civibus, tot habuerit Mediolanum, penè dixerim, oracula doctrinæ, quot Præceptores numeravit! Vix ullus enim occurrit illi ætate aut sapientiæ fama, aut libris editis clarus, qui magistri munere Mediolanensibus gymnasiis non præfuerit, cum Sapiens quilibet vel sponte sua honorem hunc appeteret, vel largitionibus officiisque, Corio teste sub initium libri septimi historiarum, ab extremis usque Europæ partibus à Principe Ludovico invitaretur. Neque solummodo peculiare illius seculi decus hoc fuit; Eadem mansit celebritas Gymnasiis Mediolanensibus per subsequentes ætates, & nobilis quædam gloriæ possessio invaluit, ut nonnisi excellentis doctrinæ, clarique, etiam in præsentia, nominis viri, literarias Mediolani Cathedras occuparent. Nonnullos recensuit Jacobus Middendorpius libro III. Academiæ totius terrarum Orbis: Erycius quoque Puteanus in suo de Scholis Palatinis tractatu plures enumerat, sed multo plures fatetur silentio à se prætermittos, quos facillè ex annalibus eruere in lucem possemus, si ad catalogum texendum ambitio quædam patrii decoris extimularet, indulgeretque ocii libertas. Præterire nequeo, quæ Hieronymus Bossius in pleno Mediolanensium Procerum confesso protulit (q), ut successionem constantem in hac Urbe illustrium Rhetoricæ artis Præceptorum ostenderet. Ad invidiam siquidem, ait, ceterarum Urbium excelluisse gymnasia nostra, præcipuis semper Magistris exulta: „ Jactent se & ostentent, quantum volent Patavini & Bononienses, quòd in suis gymnasiis politiorum Literarum interpretibus usi fuerint „ Ric-

(p) Pag. 75.

(q) In Orat. pro decernenda S. Aug. Statua.

„ Riccobono & Titio ; prædicent Ticinenses mei &
 „ Pisani , quòd apud se Musis & Hermenis fuerint
 „ operati Farnesius & Bargæus ; Dictitent Romani
 „ & Perusini , quòd in suis Lycæis mella fuderint
 „ Eloquentiæ Muretus & Bonciarius ; gloriantur Pa-
 „ risienses , Lovaniensesque , quòd Philologiam ipsam
 „ ore audiverint loquentem Passeratii & Lipsii . Vo-
 „ bis certè Mediolanensibus unum *Augustinum* pro
 „ omnibus nominare sufficet . Nec me fugit ; vos alio-
 „ qui sexcentos primi subsellii Rhetores , non minùs
 „ ob ingenium & copiam dicendi , quàm ob doctri-
 „ nam & eruditionem opponere posse , Bonvicinum
 „ Rivium , Demetrium Calchondylem , Aronem Ba-
 „ talium , Johannem Colam , & Ottonem ipsum Lu-
 „ panum , qui semper ad hæc Palatinas Arces :

„ *Aonio rediens ducebat vertice Musas .*

„ Possent à vobis quidem ad faciendam Philologo-
 „ rum collationem , in eorum , quos supra nomina-
 „ vimus , externorum Rhetorum loco poni , & collo-
 „ cari Stephanus Niger , Janus Parrasius , Georgius
 „ Merula , Jo. Baptista Pius , Franciscus Philelphus ,
 „ Philippus Beroaldus , Cælius Rhodiginus , Hermo-
 „ laus Barbarus , Franciscus Cicerejus , & Tulliano-
 „ rum Aristoteleorumque interpretum Coryphæus
 „ M. Antonius Majoragius . „ Quibus addi merentur
 Gasparinus Barzizius Bergomas , ejusque filius Gui-
 nifortus , qui sub Philippo Maria Vicecomite summa
 celebritate Mediolani Rhetoricam docuere ; Anto-
 nius Rhaudensis , cui in Eloquentiæ cathedra con-
 sortem fieri in hac Urbe postulabat memoratus Gui-
 nifortus , supplici eo libello ad Philippum Mariam
 porrecto , cujus fragmentum superius jam recitavi .
 Georgius Florus Eporediensis , qui tractatum *de Arte*
dicendi Francisco Solario dicans , profitetur se illum
 Mediolani ex publico literarum Gymnasio elucubraf-
 se ; Petrus denique de Comitibus , quem M. Anto-
 nius Majoragius in Oratione *pro se ipso* avunculum
 suum nominat , & magna cum gloria , Eloquentiæ
 Magisterium in hac Urbe exercuisse testatur .

Ex hisce aliisque apud Rempublicam litera-
 riam celeberrimis viris , quos Mediolanensis Civi-
 tas Rhetoricæ facultatis interpretes habuit , me-
 titi quilibet valet , quo in pretio ac flore perdu-
 raverint hujus Metropolis studia , quosque exi-
 mios Præceptores reliquæ sortitæ fuerint scientiæ ,
 quarum nullam hic desiderari Vicecomites ac Sfor-
 tiæ Principes permisere . Ceterùm , ut ad Ludovi-
 cum Sfortiam redeamus , non nisi præcipuos ad sin-
 gularum Classium literarias præfecturas delectos col-
 ligere facile possumus ex Lucini Conagi Epigram-
 mate , quod eidem Ludovico Mariæ Duci Mediola-
 nensi inscripsit , editumque est ante *Præcticam Mu-*
sicæ Franchini Gasfuri .

Et juvat , & vellem meritis tibi reddere laudes ,

Sed quis pro meritis te Ludovice ferat ?

Aurea das nobis , & felicissima Princeps

Secula , nulla Ducum gloria tanta fuit .

Atque alia ut taceam rerum monumenta tuarum ,

Quæ superant hominum colloquia , atque fidem ;

Quando Artes ullo tantùm viguere sub ævo ,

Aut sic ingeniis Pallas amica fuit ?

Cernimus Isæos , Euclidas , Pithagorasque ,

Phæbigenas , & qui sidera celsa petant .

Nec tibi Chrysippi desunt , doctique Solones ,

Et tua Parrhasias dant tibi secla manus , &c.

Quandoquidem verò postremo hoc carmine *Par-*
rbasias manus innuit Conagus , hoc etiam recensentem
 Tom. I.

A dum est , ad immortalis gloriæ complementum , quam
 sibi ex literarum bonarumque artium patrocinio com-
 paravit Ludovicus Sfortia , id ab eo additum fuisse , ut
 nova in hac Urbe Academia Picturæ , Architecturæque
 conderetur , ad cujus commendationem id unum refer-
 re sufficit , quòd eidem præfecerit magnum illud in-
 genii virtutisque monstrum , Leonardum Vincium ,
 Florentiâ Mediolanum accitum , atque annuo quin-
 quecentum aureorum stipendio donatum . Sub tanto
 viro deterfam fuisse goticam illam ruditatem , quæ à
 centum inde annis in altera Mediolanensi Academia
 à Johanne Galeatio Vicecomite instituta invaluerat ,
 primoque veteri nitore , atque elegantiae restitutam
 Architectonicam artem , narrat in ejusdem vita Ra-
 phaël Du-Fresne . Ad Picturæ verò incrementum
 B Leonardus auditoribus suis singula penè humani cor-
 poris membra descripsit , regulasque statuit luminum
 ac umbrarum , totamque pingendi artem in melioris
 normæ gratiam redegit , ut tum edita , tum manu-
 scripta (quorum non pauca in Ambrosiana Bibliotheca
 servantur) ejusdem opera ostendunt . Hinc quantum
 inclauerit hujusmodi Academia , quantoque geminæ
 hujus artis beneficio studia profecerint , ex egregiis
 C discipulis , qui inde prodire , manifestè percipimus .
 Architecturæ siquidem laude celebres , inter alios ,
 à Borfierio , superius relato , numerantur Johannes Pe-
 trinus , Trophus Modoëtienensis , Johannes Ambrosius
 Bevilaqua , Franciscus Stella , & Polydorus de Ca-
 ravagio , qui etiam penicillo excelluere ; Qui autem
 pingendi arte ex Vincii præceptis insignem famam
 sunt consecuti , præ ceteris à Dufresnio designantur
 Franciscus Meltius , Cæsar Sextus , Bernardus Lui-
 nus , Andreas Salainus , Marcus Uglonus , Paulus
 Lomatius , ac Antonius Boltrafius , qui Leonardo
 Præceptor in Academiæ Principatu successit , tan-
 tumque illius imitatione præstitit , ut peritorum etiam
 oculos non semel fefellerint , quæ supersunt , ejusdem
 picturæ , acceptæque sint pro tabulis manu ipsa Vin-
 cii exaratis , quamvis , teste Borfierio , illius artificis
 diligentia minimè adæquet hujus postremi majesta-
 tem .

Neque tantùm finibus mœnium nostrorum cohi-
 beri se passus est Ludovici erga literas amor ; ad fini-
 tum quoque illustre Gymnasium Papiensis Urbis ,
 nobilitus exornandum , curam convertit . Itaque nullis
 sumptibus parcens , amplam Ædem porticu stipatam
 D erexit , Musis Scientiisque ibidem splendide excipien-
 dis ; utque nihil deesset liberalis magnificentiæ ad
 studia impensius fovenda , peculiari supra ceteros Me-
 diolanenses Principes Clementiæ dono , Institutores
 ac Ministros omnes , expedito Diplomate , immunes
 à quibusvis oneribus in perpetuum decrevit . Recitat
 has Literas Ludovici , in sua de Ticinensi Gymnasio
 historia , Cl. Antonius Gattus , sed nullum de nobili
 eo ædificio , liberalibus disciplinis Ticini parato , ver-
 bum facit . Id pluribus editis carminibus retulit , ce-
 lebravitque Lancinus Curtius (r) . Nonnulla ex iis
 decerpere placet , ne pereat omnino tam insignis erga
 bonas artes largitatis memoria :

E *Ticini gelidosque lacus , pontemque superbum*

Desine , ferque gradus nobiliore via .

Ære cavo , & summi radiantia signa Colossi

Desine ; jam valeat desidiosus eques .

Urbe tholus media surgit , dilectaque Phæbo

Porticus , & Dominæ quam coluere novem .

Illic signa Ducum , varioque in limine fastus ,

Et simulata boni Principis ora micant .

Pierios didicisse choros vacat , atque Deorum

Jura pium leges , tergeminumque Sophos .

f

Fama

(r) *Epigrammaton lib. 2. fol. 30. & seq.*

*Fama prior super astra tulit Pandionis arces ,
Nunc latio excultum protulit alter opus .
Exeat Insubrium pietatis fama duobus
Alternum dominis , sitque perenne decus .
Certa ferant alio sub sydere præmia tanti
Muneris , ut solvat quid dare terra potest .*

Et paulò post :

*Hic ubi magna levat Princeps penetralia sacræ
Pallados , & meritæ testæ superba togæ .
Et superat variis Memphitica saxa columnis ,
Abdita laurigeris frondibus aura rotat .
Quantum sollicitos agitat generosa parentes
Sors juvenum , tantum debet uterque Duci ;
Qui longis revocat fugientia numina ab oris ,
Palladium & mira suscitât arte domum .
Principis hoc sublime decus sacrata vetustas
Æstimet , & docto carmine rara manus .*

Quanta autem frequentia , & splendore succrescerent studia , post præstitum hoc scientiis munus à Principe Ludovico , narrat Curtius , poetico ludens æstu .

*Fama Ducis , Sophiæque domum , delata per orbem ,
Laudibus innumeris , & super astra tulit .
Candidior fufis venit per colla capillis
Germanus , latia ductus amore togæ :
Pannonius patriis à sedibus exulat acer ,
Gymnasium posito qui colit Urbe sago :
Festinavit eques Gallus ? venere Britanni :
Venit ab auriferi Celtiber amne Tagi ;
Virgineamq; domum Phœbique Heliconâ frequentans .
Laus Ducis hæc ; gloria rara tholi .*

Demum ad Ludovicum Sfortiam dirigens Epigramma , eundem sic laudat :

*Secula temporibus priscis tua , Maxime Princeps ,
Fama loquax chartis præferat , atque decus .
Quando magis latia licuit sperare camœnæ ,
Quando plus tetricæ commeruere Deæ ?
Pulcrior aut Sophiæ sub quo Duce cura theatri ,
Nam quæ cura Duci dulcior esse potest ?
Musarum postquam sublimia testæ renasci
MORE jubes , ingens jura coturnus habet .*

Verum , ne longiùs decurrâ , redeo ad literariam rem nostram , arbitrorque ex allatis superiùs coævis testibus constare liquidò , quænam foret , regnante Ludovico Maria Sfortia , Mediolanensium studiorum conditio ; Publica siquidem universis ferme liberalibus disciplinis artibusque gymnasia patebant , cum Græca lingua suum haberet Institutorem , insignem virum Demetrium Calchondylem , Medicorum Principum olim Magistrum , qui etiam Mediolani , largo stipendio à Sfortia conductus , ac postmodum sub Galliarum Rege Ludovico XII. in magisterio perseverans , octogenario major decessit , ut in ejusdem Elogio Jovius tradit . Erudiendis ad Rhetoricam artem adolescentibus plures quoque infudabant Præceptores , quorum alter Georgius Merula editis libris jam clarus , Historia præcipuè Me-

A diolanensi , quam primus omnium in Annales digestam typis paravit ; alter verò Alexander Minutianus , qui domestici præli elegantiae Latini sermonis candorem adjunxit , laudem ideo non modicam à coævis promeritus , ut in commentariis de ejusdem vita , memoratae historiae meae inferendis , fusiùs ostendam . Plures item Jurisprudentiae excolendae Scholae recludebantur , quibus Doctores præerant , Soloni ac Chrysippo Legum peritiâ comparati . Mathesi quoque , Auditoribus enucleandae , sui non deerant Euclides ; Et hæc quidem gymnasia adhuc perdurant , eximiis semper viris commissa , quamvis singulis hisce disciplinis pertractandis unus tantummodo in præsentia , publico nomine , Præceptor designetur , atque unico etiam vocabulo *Scholæ Palatinae* appellentur . Quæ in re , æterna dignum memoria censeo , quod ab hac Urbe in hujusmodi gymnasiolorum favorem superioribus annis peractum est ; inde enim , quænam religiosus ac constans fuerit erga literas Mediolanensium amor , dilucidè comprobatur ; cum enim & ingruentium bellorum necessitas , & calamitas temporum , gravissimos sumptus exposceret , nec par foret immanibus ferendis oneribus publicum ærarium , atque ideo ab imminutis censibus , stipendiisque subsidium peteretur , tanta fuit erga vetustas hæc Scholæ , pene dixerim , reverentia , ut peculiari decreto sancitum sit , inviolatum foret hoc Patriæ decus , ac Palatinis Præceptoribus intactam mercedem servandam . Quæ inter has liberales disciplinas in præsentia vividius excolatur , procul dubio Jurisprudentia est ; licet enim non aded frequentia , ut olim , pateant gymnasia instituendis ad hanc scientiam discipulis , attamen instar omnium Lycæorum censei debet unum Nobilium Jurisperitorum Collegium , ex quo , veluti Seminario insignium Legum peritiâ Doctorum , præclarissimi viri ad implenda Judicium in hac Metropoli munera , Romanæ Curiae Tribunalia , Magistratuum , ac Supremi etiam Senatus subsellia passim proferuntur , tantaque est præstantissimi hujus Ordinis fama , ut illum Nobilissimi quique Cives Jurisprudentiae dediti summis expetant votis , nec pudeat hujus Patriæ filios Sacri Romani Collegii Principes , etiam post adeptum Purpuræ honorem , solenni cooperatione in hunc cœtum adscribi .

B Præter enunciata Magisteria , alia quoque tunc publicè Mediolani exercebantur , Astronomiæ videlicet , Geometriæ , Arithmetiæ , Philosophiæ , quam sub *Pitagoræ* nomine à Conago indicatam nemo non intelligit ; Musicæ item , Picturæ , atque Architecturæ , ut jam vidimus : nec à veritate absonum est opinari , plura etiam ad cujuslibet Disciplinæ Artifice exercitationem instituta fuisse illa ætate gymnasia , cum iisdem amplificandis fovendisque , Principis ac Civium liberalitas , gloriosa quadam æmulatione , certaret . Historiæ quoque cathedram Mediolani extitisse citra dubium est ; id enim bis memoratum à Biffio superiùs legimus ; quin immo Interpres quoque nominatur *Julius* , quem *Julium Emilium Ferrarium* Novariensem , ævo illo doctrina & scriptis celebrem , fuisse , in edendi mei operis decursu exponam . Alterum quoque publicum Historiæ Professorum , imperante Maximiliano , VIII. Mediolani Duce , deprehendi , Alexandrum nempe Minutianum , ab Eloquentiæ fortasse cathedra ad illam translatum , ac successorem Julio datum . Institutionem hanc sibi commissam non obscure indicat ipsemet Minutianus in literis ad Leonem X. conscriptis , quæ in calce Cornelii Taciti ab eodem impressi anno MDXV. leguntur ; cum enim indignationem summi hujus Pontificis incurrisset , eo quòd reservatam Philippo Berroaldo , interdictamque ceteris omnibus Typographis *sub excommunicatione lata sententiæ* , illius Auctoris editionem secretò parasset ; ut exasperati Pontificis iram leniret , excusationem præterit , quòd à nulla cupiditate prorsus , sed ab ignorantia penitus profecta sit , atque hæc statim subjungit : „ Nam „ cum ex alma Urbe ista Tua , Cornelii Taciti , non „ uni-

„ universum corpus , sed membratim ad me missum
 „ fuisse , vidisseque à Beroaldo , viro sanè docto ,
 „ quantum diligentè adhibitum esset , ut quàm emen-
 „ datissimè ederetur , illico cogitavi *Augustalem il-*
 „ *lam Historiam Auditoribus meis hoc anno exponere ,*
 „ *cujus ut copia illis fieret , Librariis meis describen-*
 „ *dam tradidi , &c.* Rem totam suo loco fufius enar-
 „ rabo ; ad præfens siquidem institutum sufficit , si hæc
 „ quoque studiis Mediolanensibus laus afferatur , quòd
 „ videlicet , ne quidquam ad eorundem incrementum
 „ ac commodum deesset , etiam Historia in hac Urbe ,
 „ publica interpretatione fuerit explanata .

Mirum autem nemini videri debet , quòd illo
 „ ævo tantus ubique in Urbe nostra studiorum fervor
 „ arderet , cùm Princeps ipse Ludovicus , liberalium
 „ disciplinarum non Patronus tantummodo , sed etiam
 „ cultor foret . Inter opera Bernardi Bellinzoni supe-
 „ rioribus enunciata , Italicum legitur Epigramma , à Lu-
 „ dovico Sfortia elaboratum , quod licet rude sit pro
 „ temporum illorum ignavia , amorem nihilominus er-
 „ ga amœniora studia Principis illius testatur . Dignius
 „ peculiari memoria est , quod Philippus Beroaldus in
 „ Oratione panegyrica ad eundem *Illusterrimum Prin-*
 „ *cipem Ludovicum Sphortiam* editâ Bononiæ anno
 „ MCCCXCI. scriptum reliquit . Postquam enim Lu-
 „ dovicum deprædicavit tamquam decus & præsidium
 „ eruditorum , sacramque anchoram , ad quam felici
 „ eo seculo Literati decurrerent , hæc subjungit : „ Il-
 „ lud verò in te laudabile est , quòd inter tot curas ,
 „ tot negotia , tot domesticas & externas rerum
 „ maximarum occupationes , audire vis quotidie
 „ quippiam historicon , ac memorabile , & sicut G.
 „ Pompejus , & Cæsar Augustus inter bellicos tu-
 „ multus non intermississe dicuntur consuetudinem
 „ declamandi : ita tu inter multiplices curas non in-
 „ termittis studia literarum ; cum negociis ocium di-
 „ vidis , & historicis lectitandis succisivas horas im-
 „ pendis , in quorum lectione tanquam in diversorio
 „ suavissimo conquiescis . „ Amori autem & cultui
 „ Literarum , quem in se ipso fovebat Ludovicus , si
 „ Liberalitatem adjungas , quam effusissimam erga do-
 „ ctos viros præstitam idem Beroaldus in Orationis de-
 „ cursu commendat , nullum præclariorum documentum
 „ desiderandum relinquitur , ut inde conjici possit , quæ
 „ foret ea tempestate in Urbe nostra studiorum ampli-
 „ tudo , quantaque ubique ferret præstantium inge-
 „ niorum frequentia , cùm nemini ignotum sit , ex Prin-
 „ cipum Mecœnatum genio præsidioque , scientiarum
 „ fortunam pendere .

Antequam ab hoc capite me expediam , silentio
 „ prætereundum minimè reor , singulare hoc decus
 „ Sfortiæ familiæ contigisse , ut recens inventa maximo
 „ studiorum omnium beneficio Typographia , sub ejus-
 „ dem Principatu Mediolanum induceretur . Regnante
 „ siquidem Francisco Sfortia , qui anno MCCCCLXVI.
 „ obiit , ignotam adhuc Italiæ hanc artem , cùm è Ger-
 „ mania proficisceretur , hospitatum fuisse apud nostros
 „ Cives , in Historiæ meæ Prolegomenis tueor . Quin-
 „ immo primum , qui in Italia è prælo prodierit , li-
 „ brum , Historiam nempe Augustam , excusum Me-
 „ diolani anno MCCCCLXV. ineluctabili ferme cele-
 „ berrimi Scriptoris Claudii Salmasii , aliorumque testi-
 „ monio contendo . Græcam quoque Typographiam
 „ sub Galeatio Maria Francisci filio , anno MCCC-
 „ LXXVI. , quo etiam interfectus est , Mediolani in-
 „ cunabula sua habuisse , ita certum est , ut nec ipse
 „ Michaël Maitaire , annalium hujus artis conditor ,
 „ hanc nobis gloriam invidet . Quamvis enim alibi ,
 „ superioribus annis , nonnullæ græcæ voces , aut etiam
 „ periodi typis editæ in libris forent , nemo tamen ante
 „ Dionysium Paravicinum , in Urbe nostra Typogra-
 „ phum , utilissimam hanc studiis fovendis provinciam
 „ suscepit , ut græco charactere integra volumina ex-
 „ cuderentur , quemadmodum idem peregit , editâ Me-

A diolani anno MCCCCLXXVI. Lascaris Grammati-
 „ cæ . Denique Mediolanensem Principatum gerentibus
 „ Joh. Galeatio Maria , & Ludovico Sfortiis , Nepote
 „ ac Patruo , in Vico Soncino , qui Mediolanensis di-
 „ tionis est , fundi primùm cœpere Hæbraici typi , ac
 „ sacri Bibliorum libri in lucem eo idiomate proferri
 „ anno MCCCCLXXXIV. , ut Julius Bartholocius ,
 „ Magnæ Bibliothecæ Rabbiniæ Auctor , constantissi-
 „ mè tradit (f) . Nec parva est Metropolis nostræ glo-
 „ ria , quòd non tam studiis suis , quàm alienis etiam
 „ promovendis infudaverit , cùm citra invidiam dici
 „ possit , quidquid commodi , ac utilitatis , ex utrius-
 „ que hujus linguæ uberrimis fontibus in literariam
 „ Rempublicam derivatur , ob elaboratam apud nos
 „ earundem typographiam , deberi propemodum Me-
 „ diolano .

C A P U T X.

*Mediolanensia studia Seculo XVI. bellis afflicta
 egregiè restaurantur .*

I Neunte Seculo XVI. altera clades literas bonasque
 „ artes afflixit . Cùm enim bello fractus , abductus-
 „ que in Gallias captivus fuisset Ludovicus Maria Sfor-
 „ tia Dux Mediolanensis , studiis amica pacis tranquil-
 „ litas concidit , diuturnisque odiis æmularum Natio-
 „ num , quas Mediolanensis imperii cupidò ad arma
 „ incitabat , conflictata hæc Metropolis lugere debuit
 „ non tam direptas militari licentia , & victore alter-
 „ natim pugnantium ferro , circumquaque regiones , sed
 „ magnam quoque librorum suppellectilem , in hisce
 „ urbanis scriniis , Ticinique custoditam , veluti pretio-
 „ sam Infubrum prædam , ac spolia triumphalia , in
 „ regiam Gallorum Urbem translata . Intepuere id-
 „ circo primùm liberalium disciplinarum studia , dein
 „ obstinato fervente bello , destituta cultoribus , frigidâ
 „ adeò desidiâ contabuere , ut , quemadmodum memo-
 „ ratus Dufresnius refert , non modò florens Vincii
 „ Academia prorsus exaruerit , verùm etiam reliquæ
 „ omnes ingenuæ facultates in ignavum ocium negli-
 „ gentiamque declinaverint . Hujus literariæ calamita-
 „ tis acri se dolore perculsum professus est M. Antonius
 „ Majoragius , qui circa medium seculi ejusdem in Pa-
 „ latino gymnasio Eloquentiam profitebatur , nactusque
 „ Patronum impensè studiis faventem , Alphonsum
 „ nempe Davalum Mediolanensis Provinciæ Moderato-
 „ rem , impetrare ab eodem tentavit , ut ad pristinam
 „ gloriam literæ in hac Urbe renascerentur , atque
 „ ideo Orationem elucubravit , cujus fragmentum su-
 „ perest in editis ejusdem Operibus . In ea , postquam
 „ nobilem amplissimi hujus viri indolem commendavit ,
 „ qua non tam benignè fovebat studiis deditos in hac
 „ Metropoli , sed ex longinquis etiam regionibus peri-
 „ tissimos quosque uberrimis propositis præmiis evoca-
 „ bat , ait , in spem venisse Civitatis nostræ homines ,
 „ ut optimarum artium studia superiori tempore bello-
 „ rum tumultibus , & hostium incursionibus prostrata
 „ & inculca , ipsius auspicio restituerentur . Opportu-
 „ num inde consilium eidem proponit , quo facilè in
 „ hac Urbe , olim studiorum parente , atque altrice ,
 „ tunc literarum inopia laborante , scientiæ omnes re-
 „ viviscerent , inquires , nullam tam necessario utilique
 „ proposito implendo commodiorem viam aperiri pos-
 „ se , quàm si publicam Mediolani Bibliothecam insti-
 „ tueret , omnique librorum genere locupletaret ; ita
 „ enim Juventus , & viva Præceptorum voce , & præ-
 „ stantium auctororum scriptis edocta , in liberalibus qui-
 „ busvis disciplinis celerimè profecisset ; Quamvis ta-
 „ men præclarus ille Orator nervos omnes facundiæ
 „ intendisset , ut ad egregium perficiendum hoc opus
 „ Dava-

(f) Tom. 1. fol. 432.

Davalum incitaret, nihil evicit; five publici ærarii obstaret tenuitas, five curarum moles intentam muneris suo Principis mentem distraheret. Præterea verò hoc inclytum decus, Ambrosianæ Conditore, Federico Borromæo Cardinali, & Archiepiscopo Mediolanensi reservabatur.

Nihilominus etiam incassum decidente hujusmodi optimo intento de studiis nostris benemeriti Majoragii, non defuit Civibus ipsis literariæ gloriæ amor, quo invicem incitati enixè contenderunt, ut antiqua studiorum celebritas in hac Urbe, vividius etiam, refloresceret. Hinc instituta est Transformatorum Academia, cujus initia statuit ad annum MDXLVI. eruditissimus Curtius in opere Medicorum jam laudato (t), ejusque præclaram mentionem sparsim facit Jo. Marius Crescimbenius in italæ Poëtices historia. Hujus symbolum erat Platanus adjecto lemmate:

Et steriles Platani malos gessere valentes.

Gemino ab inde anno elapso publicum etiam ingenii experimentum dedere, italica Epigrammata ab Academicis contexta evulgantes, in quibus vis decorque poëticæ artis satis elucet, eaque inscripta voluere, veluti studii sui primitias, Caroli V. filio Philippo, Principi Hispaniarum. Ex hoc ipso libello colligimus, quinam fuerint primi hujus literariæ Societatis cultores, videlicet Camillus Rhaudensis, Jo. Franciscus Castillionæus, Andreas Glussianus, M. Antonius Missalia, Cæsar Regnius, Franciscus Mantegattius, Carolus Vicecomes, M. Antonius Majoragius, Philippus Pirogallus, Facius Galeranus, Jo. Paulus Barza, & Octavianus Arcimboldus, singulari omnium sanguinis, tum doctrinæ splendorem per ea tempora commendati, dignique propterea ob præstitum hoc literis renascentibus beneficium, ut perennem apud nos memoriam consequantur. Nonnullorum ex hisce, medica in arte præstantium, illustris mentio habetur in historia Medicorum Mediolanensium paulò ante laudati Bartholomæi Curtii. Verùm, ut de hac Academia plenior habeatur notitia, id adnotandum censeo, tantam ejusdem subinde famam increbuisse, ut ex equestri Ordine Proceres, sacrisque etiam infulis venerabiles Præsules in illam adoptari certatim flagitarent. Tres legimus Orationes pro hujusmodi Candidatis à Majoragio exaratas, cum primùm in Academiam Mediolanensem reciperentur; alteram pro Octaviano Roveta Terracinæ Episcopo; aliam pro Johanne Stibio, Julii III. Pontificis Maximi Commissario Decumano; postremam pro Hieronymo Crotto, qui equestri Judicum Collegio adscriptus, Decurionatum, & Urbanam etiam Præfecturam egregiè gessit. Ubique Majoragius in præclaras Academiarum laudes effunditur, vocans eam nobilissimum Conventum, lectissimorum hominum Cœtum, florentissimam Congregationem; quin immo de ejusdem instituto differens, cui se quoque connumeratum cum gloria refert, ad hæc tria comparanda, tradit, intenta fuisse exercitamenta omnia illius confessus, ut nempe scienter intelligerent, politè eloquerentur, ac prudenter agerent, quæ si consequi potuissent, tum demum id obtinuisse putabant, quod præcipuè in votis erat, ut quantum homines bestiis præstant, tantum ipsi reliquorum hominum vulgo antecellerent. Tandem in exordio ultimæ Orationis profitetur summa se lætitia ac voluptate captum, quòd illa eruditissimorum hominum frequentia quotidie maximorum ingeniorum accessione fieret illustrior, pluresque alios esse præstantes viros intelligeret, qui in eundem Cœtum, in quo jam aderant florentissimorum Ordinum lumina, admitti sollicitè postularent. Quosque perduraverit tam nobile institutum, prorsus in tenebris lateret; cum ferme nulla historiarum Scripturibus cura fuerit, rei literariæ, quæ tamen pars ma-

(t) Pag. 83.

agna publicæ felicitatis, ac regnorum est, incrementa & vicissitudines, in paginas suas referre.

C A P U T X I.

De Studiorum incremento, hoc eodem Seculo, per Mediolanenses Cives, ac præcipuè S. Carolum Borromæum curato.

Auxere hoc Seculo studiorum proventum, quamplures Scholæ, Collegia, Seminaria, à nobilibus Civibus, Sanctoque potissimum Carolo Mediolani Archiepiscopo instituta, quæ omnia à Paulo Morigia in Historia & Nobilitate Mediolanensi recensentur. Celebris inter alia publica gymnasia, quæ memorati Sancti Antistitis ætatem præcessere, illud est, quod Paulus Canobius anno MDLIV. condidit, ab ejusque nomine etiam in præsens Canobianum appellatur, ut ex publicis scripturis docet diligentissimus antiquitatum perscrutator à me ante laudatus Jo. Sitonus de Scotia (u). In hoc gymnasio duplicem cathedram erexit nobilis Institutor, Dialecticæ videlicet ac Moralis Philosophiæ; utque integrum illarum decus secuturis ætatibus servaretur, Interpretum hujusmodi electionem Illustrissimo Equitum & Judicum Mediolani Collegio demandavit, à quo nonnisi peritissimi in utraque facultate Magistri designati semper fuerunt, eorumque ferax est ille idem Sapientissimus Confessus, è cujus gremio postremis hisce temporibus, summo cum Civium plausu, publici Interpretes deliguntur. Nec impensis pepercit hæres Canobii Nosocomium Majus hujus Urbis, ut splendidiore cultu publicum id literis beneficium præstaretur. Anno siquidem MDLXXXI à Præfectis regimini ejusdem Equitibus, quatuor ferme aureorum millibus, erecta est ingens Aula, quæ Magisterio exercendo, & publicis discipulorum edendis experimentis magnificè inserviret, quemadmodum in ejusdem Nosocomii Archivo adnotatum reperitur. Alterum peculiare Nobili Juventuti ac liberalibus disciplinis collatum subsidium debet hæc Civitas Comiti Ambrosio Taegio, qui anno MDXLIX (x) Collegium, olim Taegiorum, nunc S. Simonis nuncupatum erexit, censuræ constituit, ut ibidem, inter alios, XII. Adolescentes, clari quidem sanguinis, sed angusti patrimonii, absque impendio parentum alerentur, & ne quidquam liberalitatis complemento deesset, plura optimarum facultatum magisteria addidit, statuens, ut in eo domicilio Grammaticæ, Rhetoricæ, Poëticæ, Moralis Philosophiæ, Historiæ, ac etiam Theologicæ scientiæ perpetuò docerentur. Quamvis autem ista in præsens desierint, attenuatis fortasse Collegii redditibus, ea tamen omnia ingeniorum exercitamenta viguisse usque ad seculi illius exitum, narrat Morigia, Scriptor ejusdem ætatis. Successere postmodum gemina Collegia, Dugnanum alterum erudiendis pueris Orphanotrophii Sancti Martini, alterum Calchorum educandis instruendisque pauperibus honestioris conditionis adolescentibus instituta, quæ indicasse satis sit, cum minutim omnia persequi minimè libeat, nec valde ad incrementa studiorum ista pertineant.

Qui plurimum restaurandis in hac Urbe scientiis adjumentum præstitit, ac de studiis præsertim Ecclesiasticis, apud nos eximie nunc florentibus, optimè est meritus, Sanctum Carolum Borromæum fuisse nemo nostrum, nemo exterorum ignorat; cum enim rudem in sacris rebus populum, rudiorum quoque Clerum, ac primis etiam Latinæ linguæ rudimentis destitutum, regendum accepisset, ut Johannes Petrus Glussianus vitæ scriptor deplorat, brevi quidem tem-

(u) In Chron. Judicum, & Equit. Mediol. num. 245.
(x) Sitonus in Chron. Collegii Judicum num. 328.

temporis intervallo , sed improbis laboribus expensisque , tanto divinæ simul , humanæque Sapientiae lumine illustravit , ut etiam in praesentia ceteris Catholici Imperii Urbibus , Ecclesiisque , in nitidissimum veluti pietatis omnis ac doctrinae speculum exemplumque trahatur . Quantos autem is sudores profuderit , ut se ipsum prius , dein alios sacris in literis erudiret , testis est in ejusdem Vita Cardinalis Augustinus Valerius , qui cum eodem familiariter versatus , hæc constanter affirmat : „ Domus Caroli fuit „ Ecclesiastica , & sancta quædam Academia , officina virtutum omnium , piorum & doctorum hominum contubernium ; „ alibi verò : „ Nulla schola , „ nostrâ , & Patrum ætate , tam celebris fuit , quam „ Borromæi domus . „ Nec intra septa tantummodo domesticæ Aulæ stetit propensus in literas amor Sanctissimi Præfulis ; Communi studiorum utilitati prospexit , inducta in hanc Urbem Societate Jesu , eo prorsus consilio , ut non tam uberem animarum fructum ab egregiis Religiosissimi illius Instituti cultoribus Ecclesia Mediolanensis colligeret , sed fertilissimam quoque omnigenæ doctrinae messem ex assiduo præstantique illorum magisterio hæc Insulbrum Metropolis ostentaret . Nec prudentem tanti Antistitis mentem fecellit exitus felix ; nam apertis anno MDLXVI. in ædibus , S. Fidelis Templo adjacentibus , publicis Scholis , eisque subinde translatis in Braydense Collegium anno MDLXXII. nobile quoddam scientiarum omnium emporium studiis nostris patuit , cum ibidem , referente Morigia , à prima usque earundem institutione , humanioribus non modò literis , verum etiam Rhetoricæ , Mathematicæ , Græcæ , ac Hebraicæ linguæ , Philosophiæ , Theologiæ Morali & Scholasticæ , Sacraeque Scripturae expositioni præclarissimi in cathedris federint Præceptores . Perenne autem hujusmodi literarum beneficium succedentes omnes ætates sensere , tantâ earundem gloriâ , ut nec recenseri queant , qui ex hoc veluti Equo Trojano , insignes cujuslibet liberalis disciplinae Duces prodierunt . Alterum , quod studiis , sacris præcipuè , commodum curavit Borromæus Præsul , Seminaria , ac Collegia fuere , quæ ex instituto Sacri Concilii Tridentini , ad Ecclesiasticam erudiendam juventutem , omni augustioris magnificentiae cultu ab ipso condita , solidis adèdè Eloquentiæ , ac superiorum facultatum magisteriis ditavit , ut inde , tanquam ex aureis fodinis , pretiosa quævis sacrae eruditionis & facundiae opulentia hauriatur , quæ non tam Urbi universæ , ac Diocesi , sed Helvetiis quoque regionibus , ad humanæ simul divinæque scientiæ præcepta informandis , abundè sufficiat . Nobili etiam Juventuti instruendæ prospexit , erecto eidem peculiari Collegio anno MDLXXIII. , ut delecti adolescentes , sanguinis claritati Religionis ac literarum ornamenta adjicerent , fierentque æqualibus illustre exemplum , ne ocio ac deliciis indormientes , quam à natura nobilem indolem acceperant , ignorantia ac vitiis deturparent . Ipse verò tantâ eorum proventum curâ fovebat , ut præfens literariis illorum exercitationibus , alios plausu , alios præmiis donans , vividius semper ad excolenda studia incitaret , quemadmodum diligentissimus ejusdem Vitæ scriptor Gluffianus enarrat . Demum prætereundam minimè cenfeo Oblatorum Congregationem , cui , quamvis immeritò , adscriptum me gloriolior , quamque institutam anno MDLXXVIII. , ita semper in deliciis habuit S. Carolus , ut pastorem cum illis quodammodo Ecclesiæ suæ curam partitus esse videretur , animarum salute ipsorum fidei commendata , regimine Seminariorum ac Collegiorum iisdem commisso , studiorum denique magisterio , ad eam , quæ tanti momenti est , Cleri doctrinam promovendam , eorundem vigiliis ac sudoribus demandato . Quantum verò Sanctissimi Parentis sui amoris responderint , mihi suspitione fortasse aliqua laboranti effari

Tom. I.

(y) Lib. 2.

A non licet . Id absque invidia dici posse crediderim , non modicam laudis partem , qua Mediolanensis Ecclesiasticus ordo , ob summam doctrinae opinionem , apud exteras etiam gentes floret , Oblatorum Sodalitio fore tribuendam . Hæc autem omnia cum unius Sancti Caroli auctoritate , opibus , & providentia felicissimè sint peracta , meritò eundem venerari nostra Metropolis debet , ut jam Gluffianus ajebat (y) , tanquam alterum Mediolanensium studiorum parentem , ac scientiarum restitutorem .

Hoc ipso sæculo jam labente novum studiis nostris decus accessit ex illustri Academia , quam propria in domo condidit anno MDXCIV. literarum præstantissimus Mœcenas ac Cultor , Mutius Sfortia Columna Marchio Caravagii , qui primus quoque Princeps eidem præsedet . Duodecim clarissimi & sanguine , & ingenio à Morigia recensentur (z) , qui ad eruditum hunc conflandum confessum primitus convenere ; sed tanta ubique ejusdem fama invaluit , ut paucorum mensium intervallo florentissimis cujuslibet nationis , aut disciplinae Viris afflueret , omnesque confertim , aut doctrinae præstantia celebres , aut dignitate conspicui , literariis hisce congressibus inseri peroptarent . Singillatim illos Morigia , tunc in hac Urbe vivens , enumerat , prout suo quilibet die Academicorum albo inscriptus fuit . Alterum ego Codicem manu exaratam offendi apud Illustrissimum æquè ac doctissimum Abbatem Aliprandum Vicecomitem , qui nobilis sapientisque hujus congressus Acta complectitur ; multumque præstaret publicam edi in lucem , cum ex præclara illa Equitum doctorumque hominum contentione , & antiquis in nostra Urbe literis gloria , & recenti ætati præsentius ad studia incitamentum præberetur . Symbolum sibi erexerat Academia , hydraulicam rotam , decurrentium subtus fluctuum , quibus ima parte immergitur , impetu circumactam , itaut affixa sibi , & justis distributa intervallis lignea vascula nunc vehat in altum , nunc sensim inclinet ; unde quas patulo ore hausere aquas , in subjectam planitiem effundunt , ad fovendam herbarum florumque perenni humore vegetam fecunditatem ; apposito hoc lemmate : *Labor omnibus unus* ; quique Academiae nomen dederant *Inquieti* appellabantur . Subsequente anno vulgatæ leges fuere , quibus inter cetera indicebatur , ut qualibet hebdomada in publicum proferrentur , quæ privato quisque studio ad ingenii exercitationem elucubraverat ; varia de scientiis utilioribus argumenta pertractarentur , locusque etiam daretur Rhetoricæ ac Poeticæ flosculis , sive Italico , sive Latino sermone ingeniosè contextendis .

Nec defuere communibus votis implendis egregii Sodales : Alphonfus siquidem Oldradus primus omnium in hujusmodi Academia sermonem habuit , pluribusque postmodum recitationibus Ethicam Aristotelis explanavit ; postremò verò publicè de honorum contemptu disserens , missionem petiit ab eo Confessu , Ordini Capucinatorum se se adscripturus , in quo etiam , elapso vix mente , felicissimè mortalem vitam deposuit : Ludovicus Septalius , celebris apud eruditos famæ , mirabile Pixidis nauticæ inventum ac emolumenta recensuit : Vincentius Turaldus Neapolitanus , Militum turmæ Præfectus , bellicorum tormentorum usum , atque Arcium oppugnationem pertractandam suscepit : Bartholomæus Assander è nobili Medicorum Collegio , divinæ Dantis Comœdiæ interpretationem aggressus est : Franciscus Costeus Doctor Laudensis Aquarum originem sibi indagandam proposuit , pluresque alii insignes viri consimilia eruditæ exercitationis argumenta delegere , quemadmodum in superius enunciata manuscripta Ephemeride legitur ; Sed humanarum rerum more , hæc quoque Academia infelices vicissitudines suas passa est , elanguens primò , ac dein prorsus deleta .

g

CA-

(z) Nobil. Mil. lib. 3. cap. 34.

CAPUT XII.

*Federici Borromæi Cardinalis Archiepiscopi
erga Literas, Artesque liberales
amor eximius.*

Decimumseptimum Seculum, ab ipso statim exordio, felicissimum studiis Mediolanensibus omen dedit in Federico Cardinali Archiepiscopo, qui Sancto Carolo consobriño suo, non minùs sanguine, quàm amore erga literas, virtutesque omnes conjunctissimus, magnum illud opus, propositum quidem, ut vidimus, sed nunquam tentatum, Bibliothecam nempe publico Civium, atque exteriorum commo dicatam, inchoavit, perfecit. Eam, ut tanta Metropoli, tantoque Conditore dignam redderet, nulli pepercit aut impensæ, aut industriæ; Magnificentiam in Ædibus curavit, quæ Principum Aulas æmularetur, & Reginam Sapientiam ostenderet; Librorum verò supellectilem tam copiosam, tamque selectam ex universis Occidentis, atque Orientis regionibus in illam contulit, ut uni locupletandæ Bibliothecæ Mediolanensi, Europa, & Asia spoliis suis inservisse videantur. Quin etiam, ut uberius eruditioni materies fieret, depictas eleganti ponicillo Icones quamplurimas, insignium, doctrinâ præcipuè, virorum, vultus fidelissimè referentes, circumquaque in hac Aula, porticibus, ædibusque adjectis appendi jussit, ut non tam scripta, quàm Scriptorum delineata ad vivum effigies in hoc studiorum domicilio, ad commodum & voluptatem venientium perennarent. Fructus autem immensi laboris & impensarum is est, ut frequentissima semper Civium corona circumstet, cum amplissima hæc Bibliotheca singulis ferme diebus, duabus horis mane & vespere publico usui pateat; quo tempore, à pluribus mercede conductis famulis, tum libri, tum atramentum, ac quidquid ad scribendum opportunum est, largè accedentibus suppeditantur. Nec minor apud exteros hujus Loci celebritas viget, cum nemo ex advenis sit, qui ad præclara Urbis nostræ decora perlustranda circumiens, Aulæ hujus majestatem, voluminum copiam, raritatem ac molem manuscriptorum, quæ simul cum editis ad quinquaginta millia numerantur, adjecta denique tum naturæ, tum artis reliqua ornamenta, & præsertim regalem Federici Conditoris animum non admiretur. Unum memoro Legatum Lusitani Regis, qui à Romana Urbe ad Ulyssiponensem contendens, atque in itinere ad Ambrosianam Bibliothecam invisendam recentissimè deductus, tam speciosa peregrinarum rerum simul hic collectarum imagine captus est, ut Regi suo constanter retulerit, Mediolanensem hanc à nulla ex Italis Bibliothecis, pulchritudine, atque opulentia superari. Quocirca etiam Princeps ille magnificus tanto incensus est desiderio parem huic nostræ in Metropoli sua condendi, ut ejusdem exactissimam delineationem, ad Architectonicæ artis leges exarandam, simulque regiminis formam, librorum numerum, Ædiumque apparatus, fideli calamo describenda mandaverit. Quanto sumptu, quantoque labore paratum hoc fuerit commune scientiis omnibus beneficium, ab Prædecessore meo Petro Paulo Bosca intelligere quisque potest; is enim edito in lucem volumine *De origine & statu Bibliothecæ Ambrosianæ*, peregrinationes omnes in remotissima litora à doctis viris, Federici Cardinalis ære susceptas describit, narrat redemptam Pinellianam librorum hæreditatem nullâ pretii parsimoniâ, cum æmulationem omnium, qui ad eam comparandam confluerant, longè amoverit, ac propemodum deterruerit Liberalitas Federici; modestiam quoque Conditoris laudat, qui non ex proprio illam nomine, sed ab Ecclesiæ Doctore Sancto Ambrosio, nostræque Pro-

A vinciæ præcipuo Patrono *Ambrosianam* appellari constituit.

Parum tamen excelso animo suo satisfacisse censuit Amplissimus Præsul, condita hac, ut ita dicam, mortua Bibliotheca; alteram propterea vivam adjecit, Collegium videlicet Doctorum, quorum continuus labor est insudare condendis novis libris, atque in lucem proferendis, ut veluti pefennes rivi hunc alveum Sapientiæ semper altius implerent. Mens erat sexdecim constituere, qui, ceteris omnibus abdicatis curis, unice excolendis scientiis operam darent, ea tamen lege, ut singuli singulas tantum amplecterentur, atque ita profundius in illas descenderent; cum distractum in plura studia ingenium difficile in aliqua facultate perfici valeat, hancque ideo epigrammæ in aureo numismate, quod honoris gratiâ pefctori appensum gerunt, imprimi voluit *Singuli singula*. Expressos autem hoc numisma refert, in anteriori parte, vultus Sanctorum Ambrosii & Caroli; in postica verò, imaginem Virginis Matris Mariæ, divinum Infantem gremio gerentis, cui etiam dicatum voluit hoc Collegium religiosissimus Institutor. Non ultra novem tamen in hoc doctissimo Cœtu numerati unquam Doctores fuere, sed eâ omnes editorum voluminum præstantiâ celebres, quæ sola implendæ tanti Antistitis menti, æternæque huic Collegio gloriæ comparandæ suffecisset.

B Scientiarum cultui peregrinas Linguas adjunxit, conductis luculenta mercede ex ipso Oriente Præceptoribus, qui Hæbraicum, Caldæum, Arabicum, Syriacum, Armenum, Persicum idioma familiare Urbis nostræ fecere; Abissinam quoque Linguam in hoc Collegium invehere meditabatur, sed ex geminis, quos conduxit, Magistris, nemo, teste Rivola in ejus vita, indicare methodum valuit, quâ abstrusa illius idiomatis vocabula, & reconditi sensus explicarentur. Neque hinc tantummodo gradum fixit diligentia amorque erga literas Cardinalis Federici; Typographiam integram Orientalium Characterum, in Ambrosianâ Bibliotheca, studentium commo collocavit; cum enim immanem copiam manuscriptorum Codicum, qui hujusmodi linguis exarati erant, exportari ab Asia curasset, laborem hunc Doctoribus præscriperat, ut celebriora Sapientium opera in Orientalibus regionibus, scientiarum olim domicilio, elaborata, in Latinum idioma transferrent, solidamque doctrinam, quæ ociosa apud nos latebat, utpote ignotæ linguæ cortice obvelata, ad pietatis & studiorum incrementum publica luce donarent. Plures hujus generis Libros Ambrosianæ Bibliothecæ typis vulgatos Literaria tenet Respublica; sed quod laudem summam Institutori nostro conciliat, id est, eam fuisse in primis hujus Collegii Doctoribus Orientalium linguarum peritiam, ut Grammaticas quoque & Vocabularia earundem condiderint. Qua in re Antonius Gigæus inter ceteros palmam consecutus esse videtur, qui Arabicum Lexicon, quatuor magnæ molis voluminibus comprehensum, tanta sedulitate confecit, ut à Viro fide dignissimo mihi relatum fuerit, à Maronitis ipsius Romani Collegii, tanquam opus absolutissimum celebrari. Quod dolendum est, tam insigne decus Urbis nostræ cum Borromæo Conditore, ac primis Doctoribus periit, desiderisque in præsentia characteres, & manuscripta linguarum hujusmodi, Mæcenatem aliquem avidè implorant, qui reviviscere studia hæc præclara ad patriæ, & literarum splendorem patrociniò suo jubeat. Ceterum Federicus Archiepiscopus, studiorum proventui semper intentus, abstrahi se minimè passus est à peregrinarum linguarum cultura, itaut earum oblivisceretur, quæ Italicum solum nobiliùs illustrant, *Græca* videlicet, *Latina*, atque *Etrusca*; Quo circa anno eodem, quo Bibliothecam & Collegium Doctorum aperuit, nempe MDCIX., illis quoque consuluit, instituto altero Collegio, quod *Trilingue* appellavit; utque perennis foret uberrima hæc literariæ messis seges, novum alterum Collegium condidit, quod

Alum.

Alumnorum vocaverat, ut ibidem selectiora Seminariorum gymnasiorum ingenia ad scientias linguarumque exoticas erudirentur, & veluti fecunda femina ad perpetuam studiis Mediolanensibus alimoniam; censumque gloriae parandum succrescerent. Nisi illustria hæc Federici Cardinalis meditata mors importuna abruptisset, id propositi excelsio animo ac menteolvebat, ut in Ambrosiano Collegio universæ Sapientiae Athenæum construeretur, quod non tam Civibus adjumento, quam Advenis miraculo foret; cum quicumque Hospes aut peculiarem scientiam professus, aut peregrinam extructus linguam, ibidem invenire potuisset, cum quo nativo sermone colloqueretur, ac de scientia illa, quam in deliciis habuisset, magistro digna referret responsa. Quas Leges, quemque Ordinem doctarum exercitationum præscripserit Cardinalis Federicus Ambrosiano Collegio, (in quod à quadraginta jam annis, alieno potius favore, quam merito meo sum cooptatus) enarrare non moror, cum multo ab hinc tempore prælum subierint, & abundè peti possint ex operibus memoratis Petri Pauli Boschæ, ac Francisci Rivolæ, ubi etiam nomina Doctorum, editi ab ipsis libri, habiti literarii congressus, ac quidquid præclari in studiis ab hisce eximiis Viris, vivente Conditor, peractum est, minutim describuntur. Equidem *Constitutiones Collegii ac Bibliothecæ Ambrosianæ* seorsim typis commisit Federicus ipse Borromæus, cujus Consilium in fronte impressum, cum illæ haud admodum apud exteros vulgatæ sint, non abs re censeo referre; ita enim exorditur: „ Communibus Christianæ „ Reipublicæ commodis præclare nobis consulere „ posse videntur ii, qui Literas ita colunt, ut ad „ cognitionem bonarum artium, studium veræ pietatis „ adjungant. Quarum inter se rerum societatem „ constituere nobis maximè cupientibus, commodissimum „ illud visum est, si ad universæ Ecclesiæ, ac „ Mediolanensis potissimum utilitatem, Collegium „ institueremus, cui Doctores ex diversis facultatibus „ adscriberentur, qui, præter pietatem, quam „ colunt, singuli etiam singula studia, tractantes accuratius „ possint Catholicam Fidem ab adversariorum mendaciis tueri, & omnem Christianam „ literariam rem perpetuis lucubrationibus illustrare. „ Id verò, ut ad omnes easus, & ad diuturnitatem „ longissimi temporis tutius conservaretur, & Apostolicæ Sedis auctoritate muniendum, confirmandumque curavimus, & nos has leges à singulis in „ violatè semper observandas, tanquam certa ejusdem Collegii præsidia constituimus, & adjunximus. Prodiere etiam peculiari libello *Nomina, atque studia eorum, qui in Collegium Bibliothecæ Ambrosianæ Mediolani anno 1609. V. Id. Decemb. cooptati sunt*, isque recusus est Antuerpiæ anno MDCXI. à Davide Martinio, qui in calce addidit fragmentum epistolæ à Justo Lipsio ad Federicum Cardinalem Borromæum conscriptæ (a), cujus postrema tantum verba hic recitare placet, cum ad Conditoris, & Instituti hujus laudem augendam maximi ponderis sit Literatissimi Viri judicium. Itaque hæc scribit: „ Sæpe miratus „ sum, cum tam multa passim Collegia, aut Scholæ „ instituantur pueris, aut juventuti formandæ, neminem adhuc fuisse, qui propriè sollicitus esset, & „ curaret de Doctoribus, sine quibus, cui usui tota „ illa institutio est? Speciem, non rem habet, & „ multi in cursu sunt, pauci ad metam veniunt, & „ verum studiorum finem. Cavendi, prospiciendique ratio, aut hæc est, quam inis, aut nulla: & „ ipsi eligendi, alendi, formandi sunt, qui forment.

Reticere nequeo tantum fuisse Federici Conditoris erga literas amorem, ut quæ à gravissimis pastoralis muneris curis vacabant, horas omnes studio dicaret, à quo ne immune quidem id tempus faciebat, cum iter ageret, aut in lecto ægrotus decumberet, solitus dicere, in votis suis esse, ut dextera

A manu Crucifixum gerens, sinistra calamum, moretur. Incredibile autem est, quot ille ingenii sui monumenta aut manu exarata, aut typis impressa reliquerit, cum plures paginas impleat eorundem Elenchus, nec percipi satis possit, quomodo tam assiduis molestisque Ecclesiæ hujus, ac Diocesis negotiis implicitus, Conciliorum, Visitationum, sacramentorumque rerum peragendarum perpetua penè occupatione detentus, placida nihilominus mente, tam varii generis argumenta, ac centena propemodum volumina elucubrare valuerit. Plura ex hisce adhuc inedita in Bibliothecæ ab ipso conditæ scriniis religiosè asservantur; plura verò jam prælum subiere, sed ea exemplarium parcitate, ut manuscripti loco apud nos habeantur; modestia siquidem Borromæi Præfulis, quæ publicam laudem respuebat, in privati tantummodo commodi usum has editiones reservans, inceptum vix typorum opus abrumpi jubebat. Ne tamen gloriosa hæc monumenta inexplebilis penè amoris, quem erga saniora studia gerebat Borromæus Antistes, merita laude fraudentur, mei muneris esse arbitror, eorundem Elenchum ad hujus Commentarii calcem attexere; inde enim perspicuum fiet, quantum præclaris tanti Præfulis sudoribus debeat Literaria Respublica, cui accepta beneficia, librorumque ab ipso conscriptorum molem ac utilitatem simul conferenti in incerto erit, magisne de Literis benemeritus fuerit Cardinalis Federicus Borromæus animi magnificentia, an amplitudine ingenii. Collegit quidem præstantissimus Præful Meditata sua Literaria peculiari Libro, publica etiam luce donato post illius obitum, anno MDCXXXIII., quo conceptam vasta mente argumentorum seriem recenset; cum tamen eorundem nuda tantum mentio ibidem fiat, nec Lectori compertum sit, quid de tam ampla designatorum operum fecunditate, aut manu exaratum, aut typis commissum superfit, rem gratam me publico desiderio præstiturum reor, si quælibet in suas classes distributa singillatim enumerem.

C Ad liberales etiam artes Picturam, Sculpturam, atque Architecturam promovendas, egregiam operam præstitit Cardinalis Federicus. Quamvis enim nobiles hæcæ disciplinas, gemina, ut diximus, jam clade afflictas, superioribus ad Borserii ævum annis, ut ipsemet testatur, reparare tentasset Johannes Baptista Gallianus, Pictor non incelebris, inducta in hanc Urbem Academia, cui *Aurora* nomen indiderat; ea tamen tam citò evanuit, Borserio eodem referente, ut hujusmodi Aurora noctem prius viderit, quam Meridiem ac Vesperas. Manebat hæc gloria Borromæo Antistiti, qui nobilia harum artium studia in antiquam sedem suam revocans, Academiam novam aperuit in Ædibus Ambrosianis, Principes Viros Juventuti erudiendæ præficiens, qui in unaquaque excelleret facultate. Architecturæ primarium Ducem constituit Fabium Mangonum, qui, ut asserit Bosca, hanc artem restituere visus est, non modò regiarum ædificationum, atque excitandæ Ædis maximæ hujus Metropolis curâ, verum quia Carolus Butium Architectum clari nominis ad interiorem Architectonicæ scientiam præceptis suis deduxit. Picturæ Johannem Baptistam Crispum dedit, cui à nativo oppido cognomentum Cerani accessit, notusque posteris omnibus est, insigni penicilli sui fama. Sculpturæ demum assignavit Johannem Andream Biffium, uno tantum eo labore, quem in exornanda exteriori parte Odæi Templi maximi adhibuit, æternum nomen promeritum; ita enim delicatâ scalpri diligentia ex albo marmore ad vivum educta simulacra ibidem spirant, ut peregrinis omnibus, ipsisque Principibus advenis, pro miraculis artis indigentur. Sub illustribus adeò artium istarum luminibus enarrari vix potest, quantum hæc Academia floruerit, cum peritissimi quique illarum artium cultores nomen eidem dederint, atque inde hauserint nitorem illum, atque

(a) *Epist. LXXXVIII. Centuria V. Miscell.*

atque elegantiam insignium operum, quibus non tam patriam suam, quam exteras quoque regiones exornare. Versatur adhuc in ore omnium celebris fama eorum, qui ex hoc cœtu prodeuntes, Picturæ præcipuè laude excellere, Danielis videlicet Crispi, Caroli Francisci Nuvoloni, dicti Pamphili, Melchioris Gilardini, Herculis Procaccini, Caroli Cornaræ, aliorumque quos enumerat Bosca. Hanc gloriam Urbi nostræ comparavit sollicitudo, & liberalitas Cardinalis Federici, qui non modò sapientissimis legibus rectam hujusce Instituti disciplinam promovit, sed propositis etiam præmiis æmulationem, quæ ingeniorum cos est, succendere studuit. Præterea, quod nulli fortasse alteri Academiæ antea obvenerat, eximiam dotem munificentiâ Conditoris, huic Ambrosianæ paravit, geminas videlicet Aulas, in quarum altera, quæ Picturæ appellatur, pretiosiores celeberrimorum Auctorum Titiani, Vincii, Barocii, Brugelii, atque his æqualium tabulas longa serie disposuit, nulla auri impensa deterritus, quod in iisdem comparandis exigeretur; in altera, *Statuarum* dicta, elegantioris formæ simulacra collegit, quæ ex optimis quibuscumque protypis æreis, aut marmoreis, per Italiam omnem dispersis, educi gypso curavit, regia planè largitate, ac privatam fortunam vincente animo; Rarioris etiam artificii cælaturas in pario marmore ab Augustino Busto Mediolanensi ad sepulcrum Gastonis Foxiensis effictas, & alia id genus Sculpturæ miracula, effusâ aded manu cœmit, ut in una tantum Deiparæ effigie, in Carariensi marmore à Marco Antonio Præstinario exculpta, bis mille nummum aureorum impenderit. Tantarum autem expensarum consilium id fuit, ut Academiæ hujus commodo inservirent, & qui ad eandem discendi gratiâ confluebant, peregrinari minimè extra Patriam deberent, ut præclara sibi ante oculos exempla proponerent, quorum imitatione studia artesque perficerentur. Aliud quoque Picturæ Sculpturæque beneficium præstitit, nocturnos hyeme, ac diurnos vere ac æstate conventus instituens, in quibus proposito nudi hominis corpore, juxta artis præcepta ad varias inflexiones accommodato, quisque ad vivum artus, musculos, venas describeret, in tabulas, aut marmora postmodum referenda; ne autem geminæ illius horæ intervallum, quæ manuum labori concedebatur, absque mentis fructu intercideret, eam indixerat legem, ut ab aliquo ejusdem cœtus, sacrarum præcipuè, historiarum lectio fieret; ita enim non tam animum utiliter pasci, sed multos etiam emendari posse Pictorum errores censuit, qui rudes ut plurimum ignarique rerum actarum, tempora resque omnes miserrimâ in tabulis licentiâ confundunt; quin immo librum ipsemet condidit, adjecto titulo *De Sacra Pictura*, ut muneris sui eximie hujus artis alumnos admoneret, doceretque regulas, quibus veritatem honestatemque rerum exprimentarum cum industris penicilli ac colorum elegantia jungerent. Cæterum etiam hæc Academia subsequentiis annis communem æreis quoque simulacris calamitatem passa est, ut videlicet paulatim decideret ac solveretur, exorto præcipuè inter Hispanos ac Gallos bello, quod nunquam absque bonarum artium scientiarumque vastatione grassari, tristes temporum omnium memoriæ testantur. Sed pace tandem inter æmula hæc Regna compositâ, revixit in Ædibus Ambrosianis nobile hoc institutum, anno MDCLXX. creatis juxta leges Conditoris Federici Conservatoribus, qui tantum opus urgerent, delectisque egregiis viris Antonio Busca, & Dionysio Busola, qui Academicorum agmen ducerent, cum primus penicillo, alter scalpro ea ætate principem in hac Urbe locum tenerent; forsque tam propitia cœptis arrisit, ut minimè dedignatus sit Dux Uzedæ Johannes Franciscus Pacechus ex Magnatibus Hispaniarum, Picturæ amantissimus, hujus Acade-

A miæ cœtui immisceri, nomenque suum cæterorum albo conscribere. Tam gloriosis initiis restituta hæc fodalitas, præscripta ad geminæ facultatis, Picturæ Sculpturæque, proventum exercitamenta usque ad præfens ævum deduxit, ejusque insigne elogium sunt pendentes è parietibus pictæ icones celeberrimorum Pictorum, qui Ambrosianam Academiam socialibus laboribus illustrare, nobilique corona ambiunt septum illud, quod delineando nudo Corpori inservit, incitamentum simul & gloria florentis adhuc Academicæ societatis.

B Novum insuper excolendis literis adjumentum, meditatus est Cardinalis Federicus, institutâ in Seminariensibus Lycæis Academiâ, cui ex conjunctione sapientiæ cum eloquentia, *Hermathenaica* nomen indidit. Ex hac enim publicum Urbi, ac Diocæsi emolumentum doctrinæ profluere posse non dubitavit, cum juvenes ibidem optimis disciplinis imbuti ad sacra ubique in Ecclesiis munera subeunda, absolutis studiis, designentur, & veluti lumina nitidioris sapientiæ, candelabris excelsioribus imponantur. Hinc anno MDCXIX. literarios Magistratus creavit, leges indixit, conventus ac lucubrationes statis diebus recitandas præscripsit, tanto cum fœnore semper vividius florentium ibidem studiorum, ut alterum veluti Seminarium excellentium ingeniorum in ipso Seminario conditum esse videatur. Refert illius vitæ Scriptor Rivola (b) hac nova institutione succrevisse in Seminariensibus claustris celerem aded copiosamque literarii fructus messem, ut cum Hospes aliquis aut dignitate, aut doctrina insignis Mediolanum divertet, illum statim Cardinalis Federicus ad hujusmodi Lycæa transferret, ratus nullum dignius oblectamentum exhiberi posse illustribus Viris, quam si Academicis exercitationibus tam egregiè eruditæ Juventutis interesse concederetur. Demum ut studia in hac Urbe, majori civium commodo foverentur, anno MDCXXX. gymnasia ipsa Philosophicæ ac Theologicæ facultatis, quæ Ecclesiasticis erudiendis adolescentibus in Seminario, Collegioque Helvetico à primis è Clero delectis Magistris pertractabantur, ad publicam utilitatem patere omnibus voluit; Quamvis autem Successor ejusdem Cardinalis Montius, alique Mediolanenses Antistites consultius inde censuerint, ad privatum tantummodo illic degentium Juvenum beneficium ea redonare; nihilominus peculiari Archiepiscoporum indulgentia semper in more positum fuit, ut ad illa intruendi admitterentur nobiliores quidam Ephebi, qui postremis hisce annis ad hæc Lycæa, veluti ad emporium solidæ literaturæ, frequentiores etiam accurrunt. Neque tunc quidem oblitus est Federicus promovendæ literariæ sollicitudinis in equestribus animis, quos probè noverat, potiori tum jure supra vulgi conditionem assurgere, cum sapientiæ ornamentis decorantur, quam cum naturæ dona tantummodo splendore natalium ostentant. Quocirca ut nobili juventuti quendam honoris stimulum injiceret ad capeffenda ferventiùs studia literarum, in Collegio ad eorundem educationem condito à S. Carolo Borromæo, Academiam erexit sub nomine *Perseverantium*, in qua variis amœniorum scriptorum generibus exercerentur, ipsoque è titulo discerent, non perfunctoriam operam libris dare, sed gloriosâ patientiâ obduratum ad labores ingenium in altum usque penitioris eruditionis doctrinæque apicem propulsare.

CA-

(b) Lib. 4. cap. 36.

C A P U T X I I I.

Academiae quampures, ac Gymnasia Seculo XVII. instituta.

TAm illustri praeunte exemplo insignis hujus artium scientiarumque Patroni, tantus eo seculo excitatus ubique fuit fervor studiorum, ut nimis arduum sit Literariae Reipublicae in hac Urbe incrementa referre, plenumque opus exposcat ingens celebrium virorum, doctorumque voluminum numerus, quibus illustratam peculiari supra ceteras Urbes laude se vidit haec Metropolis, auctusque uberrime fuit facultatum omnium cultus, censusque. Quod praecipue adnotandum est, certasse visi sunt gloriosa quadam contentione, ut ampliorem studiis Mediolanensibus campum aperirent, tres ii praclarissimi Religiosi Coetus, quorum apostolicis laboribus, exemplo, pietati, doctrinae plurimum splendoris sui debet haec Civitas, Patres nempe Societatis Jesu, Clerici Regulares S. Pauli, à S. Barnaba Apostolo Barnabitarum nomen sortiti, aliique Regulares Clerici, quos Theatinos passim appellamus. Primi siquidem, exiguum adhuc paratum literis patrimonium existimantes perenni eo, quod jam retulimus, liberalium disciplinarum scientiarumque magisterio, geminam Braydensibus gymnasiis Academiam addidere, quarum altera, *Animosorum* vocata, vividiorum in Juvenibus Rhetoricae ac Poeticae cultum amoremque succenderet; altera, *Arysoforum* dicta, gravioribus Philosophiae ac Theologiae studiis enixius evolvendis incitamentum praerberet.

Nec legnes fuere in occupanda hac gloria Patres Barnabitarum. Cum enim enata in hac Urbe foret inclyta eorundem Congregatio, nimis indecorum putabant, si deesse Patriae operam suam sinerent, viucique ab aliis paterentur solliciti conatus laude, in promovenda apud Cives suos cura studiorum. Itaque primo coepere privatis institutionibus Mediolanensem Juventutem ad literas erudire, ut Barrellius testatur (c). Dein cum fama eximii provenus ex hujusmodi magisterio profuentis Romam usque permeasset, Johannes Baptista Arcimboldus Mediolanensis Patricius, ac Clementis VIII. Cubicularius Clericus, pingues redditus legavit, ut ad publicum literarum beneficium in patrio Sancti Alexandri Collegio Scholae aperirentur; quod etiam praestitum est anno MDCIX. (d) solenni ritu, cum ad primam inauguratoriæ orationem audiendam convenerint regii Magistratus, universa Mediolanensium Procerum cohors, ac ipse etiam Cardinalis Archiepiscopus Federicus Borromæus. Floruere haec gymnasia, Rhetoricae tantummodo ac humaniorum literarum studiis designata, mansitque illis Arcimboldi nomen à primo Conditore, donec crescente optimi magisterii opinione & plausu, Patres ipsi spontaneo erga natale Congregationis suae solum amore excitati, anno MDCXXV. gemina Lycæa inferioribus grammaticæ rudimentis addidere, ac majora semper molientes superioribus quoque scientiis publicè excolendis Praceptorum copiam fecere, erectis quadriennio post cathedris Philosophiae, ac Moralis Theologiae, demum Scholasticis etiam facultatibus anno MDCXXXV. in id Collegium inductis. Qua in re perficienda ad utilitatem gloriamque Metropolis nostrae, quantum non modò nobilium sudorum, sed pecuniarii sumptus impenderint, absoluta sub finem hujusmet seculi magnifica & elegans Gymnasiorum structura oculis ipsis compertum facit. Frustra verò hic tempus prodigerem, si vel egregios discipulos, vel doctrinâ illustres ma-

Tom. I.

(c) *Memor. Istor. Tom. II. fol. 14.*
(d) III. Novembris.

A gistros, quos haec gymnasia excepere, congerere in has paginas vellem; id enim & patria monumenta, & vicens adhuc nostra ætate in hisce Lycæis florentissimus scientiarum cultus præclare docent. Accessit etiam hujusmodi studiis novum Academiae ornamentum, cujus eximia cum laude meminit Picinellus in suo Mundo Symbolico, quæque nomen *Ignitorum*, vulgò *Infocati*, accepit. Quantum verò in exordiis ipsis ibidem caleret erudita nobilium juvenum exercitatio, ex uno abundè discimus publico testimonio, oratione videlicet ab Antonio Rampono habita ac vulgata anno MDCXXXVIII. cum delectus in Academiae istius Principem fuit Guido Mazzenta, antiqua spectabili nobilitate progenitus adolescens, sed studiorum suorum gloriâ nobilior.

B Postremò Clerici Regulares Theatini, à S. Carolo in hanc Urbem investiti, ut optimis Instituti sui exemplis, veluti splendidum Sydus, Ecclesiam Mediolanensem illustrarent; cum omnia sanctioris vitæ, cultusque animarum experimenta dedissent, prodesse quoque literis studuere, excitata nobili Academia, cui ex laboribus impigrè obeundis in excolendo pertinacibus studiis ingenio impositum nomen est *Liboriorum*, italicè *Faticosi*. Primi, qui literarium hunc congressum meditentur, duo ex eadem Religiosa familia celebres viri fuere D. Jo. Baptista Rabbia, & D. Celsus Quatuorcasa, annoque MDCLXII. convenire coepit in Aula Cœnobii S. Antonii Academicorum cohors, quæ nobiliorum Procerum, ac ingeniorum flore constabat. Id autem sibi ex instituto statuerant docti Sodales, ut frequentibus eruditissimis sermonibus, Aristotelis Ethicam explanarent; quandoquidem verò Moralis Philosophiæ præcepta problematico semper argumento involuta proponebantur, Poëticis quoque ac Rhetoricis lucubrationibus libertas dabatur, ut expensa utraque parte, prout cuique ratio dictabat, amœnior animis fieret eorundem perceptio. Delectus est in Academiae symbolum marmoreus Obeliscus, cui ad æquilibrii scrupulum in-

C basi collocando ingeniosæ circum machinæ, ac fœnium plurimus ordo adhibetur, superposito lemmate *Hæc labor*. Crevit subinde Academiae hujusmodi splendor ex publico Civium plausu, ac Literatorum concursu, quorum præcipui, Lucas Assarinus, Alexander Perlasca, aliique plures præclari hujus coetus consortium expetivere. Quod tamen celebriorem eidem famam conciliavit, Comitiss Johannis Borromæi auctoritas fuit: Is namque & avita sanguinis nobilitate spectabilis, & summis in hac Urbe, Cæsaris nomine, muneribus gestis conspicuus, non tam benigno auspicio fovit, quàm præsentia suâ decorem literariis hisce auxit congressibus, dignus propterea, ut non tam primus Princeps, quàm Academiae Pater acclamaretur. Testatum reliquit Petrus Paulus Bosca (e) infedisse animo Comitiss Borromæi illustre hoc consilium, ut perenniori parando literis beneficio, augustum in eo Cœnobio Conclave substrueret, sed importuna mors obstatit votis optimi Mecœnatis, qui pro magnitudine animi sui, ac familiari Borromæis Proceribus erga Patriam magnificentia, maxima quæque menteolvebat. Nihilominus tam faustis initiis instituta *Liboriorum* Academia subsequenter annis in tantum adducta est splendorem nominis, ut singularè Mediolanensis Urbis decus fuerit tum Principatus majestate, quem felici successione purioris semper sanguinis Magnates gessere, tum Literatorum frequentia, qui nobilem invicem æmulationem acuentes, præclariore ingenii sui fœtus ibidem perpetuò edidere, plaudente Auditorum corona, atque in hanc Aulam, veluti ad gratissimas eruditi oblectamenti delicias capiendas, avidè procurante. Testem me quoque in hac re adducere valeo, cui benignè in hunc coetum admissio, è subselliis differere, ac recitare pluries datum est, eo cum fructu, ut cum vulgaria

D

E

(e) *De orig. & statu Biblioth. Ambros. pag. 160.*

de meo proferrem, peregrinas illas ex alieno penu doctrinæ merces colligerem, quibus semper ditior instructiorque redirem.

Alteram quoque Academiam vergente in occasum hoc seculo conditam reperimus, quæ licet institutionis lege, privatis tantummodo studiis inferviret, amplitudine beneficii ad integras Regiones extendebatur. Ea est, quæ *Hypheliomacorum* nomine etiam in præsentiarum donatur, suaque debet primordia magnificentissimo simul ac literarum amantissimo Cardinali Archiepiscopo Alphonso Littæ, cujus auspiciis erecta fuit in Collegio Helvetico. Cum enim Juventus ibidem degens optimis quibusque moribus, ac disciplinis imbuatur in eum potissimum finem à Sancto Carolo Conditore statutum, ut Rheticæ, Helvetiæque Ecclesiis, Hæreticorum viciniâ periclitantibus, egregii Ministri validique Propugnatores parentur, censuit vigilantissimus Præsul nunquam melius consultum iri Fidei animarumque defensionem, quam si Academicæ instituerentur concertationes, ad quas viriliter obeundas gloriæ stimulo excitati Pugiles scientiarum, earundem magisterio erudirentur ad bellum hostibus Catholicæ Religionis generosè inferendum, armaque inde caperent solidioris doctrinæ, quibus securius triumpharent. Propterea in Academicæ symbolum desumpta est imago Apollinis, Pythonem Serpente ferale sagitta congentis, ut ex poëtico illo commento quicumque in hac arena sub divino Sole militaret, veram edisceret artem, qua Sapientiæ telo armatus Hæresis monstrum prosterneret. Et sanè ex voto res contigit; tot siquidem strenuos bellatores Catholica Fides habuit, quot ejusmodi Academiam alumnos educavit, qui emenso studiorum curriculo in patriam redeuntes, veluti firmissima propugnacula contra hæreticas incursiones steterunt, tantoque vitæ ac doctrinæ splendore, ætate quolibet claruere, ut nulla hætenus circumfusa errorum caligo partem illam Rheticæ Helveticæque telluris, quæ sereno Catholicæ Religionis Cælo fruitur, ne modica quidem labe deturpare valuerit. Repetendas ex historiis relinquo illustres memorias eorum, qui postquam egregiè in Academica hac palæstra certaverint, ad præcipuas in iis Regionibus Ecclesiarum Præfecturas, ac etiam Insulas evecti, pro Sedis Romanæ reverentia Fideique integritate, aut facundia è rostris, aut è pluteo calamis gloriôsè pugnare; id unum innuens, nonnullos etiam ex hujus Collegii alumni, tanta strenuitate viguisse, ut proximo Martyribus loco, vitam pro Catholica Religione inter cruciatus posuerint, quemadmodum de Sondrii Archipresbytero Nicolao Rufca, Lavezzarius (f) narrat. Is enim Græcæ Hebraicæque linguæ peritissimus, cum privatis, publicisque disputationibus in oppido Tirani ac Plurii pro Fide Orthodoxa dimicasset, atque in ipsa pastoralis sui regiminis sede Academiam pro Catholicis condidisset, ut eam Seminario ibidem ab Hæreticis recluso opponeret, ferale adeò ipsorum odium incurrit, ut foedissimis circumventus calumniis, atque in iudicium raptus, dum asperrimè equuleo torqueretur, gloriosa morte occubuerit, æternam sibi ac Collegio Helvetico, à quo prima pietatis, & doctrinæ hauserat rudimenta, laudem concilians. Alias Academias tum hac ætate, tum superioribus Mediolanensi in Urbe institutas recensuit M. Johannes Jarkius in suo *Specimine Historiæ Academicarum eruditæ Italiae*, edito Lipsiæ anno MDCCXXV., earumque Elenchum inseruit primo volumini præclarissimi Operis, quod *de Italica Poëseos historia & ratione* typis nostris edendum curat Auctor eruditissimus mihi que amicitia conjunctissimus P. Franciscus Xaverius Quadrius; sed ne longa recitatione rerum earundem, quæ cominodè ab hisce scriptoribus peti possunt, Lectorem fatigem, ab iis in hunc Prodromum transferendis abstinui.

Ad studiorum Mediolanensium hoc seculo vigentium coronidem, non incongruum reor memoriam.

(f) In *Historia Italica Vallis Tellinae* lib. 3. pag. 125.

A innectere Scholarum, quæ *Marone* vocantur; Quamvis enim Grammaticæ, atque Arithmeticæ confinia minimè excedant, innatum nihilominus erga literas Civibus nostris amorem manifestius probant, ingenique scientiis superioribus adjumentum præstant, cum extricata à primis implicationibus latinæ linguæ involucris ingenia, ad altiora studia sponte sua succendantur, summumque incitamentum sit, laborantibus inopia præsertim discipulis, ut impigrè liberalium artium stadium aggrediantur, patens absque impendio crumenæ ad prima literarum elementa percipienda, gymnasiolorum frequentia. Porro eas postrema voluntate in tabulis descriptas, instituit Johannes Baptista Maronus, qui hæredes ex affe relinquens Patres Ord. Prædicatorum in S. Eustorgii Cœnobio degentes, eidem onus imposuit, ut erudiendis quinquaginta pauperibus pueris, eorundem placito deligendis, publicum aperirent gymnasium, quod etiam elapso post illius obitum anno, idest MDCLXVI. fidelissimè præstitere.

CAPUT XIV.

Seculi XVIII. pro studiis promovendis præclara meditamenta.

C PRæsens jam seculum ingredimur, quod quantum studiis omnibus favorabile, cultumque sit poliori quavis literatura, nemo non videt; cum nulla ferme Europæ Provincia reperiatur, quæ celeberrimis Academicis, Gymnasiisque non decoretur, tantusque ubique ferveat amor Liberalium disciplinarum, ut perductis ad apicem summæ nobilitatis scientiis, nihil propemodum à posteris solidioris gloriæ addi posse videatur, aureaque nunc verè literis ætas censenda sit restituta. Non caret hoc splendore Mediolanensis Civitas, quæ sicuti magnificentiam opulentiamque nemini invidet, ita nec Literarum, nobiliumque artium culturâ ab exteris vinci se patitur. Longum nimis foret, ac fortasse importunæ jactationis periculo plenum opus, insignium virorum præstantiam, qui omni scientiarum genere ad excellentiam exculsi in hac Urbe florent, commendare; referre gymnasia ad publicum studiorum proventum, optimis Institutoribus decorata; frequentes Civium concursus ad omnium ferme Religiosorum Ordinum Cœnobia, ut Rheticæ, Poëticæ, altiorumque disciplinarum nobilibus experimentis interfint, recensere; Bibliothecas denique enumerare, quæ elegantissimæ, ditissimæque non tam in sacris Cœnobitarum recessibus, sed in privatis etiam domibus, Nobilium præcipuè hoc ævo summa cum laude literarum curam gerentium, ad luxum usque instruuntur. Propterea calamo tantummodo persequar meditamenta illa Civium nostrorum, quæ illustriorem Mediolanensium studiorum famam apud æquos literarum æstimatores reddere valent, dignaque sunt, ut successuris ætatibus ad perennem patriæ gloriam, atque ingeniorum incitamentum, in exemplum proponantur.

§. I.

Equitum Academia.

E PRIMò igitur occurrit Academia, quam sub initium hujus seculi, idest anno MDCCII. excogitavit aperuitque nobilissimus Aurei Velleris Eques, & in Hispanorum Magnatum honores adscitus Comes Carolus Archintus. Animadverterat ille Nobilium indolem, ad magna enatam, sub primos quidem adolescentiæ ac juventutis annos, in Collegiis, vel publicis Lyceis eruditam, assidua studiorum exercitatione splendidum sui spectaculum facere; sed postmodum absoluto gymnasiolorum curriculo, vel subeuntibus domesticarum rerum curis, vel affluentibus pinguioris fortunæ commodis, ita sensim distrahi, emolirique, ut concepta scientiarum semina ociosè putre-

trifcant, totque vigiliarum laborumque fructus incuriosa quadam defuetudine evanescant. Cùm autem ipse constanti sedulitate, adultus etiam, coluisset, quas in primævo ætatis flore superiores hauserat disciplinas, Mathematicas videlicet, Philosophicas, Historicæ, Medicas, aliasque quamplures, quibus ad magisterii propemodum laudem mirè exornabatur; ut æquales suos ad tam nobile oblectamentum alliceret, literariam societatem proposuit, quæ solis Equestribus viris constaret; tantaque felicitate peracta res est, ut brevè invaluerit selectus ordo Nobilium, qui integram scientiarum omnium Academiam constaret. Designata subinde fuit doctis congressibus, (post vagè habitas aliis in domibus Academicæ exercitationes) capax Aula, quam prope Templum S. Antonii propriis in ædibus ex antiqua Oldradæ familia Domini benignè obtulere, ibique subsequenti- bus annis, in frequentissima illustrium auditorum corona, celebriora præclarissimi hujus institui experimen- ta edita fuere. Ne autem indigesta rerum farrago proferretur, quæ aures potiùs oneraret, quàm men- tem erudiret, provincias veluti suas cuilibet distri- buerat optimus Eques, peculiaria singulis sociis scien- tiarum argumenta proponens, prout ad quaslibet illa- rum proclivior illorum genius ferebat, hac lege statuta, ut cùm alternis habendis sermonibus proprii recurre- rent dies, unusquisque de sua tantummodo assignata liberali disciplina perpetuè differeret; alter Mathe- seos præcepta, & inventa recensens; militarem al- ter Architecturam illustrans; alii Philosophica prin- cipia, & experimenta, aut naturalem historiam ex- ponentes; alii Italæ poëtices initia & vicissitudines, Regnorum ac Gentium primordia & mores, geo- graphica confinia, atque his similia explicantes; omnium autem hæc una erat cura, ut solida funda- menta statuerent, varias auctorum opiniones expen- derent, difficultates diluerent, seriemque rerum, quas dilucidarent, ad fanæ critices lancem vocan- tes, à veterum præjudiciis, ignavique vulgi falsa credulitate liberarent. Ita enim, & qui dicerent, non ex cortice tantùm, sed profundè in medullas ip- sas descendentes, dignos vero Sapiente sermones pro- ferebant, & qui audirent alieno proficientes studio ad scientias intimè possidendas sensim ac placidè per- ducebantur. Inter alias leges, quæ ad hujus Acade- miæ splendorem, ac perennitatem curandam statuta sunt, peculiaris ea fuit, ut præter aliarum morem, nulli unquam ex Sociis Principatus honos deferretur, nec literarii crearentur Magistratus, sed unus tan- tummodo à Secretis deligeretur, qui communibus ac- ceptis votis, publico nomine, Sociorum placita, atque Acta signaret. Optimi autem decreti condendi ea- mens fuit, cavere, ne ulla ambitiosæ æmulationis la- bes in hanc Societatem sensim irreperet, violaretque sincerum studiorum amorem, quem unicè in sode- lium animis regnaturum, sublata hac cura persæpe- iansensa concordia, sibi pollicebatur prudentissimus Institutor. Altero quoque decreto cautum est, ne ullus ad Academicos congressus admitteretur, nisi qui fidem suam recitationi obstringeret, & in futuris saltem conventibus pertractanda scientiæ alicujus ar- gumenta susciperet; alienis siquidem dictis obrecta- re facilè solet, qui ociosus tantummodo auditor in- tervenit, nec obnoxias paris criterii censuræ è do- mestico promptuario literarias merces unquam educit. Præterea, ne librorum egestate Academici labora- rent, aut in iis comparandis largiores sumptus in- sumere cogerentur, regio planè animo, propriis in- Ædibus Bibliothecam intruxit, elegantissimis scri- niis, ac plurima christallo nitentem; quodque pre- tiosius est, selectissimis omnium disciplinarum volu- minibus, antiquis recentibusque opulentam, hoc unum ferme sibi propositum statuens, ut commoda- ac digna nobilium Academicorum studiis Aula para- retur. Ultra sexennium florentissima hæc vixit Aca- demia, quæ publica quidem fuit, si ordinem Eque- strem spectemus, cùm cuilibet ex nobilibus accessus pateret, qui nomen huic Instituto dare vellet ejusque

A leges profiteretur, sed nullos præterea admittebat li- cet doctissimos, quos hæc illustrium natalium con- ditio non honestaret. Mens quidem erat præstantissi- mo Literarum Mecœnati Archinto decursu tempo- rum, cùm altas jecisset radices nobilis hæc studio- rum exercitatio, uberrimi proventus, qui inde flue- bat, beneficium latius extendere; sed bellorum in- nostris regionibus strepentium fortuna, cœpta simul & spem omnem ita rescidit, ut nihil præter deside- rium adeò decoræ, proficuaque patriis studiis insti- tutionis remanserit; cùm enim reducto ad Austria- cam domum Mediolanensis provinciæ dominio, ipso- que Cæsare, atque Augusta Uxore in Urbem no- stram felicissimè investis, universa Procerum cohors necessariis erga Principes suos officiis occuparetur, pluresque illorum varia in remotas plagas tum itine- ra, tum munera suscepissent, paulatim dissolvi cœ- pit illustris iste confessus, solitoque magnarum mo- lium infortunio, nemine reparante, tam nobilis Aca- demia memoriam solummodo suam gloriosè osten- tat.

§. II.

Arcadum Mediolanensium Colonia.

C FELICIOR fors obrigit Arcadum Colonia, quam an- no MDCCIV. in hanc Urbem deductam selectus semper nobilium Pastorum Chorus implevit, tanto- que plausu ad plures annos prosequuta est Civitas no- stra, ut Musas ipsas agresti illorum avena canentes audire videremur, doctusque is cœtus inter præci- pua inclytæ hujus Metropolis decora numeraretur. Nemini ignotum reor quantam sui famam excitave- rit Romana Princeps Arcadia, quantusque ubique fervor eruditas mentes inceserit, ut acceptis inde legibus, placitisque, sociam quisque in patrio solo Arcadiam statueret, cùm ea de re integros annales condiderit primus ejusdem custos Jo. Marius Cre- scimbenus, & plura jam volumina consensit illustrium Arcadum vitæ. Gloriam hanc desiderari diutius in- Urbe nostra noluit Jo. Antonius Mediobarbus è do- ctissima Clericorum Regularium Somaschæ Familia, vir apud nos memoriæ immortalis ob eximias tum sanguinis, tum ingenii dotes, omnigena eruditione- florentis; præcipuè verò ob procuratum auctoritate, exemploque suo studiis Mediolanensibus præclarum- hoc ornamentum. Redierat ille in patriam è Pari- sienti regia Urbe, onustus amore ac laudibus cultis- simæ illius nationis, apud quam degens illustria vivi- dæ indolis suæ in re literaria experimenta ediderat. Ut enim reliqua fileam, excitandæ admirationi, pro- bandoque ingenio satis fuerat una ea panegyrica- Oratio ad Ludovicum XIV. Regem Galliarum, quæ antiqua & celebriora Romanorum Cæsarium numis- mata in unius ejusdem Magni Principis laudem infle- ctens, colligensque, digna visa est, ut tribus lin- guis excusa, Latinâ, Gallicâ, Italicâ anno MDCCIII. Parisiis vulgaretur, ipsumque Regem Commendato- rem promeritus fuit, qui ad præsentius dignationis suæ testimonium, Mediobarbum summis honoribus excep- tum, liberali quoque munerum largitione donatum- ad nos remisit. Itaque statim ac ille Mediolanensi solo restitutum se vidit, agitare animo consilium- cœpit, ut strepens per Italiam Arcadiæ nomen sedi- bus nostris inferret, duoque in promptu fuere præ- clari focii ex eadem Somaschensi Congregatione-, quæ ferax semper fuit insignium religione non minùs, quàm literarum gloriâ virorum. Alter illorum, nem- pe D. Joseph Maria de Comitibus, maximo bonorum omnium luctu citius è vivis ereptus est; alter D. Jo- seph Maria Stampa, severioribus simul Mathemati- cæ, atque amœnis historiarum, & Rhetoricæ stu- diis intentus, felicissimi ingenii sui promptitudine, diu Equitum ac literatorum hominum delictum fuit, donec & ipse communem mortalium legem expleret; uterque tamen libris jam editis immortalem sibi apud posteros comparavit nominis famam. Nec arduum fuit ex Nobilium ordine reliquos socios adfi-

adficere, qui datis nominibus literariam hanc Coloniā non tam statuerent, quā illustrarent; Primores siquidem viri jam ex ingenito amore ad studia propensi, tanta alacritate arripere oblatam opportunitatem exercendi purioris eloquii, tum soluta oratione, quæ solet eruditus hujusmodi confectibus pro ludium facere, tum constrictis ad leges, numerosque Italicæ, Latinæque poëtices variis lucubrationibus, quas singuli Pastores stato ordine expromebant, ut illico florentissima surrexerit Arcadum Academia, nemini ex ceteris per Italiam sparsis, nobilium carminum gloriā, concedens. Diu per varias Equitum domos peregrina erravit erudita istiusmodi cohors, in Trivultii Principis Palatio primū excepta, dein ad Comitum Montii, Equitis in literis versatissimi, Ædes, atque aliò commigrans; cum æmulis quisque officiis ad se pertrahere honorem eximium studeret, ut proprii lares amœna sedes fierent Arcadicis locis, & gratissimo universæ Urbi illorum cantu propemodum consecrarentur. Postquam verò Comes Carolus Pertusatus, (nunc Mediolanensis Regii Senatus Præses dignissimus, Magnūque Cancellarius) per omnem ætatem bonis artibus impensissimè deditus, non tam Bibliothecam nulli ex privatis secundam, sed domesticum quoque viridarium eā condidit magnificentiā, quæ Principem etiam deceret; cum quæsi à remotissimis oris selectissimi flores aut per areas distributi, aut in elegantibus vasculis collecti, perpetuum ferms ver conferrent, fixæque solo proceræ Cedrorum arbores, tutæ rideant hyemis inclementiam, mobili domo conclusæ, quæ, rigente nivibus tellure, amœnissimæ aulæ speciem refert, eluditque præclaro spectaculo horrorem frigoris ambientis, Arcadum Colonia se se in id domicilium recepit, & hyeme quidem in aula superiore domus, celebriorum Pictorum tabulis, circumquaque ornatā; cum verò indulgentior aër amœnissimi Loci libertatem faceret, sub frondenti tecto, quod serpentina per arcus ad artis disciplinam arbuta contexunt, pastorales cantus edebant, suumque Tempe, ac Thessalos campos invenisse ibidem arbitrabantur. Quæ foret egregii hujus cœtus fama, quæ scriptio elegantia, qui concursus celebriorum ex omnibus Civitatis ordinibus virorum, cum colligendæ ad literaria exercitamenta Arcadicæ societatis rumor vulgaretur, ita unicuique Mediolanensium Civium ex recentissima memoria compertum existimo, ut iisdem enarrandis frustra calami laborem prodigerem. Id unum in hoc spectabili congressu dolendum erat, quod quæ auribus jucundissimè insonabant castigatissima carmina, & sermones, hæcenus oculis denegentur; universa siquidem, quæ typis dignissima exaravere Arcades nostri, ita modesto hucusque silentio pressere, ut præter aliorum Arcadum morem, quos liberaliores ad præla ornanda videmus, nihil in publicum prodire permiserint, vixque ab illis extorserit hoc communibus desideriis solamen natus olim Augustissimo Cæsari Infans Leopoldus: piaculum siquidem censuere, si privatæ tantummodo ædis angustiis plausus suos tunc concluderent, cum ob lætitiæ magnitudinem extra se rapta Civitas universa, festivorum ignium ac sacrarum supplicationum frequentia, amorem obsequiumque suum Austriaco Principi testaretur. Ex hisce tamen poëtice lucubrationibus, quæ Arcadiæ Mediolanensis nomine excusæ sunt anno MDCCXVI. metiri quisque poterit, quā ingenioso expolitoque ad omnem perspicuitatem, aureæque ætatis invidiam stylo exercentur hujusmodi Academia. Addere id præstat, tam præclaram denobilissimo hoc cœtu opinionem doctis viris infedis, ut P. Thomas Ceva è Soc. Jesu, vir, cum viveret, summa apud nos auctoritatis, scientiarumque ac Poëtice laude clarissimus, edendam celeberrimi Poëtæ Francisci de Lemene vitam, novis ejusdem laboribus auctam, Mediolanensium Arcadum Colonia nuncupaverit, egregios ipsorum conatus, ac singularia in Patriam merita, panegyricā Epistolā immortalitati commen-

A dans. Seriem illustrium horum Sodalium in libri sui fronte laudatus Ceva descripsit; Pastorale verò nomen, pro Arcadiæ more, singulis attributum, unā cum peculiari Symbolo Mediolanensis Colonia, Johannes Marius Crescimbenus in universa Arcadum, & Coloniarum nomenclatura recensuit. Ceterum etiam hæc nobilis ingeniorum exercitatio ferale suas vicissitudines passa est; fervente namque Gallicis primū militibus Insubrico solo, dein tota bellicis tumultibus Italia strepente, ad graviores curas evocati Proceres Civesque, silentium Musis indixere, donec reddita turbidis hisce annis optatæ pacis serenitate, copia fiat Arcadiæ nostræ Pastoribus fistulas liberius inflandi, festivisque iterum cantibus resonet amœnus ager & aula benignissimi Mæcenatis.

§. III.

Societas Palatina.

B
C
D
E NOVUM aliud hoc seculo Mediolanensibus studiis decus, & incitamentum contulit Palatina Societas, quæ anno MDCCXXII. coaluit, Sodalesque numerat non tam præclara sanguinis nobilitate, quā Ecclesiasticorum ac Civilium munerum splendore conspicuos. Statuendo huic literario congressui occasionem præbuit celeberrimus Ludovicus Antonius Muratorius, qui dignum quidem omni laude Opus capaci mente conceperat, sed quod magnitudine ac arduitate sua non modò ancipitem felicitis exitus spera detinebat, verum etiam deterrere videbatur, ut ipse met per Epistolas mihi non semel significavit. Dolebat vir clarissimus, solam Italiam Literarum matrem carere gloriā illā, qua exteræ ferme omnes nationes, inclementius etiam Cœlum sortitæ, fruebantur, ut videlicet collectos in unum corpus rerum suarum Scriptores publicis jam typis donatos viderent. Præcipue cum ab exciso Romano Imperio sub Augusto, usque ad instaurata apud nos studia seculo XV. intermediis temporis historicam seriem alta nox occupet, rarusque admodum Scriptor occurrat, qui densæ tot annorum caligini dissipandæ, atque educandæ in lucem veritati, opportunam præferat facem. Ut igitur hoc à Literis longævum infortunium amoveret, rem grandem meditatus est, mille nimirum annorum historiam, à cœvis Scriptoribus tum editis, tum manuscriptis petendam; ita enim non tam depelli posse censebat incuriosam incertiam, qua circa res gestas superiorum ætatum hæcenus laboravimus, sed uberem quoque eruditus omnibus campum recludi, ut de ignotis huc usque, aut implexis inextricabili ferme difficultatum nexu eventibus bellorum, Urbium, Principum, securè differerent, cum non ex rivolis tantum haurienda veritas foret, sed fontes ipsi exhiberentur, testimonia videlicet eorum, qui aut præsentibus, aut proximi ætate, quæ oculis auribusque suis fideliter exceperant, sincera narratione ad posteros transmissere. Verum quis tanto labori auxiliares manus præstaret; quis vadem se præberet immanium sumptuum, quos edenda in publicum tot voluminum moles absorbere procul dubio debuisset? Quod pertinet ad rem literariam, maxima jam ex parte diligentissimè Muratorius exegerat, susceptis per Italiam longis itineribus, ut insignes Bibliothecas evolveret, & celebriora lustraret Archiva; quin etiam amicorum fidem ad illustrem hanc spartam adjuvandam repetitis literis sollicitavit. Minora tamen omnia hæc videbantur, quā quæ posceret rei amplitudo, ut dignum Literariæ Reipublicæ expectatione, ac desideriis opus prodiret. Unus enim ipse tot aliis munerum suorum curis distractus, nec satis firmæ valetudine utens, minimè se parem credebat exhaustæ tam vastæ provinciæ, cui ut pro votis responderet, necessarium erat pingue ocium, & patientissimus labor, tum in conferenda cum antiquis codicibus

cibus veterum auctorum serie, delectuque habendo variarum lectionum; tum in comparanda nova manuscriptorum supellectile, quibus expiscandis illustrandisque celerior exigebatur sedulitas, ne ad tœdium usque eruditorum, in longum senium editio protraheretur. Bono autem omine effectum est, ut Cl. Philippus Argelatus, literariæ Reipublicæ summè meritis, mihiq̄e singulari amicitia conjunctus, Mediolanum adventaret. Re siquidem cum Patriciis literatisque viris communicata, obex omnis evanuit, difficultate ipsa alacritatem inspirante, ut dignum Mediolanensibus animis opus aggredierentur. Statuta itaque est literaria Societas, quæ opibus simul & ingenio magnæ huic editioni absolvendæ infudaret; indicta peritis artificibus cura, ut in Urbe nostra nitidissimos funderent characteres; quæsitum denique Augustissimi Cæsaris Caroli VI. patrociniū, ut pretium labori auspicii majestas augetet. Et sanè tam grata fuit Austriaco Imperanti sapiens ista Equitum Mediolanensium sollicitudo, ut pluribus clementissimæ Beneficentiæ muneribus donatam eorundem typographiam, fixo insuper domicilio collocandam mandaverit in ipso Regio Ducalique Palatio, unde etiam *Palatina* nomen Societas ista desumpsit. Nec minoris momenti lætitia fuit, qua se perfusum sensit ex insperato hoc nuncio Muratorius ipse, qui animos illico resumens, manuque impigra calamum stringens, adornandæ tot seculorum historiæ totum se contulit. Non aliis verbis id referendum existimo, quàm quibus idem vir Clarissimus rem totam enarrat in præfatione, Operi universo præfixa, ita prope finem professus: „ Atque hîc res poscit, ut tandem explicem, cujus beneficio tot historiarum editionem, „ tantamque voluminum molem literario Orbi polliceri, ac tradere cœperim; quod etsi extra Italiam minimè rarum sit, certè in Italia rarissimum „ non injuriâ dicendum est. Dicam ergo: hos animos mihi fecit & facit illa mea, amplissima illa, „ mihiq̄e velut altera patria summè dilecta Urbs, „ ubi adhuc *antiqui*, hoc est aurei, mores ab Ausonio ante tot secula laudati vigent, inclyta Infusum Metropolis Mediolanum. Illa nempe, quæ „ me juvenem amplexata est, amavit, & honoribus „ auxit, eadem & nunc me ad illustrandas Italicas „ antiquitates currentem, juvandum suscepit. Vix „ enim à Philippo Argelato Bononiense, qui primus „ novit, & avidè excepit, ac deinde totis lacertis „ promovit, illud allatum est consilium meum, quum „ continuò exarserunt Nobiles ii viri cupiditate, præstandi tam insigne beneficium literis, & subinde „ neque diligentia, neque pecuniæ pepercerunt, ut „ publicum bonum, mecum inito fœdere, non solum „ apud Italos, sed & apud remotas gentes propagarent. Neque id mirum; nam in præclarissima „ illa Urbe, nostris potissimum temporibus, complures „ Cives nobilitati generis, amorem & peritiam literarum singularem conjungunt; cujus rei luculentum specimen, ut spero ac ominor, futura est „ apud præsentis & posteris, eadem hæc per ipsos „ procurata insignis editio. Nunc autem eorum nomen aperiendum foret, singulisque reddendæ essent gratiæ, & totius quidem Literariæ Reipublicæ verbis: verùm quæ illos modestia ornat, meo „ quoque calamo compedes hætenus iniecit; quos „ tamen si quando frangam, ignoscent illi, quòd „ hanc unam viam rependendi aliqua ex parte beneficium mihi penitus ereptam noluerim. „ Hucusque Muratorius, non modò ob præclara ingenii ornamenta, verùm etiam ob gratum candidumque animum eximie laudandus; Quid autem nobilium curarum ac literarii laboris impenderit Palatina Societas in hac perdifficili instituenda editione, alieno pensandum judicio relinquimus, ne domestici testimonii laudem proferentes, nostra plus æquo jactare videamur. Plura recensuit in prævia sua ad universum opus Epistola Philippus Argelatus, uberiora intulit in suam *Specimen Historiæ Academicarum eruditæ*

Tom. I.

A *Italia*, editum Lipsiæ anno MDCCXXV. Johannes Jarkius; reliquam diligentissimam curam, quæ socios nostros in dies exercet, ut plenior illustriorque ad Eruditorum manus editio ista perveniat, prodeuntia in lucem felici successione, & summo excepta plausu per omnes Europæ nationes, ipsa exemplaria, quæ ad triginta quinque volumina excrevere, satis superque loquuntur. Cæterùm tutò, ac citra invidiam, affirmare possumus, ex quo ars typographica in Italiam penetravit, nullum magnificentius ac studiis excitandis opportunius opus è prælis nostris produisse, totque expensis, vigiliisque strenuè susceptis in hoc parando publico beneficio, datum fuisse à Mediolanensibus Palatinis Sociis illustre exemplum, ut Itala natio sui tandem meminerit, natumque ad magna quæque tentanda ingenium exercens, transmarinarum gentium solertiam in literis æmuletur, nec sibi inuri ab exteris probrosam hanc notam patiat, quòd ab Archivis, Bibliothecisque nostris pulverem decutiant peregrinæ tantum manus, & pretiosis eruditæ antiquitatis spoliis in remotas oras translatis typos suos ornent, gloriam sibi divitiisque, ex ocio ac negligentia nostra comparantes.

§. IV.

Alterum Nobilium Collegium.

C Singulare quoque elogium sibi hac ætate promeriti fuere Clerici Regulares S. Pauli, in S. Alexandri Cœnobia degentes, qui rem moliti arduam sanè, sed quæ hujus Metropolis gloriam, & Literarum studia summoperè amplificaret, eandem totis lacertis non tam promovere conati sunt, verùm etiam absolutam summa cum laude reddidere. Florebat in hac Urbe Collegium Nobilium sub disciplina Patrum Societatis Jesu, equestrium omnium artium ac scientiarum exercitatione cultissimum; tantaque erat apud nostros, exterisque opinio egregii Magisterii, quo ibidem nobilis juvenus ad solidiora quælibet pietatis, & studiorum præcepta informabatur, ut illuc undequaque confluerent illustrioris sanguinis adolescentæ, vixque sufficerent capaces Aulæ excipiendis, qui ex universa properabant Italia, præclaris Akimnis. Censuere itaque Patres, Barnabite appellati, gratissimam inclytæ huic Civitati operam se navaturos, si alterum Nobilium Collegium recluderent; ita enim & uberius commodum instituendæ equestri juventuti parari, & celebrius nomen Mediolano fieri posse arbitrabantur, gemino ad nobilium educationem hîc vigente Athenæo, quod, si unico decorentur, reliquæ Urbes in eximie gloriæ argumentum traducunt. Quin etiam spes erat fore, ut utriusque Collegii adolescentæ, acti honoris stimulo, quo nihil validius ad inflammandos Equitum animos, æmulo in studiis, bonisque artibus fervore incalcescerent, ne contentione ac fructu laborum palmam invicem concedere viderentur. Comparatæ propterea sunt anno MDCCXXIII. ædes proximæ Sancti Alexandri Templo; jacta insignis Ædificii fundamenta; collectæ, distributæque in classes Nobilium juvenum turmæ, tam prospero eventu, ut Indi annis in modum, quem statim ab initio aquis ditissimum fluere Plinius admirabatur, vix ullam hoc Collegium infantiam persenserit. Accessit augendo illius splendori propitia Augustissimi Cæsaris Caroli VI. clementia, qui egregiis Clericorum Regularium S. Pauli conatibus Patrocini sui decorem indulgens, effecit, ut honoris gratiâ Collegium istud *Imperiale* appellaretur, adscriptique eidem Nobiles juvenes aureæ Aquilæ signum pectori affixum gestarent. Quis autem artium ingenuarum cultus, quæ in studiis fervida exercitatio, proventusque eximius in tam modico annorum numero, novæque ista literarii curriculi arena succreverit, enarrare minimè est opus, cum Soli præ-

præferre facem id foret, tota plaudente Urbe publicis experimentis, quæ vivida ea juvenus ferme per singulos menses confluentium Equitum, ac Sapientium virorum oculis præbet. Omittere nequeo, beneficium illud, quod superius innuimus, ex voto contigisse, ut videlicet æmulatione studia nobiliter incrementum acciperent; dum enim recens hoc Equitum Collegium comparandæ sibi famæ infudaret, vetus alterum conservandæ partæ jam gloriæ adlaboravit; utque publicum specimen daret peculiaris in literis institutionis, anno MDCCXXVIII. Alumnum produxit, Comitem Antonium Joseph Rezzonicum de Turre Novocomensem, qui integram Academiam in se uno colligens, pollicitus est ex tempore se responsurum cui libet interroganti de sacra, profanaque historia antiqua & recenti, genealogica Principum serie, Chronologicis Epochis, ac universa terrarum Orbis Geographia: nec promissis defuit, pluries in arenam descendens, variique generis dubia inexpectatò propofita evolvens, nondum quatuor lustrorum adolescens, admirantibus omnibus facilis eloquii nitorem, ac portentum memoriæ inclamantibus, quæ tot implicatis diffitisque rebus enodandis præsentissimam se ostendebat.

§. V.

Academia Clelia initia & leges.

Claudite hanc dissertationem literarium aliud institutum, quod licet vitio temporum informe adhuc sit, gratum nihilominus memoremque animum posteritatis meretur, cum ad instaurandam augendamque in Urbe nostra scientiarum, & Mediolanensis nominis gloriam conspiret, plausumque sibi nominis, quam admirationem, peculiari hoc titulo vindicet, quod à Fœmina sexum suum vincente meditarum, incœptumque fuerit. Celebre per universam Europam nomen est Comitissæ Cleliæ Grillæ Borromææ, Hispaniarum Magnatis, quæ aviti generis claritati, doctrinæ omnigenæ splendorem necens, in præsentis ætatis miraculum trahitur. Linguas siquidem non domesticas modò, Etruscam, Latinam, Hispanicam, Gallicam, Anglicam, Theutonicam, sed exoticas quoque, Arabicam præcipuè, callens, eò studiorum suorum nobilem curam adduxit, ut amœnioribus omnibus disciplinis excolta, Rhetoricâ, Historiâ, Geographiâ, Philosophiâ, in abstrusiores etiam Mathematicas scientias, Geometriam, Astronomiam, Arithmeticam, Algebramque, capacem mentem invexerit, atque una hæc illi deliciis omnibus carior voluptas fiat, continentes diei noctisque horas aut sapientium virorum colloquiis, aut eruditæ Læctionibus, & calamo detinere. Hinc frequens ad illius ædes fervet concursus non tam literatorum Civium, quam exterorum, quorum nonnullos ab ultima Saxonia profectos egomet audivi, nihil in hac Urbe, tot insignibus monumentis referta, enixius requirentes, nisi ut ipsam inviserent. Frequentius est epistolare cum remotis Urbibus commercium, cum celeberrimi quique Literarum cultores per Italiam, Gallias, Angliam, Germaniamque, ad illam mechanica inventa, experimenta philosophica, problemata mathematica, veluti ad oraculum dirigant, eamque certatim ambiant Mæcenatem, ejusdem nomini edenda in lucem volumina inscribentes. Sileo eximia ornamenta ingenii animique, quibus abundè adeò insignitur, ut qui illius consuetudine familiaris usi sunt excellentiores quoque Sapientia viri, candidè fateri debuerint, præclaris ejusdem dotibus non æquari modò publicam famam, sed vinci. Ad ipsius autem laudem immortalem id unum sufficit, quod magnis ausibus, & regio planè animo, ut superius innuebam, Mediolani tentavit. Ferre non po-

Aterat Matriona magnanima instructissimas scientiis omnibus Academias florere tantum in longinquis regionibus, Parisiensem, Londinensem, Berolinensem, immo nec deesse in Italia ipsa gloriosa hujusmodi exempla, Florentiæ, Pisis, Bononiæ, ubi depulsa superiorum ætatum ignava credulitate, ignis, atque aër ad trutinam revocantur, Arborum Seminumque anatome instituitur, genuina Insectorum origo indagatur, aliaque id genus naturæ arcana, hæctenus altè involuta caligine, repetitis experimentis improbo labore, atque expensâ peractis, in lucem felicissimè producuntur; Metropolim verò istam, olim cultiorum disciplinarum Matrem ac Magistram, illustribus hisce studiis carere, rubiginemque ingenii affundi, non penuriâ ingentium virorum, sed Mæcenatum raritate, qui propitia manu jacentes Literas erigerent, foverentque. Cogitavit itaque Borromæis in Aëdibus florem ingeniorum colligere, ac physicis præcipuè experimentis edendis operam dare, parata pinguem omnem censum, quem ad muliebris Mundi sui pompam instruendam quotannis reciperet, in usus literarios liberali sumptu profundere. Nec ulli diligentia, aut invitamentis pepercit, ut huic Academiae gloriosa donaret initia. Habito siquidem pluries cum Civium nostrorum doctissimis erudito congressu, è Patavina quoque Urbe evocavit celeberrimum virum Antonium Vallisnerium, qui utpote naturalis historiæ peritiâ hoc seculo facile Princeps, vix credi potest, quantum contulerit excitando hujusmodi studio, cum nova semper in dies proponerentur rerum examina, inter quæ prætereunda non est anatome Viperarum; illius namque sedula indagine explorari contigit, quænam foret acerrimi veneni sedes; an per intimos dentium tubulos in contactum, morfu sanguinem virus deflueret, ut nonnulli opinati sunt, quos refellit celeberrimus Franciscus Redi (g), afferens nihilominus à summa radice ad extremum aculeum vacuos verè intus esse Viperarum dentes, quod tamen crebris initis observationibus, admotisque etiam exquisitissimis cristallinis lentibus minimè nobis compertum fuit; quin immo contrarium potius innouit, cum pluries instituto diligentissimo examine, nullus unquam interior meatus occurrerit, solaque proximior radici pars patens reperta fuerit, solida crassitie reliquum occupante. Inquirere item peculiare studium fuit, qua celeritate percussi hoc veneno Pulli interirent, aut infuso statim per vulnus antidoto convalescerent; recisane capita viperarum veneficam vim servarent perimendi, quos compressis casu, aut industriâ dentibus pupugissent; quo temporis intervallo obirent viperæ ipsæ ad ferales sibi invicem morsus inferendos incitatae; num exclusi ovo, sed adhuc inclusi matris utero viperei fœtus insutum à natura exitiale virus foverent; eucti enim ferro, atque ad morsum Pulli confestim adacti, laceravere quidem cutem, sanguine elicito, sed citra mortem fauciati animalculi. Hæc atque alia quamplura in frequenti sapientium corona agitata fuere, quæ, si propitia cœptis fors arridebit, dissertationibus illustrata in publicum proferentur. Neque minor fuit Historiæ cura, in qua mihi ipsi non semel honos delatus est, propofita dubia de antiquitate Genealogiarum illustrium, ac Regnorum titulis integra oratione exsolvendi. De Mathefi verò frequentissimè ibidem pertractatum est cum præcipuis hujus scientiæ luminibus Thoma Ceva, & Hieronymo Saccherio è Societate Jesu, aliisque peritissimis viris tum in hac Urbe degentibus, tum è remotis regionibus itineris gratiâ huc adventantibus, quorum nemo est mathematicis disciplinis insignis, qui ad Comitissæ Cleliæ Borromææ domum, tanquam ad Athenæum Sapientia, doctos habiturus sermones non confluat; quin etiam recentissimè è Venetis oris accersivit egregium Mathefis Professore Johannem Cribellum Somaschensis Congregationis, eumque domestico exceptum hof-

(g) Tom. II. edit. Venetæ anni 1712. pag. 34.

hospitio diu magnificè fovit , ut ejusdem doctrinâ , editis libris Italiæ jam notâ , propius largiùsque perfrueretur . Attamen tot laboribus , industriis que nondum obtentum est , ut perennis ea statueretur Academia , quæ vastam tantæ Dominæ mentem imple-ret . Cùm enim , qui eidem componendæ selecti fue-re insignes doctrina viri , aliò ut plurimum officio-rum suorum urgentibus curis proficiscantur , rarò admodum haberi queunt Academici congressus , quos singulis hebdomadis ter cogendos excelsa Institutrix designaverat , itaut altera dies Philosophicis exami-nibus , altera Historicis , Mathematicis alia inter- viret ; hac enim ratione genio cujuscumque , non om-nia pari jucunditate excipientis , satisfieri posse faci-lis arbitratur . Præterea rerum parandarum sar-rago , ac copiosa supellex instrumentorum , quæ ad Astronomicas observationes , & experimenta tum- physica , tum mathematica , accuratissimum præsen-tis Seculi studium exposcit , absolvendo huic nobili Instituto moram non levem iniecit ; cùm tanto con-festum instruendo apparatusi minime par foret privatæ fortunæ opulentia , nec digna putaretur Cleliæ Bor-romæ animo Academia , quæ ceteris per Europam sparsis videre posset commodum Scientiarum . Inter-im adhibitis in consilium Sapientibus viris , Antonio præcipuè Vallisnerio superius laudato , digestæ leges sunt , regulæque statutæ , ut cum splendore ac fru-ctu studiorum prodire aliquando in publicum queat Literarium hoc institutum ; nec abs re erit eadem- hic per compendium referre , cùm Academica hæc Respublica , antiquæ Romæ in morem , suas quo- que XII. tabulas in hunc modum condiderit .

I. Admittendi in hunc Coetum , præter natalium honestatem , conspicui erunt aut scriptis jam vulga-tis , aut novis inventis ingenique raritate , curetur-que præstantia , non numerus sociorum .

II. Literarii congressus bifariam dividantur , in- publicos , privatosque ; hi postremi frequentius habe-buntur , rariùs primi , sed ea soliditate doctrinæ , quæ majestatem spiret , animosque instruat , non- inani verborum pompa auribus tantummodo blan-diatur .

III. Argumenta in congressibus petraçtanda ex omni Scientia , atque Arte liberali peti poterunt , ea tamen conditione , ut coctam recoctamque cram-bem minime apponant , sed in iis versentur , quæ novitate , aut Rei , aut Illustrationum amplificare- valeant studiorum proventum ; nec multum intererit Mathematica ne sint , an Mechanica , Physica , Bo-tanica , Medica , Anatomica , Chymica , dummodo quod proponitur , alieno labore exhaustum non sit , lucique publicæ jam donatum .

IV. In iisdem exponendis liberum erit uti Lati-na , aut Italica lingua , sique placebit , etiam Araba , Græca , aliisque cæterarum Nationum , quarum stu-dium Academicis ignotum prorsus non fuerit . In- votis tamen foret , ut Italica præferretur , ne vinci amore ac cultu nobilissimæ hujus linguæ videamur à Gallis , Anglis , Germanis , non secus ac olim- Græcia , Latiumque , certatim curantibus , ut natus illorum sermo longè latèque protendatur .

V. Cùm præcipuus hujus Academiæ scopus sit augmentum Scientiarum Artiumque nobilium , per- petuo exilio inde arcebitur Poësis omnis Italica , seu Latina , ac quicquid Rhetoricæ tantummodo Vene-res sapit , solumque studium admittetur veterum In-scriptionum , Lapidum , Nummorum , Iconum , In-strumentorum Militarium , aut Sacerdotalium , alia-rumque id genus venerandæ antiquitatis reliquiarum , ad sacram profanamque historiam spectantium , quas aut eruderari in præsentiarum contigerit , aut jam ef-fossas nondum genuina explicatio illustraverit .

VI. Quæ ad Religionem pertinent , vetitum sit in periculose critica examina producere , sed intacta Theologis relinquuntur . Commenta verò Rabbinica , Philosophiæ Mosaicæ , & reliquæ omnes schola- sticæ tricæ , quæ infelici temporis dispendio nullum-

A dilucidandæ veritatis fructum ferant , prorsus elimi- nentur .

VII. Qui à secretis erit , curam geret literarii commercii cum exteris Academiis , virisque per Eu-ropam doctrina illustribus , ut quidquid ad Scientia-rum Artiumque liberalium incrementum alibi tenta- tur , in Academicis congressibus referat . Ephemerides item Literatorum , atque Acta insignium Aca- demiarum typis credita comparabit , ne quidquam- ignotum Sodalibus sit , quod ad ulteriora indaganda lucem normamque suppeditet . Eadem nobilis curio- sitas quemlibet Academicum incendet , ut melioris notæ libros conquirat , discatque methodum veræ Philosophiæ , tanto cum fœnore studiorum , ætate hac nostra florentis .

B VIII. Animalium rariorum , si quæ vel casu , vel ex industria huc deferri contigerit , diligentissima educatio instituat , ut in eorundem naturam , & mores securius possit inquiri ; eorum verò , cùm obie- rint , exquisita anatome fiat , atque in Academiæ acta referatur quidquid peculiaris observationis emer- serit , tum ut historiæ animalium novum aliquod lu- men addatur , tum ut Scriptorum , qui de illis plu- ra mendacis scatentia confidentius venditaverunt , errores emendantur . Plantarum quoque exoticarum ac familiarium , Aromatum , Remediorum , ac præ- sertim herbarum , quarum incredibilem virtutem Bo- tanicæ jactitant officinæ , experimenta non desint , ne præjudicium laudum famæque incautos decipiat , salutisque ac crumenæ dispendio constet ociosa cre- dulitas . Nihil denique , quamvis vulgare ac dome- sticum negligatur , quod triplici Regno naturæ illu- strando aptum sit ; studium præcipuè Insectorum , cùm genus hoc amplissimum nondum exactè inno- tuerit , novaque in dies , citra cogitationem ac fi- dem , admirationis materies occurrat , atque ideo diligens ipsorum indagatio pars sit deliciarum hujus seculi . tota in minimis quoque natura elucente .

C IX. Plurimum conferet ad decus , & literariam exercitationem Academiæ suscepta ab aliquo Soda- lium peregrinatio per circumjectos nostris regionibus montes , ut patienti labore perscrutetur eorundem- structuram , imbutas vario colore terras , erumpen- tium è culminibus fontium originem , latentes metal- lorum fodinas , Thermales aquas , herbas salubres , depictas in marmoribus arbores , pisces inter strata- compressos , ac marina corpora in lapidem obdura- ta , conchasque rigenti sub cortice crystallinam me- dullam tegentes , quidquid denique miro naturæ opi- ficio , aut etiam lusu , peregrinum & commendabile occurret ; neque enim credi potest pulcherrimam- hanc Italiæ partem carere hisce naturæ divitiis , qui- bus affluere asperrimas Rhetiæ , Germaniæque rupes jam novimus , ex vulgatis montanis itineribus , æneis- que tabulis , reconditam omnem illarum opulentiam minuta descriptione testantibus . Si semel tantum- quolibet anno , repente Vere aut Autumno , quis- piam ex Academicis eruditam hanc curam suscipiat , brevi fiet , ut peragratis alternatim proximis monti- bus , condi commodè possit universa naturalis historia nobilissimæ hujus regionis . Id autem procul dubio insigne studiis nostris decus comparabit , cum novis apud nos peractis experimentis , philosophica lance- expendi possint tum veterum placita , tum recentium sententiæ , quæ oraculi in modum ab exteris Scri- ptoribus nobis hætenus ista negligentibus obtrudun- tur .

D X. Longè præstantius foret si Academicum ali- quem ad remotiora itinera sollicitaret nobilis amor invivendi non modò celeberrimas Europæ Urbes , sed quoque Asiæ , Africæ , sique ultro ferri placet , etiam Americæ . Instrui siquidem posset , ut diligenti ea- indagine , quæ doctum decet , rariora quælibet na- turæ aut artis portenta intimè scrutaretur , eaque- per Epistolas Academiæ communicaret , diversi ge- neris animalia , insecta , plantas , ac quidquid natu- ralem Medicamque historiam illustrare valet , in ta- bulas

bulas suas referret, Astronomicas quoque ac Geographicas observationes instrueret, Indumenta, Leges, moresque gentium describeret, nihil neglectum omittens, quod eruditioni, aut scientiis juvandis proficuum censeret; Cumque omnis natio peculiare aliquod artificium aut arcanum, humanis usibus opportunum nobisque ignotum custodiat, omni studio ac diligentia curandum erit, ut ejusdem perficiendi regulæ addiscantur, atque ita, ingeniosis remotarum gentium laboribus inventisque, non tam Academia ad eruditionem, quam ad publicam utilitatem Patria hæc nostra ditescat.

XI. Cum nec omnibus studiis explendis par esse possit uniuscujusque Academici ingenium, nec si vires etiam suppetent, id patiatur brevitatis vitæ, atque aliarum curarum necessitas, sua cuique ex Sodalibus literaria provincia designabitur, ne dum multa turmatim persequi nititur, vago ac perfunctorio errans labore, nulla perficiat. Erunt itaque in hoc selectissimo Cœtu, qui Philosophicis tantummodo disciplinis, quique Historicis, Anatomicis, Mechanicis, Geometricis, aut Astronomicis scientiis sudores suos singillatim impendant. Ita enim de peculiari studio suo quisquis admonitus in id unum incumbet, ut in ea facultate, quam excolendam suscepit, excellere curet, novosque semper nifus intendat, ut dignè pro injuncto sibi munere Academicorum expectationi respondeat. Sui quoque dies explanandæ cuilibet disciplinæ statuentur, non secus ac horarum modus, qui nimiam arceat prolixitatem, ut locus omnibus esse possit opes ingenii sui in publicum proferendi; sique aliquid enucleatius pertractandum longiori temporis spatio indigebit, ad alterum Academicorum congressum, indicato interim argumento sermonis, aut experimenti, remittetur.

XII. Ne verò, quæ tot vigiliis curisque hic perficiuntur, ignavo marceant conspulta silentio, eadem in publicam studiorum utilitatem, decusque Academicæ typis vulgentur. Id tamen sedulo cavendum erit, ne edendis in lucem Academicis Actis obstringatur Publico fides in singulos menses, aut annos. Persepe siquidem contigit, ut ejusdem liberandæ curæ, prodeant statim temporibus libri, æquali cæteris mole, sed non æquali rerum soliditate; cum paginis ad justam mensuram implendis plura futilia, vanaque interserantur. Editionum itaque arbitrium, integrum sit penès prudens Societatis consilium, ita ut præclara & nova, quæ diuturnis experimentis studiisque adnotare licuerit, eo tantum tempore prælo committantur, cum digna plausu Literariæ Reipublicæ, hujusque Academicæ celebritate materies colligetur.

(h) *Hist. liter. Italia Tom. II. cap. 38. §. 24.*

A Hucusque leges ac monita. Reliqua ad optimum Academicæ regimen, Magistratum literariorum delectum, ordinem subfelliorum ac recitationum spectantia, postremam adhuc manum expectant. Actum quidem est de nomine, quo à ceteris seceratur, idque communibus votis seligi placuit, ut appellari indidem debeat *Academia Clelia vigilantium*. Ex stemmate verò Sapientissimæ Patronæ desumptum fuit erigendi symboli corpus, Grillus videlicet, adjecto Lemmate *nocturne diuque*. Faxit Deus, ut quæ de Literis egregiè adeò benemerita est Borromæa Matrona, vegetam in longum Ævum vitam producat; Neque enim dubitandum est fore, ut, quæ ingentibus animis cœpta sunt, tanta sub Auspice, felicissimos progressus exitusque sortiantur. Excitandis profectò generosa æmulatione studiis sola hæc ipsa initia sufficient; pudebit siquidem sapientes viros amore scientiarum à foemina vinci. Sanè cum hujus Instituti celebris fama exteras regiones ita pervaserit, ut non tam Hiacyntus Gimma (h), & Johannes Jarkius (i) dignum censuerint, quod inter celebriorum Italiæ Academicarum monumenta recenseretur, sed conspicui quoque doctrina & scriptis Literarum cultores Borromæis sociis adscribi fervidis votis curaverint, indecorum videretur, si quos vividior sortis suæ sensus accendere deberet, frigidum inertesque jacerent Mediolanenses Cives, nec inductum ad immortalem nostræ Metropolis gloriam cultumque scientiarum nobile hoc studium totis lacertis urgerent. Hac spe firmissima nixus calamum lubens depono, posteris argumentum relinquens, ut hujusmodi Commentarium De Studiis Mediolanensibus, à me hætenus brevè manu compactum, uberrima rerum præclare gestarum additione impofterum illustretur.

MONITUM AD LECTOREM.

D **H**oc loco Clarissimus Saxius in prima istius Prodrromi editione Elenchum inseruerat Operum omnium à Cardinale Federico Borromæo conscriptorum tam Latino, quam Italico idiomate, quem ab his inserendo abstinemus, quum in Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium post Visam Friderici ejusdem, juxta morem, editus reperiat. Ne igitur bis in eodem Volumine ipsissima verba recudantur, neve, ut vulgo dicitur, recoctam crambem apponamus, ad pag. 197. hujus Tomi Lectorem humanissimum amandamus.

(i) *Specimen Hist. Academicar. Italia §. XVII.*

**HISTORIA
TYPOGRAPHICO-LITERARIA
MEDIOLANENSIS**

AB ANNO MCDLXX. USQUE AD ANNUM MD.

Tom. I.


k



PROLEGOMENA.

*De scribendi occasione, & nonnullis Mediolani in re Typographicâ
primò inventâ prerogativis.*

CAPUT PRIMUM.



In eo præfervido antiquarum editionum studio, quo non Italia solum, sed Germania, Anglia, omnesque ferè exultæ Nationes ita exarsere, ut in conquirendis libris primo nascentis Typographiæ seculo excusis nec auro, nec laboribus pepercerint, simulque instruxerint Bibliothecas rarioribus hisce antiquitatis monumentis refertas; quinimmo indignatæ veluti, gloriam hanc collectorum veterum codicum intra privatos parietes sisti, passim catalogos ediderint, historias texuerint, ipsamque totam Typographicam rem editis ejusdem Annalibus complexæ jam fuerint, incidit menti consilium, quo me de Patria mea non malè meriturum esse arbitrabar, si illustrandis Typographiæ Mediolanensis exordiis sedulam manum admoverem, ostenderemque, in præclara hac laude non inter postremas collocandam esse Civi-

tatem istam, quæ primas semper æquavit splendore nobilitatis, Virorum præstantiâ, gloriâ literarum. Curam igitur enixam suscepi evolvendæ tum celeberrimæ Bibliothecæ Ambrosianæ, cui multis abhinc annis præsum, tum aliarum omnium, quas adire potui, ut si quæ sepulta viderem in hisce sapientiæ sacrariis, apud nos præli beneficio nata antiqua volumina, iterum nasci juberem, magnæque illa nomina Auctorum, quæ hæcenus indecora fuligo obtexit, excusso pulvere, ac detersâ ignavi silentii labe publicis typis redonarem. Acuebat animum ad tam gloriosum opus rara illa mentio Codicum nostrorum, quæ apud externos hujus materiæ Scriptores oculis meis obtrudebatur, ac si infrequentia fuissent Mediolani tunc præla; cùm tamen deprædicata passim aliarum Regionum Typographia, inspersumque ubique nomen Urbium incelebriorum mihi legenti occurreret. Quocirca non abs re judicabam, huic quoque labori calamum meum impendere, cujus ocium in tantâ Scriptorum patriæ suæ militantium copiâ, non nisi pudori esse potuisset. Præcipuè, cùm in nobili Typographicæ artis usu nonnulla viderem hic aut exulta, aut inventa singulari laude, quæ Mediolanum exornare possent usque ad invidiam gentium ceterarum.

Ac primò, quis nesciat, quantum literariæ Reipublicæ emolumentum attulerit Codicum græcorum impressio? Hanc tamen gloriam sibi vindicat Urbs nostra, in qua primò lucem aspexere libri græcè exarati, cùm alibi aut raræ illius idiomatis voces typis expressæ invenirentur, aut in præclaris etiam editionibus, sicubi græcus textus inserendus esset, hiarent lacunæ, quæ calami beneficium expectabant, ut implerentur. Testem habemus transalpinæ regionis Virum nullo nobiscum amoris, aut sanguinis præjudicio occupatum, Michaëlem Maittaire, qui in suis Typo-

Typographiæ Annalibus (a) rem totam sedulò perpendens candidè fatetur, hæc in re tantam gloriam ab Urbe nostra sibi comparatam, ut si non æquare omnino Germanicam Moguntiam, Typographiæ matrem, saltem in aliqua Typographici opificii arte ceteras Urbes anteire videatur. Ait igitur ille de græca lingua scribens: „ A prima artis origine usque ad annum MCCCC-
 „ LXXX. nullus liber mihi occurrit integer eo sermone excusus, præter Lascaris grammaticam
 „ anno MCCCCLXXVI. Eandem anno MCCCCLXXX. rursus edidit, sed versione latinâ in-
 „ structam, Johannes Crestonus Placentinus Monachus, idem qui etiam sequente anno Psalterium
 „ græcè, & latinè impressum Lodovico Donato Episcopo Bergomensis nuncupavit. Tunc pri-
 „ mum pars Bibliorum græcorum aliqua imprimi cœpta, primumque specimen in græcis, uti
 „ antea in latinis, à Psalterio sumptum. Tunc primum græcus textus cum interpretatione latinâ
 „ sociatus est, ut græcarum literarum rudiores (quales erant illis temporibus adhuc plerique)
 „ usu crebro paulatim exerciti perdiscerent tandem hac magis familiari duce & comite, igno-
 „ tiori illi assuescere &c. Laudem si non parem, saltem proximam post Germaniam sibi jure
 „ vindicare potest Italia. Moguntia ars primum inventa fuit, & tentata, sed latinas solas excu-
 „ dit literas, necdum enim græcas sciebant perfectè Typographi, quas licet Authoribus quibus-
 „ dam latinis immiscere tentaverint infeliciter Moguntini, felicius, & meliore successu Subla-
 „ censes, Romani, & Veneti, codex tamen totus græco sermone non est impressus, donec
 „ tam arduum Typographiæ opificium numeris omnibus absolutum, ad umbilicum perduceret
 „ *Mediolani* anno MCCCCLXXVI. Dionysius Paravisinus.

Hic verò mirari satis non possum intrepidum Burchardi Gotelphi Struvii calamum, qui in suo tractatu de Origine Typographiæ (b) Aldum Manutium laudans, hoc etiam peculiari encomio celebrem illum facit: *Primus hic habetur, qui græcos libros excudit, non autem fuit, qui characteres græcos invenit. Ante Manutium enim græcis quidem characteribus jamdudum fuere usi, ad explendas verò lacunas saltim, ubi in latinis codicibus una, vel altera græci sermonis vocula intercurreret.* Quomodo enim primus illè ad hanc subeundam provinciam, cum viginti ferme annis ante ipsum, *Mediolani* prodierint græcæ editiones? Idem certè Manutius in præfatione ad Opus Stephani de Urbibus, ab ipso editum anno MDII. testatur, se græcos excudere libros cœpisse eo anno, quo Carolus VIII. Rex Galliarum trajectis Alpibus bellum Italiæ intulit, ut Neapolitano Regno potiretur, anno videlicet MCCCXCIV. inter primos verò codices, quos græcè imprimere aggressus est, Aristoteles fuit, cujus Logicam non absolvit, nisi ineunte Novembri anni subsequenti. *Mediolani* verò jam sub initium anni MCCCCLXXVI. prodierat *græca grammatica, & Papiæ Vocabularium*, felicique cursu emissa subinde fuerant quamplura volumina iisdem typis excusa, ut *græcum Psalterium, Compendium grammaticæ græcæ, græcum Lexicon, Isocrates græcè, & quidem optimo, ac nitidissimo characterè, ut antiquis meliorisque notæ manuscriptis codicibus minimè invideat, aliaque Opera, quæ suo loco recensere videmus.* Nec *Mediolani* solum, sed aliis quoque in Urbibus propagata ante illum græca fuerat Typographia; *Vincentiæ* enim *græcum Lexicon* editum fuit anno MCCCCLXXXIII. *Constantini Lascaris grammatica* anno MCCCCLXXXVIII., quo anno etiam *Florentiæ* celebris illa impressio *Homeri* facta est, cujus insignem mentionem facit Michaël Maittaire (c). Aldus igitur Græcorum codicum primus excusor non fuit; ante ipsum enim, ut constat, græcis typis non tam ad lacunas in authoribus explendas, sed ad integra edenda volumina usum fuerat *Mediolanum, usque* *Vincentia, Florentia, aliaque Urbes, quibus omnibus exemplo suo monstrasse viam Civitas nostra gloriari meritò potest.* Quinimmo nec verum est, ab Aldo primum excusa fuisse græca volumina, etiamsi de sola Veneta Urbe intelligendum Struvii dictum velimus. Ecce enim quid idem Maittaire ad annum MCCCCLXXXVI. narret (d). „ *Mediolanenses, ut antea dictum est, Venetis, qui hætenus cum reliquis Typographorum & numero, & peritiâ contenderant, & palmam tulisse videbantur, eripuerunt tamen, ne essent in græcæ Typographiæ perfectione primi: Veneti verò vicissim superari, & præverti indignantes vetuerunt, ne essent soli, annoque MCCCCLXXXVI. (decennio postquam Mediolani excudi græcè cœptum est) in sacris literis dederunt Psalterium, in profanis Homeri Batrachomyomachiam. Illud excudit Alexander, hoc Leonicus, ambo Cretenses.* „ Salvâ igitur suâ Aldo gloriâ, à quo non parum venustatis, decorisque, græcum sermonem in typis accepisse fatendum est, primigenium cultum, lucemque *Mediolano* ille debet; ipsaque Civitas Veneta probro, & pudori ducens tandiu hac laude carere, longè ante adventum tam illustris Typographi, hæc sive ignaviæ, sive incuriæ notâ præla sua liberaverat. Addo, in ipsa *Homeri* editione *Florentiæ* facta anno superius dicto, in qua supra ceteras extollendâ tanto laudum apparatu Scriptor memoratus perorat, ut minimè dubitet hoc asserere: *nil certè aut antea, aut postea elegantius comparuit, plurimum gloriæ Mediolano obtigisse; redacta enim fuit ad tam perfectæ, ut describitur, elegantiae nitorem, ductu & curâ Viri Mediolanensis, non quidem natione, sed domicilio, nempe Demetrii: sic enim impressum ad calcem operis ejusdem legitur: labore, & industria Demetrii Mediolanensis Cretensis, sumptibus &c. Demum, ne quid laudis omittam, hoc etiam adnectere operæ pretium censeo, non solum inchoatam Mediolani*

(a) Pag. mihi 146.

(b) Cap. XI. paragrapho XVI. suæ Introductionis ad notitiam rei literariæ.

(c) Annal. Typograph. fol. 183.

(d) Pag. 182.

diolani nudam librorum græcorum impressionem, sed posteris etiam datum exemplum illius tam proficuae formæ editionum, ut videlicet in eadem pagina textus græcus, latinaque interpretatio sibi per columnas respondeant, cujus utilitatem exponere, summisque commendare laudibus haud superfluum duxit in suo præclaro opere de Origine Typographiæ Parisiensis Andreas Chevallierius (a). Hujus enim peculiaris diligentiae præconio Conradi Gesneri græcas editiones Aldinis præfert, quidquid Muretus, & Scaliger contra obtrudant; Hoc autem deberi Mediolanensibus typis non inficiatur, ait enim Gesnerum, cum ita suos edere libros meditaretur, præ oculis habuisse *Psalterium* Mediolani anno MCCCCLXXXI. geminâ hujusmodi græcâ, latinâque columnâ impressum.

Nec minoris momenti decus est ad amplificandam Urbis nostræ gloriam, quod apud nos enata quoque sit Hebræorum Codicum Typographia: In Soncini enim Oppido Mediolanensis ditionis, primò inventi, adhibitique sunt characteres illius idiomatis. Testatur id Andreas Chevallierius (b), Michaël Maittaire ad annum MCCCCLXXXIX. (c), & qui omnes auctoritate antecellit Julius Bartoloccius Magnæ Bibliothecæ Rabbinicæ author, nunquam satis laudatus. Hic itaque Tomo primo (d) loquens de origine impressionis Codicum Hebræorum hæc tradit. „ Ex hoc „ Oppido (nempe Soncino), primò prodierunt in Italia Impressores librorum Hebræorum ex „ Judæis, qui quidem etsi traxerint originem ex Mose Spirensi Germano, voluerunt tamen ex „ Soncino cognominari *Soncinates*, sive etiam *ex Soncini familia*. „ Floruere ibidem circa annum Christi MCCCCLXXX., ut testis est Rabbi Ghedalia apud eundem (e), tantique habere loci illius nomen, in quo tam nobili opificio artem typographicam exornaverant, ut licet sparsi per alias regiones præla hæbraica erexerint variis in Urbibus, Brixia videlicet, Bononiæ, Arimini, Pisauri, Fani &c. semper tamen editis Voluminibus subscripserint, ea excusa fuisse per Impressores *de Soncino*, aut *de Familia Soncini*. Et quia Plantavitius nobis hanc invidens laudem, Oppidum supradictum, quod legit malè *Soncinna*, conatur in Germaniam transferre, inquiens esse locum illius ditionis, Telonio notum, *Suns*, vulgò nuncupatum, redarguit ipsum idem Bartoloccius aperti erroris, recensens plures impressos codices, in quorum calce expressa hæc leguntur: *Apud Soncinum in Lombardiâ sub Mediolanensium Ducum ditione*. Majus negotium faceßere nobis videtur Buxtorfius, qui anno MDCXIII. scribens profitetur, apud Josephum Scaligerum fuisse Grammaticam Hebræam Rabbini Moyfis Kimchi ante annos CLII. in Sicilia impressam, quod in annum sexagesimum primum supra millesimum, & quadringentesimum caderet; sed imbecillitate fundamenti sui assertio ista nutat, dissolviturque; cum enim editio tantæ antiquitatis à nullo hæctenus erudito viro inspecta relataque fuerit, quis credat tam religiosè, feliciterque intra privatos Scaligerianæ domus parietes custodiri potuisse hoc unicum exemplar, de quo solus ipse gloriaretur, alia verò, quæ simul impressa fuerint, nusquam superesse in Bibliothecis, in officinis, in domibus, sed communi clade absumpta universim periisse? Præterquamquod, si vera hæc impressio foret, cur Sicula tantum Regio, & non Urbs, aut locus designatur, in quo hæc grammatica prælum subierit? proinde dubitari meritò potest, irrepsisse errorem in computo annorum, quemadmodum in decursu operis sæpius accidisse ostendemus, præcipuè, cum apud Chronographos Typographicæ artis constet, eo tempore aut nondum in Italiam, aut vix inductam (si vera esset, quæ Venetiis peracta dicitur editio, anno MCCCCLXI., de qua tamen infra differemus) Typographiam, eamque vernaculâ Italicorum linguâ, aut latinâ tantum, ut mirum profectò esset in Sicilia jam edoctos Artifices fuisse difficilem hanc, peregrinamque à nostro labio linguam typis effingere illâ ætate, quæ prima tantummodo rudimenta Typographiæ didicerat, atque in materno ipso sermone suis characteribus exprimendo, penè dixerim, balbutire videbatur.

Alteram editionem Hebraici libri *Lux populorum* inscripti factam Bononiæ, anno MCCCCLXXI. profert Cornelius (f) à Beughem, longè tamen à vero; cum vix eo anno prælum viderit Bononia, Balthassare Azzoguidi primùm in patria sua torcular condente, ut tradit Orlandus, (g) qui Urbis suæ monumenta omnia scrutatus laudem Hebraicarum editionum Josue & Moyfi, filii Rabbi Israël Nathan Spirensis, in Oppido Soncini degentibus ingenuè adscribit, ac fatetur inde Bononiam, aliasque in Urbes, Provincialque hanc artem translatam. Validiorem vim facit *Pentateucum hebraicum*, quod à se inspectum testatur in sua *Verona illustrata* (h) Cl. Marchio Scipio Maphæus, in pergamena Bononiæ excusum, signatumque anno Mundi 5242., qui annum reddit Æræ Christianæ MCCCCLXXXII., adedque, ut ipse ait, Soncinatem Typographiam, aliasque omnes hæctenus notas biennio præit. Attamen, quamvis gratuler eruditissimo Viro de hac nova Typographica merce in lucem educta, minimè tamen dimoveor à concepta sententia; facile enim reponi potest, editiones Soncini, quæ anno signatæ ad nos pervenere, esse quidem Bononiensi hac recentiores, sed non ideo hinc evinci, quod eo tantum tempore cudi cœperint Hebraici characteres in Oppido Soncinenfi. Cum autem Scriptores omnes superiùs enunciati constanter asserant Soncini enatam, dimissamque per Italiam, ac Germaniam,

Tom. I.

I

niam,

(a) A pag. 237. usque 245.

(b) Ibid. parte III. cap. 3. pag. 264.

(c) Ubi supra pag. 152. & Tom. II. pag. 139.

(d) Pag. 432. (e) Ibid. pag. 62. (f) Pag. 79.

(g) Origine della Stampa pag. 110. & 197. (h) Parte III. col. 273.

niam, Hebraicam Typographiam, nec ullus editioni Bononiensi subscriptus Opifex (cui hæc gloria primævæ inventionis cedat) à Marchione Maphæo proferatur, perspicuè quisquis intelliget non ex alia Officina, quàm Soncinate repetendum esse Typographum, qui Bononiæ eo anno memoratum librum excudit. Sed cur digladiamur in tenebris, ubi facem clarissimam nobis præfert Rabbi Ghedalia in suo libro inscripto *Scialfcheletb Hakkabbala*, qui tempus statuit, quo imprimi cœpere Hebraici libri, nempe annum Mundi 5240., qui Æræ nostræ est MCCCC-LXXX., ut supra jam adnotavimus, adeòque biennio ante Hebraicum librum, à Cl. Maphæo productum? Bartoloccius (a), qui Ghedaliæ librum inspexit, verba ejusdem refert, adscribentia laudem primò institutæ Hebraicæ Typographiæ Soncini Opificibus, eademque Gallicè transtulit Andreas Chevallierius in suam Historicam & Criticam Dissertationem Parisiensis Typographiæ (b). Proinde certò dignoscimus Mediolanensi Ditioni factam, tectamque hanc gloriam servandam. Præcipuè cum hac in re patronum sese nobis exhibeat etiam Vir eruditissimus Jo. Christophorus Wolfius, qui Bibliothecam Hebraicam condens, Hebræos Italos Soncini degentes, primos hujus artis, per alias Urbes postmodum propagatæ, Auctores statuit (c), convellitque scripta in adversum Josephi Scaligeri, & Cornelii à Beughem, quorum primus, ut diximus, *Grammaticam Mosis Kimchei* primò omnium prodisse in Sicilia, anno MCCCCLXI., Alter Bononiæ editum librum jam memoratum anno MCCCCLXXI. narrare. Utrique enim ita respondet (d): „ At enim verò, ut de his antiquis editionibus certò constet, omneque quod „ subnasci potest dubium, tollatur, necesse est, ut Bibliothecæ indicentur, in quibus extent, „ & sic major lux huic negotio affundatur. „ In adnotationibus autem ad calcem paginæ adjacentis, hæc habet: „ His verò priorem, speciatimque illam anni 1471. dari non crediderim. Fortasse „ talle annus, quo liber ab Auctore scriptus est, confusus est cum anno impressionis, quod aliàs „ factum esse subinde vidi, & monui. „ Fatetur quidem se nonnulla hujus artis rudimenta vidisse „ ante annum à R. Ghedalia assignatum Soncini Typographiæ, inquit; „ Non puto me „ falli, si affirmavero *Eslingæ*, Civitate Imperiali in Suevia, Stutgardæ vicina, primum typis „ Hebraicis utendi periculum factum esse. In Tractatu enim *Petri Nigri*, contra perfidos Judæos „ *de Conditionibus veri Messiae* exarato, & *Eslingæ*, 1475. in 4. edito, video integras voces, „ Hebraicis litteris, satis luculentis expressas. „ Ceterum constans in sententia Mediolano „ favente, statim subdit. „ Id interim hæctenus mihi extra omnem dubitationem videtur positum, „ prima integrorum librorum Hebraicè excusorum initia in Italia apud Judæos Soncinate, quorum „ tamen Majores Germani erant, quærenda esse. „ His exponendis prolixius immorari placuit, „ ne aliquibus fucum faciant, quæ in contrarium adducta sparsim leguntur, nostræque Urbi „ Metropoli singulare hoc decus & ornamentum, sanctum inviolatumque permaneat.

Accedit ad peculiarem patriæ mex gloriæ, Arabicam quoque Typographiam, si non Mediolanensi Urbi, saltem Mediolanensi Civi initia debere. Is fuit *Petrus Paulus Porrus*, qui anno MDXVI. egregium laborem Genuæ suscepit, perfecitque, è prælo suo in lucem emittens *Psalterium Davidicum*, Hebraico, Græco, Arabico, & Chaldæo Idiomate, ac tribus Latinis interpretationibus, & Glossis compactum: Opus ad illam usque ætatem à nemine tentatum, & tam speciosa characterum forma absolutum, ut textus præcipuè Græcus perito calamo affabrè pictus videatur. Proinde meritò ibidem, quinque iisdem linguis, ingeminatum est ejusdem Elogium: *Impressit miro ingenio Petrus Paulus Porrus Genuæ, in Aedibus Nicolai Justiniani Pauli*; sub Typographica autem tessera legitur *Petrus Paulus Porrus Mediolanensis, Taurini degens*. Audiamus quid de illo scribat Michaël Maittaire (e): „ Hic Typographus ad suum nomen adludens, pro „ insigni *Porrus*, cum duplici littera P. P. adsumebat; erat Mediolanensis, & degebat Taurini. „ Liber hic primus typis Arabicis excusus est; hæctenus nulla Bibliorum pars lingua multiplici „ expressa lucem aspexerat. Hujus Operis curam gessit *Augustinus Justinianus* Genuensis, Ordinis „ Prædicatorum, Nibiensis Episcopus, quem jamdiu hanc rem agitare, ex *Jacobi Antiquarii* „ *quarii* ad ipsum Epistola, Mediolani VIII. Cal. Aprilis, MDVI. data, comperimus. „ Quæ „ deinde in laudem *Justiniani*, hujus Psalterii Auctoris, prosequitur, non est hujus loci referre; „ satis est, ejusdem testimonio gloriam inventi Arabici præli, datique exempli ad polyglotta Biblia „ imprimenda Civi nostro contigisse.

Ne tamen in peregrinis tantum linguis imprimendis Typographiæ, ac Civium nostrorum laudem figamus, præclarum aliquid ostentare possumus etiam in latinis editionibus, quibus literariæ Reipublicæ plurimum profuere typi Mediolanenses. Insignes enim Auctores tum sacros, tum profanos, qui necdum lucem aspexerant, quosque in privatis pluteis reconditos hæctenus Eruditis Viris inviderat manuscriptorum exemplarium aut pretium, aut raritas, in commune, beneficium præla nostra vulgarunt. Prima enim Urbs Mediolanum protulit in lucem *Historia augustæ Scriptores* bis editos, ut videbimus, antequam Venetiis prodirent; *Eusebii Chronicon* eum *Matthæi Palmerii* additionibus; *Papie Vocabularium*; *Vitas Sanctorum* binis prægrandibus libris, summo adhuc desiderio expetitis, descriptas, Cive Mediolanensi Bonino Mombritio hæc omnia

(a) Tom. I. Biblioth. Rabbin. fol. 432.

(b) Parte tertia, cap. 3. pag. 265.

(c) Tom. I. pag. 1030.

(d) Tom. II. pag. 941. & seqq.

(e) Annal. Typograph. Tom. II. pag. 119.

omnia curante; prima *Terentium* comicorum Carminum Magistrum; *Horatium* Lyricorum Principem, *Festum Pompejum* latinæ linguæ fontem excudit; prima dimisit è prælo *Aeneæ Silvii*, qui Summus Pontifex Pius II. fuit, *Epistolas & Orationes*; *S. Ambrosii* non tam nostræ, quàm universæ Ecclesiæ luminis splendidissimi vitam, & opera; *Pomponii Melæ* celebre Cosmographicum opus, pluraque alia, quæ ne Lectori tœdium fiat, suis quæque annis adnotata in decursu profereamus. Nec typis tantum suis, sed alienis quoque inclaruit Mediolanum; Manuscripta enim supeditavit, quibus remotarum etiam Urbium Typographis primarum editionum honor accederet. Blondus namque Flavius in *sua Italia illustrata* (a), hoc de se ipso gloriosè narrat. „ Nos verò „ cum publicis Patriæ tractandis negotiis adolescentes Mdiolanum adiiissemus, *Brutum de claris* „ *Oratoribus* primi omnium mirabili ardore, ac celeritate transcripsimus, ex quo primùm Vero- „ nam Guarino, post Leonardo Justiniano Venetias misso omnis Italia exemplis pariter est reple- „ ta. „ Verùm quidem est, Codicem illum repertum fuisse in Urbe Laudensi à summo Viro Gerardo Landriano tunc ejusdem Episcopo; sed cum pervetustis constaret literis, quarum ductus nemo fermè intelligeret, in nostris mœnibus, unà cum *Ciceronis libris de Oratore*, ab egregii ingenii Viro Cosmo Cremonensi felicissimè transcriptus fuit, ut idem Blondus testatur. Neque dubium est hinc permultos manu exaratos codices prodiisse, qui exteris prælis facem præferrent; Direpto enim bellis Mediolano, in partem quoque infortunii venit literaria suppellex, quæ aliò abducta in pluribus Bibliothecis, Galliarum præcipuè, nobilem quidem, sed infelicem sui pompam fecit, ut etiam hac in re emicuerit veritas antiqui illius Elogii, quod florente olim Urbe nostrâ per omnium ora volitabat: *si quis velit divitem Italiam facere, Mediolanum destruat*.

Hucusque tamen solum in re literaria præfulsisse, ceteris visa est Civitas nostra. Quid! Cùm etiam Ecclesiasticam auxerit, atque Altaribus servire præla sua docuerit? Post tot annos ab invento Typographico artificio, Sacri Mystæ adhuc libris manuscriptis uti, & rem divinam facere solito exscriptarum Liturgiarum dispendio cogebantur. Primus in hac Urbe Impressor Zarotus huic provinciæ manum admovit, & religiofam Typographiam suam Altarium beneficio impendens, sacros codices, qui vulgò *Missalia* vocantur, tum Ambrosiano, tum Romano ritu impressos edidit, idque non anno tantum MCCCCLXXVIII. cui affigit laudem primæ ab hoc Typographo excogitatae editionis Romani *Missalis* Michaël Maittaire (b), sed tribus ante annis, nempe Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, quo anno ex ejus Officina prodiit *Missale* Ambrosianum, quod à nullis hucusque Typographiæ Scriptoribus relatum Ambrosiana Bibliotheca custodit. Meritò igitur æterna illi laus constituta est, impresso in primævis illis sacri utriusque ritus libris glorioso hoc tetraestico.

*Antoni patria Parmensis, gente Zarote,
Primus Missales imprimis arte libros.
Nemo repertorem nimium se jactet: in arte
Addere plus tantum, quàm peperisse valet.*

Meritò etiam Urbi nostræ hæc contigit gloria, ut typis Suis istud sacrorum Codicum ornamentum & commodum divinis Aris prima impertiretur, cum cœlestis beneficentiæ munere illud etiam singulare decus eidem obtigerit, ut in suis mœnibus & Catholica Ecclesia primam pacem acciperet, & vicens adhuc Romæ pertinacis Idololatriæ germen extremam falcem sentiret. Utriusque eventus decoram nobis memoriam antiquis, & primi nominis Scriptoribus servatam debemus; Unam Lactantio Firmiano in pretiosissimo Libro *de Mortibus Persecutorum*, qui à S. Hieronymi temporibus jam deperditus, sed ab ipso commemoratus, optatusque, post diutinum in latebris ocium seculo elapso creditur inventus, eductusque in diem (c). Ubi enim Constantini Magni, & Licinii congressum Mediolani habitum narrat, ibidem subjungit conceptum, subscriptumque Decretum ab utroque, (et postmodum Nicomediæ agente Licinio promulgatum), quo libertas cuique dabatur, ut Christianam Religionem publice profiteri posset, monebanturque Provinciarum Præsides, ut Christianis faverent, Ecclesias frequentari permitterent &c. Prima recitati Decreti verba sunt; „ Cùm feliciter tam ego Constantinus Augustus, „ quàm etiam ego Licinius Augustus apud Mediolanum convenissemus, atque universa, „ quæ ad commoda, & securitatem publicam pertinerent in tractatu haberemus, hæc inter ce- „ tera, quæ videbamus pluribus hominibus profutura, vel in primis ordinanda esse credidimus, „ quibus Divinitatis reverentia continebatur, ut daremus & Christianis, & omnibus liberam potestatem &c. „

Alteram aperiunt & scripta, & vita S. Ambrosii tum à Paulino, tum à Maurinis Monachis ex ipso Ambrosio collecta, & Parisiis vulgata (d). In ea enim ad annum CCCLXXXIV. (e) narratur, quemadmodum Symmachus Præfectus Urbis, confusionem rerum, ac Valentiniani

(a) Reg. VI. pag. 346.

(b) Ibid.

(c) Lib. 2. inter Miscellanea Stephani Balutii, Tomo 2. pag. 41.

(d) Anni 1690. (e) Num. 82.

niani pueri, Matrisque Justinæ trepidationem pravis consiliis suis commodam ratus, dato clarulum libello, conatuque omni eloquentiæ, profanos ritus, Aram Victoriæ, Vestalium Virginum prærogativas, & census restituere tentavisset; sed monitus advolavit Ambrosius, fregitque impios nifus, datis ad Valentinianum Epistolis, quarum una sub num. XVII., adjecta Symmachi relatione, alia sub num. XVIII. legitur, remque omnem confecit tam felici exitu, ut Calchus historiam hanc disertè prosequens (quamvis quadriennii anacronismo ad annum CCC-LXXXVIII. eam referat) læto hoc Epiphonemate narrationem suam concludat: *sicque oratione Ambrosii Vestales sublatae, & æterni illi ignes in perpetuum extincti sunt*. Id ipsum habemus in Epist. ejusdem Ambrosii sub num. LVII. ad Eugenium Imperatorem, in qua commemorans hanc Valentiniani pietatem, similemque Theodosii, postmodum apostolicâ libertate redarguit Eugenium ipsum, à quo *donata illa fuerant præcellentibus in republica, sed gentilis observantiæ viris*, (quamvis Imperator hanc excusationem prætexeret, *quia ipse non Templis reddiderat, sed beneficiis de se donaverat*.) Neque tamen exinde revixit convulsâ ab Ambrosio, quæ Romæ pullulabat superstitio; licet enim, teste Paulino, Eugenius post mortem Valentiniani imperium adeptus, *non multo post petentibus Flaviano tunc Præfecto, & Arbogaste comite aram Victoriæ, & sumtus caeremoniarum (quod Valentinianus Augustæ memoriæ adhuc in junioribus annis constitutus denegaverat) oblitus fidei suæ concesserit*, non convaluit idcirco profana illa religio, sed quasi brevis, & seipsum consumens fulgor fuit emorientis ellychnii; mox enim victo, cæsoque Eugenio in suum omnino cinerem Vestales ignes relapsi sunt. Subjungere possem, primum quoque Cœnobium in Occidente Mediolani conditum fuisse; id namque Gregorius Turonensis, de S. Martino scribens, testatur: *apud Urbem Mediolanensem Italiæ primo Monasterium constituit* (a); quod ante ipsum narraverat Severus Sulpicius in Vita ejusdem S. Martini (b) inquires: *Italiam repetens, cum intra Gallias quoque, discessu S. Hilarii, quem ad exilium hæreticorum vis cogerat, turbatam Ecclesiam comperisset, Mediolani sibi Monasterium statuit*. Porro exilium S. Hilarii ad annum CCC-LVI. refertur, cùmque per id tempus ad nos confugerit S. Martinus, ejusdem ætatis censendum est Cœnobium ab ipso institutum. Nec deesset tuendæ causæ Patronus celeberrimus Muratorius, qui Dissertationem exordians *De origine Monasteriorum* (c) hoc nobis dectus egregiè propugnat, respondetque Baronio, qui laudem omnem traductæ ab Oriente Romam Monasticæ vitæ Sancto Athanasio largitur. Multò id certius foret, si vera protulisset Ughellus (d), asserens fuisse à S. Mediolanensi Episcopo Mirocle erectum in hac Urbe ante annum CCCXIII. Cœnobium Monasticum, ut enim agebat Mabillonius (e) *nullum fortè in tota Italia antiquius extitisset*. Verùm cum securis omnino fundamentis inniti hoc minimè videam, nolo contentiosum funem trahere, cum ea recensenda susceperim, quæ nemini invidiam creare, aut nobis venditatæ inanis gloriæ labem valeant adspargere. Veniam quidem rogo, si in hisce sacris rebus attextendis visus sim, extra orbitam divagatus; neque enim grato erga patriam amorì eos limites posui, ut si quæ ad ejusdem laudem augendam, illustrandamque ex antiquis evolverem latebris, literariæ huic messi, quam colligo, mihi inferere non liceret.

De Utilitate bujus Studii.

C A P. I I.

AUdivi non rarò quosdam familiarium tantummodo scientiarum, quæ in scholis agitantur, opinione occupatos, aut Socratico inducto supercilio exprobrare, aut nugaci capitis, orisque intorsione deridere laborem illorum, qui in evolvendis Bibliothecarum veterum scriniis horas absumerent, alboque veluti lapillo signarent diem illum, in quo remotioris ætatis editionem aliquam offendere licuisset. Videbatur enim iis ociofo pulvere aspergi quicumque huic curæ manum apponeret, nec nisi tinearum caries colligi ab iis, qui exesas vetustate tabulas codicum antiquorum contrectarent, chartasque scrutarentur, quarum hucusque communis ferme fors fuit, ut vel neglectæ in angulis marcerent, vel relegate ad Piscariorum tabernas, olivis, cordylisque condendis misero penularum officio interservirent. Quantæ verò ignorantæ indicium exprobratio ista, & risus sit, quis non intelligat, cùm videat magni nominis viros ex remotis usque litoribus trajecto mari in Italiam contendere, largèque aurum effundere, ut conquistæ undique pretiosa hæc literariæ antiquitatis monumenta, non secus ac allatas ex indicis plagis merces gloriôsè in patriam reportent: videat non ignobiles calamos huic rei vividius illustrandæ intentos, nec ingloriè profusa hæc studia credi, si librorum materiem, Typographos, loca editionum ante XVI. seculum solâ etiam nomenclaturâ valeant indicare? Hoc certè titulo gratior Eruditis visa est Joannis Sauberti Historia de publica Norimbergensi Bibliotheca, quod eadem, post narrata omnia raritatis pretio ibidem conspicua, impressiones quoque ante annum MD. in scriniis illis custoditas addiderit. Hoc officio summa cum laude defuncti sunt Philippus Labbeus

(a) Lib. I. in fine, & lib. 10. cap. 31. (b) Cap. 4.
 (c) Tom. V. Dissert. LXV. col. 364.
 (d) Italia Sacra Tom. IV.
 (e) In Præfat. ad Sec. I. Benedicte. §. 1. num. 17.

Labbeus Soc. Jezu, Scriptor insignis, qui antiquarum editionum catalogum regiae Parisiensis Bibliothecae contexuit; Andreas Chevallierius Doctor, ac Praefectus Bibliothecae Sorbonensis, qui originem, ac progressum Typographiae Parisiensis integro volumine gallica lingua descripsit, librosque omnes in illa incluta Urbe ab exordio impressos enumeravit; Cornelius à Beughem, qui Typographiae universae incunabula edidit, primos quarumlibet nationum codices excusos enunciando; Johannes de la Caille, qui rei literariae historiam condens ab ovo, initium Typographiae in singulis Europae Urbibus statuit, rectoque itinere usque ad annum MDCLXXXIX. excurrit, libros omnes, ac Typographos, qui ei ad manus, oculosque pervenerant, referens; postremo verò Michaël Maittaire: (ne nimis prolixus sim, cunctos hoc labore benemeritos recensendo), qui ultimam veluti Apellis lineam ducens in tabula, informe adhuc à ceteris relictum opus absolvit, Annales Typographicos condens, in quibus desiderare nihil possis, nisi diligentiam subsequenterum Scriptorum, qui adhuc reconditas in sua quaque Urbe codicum antiquorum reliquias excutiant, proferantque in lucem. Videat denique in hac ipsa florentissima Urbe Equites nobilissimos, Comitem Carolum Pertusatum Senatorii ordinis Praesidem ab intimis Consiliis S. R. M.^{is} Mariae Theresiae Austriacae &c. ob conjunctam ceteris ingenii, animique praeclearissimis dotibus summam oris comitatem, amoremque Justitiae, Civibus aequae ac Principibus charum; Comitem Carolum Archintum omnigenae doctrinae praestantiam adeo ornatum (& utinam non invida morte nimis citò nobis praereptum), ut quamvis praedivitem magnificentiam, & copiam librorum Bibliothecam domi paravisset, ipse tamen viva quaedam esset, & nobilior Bibliotheca; Marchionem Theodorum Alexandrum Trivultium non tam in arduis patriae negotiis pertractandis prudentia, quam assiduo Philosophiae Historiae, ac nobilium omnium disciplinarum cultu spectabilem; Comitem Antonium Simonettam florenti quidem aetate, sed gravitate senem, in quo Graecae linguae, sacrae atque profanae Historiae perities, & Antiquitatis perenne studium elucet; Comitem Donatum Sylvam praeclearioribus scientiis, Philosophiam, Geographiam, Mathematicam, & veterum quoque manuscriptorum difficili cognitione ita praeditum, ut nemini secundus censeatur; aliosque Proceres non minus togam, aut sagam, quam bonarum artium, ac scientiarum peritia conspicuos (quorum cum inops minimè sit Civitas Mediolanensis, mihi invidiam tribui nequitiam velim, si illos referens, cum quibus arctior mihi in re literaria consuetudo est, aliorum nomina subiceo, memoratu dignissima) videat, inquam, hos omnes in colligendis undequaque primævis editionibus liberaliter, doctèque sollicitos, cautosque, ne peregrinae, & trans montes, ac maria positae nationes non ferro, sed auro eruditam hanc suppellectilem praedentur, spoliataeque Italiam gloriari etiamnum possint, quemadmodum olim Casaubonus in praefatione ad Historiam augustam, loquens de exemplari manu exarato, quo ipse usus fuerat ad illam emendandam, quodque capto Mediolano Ludovicus XII. Rex Galliarum Parisios transtulerat, ad augendum jacturae nostrae dolorem, plaudere videbatur Bibliothecae Christianissimi Regis, eam appellans *multarum Italicarum spoliis superbam*.

Et equidem si extimum illud tantummodo pretium perpendamus, quod alicui rei antiquitas facit, aut nudo oculorum testimonio stare velimus, nemo non videt jure merito desiderium sui facere nobiles illos labores, quos Ars hujusmodi *mirabilis, & inaudita*, ut eam vocat Tritemius (a), primum emisit in lucem, quique ut plurimum tanta venustate characterum, spatiosi marginis amplitudine, atramenti, & chartae nitore ornantur, ut invidiam praesentibus typis faciant, & damnare videantur in pluribus recentium aetatum Calchographis fordidam nimis lucris famem, qua effectum est, ut splendidis orta natalibus Typographia, deformi jam & lurido veluti senio deturpata, ut plurimum contabescat. Quid pulchrius primis codicibus, quos Romae edidere Conradus Sweynheim, Arnoldus Pannartz, & Udalricus Han, cognomine latinè reddito, *Gallus*; Venetiis Joannes, & Vindelinus de Spira fratres, Nicolaus Jenson, & Joannes Colonensis; Mediolani Antonius Zarotus, & Philippus Lavagnia, ut fileam plures alias Italiae Urbes, in quibus egregii Artifices gloriae, quam pecuniae amantiore, praeclearam aemulatione urgebantur, ut novam quisque typorum formam ad extremam usque elegantiam perductam, nomen, praelumque suum celebrius facerent. Qua in re sua Venetae Reipublicae laus deneganda non est; aluit enim illa tantae excellentiae Magistros, ut teste Omnibono Leonicensi in Epistola ad Episcopum Bellunensem (b) libri ibidem excusi, *veluti gemma, ac prope sigillo signati* viderentur, ex quo deinde factum tradit Chevallierius, ut ad conciliandam Ectypis suis famam nonnulli postmodum Typographi Papiae, & Romae Operibus edendis subscripserint, *Impressum Characteribus Venetis*. (c)

Atque hic advertere non abs re duco, etiam hoc titulo pretiosiora nobis esse debere, nec ita facile à nostris regionibus ableganda nitidissima haec primae aetatis exemplaria, quod monumenta sint expolitae in Italiam Typographiae, decorisque in artem illam inducti, quae rudis admodum, Gothicisque aspera formulis ad nos pervenerat. Nec parva haec gloria nostrae Regionis, quae secunda tam nobilis inventi mater vocari, ac cum Germania propemodum de beneficio possit contendere. Hoc certè praeterundum non censuit Gallicus Scriptor Michaël Maittaire, qui postquam natale huic arti solum Moguntiae statuit, gratulatur Italiae, quod prima illam exceperit, coelique,

Tom. I.

m

atque

(a) In Chronic. Hirsaugiensi ad an. 1450.

(b) Ante Quintilianum anni 1471.

(c) Ibid. parte pr. cap. 4. pag. 62.

atque aëris sui clementioris benignitate ita fovērit, ut ferventibus veluti radiis animata, adolescentiam simul, & maturitatem citissimè sit consecuta. Quocirca etiam temperare calamum nescit, quin ejusdem laudes repetito Elogio subtexat, Italiam vocans *Orbis terrarum Theatrum, omnigenæ doctrinæ sedem, eruditorum Virorum patriam, quò disciplinæ undique omnes, & politiora artium liberalium studia quondam confluerant* (a), paulò post hæc scribens (b): „Ibi olim cum toto suo artium choro, plenoque scientiarum comitatu floruerant Musæ: eò jam quasi ad portum post clades Græciæ tristissimas sese appulerant deploranda Literaturæ naufragia, & vix superstites eruditionis, ac eruditorum reliquiæ: ibi Convenæ Literati sub generosorum Principum Medicæ præsertim domus patrocínio, honestum hospitium nacti sunt, & nullibi certè potuisset commodiùs hospitari *Typographia, quàm ubi tot Viri doctrinâ clari, extorres, bonis exuti miserarum fortunarum solatium, perfugiumque invenerant.* „

Hactenus nihilominus externo, ut ita dicam cortici inhæsimus, nobilemque hanc curam non indignam esse, quæ à doctis, clarisque Viris suscipiatur, auctoritate alienâ, ac nitore ipso librorum ostendimus; enucleanda nunc est interior medulla & fructus, quem in Rempublicam Literariam hinc abundè profluere cordatus nemo inficiabitur, palàm proferendus. Ut hoc promisso fideliùs me solvam, recurrere opus est ad ipsa nascentis Typographiæ tempora, studiumque, ac diligentiam non tam Artificum, quàm eorum, qui vigilēs labores suos, cum primùm libri prælo subjicerentur, sedulò impendebant, inspicere. Neque enim è gregaria plebe selecti Artifices, rudes, indocti, quemadmodum vilescēte apud nos hujusmodi arte plerumque contingit, illi operi admovebantur; nec tumultuariâ characterum compage, aut absque docto præside, editionem probati cujuslibet Auctoris præla adornabant. Norunt, qui historias ætatis illius vel leviter attingere, quanto in honore Ars impressoria tunc foret, ac proinde quàm nobiles, sapientisque Viri opificium hujusmodi exercebant, cum Typographicas aperire Officinas minimè erubescerent, qui Equestri Ordini adscripti erant, ut Romæ Johannes Philippus de Lignamine Messanenſis Eques Siculus, anno MCCCCLXXII. publici liberalium Artium Professores, ut Mediolani Alexander Minutianus, anno MIID., & Ecclesiastica etiam dignitate verendi Viri, ut Moguntiæ Petrus Scoeffler Clericus Diœcesis ejusdem, unus è primis Typographiæ inventoribus (c); Romæ Georgius Sachsel de Rychenhal, Bartholomæus Golschde Hohenebart, & Adam Rot Clerici, anno MCCCCLXXIV. Bonettus Locatellus Presbyter Bergomenſis Venetiis, per viginti fermè annos ante Seculum XVI., & Sixtus Russinger Presbyter Argentinas, qui primus Neapolim, anno MCCCCLXXI. Typorum artificium detulit, tanto Nobilium Virorum, ac Ferdinandi Regis plausu, ut Wimphelingius referat (d) à Rege amplissimos honores, & ipsum etiam Episcopatum ei sæpiùs oblatum, quæ omnia ob amorem patriæ constantissimè repudiavit. Ceteri autem ferè universi studiis innutriti, ac plerique in Latina, Græcæque lingua ita versati, ut non aliena tantummodo scripta imprimerent, sed ipsi scriberent imprimenda. Quocirca Michaël Maittaire (e) sic concludit. „Libet interim observare quanto in pretio tum fuerit Ars Typographica, cui manum admoveere docti omnium ordinum Viri, & ex Sacerdotali, & Equestri dignitate nequiquam erubescēbant; „cui adjungendus meritò est Angelus Roccha, qui comparisonem quandam instituens inter antiquos, recentisque Typographos hæc scribit: „Typographia non solum à nobilibus, & eruditis Viris, ac ditissimis quidem fuit inventa, sed etiam ab hujus generis hominibus diù exulta. Hac autem tempestate, in qua per totum ferè terrarum Orbem exercetur, vilissimus quisque, (perpaucis exceptis) egenus præterea, nulliusque eruditionis homunculus, eam illotis tractat manibus, spe tantum lucri, aut mercaturæ exercendæ gratia ductus. „ (f)

Qui verò aut emendandis, aut conferendis editionibus insudabant, quanti porrò nominis Viri, quantâque doctrinâ insignes erant? Ii fermè omnes fuere, qui eo seculo celebriori in literis gloriæ strepitu florere, Omnibonus Leonicens, Merula, Lapidanus, Pomponius Letus, Platyna, Demetrius Chancondyles, aliique, quorum Catalogum texit in sua Correctorum in Typographiis Eruditorum Centuria, quam Norimbergæ edidit paucis ab hinc annis Johannes Conradus Zeltnerus, ante quos omnes statuuntur duo Insulâ, & pedo Venerabiles Præsules, Johannes Andreas Episcopus Aleriensis, & Johannes Antonius Campanus Episcopus Teramenſis doctrinâ, & libris editis clarissimi. Industriæ tam peritorum Artificum, ac diligentiae eorum, qui editionibus præerant, debent pretium suum excusa illa tempestate Volumina, ut pari propemodum veneratione ac Manuscripta excipiantur, certique simus de fide, ac sinceritate Auctorum, quæ tunc primùm è privato Bibliothecarum penu eruebantur; ac proinde in aperto est, quàm proficuum hoc studium esse possit, cum hac ratione se unicè adductum, ut Catalogum superiùs dictum vulgaret, profiteatur Philippus Labbæus, sic ante ipsum præfatus. „Quàm necessariæ sint ad recudendos veterum Scriptorum, præsertim latinorum libros primæ editiones illæ, quæ ante centum, & quinquaginta annos in ipsis penè Typographiæ incunabulis prodierunt, quæ que eæ nonnunquam emendatæ existant, ut vicem etiam Manuscriptorum codicum supplere possint, doctos Viros docere non aggrediar. Sciunt enim verò quantum sibi in iis præsidii, at-

„ que

(a) Ubi supra pag. 42. (b) Ibid. pag. 74.

(c) Ita subscriptus legitur in Rationali Durandi edito anno 1459.

(d) Epitome rerum German. cap. 65. apud Mallincrot de arte Typograph. pag. 84.

(e) Fol. 82. nota prima.

(f) Biblioth. Apostolica pag. 412.

„ que adjumenti collocatum sit, modò nomenclatorem aliquem, ducemque fidum nanciscantur, „ qui eas veluti digito indicet, quibusque in locis delitescant liquidò aperiat. Fungar ego tua „ causa lubens hoc quoque munere, candide Lector &c. „

Alterum magni momenti emolumentum est, quòd antiqui codices primò impressi, non modò emendatione, ac syncero textu novis parandis editionibus plurimùm inservire possunt, sed Historiæ quoque illorum temporum illustrandæ multum prodesse, pluribusque evolvendis ambagibus, quibus adhuc vel opinionum, vel Chronologiæ varietas nos implicat, incertosque tenet, non mediocre præferunt lumen. Cùm enim non paucis primæ impressionis libris affixæ sint aut Epistolæ nuncupatoriæ, aut Præfationes, in quibus insignium Virorum mentio inseritur, cognationes, affinitates, munera, honores, gestæque res celebres indicantur, quis non videt uberrimam hinc messem colligi posse ad steriles quandoque Historias amplificandas, assignanda certa temporum spatia, implexas Genealogicas series firmiùs texendas, Vitasque illustrium Scriptorum amplè condendas, quorum vel nullum, vel nudum persæpe nomen ad hæc sæcula transmeavit? Ista omnia quanti in re litteraria proventus sint, nemo satis explicare potest; his tamen privamur, nisi ad vetusta perquirenda exemplaria animum convertamus; venientium enim ponè ætatum sive incuria, sive amor nimis præfervidus gloriæ capiendæ, exordia illa, & erudita ornamenta omnia antiquarum editionum abscindens, nova Præambula scripta, novasque Epistolas substituit tanto Historiæ damno, ut ob id juremeritò summo in pretio esse debeat libraria vetusta suppellex. Unum, vel alterum in re nostra Mediolanensi exemplum dabimus. Francisci Philelphi Viri eloquentia, ac Poësi, Græca Latinaque lingua, sua ætate præclarissimi res gestæ ita tenui, confusæque etiam narratione recensentur, ut nec ipsum expletæ mortalitatis tempus certò referatur. Auctor enim additamentorum ad Gerardum Johannem Vossium de Historicis Latinis in Ephemeride Veneta (vulgò *Giornale de' Letterati*) XIV. & XV. (a) auctoritate Matthiæ Palermii nixus, illum morte abreptum affirmat anno MCCCCLXXX., reprehendens Vossium, qui altero post anno mortuum scripserat; quamvis postmodum errorem suum emendaverit ex Chronico MS.^{to} Bartholomæi Fontii, dubiam tamen adhuc relinquens hanc opinionem (b). Lucas item Gauricus in suo Tractatu Astrologico IV. (c) menses insuper, & dies vitæ ejusdem enumerat, inquiens Philelphum obiisse cùm ageret annum octuagesimum primum, menses octo, dies duodecim vitæ. Quantum tamen à vero aberret uterque, docet Epistola ejusdem, impressa ante vetustum Codicem Orationum, aliorumque Operum quorundam ab ipso editorum, dataque Mediolani anno MCCCCLXXXI., quam suo loco describemus. In ea enim apertè testatur se cùm illam exararet, octuagesimum quartum propè annum ætatis suæ attigisse. Eiusdem verò res gestas adedò minutim narrat in Invektiva prima contra Georgium Merulam, Mediolani eodem hoc anno excusa, Gabriel Paverus Fontana Philelphi discipulus, ut mirer in Vossio, aliisque de ipso scribentibus, tantas calami angustias, nec alia ratione illos excussem, nisi quod invektivæ hujusmodi editio, Exemplarium inopia, ac vetustate sua, ipsorum oculos fugerit.

Marium item Philelphum, Francisci filium Leander Albertus in Italiæ descriptione, ubi de ipso loquitur, securè tradit relictum esse à Patre *non tam ingenii, quàm fortunarum hæredem*. Utrumque falsi arguunt antiqua monumenta; ex duabus namque Epistolis Francisci Puteolani, & Lodovici Mondelli, quas infra videbimus, dilucidè patet & pauperem Patrem defunctum, cui ad Thuscos ultimò proficiscenti Jacobus Antiquarius viaticum liberaliter præbere debuit; & filium Marium, integro ante patrem anno, vitâ excessisse, cujus jam mortui Epistolarium vulgavit Mondellus eo prorsus tempore, quo adhuc integer viribus, prosperæque valetudine Mediolani vigeat Genitor Philelphus.

Quandoquidem verò Invektivæ superiùs dictæ, ac ferme deperditæ mentionem injecimus, animadvertere licet, hujusmodi studio hanc etiam Scriptoribus antiquis gratiam reddi, ut vigiliæ, laboresque sui semel tantùm excusi, & supervenientium inde librorum recentium mole veluti confepulti, meritâ iterum luce fruantur, sciatque posteritas quantum ipsis literæ debeant. Quot enim insignes quoque materiâ, & methodo scribendi lucubrationes neglectas in angulis Bibliothecarum, aut laceras in tabernis offendimus, quas non aliâ culpâ retrò abjectas, veluti rudes vetustatis reliquias dedignatæ sunt venientes ætates, nisi quòd Gothicâ, implexâque formâ impressæ legentibus tœdium sui facerent, oculisque rotundo jam, ac magis explicato characteri asuetis ingratae, & barbaræ viderentur. Præcipuè cùm rudis primùm Typographia in Italiam adveniens citò quidem ibi decorem, politioemque vultum acceperit, ut diximus, sed non minus citò amiserit cultum suum, fœdata hujusmodi sequioris notæ sculptis literis, pluresque ubique libros Gothicè impressos ediderit, pessimum exemplum dante Veneta Urbe, quæ sicuti Magistra optimi characteris fuerat, ita enatos in Germania Gothicos typos nimis avidè amplectens, prima quoque omnium (d), teste Chevallierio ceteras Urbes crudam hanc imprimendi formam edocuit, Gothicè excusa per Johannem Colonensem, nitidissimum alioquin Typographum, anno MCCCCLXXV. tertia parte summæ Theologicæ Alexandri Alensis. Secutæ sunt deinde abbreviationes in singulis fermè verbis tantâ intemperantiâ, ut necesse fuerit saltem Jure-consultis librum

(a) Pagg. 347. & 297.

(b) Giorn. de' Letter. Tom. 17. pag. 331.

(c) Pag. 62.

(d) Ibid. parte 2 cap. 1. pag. 105.

brum excudere anno MCCCCID. , qui earundem lectionem exponeret ; Quæ autem inexplicatæ, ac nimis confertæ in reliquis impressionibus inductæ sunt, in causa fuere, ut ob lectionis difficultatem negligerentur, flammisque, aut tineis cibus fierent ; atque hinc ortam veterum editionum raritatem, clademque, cui ut plurimum obnoxios fuisse sacrorum Tractatum librorum deplorat idem Chevallierius (a) referens querelam Astenfis contra Typographos quosdam, nonnisi in profanis Auctoribus nitorem impressionum curantes : *Lynceis utuntur oculis, & herculeo labore, si quando Ethnicorum aliquis, aut nugax Poëta, aut verbosus Orator est imprimendus; sacris quosvis typos, quamvis tritos, & confusaneos adhibent*. Quot etiam illustrium Auctorum Commentaria, Scholia, Explanations primo seculo excusæ sunt, quæ aut expilata indigno plagio, & nullâ antiqui lucubratoris memoriâ exaratâ, aut præterita negligentia silentio cariosis in tenebris jacere jussit novarum rerum amor, primæque gloriæ occupandæ inanis ambitio? Digna est, quæ hîc inferatur sapiens querimonia Marchionis Scipionis Maffæi, Scriptoris nostro hoc ævo non tam nobilitate, quàm eruditione clarissimi. Scribens ille aureum de antiqua Veronæ conditione opusculum acutè adnotat (b), proximis annis emanasse plures Catulli editiones, frequentibus illustratas notis, & selectioris chartæ nitore, ac tinctis exquisitè literis conspicuas, in quibus omninò subticentur nomina Baptistæ Guarini, & Alexandri ejus filii, necnon Parthenii, qui primi eximiique fuere hujus Poëtæ Commentatores. Id tamen dictu mirum, subjungit (omissa etiam laude, quæ ignotam aperientibus viam debetur), necessarium adhuc est ad præcos, neglectosque illos Commentatores confugere, si genuinum Catulli sensum acu attingere velimus; cum recens adpersæ explicationes venustate quidem sermonis, ac multa eruditione luxurient, sed quæ ab Auctore nativam obscuritatem minimè depellant: immo, quod gravius videtur, textum ipsum Catulli, ut sincerius legi possit, non in præclaris hisce temporum nostrorum exemplaribus, sed in fumosis, corrosisque antiquitate primis impressionibus est exquirendum; proindeque justa urgeri sollicitudine doctos Anglos ait, qui liberaliore pretio illas mercantur.

Adde, non rarò falli ingenuos Lectores, quibus celebris alicujus Authoris editio tanquam princeps, atque ideo venerabilior, emendatiorque proponitur, cum tamen excussis diligentius Bibliothecis antiquior alia, digniorque emergat. Hujus innocentis ceteroqui culpæ exempla passim occurrunt in Bibliotheca universali Conradi Gesneri, Græcâ & Latinâ Alberti Fabricii, Ecclesiasticâ Ludovici Ellies Du-Pin, aliisque Scriptoribus vastam hujusmodi materiam completentibus, quos sollicita præsentis seculi indago objectis ævi superioris impressionibus non rarò erroris admonuit; atque in hoc lapsus quoque Isaacum Casaubonum, Virum certè doctissimum, nisi in Orthodoxos Auctores nimis superbè pugnasset, notat Claudius Salmasius: cum enim ille eruditas subjiciens adnotationes Historiæ augustæ, Venetam editionem anno MCCCCXC. curatam, veluti omnium primam venditasset, alteram iste protulit multis ante annis Mediolani peractam tantæ emendationis, ut cum MSto Codice Bibliothecæ Palatinæ omnino consentiens, animum viresque ipsi addiderit ad arduam suscipiendam provinciam illius Historiæ iterum illustrandæ, quam tantus Scriptor laboribus suis visus penè fuerat exhaustisse.

Longo item usu in hisce studiis perdiscimus non ita facilem fidem, laudemque illis tribuendam, qui gloriam apud posteros aucupaturi, acsi è reconditis scriniis novas literariæ mercis sarcinas extraherent, primique veherent in publicum, specioso hoc *Anecdotorum* prænomine laudabiles labores suos, quos vulgant, à reliqua librorum familia distinctos volunt; Norunt enim eruditi quanta in hoc uberi campo seges, quam primò se metere nonnulli arbitrantur, alienâ jam falce decussa aliquando inveniatur. Unum ego producam sicuti à nostra ætate remotius, ita à nostra Urbe non omnino abhorrens. Collegerat jussu Alexandri VI. Summi Pontificis Historiam Siculam magno cum labore, ingentis famæ doctrinæque Scriptor Felinus Sandeus, eique indiderat titulum *Epitome de Regno Siciliae, & Apuliae*. Hanc typis Wecheliani à domestica Bibliotheca erutam imprimi curavit Hannoviæ anno MDCXI. Marquardus Freherus, excusâ in fronte libri illustri hac commendatione, *nunc primum in lucem edita*. Et tamen alteram editionem hujus operis, supra centum & quindecim annos antiquiorem viderat Roma, cujus exemplar Ambrosiana Bibliotheca custodit, nullo quidem subscripto loco, Typographo, & anno, sed certè impressum Romæ anno MCCCCXCV. Michaël namque Fernus Mediolanensis, ibidem tunc degens, hanc sibi gloriam vendicaverat vulgandi eum librum, à modesto Auctore invitò etiam subreptum; id enim ipse testatur in Epistola *ad Pomponium Lætum Literatorum Principem* eidem præfixâ, datâque eomet anno, quo expirante Campani Aprutini Antistitis opera edidit, eorundem necdum impressorum gloriosam mentionem in nuncupatoria ad *Lætum* injiciens. Extat & altera Epistola cum eleganti Epigrammate Ferni nostri ad Felinum Sandeum, quam Freherus quidem retulit, malè tamen Michaëlis *Ferini* nomen ubique usurpans, utpotè fortasse in vitiato Manuscripto suo codice ita descriptum.

Præterea neminem latet, in more positum fuisse apud antiquos Typographos, ut post collocatum in calce editi codicis tempus, & locum, plura ad historiam proficua subjicerent, Principes nempe, qui tunc rerum potiebantur, aut Reipublicæ præerant, in qua Opus vulgabatur: nobiles, divitesque viros, qui impendio suo typorum fovebant labores: Eruditorum hominum nomina, quorum sudoribus, & curâ emendati prodibant codices: eventus quoque insignes, victorias, clades, memorandaque naturæ opera, quemadmodum fuit maxima Ecclipsis Solis diei

(a) Pag. 109. & 110. (b) Pag. 20.

XXVIII. Maji , quam secuta est mors Mahumetis, Magni Turcarum Domini, quæque subscripta legitur libro Mediolani impresso anno MCCCCLXXXI. Itidem translatio hujus nostræ Ditionis in Ludovici XII. Galliarum Regis imperium , cujus memoriam refert liber excusus , inscriptusque *Scrutinium Consiliorum Quatricsulti Collegii Augustini Papiensis* , cui affixa in calce est subsequens Epocha : *Florentiæ per Bartholomæum præsb. Florentinum mense , & anno transmigrationis Ducatus Mediolani MCCCC. XXV. Aprilis* . Quocirca valdè abstemii , stupidique in politiori eruditione palati esse illum oportet , cui hæc studia non sapiant , videaturque solummodo inanis oculorum diligentia , aut supervacanea ociosi cerebri cura , fervens illud desiderium , quo præfens seculum antiqua sectatur .

Fines præteream præambuli sermonis , abutarque nimis patientiâ Lectoris , si minutim omnia persequi velim . Sufficiat coronidis loco hic attexere , quod Michaël Maittaire non tam præstantis judicii , quàm summæ in hujuscemodi studio experientiæ laude celeberrimus , initio operis sui professus est (a) nullum videlicet fortasse librum primâ ætate impressum reperiri , qui licet ob styli inelegantiam , aut argumenti futilis levitatem severioribus humaniorum literarum affectis stomachum moveat , placato tamen , amicoque vultu excipi non debeat , cum plerumque ex ipso veluti pretioso semelæ antiquitatis ramento ignota hæctenus aliqua , pergrataque eruditis notitia eruatur , hæc subdens : „ Multijuga rerum , quæ in latè patenti literaturæ campo occurrunt , ratio , & penè infinita studiorum , quæ eadem neque omnibus , nec omni tempore placere solent , varietas evincit , paucissimos ex veteribus illis libros esse ; quos quasi prorsus inutilis abjici oporteat . Injuriâ negligimus sæpe , ac præterimus quicquid ad præfens conducere propositum non putamus ; idem postea cum iisdem in studiis ex alio in aliud fiat vicissitudo , ac mutatio , aut cum ad alia se converterit animus , desideramus , & frustra requirimus ; & alibi cubi potest nodus incidere , qui solvi non queat nisi libro vindice , qui hæctenus pro vili , & in nullo loco habebatur .

De tempore inductæ Mediolanum Typographiæ .

C A P . I I I .

Mirum est , quantum hucusque sagax curiositas investigandi primam , synceramque hujus utilissimæ artis , quasi dixerim , ex immortalibus adytis ad nos delapsæ originem , distracta fuerit in varias , perplexasque opiniones , incertoque adhuc hæreat pede , nec tum invenerit filum , quo se expediat ab implicatis ambagibus ; cum enim rerum quamplurium longissimè à nobis tum regione , tum tempore distitarum initia fidei , plenâque narratione aut per manus tradita , aut in membranis descripta ad aures , oculosque nostros profluxerint , insolens profectò videtur , præclarum hoc inventum , necdum tercentis evolutis annis nobiscum in Europâ enatum , ortus sui vices , conditionemque altâ obscuritate recondere ; & quemadmodum Nilus majestate nominis , ac foecundâ aquarum copiâ Ægyptum implens secreti quadam religionis fontem suum olim tegebat , ita Typographiam ubique gentium tanquam humanæ industriæ ac sagacitatis miraculum exceptam , diffusamque frequentissimo usu in omnes ferè provincias , latere capite , ignotisque primordiis aded celari , ut oblita sui , & in ipsis propemodum cunabulis sibi emortua dici possit ars illa , quæ humanas res omnes edaci temporis invidiæ obnoxias æternitate donat , fluxamque memoriam , & labentem cum vita laudem refusâ quadam immortalitatis specie docet perennare . Multùm , fateor , lucis è tanta caligine expressit constans labor , & in id studium intenta Scriptorum solertia , sed instar fulguris , quod nubes abrumpit , non dissolvit ; quocirca adhuc omnia , quæ ad artis Typographicæ infantiam pertinent occurrentibus passim difficultatibus ita cernimus involuta , ut neque certum designare annum , neque Inventorem ipsum , aut locum , in quo prima istiusmodi opificii jacta fuerint semina , discernere liceat tutò , & absque metu injuriæ , aut querelæ . Quamvis enim post longa Auctorum dissidia non secus , ac de Homeri patriâ certantium , in hoc foedus convenient calami eruditiores , ut scilicet Johanni Guttembergio conceptæ primùm exercitiæque tam nobilis Artis gloria tribuatur ; Moguntia verò prima Urbium fuerit , in qua natale veluti solum calcographia sortita sit , jamque communi penè consensu hæc sententia convaluerit ; Nihilominus suis se minimè spoliatas , dejectasque juribus impigrè adhuc contendunt celeberrimæ Urbes Argentina ad Rhenum , quæ Johannem Mentelium excogitatæ primùm Typographiæ laude celebrat , eundemque publico honore profecuta est , ut refert (b) Jacobus Mentelius (si fides agnato testi haberi debet) *pulsu videlicet ingentis campone* , in illius obitu , *quod tantùm denatis Principibus , aut aliquâ dignatione , ac meritis supra profanum vulgus elevatis hominibus fiebat* : & Harlemum in Belgio , ubi memorem Typographiæ illic primùm inventæ titulum inscriptum legi , ac statuam conspici positam Laurentio Costero viro Consulari , primo ipsius repertori testatur Boxhius (c) . Tempus verò (omissis etiam , quæ Argentoratum , & Harlemum de tentatâ à Civibus suis hac arte anno MCCCCXX. , aut decen-

Tom. I.

n

nio

(a) Pag. 2. ad Lectorem .

(b) Parenf de Typograph. pag. 93.

(c) Apud la Laille pag. 5.

nio post, venditant potius, quam probent) vagis adeo expansisque diffunditur spatiis, ut decem, & septem annorum intervallum defluxisse credatur ab inductis mobilium characterum formis protypis, praelisque, ad primum editum Librum certâ anni notâ subscriptum. Itaque deficiente ejus temporis probato Auctore, & autographo, cui tanquam duci itineris, & metæ conscio insisteramus, dubio, cœcoque gressu divagamur; sed ne irritus omnino fluctuet labor, cum nusquam tutum litus se aperiat, quam possumus tabulam arripimus, trahimusque annum natalem Typographiæ ad quadragesimum seculi XV., ut aliquam integri numeri Æram figamus. Trithemius siquidem verustior hac in re Scriptor, quique cum altero ex primis hujus artificii inventoribus sermonem habuerat, dum Typographiæ nascentis memoriam suis Chronicis inserit ad annum MCCCCL. indefinitâ hac formulâ utitur: *His temporibus* &c. quæ propterea libertatem aliquam ingeniis facit, ut conjectent aliquot ante medium seculum annis huic curæ appositam manum, quo informis, rudisque compago (quemadmodum artium omnium initia sunt) expolita, & compior prodiret. Sed quis fuerit præcedentium annorum, in quo vel serpere cœperint meditata, vel erumpere exordia, vel perfici rudimenta insignis hujus opificii, nemo prudenter opinari, necdum statuere potest.

Non disparem ab Urbe principem fortem patiuntur ejus Coloniae; nam fatalis illa propemodum vel oblitio, vel incuria, quæ tot dubiis confundit Provinciam typographicæ Artis matrem, reliquas serè omnes, in quas sensim diffusa est, eadem ambiguitate suspensas tenet, ut ignorent vel annum, vel artificem, quo ad se deportatum hujusmodi beneficium senserint. Si Romam, Venetias, Lutetiam Parisiorum, aliasque perpaucas excipias, in quibus typorum primordia, ægrè tamen, venari possumus vel ex præfixis Epistolis, vel ex Epigrammate aliquo impressis ibi codicibus adsuto, ceteræ omnes coguntur esse immemores fortis suæ, nec designare initium possunt, sed vix conicere vetustatem delatæ ad se hujus artis ex pura annorum nota, antiquioribus Libris subsignata: ita negligens sui tunc erat, quæ aliis insudabat industria, & quasi animam, ac diligentiam omnem exhaustisset publica utilitas, nullum privati nominis studium habere visa est ars illa, tam mirè instituta, tam feliciter propagata. In hac, ut sic loquar, acephalæ Typographiæ classe Mediolanum quoque involvi non diffiteor. Exploratis enim Historiis, Epistolisque illustrium Virorum ea ætate in hac Urbe degentium tum vulgatis, tum manuscriptis, nullum ibi vestigium detegimus invectæ in nostram Metropolim librariæ impressionis, & ne literulam quidem ex tot calamis decidisse cernimus memorem loci, Typographi, Mecœnatis, quibus novam hanc artem vel primò ad nos delatam, vel benigno hospitio, & favore exceptam referamus: & quod justam admirationem ciet, Franciscus Philephus in prægrandi Volumine, triginta, septem libris ejusdem Epistolarum compacto, quæ usque ad septuagesimum tertium supra Mille-simum, & quadragesimum annum perveniunt, quamplura minùs celebria describens, de Typographia proculdubio suo tempore huc inducta, omnino silet! quinimmo tribus Epistolis, anno MCCCCLXX. & sequente (a), expeditis ad Johannem Andream Aleriensis Episcopum, dum viriliter ipsum hortatur, ut quam restituendis bonis literis egregiam operam navabat, Latinos veteres Auctores emendando, praelisque subjiciendo fervidè prosequeretur, eidemque gratias enixas agit, quòd Ciropædiam à se elaboratam flagitaret Romæ cudendam, nullum prorsus verbum de Typis Mediolanensibus habet; cum tamen certum sit in eunte illo met anno, ut infra ostendemus, Mediolani præla viguisse. Proinde, ne instituto meo viderer deesse, atque in hoc qualicumque labore aliquid desiderandum relinquerem, hanc quoque aleam tentare studui, ea omnia rimatus, quæ aliquam minimè spernendam lucem afferre possent Typographiæ nostræ primordiis illustrandis.

Et primò, si patriæ amori indulgere licentiùs placeret, & veniâ illâ uti vellem, quam Titus Livius in Exordio Historiæ Romanæ dari antiquitati assererat, ut initia rerum augustiora faciat, in promptu Auctor esset, qui Typos Mediolanenses decoros redderet gloriâ ætatis grandioris, quàm, quæ ullas unquam extra Germaniam Urbes honestasse hæctenus deprædicetur. Mollerus enim ab Alberto Fabricio in sua latina Bibliotheca (b) relatus, laudem hanc nostram ad MCCCCLV. retrahit, Historiam Augustam eo anno Mediolani excusam absque ulla formidine, vel hæsitatione affirmans; sed quia nec mendaciis laudem aucupare in animo est, nec eâ rerum ignorantia seculum hoc laborat, ut miscendo fabulis veritatem eruditus Viris possit imponi, sibilis & chachinnis explodendum id dicimus, cum ne in Germania quidem ullus hucusque occurrerit liber tantæ antiquitatis Æra signatus, primusque, qui annum remotiorem indicet, sit *codex Psalmorum* biennio post Moguntiaë impressus, servatusque velut insigne Typographicæ artis monumentum, ac pretiosæ raritatis decus in Cæsarea Vindobonensi Bibliotheca. Nihilominus, etsi altè adeo exordiri Mediolanensem Typographiam, citra audaciæ inscitæque probrum, haudquam liceat, non tamen justæ, solidæque auctoritatis præsidio ita destituimur, ut Urbem nostram nulli alteri Italiæ secundam aut vetustate, aut nobilitate hujus artis ostendere minimè valeamus.

Postquam à Germania iter suum instituit peregrinatura in nostras Regiones ars hæc præstantissima, primum hospitæ sedis eidem datæ honorem inter omnes Italiæ partes sibi vindicat Sublacense Cenobium, in quo septem Lactantii Firmiani Institutionum libri anno MCCCCLXV.

im-

(a) Lib. 32. fol. 225. & seqq.

(b) Pag. 551. primæ partis.

impressi fuerit, & eorundem nitidissimum exemplar adhuc ibidem custoditur tam vigili religione, ut, quemadmodum per Litteras inde acceptas intellexi, tanquam perduellis consilii reus, animoque deprædator venerabilis illius Sacrarum habeatur, si quis ex Monachis codicem illum alienandum censuerit, ingenti quantumvis pretio sæpius etiam repudiato. Ante hunc annum nulla certa, & fixa vestigia usque adhuc emicere, ex quibus appareat Typographiam aliò pedem intulisse, sive de Italia fermo sit, sive de Galliis, ad quas testimonio Chevallerii solùm quinquennio post pervenit; multòque minùs dissitas longè provincias credi potest citiùs peragrassè. Nec momentum facit, quod refert Polydorus Virgilius, & ex ipso Angelus Roccha fidenter, ac absque censura suæ Vaticanæ Bibliothecæ, attexit (a), anno videlicet MCCCCLVIII. artem istam per notos Opifices Pannartz, & Swenheim fuisse Romæ illatam; id enim à veritate omnino dissonum, ut mox patebit, inter alias gerras, nugasque trudendum arbitror, quas lutulentis è rivis bibulo nimis calamo haustas Scriptor ille in eodem de *Rerum Inventoribus* opere citra delectum, confertimque vulgavit. Etenim quàm erronea sit hujusmodi assertio, apertè liquet ex Johanne Andrea Alerienti Episcopo, teste eorum temporum dignissimo, doctissimoque. Inscribens iste Epistolæ Sancti Hieronymi, anno MCCCCLXVIII. Romæ editas Paulo II., qui nonnisi quadriennio ante ad Apostolicam supremi Hierarchæ Dignitatem fuerat evectus, inter ceteras felicitatis sui regiminis laudes gratulatur potissimum, auctam ab ipso primùm celeberrima hac arte Romanam Urbem, sic prosequens: „ Tuis certè temporibus ad reliquas Dei gratias hoc etiam felicitatis Orbi „ Christiano accessit, ac munus, ut pauperrimi quique parvâ pecuniâ Bibliothecas possint redi- „ mere Hoc est quod gloriosa illa, ac Cælo digna anima Nicolai Cusensis Cardina- „ lis S. Petri ad Vincula peroptabat, ut hæc sancta Ars, quæ oriri tunc videbatur in Germania „ Romam deduceretur; Jam vota illius tuo tempore impleta sunt. „ Quod etiam adnotavit in suo *Itinere Italico* V. Cl. Joh. Mabillon (b), licèt fallatur in iis, quæ subjungit, videlicet inchoatam Romæ rudi Minerva à duobus illis Germanis Typographiam fuisse, deinde à Nicolao Jenson Gallo mirum in modum ibidem illustratam; neque enim verum est, aut caruisse sua venustate, & elegantia editiones à geminis illis Typographis concinnatas, ut Ambrosiana hæc Bibliotheca, aliæque Mediolanenses quampluribus earum divites docere possunt; aut Nicolaum Jenson ullo unquam tempore Romæ typos exercuisse; aut alium natione Gallum tam exactam ibi manum indigesto adhuc operi apposuisse: sed Udalricus Ham, quod cognomen latinè sonat *Gallus*, ut innui Cap. 2. eximius tunc Romæ Impressor Gallico huic Scriptori grati erroris fortasse fuit causa.

His generatim præmissis jam redeo ad propositum meum, quo Mediolanum Typographicæ artis antiquitate nulli post Moguntiam Urbi palmam cedere ostendendum decrevi. Et quia Sublacum primas occupare videtur, ut superius delibavi, rem actam jure opinabor (nisi quid novi è scriniis tam fervida hucusque diligentia evolutis, ex improvise emergat) si evincam eodem anno, quo Sublacense Monasterium de accepta in hospitium Typographia tutò gloriatur, eam nostræ quoque Urbis fuisse inquilinam. Id liberè, & absque ulla adversæ opinionis umbra asserere non dubitavit Albertus Fabricius, in quo, utpote extraneo nobis Scriptori, neque præoccupatum animum, neque privati amoris gratiam suspicari licet; loquens enim de memorata jam Historiæ Augustæ editione Mediolani elaborata, quam malè Mollerus ad annum MCCCCLV. retulerat, eam anno LXV. ejusdem Seculi affigit; hocque assertum non solùm enunciat Tomo primo, sed iterum in Supplemento (c) strenuè confirmat. Et quia candidè rem agere volo, non inficias eo, desiderari apud nos hujus impressionis exemplar, nec posse Urbem nostram, quemadmodum Sublacum, obtrudere vivis oculis codicem ipsum: nec mirum. Quid enim faciliùs, quàm in tam varia temporum vicissitudine, bellorum injuriis, exterorum incursionibus, mutatione domini vel deperditam, vel direptam copiam omnem hujus, aliorumque plurium librorum, ut consentaneè ad superius dicta conjicere possimus? Nihilominus si ætati nostræ hoc solatium invidet vel fors adversa, vel incuriosus antehac veterum rerum contemptus, non defuit præcedenti proximè Seculo irreprehensum oculorum testimonium, quod ad nos transmisit Viri & doctrinâ, & famâ celeberrimi auctoritas. Is est prælaudatus Claudius Salmasius, qui antiquissimæ hujus Mediolanensis editionis exemplum sibi dono datum ab intimo Amico testatur, nec parùm inde incitamenti, auxiliique habuisse, ut sapientes curas suas intenderet ad explanandam magis Historiam Augustam, etiam post doctissimas Casauboni Commentationes. Ipsius verba hæc sunt, quæ in prima ad Ælium Spartianum adnotatione, post commendatam summam in hac re Casauboni diligentiam, injectamque memoriam codicis Palatini, in Præfatione ad Lectorem fusiùs descripti, subdit: „ Ecce autem „ cum in eo essem, ut de nova editione Augustæ Historiæ seriò cogitarem, & hoc cum maximè „ agerem, antiquam illius editionem Mediolani curatam utendam mihi commodavit optimus, „ & doctissimus Juretus noster; eam ego meliori jure principem editionem vocare possem, quàm, „ quæ hoc nomine, ac titulo ab eruditissimo Casaubono donata est. Mediolanensis enim illa „ totis viginti quinque annis ista Veneta, quâ Casaubonus usus est, & quam pro principe habuit; „ anterior esse liquida fide comprobatur. „ Prosequitur deinde amovere à se periculum erroris, quo inspersum Casaubonum notaverat, inquiens, se non ideo audere hanc omnium editionum

pri-

(a) In Appendice pag. 411.

(b) Pag. 64.

(c) Pag. 246.

primam asserere , licet illa Veneta tot annis antiquiorem ; potuisset enim in Germania jam divite tot insignibus typographici opificii laboribus , antequam è finibus suis excederet , altera vetustior , nec sibi nota proferri , concluditque certè meliorem Venetâ esse , & quæ vice manuscripti ipsi fait , in omnibus ferè consentiens cum illo Palatino codice optimo , adeout planè ad ejus typum , & exemplar bona fide expressa , & excusa esse videretur .

Editio Veneta , quam principem Casaubonus vocaverat , cujusque ætatem ab ipsomet relatum deprehendimus in fronte emendationum suarum , peracta est in illa Urbe anno MCCCCXC. per Johannem Rubeum de Vercellis , id testantibus quoque Typographicis Annalibus , ex quibus corrigendam adverte postremam Lugduno-Batavam impressionem , quæ pro nonagesimo ; octuagesimum annum mendosè recudit . Et hæc fortasse Mollerum decepit , qui detractis viginti quinque annis à Salmasio indicatis , quinquagesimum quintum ejus seculi annum inde collegit . Stante igitur , ut certum est , Venetam editionem , anno prædicto nonagesimo fuisse compactam : stante manifesta affirmatione Salmasii , qui librum præ oculis habuit , sedulò scrutatus est , frequenti manu attrivit , impigrèque fatetur hanc nostram editionem *viginti quinque annis* priorem , incomperato est ipsam anno MCCCCLXV. Mediolanensibus è typis prodiisse . Atque , ut locum omnem suspitioni præcludam , quæ subnasci cujuspiam animo posset ex satis frequenti in Typographis vitio , quo notas numerorum vel oscitanter , vel imperitè compingunt , duo in Salmasii scripto observatione digna censeo , ex quibus dilucidè patebit , haudquaquam credi posse labem numeri obrepisse . Primum est , quòd ipse non utitur Arabicis , aut Romanis numerorum figuris , in quibus facilior est opificum lapsus , si unam omittant , aut præposterè supponant , sed patentibus , extensisque literis , ut jacent : *totis viginti quinque annis* , exprimit sensum suum : alterum , quòd Mediolanensis supra Veneti Codicis antiquitatem non per fallaces conjecturas elicita , aut incertæ supputationis ambagibus obnoxiam , sed *liquida fide comprobata* oculatus testis asseverat . Quapropter nisi in tam diligenti Scriptore vel fidei integritatem fugillare , vel juxta Plauti phrasim (a) Glaucomam ob oculos objectam dicere velimus , ut , quod viderit non viderit , denegari Mediolano decus hoc nequit , quod egredienti natalibus è sedibus Typographiæ æquali saltem cum Sublacensibus gloriâ primum hospitium aperuerit . †

Hactenus tamen cum prædicti Cœnobii Religiosissimis incolis amicum prælium fuit , ne superari ab ipsis Typographiæ Artis ornamento videremur ; nunc consociatis Viribus decertandum remanet , ne tam eximii decoris antiquitate à Veneta Urbe vincamur . Superioribus annis suam de ortu , & progressu universæ Typographiæ Historiam aggressus Michaël Maittaire , inter multa , quæ è rudibus ociosæ , despectæque vetustatis eruta , veluti telluris incognitæ strenuus detector , eruditè exposuit , *perinsigne* , ut ipse ait , *Typographicum opus* , ac raritate summa conspicuum profert , cui majorem conciliaturus venerationem magnificentum hunc exordii apparatus præmittit (b) . *Attende Lector , & expecta , quod latuit hætenus plerisque ignotum &c.* Libri titulum partim rudi Italico , & partim Latino sermone exprimi refert his verbis : *Questa sie una Opera , la quale si chiama Decor Puellarum : Zoe Honore delle Donzelle , la quale da ragola forma , e modo al stato de le honeste Donzelle ; in calce autem legi : Anno à Christi Incarnatione . MCCCCLXI. per Magistrum Nicolaum Jenson . Hoc opus , quod Puellarum Decor dicitur , feliciter impressum est .* Quandoquidem verò omissum est Loci nomen , nihil obstare ait , quin conjiciat id opus elaboratum fuisse *Venetis* , in qua Urbe præli sui sedem fixit præcellens ille Typographus , statimque in ejusdem laudes effusus habenas omnes eloquentiæ laxat , inclamans felicem Galliam tam celebris Alumni natalibus illustrem : felices Venetias tanti inquilini hospitio nobilitatas , ipsum denique Artificem statuâ dignum marmoreâ , utpote qui primis inventoribus Fausto , & Schœffero fermè par ætate , longè illis virtute præstaverit , uno tentamine artem incipiens perficiensque , discipulus simul , ac Magister . Porro si veritati congruerent , quæ tanto hic promissor hiatus decantat , conclamatum esset de gloria Sublacensium , & nostrâ ; quadriennio enim integro ante vulgatum hucusque Italicæ Typographiæ initium , vidissent Venetiæ tam insignis Artificis prælo exornatas Officinas suas , caputque ideo supra ceteras Urbes , singulari hoc etiam decore auctæ erigere meritò possent . Verùm , si animi mei sententiam depromere fas est , abreptum Auctorem istum dixerim amore nationis suæ , captumque prima specie inventi libri , quæ amplificando Gallici Artificis nomini campum aperiret , quin acutiore indagine intus pervaderet , atque ad incudem critici examinis seridè perpendendam veritatem vocaret . Haud dubiè , quicumque sagaci nare illorum temporum memorias scrutetur , tam liberalem Nicolao Jenson antiquitatem impressionis neutiquam poterit indulgere , adductumque à Maittaire Librum relegabit jure ad pseudepigrapham turbam aliorum plurium , qui vitiatâ anni notâ ex omissio Romano aliquo numero spuriam vetustatem imperitis oculis ingerunt , ut Opuscula Sancti Thomæ Mediolani , anno MCCC-LXXXVIII. Lactantius Venetiis , anno MCCCCLXXX. Stultifera navis Parisiis MCCCCVI , & alia permulta ejusdem stigmati opera , in quibus eruditi Viri non longævam præ ceteris originem gratulabundi suspiciunt , sed incautam Typographi manum , quam facilis unius , vel alterius literulæ fuga eludit , benignè excusant . Plura hujus negligentiae , non admodum raræ in antiquis Typographis , exempla profert idem Maittaire (c) , qui subirascens iisdem , errorem ad-

(a) Miles glor. actu 2. Scœna 1. versu 70.

(b) Ubi supra pag. 36.

(c) Tom. 1. pag. 297. nota f.

† Les deux titres des apparances cette édition prétendue faite en 1465. n'est dans le fait que l'édition de Milan en 1475. Errorestus dans la Bib. lat. to III. p. 49. 90. in retrospe Tabicinus et on peut le consulter. Au surplus il parait évident que ce n'est là qu'une erreur de Jomard, qui aurait écrit 25. au lieu de 15; qui est le nombre des années que la vraie édition de Milan de 1475. précède celle de Venise qui est de 1490.

missum in præpostero assignando anno editionis quorundam librorum, *vix ignoscendum* appellat.

Neque temerè, & absque gravi fundamento id decerno; benè conscius, quòd nutaret omnis historia, si quivis genio suo posset numeri lapsum obtrudere. Sed eodem in explosis jam libris obvio errore mancum esse hoc quoque exemplar, annum sexagesimum primum, pro septuagesimo primo subjiciens, defectu romanæ literæ X, quæ decennium exprimit, clarè colligo ex publico testimonio Johannis Spirensis, qui à se primùm typographiam Venetiis exercitam, ibique institutam nonnisi anno MCCCCLXIX. fuisset typis professus fuit. Luculentè utrumque testantur Carmina illa, quæ Epistolis familiaribus Ciceronis eodem anno Venetiis impressis subscripsit; in iis enim & se primùm hujus artis in illa Urbe Auctorem, & hunc primò excusum à se librum Typographus ipse declarat; Carmina hæc sunt:

*Primus in Adriaca formis impressit abænis
Urbe libros Spirâ genitus de stirpe Johannes.
In reliquis sit quanta, vides, spes, Lector, habenda,
Quom labor hic primus calami superaverit artem.*

Nec tam validè munitum perfrugium est, quo se recipere studet illius hic veluti ad scopulum Michaël Maittaire inquitens (a) fortasse „Johannem Spirensis sibi plus justo arrogavisse. „Nec enim hujusmodi jactantia ignota erat antiquis illis Typographis, qui in eadem arte excollenda rivales de primatu inter se contendebant, & ambiosis librorum Inscriptionibus sibi totam, tam quisque, & quasi unicam laudem asserebant. „Id nempe in gratiam Contribulis sui tantummodo dictum, reclamantibus undique loci, ac temporis circumstantiis nemo non videt. Quis enim credat impudenti adeò mendacio nomen, librosque suos scèdare voluisse Johannem Spirensis, ut se primùm typographicâ benemeritum laude jactaret in illamet Urbe, quæ octenni antiquitatem objicere falso assertori, & subjectis oculo libris à Nicolao Jenfon excusis vacuum arrogantiam obtundere potuisset? Quis credat Nicolaum ipsum, qui eodem tempore cum Johanne de Spira Venetiis imprimebat, tam placido silentio præteriturum irrogatam sibi hanc injuriam, ut nulli impressorum operum primatus sui memoriam affigeret, exultantemque impune audaciam æmuli non infringeret; præcipuè cum Johanne brevè præmortuo, patens area indigno refellendo commento in quamplurimis à se postmodum editis voluminibus reclusa videretur? Hæc dilucidè ostendunt, quæ fides habenda sit libro ad extendendam in remotiorem ætatem Jenfon gloriam, tanta cum Lectoris admiratione producto. Sed alterum solidius etiam, ac ineluctabile, ut reor, argumentum est, quod eruo ex Epistolâ Johannis Andreae Aleriensis Antistitis, scriptâ ad Sixtum IV. Summum Pontificem, præfixâque Tomo V. antiquæ editionis Glossæ Nicolai de Lyra; Cùm enim anno MCCCCLXXII. Conradus Swenheim, & Arnoldus Pannartz permagnum illud opus Romæ typis committerent, atque ob immanes, quos prælumrandiù fatigatum exhauserat, sumptus ad extremam penè egestatem redacti essent, supplicem libellum Sixto Papæ porrexere, ut aliquo liberalis clementiæ subsidio inopiâ levarentur; utque efficacius id impetrarent, Aleriensis Pontifici Maximo summè acceptum, ac de illorum exantlatis beneficio literarum laboribus optimè edoctum impulere, ut preces suas Sanctissimi pedibus advolveret. Suscepit hanc libentissimè provinciam Aleriae Episcopus, eorumque veluti personam induens scripsit illicò ad Summum Pontificem, tam nobilium artificum sudores, & impensas exponens; quodque primò objecit oculis Sixti ad obtinendam justam optato levamini causam, hoc unum fuit, invexisse illos in Italiam tanti commodi artem antea ignotam, suoque exemplo præivisse, ut ceteri Opifices Librarii idem auderent. Eiusdem verba id exprimentia, quæ ad institutum meum pertinent, excerpta hic subjicio: „Ut digneris misericorditer occurrere, servuli „tuæ Sanctitatis Conradus Swenheim, & Arnoldus Pannartz, Impressores nostri, ac utilissimæ „hujus fictoriæ artis *primi in Italia Opifices* implorant. „Certè si Nicolaus Jenfon tot ante annis libros Venetiis excudisset, quomodo salvâ fide, ac veneratione Summo Pontifici debitâ, asserere tam liberè potuisset Aleriensis Præsul *primos* illos hujus inventi *artifices* in Italiâ extitisse? Anne dubitandum est tam eruditum Præfulem ignorasse, quæ suâmet ætate Venetiis peracta erant, quæque novitate rei famam, & desiderium acuate, per omnium ora, & manus volitare debuissent? Aut fortasse credi potest etiam tantæ integritatis, dignitatisque Viro impingi debere vitium, quo laborasse primos Typographos affirmabat Maittaire, ut indebitam primatus laudem romanis illis artificibus arroganti, ac jactabundo calamo, & veritate posthabitâ adscribere voluisset? Profectò quemadmodum indecoro hoc probro onerandum minimè est clarissimum Aleriensis Antistitis nomen, ita procul dubio statuendum, corruptam anni notam in allato proximè libro fuisse, atque idè ab anno MCCCCLXI. ad MCCCCLXXI. necessariò, ut supra diximus, redigendam.

Multò minùs remorari nos à proposito debet, quod Michaël Maittaire ad hoc reponere conatur, sic scribens: „Scio non deesse, quibus aliquid vitii in numeris subolet . . . etsi illi audiantur, ubi sistemus dubitandi finem? quoties enim cui libitum fuerit dubitare, numeri errorem statim causabitur. „Jam huic quoque effugio viam obstruxi, ultrò præmonens, disparem esse

Tom. I.

o

fortem

(a) Pag. 64. in notis sub lit. f.

fortem librorum, qui nullo prudenter dubio pulsari possunt, & aliorum ætatem mentientium, quam coævi Scriptores, & inconcussæ fidei testimonia convellunt. Rem tamen domestico, ut ita dicam, exemplo illustrabo. Cùm ad aptiorem, concordemque sonum fundenda iterum essent Æra Campana Ecclesiæ Parochialis Sancti Bartholomæi Mediolani, qui consilio præerant Ecclesiastici Viri, religione quadam tacti alterum ex illis reservare decreverant, veluti religiosum summæ antiquitatis monumentum, eo quod ipsi impressum annum MCXXX. , quo primo compactum fuerat, legerant. Aduit fortuito hæc decernentibus Frater meus Franciscus Hieronymus, olim Metropolitanæ hujus Urbis Ecclesiæ Canonicus Ordinarius, qui & ipse perculsus rei tam antiquæ insolentiâ, ad hujusmodi Nolam inspiciendam statim sacram turrim conscendit, admiraturus reliquiam hanc Ecclesiastici æris, quæ barbaro Federici Ænobarbi excidio superfuisset; dum autem curiosius, diligentiusque latus omne circumspicit, coelatum advertit æs ipsum imagine S. Caroli Mediolanensis Archiepiscopi incinctâ radiis, & unâ primitus fusâ; unde subridens inquit: en detractam larvam mendaci antiquitati. Tam grande senium momento fecit incuria artificis, qui literam D transfiliens, quingentos annos, quos æri non impressit, opinioni affinxit. Nec plura; clamante contra tam remoti temporis notam proximioris ætatis signo, evanuit omnis ratio dubii consilii, omnis veneratio conceptæ vetustatis. In hac expeditâ eventus non injucundi narratione æquissima habemus momenta ad adjudicandam ritè, quæ identidem venditatur, in cuspis codicibus senectutem. Annus, qui legitur in calce impressorum operum, ut tunc temporis mos erat, quandocumque validis, certisque ejusdem ætatis monumentis non dissentiat, aut contrariis non elidatur adjunctis, in sua possessione custodiendus est: at si non futilia, sed dilucida ex contemporaneis Scriptoribus, aliisque firmis notitiis contra militent argumenta, statim in suspicionem infidæ notæ labitur, errorque Opificis meritò arguitur, experientiâ teste, & judice Doctrinâ. Quàm aperta autem, & justî ponderis testimonia sint, quæ expositum tanto plausu à Maittaire librum, inauditæ prius in typographia Veneta antiquitatis, dejiciunt ab omni fidei gradu, quivis sapiens decernere facile potest.

Itaque ex deductis hucusque stat illæsa, & felix tum Sublaco, tum Urbi nostræ gloria, quòd primam ibi stationem fixerit egrediens è Germaniæ finibus ars typographica; præcipuè cùm ipsemet Michaël Maittaire, quasi immemor eorum, quæ tanto verborum strepitu scripserat in favorem Libri anno MCCCCLXI., Venetiis, ut contendebat, impressi; progrediente paululum Annalium suorum serie invertat calamum, tectamque palinodiam canat his verbis (a): „ Post „ Moguntiam nullus mihi occurrit, qui typographiâ disertè designetur inclaruisse locus ante „ Sublacense Monasterium, in quo Lactantii Firmiani Institutiones anno MCCCCLXV. antepè „ nultimâ Octobris in folio cusæ fuerunt, optimo certè, & romano caractere. „ Ut proinde „ verum sit, quod superius innui, exornandæ Patriæ suæ studio incensum hæsisse illum in extimo „ vultu reperti, cum vetustiore notâ exemplaris, atque inde arreptâ occasione cumulandi Gallicum „ hominem effusâ supra ceteros ætatis suæ artifices laude, oratoris potiùs, quàm historici munus „ implevisse.

Quòd si quis acutiùs me roget, quo Typographo edita fuerit hæc, quam Mediolani tam properè impressam dixi, Augusta Historia, facili responsione me exolvam, id minimè à Claudio Salmasio hujus Codicis tam vetusti inspectore fuisse relatum; tantòque id lubentiùs reponam, quòd certius nec ipsi Sublacenses indicare suum possunt, qui Lactantium prælo subdiderit, loco quidem, ac tempore, sed non Typographi nomine, in ejusdem calce descripto. Si tamen per rimam aliquam conjecturæ anonymos utriusque operis Artifices conspèctare tentem, subobscura, sed non longè à vero dissita lineamenta quædam mihi indicant, eosdem fuisse, qui Romæ postmodum claruere Germani Impressores Pannartz, & Sweinheim; cùm enim immotum, & constans esse debeat Episcopi Aleriensis testimonium illos indubiè asserentis primos in Italia hujus artis Opifices, valdè consentaneum est temporis, & viarum circumstantiis opinari, cùm è Germania in Italiam iter aggredierentur, constitisse illos primùm in hac nostra Urbe, ibique opus Historiæ Augustæ elaborasse, dein, aut loci religione, aut amicitia gratia, vel spe præmii ditioris invitatos, adisse Sublacense Cœnobium, ac Lactantio ibidem impresso, statuisse demum terrarum Orbis dominam Urbem incolere, sedemque præli in prima Ecclesiastici imperii sede firmare. Certè Michaël Maittaire in hoc idem propendere videtur, ut Sublaci Lactantium iisdem adscribat, dum inquit: „ non reticendum censeo, quod loca quædam à Lactantio ex aliis Scriptoribus „ allata, græcis typis exarentur nitidissime, quique eos, quos postea Sweynheim, & Pannartz Romæ usurpabant, proximè referunt. „ Quapropter cùm videam Lactantium illum fermè sub finem anni jam relati in lucem prodiisse, suspicari & ipse non vereor, ineunte illomet anno Mediolani editam esse ab ipsis Historiam Augustam. Deficiente nihilominus securo teste, ac indicio clariore, conjectando hæc potiùs dicta velim, quàm asserendo.

Ab anno MCCCCLXV. usque ad MCCCCLXIX. nullum Mediolanensium typorum Opus vel ab aliis memoratum, vel à me inspectum reperiri candidè profiteor. Non ideo tamen revocari in dubium meritò potest, quòd antea statuisse reor haud imbecillo fundamento, illustratam nempe Urbem nostram fuisse laude communicatæ primò Italis Typographiæ. Neque enim Sublacenses ipsi alterum à Lactantii Institutionibus codicem è prælo illuc semel inveccto dimissum, hæctenus ostenderunt. Quemadmodum autem id evenisse non aliâ ratione credibile est, nisi quòd expletâ

(a) Pag. 42.

expleta editione illa Germani Typographi, indicati superius tanquam ejusdem Auctores, illico Romam contenderint, ita non abs re est dicere unicum hoc itineris sui vestigium, Historiam, nempe Augustam, ab illis Mediolani relictam, nec ita citò susceptos alios Artifices, qui eorundem discessu abruptum hunc in Urbe nostra nobilem laborem prosequerentur. Sed hoc etiam omisso, quot in aliis quoque Urbibus annorum lacunæ occurrunt, omni typographicâ memoriâ vacuæ, quas nondum implere licuit quancumque conatu, sive re ipsa deficient libri, & ociosæ eo intervallo jacuerint impressoria forma, sive edacitas temporis omnem laboris fructum absorberit, sive illos nobis invidet inexploratus adhuc, quod vix crediderim, bibliotaphi alicujus latibuli sinus? Certè Novocomi, ut ab Urbe nobis proximâ exordiar, Tractatum Appellationum Johannis Antonii à S. Georgio per Ambrosium de Orco, & Dionysium de Paravinsino anno MCCCCLXXIV. non sine modicâ supra finitimas Insubrum Civitates laude, (si hanc Metropolim demas) excusum invenio: attamen sequens triennium inane prorsus effluit, nulloque compressi ibidem literarii torcularis nomine distinguitur. Gloriatum Anglia se Oxonii habuisse magno ære conductos ab Harlemo Typographos usque ab anno MCCCCLX. id referentibus nonnullis Scriptoribus suis, quibus Andreas Chevallierius minimè acquiescit (a), sed patrocinari nititur Maittaire (b), licet falsa quædam relata ab ipsis non inficietur: Nihilominus ante annum MCCCLXXVIII. nullus hucusque in Regno illo editus liber produci in publicum potuit. Quin immo inter ipsos Typographos non exigui temporis interstitia ab uno ad aliud impressum opus excurrere frequenter aspiciamus, cum tamen credi nequeat, voluisse illos tantu sterile prælum, typosque ociosos in instructis ad lucrum officinis continere; unum ego Mediolani Typographum, præteritis aliis ceterarum Urbium, quos observare cuique obvium est, profero Christophorum Valdarfer, cujus interruptus decennio fermè integro labor videri potest, cum ab anno MCCCCLXXVIII. ad octuagesimum octavum ejus Seculi nullus alius, præter Missale Ambrosianum anno MCCCCLXXXII., ab ipsius prælo eductus in hac Urbe codex hucusque, quod sciam, innoverit. Neque idcirco opinari licet aut primo opere attritas, exæsatque impressorias formulas, aut ipsum tam delicatâ virium imbecillitate fuisse, ut iis reficiendis decennali quiete indigeret. Omnium hujusmodi in historiâ Typographica hiatus vix ambigendum est in causa fuisse, non solum familiare antiquitati infortunium, ut succedentium annorum dente invido corrosa exemplaria absumantur, sed multo magis susceptam serò nimis studii istius curam, cujus tarditate effectum est, ut quamplures impressi superiorum temporum literarii labores vel putrem in angulum rejecti marcuerint, cariemque contraxerint, vel tanquam papyracea scruta ad propolas fuerint ablegati. Hoc autem seculo, quo tam vividè reflorescere bonarum artium amor videtur, spe non modicâ erigimur fore, ut ab hoc ignavæ incuriæ dedecore literæ redimantur, & refossis, si quæ adhuc privatis ignotæ in Scriptoribus latent, remotiorum ætatum doctis reliquiis, detrimenta præteritæ negligentiae summo cum fœnore studiorum reparentur.

Anno MCCCCLXIX. duo excusa Mediolani opera relata à Scriptoribus reperio, alterum, quod *Aratoris Subdiaconi Cardinalis Sacra Poesis* inscribitur, suis Typographiæ incunabulis à Cornelio à Beughem insertum, & in Barberinæ Bibliothecæ catalogo numeratum: alterum, cui titulus *Illustrium Virorum Epistola*, quodque custodiri in Bibliotheca Witian. ex ejusdem pariter catalogo docet Maittaire (c); sed cum illorum exemplar nullum ad manus, oculosque meos huc usque pervenerit, primumque librum per literas me interrogante an adhuc in Barberinæ Familiæ cultissimis penetralibus extaret, deperditum fortasse, aut malè descriptum resciverim, superfedeo eadem referre, contentus hos quoque Mediolanensis præli non inglorios labores sub aliorum fide indicasse; reliquam seriem minimè abruptam, nec incertam ab anno MCCCCLXX. usque ad XV. seculi finem perducam. Sed antequam promissum opus aggrediar, nonnulla, quæ justæ Lectoris curiositati implendæ necessaria duxi, hic præmittere opportunum existimo.

De Viris, Typographiâ illustribus, quos Mediolanum habuit.

C A P. I V.

Quam nuda, & adjectis postmodum quasi lemniscis destituta se daret in publicum vix nata, & infans Typographiâ neminem ignorare arbitror, qui vel à primo limine hoc antiquitatis studium salutaverit. Quamvis enim, ut diximus, venustissimis typis, diluto probe atramento fuligineo, & augustâ Chartâ, spatiosoque margine, ac structurâ librorum grandiore, quæ nescio quid majestatis primo aspectui affunderet, editiones pararentur, ita nihilominus sicca, puraque simplicitate suâ Auctorum textus imprimebantur, ut nihil eorum referrent, quæ in præsentia legentibus commodum, ac voluptatem faciunt. Hinc est, quod in antiquis codicibus nullus ad indicandam rei pertractatæ materiem in fronte titulus legitur, cum post aliquot tantum annos in umbilico primæ paginæ strictim, ac inornatè coeperit collocari; nullæ adsunt literæ initiales, quibus industrio calamo, aut minio, auroque effingendis in capitum exordiis patens

area

(a) Ubi supra parte prima cap. 1. pag. 25.

(b) Pag. 26. & seqq.

(c) Pag. 66. sub notâ signatâ c.

area relinquebatur : raræ admodum ad Lectorem docendum præviæ admonitiones , raræ ad aliquem Mecœnatem commendatitiæ libri edendi epistolæ occurrunt . Abfuere longo tempore à fronte , vel angulis superioribus paginarum numeri , nonnisi vergente in senium seculo illo per romanos characteres passim adjecti : Non ære incisæ imagines , ornamentaque typos ambientia in usu erant , rudibus tantùm lineis , nec adhuc edocto horum temporum elegantiam scalpro expressâ quandoque effigie aliquâ , inductisque demùm florentibus , ut vocant literis , quæ Venetiis primò inventæ sunt , quasi ars impressoria , vel extranea respueret ornamenta , vel dedignaretur alienæ manus se indigam exhibere . Indices quoque alphabeticos , ad colligendum celeri oculo quidquid sparsim per libros notatu dignum est , aded perutiles , quique ad minuendum Lectoris laborem tam copiosi hoc ævo instruuntur , desiderari omninò passa est primorum artificum diligentia . Hæc tamen omnia condonari facillè possunt ætati illi , tot aliis parandis Literariæ Reipublicæ commodis , eruendisque primò è tenebris insignium Auctorum operibus occupatæ . Quod lenire dolorem nostrum satis nequit id est , peregrinas , & vagas , atque , ut ajunt , nullius Diœcesis editiones frequenter offendi , quæ nullo temporis , loci , aut Typographi indicio signatæ , errant veluti incertæ ætatis , ac patriæ suæ , & licet quandoque cultissimæ , orbæ nihilominus opificem patrem minimè agnoscunt . Sive hoc effectum fuerit à Typographis modesto gloriæ contemptu , publicam potiùs utilitatem , quàm privatam laudem curantibus ; sive impatientiâ quadam è prælo citiùs transmittendi ad eruditas manus labores suos ; sive ignotâ aliâ nobis ratione , certè non modicè contulit ad altiùs recondendam succrescentis istius artis originem ; potuit enim omis-
sæ hujus notæ culpâ Urbi alicui retardari decus inchoatæ antiquiùs typographiæ , cum tantummodo ab excuso in libris remotiori anno exordiri ejusdem Epocham soleamus . Non omnes tamen libri testimonio hujusmodi destituti , vetustiori tempori sunt adscribendi ; certum siquidem est , per intervalla sequentium annorum dimissa ex officinis fuisse quamplura magnæ etiam molis volumina , nescia cui Urbi , aut Opifici debeant lucem suam , & quæ nonnisi aut collatâ characterum formâ Typographo cuiquam conciliare , aut inspecto Curatoris eorundem nomine , patrio domicilio redonare , fallaci quoque conjecturâ valemus . Hujus ordinis codices impressos non paucos ex securis indiciiis Mediolano vindicandos collegi : præcipuè cum non eadem cunctis conditio sit , ut memoratis omnibus notis careant ; aliis enim hac præli avaritiâ annus tantummodo , aliis locus , aliis Artificis nomen intercidit . Qui inter istos faciliùs , certiùsque natali alicui sedi affiguntur ii sunt , qui prætermisâ quidem ætate , ac loco editionis , Impressorem suum referunt ; Cum enim ex seriò hucusque evolutis , illustratisque antiquis hisce libris innotuerint peregrinationes , hospitia , patria , tempusque primorum Artificum , in dubio esse nequit , cui debeant loco securè assignari , quæ subscripta eorundem nominibus opera reperiuntur . Atque hoc profectò , inter cetera me ad tradendam Mediolanensium Typographorum notitiam non leviter impulit ; nam præterquamquod in historia ista literaria contexenda necessarium propè ducebam umbram hanc ingrata veluti incuriæ ab Urbe nostra depellere , quòd videlicet perire pateretur nomina insigniorum in hac arte Virorum , à quibus studia nostra commodum , quo etiam in præsentia fruuntur , primò exceperant ; nec dignum tantâ Civitate munus accepto beneficio retribui posse videbatur , nisi quam operibus nostris lucem dederant , nos typis iisdem immortalem , redderemus ; Id etiam præ oculis fuit , ut si quæ gloria vulgati primùm Auctoris , ob omissum in libri calce Urbis nomen , Mediolano contendere possit , reperto saltem adjecto Typographo nobis familiari , eidem constanter adjudicetur .

Impressoriæ artis cultores primo seculo Mediolani floruisse multò plures , quàm quos Annalibus suis inseruit Michaël Maittaire , præfens opus docebit : neque tamen omnes assecutum me fuisse crediderim , cum enim mihi sæpius contigerit in alicujus privatæ domus neglectis oculis cariola detegere hujusmodi antiqua exemplaria Mediolani excusa , jure suspicari possum non pauca alia produci fortuitò posse , quæ vel pretii sui ignorantia adhuc in despectioribus ædium angulis tegit , aut remotis in Urbibus diligentius custodita itineris difficultas necdum scrutari permittit . Quòd si omnia liceret inspicere , novum fortasse Mediolanensis Typographi nomen emergeret . Quin immo cum in ipsismet , quos sedulâ indagine ab obscuris pluteis eduxi , in hac Urbe impressis codicibus , nulliusque prælo signatis , quosdam memoratos Viros adverterim non immeritò in foedus aliquod hujus opificii admittendos , sed neutiquam deprehendere potuerim , an præsidis tantùm , vel recognitoris nomen ipsis debeatur , an verè Typographi , Artificesque nuncupandi sint , omisso omni calami judicio , nec designata ulla classe , & gradu , ingenuam eorum memoriam statui præmittere .

Quo tempore Stephanus Nardinus Archiepiscopus Mediolanensis à Sixto IV. Summo Pontifice sacro Murice donatus fuerat , anno videlicet MCCCCLXXIII. vulgatus fuit libellus Rogationum triduanarum , quæ Ambrosiano antiquissimo ritu circumductâ per Urbem solemnè supplicatione quotannis celebrantur . Nullus ibidem descriptus locus , annus , aut Artifex editionis legitur ; Mediolani tamen peractam , rei materies huic Urbi singularis , & præfixa Epistola nuncupatoria ad Reverendum Patrem , ac Juris utriusque Doctorem eximium , Dominum Romanum de Barni , Laudensis Ecclesiæ Canonicum , & Domini D. nostri Stephani divinâ miseratione Mediolani Archiepiscopi , ac Sacrosanctæ Ecclesiæ sub titulo S. Hadriani Cardinalis Vicarium Generalem , dilucidè evincit . Hanc scripsit Archangelus Ungardus , seu de Undegardis , familiâ olim Mediolani minimè obscurâ , quippe quæ nomen Vico hujus Urbis dedit , etiam in præsentiarum vulgari vocabulo ,
sed

sed corruptè appellatò *dogl' Andogari*. Erat iste non solùm Sacerdotio inunctus, sed nobili in super regendarum curâ animarum occupatus, quemadmodum in exordio, & in decursu ejusdem Epistolæ ipsemet testatur: nihilominus, si dixerim eum quoque incubuisse ad typographicum in hac Civitate exercitium, ut ecclesiasticis etiam Viris familiare tunc fuisse superius memoravi, ne latum quidem unguem ab ejus verbis recedam; sic enim præfatur: „ Jamdiu Reverende Pater, „ *ex quo me huic imprimendorum librorum arti addixi*, qua nihil Christus Dominus noster studiis „ liberalium artium conducibilius monstravit in terris, mecum ipse confidero, quo potissimum „ præside huic novellæ arti principium darem, cujus auspiciis *feliciter inceptam, feliciter etiam „ in reliquum tempus exequi possem*. Ac ita mihi diutiùs cogitanti, cum sola persona tua digniffi- „ ma, occurreret, cujus non modò felicitati inniterer, verùm etiam patrocínio juvarer, consilio „ regerer, ductu gubernarer; tum altera exurgebat dubietas, quòd tam faustum opus hoc prin- „ cipio meo eligerem, quod & naturæ tuæ consentaneum, & Mediolanensi populo, cujus re- „ salutem maxime affectum prospicio, utile, & à mea professione non esset alienum: sed rursus „ præexcellens virtus tua, & ardentissima erga Christianam religionem charitas, & devotio hæ- „ sitantem confirmavit, & aberranti mihi per devia certissimum, ac optatissimum iter ostendit. „ Etenim cum in proximis Litiis, hoc est in publica Civium devotioe charitatem tuam, ad- „ mirabilemque prudentiam in dirigendâ, gubernandâque procedentis turbæ pompâ conuerer, „ neque gravissimo labori parcentem, & omnia, quæ providenda fuerant ad ordinem servandum „ adhibentem prospicerem, existimavi cum tibi gratissimum, tum publicæ utilitati non incom- „ modum fore; si eum libellum, qui officium illud Litiarum contineret, *meo labore, meisque „ sumptibus imprimendum curarem*. Atque eo magis, quòd ego Sacerdos, quamvis indignissimus „ nihil magis & officio meo, & professioni conveniens reperiebam, quod Concivibus meis velut „ *primitias operationum mearum offerrem* Nec mihi non inhonestum fore non immeritò „ arbitratus sum, qui animarum curæ præpositus in nulla re honestiori me poteram occupare. „ Quod opus cum viderem vix in paucorum manibus esse, quippe in negligentiam cadente fide- „ lium devotioe, ac multorum charitate refrigeratâ, statui nullâ magis aliâ re fretus, quàm di- „ vinâ Clementiâ, tuæque Reverentiæ auxilio *per hanc artem, quam Christus Dominus cæ- „ litus demisit in terras, tantam horum librorum copiam imprimere*, quanta Mediolanensi populo, „ cujus tibi in præsentem curâ commissa est, plurimis seculis suffectura videatur. „ Ex his, quæ sparsim in relata Epistola diverso caractere consultò signavi, si quid sincerè sentiam, proferre velim; nullo angerer scrupulo, quin Ungardum hunc quoque Typographorum Mediolanensium catalogo adscriberem; Cum enim & obvium sit in antiquis codicibus Sacerdotum nomen, cu- ram hanc minimè indignam Ordinis sui religione habentium, & artem istam veluti rem sacram, Cœloque in terras demissam arripiens, rei itidem sacræ ipsemet Ungardus impenderet, non vi- deo, quid reluctari concipiendæ constanti opinioni possit, eam non tam sumptibus suis, sed verè suo etiam labore, idest typis suis fuisse paratam, ut in Epistola testabatur; Quia tamen nec alio- rum hujusmodi artificum more subscriptum eum video, nec ullum aliud exemplar ipsius nomine impressum suppetit, liberum Lectori judicium dimitto.

Alterum non memorati à Scriptoribus Typographi Mediolano adscribendi argumentum in- venio in Commentariis Psalmorum editis in hac Urbe à D. Gabriele Brebia Monaco Cassinensi S. Petri in Glaxiate anno MCCCCLXXVII. Etsi enim codex ille bis signatus loci, annique nota, primò post tabulam Caputum, ac postremò in calce, Impressoris sui nomen utrobique sileat, non leve tamen indicium Artificis præbet in Epistola præmissâ, inscriptâque ab ipso Commentario- rum Auctore ad *Religiosum Monacum, & sapientem Virum D. Gregorium Beaque*. In illa siqui- dem, posteaquam plurium gratam, dignamque memoriam intexuit, qui aut patrocínio, aut con- silio opus suum promoverant, eos etiam enunciat, qui liberales ad ejusdem impressionem sum- ptus erogaverant, statim subjungens *coadjuvantibus amicis nonnullis* *& Johanne Squasso librario Ducali admodum industrio hoc opus nostris tot vigiliis* *elucubratum ad multa volumi- num, & exemplarium centena imprimi curavi*. Quodnam esset hoc Librarii Ducalis officium ex illorum temporum historiis non facilè liquet. Fuisse olim in romana Republica Viros in eam cu- ram designatos, ut quæ ad militarem, aut civilem rationem pertinebant conscriberent, ac pro- pterea *Librarii Consulis, Tribunitii, & Quæstorii* appellarentur, ex Vegetii libris (a), atque an- tiquis marmoribus apud Gruterum (b), ac Sertorium Urfatum (c) apertè colligimus. Hæc ta- men Seculo XV. minimè congruere posse quisque intelligit, cum obsoletis jam illo ævo hujus- modi officiorum veteribus titulis, nobiliores suffectæ appellationes fuerint, puta Scribæ, Cancel- larii, à Secretis &c. Quo circa non alia ratione nomen hoc commodiùs explicari posse censue- rim, quàm si dicamus idem honoris, gratiæque munus in excudendis Principum decretis ab ipso tunc occupatum, quo etiam in præsens Regia Ducalis Curia, prælo, & officinâ librariâ in- structum, distinctumque à reliquis Impressorem suum tenet. Præterea intelligere nequeo quam industriæ laudem mereri potuisset in hac editione *Librarius* ille, nisi eidem curandæ typorum- suorum diligentiam impendisset: Aliunde notum est, ut infra pluribus exemplis constabit, elo- gio isto *viri industrii* passim Mediolani donatos eos, qui rem Typographicam exercebant. For-

(a) De Re Milit. lib. 2. cap. 47.

(b) Pag. 627. num. V. primæ edit.

(c) Marmi Eruditi, Opera postuma Lettera quinta.

tasse etiam Commentariorum Auctor noluit uti græcâ voce Typographi, à qua abstinuisse quandoque librorum editores, latinum *Librarii* vocabulum usurpantes, certum est, ut patet in Horatii impressione ab Alexandro Minutiano Mediolani curata anno MCCCCLXXXVI., in cujus calce sic legitur: *In Officina egregii Librarii Antonii Zaroti Parmensis*. Demum cum advertam, ab Auctore hujus operis, post Johannis Squassi Librarii nomen, adjungi statim *multa exemplarium centena imprimi curavi*, vix revocare in dubium valeo, an ipse quoque accensendus sit Mediolanensium Typographorum catalogo. Nullo tamen alio codice, qui affixo ejusdem nomine emerferit, hæcenus à me inspecto, fas est certiora opperiri.

Validius testimonium est, quod proferre quis posset, ut Bonum Accursium Pisanum, celebris apud nos memoriæ ob promotam egregiè curis suis latinam, græcamque literaturam, inter Opifices hujus artis statuendum evinceret. Ad calcem siquidem selectiorum Æsopi fabularum, quas græco latinoque sermone invicem sibi per columnas respondente egomet evolvi in Bibliotheca Religiosissimi Cœnobii S. Barnabæ Mediolani, hoc romano nitido caractere excusum legitur: *Bonus Accursius Pisanus impressit, qui non doctorum hominum, sed rudium ac puerorum gratiâ hunc laborem suscepit*. Attamen, si quid sentiam in hac re sincerè exponere liceat, minimè abripior primâ nudâque fronte adjectæ hujus adnotationis, ut ita faciliè id credam; sed rem intimius persequens, collatis, quæ mihi occurrerunt, Accursii operibus nostra in Urbe luce donatis, in alteram potiùs sententiam concedo, ut non Artificem, sed Præsidem tantummodo adlaborasse illum dirigendis prælis affirmem. Cum enim per decennium saltem diligentiam suam impenderit edendis Mediolani melioris notæ auctoribus, ut in decursu patebit, nusquam alibi subscriptum eum hac formula inveni; quin immo adhibiti ad singulos libros imprimendos Typographi nomen apponitur, Lavania, Pachel, Scinzenzeler; Græci verò libri, quos ad fovendum linguæ hujus studium emisit in publicum, vacui, ut plurimum sunt anni, & Typographi nota. Pape, quam mirum esset, si unica tantum vice prælum suum prodidisset, aut eodem ociofo relicto ditandis alienis insudasset! Censerem igitur rectiùs dici posse, verbis illis *Bonus Accursius Pisanus impressit* non typos suos, sed ingenii acumen in seligendis fabulis, componendaque cum græco idiomate latina interpretatione significari, quod satis clarè indicatum arbitror in attexta ibidem periodo; Labor enim ille *pro rudibus, puerisque edocendis susceptus*, non characterum impressionem, sed præviam Auctoris curam in adornanda methodo, ac materie spectabat. Quod si religioni quis ducat confessionem hanc Boni Accursii, se se Impressorem citra pudoris formidinem profitentis, in alienum sensum traducere, contendatque saltem græcam ab ipso exercitam typographiam, cum nullo alio Artifice libri hujus linguæ ab eodem editi signentur, non obstinatè refragabor. Id siquidem in tanti Viri laudem quoque vergere nemo non dicet; neque enim suspicari debemus manu illius compactos æreos characteres, aut pressum torcular, sed digniore ea ratione, qua nobiles & doctissimi Viri publicum huic arti contubernium domi suæ aperuere, ab ipso quoque præstitum prælo officium fuisse, directione scilicet laboris, aut impensarum erogatione. Neque etiam modicus typis nostris honos accederet, si quam aliæ Urbes gloriam ostentant, pertractatam videlicet fuisse hanc nobilem artem auspicio, & manu illustrium græca & latina facundia Virorum, inclyta hæc Metropolis domesticam sibi faceret, pluribus illo ævo in re literaria præstantibus Typographis exornata, ut infra videbimus.

ANTONIUS ZAROTUS.

Primus, qui citra controversiam nomen suum cufis Mediolani codicibus tanquam Typographus affixerit, *Antonius Zarotus* est; nec tantum primus, sed solus, tribus ferme annis impressoriâ arte diligenter, feliciterque hinc exercita claruit. Parmensis Civitas hunc nobis indigenam suum dedit, carens ipsa prælis, quorum nonnisi biennio post beneficium sensit. Cujus conditionis, fortunæque stirps illius foret, historiæ non memorant: Hoc certi habemus, ab ipso ætatem penè integram suam in typis nostris absumtam; ab anno enim MCCCCLXX., quo nobis constat impressos ejus curâ, & labore in hac Civitate libros, quam semel amplexus est laudabilem artem, haud intermissâ occupatione ultra illud seculum perduxit, cum anno quoque MDIV. impigrè adhuc incumbentem ad opus inceptum repererim, editis Mediolani duobus libris, *Missali* videlicet *Ordinis Humiliatorum*, & *Curatorum Manipulo*. Atque hinc emendandi sunt Annales Typographici, in quibus Michaël Maittaire nimis angusta annorum confinia eidem statuens, decoram hanc nostro Artifici temporis seriem abruptit, sic scribens: *Mediolani celebre nomen assecutus est Antonius Zarotus Parmensis Johannis Legnani impendio; & usque ad ann. 1481. operam libris non indiligentem navavit* (a). Id enim ita longè à vero distat, ut nullus fermè primo illo Seculo annus sit, quem ille præli sui editione aliqua non signaverit, & ipsa quoque grafata per Urbem integro biennio pestis, quæ omnium penè hujusmodi Artificum officinas obstruxit, Zaroti manum à typis avertere non valuerit; productis ab ipso in lucem anno octuagesimo quinto, & sexto insignibus operibus, ut infra narrabimus. Characterem adhibuit adèd nitidum, ac castigatum, ut melioribus ævi illius comparari absque pudore possit; nec parum ipsi debet Civitas nostra, cujus gratiâ impressiones hinc primùm paratæ elegantiam suam fiunt insigniorum etiam Bibliothecarum pretium, & ornamentum. Negari tamen nequit, eodem, quo ceteri, vitio hunc quoque

(a) Ibid. pag. 57.

quoque Typographum laborasse, dum gothicis formulis asperavit & ipse prælum suum, sed præterquamquod raro, & cautè, ac in levioris ut plurimum, momenti opusculis id genus barbari characteris ab ipso usurpatum inspexi, aliquid etiam peculiare in iisdem, quos adhibuit, typis ignobilioribus adnotavi; fusi enim molliore ductu, & ad romanum propius accedente, siccam illam, acutamque literarum, quibus alii utebantur, inelegantiam aliquatenus temperant, delinuntque, itaut his veluti nævis sua quoque venustas non desit.

Carpit Typographum istum Andreas Chevallierius (a), quod literas alphabeticas, quas *signaturas* appellant, sub ultima linea in medio patentis paginæ collocari solitas, ut complicandis iusto, facilique ordine impressis foliis inservirent, novâ, & illaudandâ methodo in finem ejusdem postremæ lineæ transtulerit, sic enim scribit: *Antoine Zarot Imprimeur à Milan apres avoir bien commencé de placer les signatures au-dessous de la dernière ligne, voulut corriger cette bonne maniere en les mettant mal-à-propos au bout de cette même ligne, pour les faire servir de dernier mot; comme il paroît par son Edition du Jean Simoneta de Gestis Francisci Sfortiæ Ducis Mediol. de l'année 1486.* Immeritò tamen, cum ex ipso allato codice, in Ambrosiana Bibliotheca custodito, ac propterea cuilibet obvio, dignosci possit, non hanc fuisse mentem optimo Artifici nostro, ut inverteret, suâque è statione detruderet consuetam hujusmodi signorum normam; in primis siquidem quinque libris communem aliis Typographis ordinem servans, in medio infimi marginis alphabeticam notam constituit, ex quo congruè colligo, nihil ipsum novi meditatam; quandoquidem in ipsâ operis fronte, quæ primò oculos rapit, pompam inventi sui facere debuisset, si à recepto usu recedere, & peregrinum à ceteris ingenium jactitare in animo erat. Solùm igitur in decursu operis variat methodum, & ad finem ultimæ lineæ brevi relicto interstitio ibi figit literam signaturæ, fortè quia id commodius visum est concinnatori typorum. At quid etiam si id consultò, & studio novitatis egisset? Num ideo reus in iudicium trahi, & nigro thetâ affici dignus? Ego certè non video, quid venustati editionis, aut legentium utilitati officiat, cum iusto intervallo distet signum à reliquis literis, nec historiæ sensum confundat, sed clarè appareat ibi sita nota, quæ dirigat bibliopægum, non quæ lineam claudat Lectori. Cassa igitur, & inanis est Chevallierii querela, potiusque agendæ gratiæ sunt tam industrio Typographo, quod literis memoratis numeros suos adjecerit, ut nullo erroris periculo libri compactor paginas omnes aptaret, colligaretque ad usum legentium; hac enim diligentia impressum codicem illum invenio, pari prope modum methodo, quâ in præsentiarum recti ordinis admonentur ii, quorum munus est soluta, ac recens emissa è prælis folia ad iusti voluminis formam redigere.

Quantùm verò honoris, & laudis Zaroti nomini affuderit addita typis suis nobilitas prima Liturgicorum codicum impressione, satis clarescere arbitror ex superius indicatis. Nunc de illius symbolo, seu typographicâ tessera aliquid est innuendum. Postquam aut gloriæ, aut lucri cupiditas frequentiores huic arti asseclas dedit, inducta sunt ad calcem librorum incila quædam immobilibus formis signa, quibus diversa præla, non secus ac familiæ, è stemmate discernentur, atque unaquæque editio, etiam silentibus typis, Artificem suum fateretur. Primò nonnisi simplices lineæ fuere, modò in orbem circumductæ, modò pyramidalem figuram, crucem, aut similia effingentes, quibus ad indicandos typorum Auctores intermixtæ initiales literæ nominum, cognominum, & quandoque etiam patriæ inferebantur; non dispari ratione, quâ nostro etiam ævo Scripturæ publicæ proprii tabellionatus notâ, aut merces aliò traducendæ peculiari Domini sui syngraphâ obsignantur. Succedentibus dein ætatibus excogitatæ sunt tessere politiores, quibus Artificis simul indicium daretur, & ornamentum codicibus fieret, atque ista, ut plurimum emblemata fuere elegantibus formis expressa, adjecto etiam quandoque lemmate, aut proprio Typographi nomine adscripto. Aldina Venetiis officina in domesticum symbolum sibi adscivit Anchoram cum Delphino ad ipsam circumvoluto, & divisis ad latera his characteribus *Aldus*. Frobeniana Basileæ Caducæum geminâ fulcitum manu, superinsidente columba, & posito similiter Frobenii nomine. Stephaniana Parisiis Olivam in ramos porrectam, insertis furculis, & figura hominis stantis, indice digito lemma superimminens innuentis: *noli altum sapere*, quod deinde mutavit Henricus Stephanus junior, retento quidem Oleæ symbolo, sed ramis aliis insertis, aliis deciduis, cum inscriptione: *defracti sunt rami, ut ego inserar*. Plantiniana Antwerpæ Circinum manu directum cum lemmate: *labore, & constantia*, quod etiam postmodum usurpatum fuit à Francisco Raphelengio Lugduni, qui Christophoro Plantino in cudendo magnifico, & immortalis Opere Bibliorum regionum socius manu, & consilio adfuerat. Wecheliana Francofurti Caducæum alatum cum gemino Amaltheæ cornu, insultante desuper Pegaso, & manu è nubibus educta ipsum regente &c. Atque hoc exemplum penè sequentium insigniorum Artificum præla sectata sunt, donec humanarum rerum more variis semper vicibus se solventium, ingeniosus hic emblematum delectus in typographicis officinis jam ferme obsolevit, substitutâ ad ornatum librorum frequentiam imaginum, usque ad miraculum artis affabrè, eleganterque incisarum, quæ non tam primam faciem, sed sparsim corpus ipsum miro decore, & prope dixerim luxu complent.

Mediolani primo Typographiæ Seculo parcè admodum in usu fuere impressoria hæc scuta, seu graphices; perpauca enim è nostris prælis peculiarem sibi tesseram effinxisse observavi. Inter hæc tamen illud Zaroti fuit, cujus symbolum duabus lineis in modum erectæ Crucis se intersecan-

(a) Loco citato pag. 38.

secantibus constabat, imminentibus desuper duobus sinuosis accentibus, & quatuor punctis per angulos distributis, ac literis initialibus sui nominis A. Z. ad imum stipitem hinc inde adjectis. Serò tamen selectum, raròque adhibitum, ipsius codices à me hucusque inspecti testantur; in vasta enim illius editionum mole, quæ septimi penè lustri continuatum laborem absumsit, vix unam hac notâ præditam offendere licuit, opus videlicet Leonardi Aretini inscriptum *P. Aquila*, quod Mediolani excudit anno MCCCCLXXXV. impresso in calce hoc distyco:

*Stemmata virtutum sunt hæc dignissima laude,
Quæ possessoris nomina clausa tenent.*

Non ingratum Lectori futurum arbitror, si ex antiquis documentis, quæ voraces temporis, & tinearum dentes forte propitia effugere, palam faciam egregios Viros ab Antonio Zaroto delectos, ut typographicæ suæ officinæ non tam incrementum, quàm splendorem adjicerent. Hi fuere Venerabilis Presbyter *Gabriel de Orsonibus de Cremona*, Magister *Gabriel Paverus de Fontana*, Magister *Colla Montanus*, & *Petrus Antonius de Burgo*, dictus *de Castillione*. Cum iisdem foedus iniit Zarotus anno MCCCCLXXII., pactaque Societatis juramento firmata in publicas tabulas relata fuere, quorum præcipua hæc sunt: I. Instruerentur quatuor Torcularia in domo eonducta expensis communibus, adjecto onere ipsi Zaroto conficiendi literas latinas græcæque, antiquas ac recentes, necnon omnia suppeditandi impressionis adminicula, juxta ingenii sui, artisque vires: II. Erogarent Socii pecuniam parando operi necessariam, indictâ amissionis omnium poenâ ei, qui ob solutionis tarditatem cogeret præla torpere; Zarotus verò Ducatos centum statim exsolveret: III. De lucro ex impressis codicibus percipiendo tertia pars Zaroto contingeret, duæ reliquæ inter Socios æqualiter dividerentur: IV. Thesaurarius Rectorque Societatis statueretur *Gabriel Paverus de Fontana*, apud quem etiam libri Scripturæque omnes editæ remanerent, atque in laboris præmium ex singulis editionibus unum volumen dono reciperet, simili munere etiam Correctoribus assignato, nisi aut moles, aut difficultas parandi operis uberiori mercede pensanda foret. V. Denique, ne quidquam damni Societas pateretur, vetitum prorsus cuilibet fuit, se se cum aliis Typographis immiscere, iisque consilium, aut subsidia quoquo modo præstare, atque hæc conventio per tres annos vigeret.

Eodem anno, ac die admissus quoque in consortium fuit Nicolaus Frater Petri Antonii de Burgo jam Socii, hisce tamen conditionibus: I. ut gemini hi Fratres vigintiquinque Ducatis Societatem donarent: II. tria conderent Torcularia, Antonio Zaroto dirigente, omnemque typographicam suppellectilem, quam eadem præla, cudendique libri exigere poterant, propriis expensis pararent: III. medietatem pretii domus conductæ, in qua simul cum aliis collocanda erant torcularia, solverent, nec in aliis facultatibus libros imprimere iis liceret, præterquam *in jure Canonico, jure Civili, ac Medicinâ*: IV. De lucro verò, quod divenditis libris emergeret, primùm sibi ipsis ob impensas satisfacerent Fratres, dein illius, quod superesset, quartam reliquis Sociis partem tribuerent: V. Ne autem proventus, qui ob peculiarem eam industriam laboremve à memoratis Fratribus sperabatur, fraude aliqua deperiret, juramento se se obstrinxere primi Socii, nullum omnino aliis Typographis auxilium præstandi, nullumque suis typis librum edendi, qui de iis tribus facultatibus ageret, cuilibet ex ipsis indictâ poenâ amissionis codicum, & ducatum Ducatorum, si fidem violasset. Nec præmio carebat servata fidelitas; ex singulis namque editionibus unum volumen Zaroto, & Sociis dono promittebatur. Demum expleto triennio statutum est, ut tria hæc torcularia Zaroto resignarentur, pretio à peritis taxando.

Hinc plura ediscimus, quæ ad illustranda typographicæ artis in hanc Urbem inductæ primordia, altis obsita tenebris, lucem non modicam ferunt. Primò enim responderi interrogantibus potest, cur biennio antea rari admodum codices Mediolani editi numerentur. Siquidem solus per id tempus Zarotus, rei fortasse domesticæ penuriâ laborans in extera Civitate, aggredi minimè valuit molem illam impressionum, qua postmodum Sociis adjuvantibus, multisque jam dives prælis, literarium censum adauxit. Subinde fit compertum, qui fuerint Auctores amplificandæ apud nos nobilissimæ hujus mercis, Viri nempe non è trivio ducti, aut lucri tantùm libidine incensi, sed sincero erga literas amore, studioque, præclaram illa ætate famam consecuti, quemadmodum editiones accuratissimæ, & transmissa ad posteros ingenii monumenta testantur, quæ nos merita cum laude suo loco referemus. Postremò arcanum illud evolvitur, quod me aliquando suspensum detinuit, cum in digerenda primarum Mediolanensium editionum serie viderem Typographos illos, qui diutiùs in Urbe nostra prælis insudavere, peculiare sibi veluti facultates adoptasse, erga quas typos suos exercerent, ita ut aliqui Jurisprudentiæ libris edendis, ut plurimum inservirent, alii poëticis rebus producendis in lucem prælum suum devoverent, alii denique Medicinæ tantùm, aut Historiæ parando commodo visi sint adlaborasse. Id porrò ex hoc primo Zaroti exemplo profectum crediderim, qui Fratribus de Castillione jus illud reliquit, ut sola eorundem præla in memoratis tribus facultatibus libros imprimerent; fortasse enim Typographi succedentes invicem paria sanxere, ne invida æmulatio, aut aviditas trahendi ad proprias officinas clientes, artis pretium & diligentiam minueret. Quæcumque tamen causa fuerit seu pactæ legis, seu amici inter impressores consensus, certè Mediolani viguit hæc, aliis ignota Urbibus, Classium divisio, magno, ut arbitror, studiorum emolumento, cum edendi codices à peritis in

ea facultate , quæ obijciēbatur , artificibus pertractarentur . Tabulas ipsas in itæ à Zaroto Societatis , latinè redditas , in calce hujus Operis Lector accipiet . Interim in testimonium grati animi profiteri fas est , cui eas debeam , nobilissimo nempe ac eruditionis amantissimo Equiti J. C. C. D. Joseph Landriano , qui ignoratam hanc gemmam in veteris Tabularii pulvere latentem primus inspexit , & Johanni Angelo de Custodibus , antiquarum rerum sedulo indagatori , qui integrum documentum exscriptum ad me humanissime detulit .

P H I L I P P U S L A V A N I A .

Proximè Zaroto , anno scilicet MCCCCLXXIII. successit *Philippus Lavania* Civis Mediolanensis , qui veluti pudori ducens totam hujus artis gloriam , & literarum proventum extero homini tunc deberi ab hac inclyta , atque omnium nobiliorum facultatum altrice Urbe , ingenium , viresque suas novis condendis typis impendit , tantoque characterum cultu , ac papyri nitore editiones adornavit , ut si cum primis Zaroti conferantur , non tam illarum elegantiam æmulentur , quàm vincant , iudice quovis oculo etiam peregrino , cui nullum ex amore patriæ vitium , ut mihi , fortasse obtrudi possit . Lavanium familiam in Urbe nostra nomine , aut splendore conspicuam viguisse nemo hætenus tradidit , abestque à Catalogo Nobilium Familiarum , quem *Morigia* ex antiquis Scriptoribus collectum Historiæ suæ attexuit . Ego tamen cum evolverem libros antiquæ editionis , quos mihi invisendos exhibuit humanissimus Pater Minoris Observantiæ , Custos Bibliothecæ S. Mariæ Gratiarum apud Modoëtiam , incidi in prægrande volumen Angeli de Perusio , de *Obligationibus* inscriptum , atque impressum Mediolani anno MCCCCLXXXI. ad cujus calcem præclarum hoc de ipsius illustri genere testimonium legitur : *Petri Antonii Castellionei juris alumni doctissimi , Philippique Lavagnæ , ampli , honestique negotiatoris , nobilissimorum Mediolanensium civium sumptibus , & cura ;* Negotiationem porrò tunc temporis etiam per primores Viros exercitam fuisse , absque injuria nobilitatis , quisque vel paululum edoctus de illius ævi moribus novit , cum passim in Principum Mediolanensium Literis , & Corii Historia nobiles Mercatores occurrant . Alterum hujus rei monumentum mihi suppeditavit vetustum Viglevani Cœnobium , Sancto Petro Martyri nuncupatum , quod incolunt Religiosissimi æque ac doctissimi S. Dominici Alumni . Ibidem enim inter cetera prægrandia volumina primæ editionis , se se mihi obtulit secunda pars Consiliorum Andreae de S. Bartholomæo de Sicilia , in cujus calce hæc leguntur : *Hujus impressionis opus exegit Nobilis , & probatæ fidei Vir Philippus Lavagnia Mediolanensis proprio sumptu . Anno MCCCCLXXXIX.* Pingui certè censu , & honestæ fortunæ bonis instructum abundè fuisse hunc Typographum prudenter conjicere possum , quia nusquam ad calcem suorum Operum , ut temporis illius consuetudo ferebat , alienis sumptibus adjutum ipsum invenio , utcumque justæ molis , & non mediocris impensæ volumina vulganda suscepit , perfecitque : quinimmo ex memoriis ad antiquas illas editiones appositis dilucidè intelligimus , non solum propriis typis , sed alienis quoque ære suo conductis usum fuisse Lavanium , ut novis , dignisque impressionibus literariam dotem augetet ; Post tractatum namque Bartholomæi Cepolæ Veronensis de *Servitutibus* Mediolani impressum anno MCCCCLXXV. hæc jacent : *Per Christophorum Waldarfer Ratisponensem , Impensis Juris Scholaris D. Petri Antonii de Burgo dicti de Castelliono , & Philippi de Lavania .* Dolendum porrò est , post annum octuagesimum hujus Seculi rara admodum exemplaria felicissimi hujus præli ad nos permeasse . Hujus autem jacturæ culpanda minimè est festinæ mortis invidia ; apud nos siquidem incolumem adhuc viguisse testantur tum *Opera S. Ambrosii* octennio post edita , quæ hanc in fine decoram ipsius memoriam referunt : *Impressa per Magistrum Uldericum Scinzenzeler theutonicum , Opera , & impensa Domini Philippi Lavaniae Civis Mediolanensis ,* tum Consilia superius relata . Quocirca potius credendum est , amore tranquillioris vitæ , suæque fortis divite patrimonio contentum , à typorum curis proprio nomine exercendis sese abstinuisse , sumptusque tantummodo erogasse . Id certè in majus ejusdem editionum pretium cedit , quòd non tam nitore characteris ferè semper integerrimè servato , quàm raritate ipsâ commendentur .

C H R I S T O P H O R U S W A L D A R F E R .

Anus jam effluxerat , ex quo Civis noster Lavania illustrem Typothecam suam ad patriæ commodum , cultumque aperuerat , cum Mediolanum quoque se contulit memoratus Christophorus Waldarfer (seu Baldarfer , promiscuè enim ita subscriptum libris suis vidi , consueto Germanicæ nationi pronuntiandi more) Ratisponensis . Celerem hujus Typographi adventum evincunt plura volumina tum anno MCCCCLXXIV. , tum sequenti ab eodem hic excusa , quæ erroris arguunt Michaëlem Maittaire (a) asserentem , biennio tantummodo post , ejusdem officinam ad nos fuisse translata . Commigraverat ille septuagesimo prædicti Seculi anno è Germania in Italiam , primumque exercendæ huic arti locum selegerat Venetias . Inibi non ultra sequentem annum moram traxit , & licet Synchronus celeberrimis Opificibus Spirensibus fratribus , ac Nicolao Jenfon , peculiari laude non caruit , cum in calce Virgilii à Servio Commentariis il-

Tom. I.

q

lustrati,

(a) Ibid. pag. 79.

lustrati, editique anno MCCCCLXXI. legantur hæc carmina, relata à Maittaire, & fortasse compacta ab ejus emendatore Ludovico Carbone.

*In commune bonum mandasti plurima formis
Ratisponensis gloria Christophore.
Nunc etiam docti das Commentaria Servi,
In quibus exponit carmina Virgilio.
Divulgasque librum, qui rarior esse solebat,
Ut parvo pretio quisque parare queat.
Hunc emite o Juvenes; operâ Carbonis ad unguem
Correctus vestris serviet ingeniis.*

Mediolani quoque non inveniuntur editiones curavit, quas tamen cum Zaroti, Lavaniæque excellentibus typis comparare non ausim. Verum, quod minus acceptam commendatamque hujusce Artificis memoriam nostræ Metropoli facit, insolentia est gothicæ typographiæ, quam Mediolanensibus officinis ad illud usque tempus ignotam primus ipse importavit. Etsi enim huic characterum generi nobilitatem quandam adspargere contendat V. Clar. Scipio Massæus, eorundem originem è romana usque antiquitate deducens, dum sic scribit in præfatione ad suum Cassiodorium recens Florentiæ editum (a): *Celeri eâ scripturâ constabat* (MS.^{um} nempe ab ipso Veronæ repertum, de quo loquitur), *quam literaria omnis Respublica modò Gothicam, modò Saxoniam, modò Longobardicam appellat, & putat usque in hanc diem, Francogallicam item quandoque, Viro maximo P. Mabilloni novitatem nominis concipiente; Ego verò merè Romanam invictis, ni fallor, & ineluctabilibus argumentis ostendam aliquando, atque evincam.* Nihilominus negari nequit, quocumque demum Auctore condita fuerit, molestam esse, invisamque adeò hujusce Scripturæ formam, ut delicatior hæc ætas eandem à calamis, prælisque suis indignabundo quodam contemptu ablegaverit. Hanc verò statim ac in has oras pedem intulit Waldarfer, veluti dexteritatis suæ primitias dedit; postquam enim S. Ambrosii libros de Officiis, vitam à Paulino conscriptam, & nonnulla ejusdem Antistitis nostri opuscula publicæ luci præclaris typis donasset, expirante ipso met primo adventus sui anno, Logicas quasdam animadversiones Pauli Veneti impressit nitidis quidem, sed minutis gothicæ formæ literis, quas secum ab Urbe Veneta detulisse vix ambigendum est; Ibi enim non modò anno septuagesimo quinto primi Seculi, ut ex Chevallierio jam dictum est, sed quinquennio ante invaluisse hunc imprimendi morem à Germanis haustum licet nobiliorem, nec adhuc infelici posteriorum temporum crassitie infectum tradit Maittaire (b). Quantum autem ex notis hucusque operibus colligere possumus, non ultra annum octuagesimum octavum illius Seculi suos in re typographicâ labores Christophorus Waldarfer perduxit, & hos quidem decennio abruptos, ut prænotavi. Si quas alias ejus editiones è privatarum ædium pluteis erui quandoque contingat, novi luminis additamentum literariæ Reipublicæ gratulabor. Interim subicere libet metricum elogium, quod non tam in laudem tanti Artificis, quàm Germanicæ nationis appositum legitur in editione Orationum Ciceronis ab ipso Venetiis peractâ, cum id in decus quoque Urbis nostræ vergat, ubi diutiùs, quàm inibi adlaborasse imprimendis libris adnotavimus. Hoc autem exemplar excurrere mihi licuit in divite Bibliotheca Marchionis Laurentii Galeazii Trotti Equitis Mediolanensis, nobilitate, ac liberalibus artibus eximie clari; sed paucis ab hinc annis immatura morte prærepti.

*Germani ingenii quis non miretur acumen?
Quod vult Germanus, protinus efficiet.
Aspice quàm mirâ libros impresserit arte,
Quàm subito veterum tot monumenta dedit,
Nomine Christophorus Waldarfer gentis alumnus
Ratisponensis gloria magna soli.
Nunc ingens Ciceronis opus, causasque forenses,
Quas inter Patres dixit, & in populo.
Cernis quàm recto, quàm emendato ordine struxit;
Nulla figura oculis gratior esse potest.
Hoc autem illustri Venetum perfecit in Urbe
Præstanti Mauro sub duce Christophoro.*

Acci-

(a) Anno 1721. pag. XVI.

(b) Ibid. pag. 144.

*Accipite hunc librum, quibus est facundia cordi,
Qui Te, Marce, colit, sponte disertus erit.*

MCCCCLXXI. Ludovicus Carbo.

Editionem hanc ad memoratum annum refert Maittaire, sed de his carminibus filet; fortasse enim propriis oculis illam minimè inspexit.

JOHANNES WRSTER.

EUndem annum MCCCCLXXIV. novo prælo signat Johannes Wrster de Campidona. Refert illum in prævio ad sequentem annum catalogo Michaël Maittaire, sed candidè professor loci indicio carere (a), veluti peregrinum sub Dio, sine hospicio, ac tecto dimittit. Ego verò non absurdè crediderim hanc Metropolim laboribus suis sedem contigisse, ipsumque inter Typographos hujus inclytæ Urbis meritò collocandum. Validum proposito meo fundamentum exhibent S. Augustini Confessiones Mediolani impressæ, atque in domestico meo bibliophylacio aservatæ, ad quorum calcem subscriptum legitur sequens tetrasticon:

*Quàm latum Augusta ferat Confessio factum
Præfens fratre docet pagina pressa suo.
Theutonicis delatus enim bonus ære Johannes
Hoc Mediolani fertile pressit opus.*

Anno Incarnationis Domini MCCCCLXXV.

Revera in his versibus non emicat expressum cognomen Artificis, vel quia duriùs visum est, quàm elegans dulcedo carminis patiatur, vel quia ad numeros, legesque concepti jam metri trahi sine vitio non posset. Nihilominus, cum nullus alius Typographus, nomine *Johannes*, memorato anno prælis insudasse in hac Urbe reperitur; cum dicatur ære conductus Theutonicis ab oris, Campidona autem, olim Campodunum, utpotè sita in Svevia, urbs Germaniæ sit; cum nusquam alibi Wrster hanc artem exercuisse legatur, & numeretur eo anno inter Librarios opifices, quis neget ex tot adjunctis eum satis indigitari, ac nobis evinci? Hæc ritè concludentia indicia in hanc quoque sententiam me trahunt, quòd istic eodem anno, quo S. Augustini Confessiones edidit, presserit alium librum in Annalibus Typographicis descriptum, cui nomen, cognomenque suum subfixit, locum autem omisit. Hunc videre mihi licuit apud laudatum Comitem Donatum Sylvam italico sermone exaratum, atque hoc titulo adnotatum: *Libro della Consolazione delle Medicine semplici &c.* ejusque intuitu non modicè delectatus fui, quippe romano majori charactere excusus tantum præsert nitorem, ut nemini, quem viderim, venustatis laude concedat. Typi, quibus compactæ sunt Sancti Augustini Confessiones, eandem elegantiam ferunt, nisi quòd mediocris formæ sunt, vocesque plurimæ (ad normam fortasse exemplaris manuscripti, quod tunc præ oculis habuit) frequentibus syncopis abruptæ, ac compendiariis notulis contractæ imperitos oculos vel fatigant, vel deludunt. Cur verò affirmem, Typographum hunc anno superiore ad gemini hujus codicis editionem Mediolani prælum fixisse, in causa est prægrande Volumen romano nitidissimo charactere excusum, atque ita inscriptum: *Liber pandectarum Medicinæ, omnia Medicinæ simplicia continens, quem ex omnibus antiquorum libris aggregavit eximius Artium & Medicinæ Doctor Matthæus Silvaticus, ad Serenissimum Siciliae Regem Robertum.* Quàmvis enim in calce, ubi annus, nomenque Opificis legitur his verbis: *Impressum per Magistrum Johannem Wrster de Kampidona. Anno Domini MCCCCLXXVIII.* loci mentione careat, vagum tamen, incertumque originis suæ censeferi non debet, cum ex huc usque relatis, satis dilucidè patere arbitrer, nullam Urbem meliori jure, ac nostram, tam insignis artificis contubernio posse gloriari. Fatear nihilominus necesse est dubium meum, quod primò animum incessit, cum illud inspicerem, oblatum mihi humanissimè à Monacis Olivetanæ Congregationis hujus Urbis, qui adornatâ postremis hisce annis elegantia ac prædivite Bibliothecâ, novum suo S. Victoris Cœnobio, ad omnem religiosi decoris splendorem magnificè extructo, pretium & majestatem addidere. Evolvens siquidem librum, ac in ejusdem fronte legens nomen Matthæi Moreti Brixienfis, qui tunc Bononiæ, ac Astronomiæ interpretis erat, atque hoc Opus studio & industria sua emendatum dicabat Francisco Gonzagæ Cardinali Mantuano, Bononiæ Legato, anceps hæsi, num fortè hic Wrster priusquam ad nos acciretur, typorum suorum primordia in ea Civitate collocasset. Sed fluctuantis animi formidinem dispulit tum carminum, quæ superiùs retuli, seria consideratio; in iis enim aperte asferitur conductum ære Theutonicis ab oris Johannem, rectâ ad hanc Urbem contendisse; tum accepta à P. Orlando superiùs laudato notitia alterius editionis eodem anno Bononiæ paratæ, cui subscriptus legitur suus Typographus *Balthassar Azzoguidi*. Neque enim credibile est, illud ipsum Opus, eodem anno, in eadem Urbe à Moreto datum geminis prælis, præcipuè cum sub initium

(a) Ibid. pag. 83.

tium quarti mensis illiusmet anni lucem primò vidisset hic liber Neapoli, curâ *Angeli Catonis de Benevento* Philosophi, & Medici. Quocirca congruè ad Historiæ fidem conciliari res potest, si dicamus, anno MCCCCLXXIV. primò editas fuisse Neapoli hæcæ pandectas *die prima Aprilis*, ut ad illum annum tradit Maittaire; postmodum libri summè proficui novitate invitatum Moretum, manum eidem apposuisse, ac curasse, ut Bononiæ emendatior prodiret; denique famâ optimi exemplaris Mediolanum delatâ, arreptam citocius fuisse à Johanne Wrster occasionem præli sui condecorandi, tertiamque elaboratam editionem simili prorsus methodo, ac fideli verborum omnium codicis Bononiensis impressione, qui mos eo tempore familiaris Typographis fuit, eadem omnino nuncupatorias Epistolas, Elogia, ac illustrium Virorum nomina, qui Operibus castigandis primam curam impenderant, pluribi recudentibus. Neque longè à vero aberrare me existimaverim, si conjectando hoc quòque subjungam, videlicet ad evulgandum in hac Urbe tam præclarum Matthæi Silvatici laborem, nobili quodam æmulationis stimulo incitatos fuisse Mediolanenses, ut Civem hunc suum (quemadmodum alibi ostendam), ad eò de re Medica benemeritum, patriæ veluti redonarent, agrè ferentes gloriam, quam hîc promeritus fuerat, alieno tantùm in solo eidem deferri.

At Crucem nobis figere videtur liber alter ab eodem excusus, *Problemata* nempe *Aristotelis* ex Theodori Gazæ versione, sine anni & loci adnotatione, sed ita in calce signatus: *Per Johannem Wrster de Campidonia, & Johannem Baumeister socios, illustri Principe Ludovico de Gonzaga Marchione*. Refert illum Clariss. Marchio Scipio Maphæus in sua Verona illustrata, ubi agit de Scriptoribus Veronensibus, pag. 90. editionis in fol., testaturque asservari inter quàm plura Volumina, primo nascentis Typographiæ seculo edita, in celebri Bibliotheca Cœnobii S. Leonardi Veronæ, magnis sumptibus à D. Celso Maphæo instructa; Mentio autem illa Principis Marchionis Gonzagæ, à Typographo adjecta, non leve indicium est loci, in quo codex prodierit, *Mantua* videlicet Ludovico obsequentis. Attamen ne hoc quidem mihi vim facit, ut à primæva opinione depellar, quinimmo lumen aliquod dilucidius hinc mihi suboriri video ad altius in eadem pædem defigendum. Quid illud sit, accipe. Cùm elaborando huic Operi curam impenderem, mihi offendere licuit inter amplam librorum suppellectilem Marchionis Alexandri Trivultii, Equitis nobilitate, prudentiâ, doctrinâque apud nos celebris, impressum in pergamena exemplar cujusdam Opusculi, à Gabriele Pavero Fontana Elegiacis Carminibus exarata: *De vita & obitu Galeaz Mariæ Sfortiæ Vicecomitis, Mediolani Ducis Quinti, ad Ill. Dominum Ludovicum Gonzagam, Mantuæ Marchionem*. Cur verò hic Auctor Mediolani degens, resque sub oculis suis in Urbe nostra gestas enarrans, laborem calami sui Marchioni Mantuæ dicaverit, id in causa fuit, quòd Princeps ille, intellecta improba cæde in Mediolanensem Ducem patrata, illico ad hanc Metropolim convolaverit, amorem suum in tanti infortunii acerbitate Familiæ Vicecomitum testaturus, ibique tandiu præfederit consiliis agitandis, compescendis tumultibus, pacandæque turbatæ Reipublicæ, donec restituta turbidis rebus serenitate, Viduæ Principis Pupillique imperium pristinæ securitati redonaret. Historiam hanc omnem ex ipso Pavero discimus in hæc verba:

*Nuper at illustris Ludovicus Marchio venit,
 Quo patre lætatur Mantua prisca suo
 Longævum eloquio qui nobis Nestora reddit,
 Pelidemque animo, & Relligione Numam;
 Moribus & vita, magnis & rebus agendis
 Scipiadas vincit, Cæsareosque Duces.
 Is cum sensisset læthalia fata potentis
 Et chari Galeaz, haud mora, scandit equum.
 Non morbus retinet, retinet non tarda senectus,
 Non nix, non glacies, nonque pruina tenet;
 Quin Mediolanum properet velocior euro,
 Et placidus placet turbida si qua forent.
 Ut primùm venit, cunctis solatia præbet,
 Cum nemo dubitet, quin bene navis eat,
 Quam Ludovicus agit, quo nil sapientius usquam,
 Nil magis excellens Orbis habere potest.
 Ob quantum quantum tibi nos debere fatemur
 Quod portum e pelago nostra carina subit!*

En igitur evolutum nodum, quem implicare videbantur verba libro superius indicato à Wrster apposita; siquidem per ea tempora, quibus Typographus ille in Urbem nostram è Germania accitus, prælo infudabat, Ludovicus Mantuæ Marchio commissam sibi ab afflictis Sfortiis Principibus Rem Mediolanensem moderabatur, adeoque signare poterat editionem, hic paratam, illius nomine, quem veluti Dominum ac negotiorum omnium arbitrum, à Matre Filioque Ducibus constitutum Urbs nostra reverebatur, non secus ac *Paverus* eundem apud nos agentem, Carminibus suis Mecœnatem delegerat. Sanè ex allato *Pavero* fragmento comper- tum fit, adhuc Mediolani constitisse Gonzagam, cum ista scriberet; eum enim alloquitur tan- quam omnia nutu, auctoritate, & consiliis ita pacantem, ut eo auspice sperari posset inquieto imperio redonanda tranquillitas. Itaque, quousque solidiora documenta Urbs aliqua obarmet, ut nobis celebrem hunc, ob nitorem characterum, Typographum eripiat, vindicati Mediolano ejusdem præli, datique hospitii huic Artifici vago peregrinoque ab omnibus hætenus Scriptoribus dere- licto, nunquam pigebit.

DIONYSIUS PARAVISINUS.

SEquens annus MCCCCLXXV. insignis est præclarâ memoriâ Dionysii de Paravisino, seu Pa- ravisini, qui omnium primus Græcos integros codices excudit, ut superius monui, & quam- vis non extraneus ipse, hoc tamen extranei cultissimique idiomatis singulare decus Metropoli suâ jam tot aliis prærogativis illustri, studio & labore maximo adjunxit, ne cui extero invectam nostris typographiis Græciam, scientiarum olim, artiumque Magistram deberemus. Originem hic suam, quamquam non ex hac Urbe, ex agro tamen Mediolanensi duxit; *Paravisinum* enim pagus est sub jure Mediolani *in Plebe Incini*, qua nostra confinia attingunt Novocomensem ditionem. Et quia ab Urbe illa dominâ Larii lacus nonnisi per quinque lapides distat, facile credi potest, vicinîæ commo- do, & facili ad domesticarum rerum curam reditu illectum, primò Dionysium illuc comuisse, ut inibi tyrocinia præli sui deponeret. Biennio siquidem, antequam Mediolani sedem statueret, eum Novocomi imprimendis Libris operam dedisse certum est, laboris socio, seu Magistro Ambrosio de Orco; nam in eo, quem prælibavi, *Traçtatu Appellationum Antonii à S. Georgio* anno MCCC- LXXIV. edito hæc subscripta leguntur: *Comi per Ambrosium de Orco, & Dionysium de Paravisino*. Unde prudenter conijcere possum ejus cognomen à patria ipsâ deductum, quemadmodum in plu- ribus familiis decursu temporis contigit. Porro etiam in hanc diem perseveravit, & frequentissi- mum est in ejus pagi incolis cognomen *Paravisini*. Edoctus exinde typorum artem jam alibi adul- tam, excultamque summo in latinis codicibus diligentîæ, decorisque experimento, aggredi cœ- pit à nemine hætenus tentatum opus prægrande, ac magnoperè Literariæ Reipublicæ proficuum, adoptandi in nostras impressorias officinas græcos quoque typos, inducendique in gymnasia fa- miliare, & cusis characteribus obvium perdifficilis illius linguæ studium, quod post irruptiones Barbarorum, in Italiâ ad septingentos ferme annos, si non prorsus oblivione sepultum; saltem negligentîâ jacens, excitaverat quidem Emmanuel Chrysoloras sub initium hujus Seculi XV. ve- rùm ob manuscriptorum raritatem, laboremque improbum omnia calamo exscribendi, in ali- quibus tantùm celebrioribus Urbibus ægrè etiam promovebatur. Metropolitim igitur ad Urbem profectus Paravisinus, Demetrioque Crentensi præcipuo tantæ rei parandæ adjutore usus, *Constan- tini Lascaris* græcam grammaticam vulgavit, iterque antehac invium aperuit, quod tantâ dein- de gloriâ Venetiis Aldus calcavit, ut numerosâ mole celebrium quorumcumque Auctorum è præ- lo suo dimissâ, ac veluti obruente memoriam retrò excusorum græcis typis voluminum, huic er- roneæ laudi locum fecerit, qua ipse tanquam primus græcæ impressionis Artifex celebraretur. Paravisinum verò statim post peractam Novocomi prælaudatam *Appellationum* editionem transf- measse in Urbem nostram, ibique anno septuagesimo quinto græcarum vocum formulis animum applicuisse, perspicuè ostendi reor ex ipsa, quam deinde anno proximè sequente edidit, gramma- ticâ; cum enim die trigesimo Januarii absoluta impressio legatur, quis non videt brevi unius mensis spatio haudquaquam potuisse instrui typographicam suppellectilem, fundi insuetos chara- cteres, aptari ectypa, & alia id genus ad insolitam arduamque provinciam inchoandam, perfi- ciendamque necessaria, adornari. Præcipuè cum Demetrius ipse Crentensis in præfixa ad Codicem illum Epistola; grave, ac longum studium suum in novo hoc laboris genere exhauriendo testetur inquiens: *multum mente, plurimum verò experienciâ laboravimus, vix tandem inveni, quoniam modo libri græci imprimerentur, tum literarum compositione, quæ varia, & multiplex penès literas græ- cas existit, tum maxime locis accentuum servatis, quod profectò arduum erat, nec parvâ indigebat consideratione*. Hæc verba è libentiùs retuli, quò dilucidius non tam sententiam meam de cito Dionysii Paravisini Mediolanum adventu ostendunt, quàm gloriam Urbis ipsius in prima Codi- cum græcorum impressione irrefragabili testimonio confirmant.

Præter Lascaris grammaticam, nullum alterum græcum codicem Dionysii Paravisini nomi- ne obsignatum vidi: cum tamen eæ, quæ subsequenter annis Mediolani absolutæ sunt, græcæ editiones Artificem suum minimè enuncient, primo huic Impressori congruè assignari possunt: Hujusmodi laudem certè facili, apertoque animo in Paravisinum devolvit Michaël Maittaire (a), qui alibi etiam fugillat Gefnerum nimis in Aldi encomia effusum, dum in Epistola ad Paulum.

Tom. I.

r

Manu-

(a) Ibid. pag. 146. & 262. in notis sub lit. c.

Manutium sic scribit : *Exemplaria græca ante Patrem tuum aut nulla, ni fallor, aut pauca, nec eâ industriâ typis publicata sunt*. Subjungit siquidem Maittaire (a) : *Pauca quidem ante Aldum excusa sunt : attamen in quibus industria, & typorum elegantia desiderari nebulam mihi videtur*; obicitque in exemplum nitidæ, accuratæque editionis Homerum Florentiæ, & Isocratem Mediolani. Adde ego Lexicon græco-latinum in hac nostra Urbe procul dubio impressum, atque à me inspectum tantâ emendatione, ac venustate characterum, ut ferre intrepidè possit utcumque liberalem, cultumque vultum codicum Aldinorum. Immo si aliquid meritæ Gesneri redargutioni addere licet, mirari me dicam, tam firmo calamo potuisse ab illo decretoriam veluti sententiam proferri, quâ Aldo gloria melioris industriæ in græcis typis decerneretur, cum dubitaret an ulla ante ipsum græca editio extitisset; unde colligo, nullam ab ipso visam, ac proinde imaginariâ comparatione abludi ejus præceptum in Aldi favorem. Sed neque omnino verum esse crediderim, pauca admodum ante hunc insignem Venetum Typographum excusa fuisse hujusce idiomatis volumina; nam præter ea, quæ in ceteris Italiæ Urbibus emissa in lucem superius retuli, quæque multò plura in Annalibus Typographicis, ac Bibliothecis offendi queunt, incluta hæc patria mea vixdum impleto primo lustro à condita Mediolani græca Typographia, quinque adhuc superstites græcos codices prælis suis excusos numerat, non leve indicium fecundi laboris, quo infans adhuc in hac arte illa ætas promovendo tam præclaro studio infudabat. At verò, quot-etiam periisse curatas eo tempore consimilis formæ impressiones opinari possumus, cum integro quadriennio ab edita Lascaris Grammatica nulli hæctenus mihi ad manus venerint eâ linguâ formati libri; nulli ab octuagesimo primo anno ad nonagesimum tertium, græci *Isocratis* optimis typis editi, præclarâ memoriâ signatum! Vix autem invenire fidem potest, aut jacuisse desides tanto temporis intervallo, qui hunc sibi Urbique splendorem difficili curâ paraverant, aut inutiles sumptus pati voluisse, unicâ editione contentos, qui certè non mediocri impendio elaborandis hisce formis pecunias insumperant. Profectò arbitror iniquius quoque fatum, quàm antiquæ latinæ editiones græcas expertas esse; cum enim linguæ hujusmodi amor, quem nostrâ hac ætate apud Mediolanenses juvenes, Viros, Equitesque reflorescere video gratulorque, superiori tempore inter faces, ac incendia bellorum tepesceret, ac penè extingueretur, facile fuit, ut imperitis Dominis, nec vim, sensumque attingentibus exoticis characteris, barbaræ visæ sint paginae ignotis lineis distinctæ, contemptumque sui injecerint oculis, & relictæ absque nomine, cultuque in putri, despectiorique angulo domuum, injuriæ cuilibet situs, tinearum, ac murium foedâ strage dilaceratæ, absumptæque fuerint. Mihi certè non rarò contigit, cum ad augendum literariæ huic historiæ Mediolanensi censum antiquæ rei, nonnullas haud ignobiles Bibliothecas lustrarem, nullos negligentius habitos, quàm græcos codices videre: eos verò, si qui intra ordinem ceterorum inducti erant, ignorantia hujusmodi linguæ, aut titulo vacuos dimiserat, aut unam hanc epigraphem indiscriminatim cujusvis tergo inscripserat: *Liber græcus*; atque inter hunc cœtum anonymum, gemmam illam græci Lexici jam laudati, ac nitidissimis typis expressi propitia fors explicandam obtulit.

Quandiu Paravisinus apud nos meruerit gloriosi hujus laboris exercito munere, prorsus latet; destitisse illum ab hac arte ante prædicti seculi exitum, sive abruptæ vitæ necessitate, sive intermissi præli ocio, suadent editiones græcæ anni nonagesimi tertii, & sequentium temporum, quæ aliorum Artificum nomine obsignantur. Verum quidem est, ab ipso typos adhibitos vulgaribus quoque latinis codicibus; eorum tamen nullum in hanc diem inspicere mihi licuit, vixque unum reperi in Annalibus Typographicis memoratum, *Nicolai* scilicet *Perotti rudimenta grammaticæ latinæ* in lucem data Mediolani anno MCCCCLXXVIII. typographicæ illius curæ particeps altero socio, de quo mox erit sermo.

DOMINICUS DE VESPOLATE.

Typographus iste anno MCCCCLXXVI. auxit cultissimo prælo suo Mediolanensis Urbis gloriam, & commodum literarum; statim enim ac cudendis libris se addixit, *Papiae Vocabularium*, hæctenus ineditum publici juris fecit, tantâ characterum elegantia, chartæque nobilitate, ut pompam quandam sui explicare ante oculos mihi visum sit, cum illud primò aperui, adhuc superstes à senio tantæ antiquitatis. Exercuit eo anno solus hanc artem, dein adscito sibi in socium Jacobo de Marliano, & post ipsum Dionysio Paravisino ceteras impressiones peregit, quas tamen citò abruptisse, triennio sui laboris necdum expleto, constat ex editis postea libris, in quibus ultra annum septuagesimum octavum nulla illius mentio inter subscriptos Typographos reperitur.

JACOBUS DE MARLIANO.

Eadem conditio est nuper enunciati Jacobi Marliani, seu de Marliano, qui anno MCCCCLXXVII. innotescere cœpit publico typorum opificio; duas siquidem tantummodo editiones ab eodem paratas invenio, alteram hoc anno, quam solus perfecit, *Salustii* nempe *Operum*, alteram anno sequenti, quæ socium refert Dominicum de Vespolate, nec aliud quicquam aut de

(a) Ibid. pag. 234. in notis sub lit. a.

de stirpe ejusdem, cum Marlianas familias permultas, summâ nobilitate conspicuas eo etiam tempore Mediolanum haberet, aut de typographia ulterius ab ipso promotâ memoriæ vestigium extat.

JOHANNES ANTONIUS, & BENIGNUS
FRATRES DE HONATE.

Celebrius est nomen Johannis Antonii de Honate, ejusque Fratris Benigni, qui præla sua in hanc Urbem induxere anno MCCCCLXXVII. & pluribus, iisque eximia commendationis voluminibus editis claruere. Illustri eosdem stirpe progenitos fuisse dubitare non finit expressa nobilitatis mentio, quam reperi in calce *Lectura Balbi super pr. & sec. parte Infortiati*, ubi hæc leguntur: *Mediolani fuit primùm correctâ & emendata; postmodum ibidem impressa laboribus, & impensa Nobilium Benini, & Joh. Antonii Fratrum de Honate, & finita feliciter anno 1479. die 28. Maji*. Horum potior cura fuit Jurisprudentiæ in Urbe nostra illustrandæ typorum studium diligentius apponere, nec rivulis tantum contenti fuere, peculiaribus videlicet tractatibus, aut commentariis, quæ (rarò etiam) Waldarfer, conductus fortasse ab ipsis, domestica nobis fecerat, sed fontes ipsos publica donatos luce aperuere, juris utriusque Codices integros imprimentes tanta sedulitate, ac conatu, ut uno eodemque anno octuagesimo secundo Seculi illius ferè omnes libros, qui amplam Legum seriem, jurisque universi materiam complectuntur, ab ipsis viderim prælo vulgatos; quod certè non modicæ laudis, atque etiam admirationis argumentum est, tam brevi temporis spatio vastis aded, arduisque Operibus parandis unius familiæ vires sufficere potuisse. Hoc tamen filere haud debeo, urgendo fovendoque labori plurimum profuisse nobilem curam duorum, non tam sanguinis claritate, quam doctrinæ præstantia & amore erga literas insignium virorum, Johannis scilicet Antonii Castillionæi, & Ambrosii Caymi, quos subscriptos magnis illis voluminibus cernimus, illustri memoria æris ab iisdem liberaliter collati ad tantum patriæ decus, hujusque præclarissimæ facultatis cultoribus beneficium procurandum; quo facturi deinde credi facile potest, ut largis hisce subsidiis aucti nobiles Fratres, excitatis pluribus impressoriis torcularibus, virilem operam suam consummandæ celeriter tanti laboris editioni præstiterint. Non destitere tamen ab inceptis hoc etiam absoluto ingenti conatu, sed prosequuti institutum suum, in id ferè semper incubuere, ut Commentaria Scriptorum insignium in decreta Pontificum, ac Imperatorias leges imprimerent. Quocirca peculiari hoc encomio inter Mediolanenses primi Seculi Typographos meritò illustrem hanc Fratrum copiam donandam censeo, quòd se totam penè ipsis debuerit nobilissima hæc scientia; licet paulò ultra decennium, ex hætenus à me repertis eorundem cufis Operibus, laborasse comperiantur. Antequam verò aliò me convertam, monere Lectorem opus est, etiam in horum Fratrum cognomine exprimendo errasse Michaëlem Maittaire; cum enim duos tantummodo ex tot à me collectis ipsorum libris retulerit, qui vel simul, vel unius tantum ex Fratribus nempe *Johannis Antonii* nomine in calce signantur, utrobique eos vocat *de Bonafo*; Idque mihi non levem suspicionem ingerit, libros hosce minimè ad illius oculos pervenisse, sicuti neque inspectos fuisse à P. Orlando ejusdem vestigiis insistente, affirmare constanter possum; apertè siquidem cognomen istud *de honate*, seu *bonate* (impressoriis characteribus *b* & *b* quandoque se se invicem confundentibus) enunciant quotquot horum Fratrum designatione munitas editiones mihi licuit percurrere. In graviolem lapsus errorem fuit Joannes Albertus Fabricius, qui Tomo XII. Græcæ suæ Bibliothecæ (a), antiquas librorum Juris editiones enumerans, innocenti injuria Mediolanensis Typographiæ hanc sententiam edicit: *Libri juris Mediolani prodierunt circa initium Seculi sextidecimi; hos laudavit Alciatus*. Porro quam falsum hoc est! Cum Fratres de Honate tot in lucem emiserint Jurisprudentiæ libros, atque per decennium ab anno MCCCCLXXIX. huic ferme uni Scientiæ illustrandæ inservierint. Præterea cum de Zaroto sermo fuit, pacta innumus, quibus anno MCCCCLXXII. inter Typographiæ nascentis in hac Urbe socios statutum est, ut nemo alius de Jurisprudentiæ facultate libros imprimere posset, præterquam Fratres de Burgo, seu de Castillione. Ex primis igitur curis una hæc fuit, ut nobilissima Scientia Juris, facilitate typorum Mediolani floreret; sed tenebræ, quæ Historiam illius ætatis hætenus operuerunt, in causa fuere, ut Eruditi etiam Viri sæpius fallerentur: Atque hinc semper dilucidius compertum fit, quam necessarius fuerit susceptus à me labor, ut gloria Mediolanensis Metropolis ab historicis Scriptorum erroribus vindicaretur.

LUDOVICUS, & ALBERTUS PEDEMONTANI.

Duo, sequenti anno MCCCCLXXVIII., typographicæ artis Collegæ simul occurrunt Ludovicus, & Albertus Pedemontani. Horum nomen malè refert Michaël Maittaire (b) sic scribens Lud. & Alb. Er. acsi ultimæ syllabæ cognominis loco starent. Ego tamen, cum plura Mediolani, & alibi editionis italicorum Carminum *Dantis*, cui Typographi isti subscripti sunt, exemplaria lustraverim, unumque extet in Ambrosiana Bibliotheca facili intuitu percurrendum, in omnibus hunc ordinem literarum inveni: *Lud. & Alber.* Ex unico illo opere tanquam è vestigio hîc relicto, memoriam hujusmodi Artificum legimus; cumque justæ molis sit, utpote auctum

(a) Pag. 359. (b) Ibid. pag. 85. & 134.

Etum locupletissimis commentariis Pauli Nidobeati, vix credi potest, in eo condendo universum eorum laborem, & quasi dixerim Officinæ patrimonium exhaustum, itaut rosarum more, de quibus Poëta cecinit:

Una dies aperit, claudit & una dies,
eodem anno institutum, sublatumque hoc prælum fuerit, cum nec aliud translatum, ut sæpius contigit, in Annalibus deprehendatur. Quocirca validius semper fundamentum adstrui opinioni superius indicatæ perspicio, magnam videlicet vetustorum codicum partem intercidisse injuriâ temporum, ac neglectu custodiæ diligentioris.

ULDERICUS SCINZENZELER, & LEONARDUS PACHEL.

Quò brevior in relatis Typographis, eò diuturnior fuit nominis fama in duobus aliis, quos eodem anno MCCCCLXXVIII. Mediolanum excepit, Ulderico Scinzenzeler, & Leonardo Pachel Theutonicis. Huic postremo patria Ingolstadtium fuit; id enim ipsemet testatur in calce ad *Virgilii Opera*, hoc anno apud nos edita. Natale alterius solum latet: Ex Provincia tamen Bayarica ipsum quoque prodiisse, dubitare non sinit Opus Institutionum à Michaële de Tonsis Legum Doctore, Civeque Mediolanensi emendatarum, cui adjecta est nota in hunc modum: *Per prudentes Viros Leonardum Pachel, Uldericumque Scinzenzeller ex industriosa gente Theutonica, patriâque Bavaria, in hujus mirabilis opificii exercitio consocios Mediolani impressum est, completumque feliciter secundo Idus Octobris anno à Natali Christiano MCCCCLXXVIII.* Neque præterire ingrato silentio fas est, cui debeam utramque hanc notitiam, vix semel deprehensam in tanta librorum copia, ut videbimus, hujusmodi Artificum prælo excusorum. Eam enim acceptam libenter profiteor à Rev.^{mo} mihiq; amore conjunctissimo P. D. Joachimo Befutio in Romano S. Crucis Monasterio Ord. Cisterciens. nunc Abbate, & Generali Ordinis sui Procuratore, necnon S. Officii in Urbe Consultore, qui cum summa doctrina, peritiâque exoticorum idiomatum, numismatum, & sacræ ac profanæ eruditionis, summam humanitatem conjungens, studiis meis antiqua sua libraria suppellectile, atque aliunde conquistata plurimum favit. Junctis typis aggressi statim ab initio Opificium suum, illud integro fœdere, sedulâque manu supra decennium exercuere, donec abruptâ societate, suum quisque nomen sejunctim prodeuntibus ex propria officina libris adscripsit; nec ullus est Mediolanensium Artificum, si Zarotum demas, qui eos æquare possit copiâ impressionum; & oh utinam in fundendis characteribus nitorem potius, quàm lucrum curassent! Gloriarî siquidem posset Urbs nostra de tam uberi ab ipsis paratâ studiorum fruge; sed cum infelices, gothicosque ut plurimum adhibuerint typos, materies tantummodo in pretio est, laudandusque obstinatus labor, quem ferè nunquam intermissâ curâ per omnes Seculi illius annos sustinuerunt. Eo autem expirante destitit quidem Uldericus, fortasse è vivis ereptus, libros cudere; nam editiones omnes, quæ millesimum quingentesimum annum excedunt illius nomen perpetuò silent: at Leonardus Pachel ultrò progressus est in subsequens Seculum, longiore præli patientia commendationem promeritus; Anno enim MDXI. adhuc in hac arte occupatum vidi, editâ Mediolani *Ciceronis Rhetoricâ*. Uterque soluto typorum confortio peculiare symbolum, præli sui index adlegit. Pachel crucis formam adhibuit, cujus imus stipites in duas retortas lineas, quasi radices dirimitur, truncus verò supra longiore lineâ, infra breviori interfecatur, hisce literis ad latera divisim appositis L. P. Scinzenzeler & ipse crucis imagine usus est, sed duplicatis brachiis quasi deussatâ, ita ut linea brevior supra, longior infra transversum decurrat. Pes crucis videtur infixus subjecto trunco inæquales itidem angulos faciente, & includitur ductâ in orbem lineâ, intra quam habentur hinc inde hæc literæ V. S. Rarò tamen primus hæc typographiæ suæ insignia explicuit, frequentius secundus. Leonardo Pachel alterum Socium præli obtigisse sub illius Seculi finem docet vita italicè scripta S. Nicolai Tolentinatis, quæ ad calcem hæc habet: *Impressum Mediolani per Magistrum Joannem de Lignano, & Leonardum Pachel Anno Domini MCCCCLXXXVIII.* Sed ultra hunc librum initi novi fœderis testem, nihil huc usque comperi, quod illius continuati impostum fidem faciat. Fortasse enim abruptum fuit præpropere fato Joannis de Lignano, cujus celebre nomen ab instituta ferme in hac Urbe typographiâ usque ad hunc annum perennasse in libris ære suo excusis infra dicemus.

SIMON MAGNAGUS.

ETiam annus MCCCCLXXX. novum Typographum Mediolano dedit, Simonem Magnagum, qui opus *de Sententiis, & Synonimis ad Rhetores*, à Stephano Flisco de Soncino elucubratum vulgavit. Sed vel illum citò amissum, vel ipsius editiones, infelici vetustarum rerum fato consumptas conqueri possumus, cum nullo alio impresso codice notus posteritati fuerit. Alterius nomen additum video insigni volumini Statutorum Mediolani hoc anno typis commendato, Pauli nempe Suardi his verbis ad calcem descriptis: *Explicit liber statutorum inclitæ Civitatis Mediolani ibidem annuente Deo diligenter impressus operâ, & impensâ egregii Magistri Pauli de Suardis.* Attamen an illum Typographorum catalogo adnumerem anceps hæreo; cum enim aliis caream editis exemplaribus, quæ ab eodem exercitam verè hanc artem ostendant, noverimque eâ formulâ frequentissimè primo ævo usurpata *opera, & impensa* non tam designari Artifices manu, præloque impressioni insistentes, quàm Viros doctrinâ, & nobilitate conspicuos libris accuratius, ac splendidius edendis diligentiam emendationis, aut pecuniam impendentes, non ita præceps in hanc sententiam flector, judicioque pronunciando abstineo, donec clarius aliquid fors mihi non rarò favorabilis ferat.

CON-

CONRADUS PACHEL.

Post Typographum mox relatum, septennii intervallo, occurrit Conradus Pachel ex eadem, fortasse Leonardi familiâ, sed nullo alio superstite indicio notus, quàm duarum impressionum in re juridicâ, quarum prima prodiit anno MCCCCLXXXVII, altera tertio abinde anno, deperditis procul dubio, ut pluries observavi, intermedii temporis editis libris.

JACOBUS DE S. NAZARIO DE RIPA.

Paulò frequentior mentio occurrit hujus Artificis, cujus typographica experimenta primò innotuere, anno MCCCCLXXXIX. Si tamen moræ diurnitatem in Urbe hac nostrâ, cum paucitate codicum nomen ipsius referentium componamus, asserendum erit, aut pigro nimis prælo usum fuisse, aut communi luctuosâ ceterorum calamitate quamplura ejus opera periisse; cum ab octennii opificio hic constanter exercito, vix quinque mediocris etiam formæ impressiones nobis incolumes pulsata tot infortuniis ætas illa transmiserit. Rei medicæ typis suis promovendæ studuisse hunc Typographum, suadere videntur Commentaria super Avicennam, quæ pluribus exarata voluminibus à Johanne Matthæo ex Ferrariis de Gradi, nobiliorem superstitem editionum illius partem efficiunt. Certè, ut credamus ipsum minimè ociosum frigido Torculari insedisse, non leve argumentum est gentilitia tessera, quâ, rarò inter Mediolanenses Typographos exemplo, secerni officinam suam voluit, erectâ in symbolum cruce patriarchali duobus concentricis innixâ circulis, intra quos literæ initiales nominis, & parva alia crux sinuosis accentibus media continetur.

PHILIPPUS MANTEGATIUS.

Claruit sequenti anno MCCCCLXXXX. Philippus Mantegatius, seu de Mantegatiis, dictus Cassanus, seu de Cassano, Oppido ad Abduæ oram etiamnum celebri. Diversam hanc appellationem consulo adnotavi, ne Lectorem fallat varietas nominum, quæ alternatim adhibuit in subscribendis libris prælo suo editis; iisdem enim unus & idem Typographus designatur. Diligentia hujus Artificis debemus conservata nobis scripta vigentis tunc Mediolani latinæ, ac italicæ pœscos; licet enim hæc ultima asperis, blæsisque metris ob depravatæ linguæ istius commune tunc vitium claudicet, longèque absit à dulcedine, delectuque vocum, quibus in præsententi fluere cernitur argentei annis in modum, lepore omni, ac venustate usque ad apicem, artis exulta; plurimum nihilominus inserviunt detegendo Seculi illius genio, primisque laudandis conatibus, multum virilis gravitatis in ipsa etiam infantia referentis hujusmodi facultatis. Vulgavit igitur Mantegatius haud ignobili caractere *Petri Apollonii Collatini Fastos majores*, *Aurelii Albucii* carmen de antiqua Mediolanensium Victoria ad Parabiagum, *Bernardi Bellinzoni* italicos Rithmos, S. Johannis Baptistæ Vitam à *Francisco Philelpho* eodem cantu descriptam, *Gasparris Vicecomitis*, Equitis Mediolanensis præclarissimi, Paulum, & Dariam simili metro illustratos; & fortasse etiam italicorum Epigrammatum (vulgò *Sonetti*) volumen ab eodem *Vicecomite* conditum tantâ ingenii, ac metri laude, ut Petrarcham Mediolano redonatum Scriptores coevi prædicarent; in eâ enim editione, priori proxima, nomen Typographi desideratur. Ast ultra nonagesimum quintum prædicti Seculi annum nihil Mantegatii typis elaboratum adhuc emerfit.

BERNARDINUS DE CASTILLIONO.

Hujus Typographi unicum tantum proximo anno MCCCXCII. impressum opus inveneram, Æsopi videlicet vitam, & fabulas, Philippo Mantegatio sociam manum addente. Alterum postmodum casu offendi apud circumforaneum Bibliopolam, vitam nempe italicam Beatissimæ Virginis biennio inde editam; cetera, si quæ in lucem protulit, adhuc in obscuro latent.

SEBASTIANUS DE PONTREMULO, & HENRICUS GERMANUS.

Eadem raritas editionum occurrit in duobus hisce Typographis Sebastiano de Pontremulo, & Henrico Germano, quos solus *Isocrates* græcè excusus enunciat: unus tamen hic codex emendatione, ac elegantia typorum, quemadmodum superiùs innuimus, ita insignis est, ut summæ ipsorum laudi sufficiat, illudque Claudiani sibi adoptare possit: *numeri damnum Proserpina pensat*. Henricum hunc Germanum non alium esse, quàm Uldericum Scinzenzeler mihi aliquando insinuavit tum affinitas nominis, quæ ad indicandam in Germanis eandem personam, promiscuum Henrici, & Ulderici usum facit, quemadmodum testantur Sermones S. Bernardi in Cantica italicè redditi, atque in calce ita subscripti: *Impressi a Milano per Magistro Henrico Scinzenzeler todesco MCCCXCIV.*, tum notum ejusdem Symbolum postremæ illius codicis paginæ affixum. Attamen rem altiùs perpendenti visum est securius consilium aliter opinari. Cum enim septennio post superfuerit in eadem typographicâ arte, ac Civitate constans Opifex iste, nullâ

aliâ editioe græci voluminis notus, monstro simile foret, si uni imprimendo Isocrati se ipsum, typos tam nobiles, gravesque in iisdem parandis impensas addicere voluisset; nisi fortasse involvere placeat communi, quem supra deploravimus, græcarum impressionum infortunio etiam jacturam illarum, quas succedentibus annis curatas ab Ulderico nostro certè præsumere debemus, si verè Isocratis græca editio ipsum Auctorem habuisset; sed quia id quoque favorabilem suspicionem potius, quàm solidam conjecturam sapit, arbitrarer dici convenientiùs posse, ab Ulderico Scinzenzeler exteris illis Typographis aut Officinam commodo, aut æs mutuò datum fuisse, atque idèò propriam quoque notam illi codici appositam, non secus ac Johannes Legnanus Mediolani, & Octavianus Scotus Venetiis libros pecuniâ suâ excusos symbolo proprium nomen indicante obsignabant. Quidquid tamen asseramus suâ difficultate non caret, cùm omnia in incerto versentur.

GULIELMUS LE SIGNERRE CUM FRATRE.

HActenus promovendæ, augendæque famæ, ac splendori Mediolanensis typographiæ Itali tantùm, aut Germani Artifices infudaverant; nunc in honoris partem etiam Gallia venit, Gulielmo le Signerre, seu Signer, ac Fratre suo Rothomagensibus huc profectis, prælumque non incelebre in Urbe nostra statuentibus. Solus hanc artem pertractare cœpit Gulielmus, atque inter primos labores, quos anno MCCCCXCVI. in edendis libris suscepit, *Franchini Gafuri Præctica Musica* numeratur, cultu omni non tam nitidi characteris, quàm æris incisi figuris satis affabre delineatis instructa; in prima enim fronte effingitur Apollo lyram manu tenens, dextrarum ejus latus occupantibus Musis vultu suo expressis, sinistrum Planetis per hieroglyphica indicatis; pagina verò, quæ primos exhibet incœpti libri characteres, ejusdem celaturæ ornamentis, quæ vocant arabica, sparsim distributo cœtu puerorum, musica instrumenta pulsantium, per ambitum clauditur; subtus in vacuæ oræ spatio exsculpta ipsius Gafuri imago visitur, hinc quasi ex Cathedra doceret, illinc veluti adstantium discipulorum cantum dirigeret. Hæc autem omnia diligentius notanda censui, cùm nulla adhuc superioribus annis eleganti hac methodo adornata in Urbe nostra impressio occurrerit, vergatque id in laudem ampliorem Gallici hujus Typographi, qui non tam vulgari ceteris arte typos componere, sed æreas quoque tabulas industrio scalpro exarare novcrat, ut ex ipsomet testatum habemus in alio ejusdem Gafuri opere inscripto: *Harmonia Musicorum instrumentorum*, editoque Mediolani per Gothardum Pontanum anno MDXVIII., ad cujus calcem hæc leguntur:

MAGISTER GULIELMUS LE SIGNERRE

Rothomagensis figurarum cœlator

AD LECTOREM.

*Desine mirari, si qua mendosa figura,**Lector, in hoc libro cernitur esse, rogo.**Ingenii, studiique mei compleisse putavi**Partes, ast doleo non placuisse tibi.**Quod madet, ac siccat (quod nosti) tanta papyrus**Spargitur, invito sæpiùs artifice.*

Tertio post anno socium Fratrem habuisse docent impressiones nomine amborum adnotatæ. Uterque tamen Insubris soli impatiens, expleto eodem Seculo deseruit hanc Urbem, typosque suos ad viciniorem patriæ suæ regionem transtulit. Anno enim MDIII. eos Salutis degisse dilucidè indicat tractatus à me inspectus *de Veritate contritionis* Johannis Lodovici Vivaldi de Monte-Regali Ord. Prædicatorum, ab hisce Typographis ibidem excusus. Nihilominus prædictum Gulielmum non omnino Mediolani immemorem evincunt memorata nuper ejus carmina, ex quibus perspicuè habetur, vel huc remisisse æreas formas manu suâ cœlatas, vel fortè etiam retulisse pedem, ut musicas figuras æri incideret, quin typos reportaret, aut resumeret, cùm alterius Typographi nomen indicata editio subjiciat.

JOHANNES BISSOLUS, & BENEDICTUS MANGIUS.

ANno MID. iterum græcæ typographiæ vestigium Mediolani invenio, duobus hujusmodi characterum novis, præclarisque Artificibus adlaborantibus. Hi fuere Johannes Bissolus, & Benedictus Mangius Carpenfes, à quibus Phalaridis Apollonii, & Bruti græcas Epistolas anno MCCCCXCVIII. Mediolani excusas fuisse, disertè asserit Maittaire pag. 256. Ego tamen cùm eorundem Epistolarum exemplar offenderim in Bibliotheca S. Barnabæ hujus Urbis, viderimque in calce adnotatum impressionis locum, nempe Venetias, & annum MCDXCVIII. nolui hoc novum græcæ

græcæ typographiæ apud nos, patrio veluti in solo florentis, vestigium cœcis oculis arripere; præcipue cum multa reliquis impressoribus à Veneto Senatu indicta, affixaque eidem libro id certo certius evincat; nisi fortè quis velit iterum à memoratis Typographis impressas Epistolas illas, cum Mediolanum commigrassent. Procul dubio præsentis anno Mediolanum accersiti, celebre nomen sibi fecere impresso Svidæ Lexico, ob typorum nobilitatem, atque emendationem adhuc ferme in eo pretio habitum, quo tunc erat Manuscriptum exemplar aded perrarum, teste Demetrio Calchondyla in Epistola græca eidem præfixâ, ut qui illud in Italia, aut Græciâ possideret, thesaurum se habere arbitraretur. Nec prætereundum est, Demetrium ipsum hujus edendi Operis præcipuum Auctorem, utpotè græcæ linguæ publicum tunc Mediolani professorem, non aliam exordiendæ præfationi suæ materiem selegisse, quàm industriam, peritiamque summam hujusmodi Opificum in excudendis græcis typis, quos haud dubiè pares esse elegantioribus illorum temporum nemo in hujus idiomatis Scriptura, vel modicè versatus non judicabit; quocirca etiam à Johanne Salando in Endecasyllabo ibidem in calce impresso, singularis elogii laudem meruere.

--- præstante operam, manumque, & artem (a)
Inter calchographos locum tenente
Primum nunc Benedicto in Orbe nostro,
Assumpto in socium suum Johanne, &c.

Hinc emendandus est Elenchus Typographorum Mediolanensium, quem italico suo libro *De Origine Typographiæ*, inseruit Pater Orlandus, me nomina plurium ipsi ignota, unà cum nonnullis eorundem editionibus per literas transmittente; licet in fine hanc mihi gratiam rependere professus fuerit, se videlicet abstinere à proferendis ceteris libris Mediolani editis, ne mihi hanc Historiam meditati gloriam eriperet, cum certè nullos alios indicandos haberet. Accensuit ille Impressorum numero *Demetrium Calchondylam*, quod quàm alienum à veritate sit, memorata ipsius Demetrii Præfatio, & carmina mox allata abundè testantur. Simili argumento expungendos reor ab Orlandi catalogo *Petrum Antonium de Castillione*, & *Job. Baptistam Aluisianum*, quos ipse Typographos facit, cum impensas quidem & ingenii laborem edendis libris commodaverint, nunquam tamen apud nos typos exercuerint. Sed ad rem nostram redeamus. Non caruit symbolo suo illustre hoc prælum, quin immo rejectâ simplici illâ Crucum, ac linearum formâ, quam in more ab aliis positam supra descripsimus, primum in hac Urbe nobilioris signi exemplum dedit, adscito in tesseram impressoriam emblemate, cujus corpus efformabat geminus palmæ ramus baccis, ac floribus exuberans, summâ cuspide ad latera obversa, & fasciâ utrumque complectente; Lemma verò in eadem descriptum, noto poëtæ Emistichio: *sudavit, & alfit*, gloriam veluti laudis utriusque Artifici dividebat, supposito primæ voci nomine Johannis Bissoli, secundæ Benedicti Mangii hoc modo I. B. — B. M.

ALEXANDER MINUTIANUS.

Nemo ex hucusque laudatis impressoribus nobilius, celebriusque Mediolanensem typographiam illustravit Alexandro Minutiano; neque enim is tantum curavit, ut in depravatas jam gothicâ colluvie Officinas primævus characterum, & chartæ nitor reduceretur, sed calamum ipsemet suum emendandis insignium Auctorum Operibus, texendisque præviis Epistolis, tanta styli elegantia, ac diligentia laude impendit, ut suum Venetiis Aldum invidere Mediolanum minimè debeat. Statim ac in hanc Insubrum Metropolim Urbem est receptus, addiscendis colendisque politioribus literis se addixit, & nullo fortasse adhuc meditato consilio exercendæ typographicæ artis, in id unum incubuit, ut selectos aureæ ætatis Scriptorum, vitio Manuscriptorum Exemplarium, aut primorum Artificum mancos, integritati suæ restitueret, mendisque expurgatos publico literarum beneficio donaret; quinimmo ut feliciter suscepti labores proposito suo responderent, impensas quoque adjecit, duodecim annorum curriculo alienis semper usus typis, quos ære proprio fovebat, urgebatque ad præclaram prælis nostris gloriam comparandam, castigatissimæ in Operum editionibus puritatis, ac diligentissimi nitoris. Inter primas Minutiani curas Horatius fuit, qui cum Mediolani anno MCCCCLXXXV. aded malè consarcinatus, & insulsis etiam interpretationibus vitiatum potius, quàm auctus, *temerario*, & *sacrilego* (sunt verba Minutiani) *cujusdam conatu* prodiisset, ut adpersâ macie decolor, sibi que dissimilis venustatem omnem, & vultum quasi suum amisisse videretur, ab eodem sequenti anno emendatus, ac splendori suo redditus, iterum ex Antonii Zaroti officinâ lucem aspicere jussus est. Rem totam narrat idem Minutianus in Epistola sua ad Bartholomæum Calchum Ducalium secretorum Magistrum, huic impressioni præfixâ, in qua se ait quæsitum fuisse à Stephano Cremonensi, Calchi contubernali, ut reparandæ Flacco venustati manum admoveret, tantique Viri auctoritate victum, negandi verecundiâ potius, quàm quòd se posse id præstare consideret, hanc aleam tentasse. Prosequitur deinde laudes Calchi, quas hic referre non vacat, cum de insigni hoc Viro in Historia Literaria anni MCCCCLXXVII. uberiùs sit differendum. In calce hujus codicis non tam nationem, quàm patriam Minutiani descriptam legimus; clauditur liber his verbis: *In officinâ*
Egre-

(a) In aliqua hujus Operis, illo anno editi, exemplaria irrepperat metri vitium hoc modo *manum*, & *artem*, sed in nostro Bibliothecæ Ambrosianæ correctum legitur iisdem primis typis: *manumque*, & *artem*.

Egregii librarii Antonii Zaroti Parmensis, Impendio Alexandri Minutiani Appuli, de Sancto Severo, quæ Urbs parva quidem, sed Episcopalis in Provincia Capitanata dicitur etiam Fanum S. Severi ad distinctionem alterius Severopolis, quæ est in Gallia, Vasconia caput.

Altera non minoris pretii editio est, quam Mediolani Minutianus promovit, Titus nempe Livius Romanæ Historiæ Princeps. Quid autem in hac impressione, præter nobilitatem characteris, ac exquisitam papyrum, studii etiam sui diligentiam apud eruditos meruerit, ipsemet docet in altera ad Bartholomæum Calchum Epistola, in qua eidem opus hoc dicans anno MCCCXCV. dolet primò avaritiâ complurium Typographorum corruptas editiones è prælo excuti, & bona studia ita depravari, ut dubitandum sit boni ne, an mali plus literariæ rei hic novus scribendi modus attulerit; deinde indicat, quantam ipse in hac sua Livii editione curam præstiterit; ait enim, accersitis ad examen vetustissimis exemplaribus, plerisque in locis integras clausulas à se repositas, quæ dimidiatæ erant, redintegratas &c. duas verò nobilissimas conciones Scipionis *sartas testas*, ut ajunt, redditas, & sexto libro plura restituta, quæ ad secundum bellum Punicum pertinebant: postremò Calchum laudat, quòd bonarum artium studia in hac incluta Urbe excitaverit, ita ut rem latinam pariter, & græcam indulgente Illustrissimi Principis Ludovici Mariæ Sfortiæ liberalitate ab interitu receperit. Memoratur etiam hic ad calcem præstiti, quod diximus, æris subsidium his verbis: *Impressit Uldericus Scinzenzeler impensis Alexandri Minutiani*.

Quandoquidem verò in hac Epistola laudem illam attingit Minutianus, qua Magnificus, & Sapiens Eques Calchus de literaria Republica, ac Urbe tota Mediolanensi benemeritus erat, ob renovatum studiorum splendorem, præsertim græci, ac latini sermonis, adjungere licet ab eodem publicas scholas resectas, conductosque liberali mercede præcipuos doctrinâ Viros, qui publicè in hac Urbe nobilem docendi artem profiterentur. Inter hos Alexandrum quoque Minutianum, facundiæ purioris commendatione, ac merito adhibitæ in edendis nobilioribus libris longævæ diligentia celebrem selegit, eloquentiæ cathedræ præficiendum. Testatum id nobis facit Johannes Biffius illius temporis Scriptor, cujus Epigramma jam dedimus, ubi de Ludovico Maria Sfortia Literarum amantissimo, sub initium hujus Operis sermo fuit (a).

Sanè Alexandrum publico latinæ facundiæ Magisterio addictum (cujus in memorato Epigrammate cognomen Biffius silet) non alium esse, quàm Minutianum, ex pluribus invictis testimoniis colligo; Ipse enim met Alexander Minutianus dimissurus ex Officina sua typographica ineditam hæctenus Historiam Mediolanensem Georgii Merulæ antiquitatis Vicecomitem, in Epistola nuncupatoria ad Ottonem V. Vicecomitem, quæ in novis impressis exemplaribus deficit, hanc inter alias ejusdem laudes recenset: *Accedit præterea indoles, quam talem omnibus dedisti, dum literis sub Jobo Viro optimo, & benè literato intra domesticos parietes, ac nobis in publico gymnasio operam navas tam diligentem, quàm assiduam*; Ex quibus verbis etiam conjicimus, quanto in honore tunc esset ars typographica, cui publicus eloquentiæ professor, nobilium discipulorum, atque Equitum præcipuorum coronâ stipatus, manum adjicere non erubesceret. Atque hic obiter adnotandum reor, in eadem Epistola fateri Minutianum, se huic edendo Operi, eò lubentius manum dedisse, quòd, cum Merulæ discipulus fuisset, optimo, doctissimoque Magistro suo gratiam rependere videbatur. Id verò contigisse arbitror cum primò Mediolanensem cathedram conscendit Merula anno MCCCCLIV. ut græcis latinisque literis publicè Juventutem erudiret; cum enim secundò idem Magisterium exerceret, à Ludovico Maria Sfortia è Venetis Gymnasiis luculenta mercede in hanc Urbem accitus anno MCCCCLXXXII. Minutianus adultæ jam eloquentiæ laude florens, expoliendis parandisque publicæ luci Auctoribus aurei Seculi, sudores suos impendebat, ut superius exposui. Quod si statuamus, designare facillè possumus tempus, quo ex Apulia ad nos properavit Minutianus, nempe circa medium Seculi XV.

Insigne quoque documentum hujus eximii decoris, Alexandro Minutiano collati, nobis exhibent Epistolæ, & Commentaria Jacobi Piccolomini Cardinalis Papiensis ipsius prælo nitidissime impressa anno MDVI. atque ornata præviâ eleganti nuncupatoriâ Epistolâ ad Stephanum Poncherium Parisiensem Episcopum, ac Præsidentem Senatus Mediolanensis, ante Jafredum Caroli tunc Sapientissimo huic Confessui Præfectum; Operi enim illi præfixum legitur Diploma Ludovici XII. Regis Francorum, Ducisque Mediolani, quo cavetur, ne quis per decennium eam impressionem renovare audeat, atque ita exorditur: *Ne dilecti nostri Bernardinus de Sancto Petro, Vincenzus Aliprandus, & Magister Alexander Minutianus artis Oratoriæ professor, quod nuper accepimus, Epistolas, & reliqua Opera Cardinalis Papiensis summo studio, summâque impensâ collegisse &c. debitis fraudentur &c.* Demum utramque simul & Rhetoricam, & Typographicam artem exercitam ab ipso fuisse apertissime docet Ciceronis de Oratore liber à me inspectus in ampla, instructissimaque Bibliotheca S. Mariæ Gratiarum hujus Urbis. In ejus siquidem calce sic adnotatum, reperi: *Hoc excellentissimum de Oratore opus, in quod Cicero quidquid in eloquentia habuit iudicii contulit, Alexander Minutianus impressit, ut adolescentes, quos Rhetoricis initiaret sacris, ab librorum inopiam non cessarent, quin eo interprete, & duce ad sacratissima hujus divinæ virtutis adyta penetrarent*.

Quin

(a) Cap. XI.

Quin immo ad Historiæ quoque cathedram promotum fuisse Minutianum haud obscure indicant supplices ejusdem preces porrectæ ad Leonem X. Summum Pontificem, ut suspicionem contumaciæ contra illius decreta, & inflicti anathematis verendum fulmen à capite suo averteret. Causæ hujus seriem, tanto tunc strepitu agitæ, non injucundum Lectori erit compendiarie narratione hic descriptam inspicere. Cornelii Taciti Historia Venetis, & Mediolanensibus typis vulgata pluries prodierat, acephala tamen, magnâque sui parte adhuc in reconditis membranis latens, cum ab undecimo tantum libro Annales isti exordium desumerent. Succedentibus dein fervidioribus curis, antiquitatem omnem scrutantibus, sub initium Seculi XVI. inventi in Germania fuere primi quinque ejusdem libri, famâque eruderati hujus thesauri romanam usque in Urbem citò citius pervolante, Leo X. literarum ac literatorum Patronus & Pater, nullum non lapidem movit, ut manuscripto istiusmodi exemplari potiretur. Quingentis aureis illud redemptum Lipsius scribit; *magno certè pretio* acquisitum ipsemet Summus Pontifex in Brevibus suis literis eorundem impressioni præfixis testatur: Ratus enim indecorum fore liberali suo erga literariam Rempublicam genio, si quæ recens eruta è latebris pretiosa hæc Romanæ Historiæ monumenta publicum excitaverant plausum, privatis in thecis suo tantum commodo reservaret, ea in lucem emittere statuit, delegitque ad hanc curam gerendam Philippum Beroaldum, summâ tum doctrinæ opinione Romæ florentem. Ut verò eidem magnificentius gratificari posset, non modò liberam eorundem editionis facultatem ipsi concessit, sed statutâ etiam ducentum aureorum poenâ Ecclesiastici juris Typographis, aliisque ubique gentium indictâ excommunicatione *late sententia* vetuit, ne quis præter Beroaldum illa prælo subdere auderet. Accidit, ut per amicos Romæ degentes admonitus Minutianus impressionis, quæ ibidem peragebatur, avidusque novæ hujus historiæ oculis ebibendæ rogaret, obtineretque, ut prædeuntia è typis folia singillatim remitterentur; dein refricante animum dulci cupiditate prælum suum iisdem honestandi, inscius procul dubio (ut par est credere) interpositi anathematis, illa excudere cœpit, opusque suum alacriter prosequeretur, sperans se ab Urbe nostra hanc diligentia laudem recepturum, ut editis Mediolani eodem anno MDXV. Cornelii libris, Romanâ impressione studia nostra non indigerent. Rescivit hoc (quâ viâ, ignotum) Summus Pontifex Leo, plenusque justæ iræ Romam, illico Minutianum accersivit. Inhorruit ad improvisum Mandatum Typographus noster, utque exasperati Principis vultum effugeret, conceptamque indignationem demulceret, præcipuos auctoritate Viros adhibuit, Sebastianum præsertim Ferrerium in Mediolanensi, & cismonitanâ ditione regis Quæstoribus generalem Præfectum, ac Senatorem gravissimum, cujus patrocinio officisque apud Romanum Hierarcham ab ineundo molesto eo itinere levaretur. Quod etiam impetravit conditione pactâ, ut per literas excusationem errori prætenderet, inflictaeque sacrae poenæ, si qua innodatus fuerat, benignam remissionem exoraret. Dedit itaque Sanctitati Suae supplicem libellum, in quo tenuitatem domesticæ fortunæ in primis accusat, seque ab ea prohiberi testatur, ne ad Beatitudinis Suae pedes accederet, quod quidem in partem summæ felicitatis suæ numeravisset; deinde hæc subjungit: „Nunc quando huic meo voto cura familiaris obstat, & rerum angustia adversatur, per literas, quod præsens nequeo, erroris mei veniam precor, quam quidem à clementissimâ Tuâ Sanctitate exorare non despero, quòd à nullâ cupiditate prorsus, sed ab ignorantia penitus profecta (culpa) est. Nam cum ex alma Urbe ista Tua, Cornelii Taciti non universum corpus, sed membratim ad me missum fuisset, vidissemque à Beroaldo Viro sanè docto, quantum diligentia adhibitum esset, ut quàm emendatissime ederetur, *illico cogitavi Augustalem illam historiam Auditoribus meis hoc anno exponere, cujus ut copia illis feret, Librariis meis describendam tradidi &c.* „Nec irritæ preces abiere, nam Summus Pontifex Leo Brevibus literis, datis anno MDXVI., inscriptisque *Dilecto filio Alexandro Minutiano Layco Mediolanensi*, non modò benignam absolutionem ab Ecclesiasticis censuris, si opus foret, indulgit, sed insuper facultatem fecit, ut libros eosdem ad impressionis finem perduceret, impressosque ubique gentium, re tamen cum Beroaldo compositâ, venales proponeret. Ambæ hæc literæ ad calcem Cornelii eo anno editi leguntur, cujus non tam primos quinque libros, ut Beroaldus Romæ fecerat, sed reliquum etiam corpus, Mediolani olim impressum Francisci Puteolani curâ, vulgavit. Digna lectu est Epistola Nuncupatoria ad Sebastianum Ferrerium eidem præmissa. Fingit enim (poëtica veluti raptus Idæa) Cornelium ipsum hujus Mediolanensis editionis lætitiâ summâ excitatum, ab inferis campis, ubi supra mille & quadringentos annos commorabatur, ad Minutiani domum se contulisse, eidemque hanc Epistolam dictasse, in qua se, gratias quamplurimas Sebastiano Ferrerio referre profitebatur, quòd illius patrocinio deberet, ut qui Pontificii interdicti metu in hac Urbe delitescerat, coactus novum veluti carcerem pati, non minori dolore, quàm quo per tot annos apud latinis hostes in pedore, & tenebris neglectus jacuerat, jam tandem liberè in lucem eductus fuisset. Opportunitate autem hinc arreptâ, præclari hujus Equitis, ac filiorum laudes fusè prosequitur, ac tandem Minutianum enixè eidem commendat, redux ad Elysios campos, à quibus ob id solum paulisper abesse impetraverat, ut tanto Meccenati suo venerabundus advolveretur. Quod verò ad propositum meum attinet, observanda censeo verba illa superius memorata, *cogitavi Augustalem illam historiam Auditoribus meis hoc anno exponere*. Inde enim dilucidè satis firmari autumo, quod antea diximus, Minutianum nempe non tam Oratoriam artem, quàm Historiam in hac Urbe publicè docuisse.

Annum institutæ ab ipso typographicæ Officinæ designare non sinit longa annorum series,

Tom. I.

t

quâ

quâ illum huic arti intentum fuisse scimus, quamvis in obscuro sit, an stipendiis tantummodo suis domesticum prælum ageret, an per conductos Opifices, quos ad calcem librorum positos novitiss, hanc artem exerceret. Prima, quam viderim, editio adscriptum ferens, more impressorum, *Minutiani* nomen, celebris ea est, nostroque adhuc ævo pretiosa, quâ anno MCDXCVIII., & sequenti, universa Ciceronis opera usque ad illud tempus membratim tantummodo excusa in unum corpus collegit, quatuor complectens volumina; secundo enim illorum indita hæc legitur nota: *Impressit Alexander Minutianus in inchoata Urbe Mediolani, Lodovici Mariæ Angli legitimi Ducatus anno tertio*. Ab hoc tempore susceptum præli onus tantâ dignitate sustinuit, ut nullos nisi melioris notæ Auctores ab ipso editos, nec nisi venustissimos characteres adhibitos, nobis viginti ferme annorum labores ostendant. Filium habuit parem sibi ingenii præstantiâ, ejusdemque curæ, ac studiorum participem, *Vincenium* nomine, cujus tamen unicum hucusque literariæ diligentiae monumentum reperi, *Terentii* videlicet Comœdias, Mediolanî in lucem productas sequentibus in fronte verbis impressis: *Has Terentii Comœdias, cum Expositoribus Guidone Juvenale, Jodoco Badio Ascensio, ejusdemque prænotamentis, Vincenias Minutianus, Alexandri Filius recognovit &c.* Ad finem verò libri: *Publii Terentii Comœdia nunc diligentî curâ, & impensâ ven. præbyteri Nicolai de Gorgonzola iterum eduntur. Ex Libraria Minutiani MDXIII. Id. Aprilis*. Postrema hæc Appendix fidem facere videtur insinuatae superius ab Alexandro Patre rei familiaris angustiae; valde enim attenuata, imminutaque esse debuit, si assuetus mercedem ceteris liberaliter porrigere, jam tum accipere didicerat, præloque suo alienis jussibus inservire: inde tamen uberius in Minutianam resilit laus, utpote qui studiosior fuerit literarum, & gloriæ, quàm rei privatæ, & lucri.

Ceterum præclaram nominis famam consecutum eum fuisse docent abundè non tam ea, quæ hucusque retulimus, sed testimonia quoque insignium Virorum ætate illa scribentium; Lancinus enim Curtius plura de ipso sparsim in suis Epigrammatum libris commemorat, & Stephanus Dulcinus Endecasyllabis à se compactis de Catulli Sirmione, ac de toto lacu Benaco, editis Mediolani anno MDII. inferens laudes nonnullorum, Eloquentiæ præstantiâ tunc in hac Urbe florentium, Minutianum illis adnumerat, ipsumque brevi quidem, sed decore hujusmodi Elogio insignit *Par ingenium eruditioni*. Plures Epistolas à celebri Benedicto Jovio ad ipsum datas legi in manuscripto Codice apud Comitum D. Joseph de la Turre Rezonicum Novocomensem Patricium, qui in florenti ætate non mediocrem eruditionem, amoremque studiorum ostentans, eundem proferre in lucem, unâ cum aliis tanti Viri operibus meditatur. De prima tantum Jovii Epistola delibare lubet nonnulla, ut inde dilucidius pateat, quanta is doctrinæ laude in Republica literaria fulgeret. Plautum emendare aggressus fuerat Baptista Pius, cumque *Astartem* Deam, ab ipso memoratam, interpretaretur, constanter assererat, vocem illam in Plauto esse corruptam, legendumque ibidem non *Astartem*, sed *Aretem*, idest Virtutem. Contra Minutianus Plautinam vocem tanquam genuinam tueri cœpit, contendens *Astartem*, Deam Syriam esse, idest Venerem; ne tamen sibi nimium blandiri videretur, opinionis suæ momenta ad Jovium per Epistolam detulit, enixè eundem rogans, ut quid de *Astarte* sentiret, scripto referret. Non distulit responsum Jovius, proluxaque erudita Commentatione Minutiani sententiam illustrans, se in eandem utroque pede concedere professus est, ac post multa in illius laudem congesta, hæc subdit: *Tu, qui in studiis humanioribus adolevisi, & famam eruditionis, cordatique hominis nomen promeruisi, vel ab isto Pio decipi non poteris*. Præterire nequeo inscriptionem hisce Epistolis præfixam in hæc verba: *Benedictus Jovius Alexandro Minutiano bonarum Literarum apud Insabres Professoris*. Confirmari enim video à coævo Scriptore, quod superius ex Biffii carmine, aliisque securis vestigiis relegeram, Minutiano nempe injunctum munus fuisse, ut publicè in hac Urbe Eloquentiam doceret.

Quo anno mortem obierit, incertum est; usque ad annum vigesimum primum Seculi subsequenti edendis in lucem libris adlaborasse constat ex Epistolis, & Commentariis Jacobi Amanati Cardinalis Papiensis, eo anno ab ipso recuis, teste Auctore Emendationum ad Vossium, Tomo XVII. Ephemeridum Venetarum (a), cum opus illud eximium jam typis suis evulgasset anno MDVI. Post illum annum nusquam in libris editis memoratum vidi Alexandrum Minutianum, idque mihi argumento est, vivere desiisse. Quandoquidem verò neutram editionum Cardinalis Amanati in suis Annalibus memoravit Maittaire, non ingratum fore arbitror eruditis Viris, nonnullas alias è præclarissima hac Officina dimissas attexere, cum raros admodum ineunte Seculo XVI. celebris hujus Impressoris editos libros Typographici signent Annales. Apud me servatur opusculum elegantissimis romanis characteribus impressum, absque numero paginarum, ut prima hujus artis ætas ferebat, *Dialogus* nempe *de Amore*, quem Bernardinus Corius, ad amovendam juventutem à fallacibus plenisque periculi Amorum illecebris, italica tunc rudi lingua digessit. Præcedit Epistola Lancini Curtii in hæc verba: „ Consulis me pro eo, quo polles can-
„ dore, magis tamen amicitiae quàm judicio indulgens Bernardine, Vir humanissime, an Dialo-
„ gum de amore, quem ad Franciscum Gallaratem affinem tuum, egregii corporis, liberalisque
„ ingenii juvenem dedisti, quod opusculum bonæ frugis plenum haud injuria appellas, eden-
„ dum censeam, & quæ tecum domi meditata disputataque sunt, digna doctis auribus credam. Respondet autem, se non tantum luce dignum existimare, sed etiam cupere, ut in manus hominum cedat, utpote profuturum adolescentibus, ne ab ambigua illa immanique bellua, amore vide-

(a) Pag. 309.

Videlicet, capi se sinant. Subinde profequitur commendare edendam proximè ab ipso Mediolanensem Historiam, inquiens: „ Imitaberis præterea scientissimos belli Duces, qui levis armaturæ militem, veluti exploratorem quendam ad pertentandas itinerum difficultates emittunt, habebisque librum hunc, prodromum quasi, majoris operis tui, quo externa plura memoratu dignissima, & patriam omnem historiam ab ovo, ab Urbe ista condita ad tua usque tempora patrio & exubere sermone, ut Romani romano, complexus magno labore, innumerabilibus vigiliis, & lucubrationibus, conquisitis & coactis undique annalibus perduxisti, tanta rerum, & nominum varietate, ut unde illa hauseris nonnisi admirari suppetat. Id quale quantique putandum sit, brevè videre cuicumque, characteribus elegantissimis, sub doctissimi Alexandri Minutiani diligentia, formatum licebit &c. „ Sequitur breve Endecasyllabum carmen Cæsaris Sacci ad eundem Corium, quod ita exorditur:

*Lector materiam rogas libelli.
Non hic sunt Veneris joci procaces,
Non hic insidias struit Cupido,
Non hic blanditiæ Deum sequuntur,
Non illis datur hoc quies sacello,
Sed succos docuit valentiores
Rebus callidus arduis magister &c.*

Reliquum verò Libelli occupat Nuncupatoria Corii Epistola ad Johannem Franciscum Gallarate consanguineum suum, & Dialogus ipse inter *Niceratum*, & *Euphilum*, in cujus calce hæc legantur:

*Ex Monte Cyllenio, Olimpiade quinta cum dimedia
Supra tercentum & septuaginta ab Incarnatione Redemptoris,*

quo numero Olympiadum designari annum MDII. compertum est. Claudit hunc Dialogum duplex Epigramma, alterum italicum Antonii Fregosii Equitis & Poëtæ, latinum alterum Stephani Dulcini, quod non absolum est referre:

*Grata Cupidinei requies liber iste furoris
Docte Cori, quanto sis probat ingenio.
Sublimi Historias animo complexus, amoris
His etiam ludis, culmina laudis habes.*

Demum Alexander ipse Minutianus Epistolam ad Amatores dirigit, ut ineptias suas agnoscentes vel amorem penitus rejiciant, vel minore cum infamia ament, Auctori que gratias agant, quod anxii eorum curis tam salutare concinnaverit pharmacum. Minutiùs hæc describere libuit, cum penè consepultam hujus Opusculi, à Corio nostro elaborati memoriam compererim, uno vel altero tantum Exemplari in tot excussis Bibliothecis à me reperto.

Svetonium quoque de Claris Grammaticis, & Rhetoribus, unà cum Sexto Aurelio Victore editum à Minutiano testatur Isaacus Casaubonus in suis ad eundem librum Commentariis, divulgatis anno MDCX. cumque asserat, eum excusum Mediolani fuisse ante annos centum & octo, tempus editionis conjicimus, nempe annum MDII. Editione illa frequenter utitur idem Casaubonus, nisi quod sub initium, opinionem improbat Minutiani, qui Svetonium scripsisse affirmabat *de omnibus Viris illustribus Romanis*, cum S. Hieronymi auctoritate, aliisque argumentis evincatur, constituisse illius Scriptoris curam in exornandis tantum Viris literaria illustribus laude.

Eodem anno MDII. impressit Minutianus Statuta Mediolani reformata à Ludovico XII. Rege Galliarum. Bonini Mombritii Trenodicas in funere Galeaz Mariæ Sfortiæ Ducis Mediolani anno MDIV. Gabrielis Pirovani Dialogum de Astronomiæ Veritate, cum Epistola nuncupatoria ad Johannem Jacobum Trivultium anno MDVII. Balthassaris Fidelis Archipresbyteri Modoëtienfis de Prærogativis S. Johannis Baptistæ anno MDXIV. Justini, Flori, Sexti Rufi Epitomas anno MDXVII. Reliquas insignis hujus Typographi impressiones, à Maittaire non enunciatas, quæ procul dubio plures sunt, alii ocio liberiori fruenter in catalogo referent.

Implendæ huic seculari annorum periodo quatuor adhuc Typographi Mediolanenses supersunt. *Johannes de Lignano*, de quo ad finem sequentis Capituli uberiori laude mentio fiet, necnon *Ambrosius de Caponago*, quem sub Alexandro Minutiano stipendia fecisse docet unica à me hætenus explorata editio, nempe *Rationale caeremoniarum Missæ Ambrosianæ*. Uterque autem peculiari Typographi nota memoratus legitur sub finem Seculi expirantis, nempe anno MCCCCXCIX. *Johannes Angelus Scinzenzeler* procul dubio ex Ulderici familia, ut cognomen idem, atque idem symbolum libris adjectum ostendit, sequenti anno MD. imprimere libros cœpit, pluribusque

fatis

fatis nitidis, atque accuratis editionibus clarus, non minore laboris patientiâ, quam pater fortasse suus Uldericus, typis continuò exercendis ætatem suam impendit. Vigintiquinque siquidem annis elapsis post datum prælo nomen suum, necdum à typographicis curis manum revocasse, ostendit insignis ea Lucani impressio, commentariis ferme omnibus illo ævo elucubratis, à Sulpitio Verulano, Philippo Beroaldo, Badio, Sabellico, Jacobo Bononiensi, aliisque stipata, quam Braydensis Patrum Societatis Jesu Bibliotheca elegantissimè instructa, selectisque libris redundans custodit. Hisce Commentariis colligendis, edendisque proficuum studiis operam suam ab hoc Artifice collocatam pluries invenio, in ipsis usque typographiæ suæ primordiis; nam anno MDI. Juvenalem à quatuor doctis Viris Mancinello, Calderino, Merula, & Valla luculentâ expositione illustratum publici juris fecit; Martialem anno MDV. cum Commentariis Calderini, Merulæ &c. Qua in re silere nequeo, Mediolanenses typos, non minus quam Venetos de literaria Republica benemeritos esse, quòd eruditos labores istos, aliosque plures viventium ætate illâ celebrium Interpretum nobis servaverint; illis enim debemus tam intimè emedullatos, exhaustosque reconditâ doctrinâ veteres latinos Auctores, licet neoterici eorundem illustratores gloriam sibi universam adsciscere videantur, ne indicatis quidem his fontibus tam limpide, pleneque fluentibus; cum tamen inde excerpta, & deducta penè omnia sanioris eruditionis additamenta sint, adedque corniculæ Æsopianæ in modum alienis plumis se amiciant, nec aliquid novi, præter laborem selectioris compendii, aut elegantiam styli, aut venustatem impressionis depromant. Excipi hinc autem velim Harduini Plinium, paucosque alios Auctores, qui vel nullos, vel ineptos interpretes antiquos nacti sunt, quod quidem in Hermolao ipse Harduinus reprehendit. Postremus Mediolanensium Artificum Petrus Martyr de Mantegatis hoc eodem anno prodiit, successitque is etiam fortè Patri Philippo jam memorato, è vivis erepto; Animadverto siquidem illius agnomen de Cassano huic quoque subnotatum in libro mihi humanissimè communicato ab insignis non minus eruditionis, quam pietatis Equite Mediolanensi D. Aliprando Abb. Vicecomite, cui titulus iste præfigitur: *Cerva Bianca del Magnifico Cavaliere Antonio Phileremo Fregoso in ottava rima*, legiturque in calce: *Impresso in la inclita Città de Melano per Pietro Martire di Mantegazzi dicto il Cassano nel MDX.* Hinc verò intelligimus, perdurasse illum quoque in hoc typographico opificio plurium annorum curriculo, licet quid ultra hoc tempus de illo actum sit, prorsus ignorem.

De Typographis, quos Mediolanum aliis Urbibus dedit.

C A P. V.

EX his, quæ hucusque enarravi, compertum est, quàm frequentes, quàmve illustres Typographos primo illo apud nos excultæ hujus artis Seculo Mediolanum habuerit, partim externos, partim tribules suos. Verùm si quid opis alieno è Cælo accepit, ipsa etiam natos, educatosque suo in gremio cives hujus artis cultores eximios in alias Urbes ad rei literariæ proventum effudit, non solum hospes, sed Mater, nec sibi uni, sed extraneis quoque regionibus ferax insignium in typographia Artificum, nobiliumque Virorum, qui vel operâ, vel sumptibus suis pluribus in Urbibus hoc proficuum studiis institutum promoverent. Veneta Urbs, cui per ea tempora, nulla par esse potest editionum præstantiâ, ac numero Typographorum, non modicam partem peculiaris hujus decoris Mediolano acceptum refert; sex namque Insubrum Artificum prælis auctum sibi hujusmodi ornamentum vidit, quorum quandoquidem nonnulla omissa sunt in editis à Maittaire typographicis Annalibus, hic referre Lectori non ingratum existimo. Primus, quem repererim ibidem libris imprimendis addictum, *Marchesinus de Savionibus* fuit, cujus nomen, unâ cum tribus aliis sociis, omnino à Maittaire præteritis memoratum legitur in postrema paginâ antiqui codicis tum in Ambrosiana, & Monachorum S. Ambrosii Mediolani, tum in laudati Abb. Aliprandi Vicecomitis Bibliotheca asservati, inscriptique: *Historia di Troja composta da Guido de Giudici di Colonna da Messina*, quæ alia non est, quàm *Dictes Cretensis* italicè redditus, ampliorque eo, quem Cornelius in latinum transtulisse dicitur; post ultimas namque lineas libri, venustissimis typis excusi, hæc sequuntur: *Impressa per Antonio de Alexandria della Paglia, Zuane Salvazzo, Bartolomeo da Fossombrono della Marca, & Marchesino di Savioni Milanese nella inclita Città di Venexia nelli anni della Incarnazione MCCCCLXXXI.* Ibidem *Job. Baptista de Sessa* Mediolanensis anno MCCCXCII. floruit plurium editionum cumulo, pretioque conspicuus, quarum postrema mihi nota est, opus nempe elegantiarum *Laurentii Valle*, anno MID. luci donatum. *Damianus de Mediolano* Mercurium Trismegistum Marsilio Ficino Interprete, & Svetonium in XII. Cæsares cum Comment. excudit anno MCCCXCIII., sequenti verò Virgilium cum Servii Commentariis. *Job. Aloysius de Varisio* Horatium edidit cum quatuor Commentariis Mancinelli, Acronis, Porphyriionis, & Landini anno MIID., & alteram succedente anno à Maittaire minimè relatam, nempe *Plinii historiam naturalem* ex Castigationibus Hermolai Barbari diligentissimè recognitam, quam apud Comitum Donatum Sylvam inspexi hæc in calce referentem: *per Joannem Aluisum de Varisio Mediolanensem. Georgius de Rusconibus* impensis suis impressit Petri Hædi Presbyteri Portunensis librum *de Mundanorum hominum temeritate, atque stultitiâ* anno MDII.,

MDII., diuturnum laborem suum typis adhibens usque ad MDXIX., quo ab ipso excusa opera *Antonii Mancinelli* inveni; addidit etiam symbolum patriam exprimens, Mediolanum videlicet tribus hisce initialibus literis G. R. M. *Jacobus* denique *Pentius de Leucho*, se quoque Mediolanensem inscribens Sermones, quadragesimales Joh. Aquilani Ordinis Prædicatorum, in Bibliotheca Chartusianæ Majoris Papiæ custoditos, in publicum protulit anno MDIX.

Nemini tamen Veneta Civitas devinctior fuit, quàm *Octaviano Scoto*, Viro nobili, in insigni Oppido Juris Mediolanensis Modoëtia nato. Hic enim Venetias profectus liberali æris sui patrocínio illius Urbis præla sic fovit, ut innumeræ ferme editiones ipsius nomen, ac symbolum ferentes quaqua emergant, videaturque ejus ope conditum ibidem novum emporium codicum impressorum; ab anno enim MCCCCLXXX. usque ad expletum illud Seculum, quo tandem vixit, pro virili semper typos promovit, dignus propterea ut singulari hoc elogio à Maittaire donaretur: *Venetis rei typographicæ maximum adjumentum afferebat Octavianus Scotus Modoëtiensis Vir nobilis, quo impensas largè ministrante typographi plurimum in arte profecerunt non profectò est, quod miremur, typographiam in suis initiis tantos progressus fecisse, cum viri ortu, & opibus insignes arti promovendæ manus admoverent* (a). Nec minus illustris mentio est, quam suæ Historiæ de origine, & progressu Typographiæ inseruit Johannes de la Caille; ubi enim de Urbe Venetâ loquens Octavianum Scotum recenset, hanc honoris gratiâ epigraphem subdit: *Ce Scoti c'est distinguè d'avec les autres imprimeurs de son temps par la grande quantité de livres, qu'il a fait imprimer, & particulièrement de Medecine*. Quin immo Andreas Chevallierius gallicæ nationi vindicaturus laudem deductæ ad apicem perfecti decoris sui typographicæ artis, venustiores editiones exterorum Artificum numerat, quibus effectum est, ut supra ceteras Urbes Veneta Respublica excellentiæ famam in re typographica consequeretur, atque inter eos, qui characterum mirâ pulchritudine præla sua celebria reddidere, Octavianum Scotum in eodem cum Spirensibus Fratribus, Johanne Colonienſi, ac Menthen, & Jacobo de Rubeis gloriæ gradu collocat, designata etiam, veluti sui dicti teste, impressione Decadum Flavii Blondi anni MCCCCLXXXIII., & altera sequentis anni Julii Cæsaris Commentariorum (b). Addo ego, quo meritum nomen gratis animis altiùs inſculpam, non defecisse Venetiis Octavianum, etiam postquam Octavianus ipse vitæ defecit; transmissò enim in Posteròs non tam hæreditario asse, quàm benevolo erga literas amore, institere isti gloriosis vestigiis, & subinde ad plures annos perduxere eandem curam, & subsidia Calchographiæ, ut testantur mihi plura eorum temporum volumina, liberali ipsorum ære excusa, & peculiariter anno MDXXX. Bartholomæi de Spirâ Quæstio *De necessitate Confessionis ante sacram Communionem*, cujus calci apposita hæc lego: *Mandato, & impensis Heredum nobilis Viri Domini Octaviani Scoti Civis Modoëtiensis*, adpietâ etiam ipsius tesserâ typographicâ.

Neque in hoc ære nostro unicè fuit Venetiarum Civitas, Papiæ etiam, scientiarum nutrix nobilissima, beneficii hujus particeps venit, *Antonium* namque de *Carchano* Mediolanensem habuit, qui pluribus ibidem annis exactis in typorum opificio, publica luce donavit Avicennam anno MCCCCLXXXIII., & Joh. Jacobi de Manliis de Bosco Alexandrini Commentaria in *Mesue*, appellata *luminare majus*, cum hac nota in fine: *Impressum in inclyta Civitate Papiæ studiorum omnium altrice per Magistrum Antonium de Carchano Mediolanensem Impressorem dignissimum anno MCCCXCII.* in fol. Has autem geminas editiones à Maittaire ignoratas inspexi in opulenta veterum impressionum Collectione Comitum Donati Sylvæ. Neque illaudatum præteriri fas est nomen Civis nostri *Johannis Legnani*, qui optimè de hac patria sua meritis ob auxilium domestici æris Mediolanensibus typis constanter præstitum ab anno MCCCCLXX. usque ad extremum Seculi illius, ac vitæ suæ, patrocinari quoque voluit Ticinensi typographiæ, editiones insignium Auctorum in ea Urbe propriis sumptibus curans, quarum unam, *Commentaria* videlicet *super toto titulo de fide Instrumentorum Felini Sandei Ferrariensis* evolvere mihi licuit in Bibliotheca *Santæ Mariæ Coronatæ* Mediolani, antiquis codicibus divite, reperique in ipsa Legnani symbolum, ac memorem hanc notam in calce: *Papiæ per Michælem de Giraldis, impensis Domini Johannis de Lignano Mediolanensis anno MCCCXCVII.* Hanc tamen sicuti & cetera Felini Sandei, Viri tunc temporis celeberrimi opera, ibidem impressa eodem anno, Maittaire omnino intacta dimisit.

Quandoquidem verò de optimo hoc nostro Cive mentio incidit, non extra orbitam flexerim, si debitam ejus familiæ laudem diligentius persequar; nam & ipse, ut Octavianus Scotus Venetiis, visus est indolem suam Nepotibus infudisse, cum ultra quinquaginta annos perennet in vulgatis codicibus celebre nomen Legnanæ Domus, cujus impensis fuere excusi: Neque solum intenta publico bono liberalitas, sed peculiaris quoque diligentia in *Jacobo* ejus filio ita emicuit, ut viri doctrina præcipui credere ipsius prælis non dubitaverint lucubrationes suas, quo castigatiùs imprimerentur. Fidem facit huic præclaræ commendationi Epistola data Parisiis anno MDII. à Jodoco Badio Ascensio, cujus elogia fusè recitat Chevallierius, Aldo illum æquans, & Trithemii auctoritatem interponens de eodem, in libro *De Scriptoribus Ecclesiasticis* hæc asserentis: *Vir in Secularibus Literis eruditissimus, & divinarum Scripturarum non ignarus, Philosophus, Rbetor, & Poëta clarissimus, ingenio excellens, &c.* Præfixam eam legi Epistolis familiaribus Ci-

Tom. I.

u

cero-


(a) Ibid. pag. 139.

(b) Ubi supra pag. 6. & 72.

ceronis, iterum editis Mediolani per Johannem Angelum Scinzenzeler, cum Commentariis Uber-
tini Clerici Crescentinatis anno MDVII., ad Balduinum Gruterum discipulum suum datam, in
qua hæc leguntur: „ Totum præterea Epistolarum contextum recognovi, & fideliter integritati
„ pristinæ restitui, atque utinam non iterum Calcographorum incuria depravetur! Quod ne
„ fiat, *Jacobum Lignanum* Civem & Bibliopolam Mediolanensem, sanè diligentem & probum,
„ qui earum imprimendi curam suscepit, obnixè rogavimus.

Demum ne diutiùs, quàm par est, peregrinam ducam per conterminas Urbes gloriam Me-
diolani, appono instar Coronidis huic Elencho *Psalterium Davidicum* pentilingue à *Petro Paulo*
Porro Mediolanensi, jam laudato (a), Genuæ impressum, cujus plura exemplaria egomet inspe-
xi, in Ambrosiana, Braydensi, S. Mariæ Coronatæ, aliisque Bibliothecis, immortalia tam in-
dustriis Artificis monumenta. Sed jam ab Impressoribus, qui corpus formamque extimam, ad
studia doctosque Auctores, qui animam veluti, intimiusque pretium impressionibus in hac in-
clyta Urbe paratis, dederunt, calamum deflectamus.

(a) Prolegom. cap. II.



HISTORIA

TYPOGRAPHICO-LITERARIA

MEDIOLANENSIS.

AB ANNO MCCCCLXX. USQUE AD MCCCCLXXIII.

Typographiæ Italicæ incunabula Mediolani posita fuisse statim ac è Germania deductum in hanc Provinciam fuit præclarum huiusmodi ornamentum, nostramque Urbem ceteris præluxisse, editâ primùm apud nos *Historiâ Augustâ*, ita securo testimonio firmatum superius crediderim, ut arduæ extremæque contentiōnis injuria videri possit, principis huius laudis gloriam Mediolanensibus Typis denegare. Attamen cum vel abruptus nostra in Urbe fuerit à primis Artificibus ad Sublacense Cœnobium migrantibus inceptus impressionum conatus, vel temporum, invida edacitas, verius dixerim negligentia Majorum, editos subsequētibz annis libros absumpserit, eadē editionum inopia laboramus, ut historiæ Typographicæ Auctores vix unum, aut alterum codicem memorent, qui à prælis nostris prodierit, toto quinquennio inductæ primùm in nostram Urbem illius artis, ab anno nempe MCCCCLXV. usque ad MCCCCLXX. Quò circa ne per inane hoc temporis spatium, veluti per desertas Lybiæ arenas, frustra Lectorem deducam, satius duxi literariam meam historiam ab hoc anno exordiri; hinc enim continenti serie usque ad exitum Seculi XV. rerum describendarum materiem, novam semper variamque, temporum ordo exhibebit. Verum quidem est, tenuem quoque in hisce primordiis librorum suppellectilem à Typis Mediolanensibus nobis relictam occurrere, adeò ut hocce annos, præclaræ huius artis apud nos natæ infantiam vocare debeamus. Nihilominus, amnis in modum, qui parvis initiis è fonte dilabens, turgidiore postmodum aquarum mole ad Oceanum procurrit, Typographia Mediolanensis aucto Artificum numero, in eum subinde crevit splendorem, ut sicuti præclaro characterum nitore jam summam sibi ab huius artis Scriptoribus laudem conciliavit, ita uberi, nec adhuc cognita editorum voluminum copia, illius Annales, si iterum excudantur, valeat augere.

Sed antequam operi manum apponam, candidè profiteri opus est, me non semel admiratum fuisse, atque in Prolegomenis etiam questum esse, quòd, cum aliarum artium primordia, resque etiam peregrinæ primùm ad nos delatæ, in patriis historiis referantur, altum de Typographia primisque libris Mediolani excusis silentium reperiatur, tanto veluti consensu Scriptorum, ut quamvis per id tempus Mediolani degeret Franciscus Philadelphus, plurimasque ad amicos procul hinc positos de rebus Typographicis epistolas daret, ac libros alibi excusos ad se mittendos curaret, nullum profus verbum de inchoata apud nos Typographia, deque impressis ipso presente primis Auctoribus protulerit, eademque negligentia id præterierint Donatus Bossius, Georgius Merula, Tristanus Calchus, ac Corius, intra fines huiusmet Seculi Patriæ historiam texentes. Hinc tamen alacriorem ingeri animum mihi pensavi, ut quod ab omnibus omisum fuit, nostraque ætate in partem haud postremam literariæ historiæ cessit, vividè aggrederer, illustraremque.

Qui fuerint in Urbe nostra primi huius artis in-

Astitutores conjectare quidem licet, non securè proferre; cum Claudius Salmasius, qui *Historiam Augustam* Mediolani procuram anno MCCCCLXV. frequenter inspexit, contrectavitque, minimè prodiderit Typographi nomen, cui insignis huius operis apud nos adornati beneficium debemus. Id tamen excusum fuisse à Germanis Artificibus Conrado Sweinheim, & Arnolde Pannartz dubitari vix potest, cum teste Joanne Andrea Episcopo Alerienti in epistola ad Sixtum IV. primi hi fuerint in Italia Opifices Typographicæ artis, ut tertio capite jam adnotavi. Sed quidquid sit de illo, ceterisque libris ante hunc annum ibidem indicatis, procul dubio Antonius Zarotus Parmensis nomen suum exemplaribus in Urbe nostra editis primus inscripsit, primumque opus è prælo dimissum fuisse *Sex, Terentii Comædiæ*, Ante hunc annum lucem publicam vidisse scripta celeberrimi huius Poëtæ, quæ certatim aliis in Urbibus excusa, atque aucta illustrationibus postmodum prodire, nemo hæctenus enunciavit. Emendandus quidem est Joh. Albertus Fabricius in sua *Bibliotheca latina*, qui principem Terentii editionem eam, vocat, quæ Tarvisii curata est anno MCCCCLXXIV. cum tamen altera quoque Romana biennio ante præcesserit, ut Maittaire (a), & Joh. de la Caille (b) testatum faciunt. Non moror hic quidquam de Legnano, in hoc codice memorato, differere, cum egregiam illius operam, per longam annorum seriem iuvandis prælis Mediolanensibus præstitam, in Prolegomenis jam commendaverim.

C Librum alterum Mediolani hoc anno vulgatum, nempe *Horatii Opera*, pleno jure nobis adscribere, certè non possumus, cum nullo aut loci, aut Typographi indicio signetur; id benignâ tantum Michaëlis Maittaire conjecturâ producimus, qui Urbi nostræ, atque Antonio Zaroto illum adjudicat; postquam enim tetracticon calci adjectum retulit:

Hoc quicumque dedit Venusini carmen Horatii

Et studio formis correctum effinxit in illis

Vivat; & æterno sic nomine sæcula vincat

Omnia: ceu nunquam numeris abolebitur Auctor,

D hæc subdit: „eo magis miror hinc omnes impressionis notas omnino sileri, annum, locum, imò & „Typographum, quod versibus fini appositis, nec „(ut eo tempore Poësis se plerumque habebat) in „cultis, Typographi laudetur industria, ejusque „nomini, quod interim tacetur, optetur immortalitas. Si tamen in re tam studiosè celata conjecturæ sit locus, *Zarotum* fortè impressionis parentem fuisse, ex typorum cum aliis, quos excudit „libris, collatorum similitudine crederem. Id igitur mihi non ægrè persuasit, ut hoc in loco librum „hunc, vagum licet, & quasi foetum à parente „absque ullis indiciis expositum, prolem tamen parenti neutiquam inficiendam, recenseam; quòd Antonius Zarotus hoc anno Mediolani excudere „cœperit. (c)

Nume-

(a) Annal. Typogr. ad ann. 1472.

(b) Histoire de l'imprimerie pag. 17.

(c) Pag. 73.

Numerandus hic foret tertius alter codex, quem Cornelius à Beughem inseruit libro inscripto *Incurabula* Typographiæ, ubi inter ceteros hoc anno editos Auctores, *Festum Pompejum*, tanquam Mediolani impressum recenset. Attamen id asserere certò non ausim, cum procul dubio Auctorem hunc nostra in Urbe publica luce donatum sequens referat annus: vix autem quispiam crediderit, tam citò ab uno Typographo Zaroto, qui solus per ea tempora hanc artem apud nos pertractabat, geminas ejusdem libri paratas fuisse editiones; atque ideò suspicari licet, in Cornelii nomenclatura numerum anni, solitâ impressorum oscitantia vitiatum. Quamvis, ut verum fatear, ea ætate non desint exempla brevi geminatæ impressionis eorundem librorum; ut enim cetera fileam, quæ in Annalibus Typographicis non infrequentia occurrunt; Titi Livii historia hoc anno Romæ edita, recusa ibidem fuit singulo anno subsequenti biennii, quemadmodum Joh. Frid. Gronovius in Prolegomenis ad eundem Livium testatur. Quin inò, eodem anno, atque in eadem Urbe, Venetiis nempe, bis editam Pomponii Melæ Cosmographiam, ex superius dictis Annalibus ad annum MCCCCLXXVII. discimus. Quidquid tamen hac in re sit, dubium meum innuere statim ab exordio opportunum duxi, ne cœcis oculis arripere videar quæcumque ad augendam librorum seriem, gloriamque torcularium nostrorum amplificandam offenderim. Id fanè citra invidiam proferre valeo, modicam hanc rei typographicæ suppellectilem, quæ à tineis, veternoque remotæ antiquitatis superfuit, gloria sua non carere; cum Auctores editi tum isto, tum altero anno, Mediolanensibus Typis primò debeant acceptam lucem, ac proinde nostræ Urbis beneficium fuerit, quòd maturiùs è pulvere ac situ redempti, doctorem hominum, illo ævo florentium, calamos excitaverint, ut exculi illustratique Commentariis, splendidius per scholas traducerentur. Nemo verò mihi vitio succenseat, quòd nudam, jejunamque hujusmodi editionum notitiam exhibeam; nullum siquidem illarum exemplar perlustrare oculis licuit, ac proinde commentari quidquam minimè mihi fas est, avertis ultra montes, liberali exterorum cura, literariis hujusmodi monumentis.

Neque opulentior librario censu fuit annus MCCCCLXXI. Duos enim tantùm libros, parvæque etiam molis Mediolani editos nobis reliquit, *Festum* nempe *Pompejum de Significatione Verborum*, & *Pomponium Melam de Situ Orbis*; sed inopiæ calamitatem, ut aiebam, laus illa compensat, quòd Officinis nostris debuerit Eruditorum Cœtus gratiam productorum in lucem horum veterum celebriumque Scriptorum, Melæ præcipuè, quo usi jam fuerant in suis condendis libris Plinius, & Solinus. Primi notitiam mihi perhumaniter communicavit amicissimus Joseph Smith, qui Venetiis degens, conquiritis colligendisque undique primæ ætatis codicibus operam diligentem navabat. Alterum servat Bibliotheca Ambrosiana, sed ita destitutum omnibus præviis annotationibus, quibus dignosci possit è quo penu prodierit, aut quem habuerit Editionis patronum, ut vix in calce impressionis locus, *Mediolanum* videlicet, innotescat.

Vacuum omni editione Mediolani peracta dimisit annum MCCCCLXXII. Michaël Maittaire: Cornelius tamen à Beughem, & Pellegrinus Antonius Orlandus (d) typis nostris adscribunt *Libros Facietiarum Poggii*. Quamvis, ut verum fatear, etiam si caruisset hac festina Editione Urbs nostra, haud multum laudis eidem detraheretur; Gerardus enim Joh. Vossius, ob fœcem obscœnam, qua scætet hoc Opus, *dignum flammis* judicavit (e), repre-

henditque Jacobum Bergomensẽ, qui illud *pulcherrimum* appellaverat (f). Auctores verò Ephemeridum Venetarum (g) acerbam querelam contorquent in Amstelodami Typographos, qui suis jam sepultum in tenebris hunc librum ad lucem revocavere anno MDCCXII. gallicè traductum; atque ad cumulandam inverecundiam, adnotationibus etiam auctum vulgarunt. Ceterum editio, quæ nobis tribuitur, prima non fuit; altera namque Civitas ab Orlando memorata (h) anno superiore gloriam hanc occupaverat, facile concedendam.

Pomponium quoque *Melam* hoc anno Mediolani excusum refert Fabricius in Bibliotheca Latina (i), sed cum ibidem agat de principe editione, quæ procul dubio ad annum præteritum spectat, manifestum est, præli errorem in eam paginam irrepsisse.

Securam alteram editionem, Mediolani hoc anno peractam, atque hætenus ignoratam, mihi recentissimè obtulit Bibliotheca Patrum S. Augustini Cremæ degentium, quæ inter ceteros primæ ætatis excusos Codices, hunc etiam servat ita inscriptum: *Georgii Trapezuntii de Partibus Orationis ex Prisciano Compendium*. Cum tamen liber iste biennio post in Urbe nostra prælum iterum subierit, sermonem ad literariam historiam ex ipso illustrandam, anno MCCCCLXXIV. instituendum reservamus.

POGGIUS FLORENTINUS.

Quoniam paulò ante Poggium memoravimus, virum magni alioquin nominis in re literaria, suscepti à me muneris esse arbitror manuscripta Exemplari ejusdem Operum, quæ in Ambrosianam Bibliothecam illata sunt, indicare; utque à *Facietiarum* libello, de quo proximè sermo fuit, exordiamur, Cl. Recanatus in vita Poggii, præfixa ejusdem latinæ Historiæ Florentinæ primùm ab ipso vulgatæ, Scriptoris hujus famam, si non sartam rectanque facere, saltem à feralibus diris in eum librum conjectis tutari contendit, inquiens: „Poggii facietias, Volaterranus, & cum eo Trithemius, Gesnerus, Vossius, & Erasmus graviter incusant, opus id dignum igne censentes, quos secutus est præcitus Historiæ Concilii Constantiensis recens Auctor (l): Harum tamen non paucas, & fortasse turpissimas Poggio injuriâ tributas censeo, quòd duobus in Codicibus manuscriptis accuratissimè evolutis eas non invenerim.

Sanè inter nostros Codices manuscriptos servatur chartaceum earundem Exemplar, anno MCCCCLIX. die tertio Aprilis conscriptum (ut in calce adnotatur), adeòque vivente adhuc, sed morti proximo Auctore, quippe qui III. Kal. Novembris illiusmet anni vitam deposuit. Id autem nonnisi CXIV. Facietias complectitur. Succedit alterum vulgari pariter charta confectum, quod CLXIX. Facietias refert; denique tertium in Pergamena, eleganti caractere exaratum, usque ad CCII. illas extendit. Hinc clarè dignoscimus, in majorem, quam ab ortu suo acceperant, molem excrevisse fœculentos hos jocos, facile res novas addente proclivi semper, ad turpis risus materiem amplificandam, blandientium obscœnitati suæ protervorum licentiâ. Itaque non immeritò Poggii vindicias egit Recanatus, quamvis reprehendendus nihilominus ille sit, utpote duorum criminum reus, & quòd inhonestis narratiunculis scriptiorem suam ipse fœdaverit, & quòd aliis effrænis calamis inverecundum campum aperuerit, latè excurrendum. Quocirca Lazarus Augustinus Cotta, Vir mihi amicissimus, sed morte jam ereptus, postremum ex hisce manuscriptis Codicibus Ambrosianæ Bibliothecæ dono largiens, fronti hæc carmina inscripsit:

Poggius

(d) Pag. 108. & 389.

(e) De Historicis Latinis lib. 3. cap. 5.

(f) Supplem. Chronic. ad ann. 1416.

(g) Tom. XIII. pag. 469.

(h) Pag. 137. & 389.

(i) Tom. I. pag. 345. Editionis anni 1721.

(l) Jaques L'enfant Hist. Conc. Const. lib. 4.

*Poggius ille gravis , cum scriberet ista factus
Fortè jocabatur , commiscens gaudia curis .
Ne tamen o casta lusus legitote Camæna ,
Quos Cottæ obsequium nostram transvexit in aulam .*

Orationes funebres quatuor à Poggio habitas in lucem edidit Auctor Collectionis ejusdem Operum. Basileæ MDXXXVIII. nempe in obitu *Francisci Zabarella Cardinalis Florentini; Nicolai Albergati Cardinalis S. Crucis; Nicolai Nicoli; Laurentii de Medicis*. Quinque Recanatus enumerat, sed omisâ eâ Cardinalis S. Crucis, Orationes à Poggio habitas in *Leonardi Aretini, & Nicolai V. Summi Pontificis* morte substituit. Ambrosiana Bibliotheca alteram *Poggii laudationem funebrem*, manuscriptam in Pergamena servat, in qua *Julianus Cesarinus (Senior) Cardinalis S. Angeli, ac Legatus Apostolicus*, in Hungarico proelio peremptus, eloquenti commendatione exornatur. Equidem non defuere Scriptores, qui illustria insigni hoc Viro Elogia contexerent, *Æneas Sylvius, Cochlæus, Paulus Jovius, Oldoinus*, alique; quin imò *Ferdinandus Ughellus (m)*, ut celebriorem eum redderet, inseruit Historiæ Episcoporum *Groffetanæ Ecclesiæ Juliani vitam*, italicè scriptam ab ejusdem Familiari *Vespasiano Florentino*; quæ tamen ferè tota versatur in recensendis illius privatis virtutibus, morumque sanctimonia planè admiranda. Publica negotia pro Dei Ecclesia præclarisimè à Juliano confecta potissimum laudare aggressus est Poggius, captoque Orationis argumento ab ipso mortis genere tam pio, tam sancto, tam salutari, utpotè qui animam profuderit ob redimendas ab unguibus Barbarorum oves Jesu Christi, æquissimum esse ait, ut egregio huic Præsuli non tam justus honor, sed maximus habeatur; cum etiam apud veteres in more positum fuerit, ut statuis publicisque monumentis præclaros viros donarent, qui fortiter pro Republica dimicando mortem optinissent. Ne tamen reliqua Juliani ornamenta intacta relinqueret, ab Urbe Roma, quæ illi patria fuit, laudem exorditur, inquit, gloriosum extitisse in omnium maxima Civitate natale solum fortiri, sed multò illustrius, quod eidem plus reddiderit gloriæ quàm accepisset, non secus ac *Cesarinæ Familiæ nobilitate clarissimæ, à qua duxerat genus*. Subindè adolescentiæ studia describit peracta Romæ, Perusii, Bononiæ, Pata-vii, tanta ingenii felicitate, ut non tam in Oratoriz, Philosophicæ, & Theologicæ disciplinæ laude, sed in utriusque etiam juris peritia, æquales suos longè anteiret; quam rem, optimorum Codicum assidue lectioni tribuit, cujus gratiâ omnes à se abdicaverat voluptates. Narrat, Julianum Cardinali *Placentino* postea adhæsisse, qui cum à Martino Pontifice adversus Bohemos Hæreticos Legatus mitteretur, eum secum advexit, tanquam aptissimum ad incundas cum Eterodoxis disputationes, quemadmodum etiam egregiè præstitit, pluribus habitis tum ad Populum eloquentissimis concionibus, tum ad diversos Principes adhortationibus; eam idè consecutus doctrinæ prudentiæque famam, ut ad graviora Legationis consilia semper adhibitus, cum primum Romam regressus est, à Martino V. Apostolicæ Cameræ Auditor meruerit renunciari; quo in officio, excellentibus semper viris demandari solito, summa cum æquitate, ac continentia se gessit, ita ut omnes ejus virtutem admirarentur, integritatem laudarent. Subdit, missum fuisse à Martino Pontifice Oratorem primò in Gallias, deinde in Angliam, ubi duo præclara edidit virtutum exempla; primum est, cum multa offerrentur, nullo unquam munere accepto omnia recusasse, qua rara probitate animique moderatione maximam nominis famam gloriamque contraxit. Alterum est, egisse Julianum in eo Re-

Tom. I.

(m) Ital. Sac. Tom. III. col. 672.

A gno, quod ante illum nemo ausus erat tentare; nam habita in frequenti Prælatorum Concilio luculenta. Oratione contra quædam Regni Statuta, Romanorum Pontificum auctoritati adversantia, statim illos censuris monuit, ut Pontificiæ voluntati parerent, magno quidem periculo apud homines ejus rei insuetos, sed prospero eventu ob perspectam virtutem, & sinceritatem viri, qua factum est, ut non à Rege solum, sed ab iis etiam, quibus in perorando minandoque libertas displicuerat, commendatus discesserit. Hisce Legationibus egregiè perfunctum, ait à Martino V. Cardinalium albo adscriptum fuisse, subjungens, in ea dignitate non modò priores à Juliano mores servatos, sed virtutes omnes fuisse splendidè adauctas. Prosequitur enarrare Bohemicam ipsi contra Hussitas Legationem commissam; sed cum animadverteret obduratos in Hæresi animos frangi non posse, indictum fuisse Basileæ Concilium, cui Julianus tandiù præsedidit, donec conversa in Sathanæ Synagogam Synodo, Ferrariam primò, dein Florentiam ad Pontificem Eugenium, collectumque ibidem sacrum Concilium se contulit, ubique illustria relinquens vestigia Sapientiæ Constantiæque in propugnanda Sedis Apostolicæ dignitate, ac catholicæ Fidei candore servando. Memorat postea injunctam Juliano difficile alteram Legationem ab Eugenio Pontifice, ut nempe discerptam factionibus Pannoniam, amica pace componeret, quod etiam obtinuit. Siquidem cum post Alberti Regis mortem uterum adhuc ferente uxore, quidam ex Proceribus posthumum Infantem sibi in Regem præesse vellent; alii verò in Ladislaum Poloniæ Regem summam Imperii transtulissent, atque idè acerba utrinque fererent dissidia, Julianus indicto Budam utriusque partis conventu, tam prudenter arduam hanc causam egit, ut cum regii pueri Matre optatum fœdus à Regni Proceribus initum fuerit. Demum ad feralem recensendum Juliani exitum progreditur, ac post descriptas insignes de Turcis per ea tempora relatas victorias tum à Johanne Hunniade, tum à Ladislao Rege Pannoniæ, postremum proelium refert, cui præfens esse non renuit imperterritus Præsul, spe ac desiderio incensus, fore ut totâ Europâ Barbari pellerentur; quamvis interno quodam cladis præfagio literas jam dedisset ad Eugenium Pontificem, quibus profitebatur se ad Martyrium proficisci: nec felicior eventus fuit; circumseptus enim ab inopinato hostilis phalangis occursum Rex Ladislaus, sagittâ confossus, atque equo delapsus interiit; Cardinalis verò cum usque ad extremum hortando milites in acie stetit, omnibus in fugam conversis, & ipse fugiens est interemptus. Ad hoc triste allatum nuncium, adè commotum Eugenium inquit Poggius, ut immaturam Juliani mortem inter maximas Ecclesiæ calamitates enumerans, per plures dies à lacrymis minimè temperare valuerit. Claudit verò Poggius Orationem his verbis: „ Nil unquam sibi in vita præter veram, laudem, & æternam gloriam expetendam putavit. „ Id egit semper, ut sua dicta, consilia, facta consensu omnium probarentur. Vitam cum omni temperantia, modestia, integritate duxit; manus puras à muneribus abstinuit; animum castum & sincerum præstitit. Id semper conatus est, ut nil in eo jure reprehendi posset. Tandem pro æterna, celestique Republica pugnans aditum sibi ad æternam gloriam, & immortalem laudem patefecit. „ Stephanus Balutius Tom. III. Miscellaneorum narrationem vulgavit de morte *Juliani Cesarini Cardinalis*, descriptam ex autographo *Ægidii Carlerii Decani Cameracensis*, qui eam se accepisse testatus est ab ore cujusdam familiaris Juliani Cardinalis, omnibus quæ acta fuerint usque ad extremum hactenus præsentis. In ea verò exhibetur Julianus in proelio captus à Turcis, coram Imperatore constitutus, in Fide disputationibus & promissis tentatus, demum,

x

cum

cum in eadem constantissimè perseveraret, atroci supplicio vivis ereptus. De illa idem Balutius an vera illa forent, anceps fuit; sed revera fabulosam prorsus esse funebri hęc Poggii Oratio manifestum facit.

In assignando anno, quo infelix hęc Hungarorum cum Turcis apud Varnam pugna contigit, Scriptores consentiunt; is namque fuit MCCCCXLIV. die festo S. Martini, ut in Epistola ad Philippum Mariam Ducem Mediolani, eodem anno scripsit Æneas Sylvius, postea Pius II. Æratem Cardinalis Juliani extendisse videtur Poggius, ultrà quam ceteri statuunt; hęc enim habet in funebri Oratione: „ Quamvis autem vitæ ejus tempus multò longius esse naturâ potuisset, quippe qui „ *annum quinquagesimum* non excederet, satis tamen „ diu vixisse putandus est; nam plura parvo tempo- „ re virtutis exempla edidit, quàm multi alii ætate „ longissima. „ Id ego tamen à Poggio factum reor, non ut ætatem Juliani definiret, sed ut rotundo numero in Oratione uteretur; Jovius enim, Ughellus, Oldoinus, alique passim testantur, obiisse illum anno vitæ suæ quadragesimo sexto. Hęc in Epitomen referre duxi opportunum, non ea tantùm ratione, quòd hanc Poggii lucubrationem à nemine memoratam viderim, sed etiam ut plenior història rerum tantè sanctè, prudenter, fortiterque gestarum à tanto Viro erui hinc possit, ad ejusdem memoriam celebrius in posteros transmittendam.

Plura addi possent in laudem hujus præstantissimi Cardinalis ex literis ipsiusmet Poggii ad illudatis, quæ manuscriptæ in Ambrosiana Bibliotheca servantur, quæque plenæ sunt summa ejusdem virtutum commendatione; sed iis ommissis, utpote fortasse jam editis, filere nequeo, in altero Codice manu exarato, nonnullas referri Epistolas *Isotta Nogorole*, virginis nobilissimæ doctissimæque, quarum prima, scripta ad Reverendissimum in Christo Patrem D. D. Julianum Cardinalem, illustre adèd illius Elogium continet, ut panegyricæ Orationis loco esse valeat, ac proindè illud tenebris, tineaque deserere injuriosum putaverim. Itaque post modestum proœmium, in quo imbecillitatem sui sexus excusat; felicitati summæ adscribit, quòd tantus vir se amicitiam suâ dignam existimaverit, atque ita profequitur: „ Qua ex re parum ne mihi licet gloriari, cum in „ ejus Viri familiaritatem venerim, cujus tantæ & „ tam multiplices existunt virtutes, ut non solum „ Subditi, sed & alienigenæ certatim ament, auri- „ bus, oculis, postremò cogitatione complectantur? „ Cujus quidem rei testimonio est Basileense Concilium, cui tantâ sapientiâ, modestiâ, humanitate, „ condita gravitate præfuit, imò sanctissimè gubernasti, ut te abeuntem lacrymis, singultibus profecutum sit. Superasti hac in re profectò sanctissimum illum Catonem, quem finito bello, provinciâ abeuntem, non voris, ut fieri solet, sed lacrymis, & insatiabili amplexu milites prosequabantur, sternentes vestes per ea loca, quibus ipse pedibus „ iturus erat; manusque osculantes, quod genus honoris non nisi Imperatoribus, idque perpauca tribuebatur. Hi sunt profectò fructus, hęc sunt præmia, quæ incredibilis tui ingenii magnitudo, Literarum, totius Sacræ Scripturæ cognitio, elegans „ dicendi copia, divina memoria, præcipua religio, integerrima fides, domestica pietas, par quædam „ in omnes humanitas, regius denique splendor, atque munificentia pepererunt. Omittam hoc loco „ sanctitatem, humanitatem, Dei immortalis cultum, quibus quidem in rebus à nullis Monachis, „ & his religiosissimis, superaris, ut jam cognomen „ habeas non solum Sapientissimi, verùm & Sanctissimi Viri. Duxisti enim hęc omnia, opes, voluptates, divitias, & dignitates, ad quæ tanto impetu, tanta ambitione concurritur, contemnenda esse. Sanctitati tuæ rectius visum est, quòd & Curio Samniti videbatur, qui cum Samnites post vi-

A „ storiâ de ipsis habitam, ad eum venientes, & „ magnum auri pondus offerentes, rapas quasdam „ coquentem offendissent, illis respondit: ei non „ opus esse auro, qui talibus vesceretur cibis: sibi „ autem melius esse & præclarius, aurum habentibus dominari, quàm aurum habere. Adèd enim „ per omnes ætatis gradus vixisti, ut quotiescumque „ tuæ præstantiæ memoria repetitur, veneranda quædam virtutis imago humanis mentibus offeratur. „ Xenocratis inclyta in virtute dignitas adèd per ora „ mortalium celebrabatur, ut nullius animum tantâ „ potentiâ, tanta crudelitate, tanto furore nature „ imbutum esse existimarent, quem vel sola Xenocratis contemplatio ad eum colendum, venerandum „ non permoveret. Nihil dicam hoc loco quantâ „ curâ, studio, labore, diligentiam insudaveris, ut „ Uffitas illos ad sanctam Fidem, & verum Dei cultum revocares; ad quam profectò rem perficiendam, nisi immensæ sapientiæ tuæ summa quoque „ accessisset eloquentia, haud existimo feros & pertinaces illorum animos te mollire potuisse &c. . . . „ Quantâ enim & humani, & divini juris scientiâ „ flores? quam ita comparasti, ut non minus ex te „ præsentem arbitremur, quàm prisca Quirites, auxilio Egeriæ, pontificii juris prudentiam à Numa „ Pompilio natam crediderunt. Perpaucos profectò „ inveniimus, in quibus, sicut in te, vivendi consuetudini consonaret ratio. Solent enim hęc excelsa dignitatum culmina quosdam inflatos splendore luminis adèd efferre, ut homines se oblitos „ neque quanti sint, neque unde emerferint, pensantes, se ex pompa, & fastu æstimari velint. At tibi verò, cujus virtus & animi magnitudo perspecta est omnibus, quem studia bonarum artium „ humana omnia parvipendere docuere, longè secus evenit; nulla elatio, nullus fastus, nulla verba „ clariora deprehenduntur. Non faciles aditus, non humana allocutio desideratur; cum nullus tam humilis existat, cui ad te aditus non pateant, te sine interprete alloquatur. Te igitur Sanctissimus Pontifex minimè videtur ignorasse, qui non parum felicitatis & ornamentorum se comparasse judicat, „ quòd secum celeberrimum ac Reverendum Patrem „ Dominum Julianum Cardinalem conjunxisse licuit. „ Quamobrem immortalem tibi gratiam comparasti, qua & vivus fruaris, & post mortem vivas &c. „ Data est Veronæ IV. Kal. Aprilis 1439.

Poggii Opus *De Varietate Fortune*, venustate omni ac eloquentia refertum, quod Nicolao V. Summo Pontifici inscripsit, in Collectione Basileensi desideratur. Editum quidem ibidem legitur primi Libri Fragmentum (n), quod ita incipit: „ Nuper „ cum Pontifex Martinus, paulò antequam diem „ suum obiret, ab Urbe in Agrum Tusculanum secessit, validudinis causâ, nos autem essemus negotiis curisque publicis vacui &c. „ Sed caret Auctoris præfatione ad Nicolaum V., nec aliud refert, quàm *Descriptionem ruinarum Urbis Romæ*, eamque etiam mutilam; desinit enim in Sepulcro M. Antonii Antii Lupi, quod Via Ostiensi à secundo milliario juxta Tyberim adhuc intactum manere Poggius scribebat. Integrum ejusdem Exemplar manuscriptum „ custodit Ambrosiana Bibliotheca, quod quatuor Libros complectitur, eorumque argumenta indicantur in prævia Epistola ad memoratum Pontificem, cujus hoc est initium: „ Multa quondam pace ac bello „ præclara ante Ninum Assyriorum Regem fuisse „ arbitror, quæ Scriptorum inopiâ, nulla ad nos „ eorum traducta cognitione, vetustas absumpsit. „ Feliciora postmodum extitere secula, quorum res, „ lumen literarum nactæ, splendorem suum ad posterios transfuderunt &c. „ In calce enim hęc habet: „ Accipe igitur hos (oro) à me benivolo animo Libros, quorum primus Imperii Urbisque stragem continet, & quæ in ea prisicorum superextent „ Ædi-

„Ædificiorum reliquæ, tum quid sit fortuna disse-
 „ritur, & Teucrorum Imperatoris (Amurati à Ta-
 „merlano subacti) describitur captivitas . Secundo
 „exempla multorum, quos ejus varietas hac ætate
 „nostra afflixit, usque ad Martini Pontificis obitum
 „recensentur . Tertius illa complectitur, quæ tu-
 „lere Eugenii tempora, usque ad initium sui Ponti-
 „ficatus. Additur his quartus, de Indis, Æthiopibus
 „que continens nonnulla, quæ grata fore Lectori-
 „bus arbitramur &c. „ Cl. Recanatus Literarias
 „scriptiones Poggii enumerans, seorsim recenset *Opu-
 „sculum de Urbis Romæ descriptione, Libellos de situ
 „India, & Librum de varietate Fortunæ*, cum tamen
 „hæc omnia unum idemque Opus sint, teste, ut vidi-
 „mus, eodem Auctore; nisi fortasse illa diversis tem-
 „poribus sejunctim elaborata simul collegerit, justæ
 „molis Volumen Pontifici Mecœnati oblaturus . Sed
 „his ommissis, quæ parum referunt, mœere Lectorem
 „opus est, in alio Codice nostro manu exarato, in
 „quo quartus tantum hujus Operis liber occurrit, ista
 „à tergo adnotari: „ Poggii Florentini Historia re-
 „rum Indicarum ex relatione Nicolai Conti Veneti,
 „qui omnem ferme Orientem lustraverat. Est autem
 „hæc longè copiosior narratio, quàm impressa . „
 „Porro dum id legerem, in mentem venit, non aliam
 „editionem indicari à Vincentio Pinello (hujus erat
 „hic Codex) nisi eam, quam Joh. Baptista Ramusius
 „paravit, inseruitque primo Volumini italicæ sui Ope-
 „ris *De Navigationibus, & Itineribus* sub nomine
 „*Nicolai de Conti*. (Alteram enim anni circiter M-
 „CCCCXCII. quam innuit Dominicus Georgius, in-
 „ferius laudandus, non vidi). Quocirca illam consu-
 „lui, reperique revera in multis deficere . Quid au-
 „tem præfatus fuerit ante hanc Historiam Ramusius,
 „præstat referre .

Narrat ille, cum intellexisset ab hoc Nicolao
 peragratas fuisse Indias Orientales, hujusque itineris
 memoriam in chartas relatam, visendi Exemplaris
 desiderio exarsisse, sed frustra; siquidem adhibita
 quavis curâ ut illo potiretur, neque in Veneta Ur-
 be, neque in aliis Italiæ quampluribus quidquam
 emerit . Tandem nunciatum sibi ait, hoc iter Lusitani-
 sis Typis, ac lingua in Metropoli Regni illius
 fuisse vulgatum . Illuc igitur à se conversam diligen-
 tiam scribit, simul causam aperiens, cur tam longè
 repetendus fuerit enatus iste apud nos fœtus, rem-
 que ab ovo sic exorditur . Nicolaus ex Veneta anti-
 qua Comitum familia natus, in Orientem profectus,
 viginti quinque annorum peregrinatione, ad extre-
 mos usque Indiarum penetraverat sinus; cumque
 Italiam versùs cum duobus filiis regrederetur, in Bar-
 baros incidit, quorum minis deterritus, victusque,
 ut mortem cum sua Familia effugeret, Christianam
 Fidem abnegavit . Itaque feliciter inde ereptus anno
 MCCCCLIV., ad Pontificem Eugenium IV. Floren-
 tiæ agentem contendit, gravissimi criminis absolu-
 tionem impetraturus . Excepit illum benignè Ponti-
 fex, eique ad Ecclesiæ gremium restituto, pœnitenti-
 æ loco injunxit, ut feriem omnem itinerum suorum
 Poggio, qui ab ejus secretis erat, exponeret; isque
 exceptam narrationem latinâ linguâ donavit . Hæc
 Ramusius . Contra Poggius spontè sua se curasse
 tradit, ut Nicolaus sibi referret quidquid ad Indicas
 Regiones spectabat; Ita enim quartum Librum in-
 choat: „ Haud ab re futurum esse arbitror, si ab
 „ instituto scribendi cursu parum divertens, cum li-
 „ bro huic finem imposuero, qui sit à fortunæ acer-
 „ bitate, ad mitiorem quandam sortem, jucundam-
 „ que rerum varietatem, legentium animos tradu-
 „ cturus; quamvis & in hoc quoque vim fortunæ
 „ haud parvam licet conspiciere, quæ hominem ab
 „ extremis Orbis finibus per tot maria ac terras,
 „ quinque & viginti annos jactatum, sospitem in
 „ Italiam reducem fecerit . Multa cum à veteribus
 „ Scriptoribus, tum communi fama de Indis ferun-
 „ tur, quorum certa cognitio ad nos perlata arguit

A „ quædam ex eis, fabulis quàm vero esse similia .
 „ Nicolaus quidam Venetus, qui ad ultima Indiæ
 „ penetravit, ad Eugenium Pontificem (is tum se-
 „ cundò Florentiæ erat) accessit veniæ impetrandæ
 „ gratiæ; quoniam cum ab Indis rediens ad Ægypti
 „ fines mari rubro pervenisset, Fidem abnegare,
 „ neque suo tantum, quantum uxoris liberorumque,
 „ quos secum advexerat, mortis metu, coactus est .
 „ Hunc ego audiendi cupidus; multa enim ab eo
 „ jam dicta præferam cognitione digna, & in-
 „ doctissimorum Virorum cœtu, & domi meæ per-
 „ cunctatus sum diligenter, plurimaque operæ pre-
 „ tium visum est, ut memoriæ, & literis traderen-
 „ tur &c. „ Consultò Poggii verba retuli, cum Ra-
 „ musius etiam in fine Italicæ suæ versionis iterum as-
 „ ferat, Eugenii mandato, hæc Poggio fuisse à Nico-
 „ lao narrata, nihil prorsus de hac re loquentibus Co-
 „ dicibus nostris . Prosequitur sermonem suum Ramu-
 „ sius inquires, cum per multos annos latinus hic Pog-
 „ gii labor ociosus in scriniis latuisset, anno tandem
 „ MD delatum esse ad Emmanuelem hujus nominis pri-
 „ mum, Lusitaniæ Regem, qui summo studio in id
 „ incumberebat, ut mercatoriæ suæ naves ad intima In-
 „ diarum loca pervestiganda progredierentur . Placuit
 „ Regi recens ista de Indis relatio, utque ex ea com-
 „ modius proficerent Subditi, in patriam linguam jus-
 „ sit transferri, nec defuit, qui ejusdem votis confestim
 „ obsequeretur; Onus enim hoc suscepit *Valentinus
 „ Fernandez* (hunc fuisse natione Germanum, & fami-
 „ liarem Eleonoræ Portugalliæ Reginæ testatur Nico-
 „ laus Antonius in Appendice ad Bibliothecam Hispa-
 „ nam, referens non solum iter Indicium *Nicolai Comi-
 „ tis à Poggio* latinè descriptum, sed etiam *Marcæ
 „ Pauli Veneti* Historiam Orientalem in Lusitanam lin-
 „ guam fuisse traducta), suamque interpretationem
 „ Emmanueli Regi nuncupavit . Itaque Lusitanum exem-
 „ plar nactus Ramusius, italicè illud vertit, sed cum
 „ admodum depravatum foret, multa deesse sparsim
 „ monet .

Codices nostri non solum defœcatam Nicolai
 Comitum Narrationem à Poggio literis mandatam ex-
 hibent, sed alteram etiam Indicam Relationem, qua
 Ramusii editio caret, complectuntur . Initium ex
 ipso Poggio dare hic lubet: „ Hæc de Indis à Nico-
 „ lao relata, cum huic Operi ad legentium doctri-
 „ nam, servata historiæ fide inseruissem, supervenit
 „ paulò post & alter à Superiori India, Septentrio-
 „ nem versùs, qui ad Pontificem se missum ad per-
 „ vestigandos tanquam in altero Orbe, qui fama ad
 „ Occidentem Solem ferebantur Christianos, asserere-
 „ bat . Regnum esse ait prope Catajum, itinere die-
 „ rum viginti, cujus Rex, incolæque omnes Chri-
 „ stiani essent, hæretici tamen, qui Nestoritæ ferun-
 „ tur . Ejus gentis Patriarcham se destinasse, ut cer-
 „ tiora de nobis referret . Ecclesiæ apud eos majore
 „ res, ornatioresque nostris, testudinibus tantum
 „ structas asseverabat . Patriarcham auro argento-
 „ que opulentum, ut qui argenti unciam à singulis
 „ patribus familias ex censu annuo perciperet . Cum
 „ eo per interpretem Armenium, qui teucram, la-
 „ tinamque linguam noverat collocutus, itinerum
 „ dimensionem locaque inquisivi; nam reliqua, mo-
 „ res, ritus, animantes, ceteraque quæ voluptatem
 „ narrando afferunt, difficiliora cognitu incertia In-
 „ terpretis, Indique, non suo sermone loquentium,
 „ efficiebat &c.

Dignius adnotatione illud est, quod in postrema
 hujus Libri parte narratur; ab ea namque edoce-
 mur, ætate Poggii perspectam, atque ejusdem scri-
 ptis apud nos vulgatam fuisse originem Nili; quam
 subsequenter seculis veluti rem novam protulere,
 qui reconditos Æthiopiæ sinus magnis itinerum labo-
 ribus pervaserunt . Ramusius hanc laudem tribuit
 D. Francisco Alvarez, qui anno MDXX. in Afri-
 cam delatus, fontes Nili proximè attingit, acceptam-
 que à regionis illius incolis loci descriptionem ad
 nos

nos transmisit ; (In Historia Itineris Abyssiniae à P. Hieronymo Lobo S. J. scripta, & edita Parisiis anno 1728. , Dissertatione III. primus ex Europæis, qui Nili fontes inspexerit, asseritur fuisse P. Petrus Pays S. J. Lusitanus, anno MDCXVIII. cujus narrationem P. Kircher servavit). Cùm verò causa lateret, cur flumen illud statis temporibus intumesceret, Ramusius Tomo I. inseruit geminam Epistolam, alteram à se missam ad Hieronymum Fracastorium, alteram ab ipso receptam, in quibus de incremento Nili fusè differitur. Verùm arcanum istud multò ante nobis innotuit, iis ipsis qui Nilo nascenti adjacebant Æthiopiæ habitatoribus in Italiam profectis, rem omnem vivente Eugenio IV. Summo Pontifice sincerè narrantibus. En Poggii verba, quibus tum Nili ortus, tum incrementum describitur : „ Eodem ferme tempore, „ & ab Æthiopia quidam Fidei causâ ad Pontificem „ profecti cùm rogarentur à me per Interpretem „ de situ Nili, ortuque ejus, & an notus apud eos „ esset, duo ex his, se fontibus ejus propinquos patriâ testati sunt. Tum cupidò incescit cognoscendi ea, quæ antiquis illis Scriptoribus, Philosophis „ quoque, & Ptolomæo, qui de fontibus Nili primus scripsit, ignota videntur fuisse, qui de ortu, „ incrementoque Nili incerti, multa conjecturâ opinati sunt. At ea mihi cùm pro veris horum relatione innotuissent, cùmque alia quædam plura roganti narrassent, digna scitu visa sunt, quæ literis mandarentur. Oriri Nilum circa æquinoctialem „ plagam in radicibus altissimorum montium, quorum cacumina semper nebulis oplentur, tribus ex „ fontibus haud magnis testantur: duorum, qui passus quadraginta invicem distant, aqua infra quingentos passus simul juncta fluvium efficit, qui Vado transiri nequit. Tertii, qui & uberior est, abestque ab reliquis milliario, post decem millia „ passuum aqua ceteris fontibus jungitur. Nilum „ ampliùs mille fluviorum aquis in eum utroque ab latere decurrentium augeri testantur. Pluvias Martio, Aprili, Majo tantùm mensibus magnis imbribus effundi, quibus aucta flumina dant Nilo incrementum, & inundationis causam. Aquam Nili, „ antequam reliquis immisceatur, dulcissimam, sapidissimamque esse, qua etiam qui abluantur, à scabie & lepra mundari dicunt. Ultra Nili fontes, „ XV. dierum spatio, Regiones fertiles habitari, colique, & in eis plurimas egregias Urbes; extra „ ea loca Mare dici esse, quod tamen ipsi nunquam vidissent. Juxta Nili ortum, Civitatem, ex qua „ orti essent, nomine Varvariam, XXV. millium „ passuum patere ambitu, admodum populatam, „ mille in ea Equitum excubias noctu fieri ad arceudos multitudinis tumultus. Hanc Regionem „ aère temperato amœnam, ac præ ceteris uberiore solo fertilem, ut quæ ter in anno herbas, bis fruges ferat. Frumento ac vino abundat ea Regio, „ cùm maxima Æthiopum pars aquâ ordeo confectâ pro vino utatur. Ficus, persica, poma arancia, „ & quædam cucumeris nostris similia, limones quoque ac cedros, omnesque nostrates fructus, amygdalis exceptis, apud eos percipi dicunt. Arborea „ permultas inauditas, atque incognitas nobis retulerunt; sed interpretis difficultate, cum linguam „ tantùm Arabum nosset, conjicere in literas haud facile fuit &c. Nilum usque ad Meroë Insulam, „ propter frequentes per confragosa saxa descensus innavigabilem esse; citra Meroën navigiis aptum „ Ægyptum usque, sed propter multiplices ejus flexus, sex mensibus navigationem trahi ferunt &c. Fortasse autem hæc omnia delevit oblivio, cùm neminem tunc excitaret cupidò in longinquas adeò & barbaras terras se conferendi, ut propius veritatem perscrutaretur. Id peractum est altero seculo, atque „ is meritò data est laus, qui laboriosæ peregrinatio-

A ni sese alacriter committentes, mysterium hoc naturæ summa diligentia & studio in plenam lucem protulere. Dum hæc scriberem, adnotatum reperi in Lipsiensibus eruditibus Diariis (o) opus hoc Poggii, quod Basileæ mutilum editum fuerat, integrum Lutetiæ Parisiorum anno MDCCXXIII. prodidisse cum Præfatione Cl. Viri Dominici Georgii (cui plura debeo mihi præstita Romæ humanitatis officia). Attamen cùm editione hac caream, quidve eadem complectatur ignorem, quæ in manuscriptis nostris inveni, palam fecisse non erubescam.

B Liber *De Infelicitate Principum*, editus est inter Opera Basileæ collecta, atque impressa anno MDXXXVIII. Dolendum tamen est, editionem illam frequentibus, crassisque mendis (seu Manuscripti, seu Typographi vitio) fuisse conspersam; statim enim ab initio ibidem legitur *Meridie ad Clarissimum Virum Nicolaum Incolam*, cum reponi debuisset *Nicolaum Nicolum*. Similia passim offendimus usque ad calcem; ubi hoc tantùm memoro, jacens ad quartam ex ultimis lineis, *quod doctorum hominum virtus reliquit*, cùm Poggius scripserit, *virtus requirit*. Ambrosiana Bibliotheca pergamenum Codicem tenet, non tam characteris nitore, quàm emendatione præstantem; fuerat ille Francisci Piccolpassi Archiepiscopi Mediolanensis, qui postremis tabulis eundem, unâ cum reliqua literaria sua suppellectile, Metropolitanæ Mediolani Ecclesiæ legavit; cùm verò Federicus Borromæus Cardinalis Archiepiscopus Bibliothecam hanc condidisset, impetratum à Reverendissimis Ordinariis Canonicis, simul cum pluribus aliis pretiosioribus antiquis Manuscriptis, in hisce scriniis collocavit, utque perennis extaret memoria, cui debeat hic Manuscriptorum thesaurus, in fronte cujuslibet Codicis, Ecclesiæ Metropolitanæ nomen est adnotatum. Itaque Codex iste ante annum MCCCCXLIII. quo Piccolpassus obiit, conscriptus fuit; nec aberrare à vero crediderim, si suspicer ab ipso Poggio dono datum huic Archiepiscopo, cum Piccolpassus Eugenio Summo Pontifici, cui ille à secretis erat (Ughello teste) admodum foret familiaris. Aliud Exemplar hujus Libri tenet Ambrosiana, charta quidem confectum, sed elegantissimè scriptum anno MCCCCLVII., & iis mendis carens, quibus scatet editio Basileensis.

C Alterum Codicem optimæ notæ custodit eadem Ambrosiana, chartaceum quidem, sed minio auroque fulgentem, in quo extat *Xenophontis Cyropædia* à Poggio in latinum traducta. Hoc opere caret Basileensis Collectio. Præcedit Epistola nuncupatoria ad Alphonsum Regem Neapolis, quæ ita incipit: „ Cùm plures, qui græca ad Latinos hæc „ ætate transfulissent, magnam essent laudem suæ „ industriæ, & ingenii consecuti; & ipse quoque „ experiundum duxi, an aliquid excudere possem, „ quod mihi honori & dignitati foret &c. „ Commendat subindè utilitatem præstantissimi hujus libri, quaque libertate usus fuerit in adornanda hac versione fatetur; ait enim se non singula verba, sententias, & collocationes, sed historiam profecutum, Ciceronis exemplo, adeout octo Xenophontis libros in sex tantùm contraxerit. Tandem ad Alphonsum conversus, ejusdem virtutes laudat, quarum gratia nemini alteri dicendam esse optimi Regis Cyri vitam se putasse asseverat. Antonius Panormita in vita Alphonfi Regis tradit, hunc laborem à Poggio susceptum instante ipso Alphonso; at si verum hoc foret, mirum profectò videri deberet, quòd ne verbum quidem in Præfatione ad eundem de hac regia justificatione Auctori excidisset. Adde, contrarium evinci ex Epistola Poggii ad Nicolaum V. Summum Pontificem, quæ præfixa legitur libro *de Varietate fortunæ*; in ea enim hæc scribit: „ Plurimum quidem me tibi „ debere profiteor, qui semper tuis cohortationibus „ ad

(o) Anni 1725. Mensè Maji.

„ ad scribendum impulisti . Solus certè effecisti , ut
 „ Xenophontem ad nostros traducerem , qui est de
 „ institutione Cyri , in quo si quid satis legentibus
 „ feci , tibi acceptum debet referri , mei laboris Au-
 „ ctori . „ Codex iste , antequam in Ambrosianam
 „ Bibliothecam inferretur , fuerat *Dominici Grimani*
 „ *Cardinalis S. Marci* , cuius in fronte nomen gerit ,
 „ cuiusque eximium erga literas amorem , compertum
 „ facit Bibliotheca octo mille voluminum in omni scien-
 „ tiarum genere domi suæ instructa , quemadmodum
 „ Ughellus , & Oldoinus testantur .

Dialogi de Avaritia ad Franciscum Barbarum ,
 tria in scriniis nostris manuscripta Exemplaria super-
 sunt , eaque omnia antiquo illius seculi caractere
 exarata . Alteri ex istis subscriptus legitur Amanuen-
 sis his verbis : *Explicit liber iste , quem ego Aluysius*
Mediolanensis de Strata Mediolani scripsi & explevi ,
anno Domini corrente millesimo quadringentesimo quin-
quagesimo septimo , Februarii die nono ; adeoque
 biennio antequam è vivis Poggius excederet . Horum
 Codicum adjumento nobilior proficui illius libelli
 editio instrui posset ; quæ enim Basileæ peracta est ,
 cum nostris collata exemplaribus , sparsim in periodis
 manca est , aut verbis redundans . Seligo medium
 Epistolæ ad Barbarum , ubi in impressa hæc legun-
 tur : „ Itaque sumpsi onus (nescio an gratum mul-
 „ tis) mihi certè jucundum , & , ut existimo , ceteris
 „ non inutile , ut referrem sermonem habitum con-
 „ tra Avaritiam , ab his quos scio haud inferiores
 „ illis , qui habentur Viri hujus seculi doctissimi , si
 „ modo assequi potuero , ut ea perinde , atque ab il-
 „ lis disputata sunt , à me literis mandentur . „ Co-
 „ dices nostri hæc habent : „ Itaque sumpsi onus , ne-
 „ scio an gratum multis , mihi certè jucundum , &
 „ forsan ceteris non inutile , ut referrem sermonem
 „ habitum contra Avaritiam à doctissimis Viris , tui-
 „ que amantissimis , quibuscum tibi frequens , dum hic
 „ aderas , & per jucunda fuit vitæ consuetudo , modò
 „ assequi possim , ut ea perinde ab illis disputata
 „ sunt , à me literis mandentur . „ De verbis autem
 „ redundantibus exemplum sumo ex initio ipsiusmet
 „ Epistolæ ; ubi enim Basileensis editio refert : „ Id
 „ ego nonnullis nostræ ætatis viris accidisse puto ,
 „ qui rebus à se editis magnam laudem consecuti
 „ sunt , & nomen multis seculis duraturum ; nostra
 „ exemplaria hæc tantùm habent : „ Id ego nonnullis
 „ ætatis nostræ Viris accidisse puto , qui rebus à se
 „ editis magnam laudem sunt , & gloriam conse-
 „ cuti . „

Epistolarum Poggii , præter eas , quæ sparsæ in-
 ter manuscriptas Literas celebrium Auctorum in scri-
 niis nostris occurrunt ; in uno Codice XLVIII. , in
 altero verò LXIV. diversi generis numerantur . Quæ-
 nam ex hisce prælum nondum subierint , statuere mihi nõ
 licet , cum postremam Epistolarum Poggii editionem
 Parisiis actam minimè inspexerim . Geminam Poggii
 Epistolam in alio Codice inveni , quarum prima ad
 Nicolaum scripta Romæ pridie Nonas Junii MCCC-
 XXXIII. solemnem ingressum in Urbem Sigismundi
 Imperatoris die Festo Ascensionis Domini , atque
 ejus coronationem die Festo Pentecostes minutim de-
 scribit ; secundâ ad Leonardum Arætinum refert exitum
 infelicem Hieronymi Pragensis , flammis damnati
 ob pertinaciam in Hæresi ; sed hæc postrema in edi-
 tione Basileensi lucem jam vidit .

In memoratis Codicibus descriptæ sunt nonnullæ
 Poggii Orationes . Prima est de *Laudibus Medicinæ* ,
 in capiendis Doctoratus Insigniis , quæ ita incipit :

A „ Vellem Patres Præstantissimi tantam esse in me di-
 „ cendi copiam & facultatem , ut hanc præclarissi-
 „ mam Medicinæ scientiam suis , quæ plurimæ sunt ,
 „ possem laudibus ornare ; sed brevissimè absolvitur .
 „ Prolixior est alia , quæ agit de *Laudibus Juris Civi-*
 „ *lis* , videturque habita in aliquo Jurisprudentum Col-
 „ legio , quippe in fine Auditores sic alloquitur : „ Ad
 „ eas (*Leges*) vos hortor , qui civilis vitæ rationem
 „ delegistis , ad earum cognitionem mentem accom-
 „ modate . Ego enim , qui in ocio , & pace vivere
 „ cupio , vellem omnes mortales illarum cura te-
 „ neri &c. „ Altera extat *Oratio ad Illustræm Prin-*
 „ *cipem Johannem Franciscum Marchionem Mantuæ* ,
 „ ut filio , contra quem indignatus fuerat , parceret ,
 „ atque in hæc verba exorditur : „ Johannes Cassianus
 „ vir doctissimus nostræ religionis , Illustris Princeps ,
 „ in quadam Collatione prioris Operis , seu partis
 „ scriptis , videri sibi Discretionem (ut opinor , Pru-
 „ dentiam ceteri appellant) esse virtutem omnium
 „ maximam , & quasi ceterarum parentem ac mode-
 „ ratricem ; id multis comprobare nititur tum ra-
 „ tionibus , tum exemplis &c. „ *Gemina* item Pog-
 „ gii *Oratio* inseritur in *gratiarum actionem* , prima
 „ ad Summum Pontificem pro spontè in eum collato
 „ in Curia Romana præclarissimo *Advocationis* Officio ;
 „ secunda ad Florentinos pro reditu suo in patriam .
 „ Ex *Fanebris Orationibus* duæ tantùm ibidem jacent ,
 „ sed jam Basileæ vulgatæ , in *Obitu* nempe *Nicolai Ni-*
 „ *coli* , & *Cardinalis Florentini* .

C „ *Tres Invektivæ in Philelphum* Typis editæ , in
 Codicibus quoque nostris manuscriptæ asservantur .
 Alteram Saryricam Epistolam in Ambrosianis Pluteis
 reperi , missam à Poggio ad *Petrum Thomasium* in-
 signem Philosophum , & Medicum , ut eum remo-
 veret ab amicitia , & defensione Philelphi . Quartam
 eam esse *Orationem* , seu *Invektivam* , ipsemet scribit
 Poggius in fine ejusdem , quam claudit his verbis :
 „ *Hæc scripsi in Villa , vacans rusticationi in Terra-*
 „ *nova XIII. Kal. Septembres MCCCCXLVI.* Novam
 hanc iram in Poggio succenderant magniloquæ Phi-
 lelphi Literæ , in quibus se pollicebatur Librum *De*
 „ *Infamia* contra ipsum scripturum , omnibus Philoso-
 „ phorum sententiis refertum . Qua virulentia & ma-
 „ ledictorum congerie responderit Poggius , metiri
 „ quisque poterit ex iis , quæ lucem viderunt ; ea
 „ tantùm proferam , quæ in Codice nostro adjecta Epi-
 „ stolæ jam scriptæ leguntur : „ Cùm Literas uno fer-
 „ me spiritu (ut ajunt) scripsissem , rescribendi verò
 „ labor esset molestus , tuli mecum ad Urbem , &
 „ Librario meo scribendas dedi , quas rogo , unâ
 „ cum oratione , quam ad te misi , communices cum
 „ ornatissimo , ac doctissimo *Francisco Barbaro* , &
 „ si quid amplius de me scribat ad te (*Philelphus*) ,
 „ mitte ad me oro ; Est enim mihi opus excitatore
 „ aliquo , cùm anni faciant me somnolentum . Hanc
 „ verò Epistolam , quo certo Auctore ad te deferre-
 „ tur , tradidi doctissimo ac disertissimo Viro Ma-
 „ gistro Dominico tibi amicissimo , quæ si tardius
 „ ad te deferretur , ignosce ; malui enim ad te lento
 „ gradu venire , quam perire in via . Tuus Poggius
 „ Apostolicus Secretarius . „ Quæ ad historiam per-
 „ tinentia ex hac Epistola colligi possunt , ista sunt ,
 „ adhibitum fuisse à Philelpho apud Poggium tum ip-
 „ sum Thomasium , tum Cincium Romanum , ut in
 „ amicitiam rediret , aut saltem taceret ; prima verò
 „ femina acerbissimæ simultatis inde sumpta fuisse ,
 „ quòd Philelphus *Nicolai Nicoli* , Poggio amicissimi
 „ famam , scriptis suis lacerasset .

ANNO MCCCLXXIII.

Uberiorem aperit campum præfens annus; licet enim unum tantum à torcularibus nostris editum librum, *Dantis* nempe *Comædias* proferant Maittaire, & Orlandus, plures tamen alios designare possumus, qui in hac Urbe aut recusi sunt, aut primò lucem adspexere. De iis solum nonnulla differam, quos mihi licuit manibus contrectare, quique ad eruditionem proficere possunt. Servat Bibliotheca Ambrosiana impressum codicem optimæ notæ, *Epistolis* nempe *Pii II.*, quas ipse conscripsit, dum Summum Pontificatum teneret; atque hoc fortasse primum opus est hujus præclarissimi Auctoris, quod typis commissum fuerit. Jure autem meritò hanc gloriam vindicare sibi debuit Mediolanensis Civitas, cum primos Sacerdotalium honorum gradus, qui demum usque ad apicem pervenere; in Urbe nostra *Aeneas Sylvius* conscenderit. Præpositurâ insignis Basilicæ S. Laurentii donatus ille fuerat, cum Basilicam profectus ad Synodum ibidem celebrandam, privatam adhuc vitam ageret, Secretarii munere fungens apud Bartholomæum Vicecomitem Episcopum Novariensem, ut tradit Philephus (a), seu potius apud Dominicum Capranicum, cum quo Basilicam profectum esse testatur Gregorius Lolius in Epistola ad Cardinalem Papiensem (b). Ad paucos tamen annos insignis hujus Sacerdotii tranquillam possessionem produxit *Aeneas Sylvius*; quid autem in causa fuerit cur eodem spoliaretur, ipsemet narrat, scribens ad Guinifortum (Barzizium) Ducalem Secretarium, atque amicum præcipuum (c). „ Vavit aliàs in Basileensi Concilio Præpositura Sancti Laurentii Mediolanensis, eamque mihi Sancta Synodus, quam tunc omnes recognoscebant, illicò contulit (seu potius confirmavit electionem *Aeneas* ad primatum illius Ecclesiæ, factam à Francisco Pizolpasso Mediolanensi Archiepiscopo, ut tradit Cl. Muratorius Tom. II. Anecd. pag. 177.) „ Princeps „ Mediolanensis alium ex domo Landrianorum eligi „ fecit, & dari ei possessionem. Eugenius (*IV. Summus Pontifex*) cuidam Leonardo Vercellensi de „ illa providit. Veni ergo mox Mediolanum, favore „ reque amicorum, & ex gratia Principis, excluso „ qui jam erat intrusus, possessionem obtinui; solutis tamen ita ut fiebat Todeschino quinquaginta „ aureis: moxque jussu Ducali Basilicam repeti. Ab „ hinc triennium pestis magna invasit Concilium, „ Dux suos revocavit. Ego quia bonum officium „ ibi habebam, recedere non potui; morbum incidi, subitòque orta fama est me mortem obiisse. „ Scitum est id Mediolani; Leonardus, cui Eugenius „ providerat, sublatum me de medio gaudens, possessionem Præposituræ postulat, obtinetque. Ego „ postmodum convalescens, & audiens me spoliatum, scribo literas ad amicos; facio fidem me „ vivum esse, peto restitui, sed quia Basilicæ eram, „ nunquam obtinere potui; credoque nunquam Principi fuisse rem expositam. Quare cum tu eo in „ loco sis, quo te cupio & gaudeo, rogo obsecroque, „ ut Ecclesiam meam mihi restitui faciat, & si Adversarius dicat se jus habere, non fugio judicem, „ Mediolan. Archiepiscopum virum sanctissimum, „ aut Novariens. Pontificem integerrimum Patrem, „ dummodo, quod juris est, ante omnia restituat „ in statum pristinum &c. „ Duo hinc colligenda arbitror; primum est, erroris arguendum fore Phi-

(a) Lib. 26. epist. 1. fol. 177. tergo.

(b) Inter Epist. Jacobi Piccolomini fol. 32. tergo, editionis Mediol. anni 1596.

Alelphum, qui aliam causam ereptæ Sylvio Laurentianæ Præposituræ assignat (d), quòd nempe „ duas „ in Basiliensi Concilio vehementes & peracerbas in „ Eugenium orationes habuerit; Quam rem Philippus (*Maria Vicecomes Dux Mediolani*) moleste „ adeò tulit & graviter, ut Præposituræ beneficium, „ quod in Divi Laurentii Templo Scaramuciae inter- „ ventu in eum dono transferri curaverat, quàm primum ablatum *Aeneas* in alium transtulerit; „ Toto enim Cælo distant, quæ superius *Aeneas* ipse conscripsit: Alterum, quanti faceret collatam sibi hanc dignitatem idem *Aeneas*, pro qua recuperanda tam sollicito conatu institit cum apud Amicos, tum apud Principem ipsum Philippum Mariam, ad quem geminas dedit Epistolas (e), quarum secunda sic incipit: „ Si essem mortuus, sicut de me adversarii mei „ tuam Celsitudinem instruxerunt, minimè has literas modò scriberem, nisi & mortui etiam scribant; ex qua etiam claritè eliditur Philephi intrepida assertio. Sed de hoc Scriptore parum æquo in *Aeneas* Sylvium sermo erit ad annum MCCCLXXXI. Incassum tamen abiire preces, Deo ad excelsiora illum designante. Hæc adnotare placuit, occasione hujus Mediolanensis editionis, ut illustre hoc decus patriæ meæ renovarem, quòd nempe insignem hunc virum, Pontificatu Maximo sub nomine Pii II., totque aliis præclarissimis virtutibus suspiciendum, inter suos aliquando numeraverit.

CMediolanensem aliam editionem profero, quæ gratior videri poterit, cum inde lux aliqua affundatur tenebris seculi illius nondum satis depulsis. Hanc mihi suppeditavit ornatissima Bibliotheca S. Mariæ Gratiarum Mediolani hujus Urbis, liberque Typis Zaroti vulgatus ita inscribitur; *Synonyma Medicinæ SIMONIS GENUENSIS*. Quis esset hic Simon, quem Vanderlinden cognomento à *Cordo*, Bracelhus autem *Monachum* vocat, paucis exponit Augustinus Oldoinus in Athenæo Ligustico inquires, *Medicum* instituto, *adfuisse Nicolao V.* (*IV.*) *Pontifici Maximo Sacerdotem à Sacello, circa annum salutis humanæ 1288*. Ex geminis Epistolis huic editioni adjectis, quæ etiam reculæ sunt Venetiis anno MDXIV., unà cum eodem libro, in Bibliotheca Ambrosiana recondito, clarè innotescunt ecclesiastica ejusdem munera. Prima dirigitur ab Auctore ad quendam Magistrum Campanum in hunc modum: *Domino suo præcipuo, Domino Magistro Campano Domini Papæ Capellano, Canonico Parisiensi Simon Genuensis Subdiaconus se ipsum*. Subinde profitetur se ex illius mandato, quem *Philosophiæ culmen* appellat, manum apposuisse huic perficiendæ lucubrationi, eandemque sagaci ipsius judicio emendandam relinquere. Secunda memorati Campani ita exorditur: *Venerabili viro Magistro Simonis Genuensi, Domini Papæ Subdiacono, & Capellano, Canonico Rothomagensi, amico suo carissimo tanquam fratri Campanus*. In ea verò effusis laudibus hoc opus extollit, novumque titulum libro præfigendum proponit his verbis: *Ego sic vestrum librum intitulaui, Clavis Sanationis elaborata per Magistrum Simonem Genuensem Domini Papæ Subdiaconum, & Capellanum, Medicum quondam felicis recordationis Domini Nicolai Papæ Quarti, qui fuit primus Papa de Ordine Minorum*. Hanc inscriptionem adoptavere in eodem recudendo subsequentiæ præla. Zarotus tamen in eo, luce primùm donando, primigenium Auctoris titulum servavit, atque hinc colligi posse crediderim, aberrasse à vero Oldoinum, qui tanquam

(c) Lib. 1. Epist. 30. editionis Basil. anni 1571.

(d) Loc. cit.

(e) Epist. 52. & 53.

diversa opera à Simone Januensi conscripta recenset, *Clavem Sanitatis*, & *Synonima Medica*, cum unum eundemque illius calami foetum esse, variis nominibus appellatum huc usque dicta dilucidè ostendant. Ceterum hunc editum Mediolani librum ignoraverunt omnes Typographiæ Scriptores, nosque ad calcem, veluti fidei arrham, enunciatas epistolas dabimus. Legitur in fine sequens Epigramma :

*Cognita nec planè Medicinæ nomina rerum
Promere propofui, quo juvat artis opus.
Si quantum volui, tantum non posse negavi,
Ad veniam satis est hoc voluisse satis.*

Ignota pariter hætenus fuit altera editio, hoc eodem anno Mediolani pulcherrimis Typis à Zaroto parata. *Simon Januensis*, de quo proximè egimus, unà cum Abrahamo Judæo, ex Arabico in latinam linguam converterat librum *Johannis, filii Serapionis, de Simplicibus Medicamentis*. Opus hoc ineditum jacuisse usque ad annum MDL. crediderunt Viri Clarissimi, Julius Bartolocius (f), Oldoinus (g), aliique, ac primò tunc Venetiis apud Juntâs in lucem productum. Errorem detegere mihi licuit beneficio Augustinianorum Patrum Urbis Crementis; In eorum namque Bibliotheca, referta antiquis Codicibus, custoditur hic liber, septuaginta septem annis antea typis nostris publici juris factus. An verò *Simon Januensis*, qui hanc versionem adornavit, idem sit cum *Simone Januense* Synonimorum Auctore, dubium est inter Scriptores. Diversum opinatur in Atheno Ligustico Augustinus Oldoinus, idque apertè tradunt Lindenius, ac Mercklinus; Albertus tamen Fabricius in Elencho Veterum Medicorum (h) unum eundemque utriusque Operis Auctorem esse contendit; quin etiam Chronologico mendo lapsos fuisse postremos duos Scriptores ait; siquidem inter Opera Symonis Januensis recensent ejusdem *Annotationes in Pandectas Matthæi Sylvatici*, cum Auctor adnotationum ad has Pandectas, ætate posterior, multa ex illius *Synonimis* in suum librum transtulerit.

Prodiit quoque hoc anno Mediolanensibus typis Liber de *Medicina Johannis Heben Mesues*, adjecta in calce adnotatione, *Opus correctum, ac diligenter examinatum per Egregios Doctores almi Collegii Mediolanensis*. Illustris hæc memoria prætereunda non erat, cum florens famâ, doctrinæque laude per eam ætatem Medicorum Collegium in Urbe nostra, præclarissimo indicio testetur. De illo nonnulla innui, ubi de *Studiis Mediolanensibus antiquis, & novis* egi. Plenis autem voluminibus hoc Collegium illustrare duo insignes viri *Joh. Baptista Silvaticus*, qui de ejusdem antiquitatibus, ac privilegiis differuit, & *Bartholomæus Curtius*, qui de Scriptis Medicorum Mediolanensium historicas tabulas italicè condidit. Certè pretiosior censeretur hæc editio, quæ viro- rum tanti nominis criterium subiit, & fortasse illam minimè præ oculis habuere, qui universa *Mesues* Opera Lugduni postmodum vulgaverunt.

DANTES ALIGHERIIUS.

Impressa hoc anno fuit Mediolani typis Antonii Zarotti *Dantis* Comoedia, testibus Maittaire, & Orlando. Ea ad oculos meos nunquam pervenit, atque ideo de hujusmodi editione quidquam proferre mihi non licet. Ne igitur ficcâ dimittam mentionem celeberrimi hujus Poëtæ, ad manuscripta ejusdem opera enuncianda, quæ in Exemplaribus manuscriptis Bibliothecæ Ambrosianæ servantur, me transferam. Antequam tamen de iis verba faciam, monere Lectorem opus est, in altero ex nostris codicibus, quos præmitti in fronte hæc duo, characterè non admodum recenti: *Nota, Dantem floruisse anno MCCCXXI*, revera tamen florere desit, cum eo anno Ravennæ animam efflaverit: *Nota secundo, extare Libros tres de Monarchia Dantis Aligherii Florentini, quem alium faciunt*

A à *Dante isto Poëta*. Hæsi ad hæc verba admiratione suspensus, cum neminem viderim Scriptorum, ejusdem Opera referentium, qui vel minimam hujus rei suspicionem injiceret. Extat in Scriptoriis nostris chartaceum Exemplar à tercentis saltem annis conscriptum sine titulo, sed cum hac in calce adnotatione ejusdem ætatis: *Explicit Monarchia Dantis Aligherii Celeberrimi Poëtæ Florentini*; nec alio sub nomine proscriptus est ab Ecclesia hic liber in Indice Clementis VIII. Quin imò dubitationi omni locum præcludit Auctor ipse, qui Epitaphium sibi condens dum viveret, primò illud Opus enumerat:

*Jura Monarchia, Superos, Phlegetonta, Lacusque
Lustrando cecini, voluerunt Fata quousque:
Sed quia pars cessit melioribus hospita Castris,
Auctoremque suum petiit felicior Astris,
Hic claudor Dantes, patriis extorris ab oris,
Quem genuit parvi Florentia mater amoris.*

B Elegantissimus Codex alter, in folio pergameno exaratus, & sparsim ad Capita variis coloribus auro immixtis, ac figuris depictus, qui seculo XV. ineunte confectus videtur, continet integram *Dantis* Comoediam, eique per columnas respondent breves latini Commentarii, nitidissimo ac typos æmulante characterè descripti. Cujus Auctoris hic labor fuerit, paginæ omnes silent. Præmittitur hæc Adnotatio: *Codex hic diligentissimè conscriptus, & notis antiquioribus illustratus, primum fuit Thomæ Segeti, mox Vincentii Pinelli Viri Cl., à cujus hæredibus, tota ejusdem Bibliotheca Neapoli empta fuit, jussu Illustrissimi Cardinalis Federici Borromæi Ambrosiana Bibliothecæ Fundatoris. Olgiatus (primus eidem Præfectus) scripsit anno MDCIX. Sequitur statim Libri Titulus in hunc modum: „ Incipit Comoedia „ Dantis Allegerii Florentini natione & non more, „ quæ dividitur in tres partes, quarum prima allegorice *Infernum* appellatur, & tractatur in ea de „ vita vitiosa. Secunda *Purgatorium* nominatur, & „ tractatur in ea de vita morali. Tertia *Paradisus* „ nuncupatur, & tractatur in ea de vita felici, seu „ felicissima. „ In fine verò hæc leguntur: „ Quæcumque verò super hac delectabili & utili Comoedia notavi in his glossulis, sive Postillis, studui „ scribere singula secundum intentionem poëticam „ Auctoris; non ut fatear aut credam realiter vera „ fuisse, vel esse futura. Præsertim ea, quæ tangere „ videntur contra Ecclesiæ Romanæ Pastores, & articulos Fidei Christianæ, in quibus ipse Poëta vel „ fingendo, vel animo livoroso, vel iracundiæ zelo „ succensus, à via recta in stilum Poëticum declinasset. Eatenus supplico reverenter, quatenus „ Lector, si quid erroneum, illepidum, vel ineptum „ invenerit, limam benignæ correptionis adhibere „ dignetur huic Operi, quod non præsumptuosè, sed „ obedienter, licet insufficienter, mandato Egregii „ Viri (nomen deest) domini mei suscepi; Gratiarum largitori divino hic & semper laudes, & gratias devotè & humiliter referendo.*

E Aliud quoque Exemplar pergamenum ejusdem antiquitatis & diligentis characteris in hisce pluteis jacet, quod universam hanc *Comoediam* complectitur; sed nuda tantum refert carmina; in postremo folio hæc jacent recentiori scriptura *M. Patricii Codex*.

Sequuntur duo manuscripta Commentaria, quæ primam hujus Comoediæ partem exponunt. Alterum italicâ linguâ est conscriptum anno MCCCXCVIII., atque ita incipit: *Nel mezzo del Chamin di nostra vita* &c. „ Ad intelligencia de la presente Chomedia, „ si chomo usa li Expositori in le Sciencie, si è da „ notare quatro chose. La prima che è la materia, „ over subiecto de la presente Chomedia. Segunda „ quale la forma e d'onde tolse tal titolo e nome „ de Libro. Terzo quale la Chaxon efficiente. „ Quar-

(f) Biblioth. Rabbin. Tom. I.

(g) Athen. Ligust.

(h) Biblioth. Græcæ Tom. XIII. pag. 424.

„ Quarta & ultima, quale la Chaxon finale over utilitate e sola e diretta, e sotto qual filosofia è sottoposta &c. „ In fine ista subduntur: „ Expliciunt Expositiones super Inferno, videlicet super tota „ prima parte Chomedie Dantis de Adigeriis de „ Florentia, scriptæ ad petitionem egregii ac nobilis, & Sapientis Viri Domini Francisci filii Domini Johannis Superanzio de Contrata Sancti Johannis de Bragoll per me *Ottobonum de Curte de Mantua*, carceratum in carcere novo Communis Venetiarum, & completæ die martis, vigesimo mensis Augusti, anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi Millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, Indictione sexta, existente ipso Domino Johanne præfate Potestate & Capitaneo Torcell., & præfate Domino Francisco filio suo Domino nō. Cùm hunc Codicem evolverem, nullo signatum nomine, incidit menti suspicio, num forsan Commentaria, quæ ibidem leguntur, Auctorem haberent *Jacobum Laneum Bononiensem*, qui primus italicâ linguâ Dantis Comœdiam illustravit; annus enim nostro Exemplari subscriptus, proximus est illius ætati; *Ottobonus* autem *de Curte Mantuanus*, à nemine inter Dantis Commentatores enumeratus, Amanuensis tantum partes egisse videtur. Clarius mihi lux affulsit ex altero Codice manu exarato, quem paulò post proferam. Siquidem cùm apud Eruditos notum sit, Commentaria à Jacobo Laneo conscripta, latinè postmodum reddita fuisse ab *Alberico Rosate Bergomensis*, versio ista latina reperta à me ibidem fuit, memoratis italicis expositionibus prorsus consentiens. Itaque istum etiam literarium laborem, huc usque apud nos anonymum relictum, Auctori suo à me restitutum non absurdè crediderim.

In secundo Exemplari multò majoris molis, sed characteris, qui eandem ætatem redolet, cùm nonnulla Prologi, ac postremi Cantus folia desint, Auctoris nomen desideratur. Initium latino sermone expositum dabo. *Lo giorno se ne andava e l'ajer bruno*. „ Postquam in præcedenti primo Cantico proœmiali Auctor noiter fecit propositionem, in qua „ tetigit locum, tempus, & causam motivam istius „ Operis, & impedimenta occurrentia sibi, & cursum Virgili, nunc consequenter in hoc secundo capitulo similiter proœmiali, more poëtico facit suam invocationem &c. „ Ex hac prima periodo, quis fuerit iste Dantis interpres deprehendi; cùm enim alium perlustrarem manuscriptum Codicem ejusdem Bibliothecæ, cui præfixum est nomen *Benvenuti de Imola*, eadem prorsus verba hoc loco occurrunt, reliquo etiam textu ad verbum conformi. Itaque duplex hujus diligentissimi Commentatoris exemplar possidemus, aliud vetustius, ac proinde in principio ac fine lacerum, aliud recentius, elegantiori characteris conscriptum à quodam *Uberto Alamanno* (ut in calce legitur) anno MCCCLXIII. Cl. Muratorius *Excerpta quædam Historica*, ab hoc Scriptore Seculi XIV. desumpta, intulit in primum Volumen *Antiquitatum Italiae mediæ Ævi*, multa de *Benvenuto Imolensi* eruditè præfatus. Inter cetera animadvertit, ad hunc bibisse fontem plures, qui postmodum Dantem illustrare aggressi sunt, quin eidem gratam saltem nominis memoriam rependerent; idque non rarum etiam nostrorum temporum vitium fuit; alienam enim Sylvam temporis longinquitate ab oculis multorum subductam, ingressi, qui antiquos Scriptores Commentariis explanandos suscipere, collecta inde ligna tanquam propria venditaverunt, ut cum Cl. Marchione Maphæo in Prolegomenis inuebam. Præterea statuit (quod hinc omittendum non est) editionem Commentariorum Dantis sub nomine *Benvenuti de Imola*, Venetiis actam anno MCCCLXXVII. falsò eidem adscribi; quippe, cùm italicis sermone confecta ea sit, potuit quidem ab

A aliquo Benvenuti expilatore compingi, sed minimè genuinus illius credendus est fœtus, qui latina tantum lingua opus suum elaboravit. Pluribus aliis argumentis opinionem hanc, in aliquos graves etiam Scriptores à Veneta editione deceptos propagatam, evertit Abbas Barcellinus inferius memorandus, eique explodendæ calculum suum addidit Auctores *Ephemeridis Venetæ* (i) *Literatorum*.

B Pretiosior est Codex chartaceus in magno folio, anno MCCXCIX. scriptus, in quo ea omnia continentur, quæ *Jacobus Dantis filius* elaboravit, ut celebrem hanc Patris sui Comœdiam explanaret. Præmittitur titulus: *In Nomine Domini nostri Jesu Christi. Incipit quædam declaratio summaria facta per Dominum Jacobum filium Dantis Allegherii Poëtæ de Civitate Florentiæ super prima, secunda, & tertia Comœdia ipsius Dantis, scilicet super Inferno, Purgatorio, & Paradiso. Sequitur Declaratio:*

O voi che sete del verace lume

Alquanto illuminati ne la mente &c.

C Postmodum incipiunt Commentaria in primam & secundam partem, quæ, ut diximus, *Alberici Rosati* esse noscuntur; tertia solis carminibus constat. In calce Amanuensis nomen descriptum erat, sed nunc abrasum conspicitur, hoc solum relicto: Scriptus & „ exemplatus per De Luca Juris utriusque „ Doctorem Nat. D. MCCCLXXXVIII. „ Indic die XXIII. Mensis Decembris. „ Subinde adnectitur alia ejusdem *Jacobi Poëtis* cum hoc titulo: *Incipiunt glosæ eximii Legum Doctoris Domini Jacobi filii Dantis Allegherii de Civitate Florentiæ vulgarizzate per ipsum rictimando:*

Nel mezzo del Camin di nostra vita .

Trentacinqu' anni s'intende vivendo ,

Se prima per altrui non t'è impedita .

La selva obscura, l'ignoranza intendo

Di questo Mondo miser doloroso ,

Quando da prima entriam nulla sapendo &c.

D Dubium inter Commentatores Ævi recentioris fuit, quo anno Dantes calamum apprehenderit, ut hanc Comœdiam instrueret; nonnulli enim, quibus adhæret Reverendiss. Abbas Innocentius Barcellinus (1) annum MCCXCIV. designant: Attamen cùm certum sit, prodiisse illum in lucem anno MCCLXV.; ejusdem verò filius Jacobus testetur, XXXV. annos vitæ fuisse à Patre tunc numeratos, *Trentacinqu' anni s'intende vivendo*, manifestum fit, expirante illo seculo Opus hoc initium sumpsisse. Eundem annorum numerum explicat antiquus ille Interpres, quem superius innui fuisse *Jacobum Laneum*; siquidem Dantes ætati hominis, juxta Davidis Oraculum, LXX. annos figebat, adeoque medium vitæ se tunc attigisse arbitrabatur, quamvis revera minimè ad metam illam pervenerit, quinquagesimo sexto anno vitam absolvens. Glossa hæc *Jacobi Aligerii* in nostro Codice octo Cantibus expletur.

E Epigrammata Italica, vulgò *Sonetti* numero XXV. super Infernum *Dantis*, composita à *Mino di Vanni Aretino* manuscripta hinc servantur in Codice pergamenico characteris Seculi XIV. De hoc Auctore mentio fit à diligentissimo Crescimbenio (m), qui alterum ex iisdem in specimen profert (n), sed aut inemendati Exemplaris ab ipso descripti, aut Typographi culpa, vitiat alicubi versus leguntur.

Vita item *Novæ* Dantis, in alio Codice centum quinquaginta circiter annorum reperitur, sed multò castigatior ac plenior ea, quæ in lucem edita fuit Florentiæ, unâ cum *vita* Dantis à Johanne Boccaccio conscripta, typis Bartholomæi Sermartelli anno MDLXXVI.

ÆNEAS

(i) Tom. XIX. pag. 258.

(1) Relatus in *Ephemeride Venetæ* Tom. XIX. pag. 254.

(m) Comment. D. P. V. Vol. III. pag. 130.

(n) Ibid. Parte II. pag. 244.

ÆNEAS SYLVIVS PICOLOMINEUS,

postea

PIUS II. PONT. MAX.

Metropolis nostræ, ut paulo ante innuebam, laus hæc fuit, primam extitisse, quæ typos impenderet publica luce donandis epistolis ab Ænea Sylvio Picolomineo in excelsa Pontificis Maximi, sub nomine Pii II., dignitate conscriptis. Plures subinde Urbes sibi gloriæ duxere nonnulla ex multis operibus à celebri hoc viro, in varia vitæ suæ conditione elaboratis, sparsim vulgare; donec Basilea, quæ testis fuerat præstantissimi ejusdem ingenii atque eloquentiæ, cum Basileense Concilium celebraretur, provinciam susciperet anno MDLXXI. in unum corpus colligendi, ac prælo excudendi quidquid ab erudito ejus calamo menteque profuxerat. Attamen hac etiam nobili cura diligentiaque minimè affectus est Typographus ille, ut omnino fieret voti sui compos; siquidem è privatis scriniis alia per subsequentes ætates Pii II. opera in publicum prodire, quibus carebat editio Basileensis. Bibliotheca Ambrosiana inter manuscriptos suos codices numerat Æneæ Sylvii *Historiam Australem*, quæ inedita jacuit usque ad annum MDCLXXXV. quo Argentorati impressa primum fuit sub titulo *Historiæ rerum Friderici III. Imperatoris, cum Annotationibus Joh. Henrici Boecleri*.

Codex alter manu exaratus in eadem servatur, continens duas supra viginti Orationes, quarum nonnullæ nunquam lucem aspexere; Eas in publicum literariæ Reipublicæ beneficium edere meditatus est Cl. Muratorius, seque promisso eruditus Viris obstrinxit in secundo *Anecdotorum* volumine, sed aliis distractus curis, duas tantum iisdem inseruit. Itaque Elenchum earum, quæ typis editæ sunt dimittens, gratiam apud doctos Lectores me initurum arbitror, si quæ prælum non subiere, degultandæ saltem per compendium proferantur. Memoratus Codex diligentissimè scriptus hunc titulum gerit:

Orationes Æneæ Sylvii, qui postea Summum Pontificatum adeptus Pius II. est appellatus.

I. *Hæc prima habita fuit ab eo nondum sacris initiato in Concilio Basileensi, cum ageretur de loco eligendo pro OEcumenico Concilio cum Græcis habendo; incipit:* „Audiui Patres optimi, atque Sanctissimi, quæ superioribus diebus Viri cum eloquentia, tum etiam bonitate præstantes Gaspar Perusinus, seu Florentinus, quod illa sit Civitate donatus, ac Simon Venetus de suis Legationibus referebant, quorum, si ritè judico, eò penitus tendebat Oratio, ut ad se quisquam Concilium traheret, hic Venetias, ille Florentiam &c. „Post adductas verò etiam reliquorum sententias, qui varias proponebant Urbes, suam depromit, *Civitatem Ticinensem* commendans eleganti panegyrico sermone, tanquam rei tam gravi gerendæ opportunissimam, ob aëris clementiam, comestuum copiam facile convehendam, loci præsidium & securitatem, Ædiumque magnificentiam, eam asserens, ob Philippi Mariæ Ducis Mediolani indolem benignissimam, atque subsidiis omnibus præstandis paratum ejusdem animum, minimè suspectam Græcis futuram.

II. *Sermo Æneæ Sylvii Picolominei Senensis ad Plebem suam Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Hanspach Pataviensis Diocesis. Incipit:* „Non est apud me dubium, Viri circumstantes, quam plerisque vestrum admiratio teneat, me vobis alienigenam, & alterius linguæ magis quam vestræ peritum, in animum esse vestrarum Pastorem Rectoremque datum &c. „Paulo verò post ait, id prudenti consilio factum à præstantissimo Patre & Domino suo colendissimo Leonardo Episcopo Pataviensi, excellenti &

Tom. I.

A *clari nominis Principe*, qui indolem ejus loci incolarum perpendens censuerat, extraneo libentiùs se submissuros, quam si conterraneum aliquem illis præfecisset, ac subjungit: „Ceterum supra me quantum pondus acceperim, & quot me vinculis obligaverim, non ignoro. „Aggreditur subinde salutaria suggerere monita; vitia, quæ aliorum Capita sunt, eorumque turpitudinem singillatim describere; ac demum vehementer hortari, ut Catholicæ disciplinæ præcepta sectentur, virtutesque omnes cujusvis ordini accommodatas, atque eloquenter propositas seriò complectantur, quibus ad cœlestem gloriam valeant eniti; imprimis autem illis Obedientiam commendat erga Romanum Pontificem, ejusdemque Legatos, Episcopum Pataviensem eorundem ordinarium Pastorem, & Archiepiscopum Saltzburgensem illius terræ Metropolitanam.

B III. *Oratio Æneæ Sylvii ad Populum Mediolanensem post obitum Philippi Mariæ Mediolani Ducis, cum esset Legatus Friderici Cæsaris. Incipit:* „Est mihi non parum oneris, Reverendi Patres, Magnifici ac Spectabiles Domini, ceterique Viri præstantes, in hoc amplissimo loco, gloriosissimi Domini nostri Friderici Romanorum Regis semper Augusti, quæ suscepimus mandata referre, quamvis justissima sint, & vobis erunt sicut arbitror gratissima, & per jocunda &c. „Defecerat anno MCCCXLVII. in Philippo Maria stirps Vicecomitum, quæ jure hæreditario Principatum Mediolanensem tenebat. Ne igitur à fidelitate erga Romanorum Imperatorem Cives recederent, Fridericus III. Æneam Sylvium, qui à Secretis ejusdem erat, Mediolanum legavit, ut destitutum proprio Principe Metropolitam nostram, ad præstandam Cæsari obedientiam compelleret. Egrege functus est ille munere suo, ad universos Civium Ordines Orationem hanc habens, in qua argumentis omnibus eloquentissimè explicatis, devolutam ad Cæsareæ Majestatis jura Mediolanensem provinciam evincere nititur; Beneficia inde omnibus Civium classibus obventura sub Augusto Cæsaris imperio deprædicat, inquit: „Habebitis hinc Principem humanissimum, nulli gravem, omnibus mitem, pium, religiosum, Justitiæ cultorem, quem sæpè affari poteritis, ac ejus aspectu benignissimo jocundoque perfrui. Cærus vester sub religioso Principe religiosam servabit vitam, gaudebitque liberè suis bonis; Nobilitas in Curia regia splendidior fiet; Literati industriosique omnes viri tribunal Imperatorum circumdabunt; Mercatoribus terræ Mariæque patebunt; quotidianum lucrum artifices duplicabunt, conditionem singuli meliorem efficient &c. „Insuper illustri hoc Elogio Mediolanensium dignitatem extollit. „Novit Serenitas Imperatoria Urbem istam, splendidam, ac magnificentissimam, quæ Cœli clementia, soli ubertate ac industria Civium, non solum Galliæ Cisalpinæ, sed Italiæ totius præcellit Urbes, ut tradunt Historici, duobus millibus annorum & amplius, semper Insubrium Caput fuisse, & nunc magnorum Ducum, nunc Regum, nunc Cæsarum sedem extitisse; Nam & Theodosium, & Valentinianum, Romanosque plures Imperatores hoc loci sedisse, jura reddidisse, Concilia celebrasse constat &c. „Demum fausta omnia pollicetur sub Cæsare, qui è Mediolanensi sanguine originem trahit. Nihil tamen profecit, cum Mediolanenses nullius jugum ferre decreverint, suis se legibus in liberæ Reipublicæ modum regentes, donec anno MCCCCL. imminente Urbi armis triumphalibus Francisco Sfortia, eundem excipere coacti sunt, ac Ducem creare.

E IV. *Oratio Æneæ Sylvii Picolominei Senensis, de Coronatione Cæsaris, habita Romæ coram Nicolao V. Pont. Max. Incipit:* „Fateor, Maxime Pontifex, eum, qui coram tua Sanctitate loquatur, non immeritò commoveri, cum propter celsitudinem throni tui, quo nullus est in terris altior, tum

z

„pro-

„ propter ingenium tuum divino dono aureum , & „ omni doctrinarum genere fecundum &c. „ Postquam ostendisset , Coronationem Cæsarum magno in honore habitam , & honestissimam fuisse , ab illo præsertim ævo , quo Sedes Apostolica Imperatoriam dignitatem Carolo M. contulit , tria Romani Imp. tempora distinguit , ab Augusto nempe ad Constantinum ; ab isto ad Carolum M. , à Carolo denique ad Fridericum III. , cujus nomine Sylvius Pontificem alloquebatur . In Orationis decursu præclaras pro Ecclesiæ res à Cæsare gestas enumerat , auxilium nempe tum Eugenio IV. , tum Nicolao ipsi præstitum in Schismate Concilii Basileensis post electionem Amedei Sabaudi . Causas subinde addit , quare Fridericus distulerit Coronationem , primamque fuisse , ait , ut obedientia ab omnibus Friderici Subditis Nicolao Pont. præstaretur ; alteram verò , quod statim ac ille Imperatriciam Sedem conscendit , atque per Oratores suos , literasque Coronam postulavisset , negotio commisso *Patri gravissimo , atque modestissimo Cardinali S. Angeli Apostolicæ Sedis Legato* ; emerferint è vestigio novi tumultus Aultriam infestantes , turbata etiam Pace in Suevia , Franconia , Bavaria , & Rheni tractu , quibus compescendis Fridericus præsentia , & armis adlaborare debuerat . Demum ait , restituta Germaniæ tranquillitate , cupere Cæsarem , ac supplicem petere , ut reservata Nicolao Pont. Max. hæc gloria Coronationis impleatur , digneturque omnia opportunis mandatis disponere , ne desint faciles transitus , hospitia , & necessarii victui eumentibus commeatus . Postquam autem egregia Nicolai jam quartum Pontificatus annum agentis Opera commendavit , id unum laudi illius superesse inquit , ut Cæsareo capiti coronam imponat , simulque ostendit , quanti emolumenti futura sint Christiano populo , utriusque gladii concursus , & Romani Pontificis ac Cæsaris unitas .

V. *Oratio Sylvii Picolominei Episcopi Senensis, habita Ratisbonæ in Conventu, præsentè Burgundie Duce.* Incipit : „ Quamvis omnibus , qui adestis , „ Reverendissimi Patres , Illustrissimi & Excellentissimi Principes , & præstabiles Domini honorandi „ nota sit causa Conventionis vestræ ; in literis enim „ ad unumquemque transmissis exprimitur ; quia tamen res maxima est , & universam Christianitatem „ concernit , propter quam Divus Cæsar Fridericus „ Rom. Imp. Aug. Dominus noster invictissimus in „ hoc celeberrimo loco conventum indixit ; utile „ videtur Reverendissimis ac Magnificis Dominis , & „ Collegis meis Imperatoriæ Majestatis Oratoribus „ causam ipsam Conventionis amplius explicare , & „ quod sit Imperatoriæ Majestatis intentum ad consulendum Reipublicæ Christianæ , in hoc amplissimo Auditorio exponere &c. „ Maximam fanè provinciam susceperat Sylvius , deleri nempe Græcorum Imperii , capta Constantinopolis Urbe à Turcis , qui odio & furore contra Christianos turgebant , funestum nuncium congregatis in eo Concilio Principibus deferendi , incitandique illos ad validam præstandam opem Cæsari , meditantem crudelem Tyrannum ab ea Regione armis depellere . Primò igitur describit florentissimæ illius Urbis miseram direptionem , ruinas , injuriamque sacris rebus illatam . Subinde periculum memorat , ne insolescens victoriâ suâ perfidus hostis , ulterius protendat Christianæ Religionis excidium . Pergit exponere , quàm facile sit audaciam victoris infringere , si Christianorum Principum adsit Concordia ; veterum Imperatorum ac Regum exempla referens , qui in viscera ipsa Saracenicæ Imperii arma ferentes , ibidem Christi crucem fixere , atque asserens ; non deesse Christianis arma , equos , viros , naves , & ea quidem omnia longè validiora , quàm Turcis . Demum Cæsaris nomine hortatur primò Præsules , ut cum Clero Sacrificiis Deo litare non desinant , & commissos eorum curæ populos ad pietatis opera accendant ; deinde Principes , ut singuli sententiam suam prodant , qua via citius & validius tam necessaria con-

A tra communes hostes expeditio compleri possit , ac tandem opportunum consilium capessere necessarium ostendit , ne totius Christiani populi expectatio irrita evadat , si Conventus ille , re infecta , dissolvatur .

VI. *Responsio Aeneæ Sylvii &c. data Legatis Hungarorum nomine Cæsaris in Civitate Austria XXIII. Martii MCCCCLV.* Incipit : „ Si mihi Reverendissimi Patres , Nobiles , & Magnifici Proceres Inclyti Regni Hungariæ Legati , tanta dicendi copia , vel gravitas esset , quantam hodie facundissimus ac sapientissimus Varadinensis Ecclesiæ Pontifex , Collega vester , in hoc amplissimo Auditorio per se tulit , nequaquam in præsentiarum Divo Cæsari Frederico Rom. Imp. Aug. Domino nostro piissimo , ac gloriosissimo , qui me vestræ Legationis , ni respondere jubet , invitus parerem &c. „ Quinque proposuerat Varadinensis Præsul , ut Cæsarem moveret ad suppeditanda Militum auxilia Hungariæ Genti , quibus adjuncta Turcis se opposeret ; nempe I. voluntatem optimam Regis ac Regni Hungarici erga Cæsarem ; II. periculum Regni illius post cladem Constantinopolis ; III. Cæsaris propositum de tuenda Religione ; IV. Pannoniæ Proceres ad bellum paratos ; V. Fridericum enixè rogari ad implenda omnia , quæ Francfordiæ pacta fuerant . His omnibus eloquenti sermone responderet Sylvius , paratum Cæsarem ad præstandum auxilium asseverans , dummodo alii Catholici Principes id ipsum impleant , atque adsit inter ipsos verus Religionis amor , & plena concordia .

C VII. *Responsio data nomine Cæsaris Legatis Hungarorum in nova Civitate Austria per Aeneam Sylvium Picolomineum Episcopum Senensem, XXIII. Aprilis MCCCCLV.* Incipit : „ Optasset Sacra Majestas Imperatoria , Reverendissimi Patres , ac Magnifici Proceres Inclyti Regni Hungariæ Legati , „ quæ Francfordiæ conclusa , & conscripta fuerunt , „ executioni hoc in loco , ut institutum erat , potuisse mandari ; sic enim & impetus hostium nostræ Religionis compesci , & Respublica Christiana , quæ nimium ævo nostro lacerata est , vires resumere potuisset &c. „ Prosequitur Sylvius indicare Causas , cur Fridericus III. Imp. anno illo non posset validum bellatorum exercitum contra Turcas armare ; pollicetur tamen , curaturum eum esse , ut ad diem Ascensionis Dominicæ anni sequentis in Hungaria prope Savum Fluvium , quammultæ militum copiæ castra figant . Additque , Cæsarem nosse , duo necessaria requiri , ne tanta Christianæ Reipublicæ spes fallatur ; primum , ut Pax inter discordes Germaniæ Principes constituatur ; alterum , ut de navali valida classe instruenda certò constet . Cæsarem ipsum totis viribus incumbere velle ad utrumque ; nec omisurum hortari Principes omnes Germaniæ , Galliæ , atque Italiæ , præcipuè autem Romanum Pontificem , quem recens electum putabat , ut pro rei momento impigrè agant , & collectam invicem validam militum manum in superbum hostem expédiant , & promptum pro viribus quisque suis auxilium ferant . Claudat tandem Sylvius Orationem suam , Imperatoris nomine Hungariæ Regi suadens , ut fidenti animo in bellum se obarmet , aliosque confederatos Principes ad opem citò conferendam sollicitet , ne causam suam , immo totius Orthodoxæ Religionis , negligenti otio indefensam relinquat .

D VIII. *Oratio habita ab Aeneæ Sylvio &c. in Conventu Viennensi, jussu Cæsaris.* Duplex Orationis hujus exordium in Codice nostro legitur ; id solum dabimus , quo usus est Sylvius , & incipit : „ In hoc „ florentissimo , atque amplissimo Conventu nostro „ Reverendissimi Patres , Illustrissimi Principes , ceterique Viri magnanimi , ac præstantissimi , non est , cur hodie differamus , an bellum indicere „ Turcis expediat ; id namque , & in Ratisbona super Danubium , & in Francfordia super Muganum „ abundè discussum , atque determinatum est , &c. „ Contendit Sylvius hac Oratione adstantes Principes ,

Pro-

Proceresque urgere ad nobile opus implendum, quod ab ipsorum armis poscebat Christiana Religio, ut ferox audacia Turcarum confringeretur. Laudat militarem scientiam presentium ibi Ducum, Alberti Marchionis, Joannis Comitis, & Georgii Boemiae Gubernatoris; asserit postmodum, purgandos à vitiis Fideles priusquam arma sumant, ut à Deo prosperum expeditionis bellicae exitum impetrent; audientes subdit Prophetas, audiendum Johannem de Capistrano, Ord. Minor. S. Francisci, quem vocat *Veneracem Verbi Dei Prædicatorem, qui diebus singulis nobis evangelizat*, (nos in presentiarum Sanctis adscriptum veneramus). Infirmat demum timorem hostium, pluribus exemplis probans, non numerum, sed virtutem in milite queri.

IX. Oratio Pii II. in discessu, vel in fine Dietae Mantuanae. Incipit: „Septimo jam exacto mense, „Venerabiles in Christo Fratres, ac Filii dilectissimi, „mi, & octavo currente, finis adest Mantuani Conventus, quem non dissolvimus, sed nobiscum quoddam, cumque duxerimus Curiam nostram, transferendum duximus, & auctoritate Apostolica transferimus. Sed quoniam &c. „Exorditur enarrans, Eugenium, Nicolaum, Calixtum antecessores suos, audita Graeciae clade, cogitasse continuo de servanda Christiana Republica; se verò arbitrari solam Romanam Sedem tantam belli molem sustinere non posse, sed communibus Fidelium armis esse certandum. Divina ope factum dicit, ut omnes, qui convenerant, uno ore bellum Turcis esse indicendum clamaverint; In Italia, inquit, Franciscum Sfortiam Mediolani Principem, Borsum Mutinae Ducem, Ludovicum Marchionem Mantuae, Florentinos, Senenses, Lucenses, Marchionem Montisferrati, Genuenses, Ludovicum Sabaudiae Ducem, Venetos, vel pollicitos fuisse auxilia, vel indubiè duros; Joannem Aragoniae Regem, & Ferdinandum Siciliae multa promississe; Italiam plura suppeditare; nec otiosos esse velle Germanos Principes; Fredericum Imperatorem Austriae, Bavariae, & Saxoniae Duces, Marchiones, Comites, Populos Alamanniae duo super quadraginta pugnatorum millia educturos, Philippum Burgundiae Ducem sex millia armaturum; Hungaros XII. millia equitum, peditumque non modicum numerum in aciem paratum habituros; se quoque parem Militum Legionem instructurum. Summam integram copiarum septuaginta millibus armatorum implendam, quibus adderentur quammulti Crucesignatorum cunei. Majora auxilia sperare se asseverat à Carolo Francorum, Henrico Castellae, Alphonso Lusitaniae, Henrico Angliae, Jacobo Scotorum, & Casimiro Poloniae Regibus, necnon à Georgio Boemiae Gubernatore. Quandoquidem verò in Germania bellum adhuc vigeat, missurum se ait Bessarionem Cardinalem Nicœnum, qui vel Pacem, vel inducias componat.

X. Oratio Pii II. (seu potius Bulla) contra Sigismundum Austriae Ducem ex captura Cardinalis. Incipit: „Pius Episcopus Serv. Serv. Dei universis „Christifidelibus, ad quos hæc literæ pervenerint, „salutem & Apostolicam benedictionem. Justissima „quamvis judicia & honestissima sint quævis Apostolicæ Sedis decreta, & opera ejus mortalis coarguere nemo potest; quia tamen multi reperiuntur „iniquæ mentis homines, qui erecto supercilio tollere os in Cælum non verentur, & gradiente lingua eorum super terram, in Christi Vicarium jam „stantes opprobria, facta ejus damnare sæpe numero audent &c. „Nicolaus V. Ecclesiae Brixinensi in Alpibus, quæ Italiam à Germania sejungunt, sitæ, & Salisburienfis Metropolis suffraganeæ, Episcopum dederat Nicolaum Cardinalem tit. S. Petri ad Vincula: subinde inter Cardinalem Episcopum, ac Sigismundum Impet. pro servandis Ecclesiae suæ jurebus ortæ sunt similitudines, quæ ad eò exarsere, ut per Sicarios Cardinalis vitæ paratæ fuerint insidiæ. Callistus III. Pont. Max. his intellectis contentionibus, Sigismundum per literas monuit, ut Cardinalem reve-

reretur, indictâ, si secus egisset, anathematis poenâ. Cùm deinde Pius ad Mantuanum Concilium se contulisset, ibi affuit & Sigismundus, nihilque Pontifex omisit, ut pacem inter utrumque componeret; quæ tamen recedente Sigismundo Mantuâ, haudquaquam confecta est; quinimmo cùm Cardinalis Brumackaram Diocesis suæ Arcem adiiisset, in eadem à Sigismundi copiis obsessus est, & pacta deditioe, idem Præsul in vincula coniectus, quin aliis conditionibus libertatem assequi posset, nisi magno soluto auri pondere, & dimisso Ecclesiae suæ munitissimo Castro. Delectus est à Pio Pont. Max. Joannes tit. S. Priscæ S. R. E. Card., qui hanc causam cognosceret, unâ cum duobus integerrimis Episcopis; indictumque Sigismundo, ut intra quadraginta quinque dierum spatium coram Pontifice adesset, ad excusationem tanti facinoris producendam. Paucis ante statutum terminum diebus, asserit Pius, advenisse Sigismundi nomine Laurentium quemdam Prussum, nullo allato subeundi judicii, aut petendæ veniæ mandato; post verò plura colloquia, Laurentium eundem à Pontifice malè edocto ad meliùs edoctum appellasse; se tamen ad VI. Augusti mensis judicium distulisse; cùm verò indictus dies advenisset, tandem sententiam protulisse, in qua nihil aliud à se actum profiteretur, quàm quod Sacrorum Canonum, & Prædecessorum suorum leges ac decreta præscribunt. Præclara in hisce Literis miscet Austriacæ pietatis elogia, nec commemorare omittit beneficia, quæ ipsemet receperat ab Augustæ hujus Domus Principibus, antequam Summus Pontifex fieret.

XI. Oratio Romæ habita in Basilica S. Petri pro Canonizatione Beatae Catharinae Senensis. Incipit: „Catherinam Senensem, in Catalogum hodie Sanctorum Christi Virginum relaturi, dignum existimus, Venerabiles Fratres, ac Filii dilectissimi, „quid sibi velit Sanctitatis vocabulum, cur Sanctorum Canonizatio sit introducta, & an Virgo ipsa „hujus honoris digna sit, paucis aperire &c. „In ea, de qua loquimur, Oratione, Pius Virtutes, & Miracula hujusce Virginis innuit ac commendat, & optima ejusdem exempla Christifidelium imitationi proponit.

XII. Responsio Pii II. Pont. Max. data Romæ Oratoribus Regis Franciæ. Incipit: „Per me Reges regnant, & Legum Conditores justa decernunt, Salomonis in Parabolis hæc verba leguntur; sed non sunt Salomonis; nec sunt hominis ex peccato geniti; Sapientia Dei, Filius Dei, splendor Paternæ gloriæ, idest ipsum Dei Verbum, per quod facta sunt omnia, introducitur loquens. „Duos Cardinales Ludovici Regis Franciæ Oratores, cum Viris doctrina & pietate præstantibus ante conspectum suum positos alloquitur Pius. Summa cum animi hilaritate sponsonem recipit regio nomine ab iis factam de auxiliis militaribus præbendis pro defensione Fidei, tanto Rege dignis. Pro his maximis minima ab iisdem peti ait, adjudicanda nempe ipsi jura sui Sanguinis in Regno Siciliae, multis verbis à Cardinali Atrebatensi exposita. Pergit merita Francorum Regum erga Christi Ecclesiam commendare. De Ludovico plura refert præclare gesta, & præcipuè quod pragmaticam sanctionem deleverit.

XIII. Responsio Pii II. Pont. Max. data Oratoribus Regis Renati. Incipit: „De Regno Siciliae, „cujus proprietates ad Nos, & Romanam Ecclesiam „pertinet, quamvis duo Reges armis inter se contendunt, non est tamen propositi nostri, cui jus „competat in presentiarum definire &c. „Renati Regis Oratores Pontificem postulaverant, ut eidem Regni Siciliae Investituram concederet; Petitioni tamen eorundem annuere se non posse inquit cum alterius damno, & injuria; siquidem Regnum illud Ferdinandus jam obtinebat, cùm ipse in Apostolico solio confedit, accepto à Prædecessoribus suis Diplomate, communi interveniente populorum consensu, petentibus etiam Venetis, Duce Mediolani, Florentinis,

rinis, & Duce Mutinæ; quinimmo in Fœdere Principum Italiæ sub Nicolao V. Pontifice ob frœnum Turcis injiciendum firmato, jam statutum fuisse testatur, ut Ferdinandus Alphonfi filius in Regno succederet. Retulisse se addit ad Collegium Cardinalium utriusque postulationem, eosque in hanc sententiam descendisse; Ferdinando concedendam *Investituram*, Renato viam juris relinqui. Si hoc Renatus in iudicium velit deducere, se justitiæ reddendæ paratissimum offert. Nolle pacta infringere; revocare se non posse promissa jam auxilia, quæ possessorem tuentur, justo titulo fretum. Legatum abs se missum B. (*Bartholomæum Rourrella Ferrariensem*) Archiepiscopum Ravennatem, ut lites dirimeret, sed à Ferdinando susceptum, ab altera verò parte fuisse rejectum, atque insuper à Renato expeditos Avenionem Nuncios, qui de legatione Archiepiscopi conquerebantur; addendo, Pontificem Max. Regi suo gravem esse, qui propterea ad futurum Concilium appellabat. Minatur denique Pius Renato ipsi pœnas, in conventu Mantuano contra provocantes ad Concilium decretas, nisi appellationem revocaverit.

XIV. *Responsio Pii II. Pont. Max. data Oratoribus Regis Boëmiæ Romæ in Concistorio.* Incipit: „Superioribus diebus cum audivissemus vos Oratores, carissimi Filii nostri Regis Boëmiæ illustris, quamvis aliquam ex tempore diximus responsum, tamen solidam, & efficacem cum Fratrum consilio faciendam in aliud tempus reservavimus &c. „ Duo præcipuè proposuerant Boëmiæ Oratores: obedientiam scilicet nomine Regis eidem præstandam, & usum Calicis Regno Boëmiæ, & Marchionatui Moraviæ concedendum; quapropter Pius respondens primæ petitioni multa profert in laudem Regis; secundam satis jam discussam asserit in Conciliis Basileensi, & Constantiensi, damnando errorem Jacobelli, & Sæctatorum ejus; quapropter negare se coactum, ait, Calicis usum, rationes exponens, quarum pondere concedi à se id non posse demonstrat.

XV. Clauditur noster Codex *Narratione Anonymi cujusdam de Translatione Capitis S. Andreae Apostoli Romam*, quæ incipit: „Si quæ sunt memoriæ commendanda ex his, quæ nostra tempestate geruntur, ea prof. etò convenit ad posteros historiarum beneficio transmittere, quæ in honorem & gloriam Sanctorum sunt &c. „ Translationis hujus mentionem facit Cardinalis Baronius in Annotationibus Martyrologii Romani, ad diem IX. Maji, atque historiam hujus rei gestæ, eomet tempore, quo accidit exaratam, in manuscripto Codice à se lectam testatur. Memoriam prædictæ Translationis inventam in manuscripto Floriacensi referunt Patres Bollandiæ ad diem XII. Aprilis, sed eam rejiciunt exponendam ad diem Natalem S. Andreae XXX. Novembris. Itaque jucundum fore Lectori arbitror, hic summam referre, quæ noster continet Codex. S. Apostoli Caput Patracenses servaverant ad annum usque MCCCCLX., subinde contigit, ut Thomas Constantini Palæologi Imperatoris filius, post cladem à Turcis Græciæ illatam fugiens, secum illud deferret ad Insulam, S. Mauræ à recentioribus appellatam. Hoc sacrum pignus à multis tum Italis, tum Transalpinis Principibus, magna spe donorum quæsitum. Pius II. Romam transferri curavit. Ab eodem Thomas anno sequenti Anconam usque delatum est; Missus verò à Pontifice Alexander tit. S. Sufannæ Cardinalis Legatus, recognitas Reliquias Narniam deduxit. Pluribus elapsis mensibus statuit Pontifex Translationem solemniter celebrare, tresque ideo Cardinales delegit, Bessarionem Episcopum Tusculanum, Alexandrum prædictum, & Franciscum Senensis Ecclesiæ Administratorem, suum ex Francisca sorore Nepotem, qui ex Narniensi Arce illud Romam deferrent. Cardinales ad Pontem Milvium die Dominica Palmarum XII. Aprilis MCCCCLXII. pervenire, ut inde solemniter omnium Ordinum conventu in Urbem Sacrum caput deduceretur. Obviam proces-

A fit Summus Pontifex extra Portam Flaminiam, cumque genibus flexis, oculisque madidis exuvias tam venerabiles manu excepisset, effari sic cœpit: „Devenisti tandem Sacratissimum & odoratissimum S. Apostoli Caput; Turcorum tua te sede furor expulit; ad fratrem tuum Apostolorum Principem contulisti fugisti exulans &c. „ In fine Apostolum precatur, ut Romanos, suos ex fratre S. Petro nepotes protegat, & iram Dei Christianorum peccatis debitam in Barbaros convertat; Provocasse narratur Oratio Pii omnium lacrymas; Dein ex alto pegmate affluentem populo Pius ipse sacrum Caput ostendit. Decantatus est Ambrosianus Hymnus *Te Deum laudamus* &c. atque alter in honorem ejusdem Apostoli, Pontificis jussu ab Agapito Anconitano Episcopo, Romano Civitate compositus, quem integrè transcribere placuit, utpote elegantissimè dictatum:

B *Primus hic Jesum sequitur vocantem,
Et Crucem primus similem subivit
Martyr Argivis veneratus oris
Omne per ævum.*

*Hinc Pius, Grajos populante Turco,
Præda ne fiat canibus cruentis,
Tollit, & sancta profugum secundus
Excipit Urbe.*

C *Seque cum sacro comitem Senatu
Obvium præbet redolente Roma
Floribus festis, resonante clero
Cantica laudum.*

*Sacra fert dextrâ nitidus Sacerdos,
Splendidi Carmen referunt Quirites:
Alme sis nostræ columen precamur
Et Pater Urbis.*

D *O pugil Sanctæ Fidei supremus,
Primus agnoscens Dominum vocantem,
Primus & letbo simili triumphans,
Protege Romam.*

*Hunc diem faustum Deus alme nobis
Fulmen in Turcos acuens trifulcum
Audit Andreas, populum precantem
Talia reddens.*

*Te precor Cæli sator, atque Terra,
Tolle jam clades, scelerumque pœnas,
Et tui tandem populi misertus
Contere Turcos.*

E *Hoc Pius pastor meritique tanti
Pronus exorat; miserere fessis,
Da manum mundo prope jam labanti
Maxime Rektor.*

*Hoc duces Urbis Petrus, atque Paulus
Supplices poscunt, pariterque Roma
His velut nitens geminis columnis
Strata precatur.*

*Da Pio vitam rogitamus omnes.
Solutus in Turcos animo perenni
Ausus alpinos superare montes
Arma vocavit.*

Et

*Et caput præbet proprium libenter ,
Nomen ut Christi veneretur Orbis ,
Ut viam nostram videat salutis
Perfidus hostis . Amen .*

Tum Pius præ manibus ferens pretiosum hoc pignus , in Altari S. Mariæ de Populo reverenter deposuit . Apparatum viarum , & pompam supplicationis , quæ sequenti die habita fuit , ut ad Basilicam Vaticanam transferretur sacrum Caput , minutim describit Anonymus iste , Cardinales omnes Præsulesque enumerans , qui eidem interfuere . Tum narrare profequitur , collocatum id fuisse in Ara , B Petri memoriæ sacra , atque ibidem Cardinalem Bessarionem in dextero Altaris cornu , hinc ad sacrum Caput , inde ad Pontificem oculos convertentem , luculentam habuisse Orationem in hæc verba : *Ecce Frater tuus Beatissime Petre , Princeps Apostolorum &c.* In ea verò Andream inducit alloquentem Petrum fratrem suum , & contra Turcas incitantem . Pius quoque aliam Oratiunculam pronunciavit , in hæc verba præfatus : *Si loqui possent &c.* Petrum & Paulum gaudere in Coelis exponens , quòd Caput B. Andreæ ipsorum Corporibus fuerit confociatum ; deinde spem maximam se concipere inquit de Infidelibus è Græcia pellendis , & ipso Capite in sedem suam referendo . Mox Anonymus divertit narrationem ad enuncianda cetera Majoris Hebdomadæ Mytheria à Pontifice Pio celebrata .

Alteram Orationem Æneæ Sylvii , habitam Neapoli coram Alphonso Aragonum Rege in Templo , cui principium est *Modestius fortasse fuerit &c.* adnotavit in Anecdotis ex Codice nostro manuscripto Cl. Muratorius ; sed cum eam editam Basileæ invenerim , calamum retraho .

Plura alia Manuscripta Opera Pii II. Ambrosiana Bibliotheca custodit , nempe librum *de Misericordia Aulicorum , Somnium de Fortuna* , quæ jam Basileæ prodierunt ; Item duplex exemplar prolixæ *Epistolæ ad Mabumetem Turcarum Principem* , ut se ad Christianam Religionem convertat ; alias quoque *Epistolas ad Blancam Mariam Ducissam Mediolani* , ne obstet Viro deliberanti ire pro Fide contra Turcas ; ad *Paulum Archiepiscopum Januæ* , patriæ suæ Ducem electum ; ad *Borsium Estensem Mutinæ Ducem* , & *Ferrariæ Marchionem* servat , quas omnes prima nostra Mediolanensis editio in publicum protulit ; De his tamen postremis nonnulla differere opus est . Ea , quæ ad Archiepiscopum Januensem dirigitur , tum in manu exarato , tum in impresso exemplari , titulum præfert prorsus alienum à mente Pontificis ; ita enim inscribitur : *Pii Papæ secundi ad Archiepiscopum Januæ . Monet ut absteat se ab illo Ducatu , & Magistratu temporali* ; Nihil tamen minus , quàm hæc de dimittenda ea Dignitate admonitio in Pii Epistola legitur . Uberrus Foliotta in sua Genuensium Historia ad annum MCCCCLXIII. contrarium prorsus enarrat inquit : „ Interea Paulum Fulgosium (seu *Frezosi*) poenitentia coeperat Principatus depositi ; „ quare Ludovico , nullo negotio iterum dejecto , „ Principatum iterum invasit , quem sibi à Pio Pontifice ratum fieri , se seque legibus solvi , si quibus fortasse Vir facer profanum Principatum gerere prohiberetur , postulavit , impetravitque . „ Itaque Pius II. non prohibuit , sed benignè Pauli precibus annuit , salutaria tantum monita Epistolæ suæ inferens , quibus pro decore Sacerdotii munus illud justè ac clementer posset implere ; quinimmo statim illum & Archiepiscopum , & Ducem appellat his verbis : „ Venerabili Fratri Paulo Archiepiscopo , & „ Duci Januensi salutem & Apostolicam Benedictionem . Ducatum patriæ tuæ ex libero Civium decreto te affecutum scribis , eumque per nostram „ Benedictionem fraternitati tuæ flagitas confirmari .
Tom. I.

(o) Lib. IX. Cap. VI.

A „ Admirati sumus consilium tuum , qui ejus Civitatis „ temporale regimen acceperis , quæ super omnes „ Italas novitate gaudens semper nutat , semper in „ motu est , nec ullum diu Rectorem Ducemve patitur . Et tu anno superiore , quanta sit tuorum „ Civium constantia in te ipso didicisti , qui cum ab „ eis ad hunc ipsum Principatum fuisses assumptus , „ non tam citò Magistratum inivisti , quàm deponere „ coactus fuisti . Nobis quidem eodem ferè tempore „ & assumptio tua , & depositio nunciata fuit ; quid „ nunc futurum sit ignoramus &c. „ In fine autem „ illi ea dignitate ornato , & Civibus suis *In nomine Sanctæ Trinitatis benedicit* . Paternis Pii II. adhortationibus , ac documentis malè respondisse Paulum Archiepiscopum narrat idem Foliotta ; pulsus enim „ tum à Civibus , tum à Francisci Sfortiæ militibus , Principatum deserere , atque Urbe ipsa excedere coactus fuit . Baptista verò Fulgosius in libro *de Factis ac Dictis memorabilibus* (o) acerbis querelis hunc Patrum suum exagitat , perfidiæ atque ingrati animi notam eidem inurens ; verum Oldoinus incertus hæret , an memoratis Scriptoribus præstanda omnino sit fides , cum Paulus iste à Sixto IV. Cardinalium albo adscriptus , Legationem Hydruntinam optimè gesserit , Turcarum classe fugata , atque iterum ad regendam Campaniam ab Alexandro VI. missus præclaram virtutum suarum memoriam reliquerit , moriens Romæ anno MCCCCXCVIII.

B „ Quod attinet ad Epistolam Estensi Principi Borsio inscriptam , cujus duplex manuscriptum apographum extat in Bibliotheca Ambrosiana , Cl. Muratorius in secundo *Antiquitatum Estensium* volumine (p) ea tantum enarrat , quæ Borsius regali magnificentia atque apparatu egit , ut Pium II. in itinere ad Mantuanum Concilium , ac reditu anno MCCCCLIX. & sequenti , Ferrariæ splendide exciperet . Exortas postmodum fuisse inter ipsos non leves simultates docet hæc Epistola , data Viterbii Nonis Junii MCCCCLXII. Cum enim Borsius ad Oratorem suum Romæ agentem Literas misisset , modestas quidem sed acerbis contra Pontificem querelis refertas , Pius II. se se ab iis , quæ objiciebantur expurgaturus , responsionem in multas paginas excurrentem , ita exorditur : „ Nemo verum de se minus audit , quàm publica potestas , quæ quanto major est , tanto magis fallitur „ Probat hoc Epistola tua , quam misisti Antonio Oratori tuo apud nos agenti , in qua ferè tot „ sunt præclara de te ipso testimonia , quot verba . „ Nihil est enim illic quod in tuam præcipuam laudem non vergat , & tamen à te dictata deprehenditur , & tuum sermonem redolet . Jussisti ut nobis ostenderetur ; legimus eam , quamvis longissima „ est , non semel sed iterum : Fuerunt enim & quæ „ cum voluptate , & quæ cum molestia audivimus , „ quibus abundè consideratis coacti sumus etiam inviti aliquid respondere , tecumque non adulantis , „ sed pii patris more agere , nullamque boni Pastoris partem relinquere . Vera erunt verba nostra , „ etsi fortasse dura videbuntur ; sed melior est amara veritas , quàm dulce mendacium Querelis & purgationibus plena est Epistola tua ; verum nec justè quereris , neque ritè purgaris : monstrabimus ista per partes &c.

C „ In altero manuscripto Exemplari duæ Pii II. Constitutiones leguntur pro *Erectione Collegii Abbreviatorum* ; quarum prima incipit : *Vices illius gerentes in terris* ; secunda : *Quò salubrius & honestius* . Utramque Johannes Ciampinus edidit in præclara sua *Historia Abbreviatorum de Parco majori* ; verum in postrema , in qua Pontifex Pius recenset nomina eorum , quos Collegio à se instituto adscribebat , aliqua desiderantur , punctis ideo à Ciampino signata , cum fortasse usus ille fuerit veteri charta , tunc temporis vel exesa , vel lacera . Codex noster integrum numerum refert , nonnullis etiam nominibus , & cognominibus

a a

di

(p) Fol. 215. & 218.

diverso modo exaratis, quæ an sinceriora sint definire non audeo. Inter hos Abbreviatores clarè utrobique legitur descriptus *Leodrisius Cribellus*, de quo mihi literaria quæstio fuit cum eruditissimo in re Genealogica, præsertim Mediolanensi, Johanne Sitono de Scotia; ipse enim unum tantum per eam ætatem agnoscebat, ac mordicus tuebatur *Leodrisium Cribellum*, atque illum eundem esse ajebat, contra quem Franciscus Philelphus virus omne obtrectationis ac dieteriorum evomuit in Epistola, seu Invektiva, quæ prima est libri XXVI. ejusdem Epistolarum. Plura in hanc rem scripsi ante vitam Francisci Sfortiæ, editam in XIX. volumine Scriptorum Italiæ, contendens, alium esse *Cribellum* ejusdem nominis, vitæ illius Auctorem. Nunc ex hac Pii II. Constitutione data anno MCCCCLXIII. vel LXIV. ut apud Ciampinum, luce clarius constare arbitror, non unum tantum eo tempore floruisse *Leodrisium*. Quis enim credat, illum insignem virum, quem describit Sitonus (q) sedentem in Collegio Equitum & Judicum Mediolani ab anno MCCCXLIV. ad MCCCCLXIII., summis in Patria perfunctum muneribus, missum sæpius à Ducibus Mediolani Oratorem ad Principes, & Senatoria etiam toga donatum, post tot splendidos in hac Urbe acceptos honores, hinc fuisse profectum, ut Abbreviatorum munus Romæ exerceret? Donec igitur nodum quis solvat, & hujus Scenæ adeò inversæ causam assignet, Prudens quisque affirmabit, alterum Mediolani tunc extitisse *Leodrisium Cribellum*, ob præclaram virtutem Francisco Sfortiæ gratissimum; alterum Romæ ob laudem ingenii Pio II. acceptum, atque illo honore insignitum. Primum verò, ut gratiam Principi suo redderet, ejusdem vi-

A tam condidisse; secundum Pontificis Maximi Beneficentiæ responsurum, duos eos libros *de Expeditione Pii II. in Turcas*, quos Cl. Muratorius Tomo XXIII. Scriptorum Italiæ inseruit, ipsi dicasse, verisimillimum est opinari.

B Superest alius Codex manu exaratus, in quo continetur *Bulla* jam edita Pii II. *pro Expeditione contra Turcas*, incipiens *Ezechielis Prophetæ* &c. Hanc perpetuis Commentariis, non vulgari eruditione refertis, ac justum volumen implentibus, illustravit *Rodericus de Arevalo*, utriusque Legis Professor, *Episcopus Ovetensis*, ejusdem Sanctitatis Referendarius, ac *Serenissimi Principis Domini Regis Hispaniæ Orator*. Vix crediderim istud opus aliquando in lucem fuisse prolatum; certè ignotus fuit hic Auctor Nicolao Antonio, qui in *Hispanica* sua *Bibliotheca* plures enumerans Scriptores *de Arevalo*, *Rodericum* prorsus omisit; Alterius item *Bulle Pii II.* exemplar apud nos custoditur, in quo *Antonius de Aragonia de Piccolominibus*, *Dux Amalphis*, ejusdem ex Fratre Nepos, unà cum omnibus masculis descendibus in infinitum, instituitur *Vicarius perpetuus in temporalibus Civitatis Senogalliæ*, & *Mondavii cum toto ejus Vicariatu*, quæ ad Apostolicam Sedem pleno jure spectabant, eoque sine Liberis decedente substituuntur Fratres germani ejusdem Antonii, *Jacobus*, & *Andreas de Piccolominibus*. Datæ sunt hæc Literæ anno MCCCCLXIII. quarto Calendas Decembris. Tempus, quo ab Amanuensi descripta est hæc *Bulla*, adnotatur in fronte his verbis: *Originalis reperitur hodie, quinta mensis Maji, MDXLII. apud Ducem Amalphis*.

A N N O M C C C C L X X I V .

D Edecus aliquod, ab hac inclyta Civitate minimè ferendum videri poterat, si fervente jam typis Urbe, neglecta jacerent Opera Sancti Doctoris, Patronique Ambrosii, cujus eximia Sanctitate, Sapientia, vigiliis, laboribus illustrata Ecclesia Mediolanensis, ejusque etiam glorioso donata nomine, tantum apud omnes nationes famæ ac splendoris acceperat. Itaque hoc anno excudi cœpta sunt nonnulla librorum ejusdem fragmenta, ut facilè invidiam ingrati animi notam à se ipsis Cives depellerent, melleamque tanti Doctoris facundiam degustare liberius posset Christiana Respublica. Dolendum quidem est, exordia editionis Operum tam insignis Ecclesiæ Doctoris desumpta fuisse ex iis, quæ tanquam adulterina rejiciuntur in novissima collectione lucubrationum S. Ambrosii; præmissâ enim vitâ ejusdem à Paulino conscriptâ, statim legitur *Vita gloriosæ Virginis Agnetis*, *Passio Sanctorum Martyrum Vitalis & Agricola*, ac demum *Passio Sanctorum Martyrum Protasii ac Gervasii*, seu *Epistola ad Fratres Italiæ*, quæ omnia à doctissimis Maurinis Monachis ad spuria ablegantur. Attamen dum hæc attentè conferrem, inveni prima duo non omnino hujus fursuris esse, sed compacta partim ex apocryphis, partim ex genuinis S. Ambrosii libris, nempe ex primo *De Virginibus*, & altero, qui inscribitur *Exhortatio Virginitatis*; adeoque cenleo ab aliquo Confarcinatore decerpta fuisse hinc inde quæ ad hos Martyres pertinebant, ut collectum offerretur Lectoribus quidquid de hisce Sanctis Martyribus differuisse Præsul ille Sanctissimus credebatur. Equidem novi, *Vitam S. Agnetis* à Bollandò referri ad diem XXI. Januarii, tanquam verè à S. Ambrosio descriptam;

D at Monachi S. Mauri, in admonitione ad eandem, solidis argumentis tuentur, Acta hæc minimè congruere ætati illius Sanctissimi Præsulis; quin imò ex Codice Bibliothecæ Vaticanæ tradunt græcè primum conscripta fuisse, ac subindè in latinum translata. Verùm quidquid de hoc sit, primus, qui occurrat in hac editione, indubius Antistitis nostri fœtus, est Epistola ad Marcellinam Sororem *de Inventione Sanctorum Corporum Gervasii & Protasii*, quam excipiunt tres *De Officiis* libri, nec aliud continet Codex iste, à quo etiam abest illius mentio, qui hisce operibus Sancti nostri Antistitis colligendis evulgandisque propitiâ manum admovit. Editionem hanc ignorare Casimirus Oudin, & Jo. Alb. Fabricius (a), eas tantum referentes, quas biennio post *Masellus Venia*, & nonagesimo illius sæculi anno *Petrus Cribellus*, redemptâ à situ, teneisque, uberiore manuscriptorum S. Ambrosii copiâ, Mediolanensibus typis parandas curavere; Sed de his suo loco agemus.

BONINUS MOMBRIUS.

E Inter ceteros illius Ævi Literatos Viros floruit Mediolani Boninus Mombritius, Civis noster, multis in lucem editis libris tum insignium Auctorum, tum suo Marte elucubratis, apud omnes celebris dignusque, ut peculiaris ejusdem hic memoria inferatur. Inter nobiles familias Mediolanenses Mombritiam, seu Mombretam recenset Morigia (b), virque patritius à Scriptoribus, qui de illo meminere, appellatur; attamen Generis nobilitati par domestica suppellex non fuit, ut infra videbimus. In Urbe Ferrariæ edificendis literis operam dedit, teste Ferrante Borsetto in Historia Ferrariensis Gymnasii (c), cumque vivi-

(q) In Chron. Equitum, Judicum, & Comitum J. C. Mediolani, Par. II. num. 164.

(a) Tom. III. Bibl. Lat. pag. mihi 430.

(b) In Indice Nobil. famil. post Hist. Mediol.

(c) Parte II. pag. 298.

do mentis acumine, nitidaque facundia præditum. fuisse luculento testimonio evincunt scripta, quæ tum soluta, tum stricta numeris oratione ad nos pervenere; quin imò græcis literis apprimè eruditum, ea quæ inferiùs proferam, abundè docebunt. Quocirca merita illum laude quamplures cumulavere Scriptores, Bergomas, Gesnerus, Frisius, Sixtus Senensis, Picinellus, alique. Ego quæ ex impressis per ea tempora codicibus epistolisque, utpote minus obviis, collegi ad illustrandam ejusdem vitam, pro suscepto instituto evulgabo. Primus, qui mihi occurrerit Mombritii labor, est liber *Summularum Pauli Veneti*, quem hoc anno Mediolani edidit Christophorus Valdarfer, adnexo in calce Epigrammate non invenuto, in quo Boninus Venetos Cives invitat ad grates Typographo nostro reddendas, quòd perrarum hoc opus conterranei sui, faciliè parandum prima hac editione reddiderit.

*Quid ratio possit Logices arguta probandi
Dogmata, de Veneto littore Paule doces.
Pone tuam sed nil prodesse legentibus artem
Scis: quia perraros constat ubique libros.
Hæc Christophorus Germanis vidit ab oris
Valdarfer; impressum reddidit ære librum,
Reddidit innumeros, & quos emisse pusillo
Jam licet argenti, summula parva sat est.
Quales Teutonico, qualis agis Adria grates,
Cujus fit Paulus plurimus arte tuus!
Per Boninum Mombritium.
Anno Incarnationis Domini MCCCCLXXIII. &c.
Mediolani impressum.*

De hoc Paulo, qui Augustinianus Monachus fuit, obiitque anno MCCCXXIX. vide Josephum Pamphilum in Chronicis, plura in illius encomium proferentem.

Antequam hæc Summulas Pauli Veneti in lucem proferret Mombritius, fortasse hoc eodem anno ediderat *Solinum de Mirabilibus Mundi*; sed nullo adjecto anni, loci, aut Typographi indicio. Id enim erui clarè crediderim ex ejusdem Epigrammate in fronte impresso, in quo primum hunc diligentiae suæ laborem appellat. Cùm igitur liber proximè relatus Pauli Veneti certa temporis nota signetur, posterius edi à Mombritio debuit. Servat *Solini* codicem Ambrosiana Bibliotheca, primaque in pagina legitur Carmen, quo dicatur hoc opus *Reverendo in Christo Patri & Domino Antonio Trivulcio Juris Pontificii Doctori Clarissimo, ac Divi Antonii Commendatori optimè merito*. Fuit is subinde ad Comensum Insulam promotus, ac demum Cardinalium Collegio ab Alexandro VI. adscriptus, ejusque res præclarissimè gestas summa cum laude enarrat Oldoinus (d). Insigne suæ pietatis monumentum in Urbe Mediolanensi reliquit, sacram nempe S. Antonio Ædem ab ipso conditam, ut testatur Inscriptio ab eodem Oldoino relata (e); quamvis veteris illius Templi vix aliquod nunc vestigium occurrat; cùm inducti in illud atque in adjectum Cœnobium à S. Carolo Borromæo Theatini Clerici Regulares, qui adhuc ibidem degunt, egregiis virtutum exemplis, & animarum proventu florentes, alterum excitaverint magnificentia omni elegantiaque exornatum. Qua in re corrigendus est Oldoinus, qui à memorato Trivulcio datam Theatinis Ecclesiam S. Antonii ab ipso erectam refert, cùm anno MD-VIII. ille obierit, multo antea, quàm Nobilissimus hic Ordo sub Clemente VII. exordia desumeret. Sequitur Epigramma:

(d) Vitæ Pontif. Tom. III. col. 197.
(e) Ibidem.

*Accipe primitias nostri vir summe laboris,
Et disces parvo maxima sæpe dari.
Quid nostræ possint his experire novales
Frugibus; expectes jam meliora velim.*

Et sanè graviora postmodum aggressus, summo labore ac studio *Vitas Sanctorum* alphabetico Ordine digestas ac depromptas ex antiquissimis manuscriptis concinnavit, quæ duobus magnis voluminibus comprehensæ Agiographis omnibus ad Ecclesiasticam illustrandam historiam subsidio non modico fuere, atque etiam præsentis ætate insignium Bibliothecarum rariis pretium faciunt. *Eusebii quoque Chronica*, à S. Hieronymo in latinum translata atque aucta, unà cum Prosperi Aquitanici additamentis, & Matthæi Palmerii Florentini supplemento, ex illius libro *De Temporibus* decerpto usque ad annum MCCCXLVIII. Mediolanensibus typis excusa, publici juris fecit, hujusque editionis præclaram mentionem inferuit Venetis Ephemeridibus (f) Auctor additamentorum ad Vossium, asserens tanta existimatione apud eruditos haberi, ut ejusdem exemplaria tanquam præcipua ac perrara librariæ suppellectilis ornamenta ostendantur. Cetera, quæ in intruendis edendisque alienis operibus præstitit Mombritius, in decursu hujus historiæ suis annis designabuntur.

Publico in gymnasio delectum eum fuisse ad informandam eloquentiæ præceptis Mediolanensem juventutem colligo ex funebri oratione, quam Ludovicus Sangallus artis primariæ in amplissima Ticinensi Academia publicus interpretis habuit in obitu *consummatissimi J. U. D. Petri Crassi*; in ea enim de juvenilibus defuncti illius viri studiis loquens, ait: „ Inter æquales & condiscipulos suos, qui eo tempore sub disertissimis romanæ linguæ professoribus „ Francisco Philelpho, *Mombritio*, Cola Montano, „ Gabriele Pavero Fontana, & denique Francisco „ Puteolano merebant, palmarium abstulisse. „ Hinc autem etiam tempus suscepti publici Magisterii non obscurè innotescit; cùm enim statim post Philelphum recenseatur, eidem successisse credi potest anno MCCCCLXXXI. quo Florentiam ille profectus itinere atque ætate confectus interiit; nec parva ejusdem gloria est, quòd tam facundi & celebris viri subsellium proximè occupaverit. Certè inter disertissimos Eloquentiæ interpretes, quibus Mediolanum tunc affluebat, connumeratum jam vidimus.

Petrus Candidus Decembrius vir celeberrimi nominis, latinaque ac græca eruditione præstantissimus, ut ejus opera tum edita, tum MSS. testantur, ad Boninum Mombritium plures epistolas dedit, quæ manuscriptæ in Ambrosiana Bibliotheca asservantur. Ex iis autem elucet quanta opinione doctrinæ ac veneratione erga ipsum teneretur, cui labores calami sui, ut ab ipso emendarentur, committere non dubitabat; sic enim in prima Bonino inscripta Epistola ipsum alloquitur: *Pergratum est mihi quod tam diligenter à nobis scripta in dies annotes, quod nihil in emendatum transire sinas* &c. In altera verò ad eundem hæc habet: „ Magno tui teneor desiderio Bonine mi, & cupio scire quid agas &c. utcumque „ nihil nisi virtute dignum te agere certè scio; sic „ enim eruditus es, sic à puero institutus, ut nihil „ nisi pium, nisi sanctum, nisi memoria & laude „ dignum possis cogitare &c. Perfeci nuper vitam „ Beati Ambrosii, quam prius emendatam, ut vi „ deas mittam Reverendo Primicerio nostro, cui in „ scripta est, ut & tu inspicias, & mei memor sis, „ qui te unice diligo, Bonine mi, & à te diutius „ amari cupio. Vale. Ferrariæ. Secundo Martii „ MCCCCLXVIII. „ Hujus epistolæ fragmentum eo libentiùs transcripti, quòd in eadem enunciatum.

opus

(f) Tom. X. pag. 446.

opus Decembrii videam, nempe vitam S. Ambrosii ab ipso conditam, quam in Elencho operum ejusdem minimè recensuit Lazarus Augustinus Cotta (g). Primicerius autem, de quo hinc loquitur Decembrius, erat Franciscus de la Cruce Ordinarius Ecclesiae Metropolitanæ, & à Republica Mediolanensi anno MCCCXLVIII. ad *Lecturam extraordinariam Decretorum* designatus, stipendio CC. Florenorum, ut jam adnotavit Joh. Sitonius de Scotia, antiquitatis peritissimus in calce libri, *De Medicis Mediolanensibus à Bartholomæo Curtio* (h) italicè editi. Ad eundem Primicerium biennio ante epistolam dederat Decembrius, quæ tota circa vitam S. Ambrosii à se conscribendam versatur, sicque incipit: „ Reverende „ Pater. Vidi partem earum scripturarum, quas „ optabam, & præ omnibus apertè deprehendo, cir- „ ca libros CLXX. editos fuisse à B. Ambrosio, hym- „ nos circa XXXVI. præfationes CLXXIV. vel cir- „ ca, quæ omnia breviter annotanda sunt, cum de „ studiis ageretur &c. Deus mihi ut spero erit adjutor „ Confessoris sui laudes describenti. Qui primus vi- „ tam ejusdem ad Augustinum misit, ut ex præfatio- „ ne constat, rudis admodum mihi visus est non „ stylo solum, sed ordine dicendi &c. Ecclesiastica „ historia aliquanto clarior & ornatior est in refe- „ rendo, licet non multa contineat, utcumque pro- „ futura est. De miraculis verò explicandis, ad quem „ certius convertar ignoro &c. Si quid igitur aliun- „ dè sperare possimus, rogo cogiteris. Nascentur „ enim quotidie in corde vestro nova, nec etiam ipse „ defatigabor in quærendo, dum tempus suppetet; est „ quippe non paucorum dierum opus, si cum digni- „ tate, & veritate, & Doctorum testimonio fieri „ debet. Remitto libellos duos ex vestris non ulte- „ rius necessarios, uni ex quibus in fine addidi præ- „ fationem olim per me editam Genuæ in celebri „ Missa B. Ambrosii; item explicationem ejus chara- „ cteris, de quo dubitare videmini, laudes relatu- „ rus & gratias paternitati vestræ de muneribus ve- „ stris cum licuerit, cui me commendo semper. Ex „ Laribus III. Novemb. MCCCCLXVI. „ Vitam „ hanc, cui elaborandæ duos ad minus annos impen- „ disse Decembrium ex memoratis epistolis patet, unâ „ cum Primicerii scripturis deperditam esse, jure con- „ queri possumus, ac lugere.

Sed jam ad Mombrinium redeo. Præter huma- niores literas, latinam Poësim coluit, ac præcipuè adamavit, relatus idè inter claros illius sæculi va- tes à Lilio Gregorio Giraldo (i), & Poëta optimus à Decembrio in memoratis epistolis appellatus. Non- nulla ejusdem poemata publicam lucem videre; plu- ra inedita teste Labbeo (l) servat Bibliotheca Pari- siensis, non secus ac Vaticana, aliæque. De his tan- tum, quæ Ambrosiana custodit, sermonem instituiam. Extat non parvæ molis volumen à Mombrinio elucu- bratum, quod duodecim carminum heroicorum li- bros complectitur, & *Momidos* inscribitur; Momus enim inducit denudantem ac carpentem vitia mulie- rum, laudibus subinde summis eas exornans, quæ pudicitia & virtutibus præstant; qua in re se primum fuisse ait, qui in hanc arenam descenderit, scri- bens paulò post initium:

*Jam ceptum pergamus iter, laudemque Bonarum,
Crimina cantemus totiens carpenda nocentum.
De maribus condunt non pauca volumina multi;
Vix est qui sexum velit intemptare minorem,
Primus ego, haud metuens, indico nocentibus arma,
Arma choros, quæ sunt semper tutanda pudicos.*

Cœlibem vitam à Mombrinio ductam ea, quæ in- hujus Poëmatis exordio scribit, abundè testantur; hoc enim objicit sibi

(g) Museo Novaresè pag. 252. (h) Fol. 281.
(i) De Poët. Dial. p. fol. mihi 388.

*Dic age, sed qualis, cum nullos passus amores
Virginibus debere nihil, Venerique solebas?*

Dicavit Auctor opus suum Bonæ Sfortiæ, Galeatii Ma- riæ Mediolani Ducis uxori, eamque ab eximia vir- tute commendat, sicuti etiam Blancam Mariam, Fran- cisci I. Sfortiæ conjugem, ejusdem Socrum, sub fi- nem libri IX. plurimum laudat, vitæque jam functam innuit. Hinc verò tempus eruitur, quo elaboratum est hoc opus; cum enim Blancam Mariam vivis ere- ptam memoret, Galeatium verò adhuc viventem allo- quatur, compertum fit, post annum sexagesimum octa- vum illius sæculi, quo Blanca obiit, & septuagesimum sextum, quo Galeaz Maria occisus fuit, esse conscrip- tum, absolutumque.

Geminum item Epithalamium latino carmine à Mombrinio conditum, servat Ambrosiana Bibliothe- ca, alterum in Nuptiis *Sfortiæ II.* cum *Antonia Vermia* filia Ludovici, seu Aloysii Vermii, stirpe, clientelis, rebusque inclyte gestis ea ætate clarissimi; alterum in *Tristani Vicecomitis* Connubiali celebra- tione acta Mediolani, cum *Beatricem Estensium*, Borfi Mutinæ Ducis sororem, in uxorem duxit. Uterque ex hisce Principibus viris Patrem habuerat Franci- scum I. Sfortiam Vicecomitem, Mediolani Ducem; primus verò *Comitum Sfortiarum de Burgo novo* pro- geniem instituit; secundus nobiles Magistratus in Pa- tria. gessit, Senatui quoque Mediolanensi adscriptus post Galeatii Mariæ violentam mortem, sed citò è vivis decessit, Beatrice Estensi vidua relicta. Quo anno nuptialia hæc carmina ediderit Auctor, desi- gnari facile nequit. Pactas *Antonia Vermia* nuptias eo tempore, quo *Aloysius Pater*, Placentiâ à Fran- cisco I. Sfortia occupatâ, in ejusdem partes conce- dit, Corius enarrat sub annum MCCCXLVIII. sed easdem celebratas cum Francisco I. Sfortia *factus Ligurum Monarcha* foret, Poëta noster canit, adè- que post annum MCCCCL. Extant apud Vermentem Familiam, adhuc in hac Urbe summo splendore flo- rentem, publicæ tabulæ Dotis exsolutæ Francisco Sfortiæ Duci Mediolani V. Kal. Octobris anni M- CCCCLI. in quibus Sfortia II. *Antoniæ Maritus* nun- cupatur; quocirca paulò ante celebratas has nuptias securè statuere possumus. Non ita facile decernere licet de aliis initis cum *Tristano* Vicecomite, cui desponsatam quidem fuisse à *Borso Estensi Beatricem* Sororem peculiari mandato, expedito anno MCCC- LIV. testatur Cl. Muratorius in secundo volumine *Antiquitatum Estensium* (m), sed annum quo Me- diolanum ducta sit ad Sponsum Tristani minimè adnotavit. Verùm, cum inter Opera Francisci Phi- lelphi legatur Oratio Nuptialis ab ipso habita Ferrar- iæ VIII. Idus Apriles anno MCCCCLV. in celebra- tione Nuptiarum Beatricis Estensis, & Tristani Sfortiæ, per Lancellotum Mainum Avunculum Procura- torem, dubitari nequit, quin hoc anno in Urbem nostram advenerit. Certè splendida insignique pom- pa exceptam fuisse à Francisco Mediolani Duce, refert eleganti carminum descriptione Mombrinius, qui tamen in utroque hoc Poëmte cognomen suum aliter scribit, *Boninum Montebretum* se appellans, nempe à loco in Insubribus non incelebri, in quo domum, atque agros hæreditario jure stirps sua possidebat, unde etiam cognomen accepit *de Montebretto*, & contractius *Mombrinii*, seu *Mombretti*.

Græcæ etiam linguæ peritiâ instructissimum fuis- se docet *Hesiodi Theogonia* hexametris versibus in la- tinum traducta, quæ typis impressa jamdiu prodiit in lucem. Alterum in Ambrosianæ Bibliothecæ scri- niis hujus rei monumentum latet, *Grammatica* nem- pe *græca* à Constantino Lascare edita, quam Mom- brinius industri carmine Latio donavit, dicavitque nobilissimæ Puellæ Hippolytæ Sfortiæ Vicecomiti, Capuæ Calabriæque Dominæ. Fuit hæc primogenita Fran-

(l) Supplem. 8. Biblioth. MSSrum fol. 319. 325. 333.
(m) Fol. 213.

Francisci I. Sfortia Ducis Mediolani, qui eam vix decennem, anno MCCCCLV. in uxorem spondit Alphonso Aragonio, Ferdinandi filio, Duci Calabriae, ad Neapolitanum Regnum demum evecto. Interim in Aula Patris Hippolyta educabatur, una cum Fratre Galeatio Maria, praeclearae indolis ingenique specimen praebens in liberalibus studiis, sub Praeceptoribus e longinquo accitis ad eam latinis graecisque literis informandam. Est mihi domi codex in pergamena conscriptus, minioque & auro extornatus, qui Grammaticae & Rhetoricae praepcepta a Baldo Martorello Picientino, facili & expedita methodo exposita complectitur, ut ipso docente excelsa haec virgo eloquentiam edisceret. Tanta autem ingenii pernicitate literarium hoc stadium percurrit Hippolyta, ut de Matris suae, Principis ac Matronae lectissimae, virtutibus panegyricam orationem elucubraverit, & vix pubertatis fines egressa coram Pio II. Pontifice Maximo Mantuae degente peroraverit, admirantibus Cardinalium Coetu, & ipso summo Pastore, qui temperare non potuit, quin ex tempore in has laudes erumperet: „ Habuisti dilecta, „ filia coram nobis orationem elegantem, tersam, „ & magno oratore dignam. Admiramur te, ingenium, „ & virtutem tuam. Gaudeat mater tua praesens „ & pater tuus absens, qui te talem genuere „ parentes. Quod nos tantopere supra verum laudas, „ tuae parentumque tuorum benevolentiae ascribimus. „ Quod parentes ipsos parca laudasti, tuae modestiae „ attribuimus. Quod autem nobis devoti sint, devotioni „ eorum nos, & hi Venerabiles fratres nostri „ Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales semper reipondebimus; „ & eam omni favore & benevolentia „ prosequemur. Tibi vero Deus benedicat, & nos „ benedicimus tibi. „ Omnia haec in Ambrosianae Bibliothecae codicibus manuscripta leguntur. De graeci etiam idiomatis studio ab hac illustri puella suscepto testis est Mombritius, qui in nuncupatoria metrica Epistola haec habet:

*Me modo sed quis iter captum pervadere jussit,
Atque novum sulcare nova mare compulsi Argo?
Mens tua gymnasio graeco quae saepe laborat,
Mentis & ingenuae vires, ardorque colendi
Palladis antiquas venerandum nomen Athenas.*

Imò profugum Constantinum Lascarium ab Urbe Constantinopolis, sub Turcica tyrannide tunc gementis, exceptum fuisse à Francisco Sfortia Patre, ac Mediolani detentum, ut Filiae votis obsecundaret, in decursu Epistolae narrat Mombritius, inquis, in hac Urbe elaboratam à Lascare graecam grammaticam, atque Hippolytae ab ipso fuisse dicatam; en Mombritii de hoc celebri viro loquentis verba:

*Hic erat Hippolyte, quem tu licet inscia quondam
Optabas, justis faverunt sydera votis.
Hujus apud te sunt primi commenta laboris,
Qui te adeò dignam vidit, cui jure dicaret
Primitias, cujus vestigia pulchra secutus
Hic ego, si pateris, te nunc donabo libello.
Quem neque si grajum dici, nec forte latinum
Virgo putes, lingua tamen est confectus utraque.*

Ex hoc postremo carmine manifestum fit, hoc opus à Mombritio fuisse dicatum ante annum MCCCCLXV., quo Hippolyta ad Maritum Alphonsum Calabriae Ducem traducta est; Virgo enim ab ipso appellatur, eamque adhuc Mediolani commorantem alloquitur.

Tom. I.

Ceterum, licet Boninus noster nobili è stirpe prodierit, ut docent publicae tabulae in Archivo Nobilissimae Archintae Familiae, quae antiquos Mombritiae domus agros possidet; attamen communi quodam Poetarum fauo, cum egestate luctari debuit, ut ipsemet fatetur in Dialogo Musae cum Auctore, quem praemisit libello Grammaticae proximè relatæ; Musa enim ita ad eum fatur:

*Fama ferax, & honestus homos, majoraque cervis
Nomina, nominibus saecula nec aequa tuis.
Sperandum est, veniet multo cum faenore merces,
Perfer; habet qui scit, praemia, multa pati.*

B At ille respondet:

*Fama ferax? dixisse ferox te Diva decebat,
Quae mihi dat curas, quae mihi demit opes.
Ecquis honor nobis per te memoratur honestus?
Non honor est, nulla qui stipe fit, sed onus.
Quid prodest mea si cervas & secula vincant
Nomina, resque domi sit nimis arcta mea?
Speravi, sperando gravis percussit egestas,
Spe sine perdo nihil, spe duce sumo nihil.*

C

Neque tantum rei domesticae inopia laborasse Mombritium, sed etiam fortunae adversantis insolentia saepius exagitatum, dejectumque in extremam penè oblivionem colligo ex epistola, quam Ascalon Vallis praehixit Bonini Mombritii Poetae Mediolanensis Trenodiae, in funere Illustrissimi qu. D. D. Galeaz Mariae Sfortiae, dum primò illam ederet typis Alexandri Minutiani anno MDIV. In ea namque haec habet: „ Inspectum aliquando leviter Mombritii libellum forte proximis diebus retractavi. Variè, dum „ fuit in manibus, affectus sum; Ingenio, curaque „ operis delectabar; recordatione autem ejus vitae, „ fortunaeque praecipue commovebar; Vir enim omnino „ piissimus, & excoltissimus, in omni ferè vita „ perpetuis fortunae plagis oblitus est. Ex quo quasi „ stupeo quamam mente poemata illa conciperet, „ quae & Momidos libros duodecim, & Dominicæ „ passionis sex, & de fortuna decem absolvit. Quos, „ si ocio abundans, insignitus exacturus fuit, doleo „ justà illum ingenii aestimatione apud posteros care- „ re. Sed hinc me monuit cogitatio, nondum ab in- „ juriis fortunae tutum esse optimi vatis honorem, „ nam ut foetum aliquem eà invitâ procreavit, sic „ eadem urgente non adeò difficile est aboleri. For- „ tasse enim hoc unum, quod asservabam, exemplar „ supererat. Quocirca (quod possem) ei subvenire „ animum induxi; plures enim sanè casus effugiet, „ quo plura diversis in locis condita fuerint exem- „ plaria, &c.

D

Quo anno è vivis decesserit, nemo haecenus, quem viderim, indicavit. Ducangius in Praefatione Glossarii Mediae & infimae Latinitatis (n) censuit ad annum usque MCCCXCVI. vitam à Mombritio productam; ait enim, illius curâ tunc editum fuisse Venetiis Papsae Vocabularium, sed citra verum; ignoravit enim vir doctissimus primam editionem hujus Vocabularii, quam viginti ante Veneram annis Mediolani Mombritius instruxit; suo in fronte impresso epigrammate ac nomine. Idem Epigramma, & nomen recudit Typographus Venetus, ut videre licet in exemplari adhuc superstite in Bibliotheca Ambrosiana; inde verò error profluxit Ducangii, existimantis eam, quam antiquiorem putabat hujus libri editionem, fuisse Venetiis à Mombritio curatam. Itaque si conjecturis agenda res sit, censerem hujus viri obitum statui posse anno octuagesimo secundo b b seculi

E

(n) Num. XLIV. novae editionis 1733.

seculi XV. ; id enim suaderé videtur tum adventus in hanc Urbem Georgii Merulae, quem à Veneta Urbe illo anno accersivit Ludovicus Sfortia Dux Mediolani, ut in publico gymnasio latinas, graecaeque litteras doceret, superiore anno eandem profitente Mombratio Philippi successore, ut superius innuimus; tum silentium in historiis, librisque editis, non amplius Mombratii nomen referentibus post illum annum, quae omnia indicio esse possunt, calamitatibus & literariis laboribus contumptum vivere eo tempore desuisse.

APOLLINARIS OFFREDUS.

Floruit etiam ea tempestate Apollinaris Offredus, patriam quidem Cremonensem, sed diu in hac Urbe versatus, cum Mediolanensium Principum, ac praesertim Ducis Philippi Mariae Vicecomitis gratiam promeritus, ob singularem doctrinam peritiamque in Medicis rebus, iisdem acceptissimus foret. Celebris hujus viri à stirpis nobilitate, nominis fama, librisque editis, diligenti Commentario profecutus est Vir Cl., mihiq; amicissimus *Franciscus Arisius Tomo I. Cremonae Literatae* (o), ubi quamplura literaria memorati Auctoris monumenta in lucem edita profert, magnamque de illius praestantia conceptam opinionem tum à coevalis doctis viris, ac subsequentium aetatum Scriptoribus, tum ab Eugenio IV. Pontifice Maximo, aliisque per Italiam Principibus fusè commemorat. Prima tamen fuit Urbs nostra, quae illius nomen, egregioque labores publica luce donavit, vulgavitque, excusa hoc anno *Expositione in libros Aristotelis de Anima*, quam Offredus ipse *primitias* studiorum suorum appellat, in hoc usum reservatas, ut Philippo Mariae Vicecomiti dicarentur; quemadmodum etiam praestitit, oblato eidem hoc libro manu exarato, nuncupatoriam ad ipsum Epistolam praefereute. Hujus nonnulla fragmenta protulit Arisius, at nos integram in calce dabimus sub num. III., ut ex ejusdem met Auctoris verbis, de rebus quae ad ipsum spectant, plenior lux inclarescat. Itaque primò fatetur Offredus, se hujus Principi nostro debere non tam natalium gloriam sub excelsa ejusdem dominatione, atque umbræ propitiæ tutela, sed etiam honorum augmentum, splendoremque omnem suum; deinde ait, se, cum nihil magnitudine Principis dignum ex fortunæ bonis, pro usu quotidiano angustissimis, offerendum haberet, convertisse animum ad fructus ingenii ex longævus studiis perceptos, & primas has fruges decerptas è physicis & philosophicis literis, in quibus attritus fuerat, illius nomini consecrasset; demum Philippi Mariae patrocinio studia, fortunas, liberos, famam, dignitatem, & vitam suam, *deinceps & in finem* committit. Hoc postremum consilio adnotavi, ut fucum diluam, quem Cl. Arisio fecit vitiatam, in quam incidit, hujus Epistolæ editio; enumeratis enim Offredi literariis laboribus ad posteritatem transmissis, hæc subjungit: *Reliquit & libros, quos indicat in fine Praefationis librorum de Anima, illos, & se ipsum commendans Philippo Vicecomiti*; neque enim in prima hujus epistolæ editione legitur *libros*, sed *liberos*; eam minimè vidit Arisius, geminam tantum enuncians Venetiis paratam eo saeculo jam expirante, adeoque Typographi errore deceptus censuit alia Offredi studio confecta volumina Mediolanensis Ducis curæ fuisse commissa.

MATTHÆUS SYLVATICUS.

Prodiere quoque hoc anno, Mediolanensibus typis impressæ *Pandectæ Medicinæ Matthæi Sylvatici*, quarum mentio facta est in prolegomenis, ubi de

(o) Num. XL. fol. 248.

(p) Cap. IV. pag. XCIX.

(q) Bibliot. Napolit. lit. M.

(r) Nobiltà di Milano lib. III. cap. XIII.

Joanne Wrister Typographo sermonem insitui (p). Nunc inquirendum remanet, quam ille Patriam sortitus esset; invaluit enim opinio apud non paucos Scriptorum, qui Catalogis Auctorum texentes sese invicem pro more passim exscribunt, natale Sylvatico solum *Mantuanum* contigisse; proinde verò eundem referentes *Mantuanum* appellant, cum tamen Nicolaus Topi (q) eundem Salernitanum faciat. Porro in primis editionibus hujus operis, *Sylvatici* patriæ non enunciatur; Morigia verò eundem aperte Mediolanensibus connumerat (r), non secus ac Picinellus (f), & Curtius (t). Nec ultus dubio locus relinquatur: Siquidem tum in vasto opere familiarum Mediolanensium, quod Fagnanus conscripsit, asservaturque adhuc ineditum in Archivo Collegii Equitum, Comitum, & Judicum Mediolani, inter Majores Sylvaticæ stirpis Matthæus iste recensetur; tum in Chronicis manuscriptis Collegii Medicorum hujus Metropolis à Cl. Johanne Sisono de Scotia, antiquæ eruditionis, præcipuè Mediolanensis, peritiâ instructissimo confectis, adscriptus legitur saeculo XIV. *Matthæus Sylvaticus*, eidem Collegio; quum imò indicantur ejusdem Pater *Faciolus*, uxor *Dominæ Erasmina Lampugnana*, Domicilium in Regione Ticinensi prope *S. Maurilium*, munera demum in Patria præclare gesta, cum inter Primores Urbis ad Civile regimen consideret, ut nihil desiderari solidius possit ad Civem hunc optimum Mediolano vendicandum.

Attamen ne nimio amore *regia* Patriæ gloriam abripi videar, dissimulare nolo, non levia militare Salerno argumenta, ut Auctor *Pandectarum* ejusdem Urbis Civis credatur. En quid acceperim per Epistolam à Nobili, atque erudito viro Ignatio Mariae Como, Neapoli degente. In Coenobio Salernitano S. Mariae de Porta asservantur publicæ tabulæ in pergamenâ confectæ anno MCCCXLII. in quibus legitur *Dominus Matthæus Sylvaticus de Salerno Miles Regis, Physicus*. Eundem Salernitanum asserunt Octavius Beltramus in Descriptione Regni Neapolis (u), Antonius Caracciolus ex Clericis Regularibus in Libro *de Sacris Neapolitanæ Ecclesiæ Monumentis* (x), Antonius Maza de Rebus Salernitanis (y), & postremò Johannes Bernardinus Tafurius in *Serie Chronologica Scriptorum Regni Neapolis*, quæ in *Opusculis Scientificis* celeberrimi P. D. Angeli Calogieræ Venetiis imprimitur. Demum Bocutius Grillus Salernitanus in Opere manuscripto *De differentiis pulsuum* hæc habet: *ut refert Matthæus Sylvaticus concivis meus in suo libro inscripto: Pandectæ Medicinalia Matthæi Sylvatici Medici Salernitani*. Addit verò prælaudatus Comes, Sylvaticam familiam jam extinctam, fruitam fuisse Nobilitate *Nel seggio detto del Campo*, ejusque domum ibi extitisse, ubi surgit Ecclesia S. Mariae Gratiarum. Itaque si veritatem amamus, conciliari hæc possunt asserendo, Matthæum Sylvaticum Mediolanensem patriam, Salernum profectum ibidem studia coluisse, & ob excellentem Medicinæ peritiam ea Civitate donatum, dein relicto Salerno aliquo ex filiis, qui familiam propagaverit, reversum in patriam obiisse ea munera, quæ in monumentis nostris leguntur; nisi statuere malis, duos floruisse ejusdem nominis Sylvaticos Saeculo XIV. Mediolanensem unum, alterum Salernitanum. Sed de his penes eruditos iudicium erit.

De hoc Opere *Pandectarum* parum æquè sensit Otto Brunfelsius Medicus, apud Ducangium (z), tertiam quamque ferè dictionem corruptam, vitiatamque asserens, & exoticis vocabulis, quæ Necromanticorum potius, aut Dæmonum nomina videantur, refertum enuncians. Primum Ducangius excusat, vitium hoc non in Auctorem, sed in exscribentium incuriam rejiciens; secundum verò, nempe vocabula,

(f) Areneo de' Letterati pag. 418.

(t) Scrittori Medici Milan. pag. 23.

(u) in præfat. Glossar. med. & inf. Latinitatis, num. 48.

(x) Pag. 182. (y) Pag. 257. (z) Pag. 124.

quæ horridam Brunsfeldio exhibent damnatorum nominum speciem, Medicis, ac linguæ præsertim Arabicæ peritis dijudicanda relinquit. Certè illo sæculo apud artis Medicæ cultores summo in pretio fuisse Matthæi Pandectas manifestè docet sollicitudo, quæ diversis Typographi ter uno hoc met anno imprimendas curavere, Neapoli, Bōnoniæ, & Mediolani; multoque magis evincit fervor subsequentiū annorum, tanta contentione præla fatigantiū, ut teste Orlando (a) sola Urbs Veneta, intra illius sæculi fines, quarta vice has Pandectas recuderit.

GEORGIUS TRAPEZUNTIUS.

Alterum præfero librum, ejus Mediolanensem editionem hujus anni, nemo Scriptorum, quos habere legerim, refert. Is est *Compendium Præciani de Partibus Oratoris* à Georgio Trapezuntio elaboratum, primæque vice jam editum in hac Urbe anno MCCCCLXXII, ut ibidem innuimus. Susceperat hæc curam Trapezuntius, ut filium suum Andream Latinis literis erudiret, sed ætatis ingravescentis molestiis, & tædio, atque angustiis animi pressus vix illam abruperat; tandem urgente apud ipsum sollicitis precibus Cola Montano, incœptum opus absolvit. Id omne Trapezuntius enarrat; postquam enim in libri fronte Epistolam dedisset ad Andream filium, quem instituerè utilioribus præceptis ac breviori via contendebat, alteram in calce ad Colam Montanum suum dirigit, scriptam Romæ IV. Kal. Novembres MCCCCLXXI. in qua se opus hoc in ejus gratiam absolvisse testatur, etsi laboriosum minus, arduumque ob senectutem suam ipsi videretur.

„ Jam enim (inquit) ut nosti, neque literas formare vacillanti manu; neque volumina evolvere sine ingenti labore valeo; tamen, non existimavi posse me effugere nomen impietatis, si tibi omnium, quos aut vidi unquam, aut audivi, aut legi, maxime pio, quidquam denegarem, præsertim tam honesta petenti. Proferis enim hac compendii exactione non solum juventuti Mediolanensi, de cujus virtutibus, & disciplina sollicitus hoc mihi onus imposuisti, sed ceteris quoque Latinæ linguæ studiosis; neque tantum in hoc compendio, verum in aliis etiam operibus, quæ olim à me suscepta, deinde tædio senectutis, & ingratorum odio intermissa, nunc toto animo meo tua pietate recreata ad communem utilitatem perficientur; Me verò destituti operis infamia liberaris, quod ego cur deseruerim nihil aliud video, nisi Deo ita volente, ut cum quatuor partes ad Andream filium meum scripsissem, reliquæ superessent quatuor, quas ad te scriberem, quem nec minus amo, quam ipsum Andream, nec minus filium existimo. Illius enim Corpus mortale & corruptibile ex meo corpore genui, tuum verò animus ex meo animo, quod multo plus est, impressi ac formavi, ut quod de Jove ac Minerva Poëtæ fabulantur, tu de meo capite quodammodo & videri possis, & credi cupias. Vale. „ Ex hac Epistola discimus, quo in gradu benevolentia, amorisque haberet Montanum Trapezuntius, quantique faceret Mediolanensia studia, cum annis gravis, fractisque penè viribus, laborem hunc aggressus fuerit, ut facilior ad Eloquentiam adolescentibus nostris via sterneretur.

Quæ ad Georgium Trapezuntium pertinent, egregie illustravit Auctor additamentorum ad Vossium in Ephemeride Veneta (b), ubi inter cetera ejusdem opera refertur *Invectiva in Theodorum Gazam*, quæ nunquam lucem adspexit. Ambrosiana Bibliotheca servat nonnullos manuscriptos Codices hunc titulum præferentes: *Georgii Trapezuntii in perversionem Problematum Aristotelis à quodam Theodoro Coge* (ita Gazam semper appellat) editam, & *Problematum Aristotelis Philosophiæ protectio*. Hunc

(a) Origine della Stampa pag. 407.

A ego crediderim librum eum esse, qui ab aliis *Invectiva* nomine designatur. Dirigit eundem Auctor ad Divum Alphonsum Aragonum Regem, & arriusque Sicilia, quem non tam patronum implorat, sed etiam Judicem in hac causa constituit, inquiens paulò post Epistolæ initium: „ Theodorus enim quidam natio- „ ne græcus, moribus & ingenio barbarus, Aristoteliis problemata perversione sua nuper evertit sua- „ ditus, atque corrupte: quantumque in ipso est, „ & hanc philosophiæ partem è medio sustulit, & „ auctorem ejus Aristotelem tarditatis nota, amen- „ tiazque affectit, cum ineptias ei suas attribuerit. „ Ad hæc præcis etiam omnibus Aristotelis Interpre- „ tibus ignorantia dedecus inurere in præfatione sua „ conatur, in vivos quoque tam medicos, quam „ philosophos impudenter insultat; mihi etiam, qui „ antea quam ipse, traduxeram, non parvam inju- „ riam facit: sed quod ad nos attinet, totum sibi „ condonamus, nec aliam, præter rerum cognitio- „ nem, petimus ultionem: philosophiæ autem, at- „ que Aristotelis causam ad te Regem justissimum, „ & ipsius Philosophiæ studiosissimum deferre consti- „ tuimus. Certiores enim sumus te, qui pro innata „ tibi humanitate, atque justitia, vel in rebus mini- „ mis jus non contemnis, philosophiæ ac Aristotelis „ causam suscepturum, præsertim cum ea res per- „ petuo philosophantium præconio, utcumque abs- „ te suscepta fuerit, non prædicari non poterit. „ Quare ut facilius tota possit cognosci causa, libel- „ lum ad te scripsimus, tuoque nomini dedicavimus, „ in quo Theodori portenta, non omnia, plura „ enim penè sunt, quam enumerari queant, sed tot „ quot sufficere putavimus è libris translationum sua- „ rum transcripsimus: & quid Aristoteles velit, quid „ Theodorus somniat, in lucem protraximus, ratio- „ nemque ac viam aperuimus, qua universus Theo- „ dori monstrorum acervus percipi potest, quaque „ diligenter legentibus patebit, quanta injuria philo- „ sophantes insequitur, quanta ignominia præcos In- „ terpretes è luce in tenebras trudit, ut putat, quas „ ignorantia notas Aristoteli philosophiæ parenti itu- „ det inurere, quantam denique problematicæ phi- „ losophiæ ignorantiam legentibus ipsum conatur in- „ fundere, &c. „ In præfatione verò describit origi- „ nem simultatum, quæ inter ipsum & Gazam inter- „ cesserant; ait enim, cum Romam Theodorus ven- „ nisset, ut ingenium sibi divinum inesse ostentaret, „ caprasse occasionem, qua Georgius docens è cathedra assererat, *finem Oratoris facultatis esse persuasivum*, statimque insurrexisse, publicè contra ipsum declamando, ultimum Rhetoricæ finem non unum esse, sed duplicem; simili etiam contentione alteram à Gaza motam quæstionem memorat, quæ Trapezuntii sententiam everteret *de fine generationis rerum naturalium*; Verum tum quia Græcus esse videretur, tum quia ignorantium injurias non persequi, sed contemnere consueverat, nihil se dixisse aut cogitasse profiteretur Trapezuntius, quod Gazam posset offendere; Ipsum verò ait eâ patientiâ animos extollentem ad Nicolaum V. literas misisse, quibus Georgium absentem innocentemque conabatur opprimere, ac dedecore quanto poterat per injuriam, & nefas afficere; Quò circa in apertum bellum erumpens ita prosequitur Trapezuntius: „ Hæc omnia „ sic ipsi præ modestia nos condonaremus: ut nisi „ perseveraret in maledicendi, malefaciendique quan- „ tum in ipso est proposito; nisi que Aristotelis pro- „ blemata dejici mala interpretatione sua videremus; „ hunc scribendi laborem non approbavisset; „ quippe qui videamus non esse nobis honori amen- „ tium sceleratorumque injurias persequi. Verum „ quoniam tanto est cuique repulsio injuriæ, quam „ vis impotentis, ac defensio sui honestior atque laudabilior; quanto unà omnes à legendis interpretationibus perfidia ignorantiaque depravatis revo- „ can-

(b) Tom. XVI. pag. 414. & seqq.

„cantur; non magis nostrum, quippe qui nunquam
 „de Theodoro calcitrante curavimus, quam philo-
 „sophiæ ipsius ac veritatis protectionem libenter su-
 „cepimus. Breviter igitur, primum quam indoctus
 „in eligendis verbis sit; Deinde quam rudis in in-
 „telligendo Aristotele, & validus in depravando
 „sensu ipsius dicemus; & sic ante oculos omnium
 „ponere curabimus quanta obscuritas, quanta di-
 „cendi asperitas, quam horrida componendi duri-
 „ties, quam aliena verborum à consuetudine latinæ
 „dicentium potestas, quam inæptè omnia denique
 „in oratione sua inventantur.

In exitu hujus Invektivæ ad aliam quæstionem sese
 convertit, utrum videlicet legendum sit in Evangelio
 (c): *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?*
 an verò legi debeat, *si eum volo manere*, ut Theodorus
 Gaza, ejusque asseclæ, quos ipse *Caguleo* vocat, præfra-
 ctè contendeant. Itaque Apologiam Evangelicæ le-
 ctionis ita exorditur: „Hanc inter summæ dignita-
 „tis viros, aut saltem summæ proximis, conten-
 „tionem fuisse nuper audivi, quam quidem conten-
 „tionem tantam extitisse ajunt, ut qui non *sic eum*
 „*volo manere* dicendum putant, emendandum illum
 „Evangelii locum censeant; idque si aliquando po-
 „terunt, ex nunc se ostendant facturos. Ea igitur
 „ipsa repetam, quæ mihi ad præstantem Patrem
 „Petrum de Monte Brixiensem Episcopum conscri-
 „pta sunt; sic enim & locus ille divinarum Scri-
 „pturarum rectè traductus comprobabitur, & multi
 „Aristotelici textus perversi ab istis novis traducto-
 „ribus, etiam quia potestatem naturamque *si parti-*
 „*culæ penitus ignorant*, luce, ut dicitur, clarius
 „patebit. „Pergit deinde auctoritate, ratione,
 „exemplisque textum Evangelicum propugnare, quin
 „aliquid profus in nostro Codice manuscripto innu-
 „atur de illa sententia, quam evulgasse Trapezuntium
 „in Tractatu de iisdem verbis, edito Basileæ anno
 „MDXLIII. refert Dupinius (d), Sanctum nempe Jo-
 „hannem Evangelistam morti minimè concessisse.
 „Hanc controversiam egregiè pertractavit Augustinus
 „Calmet in erudita Dissertatione *de Obitu S. Johan-*
 „*nis*, Sacræ Scripturæ Commentariis inserta:

Plura alia Trapezuntii Opera manuscripta in-
 pluteis Ambrosianæ Bibliothecæ adservantur, nempe
Problemata Aristotelis è græco traducta, & in va-
 rias classes distributa; *Ptolomæi libri de Motibus Cæ-*
lestium, seu *Magnæ compositionis*, de græca lingua
 in latinam conversi, additis Commentariis; In calce
 hæc leguntur: *Pontifex summus Nicolaus V. volu-*
men traducendum mense Martii tradidit, & mense
Decembris anni ejusdem, & librum traductum, &
Commentarios vidit absolutos, propter quos postea me
destruxit, ut scedula ostendunt per ignorantissimum
Jacobum Cramonensem apposita; Traductio librorum
Aristotelis de Animalibus Nicolao V. dicata; *Libri*
Rhetoricorum Aristotelis à Georgio Trapezuntio tra-
ducti cum Scholiis margini adjectis; *Logicorum Li-*
ber; *Commentaria in Orationem Ciceronis pro Q. Li-*
gario; *Oratio in funere Fantini Michael Veneti*.
 Græcè autem scripta hæc sunt: *Oratio ad Johannem*
Coboclesium; *Anonymi Epistola, & ejus responsio*;
Ad Esaiam Monachum, utrum natura consilio agat.
 In hoc argumentum græcè scripsit etiam Theodorus
 Gaza, cujus Opusculum *Quod natura consilio agat*
 in Ambrosianæ Bibliothecæ Codicibus manuscriptis
 custoditur. Libellum hunc non Theodori Gazæ, sed
 Bessarionis calamo elaboratum animadvertit Leo Al-
 latus in *Diatriba de Georgiis*, quam adnotationibus
 & supplementis auctam recudi curavit Jo. Albertus
 Fabricius (e), diligentissimo commentario Trapezun-
 tii vitam & scripta illustrans.

(c) Johannis cap. ultimo.

(d) Biblioth. Eccles. Tom. XII.

(e) Tom. X. Bibliot. Græcæ pag. 721.

COLA MONTANUS.

De hoc viro, quem adeo laudatum à Trape-
 zuntio proximè vidimus, quique publicum olim do-
 cendi munus in hac Urbe gerebat, vix apud nos me-
 moria nominis, eaque satis iniqua, ut videbimus, pe-
 rennavit Patrem illi fuisse *Morclum Montanum*, cap-
 tumque ab ipso domicilium, dum apud nos ageret,
 in domibus *Abbatia Sancti Ambrosii*, constat ex pu-
 blicis tabulis, confectis anno MCCCCLXXII., quo
 idem Cola typographicam societatem inivit cum An-
 tonio Zaroto Impressore Mediolanensi, ut in Prole-
 gomenis enarravi. Nullum hæctenus literarium ejus-
 dem monumentum ad posteros transmissum offendi,
 præter Orationem satis prolixam ab ipso habitam co-
 ram Lucensibus Patribus, ut epos ab invito cum Flo-
 rentinis fœdere dimoveret; iisdem Laurentium de
 Medicis, tanquam tyrannum, sacrilegum, effera-
 tum, perculsumque Pontificio anathemate acerbissi-
 mæ invektivæ depingens. Asservatur hæc inter Cod-
 ces manuscriptos Bibliothecæ Ambrosianæ, videtur-
 que Montanus in hoc Officio Neapolitani Regis Fer-
 dinandi partes egisse; illius enim bellicam virtutem,
 sapientiam, viresque ob pactum recentissimè cum
 Summo Pontifice fœdus, commendat. Tempus etiam
 quo in illo Senatu peroravit, ex eo colligitur, quòd
 in decursu Orationis, Galeatium Sfortiam triennio
 antea contra Lucenses sollicitatum, & Florentiam à
 Johanne Galeatio Vicecomite primo Mediolanensium
 Duce obsessam, ac ferè compulsam ad ditionem,
 nisi ejusdem mors intercessisset, octuagesimo circiter
 ab inde anno commemorat. Hæc omnia designant
 annum MCCCCLXXVIII. & sequentem, quibus Six-
 tus IV. Pontifex Maximus Laurentium Medicæum
 Anathematis telo confixit, & Ferdinandus Neapolis
 Rex castra ad Florentinam Urbem admovit, refe-
 rente Odorico Raynaldo ad illos annos. Quocirca
 credere fas est, Mediolano abeuntem Neapolim ver-
 sus Colam Montanum, Ferdinandi Regis gratiam
 iniisse, atque ob facundie suæ præstantiam delectum,
 ut defectionem à Laurentio Medicæo Lucensibus sua-
 deret. Quo autem tempore, quave occasione Ur-
 bem nostram deseruerit Cola, inferius patebit; inter-
 rim quæ Paulus Jovius in Elogiis Illustrium Virorum
 (f) enarrat, proferre lubet. Auctor præcipuus ille
 fuerat conjurationis quorundam Nobilium Mediola-
 nensium, qui Galeatium Sfortiam Ducem suum gla-
 dio aggressi, in Templo ac die, Sancto Stephano Pro-
 tomartyri sacro, anno MCCCCLXXVI. pluribus con-
 fossum vulneribus trucidavere. Odii tam immanis,
 quo in Galeatium Cola excanduerat, hic fomes ex-
 titit, Jovio testante, quòd Princeps ille Mediola-
 nensi imperio potitus, & asperæ disciplinæ memor,
 qua sub ejusdem magisterio olim Puerulus ferulæ im-
 mitioris plagas exceperat, ut rustico duroque Præ-
 ceptori vicem rependeret, publicè eundem, denu-
 datis puerorum in modum clunibus, flagro jusserat
 cædi; eà verò ignominia percitus Montanus, iræque
 impotentia vindictam meditatus, tanto livore incen-
 dit animum Olgiati discipuli sui, aliorumque Nob-
 ilium Adolescentium, ut æmulaturi inanem gloriam,
 sæpius à Magistro auribus animisque ingestam Cassii,
 & Bruti, qui tyranno Patriam liberandam curave-
 rant, impium tandem facinus perpetraverint.

Patriam Montani, atque alia ad ipsum spectan-
 tia securo testimonio discimus ex Corii Historia pri-
 mæ editionis (g); Hieronymus enim Olgiatus, alter
 ex conjuratis, captus, jussusque à Judice nefarii sce-
 leris ordinem revelare, sermonem suum ita exordi-
 tur: *Cola de Montanis de Sagio, Bononiensis, vir*
summi ingenii & eloquentia, præceptor meus &c.
 Subjungit, se ab eodem frequentibus adhortationibus
 primò

(f) Tom. III. fol. 100. & seq. edit. Basil. anni 1577.

(g) Ad annum 1476.

primò incitatum, ut arduum aliquid, dignumque viro Mediolanensi pro patriæ libertate aggrediretur; dein missum unâ cum Nobilibus aliis juvenibus ad militiæ stipendia faciendâ sub Bartholomæo Colleonio, inscius prorsus parentibus, omnemque ideo momentibus lapidem, ut in domesticos lares filii reducerentur; quam ob rem Montanus è grâtiâ Nobilium omnino ceciderat, vacuumque discipulis gymnasium deserere coactus fuerat; Verùm post varia suscepta itinera reversum in hanc Urbem, quæcumque amiserat recuperasse, summâque benevolentia atque honoris fortunâ apud primarios quoque Civitatis Proceres floruisse; At cum mordacia quædam in Gabrielem Paverum (de quo suo loco sermo erit) epigrammata edidisset, jubente Principe in carcerem conjectum, vixque aditibus Amicorum precibus post decem dies è vinculis evasisse; hinc verò acerbis exasperatum non cessasse à querelis iraque in Galeatium, donec in exilium pulsus Mediolano valediceret, relictis tamen ibidem feralis odii semibus, quæ postmodum in miserandam Sfortiæ necem erupere. Itaque ante annum septuagesimum sextum illius sæculi, saltem labentem, quo occisus est Galeaz, ab hac Urbe jam Montanus recesserat. Non diu tamen inultus stetit, exitu infelici sublatus. Siquidem Laurentius de Medicis Montano iratus, sive ob procuratam Galeatii Vicecomitis cædem, ut Jovius scribit, sive, ut congruentius videtur, ob maledicta in Oratione ad Lucenses contra ipsum prolata, in Alpibus Bononiensibus comprehensum, latronum more, laqueo præfocandum mandavit.

BARTHOLOMÆUS CAIMUS.

Postremum hujus anni ornamentum est literarius labor Civis nostri Mediolanensis, quem primò edidit Christophorus Valdarfer Typographus, è Veneta Urbe Mediolanum delatus. Inscribitur liber: *Interrogatorium seu Confessionale, per Venerabilem Fratrem Bartholomæum de Chaimis de Mediolano Ord. Min. compositum in loco S. Mariæ de Angelis apud Mediolanum*. Prodiit Bartholomæus è nobili Caimorum Familia, quæ à pluribus sæculis usque ad hanc ætatem in Urbe nostra florens, præclarissimos bello & pace semper edidit viros, quos, post Donatum Boffium, Corium, & Calchum, singillatim enumerat Paulus Morigia (h). Is despectis paternæ domus commodis, Evangelicam paupertatem amplexus est, Ordini Seraphico adscriptus, tantæque non minus sanctitatis, quam doctrinæ laude conspicuum se reddidit, ut eum inter Franciscanæ Familiæ Viros Seculo XV. celebres retulerint, ac commendaverint Morigia, Possevinus, Picinellus, aliique. Henricus Willot in suis *Athenis Sodalitii Franciscani* (i) illum vocat *Sacrarum Literarum peritissimum*, hujusque peritiæ luculentum testimonium est Opus, hoc anno Mediolani excusum, quod Theologicæ doctrinæ succo refertum, sacrisque pœnitentiæ Ministris valde proficuum, ad eò tunc acceptum omnibus fuit, ut in hac una Urbe intra paucos annos ter lucem aspexerit. Ad facilius promovendum regimen animarum, quod *Ars artium est*, ac periculi plenum si quis eo malè fungatur, quatuor explananda Auctor proponit, agens primò *De Confessoris ligandi atque solvendi potestate*; secundò *De Pœnitentiæ solerti ad Confessionem admissione*; tertio *De circumstantiarum peccatorum diligenti investigatione*; quo in genere prolixius versatur, gradus omnes ac conditionem singularum artium ac Ministeriorum, culpæ obnoxiam expendens; quartò *De Pœnitentiæ injunctiōe, ac peccatorum absolutione*. Porro optandum esset, ut inviolata ad nos pervenisset stricta hæc & dilucida pernecessariam docendi methodus, solidis fundamentis innixa; cum per subsequenter ætatem

Tom. I.

(h) Historia di Milano lib. III. cap. XXV.
(i) Pag. 57.

A excrefcentia in vastam molem volumina Theologorum, variis sese implicantium sententiis, illam visa sint potius opprimere, quam illustrare.

De Loco item, nempe *S. Mariæ de Angelis*, in quo hic liber compositus dicitur, innuendum est aliquid; neque enim Cœnobium illud indicatur, quod eleganti Ecclesiæ ædificio amplisque Claustris in præsentia conspicuum, *Sancti Angeli* titulum præfert, sed alterum prope hanc Urbem extra navigabilem fossam magnificè extructum, ubi olim ædicula *Sancti Angeli* appellata, & tenue tugurium, ad Præpositum, & Canonicos S. Mariæ Fulcorinæ spectans extabat. Surrexerat illud anno MCCCXVIII. liberali Mediolanensium pietate, qui, ut S. Bernardino Senensi, apostolicâ facundia hic concionanti, reverentiam, amoremque suum testarentur, ultro benignè cedentibus juri suo piissimis Fulcorinæ Canonicis, domicilium ducentum Cellarum Minoritis Fratris erexere, tantaque pulchritudine exornatum reddiderunt, ut *Paradisus Mediolani* nuncuparetur. Succedentibus inde annis, seu fortuito, seu malignitate hominum, feralibus flammis absumptum, vagam disperfamque hac illac, Fratrum ibidem degentium copiam reliquit, donec Ferdinandus Gonzaga, Supremus Mediolanensis Provinciæ Moderator, anno MDLI. restituendi in pristinum decus Cœnobii illius spem omnem abruptit. Siquidem veritus, ne ingruens hostis loci opportunitate uteretur ad mœnia securius oppugnanda, non tam superstitibus ab incendio semirutos parietes solo æquavit, sed vestigia ipsa tamen venusti ædificii prorsus delevit. Obrinuit tamen, ut à Clementissimo Imperatore Carolo V. Literæ expeirentur, quibus injungebatur Primoribus Civitatis, ut novo intra Urbem extruendo Cœnobio Minoritis Fratris spatium concederetur; illudque est, quod magnis subinde auctum incrementis adhuc incolunt, sub nomine antiquo *Sancti Angeli*, religiosissimi Observantiæ Fratres Minores. Jactum primum lapidem augustæ hujus Ecclesiæ à Johanne Angelo Arcimbolito die XXI. Februarii anno MDLII. refert in Annalibus Lucas Wadingus (1), fufusque narrat omnia, quæ ad hoc Cœnobium pertinent, in sua Chronologica Historia italicè scripta, quam de exordiis, atque incrementis Ordinis S. Francisci in Urbe Mediolanensi eruditè digessit, Fr. Petrus Nicolaus Bonavilla (m), de Ordine suo ac Patria benemeritus.

D Addere nunc liceat Epigramma in calce hujus Operis excusum, ut lepidi aliquid huic narrationi inspergatur. Pro more illorum temporum metrico elogio commendandus erat Auctor, cumque illustrem Familiam sortitus foret, ipsa quoque in partem laudis trahi debuerat. Itaque Poëta (quicumque tandem ille fuerit, neque enim nomen exprimitur), ut ad primam usque mundi adolescentiam vetustam ejusdem originem deduceret, Chaim Adami filium Chaimæ Gentis stipitem fixit; censuit enim argutiam aliquam elucere in carmine posse, si impœnitentem Fratricidam, cum Nepote Pœnitentiæ Magistro conferret, atque hunc veluti indignandum induceret, quòd Avum agnoscere deberet Chaim, in patrato scelere mendacem, obduratumque. Quid insulsius excogitari poterat? At hæc erat libido Scriptorum illius ætatis, fabulis ineptisque tum solutas, tum strictas numeris orationes infarcire, ut augustiora Familiarum initia facerent, earumque radices in alta remotiorum temporum caligine collocarent. Paria figmenta insanæ adulationis in decursu videbimus. Sed jam accipe Carmen ipsum:

*Si quem pœniteat scelorum, culpamque fateri
Aures Clavigeri Præfulis ante velit;
Non indignetur docti præcepta libelli,
Quique salutifera norma sit ampla via.*

cc

Quis

(1) Tom. X. fol. 17. edit. Rom. anni 1734.
(m) Pag. 66.

Quis credet? actus abscondit sua crimina Chaim,
 Culpam percusso Fratres negavit Abel.
 Ex illo soboles Italas Chaima per oras
 Creuit, & hos inter Bartholomæus erat.
 Mundanas contempsit opes sub paupere dives
 Francisco; nec Avum gaudet habere Chaim.
 Quod Fratrem, dixit pater, occidisse negasti;
 Ostendam culpam dissimulare nefas.
 Et quo cuique modo præstet delicta fateri,
 Si modo post ipsum sidera crimen amet.

A Dixit ut hæc: sacrum sibi consecisse volumen
 Pergit, non parvâ scripta legenda morâ.
 Turba coit, plenumque sua sitibunda salutis
 Dignum te, repetit, Bartholomæe libram.
 Nec mora, Christophorus populum coisse fidelium
 Valdafer attenta protinus aure notat.
 Et saturamus, ait, dignandis agmina votis,
 Deque Rbatifpona quin damus artis opem?
 Civibus hinc nostris Mediolanoque potenti
 Impressit magnum maximus auctor Opus.

ANNO MCCCLXXV.

Typographicae artis beneficio ampla & commoda librorum fruges parata jam fuerat alendis Eloquentiæ, aliarumque omnium scientiarum studiis, cum diffeminata per omnes ferme Europæ Urbes præla, edendis in lucem insignium virorum Operibus infudarent; soli Altarium Ministri nobili hoc munere carebant, atque ob divina ad Aras celebranda mysteria, uti cogebantur liturgicis libris, quos aut ætas corrossisset, aut non sine magno dispendio novus calami labor describeret. Diutius non tulit cum hisce angustiis luctari Sacerdotes suos Mediolanensis Ecclesia; quocirca hoc anno egregiam curam suscepit subdendi torcularibus Zarotti Sacros Codices, qui *Missalia* appellantur, primaque ceteris omnibus exemplum dedit, ut facile comparanda hac merce, Rectoribus ac Mystis enormes sumptus adimerent. Exemplar unum Missalium ritus nostri primæ editionis Ambrosiana ostendit Bibliotheca, characteris & chartæ præstantia, iis, quæ præsentis ætate excuduntur, longè antecellens. Frons ejusdem raro per ea tempora ornamento insignitur, incisâ nempe tabulâ, quæ S. Ambrosium stantem exhibet, pontificalibus vestibus indutum, & Planeta in acutum desinente. Dextera manu flagellum tenet, sinistra Episcopalem Crucem Vexillum explicantem, quo symbolo designatam arbitror ejusdem constantiam, Augustæ fœminæ minis iræque obluçantem, ut Catholicæ Fidei candorem, atque Ecclesiæ suæ jurâ, fremente licet Cæsaris Aula, imperterritus propugnaret. Mitræ, quæ caput præcingit, tres impendent coronæ, Laureolas fortasse adumbrantes; quas diverso sanctorum Operum genere sibi eximius ille Antistes promeritus fuit; primam imponere æternus Pater, reliquas sustentare manibus videntur gemini Angeli, explicatis alis per ærem volitantes; lateribus adstant proprio nomine indicati hujus Ecclesiæ Defensores Sancti Protasius & Gervasius, palmam atque enses ferentes; pone verò eandem paginam Annuntiæ Virginis incisa pariter effigies conspicitur, Angelicæ Salutationis verbis in Coronide duplicis arcus expressis. In hoc Missali præcipuè describuntur ritus omnes, quibus celebrari tunc solebant Ambrosiano more postremi tres dies sanctioris Hebdomadæ, atque ex iis discimus, perseverasse in Metropolitana Mediolanensi Ecclesia etiam sub exitum Seculi XV. antiquum institutum, quo Pueri, educati instructique à Scholarum Magistris, sacras obibant functiones, canebantque alternatim Responsoria in Choro. Siquidem ibidem præscriptum legitur: *Tunc minor Magister Chori, seu Scolarum, cantat primum versum solus in pulpito, stans in medio Puerorum Magister cum pueris respondet Unus Puerorum solus cantat priorem versum in pulpito &c.* Sublatum fuisse hunc morem à Sancto Ca-

B rolo Borromæo inde arguo, quòd, cum mentionem Puerorum reperiam in Missali edito anno MDLX., in altero anni MDXCIV. substitutos Pueris Clericos video. Citiùs abrogata fuit Missa de *Sancto Jobo*, quæ in hoc Missali legitur post Solemnitatem diei Pentecostes; in eo enim, quod emendatum, atque impressum Mediolani prodit anno MDXXXII. nusquam occurrit. Demum celebrem illam contra Gallos missam ob Victoriâ Parabiagi, excusam ad calcem refert hic liber; eandem retinere editores enunciata proximè Missalis, sed Gallorum nomine prorsus expuncto. Verùm quid de hujusmodi Liturgia sentiendum sit, consule eruditam Dissertationem Cl. Collegæ mei Nicolai Sormani, qui argumentum hoc egregiè illustravit, edito recenter libro *De Apathemate S. Ambrosii contra Gallos*.

C Neque desiderari debuerunt sacri libri, qui *Breviaria* appellantur, ad quotidianas in Templis divinæ Psalmodiæ laudes Deo persolvendas. Christophorus enim Valdarfer, illos eodem hoc anno edidit, caractere ac charta nitidissimis. Verùm ne primus foret in hisce libris vulgandis, gloriam hanc occupaverant superiore anno Taurinenses Typographi Johannes Fabri, & Johanninus de Petro, impresso ibidem *Breviario Romano*. Liber iste Ambrosiani Officii, quem Valdarfer impressit, titulo ac præfationibus caret, statimque exorditur ab Hymno *Te Deum*. Nullæ in ipso aut è Sacris Scripturis, aut è Sanctorum vitis decerptæ lectiones occurrunt, diversoque prorsus ordine ab iis, quibus nunc utimur, in Psalmorum ac precum designatione procurrit; hoc enim beneficium inter cetera nobis præstitit immortalis memoriæ, divinique cultus amantissimus S. Carolus Borromæus, qui omnia ad sacras laudes Deo quotidie à Sacerdotibus offerendas spectantia, mira perspicuitate ad antiquum hujus Ecclesiæ ritum digessit, adhibito in partem nobilis curæ unâ cum aliis doctis viris Petro Galefinio, in Ecclesiastica eruditione egregiè versato, cujus etiam sunt lectiones de vitis Sanctorum, quæ Breviario ejusdem Sancti Archiepiscopi jussu tunc edito insertæ, præsentis quoque ævo recitantur in eorundem Natalibus.

BONACURSIUS PISANUS.

E Claruit per ea tempora non mediocri opinione eruditionis Bonus Accursius, seu Bonacursius Pisanus, Eloquentiâ, peritiâque græcæ etiam linguæ optimè instructus. *Pisani* nomen, non patriæ indicium, sed familiæ cognomen suspicari mihi aliquando ex eo licuit, quòd *Pisanorum* familia, ætate quoque nostra inter honestas Mediolanenses recensetur. Dubium tamen omne diluit Philelpi Epistola (a) ad ipsum data anno MCCCLXXVII., in qua hæc scribit: *Ceterum, quia tu Columbis his delectaris, quos à Nobilitate patriæ tuæ Pisanos vulgò nomi-*

(a) Lib. XXVIII. fol. 193.

minant, par tibi unum apud me servatur. Nihilominus Mediolani Bonacursius moram egit diuturnam, & rem literariam constanti labore promovit, celebrioribus veterum Auctorum operibus emendandis, edendisque in lucem semper intentus. Præceptorem habuit Franciscum Philelphum; id enim ipse met testatur in Epistola prævia ad *Valerii Maximi librum de Dicitis, & Factis* hoc anno Mediolani impressum, in qua hæc leguntur: „Videmus Plutarchum Chæronensem apud Græcos, quem vir utriusque linguæ peritissimus, ac nullius doctrinæ ignarus Franciscus Philelphus Præceptor meus traduxit ad nostratos, magno ab eruditis omnibus haberi in pretio. „Inde verò inter illos summam amicitie fœdus coaluit, ut docent Epistolæ plures, quas ad Bonacursium Philelphus conscripsit. Antequam in hac Urbe domicilium statueret, Oratoriam artem professus est publico in gymnasio, nobilesque adolescentes erudiendos suscepit, quos Philelphus memorat, (b) eidem affluentiam discipulorum exoptans. Quo autem in loco latinæ literas doceret, adnotatum non vidi, Ferrariensi fortasse in urbe gymnasium aperuit; ibidem enim editas fuisse ejusdem animadversiones in C. Julii Cæsaris Commentaria anno MCCCCLXXIV. refert Orlandus (c), hujusque rei in Philelphi Epistolis lumen aliquod elucet, in quibus Pisces majores Padi, vulgò *Sturiones*, Bonacursii dono, à se receptos enunciat. Demum post annum, septuagesimum tertium illius seculi Mediolanum profectus, invitante eodem Philelpho (d), in Urbe quoque nostra literarium ludum aperuit; Id enim conjunctio ex Epistola Joh. Francisci Marliani, præfixa libris Conviviorum ejusdem Philelphi, & data Ticini, anno MCCCCLXXVII., quæ sic incipit: „Cupio jamdiu, ut nosti Francisce mi Philelphæ, & videre, & legere libros, quos edidisti Conviviorum Mediolanensium; acceperam enim ab aliquibus, sed in primis à disertissimo Præceptore meo *Bonacursio Pisano* maximè in hujus compositione codicis, tui vires ingenii declarasse. Verum &c. „Quidquid tamen sit, ad locupletandam rarioribus libris literariam Rempublicam totam se contulit, ac primò vulgavit *Isagogicum libellum* Augustini Dati Senensis, qui totus selectis floribus decerptis ex Ciceronis libris, & Orationibus constat, hujusque editionis rationem reddit Bonacursius in Epistola ejusdem fronti præfixa, inquit: „Neque enim nostræ tempestatis viri, qui facundia clarent, negligendi sunt; sed eò majore habendi in laude, quò laboribus suis ceteros ad eloquentiam comparandam faciliùs conducunt. „Sanè quantum Augustinus Datus Oratoria, & Philosophica facultate polleret, illius opera primò Senis edita anno MDIII., ac postmodum Venetiis MDXVI. dilucidè ostendunt; id autem commemoravi, cum iisdem nonnulla, quæ ad nos pertinent, interserantur, Orationes nempe ab ipso habitæ ad Duces per id tempus Mediolano imperantes. Huic libello *Bonacursius* adjecit *Laurentii Vallæ Elegantias*, non quidem omnes, sed selectiores, quas idcirco appellavit *Vallæ adipem frugaliorem* in Epistola iisdem apposita, & ad calcem unà cum aliis hujus Scriptoris edenda. Id autem omne in gratiam præcipuè Filiorum *Cichi Simonette* adornavit, ut in Oratoria facultate faciliùs solidiùsque proficerent.

Imprimendos deinde curavit *Ovidii Metamorphoseon* libros; qua in re quid ipse præstiterit, ut nobilior editio post Romanam Andree Aleriensis Episcopi, & Bononiensem pararetur, in Epistola prævia compertum facit his verbis: „P. Ovidium Nasonem, *Metamorphoseon* meâ operâ correctum, atque emendatum, imprimendum curavi. Verum cum diligentius quærerem quæ prisca Scriptores literis mandaverunt, incidi in Coelium Firmianum Lactantium Placidum, qui in Statii Thebaida scri-

A „psit, Virum meâ sententiâ & diligentissimum, „& disertissimum, & qui in fabulas ejusdem Poëtæ „commentatus est. Cujus ego ingenium non potui „equidem non mirari; nam incredibili quadam brevitate fabulam quamque complectitur, & interpretatur. Quæ omnia ita in hoc opere inserui, ut „nimiam pulchritudinem præferant &c. „In hoc tamen lapsus est Bonacursius, quòd Commentaria in Statii Thebaidem tribuerit Coelio Firmiano Lactantio, qui temporibus Constantini Magni Nicomediæ Rhetoricam docuit, cum Auctorem illa habeant alterum Lactantium nomine Placidum, ætate posteriorem Boëtio, & Sedulio, quos citat, quamvis revera antiquissimus & ipse sit, quemadmodum optimè animadvertit Fridericus Lindenbruch in admonitione ad Statii opera, edita Parisiis anno MDC. Novo etiam ornamento editionem hanc auxit Bonacursius, Ovidii nempe vitâ ab ipso collectâ.

B *Historiæ Augustæ Scriptores*, quos anno MCCCCLXXV. Mediolani editos propugnavi in Prolegomenis, lucem hoc anno iterum videre cum additamentis Bonacursii Pisani; curavit enim, ut ipse ait in calce Epistolæ præviæ, imprimendos Auctores omnes, qui à Julio Cæsare ad Justinum Constantinopolitanum usque, vitas ac res gestas brevi compendio complexi sunt. Itaque antiquis hujus Historiæ Scriptoribus addidit Eutropii de Romana historia libros X., & Pauli Diaconi libros VI., quos à se diligenter perlectos, atque accuratissimè emendatos testatur. In fine sequitur vita Svetonii ex Domitio Calderino, & Sicco Polentone, cum Aufonii Carminibus. Hunc librum, aliosque omnes superiùs memoratos, editosque anno præsentis dicavit *Cicho Simonete Equiti aurato, ac Ducali Secretario*, quem propitium Auspicem nactus, fortunarum etiam omnium suarum Auctorem grata commemoratione testatur.

C Quando autem hæc mentio incidit præstantissimi hujus viri *CICHI SIMONETÆ*, non abs re erit aliqua innuere, non ita facilè ex historiis petenda, quæ præclaram ejusdem indolem, & pronum semper animum ad fovenda patrocini ac beneficiis studia literarum ostendunt, atque ideo ejus nomen illustrius gratiusque posteris reddent. Ortum illius Majores duxerant *Cacurii* in Calabria, ut in sua *Pantopologia Calabria* testatum facit P. M. Elias de Amato, verbo *Cacurium*. De ejusdem familia nullum nobilium elogium desiderandum crediderim, quàm quòd Franciscus Philelphus Epistolam dirigens ad Johannem Jacobum, Cichi filium, in hæc verba conscripsit (e): „Non es nescius, Simonetas tuos, viros optimos & „præclaros, jam annos circiter sexaginta, magna „cum laude apud Sfortianos Principes assiduè versatos in hanc usque diem non dignitate minus, & „gratia ceteris omnibus, quàm fide integritateque „præstitisse. „Data est hæc Epistola anno MCCCCLXXII.; proinde verò, cum à sexaginta jam retro annis virtus & nobilitas præstantissimæ hujus stirpis eluxisset, apud hos insignes copiarum Ductores, metiri quilibet potest claritatem generis, à quo spiritus digni Principum benevolentia in Nepotes derivarentur.

E Profectus inde in hanc Urbem Cichus, Franciscus Sfortiæ Patri, & Galeatio Mariæ filio Mediolani Principibus acceptissimus fuit, tantaque fide atque observantia erga illos se gessit, ut unus prope modum à consiliis esset, remque omnem amplissimæ hujus ditionis summo penè auctoritatis imperio moderaretur. Inò sublato, Conjuratorum perfidia, postremo hoc Duce, Tutor unà cum Principe matre datus infantulo Successori, in eo gravissimo nutantis principatus periculo, singulari adeò dexteritate prudentiaque publica negotia administravit, ut in illius ferme unius laudem cesserit restitutus rebus turbulen-

(b) Epist. lib. XXX. fol. 208.

(c) Origine della Stampa pag. 268.

(d) Epist. lib. XXXII. fol. 224.

(e) Epist. lib. XXXV. fol. 250.

lentissimis ordo, & firmata sedatis tumultibus pacis tranquillitas. At hæc fusius enarrata legi possunt in Corio, aliisque Hittoriae Mediolanensis Scriptoribus; Quod ad rem literariam attinet, id unum proferre satis foret, certatim confluisse ad Cichum, tanquam ad alterum illius ætatis Mecœnatem, quotquot in hac Urbe excellentis doctrinæ facundiæque laude florebant; Bonacursium Pisanum jam vidimus in hunc unum oculos intendisse, ut æquum literariis suis laboribus æstimatorem, atque Patronum deligeret. Boninus quoque Mombritius præcipuum illud curarum suarum opus, adhuc raritate & pretio venerabile, vitas nempe Sanctorum alphabeticè digestas, ac gemino prægrandi volumine comprehensas, honestatum voluit illustri Simonetæ nomine fronti inscripto, eundem non tam arbitrum belli pacisque, quam literarum Præsidium stricto metris encomio deprecians. Quot Epistolas ad ipsum dedit Franciscus Philephus, græcæ latinæque eloquentiæ præstantiâ clarissimus, cuilibet earundem Elenchum percurrenti, in impresso Venetiis codice obvium est discere; In iis autem, quanta comitate amoreque bonas artes virosque literatos Cichus complecteretur, passim Philephus posteros monet. Inter cetera Auctor ille proficitur, se ad hunc nobilem virum veluti ad aram salutarem in rei domesticæ angustiis confugisse, nec irritis votis; Siquidem cum aliquando inopiâ premeretur, nec apud Principem quidquam proficerent preces, Cichus spontanea largitate, splendidoque animo uberem alimoniam copiam ad Philephum dono miserat, adjecta etiam non vulgari pecunia, ut ipsemet grata Epistola ad eundem scripta (f) memorat inquit: „Darem equidem hanc in rem literas ad te pluribus, ni vererem visum iri quibusdam, id ob eam rem à me fieri ob plurima in me tua & maxima beneficia, utpote qui nunquam defatigeris me pulcherrimis donis quotidie cumulare. Dedisti ad me antea semel & iterum cum alia munuscula, tum etiam non vulgarem pecuniam. In præsentia verò cum accepisses me cibi potusque inopia non mediocriter premi, quoniam quæ mihi mei muneris præmia constituta fuerant, non dissolverentur, non mediocrem vim & vini & tritici ad me misisti dono. „Ne autem soli Philepho reservata hæc beneficentiæ amplitudo videri possit, juvat in laudem tanti viri exordium prædictæ Epistolæ huc transferre „Nisi ego te, mi Ciche, non diligam solum, sed & colam & observem, sim planè accusandus in gratitudinis, idque cum aliis permultis. Cui enim non ades in tempore, non studes, non benefacis? „Es tu profectò egregia quadam incredibilique virtute, ut ea sanè tanta, quanta conferendum tecum novi alium neminem. Non enim ea in te adumbrata est inani quapiam, atque simulata bonitatis imagine, sed expressa penitus & perspicua, firmissimisque nitens atque hærens radicibus. Quo fit, ut omnia tibi Deus in dies magis, magisque fortunet, & ita fortunet, ut præstantiæ tuæ magnitudine, superata invidia, & ameris ab omnibus, & admirationi habearis. „

Neque liberalitas tantum, aut summa Cichi auctoritas in causa fuit, ut Eruditorum cœtus frequens eidem adstaret, nominisque famam longè protenderet. Validius amanti omnium incitamentum fuere eximie animi dotes, ac præcipuè singularis doctrina, qua mirè excultus, accedente etiam plurium linguarum peritia, teste Morigia (g), supra ceteros eminebat. Inter Codices manu exaratos Bibliothecæ Ambrosianæ extant Epistolæ Petri Candidi Decembrii, celebris per ea tempora Scriptoris, earumque non paucæ numero ad Cichum diriguntur, hoc titulo serè semper inscri-

A ptæ Ciccho Simonetæ Viro Doctissimo. Testes autem conceptæ summæ opinionis de illius præstantia in literis; sunt libri, quos à se elucubratos, Cichi iudicio Decembrius subdebat. Numero LX. ejusdem Epistolarum, quæ adhuc ineditæ sunt occurrit Diodori Siculi sextus decimus liber è græco ab ipso translatus, ad Cichum missus, ut de illo pro sua in græco idiomate peritia sententiam ferret; alibi (h) metricum suum opus eidem offerens hæc subjungit: *Tu si versus meos trutinæ imposueris, memento altera ex lance fidem ac simplicitatem meam ponere, sic enim minus ponderis habitura sunt errata mea*; Demum (i) Aristotelis partem è græco traductam; Res gestas Francisci Sfortiæ ab origine ejus usque ad pacem ultimò cum Venetis factam, brevi & emendatissimo opusculo descriptas (l), (ut alia fileam) sapienti Cichi examini perpendenda committit. Imò cum ali- quod insurgeret literarium dissidium, Cichum veluti Oraculum utraque pars consulebat. Id contigisse inter memoratos Scriptores ex impresso codice Epistolarum Philephi, & manuscripto Decembrii colligo. Conscripserat iste poëticum quoddam Eulogium in laudem clarissimæ Virginis Lucie Sfortiæ. In eo nonnulla reprehendenda adnotavit Philephus, ejusdem hostis acerrimus; præcipuè verò improbandum censuit, quòd Franciscum, Lucie patrem, appellasset *Ligurum Ducem*. Itaque scripsit ad Cichum, castigationum suarum momenta exponens (m); atque ad hanc postremam fulciendam inquit: *Urbem Mediolanum non in Liguribus, sed in Insubris sitam esse*. Non segnis fuit Decembrius ad repellendam injuriam, prolixam & ipse ad Cichum epistolam scribens, qua veterum recentiorumque Auctorum testimoniis causam suam tuebatur (n); nec una contentus, alteram dedit (o) ad uberiorem dictis suis lucem affundendam. Cui palmam Cichus contulerit, codices silent; perspicuè tamen hinc discimus, præclara in existimatione sapientiæ apud doctissimos sui temporis viros habitum illum fuisse.

Dolendum quidem est, insignem hunc Equitem adversæ fortunæ ludibriis succubuisse, raptum, ut omnes norunt, in carcerem, ac securi percussum, invidiæ præpotentis libidine; direptam etiam domum, populatam prædia, filios per orbem terrarum sparfos dolet cœvus Fulgosius (p). Sed immeriti funeris ornamentum fuere Bonorum omnium lacrymæ, ac testes publici amoris Inscriptiones sepulchro appositæ, quas Corius refert (q); Ejusdem autem posteritas nostræ Urbi redonata, in Ecclesia Romana, in Foro, in Castris, in Aulis splendidissima semper floruit, vigetque adhuc in Comite *Antonio Simonetta*, qui acceptum à magno Avo hereditarium erga literas amorem, instructa domi divite Bibliotheca, admissisque ad frequentes eruditos congressus viris Nobilibus, humanissimè ostentat.

E Redeo jam ad Bonacursium, qui postquam expoliendis insignium Auctorum latinis Operibus plurium annorum labores impendisset, ad græca quoque in lucem edenda studium convertit. Igitur anno MCCCCLXXX. *Compendium octo orationis partium* Constantini Lascaris, quod græcè tantum legebatur, latino quoque idiomate expressum vulgavit, illudque *Julio Pomponio*, Viro Clarissimo nuncupatum voluit, præfixâ operi Epistolâ ex hac Urbe datâ, in qua inquit, opera studioque suo effectum esse, ut Venerabilis, & græcè ac latinè doctissimus *Johannes Monachus Placentinus* Erotemata hæc Lascaris in latinum transferret; ita enim iis, qui græcæ literaturæ peritiam assequi optabant, rem perutilem se facturum arbitrabatur. *Elopi* etiam vitam & fabulas Mediolanensibus prælis subdidit, adjecta interpretatione *Rynucii Thetali*, viri docti & disertis, ut idem Bonacur-

(f) Lib. XXXIII. fol. 131. à tergo.

(g) Historia di Milano cap. XLIII. pag. 684.

(h) Epist. CXIII. (i) Epist. CXXI

(l) Epist. CLXXXIII.

(m) Epist. lib. XVI. fol. 120.

(n) Epist. CX. (o) Epist. CXXXI.

(p) Lib. VI. de humanis cas. ac fortunæ variet. prope fin.

(q) Hist. Mil. ad an. 1480.

nacursius testatur in Epistola ad *Johannem Franciscum Turrianum Ducalem Quaestorem*; Quin imò raturus, ne hoc quidem beneficio satis consultum commodo Juventutis, alteram molitus est editionem, quam eidem Turriano dicavit, hæc scribens: „ In superiore codice, ut nosti, imprimi curavimus *Æsopi fabulas græcis & literis, & verbis &c.* Nunc verò quo major liberis tuis ac facilior aditus sit ad utramque linguam & græcam, & latinam, quædam *electiores fabulas*, quæ in communi sunt nostrorum hominum usu, ita singillatim in eisdem, paginis informari curavimus, ut in eodem latere habeatur ex dextera parte græcus, ex sinistra autem latinus sermo. Hoc enim pacto verbum quasi verbo respondebit, sine longa inquisitione.

Lexicon item Græco-latinum in lucem protulit, præclarissimo caractere, sed absque Loci, temporis, & Typographi indicio, procul dubio tamen in Urbe Mediolanensi; id enim apertè docet præcedens eidem Epistola, quam *Bonus Accursius Pisanus Viro Literatissimo, ac gravissimo Johanni Francisco Turriano, Ducali Quaestori inscribit*. In ea postquam græcæ linguæ, ac Lexici ad eam addiscendam, percipiendamque veluti manu ducentis, necessitatem exposuit, Auctorem prodit, curamque omnem ab ipso adhibitam, ut explanato per disposita passim præcepta tramite quisque incederet, atque in apicem græcæ Literaturæ, nullo alio Præceptore indigens, eniteretur. Ait igitur: „ Fateor equidem, cum alios quosdam, tum Constantinum Lascarium nostrum illum, de significatis verborum pulcherrima præcepta tradidisse; Defecisse autem in quibusdam etsi admodum paucis: quoniam non omnino calle-ret nostram latinitatem. Verùm modò post illum, oblatum nobis est Frater Johannes Crastonus Placentinus Carmelitanus, vir profectò meâ sententiâ cum græcè, atque latinè peritissimus, tum moribus excultus gravissimis, atque sanctissimis, in cujus ore nullum mendacium inest, nulla vanitas. Is cum intelligeret, quæ latino sermoni necessaria admodum essent, vidissetque quæ & à Constantino Lascari, & ab aliis quibusdam in medium elata forent, non dicam inconsideratè, sed minus eleganter & propriè; voluit pro sua bonitate tanto errori occurrere, & ea omnia emendare, quæ non emendatè ac dilucidè tradita judicasset. „ Prosequitur inde methodum regularum in hoc libro servatam singillatim indicare; ac demum Epistolam claudens hæc ad Turrianum scribit: „ Ego autem operam dedi, ut hæc præcepta, ita ut dixi, in ordinem redacta imprimerentur, quo non solum in hac felicissima patria, sed per universam Italiam nomen tuum, quod per se splendidissimum est, diffunderetur, omnesque tibi agerent gratias immortales, cujus ductu atque auspiciis tanta utilitas unicuique esset oblata. „ Neque hinc diligentia amorque studiorum Bonacursii quievit. *Alterum literis beneficium paravit, Mediolanensibus typis committens Vocabularium Latino-græcum, ut per ordinem latini Alphabeti, quemadmodam ipse ait in Epistola prævia, omnia ferme verba, quæ in usum communem cadunt vel Oratorum, vel Poëtarum, quo pacto græcè interpretari debeamus, in medium sint prolata; nam si pulchrum est græca vocabula exponere latinè, quanto esset pulchrius quæ latina sunt, per græca verba reddere dilucidiora?* Hunc etiam laborem susceperat Johannes Monachus Placentinus, eumque meritis laudibus celebrat Bonacursius, dicens hunc librum *Clarissimo viro Antonio Bracello Jurisconsulto primario, ac Ducali Senatori*.

Usque ad annum MCCCCLXXXV. protractam à Bonacursio nobilem curam locupletandi literario censu studia Mediolanensis Juventutis invenio; eo enim anno *Epistolas Familiares Ciceronis* edidit, Hubertini Clerici Cæscentinatis Commentariis illustra-

Tom. I.

tas, dicavitque Mecœnati suo *Johanni Francisco Turriano*. Ad calcem legitur Epistola ejusdem Hubertini ad Bonacursium data, cujus initium non abs-re erit hic referre, cum ea, quæ hucusque diximus de egregio hoc viro, veluti complectatur. Ait igitur: „ Cum jam multos & eosdem utiles libros, vir eruditissime Bonacursi Pisane, operâ tuâ imprimendos curaveris, non contentus ea, quam jam plurimis labore tuo utilitatem attulisti, cupiens & in dies majorem afferre, sæpenumero me hortatus es, ut quæ inter legendum interpretandumque idoneos romanæ linguæ auctores optima & probatissima adnotassem, ea tandem ad studiosorum hominum utilitatem ederem &c. Tibi plurimum debuit studiosa Juventus, quòd me ad hunc laborem impulisti ejus causâ, cui & ingenio tuo, & labore assiduè confulere studes, non modò latinos, verùm etiam & græcos codices ita in medium afferens diligenter impressos, ut jam nemo possit, qui non discat, nisi negligentiam suam accusare &c. „ Post hunc annum nihil offendi Bonacursii studio emissum in lucem, adedque suspicari licet, illum, aut ferali teterimæ luis, tunc per Urbem nostram grassantis, morbo consumptum, aut eludendi periculi sollicitudine abreptum in patriam remeasse. Quicumque tamen ejusdem exitus fuerit, perenni apud nos dignum memoria, ob auctam Mediolanensis Civitatis gloriam, nemo inficiabitur; cum illius ope industriaque id laudis accesserit prælis nostris, ut in adornandis Lexicis utriusque simul linguæ, græcæ & latinæ, ceteris omnibus exemplo præiret.

JOHANNES CRESTONUS.

Neque dimittendum reor insalutatum *Johannem Monachum Placentinum*, cujus diligentissimi labores tot nobis emolumenta in re literaria peperere. Præclaram memoriam, quam de illo posteris prodidit Trithemius, suæ Carmeliticæ Bibliothecæ inseruit Petrus Lucius (r); in hunc autem modum Elogiū conscripsit: „ Jo. Placentinus, vir undequaque doctissimus, Theologus & Rhetor celeberrimus, ingenio promptus, & disertus eloquio, græcæ ac latinæ linguæ peritissimus, quippe qui multa eleganter traduxit, fertur complura scripsisse opuscula, quibus nomen suum immortalitati consecravit, è quibus vidi dumtaxat *Vocabularium græcum*, opus profectò utile & necessarium; Extat ejus & aliud volumen minus, ubi latinum Græco præponitur. Ad Lodovicum Donatum Episcopum Bergomensem è Græco Placentinum de verbo ad verbum propriissimè transtulit, quod opus nemo dignè laudare sufficit, in qua græcæ translationem præmisit Literis græcis, & suam subnectit latinis; Epistolas & plures elegantes ad diversos composuit. Alia quoque multa scripsisse dicitur, quæ ad noticiam meam non venerunt: Olaruit sub Innocentio Papa Octavo, & credo eum adhuc vivere. „ Hinc discimus non incongruum esse, usque ad extremos Seculi XV. annos Placentini hujus vitam productam opinari, cum anno MCCCXCII. Trithemius hæc scriberet. Multò tamen antea singularis doctrinæ famam Johannes Placentinus sibi jam comparaverat; video enim *Masellam Veniam Beneventanum*, cum novam Operum S. Ambrosii collectionem edendam Mediolani adornaret, in dubiis rebus ad Monachum hunc tanquam ad Oraculum confugisse. Hærebat anceps Masellus, num liber ille Sanctissimi Antistitis nostri, qui passim *Hexameros* appellatur, inscribendus potius esset *Hexæmeron*, cum secundo e aspirato, atque hanc postremam vocem amplectens rationem reddit in prævia Epistola ad *Ambrosium Coranum Eremitariæ Religionis S. Augustini Generalem Vicarium*; inquit: *cum de illa dubitarem, virum & latinarum, & græcarum literarum peritissimum Johannem Placentinum*

d d

Mo-

Monachum consului, ab eoque, quæ infra subnectam, perdidici. Sanè eandem inscriptionem Exaemeron in nova S. Ambrosii Operum editione Maurini Monachi retinere. Quo anno in lucem prodierit hic Maselli labor, colligi nequit ex codice impresso, qui omni caret adnotatione temporis, loci, & Typographi; cum tamen dicatur sit *Ambrosio Corano*, seu *de Cora*, cui, anno tantum MCCCCLXXVI. demandatum fuit munus Generalis Vicarii, quique in ea dignitate diu non perstitit, sequenti anno in Generalem Ministrum delectus, quemadmodum ad eos annos refert Aloysius Torellus in *Sæculis Augustinianis*, manifestum sit tempus editionis hujus Mediolanensis; simulque elucet, quanta etiam per illam ætatem opinione doctrinæ floureret Monachus Placentinus.

Familiæ cognomen siluere Scriptores, cœnobiticæ tantum vitæ titulum ejus nomini addentes; memoratus Lucius (f) conjecturæ locum fecit inquis, se non abhorreere ab eorum opinione, qui asserunt hunc Johannem Placentinum eundem esse, qui ab aliis vocatur *Jo. Crastonus*; mihi pro certo est hoc illi verè cognomen fuisse, siquidem Joseph Falconus, & ipse patriâ Placentinus, in suis Carmelitani Ordinis Chronicis italicè scriptis, & Placentiæ editis (t) de illo agens inter illustres Carmelitanos Doctores, *Crastonæ* familiæ hunc Johannem adscribit. Idem confirmatum videmus testimonio Bonacursii Pisani in Epistola præfixa Lexico græco-latino, cujus fragmentum paulò ante dedimus; eodem enim Monacho Interprete utens in græcis libris, quos latinè redditos in lucem edebat, hæc clarè scribit; oblatu nobis est Frater *Johannes Crastonus Placentinus Carmelitanus*. Qua in Urbe studia coluerit, quove Præceptore tantum profecerit *Crastonus* in utriusque linguæ tum græcæ, tum latinæ peritia, indicatum minimè reperi; id certè in peculiarem ejusdem gloriam vergit, quòd Philelphus neminem præter se ipsum in literis præcipuè Græcis præstantem existimans, Johannem Crastonum summè commendaverit, teste Bonacursio, qui hæc scribit in Epistola ante Vocabularium latino-græcum: *Non mediocri laude mihi dignus visus est Vir profectò, vel ipsius Philelphi sententia, cui neminem antepono, & eruditus & eloquens in primis Johannes Monachus Placentinus*. Nobilissimum monumentum est, quod de hujus viri celebritate impressum reliquit *Jacobus Crucius*, seu *Crucejus*; etenim cum græci Callimachi Hymnos in exametros versus transtulisset, dicans eosdem Magnifico ac Nobilissimo Equiti *Galeatio Vicecomiti*; prope finem Epistolæ ita loquitur: „Ceterum cum ipse me, cum reputo, cum quibus ista contulerim, Demetrius scilicet ac Jano Placentino Monacho, viris nunquam satis laudatis, eosque hæc nostra probe, his veluti præfidiis munitus livorem facillè despicio. „Porro non modica hæc laus est, quòd Johannem Placentinum, parem doctrina Crucejus fecerit Demetrio Calcondylæ, qui in Græcia natus insignem per ea tempora in utraque lingua præstantiæ famam adeptus fuerat. Antiqua ista editio, nullo anni, Urbis, & Typographi indicio signata, in Ambrosiana Bibliotheca asservatur; quando verò hunc Monachum poetica etiam laude claruisse Trithemius affirmat, censeo inopportunos non esse Epigrammata ejusdem subjungere, quod in fronte prælaudati libri sic jacet:

Janus Monachus Placentinus in Hymnos
Callimachi.

*Carmina Battiadæ laudes complexa Deorum
Perlege, Callimachi perlege Lector opus.
Sed quis de Lybiæ nostras advexerit oras
Nosse cupis, non est dicere difficile:*

(f) Loc. cit.

A Nam genus Auctoris, patriam, nomenque docebo,
Nec facient longas carmina nostra moras.
Cruce genus Auctoris, patria est Felsina, Jacobus
Nomen, habes Lector candide quidquid ames.

B Enumeratum vidimus à Trithemio inter opera Johannis Crastoni Monachi *Psalterium* è græco in latinam linguam accuratissimè traductum. Hujus exemplar unum vidi, Mediolani impressum anno MCCCCLXXXI., præviamque Epistolam ad Ludovicum Donatum Episcopum Bergomensis transcripsi, ad calcem præsentis historiæ recudendam. In ea adnotantur quamplura emendata, quæ in *Psalterium* à S. Hieronymo è græco in latinum conversum, audaciâ Sciorum irreperant, simulque inseritur præclara laus Ecclesiæ Ambrosianæ, quòd nempe in Canonicis horis *Psalterio* utatur sincero, & quam maximè græcis codicibus consentiente. Torsit non parum ingenia vocum diversitas, quibus *Psalmi* Davidici, qui à nobis recitantur, à Romanis dissentiant. Putavere aliqui Ambrosianos *Mystras* uti versione LXX. Interpretum; alii in ea fuere opinione, *Psalterium* nostrum ex versione, quæ *Italica* vocabatur, quamque ante S. Hieronymum universa Latina Ecclesia usurpabat, fuisse desumptum, atque in hæc tempora continuatum. Id animadvertere sibi visus est Petrus Galefinus, consciusque per Epistolam fecit Sanctum Carolum Borromæum. Johannes Crastonus alteram sententiam protulit, scilicet in Ecclesia Ambrosiana retentam fuisse genuinam S. Hieronymi translationem; ita enim ad Bergomensis Episcopum scribit: „Unum te Præful memorande „ignorare nolo, *Psalterium*, quod Ambrosianum „dicitur, in paucis, imò in nullis à græco discrepare. Cantica, quæ sex sunt, omnino græcis similia, nostris omnino dissimilia. Propterea Hieronymi ea potius dicenda est translatio, ut vir „quidam fide non indignus mihi affirmavit. „Quid in hac re decernendum sit, non vacat expendere; interim non ingratum erit Ecclesiasticæ eruditionis cupidis integram Galefinii Epistolam, quam proximè innui, è manuscripto Italico, hic latinè conscriptam subjicere.

D Ill.me & Rev.me Dñe Dñe Col.me

E „Vidi transactis diebus Bibliothecam Specianorum (Nobilium Papiæ civium), quæ admodum locuples jam fuit, ut conicere potui ex libris, qui adhuc supersunt. Inter alios ibidem inveni *Psalterium* quinque editionum. Tres adornavit S. Hieronymus, primam instante Summo Pontifice Damaso; alteram precibus Sophronii, illius amici; tertiam pro Ecclesiis Galliarum, quæ ideo appellata fuit *Psalterium Gallicum*. Reliquarum duarum editionum una illa est, quæ dicitur *Psalterium Conciliacum*, eaque Ecclesia Romana nunc utitur, ita vocatâ ob conciliationem, quam præfert. Græci & Hebraici textus; secunda est vetus illa, quam ante S. Hieronymum, & Papam Damasum adhibebant Ecclesia Romana, Africana, omnesque aliæ Ecclesiæ Latinæ. Hæc editio consilium fuit ipsius S. Hieronymi, ne in aliquo immutaretur; illam conferens cum *Psalms* Ambrosianis, inveni eandem esse, qua utitur Mediolanensis Ecclesia. Id notum esse volui Dominationi Vestræ Illustrissimæ, quæ procul dubio non modico afficietur solatio, cum videat translationem *Psalms* Ambrosiani ritus. esse illam antiquam, adhibitam ab universa Ecclesia, atque omnibus iis Patribus latinis, qui S. Gregorium præcessere, cuius ætate Ecclesia Romana, deferens veterem edi- „tio-

(t) Anno 1595.

tionem, uti Psalms coepit *Psalterii conciliati*.
 Hanc deferens notitiam manus deosculor Domin.
 V. Illustris. & Reverendis. eique à Deo precor
 ad omnium beneficium vitam diuturnam.
 Mediolani nono die Octobris MDLXVII. (u)

*Humill. & Perpetuus Servus
 Petrus Galefinius.*

Quincuplex hoc *Psalterium* Ambrosiana servat Bi-
 bliotheca, absolutum Parisiis anno MDVIII. editum-
 que castigatus quinque post annis. Ibidem leguntur
 tres Hieronymi editiones, *Gallica, Romana, He-*
braea, simulque *Vetus, & Conciliata*, sed mihi Am-
 brosianos Psalms cum ea, quae *Vetus* dicitur, con-
 ferenti, compertum fuit, adhuc in pluribus dissentire.
 Nonnulla etiam *Jacobus Fabri* Stapulensis in Prae-
 fatione ad idem *Psalterium* adnotavit, quae Galefinii
 Epistolae conformia non sunt. Itaque verisimilior mihi
 ea opinio videtur, quam Augustinus Calmetus pro-
 tulit, Dissertationem instituens in *Vulgatam*; Loquens
 namque sub initium de versione *Itala*, seu *Italica*,
 quae ante S. Hieronymum *communis* erat in Ecclesia,
 quamque nunc *veterem* appellamus, inquit: „ Quod
 canitur *Psalterium* in Ecclesia Mediolanensi, nec
 vulgatae nostrae, nec veteri *Italicae* congruit; sed
 versio est alia, ad Romanam magis, quam ad vul-
 gatam accedens. „ Quis autem Auctor fuerit an-
 tiquae hujus versionis, qua utitur Ecclesia Ambrosia-
 na, indicare non licet; cum S. Augustinus apud eun-
 dem Calmet ista scribat: „ Qui Scripturas ex He-
 braea lingua in Graecam verterunt, numerari pos-
 sunt; Latini autem Interpretes, nullo modo. „
 At de his satis, cum ista discutere pro dignitate,
 Historiae hujus Literariae institutum minimè patiatur.
 Joh. Monachi Placentini nomen magni fecit etiam
 Baptista Mantuanus, ad eum dirigens Elegiam (x),
 venustate atque eruditione refertam; cujus hoc est
 initium:

*Vade Caestani visure cacumina montis,
 Vade bono auspicio, sed meliore redi &c.*

(A) (Caestanus Mons ab Urbe Parmensi sexdecim mille
 passibus distat, ad flumen Parmam assurgens, salu-
 berrimo aëre, atque loci amoenitate jucundissimus).
 Nullum tamen aliud illustrius Elogium desiderandum
 reliquit Joseph Falconus, qui in Chronicis memora-
 tis, insignis hujus viri mentionem claudit, asserens Jo-
 hannem Craetonum, ob vitae integerrimae sanctimo-
 niam, famamque doctrinae excellentis, gloriam fuis-
 se Nobilissimi sui Coenobii Carmelitani Placentiae.

VINCENTIUS BANDELLUS.

(B) Omitti etiam nequit *Vincentius Bandellus*, qui
 hoc anno Mediolani edidit Opusculum de *Veritate
 Conceptionis Beatae Mariae Virginis*. Siquidem in Me-
 diolanensis tunc Ditionis Oppido, *Castro novo* appellato,
 Dertonensis Diocesis, natus educatusque, peculiari
 ad nos titulo spectat; imò cum in hac ipsa Urbe
 moram diutius traxerit, ac praclarum doctrinae at-
 que integritatis specimen dederit, recensendus est
 aequo jure inter eos, qui non tam Literariae Reipu-
 blicae, sed etiam hujus Metropolis gloriam cumula-
 vere. Sanè Religiosi Alumni S. Dominici, Coeno-
 bium Mediolanense S. Mariae Gratiarum incolentes,
 dignum eum censuere, cui exculpta in marmore effi-
 gie, inscriptoque aureis characteribus lapide, per-
 petuum conderetur monumentum. Siquidem cum sa-
 crae illius Familiae regimini addictus summa floreret
 probitatis, & sapientiae commendatione, gratiam
 amoremque Ludovici Mariae Sfortiae Mediolani Du-
 cis sibi adeò conciliavit, ut eundem in Moderato-
 rem conscientiae suae delegerit, atque amplissimo do-
 naverit munere, praediis nempe *Sfortiadae*, quae in
 Vaglebanensi agro, ad captandum venationis oblecta-
 mentum, magnificis Aedibus exornata, olim Princi-
 pum Sfortianorum delictum fuerat, nunc verò alen-
 dis in Mediolanensi memorato Coenobio Religiosis
 Viris praecipuam annonae partem constituit. Id omne
 complectitur Inscripção, quam iidem Patres in pe-
 renne grati animi sui testimonium paucis ab hac an-
 nis incidendam curavere in haec verba:

REV. PRI VINCENTIO BANDELLO
 DE CASTRONOVO AD SCRIPIAM
 ORD. PRAED. MRO GENERALI
 PIETATE DOCTRINA PRVDENTIA SPECTATISSIMO
 QVOD
 DVCALE HOC COENOBIVM SFORTIADAE PRAEDIIS AVXERIT
 RECEPTO A LVDOVICO MRA MED. DVCE
 CVI A CONFESSIONIBVS ERAT DIPLOMATE
 FR. N. N. INQVISITOR
 PATRIA AFFINITATE INSTITVTO CONIVNCTVS
 PERENNE MONVMENTVM POS. ANNO MDCCXXXV.

Quos ille honorum gradus conscenderit, antequam
 Supremam Dominicani Ordinis Praefecturam conse-
 queretur, quotque praclaros ingenii sui foetus in lu-
 cem ediderit, supervacuum est referre, cum abundè
 vitam ejusdem illustraverint Leander Albertus (y),
 Echardus (z), alique; Id unum exscribere placet,

(D) quod Johannes Garzonus Bononiensis in Epistola
 nuncupatoria ad Vincentium Bandellum, nondum
 Generalem Ordinis Magistrum, praefixa vitae S. Do-
 minici, testatum reliquit; Postquam enim eximiam
 ejusdem Religionem, doctrinamque pluribus com-
 mendavit, haec subdit: „ Sunt haec memoratu di-
 „ gna.

(u) Epist. S. Caroli Borrom. Tom. III. Epist. CCLXXI. in
 Biblioth. Ambros. MSSarum.
 (x) Lib. III. Sylvarum.

(y) De Viris Illust. Ord. Praedic. lib. I.
 (z) Biblioth. Scriptorum Ord. Praedic. Tom. II.

„ gna . Illud autem amplum , immortale est , & di-
 „ vinum . Ut enim in Illustrissimi Viri Ludovici Sfor-
 „ tiaz conspectum te contulisti , eò deducti sunt Ju-
 „ dæi , genus hominum superstitionis maleficæ . Non
 „ semel , sed sæpius eos suo , ut ajunt , telo confo-
 „ disti . Coacti sunt sese abdicare ; ex quo eam lau-
 „ dem consecutus es , quam nulla unquam ætas con-
 „ ticescet . „ Certavit etiam acerrimè & lingua , &
 „ calamo , ut minus favorabilem Beatissimæ Virgini
 opinionem de contracto , in primo Conceptionis in-
 stanti , Originali peccato firmaret , hujusque fervidæ
 concertationis luculentus testis est libellus hoc anno
 Mediolani proculus , qui , licet Auctorem suum fileat ,
 Bandelli tamen opus esse candidè fatetur *Tractatus*
 alter , ab eodem Bononiæ sexennio post editus hoc
 titulo : *De singulari puritate , & prærogativa Con-*
ceptionis Salvatoris nostri Jesu Christi . In utrumque
 autem congesit Bandellus Auctoritates CCLX. Au-
 ctorum , qui primigenio Candori Conceptæ Deiparæ
 Virginis adversari videbantur , tanto studio ac sedu-
 litate , ut Dupinio affirmante (a) , qui ejusdem ve-
 stigiis postmodum insitire , vix aliquid repererint ,
 quod productum ab ipso non fuerit . Imò tam ultra
 limites abripi se passus est susceptæ disputationis æstu ,
 ut in Epistola ad *Magnificum Comitem Petrum de*
Gambara , Mediolanensi Opusculo affixa , hæresis
 penè labem insperferit iis , qui primævæ maculæ ex-

A pertem Virginem facerent , quamvis in Epilogo se-
correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiciat . Pro-
 inde Cardinalis Sfondratus in sua *Innocentia Vindi-*
cata meritò id de Bandello asseruit (b) : *Nemo ar-*
dentius innocentiam Virginis persecutus est . Contra
 eundem tamen calamum strinxere quamplures , Sfon-
 dratus ipse , Nierembergus (c) , præcipuè verò Pe-
 trus de Alva , qui egregiè propugnati in Virgine
 Concepta intacti candoris gloriam non modicam re-
 tulisset , nisi procaciter adversariis insultans , & di-
 cteria Religioso viro indecora in ipsos contorquens ,
 chartas foedasset , improbatus ideo non tam ab Ec-
 cardo Scriptorum Ordinis Sancti Dominici collecto-
 re , sed ab ipso etiam Nicolao Augustino , qui Bi-
 bliothecam Hispanicam condens , literarios ejusdem
 labores & enumerat , & commendat (d) . Ceterum
 de *Bandello* dici potest , quod de *S. Bernardo* ajebat
 Sfondratus (e) , nempe , si nunc viveret , audiretque
 Ecclesias omnes Immaculatæ Conceptionis laudibus
 personantes , mitiùs in hac controversia se acturum ;
 cum disjectis jam densioribus tenebris ferme ad me-
 ridiem lux ista processerit , iisque præsidis insigne
 hoc Virginis Privilegium ab ipsis etiam Summis Pon-
 tificibus roboretur , quæ nihil desiderandum relin-
 quat , nisi postremum Apostolicæ Sedis Oraculum ,
 ut firmum inconcussumque permaneat .

ANNO MCCCLXXVI.

C Elebrem , ac omni ævo memorandum
 reddidit hunc annum tentata primùm
 Mediolani græca integrorum Codicum
 Typographia , quæ ceteris Impressoribus
 inivium hæctenus callem aperiens , & fa-
 cem veluti præferens , incitamento fuit , ut universis
 græcæ literaturæ spoliis in oras nostras advectis , om-
 nique typorum elegantia excusis , Italiam constitue-
 rent Emporium scientiarum . De hoc insigni Urbis
 nostræ ornamento plura jam diseruimus ; nunc repen-
 denda est gratia iis , quorum sudore ac industria no-
 bis parta fuit hæc gloria . Primus occurrit *Demetrius*
Cretensis , cujus quanta fuerit diligentia , labor , in-
 genium in designando perficiendoque arduo græco-
 rum characterum opificio , nemo recensere digniùs
 potest , nisi qui ejusdem Epistolam , græcè latineque
 editam in exordio *Grammaticæ græcæ* , à Constan-
 tino Lascare adornatæ , & Mediolanensi prælo in lu-
 cem productæ , accuratè perlustrat . Siquidem in ea,
 ingenuam studiosamque Urbis nostræ juventutem al-
 loquens *Demetrius* , testatur se plurimum mente vo-
 lutasse quonam modo formari compingique typi pos-
 sent ad græcos imprimendos libros , longoque studio
 atque experientia vix tandem artem invenisse , qua
 publicum hoc beneficium gymnasis pararet , parvo-
 que impendio consuleret avidis græcæ disciplinæ ado-
 lescentibus , ut illam faciliùs perdiscerent . In com-
 mendationem novæ hujus nobilissimæ artis Mediolani
 absolutæ elegans Epigramma condidit Angelus Poli-
 tianus , quod jam editum in *Collectione illustrium*
Poëtarum italorum Joh. Matthæi Toscani (f) , hic
 recudere opportunum existimo :

Qui colis Aonidas , Grajos quoque volve libellos ;
Namque illas genuit Græcia , non Latium .
En Paravisinus quanta hos Dionysus arte
Imprimis , en quanto cernitis ingenio .

(a) Biblioth. des Auteurs Eccles. Tom. XII.
 (b) Fol. 118.
 (c) De Exceptionibus Concilii Trident.
 (d) Tom. II. fol. 133.

C *Te quoque Demetri Ponto circumfona Cretæ*
Tanti operis nobis edidit artificem .
Turce quid insultas ? Tu græca volumina perdis ,
Hi pariant , Hydræ , nunc age , colla seca .

Natione quidem *Cretensis* fuit *Demetrius* , sed
 diuturnâ apud nos morâ , & contubernio *Mediola-*
nensis nomen adeptus est ; utroque enim hoc titulo
 donatum illum reperio in libris per ea tempora edi-
 tis . Luculentum hujus rei testimonium est præcla-
 rissima græca *Homeri* editio Florentiæ instructa anno
 MCCCLXXXVIII. , cujus rara admodum ad nos
 exemplaria ; ob elegantiam venustatemque suam ,
 tanquam pretiosa antiquitatis monumenta in Biblio-
 thecis servantur . *Bernardus Nerlius* eandem cura-
 vit , dicavitque *Petro Mediceo Laurentii Filio* , duos
 in latina Epistola *Demetrius* laudans , alterum *Cre-*
tensem , *Athensensem* alterum , nempe *Chalcondylam* ,
 quorum dexteritate ac pertinaci studio effectum di-
 cit , ut absolutum emendatumque insigne hoc opus
 prodiret . In calce verò duplici agnomine expressa
 primi *Demetrii* mentio reperitur , *Mediolanensis* nem-
 pe , & *Cretensis* his verbis : „ τὸν δὲ καὶ δεξιότατον
 δαμασπίου μεδιολανίου κρηώε , ut jam in Prolegomenis
 monui . Hinc faciliè argui potest , perlatâ ad Floren-
 tinam Urbem famâ institutæ ab ingenioso doctoque
 hoc viro græcæ Typographiæ , nobilique experimen-
 to perspecto , quod Mediolani primò ediderat , desi-
 deratum acutumque fuisse Florentiam , ut gravio-
 ribus sumptibus parandæ *Homeri* editioni manum
 apponeret , quemadmodum etiam summa cum laude
 difficillimo hoc munere perfunctus fuit . Num autem
 inde ad nos reversus fuerit , affirmare non ausim ,
 cum in græcis libris postmodum in Urbe nostra im-
 pressis , *Demetrii Cretensis* nomen nusquam offende-
 rim . *Jacobus Augustinus Thuanus* (g) refert *Dema-*
trium Ducam Cretensem ex Italia fuisse evocatum à
 Cardinali *Francisco Ximeno* , ut in *Academia Com-*
pluti in Carpetanis , paulò ante ab ipso condita ,
 græcas

(e) Loc. cit. fol. 51. & 101.
 (f) Tom. II. pag. 106. edit. Lutetie anni 1577.
 (g) In Hist. ad an. 1552.

græcas literas profiteretur . Quin etiam , cùm anno MDII. maximum illud ac laboriosissimum opus , *Biblia* videlicet *Polyglotta Complutensia* , compingendum Ximenius meditaretur , inter ceteros insignes peritia doctrinaque viros *Demetrius* iste delectus est , cuius præcipuè studio curaque egregius hic conatus perficeretur . Id enarratum legimus ab Alvaro Gomesio in secundo *de rebus gestis Card. Franc. Ximenii* libro , eisque verba in suam *Bibliothecam Sacram* intulit Jacobus le Long (a) , qui tamen loco *Demetrii Ducæ* passim eundem appellat *Demetrium Lucam* . Miratus quandoque sum , inter quamplures *Demetrios* à Jo. Alberto Fabricio enumeratos , illustratosque in quatuordecim Voluminibus *Græcæ* suæ *Bibliothecæ* , nullum celebri huic *Demetrio Cretensi* locum fuisse assignatum , vixque illius nomen adnotari , ubi de Complutensi *Polyglotta* mentionem habet (b) . Attamen Maittaire , qui superius dicta refert , admirationem solvit inquiring (c) , Nicolaum Antonium in *Hispana Bibliotheca* *Demetrii Ducæ* minimè meminisse , sicuti neque Alphonso Zamoræ , quòd scilicet nihil scripserint ; idem asserendum est de Alberto Fabricio .

CONSTANTINUS LASCARIS.

Constantino Lascari non minus debet hæc Civitas ; cùm ejusdem assiduâ in gymnasiis curâ græcam linguam optimè edocta , id tandem obtinuerit , ut ad proficuum hoc studium latius propagandum , græcæ instruendæ *Typographiæ* exemplo , magistra fieret Gentium ceterarum . Primus *Lascaris* in Italia labor *græca* fuit *grammatica* , quam , ut diximus , primogenitæ *Francisci I. Mediolani Ducis* filia dicitur , eaque prima etiam singulare decus sortita est , ut typis excusa in publicum proferretur . Jure igitur tam benemerito Viro *Boninus Mombritius* Elogium conscripsit , memoria dignum (d) his versibus :

*Te desit , ut nobis Præceptor , Juppiter , esses ,
Duxque novæ fieres ad græca volumina gentis .
Te duce consuluit , sit ut his Academia terris ,
Ne foret Aethæo , quo cederet , Insuper Orbi .*

Non diu tamen illius præsentia frui nobis licuit ; fortasse enim aut *Mecœnatis* sui *Francisci Sfortiæ* obitus , aut nobilioris fortunæ cupido *Lascarim* impulit , ut in alienas terras commigraret . Sed præstat referre quid de eodem scriptum reliquerit in sua *Sicula veteri Bibliotheca* *Hieronymus Renda-Ragusa* (e) : „ *Constantinus Lascaris* , *Patritius Byzantinus* , cùm in *Turcarum* potestatem post fœdi , ac diuturni belli incommoda *Byzantium* cessisset , anno reparatæ salutis MCCCCLIV. vilem illam servitutum , atque indignam *Barbarorum Tyrannidem* , altissimo animo aspernatus , aliò aliis nobilibus pari fortitudine commigrantibus , in *Italiam* , velut in commune summorum virorum domicilium , profugus venit : secumque , ut *Æneas Trojanos Penates* , *Græcas literas* illuc importavit . Primum *Mediolani* à *Francisco Sfortia* , *Mediolanensi Regulo* , liberaliter exceptus , *Insubricæ* juventutis emolumento sanè maximo eas literas publicè docuit . Deinde *Romam* profectus , *Cardinalem Bessarionem* , cum generis , tum morum affinitate , arctissimo amicitie vinculo sibi astrinxit . Magnis inde præmiis à *Ferdinando I.* invitatus , *Neapoli* eloquentiam , & patriam linguam omni laude profectus est . Postremò in *Siciliam* navigans , *Messanæ* perpetuam sedem fixit ; cœli salubri temperie , soli amœnitate , humanissimis civium moribus alle-

Tom. I.

(a) Pag. 14. & 18. edit. Lipsiæ anno 1709.
(b) Vol. III. pag. 325.
(c) Annal. Typogr. Tom. II. pag. 130.
(d) In præfat. MS. Grammaticæ Græcæ hexametris Carminibus traductæ.

A „ ctus , quòdque frequens esset *Navium* appulsus „ *Messanam* ex Oriente , unde suorum literæ ultro „ citroque perferrentur facilius : acerbum exilii ca- „ sum honestâ ipsius causâ , & hoc quoque blandi- „ mento mitigaturus . *Joanne Aragonio Rege MCC-* „ *CCLXV.* donatus Civitate à Senatu , donis à Ci- „ vibus , utrisque gratiosissimus , tanta nominis cele- „ britate mitiores ibi tradidit facultates , ut ex Ita- „ lia in *Siciliam* præpotentes viri filios suos ad eru- „ diendum ablegarent . *Petrus Bembus Venerus* , ado- „lescens adhuc , post inter *Purpuratos Patres* à Cle- „ mente VII. cooptatus , auditor extitit *Constantini* „ eumque loco parentis coluit . *Senarui Messanensi* „ *Bibliothecam* testamento legavit , quam selectissi- „ morum librorum copiâ instructissimam à *Græcia* „ asportaverat ; Civibus exempla suarum virtutum „ reliquit . Ab eodem Senatu publico ære , à Civi- „ bus mœstissimis lacrymis mortuo parentatum . Per- „ actâ justorum funebrium pompâ conditur in mar- „ moreo tumulo , quem paucis ante annis dirutum „ in *Templo Carmelitanorum* *Paulus Bellius* Socie- „ tatis *Jesu* queritur : cùm ea sit temporis voracitas , „ ut neque insanis molibus parcat , laboresque mul- „ tarum gentium , ac plurium seculorum conatus „ sæpe uno die dissolvat . Viget tamen *Constantini* „ memoria ad hanc ætatem , neque unquam conse- „ nescet , majori nominis pretio ex annorum longin- „ quitate derivato . „ *Constantini Lascaris* librum „ unum ab eodem exaratum retulit sub initium *Tomi* „ *XIV.* *Bibliothecæ Græcæ* *Albertus Fabricius* , nempe „ *De Scriptoribus græcis , patria Siculis* , ad *Ferdinandum Acuniam* *Siciliæ Pro-Regem* . *Bibliotheca* „ *Ambrosiana* , alia nonnulla græca hujus Auctoris „ Opuscula tenet ; videlicet : *De Constructione Verborum : Solutiones quarundam Quæstionum grammaticarum : In Prolegomena Orphæi : Demum Epistolam ad Bartholomæum Sulmonensem contra Philelphum* , in qua illum carpit , quòd nimium se jactaret de græcæ linguæ peritia , plures ejusdem errores condemnans , ac genuinam nonnullarum vocum originem , & significationem exponens . Porro non parva græci hujus Auctoris gloria est , quòd *Aldus ipse Manutius* , experimentum facturum in *Urbe Venetâ* græcæ *Typographiæ* , exordium duxerit à grammaticis institutibus *Constantini Lascaris* , non secus ac *Mediolanum* tot ante annis præstiterat . Id enim ipsemet *Aldus* profitetur in *Epistola* iisdem præfixa anno *MCC-* „ *CCXCIV.* , cuius fragmentum refert *Maittaire* (f) . Meliori tamen conditione *Aldo* contigit illas recedere , quippe exemplar nactus est , manu propria *Constantini* emendatum in locis circiter centum & quinquaginta , ut ibidem legimus adnotatum .

D

E

Inter cetera literaria Scriptorum monumenta , quæ hoc anno è *Mediolanensibus* prælis prodire , peculiari adnotatione dignæ sunt *Francisci Philelphi Satyræ* ; cùm celeberrimus Auctor iste , græcas latinæque literas publicè docens , in gymnasiis nostris consenuerit , neque ab hoc munere , supra quadraginta annos apud nos gesto , sese abdicaverit , nisi cùm ætate & laboribus fractus , *Florentiam* petens vitam deposuit . Quamplures ille doctos ingenii sui fœtus ediderat , & nonnulli etiam alienis typis publicam in lucem educti , illius auxerant famam ; verum , quamvis tardior hæc *Metropolis* extiterit in illius nomine chartis imprimendo , initium tamen sumpsit ab ea *Philelphi* lucubratione , nempe *Satyris* , quas insignius ejusdem opus esse , votisque avidioribus ab eruditis conquistum testatur Auctor additamentorum ad *Vossium* in *Ephemeride Veneta* (g) , sique alii laudatores deessent , unus sufficeret ad eas plenè commendandas *Pius II.* , à quo in libro de *Europa* (h) *Philelphus* vocatur *Nobilis Satyrarum Scriptor* . Extremam illis manum appositam

e e

tam

(e) Pag. 1.
(f) Annal. Typogr. Tom. I. pag. 330.
(g) Tom. XIV. pag. 343.
(h) Cap. XLIX. pag. mihi 449.

tam anno MCCCCXLIX. docet inscriptio jacens in calce, idque etiam colligimus ex Philelphi Epistola (i), ad *Aenicum Davalum* sequenti anno data, in qua scribit, se ad illum mittere perlegendam ultimam Satyram, ut inde intelligeret, opus hoc omne nomini Alphonfi Regis fuisse consecratum. Rationem quoque ibidem reddit, cur has Satyras *Hecatofticas* nominaverit, quod nempe singulæ Satyræ in decem. Decades æquali numero distributæ, singulis centenis versibus constarent. Clarius loquitur in altera ad eundem scripta biennio post (1): *Satyrarum codex, Decadas decem, denis Satyris singulatim distributas, ad versus decem millia complectitur*; simulque loco eodem conqueritur retardatum sibi annis jam quatuor iter Neapolim, quod se conferre meditabatur, ut Alphonso Regi Satyrarum codicem, minio pulcherrimè ornatum, coram offerret. Quod esset argumentum Satyricæ hujus Poëseos, exponere lubet Epigrammate ipso eidem adjecto, cum non omnium oculis obvius sit rarus hic liber.

Calliphilus Bernardinus Robiatinus in Francisci Philelphi Poëtæ Præceptoris sui Satyras.

*Terrarum cursus Satyræ discurrite: flammis
Et facinus vestris urite quodque malum.
Ambitio, livor, cædes, vis, furta, rapinæ,
Orbe micant toto; regnat & ipse Cocys.
Nunc trutinam prætura tenet male sana retortam;
Et quæ jam fuerant dextra, sinistra manent.
Mitra suum, prob, nulla quidem conservat asyllum.
Cænosa fiunt Fana frequenter bara.
Artemin atque juvat fœdæ parère Dionæ.
Mercurium Bromio; Thaidi Penelopen.
Quis parçit vitio? Quis vel non crimina curat?
Vel quis non aurum nocte dieque sitit?
Ergo precor: tantas jam pellite, pellite clades;
Corrigite & vestro fulmine quosque reos.*

Ceterùm de Philelpho varia sunt Scriptorum judicia. Lilius Gregorius Gyraldus in Dialogo de Poëtis (m) dignum eum quidem laude pronunciat, sed præstantiorem Æqualibus suis futurum fuisse ait, si maturare quæ scribebat, nec sibi tantum arrogare maluisset; Idemque scriptum reliquit in Dialogo de *latina lingua reparatione* M. Antonius Sabellicus, inquit, „ fuisse in eo viro facultatem dicendi eximiam, naturamque omnibus Eloquentiæ partibus accommodatam, sed iudicium in quibusdam defuisse. „ Sanè si vera scribit Petrus Candidus Decembrius in Epistola manuscripta ad Cichum Simonettam, tanta ingenii sui æstimatione inflari se permiserat Philelphus, ut præstantiorem Virgilio Poëtam se jactaret: „ Quamobrem (prosequitur Decembrius) „ & ipse carmina meditari cœpi, opusque Principis „ (Francisci I. Sfortiæ) ex novo cudere, non ordine, quo ille usus est à Bello Mediolanensi incipiens, „ sed ab adoptione Principis à Philippo Duce, & „ jam quinque centum, aut paulo pauciora edidi carmina, quæ cum libuerit, proferam ante te legenda, ut aliquando intelligas, Philelphum, non tantum Virgilio parem esse, sed longè imparem iis, qui se Virgilio inferiores esse contentur. „ Plura quæ ad Philelphum attinent, reservanda duxi ad annum MCCCCLXXXI., quo ex libris tunc editis latior differendi campus patebit. Interim ejusdem Opera manuscripta, quæ in Ambrosianæ Bibliothecæ Scriniis servantur, non ingratum eruditus fore crediderim, huc indicare.

(i) Lib. VII. Epist. fol. 48. (1) Lib. X, fol. 73;
(m) Fol. 387. edit. Basil. anni 1580.

Duo extant Exemplaria *Sfortiadus*, alterum in pergamena elegantissime conscriptum, auroque fulgens; alterum in charta vulgari, sed utrumque non nisi octo libros refert, quos primò Philelphus edidit, dicavitque Francisco Sfortiæ Duci Mediolani. Tres alios postmodum ab eo adjectos fuisse testantur ejusdem Epistolæ (n); hos verò libros octo, veribus sex mille quadringentis constare ipse Auctor tradit in investiva contra Leodrisium Cribellum (o), in qua opera omnia à se græcè & latinè poëtico metro exarata enumerat. In calce unius ex enunciatis Ambrosianis exemplaribus duplex legitur satis elegans Epigramma Ubertini Clerici Crescentinatis, in laudem hujus Operis, ejusque Auctoris. Fortasse autem blandis hinc faculis præconiorum, vehementius in Philelpho succensus est vanæ illius opinionis æstus, qua, ut audivimus à Decembrio, superatos à se venditabat antiquos Poëtas; hæc enim post reliqua encomia de illo prædicabat Ubertinus:

*Vix antiqua dabunt mihi secula cuncta, Philelpho.
Quos merito possim præposuisse viros;
Sive sonas altis horrentia cantibus arma,
Hic te Lucanum, Virgiliumque puto.
Mollia seu ludis, docto tamen ore, cavilla;
Quem tibi contulerit, non mea Musa videt;
Hic Veronensis cedit tibi jure Catullus,
Conceditque tuis Pastor & ille jadis.
Quid memorem qualis, quantus sermone soluto es,
Judice me, vix es jam Cicerone minor.
Vis tanta es Latia tibi lingua, tanta Pelasgæ,
Clavio in toto nullus ut Orbe micet, &c.*

Poëticus iste Philelphi labor nunquam prælum subit, ideoque ut aliquid de hoc Poëmæte, multis laudato, degustare Lector possit, non incongruum cenfeo carmina, quæ Operis frontem aperiunt, subnectere:

*Prisca vocent alios, qui nil nisi ficta referre
Et simulata velint, vanique simillima somni:
At nos vera juvant, quæ nostrâ maxima seculo,
Nemine posterior meritis, nec laude priorum
Sfortiadum lux clara ducum, columenque ruentis
Italiae gessit Franciscus, solus in omnes,
Idem animo, ingenioque vices infractus & acer.
Hæc igitur canimus: duce qui virtute superba
Insidias semper fortunæ vicis, & iras.
Unde novum temptemus opus dic Diva, quid hæres?
Non Satyris agimus, Lyricis nec plestra movemus
Carminibus, forteis agitamus in agmina turbas.
Unde jubes temptemus opus? num prima juvenæ
Quæ Calabri sensere, mones memorare trophæa?
Prostratasque acies, & tantæ funera cladis?
An quibus auxiliis, rapti post fata parentis,
Parthenopen tutam, trepida formidine septam
Reddidit? An potius quibus ingens occidit armis
Bracius? Hæc sunt magna quidem, nullaque silenda
Posteritate hominum. Verùm majora tulerunt
Insubribus Venetisque Dei documenta ferocis
Imperii, quod jam Latio supereminet omni.
Hic cœpisse libet; totumque heros futuris*

Pro-

(n) Lib. XV. fol. 110. & lib. XV. fol. 116.
(o) Lib. XXVI. fol. 179.

*Promere temporibus ; non his mihi fingitur ullus
Æacides , Itacusque sagax , nec Troius error .
Unus enim nostro celebratur carmine , cuius
Res Itali gestas belloque , manique potentes
Per clarum probitatis opus videre , simulque
Expertis sensere omnes : tellusque reposita ,
Ac Pelagi sensit Domitor , cognovit Olympus .
Hunc age Diva refer , pandens primordia rerum &c.*

De Jocis , & Seriis . Codex Ambrosianus primo libro caret , ultimique etiam pars aliqua desideratur . In decem libros ea distribuit Philephus , quorum primos quinque *Malatestæ Novellæ Casenæ Principi* , reliquos *Alexandro Sfortiæ Pisauri Domino* nuncupavit , eosque versibus decem millibus absolutos ait in Invektiva superius memorata . Congeries hæc Carminum , quæ Dystica , Epigrammata , Elegias , & breviora Poëmata , prælaris varii Ordinis Viris inscripta complectitur , quamplura habet non indigna tam celebri Vate , sed multa impetu calami effusa , nulloque lepore aut sale conspersa , desipiunt ac frigent . Nonnullas etiam Satyras Philephus inseruit , præsertim contra Petrum Candidum Decembrium ; cum duo hi nobiles alioquin Scriptores , rabidorum canum more , diceris , conviciisque sese invicem lacerarent .

Lyrice versus contra Negantes Christianorum fidem . Subsequitur latina Epistola ad Nicolaum Arcimbaldum Jurisconsultum , quem virum gravissimum , eundemque doctissimum vocat , petens ut de Saphicis hisce Carminibus , Christianam Religionem tuentibus , iudicium suum proferat , recte ne , an minus prudenter ea de re verba fecerit . Data est XV. Kal. Decembris MCCCCLXIX .

Satira de Venatione . Una est ex Hecatosticis jam vulgatis .

Epitaphium illustris Nicolai Picinini , seu potius vitæ compendium & laus , heroico carmine ; ita incipit :

*Inclita si quenquam gestarum gloria rerum
Ducit in exemplum , si quem juvat aurea virtus ,
Corporis huc oculos , & mentis lumina tollat .
Non hic vana Viri vulgeris conditur umbra ,
Sed fidei speculum , Perusina laurea gentis
Nicholeos , cuius similem vel pace , vel armis
Secula viderunt alium præsentia nullum &c.*

Ad Marium filium , adhuc puerum , vitæ institutio , in hæc verba metro adstricta :

*Nate Mari , vita mihi carior , una voluptas
Spesque Patri , præcepta sequi si nostra Philelphæ
Perges , te magnum reddes nobisque tibi que ,
Illustrumquo virum &c.*

Ad Florentinos , de pace cum Mediolanensi Duce (Philippo Maria) Gratulatio Satyrica .

*Ite triumphales Capitolia ad alta , Superbi
Ducite festivo Cives modulamine currus ,
Jam Peana sacrum totam cantate per Urbem ,
Frondentique comas lauro vincite nitentes ,
Pax rediit tandem magno discrimine parva &c.*

De Educatione Jo. Galeatii Sfortiæ . Opusculum hoc elaboravit Philephus in gratiam *Matthiæ Tri-*

viani , qui delectus à Galeatio Maria Sfortia Duce Mediolanensi ad instituendum literis optimisque moribus Jo. Galeatum filium , ætate sexennem , eundem rogaverat , ut ad dignè obeundum perdifficile hoc munus , opportuna præcepta suggereret . Itaque Philephus exemplis , ac documentis insignium dignitate ac sapientia Virorum in hoc libello congestis , ea omnia præscribit , quæ spem Patris implere , magnamque indolem inclyti Infantis parem reddere possent imperio Mediolanensi , ad quod aliquando foret perventurus . Adnotatur in calce annus MCCCCLXXV . Hujus *Matthiæ Triviani* meminit in suis Epistolis (p) ipse Philephus , eumque vocat *Ducalem Aulicum* , Francisco I. Sfortia , Mediolanense imperium regente ; quin etiam gloriatur illum , admodum adolescentem , fuisse olim inter Auditores suos enumeratum .

Oratio funebris in obitu Magnif. Viri D. Stephani Federici Thodeschino . Inter impressas legitur .

Altera in obitu D. Baldeffaris Castellioni . Patrum iste habuerat Brandam Castellionum Cardinalem S. R. E. , in cuius laudes Philephus effunditur . Hæc oratio lucem non vidit , non secus ac sequentia .

Epithalamium in Nuptiis Johannina Mariane , desponsatæ Francisco Urbani , ex familia Sanctæ Rosæ .

Oratio de regimine Magistratus . Eam habuit Philephus anno MCCCCLXII . , cum Franciscus Comes Spoletanus in Bononiensi Prætura succederet Petro Corrado Tudertino ; & tota ferme versatur in laudibus Ludovici Alamanni , seu Aldemanni , tunc Bononiæ Legati sub nomine Cardinalis Arelatensis , de quo plura Oldoinus scribit (q) .

Oratio in Creatione Minorum Capitaneorum , & Defensorum Libertatis Mediolanensis . Deficiente , ob Philippi Mariæ obitum , Vicecomitum Principum Stirpe , Civitas Mediolanensis Vexillum Libertatis erexit , & ne domesticæ invidiæ , aut ambitionis vitio communis salus depravaretur , bimestre tantum regiminis spatium statuerat iis , qui suprema auctoritate Reipublicæ clavo assiderent . Orationem hanc habuit Philephus Kalendis Novembribus anni MCCCCLXVIII . cum novi Duces ac defensores instituerentur . Iis autem commemorat quæ duobus proximè elapsis mensibus gesta fuerant , deletas nempe ad Caravagium ingenti clade hostiles copias ; capta Venetorum & Florentinorum Signa , quæ anno superiore intra primum lapidem tantam servitutis formidinem Urbis muris intulerant ; recuperata Abduæ Castella , & Urbem Laudensem , quæ ad hostes defecerat ; occupatum denique univertum Bergomensem , & Brixiensem agrum , tanta finitimorum consternatione , ut aliud nihil quàm deditionem cogitarent . Hortatur autem , ut partem tot laboribus ac periculis libertatem impigrè tueantur . Aliam quoque in idem argumentum *Orationem* condidit , Kal. Julii anni sequentis MCCCCLXIX . Quin etiam *Adhortatoriam ad Florentinos Epistolam* scripsit eodem anno , ut per Legatos suos ad pacis Consilia adigerent Comitem Franciscum Sfortiam , qui institutâ post Philippi Mariæ Vicecomitis mortem , in hac Urbe Republicâ , non tam se abdicaverat Præfecturâ , quam gerebat , Mediolanensium Copiarum , sed actus libidine dominandi , ut aiebat Philephus , arma in illos converterat . Demum cum incassum cecidissent hæc vota , anno eodem , pridie Nonas Julias , alteram habuit *Orationem ad Principes , Senatam , & Populum Mediolanensem , de Laudibus illustris Caroli Gonzagæ , Populi Præsidis , & Præsæti* . Siquidem cum Respublica hæc , bello pulsata à fœderatis Francisco Sfortia , Venetis , Florentinis , Genuensibus , ruinam metueret , vindicem , Tutoremque Libertatis constituerat Mantuanum eum Principem , cuius ideò laudes , ab Avorum , ipsiusque Caroli rebus inclytè gestis petitas , eleganti sermone Philephus concelebrat . Hæc om-

(p) Lib. XXVI. Epist. I. fol. 178.

(q) Tom. II. ad an. 1417.

omnia adhuc inedita Ambrosiana Bibliotheca custodit.

Consolatio ad Jacobum Antonium Marcellum Patricium Venetum de obitu Valerii filii edita fuit per ea tempora tum seorsim, tum simul cum aliis Philelphi Orationibus. Alia inedita legitur in manuscripto Volumine *De jocis, & feriis*, libro VI., eamque Elegiaco carmine satis prolixo conscripsit Philelphus nomine Francisci Sfortiæ Ducis Mediolani, qui olim Præfecturam gerens Veneti exercitus, cum Jacobo Antonio Marcello arctissimum amicitiae foedus inierat. Quandoquidem hinc mentionem iniecimus de consolatorio Philelphi libello ad Marcellum misso, liceat paucis subjungere, quæ inter manuscriptos Ambrosianos Codices reperi. Laudaturus Marcellum Philelphus, à patriæ nobilitate exordium ceperat asserens, nullam ea clariorem in universo terrarum Orbe nominis gloria floruisse; quippe Gens Veneta à Doribus profecta, relicta ea Galliæ Transalpinæ parte opulentissima & præclara, quæ jacet è regione Britanniae, junctoque cum Græcis foedere, ex ipsius Priami & Hectoris voluntate, coloniam deduxerat intra Adriaticum sinum. Non placuit hæc opinio de tam remota Venetorum origine Hieronymo de Ursinis Juris Civilis Doctore; adeoque, ut illam refelleret, elegans Opusculum scripsit, ipsique Philelpho legendum obtulit contendens, non Gallos Britannis olim, nunc Anglis obversos, sed Paphlago-

A nes in Asia Venetis Populis ortum dedisse. Summa eruditione refertum est breve hoc opus, ac pari modestia conscriptum, quod certè admirari ac laudare opus est iis temporibus, quibus in pretio esse videbantur explosæ invicem atroces injuriæ, nec nisi foedis conviciis literariæ lites agitabantur; Et utinam pessimum exemplum præfens quoque ætas imitata non foret! Quamplura ibidem leguntur, quæ antiquæ Venetæ ditionis loca illustrant, ipsiusque Jacobi Antonii Marcelli laus eximia subtextitur; ut proinde, si lucem adhuc non vidit, erui è tenebris mereretur. Confectus est libellus iste, anno subsequenti ad illum Philelphi, nempe MCCCCLXII., manuque propria Auctoris subscriptus.

B Reliqua manuscripta Philelphi Opera, quæ in Ambrosiana servantur, cum jam in publicum typis prodierint, innuere satis erit, videlicet *Cyropedium Xenophontis; Plutarchi Apophtegmata; Commentaria in Italicam Poësim Petrarchæ; Vitam S. Joh. Baptistæ italicis carminibus; Epistolam Basilii Magni, De Vita Solitaria; Nonnullas Epistolas*, inter quas tamen quædam ineditæ sunt, præsertim ad *Antonium Pessinam* scriptæ. Id unum subjungam, quod Gyalduus de Philelphi Operibus affirmavit (r): „Quæ soluta oratione vel scripsit ipse, vel à Græcis transfudit, adeò multa sunt, ut non ea legentem modò, sed connumerantem lassare possint.

ANNO MCCCCLXXVII.

N OVAM hoc anno collectionem Operum S. Ambrosii, sedula partam industria, prælo subjecit *Mafellus Venia Beneventanus*. Dolebat Vir iste de nostra Civitate ac literis benemeritus, inter ceteras Italiæ clades à Barbaris illatas, recenseri debere eam librorum, præsertim sacrorum, qui potissima pars sunt antiqui splendoris, seque mirari ajebat incuriosam adeò fuisse superiorem ætatem, ut de reparandis gravibus hisce damnis minimè cogitaret; inde sermonem ad Mediolanenses convertens, isdem negligentiam exprobrabat, qua passi fuerant, ut erectis mœnibus domibusque prostratæ Urbis, pretiosiora cœlestis doctrinæ monumenta, quæ S. Pater & Patronus Ambrosius condiderat, dejecta ac sepulta in ruinis jacerent. Hisce querelis nuncupatoriam exorsus Epistolam, referre pergit quo studio diligentiaque libros Sanctissimi hujus Doctoris conquiserit, erutosque è latebris in lucem produxerit. Parvus quidem rivulus est, quem ex vasto flumine, adhuc latente, mellifluæ Ambrosii Eloquentiæ decerpere tunc potuit Mafellus Venia. Siquidem quinque tantum eidem adscriptos foetus editio ista complectitur, nempe *Hexæmeron, seu de principiis rerum; Libellum de Paradiso; Sermonem de ortu Adæ; Sermonem de Arbore interdicta; Libellum de Abel & Cain*, addita Sancti Auctoris vita à Paulino contexta. Nihilominus laudem meretur non modicam, cum ampliori quam antea manipulo raræ hujus messis, publicum horreum ditaverit, stimulosque aliis addiderit, ut spicas omnes hinc inde dispersas in unum congerentes, illud tandem pretiosa hac segete implerent. Patronum in hac curanda editione sibi delegit *Ambrosium de Cora*, ad ipsum Epistolam dirigens, cum Vicarii Generalis Eremitani Ordinis S. Augustini munere fungeretur. Hinc verò tempus clarè dignoscimus, quo apud nos prodit hic liber nulla anni adnotatione signatus; Cum enim in ea dignitate duobus ultra annum unum mensibus perduraverit, ad Supremam illius Ordinis Præfecturam promotus in-

C Pentecoste anni MCCCCLXXVII.; cumque quamplura in hujusmodi regimine egregiè jam acta ab eodem Mafellus commemoret, dubitari vix potest in eunte hoc anno fuisse typis commissum.

AMBROSIUS DE CORA.

D Agnomen Ambrosio Corano ex illius patria profuxit; ortum namque duxerat *Cora* in Latio, sed familia illi obtigerat *Massaria* cognomine. Qua morum innocentia, doctrinæque laude excelluerit conatus est Aloysius Torellus in suis Augustinianis Seculis (a) abundè explicare; Uberiora tamen de primis ejusdem studiis, gestis muneribus, librisque editis, pandit hæc Mafelli Epistola, fortasse ignota Torello, atque aliis, qui de Ambrosii Corani Operibus ac Vita scripsere. Inde enim intelligimus, ab ipso recepta Perusino in Studio Magistratus Laurea, publicè ibidem legendo famam non modicam comparatam; actas in Palatio Apostolico per sexdecim annos causas summa cum Eloquentiæ commendatione; administratam Romanam Provinciam novem annis, præter Ordinis sui consuetudinem, qua munus illud ad annum præscribebatur; à Serenissimo Rege Ferdinando, apud quem peroraverat, honore ac laudibus cumulatum; largissimo conductum stipendio, ut Romana in Curia Philosophiæ ac Theologiæ præcepta doceret; demum in Generali Ordinis Synodo, Bononiæ coacta, omnium sibi animos adeò devinxisse elegantissima habita oratione, publicaque Disputatione, ut ex Provinciali ac Definitore Romanæ Regionis, totius Religionis Eremitarum Procurator constitutus fuerit, ac conspicuum illud munus per septennium gesserit, *præludium sanè hujus, cui nunc dignissimè præfides, Generalis Vicariatus*, ut Mafellus concludit. De literariis ejusdem Operibus nonnulla in hac Epistola enunciantur, quæ in Elenchis Josephi Pamphili (b), ac Prosperi Mandosii (c) minimè leges. Quo circa pergratum Eruditis erit illam ad calcem recudere.

In-

(r) De Poëtis Noët. temp. Dial. I. fol. 387.

(a) Tom. VII. (b) Chron. Ord. Erem. S. August pag 93. (c) Bibliotheca Romana Tom. II.

Interim intnuere liceat percelebrem controversiam, quæ Mediolani agitata tunc fuit, & in qua Ambrosius de Cora partes suas egit. Exornandum erat hoc anno Templi maximi immane Ædificium, sculptis simulacris quatuor Ecclesiæ Doctorum, dataque fuerat Artificibus cura, ut illa è marmore educerent; cùm ecce ad famæ hujus strepitum excitati Canonici Regulares Lateranenses precibus institere apud Archiepiscopum, Fabricæque Præfectos, ut S. Augustinus, eorundem Pater, habitu Congregationis suæ indutus effingeretur; contra verò Eremitani Fratres in S. Marci Cœnobia degentes, lapidem omnem movere, ut coriaceo præcinctus cingulo, capucioque ad Ordinis sui normam exsculptus prodiret; nec calamo temperatum est, pugnantibus pro Canonicorum juribus Eusebio Corrado Mediolanensi, & Dominico Tarvisino; proque Eremitanis Ambrosio Corano. In hac partium fervida contentione, quæ importunam indicto Operi moram injicere videbatur, captum consilium est utrisque assentientibus, ut collecto gravium doctorumque hominum cœtu, pensatisque ad æquam lancem argumentis, quæ hinc inde producebantur, decretoria proferretur sententia; quemadmodum etiam actum est, favorabili calculo in Eremitarum partem cedente, ut Aloysius Torellus testatur ad hunc annum (d), subdens, simili propitio exitu diremtam hanc litem sub Philippo Maria Vicecomite, Mediolani Duce, qui ex universa ditione sua Sapientes Viros in Papiensem Urbem acciverat, ad causam hujusmodi decernendam, sui que Ambrosii de Cora, tunc in vivis agentis testimonium profert. Quidquid tamen hac de re sit, succensus certè inter æmulas partes ignis minimè deseruit; quin imò cùm altius excreveret, atque ad convicia injuriasque à religiosa modestia abhorrentes declinaret, Pastoralis vigilantia suæ munus esse duxit Sixtus IV. Pontifex Maximus illum compescere, positaque ad radicem falce, futes hasce controversias rixasque penitus refecare. Itaque expeditis anno MCCCCLXXXIV. brevibus literis, utrique Ordini perpetuum silentium indixit, fulmenque Anathematis late sententiæ, Sedi Apostolicæ reservati interposuit, ne imposterum tetra hæc revivisceret flamma. Eadem recitat ad illum annum memoratus Torellus. Accidit, ea, quæ Mediolani efformata fuerant simulacra, tanta mole affurrexerunt, ut ponderis magnitudine ruinæ timorem incuterent; proinde ad eam averendam cautum à Præfectis Fabricæ fuit, ut loco illorum, exilioris formæ statuæ quatuor Ecclesiæ Doctorum substituerentur. Hinc verò exortæ iterum sunt anno MCCCXCV. mutua contentiones; Canonici Regulares ad Mediolanensem Archiepiscopum Guidum Antonium Arciboldum precibus confugere, ut S. Augustini simulacrum, novo exsculpendum opere, Canonicis vestibus amicaretur, pronumque ad eorum vota Præfulis animum invenerant, nisi obstitissent Eremitani Fratres, qui ad Sedem Apostolicam querelas suas deferentes, obtinere ab Alexandro VI. Breves literas, ad Mediolanensem Archiepiscopum datas, quibus eidem injungebatur, si veræ forent quæ exponebantur, videlicet sculptam fuisse primam effigiem S. Augustini Eremitico habitu, nihil innovari permetteret. Recitat illas Torellus ad eum annum, scribens ignotas fortasse easdem fuisse Gabrieli Pennoto, qui in præfatione ad suam tripartitam Historiam reos facit violati silentii à Sixto IV. indicti, Eremitanos Fratres, cùm clarè ex ipsis constet, culpam hanc potius in Lateranenses Canonicos refundendam. Sed de his plura referre non vacat; id tantum subjungam, Apologiam hoc anno elaboratam ab Ambrosio Corano (Coriolanum Scriptores vocant) contra Regulares Canonicos, editamque Romæ anno MCCCCLXXXI. malè traduci à Bzo-

Tom. I.

(d) Tom. VII. Secul. Augustin. fol. 253.

(e) Tom. XVIII. Annal. ad an. 1484.

(f) Ad eundem annum.

A vio (e), Spondano (f), & Celso Rosino (g), ac si Pontificio Sixti IV. decreto flammis devota fuerit, ob calumnias & maledicta in adversarios congesta; imò ab iisdem asseritur, Auctorem ipsum in vincula fuisse conjectum, mandante Innocentio VIII., qui ferre non poterat inquietum illius animum, ferventemque ira calamum acerbius, quam par erat, in Canonicos Regulares. Hæc omnia falsi arguit idem Torellus, confessus tamen, carceri mancipatum Ambrosium suum ab hoc Summo Pontifice anno MCCCCLXXXV., sed alias ob causas, atque ob id mœrore confectum interiisse. Ceterum insignis vir iste, pietatis suæ in Urbe nostra illustra reliquit vestigia, Regulari Observantia in S. Marci Cœnobia induta, conditisque ad eam conservandam peculiaribus Decretis, quæ postmodum instantibus Jo. Galeatio Sfortia, & Bona Matre, Mediolani Ducibus, anno MCCCCLXXXVIII. à Sixto IV. Pontif. Max. confirmationem obtinere; quin etiam ejusdem reditus auxilium prædiis alterius Cœnobia, appellati *della Rochetta*, quod à Mediolanensibus Principibus dirutum, ob Arcem ibidem construendam, S. Marci Monasterio adnexum fuit anno MCCCCLXXXIV., ut ad illum annum in Augustinianis Seculis legitur.

MASELLUS VENIA.

De Masello Venia pauca adnotanda supersunt. Beneventi natus in Augustinianam Familiam concessit; id enim testatur Albertus Fabricius (h), & haud obscure ex Epistola hac ipsa colligitur, in qua causas enumerans, quæ illum impulerant ad hanc Opusculorum S. Ambrosii editionem Ambrosio Corano dicendam, hæc habet: „Tertia fuit, quam & habitu profiteris, & opere imple, Sanctissimi Augustini tui sanctissima, mihi devotissima Religio; „quæ planè postrema ratio, quia te Ambrosio Ne- „potem in Christo asserit; neque enim cuiquam ob- „scurum est, Augustinum tuum, *addo & meum*, ab „eo fuisse regeneratum, tibi velut debitum hereditariumque legatum destinat. „Nullis ingenii sui literariis laboribus, aut gestorum munerum dignitate claruisse Masellum aperte docet silentium tum Pamphili, tum Torelli, qui ejusdem nomen Chronicis suis minimè inseruere. Attamen non ociosum, atque inglorium in hac Urbe moratum ostendit cura, quam in edendis alienis Operibus per plures annos suscepit. Siquidem Ephemeridem Belli Trojani *Ditrys Cretensis* hoc ipso anno primus in publicum protulit Mediolanensibus typis, dicavitque *Magnifico, & præstantissimo Viro D. Bartholomæo Chalco Ducali Secretario Dignissimo*. In hac Epistola conqueritur Masellus, quòd inter tot Scriptores posterioris Ævi, qui de Trojanorum clade meminere, solus *Ditrys Cretensis*, Vir non minus disertus, quam prudentissimus, & ad Trojanarum rerum cognitionem necessarius negligere; proinde ait se miseratione commotum, quòd tanti viri fama, oblivione posterorum jam prope concidisset, jaceretque in pulvere tam nobilis labor, conatum omnem adhibuisse, ut lucem tandem conspiceret. Prosequitur commendare veritatem hujus Historiæ, utpote conscriptæ ab eo, qui rebus, cùm gererentur, interfuit, bellique illius ærumnas ex parte perpeffus fuit. Demum in Auspiciis sui laudes effusus, hisce primitiis solertia suæ benignum ejusdem patrocinium implorat.

Præmittitur huic Opusculo Epistola L., seu Q. Septimii ad Aradium, in qua ait, Punicis literis conscriptam primùm fuisse ab Auctore hanc historiam, dein post multa secula, lapso per vetustatem apud Gnosion ejus sepulcro, à Pastoribus inventam, delatam fuisse ad *Praxim*, seu *Eupraxim* Cretensem Dominum, subinde ad Neronem, qui magno illam

f f

pretio

(g) Lyceum Lateranense in Eusebio Corrado.

(h) In Biblioth. Lat. Tom. III., ubi de S. Ambrosii Operibus agit.

pretio redemit. Supposititia hæc omnia esse, ætatis nostræ eruditi Censores agnovere; antiquum tamen, & saltem S. Ambrosio æqualem extitisse ejusdem Auctorem tradit Albertus Fabricius, qui omnia, quæ de hoc *Pseudo-Dyete* doctissimi viri scripsere, variisque illius editiones collegit in sua tum Latina (i), tum Græca Bibliotheca (l); adeoque illas consulat, cui ad fata & fortunam hujus, Homero vetustioris olim creditæ historiæ, conlectandi tempus suppetit. Hoc unum ego addam, in Ambrosiana Bibliotheca asservari (m) pergamenum manuscriptum ejusdem Exemplar Seculi ad minus decimi Æræ Christianæ, ex quo emendari permulta possunt, quæ in edito hoc Opusculo aut manca, aut corrupta leguntur, ut mihi conferenti compertum fuit.

Editionem hanc, pro more illorum temporum, carmine exornavit Masellus, falsa opinione, quæ tunc vigeat captus, historicum id opus genuinum esse fœrum vetusti illius Scriptoris. Hæc itaque impressit ad calcem:

*Troica qui cupies paucis cognoscere facta,
Me lege, qui vidi prælia cuncta geri.
Per me cognosces etiam quam plurima, postquam
Pergama victores deseruere Duces;
Exilia, erroresque Ducum, cædesque nefandas,
Et quid cuique Duci contigit, ipse cano.
Si placet noster Studiose sudor,
Gratias multas agimus libenter,
Usque dum nostros refovebit artus
Spiritus almus.
Si quis est contra nimium severus,
Qui trahat rictus simul, atque nasum
Torqueat, falso queritur, quod illi
Nil ego prompsi.*

Hinc patet, non infelicem quoque Poëtam fuisse Masellum; id autem confirmatum video altero ejusdem Epigrammate, quod legitur post Opera Medica *Abubecris Rasfi*, seu *Abub-car*, ut illum vocat Albertus Fabricius (n), primò impressa Mediolani anno MC-CCCLXXXI.

*Ne timeas æger, morbo quocumque labores,
Rasfi adest Medicus, alter Apollo tibi.
Quod nequeunt reliqui, Galienus, Averrois, & tu
Magne Avicenna, cita dat tibi Rasfi ope.
Vos etiam Medici, nec non vos Pharmacopola
Gaudete, exoritur gloria vestra modò.*

Edidit quoque Masellus Venia libros V. de Bello Hispanico, quos Jacobus Bracellus, à secretis Reipublicæ Genuensis elegantissimè elaboravit, deduxitque usque ad annum MCCCXLIV. Præfixam iisdem legi Epistolam ejusdem Veniæ nomine inscriptam Philippo Mariæ Sfortiæ Vicecomiti, Francisci I. Ducis Mediolanensis filio, quæ postmodum refecata est in editione Parisiensi anni MDXX., substitutâ Epistolâ nuncupatoriâ Augustini Justiniani Episcopi Nebiensis ad *Renatum de Sabaudia*, Magnum Franciæ Magistrum. Ita secundæ posteriorum curæ priorum nomen & gloriam abradunt; Neutram ex hisce editionibus adnotavit Augustinus Oldoinus in suo Athenæo Ligustico. Quo anno Bracelli Historiam in lucem produxerit Masellus, libri illius paginæ silent. Mediolani certè paratam, primamque

A eam editionem fuisse non dubito, cum nulla vetustior proferatur, Masellus verò circa hos annos distans prælis nostris labores suos semper impenderit. Sed præter ea, quæ hæctenus enunciaui, aliud nihil ejusdem diligentia excusum occurrit.

BARTHOLOMÆUS CALCHUS.

Memoratum superius vidimus à Masello Venia *Bartholomæum Calchum*, præcipuo apud Mediolanenses Principes honore & gratia florentem. Recenseri dignus & ipse est hac in historia, cum æximum in Urbe nostra Literatorum Patronum se gesserit, bonasque omnes artes egregiè coluerit, foveritque. Patria Mediolanensis fuit, ex Johanne Arcis Novariæ Præfecto genitus, ejusque familia Infulis & Lativulvis fulgens in præsentem quoque diem conspicua perdurat. Gregorium Tiphernatem, cujus elogium conscripsit Paulus Jovius (o), præceptorem audivit, tantumque doctrina, prudentiaque præstitit, ut Johannes Galeaz, & Ludovicus Sfortia Principes Mediolani, Primi Secretorum Magistri dignitate ornatum, curarum etiam omnium imperii sui participem semper voluerint. Quid ille in proventum studiorum egerit, tanta donatus auctoritate, sub initium hujus historiæ adnotavi, cum refecta ab ipso publica gymnasia, inductosque ad excolendam liberalibus artibus Mediolanensem juventutem, doctrinæ famâ excellentes viros referrem. Adeò autem se omnibus rem literariam promoventibus propitium exhibuit, ut certatim ipsum edendis libris suis Mecœnatem deligerent, seque non tam in eo Sapientiam, quam benignitatem admirari profiterentur. Masellus Venia *Dialys Cretenensis Ephemeridem* ad eundem dirigens sic loquitur:

C „Hoc ego tibi, Vir doctissime, græcique simul & „latini Eloquii Pater, ceu prima nostræ solertiæ libamina dedicavi, priscos illos imitatus, quorum „ut quisque primitias studiorum suorum præsidibus „Numinibus, sic ego tibi haud dubiè Numini, Præsidi „fidique, quidquid est in me vel ingenii, vel industriæ, primas agelli mei fruges, si non præmium „meritorum in me tuorum, saltem animi monumentum defero. „Nec minori eum laude exornat Alexander Minutianus in prævia ad Horatium anno MCCCCLXXXVI. emendatissimè ab ipso vulgatum. Epistola; commendat enim Calchum ab integritate, prudentia, & aurea mediocritate, quam in tanto fastigio collocatus ita servabat, ut ad parandas opes accommodatissimam dignitatem, ad augendam privatam rem nullo modo impenderet, sed literas foveret, quibus etiam delectabatur, iisdem reliquias temporis, quod à magnis negotiis supererat, dicens. Laudat demum altissimam memoriam, cujus beneficio ea, quæ à doctissimo Gregorio Tiphernate præceptore suo audiverat, promptè adeò eloquebatur, ut nullis aliis curis unquam distractus fuisse videretur. Anno verò MCCCXCV. prægrande volumen Titi Livii, laboribus suis castigatum impressumque, ejusdem nomini inscribens, hæc habet: „Tu autem „Vir integerrime, cui meæ omnes ingenii vires, „cuique corporis labores debentur omnes, non certè magis ut me tuis beneficiis gratum approbent, „quàm publico Literatorum nomine, quòd illis semper faveris, & bonarum artium studia in inclyta „hac Urbe excitaveris, ita ut rem latinam pariter „& græcam, indulgente Principis liberalitate ab intitu receperis; Tu inquam nostros hos labores, „qualescumque sint, tuis auspiciis procedere æquo animo patiaris, non ut in iis tui memoria celebretur, „quæ facundiorum virorum monumentis ære perennioribus in posteros diffundetur, sed ut tui nominis magnitudine nostra hæc editio commendetur. Obiit Bartholomæus Calchus anno MDVIII., eique à Ne-

(i) Tom. I. pag. 70. edit. an. 1721.
(l) Tom. I. lib. I. cap. V. num. VIII.
(m) Lit. C. num. LXXII. insert. in fol.

(n) Tom. XIII. Biblioth. Græcæ pag. 46.
(o) Elogia Illustr. Liter. Viror. fol. 201.

à Nepotibus illustre Epitaphium Sepulchro inscriptum fuit in Sacra Æde S. Mariæ, de Passione appellatæ, ubi ejusdem cineres reconduntur. Familiam verò integro Capite illustravit Paulus Morigia in Historia Mediol. (p). Vide etiam Cl. Sironum, plures ejusdem stirpis insignes viros, Collegio Judicum, & Equitum Mediolani adscriptos ad hanc usque ætatem (q) suis Chronicis inferentem.

GABRIEL PAVERUS FONTANA.

Gabriel Paverus Fontana, in Prolegomenis jam laudatus, ob egregiè promotam Mediolanensem Typographiam, innotescere hoc anno cœpit, edito Opusculo, quod infra referam. Natale ipsi solum Placentia fuit, & Patricia genitus stirpe, singulari etiam Eloquentiæ laude apud nos claruit. Poëticis figmentis lusit *Franciscus Bernardinus Cypellarius Buxetanus*, qui S. Antonini Martyris, Placentiæ Tutelaris, Vitam heroico describens carmine, familiam hanc à summa Romanorum antiquitate repetit, eidemque inditum cognomen tradit ab Anseribus, quorum clamoribus excitati milites in Capitolium per noctis tenebras enitentes Gallos in præceps egere; aut saltem è Papyria Gente profluxisse scribit; En ejus verba:

*Hinc Fontanensis clara de Stirpe Quiritum,
Quæ se progenitam probat, atque insignia monstrat.
Pars Capitolino referunt ex anseris nomen
Gentile, & vigilem portant insigne volucrem,
Quæ cecinit Gallos Capitoli in limine adesse,
Reliquiasque Urbis tanto servavit ab hoste.
Quod si liberior verbis audacia detur,
Et conjectura facili renovare vetusta,
Sectari & linguam liceat, vocisque figuram,
Nomine dicetur plaudente Papyria proles.*

Prosequitur deinde laudes contexere duobus *Gabrielis filius, Cælio, & Fabricio*, alteram comminiscens originem, à Romana Thufcorum Colonia deductam, quare *Fontanenses* appellarentur. Editum fuit hoc Cypellarii Poëma Mediolani, anno MDXXI. apud Magistrum Johannem de Castillione. Non ad eò alium Familiæ suæ exordium jactat Gabriel ipse Paverus, (quamvis aliqua ostentatione non careat), in Invektiva paulò post memoranda; Deridens enim Georgium Merulam, eo quòd fastidio actus proprii cognominis *Merlani*, se *Merulam* appellari voluisset, ac si ab antiqua Romana *Corneliorum* stirpe Genus duxisset, hæc scribit: „ Quot in meis Gentilibus, „ certè numerosis? illorum namque septem supra „ octoginta Patres familias invenias, qui Scipiones, „ Augusti, Cæsares, Alexandri, Cœlii fuerunt nuncupati. Quantum ii deridiculi fuissent, si se de „ illorum stirpe prædicavissent!

Mediolanum profectus Gabriel Paverus, sub Francisco Philelpho græcæ, latinæque linguæ tyrocinia posuit, tantique fecit Præceptorem hunc suum, ut cum à Georgio Merula, olim Discipulo, dein hoste, jurgiis & maledictis scripto vulgatis lacefferetur, calamum in Philelphi tutelam armaverit, præloque subdiderit acerrimam contra Merulam Invektivam, quam *Merlanam primam* nuncupavit. De hac ad annum MCCCCLXXXI. opportuniùs loquar; nonnulla tamen in præsentiarum ex ea decerpam, quæ ad illustrandam Paveri vitam inserviunt. Publicum ille Oratoriæ facultatis interpretem egit in Urbe nostra, ut jam monuimus, de Bonino Mombrizio superiùs differentes; id autem ipsemet testatur in eadem Invektiva, inducens per Dialogum Merulam cum ipso colloquentem, ac commemorantem.

(p) Lib. III. pag. 495.

A *Cicronis exornationes ad Herennium scriptas*; statim enim respondet: *Memini jam pridem, dum Mediolani vitam ageres, illas me privatim, & publicè fuisse tibi, plurimisque aliis non indiligenter interpretatum: triennii spatio à se institutum Merulam, non tam in Oratoria, quàm in Poëtica facultate testatur in Epistola nuncupatoria huic Invektivæ præfixa. Item de Francisco Puteolano loquens, hæc habet: „ Hic cum in Ducalibus esset Cancellis, T. Livii „ principium sic esse castigandum, Auctore Quintiliano, ut hexametri teneret exordium, persuadere „ Nicolao Gambarello, Concivi meo prænobili, Ducalique Scribæ, ingenio, doctrina, fide præstanti „ conabatur. Verum Nicolaus, in his nostris promptissimus studiis, quippe qui tenellis ab unguiculis „ meus diutissimè fuit Auditor, id agere recusabat, „ cum hujusmodi præcepto à me nunquam fuisset „ institutus. Fortè fortunâ tempestivè superveni, cognitaque certaminis causâ, statim negavi id esse „ faciendum, eodem Quintiliano teste. „ Ex hac etiam Invektiva discimus, elucubrata fuisse à Gabriele Pavero *Commentaria in Horatium*, quæ, ut ipse inquit, *jam forent edita, nisi mala vis morbi nos nimium cruciaret. Institutiones etiam quasdam Grammaticas à se editas scribit, pro puero Johanne Galeaz Maria, Mediolani Duce Sexto, easque legendas Merulæ offert: neque enim, ut prosequitur, in errores valde pudendos, & spongia delendos totiens incurres, quales in his pauculis (quæ supra retulerat) enatant verbulis. Porro Simultates, quæ inter ipsum & Franciscum Puteolanum Parmensem (de quo alibi loquar) exortæ fuerant, hic enarrantur. Ait enim se, cum è gratia Cichi Simonettæ decidisset, eo quòd à Lodovici Mariæ Sfortiæ, aliorumque Fratrum exulum partibus staret, eò penè adductum, ut radicitus hinc evulsus ex Urbe detruderetur; conductum verò ad publicè edocendam Mediolanensem juventutem *Franciscum Puteolanum*, qui rabidos dentes acuens in plerosque optimos Cives ipsi faventes, & in ipsos etiam mortuos Sfortias Principes, tanquam famelicus Lycisca nulli parcebat. Itaque ubique illum exagitat, levitatis, adulationis, inscitæ redarguens, & pro more improbando illorum temporum, ejusdem famam maledicentia probrisque discerpens.**

D Musas præcipuè adamavit, hoc ipsum Opusculum verbis passim inspergens, cujus rei causam afferens, hæc ad Merulam scribit:

*Ne mirere, meo si sint tot carmina libro,
Dum profam meditor, versus ab ore fluit.*

E Extat Elegiacum Poëma, quod Gabriel Paverus Fontana conscripsit *De vita, & obitu Galeaz Mariæ Sfortiæ Vicecomitis Mediolani Ducis Quinti, ad Ill. Dominum Ludovicum Gonzagam Mantuæ Marchionem*. Duo Exemplaria hujus Poëmatis, in pergama impressi, mihi inspicere licuit, absque Loci, temporis, & Typographi indicio; In utroque tamen hæc in calce leguntur, caractere illius Seculi scripta, *Kalendis Martiis 1477*. Quæ enarranda susceperit, sequenti Epigrammate in fronte excuso, Auctor ipse patèfacit:

*Continet hic Galeaz vitam, eademque Libellus,
Imperium primò scribitur, atque timor.
E Gallis remeat, Dux declaratur, & Oras,
Componit Regnum, Flaminiamque petit.
Allobrogum Ductor candentes præterit alpes,
Linquere Dux socios, Flaminiamque parat.
Itur Vercellas, pax fit, patriamque revisit,
Otia dat Latio, Dux Bona nubit ei.*

Ma-

(q) Part. II. num. 481. & seqq;

*Mater Blanca perit , terna hinc commubia sunt ,
 Allobrogas superat , vulnere deinde cadit .
 Narrantur post signa necis , clamatur ad ipsum ,
 Dux Bona regna capit , orat acerba gemens .
 Solantur Proceres agram , veniuntque volantes
 Undique Legati , Mantua mittit Herum .
 Tu quoque Johannes roseo redimite galero
 Adventas properè , clauditur inde Liber .*

Johannes S. R. E. Cardinalis, quem ultimo loco nominat Paverus, fuit *Joh. Baptista Millinus*, Mediolanum missus à Sixto IV. Summo Pontifice, statim ac intellexit nefariam Galeatii Ducis cædem. Qua ille celeritate iter suscepit per hyemem, supra hominum memoriam, asperrimè tunc sævientem; quantumque auctoritate & gratia profuerit unà cum Ludovico Marchione Mantuano, ut excitas in Mediolanensi Provincia discordias & tumultus componeret, Oldoinus enarrat (r); idque etiam dignum visum fuit, ut peculiari laude, inter egregias ejusdem res gestas, in sepulchrali inscriptione recenseretur.

In Bibliotheca Ambrosiana servatur scriptum Exemplar Epitalamii, quod Paverus habuit in nuptiis *Francisci Lampugnani*, & *Elisabettæ Borromeæ*, ibique nobilissimæ utriusque conjugis Familiæ plurimum commendantur eleganti, eruditaque facundia; ut proinde Joh. Biffius meritò eundem inter disertissimos illius ætatis Poëtas, & Oratores numeraverit; offerens enim Illustrissimo Adolescenti Johanni Galeaz Principi Mediolanensi Elegiacam gratulationem, ob acceptum ab Ascanio Maria, Patruo ejusdem, sacræ Purpuræ honorem, quæ Romæ edita fuerat anno MCCCCLXXXIV. hæc scribit: „ Cùm tanto ingenio polleas, sisque hominum doctorum promptissimus fautor, quod certè neminem latet; cùm tua Urbs florentissima tres viros inter ceteros, qui plures sunt, Bartholomæum Cremonensem præceptorum tuum, Franciscum Puteolanum Parmensem, & Gabrielem Placentinum, egregios meo quidem judicio & Poëtas, & Oratores teneat, quartum, etiam Georgium Merulam Alexandrinum addidisti, ne juvenus, penuriâ Doctorum, inertia torpesceret. „ Recusa hæc fuit Mediolani cum aliis Biffii carminibus anno MDXII. Inter Epistolas Francisci Philelphi una legitur (f) ad Gabrielem Paverum data, quæ ita incipit: „ Quæstias à me quid sentirem de versu illo pentametro in prima Heroidum Epistola, ubi Publius Ovidius Nalo Penelopem fingit ita scripsisse ad Ulysses:

Hic alacer missos terruit Hector equos &c.

Prosequitur inde difficultates exponere, suamque demum hac in re sententiam profert. Hinc aliquod suboriri lumen arbitror, ut opinari possimus scriptum quoque fuisse ab hoc Auctore laborem illustrandi Commentariis hoc opus Ovidii, quemadmodum in Horatio præstiterat; sed cùm ad id asserendum nulla suppetant monumenta; fortasse, verò Præceptorem olim suum interrogaverit Paverus de genuina illius carminis interpretatione, ut dilucidius aureum eum Auctorem suis Auditoribus explanaret, calamus retraho, hæc innuisse contentus.

GABRIEL BREBIA.

Gabrielem alterum, ex *Brebis* nobili Mediolanensi familia enatum, habuit hoc anno Urbs nostra sacro literario labore conspicuum. Benedictino Ordini in Cœnobio Sanctorum Petri & Pauli de Glaxiate nomen is dederat, divinæque Scripturæ studii intentus, accedente cohortatione eruditissimi ac reli-

(r) Hist. Pontif. Tom. III. Col. 61.
 (f) Lib. XXXVI. fol. 255. tergo.

A | giosissimi amici, cujus nomen flet, Commentariolum, seu potius, ut ipse ait in Epistola eidem adnexa, *Epitoma* brevissimam contexit in Psalmos Davidicos. Non levis tamen labor fuit, quem in concinnanda expedita hac Psalmorum explanatione impendit. Siquidem evolvendi eidem fuere Veterum Patrum, præsertim Hieronymi libri, Nicolai Lyrani recenter editæ Glossæ, aliorumque Sacrorum Interpretum Codices tam latini, quam græci, ut planior sinceriorque verborum sensus attingeretur; id enim omne in memorata Epistola Auctor testatur. Imò ne arrogantia, aut præsumptionis in eorundem interpretatione argueretur, ait se rem contulisse cum doctissimis & religiosissimis viris *Fratre Petro Neapolitano* Ordinis & Observantiæ Minorum Generali Vicario, Theologo & Philosopho eximio, *Fratre Bernardo Parmensi*, in Terra Sancta ad Domini Sepulcrum Custode, qui tum fortè aderat Mediolani, *Fratre Michaële Carcano Mediolanensi*, *Fratre Paulo Brixienti*, & *Fratre Antonio Vercellensi*, ætate illa Theologis, Philosophis, & Concionatoribus clarissimis, qui omnes & propositum laudavere, & maximè exhortati sunt, ut inceptum opus abolveret. Ibidem differit de tribus S. Hieronymi Psalmorum translationibus, de eorundem Auctore, fructu, & nobilitate; demum mentionem injicit de Patre *D. Urbano Pagnano*, seu *Pagnano* celeberrimo Cœnobii *S. Petri in Gessate Priore*, viro cum Juris Pontificii, tum Sacræ Theologiæ doctrina præstantissimo. (Hujus Mediolanensis Civis, fortunæ Bonis, generis nobilitate, præcipuè verò virtutibus clari, res gestas summa cum laude refert in Glaxiatensibus Chronicis (t) Placidus Pucinellus). Alios item insignes Viros in hac Urbe tunc florentes enumerat, Magnificum Senatorem *D. Antonium Brasellum*, Sacrarum Legum interpretem Sapientissimum, divinæque Scripturæ studiosissimum, *D. Johannem Melcium* Ducalem Quæstorem, divini cultus & Scripturarum amantissimum, *Nobilem Georgium Rocium* Ducalem Scribam, *Johannem Squassum* Librarium Ducalem, qui aut ære proprio, aut industria hisce edendis Commentariis operam præstiterat, reliquos subinde recensens, qui oblati antiquis codicibus eidem in hac re perficienda adjumento fuerant, spectatum nempe *Bartholomæum Ratum*, Ducalem Scribam, Virum eruditissimum, ex cujus vetustissimo Psalterio plurimas orationes Psalmis accommodatas se decerpisse, ac locis suis aptasse profiteatur, (quemadmodum etiam peregit hac nostra ætate in suo elucidato Psalterio, Ven. memoriæ Cardinalis Thomæ), & *Gabrielem Palearium* Illustrissimi quondam Principis Galeatii Mariæ à Secretis, qui sacris studiis impensè deditus, divitem suis in ædibus sacrorum Codicum Bibliothecam paraverat. Hæc ille scribebat ad Religiosum Monachum, & Sapientem Virum *D. Georgium Beaque*, cujus Patriam Mediolanensem familiam sæpius laudat in enunciatis Chronicis Picinellus, tumulum etiam designans, in quem illatus est, Monastico habitu indutus celeberrimus Protophysicus hujus Civitatis, in omnibus scientiis peritissimus anno MCCCCLXIII. *Antonius de Bequis* (u). Nec dubio locus relinquatur, librum hunc à tot insignibus viris approbatum, commendatumque, omnium quoque plausu in publicum prodiiisse. Attamen subsequentium Interpretum copia, & sedulitas in explanandis Davidicis Psalmis obruit memoriam & curas præclari hujus viri; sed metiri minimè debemus à meridiana luce, in qua nunc versamur, susceptos labores iis temporibus, quibus vix caput è tenebris attollere incipiebant sacræ profanæque literæ, adeoque rependenda sua est laus illis, qui superfusam iisdem, incuriâ Majorum, caliginem depellere contenderunt, primique facem prætulere ad alta Scripturarum mytheria novis ac splendidioribus semper luminibus illustranda.

Post

(t) Chron. S. Petri de Glaxiate cap. L. pag. 124.
 (u) Ibid. pag. 341.

Post editos ingenii sui fetus, ad alienos in lucem proferendos studium convertit. Peculiari is amore complectebatur S. Francisci alumnos, quorum, ut vidimus, doctrina consilioque usus fuerat in evulgando Psalterio Davidico. Itaque cum Fr. Pacificus Novariensis, instante pio quodam Sacerdote ex Vinciguerra Familia, expeditam eam methodum, quæ ex Auctoris nomine *Summa Pacifica* est appellata, Italico sermone elaborasset ad instruendos sacros ministros, ut in Pœnitentiæ Tribunali accedentibus Christifidelibus ritè ac cum fructu animarum absolutionem impenderent, Gabriel Brebia primus eandem è privatis loculis eruit, atque unà cum Philippo Lavania nobili Typographo, erogato ære proprio, edendam curavit anno MCCCCLXXIX. Lazarus Augustinus Cotta, qui in suo Novariensi Musæo (x) Auctorem hujus libri meritis laudibus cumulat, Epigraphen impressam ad calcem voluminis, mutilam refert, Gabriels Brebiæ nomen omittens; illud tamen apertè legitur in exemplari primæ editionis, quod Ambrosiana Bibliotheca custodit. Ceterùm, quàm solidæ doctrinæ succo affluat hic liber, dilucidè comprobant aliena præla, quæ intra paucos annos, quinque eundem recuderunt, ut prælaudatus Cotta testatur.

Editam hoc anno Ephemeridem Trojanam, sub falso nomine *Ditrys Cretensis*, proximè adnotavi; alterum librum indicare nunc lubet, *L. Fenestella* nomen præferentem, cum tamen recentioris esse Auctoris opus Eruditi jam noverint. Inscriptus is est *De Magistratibus Romanorum*, ac Mediolani hoc eodem anno excusus, curante fortasse Venia ipso Beneventano, qui *Ditrym* vulgaverat, quique nondum edoctus merces adulterinas à veris secernere, facile complectebatur quidquid vetustum nomen præferret. Quicumque tamen primus fuerit editor, liber iste per longum annorum curriculum Lectoribus imposuit, qui genuini Fenestellæ, Tiberii Imperatoris Ævo viventis Plinio teste (y), opus se tenere arbitrabantur, donec Gyraldus (z) larvam detraxit, suoque illud Auctori restituit, nempe *Andrea Dominico Flocco* Florentino; & sanè sub ejus nomine vulgatus fuit ab Ægidio Witico Brugensi, anno MDLXI. Antuerpiæ, eundemque postea legitimum hujus fetus patrem constanter professi sunt, Albertus Fabricius (a), Julius Negri (b), aliique Scriptores, de rei veritate certiores facti, tum à repertis manuscriptis Codicibus nomine *Andræ Dominici Flocci* signatis, tum ab Epistola prævia, sed in editis libris omiſsa, qua idem Auctor literarium laborem hunc suum dicat Brandæ Castillionæ Cardinali Placentino, Purpura donato à Joanne XXII. dicto XXIII. anno MCCCXXI Reliquum Critici Examinis, quo *Fenestella* abjudicatur hic liber, deductum ab allegatis ibidem recentioris ævi testimoniis, styloque ætatem auream minimè redolente, vide apud prælaudatum Gyraldum.

PETRUS JUSTINUS PHILELPHUS.

Spestandum quoque hoc anno se dedit *Petrus Justinus*, seu *Augustinus* (ut promiscuè appellatum hunc virum inveni) *Philelphus*. Tholentini ortus is, fuerat ex *Alfina* Matriona honestissima, & celeberrimum Franciscum Philelphum Proavunculum habuerat, cujus erat frater Nicolaus *Alfina* Pater. Hæc discimus ex Epistola ad ipsum Petrum Justinum data, quæ legitur post Orationes atque alia Opuscula Francisci Philelphi, edita Mediolani anno MCCCCLXXXI. Cum enim memorata *Alfina* è mortali hac vita ad æternam migrasset, anno MCCCCLXXVI., Franciscus verò tunc Romæ degens intellexisset, ejusdem *Alfinæ* filium alto ob hanc causam mœrore con-

Tom. I.

(x) Fol. 238.

(y) *Ib.* XXXIII. Cap. XI.

(z) *Djabgo* IV. de Poëtis fol. mihi 171.

Afici, calamum statim arripuit, ut gravibus adductis argumentis temperandi doloris, profundâ illum inœstitiâ levaret. Ita autem exorditur: „ Audio te angustiam animi ex obitu *Alfinæ* matris honestissimæ, & probatissimæ foeminæ, vehementius quàm par est. „ Amisisti tu sanè matrem, at ego filiam; cum enim nata esset ex Nicolao Fratre meo Germano, „ habereturque Tholentini primaria quædam mulier, „ eam certè diligebam ut filiam. Itaque non minor „ mihi in ea jactura facta est, quàm tibi filio. Num „ fortassis ignoras ea nos lege natos omnes, ut tandem moriamur? Illorum dolenda mors est, qui „ nunquam meminere se morituros; At *Alfina* quid „ de hac mortali vita sentiret, liquidò fecit exploratum omnibus, cum foret usque Pietatis & Christianæ Religionis observantissima, misericordiæ „ operibus assiduè dedita, nullo in proximos odio „ tenebatur, injuriarum non minus oblita, quàm „ beneficentiæ memor. „ Hinc laxatis veluti habenis in *Alfinæ* laudes procurrit, mores comptissimos, & virtutes supra foeminilem sexum assurgentes, vitam denique omnem castigatissimam, & ad Evangelii non tam præcepta, quàm consilia mirè efformatam, ita profusè celebrans, ut non Epistola, sed panegyrica Oratio videri possit; tandem concludit: „ Hæc si tecum ipse cogitabis, judicabis profectò „ non modò tibi non esse dolendum, sed lætandum „ potiùs, quòd ea sis matre natus, cujus sanctissimis „ meritis in cœlestem sis gloriam perventurus.

C Mediolanum se contulit Petrus Justinus, evocatus fortasse post obitum Matris à Proavunculo Francisco, qui & ipse in hanc Urbem è Romana concesserat. Certè anno MCCCCLXXVI. quo contigit mors *Alfinæ*, eum apud nos degentem invenio. Siquidem *Commentaria G. Julii Cæsaris* ad prælum instruens, eadem dicavit Johanni Simonettæ Ducali Secretario, Epistolam signans his notis: *Mediolani ex ædibus meis XV. Kalendas Decembres, anno à Natali Christiano Milleesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Sæpiùs lucem viderant elegantissima hæc Commentaria, Romæ præsertim, ubi geminam editionem sub Paulo II. peractam refert Eminentissimus Cardinalis Quirinus in suis eruditissimis vindiciis ejusdem Summi Pontificis (c), alteram anno MCCCCLXXVI. Albertus Fabricius (d) editiones Commentariorum Julii Cæsaris enumerans, Mediolanensem hujus anni ab Antonio Zarotto paratam, & quinquennio vetustiorum Veneta, quam post Romanas recitat, ignoravit. Proinde agendæ sunt gratiæ Petro Justino Philelpho, cui curæ fuit, ut tam pretioso Romanæ Eloquentiæ monumento præla nostra minimè carerent. Quin imò ut gratius redderetur hoc donum, non tam Commentaria de Bello Alexandrino, Africo, & Hispano *A. Hirtii*, & *C. Oppii* adjecit, sed etiam ad calcem imprimenda adjunxit, quæ de populis, fluminibus, locis, rebusque aliis ad Gallicam Provinciam pertinentibus diligentissimè collegerat gravissimus atque doctissimus Vir RAYMUNDUS MARLIANUS, qui cum in partibus Transalpinis diu multumque fuisset versatus, omnia est accuratissimè perscrutatus, ut in Epistola ad Johannem Simonettam Petrus Justinus testatur. Hæc tabula alphabeticè est digesta, pluraque ad antiquam & recentem Topographiam Galliarum illustrandam aptissima profert, præcipuè verò ad Julii Cæsaris Commentaria perspicuè intelligenda conducit, Cornelii quoque Taciti annalibus lumen non modicum præbens.*

E Ex Equestri Nobilissima Mediolani familia genitus hic Raymundus, illustriorem se reddidit eximio cultu scientiarum, atque ideo prætereundus in hac historia tacitè non videtur, cum inter præcipua illius seculi ornamenta Civitas nostra illum recenscat.

g g

Prima

(a) Tom. I. pag. 745. edit. anni 1721.

(b) In *Hist. Ital. Script.* Florentin.

(c) Fol. 175.

(d) Tom. I. *Biblioth. Lat.* pag. 176.

Prima etiam ætate egregium indolis ad excelsa festinantis specimen dedit. Siquidem nobilioribus disciplinis se totum devovens tantum profecit, ut non modò laudem cultissimi ingenii à celebrioribus Ævo illo in hac Urbe florentibus viris exceperit, sed etiam admirationem raræ in juventute sapientiæ prudentiæque iisdem ingesserit. Unum exhibeo Guimifortum Barzizium, eloquentia & dignitate per ea tempora Mediolani conspicuum, qui ad Raymundum Marlianum Epistolam dirigens (e) hæc ait: „Cum ex Urbe omnium nostri temporis potentissima (nempe Mediolano), sanguine autem clarissimo, parentibus verò Magnificis atque Amplissimis (hi fuere Jacobus, & Joanna Casata) ortus sis, omnia circumspicis, quæ te tuorum majorum gloriam adæquare, & virtute, si id possibile sit, superiorem efficere possint, eaque summo desiderio amplecteris, quæ ad hanc rem consequendam necessaria, primùm animadverteris. Quæ enim res, per Superos immortales, vel majorem nobis apud homines laudem comparare, hac una, quam tantopere affectas, civili Sapientia, vel certiore ad bene vendi callem demonstrare, ista ipsa in qua versa ris philosophia, vel ad consequenda omnia vitæ nostræ adjumenta opportunior accedere eâ, in qua tantum profecisti, eloquentiâ, ac dicendi facultate potest? Rectè igitur te prævidisse omnia gaudeo, & tanto ea ætate, in qua es, consilio usum esse demiror. Ne autem tam præclara succrescentis literariæ frugis semina neglectæ exercitationis vitio torpescerent, se ipsum offert Barzizius ad ineundum cum egregio hoc juvene Epistolarum commercium, subdens: „Si nullum tibi superesse affirmabimus, ad quem literas tuas committas, propterea quòd extincta jam hæc humanitatis studia apud tuos Cives cum Patre nostro (Casparino Barzizio, publico Mediolani liberalium studiorum interprete) esse videantur, ego me ipsum tibi objiciam, qui si minus fortasse in dicendo gratus ero, nec paternam eloquentiam redolere videbor, at saltem habebis cum quo absens loqui, & ingenium tuum exercere possis. Captus tamen nobili desiderio remotas Urbes invisendi, ediscendique mores gentium exterarum, Gallias omnes perlustravit, fructumque itinerum suorum retulit, gloriam scilicet conditi illius operis topographici, quod superius indicavi, quodque recondita eruditione refertum, seculo subsequente variis in Urbibus, Parisiis nempe, Francofurti, Venetiis recusum fuit. Reversus inde in Patriam, altiores honorum gradus conscendit, Senatorio Ordini adscriptus, atque ob doctrinæ prudentiæque famam à Carolo Burgundiæ Duce ad *Supremi Consilarii* munus amplissimum evocatus. Nec tamen hisce publicis curis implicitum, calami oblitum fuisse, deseruisseque studia amoeniora, testantur Opera ab ipso edita de *Antiquitate*, & *Laudibus Mediolani*, mihi quidem ignota, sed memorata à Morigia, Salvatore Vitali, & Picinello, quos omnes unà cum aliis Scri-

(e) Extat inter ejusdem Opera Romæ edita anno 1723. pag. 173.

Aptoribus illustrem de insigni hoc Viro memoriam agentibus, vide apud Cl. Sisonum de Scotia in Chronico Collegii Equitum, & Judicum Mediolani (f), ubi etiam leges Inscriptionem appositam Collegio Marliano Ticinensi, ab eodem Raymundo ultimis tabulis instituto. De Johanne Simonetta, cui à Petro Justino Philelpho Cæsaris Commentaria hoc anno dicata fuere, nonnulla edisseram ad annum MCCCCLXXIX, quo ejusdem Commentaria *De vita, & rebus gestis Francisci I. Sfortiæ* in publicum prodire.

B Adornato ad lucem præclarissimo *Julii Cæsaris* Opere, benemereri de studiis Mediolanensibus prosequutus est Petrus Justinus Philelphus, uberem iisdem aureæ ætatis Scriptorum copiam suppeditans, quos omnes typis nostris recufos, ac diligentissimè ab ipso recognitos, castigatosque, impressæ ad calcem unà cum Typographorum nomine adnotationes testantur. *Titi Livii tres Decades* anno MCCCCLXXX, subsequente verò anno *Juvenalis, & Persii Satyras*, nec non *Silium Italicum* novis curis emendatum vulgavit, qui, ut in calce asseritur, in prima editione Romana anni MCCCCLXXI. *Impressorum negligentia multis in locis depravatus* prodierat. Eodem anno MCCCCLXXXI. Bartholomæi Platini *Dialogum de Flosculis quibusdam Lingua latina ad Lellium*, & alterum de *Amore ad Lodovicum Agnellum*, diligentissimè ab ipso emendatos in lucem emisit. *Pii etiam II. Pont. Max. Epistolis* expurgandis, ut accuratius imprimerentur, curam diligentem adhibuit, idemque præstitit in edendis anno insequente *Epistolis Familiaribus Ciceronis*. Demum ut aliquam etiam proavunculo suo gratiam redderet, *Vitam S. Johannis Baptista*, italicis carminibus ab eodem descriptam, anno MCCCCLXXIV. ære proprio luce donavit. Ceterum, etsi nullum Petri Justini Philelphi ingenio elaboratum literarium opus invenerim, memoriâ tamen & laude apud posteros dignum censui, ob tot parata literis in hac Urbe, suis laboribus, adjumenta. Extat ejusdem Epigramma post Epistolas Francisci Philelphi Venetiis impressas anno MDII, cujus postrema carmina hîc refero, cum rara admodum sit illa editio:

D *Sive Poëta cupis, seu vis Orator haberi,
Philosophusque magis, hinc erit alta seges.
Nam quidquid pulchrum nostris licet esse latinis,
Aut etiam græcis, hi docuere libri.*

An verò Philelphi cognomen, quod semper usurpatum à Petro Justino vidimus, verè illius stirpi, inquam transierat Alina mater, insitum à Majoribus suis foret, in incerto latet; cum vix apud Scriptores hujus viri innotuerit nomen. Verisimilius crediderim ex Proavunculi celebritate derivatum, quæ factum sit, ut ex filia fratris natus, & Mediolani degens, gloriæ sibi duceret eodem, cum ipso, cognomine appellari.

(f) Parte II. num. 162. fol. 45.

ANNO MCCCLXXVIII.

Purimum laudis apud Eruditos adepta sunt præla nostra ob editum hoc anno celebre *Dantis Poëma*, non sola carminum suorum venustate spectabile, ut quinquennio ante in hac Urbe contigerat, sed plenis insuper, novisque commentariis exornatum; atque illud etiam ad ampliorem Mediolani gloriam accessit, quod eadem magna ex parte, à nobilis sui Civis ingenio, diligentiaque proflexerint. Is fuit *Guido Terzagus*, claris ortus parentibus, Jacobo nempe, in illustre Physicorum Mediolanensium Collegium cooptato, ut in Chronicis ejusdem Collegii manuscriptis tradit Cl. Joh. Sironus. In Novariensi Musæo Lazarus Augustinus Cotta Auctorem hujus Operis statuit *Martinum Paulum Nidobeatum*, nulla Guidonis Terzagi mentione injecta. Contra verò Julius Negri *de Scriptoribus Florentinis* Civi nostro illud universim adscribit. Attamen si vera consecrari velimus, negari nequit, utrumque junctis curis studiisque manus dedisse, ut labor iste perficeretur. Testis est ipsemet *Nidobeatus* in Epistola nuncupatoria ad *Divum Guilielmum Marchionem Montisferrati, Militiæ supremum Ducem, Sacri Romani Imperii Principem, Vicariumque perpetuum*. Postquam enim in hujus excellentis Poëtæ laudes uberrimas calamulaxavit, seque testatus est ejusdem carminum lectione plurimum delectatum, cum mœrori solatia quaereret ob dolorem conceptum ex nefaria cæde *Divi Principis Galeatii Mariæ Sfortiæ*, quem boni omnes, ut par erat, immortalem esse cupiebant, subdit, se non modica admiratione ac fastidio captum, quod in tanta imprimentium copia, quibus Italia, Germanique, & totus penè terrarum Orbis exuberabat, nemo Dantis accuratius imprimendi animum curamque suscepisset, cum tamen innumerabiles libri, blattarum & tinearum epulæ futuræ, essent impressi; quo circa persuasisse ait, *Guido Terzago nobili Insulari, summi ingenii ac diligentia viro, uti per idoneos homines negotium conficeret, Commentumque apponeret*. Enumerat deinde eos omnes, qui Commentaria adjecerant Dantis carminibus, nempe Franciscum & Petrum ejusdem Dantis filios, Jacobum Laneum Bononiensem, Benvenutum Imolanum, Johannem Bocacium, Fratrem Ricardum Carmelitam, Andream Parthenopæum, & sua ætate Guinifortum Barzizium Bergomensem, Oratorem gravem, & Jurisconsultum disertissimum; sed præcipuè inter hos laudat Laneum, qui materna Bononiensi lingua Dantem est interpretatus, ac statim hæc scribit: *Es nos aliquibus locis pleraque conjunximus, aut usu comperta, aut ex diversis auctoribus, & annalibus tanquam ex fluminibus derivata, quæ cum juvare, tum etiam delectare legentem possint*. Tandem ad commendationem Marchionis Guilelmi conversus, inter alia bello paceque præclare ab ipso gesta id unum admirari se inquit, quod inter tela gladiosque enutritus tantam haurire disciplinam potuisset, quantum vix ulli eorum haurire contigit, qui totos annos cum summa diligentia ac studio inter Philosophantium Cathedras sunt versati. Siquidem multis, iisque gravissimis curis distentus ita se ipsum subripere sibi noverat, ut multas horas quotidie studio impenderet, quemadmodum propriis se conspexisse oculis refert *Nidobeatus*, qui non tanquam servus, sed uti fiduciaris homo per viginti septem annos ejusdem lateri adhæserat. Data est hæc epistola *Mediolani Kalendis Martiis* hujusmet anni. Itaque hinc dilucidè patet, *Nidobeatum* minimè ociosum spectatorem in hac

A arena stetit, aut classicum tantum cecinisse, ut alios ad hæc Spartam adornandam urgeret, sed plura etiam suo labore addidisse; quod etiam animadvertit claræ memoriæ Joh. Marius Crescimbenus (a).

B De hisce Commentariis varia Eruditi sensere; Auctores Ephemeridum Venetarum centonem esse ajunt, Superiorum Interpretum laciniis confutum (b). Mitius loquitur Eques Leonardus Salvatus, sparsa in iis asserens fragmenta ex aliis decerpta (c), sed stylo Italico deteriore. Lazarus verò Augustinus Cotta ita illa extollit, ut affirmet ad ea veluti ad clarum Sydus respexisse subsequentes Scriptores, Landinum, Velutellum, ac Bernardinum Daniellum, cum suas in Dantem explanationes contexerent; quod certe nimis exaggeratum crediderim, cum Landinus præcipuè, Commentatores Dantis singillatim in proœmio recensens, ne *gry* quidem de *Nidobeato* pronunciet. Porro desumpta fuisse quamplura ex aliis, præsertim à Jacobo Laneo, nemo inficiabitur, ipseque *Nidobeatus* candidè fassus est in Epistola memorata; sed non idcirco tam triste stigma inurendum, reor Auctori, ut tanquam ineptissimus confarcinator & plagarius traduci debeat, quemadmodum etiam alibi in prælaudatis Ephemeridibus traditur (d). Cur enim singulis, qui in Dantis Comœdias scripserant, enumeratis Auctoribus, novum hoc opus tanto præconiorum apparatu Marchioni Montisferrati obtulisset *Nidobeatus*, si quidquid in eo congestum erat, recocta crambes fuisset, raptumque insulse ex iis, quæ jam antea legebantur? Quis credat curatores Mediolanensis hujus editionis magnis parandæ sumptibus, nihil aliud mercari voluisse, quam turpem notam expilati luxatique alieni laboris? Præterea summa raritas, quæ præsentis ætate intactis adhuc Mediolanensium Commentariorum exemplaribus pretium non modicum facit, haud leve indicium est, ævo illo, certè non barbaro, communi excepta plausu, ita per manus doctorum hominum volitasse, ut quàm citò distraherentur. Hæc innuere opportunum duxi, non ut ementito lucis colore umbras depingam, atque hoc opus, veluti defœcatum absolutumque decantem, sed ne Civis nostri fama in imum detrusa, tanto dedecore obruatur.

D Obiter hic adnotabo, *Nidobeati* cognomen non familiaris fuisse, quæ *Nibia* vocabatur, sed ab ipso Martino Paulo usurpatum, ac si *Nibia* vocabulum contractum esset ex duabus vocibus *Nidus Beatus*; sed ex nobilibus suis posteris neminem habuit in hac ethymologica novitate sectatorem. Describi hic meretur Epigramma, quod huic præfixit volumini, cum eximia Dantis laudes felici calamo expressæ referantur.

*Ecce Pater Vatum Dantes dignissimus oris
Pinguibus, æterni carminis auctor adest.
Ausus avernales descendere vivus ad undas,
Quoque pii manes crimina fonte lavant.
Nemo mihi Æneam, nemo Orphea, Thesea nemo,
Nemo mihi Alciden, Perithoumque canat.
Quæ prisca cecinere viri, gessere novelli,
Omnia Danteus dat tibi nota labor.
Hic pecudes, frugesque canit, idem erigit Urbes,
Floribus ornas agros, militiamque sonat.
Irruit*

(a) Storia della Volg. Poesia Tom. I. pag. 290.
(b) Tom. X. art. V. pag. 249.

(c) Avvertim. della Lingua pag. 115.
(d) Tom. VI. pag. 184.

*Irruit in mores, summo nec parcat honori,
 Tempia Duceſque notat, Pulpita, Rura, Forum.
 Pondera, Menſuras, Numeros, & Tempora monſtrat,
 Deque ſuo dulcis Fabula fonte fluit.
 Ille per immenſum Coſmographus ambulat Orbem,
 Æthera conſcendit, celta per Aſtra volat.
 Signiferumque Poſum ſcandens leve Regna Tonantis
 Luſtrat, & angelicis agmina mixta choris.
 Eſſe nihil certum eſt quod non ſua muſa reponat,
 Dic, quid eum lector non ceciniffe putes?
 Quin etiam obſcurum gravior ſi forte poëſis
 Perſonat, id certo nomine gloſſa refert.
 Gloſſa ſalebroſum quotiens modulamine carmen
 Indiget, ad faciles ducere prompta modos.
 Adde quod in plenos lucubrata volumina nervos
 Retulit exacti cura laborque viri.
 Hic tibi commentis digeſtum ex omnibus unum
 Parſit, & æquato carmine clauſit opus.
 Neve ſit errandum quærenti ſingula, prorſus
 Signavit propriis inveniendâ locis.
 Ergo quis impreſſum tanto molimine Vatem
 Non emat, & multo protinus ære paret?
 Huc puer, huc centum juſto ſer pondere nummos,
 Hoc ego plus omni carmine carmen emo.*

GEORGIUS MERULA.

Prima in editionibus noſtris hoc anno obijcitur mentio *Georgii Merulae Alexandrini*, Viri de literis Mediolanenſibus optimè meriti, cum per viginti duos annos, interruptis tamen vicibus, latinæ græcæque linguæ publicus in hac Urbe Interpres fuerit, largoque à Sfortiis Principibus ſtipendio donatus præclarum de *Antiquitate Vicecomitum* opus condiderit. Annotationes quaſdam ille Venetiis ediderat anno MCCCCLXX. ob illuſtranda Martialis carmina, cum ibidem Eloquentiam profiteretur. Eaſdem Mediolani recudendas curavit Philippus Lavania, aliquod novum hoc anno ſuæ Martialis editioni ornamentum paraturus. In calce impreſſa eſt Merulæ Epistoſa ad *Angelum Adriænum Oratorem Regium*, quæ fortaffe in prima Veneta editione, quam non vidi, frontem occupabat. In ea nullum de *Domitio Calderino* verbum offenditur; ſed addactum ſe ait Merula nonnullorum exhortatione ad hunc ſuſcipiendum laborem, ut quod *Literatorum quorundam arrogantia depravatum* fuerat, ipſius ſtudio diligentiaque emendaretur. Verùm omnibus compertum fuit, in eum finem ſcripſiſſe Merulam, ut *Calderini* Commentaria in eundem Poëtam, tanquam inſcitæ plena, convelleret ac denigraret. Non tulit hanc injuriam patienti animo *Cornelius Vitellius*, adeoque in Merulam acerrimè invectus, ad Hermolaum Barbarum dedit Epistoſam, Critico Gruteri Theſauro inſertam, quam multo quidem eruditionis ac perſpicacis ingenii ſale inſperſit, ſed conviciandi intemperantiâ plurimum deturpavit. Quæ fuerit hujus contentioſis ſeries, in Veneta Ephemeride (e) abundè narratur; nos quæ Mediolani peracta ſunt ab inſigni hoc viro proſequimur.

Græcas, Latinaſque Literas à Francisco Philepho Inſtitutore celeberrimo edoctus, egregios & ipſe diſcipulos effecit, inter quos non inſimi ſubſellii cenſendus eſt Alexander Minutianus, præclara jam cum

A laude in Prolegomenis memoratus. Is gratum animum erga eximium Præceptorem ſuum teſtaturus, ne invida temporum oblivione ejuſdem fama deperiret, Hiſtoriam Vicecomitum, quæ illo è vivis erepto, ocioſa in pluteis jacebat, in lucem eduxit, plenamque encomiis Epistoſam præfigens volumini, inter alia ſcribit *ex illius ludo, veluti ex Equo Trojano, multos magnæ & excellentis doctrinæ Viros prodidiſſe*; nec doctrinam tantum, ſed inſignem quoque vitæ probitatem commendat. Quo tempore cœperit Merula publico è Gymnaſio Mediolanenſem juventutem Eloquentiæ præceptis imbuere, Jovius in ejuſdem Elogio (f) non ſignat, quadraginta annorum numero promiſcuè complectens actum Præceptoris munus in Urbe Veneta, ac noſtra. Diligentius hæc perſcrutatus fuit Eruditiffimus Auctor Additamentorum ad Voſſium in Ephemeride Veneta (g); ex ſecuris enim illorum temporum teſtimoniis colligit, inchoatam ab eo Mediolani publicam literarum Inſtitutionem ſub Francisco I. Sfortia anno MCCCCLIV. atque ad decennium protractam; ſubinde verò Venetias migraffe, ubi majorem, melioremque vitæ partem cum ſumma tam judici, quam memoriæ admiratione docendo, commentandoque contrivit, adeò ut eruditos homines ex remotiſſimis terrarum partibus, nedum ex univerſa Italia, *Georgii* fama magis, quam Urbis illius admiranda magnificentia attraheret, quemadmodum Minutianus tradit in Epistoſa jam relata. Expletis autem ibidem decem & octo annis, iterum Mediolanenſem in Urbem à Ludovico Sfortia Principe revocatum apud nos reliquum vitæ tranſegiffe; ab anno nempe MCCCCLXXXII. uſque ad annum MCCCXCIV. quo vivere deſiit. Tanti viri obitum peculiari adnotatione dignum cenſuit *Petrus Leo Vercellenſis* (de quo alibi ſermo inſtituetur) ejuſdem diſcipulus; ſcribens enim ad *Eufebium Scutarium*, diem atque horam designat, ita exordiens Epistoſam: „Salvus ſis Eufebi. Tibi & ceteris Viris doctis, maximè deſlere licet, propterea „quòd *Georgius Merula Alexandrinus, Polyhiſtor, & utriuſque linguæ Pater, à vivis deceſſit, migravitque hora vigefima ſecunda, quintodecimo Kalendas Apriles*. Quare pro ejus anima (cui præcipue multum debes) Deum Opt. & Max. ora. „Data eſt hæc Epistoſa *Medjolani MCCCXCIV.* quo circa dubitari nequit de anno mortis Georgii Merulæ. Genus morbi extremi deſcribit *Jacobus Antiquarius*; interceptum nempe faucium ejuſdem meatus, adeò ut ſiſtula argentea alendus eſſet; qua difficultate in dies ingraveſcente, ad ſepulcrum tandem detrufus eſt; Legitur hæc *Antiquarii* Epistoſa inter editas Angeli Politiani (h). Ceterum docti inſignique Viri mortem Merulæ procul dubio luxerunt, eandem inter præcipuas illius ætatis calamitates, ac literarum detrimenta connumerantes, verbaque illorum refert in Ephemeride Veneta (i) prælaudatus diligentiffimus Auctor.

Nunc pauca ex ipſo *Eufebio Scutario* proximè enunciato proferenda ſunt, quæ Merulæ ſcripta & memoriam illuſtrant. Patriam eandem cum Petro Leone ſortitus eſt *Scutarius*, nempe Urbem Vercellarum, ſimulque in hanc Metropolim profectus, ſtudia confecit ſub Merulæ diſciplina. Ut autem ingenii ſui, uberique in literis relati proventus ſpecimen daret, emendandas ſuſcepit *Plautinas XX. Comœdias*, quas olim ſtudio ſuo expolitas *Georgius Merula* primus è tenebris eruerat, ac Venetiis ediderat anno MCCCCLXXII. eaſque octennio elapſo Mediolani imprimendas curavit. Præfixa eſt huic editioni Epistoſa Merulæ ad *Jacobum Zenum* Patavinum Antithitem, illa eadem nempe, qua opus hoc ſuum doctiſſimo illi Præſuli dicaverat, cum primò è Venetis prælis prodiret. Eandem recitat in ſuo Eruditiffimo

(e) Tom. XVII. art. XI. pag. 295. & ſeqq;
 (f) Tom. III. pag. 71.
 (g) Tom. XVII. pag. 296.

(h) Lib. XI. Epist. VIII. edit. Paris. anni 1519.
 (i) Tom. cit. pag. 318. & ſeqq;

tissimo Opere de *Brixiana Literatura* Eminentissimus Cardinalis Quirinus, qui omnes enatas inter eruditos illius seculi ac subsequenti, circa Plautum controversias luculentissime enarrat (1). Alteram in calce subiecit *Eusebius Scutarius* ad ipsum Merulam, quæ sic incipit: „Confecimus non minus sedulo quam libenter, prudentissime Præceptor, quod nobis superioribus diebus injunxisti; Plautinas enim Comœdias, latinæ linguæ delicias, ut puto, pro doctrina nostra satis diligenter recognovimus, ut scilicet emendatioribus imprimerentur. „Pergit deinde referre quid ipse peregerit, quidve suo Marte adjunxerit, ut improbe depravatis Impressorum culpa carminibus elegantissimi hujus Poëtæ genuinum splendorem restitueret. Ac demum ad laudes Præceptoris sui calamum convertens, literaria ejusdem opera enumerat, inquit: „Et ut ex consulto omit- tam quod librum jam pridem de *Orthographia* scripti consummatissimi Operis Virgiliani in multis veram lectionem restitueris; & de *homine adversus Galeorum*, *Commentariolosque in Sapphus libellum*: quod annotamenta in lepidissimum *epigrammatographum*, quibus illius arguti & docti sales veneresque intelligi possunt; ac interpretati- nem sane utilem in M. T. Cic. artificiosam Orationem pro *Q. Ligario*, & argumentum in Epistolam ad *Levulum Sphinterem*: quod rei rustice Scriptores maxima abs te incubratione adamussim correctos suis verbis, idest latinissimis exornasti, multaque interpres fidissimus, & nonnunquam Paraphrastes à græco in latinum traduxisti: quod eruditissimas enarrationes in *Juvenalem* multijugâ doctrinâ refertas; & item *Epicedia*, *Epithalamia*, infinitasque in omni genere dicendi orationes edidisti: quod observationes tuæ tam græcæ, quam latinæ, quas ferè innumerabiles observasti, jam diu volitent per ora Virum, à quibusdamque, auctore dissimulato, excipiantur, & fronte perfrictâ recitentur pro suis, quos utique manifestos furti tenemus, atque plagiarum Lege agitare possumus. „Et ut alia haud parum multa abs te elaborata, scienter præteream, elegantissimam conscripsisti & adhuc conscribis historiam de *Antiquitate Vicecomitum*, orsus à primordio Urbis Opulentissimæ, jussu Excellentissimi & Liberalissimi Principis Ludovici Mariæ Sfortiæ Vicecomitis, Barii Ducis, omnes historicorum leges servans, lacteam quandam cum fide maxima ubertatem, Livianamque in concionibus majestatem felicissime affecutus. „Redit postmodum ad Plautum, & de *Plautinis* Merulæ *Quæstionibus* nonnulla innuit, quæ hic lubet annotare. Cornelius Vitellius in suo de *Observatione dierum, mensum, annorumque Commentario* scribens ad *Pyladem Bocoardum Brixientem*, hæc habet: *Sextos & amplius errores ipsius (Merulæ) jam edidisset, nisi expectarem ipsius Quæstiones Plautinas, quas jam decem annos in utero gestat, & adhuc non modo non parit, sed ne parturit quidem. Eas ad Coronida ferè perductas testatur Scutarius, rogatque Merulam, ut edendas curet unâ cum Plauti explanatione, quam tum in lucem proferre meditabatur. Reverà quæstiones illæ, Mediolanensi editioni adjectæ minimè fuere; Hinc dubium exoritur an illas absolverit, aut etiam digesserit Merula. Conclamatum de hisce Quæstionibus, easque inane nomen esse contendere aliquis posset, nixus testimonio Vitellii superius adducto, multoq; solidius Epistolis Jacobi Antiquarii, & Angeli Politiani, quorum primus scribens ad Politianum post Merulæ mortem ait, non alia superfluisse ejusdem monumenta, præter Historias & Epistolas quasdam, *Plautinas vero Quæstiones apparere nullas*; secundus in Epist. ad Philip-*

Tom. I.

(1) Part. I. pag. 4.
(m) Part. I. pag. 77.
(n) Lib. IV. fol. 120. edit. Lugdun. anni 1552.
(o) Tom. XVII. pag. 305.

A pum Beroaldum lib. VI. hæc habet: *Nec est quod ulla expectemus ejus scripta quasi posthuma, corvos deluxit hiantes. Nam nec Centuria usquam, nec Plautina Quæstiones comparent. Ita lepidus homo posteris imposuit. At nisi inverecundæ, quin imò impudentissimæ adulationis reum facere velimus Eusebium Scutarium, qui non tam inceptum, sed ferè ad Coronida perductum literarium hunc Merulæ laborem profitetur, non ita solemniter imposturæ damnandum reor egregium hunc Virum. Præcipuè cum in Epistola Scutarii, quid etiam complecterentur eæ Quæstiones, describatur. Itaque satius duxerim id in incerto relinquere, testimoniis eorum temporum partim adversantibus, partim faventibus. Certè Antiquarius haud ait nullas extitisse, sed nullas apparere. Cornelius autem Vitellius scribebat circa annum MCCCCLXXXI. ut animadvertit laudatus Auctor Additamentorum ad Vossium, Scutarius novem post annos Plautum suum edidit, quo temporis intervallo non tam parturire, sed etiam parere potuerat Quæstiones has Merula. Sanè illas infelici fato periisse non abs re est opinari; Siquidem Hieronymus Ghilinus in *Theatro Virorum literis Illustrum* (m) scriptum reliquit, Merulam, post vegetam in studiis actam ætatem, præcipiti morte occupatum, edere minimè potuisse, quæ elaboraverat; directam verò fuisse literariam ejusdem suppellectilem ab iis, qui Vespillonum more, mortuorum spoliis se amiciunt. Verùm de his satis.*

B Auxit non modicè Mediolanensem gloriam *Georgius Merula*, novo in Urbe nostra literis parato patrimonio, inventis nempe celebrium Auctorum Operibus, quæ per longam temporum seriem sublata ex oculis hominum, fortasse in miserandum tinearum cibum neglecta cessissent. Munere Ludovici Mariæ Sfortiæ Mediolani Ducis ad Cœnobium Bobiense deductus perscrutari pro libito potuit insignes illos antiquitate Codices manuscriptos, quos scientiarum custodes Monachi, furentibus per Italiam Barbaris, ibidem tanquam in Refugii Ara collegerant, & quorum magna postmodum pars eorundem dono ad Ven. memoriæ Cardinalem Federicum Borromæum delata, Ambrosianam Bibliothecam pretioso veluti thesauro ditavit. Igitur iis præcipuè vetustis Scriptoribus eruendis, qui ad humaniora studia promovenda spectabant, diligentiam intendens, *Velium Longuin* antiquum Grammaticum, & *Terentium Maurum* à S. Augustino memoratum, in publicum protulit; subinde verò alios quamplures ex eodem Bobiensi Cœnobio eduxit, quorum Catalogum edidit Raphaël Volaterranus in *Commentariis Urbanis* (n). Quamvis autem hic Auctor *Merula* nomen subiceat, designato tantum anno MCCCXCIV., in *Ephemeride* tamen Veneta, præclarus Vossii illustrator sæpius laudatus (o) pro certo tradit, repertos eos Codices eidem deberi. Gratulata est *Merulæ* Eruditorum Cohors de tam pingui literaria messe collecta, & Politianus ipse, licet non parum contra eundem, ob similitates quæ intercesserant, exasperatus, stimulos illi addidit, ut optimi Viri officio fungens libros recens inventos publicam in lucem emitteret (p). Id quidem in eo reprehendit Politianus, quod tantum se jactaret, ac sustolleret animos ob libros illos, quos auspicio Ludovici Sfortiæ Sapientissimi Principis invenerat, beneficium supprimens (q). Verùm in iustam sibi ab *Æmulo* labem detergere conatus est *Merula*, sic ad eum rescribens (r): „Ceterum ut ad libros redeam, quos auspicio Ludovici Principis Excellentissimi, à situ & propinquo interitu vindicavi- mus, quid reum calumniæ me facis, quasi beneficium supprimere velim? Publicavi Auctorum nomina, & operum titulos. Gestiant credo *Umbre* h h „ &

(p) Lib. XI. Epist. VI.
(q) Ibid. Epist. II.
(r) Ibid. Epist. V.

„ & Scriptorum Manes , ad quos diligentiam & fidem Merulæ jam pervenisse puto . An existimas ex ingenio , si non tuo , certè multorum me esse , qui si thesauros hos invenissent , iterum eos defodissent ?

Non minorem sibi laudem comparavit Georgius Merula ex condita , ut diximus , Mediolanensi Historia , præclarisque Vicecomitum Principum gestis rebus , in claram lucem productis . Ob hunc enim susceptum egregium laborem , non tam liberalibus à Ludovico Sfortia præmiis , quàm effusis doctorum hominum , Mediolanensium atque exterorum præconiis cumulatus fuit , quemadmodum Eusebius Scutarius , Minutianus , Ghilinus , ac Tristanus ipse Calchus abundè , testimoniis editis , prodidere . Verum quidem est hunc postremum , cum Merulæ historiæ perficiendæ manum apponeret , ita eam frequentibus nevis infuscatam perturbatamque reperisse , ut ad eandem ab ovo retextendam compulsus se affirmaverit . Sanè inficiari non possumus in statuenda præsertim Vicecomitum Stirpis origine ad impuros fontes Merulam bibisse , remotius , quàm veritas patiat , illam repetentem , ac si à Comitibus Angliæ , qui etiam longo tempore dominati fuerint Italiæ Regio titulo insignes , sanguinis claritatem derivassent . Irrisione excepit hanc fabulam Calchus , primusque fuit , qui excusso adulationis jugo , Dominam illam Mediolanensis Imperii gentem palpare desineret . Ego quoque ejusdem insistentis vestigiis , remque altius perscrutatus , opinionem hanc de Angliæ Comitibus , quæ altas in superioris ætatis historiis radices jam egerat , ac per manus , tanquam oraculum , posteris tradebatur , convellere nisus sum , invictis , ut arbitror , argumentis (f) . Nihilominus immortalis apud nos memoriæ vigere debet Merulæ nomen , cum intentatum opus summis aggressus conatibus , novum inclytæ huic Urbi decus pepererit , collectam nempe rerum præteritarum seriem , quæ dispersæ in codicibus , privatisque in loculis latentes , aliquando invidiâ temporum interiissent . Quod verò à recto historicæ veritatis tramite non rarò deflexerit , exactique ordinis legibus aberraverit , id non ingenii vitio aut incuriæ tribuendum est , sed festinæ morti , quæ illum adhuc in hoc studio versantem deprehendit , vetuitque ne historiam suam ad umbilicum perduceret , & novas postinodum curas adhiberet , ad eam diligentius expoliendam illustrandamque . Dicavit illam Merula Mæcenati suo Ludovico Mariæ Sfortiæ , cujus laudes , non secus ac ejus Avorum Vicecomitum , qui afflictam diuque laceratam civilibus discordiis Patriam tranquilla pace donaverant , eleganti Epistola prosequitur . Hanc rescavere , qui post centum & ultra annos Merulæ Historiam Mediolani recudendam curarunt ; idcirco eam in calce dabimus ,

Præter hoc opus , cui elaborando duodecim annos impendit , Mediolanensibus typis subdidit *Ausonii Poëtam* anno MCCCXC , indignatus lucè hæcenus illum caruisse in ea Urbe , cujus ornamenta & præstantiam elegantissimo carmine à nobis jam superius relato , exculptoque in publica marmorea tabula , celebraverat . Eidem Præfationem adjecit , quam mihi videre non licuit , sed illam iterum Venetiis impressam sexto post anno testatur in Ephemeride Veneta (t) Auctor sæpius laudatus . Quod ex Epistola Julii Æmilii Ferrarii , Ausonio præfixa , (de qua ad annum MCCCXC loquar) colligere potui , id est , obtigisse Merulæ felicem sortem eruendi ex manuscriptis Codicibus Cœnobii Sancti Eustorgii Mediolani nonnulla inedita hujus Auctoris Epigrammata ; ita enim scribit : „ adjecimus ex Catalogo Illustrium Urbium nonnulla excerpta Epigrammata , „ quæ Georgius Merula Polyhistor præceptor noster ,

(f) In Dissert. de Corporibus Sanctorum Gervasii & Protasii pag. 163. , nec non in Appendice ad eandem pag. 82.

(t) Tom. XVII. pag. 303.

„ & primarius dicendi artifex , in Bibliotheca Divi „ Eustorgii primus indagavit . „ Quandoquidem verò de Ausonii editionibus nonnulla attigimus , id etiam indicabo , reperiri in Ambrosiana Bibliotheca ejusdem opera , Venetiis impressa , optimis typis , ac spatioso margine , à *Nativitate Christi ducentesima nonagesima quinta Olympiadis anno II. VII. Idus Decembres* , idest anno MCCCCLXXVII. supputatis Olympiadibus per quinque annos in singulas ; sed nomen Impressoris non legitur . Præfigitur huic volumini admonitio ad Lectorem majusculo caractere : „ O Musarum Cultor , quisquis es , Ausonii Pæonii „ Epigrammatum libellum intuens , quanta fuerimus „ sedulitate usi in his , quæ tum ad latinarum literarum eruditionem , solertiamque pertinent , ad „ veritas precemur , ac Pub. Ovidii Nasonis Vatis „ Eminentis . ad Liviam de morte Drusi Epistolam , „ Probæque Falconiæ Vatis Claris . à Divo Hieronymo comprobata Centonam , nec non Calphurnii Siculi Poëtæ Bucolicum Carmen , demumque „ P. Gregorii Tiferni Epigrammatum libellum , ut „ diligenter perlegas , vehementer etiam atque etiam „ rogamus . Vale . „ Nomenque Auctoris adnotatur initialibus syllabis B. G. , quæ *Bartholomæum Girardinum* signant , ut infra patebit ; dein sequuntur tituli Capitum omnium in indicem redacti , cum primo eorundem verbo enunciato ; In fine Operum Ausonii hæc leguntur majusculo literis : *Explicunt ea Ausonii fragmenta , quæ invidia (invidia) , cum cetera corrodens vetustas ad manus nostras venire permisit ; subjicitur Bartholomæi Girardini , qui editioni huic præfuit , Epigramma partim græcum , partim latinum :*

„ *Λυσίωνος fueram solus : νῦν χεῖλε τι κοσμοῦ*
Artificis χερσὶ εἰσι τι καὶ φέρει ;
Tum' ἔργον cum prisca queat renovare vetustas :
Tum vides antiquis præferet officiis .

Græco item nitido caractere impressa sparsim leguntur quædam Ausonii Carmina . Opera hæc edita sunt , Epigrammata , Versus Paschales , Epistolæ , Gratiarum actio , Monosyllabi , Crippus de ternario numero , Cœna nuptialis , Endecasyllabi , Precatio Matutina ad Deum , Epicedia , Protrecticus ad Hesperium filium , Eglogæ , Versus de Biffula . Addo post Bucolicum carmen Titi Calphurnii annum exprimi MCCCCLXXII. quo nempe illud Auctor absolvit . Hæc minutius adnotare placuit , cum viderim editionem istam , vetustate ac pretio spectabilem , ignotam fuisse Maittaire , Orlando , & Alberto Fabricio , qui Ausonium Mediolani primò editum censuit (u) .

Ut verò ad Merulam revertar , miratus sum nullum extare in Ambrosiana Bibliotheca manuscriptum Codicem præclari hujus viri , qui tandiu Mediolani docuit , suosque etiam cineres in Templo S. Eustorgii reliquit ; atque hinc confirmari ratus sum Ghilini testimonium , qui , ut vidimus , rapinæ patuisse literariam Merulæ hæreditatem tradit . Plures illi sibi æmulos fecit carpenti licentiâ ; omnium tamen consensu , si inter cœtaneos suos Principem locum non tenuit , ut Joh. Bapt. Pius in suis *Posterioribus Annotationibus* (x) affirmabat , nemini tamen secundus fuit , eumque inter præcipuos latinæ linguæ cultores , eximia cum laude , Sabellicus numerat (y) . Id autem , procul dubio , in summum Mediolanensium gymnasiorum decus vergit ; siquidem manifestam facit nobilem eam curam , qua studiorum Præsides Principesque hujus Metropolis , nullis parcentes sumptibus effecere , ut nonnisi insignes doctrina viri suis in cathedris considerent .

ANNO

(u) Biblioth. Lat. Tom. I. pag. 588. edit. 1521.

(x) Cap. XXXII.

(y) Dialog. cit. Tom. III. fol. 33.

ANNO MCCCLXXIX.

JOHANNES SIMONETTA.

Johannes Simonetta multis jam titulis clarus, splendidiorem se reddidit editis hoc anno *Commentariis Rerum gestarum Francisci Sfortia Mediolanensium Ducis*. Caret quidem impressum volumen anni annotatione, sed illum signare videtur Epistola Francisci Philippi ad calcem excusa, qua à se perlectam, Auctore ipso mandante, hanc historiam summopere commendat, ac mirari se ait, hominem tot Rerum publicarum negotiis implicitum, tantos tamque varios belli & pacis eventus summa cura, ordine, ac prudentia persequi potuisse. Ego tamen cum attentius relegerem diem datæ à Philippo Epistolæ, idest VI. Idus Junias anno MCCCLXXIX., illumque conferrem cum die à Zarotto Impressore expresso, idest X. Kalendas Februarias, arbitratus sum satis dilucidè colligi, historiam hanc non nisi anno sequenti lucem vidisse, ne adjectam calci eam Epistolam, ferme quinque mensibus post editum librum, dicamus. Verùm dimissa hac indagine, quæ parum refert, sequi malui communem Scriptorum morem, qui Simonettæ Commentaria typis nostris impressa ad hunc annum retulere.

Plura de insigni hoc Viro præfatus est Cl. Muratorius ante illius *Commentaria*, inter Rerum Italicarum Scriptores (a) Mediolani recusa; Nonnulla ego quoque addam, quæ ad susceptam à me provinciam implendam arbitror pertinere. *Cacurii* in Calabria natus, cum Franciscus Sfortia Oppidi illius ditionem ex dotè Polixenæ Rufæ uxoris obtinisset, ita ejusdem gratiam inuit, ut individuus itinerum comes, & Consiliorum particeps fuerit. Mediolanum cum Principe Francisco, hujus tandem Metropolis Domino, delatus, primis nuptiis in sponsam duxit *Margaritam Mirabilem* foeminam lectissimam, & cum primariæ nobilitatis Mediolanensibus familiis affinitate conjunctam. Extat in Ambrosiana Bibliotheca elegans manuscripta Oratio, habita in ejusdem funere à *Rev. Patre Magistro Joachino Castillonæ*, *Ordinis Prædicatorum*, in qua facundus Orator, & Genus clarissimum, & eximias illius virtutes abundè commemorat; præclaris item laudibus effert *Johannem Simonettam*, virum ejus spectatissimum, fratremque Cichum, atque Angelum Patrum; demum enumeratis nobilissimis Affinibus hujus inclytæ stirpis, nescium se ait, *plusne Simonetta domus tot familiaris, an. tot familie Domus Simonette ornamentis ac splendoris attulerint*. E secunda conjugè Catharina Barbavaria splendidissimam sobolem tulit, Jacobum præsertim, sacræ Purpuræ à Paulo III. donatum, & non tam plurium Ecclesiarum Episcopali regimine, quam vulgato *De Beneficiorum reservatione* tractatu, immortalè nomen apud posteros consecutum. Quæ vitæ integritate & morum candore præfulserit *Johannes* in excelso Ducalium Secretorum Magistrum munere, quod sub Francisci Sfortiæ Filio, ac Nepote egregiè gessit; sicuti etiam (ut rerum humanarum sese volventium infelix fert conditio), qua calamitatum acerbitate percussus fuerit, carcere, exilioque indignè damnatus, notius est in historiis, quam ut id repetere hîc debeat; Id tantum persequar, quod ad literariam rem spectat.

Porro nullum ille ingenii sui monumentum reliquit, præter hæc Commentaria, sed eadem tantæ majestatis ac cultu Orationis digessit, ut meritò ob hoc unum inter illustres illius ævi Scriptores ab om-

Anibus recensatur, ac commendetur. Exorsus est Historiam suam ab anno MCCCCXXI. eamque deduxit usque ad MCCCLXVI., qui vitæ quidem, non gloriæ cursum abruptit Invictissimo, ac Celeberrimo Duci Franciscò Sfortiæ; nec desideranda in eo fides est, cum ipsemet in Epistola nuncupatoria testetur: „ nihil à se scriptum, quod vel non ipse viderit, & „ contemplatus fuerit, vel à locupletissimis testibus „ auctoribusque, vel etiam ab ipso Francisco, dum „ ille de se modestissimè loquens aliquando, præteritorum „ torum temporum pericula, resque per omnem fortunam „ tunam non tam abs. se, quam ab aliis gestas re- „ censeret, acceperit. „ Hujus Operis pretium ex eo metiri possumus, quod per ora & manus Eruditorum summo cum plausu certatim volitans, intra „ undecim annos ter lucem in hac Urbe viderit, bis quidem primigenio latino sermone, tertio verò in „ Italicam linguam translatum à magni nominis in Literaria Republica viro *Christophoro Landino*. Quin imò, nondum satis expleto præclaræ hujus historiæ desiderio, altera versio Italica parata est à Sebastiano Fausto, & Venetiis edita anno MDXLIII. Verùm de hac interpretatione malè loquitur *Leonardus Nicodemus* in *Additionibus ad Toppii Bibliothecam Neapolitanam*, tum quòd *Simonettæ* nomen profus omiserit, tum quòd Plagii suspectus sit *Faustus*, relatus ideo in *Theatrum Anonymorum, & Pseudoanonymorum* à Vincentio Placio (b). Quidquid tamen sit, Landini labor in hac Historia Etrusco sermone condenda, sequente anno in eadem Urbe Veneta prælum iterum subiit; demum præsentis seculo diligentioribus expolita curis, expresso temporum ordine, atque Additamentis ex Autographo desumptis exornata hæc Commentaria Cl. Muratorius æternitati, ut jam innui, consecravit. Annum, quo Vir iste insignis, ac Patriæ nostræ decus obierit, minimè designat illustre Epitaphium in Templo S. Mariæ Gratiarum Mediolani, ejusdem sepulchro inscriptum, ac recitatum à Cl. Muratorio, & Joh. Sitonæ (c). Memoriam certè non excident laudes à Volaterrano, Sabellico, Matthæo Tuscano, Jovio, aliisque multis in ipsum collatæ, ac perennibus Typis concreditæ.

CAd annum MCCCLXXVII. retuli excitatam Mediolani fervidam controversiam inter Canonicos Regulares ac Fratres Eremitanos, quo habitu effingi deberet S. Doctoris Augustini Simulacrum, Templi Maximi fastigio imponendum. Prodiere in campum utrinque acies Scriptorum, acriterque libellis editis pugnatum est; quòdque miserationem & lacrymas ciet, nec modestiæ, nec caritati pepercerunt, querelas, jurgia, ac etiam maledicta, veluti acuta spicula invicem contorquentes. Excusare suos nititur Celsus de Rosinis, sed candidè fatetur, in hac contentione à recto calle aberratum, inquiens (d): „ Si dignam Viro Sacro modestiam imitari prætulissent, „ sent, profectò præclarius in re actum esset. Verùm „ rum lacestata Virtus, ac veritas opprobriis indignè „ gnè appetita, nequivit non pro merito rependere „ contumacibus adversariis, atque non eadem mensurâ „ surâ metiri, qua mensa prior ipsa fuerat. „ Anrequam tamen librum hoc anno Mediolani impressum referam; opus est pauca præmittere.

EUSEBIUS CORRADUS.

Domini de Franchis Tarvisinus Canonicus Regularis, ut librum oppugnaret à Paulo Lulmio Bergomeni ex Ordine Eremitarum typis vulgatum,

in

(a) Tom. XXI.
(b) Tom. I. fol. 652.

(c) Chronic. Judic. & Equit. Mediol. Parte II. num. 336.
(d) Lyceum Lateranen. fol. 270.

in quo, ut ait Rosinus (e): *plura in Regulares Canonicos cumulabantur probrosa, falsa, contumeliosa*, Opusculum ediderat inscriptum *Defensio Canonice Regularium contra Eremitas*. In hunc Virum, modestè alioquin scribentem, insurrexere Bartholomæus Patavinus, & Angelus Cremonensis Eremitani Instituti, turbas eas excitantes, quas Rosinus describit; Quapropter ut eorum clamores obtunderet *Eusebius Conradus* Regularis Canonicus, impressam Mediolanensi prælo Apologiam hoc anno in publicum protulit, ita inscriptam, ut tradit Rosinus, *Responsiones in Maledicta cujusdam Fratris Patavini, & cujusdam Angeli Cremonensis*. Revera tamen in edito libro hic titulus legitur: *Eusebii Conradi Mediolanensis Canonici Regularis Congregationis Lateranensis adversus Fratrem quendam Blaſteronem Ordinis Eremitarum, Canonice Regularium Sycophantam, & falsidicum Prædicatorem, Responsio pro Venerabili & erudito Dei Prædicatore Domino Dominico Canonice Regulari clara atque verissima, qua demonstratur S. Augustinum Eremitam non fuisse, nec habitum Eremitarum induisse, & Fratres, olim Gulielmitas dictos, nunc verò Eremitanos vulgò appellatos, nunquam instituisse, sed Clericos & Canonicos tantummodo Regulares institutis Apostolicis decorasse*. Sanè, si vera sunt, quæ in decursu hujus Operis narrat Eusebius, justo percitus dolore videbatur; inter cetera enim probra, quæ Angelus Cremonensis in adversarios conjecerat; eò insolentia processerat, ut Cremonæ, & in aliis Civitatibus præ injuria vulgaret, *S. Augustinum nunquam induisse habitum Canonice Regularium, nisi cum ad equile, vel ad visendas haras, & pecus suam pergeret*. Quod in hac disceptatione risum nobis movere possit, id est, indutum fuisse ab Eusebio S. Augustinum acerbis contra Mediolanenses querelas effundentem, eo quòd exsculptam in marmore effigiem suam in habitu Fratrum Eremitarum permitterent collocari in præstantiori loco Templi sui Majoris, ac si malè responderent beneficiis atque honori, quo illos cumulaverat docendo, scribendoque in hac Metropoli Urbe. Profectò si hoc solum crimen erat, cujus causâ objurgari debuissent Cives nostri ab Augustino, Magistro olim suo, nunc Patrono veneratissimo, tutos prorsus existimare se poterant ab ejus indignatione. Quid enim noxæ contraxerant, uno vel altero habitu illum induentes? Cum quæcumque vestis horum insignium duorum Ordinum adhibita fuisset ad illius simulacrum effingendum, dedecori certè esse non poterat tanto Doctore, qui ob eximia virtutum exempla, & tradita regularis disciplinae præcepta Pater à singulis appellabatur. Sed condonari hoc potest Eusebio, qui ob ingenium præfervidum, conceptamque in Æmulos non immeritam iram, compefcere calamum nescivit, quin ultra limites invehendo excurreret, & cum umbris etiam digladiaretur.

Non hæfere taciti Patres Augustiniani Eremitæ; Ambrosius namque de Cora, seu Coriolanus, de quo plura jam diximus, retundere conatus est quidquid Eusebius objecerat; novisque semper in arenam descendentibus hinc inde Propugnatoribus, à Rosino singillatim enumeratis, res ad eam non modò Scripturarum, sed jurgiorum frequentiam reducta est, ut acerbum hoc dissidium, Pontificio Sixti IV. decreto, atque anathemate pacari debuerit. Verùm, extincto etiam literario hoc incendio, aliquas erupisse scintillas colligo ex altero *Eusebii Conradi* Opere, quod licet anni & loci adnotatione careat, Mediolani tamen editum esse Seculo XV. expirante dubitari nequit. Siquidem illo met anno MD. degens Eusebius in Coenobio S. Mariæ de Passione extremum diem suum clausit, & in Præfatione ait, Tractatum alterum de hac re à se compositum, impressum fuis-

A se Romæ viginti ante annis. Inscriptus est hic Liber: *Eusebii Conradi Mediolanensis, Canonici Regularis, Tractatus secundus de Præcedentia, & Dignitate Clericorum Regularium præ Monachis*; dicaturque ab Auctore D. Hieronymo Bossio, Canonice Regularium Generali Rectori. In Epistola autem nuncupatoria hæc scribit: „ Cum anno superiori, idest 1499. „ (hinc annus hujus editionis, nempe MD. eruitur, „ & alterius Romanæ superius memoratæ, ac viginti „ annis antea peractæ, idest anno MCCCCLXXX.) „ essem à Patribus in Canonica S. Georgii de Bina- „ te, reformationis gratiâ designatus, & Reveren- „ dus Pater D. Sylvanus Venetus Generalis Rector „ tunc esset, attulit ad me, nescio quæ contra Or- „ dinem nostrum scripta in modum Dialogi, ac alia „ plurium Doctorum notata in favorem Monachalis „ Præfidentia, hortabaturque monendo, atque man- „ dando, ut Doctorum consiliis & Collegiis in favo- „ rem Præfidentia Monachorum contra nos scriben- „ tium responderem &c. „ Maturius quàm Ordo Hi- „ storix ferret hæc retuli, ut quæ de *Eusebio Corrado* dicenda erant, simul complecterer. Ceterum hic secundus Tractatus Mediolanensibus Typis vulgatus diligentiam fugit Pennotti (f), & Rosini (g), qui Eusebii Conradi res gestas, & libros editos describere.

Nunc redeo ad ejusdem *Responsionem* hoc anno excusam nostra in Urbe. Præfert illa Epistolam Severini Calchi ad Joh. Cribellum S. Petri de Ulmo Præpositum, cui etiam opus hoc suum dicavit *Eusebius*. In ea testatur Calchus, Monasterium illud excitatum fuisse ab Urbano Summo Pontifice hujus nominis tertio, ex Patricia Mediolanensi familia de Cribellis, paternæque hæreditatis præditatum. Addit Pennottus (h) hinc colligi, Canonicos Regulares in hoc Monasterio sub Præposito item Regulari usque ad annum 1478 (verius 1479.) quo anno liber est impressus, perdurasse. Serius tamen in Coenobio S. Petri ad Ulmum moram egisse Canonicos Regulares docent Chronica ejusdem Ordinis à Joh. Philippo Novariensi conscripta anno MDXXIX & typis edita sexennio post Cremonæ per Cæsarem de Ricardis; in iis enim (i) inter Monasteria, adhuc vigentia sui Ordinis illud S. Petri ad Ulmum enumerat. Subsequentibus annis, ut Pennottus ait: *Locus Canonicis destitutus, Monasterium destructum, Ecclesia vix superstita, & Bona illius, quæ maximos proventus reddunt, commendata*. Nunc eidem Commendæ præfidet Abbas D. Eugenius Vicecomes Marchionis Annibalis, Mareſcalli, atque Mediolanensi Jovis Arci Præfecti, pace & bello celeberrimi filius, qui florenti ætati senilem prudentiam doctrinamque eximiam conjungens, magnarum rerum spem facit, Ecclesiamque sibi commendatam summis sumptibus in antiquum splendorem restituit.

In decursu hujus libri alia etiam enunciat *Eusebius* Canonice Regularium Coenobia, quæ tunc in Mediolanensi ditione vigeant, nempe *S. Mariæ de Carpenzago, Monasterium de Bernago, & Monasterium, ubi dicitur, Campus-mortuus, Jus patronatus nobilis Familia de Mantegatiis Mediolani*. De hoc postremo Pennottus (l) ita scribit: „ Monasterium, Campi mortui nuncupatum, à nobilissima „ Familia de Mantegatiis fundatum (fuit), constitu- „ tis in eo Canonicis Regularibus, qui per multa „ tempora illud tenuerunt; nam & in sæpe memo- „ rato Capitulo Papiensi (anno 1340. celebrato), hu- „ jus Monasterii, & illius Prioris mentio habetur. „ Sed quanquam esset de jure Patronatus Familia de „ Mantegatiis, neque alii quàm Canonici Regulari- „ ter professi ex Fundatoris dispositione possent in- „ stitui Priores, patronis reclamantibus, Clericis „ Secularibus est commendatum, & disciplina peni- „ tus sublata. „ Rediit tamen in eandem Familiam

(e) Ibid.

(f) Histot. Tripart. lib. III. cap. X. fol. 581, & 791:

(g) Lyceum Lateran. fol. 293.

(h) Ibid. fol. 313.

(i) Lib. III. cap. XLII.

(l) Ibid.

Mantegatiam commendata hæc Ecclesia, eamque nunc possidet Abbas D. Joseph Mantegatia, anno MDCCXLII. electus à clarissimæ hujus stirpis Condominis. Demum altera legitur in hoc Codice Epistola Nicolai Clavasiensis, Canonici Regularis, ad Eusebium Mediolanensem, integerrimum, & optimum Patrem, hujus Operis Auctorem, quæ tota in ejus laudibus versatur, sed nihil ad Historiam pertinens continet.

PAULUS FLORENTINUS.

Equestris Ordo Sancti Spiritus, in Galliis enatus, Italiam, Urbemque Romam penetravit; Laicis primum, dein Religiosis viris solemnia vota profertentibus permixtum constitit: post medium verò Seculi XV. ad solos Regulares transiit, auctoritate Sixti IV. Summi Pontificis, qui ad id statuendum Bullas literas expedivit anno MCCCCLXXVI., quarum fragmentum recitat Auctor Historiæ Religiosorum. Ordinum gallicè Parisiis editæ (m) anno MDCCXIV., apud quem hæc & alia ad hunc Ordinem spectantia videri possunt, fusiùs relata. Ea præmittere opportunum censui, cum per ista eadem tempora floruerit in memorato Ordine Sancti Spiritus Paulus Florentinus, cujus hoc anno excusum est Mediolani Opus non modicæ molis, nec paucò etiam sudore elaboratum, nempe *Quadragesimale à Septuagesima usque ad Festa Dominicæ Resurrectionis*. Dixi Auctorem hunc fuisse Sancti Spiritus Ordini adscriptum; id enim suadet ejusdem effigies prælo impressa in prima voluminis columna, regulari illius Ordinis habitu, Cruce duplici, & hisce initialibus literis M. P. F. O. S. S., idest, *Magister Paulus Florentinus Ordinis Sancti Spiritus*. Sanè hic Paulus à teneris annis sese devoverat Ordini Servorum Beatæ M. V., religiosum ejusdem habitum induens, atque in eo probitate & literis multum profecerat; insurgentibus tamen acerbis inter suos dissidiis, Romam confugit, sacroque S. Spiritus Instituto nomen dedit. Narrat id Archangelus Gianus in Annalibus Servorum his verbis (n). Paulus Florentinus, „olim domesticis perturbationibus lacescit, relicto Ordine, inter Fratres „Xenodochii S. Spiritus de Urbe, etsi honorificè „semper, nec ociosè, magna cum gravitate, plures „annos legendo & concionando consedit, ubi etiam „præclarum illud Declamationum Quadragesimalium „(volumen) edidit, & magno illius Domus Præceptori D. ob multa accepta beneficia „nuncupavit. „Diversa tradit Julius Negri in Historia Florentin. Script. (o) asserens, evocatum Paulum fuisse à Summo Pontifice, ut *Commendatariis* provinciam suscipere in illo Sancti Spiritus insigni Nofocomio; sed pertæsum regiminis, cujus assiduis curis à grato studiorum cultu animus abrumpebatur, impetrasse, ut onus deponeret, reversumque fuisse ad primæva Servorum B. V. claustra. Hæc ille; cum tamen neque Pontificis nomen, neque ullum hujus rei documentum enunciet, penès ipsum sit fides. Certè anno MCCCCLXXXV. ad primævum Servitarum Institutum jam commigrasse evincit Oratio ab eodem habita in Comitibus Generalibus eo anno *Vetralæ* celebratis, ejusque reditum paulò ante contigisse ex eo colligi potest, quòd cum Antonius Alabanti, Generalis Ordinis Magister electus, ut Servitarum gregem ferè dispersum in unum ovile revocaret, statutum tempus præfixisset Fratribus suis ad redeundum in Claustra, non modò Paulum Florentinum benignè habuit, sed eundem sibi in socium adscivit; quo clementiæ exemplo, ut Gianus scribit, *plerique protinus ad Caulam reversi fuere*. Verùm in hæc ultrò inquirere ocium non suppetit.

Tom. I.

(m) Tom. II. pag. 195.

(n) Tom. II. fol. 54. col. 2.

(o) Fol. 445.

A Meccenatis nomen, cui hoc volumen Paulus inscripsit, prætermissum vidimus in verbis Giani superius relatis; præstat igitur integrum titulum hic adnotare, qui sic jacet: *Paulus Florentinus, Theologorum minimus Divi Ordinis Sancti Spiritus de Urbe, Reverendissimo in Christo Patri, & Domino Innocentio Romano, ejusdem almæ Religionis Generali Præceptori dignissimo, ac suorum omnium Benefactorum maximo, Salutem dicit plurimam*. Epistolam exorditur beneficia enumerans, quæ ab ipso receperat, inquit: „Non priùs ad te unicum laborum meorum „refugium clamavi, quòd adjutricem statim porrexisti manum, de profundis pelagi naufragum eduxisti, ditasti pauperem, ac tanto cum honore in patriam remisisti, quod quam omnibus præstat; „ad amœna semperque florentia literarum studia, „quod in Cœlum usque evehit, facitque beatum, „parasti iter. „Enarrat subinde, quanto labore ac vigiliis post suam ab Urbe discessionem hoc opus perfecit; Commissam sibi jamdiu, in officio prædicationis animarum curam commemorat, ac demum Economiam omnem adhibitam in singulis sermonibus digerendis exponit, quam hic repetere supervacaneum reor, cum Epistolam ipsam, ad calcem hujus Historiæ imprimendam remiserim.

B Præter hunc *Thesaurum Concionatorum*, uti eum Paulus appellat, alterum ejusdem Auctoris Opusculum, hoc anno, Mediolanense torcular edidit, *Explicationem nempe septem Pœnitentialium Psalmorum*. Hanc italico sermone conscriptam fuisse suspicatus est Julius Negri (p); sed latinam nobis exhibet Codex superstes in Archintea Bibliotheca. Eam elaboravit, cum adhuc in Ordine S. Spiritus degeret, dicavitque *Domino Leonardo de Platis, Civi & Canonico Mediolanensi*, cujus rogatu hocce Davidis Psalmos explanandos susceperat. Mirum est, qua inscitia, seu adulatione in texendis Genealogicis arboribus laboraret illa ætas. Siquidem nobilissimam Platorum Familiam commendaturus Paulus Florentinus, primævam ejusdem originem à Platone deducit, eumque ideo profusis laudibus extollit, sacra etiam profanis immiscens. Descendit subinde ad insignes viros inclytæ hujus Domus enumerandos, qui per ea tempora Mediolani florebant, *Georgium nempe Platum, cui, ut ipse ait, omnem Monarchiam Legum divinitus datam Italia omnis intellexit, & Theodorum ejus filium, Jurisconsultorum jubar clarissimum, nostrisque temporibus Mediolani decus*. Porro hic Theodorus à Patriæ nostræ Scriptoribus summa cum laude memoratus, Ducique Ludovico Mariæ Sfortiæ, cui à Consiliis erat, acceptissimus, amoris sui erga Patriam illustre monumentum reliquit, *Scholas* videlicet ex suo cognomine *Platinas* appellatas condens, annuo ære statuto, ut Mathematicas Scientias, græcæque literas præstantissimi Institutores quotidie docerent, quemadmodum in Proœmio latius jam retuli. Extat (q) Oratio habita à Francisco Philelpho in nuptiis Theodori Plati, & Elisabette Vicecomitis, in qua Orator ille facundissimus non tam de maximis Viri hujus Virtutibus, quam de Familiæ antiquitate ac præstantia luculentum sermonem instituit, sed in eam insaniam & ipse intidit, ut non contentus *Platorum* Gentem à *Platone* derivare, usque ad Codrum Atheniensium Regem per paternum illius genus, & ad Nileum Neptuni filium ac Pelie Fratrem, per maternum, ridiculo sanè commento procurrat. Recitavit hanc Orationem Philelphus Papiæ, die V. Augusti, anno MCCCCLX. teste Morigia (r), qui plura de hac Familia disserit.

D E Duos etiam filios hujus Familiæ adhuc tenellos enunciat Paulus, in magnam spem crescentes, his verbis: *Ipsi quoque quatuor annorum pueri, tanquam gemini Castor & Pollux, in cœlestia fortè signa redi-*

(p) Loc. cit.

(q) Inter ejus Opuscula pag. 48.

(r) Hist. di Milano pag. 622.

digendi, Platonem divina quadam indole polliceri videntur. Hos pueros fuisse Martinum & Ludovicum Platos fratres, vix dubio locum esse crediderim, cum ineunte seculo subsequenti, celebres in hac Urbe fuerint, eorumque præclaram mentionem inserat suis Chronicis Collegii Judicum, & Equitum Mediolani (f) Cl. Sionus. De altero item adolescente hujus familiæ meminit, hæc scribens: *Dedisti mihi in Adoptionis filium Christophorum, tam bonæ indolis puerum, ut in uno corpore duos admirari possimus, ætatis puerulum, & moribus senem.* Reliquum Epistolæ impendit Paulus ad commendandam hæreditariam in hac Familia, Platonis doctrinam, altiùs & ipse conscendens, & *regalis, divinæque Stirpis illustri fabula Leonardo suo blandiens.*

Ex *Astavanse*, nobili Florentina Familia, prodiit hic Paulus, eumque, Virum *undequaque doctissimum, & in concionando apprime facundum* Gianus appellat (t). Usque ad annum MID. vitam protraxit; illius Opera, & res gestas præclara cum laude recentent Archangelus Gianus (u), & Julius Negri

(x), qui elaborata ab hoc Paulo *Commentaria in Opera Danis & Petrarcho* refert; cum tamen de Dante loquens, inter ejusdem Commentatores hunc minimè enumeret. Vereor ne illi imposuerit Epistola prævia ad Quadragesimale hoc anno editum Mediolani, in qua *Paulus Florentinus* hæc habet: *Dantem, non tanquam Poëtam, sed ut Theologum, maximum, cum omni vulgari Opere Divi Francisci Petrarcho, mira cum claritate brevitateque, & admirabilium sententiarum suavitate commentati sumus, ut legentibus nullo amplius interprete opus sit.*

Verùm, si attentè hanc eandem Epistolam perlegamus, clarè patebit, non aliquod sejunctum opus fuisse à Paulo conscriptum, quo Dantis, & Petrarcho carmina illustraret, sed ex editis eorundem libris graviore sententias, suscepto sacro sui muneris opportunas, ab ipso delectas, atque in Concionibus sparsim relatas, quibus uberem nitidamque explanationem adjecit, easdem proinde in memorata Epistola appellans *Excerpta electiora.*

ANNO MCCCLXXX.

Usque ad hunc annum pergamenis, aut chartaceis tantum Codicibus usa fuerat Metropolis nostra, ut Municipales Leges, quæ passim *Statuta* appellantur, Civibus suis præscriberet. Typorum facilitas, quibus jam hæc Urbs affluebat, in causa fuit, ut istud quoque Mediolanensibus commodum pararetur. Paulo Suardo Civi suo benemerito debet hoc beneficium Patria nostra, qui non tam industriam, sed pecunias etiam impendit, ut prægrande *Statutorum Mediolanensium* volumen præsentis anni in publicum ederetur, datique ceteris Urbibus proficui exempli laus prælis nostris accresceret. Antequam tamen de memorata editione quidquam enunciem, mei muneris esse crediderim, compendiarium aliquam Legum nostrarum notitiam proferre.

Quo tempore condi coeperint singularum Urbium Italicarum Statuta, designari facile nequit; cum aliæ citius, aliæ ferius suis creatis in Reipublicæ speciem Magistratibus, abrogatoque, seu positus in desuetudinem abeunte jure Romano, Langobardico, Salico, quod in Judicum Curiis per longam temporum seriem viguerat, proprias quæque leges conflaverint, indixerintque ad civiles dirimendas lites, imponendas criminibus pœnas, publicoque ærario vectigalia paranda. Cl. Muratorius in Italicis Medii Ævi antiquitatibus (a) Statutorum originem celebri *Paci Constantiæ* figit, post quam Frederici I. Augusti indulgentiâ assertæ in libertatem Italicæ Civitates sese in Reipublicæ modum composuere, conditisque ad Populorum regimen salutaribus edictis, municipale jus evulgarunt. Sanè antiquius Urbis nostræ hac in re monumentum, sunt *Consuetudines Mediolani*, collectæ ac promulgatæ anno MCCXVI., quarum authenticum manuscriptum exemplar in Ambrosianæ Bibliothecæ scriniis servatur. Narratur in hoc Codice, à Brunasio Porca (Novariensi) Prætor Mediolani (anno MCCXV.) decretum fuisse de Consilio Civium, ut sequentis anni Prætor *universas Consuetudines, quæ in hac Civitate de cetero servarentur, in unum redigeret, vel redigi faceret, ut non aliunde Consuetudines inducerentur, nisi quæ in illo volumine fuissent inventæ.* Itaque *Jacobus Malecoxigia, seu Malcorrighia* Placentinus, ut eum vocat Galvaneus Flamma in Manipulo Flo-

rum (b), Brunasio in Mediolanensi Prætura succedens, quatuordecim discretis Viris delectis, quorum nomina ibidem leguntur, eosdem Sacramento obstrinxit, ut acquisitis undique prædictis Consuetudinibus, illas calculo suo approbarent, in suos titulos distribuerent, conferrentque in unum volumen; quemadmodum etiam peractum est, incipiendo à Civilibus Causis, quæ frequentius agitantur.

Inter ceteras Consuetudines hæc etiam legitur; inscripta *De Pugnis, & in quibus casibus fiant, & quomodo secundum nostram Consuetudinem fiant.* Mos iste, qui *Monomachia, seu Duellum* ab aliis appellatur, à Barbaris Gentibus in Italiam invehctus, eorumque legibus comprobatus, plurimam Christiani Ævi partem infecit, nec nisi succedente cultiorum temporum Religione, quæ ab efferatis animis antiquam rubiginem deterfit, aboleri potuit, ac penitus extirpari. Mediolani Seculo XIII. adhuc vigeat; sed citra sanguinis mortisque periculum, deducta à Francis mitiori certaminis formâ, idest scuto tantum, ac fuste, sive baculo, quo armati inter se pugnabant; eam autem imitatos fuisse etiam Patavinos memorat Muratorius infra laudandus (c). Accipe quid in nostra hac Urbe Statutum foret ad ineundam hanc pugnam. „ Fit autem pugna per Campiones. „ Interdum per primas personas, quæ nunquam pugnam, sive duellum fecerunt. Et hoc arbitrio illius, qui convenitur, plerumque relinquitur, utrum per se velit pugnare, vel Campionem, vel aliam personam. Et si per se pugnare elegerit, arbitrio Judicis, inspecta utriusque persona, similis ei ad pugnandum datur. Si verò per Campionem pugnare velit, quemcumque voluerit Campionem accipiet; & adversarius ejus similiter. At si per aliam pravam personam, quæ nunquam fecit pugnam, contendere voluerit, optionem habebit eligendi quem voluerit meliorem, & altera verosimilior. Alioquin, si reus voluerit, adæquatio personarum fiet per Judicem. At ubi per consensum partium, vel Judicis solertiam de Campionibus, qui pugnaturi sunt, certum fuit; per Judicem certa pugnandi dies statuitur, ut ante Consulis præsentiam utraque pars veniat parata ad pugnandum. Et si per unam partem steterit, quo minus ad diem ordinatam ad pugnandum venerit, alteri parti

(f) Part. II. num. 347.

(t) Ibid. fol. 37.

(u) Ibid. fol. 73.

(x) *Istor. de Scritt. Fiorent.*

(a) Tom. II. Dissert. XXII. col. 282.

(b) Tom. XI. Rer. Italic. col. 666.

(c) Tom. III. Antiquit. medii Ævi, Dissert. XXXIX. col. 636.

„ parti occurrere omnes expensas persolvat .
 „ Aliud erit dicendum, si casu fortuito, sive per
 „ infirmitatem Campionis sui, vel alio modo ad pu-
 „ gnam suam finiendam die præfixa non venerit, quo
 „ à præstatione expensarum liberatur. Utrâque parte
 „ adveniente, Campiones missam audiunt, & armis
 „ juxta altare positis benedictionem à Sacerdote ac-
 „ cipiunt, & arma signantur; & postmodum ad præ-
 „ sentiam Judicis utraque pars venit .

„ Et in Via publicâ, antiquis temporibus Con-
 „ sule assistente, & Misso Regis, tales solemnitates
 „ exigebantur in nostra Civitate, videlicet sedente
 „ Judice pro Tribunali, sedentibus quoque patronis
 „ causarum utriusque partis interrogabatur patronus
 „ actoris, si confitebatur in causa sedere pro Misso
 „ Regis ad appellandum, & ipse de licentia sui clien-
 „ tuli respondebat, confiteor; Et ipse interrogabat
 „ Judicem si confitebatur se in judicio sedere pro
 „ Misso Regis ad pugnam istam audiendam, & ju-
 „ dicandam, & ipse similiter respondebat, confiteor.
 „ Et iis verbis solemniter propositis patronus actoris
 „ petita licentiâ à suo clientulo appellat & dicit .
 „ Ego talis dico, & ipse meus clientulus suo tem-
 „ pore dicit, quod habet certam suspicionem, quod
 „ talis est fur, vel collega furis de rebus designatis
 „ per libellum, quas res sibi subreptas esse dicit uno
 „ furto à tali tempore infra. Hic isto animo venit
 „ ad hoc appellandum, & sic olim jurabat Campio
 „ actoris; sed hodie hoc jurat actor in propria
 „ persona si major est, si minor verò sit, jurat Cura-
 „ tor, vel Tutor ejus. Versa vice, & eisdem solem-
 „ nitatibus admittitur reus, & ejus licentiâ patronus
 „ negando respondebit, & jurabit hodie, principa-
 „ lis persona rei si major sit, quod non isto animo
 „ venit ad defendendum, & quod non fecit furtum
 „ vel guastum, nec collega est furis, quod verbum
 „ Collega tamen in furto dicitur; si verò sit minor,
 „ idem jurabitur per Tutores, vel Curatores. Iis ita
 „ peractis, Judex sic dicit: Ego autem auctoritate
 „ Missi, qua fungor, Judico pugnam inde fieri, &
 „ postea pugna ligonis, seu baculis hinc inde per-
 „ mutatis quadiatur. Et subsequenter ad Sacramen-
 „ tum actor taliter accedit, ut si per se pugnaturus
 „ est, sic jurat, ut ejus patronus appellaverat. Et
 „ eo amplius quod si per vim herbarum, vel verbo-
 „ rum alicujus maleficii non venit ad hanc pugnam.
 „ Sin autem pugnare debet per alium, Campio ab
 „ ipso sæpius licentiâ petita in ejus actoris anima
 „ jurabit, ut supra dictum est, & nomine suo de-
 „ malis, econtra Campio rei negando simili modo
 „ per suum Campionem sacramentum subibit, qui-
 „ bus omnibus consummatis ad campum pugnandi
 „ causâ venit, & Judex, ut nihil ex solemnitati-
 „ bus prætermitteret actoris Campioni, vel ipsi acto-
 „ ri si pugnabit, scutum sic annuntians offerebat:
 „ Accipe scutum impugnationis secundum justitiam,
 „ quoque fustem eidem tribuebat sic dicens: Accipe
 „ fustem impugnationis secundum justitiam, reo quo-
 „ que similiter arma offerebat, dicens: Accipe scu-
 „ tum, & fustem defensionis secundum justitiam .

„ Istæ solemnitates olim ante pacem Imperato-
 „ ris Federici in usu fuerunt; pace verò facta cum
 „ Domino Federico Imperatore, qui Mediolano, &
 „ aliis Lombardis plenam Jurisdictionem concessit,
 „ pro magna parte hujusmodi solemnitates exularunt,
 „ & absque Misso Regis Consul Mediolani duellum
 „ judicat, disponit, & ordinat .

„ Sed nec in Via publica hodie, sicut olim à
 „ partibus juramenta præstantur, & pugna judicatur,
 „ sed in Consulatu, ubi fuerat sententia lata, omnia
 „ de plano expediuntur, absque magna verborum so-
 „ lemnitate; licet hodie quidam sequentes morem
 „ antiquorum iis verbis solemnibus in appellando,
 „ & respondendo ex abundantia utantur .

A „ Principales quoque personæ hodie per se ju-
 „ rant si fuerint majores, aut eorum Tutores, vel Cu-
 „ ratores, si minores fuerint. Campiones verò per
 „ se jurant, quod per vim herbarum, vel verborum,
 „ vel alicujus maleficii ad pugnandum non veniunt,
 „ & amplius quod bona fide pugnabunt. Restat ut
 „ de modo pugnandi, quid per consuetudinem no-
 „ stræ Civitatis obtineat, breviter videamus .

B „ In primis sciendum, quod Campiones semper
 „ cum scuto in capite, & fuste certantur, nisi de
 „ consensu partium aliud fuerit actum. Feltrum,
 „ quoque in dorsum, & in una tibia habere permis-
 „ sum est. Inde est etsi per pravam personam, quam
 „ reus meliorem eligere voluerit, pugna fieri debeat.
 „ At si per aliam personam, quæ nunquam pugnam
 „ fecit, & præcipue quæ sit de Villis, duellum spe-
 „ ratur fieri, sæpe per scutum & cistam pugna or-
 „ dinatur; hæc tamen omnia, quæ dicta sunt, ex Ju-
 „ dices arbitrio pendent; pugna verò secundum Ju-
 „ dices officium ordinata, is qui ceciderit, idest cu-
 „ jus caput suum terram tetigerit, succumbit. Alio-
 „ quin si genibus terram percusserit, vel terram ma-
 „ nibus tetigerit, & corpus ad terram non fuerit
 „ prostratum, non succumbit .

C „ Judicium etiam aquæ frigida eodem tempore
 „ à Mediolanensibus antiqua consuetudine usurpabatur.
 „ Gl. Muratorius, qui de *Judiciis Dei, & Duello* ge-
 „ minam eruditissimam Dissertationem edidit in tertio
 „ Antiquitatum Italicarum Volumine (d), ex *Antiphona-*
 „ *nario* pervetusto Bibliothecæ Metropolitanæ Canoni-
 „ corum Mediolanensium Collegii, descripsit *Ordinem*
 „ *Judicii ad aquam frigidam*, quod præmissis Oratio-
 „ nibus, invocatoque Deo teste veritatis peragebatur.
 „ De hoc *Judicio* in nostro Consuetudinum Codice
 „ hæc leguntur: „ De *Judicio* verò aquæ frigida illud
 „ scire oportet, quod tunc demum ad illud perve-
 „ nitur, cum accusatus, propter paupertatem pu-
 „ gnare per Campionem non potest, nec persona,
 „ quæ convenitur, habilis est ad pugnandum. Et
 „ judicantis est diligenter investigare facultates accu-
 „ sati recusantis pugnam per se, vel per alium fa-
 „ cere, si ejus facultates solidos centum valeant, vel
 „ non. Et si minus solidorum centum in bonis ha-
 „ bet, ad *Judicium* prædictum perveniat aquæ frigida,
 „ in quo quidem *Judicio* per partes sic juratur, ut
 „ superius dictum est de pugna .

D „ Fit autem *Judicium* aquæ frigida per puerum
 „ virginem ligatum, & in aquam per eundem dimif-
 „ sum, & si illum aqua non recepit nec submersus
 „ fuerit, qui fuerat accusatus succumbat; Si verò
 „ illum aqua sumpserit, & submersus fuerit, obti-
 „ nebit. Illud autem scire oportet, quod ferventis
 „ ferri *Judicium* in nostra Civitate non admittitur,
 „ licet in quibusdam locis Jurisdictionis Domini Ar-
 „ chiepiscopi secus obtineat. „ Sanè *Benedictionem*
 „ *ad Judicium ferri candentis in manu* continet *Anti-*
 „ *phonarium* memoratum Ecclesiæ Mediolanensis, e-
 „ quo illam vulgavit prælaudatus Muratorius (e). Cum
 „ tamen nihil ipse de tempore ac modo, quo Medio-
 „ lani hæc pugna, ac *Judicia* publico jure indicebantur,
 „ chartis suis inferuerit, non incongruum duxi, ad il-
 „ lustrandam Patriam Historiam, è manuscripto nostro
 „ Codice ista proferre .

E „ Plures ibidem assignantur causæ in Civilibus, ac
 „ Criminalibus Controversiis ad intentanda hæc Legum
 „ remedia; potior erat *Furtum*, si summam solidorum
 „ sex, vel circa excedebat juxta Langobardicas Leges.
 „ Excipiabantur tamen aliqui casus & personæ, qui-
 „ bus Pugnae *Judicium* præscribi non poterat Municipi-
 „ pali statuto; inter alia hæc adnotantur: *Sed nec de*
 „ *perjurio*, jure nostræ Consuetudinis, pugna statuitur;
 „ & ideo *Lex*, Lombardorum scilicet, merito in nostra
 „ Civitate locum non habet. *Sed nec inter testes contra-*
 „ *rios jure nostro pugna ordinatur, licet jure Legum*
 „ *fieri*

(d) Col. 613.

(e) Ibid. col. 621.

feri debeat. Aliæ etiã Causæ enumerantur: De incendio quoque & guasto sit pugna, veluti si blavam in agris quis guastasse, vel vites taliãsse, vel arbores scorticasse dicatur, & damnum fuerit soldorum sex vel plurium. Et hæc ita cum adjectione Statuti facti tempore Gulielmi de Ardicho Potestatis Mediolani (hujus nomen non legitur in Manipulo Florum, ubi Prætorum Mediolanensium series contexitur ab anno MCLXXXVI.) De morte quoque furtiva, & de ea, quæ post pacem, vel treguam facta dicitur, pugna legitime ordinatur &c.

Hiscæ Consuetudinibus, publica Auctoritate inditam eo anno fuisse vim Legis dubitare non sinunt verba expressa in formula juramenti, ad calcem Codicis nostri apposita, quæ debent observari. Non ideo tamen incepisse tunc solum Jus Municipale Mediolanense credendum est; siquidem in eodem Consuetudinum libro, ubi de Mutuo agitur, ista leguntur: Si Debitor promittat in Instrumento omnes expensas, & damnum se daturum absque Sacramento Creditoris, non tamen cogitur prædicta solvere, nisi Creditor juraverit. Sanè per Legem Municipalem duorum solidorum pro libra, si debitum fuerit usurarium, absque Sacramento solvere tenetur, quæ Lex inter Statuta reperitur. Aderant igitur ante hoc tempus & Lex Municipalis, & Statuta; sed ea ad nos minime pervenerunt. In titulo quoque de Locatione, & Conductione recitantur Statuta, quæ condita fuerant superiore seculo, à Consulibus utriusque Consulatus Mediolani tam Reipublicæ, quam Justitiæ, Consilio etiã plurimum Sapientum, ad hoc convocationum inter eos æqua lance disponere, atque discernere; enumeratis verbò illius Ævi Consulibus hæc adduntur, Girardus Pistus Consul Reipublicæ, cum in ipsa Concione esset Orator hæc firmavit, & omnia quæ superius leguntur laudavit, die Dominica, in Ecclesia Sanctæ Teclæ duodecimo Calen. Octobris. Annus non exprimitur, sed procul dubio fuit MCLXX. Asservatur in Archivio Monachorum Charavallensium prope Mediolanum archetypa sententia, lata eo anno in favorem Abbatis ejusdem Monasterii de Charavalle contra quosdam de Puteobonello, nonnulla prædia in loco & fundo Vicomajore hæreditarii sui juris esse contendentes. Eam verbò pronunciavere in Consulatu Mediolani omnes illi Justitiæ Consules, qui in hoc Consuetudinum Mediolanensium libro convenisse dicuntur ad ea condenda Statuta, quæ tunc promulgata fuere in Ecclesia S. Theclæ, subscriptusque sententiæ legitur is, quem paulò ante nominavimus, Girardus Causidicus, & Judex, qui decor Pistus. Nemo autem ignorat munus Consulare in Urbe nostra non nisi ad annum geri consuevisse. Præterea dies Dominicus, hic enunciatus, cum vigesimo Septembris illius anni optimè conjungebatur, ut ex tabulis Paschalibus colligi potest. Itaque multo etiã ante Pacem Constantiæ Leges suas ediderat Mediolanensis Respublica. Galvanus item Flamma, ubi in Manipulo Florum tripartitum regimen hujus Urbis, labente seculo duodecimo refert, electionem Consulum his verbis describit: „ Consules verbò sic eligebantur; Quia enim „ Civitas de novo fuerat reedificata; Nobiles fuerant suis nobilitatibus privati, & Populus obtinuit in electione Consulum unum magnum jus, quia „ ex Artificis eligebantur usque ad centum; isti verbò „ eligebant non de Populo, nec de se ipsis, duodecim ex Nobilioribus Civibus de Mediolano; qui „ erant eo anno Consules, & totaliter Domini Civitatis, & jurabant fervare Statuta Communitatis, „ omni privata affectione postposita. „ An verbò etiã ante excisam Friderici I. Imperatoris odio Mediolanensem Urbem, instituta jam forent Jus Municipale, & Statuta, deficientibus eorum temporum monumentis, asserere pro certo non possumus. Conjectare id quidem licet ex Forma Reipublicæ, quam

A procul dubio assumpserat à seculo saltem XI. Civitas nostra, testibus Arnulfo & Landulfo seniore, Ævi illius Scriptoribus, quos etiã profert Cl. Muratorius in XLV. Dissertatione De affinitate à Civitatibus Italicis Reipublicæ forma, atque origine libertatis (f). Quis enim credat, novis creatis Magistratibus, neminem intendisse animum ad peculiare condendas Leges, quibus conservandæ publicæ privatæque Civium tranquillitati prospiceretur?

B Quæ hætenus descripsi, minime attigit Franciscus Crassus in suo De Origine Juris Mediolanensis libello, quem primò seorsim, dein simul cum Novis Mediolani Constitutionibus edidit; sicuti neque quidquam protulit de novis Statutis Communis Mediolani, à Consilio generali Novemcentum, aliisque Civitatis regimini præsidentibus, anno MCCCXXX. promulgatis, quo tempore collatum fuit, decreto eorundem, Imperium Mediolanense nobili & egregio militi Azoni Vicecomiti, Galeatii I. filio, quorum omnium publicum Documentum edidit in suis Monumentis Vicecomitum Cl. Joh. de Sironis de Scotia; fortasse enim ista in Manuscriptis tunc latentia Codicibus sese illius oculis subripere. Porro non alias ipse Leges à nostris Majoribus conditas agnovit, quam Consuetudines Feudorum in unum volumen à Mediolanensibus Jureconsultis, Friderico I. Imperante redactas; ait postmodum, vindicatâ ob Pacem Constantiæ libertate, Prætorum Edicta apud nos invaluisse pro Legibus; demum ad Matthæi Magni Vicecomitis tempora deveniens inquit, eo expulso prævaluisse Turrianos, statimque subdit; Et tunc primùm Mediolani Leges Municipales conditæ. Quid hæc Leges continerent, quibusque Auctoribus compactæ editæque fuerint, neque Crassus inuit, neque mihi veteres Codices evolventi innotescere potuit; citius tamen quàm ille definiverit, Municipale jus conditum usurpatumque in Urbe nostra, ex allatis superius testimoniis luculenter evincitur. Certiora sunt quæ idem Crassus, cursim quidem, sed diligenter enunciat de latis subinde Legibus à Matthæi Magni Vicecomitis filiis, aliisque subsequenter Mediolani Principibus usque ad Carolum V., cujus demum auctoritate Novarum Constitutionum Jus, adhuc vigens, Curiis nostris fuit indictum.

D Id unum in Francisci Crassi libello minime dimittendum censeo absque annotatione, onerari nempe famam Jo. Galeatii Vicecomitis, primi Ducis Mediolani, ab hoc Auctore, ac si in edendis Statutis Ecclesiasticam libertatem plurimum violaverit; ait enim: is Sylvam Decretorum proposuit, præsertim contra libertatem Ecclesiasticam plasquam ducentum. Porro in Ambrosiana Bibliotheca custoditur prægrande manuscriptum volumen Statutorum, quæ promulgata fuere jussu ejusdem Joannis Galeaz anno MCCCXCVI. caractere illius temporis exaratum; ibi autem post abrogata vetera Ordnamenta, indictamque novorum Observantiam, statim subjungitur: Statuitur, quòd si aliquod præsentium Statutorum, reperitur in aliquo contra libertatem Sanctæ Matris Ecclesiæ, quòd sit cassum, & irritum, & nullius valoris ac momenti, & pro non facto habeatur, in quantum esset contra dictam libertatem. Consuluit itaque optimus Princeps, prævio hoc decreto, reverentiæ, quam erga Romanam Ecclesiam profitebatur, cujusque gloriam statim ab initio præ oculis habuit, quemadmodum docet sequens Exordium: „ In nomine Domini. Hæc sunt Statuta, seu jura „ Municipalia facta, seu compilata ad Magnificum & „ gloriosissimum honorem Domini nostri Jesu Christi, „ & Beatissimæ Virginis Mariæ Matris ejus, Johannis Baptistæ Protectoris omnium Longobardorum, „ & Beati Ambrosii dignissimi Confessoris, ac Laudabilis Protectoris & Defensoris Communis & hominum Mediolani, ac totius Curie Cœlestis, „ norandæ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Sacri „ Im-

(f) Tom. IV. Antiquit. Ital. col. 12.

„ Imperii , nec non Illustris Principis , ac Magnifici
 „ & Excelſi Domini Domini Johannis Galeaz Vice-
 „ comitis Dei gratia Domini generalis Mediolani &c.
 „ Comitis Virtutum , Imperialis Vicarii generalis ,
 „ diviſa in octo libros , quorum octo Librorum no-
 „ mina ſunt hæc , Jurisdictionum , Maleficiorum ,
 „ Civilium , Extraordinariorum , Viſtualium Datio
 „ rum , Mercatorum , Mercatorum lanæ . „ Præfi-
 „ guntur huic Codici nomina eorum , qui Mediolanen-
 „ ſis Civitatis regimini tunc præſidebant , nec non Ju-
 „ riſperitorum , quorum ſapientia , conſilioque , unico
 „ volumine comprehenſa atque emendata fuere ſupe-
 „ riorum temporum Statuta , & Literæ Confirmationis
 „ Johannis Galeaz Ducis Mediolani , ac forma promul-
 „ gationis peractæ die Jovis , tertio decimo menſis Ja-
 „ nuarii in Veſperis , anno prædicto MCCCXCVI.
 „ Quantâ verò Sapientiâ Prudentiâque conditæ ſint hæ
 „ Leges , unum Triſtani Calchi teſtimonium probat ,
 „ qui in deſcriptione Nuptiarum Johannis Galeatii Sfor-
 „ tiæ , & Iſabellæ Aragoniæ Orationem refert , habitam
 „ coram Neapolitano Rege , ab Antonio Trivultio Epi-
 „ ſcopo Comenſi , poſtea Cardinali , in qua hæc le-
 „ guntur : „ Magiſtratibus & populis jura præſcripſit
 „ (Dux ille primus Mediolani) , quibus non ſubditi
 „ ſolùm paruerunt , ſed quibus propter æquiſſimas
 „ Moderationes Civitas noſtra ſemper vixit , retinuit ,
 „ vulgavit , ut & ab externis Nationibus appeteren-
 „ tur , ac diu crebræ undique Legationes ad ea de-
 „ ſcribenda ventitarint .

Ad calcem memorati Codicis leguntur Statuta ,
 quæ condidit *Johannes Vicecomes Dei gratia Archie-
 piſcopus , & Dominus Mediolani* anno MCCCCLI. quæ-
 que collecta jam fuerant anno MCCCXLVIII. Pla-
 cidus Pucinellus (*) narrat ex Corio , à Johanne
 Vicecomite Archiepiſcopo , & Principe , deman-
 datam fuiſſe provinciam emendandi jura Municipalia ,
 aliquot ante annos in Volumen unum congeſta , duo
 decim *Juriſconſultis* , atque unum ex iis extitiſſe
Antonolum Reſtam , non tam Legum , quàm amœ-
 niorum etiam facultatum peritiâ inſtructiſſimum .
 Nihilominus diu illa vim obtinere minimè potue-
 runt ; ſiquidem *certis ex cauſis* in ſuſpenſo man-
 lere , de mandato *quondam bonæ memoriæ Magnifici*
Domini Domini Luchini Vicecomitis , Domini Me-
diolani . Quod in evolvendo hoc Volumine ani-
 madverti , id eſt , obliteratum proſuſ fuiſſe ſecu-
 lo XIV. à noſtris Civibus veſtigium illud barbaræ
 Dominationis , cujus ſcripta lege indicebatur , ut
 in cauſis dubiis *pugna* inſtitueretur , aut ad *judi-*
cium aquæ frigidæ , & *ferri candentis* provocatio
 fieret ; nullum enim in hiſce paginis de irreligioſa
 atque efferata hac in judiciis ſanctione , ſuperiore
 ſeculo adhuc vigente , verbum occurrit . Quocirca
 gratulari meritò poſſumus Civibus noſtris , ferale id
 jugum excuſſum citiùs , quàm ab aliis Nationibus ,
 apud quas perduraſſe uſque ad ſeculum XVI. ini-
 quam hanc legem teſtatus eſt Cl. Muratorius (g) .

Venio nunc ad Codicem Statutorum præſenti
 anno inpreſſum . Id quidem nulla Principis auctori-
 tate , aut decreto firmatum legimus , ſed eo proſuſ
 Ordine , quo jus Municipale per ea tempora Medio-
 lani uſurpabatur , è manuſcriptis Codicibus in lucem
 productum nemo poterit dubitare . Incipit autem à
Criminalibus , ſparſæque occurrunt Literæ Principum
 Vicecomitum , & Sfortiarum ex Archivis depromtæ ,
 quibus illi per varias ætates Mediolaneniſis Populi ju-
 ſto regimini , ac Mercaturæ præcipuè commodo pro-
 fepere . Additur in fine Codicis , quem Ambroſiana
 tenet Bibliotheca , manuſcriptum exemplar prolixi
 Decreti circa civiles Cauſas , editi ac promulgati à
 Johanne Galeaz Vicecomite anno MCCCCLXXXVI.
 die ſecunda menſis Octobris . Quis fuerit Paulus ille
 Suardus , cujus ære diligentiaque abſolutum diximus
 præclarum hoc Opus , huc uſque nondum innotuit .

Tom. I.

(*) In Chron. Glaxiat. Cap. CXLIX.

(g) Antiquit. Medii Ævi Tom. III. col. 650.

A Plures Paulos Suardos vidit labens illud ſeculum ,
 doctrine famâ , & Scriptis illuſtres ; alterum Brixie
 inſignem Grammaticum , cujus laudes inferuit Eru-
 ditiffimo Operi ſuo *de Brixiana Literatura* (h) Emi-
 nentiſſimus Quirinus ; alterum Mediolani , cujus *The-*
ſaurus Aromatariorum , Clariffimis Dominis Colle-
 gii Mediolanenſis Phyiſicis nuncupatus prodiit in hac
 Urbe , typis Joh. Angeli Scinzenzeler anno MDVII.
 Præter iſtos , alium circa hos annos inveni , Mediola-
 nenſi Notariorum Collegio adſcriptum , cujus non-
 nullæ publicæ tabulæ propria manu ſignatæ in Archi-
 vis adhuc ſuperſunt . Hunc , utpote in Foro verſa-
 tum , crediderim edendis noſtris Statutis animum
 opemque adjeciſſe .

B Inter ceteros Principes , qui Mediolaneniſem
 Rempublicam juſtitiâ , magnificentiâ , Artium & Li-
 terarum culturâ in ſummum ſplendorem adduxere ,
 peculiari recensendus eſt laude Ludovicus Maria
 Sfortia Vicecomes , dignus immortalis apud noſ me-
 moria , niſi abreptus nimia dominandi ambitione ,
 Imperium , Urbem , Familiam , ſequæ etiam ipſum
 acerbis calamitatibus involviſſet . Is fruſtra tentatum
 à Majoribus ſuis opus aggreſſus redigendi in accura-
 tum Ordinem magnam illam Decretorum ac Legum
 congeriem , quam Philippus Maria Vicecomes in
 longo ſuo triginta quinque annorum principatu con-
 diderat , Statuta Civilia edidit anno MCCCXCVIII ,
 præfixis volumini Literis manu propria ſubſcriptis ,
 quas , utpote Mediolanenſi Civitati admodum deco-
 ras , recudendas cenſuit Horatius Carpanus , cùm
 Lucubrations ſuas commendatiſſimas in jus omne
 C Municipale Mediolanenſe vulgaret . Ait enim opti-
 mus ille Princeps , Majores noſtros à primis initiis
 Leges proprias tantâ prudentiâ delegiſſe ac ſcripſiſſe ,
 ut permultæ in hac Ciſalpina Gallia Urbes dignam
 Civitatem Mediolanenſem duxerint , quam in hoc
 jure deligendo imitari deberent . Pollicitus ibidem
 fuerat Ludovicus ſe propediem reliqua Mediolanen-
 ſia Statuta editurum ; ſed ingruentibus Gallorum ar-
 mis primò concuſſus , deinceps fractus , abductusque in
 miſeram captivitatem , imperii ſucceſſori Ludovico
 XII. Francorum Regi implendum hoc conſilium re-
 liquit , quemadmodum etiam peractum eſt , appro-
 batis editiſque anno MDII. Statutis Mediolanenſibus .
 Hanc etiam laudem Ludovico Mariæ Sfortiæ tribuit
 Franciſcus Craſſus , quòd nempe , ut Alexandro VI.
 Pontifici Max. ſatisfaceret , omnia , quæ Eccleſiaſti-
 cam libertatem lædere videbantur , unico edicto abo-
 leverit . Verùm de hiſ ſatis .

JOHANNES BERNARDUS FORTIS.

Plura veterum Auctorum opera , ad ſtudiorum
 commodum edita hoc anno ſunt Mediolani , quæ in
 Elencho referam ; peculiari tamen annotatione di-
 gnum eſt *Vocabularium Eccleſiaſticum* à Joh. Bernar-
 do Saonenſi , Ordinis Eremitarum S. Auguſtini con-
 ſectum . Præceſſerat in hac provincia adornanda
Guillelmus Brito Ordinis Fratrum Minorum , ex an-
 tiquorum Britonum ſtirpe in Cambria natus , qui
 Opusculum *Difficilium Vocabulorum Bibliæ ex Gloſ-*
ſis Sanctorum contexuit . Hujus Scriptoris meminit
 E Carolus Duſrefne in Præfatione ad Gloſſarium mediæ
 & infimæ latinæ (i) aſſerens , eundem obiſſe anno
 MCCCCLVI. ex Wadingi Annalibus , in quibus ad
 illum annum ejuſdem Viri Elogium præſtringitur ;
 ſed cùm ordinem Librorum Sacræ Scripturæ ſequatur ,
 Gloſſæ potiùs quàm Lexici nomine donandum
 cenſet . Eadem viâ inceſſit Auctor Libri , qui inſcri-
 bitur *Mammotreptus* , ſeu , ut græcum fert vocabu-
 lum *Mammothreptus* , verba omnia exponens , quæ
 gradatim occurrunt in Genefi , Exodo aliſque Sa-
 cris Teſtamenti utriuſque Libris , & Prologis ; quin
 imò Ethymologiam tituli ipſius reddit , inquiens in
 k k præ-

(h) Parte II. fol. 31.

(i) Num. XLIX.

præfationis calce, & quia morem gerit talis decur-
sus Pædagogi, qui gressus dirigit parvulorum, Mam-
motrectus poterit appellari. Tanto plausu exceptus
fuit hic labor, tamque sollicitis typis excusus, ut in
ipsis artis Typographicæ initiis Moguntia primùm
anno MCCCCLXX. lucem viderit, dein certatim
reliqui Impressores, suis quique in Urbibus, usque
ad finem Seculi XVI. illum vulgare perrexerint;
Ducangio enim teste, Venetiis iterum impressus fuit
hic liber anno MDXCVI. Quod tamen rarò evenit,
in tam uberi Editionum copia Auctoris nomen alta
sepultum oblivione jacebat, gloriam omnem occu-
pante titulo ipso *Mammotrectus*, qui ab Auctore se-
mel excogitatus, atque unicè semper libris inscri-
ptus, ejusdem memoriam prorsus obliteravit; sed
illum immortalẽ reddidit Lucas Wadingus, qui
tum in Elencho Scriptorum Ordinis Seraphici, tum
in Annalibus ad annum MCCXCIX. (1) *Johanni*
Marchesino de Regio ejusdem Minorum Familia, il-
lustris hujus editi foetus laudem attribuit. Secutus
Wadingum est in eodem assignando Auctore Ducan-
gius (m), ac postremò Johannes Guaschus, anti-
quorum Patria suæ, nempe Regii Lepidi, Rhetor-
um monumenta recensens, in Historia Italica ab ipso
diligentissimè elaborata Academia illius Urbis, de-
cus omne Conterraneo huic suo restituit, plura etiam
alia ejusdem Scriptoris Opera tum impressa, tum
manuscripta commemorans, quæ non tam doctrina,
quàm pietate illustrem fuisse illum testantur. Æras
Marchesini in dubium vocatur, cum discors à Wa-
dingo Sixtus Senensis (n) afferat, eundem floruisse
anno MCCCCL., potior tamen est Wadinghi aucto-
ritas, qui Ordinis sui Archiva ex instituto scrutatus,
eum Seculi XIII. Scriptorem facit; Sixtus verò Se-
nensis eo tantùm tempore vixisse illum credidit, quo
ejusdem Opera in lucem prodire, ut suspicari se ait
Cl. Guaschus: mihi verò id pro certo esse videtur,
cum neque Auctoris nomen Sixtus resciverit. His
attentiùs enodandis immorari aliquantulum placuit,
cum sæpius etiam in Urbe nostra *Mammotrectus* præ-
lum subierit, adeòque ad literariam typographicæ Me-
diolanensis historiam ista quoque pertineant.

Ex hætenus allatis patet, libros, qui impres-
sionem *Vocabularii Ecclesiastici* apud nos peractam
præcessere, complexos quidem fuisse Biblicarum
omnium vocum explicationem, sed diversa prorsus
lege ab ea, qua Lexica instruantur, ut videlicet
ordine alphabetico cuncta procedant. Itaque suum
pretium inest labori, quem suscepit Eremitanus Au-
ctor, suaque prælis nostris laus, quòd prima divi-
nos tractantibus Codices, Sacrarum Literarum stu-
dium facilius commodiusve reddiderint. Licet verò
modestus Auctor in Prologo fontes indicaverit, nem-
pe *Mammotrectum* ipsum, & *Papiam*, à quibus lati-
ces suos derivavit, nihilominus de re Ecclesiastica
benemeritus fuit, cum rudem inopemque, ut velis,
ideam obtulerit opulentissimis atque elegantibus Bi-
blicis Lexicis, quæ in præsentiarum tanto cum eru-
ditionis fructu ac voluptate versamus. Censoriam
virgam in hoc *Vocabularium* districtam fuisse à Fran-
cisco Philelpho, tunc Mediolani degente, ex eo in-

A telligo, quod in calce exemplaris à me inspecti, in-
ter vitia impressionis calamo emendanda, ista legun-
tur: *Magdalene Magdalenes ultimam acuit*. Corrige:
„ Contra Opinionem Mammotrecti hinc positam, di-
„ cit Philelphus, Vir doctissimus, quia cum Græci
„ dicant *Magdalini Magdalinis* per *ita*, quæ litera
„ apud nos efficitur *e* longum, ideo *Magdalene*
„ *Magdalenes* penultimam producit. *Pascha Pascha-*
„ *tis*, idem Philelphus contra opinionem Fratris Jo-
„ hannis (Crestoni) Carmelitani inquit, quòd etsi
„ nulla dictio latina neutri generis sit primæ aut
„ quintæ declinationis, *Pascha* non est dictio latina,
„ sed barbara, ideò quamvis sit generis neutri, de-
„ bet declinari *Pascha*, *Pascha* &c.

B Nunc aliqua de Auctore ipso sunt enuncianda.
Saonensem patriam fuisse nemo est qui ignoret, sed è
qua stirpe prodierit, Chronistæ Eremitani Ordinis si-
lent. Id nobis innotescit ex Codice ipso Mediolani
edito, in quo ad calcem ista jacent: „ Ad honorem
„ Dei, omniumque Sanctorum impressum fuit hoc
„ Opus *Fratris Johannis Bernardi Fortis Savonenfis*,
„ Ordinis S. Augustini, Mediolani, per excellentes
„ Opifices Leonardum Pachel, & Uldericum Scin-
„ zenzeler anno Domini MCCCCLXXX. „ Eiusdem
famam præclaro Elogio posteris commendavit Hieronymus Romanus, in Chronicis Ordinis Eremita-
rum S. Augustini, hispanicâ lingua conscriptis (o),
ubi hæc, ab illo idiomate in latinum translata, scri-
bit: „ Fr. Johannes Bernardus de Savona, vir ma-
„ gnæ Sanctitatis & Religionis, floruit per hæc tem-
„ pora (anno MCCCXCV.) in Congregatione
„ Lombardiæ, & citra dubium lux atque ornamen-
„ tum fuit Ordinis nostri, sepultus in Cœnobio Ur-
„ bis Saonenfis. „ Aloysius Torellus in contexendis
Seculis suis Augustinianis (p) hoc præconium me-
morans, ait panegyricam esse Orationem paucis ver-
bis expletam, qua nihil illustrius ad celebrandam
hujus viri memoriam proferri queat; sed neuter de
literariis ejusdem studiis, atque hoc *Vocabulario* edi-
to mentionem agit. Illud tamen tanti æstimandum
duxit *Benedictus Pucius* Monachus Camaldulensis, ut
recudi curaverit Venetiis anno MDCXXVIII., adje-
ctis suo loco, quæ in calce erant, emendationibus,
novoque seorsim impresso Additamento *Nominum*,
Verborum, ac *Urbium*; unâ cum *Gemmarum natura*
D *explanatione*, quod ipsemet Pucius concinnavit, di-
cavitque Vitali Zuccolio Pat. vino, S. Michaelis de
Muriano, Camaldulensium Ordinis Abbati meritissimo.
Nec minori plausu exceptum fuit hoc Opus, etiam
primo illo Typographiæ Seculo; iterum enim Me-
diolani impressum illud vidi nono post anno, editio-
nem curante Raphaële Peragallo, cujus nomen se-
quens Epigramma eidem adjectum anno MCCC-
LXXXIX. nobis servavit.

Non tantùm Auctori, qui me perscripsit habenda
Sunt grates, quam qui me dedit esse tuum.
Raphaël has igitur merito Peragallus habebit,
Cujus ope impressum me modò quisquis habet.

(1) Num. V. edit. Rom. anni 1733.
(m) Ibid. num. L.
(n) Biblioth. Sancta. V. *Mammotrectus*.

(o) Centuria XII. fol. 104.
(p) Tom. VII. fol. 442.

ANNO MCCCCLXXI.

FRANCISCUS PHILELPHUS.

Pollicitus sum ad annum MCCCCLXXVI. me hoc loco de *Francisco Philelpho* luculentius elocuturum : complendis promissis viam aperiunt ejusdem Orationes, & alia quædam Opuscula procul dubio præsentis anno in nostra Urbe vulgata ; licet enim Editio ista consuetis careat annotationibus loci, temporis, & Typographi ; id tamen dilucidè indicat præfixa ejusdem Auctoris Epistola. Dirigit illam Philelphus ad Ludovicum Mariam Johannis Galeatii Sfortiæ Tutorem his verbis : „ Franciscus Philelphus Ludovico „ Mariæ Sfortiæ Bari Duci, ac Ducali primario Locumtenenti Salutem plurimam dicit. Quam parentalem quondam pro nobilissimo illo Principe patre tuo Francisco Sfortia Orationem habuisssem, idcirco „ ad te dedi, quia multa in ea leguntur, quæ ad „ illius laudem & immortalitatem pertinent, cujus „ me studiosissimum esse non ignoras. Huic ego cum „ nonnullis Orationibus & Operibus meis, duas subjeci Orationes, quarum alteram habueram in funere Divæ illius Viraginis Blancæ Mariæ, & item „ alteram consolatoriam, quam jampridem scripseram ad Virum Patritium illum Venerum Jacobum „ Antonium Marcellum de obitu Valerii filii ; nam, „ si quis hæc tres Orationes diligentius lectitarit, „ ut mea fert opinio, tum verò quæ ad animarum „ immortalitatem pertinent, animadvertet, non „ ineptè à me esse pro tempore & discussa, & disputata. Nec uni mihi prætereundum fuit, propterea Orationem illam consolatoriam ad Jacobum „ Antonium Marcellum curasse hoc tempore cum hisce imprimendam, quoniam quæ ante fuerat Mediolani ab aliis quibusdam impressa, eam pluribus in „ locis depravatam, corruptamque offendi, sive inficitia factum fuerit, seu invidentiâ, nesciam affirmare. Quod si quæsieris, quibus in præsentia „ delecter studiis, quid aliud me putes cogitare, qui „ non longè abssum ab octogesimo quarto ætatis anno, quàm ea omnia, quæ à Philosophis Theologicisque acutè sunt & subtiliter disputata ? Hæc qualia sint brevi cognosces. Vale mi humanissime „ Princeps, & me commendatum habe : Mediolani „ ex Ædibus meis VI. Kalendas Junias MCCCC „ LXXXI.

Consultò integram hanc Epistolam transcribere libuit, tum ut vindicaretur Mediolano, atque huic anno ista Editio, cum ipse Philelphus asserat se illam curasse imprimendam *hoc tempore*, quo Mediolani degebat, ac propterea sub suis met oculis, ut accuratior redderetur ; tum ut ipsius ætas, quæ apud Historicos controversa est, clariùs innotescat.

Nonnullos insignes superioris ac recentis Ævi Scriptores memoravi, ubi *De utilitate hujus Studii, & Operis* sermo fuit, qui obitum Philelphi anno MCCCCLXXX. constanter fixere ; nunc alterum producere lubet Eruditissimum Virum, nempe Johannem Baptistam Recanatum, cujus *Observationes Criticæ contra Poggiana* Jacobi Lensant, italicè scriptæ, Venetiis prodire. Is inter Adversarii sui errores hunc etiam fugillat, quòd mortuum Philelphum anno octogesimo primo Seculi XV. enunciaffet, cum, ut ipse ait, superiore anno jam fatis cessisset. Ad hanc refellendam incongruam emendationem non alio teste opus est, quàm Philelpho ipso in hac Epistola, asserente se, cum illam scriberet, non longè abfuisse ab octogesimo quarto ætatis anno ; cum enim

A in lucem prodiiisset anno MCCCXCVIII. die XXV. Julii, ut sæpius in Epistolis suis testatur, neque integri duo menses supererant inchoando octogesimo quarto, quem hic memorat, anno ; Quando autem illius mors acciderit dubitare non licet ; siquidem diligenter eam adnotavere duo celebres Mediolanensis Historiæ Chronographi Donatus Bossius, & Bernardinus Corius, non tam coævus Philelpho, sed fortasse etiam familiares ejusdem ; uterque enim in suis Patriæ Annalibus testatum reliquit, Franciscum Philelphum Poëtam, atque Oratorem eximium exeunte Julio anni MCCCCLXXXI. Florentiæ diem extremum obiisse ; curatâ namque Mediolani hac editione Operum suorum sub exitum Maji ejusdem anni, ad Florentinam Urbem se contulit, ibique aut longi itineris defatigatione, aut æstivi caloris intemperie afflictus, ingravescente insuper longævæ ætatis pondere, ferali morbo correptus è vivis excessit. Profectum autem illuc fuisse clarè discimus ex Epistola Francisci Puteolani, præfixa XII. *Panegyricis veterum*, ab ipso editis Mediolani, è qua paulò post aliqua decerpam. In quodam codice inedito, & relato ab Auctore Additamentorum ad Vossium (a) Bartholomæus Fontius scriptum reliquit, vocatum illuc fuisse Philelphum, ut græcas latinasque literas ibidem publicè profiteretur, seque suffectum in eo literario munere ob ejusdem mortem, quæ ad Florentinam Urbem vix delato Cathedram, vitamque furripuit.

B Quodnam verò esset opus illud, quod Philelphus non longè absens ab octogesimo quarto ætatis suæ anno, se à Philosophorum, ac Theologorum disputationibus collectum elaborare assererat, promittebatque Ludovico Mariæ Sfortiæ citò citiùs edendum, iis verbis : *Hæc qualia sint brevi cognosces*, non aliud porrò existimo fuisse, quàm libros quinque de morali disciplina, quos Franciscus Robortellus, adhuc extremam expectantes manum, ex ipsiusmet Philelphi autographo desumpsit, vulgavitque Venetiis anno MDLII. In iis enim Ethnicorum Sapientum doctrinam cum Evangelicis præceptis ad rectam morum regulam instituendam conciliare propemodum studet, quemadmodum summa cum laude tanti Viri adnotavit Robortellus in Epistola nuncupatoria ad Johannem Donatum Patritium Venetum ; quamvis non ita facilè admittendum putem, quod idem Auctor subjungit in calce ultimi libri, inquit : „ Re „ liquum, quod huic libro quinto deest, iniqua Philelphi fata nobis inviderunt ; septuagesimum enim „ septimum annum, cum hæc scriberet, agens (ut „ initio ferè Libri quarti ipse affirmat) morteque „ præventus insperata, supremam operi manum ad „ dere non potuit. „ Siquidem cum Philelphus superstes adhuc fuerit integro penè quinquennio post incoëptum quartum hujus Operis librum, non interruptum certè quinti complementum fuisse ex ea, quæ adducitur causa, nempe festina inopinata morte, sed ex alia credendum est ; eaque fuit, susceptum ab ipso iter Mediolano Romam, ubi Tusculanas Ciceronis Philelphum valde senem publicè legisse testatur Alexander ab Alexandro, qui unus ex illius Auditoribus erat (b). Id etiam apertè docent tum ejus Oratio ad Sixtum IV. à quo Romam accersitus fuerat, tum altera ibidem habita in principio studiorum anno MCCCCLXXXV. in eodem Codice insertæ. Imò in Oratione de suo in Urbem reditu ad prædictum Summum Pontificem narrat, se Mediolanum iterum contulisse, atque ibidem diutiùs quàm par erat moratum

(a) Giorn. de Letter. Venet. Tom. XVII. pag. 331.

(b) Lib. I. Dier. Genial. Cap. XXIII.

raturum esse, ob domesticam calamitatem, quæ inferius narrabitur. Itaque complendo huic Operi non vita, sed tempus insumptum inter itinera & moram aliis in Urbibus defuit; præcipuè cum viro adeò facundo, semperque studiis intento, incredibile sit quinque annos steriles excidisse, ita ut intra hoc tempus nec quintum librum hujus Operis minimè vastæ molis absolvere potuerit. Ne tamen refragari omnino videar Robertello id asserenti, subdam, fieri potuisse, ut restitutus Mediolano calamum denuò arriperet, eoque ipso tempore, quo ad Ludovicum Mariam Sfortiam superiorem Epistolam dedit, ad perficiendum intermissum opus incumberet, sed morte post paucos mensuras vitam præcidente infectum reliquerit.

Editio autem ista, quam valde raram esse ex huc usque dictis conjicere licet, continet Orationes Funebres, nuptiales diversas, Consolatoriam ad Jacobum Antonium Marcellum de Valerii filii obitu, ab ipso Auctore pristino nitori restitutam, Rhetoricam Aristotelis ad Alphonsum Cardinalem, Apophtegmata Plutarchi ad Philippum Mariam Mediolani Ducem, Apophtegmata ejusdem Laconica ad Nicolaum V. Summum Pontificem, Epistolam ad Fredericum Cornelium de Legibus, Instructionem italicam bene vivendi ad Illustr. Principem Philibertum Ducem Sabaudie, quam à se conscriptam ait, enixè id postulantis Magnifico Equite Rufino de Mures, & Nobilissimo Viro Johanne Baptista Caimo, Epistolam denique Consolatoriam ad Petrum Justinum Philelphum nepotem suum, de obitu Alfinæ Matris dilectissimæ, cujus aliqua fragmenta superius jam dedimus.

Haecenus de impresso Codice, nunc de Auctore ipso est differendum. Antequam tamen quidquam de ejusdem vita rebusque gestis enunciem, ineditum monumentum, futurum Eruditis non injucundum, ut reor, proferre placet. Cum Bibliothecam & Archivum spectatissimi Mediolanensis Metropolitanæ Capituli lustrarem, in manus meas incidere ultimæ Francisci Philelphi tabulæ, Anno MCCCCLXXII. Indictione sexta, die Martis, XXIII. Februarii conditæ, atque in pergamena conscriptæ, iisque perlectis non modica me conspersum lætitia perlens, cum prævia hac face, celebris illius Viri, ejusque filii Johannis Marii Philelphi illustrandæ memoriæ, nondum satis hæcenus exploratæ, opportunum lumen affundi intuerer. Eas illico in Adversaria mea per compendium conjeci, ad contexendam eorundem vitam profuturas, quam Historiæ Literario-Typographicæ Mediolanensi inserere meditabar.

Itaque in memoratis tabulis, post consuetas Tabellionibus formulas, cum Miles clarissimus, & præstantissimus Poëta Laureatus Franciscus Philelphus &c. hæc leguntur, nempe ab eo in primis statui, quod si contingat, eundem mori in Urbe Mediolanensi, tumulari vult corpus suum in Ecclesia S. Mariæ Servorum, in Sepulchro novo, in quo nec humatus sit, nec humari possit alius quàm ipse. Jacobus Philippus Bergomensis in supplemento Chronicorum lib. XV. tradit, Franciscum Philelphum sepultum Florentiæ fuisse apud *Annunciatam Servorum*, idque ut valde consentaneum veritati credi potest, cum ex his tabulis peculiare Philelphi obsequium atque amor erga Beatissimam Virginem, ejusque Servorum Ordinem elucescat.

Legat deinde Dominæ Lauræ Magdalenæ de Mazorinis, suæ legitimæ uxori præter Dotem, & Bona paraphernalia, Florenos ducentos, valoris ad computum solidorum triginta duorum Imperialium pro quolibet Floreno, indumenta omnia &c. eamque instituit usufructuariam universalem, Tutricem Filiorum, & cum plena potestate. Demum dictæ Dominæ Lauræ commendat Filios suos na-

(c) Lib. XXXVI. fol. 253. editionis Venetæ anni 1502.
(d) Loco citato.

„ turalles, videlicet Sfortiam Curionem, & Cæsarem rem Eufrasium, unà cum Cyro Nepote suo Abiatico, erga quos se ait non dubitare, eam se ita humanam benignamque præstituram, ac si illos quodammodo genuisset. Fuit hæc tertia Philelphi uxor, quæ tamen diu postmodum non superfuit. Siquidem cum Romam evocatus à Sixto IV. fuisset Philelphus, constitutis pro mercede suscipiendi laboris Ducatis aureis quingentis in singulos annos, ut ipsemet testatur in Epistola ad Ludovicum Fuscarinum (c), ibique studia aperuisset Anno MCCCCLXXV. habita publicè Oratione in Tusculanas M. Tullii Ciceronis Quæstiones, quas legere instituerat, quasque, ut diximus, adolescentulum se audivisse testatur Alexander ab Alexandro (d), Mediolanum reversus est, ut Uxorem, Filios, reliquamque Familiam secum ad Urbem duceret, eo sub cælo vitam omnem acturus. Verùm obstetit ejusdem consiliis acerba calamitas; amissis namque duobus Liberis, & Matre ipsa ob longævam morbi inclementiam penè spiritum agente, solus Romam redire coactus est, quemadmodum solus venerat. Rem omnem narrat Philelphus in Oratione ad Sixtum IV. *De suo in Urbem reditu* inquiens: „ Impedimento mihi fuit, „ quò ferius fungi officio meo quirem, repentinus, „ ut cetera missa faciam, duorum meorum Libero- „ rum casus, mihi que pro humanæ imbecillitatis „ conditione admodum molestus, quippe qui per „ paucorum dierum intervallum vitam deserueram, „ præclaræ illi quidem indolis & magnæ spei; (Cæsar, & Fridericus Agathus vocabantur, ut in margine ejusdem Orationis legitur) Agebat enim ætatis „ annum alter septimum, alter octavum, cum & „ vigerent & saperent longè magis quàm pueri. Ex „ quorum inopinato celerique obitu misera Mater, „ mihi que carissima, tantum animo dolorem, mororemque concepit, ut in vehementissimam ægrotationem inciderit. De cujus brevè recuperanda „ valitudine cum eruditissimi, prudentissimique Medici mihi suaderent, coactus sum eventum rei expectare, ut non inanis omnino revertisse Mediolanum possem existimari. Sed oh quàm vani, „ quàm mutabiles sunt casus humanæ naturæ, quàm „ miserabilis conditio nostra omnis! Cum visa jam „ foret Uxor convaluisse, meque itineri accingerem, „ vel potius jam essem in itinere, nova calamitas supervenit; illa enim exceptis intra præcordia penitus acerbissimis illis amissorum Filiorum vulneribus, cum diutius ea perpeti non posset, repente „ propter abortivum partum, quem ante illorum „ obitum passa fuerat, ita vexata, ita exanimata est, „ ut morti ipsi prope concederet. „ Revera autem obiisse Lauram Magdalenam post reditum in Urbem Philelphi, tribus relictis Filiabus, quæ paternam dies, atque noctes præsentiam, subsidiumque ejusdem miserabiliter implorabant, legimus in Gabrielis Paveri Fontanæ Invektiva contra Georgium Merulam, edita Mediolani Anno MCCCCLXXXI. (e). Quamobrem opus fuit Philelpho Mediolanum repetere, ubi ad VI. Idus Junias anni MCCCCLXXVII. jam degebat; eo enim die Orationem habuit in Arce Portæ Jovis pro Nuptiis Annæ Mariæ Sfortiæ Vicecomitis, sororis Johannis Galeatii cum Alphonso Estensi filio infantulo primogenito Herculis Estensis, quæ impressa est inter nuptiales ejusdem Orationes.

„ Legat secundo Friderico Francisco filio suo „ legitimo ex eadem Laura Magdalena omnes suos „ Libros Græcos & Latinos, omnesque scripturas „ suas; ipso autem deficiente, omnes prædictos Libros suos, & Opera, legat Ecclesiæ Majori; seu „ Bibliothecæ Capituli Metropolitanæ Mediolanensis. An iste Fridericus Franciscus idem sit cum Friderico Agatho, quem superius vidimus morte præreptum, affir-

(e) Pag. 5.

affirmare non ausim. Certè memoratus Gabriel Fontana de tribus tantùm Filiabus, relictis post Lauræ mortem, mentionem agit; quin imò asserit, commoraturum Romæ fuisse Philelphum usque ad extremum vitæ suæ diem, nisi Laura tertia thori fidiissima socia, cum Friderico dulcissimo, & summæ spei filio periisset.

„ Legat tertiò Augustæ, filiz suæ legitimæ, ex „ olim Domina Ursina de Oxnago uxore sua, Ducatos sexdecim auri & in auro, pro emendò uno „ Breviario; & hoc, in quantum dicta Augusta, „ quæ nunc vocatur Soror Prudentia, degitque in „ Monasterio Cantalupi (hoc tempore appellatur S. Bernardini), debitam fecerit professionem. Si „ aliud petat, eam privat. „ Ursina de Oxnago, secunda uxor Philelphi fuit. De ista loquens Gabriel Fontana, hæc contra Merulam scribit: „ Dum ejus „ (Philelphi) nomen, non secus per Italiam quaquã, „ quàm Lucifer in Cælo, fulgesceret, Philippus Maria Anglus Vicecomes Mediolani Dux nunquam „ destitit, donec illum precariò, & pretio ad se „ pellexerit, quem honorificè & utiliter excipiens, „ patrem appellavit, jussitque, mortua prima conjugè, alteram ei Mediolanensem Oresinam Osnagam, generosam mulierem cum grandi dote legitimis nubere nuptiis. Hæc duas cum eodem partu peperisset filias, quarum Sacri Baptismi cum quibusdam Magnificis Civibus, Aulicisque sui testis, „ pauculis post annis vitam cum morte commutavit, „ Julia infante priùs sepulta, relictâque patri tenellis in annis Augustâ, quæ nunc Deo dicata, sanctissimam vitam ducit. „ Obiisse Ursinam hanc Osnagam ante annum MCCCCLIV. constat ex Epistola Philelphi ad Nicolaum Cebam (f), ubi hæc habet: *Quas duas habui deinceps uxores, alteram, ut nosti, Constantinopolitanam, alteram Mediolanensem, virgines & puellas, non grandiores, viduasque selegi; & si mihi tertiò nubendum esset, eodem usere instituto.*

„ Denique in omnibus mobilibus & immobilibus &c. nominat & instituit Hæredes suos universales Dominum Marium, & Fridericum Franciscum fratres de Philelphis, filios suos legitimos, & Florium de Philelphis nepotem suum Abiaticum, filium quondam Domini Xenophontis, filii ipsius Testatoris, & Dominæ Jacobinæ de Ragusio, olim uxoris dicti Xenophontis, æquis portionibus; hæc tamen conditione efficaciter expressa, quòd cum dictus Marius, filius suus ex Theodora Chrysololorina, habuerit multas prærogativas, & adjuncta à dicto Testatore patre suo, quæ non habuerunt alii filii dicti Testatoris, præcipuè quando misit eum ad studendum Constantinopoli, ubi retinuit eum Dominum Marium per plures annos, cum maximis impensis, & laboribus, atque etiam quando ipse Marius vendidit, & alienavit plures libros dicti sui patris Testatoris, & quia gratiã dicti Testatoris evaserit Vir doctissimus, habet modum lucrandi, & honorificè vivendi &c. Idem Testator decernit & vult, quòd dictus Marius non habeat, nec petere possit de ipsius bonis, nisi possessiones immobiles, quas dictus Testator habet in Marchia Anconitana in Territorio Terræ Tolentini, ex divisione Bonorum inter ipsum Testatorem, & fratrem ejus Nicolaum, ut ex Instrumento confecto in Tolentino, anno MCCCCLXIII. Indictione XI. XXIV. Martii; aliter eum privat omnibus bonis. Obligat etiam Florium Abiaticum suum ad immitenda in hæreditatem omnia bona, quæ remanserunt Ragusii ex dicto Xenophonte patre suo, qui emancipatus non erat. Obligat etiam hæredes suos ad residentiam faciendam Mediolani, ita ut non

Tom. I.

(f) Data eo anno, Lib. XI. fol. 81.

(g) Lib. XVII. fol. 261.

(h) Lib. XVII. fol. 117. & Lib. XXXIII. fol. 228.

(i) Lib. XI. fol. 82.

A „ possint aliò Bona transferre. Quòd si Florius im- „ prolis moriatur, Bona Ragusii transfert in Cirum „ nepotem Abiaticum, filium naturalem dicti quondam Xenophontis. „ Theodora Chrysololorina, seu Chrysololorina, ut illam appellabat Philelphus, eidem in primam uxorem obtigit, cum in Urbe Constantinopoli moraretur; patrem habuit Johannem Chrysololoram, non Emmanuelem, quemadmodum Jovius, aliique perperam tradidere; id enim non uno in loco testatur Philelphus, præcipuè in Epistola ad Laurentium Medicem (g), ubi hæc scribit: „ Nec inficer „ vobis ad græcam locutionem plurimum conduxisse „ primam illam uxorem meam, quæ mihi vitã ipsã „ carior fuit, Theodoram Chrysololorinam, summi „ illius viri Manuelis Chrysololoræ neptem, cujus modo mentionem feci; nam & Literaturam, & cæteras Græcorum disciplinas, splendidissimus Eques, auratus socer meus Johannes Chrysoloras, hujus patris, me docuit. „ Ex ea Philelphus duos filios suscepit, Johannem Marium, & Xenophontem. Hic postremus Florentiæ natus ad VIII. Kalendas Aprilis anni MCCCXXXIII., vivere desiit anno MCCCCLXX. in Urbe Ragusii, ubi cum Jacoba matrimonio inierat, patre non tam inscio, quàm filium acriter increpante. De his omnibus extant Literæ Philelphi (h). Plurimum mœroris ob intempestivam hanc filii mortem concepit genitor, qui ad Bartholomæum Sfondradum de acerbo hoc infortunio scribens, eximias ejusdem dotes lacrymabundus enunciat. Præter hos mares, duas item fœminas conjugi suo peperit Theodora, quæ nobilibus conjunctæ maritis, naturæ Deoque ante patrem concessere, teste Gabriele Pavero Fontana, loco laudato. Horum omnium Liberorum meminit ipse Philelphus in Epistola ad Petrum Thomasi (i), in qua infelicem sortem deplorat, cum, captã à Mahumete Constantinopoli, socrus ejusdem Manfredina Auria, nobilissima & pudicissima fœmina, cum duobus filiis, suorum quatuor filiorum materteris, in obscuram servitutem à Barbaris, & teterrimis Turcis acta fuit. Eas autem datis ab ipso ad Mahumetem literis, libertati redonatas fuisse proficitur in Epistola, seu potius Invectiva contra Leodrisium Cribellum (l). Theodora Philelphi uxor ferali morbo consumpta est ad V. Nonas Majas anni MCCCXLI., triste nuncium ad Johannem Marium filium, adhuc Constantinopoli degentem, per Epistolam (m) patre deferente.

Clauduntur hæc tabulæ consuetis Fori solemnitatibus „ Actum in domo ipsius Testatoris, coram „ Joanne Baptista de Campatiis, filio quondam Domini Georgii Portæ Novæ, Paroch. S. Andreæ „ ad Pusterulam Novam, Bernardino de Marinonibus filio quond. Domini Galeaz, Portæ Cumanæ, „ Paroch. S. Carpophori intus, ambobus Mediolani „ Notariis & prænotariis. „ Deinde enumeratis septem aliis testibus, subscribuntur: „ Vivaldenus de „ Lanteriis, filius quond. Domini Petri Notarius „ Portæ Novæ, Paroch. S. Andreæ ad Pusterulam „ Novam, rogavit &c.

E Condendi hujus Testamenti Auctor fuit Johannes Marius, datã ad patrem Epistolã, in qua decrepitudinem eidem exprobrabat, monebatque, consulendum esse Familiæ quieti, ne quid litigii ipsi cum ceteris Fratribus suis habendum foret. Ægrè tulit genitor hanc filii in ipsum ingravescentis libertatem, inquiens, cavendum esse, ne Ovidianum illud de Mario dici à quopiam rectè posset:

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

itaque eidem respondit (n), ipsum ætatem potius annorum septuaginta quinque, quàm bonam valetudinem

11

(l) Lib. XXVI. fol. 176.

(m) Lib. V. fol. 31.

(n) Lib. XXXVI. fol. 255.

dinem corporis, animi robur, & integritatem sensuum in patre considerasse; his enim partibus longissimè illum se antecellere asseverabat. Addit, se putasse, quòd ubi superstes fuisset Marius, quod, inquit, *vehementer magis opto, quàm spero, nisi aliam tibi vitam institueris* (idque propheticum veluti dictum fuit) sororum fratrumque suorum, qui majori ex parte infantiam agebant, futurus esset perinde ac pater. Demum subdit: „ De condendo Testamento nihil in hanc diem cogitaram; sed in presentia, quoniam & mentem mihi tuam, & animum omnem patefecisti, operam dabo, ne quid tibi litigii, ac controversiæ cum hisce minoribus futurum. „ Data est hæc Epistola anno MCCCC-LXXII. decimoquinto Kal. Januarii. Quocirca vix elapsis duobus mensibus obsecutus est Philelphus Marii voluntati, ultimam suam, subsequente Februario, publicis tabulis consignando. Decessisse autem illum nulla re postmodum immutata, duabus haud infirmis, ut arbitror, conjecturis suadeor. Altera est, Librariam omnem ejusdem suppellestem in Metropolitanam Capituli Bibliothecam concessisse, quemadmodum hinc statutum conspeximus. Id mihi innotuit, cum Libros in eadem reconditos manu versarem; plures enim, sub primos typographici artificii annos, nitidissimis typis excusos, Francisci Philelphi nomine signatos inveni. Præterea, ultimæ ipsæ tabulæ ibidem servatæ, non leve indicium præbent impleræ hæc in re postremæ illius voluntatis, cujus gratiâ: descriptum ea in Charta Testatoris munus, Metropolitanam Canonici perenni memoria dignum censuerunt. Altera, quòd extinctis ante illius obitum ferme omnibus filiis, hæreditas ipsa perierat. Siquidem pauperem obiisse celeberrimum hunc Virum, Trithemius (o), & Philippus Bergomas (p) tradunt; Jovius verò in ejusdem Elogio scribit, Philelphum nonagenario proximum periisse Florentiæ, *ad id dispersatis domesticæ rei copiis, ut ad effundendum funus, & cubiculi, & coquinæ instrumenta veniret*. Certè Franciscus Puteolanus in sua ad Jacobum Antiquarium Epistola, præfixa XII. Veterum Panegyricis, editis anno MCCCCLXXXII. ad celebrandam ejusdem erga Literatos munificentiam, hæc peculiariter adnotat, quòd Philelphum, utriusque linguæ principem, optimumque senem, ultimò Thulos petentem, viatico adjuverit; hinc autem facillè quisquis intelliget, non mediocriter tunc egestate laborasse Philelphum, cum emendanda quoque fuerint ad conficiendas itineris impensas, subsidia. Id unum subjungam, tantâ egestatis molestiâ afflictum fuisse Philelphum, ut penè in desperationem actus, ad Jacobum Cardinalem Papiensem scripserit, velle se ad Turcas confugere. Verùm turpe hoc consilium improbens Vir integerimus hæc respondit (q): „ Fugam ad Infideles & Christi hostes, ad eversores Religionis, quam usque ad senium tenuisti, spe ditioris vitæ arripere, nihil aliud est, quàm intemperantem animum, & angustum cor declarare, ac post longam vitæ navigationem, & tempestates perpeffas, & declinatōs scopulos, in portu, hoc est in extremo ætatis cursu, turpissimum naufragium facere.

Jam verò ut aliqua de tam celebri Viro attingamus, opportunum cenfeo illa repetere ex altero libro, qui hoc eodem anno Mediolani excusus fuit, quique in ipso sui ad lucem ortu propemodum interire visus est, cum rara admodum exemplaria ad nos transeverint. *Gabriel Paverus Fontana*, ut alibi enunciaui, Investivam in Georgium Merulam edidit, quàm *Merlanam primam* inscripsit, acerba indignatione commotus ob duas hoc ipsomet anno typis vulgatas à Merula Epistolas, quibus Philelphi nomen & famam mordacissimè lacerabat, non alia offensio-

(o) De Scriptor. Ecclesiastic.
(p) In supplem. Chronic. ad ann. 1454.
(q) Fol. 11. edit. Mediol. anni 1506.

A ne ad acuendum tam indignè calamum provocatus, nisi quòd ille in quibusdam Merulæ scriptis verbum reprehendisset, asserens Mahumetis affectas *Turcos* dicendos esse, non *Turcas*. Id innuere videtur ipse Fontana; referens enim in Epistola nuncupatoria Juvenalis carmina: *Dii &c. qui Præceptorem, sancti voluere parentis esse loco*, subjungit: „ Nefariè deliquit igitur Merlanus, qui vix culicis aculeo punctus, parricidii crimen subire nequaquam timuit; „ fuerat namque Merula Philelphi discipulus. Itaque, ut Præceptoris sui, senio jam gravis, gloriam ab illatis contumeliis redimeret, epitomen illius vitæ oculis Merulæ objecit, eaque est, quam pluribus procul dubio ignoram, ego quoque hinc recudere statui. Ita igitur scribit: „ Tholentini natus „ haud ignobilibus sanè parentibus, tanto fuit ingenio, tanta doctrina, tantaque promptitudine, ut „ in ista Venetiarum celeberrima Civitate, vel adolescentens non mediocres laudes, atque fructus ex „ institutione Venetorum juvenum in Græciam secum „ vexerit. Cùm in Urbe Constantinopoli suis in studiis tantum profecisset, ut non minùs literas græjas, quàm latinas calleret, creatus est Secretarius „ ac Consiliarius illius Divi Johannis Palæologi Constantinopolitani Imperatoris. „ (Vera hæc esse, innuere videtur Philelphus ipse scribens (r) Johanni Palæologo Imperatori, qui eum Constantinopolim invitaverat, his verbis: „ Nihil est apud „ animum meum antiquius, quàm tuæ obsequii voluntati, cui nihil est, quod, post Deum, non „ debeam. Tua in me multa, cùm apud te „ Constantinopoli agerem, & maxima beneficia, „ nulla unquam deletura est oblivio. Quibus muneribus non donasti, quibus honoribus non ornasti? „ Data est hæc Epistola Senis anno MCC-CCXXXVIII.) Prosequitur *Paverus*: „ Eo quidem „ tempore ad nonnullos Principatus atque Reges, „ & in primis ad Sigismundum Imperatorem, Romanorum Regem ingenti cum laude ac emolumento legationes obivit. „ (Id nos docet etiam Philelphus, querelas suas exponens (s) Jacobo Cardinali Ticinensi, quòd minimè evocatus esset ad expeditionem *adversus Turcos*, inquit: „ Nemo Vir latinus & linguam, & mores, & locos Græcæ Regionis aut meliùs novit, aut exquisitiùs; quippe „ qui annos septem apud Joannem Palæologum Imperatorem, & sapientem & fortem, Constantinopolim egerim, & missus non solum Orator ad Amurathum, ipsius impii Mahometi parrem, sed ad Romanorum quoque Imperatorem & Regem Sigismundum. „) Narrat subinde *Paverus* itinera omnia à Philelpho suscepta per Græciam, Pannoniam, & Polonos, apud quos cùm ageret, ait; ab Uladislao Rege invitatum fuisse, *ut Oratorem Imperatorum ad nuptias Cracoviæ celebrandas comitaretur, ibique Orationem nuptialem habuisset, in maxima Regum, Principumque, & variarum gentium multitudine*: „ Quibus ex rebus idem Imperator impulsus non renuit ei Theodoram Chrysoloram, non illepidam venustamque puellam, „ sibi consanguineam, nuptum dare. „ (Inter Epistolas Philelphi à me perlectas, nunquam memini fuisse aliquid ab ipso commemoratum de hac illustri affinitate. Mirum autem foret, si eam modesto silentio præterisset Auctor iste, qui vanæ laudis fumum captans, quidquid splendidi ad eandem amplificandam occurreret, tuba canere solebat.) „ Ex illa duos suscepit filios pereruditos atque disertos, quorum extinctorum fama vivit, perpetuè „ que viveret: nec non totidem filias, quæ nobilibus „ conjunctæ maritis quoque naturæ Deoque concesserunt. Cùm verò crebris illinc literis, & nunciis in Italiam à suis revocaretur, urbe Byzantii „ re-

(r) Epist. lib. II. fol. 15.
(s) Lib. XX. fol. 141.

„ relicta dulcem repetiit , revisitque patriam , non
 „ sine grandi librorum nummorumque copia , lauta-
 „ que suppellectile . Ibi cum mirabilis ipsius esset au-
 „ ditoritas , à Bononiensibus primò ad publicam le-
 „ ctionem tum græcam , tum latinam magno stipen-
 „ dio conductus est , quanto alius præmio per id
 „ temporis nemo ; paucis mox interjectis annis à
 „ Florentinis , deinceps à Senensibus , conditione sem-
 „ per amplificata . Denique dum ejus nomen non
 „ secus per Italiam quaqua , quam Lucifer in Cœlo
 „ fulgerceret , Philippus Maria Anglus Vicecomes
 „ Mediolani Dux nunquam destitit , donec illum
 „ precario , & pretio ad se pellexerit . (Rogaverat
 „ Philelphus Senis degens , ut à Philippo Maria in
 „ Urbem suam admitteretur , usus ad gratiam hanc
 „ impetrandam benevolo Amico suo Johanne Francisco
 „ Gallina ; id enim constat ex Epistola ad ipsum data
 „ anno MCCCXXXVI . , in qua scribit , se ob aëris
 „ inclementiam , & hostium suorum insidias , profe-
 „ ctionem meditari , atque hæc subjungit : *Nam quan-
 „ quam Munificentissimus iste Princeps quamplurimis
 „ abundat & prudentibus , & Eruditis Viris , tamen
 „ fideli & innocenti deesse vemi debet apud eum locus ;*
 „ imò addit , se iter jam suscepturum fore , ut expedite
 „ ad illum advolaret , nisi retardaret Familiæ sollicitudo ,
 „ quam , ut ipse ait , (t) *nec deserere debeo , neque mecum
 „ sine certa spe possum adducere .*) „ Quem honorificè
 „ & utiliter excipiens patrem appellavit ; jussitque
 „ mortua prima conjuge , alteram ei Mediolanensem
 „ Orefinam Osnagam generosam mulierem cum
 „ grandi dote legitimis nubere nuptiis . Hæc , duas
 „ cum eodem partu peperisset filias , quarum Sacri
 „ Baptismi cum quibusdam magnificis Civibus Auli-
 „ cique sui testis , pauculis post annis mortem cum
 „ vita commutavit , Julia infante prius sepulta , reli-
 „ ctâque patri tenellis in annis Augustâ , quæ nunc
 „ Deo dicata sanctissimam ducit vitam . Philippo Ma-
 „ ria vitâ defuncto successit Dux Franciscus Sfortia
 „ Vicecomes , apud quem Poëta noster sic fuit gra-
 „ tiosus , ut nihil unquam ab eo frustra petierit ,
 „ multaque munera se non petente sæpius acceperit .
 „ Eodem tempore cum ad Alphonsum Regem Nea-
 „ politanum , sui videndi cupidissimum , concessisset ,
 „ à Regia Majestate benignè , liberaliterque fuit ex-
 „ ceptus , eumque apud se retinere cupiens , quem
 „ optaret gradum dignitatis obtulit . Id cum ab eo
 „ Rex nequiret exorare , quòd Mediolani fidem re-
 „ deundi reliquerat , regis donis Virum decoravit ,
 „ auratumque Equitem , laureatumque Poëtam me-
 „ morabiliter creavit . „ (Annum , diem , & horam
 „ recepti hujus præclari honoris ab Alphonso Rege
 „ Neapolitano adnotavit Philelphus in duabus Epistolis ,
 „ datis anno MCCCCLIII . alterâ ad Xenophontem
 „ filium , alterâ ad Nicolaum Arciboldum (u) .)

„ Inde abiens Romam petiit , Nicolaumque
 „ Pontificem Quintum salutavit , à quo quidem dono
 „ septingentos nummos tulit aureos , & nisi digamus
 „ fuisset , ipsum purpureo galero redimivisset . Ejus
 „ autem Poëmata non cremavit , sicuti mentiris , sed
 „ digna censuit esse , quæ in Divi Petri Bibliotheca
 „ reponerentur , licet aliud nullum ejus poëma vide-
 „ rit , quàm Satyrarum Codicem , quem ad Regem
 „ Alphonsum tulerat . „ (Codicem Satyrarum , quem
 „ ad Alphonsum Regem Philelphus deferebat , lectum
 „ quidem fuisse à Nicolao V . Summo Pontifice , sed
 „ statim restitutum , Philelphus ipse testatur in Epistola
 „ ad Nicolaum Arciboldum (x) . An verò alterum
 „ ejusdem exemplar , postea receptum , in *Divi Petri
 „ Bibliothecam* intulerit Nicolaus , fides esto apud hunc
 „ Auctorem . Id certè negari nequit , Scriptiones aliquas
 „ Philelphi fuisse rejectas , nisi etiam igni pabulum datas
 „ ab hoc Summo Pontifice ; Gregorius enim Lollius coæ-

A vus , ac Romæ multum versatus , in Epistola ad Cardina-
 lem Papiensem data , quæ legitur fol. 30. Epistol. Ja-
 cobi Picolominei , editionis Mediolanensis anni MDVI.
 hæc habet : „ Rectè divinus ille Pontifex Nicolaus
 „ Quintus , cum ei Philelphus libellum laudum sua-
 „ rum inepte , sine ulla gravitate conscriptarum of-
 „ ferret , magnanimus Vir & omni laude dignus ,
 „ cum nec scribentem , nec scribendi modum proba-
 „ ret , mercedem ei dedit , ac de rebus suis deinceps
 „ tacere jussit .)

„ Et quanti præterea hunc fecerit , vel eo pa-
 „ ter argumento , quòd Secretarium suum constitue-
 „ rit ; id , quod ejus literis constat , & in singulos
 „ annos , sexcenos aureos eidem nummos deputavit .
 „ (Hæc omnia fusè narrat idem Philelphus in Epistola
 „ ad Nicolaum Arciboldum (y) ; & in altera ad Leo-
 „ drisium Cribellum (z) .)

„ Postea verò cum Pius Pontifex Secundus , Chri-
 „ stianæ fidei salutis gratiâ se Mantuam recepisset ,
 „ quò universi Christianæ fidei Principes sunt acciti ,
 „ sic in illa splendidissima concione mirabiliter orans :
 „ (Missus fuerat Philelphus à Francisco Sfortia Medio-
 „ lani Duce Legatus ad Conventum Mantuanum , ha-
 „ bitum , à Pio II . anno MCCCCLIX . , ibique perora-
 „ vit , opem omnem pollicitus contra Turcas nomine
 „ ejusdem Francisci . Extat hæc Oratio inter Philelphi
 „ Opera , hoc anno edita) „ Philelphum Præceptorem
 „ suum , (de hac Philelphi laudè paulò post disse-
 „ ram) „ qui suam jam peroraverat causam , tot &
 „ tantis extulit laudibus , ut eum facillè cunctorum
 „ Principem Literatorum statueret . Quasi non viris
 „ omnibus clarissimis nota sit ejus de Philelphi præ-
 „ conis Oratio , cujus hoc est initium : Durum &
 „ perdifficile est post Lyram dulce resonantem rau-
 „ cam audire Tibiam . Quis enim conferri queat
 „ cum eloquentissimo Viro Francisco Philelpho ,
 „ quem jure ac meritò Musam Atticam appellare
 „ possumus ? „ (Hoc idem repetit Philelphus in
 „ Epistola ad Leodrisium Cribellum (a) , tanquam in-
 „ signe Eloquentiæ suæ ac famæ documentum) . „ Eum-
 „ que trecentis aureis donavit nummis , eidemque
 „ ducenos item aureos pro annuo salario constituit .
 „ (Ab anno usque MCCCCLVIII . donum hoc annuum
 „ à Pio II . receperat Philelphus , ut constat ex ejusdem
 „ Epistola ad Pium data (b) .) „ Post Francisci Du-

D „ cis obitum Sixtus Pontifex Quartus , non vulgari-
 „ bus propositis præmiis , hunc Romam attraxit . „
 „ (Romam à Sixto IV . accersitus , docere cœpit pri-
 „ die Idus Januarias anni MCCCCLXXV . quo die
 „ Orationem habuit , inter Opera sua editam) „ quo
 „ suâ perillustrem Urbem præsentiam magis illustraret ;
 „ suisque monumentis ab Augusti temporibus usque
 „ ad sua res Italas , præcipueque Romanas , immorta-
 „ litati commendaret , & suos ibidem dies finiret :
 „ id quod sanè factum fuisset , nisi Laura tertia thori
 „ fidissima socia , cum Frederico dulcissimo , & sum-
 „ mæ spei filio periisset , tribus relictis filiabus , pater-
 „ nam dies atque noctes præsentiam subsidiumque
 „ miserabiliter implorantibus . Quas ob res coactus
 „ est Mediolanum reverti , ubi à Johanne Galeacio
 „ Maria , nunc Mediolani Duce faustissimo , solitis re-
 „ tentus est conditionibus . „ (Jussus jam fuerat à
 „ Galeatio Maria Mediolani Duce anno MCCCCLXXI .
 „ publicè legere , quod munus à vigintiquinque annis
 „ intermiserat , mortuo videlicet Philippo Maria Vice-
 „ comite ; id enim ille testatur , Orationem in principio
 „ Studiorum Mediolanensium ita exordiens : „ Tan-
 „ quam Eloquentiæ , & illustrium disciplinarum stu-
 „ dia ad triarios sint redacta , revocatur miles eme-
 „ ritus post quintum & vigesimum annum in aciem
 „ edocendi , & ne is quidem invitus , cum intelligat
 „ hujusmodi benignitatis munere se rem facturum .
 „ Ex-

(t) Lib. II. Epist. fol. 13. à tergo.
 (u) Lib. XI. Epist. fol. 79. à tergo.
 (x) Fol. 79.
 (y) Lib. XI. Epist. fol. 79.

(z) Lib. XXVI. fol. 181.
 (a) Fol. 178.
 (b) Lib. XIV. fol. 103.

„ Excellentissimo suo Principi Galeatio Mariæ non
 „ gratam solum, sed perjucundam, si ita instituerit
 „ florentissimæ hujus Reipublicæ juventutem, ut &
 „ dicendo, & judicando, jure possit cum universa
 „ Italia de gloria contendere. „ Romam deinde pro-
 „ fectus, ob causam à Fontana relatam, iterum Medio-
 „ lani domum figere debuit.) „ Nec Româ fuit ex-
 „ plosus, quemadmodum te grunnire nihil piguit.
 „ Quin illud nequaquam silentio est involvendum,
 „ quod idem Summus & Sapientissimus Pontifex Si-
 „ stus, quater diversis in locis orationis suæ, tuam pa-
 „ ternitatem dicere sit dignatus; quo certè verbo
 „ nunquam esset usus, nisi dignum censuisset ejus-
 „ modi appellatione. His tot & tantis Viri præco-
 „ niis tuam tacitus excurias Conscientiam, si boni
 „ viri, discipuli, gratique munus obivisti, falsissimis
 „ eum criminibus technisque, cui omnia debes, in-
 „ invidiam, odium, contentionem petulanter ac tur-
 „ piter (*conatus*) adducere, quid adducere? imò rapere.
 „ Si non intelligas, omnem te bonitatis splendorem,
 „ decus, nomen amisisse, plumbeus es, aut Arcas asi-
 „ nus. Qua malum confidentia Philelphum Archipæ-
 „ dagogus potuisti delatrare, Pædagogorum, necnon
 „ Doctorum propudium, qui plures, quàm vix tu
 „ legendo revolveris, conscripsit Librorum Codices
 „ tum versu, tum prosa, nec minus græcè quàm
 „ latinè, & in omni celebri facultate, præsertimque
 „ in Philosophia, quam quidem non minus, quàm
 „ digitos unguisque suos novit, & sic, ut excellat?
 „ Qui quacumque vir mirabilis incedit, tanquam
 „ nitidum virtutis & intelligentiæ speculum digito
 „ monstratur; qui publico Lectitandi munere tot fe-
 „ cit homines, nulla quot unquam sit ætas oblivioni
 „ mandatura. Inter alios supra millenos Auditores
 „ hos habuit perillustres, Pium, quem diximus ma-
 „ ximum Christi Vicarium; & te Bernarde, Justi-
 „ nianæ domus

Ut decus egregium, sic lumen quaque resurgens,

„ à quo pater salutatur, nec non Franciscum Patri-
 „ cium nunc Episcopum Cajetæ, & Augustinum Da-
 „ tum, quorum scripta habentur in pretio. His ad-
 „ de Bartholomæum Scalam doctissimum Virum,
 „ nunc Florentiæ Cancellarium Secretariumque di-
 „ gnissimum. „ (Plures alios Auditores olim suos
 „ memorat Philelphus in Epistolis editis, Johannem
 „ Petrum Lucensem, Lapum Florentinum, Antonium
 „ Tudertinum, Leonardum Grifum Episcopum Eugu-
 „ binum, Johannem Petrum Arrivabenum &c.)

Prosequitur deinde Merulæ dicta refellere, sed
 eâ mordacis calami intemperantiâ, quæ vix patienter
 ferri possit; condonandum tamen id est infelici
 temporum illorum conditioni, quibus insulsæ frigi-
 dæque videbantur inter Literatos Viros contentiones,
 nisi acri contumeliarum sale condirentur, cedebat-
 que in partem victoriæ denigrata turpius Auctorum
 fama. Dicavit Fontana hunc Dialogum Bernardo
 Justiniano Equiti aurato, Patricio, Senatorique Ve-
 neto, clausitque opus suum Epigrammate, Merulæ
 inscripto, in quo perpetuum se hostem illi futurum
 promittit, nisi parcere Bonis discat, inquiens:

Anser enim vindex Merulam sic quaque sequetur,

Ut nullo valeat mæsta sedere loco.

Verùm festina mors, quæ tertium post mensem ab
 hoc edito libro Philelphum tumulo dedit, utriusque
 calamis silentium indixit.

Distuli in hunc locum luculentius differere de
 gloriosa ea exornatione, qua Paverus Fontana Phi-
 lelphum condecorat, asserens Æneam Sylvium postea
 Pium II. eidem in discipulum contigisse; neque enim
 ita facilè in ejus verba, tanquam in Oraculi fidem
 est concedendum. Porrò Philelphus non semel hanc
 sibi gloriam arrogavit, præcipuè in Epistola ad Leo-

(c) fol. 177.

A drisum Cribellum (c), in qua historiam veluti ab
 ovo textit, inquiens: „ Rogas quo pacto, quove
 „ tempore Pius Pontifex discipulus noster fuerit?
 „ Accipe Censor egregie. Anno à Natali Christiano
 „ millesimo quadringentesimo vigesimo nono, cum
 „ Florentiæ docerem, eò ad nos venit Æneas Syl-
 „ vius ex patria in Urbe Sena. Meque adiit permo-
 „ destè & comiter. Suum discendi desiderium non
 „ dissimulanter declaravit, mihi que rem suam, non
 „ appositè minus, quàm verecundè commendavit.
 „ Excepi illum perhumane, & ea benignitate qua
 „ soleo illos omnes, qui mihi videntur digni, qui
 „ amentur. Fuit apud me domi circiter menses duos,
 „ sumque ejus consuetudine non mediocriter dele-
 „ ctatus. Erat enim & ingenio facili, & urbanis
 „ moribus, & mihi prope æqualis, quantum scili-
 „ cet ex ore ipso, atque aspectu judicari poterat
 „ Placuit deinde Æneæ aliquid studiis
 „ suis subsidii comparare; erant enim tempestate illa
 „ Æneæ pertenuis fortunæ, & quibus se pater Syl-
 „ vius extenuari haud patiebatur. Itaque meâ operâ
 „ Ludovicus Siculus, Eques auratus & adolescens,
 „ cum pecuniosus tum etiam liberalis, qui non mul-
 „ tò antea ex Urbe Messana ad nos discendi gratia
 „ solverat, excepi eum apud sese, cum mercede
 „ annua aureùm quadraginta, apud quem assiduè
 „ nos publicè privatimque audiens, egit circiter an-
 „ nos duos, nec inde priùs decessit, quàm pestilen-
 „ tiæ morbus Florentiam vehementer corripuisset.
 „ Contra verò, præter Leodrisum memoratum, qui
 „ hanc laudem tanquam fictitiam irridebat, Gregorius
 „ Lollius apertè id negat, utque mendacii arguat Phi-
 „ lelphum, scribens ad Cardinalem Papiensem Jacobum
 „ Amanatum (d) hæc habet: „ Audax ille mentitor
 „ se tanti discipuli præceptorem falsò asserit, & Pium
 „ præceptori suo ingratum, quem Poëticam & Rhe-
 „ toricam Florentiæ, dum ibi esset Eugenius docuit.
 „ Multos habet testes, & quidem præstantes viros,
 „ nam & tempus celebre, & locum non obscurum
 „ designat. Plurimi sunt in Romana Curia, qui cum
 „ Eugenio Florentiæ agebant. Multi sunt Florentini
 „ clari viri, qui tum literis operam dabant. Oh
 „ quàm facilè mendax capitur, & se ipsam tuetur
 „ veritas! Ego à tenerioribus & juvenilibus annis
 „ fortunam, mores, & studia Pii, & ubi, & quan-
 „ to tempore, & quando in Italia deguerit, osten-
 „ dam. Intelliges profectò, tum nunquam Florentiæ
 „ vidisse Philelphum, nec Eugenium, quod nec
 „ Florentiam ipsam, nisi cum viator illam pertrans-
 „ ierit. „ Postmodum annum & diem ortus Pii II.
 „ designat, indolem, studia, itinera, & loca quæ adiit,
 „ cum primos ageret Juventutis suæ annos, minutim
 „ describit, ac tandem concludit, *Pium II. postquam
 „ primam patriam propria egressus est, Florentiam, nisi
 „ Legatum Cæsaris Romam versus missum, nunquam
 „ vidisse, & nisi multis post annis, quàm Philelphus
 „ Florentia exul Senam venit; subjungitque: Hæc per-
 „ curri, ne tanti Discipuli gloriam Philelpho tribuen-
 „ dam falsò censes.* Sanè hunc testem magni faci-
 „ endum existimo, cum se diu contubernalem cum Æneæ
 „ Sylvio, ac comitem itinerum, antequam summos
 „ dignitatum gradus conscenderet, in hac eadem Epi-
 „ stola enunciet.

Præterea, cum ad hunc ipsum Gregorium Lol-
 lium, utpote Pio II. acceptissimum, plures Philel-
 phus literas dederit, querelas intermiscens ob retar-
 datam annuam tercentum aureorum mercedem,
 quam ipsi Pontifex ille benignè assignaverat, argu-
 menta omnia profert, ut quod promissum erat, con-
 sequeretur; de hoc verò profusus flet, quod certè
 opportunissimum fuisset, ut gratum Pii animum ad
 rependendam Præceptori suo hanc gratiam inflecte-
 ret. Itaque audiri id tantum coepit mortuo Sacro
 illo Principe; siquidem spe frustratus Philelphus ob-
 tinendæ pecuniæ, atque ira exardens, insectatus est
 jur-

(d) Loco superius citato.

jurgiis , & maledictis Sanctissimi Pontificis manes ,
 damnans in eo avaritiam , ingratiq̄ue animi vitium ,
 exaggerans hac ipsa de causa , tunc primùm vulgata ,
 quòd de Institutore suo (Philelpho) tam malè meritis
 fuisset . Scripsit quoque ad Paulum II. plenam injuriosæ
 dicacitatis Epistolam contra Prædecessorem suū Pium ,
 & licèt se excusare contendat apud Leodrisium Cri-
 bellum , de tanta audacia illum increpantem , in-
 quiens : „ Unum sanctè , ac verè affirmare non du-
 „ bitabo , quæ de Pio vita functo , ad Summum Pon-
 „ tificem Paulum ab me scripta sunt , ea scripsisse
 „ me , nulla permotum animi perturbatione , sed du-
 „ ctum potius quadam communi causa doctissimo-
 „ rum , & disertissimorum virorum plurium , pro in-
 „ corrupto & integro sinceræ mentis rationisque ju-
 „ dicio . Quos enim ad emolumenta Pius debuisset ,
 „ dignitatesque extollere , eos vel contempfit , vel
 „ neglexit . „ Negari tamen nequit non tam indigna ,
 sed etiam improba & falsa contra hunc integerrimum ,
 sanctumque Sedis Apostolicæ Patrem fuisse à
 Philelpho in vulgus producta . Extat in ejusdem Libro
 inedito *de Focis* , & *Seriis* Epitaphium in morte Pii II.
 ab ipso compositum , quo nihil iniquius , mendaciusve
 excogitari ab hostibus Catholicæ Religionis , ne di-
 cam Inferis potest ; sic autem jacet :

*Quo magis ingratus nemo fuit alter , & idem
 Qui dici voluit impietate Pius ,
 Hac , sibi quam vivus construxit , clauditur arca
 Corpore , nam Stygios mens habet atra Lacus .
 Hic , doctum quia se , vatemque volebat haberi ,
 Vatis , & Doctis omnibus hostis erat .
 Eloquio insignes , Musisque dicata Juventus
 Solvite vota Diis , qui rapere Pium .*

Quid plura ? perculit adeò probos viros insana ista
 Philelphi , Mariique Patrem imitati temeritas , ut Fran-
 ciscus Sfortia Dux Mediolani utrumque in carcerem
 conjici jusserit . Legitur inter Epistolas Jacobi Picolo-
 minei (e) gratiarum actio , missa nomine Collegii
 Cardinalium ab eodem Cardinali Ticinensi ad memo-
 ratum Principem Mediolani , quam non ingratum
 erit integram hìc describere .

„ Francisco Duci Mediolani , nomine Collegii .

„ Cùm diebus præteritis audivissemus , Franciscum
 „ Philelphum , & filium ejus Marium naturæ
 „ suæ obsecutos , versus , & solutam orationem scri-
 „ psisse adversùs Sanctæ memoriæ Dominum Pium
 „ Pontificem nostrum nuper defunctum , admirati
 „ non mediocriter sumus , dolentes tantam erroris
 „ mentem in literato homine inveniri , ut immemor
 „ Christianæ Professionis , in cælum ponere os , men-
 „ dacia fingere , sanctum Domini lacerare , & con-
 „ silia Romanæ Sedis audeat condemnare , notissima
 „ quidem toti Orbi , & ab eodem aliis in scriptis
 „ suis laudata . Rursum cùm intelleximus , hanc insa-
 „ niam Excellentiæ vestræ pariter non placuisse , &
 „ doluisse admodum non præstari à suis eam reve-
 „ rentiam Romano Pontifici , quam ipsa devotè sem-
 „ per exhibuit , ac propterea ambos in carcerem
 „ ductos , officio vestro multùm sumus lætati , vi-
 „ dentes non solum maledicos illos pœnam ferre sce-
 „ leris sui , sed caram esse sæculari potestati , ætti-
 „ mationem Vicarii Jesu Christi . Agimus eidem Ex-
 „ cellentiæ vestræ debitas gratias ; factum suum lau-
 „ damus , & dignum ducimus Catholico Principe .
 „ Fecit quod sapientiæ suæ consentaneum fuit , &
 „ quod facturam eam re audita credidimus . Sacri-
 „ ficium Deo obtulit carum & beneplacitum ; siqui-
 „ Tom. I.

(e) Fol. 26.
 (f) Tom. XII. fol. 750.

A „ dem odibile ei est os pravum , & detrahentia la-
 „ bia detestatur . Ita hortamur Excellentiam vestram
 „ sedulo agat ; Matrem Ecclesiam & honorem pri-
 „ mæ Sedis & colat , & à suis detractoribus tuea-
 „ tur . Nos , qui viventis Pii membra fuimus , &
 „ Pontificibus debemus quod sumus , pro hac com-
 „ mendabili significatione sua debitores illi nos con-
 „ fitemur ; Nosque & nostra omnia beneplacitis suis
 „ offerimus , quam Deus incolumem , & florentem
 „ conservet .

B Dedit quoque ad Philelphum Epistolam idem
 Picolomineus , suadens ipsi , quem alioquin ob præ-
 claras ingenii dotes colebat , diligebatque , ut Pal-
 nodiam caneret ; paruitque Philelphus , sed levi adèd
 manu , enervique oratione , ut ad illum rescribens me-
 moratus Cardinalis , hanc sententiam edixerit : „ Legi
 „ Palinodiam tuam de Pio Pro Palinodia gra-
 „ tias ago . Etsi enim validiori manu illata , quàm sa-
 „ nata sint vulnera , Majestatisque Romani Principis of-
 „ fensa stilo , calamis jus suum non teneat , tamen ac-
 „ ceptissima fuit Tu interim labori in-
 „ choato finem non facies , sed parenti , auctoriq̄ue
 „ fortunarum nostrarum præstabis , quod alioquin
 „ injusti direptores pacatis oppidis præstant . Ut si
 „ unâ diligentia restituere prædam totam non possunt ,
 „ sensim , ut quæque proferuntur , restituantur . Sic
 „ tu , qui in Pii gloriam iratus invasisti , si minus uno
 „ labore reddere quod ademptum est potuisti , red-
 „ des paulatim & novis , & pluribus . Quod ut fa-
 „ cias non solum opto , sed pro amoris imperio etiam
 „ volo .

C Sanè si à conviciis contra omnes sibi non obse-
 quentes temperasset Philelphus , inter splendidissima
 Eloquentiæ lumina , quæ illo seculo fulgebant , nu-
 merandus foret , sed cùm nimia sui opinione inflatus ,
 neminem sibi parem fieri pateretur , laudem , quam
 pertinaci studiorum cultu , ac facundiæ præstantia
 sibi paraverat , mordacis arrogantis insolentiâ plu-
 rimùm minuit . Cornelius Lollius , in additamentis
 ad Pierium Valerianum , *De Infelicitate Literatorum* ,
 primum Lectoribus objicit Franciscum Philelphum ,
 sed nihil de iis , quæ supra retulimus , adnotat , &
 plura etiam ad illius vitam spectantia citra verum
 enarrat .

PETRUS APOLLONIUS COLLATIUS .

D Editum quoque fuit hoc anno in Urbe nostra
 Carmen Heroicum *Petri Apollonii Collatii* Presby-
 teri Novariensis *De Everfione Urbis Jerusalem* . Se-
 mel tantùm impressum fuisse egregium hoc Poëma
 credit Adrianus Vanderburchius , primamque edi-
 tionem paratam esse à Johanne Gagnæo Lutetiæ Pa-
 risiorum anno MDXL . , adeòque suam , quam cura-
 vit Antuerpiæ anno MDLXXXVI . , *secundam* appel-
 lavit . Alteram nos exhibemus Mediolani peractam ,
 quinquaginta novem annis , primâ illâ , quæ obtende-
 batur , vetustiore . De Ætate hujus Scriptoris , in-
 certi fuere quamplures , teste ipso Vanderburchio ,
 qui in Præfatione ad Lectorem hæc habet : „ Quo
 „ tempore vixerit , incertum ; sed Megarinus , (Mar-
 „ garinus de la Bigne) Theologus Parisiensis illum
 „ in instructissima Sanctorum Patrum Bibliotheca
 „ (f) sub septimo Centenario locat , & annis abhinc
 „ ferè mille scripsisse putat . „ Eadem tradit Riccio-
 „ lius in sua Chronologia (g) ; verùm his aliisque
 „ imposuit Anagrammaticum nomen *Apollonii Collatii* ,
 „ seu *Collatini* , quod nonnihil antiquitatis sapit , cùm
 „ vera ejusdem Familia , *Cattanea* fuerit , quemadmo-
 „ dum Lazarus Augustinus Cotta refert in suo Musæo
 „ Novariensi (h) . Dubitare primùm cœpere de tam
 „ remota vetustate Gerardus Joh. Vossius , & Philip-
 „ pus Brietius ; demum larvam omnem detraxit lauda-
 „ tus Cotta , pluribus allatis documentis , quæ Aucto-
 „ m m rem

(g) Tom. III. fol. 271.
 (h) Stanza II. fol. 245.

rem hunc seculo XV. floruisse testantur. Ego ad id confirmandum ea tantum proferam, quæ in impres-
 sis Mediolani per ea tempora Libris inveni. Prodiere
 in nostra Urbe ejusdem *Fasti Majores*, poetice scri-
 pti anno MCCCCXCII., Opusque hoc suum Auctor
 ipse dicavit *Ardicino (juniori) de la Porta, Episco-
 po Alerienfi, Cardinali Presbytero Sanctorum Johan-
 nis & Pauli*, ad eam dignitatem promotus, anno
 MCCCCLXXXIX. In calce autem hæc leguntur:
*Impensa Pauli Tægii, qui ob singularem erga Aucto-
 rem benivolentiam illud non ultra passus est incogni-
 tum hominibus fore.* Quin imò in vivis fuisse anno
 etiam MCCCCXCIII. aperte docet altera editio Me-
 diolanensis; cum enim anno illo Gaspar Viccomes
 typis commisisset Italicam suam Poësim; Petrus Apol-
 lonius Collatius in Auctoris laudem Epigramma,
 quod in calce legitur, eleganter conscripsit; Demum
 alterum ipsius Opus, nempe heroicum Carmen *De
 Duello Davidis, & Golia*, cujus manuscriptum exem-
 plar, cum ultra centum annos delituisse in Florentina
 Medicæ Bibliotheca, inde impetratum publici juris
 fecit Mediolanensibus Typis laudatus Cotta, sub fi-
 nem Seculi proximè elapsi. In ejusdem autem fronte
 venustissima legitur Elegia, qua Petrus Apollonius
 Novariensis laborem hunc suum dicat *Præstantissimo
 Viro D. Laurentio de Medicis Civi Florentino*. Pro-
 inde luce clarius patet, Auctorem istum non septimo
 aut octavo Seculo, sed decimoquinto esse assignan-
 dum. Quæ fuerit illius conditio & vita, neque ipsi
 Cottæ, Novariensium rerum peritissimo, compertum
 fuit; id certum est, tantâ eundem, in poetica facul-
 tate, laude fulsisse, ut Vanderburchius memoratus
 hæc professus fuerit: „Scriptor est Eruditus, &
 „elegans, qui & multos hujus Seculi Poëtas vincat,
 „& cum quibusdam præsci Ævi certare possit.

SANCTUS BRASCHA.

Brascha, nomine *Sanctus*, Civis Mediolanensis.
 se hoc anno memorandum reddidit, non magno qui-
 dem opere, sed pio simul jucundoque libello. Ag-
 gressus fuerat anno MCCCCLXXX. laboriosam pe-
 regrinationem ad Sacra Palæstinæ loca, utque non-
 tam sibi quam ceteris, præsertim contribulibus suis,
 aliquem ex longo illo itinere fructum in patriam re-
 portaret, dietim ea omnia descripsit, quæ in Urbi-
 bus Insulisque, quas navi ductus peragrabat, digna
 memori calamo videbantur. Itaque non modò ra-
 riora, quæ passim oculis objiciebantur, sed etiam
 qui Principes dominarentur, qui forent gentium mo-
 res, quæ Locorum distantia, diligentissimè explora-
 vit, adnotavitque. Ubi verò de Jerosolyma, aliisque
 per eam Regionem sparsis vestigiis antiquitatis, aut
 sacris Ædibus, sermonem instituit, nihil desideran-
 dum reliquit, quod sive ad veterem, sive ad recen-
 tem eorundem formam edocendam, optare devota
 legentium curiositas posset; quin imò pias quoque
 exercitationes precesse, quæ peregrinis ea loca in-
 visentibus indicuntur, minutim expressit. Demum
 ut faciliorem peregrinari cupientibus ad tam illustria
 Redemptionis nostræ lustranda Mysteria, viam sterneret,
 quid expendere, quid curare, quid effugere
 debeant iter illud suscipientes, peculiari monito de-
 signavit. Licet autem usque ad Urbem Nazareth,
 atque ad montem, ad quem ab Angelis delatum est
 S. Catharinæ corpus, minimè progressus fuerit, ni-
 hilominus apprime instructus à peritissimis Viris, ac
 etiam Religiosis Præsidibus Cœnobiorum, quæ ibi-
 dem vigeant, quique Jerosolymam tunc convene-
 rant, quidquid sacrum ac peregrinum in via, Locif-
 que iis occurreret, tam distinctè enarravit, ut nisi
 præmonuisset Lectorem, vix credi posset, ea tantum
 auribus, non oculis fuisse ab ipso percepta. Porro
 cum tot descriptis itineribus præsentis seculo redun-

A dent Bibliothecæ, mirum est, nemini curam subortam
 fuisse, ut hæc peregrinatio recederetur, præcipue
 cum immutata sit rerum facies, pulsitque ab ea di-
 tione Caliphis Ægypti Principibus, Selimus I. Tur-
 carum Imperator sub initium seculi subsequentis, di-
 versum Regimen, Ædificia, ac mores intulerit, æ-
 que ideo pergratum esse posset, intelligere, quæ fo-
 ret ante hoc tempus illius Regionis conditio. Sed
 fortasse rudis Italica lingua, qua conscriptus est hic
 libellus, illum ad ociosum pulverem, tineasque ne-
 glectum amandavit. Dicatum fuit ab Auctore hoc
 Opusculum *Magnifico Domino Antonio Landriano
 Ducali Thesaurario generali*, quem inter cetera vias
 ac munerum ornamenta, singulari excultum pietate,
 amoreque erga res sacras deprædicat.

B *Brascham* Familiam inter Nobiles Mediolanen-
 ses recenset Morigia in earundem Elencho, *Historiæ*
 suæ adnexo. Clari sanguinis illustre monumentum
 sunt Sepulcrales Inscriptiones, quas in Ecclesia
 S. Euphemie Mediolani positas memorat Placidus
 Pucinellus (i). Ibi enim tumulatus legitur *Matronia-
 nus Brascha* hoc distico apposito:

*Hoc fieri jussit Matrognanus Brascha Sepulcrum,
 Ut sibi sit requies, omnibus atque suis.*

1461. diebus Decembris (legendum arbitror die Idus
 Decembris).

C Alterum Epitaphium in hunc modum refertur: „Hic
 „situs est M. Eques Hieronymus Brascha, Maximi-
 „liani Cæsaris, Ducisque Mediolani Consiliarius,
 „& ad Europæ Reges Orator Legatus, tandem
 „Tergestinae Urbis Præfectus diem obiit An. Sal.
 „1502. Non. Febr. & in patriam efferrî testamento
 „curavit. Vixit an. 38. mens. 4. dies 2. Pientis.
 „Fratres D. Thomas, Johannes, & Ambrosius hunc
 „tumulum P. P.

Demum Sanctus Brascha enunciat benemeri-
 tus de illa Ecclesia, ob conditum in eadem Sacellum
 anno MDII. sub omnium Sanctorum titulo, sibi &
 Posteris suis, adjecto hoc distico:

*Hoc vivens posuit tibi Sanctus Brascha Sacellum
 Summe Poli Rector, Cælicolisque tuis.*

D statimque subjungitur: „Is Sanctus bis Quæstor,
 „ter Eques, Oratorium munus sæpe peregit, Hie-
 „rosolymam peregrinatus est, & in utraque lingua
 „clarus.

Hoc anno, quo vulgatus est ejusdem libellus,
 Cancellarii tantum Ducalis munere fungebatur, ut
 paulò post videbimus. Ceterum licet nulla alia edita,
 seu manuscripta lucubratione notus sit, literis tamen
 deditum fuisse testatur adnotata superius utriusque
 linguæ, latinæ scilicet ac græcæ præstantia; quin
 etiam poetica facultate ornatum ostendit Rhythmica
 Italica Oratio, quam à se compositam ait, cum nu-
 dis pedibus, in Calvarie monte, Crucifixi Domini acer-
 bum funus recoleret, eamque ad calcem hujus ope-
 ris, unâ cum Epigrammate italico in Valle Josaphat
 ad Beatissimæ Virginis Mariæ sepulcrum condito,
 imprimendam curavit.

AMBROSIUS ARCHINTUS.

E Ad hoc vulgandum Hierosolymitanum iter stimu-
 los Braschæ injecit *Ambrosius Archintus*, vir per ea
 tempora non tam nobilitate, quam doctrina conspicuus.
 Extat ibidem latina ejusdem Epistola, inscripta *Inse-
 gni Viro, Sancto Braschæ, Ducali Cancellario*, in
 qua post significatum non mediocre dolorem suum,
 ob difficile susceptam ab ipso provinciam invisendæ
 Terræ Sanctæ, & perceptum subinde gaudium ob-
 glo-

(i) Mem. Sepolcr. della Città di Mil. pag. 100. & 101.

gloriosissimum in patriam reditum, summoperè commendat traditas sibi ad legendum pagellas, quas accuratissimo labore exaraverat inter tumultuarium triremis strepitum, & remigantium clamores. Dein gratias eidem agit, quas etiã jure ab omnibus reddendas esse profiteretur, cùm ope hujus libelli factum fit, ut domi quoque sedentibus ante oculos apponantur exquisitissima quæque ornamenta litorum remotorum, & tanquam in tabella picta hoc sanctum iter, hominum mores, regiones, & quæcumque in eis pretiosiora sunt, liceat intueri. Postremò illum appellat doctissimum, ac laudatissimum, suæque familiæ gloriam, & decus. Non minorem tamen nobilissimæ Stirpi suæ splendorem attulit ipsemet *Ambrosius Archintus*; literariis enim laboribus labente illo seculo occupatum, latinique sermonis elegantia præstantem invenio. Siquidem Pii II. Pontificis Maximi Epistolas, & varios tractatus, dum esset in minoribus, anno MCCCXCVI. Ulderici Scinzenzeler prælo subdendos curavit, suamque iis præfixit Epistolam, in qua incitatum ad eadem Mediolani recedenda se ait, ab amore erga optimum Principem; cujus lectissimæ Epistolæ, ad eò corruptæ in Germania impressæ fuerant, ut nisi divinando legi non possent, proinde verò manum apposuisse, ut redactæ in ordinem, emendatioris prodirent. Postmodum Pii II. res gestas, & Sacra munera, quibus gradatim ad summum Apostolicæ Sedis honorem evehctus fuit, per compendium enarrat, atque inter ea memorat Mediolanensem Præposituram S. Laurentii Majoris ipsi collatam, de qua superius jam differuimus. Laudat deinde hunc Pontificem à benevolentia, qua viros doctos complectebatur, quoscumque præmiis ac dignitatibus exornans, jacentes literas sublevans, & omnes ad virtutem alliciens etiã exemplo suo, cùm semper aliquid in tanto quoque sui regiminis tumultu scriberet, legeretve. Nominat *Johannem Vinzaliu*m, Virum doctum, qui hoc opus totum diligenter percurrit, ac demum commendat omnibus memoriam Pii II. bonarum artium & Literarum Patriæ indulgentissimi, cujus, ait,

*Umbra dent Superi tenuem & sine pondere vitam,
Spirantesque crochos, & in urna perpetuum ver.*

Hinc patet quàm mendax improbusque fuerit Franciscus Philelphus, in laceranda tanti Pontificis

A fama, cùm præter sexcentos laudum suarum præcones, etiã Civis noster *Archintus*, eo seculo viveas, in amplo censu egregiarum illius virtutum, tanquam præcipuum ornamentum reponat, amorem, profusamque erga doctos Viros liberalitatem. Promotus postea fuit *Ambrosius Archintus* ad graviores Patriæ curas, Decurionatus munere insignitus, in eoque integerrimè gerendo usque ad annum MDXVIII. perduravit. Successere Filii, variis & ipsi honoribus decorati, eorumque nomina & laudes refert Cl. Sitonus in Chronicis Collegii Comitum, Judicum, & Equitum Mediolani (1), ad quæ Lectorem remitto.

B Pudet hoc loco referre, inter primos Typographos, qui *Alexandri de Villa Dei Grammaticam*, seu *Doctrinale* prælo vulgaverunt, fuisse Mediolanenses. Auctor iste seculo XIII. scribens, grammaticæ artis præcepta ad pueros erudiendos carminibus constrinxerat, & commentariis illustraverat, in eo lectotum defigens, ut *Maximiani* Scriptoris multò antiquioris rudimenta latinæ linguæ, jam in scholis vigentia, tanquam futes nœnias fabulasque, extremo telo configeret; idque etiã obtinuit, impresso Mediolani, atque in aliis Urbibus per subsequentes annos hoc libro. Verùm in inducta à Maximiano caligine facem accendere existimans, densiores ipse tenebras studiis affudit, ad eò ut *Lilius Gyraldus* in *Historia Poëtarum* (m) loquens de *Maximiano*, quem *nugatorem*, & *Nebulonem* vocat, ista subjungat, *cujus & insignis grammaticæ nugator Alexander nugas irridet*. *Ducangius* in præfatione ad *Glossarium* (n) laudat *Johannem Despauterium*, qui depulsa veterum Institutorum barbarie, unà cum aliis doctis viris, grammaticalia Opuscula nitidioris Eloquentiæ præceptis referta, Scholis intulit, quæ etiã num cum fructu leguntur. Eminentissimus Cardinalis *Quirinus*, in suo *Eruditissimo de Brixiana Literatura* (o) Opere, *Pyladem Buccardum* profert, qui Grammaticæ arti suppetias ferens, *Doctrinale* hoc *Alexandri de Villadei*, quod manibus puerorum unice terendum, à rudibus Ludimagistris tradebatur, funditus evertit, nitoremque pristinum latinæ linguæ studiis restituit. In nostra Editione memoratur in fine *Ludovicus de Guaschis*, sed quid in hoc adornando Opusculo præstiterit, in obscuro prorsus latet.

(1) Part. II. num. 378.
(m) Dialogo IV. fol. mihi 154.

(n) Med. & Inf. Latinit. num. LI.
(o) Parte II. pag. 1. & seqq.

ANNO MCCCLXXII.

FRANCISCUS PUTEOLANUS.

JAcuerant indecoro contextæ pulvere usque ad hunc annum Plinii Cœcili Secundi ad Trajanum, aliorumque antiquorum Rhetorum ad diversos Principes panegyricæ Orationes, quas postmodum tanquam unica, post Ciceronem, in eo genere Eloquentiæ apud Latinos exempla, certatim arripere præla, & Gymnasia. Eas à situ in lucem eduxit *Franciscus Puteolanus*, quemadmodum in Epistola nuncupatoria ipsemet narrat. Harum nitidissimum primum exemplar, minio, auroque conspersum, atque in pergamena impressum ferebat Bibliotheca Ambrosiana, quod quamvis adnotatione temporis, quo excusum est, destituatur, assignandum tamen huic anno censui ex verbis ipsi Puteolani, qui dicans illud *Jacobo Antiquario Secretario Ducali*, ait, florentissimas hæc duodecim Orationes editas à se fuisse in gratiam Johannis Galeatii Sfortiæ, nunc primum pubescentis, & ad Eloquentiam erudiendi; Dux autem ille Mediolanensis, natus anno MCCCLXIX. hoc profus tempore pubertatem ingrediebatur. *Jacobus de la Baune Soc. Jesu*, qui has veteres Plinii, Mammertini, Eumenii, Nazarii, & Pacati exornatorias Orationes ad usum Serenissimi Delphini edidit, illustravitque, non aliam antiquiorem à se visam editionem testatur illà, quæ à Beato Rhenano typis data anno MDXX. Frobeniana appellatur. Nos duplicem ostendere possumus, intra Seculum XV. Mediolani paratam, *Francisco Puteolano* adnitente; alteram quæ duodecim tantum Orationes complectitur, Romano quidem, sed minori charactere exaratam, cui propria manu se subscripsit *Ambrosius Archintus*, superiore anno memoratus; alteram, cui adjuncta sunt *Agricolæ Vita* à *Cornelio Tacito* conscripta, & *Petronii Arbitri* fragmenta, ut in justam molem liber excreceret. Inquirendum jam remanet quis fuerit hic Puteolanus.

Parmensem Urbem nactus est patriam; id enim exprimit *Johannes Biffius*, qui dicans Elegiam suam gratulatoriam, pro accepto ab *Ascanio Sfortia* Sacræ Purpuræ honore, *Joh. Galeatio Sfortiæ Duci Mediolani*, inter egregios Oratores & Poëtas, tunc in nostra Urbe florentes, *Bartholomæum Cremonensem præceptorem ejusdem Ducis*, & *Franciscum Puteolanum Parmensem* enumerat. Mediolani rudimenta Eloquentiæ percepit, fuitque Auditor *Gabrielis Paveri Fontanæ*, ut alibi jam adnotavimus. Bononiam inde se contulit, sed, ipso fatente, pulsatus ibidem fuit acerbis adeò rerum perturbatarum vicibus, (quam ob causam filet), ut ejusdem fortunæ omnes prope naufragium subiissent, nisi eas *Jacobus Antiquarius* subjectis veluti humeris ab imminente exitio liberasset. Mediolanum evocatus à Cicho *Simonetta*, honestissimo stipendio professus est Oratoriam facultatem in publico Gymnasio, à quo dejectus fuerat *Gabriel Paverus Fontana*, utpote *Ludovico Mariæ*, ejusque Fratribus tunc exilio percussis, amore conjunctus. Hinc verò inter utrumque contentiones atque odia erupere. Nonnulla jam attigimus, cum de ipso Pavero institutus est sermo; nunc ea, quæ idem Paverus profequitur in memorata Invektiva contra *Merulam*, sunt enuncianda. Accusat ille Puteolanum inconstantis & versatilis animi; ait enim, dum *Calaber Cichus*, cui vivo & mortuo omnia debebat, honore atque auctoritate floreret:

A *Cichus erat Divus, Sapiens, Patriæque Patronus, Egregiusque Pater, lumen, decus Urbis & Orbis, Omnia Cichus erat, Cichus fulgebat ut astrum.*

Eo verò per Edictum Principis capite multato, inversâ statim linguâ canere cœpisse:

Cichus erat cacus, Schirron, sævusque Procastes, Impius, Immanis, nequam, Patriæque ruina &c.

Subdit aliud exemplum, inquit; cum revocatus ab exilio foret *Ludovicus Maria Sfortia*, à Puteolano inventam fuisse viam, qua in illius gratiam irreperet; postea verò ad *Antonium Tassinum, Ducissæ Bonæ* acceptissimum (de quo *Corius* agit ad annum MCCCLXXX.) insalutato priore Domino profugisse; illo autem expulso ab hac Urbe, benignis *Johannis Vitaliani Borromæi* officiis adjutum, ad eundem *Ludovicum Bari Ducem* remeasse. Demum arguit illum ignorantia his verbis: „Puteolanus publicè Romanorum vitam, resque gestas Imperatorum reboans, interpretatur, & si quis fortè dignus vindice nodus inciderit, non veretur agilis saltator, cœnosa sam latitudinis quatuor vel sex ulnarum, & nonnunquam plurium, foveam tacitus transilire, Auditoribus in cœno miserabiliter involutis, qui si longum centies clament jo jo succurre Poëtone, (ita eum per contemptum appellabat) non quibit, semel tollere quemquam. Porro ista omnia in ore Adversarii exacerbati, & fervidam bilem in calum evomentis, non ita facilè fidem inveniunt. Nihilominus id certi habemus, aliqua intercessisse, quæ *Ludovici Mariæ* gratiam erga Puteolanum abruperant. Siquidem in altera ex Epistolis nuncupatoriis ad eundem *Jacobum Antiquarium*, quas in calce dabimus, inter cetera insignia beneficia à tanto Patrono in ipsum collata, hoc etiam enumerat, quòd, cum in gravissimam offensionem illustri Principis *Ludovici Sfortiæ* cecidisset, illius operâ, non ejusdem reconciliatus solùm, sed quoque in numerum amicorum receptus fuisset. Itaque si vera sunt, quæ *Paverus* scribit, bis saltem *Ludovici* indignationem Puteolanus accendit, scilicet, cum primò *Borromæum*, secundò *Antiquarium* sequestrem pacis persenserit. Sanè hoc postremum dissidium recentius acciderat; in eadem namque Epistola memoratur acerrimum bellum, quo tota Italia concutiebatur; id autem post annum MCCCLXXXI. quo *Paverus* scribebat, procul dubio contigit, cum effusæ per hanc Regionem sub *Carolo VIII. Gallicæ* copiæ, ab ipso *Ludovico Sfortia* evocate contra *Neapolitanum Regem* militarent.

Ceterum magna nominis, & Eloquentiæ famâ Puteolanus hic floruit, ab exteris quoque eruditus viris in pretio habitus; siquidem *Angelus Politianus*, scribens ad *Hieronymum Donatum* (a) *Mediolani* agentem, eundem rogat, ut *Merulæ*, ac *Puteolano* salutem nunciet. Primus etiam inter Literatos familiares *Nicolai Lucari*, celeberrimi *Cremonæ* Rhetoris, numeratur à *Johanne Jacobo Crotto* in Oratione funebri ejusdem *Lucari*, edita *Papiæ* anno MDXVIII. Promotus fuit ad *Historiæ Cathedram*, ut ex allato proximè *Paveri* testimonio non obscurè colligimus; ait enim *Romanorum vitas, resque gestas Imperatorum publicè interpretatum*. Præmiis quoque opimis est auctus; ita enim ad *Mecœnatem* suum *Antiquarium* scribit: „Mediolanum vocatum multis maximisque rebus ornasti. Tua suffragatione „Fra-

(a) Epist. pœult. libri II.

», Fratres mei immunitate donati ; Ego honestissimo ,
 », salario profiteor , certissimis ac honestissimis Sa-
 », cerdotiis cumulatus, quantum nec quidem venerat
 », in mentem unquam optare . Hæc beneficia omne
 », Puteolanum nomen potuere in perpetuum tibi ob-
 », stringere . », Proinde verò habenas omnes facundia
 laxat , arrepta qualibet scribendi occasione , ut no-
 vis semper laudibus Antiquarium extollat , imitatus
 Plinium, quem ediderat, in exornando Trajano . Nec
 ociosum calamum detinuit , perpetuo labore contem-
 dens insignium Auctorum Opera in lucem proferre .
Johannis Simonetta Commentaria de rebus gestis
 Francisci Sfortia ad prælum instruxit , dicavitque
 Ludovico Maria Sfortia Duci Barenfi , & Johannis
 Galeatii Infantis tutori , eleganti Oratione , in qua
 Francisci Patris , & Ludovici Filii imaginem , vivis
 aded Eloquentia coloribus depingit , ut eos tanquam
 Prototypos virtutum , optimo dignarum Principe ,
 exhibere Posteris videatur .

Chirii dein *Consulti Fortunatiani Rhetoricorum*
 libros tres, ejusque *Dialecticam*, & *Computum* vulga-
 vit, simulque addidit *Dionysii Halicarnassæi* præcepta
 de Oratione Nuptiali, Natalitiâ, & Epithalamiis, quæ
 Theodorus Gazæ è græco in latinum traduxerat,
 sine anno, loco, & Typographo, sed certè Medio-
 lani . Præfixam versio hæc gerit ejusdem Theodori
 Epistolam ad *Luchinum de Medicis*, in qua expur-
 gare se nititur ab ea, quæ inuri eidem poterat, te-
 meritatis nota, cur nempe, cum homo græcus foret,
 atque in hoc dicendi genere hospes, provinciam hanc
 suscepisset ; idque ait factum ipso Luchino jubente,
 qui non ad inculti calami sui verba, sed ad senten-
 tiarum flores, quibus priscus ille Auctor opus suum
 conspererat, oculos intendisset . Eundem tamen
 enixe rogat, ut antequam literarius ille labor in lu-
 cem edatur, patriâ elegantia condiat, quæque ipse,
 ob inopiam latini sermonis, nuda proferebat, casti-
 gatoris Eloquentia ornamento vestire non dedigne-
 tur .

Editionem hanc ignoravit Albertus Fabricius,
 qui inter *inedita scripta* Theodori Gazæ, versionem
 istam reponit (b), inquit : », Neminem vidi, qui
 », illam interpretationem editam memorasset . », Ad-
 jecta est in fine brevis quædam Oratio in nuptiis
Ugutionis Contrarii, Nobilissimi Civis Ferrariensis,
 cum Camilla, *Marcii* è vetustissima *Priorum* familia
 geniti, Viri Clarissimi filia ; sed an ejusdem Theo-
 dori Gazæ illa sit, definire non valeo . Hæc autem
 omnia Puteolanus inscripsit *Jacobo Antiquario* Pa-
 trono suo .

Cornelii quoque *Taciti* quidquid incuriosæ anti-
 quitati superfuera, idest *Fragmenta* ex actionibus
 diurnalibus *Augustæ Historiæ* : *De Moribus & situ*
Germaniæ : *De genere Eloquentiæ non corruptæ*, cui
 Operi à quibusdam titulus *De Claris Oratoribus* in-
 scribitur : *Vitam Julii Agricola* Soceri recognovit,
 ac typis commisit . Qua in re multas à se vigilias,
 curaque studii pertinacis adhibitas testatur, adju-
 vante *Bernardino Lanterio*, quem omnium *Mediola-*
nensium eruditissimum vocat, ut eum *parcissimè lau-*
det . Librum autem hunc, tanquam munusculum
 obtulit *Jacobo* suo Antiquario, eximias ejusdem vir-
 tutes luculentâ commendans Epistolâ, seque illius
 patrocinio debere omnia in utraque fortuna profes-
 sus . Panegyricam deinde Orationem attexit, qua
Cornelium Tacitum supra reliquos effert Scriptores,
 hisce verbis Epistolam claudens : », Hunc primò le-
 », gens laudabis Eloquentiam ; cum iterum in ma-
 », num sumpseris, mirum acumen deprehendes &
 », miraberis ; ubi contubernalem reddideris, semper
 », artificiosa docebit varietate, immensaque jucun-
 », ditate delectabit .

Poëtica facultate plurimum floruisse discimus ex
 ipsa *Paveri Invectiva*, in qua passim, ut vidimus,
 Tom. I.

(b) Biblioth. Græc. Tom. IX. pag. 195.

A *Poëtonus* appellatur, sed nullum ejusdem Opus ad
 oculos meos venit, præter *Epicedium extemporaneum*
 in funere *Galeatii Maria Sfortia*, à conjuratis truci-
 dati, quod inter manuscriptos Codices Bibliothecæ
 Ambrosianæ servatur . In fronte gerit nomen *Franci-*
sci Puteolani Poëtæ Parmensis, atque ita incipit :

Junoni prælata diu Bona Conjuge tanto ,
Uxor jam summi desinit esse Ducis .
Jam vidua extincti relegis miserabile carmen ,
Et versas vacuo frigida membra thoro ;
Verbaque non audis suavi manantia lingua ,
Nec potis es flavas cernere, ut ante, comas ;
Pestanasque rosas vincentia labra requiris ,
Collaque, vel Paris amula marmoribus &c.

B Breve tamen est, ac vacuum, nec Epicedii titulo
 dignum, cum querelas tantum viduæ conjugis re-
 ferat .

Addere opportunum hic reor Epitaphium, quod
 Puteolano *Lancinus Curtius* (c) inscripsit ; ex eo
 enim, quæ ad illius clericale institutum, & poë-
 ticæ præstantiæ laudem pertinent, colliguntur :

Qui Literatorum sacer choro cernis
Magni Poëtæ nobilem rogum salve .
Franciscus aurato Duces canens plebæro ,
Qui sensibus Vatum imbuit juventutem ,
Vero Sacerdos Numini refacratus ,
Cessisse satis ossa , spiritum & Phæbo
Scires volebat : Nomini satis fama est ,
Ut spe recepit , si polo additus vivit .

C BERNARDINUS LANTERIUS.

Bernardini Lanterii, quem Principem erudito-
 rum Mediolani deprædicabat Puteolanus, nullum ha-
 stenus opus, proprio Marte confectum inveni . Si
Stephani Dulcinii testimonio stemus, id in causa
 fuit, quod, cum severâ nimis censurâ in calami sui
 foetus animadverteret, nullum unquam castigatum
 satis existimabat, ut dignè in lucem prodiret ; ita
 enim scribit in *Endecasyllabis impressis De Catulli*
Sirmione, ubi plures alios sui temporis egregios vi-
 ros commendat :

Aut quas Lanterius vigil lucernas
Impendit Cytharæ severiori ;
Infinitus in arte, diligensque
Ad unguem, nimumque pertinax est ,
Dum nunquam satis aut sibi, aut lituris
Indultum putat, invidusque famæ
Unus qui propriæ, legenda celat ,
Et multâ terit expolita limâ .

D Hic *Bernardinus*, seu *Berardinus*, idem est ac *Paulus*
Lanterius, cujus in calce hujus libri legitur Epigram-
 ma in laudem *Dulcinii* ; siquidem utrumque nomen
 gerebat, atque ad eum, duplici hoc nomine appella-
 tum, carmen dirigit *Lancinus Curtius* (d). Plura ejus-
 dem Epigrammata in libris illo Seculo editis, in Au-
 ctorum laudem occurrunt ; erat autem Præpositus *Vi-*
glevanensis Ecclesiæ ; hoc enim titulo distinctus le-
 gitur post italicum Poëma *Gasparis Vicecomitis*, edi-
 tum Mediolani anno MCCCXCV. ubi duo ejusdem
 Epigrammata impressa fuere .

n n

In

(c) Epigrammaton lib. IV.

(d) Lib. V. Epigramm. fol. 75.

In Poëmate manuscripto Benedicti Jovii De XII. *Fontibus*, Comum ambientibus &c. quem eruditus Commentariis illustratum edere meditatur nobilissimus Eques, & Jurisprudentiæ ac Liberalium Artium cultu præclarus, Comes Joseph Rezonicus de la Turre, in Prolegomenis jam laudatus, nonum Caput hunc titulum gerit: *Surga, Fons Lantherii*. In eo Jovius eleganti carmine geminos ejusdem hortos describit, quos in Comensi Agro ad ocii sui delicias, omni fructuum herbarumque peregrinarum amœnitate consererat, Fonte etiam *Surga* artis industriam in altum deducto, ut per montis declivia fluens illos irrigaret; Jovii verba de hoc fonte, ista sunt:

*Talis erat quondam Lantherius, optima de se
Pollicitus, ni fata senem superesse negassent.
Flaminis insignis, fanoque sacratus in amplo,
Tempore, quo geminos muro discreverat hortos,
Atque suburbani veteres renovaverat ædes,
Irriguos fecit, deducto fonte, per alti
Surgeret ut rursus saliens declivia montis.
Clarus erat, potu suavis, præstabat & usum,
Atque voluptatem, manibus, frontique lavandæ &c.*

Lantherium hunc esse Paulum Bernardinum, de quo differimus, clarè indicat Jovius, eundem vocans *Flaminem insignem, & amplo Fano sacratum*; Siquidem primariam is, ut diximus, dignitatem obtinebat in ea Viglevanensi Ecclesia, quam paucis postmodum decurrentibus annis, Episcopali honore decorandam curavit Franciscus II. ex principe Sfortia Familia, Mediolanensium Dux postremus. Prosequitur inde Jovius ornamenta omnia singillatim referre, quæ Lantherii hortos ad jucundissimam voluptatem capiendam vestiebant, ac demum Historiam narrat fraudis, qua Nebulo quidam avidum illum Turdos captandi irretivit, ac fortasse etiam mœrore ob derisionem confecit; obiisse namque non valde ætate provecum, proximè relatis carminibus testatus est Jovius:

*Emerat hic alios quondam Lantherius hortos,
Quos hedera ambibat densis ornata corymbis.
Hæc erat (ut mos est) brumalibus hospita Turdis;
Immissis laqueis domino, qui vendidit hortos,
Cura fuit pastus avidas captare volucres;
Tempore sed longo parva est captura secuta.
Ast emptis avibus totam complere tabernam,
Et propriis captas hortis jactare solebat.
Illuc divertens Lantherius, ista putavit
Vera fore, ingenti pretio tunc emit & hortos.
Aptat & hic laqueos: permatas non capit ulla;
Scilicet assuetas jam dudum noscere frondes.
Tunc se deceptum sensit; Veterator at ille
Risit, & hoc astu nummos à Flamine risit.
Qualiter in Siculo fraudatum litore Civem
Scripsit in Officiis Cicero, factumque notavit.*

Claudit Jovius Poëma de *Surga fonte*, insigni pietatis Elogio, quo decedens vitam Lantherius, adornatos ad privatum solatium Hortos, Pauperibus ad inopiam sublevandam legavit, inquires:

*Mira fuit pietas homini, miseratus egenos
Nam moriens, Inopes hæc omnia, dixit, habento,
Hortos, atque domos, & amœni munera fontis.*

JACOBUS ANTIQUARIUS.

Jacobi Antiquarii nomen, à Francisco Puteolano tot laudibus celebratum, summo quoque plausu, per doctorum hominum tum Mediolanensium, tum exterorum illius seculi, ora & calamos volitavit; neminem tamen inter Perusinos Scriptores, de præclaris patriæ suæ viris differentes inspexi, qui eximii hujus bonarum artium cultoris, & patroni, munera & res gestas diligenter persequeretur, ac literis consignaret. Itaque ut clarior memoria ejus viri perennet, qui exacta majore vitæ parte in hac Urbe, ac depositis etiã in ejus sinu cineribus suis, illustri apud nos fama etiamnum vivit, instituti mei esse censui ea omnia, quæ ex conditis illa ætate monumentis, inscriptisque illius nomini nuncupatoriis Epistolis collegi, in hanc Historiam conferre. De Urbe Perusiæ, quæ illi natale solum contigit, dubium non est, cum ipsemet in Epistolis suis id sæpius testetur, honestissimos parentes, aliosque sibi affinitate conjunctos enunciens. Eloquentiæ rudimenta percepit à Clarissimo illo Joh. Antonio Campano, qui ob singularem facundiæ præstantiam Pio II. Summo Pontifici admodum carus, Crotonensi primùm, dein Interamneni Aprutina Infula donatus fuit. Gratum verò animum erga Præceptorem suum, tanta integritate in longævos etiam annos perduxit, ut cum vita functo Campano, inculta ac dispersa jacerent ejusdem opera, inceptor fuerit Michaëli Ferno Mediolanensi ad eadem colligenda, edendaque in lucem; quemadmodum etiam ille peregit, magno volumine Romæ impresso anno MCCCCXCV. In ejus fronte legitur Epistola Jacobi Antiquarii ad Michaëlem Fernum his verbis concepta: „Tanti ego Campanum, cujus Auditorium, „apud Perusinos meos tum admodum celebre, pueri mihi licuit ingredi, feci semper, ut ad solum „ejus nomen inter molestissimas res animum recreari sæpe senserim; non enim quenquam dicendi studiosum esse puto, qui vel ejus laude non delectetur, vel non capiatur ingenio &c. „Quantum verò profecerit sub disertissimo hoc Magistro, ex eo conjicere possumus, quòd nondum adolescentiam egressus, Bononiam accitus fuerit à Johanne Baptista Sabello illius Provinciæ Legato, ut illi à conscribendis Epistolis inserviret. Narrat hoc in eadem Epistola ipse Antiquarius; loquens enim de Campano ait: „Cum in Germaniam ad Convenum Ratifonensem in comitatu Cardinalis Senensis proficisceretur, Bononiæ apud Sabellum, ubi ego adolescentior ad Epistolas Provinciæ eram addictus, „triduo divertit. „Puteolanus quoque in Nuncupatoria præfixa *Duodecim Veterum Pantgyricis* id cum laude recenset: „Bononiæ sub Baptista Sabello Viro prisce frugalitatis, & continentie Legato Consulari, Magister Epistolarum in maxima promotione fuisse similis antiquis, qualis ante te nullus, post te paucos reor futuros; contendisti enim quanquam adolescentulus eras, & Urbs ac „amplissimum Officium ad delicias invitabant, te tricam castigatissimi Præsidis imitari innocentiam. Hinc refelli potest Augustinus Oldoinus, qui in suo *Athenæo Augusto* refert, Antiquarium Romam vocatum fuisse à Cardinali Sabello ad hoc munus implendum. Siquidem Sabellus renunciatus Cardinalis unà cum aliis in Concistorio secreto à Paulo II. anno MCCCCXXI. sed non admissus à Successore Sixto IV., ad eam dignitatem promotus non fuit nisi anno MCCCCLXXX. Eo autem tempore Antiquarius jam à pluribus annis in Mediolanensium Ducum Aulam inductus, in Urbe nostra versabatur; antea verò Bononiæ, non Romæ, officium illud exercuit.

Prosequitur Puteolanus ibidem, scribens ad Antiquarium: „Præfuisi, postea Mediolanum evocatus, „sub duobus Principibus Patre & Filio, ordinandis Sacerdotum Comitibus, tanta opinione hominum, ut quod Senatus juratus olim Scipioni Na-

„ficæ

ficæ tribuit, tibi miro omnium hominum consensu, *Optimi* cognomen sit inditum. „ Annum, quo ad nos delatus fuerit Antiquarius, definire non valeo; lumen tamen aliquod ex Libro Epistolarum ejusdem subluceat; scribens enim sub exitum Seculi XV. ad Antonium Julianum fratris sui filium, hæc habet: „ Beneficium, quod modò Frater tuus Constantinus cum Laurentio Albiganense commutavit, venienti mihi in Galliam Cisalpinam, inter primas, *abhinc annis triginta sex*, Principis liberalitates obtigerat, fuitque ideo carum diu, quòd *Dertnon* vetus est Civitas, & delubrum habet Religione celebratum. „ Dolet subinde, quòd illud male collocaverit in juvene, qui spem conceptam fefellerat, projiciens ornamenta, quibus illum honestare curaverat. Igitur circa annum MCCCCLX. Antiquarius Mediolanum advēnit. Anceps hæsi an id Beneficium, quod in Constantinum memoratum transtulit, esset Ecclesia Sanctæ Mariæ de Clavena, Diocesis Comensis, Ordinis Cisterciensis, cujus ipse erat *Abbas Commendatarius*; eam enim Lublinus testatur in *Notitia Abbatiarum Italiae* (e) vocatam olim fuisse *de Derta*, seu *de Dona*; verum eandem fuisse ab illo retentam usque ad annum MCCCXCXVII. quo jus omne suum liberè Alexandro VI. Summo Pontifici resignavit, constat ex Chronico Glaxiatensi (f), ubi Placidus Pucinellus recitat Literas Apostolicas, quibus eodem anno aggregata fuit prædicta Ecclesia Cœnobio S. Petri in Glaxiate, Ordinis Benedictini; atque in iis mentio fit de *Jacobo Antiquario*, qui spontè abdicaverat, ductus fortasse amore erga Monachos illos, apud quos sepulcrum sibi, posterisque suis vivens delegit. Quocirca credi potest, in Agro Dertonensi constituisse Beneficium, quod in Fratris filium transtulerat; pluribus enim Sacerdotiis atque honoribus, Mediolanensium Principum largitate, auctum fuisse Antiquarium tradit Puteolanus in Epistola ante Cornelium Tacitum, eidem dicatum.

Ex his quæ attulimus patet, insignem hunc Virum, non tam Ecclesiastico cœtui nomen dedisse, sed Præsidentem quoque ad pertractanda Cleri Mediolanensis negotia fuisse à nostris Ducibus constitutum. Crevit subinde auctoritas; delectus enim fuit à Secretis Johannis Galeatii, & Ludovici Mariæ Ducum Mediolani, quo in munere summam comitatem cum summa dignitate conjunxit; sed præstat id audire à cœvo Puteolano in duabus Epistolis, quas unâ cum aliis in calce integras dabimus; in prima namque ita scribit: „ Optimorum tu unus doctissimus, doctissimorum idem optimus, literas tacere non finis, erigis Professores, Ingenia foves, nec quifquam est alicujus per Italiam nominis, qui se ab Antiquario adjutum, ornatum, non libenter testificetur. Hæc non mihi famâ, qua alioquin gratissima uteris, sed re ipsa perspecta sunt. Quo viatico optimum Senem Franciscum Philelphum, utriusque linguæ Principem, Thuscos ultimò petentem profecutus es; quo studio, quanta contentione Georgii Vallenensis, & alterius Georgii Merulæ doctissimorum hominum causam suscepisti, atque ita suscepisti, ut alter tenuerit quod quærebat, de altero nondum spem amiserimus. Cujus tui animi, ac paterni, ut ita dicam, in Artes affectus grande præmium retulisti, ita amatus, ita probatus ab omnibus, ut tanquam Genius colaris, ad te omnium scripta deferantur, libelli deducuntur, quasi prorsus omnes certent, ut in negotiis consilio, ita in studiis judicio tuo uti: advertunt enim omnes, plurimum te fide, plurimum veritate, plurimum intelligentia præstare; Carere ambitu, & cum altius posses ascendere, in mediocri gradu substituisse, quòd pulchrius & speciosius duxeris castitate, justitia, gravitate, prudentia Princeps agnosci. Quis Antiquario melior? quis sanctior? quis in omni genere laudis ad exemplar antiquita-

A „ tis, unde tibi cognomen, expressior? Eadem (quod equidem in admodum paucis numero vidi) „ tibi honestatis cura Domi atque intra privatos parietes, quæ in publico; nec unquam de fama, „ quàm de conscientia sollicitior fuisti. „ In altera verò hæc interferit: „ Tu tranquillam vitam, ad „ quam enixissimè frustra contendebam, tribuisti; „ neque in me uno tua innotuit beneficentia; longus „ ordo post me, & ante me extat te patronum salutantium, nam cum ob rarissimas animi tui virtutes, gravissimos mores, religionis cultum, totius vitæ tenorem æquabilem, modestiam in isto „ fastigio admirandam, lenitatem, & mansuetudinem pari conjunctam gravitati, in omni fortuna „ constantiam, miram scientiam, atque facundiam, „ in agendis rebus dexteritatem, ad maxima negotia obeunda efficaces cogitationes, in omnibus rebus fidem, ac pares laudè prudentiam atque simplicitatem, non modò multitudini fueris acceptissimus, verum & totius Italiæ Principes, Tetrarchæ, Reges, Pontifices te suspexerint, erexerint, „ promoverint. Nihil unquam tibi ambivisti, rogasti, impetrasti. Quidquid tulisti, honores, Sacerdotia, mera Principum liberalitas ac judicium „ fuit, quanquam nec ea quidem pro virtutibus aut meritis, quæ licet multis maxima videantur, plerique haudquaquam artibus suis præ te plura tenuerunt. Piget pudetque referre adultores, scurras, delatores, quos cernimus ditiores. Cur tu „ ut virtute & innocentia, ita Flaminiis, Procurationibus, Præfecturis alios non excellis? Verum non eodem judicio, quo ceteris felicitatem metiris, ideo quæ maxima isti putant, semper contempsisti. Compertum habeo exiguo labore, levissimis atque etiam honestissimis precibus honorificentissima quædam tibi quæri potuisse. Obstitit „ antiquus rigor, & prisca frugalitas; & modicis contentus animus. Quod pro te tamen nunquam „ propositis ullis præmiis faceres, vidimus multoties amicorum causa ambitiosissimè contendisse; „ multa enim multis rogasti, atque impetrasti. Sed „ ego in hoc latissimo campo, in uberrima tuarum „ laudum materia, parcius loqui cogor: quòd enim „ omnia tibi debeo, vereor ne fœda assentandi libidine rapi videar. Accedit, quòd virtutibus tuis parrem Orationem afferre non possumus, sed ut floribus, ac interdum solis precibus Diis supplicant, „ qui thura non habent: Sic hoc tempore ego tibi, „ quem vice magni numinis colo, munusculum affero &c. „ Nec minori cum doctrinæ, tum vitæ castigatissimæ laude loquitur Aldus Manutius, Jacobo Antiquario dicans *Opuscula Græca Plutarchi*, anno MDIX. Siquidem se ocularem testem profiteatur eorum omnium, quæ in illo commendat, cum Mediolani hospes apud ipsum moraretur. Imò *Franchinus Gafurus* minimè veritus est sub oculos ipsos Ludovici Mariæ Ducis nostri præconia tanti viri afferre; in nuncupatoria namque ad eundem Epistola præfixa *Theoricæ Musicae*, quam Mediolani edidit anno MCCCXCII. hæc scribit: „ Auxit opinionem „ meam (nempe de hoc Opere typis vulgando), ut „ currenti calcar subderet, Vir consummatissimus *Jacobus* tuus *Antiquarius*, cujus tanta est vel Auctoritas, vel Religio, vel cum summa morum & vitæ integritate scientiarum omnium eruditio, ut nil „ æquè contentiosum sit, quàm quo magis præstet, „ velle diutiùs perquirere. „ Prætereo doctissimos Viros Johannem Picum Mirandulanum, Franciscum Philelphum, Angelum Politianum, Georgium Vallam, Marsilium Ficinum, Michaëlem Fernum, Stephanum Dulcinum, Lancinum Curtium, Petrum Leonis, aliosque quamplures, qui aut latinis Epistolis, aut Carminibus eundem celebravere. Id unum mirari me fateor, eo seculo, quo intemperans supra ceteros eminendi cupidò Literatorum animos succubiebat,

(e) Pag. 103.

(f) Pag. 178.

tiebat, alienæque gloriæ invidia æmulationem & cen-
furas in coævos armabat, neminem non tam de An-
tiquario obloquutum fuisse, sed ad illius doctrinam
pietatemque præconiis omnibus extollendam quoslibet
conspirasse.

Pauca ingenii sui monumenta ad nos pervenere.
Duos *Epistolarum libros* Ambrosiana tenet Bibliotheca
Perusina editos, post illius obitum, anno MDXIX.
sed ex, ut plurimum, ad Perusinos affines suos, ac res
domesticas spectant; qua in re acerbæ occurrunt
eiusdem querelæ, quod degeneres ab accepta optima
educatione nonnulli ex Fratris filiis forent, dissipati-
que incassum evanuisent quamplures nummi, quos
ad emenda in patrio solo prædia iisdem indulgenter
erogaverat; quapropter scribens ad Jacobum Pauli-
num (g) ait: „Excoriavi me, ut benefacerem ne-
„ potibus meis; quidquid supererit, in animo est non
„ oblivisci quantum Deo debeam. „ Digna lectu
illa est ad eundem Paulinum missa (h), quæ in Pe-
rusinæ laudibus versatur; eam verò à se adolescentulo
florentissimam relictam, comparat cum infelici præ-
sentium tunc temporum conditione, quibus defor-
mata ac discerpra ab intestinis dissidiis, vultum om-
nem pristinæ majestatis amiserat.

Præter Epistolas, editum quoque fuisse volu-
men *Epigrammatum*, atque *Orationum* Antiquarii
narrat Oldoinus. In Ambrosiana Bibliotheca una
tantum Oratio extat, Alexandri Minutiani typis vul-
gata anno MDIX. quam ille obtulit Ludovico XII.
Regi Francorum, & *Duci Mediolanensium invictis-
simo*, in celebratione Triumpho pro victoria de Ve-
netis relata. Epigrammata quoque sparsim impressa
tum in Epistolis, tum in calce librorum, qui tunc
in lucem prodibant, non infrequentia occurrunt;
sed an Codex aliquis iisdem refertus prælum subierit,
prorsus ignoro. Certè delectatum Poësi fuisse Anti-
quarium testatur Puteolanus in una ex laudatis Epi-
stolis inquires: „Quales versus, quàm venustos,
„ quàm prurientes, quàm dulces, quàm argutos
„ scribis, quasi Catullus, aut Tibullus? „ Idem
Oldoinus hæc de illo refert: „Res à Perusinis præ-
„ clarè gestas conscribere aggressus est; causatus ta-
„ men ætatem, laboribus apud Sfortianos suos fra-
„ ctam, inceptum opus prætermisit; hæsit tantum-
„ modo in quibusdam Commentariolis, quorum ple-
„ raque neque absolvit, neque publicavit. „ Sanè
opinio de Historia Perusina ab Antiquario inchoata
serpere coeperat etiam illa ætate apud suos, sed eam
proprio calamo ipse met vix nascentem confixit;
respondens enim Johanni Mariæ Vibio, qui eum de
hac re interpellaverat, inquit: „Putas, sicut ex
„ tuis literis animadverto, me Historiæ conscriben-
„ dæ curam ingressum esse. Contra accidit, atque
„ in ista opinione ne te ipsum frustra habeas hortor,
„ atque admonitum volo; multa deterrent à tali lu-
„ cubratione: eaque recenset, præcipuè scopulum
illum, ad quem impingere solet de rebus patriæ suæ
scribentium fides, ut vel adulatione, ac silentio vi-
tiorum, infringatur; vel odium Familiarum, sincerâ ve-
ritatis narratione, incurrat; tandem verò concludit:
„ Ocium igitur ætas laboribus fracta mihi suadet,
„ ne in extremo actu insanire videar; non enim ita
„ stultus sum, ut memet hoc tempore metiri ne-
„ sciam, qui rem arduam, & ut dixi, periculo-
„ sam audeam exequi. „ Auctor quidem fuit Fran-
cisco Maturantio Affini suo, acerrimi cultique inge-
nii Viro, ut hanc provinciam susciperet, pluribus
ad ipsum, & Vibium datis Epistolis, sed quid pro-
fecerit, reliquæ Epistolæ minimè referunt.

De *Commentariolis* hæsitare non sinunt relatæ literæ,
in quarum calce, illos fatetur præ manibus se habere,
breves & concisos. Versari tamen debuere in afflictis
Insubrum rebus, & mutata fortunæ facie, ob erep-

(g) Versus finem Secundi Libri.
(h) Circa medium Libri Secundi.
(i) Lib. I. Epist. XXVI.

A tum Sfortianis Principibus regnum; subjungit enim
„ Dolorem meum ex proximis calamitatibus Princ-
„ pum tractare reformido. „ Certè meditarum eum
fuisse aliqua scriptis tradere de hoc ipsi amaro infor-
tunio, legitur in Epistola ad eundem Maturantium
(i) his verbis: „Coepi nuper animo mecum volu-
„ tare, an de exitu imperii Mediolanensis, quod est
„ ad Gallos fato quodam translatum, quicquam scri-
„ bete temptem; vulneris recens acerbitas, quæ
„ etiam levissimam manum reformidat, neque sine
„ magno dolore attingi potest, ita deterret, ut in-
„ genium quoque, quod imbecillum sit, ad legiti-
„ mam excusationem advocet. „ Duo addit Oldoi-
nus; alterum est, expulso tractoque in carcerem
Ludovico Sfortia Duce Mediolanensi, Gallos Medio-
lano positos, Antiquarium, *eiusdem Status Modera-
torem*, veneratos fuisse; adeò, ut ipse ait, *summa
fides & virtus, etiam apud hostes, venerationis sibi
vendicat locum*: Alterum, cum senisset, in patriam
reversum esse, ibique inter alia per eum egregiè
acta, Collegium Gregorianum, vulgò *Sapientiam ve-
terem* appellatum, divitiis locupletasse, relicto Ne-
potibus jure proponendi alumnos ad numerum stu-
dentium augendum. De hoc postremo litem non
moveo, cum etiam absens potuerit, in amoris erga
patriam ac cives suos pignus, splendidum istud mo-
numentum relinquere; cetera plurimum nutant. Ac
primò, Mediolanensem Provinciam moderatum fuisse
Antiquarium, nemo ex coævus retulit; siluere de
tam excelsa dignitate Scriptores, qui eum adhuc in
nostra Urbe manentem profusus laudibus ornant; si-
luit ipse Antiquarius, qui in suis Epistolis, de Gal-
lis Mediolanum investis crebrò miscet sermonem;
ex Annalibus verò Mediolanensibus discimus, cum
adventante Gallico exercitu Ludovicus Sfortia in
Germaniam fugam arriperet, demandatam ab ipso
fuisse curam Urbis hujus, Provinciæque, quatuor
præcipuè insignibus Viris, Hieronymo Landriano
Generali Humiliatorum Præposito, Antonio Trivul-
tio Episcopo Comensi, Johanni Jacobo Castillionæo
Barenfi Archiepiscopo, ac Francisco Bernardino Vi-
cecomiti; De Antiquario ne verbum quidem facit
Morigia, qui hæc refert (l); Eo autem tempore
Galli Mediolanensem Urbem tenuere. Quòd autem
senex in patriam redierit, non alio, ut refelli possit,
opus est teste, quàm ipso Antiquario, qui eversis
anno MD. Sfortiæ domus fortunis, scribens ad Ma-
turatorum (m) ait, undecimum se agere annum sub
iis, qui de tanto imperio triumphaverant. En ejus
verba: „Homo sum, qui servitute serviverim an-
„ nis plurimis egregiam & fidelem, neque sum à
„ vitæ splendore repulsus, nisi cum ii corruerunt,
„ qui maximam partem Italiæ cum sua gloria con-
„ junctam esse volebant, quamvis temporis error vi-
„ sus sit evertisse eorum optima consilia. Undeci-
„ mum tamen annum sub Clementissimo Victore agi-
„ mus. „ Itaque senectute etiam gravis, pedem ab
Insubribus ille non movit. Habuerat quidem in vo-
tis patrios penates invisere, atque inter oscula suo-
rum, amicorumve complexus, vacuum ab omni cura
reliquum vitæ transigere, idque etiam sæpius in Li-
teris repetit, ac pollicetur. Verùm depositam ab
ipso spem omnem testatur in Epistola ad Jacobum
Paulinum (n), hæc scribens: „Ex longo itaque
„ ac justo meo desiderio sæpe depulsus, facere satis
„ non potui meorum expectationi, quorum aspectu
„ renovare corporis vires, & depositam dudum ani-
„ mi alacritatem resumere sperabam; sed quod nunc
„ quoque magis torquet, malorum exitum nullum
„ reperio, cum interim patriæ cupiditate magis at-
„ que magis in dies conficter; non quòd Mediola-
„ num regia & gloriosa semper Civitas, me invitum
„ detineat, ubi posteritati sepulcra, quoad per Ne-
„ potum

(l) Lib. I. Hist. Mediol. pag. 171. & Lib. III. pag. 439.
(m) Lib. II. Epist. V.
(n) Lib. II. Epist. XIX.

CCXLVII MEDIOLANENSIS AN. MCCCCLXXXII. CCXLVIII

„ potum sobolem licebit , minimè obscura religione
 „ paravimus , sed quia nativum nutriciumque solum
 „ semper adeò magis solet delectare , quòd interfit
 „ multum , quo loco honestis parentibus geniti , in-
 „ fantiam adolescentiamque inter æquales , ac prima
 „ rudimenta peregrimus Quamquam , ut
 „ Flaccus inquit ,

Omne solum forti patria est , ut piscibus Æquor .

Præterea supersunt adhuc plura in vulgatis libris
 vestigia , quæ fidem perennis illius moræ apud nos
 faciunt ; nempe gemina ejusdem Epistola post Ber-
 nardini Corii Historiam anno MDIII. editam Medio-
 lani ; altera in fronte Pfallerii Pentilinguis ex hac
 Urbe data anno MDVI. cui edendo incitamentum
 ipse dederat , licet nonnisi decimo post anno Genuæ
 lucem aspexerit ; Oratio Mediolani habita pro trium-
 pho Galliarum Regis de fractis Venetis , acto anno
 MDIX. Sepulcralis inscriptio , apponenda tumulo
 D. Balioni Vibii , Mediolano Perusiam missa anno
 MDXI. , atque inserta in Epistola Antiquarii ad Ja-
 cobum Paulinum Cancellarium Perusinum (o) . De-
 nique Mediolani constitisse illum anno quoque MD-
 XII. testis est ejusdem Epistola ad memoratum Pau-
 linum (p) , in qua eum certiore reddit de rebus
 actis à Maximiliano Cæsare , pro reditu in hanc Ur-
 bem Maximiliani Sfortiæ , inquiens : „ Audisti quæ
 „ acciderint ? falsa ne putes , sed miraculo proxima :
 „ Elvetii pene inermes , Gallos , qui pluribus locis
 „ videbantur fuisse Victores , conversis Julianis auf-
 „ picis , sanctaque societate facta , ex Italia præci-
 „ pites exploserunt . Maximianus verò Augustus Du-
 „ cem Maximianum (sic enim scribit) nobis restituit ,
 „ consensu Electorum Imperii &c. ac tandem inge-
 „ nioso hoc carmine in calce ludit :

A *Ætatem ut reparet Coluber , pellatque senectam ,
 Cæsaris in sacra cernimus esse manu .
 Attamen in Colubro Fatorum redditur ordo ,
 Italia ut renovet Cæsaris imperium .
 Voce sed ut simili gementur gaudia : redde
 Maximiane Duce : Maximiane veni .*

Verùm hic annus feralis ipsi fuit ; extremum enim
 diem obiit , sepultus in Ecclesia S. Petri in Glaxiate ,
 ut in Chronico illius Cœnobii à Pucinello adnotatur .
 Hinc verò emendandus est Oldoinus , qui fortasse
 ob lapsum calami scripsit , Antiquarium floruisse
 sub initium Seculi XV. à Christo nato , cum scribere
 debuisset sub finem .

B Ex pluribus Fratris filii , quos curæ suæ reli-
 ctos , post obitum Genitoris , in Epistolis Jacobus
 testatur , nemo Mediolani sedem fixit , præter Nico-
 laum Antiquarium , cujus meminit Lazarus Augu-
 stinus Cotta , in Appendice ad Historiam Mediolanen-
 sium Medicorum à Bartholomæo Curtio vulgatam ;
 sed malè illum suspicatur fuisse filium celebris Jaco-
 bi , cum iste Altaribus , ob Sacerdotium addictus , cœ-
 libem semper duxerit vitam . Humanioribus Literis
 ac Dialectica , & Philosophia optimè instructus Ni-
 colaus , ad Medicam Facultatem studium convertit ,
 atque in ejus gratiam Georgius Valla *Galeni Intro-*
ductorium ad Medicinam , è græco latinum fecit , di-
 cavitque illius Patruo Jacobo . Blancam spectatissi-
 mam fœminam uxorem duxit , quæ anno MCCC-
 LXXXVIII. extincta est , ac deposita in Ecclesia
 S. Petri Glaxiatensis , teste Pucinello , laudato nuper
 loco , qui Nicolaum hunc vocat *celeberrimum Phy-*
sicum . Sanè Medicorum Mediolanensium Collegio
 adscriptus , doctrinæ famâ obtinuit , ut à Lancino
 Curtio , & Petro Leone , illius Ævi Poëtis illustri-
 bus , carmine laudaretur .

A N N O M C C C C L X X X I I I .

F Undamenta Ordinis Humiliatorum , qui
 sanctitate conditus , flagitio omnibus noto
 corruit , jacta fuisse in Germania , ac
 postmodum Mediolani firmata , nemo est
 qui inficietur ; tempus in controversiam
 vocatur . Cum enim certum sit , domitis Italis , qui
 contra Cæsarem arma susceperant , ut rebellionis ca-
 pita plecterentur , abductos in Germaniam captivos ,
 nonnullos Insubrum Proceres fuisse , eosque diuturni
 exilii pertæfos , revocasse animum ad cœlestia , &
 splendidis abjectis indumentis sub cinereo oblongo
 habitu sanctos mores coluisse ; Scriptorum aliqui
 Henrico I. Imperante , alii Conrado Salico , plerique
 etiam seriùs sub Friderico Ænobarbo id peractum
 testantur .

Auctor. Historiæ Monasticæ , & Regularium
 Ordinum , gallicè primùm editæ , atque octo volu-
 minibus comprehensæ , omnem à se lapidem motum
 enarrat , ut securæ huic Ordini exordia statueret ; ve-
 rùm incassum abiisse curas & studia fatetur , nullo
 eorum temporum monumento superstitite , cujus du-
 ctu , hanc dispellere in præsentia caliginem valeamus .
 Condidere multi celebris illius Ordinis Chronicos Li-
 bros , plures etiam Scriptores suis in Historiis de
 Humiliatorum Origine disseruere ; sed cum quatuor
 saltem seculis (qui vetustiores sunt) ab incepto eo
 Instituto distarent , atque in obscuro versarentur ,
 eam sententiam complexi fuere , quam cuique Cæsarei
 alicujus belli apud nos gesti memoria , peculiari veri-
 tatis specie , commendare videbatur . Inter hos memo-
 ratus Gallicus Auctor suam quoque depromere voluit ,
Tom. I.

(o) Lib. I. Epist. XIX.

D qua nemini consentiens , acta hæc censet , sub Henrico
 V. Germaniæ Rege , in Italiam profecto , ut Augusto
 Diademate Romæ coronaretur anno MCXVII. ; Is
 enim plures Italas Urbes ad Imperii obedientiam
 ferro coëgit , potuitque arrepta occasione felicitis for-
 tis , ne nova seditionum germina succrescerent , fa-
 ctiosum hunc Nobilium Manipulum in Germaniam
 ablegare . Ut hoc statueret , se adactum ait à scri-
 ptis ad ipsum Epistolis Mediolanensium , quos ipse
 rogaverat , ut hujus Ordinis , adhuc in hac Urbe
 apud nonnulla Virginum Religiosarum Asceteria vi-
 gentis , initia docerent . In iis autem , quæ descripta
 erant , quæque desumpta dicebantur ex antiquiori-
 bus Humiliatorum Chronicis , altera nempe anno
 MCCCXCIX. altera anno MCCCXCIII. exaratis , duo
 ista ipsi occurrebant , cum recto Chronologiæ calculo
 difficile componenda , annus videlicet MXVII. Or-
 dinis exordio assignatus , & annus MCXXXIV. quo
 S. Bernardus Claravallensis , Mediolanum delatus , Hu-
 miliatis precantibus Regulas dedit ; Ut quid enim (se-
 cum mente volvebat) integri & amplius seculi spatium
 expectandum fuit , ad novæ susceptæ vitæ mores cer-
 tis legibus dirigendos ? Ordinem absque Regulis in-
 stitutum , quis credat ? Idcirco arbitratus est , nullam
 opportuniorem Epocham , utpote S. Bernardo magis
 proximam , figi posse , quàm annum superius rela-
 tum , quo Rex Henricus V. in Italiam descendit .

E Porrò laudari meretur egregius Eruditissimi Au-
 ctoris conatus , sed condonandum est remoto in solo
 versanti , si fidens transmissis Epistolis , nec inspectis
 intimè manuscriptis nostris Codicibus , opinionem

o o pro-

(p) Pag. 327.

protulit non tam infirmam, quam cum iisdem prorsus pugnans. Johannes Petrus Puricellus monumenta omnia ad Humiliatos spectantia magno collegit volumine, Constitutiones scilicet in Generalibus eorundem Comitibus statutas; geminas Chronicas Historias jam memoratas, è latino in Italicum sermonem ab ipso translata; Privilegia Summorum Pontificum; Regulas S. Benedicti eorum Ordini adaptatas; Divinum Officium, quod peculiare ipsis est, propugnatum; declinantis demum Ordinis ab antiquo Instituto causas, seriemque enarratam usque ad annum MDLXXI., quo à Pio V., Pontificio telo confixus, extremam sensit ruinam, ob tentatam S. Caroli Cardinalis Archiepiscopi sacrilegam mortem: illudque servat adhuc ineditum Bibliotheca Ambrosiana. Itaque ex eo constat, novo huic vitæ generi nomen dedisse non Religiosos votis obstrictos, sed Laicos Viros, qui in patriam reversi, in propria domo cum suis conjugibus morabantur, & Lanæ opificio intenti, mercaturam modestis conditionibus exercebant, nec alia ratione à ceteris secernebantur, nisi quòd uniformi vestium demissione, cultuque sanctarum virtutum, nobile vitæ castigioris exemplum in Urbibus, ac Pagis præferebant. Id unum peculiare ipsis erat, quòd statis temporibus in Aula, propriis sumptibus comparatam conveniebant, ubi à *Ministro*, qui delectus erat, de susceptæ artis incremento simul, ac de promovenda salute animarum sermo instituebatur; proinde verò communi voce, *Fratres de Convenio* appellabantur; atque hoc titulo vocatum fuit *Primum* Ordinis *Membrum*; quo stante, quid quæso opus erat, ut privatæ vitæ, cui satis superque Evangelium prælucebat, distinctæ in Capita Regulæ præscriberentur?

Successit alterum; cum enim crescente spiritu, aliqui strictioris vitæ desiderio inflammati, de thalamo maritali deserendo, & procul à se amovendis domesticis tricis, consilium animo agerent, extructæ sunt *Ædes*, in quibus *sejunctæ* à Viris Mulieres divinis rebus insisterent, retento tamen apud utrumque sexum Lanificii labore, ut propriis manibus victum sibi pararent, quodque ex negotiatione superesset, Ordini amplificando impenderetur. Hoc verò institutum, *Secundi* eo in Ordine *Membrum* nomen accepit, nec Regulis caruit. Siquidem erectis Cœnobiis sub *Domuum* titulo, anno MXL., (ut secundæ Humiliatorum Historiæ Scriptor enarrat), proprias sibi Leges condiderunt sub *Prælati* (hoc enim vocabulo dicti sunt, qui prius *Ministri* nominabantur); atque iis postmodum S. Benedicti Regulam addidit, demptis iis, quæ unicè ad Monachos pertinebant. At istæ appellari Regulæ minimè poterant, cum nondum iisdem Apostolicæ Sedis auctoritas accessisset. Quapropter, cum ob id à pluribus arguerentur, ad Innocentium III. supplices tandem preces porrexere, qui eas ad examen vocatas, atque emendatas confirmavit Bullatis Literis, anno MCCI. expeditis. Tunc verò prodiit *Tertium* Ordinis *Membrum*, ætate quidem posterius, sed dignitate ceteris antecedens, atque ideò etiam *primum* vocatum; cum enim antea Laici tantum, dein Tonfura initiati in Domibus degerent, S. Johannes de Meda, primus Sacerdotium in illud induxit, novumque vultum succedentibus annis Ordo recepit, dimissa negotiatione, & coactis omnibus Primi, & Secundi Humiliatorum Ordinis Domibus, uni Generali Præfecto, seu Magistro obtemperare.

Ceterum, quæ de tradita Humiliatis à S. Bernardo Regula venditantur, atque ad Gallicum Auctorem bona fide scripta sunt, manifesto errore laborant. Cur enim Regulas peterent ad susceptam vitam sanctiùs ducendam, si ut proximè retulimus, integro ferme seculo, ante adventum S. Bernardi ad Urbem Mediolanensem, descriptæ fuerant Leges Se-

A cundo perfectiori regendo instituto? Adde quòd antiquior illius Ordinis Scriptor, Capite X. aperte ait, eos, qui ad S. Bernardum concurrisse perhibentur, rectè vivendi normam postulaturi, non fuisse Nobiles Mediolanenses ab exilio in patriam reversos, à quibus Ordo initium recepit; *ex dictis namque*, ut ipse inquit, *contrarium evincitur*.

B Fuit olim in ea sententia etiam Daniel Papebrochius, qui in Exegesi Archiepiscoporum Mediolanensium (a) tradidit, Nobiles Cives Mediolanenses, divino Spiritu à S. Bernardo inebriatos, ab eodem sumpsisse formam vivendi in habitu Religioso, cum suis famulis inhabitando, atque ideo appellatos *Fratres S. Bernardi*; eos verò *Fundatores fuisse Primi & Secundi Ordinis Humiliatorum*. Contra eum pugnavi in Commentariis ad Historiam Mediolanensem Landulphi Junioris (b). Nunc verò, quàm aliena sit à veritate hæc opinio, tum ea quæ hætenus narravimus, tum quæ subsequuntur, abundè docebunt.

C Et primò, non levis momenti ad eam refellendam esse arbitror altum silentium in cœvis Scriptoribus Vitæ S. Bernardi, à quibus omnes ipsius res gestæ Mediolani minutim recensentur, Humiliatorum verò ne nomen quidem legitur enunciatum, quod certè ad ejusdem gloriam adnotandum erat, si illorum Ordo, citissimè in Italiæ Urbibus ac Oppidis propagatus, ut Chronicæ referunt, ab hoc Sancto Abbate Regulas accepisset. Fucum nonnullis fecit id, quod à Landulpho Juniore narratum est (c), nempe S. Bernardi tempore, prodiisse in publicum Mediolani *quamplures parè indutos rudè, & inculta lana, & rasos insolita rasura*, eosque acceptos fuisse à Populo, *quasi Angelos* Cœlo demissos; credere namque, in illis, Humiliatos describi. Mihi contrarium sentienti hæc ipsamet verba diversos prorsus vultus ostendunt; Si enim in admirationem rapi Populus debuit, rarum aliquid, nec antea visum fuisse dicendum est, quod ipsi offerebatur. At Humiliati, admittæ etiam recentiori Epocha Gallici Auctoris, qui Annum MCXVII. eorundem origini statuit, Mediolanensibus familiares jam erant, cum longa plurium annorum consuetudine, illorum vivendi normam, atque habitum nossent; proinde ipsis prodigii loco esse non poterat Humiliatorum aspectus. Quinam ergo fuere? Ut nodus hic faciliùs exsolvatur, recolenda sunt, quæ scribit Gaspar Antonius Petrina, in Historia Chronologica S. Bernardi, Italicè edita Taurini anno MDCCXXXVII. Narrat ille (d), statim ac Mediolanensibus nunciatum est, Sanctum Claravallensem Abbatem, ab Innocentio II. Pifas vocatum, è Gallia, in Italiam descendisse, missos Legatos nomine Cleri, Senatus, & Populi, qui eum ad hanc Metropolim invitarent. Occurrerunt iidem Sancto Bernardo, jam in Pedemontanam Regionem delato, atque inter cetera, quæ de repudiando Anacleto Pseudo-Pontifice, præstandaque Lothario Regi obedientiâ exponebant, ut faciliorem illum suis precibus redderent, id etiam addidit, multos jam Nobiles Mediolanenses, ejuratis Seculi pompis, nihil aliud ardentius optare, quàm ut Monasticum Institutum sub optimo ipsius Magisterio profiterentur. Annuere tunc non potuit Mediolanensium votis S. Abbas, sollicitus de itinere ad Pisanum Concilium. Geminam tamen scripsit Epistolam Clero, & Civibus, atque alteram etiam adjecit ad *Novitios apud Mediolanum conversos*, qui ut factis testarentur Mundi contemptum, *griscam* induerant habitum, ac crinem omnem præciderant, ut refert Landulphus. En igitur qui forent ii, quos Mediolanensis Populus, tanquam rem insolitam, & *quasi Angelos* mirabatur. Nondum hæc Civitas viderat Cisterciensium Cœnobia, ut contra Baronium laudatus Auctor cum Ughello tuetur; *Novitii* enim, ad quos scribebat Sanctus Bernardus, antequam Charavallense Monasterium prope nostram Urbem

con-

(a) Ante Tom. VII. Maji num. 116.
(b) Tom. V. Rer. Italic. col. 513.

(c) Ibidem.
(d) Ad Annum 1134. num. 323.

videretur, Nobiles ii erant Mediolanenses, qui adhuc in propriis versantes domibus, abjecto capitis ornamento, laneaque amicti veste, ad amplectendam Cisterciensem disciplinam sese erudiebant. Addo ego, ex ipsis *griseis*, quas induerant vestibus, manifestè conjici, eos ad Cisterciensem familiam pertinuisse; siquidem, teste Jacobo de Vitriaco in Hist. Occident. (e) *primi Cistercienses nigrum habitum in griseum commutavere*, adeout passim *Grisei Monachi* appellarentur (f). Itaque procul dubio ii, quos Mediolanensis populus quasi Angelos exceperit, fuere Candidati Ordinis S. Bernardi; proinde illos malè cum Humiliatis confundere, qui rem intimiùs minimè perpendere.

Video quid objici possit, ut saltem Tertio Humiliatorum Ordini traditam à S. Bernardo Regulam fateamur, testimonium nempe Galvani Flammæ, quod retulit quoque Pagius ad annum MCXXXIV. (g), in hanc sententiam, Puricelli auctoritate pertractus, Nobilis Vir Guido, & Capitaneus Portæ Orientalis, fuit specialis adjutor Beati Bernardi, in fundando Monasterio de Charavalle juxta Mediolanum, de divitiis ejus anno Domini MCXXXV. &c. Et iste Guido Tertium Ordinem Fratrum de Convenio S. Bernardi in porta Orientali construxit, in die S. Vincentii, quem Innocentius III. confirmavit, & ab Innocentio III. dictus est *Ordo Tertius*. Isti Fratres de Convenio fundaverunt Ordinem Fratrum Humiliatorum, & ipsum visitabant. At hæc, si conferantur cum relatis superiùs Chronicis, aliisque apud Comitem Constantium de Abdua, infra laudandum, ægrè fidem invenient. In altera enim à Fratre Hieronymo Torgio conscripta, anno MCCCCXXI. Cap. XXV. hæc jacent: „ Innocentius „ Papa III. tradidit Ser Guidoni de Porta Orientali „ Mediolani, & sociis suis Regulam Fratrum primi „ Membri Ordinis, anno Domini MCXCIX. „ ut de „ notat Frater Bonvicinus de Ripa; (florebat is Seculo XIII. clarus pietate, & scripta sui Ordinis Historiâ, quam tamen frustra quæsi). Attamen, quis facillè credat, Guidonem, qui S. Bernardo Mediolani moram trahente anno MCXXXIV. Capitaneus erat Portæ Orientalis, adeoque vir ætatis jam confirmatæ, illum eundem esse, qui sexaginta quinque post annos Romam iter suscipiens, approbatam primi Ordinis Regulam ab Innocentio recepit? Itaque opinari fas est, duos extitisse Guidones, alium patriæ militan-tem, & in condendo Charavallensi Cœnobio divitiis suis S. Bernardo adjutorem; alium inter Humiliatos Deo dicatum, & Sanctitatis famâ conspicuum, qui Seculo incepto sequente, approbatus à Summo Pontifice Regulis omnibus, confirmatoque auctoritate Apostolica Ordine suo, ejusdem *Fundator* est appellatus. Utrosque in unum miscuit Flamma, similitudine nominis fortasse deceptus, sicuti etiam *Fratres de Convenio* cum Cisterciensibus, qui verè dicebantur *Fratres S. Bernardi*.

Multò minoris apud me ponderis est Documentum aliud Puricelli, à Pagio pariter ibidem adjectum in hæc verba: „ S. Bernardus venit Mediolanum, & ibi multis miraculis claruit, & Monasterium construxit, à quo quidam Magnates & Nobiles Cives Mediolani, divino Spiritu inebriati formam vivendi in habitu Religioso, cum suis familiaribus habitando, sumpserunt. Fuit ergo S. Bernardus hujus *primus Fundator*. Unde Fratres Tertii Ordinis hujus vocantur hodie alicubi, *Fratres Sancti Bernardi*. Manserunt autem sic Fratres Ordinis hujus per se in habitu Religioso per annos LIV. (LXIV.), priusquam concessa eis esset Regula ab Ecclesia Romana. Anno autem MCXCIX. penultimo die Maji, data fuit eis Regula à Domino Papa Innocentio III. Quare sciendum est, quòd Fratres tertii Ordinis hujus fuerunt Funda-

A „ tores Primi & Secundi Ordinis Humiliatorum. „ Ita scriptum reperiri, ait Puricellus, ante Privilegio- rum Ordinis Humiliati exemplaria manuscripta Metropolitanæ Mediolanensis Bibliothecæ. Verùm quot scateat erroribus hæc brevis Historia, ex hæcenus dictis evinci potest. Qui forent ii Nobiles Mediolanenses, qui divino inebriati Spiritu, habitum moref- que induerant, Angelicam Populo speciem ingeren- tes, paulò ante jam designavimus. Nunc differen- dum est, quò fieri possit, ut S. Bernardus *primus* hujus Ordinis Humiliatorum *Fundator* dicatur? Mi- rum mihi est, ex tot ejusdem Scriptoribus neminem à me repertum, qui in descriptis historiis verbum ullum de hoc Sancto Abbate, tanquam de Patre suo exaratum reliquerit: Mirum, quòd dulcissimus Præ- sul Bernardus hosce Filios, Institutione sua ac Re- gulis efformatos, Orphanos veluti in ipsis cunabulis ita deseruerit, ut nullam, ad eos in tradita discipli- na promovendos, Epistolam dederit, ac ne quidem alicubi in Operibus suis, quæ de *Humilitate* fusè conscripsit, *Humiliatorum* nomen protulerit? Præ- terea, cum certum sit, emendata, immutataque fuisse ab Innocentio III. nonnulla in Regulis hujus Ordinis eidem porrectis, cui unquam persuasum erit, censuram hanc adhibiturum Innocentium, si tantus Præsul, tantique in Ecclesia nominis illas dictasset? Proinde firmum atque inconcussum habendum est, quòd etiam Humiliatorum Historici tradunt, vivendi normam non à S. Bernardo iis fuisse indictam, sed ex variis Sanctorum Patrum religiosis Legibus decerptam constatamque, potissimum verò ex S. Benedic- ti Regula, quam demum quoque amplexi sunt, demptis iis, quæ ad Institutum suum minimè pertinebant. Id expresse refert Auctor Chronici Humiliatorum conditi anno MCCCCXIX., Capite namque XVI. ita scribit: „ A principio sui novi Ordinis „ (nempe Secundi), bene licuit eis ex pluribus Re- „ gulis novam Regulam compilare; sed eam, quoad „ usque ab Apostolico fuisset confirmata, non intitu- „ lare, nec vocare *Normam* decebat. Veruntamen „ nemo de Ordine nostro facit, nec meo tempore „ fecit professionem, ut sub Regula S. Benedicti, ut „ faciunt Monachi Nigri, & Fratres Montis Oliveti, „ sed sub Regula hujus Congregationis, scilicet hu- „ jus Ordinis, faciunt professionem. „ Vides hic nul- lam de Charavallensi Abbate mentionem fieri, quam- vis de principio novi Ordinis sermonem intituat! Quòd verò ejusmodi Ordo Fratrum de Convenio in suo ipso stemmate tutelarem gestaverit hunc Sanctum Abbatem, appellatique alicubi sint *Fratres Sancti Bernardi*, ut apud Pagium profitetur Puricellus, id ex alio titulo derivatum credere possumus, puta, ob singularem reverentiam erga Sanctum eum Præsulem, cujus admirandam Sanctimoniam ipsimet coram in hac Urbe conspexerant; ob Templum aliquod suis in Cœnobiis eidem dicatum, à quo vulgus illos vocaret *Fratres S. Bernardi*, quemadmodum etiam præ- senti seculo Fratres Ordinis Minorum passim Mediolani audiunt *Fratres S. Anastasie*, Minores Observantes *Fratres S. Angeli* &c., à nomine videlicet tutelarium Sanctorum, in quorum honorem conditæ sunt *Ædes sacre*, Monasteriis adnexæ; denique ob singulare ali- quod, invocato S. Bernardi patrocinio, beneficium ab Ordine acceptum.

Remanet jam inquirendum, qua verè ætate Humiliatorum Ordo prodierit. Ut brevibus agam, non recedendum arbitror ab eo anno MXVII. quem ambæ Chronicæ memoratæ, alique antiqui Scriptores assignavere. Ad hoc fidentiùs statuendum, solida basis est Exemplar Chartæ veteris, quam à se, pluribusque aliis sui Ordinis Fratribus, visam lectamque, testatur Primus Humiliatorum Historiæ Scriptor, Capite X., in qua describebatur emptio prædii viti- bus confiti, facta à *Goffredo Crippa* nomine *Domus Bray*.

(e) Cap. XIV.

(f) Vide Ducang. in Glossar. verbo *Ordo Griseus*.

(g) Crit. in Annal. Baronii num. XV.

Brayda, in loco qui dicitur *Roncus*, eamque in publicas tabulas retulerat Crescimbenus de Guidonibus anno MXXXVI. die V. Januarii. Jam ergo eo anno erecta erat *Brayda Domus*, quæ postmodum totius Ordinis veluti Metropolis fuit. Ex superius verò relatis discimus, nova hæc Cœnobia, quibus nomen *Domus* inditum fuit, instituta non fuisse, nisi, cum calentibus divinarum rerum fervidiori amore animis, cœpit Secundus Ordo rigidioram vitam complecti. Itaque credendum est, annorum aliquot spatium interfluxisse, ut sua quoque decurreret ætas primævo inito Instituto, religiosos mores colendi privatis in Domibus, Lanæ texturam unâ cum suis Conjugibus exercendo. His autem admissis, quæ congrua videntur humanis rebus, à parvis ad magna, per intervalla tendentibus, facile calculus colligetur, optimè hujus Ordinis exordia ad illum annum referri. Præterea si Historias consulamus, nullum aptius tempus, quàm Henrici I. adscripti Sanctis Imperium, accommodari potest exilio, quod Insubres Nobiles pertulere. Assueti namque Itali per annos quamplures, Regibus ex Natione sua delectis subijci, ægrè ferebant pristinum Germanorum Cæsarium jugum. Id expertus est ipse Henricus, qui anno MIV. Italiam ingressus, cum fracto Ardoine Eporediæ Marchione, assumpto in Italiæ Regem à Langobardis Proceribus, Papiæ degeret; excitato in Urbe illa tumultu, injici Palatio suo ignem à Civibus sensit; quapropter missa ad coercendum furorem militum manu, multa millia rebellium jussit interfici gladio, omnibus simul Ædificiis exustis, ut Libro VI. Dymarus narrat. Non ideo tamen destitit Ardoine infesta contra Henricum vexilla explicare, quin imò nova clade percussus ab eodem, anno MXIV., quo Romæ Imperii coronam suscepit, post illius in Germaniam reditum, arma iterum movit, sed ab Arnulphi Mediolanensis Archiepiscopi, pro Henrico stantis, exercitu deterritus, Regno se abdicans, Fructuariense Monasterium adiit, ubi etiam anno eodem suscepti belli MXV. nimio animi dolore confectus interiit. Hac occasione verosimillimum est, Henricum Ardoine fautores, inter quos quamplures Mediolani, atque aliarum Urbium Nobiles Viros extitisse facile quisque credet, ne ultra quidquam conjurationum contra ipsum auderent, exules in Germaniam propulisse. Nec alio meliori nexu jungi possunt, quæ supra narravimus, quàm si dicamus, anno depositi ab Ardoine Regni, pulsos fuisse in exilium Insubres Rebelles, ibique post longam duorum annorum moram anno MXVII., ad sanctiorem frugem revocatos, per aliud biennium rudimenta Ordinis Humiliatorum possuisse, donec perspecto egregio Christianarum virtutum exemplo, libertate à piissimo Cæsare donati anno MXIX. in patriam redirent, ubi religiosam in propriis Domibus vitam duxere, usque ad annum MXXXIV., quo Secundus Ordo cœpit Cœnobia contruere, legibus etiam sibi non multò post inditis, quemadmodum in memoratis Chronicis legitur. Reliqua spectantia ad Tertium Ordinem, anno MCXIX. à S. Johanne de Meda Sacerdotii honore distinctum, cum minùs obscura sint, illustrari non indigent.

Hæc præfari debui, non ut Historiam Humiliatorum contexerem, sed ne ficca narratione referrem editum primò in hac Urbe Ordinis ejusdem *Breviarium*; nec inutilia ea fuisse arbitror, cum hinc emendari possint, quæ postremus Auctor Gallicus, alieno, haud satis fideli, testimonio fretus, de Humiliatorum initiis excogitavit. Itaque præsentis anno prodiit Horarum Canonicarum Codex, juxta Humiliatæ Congregationis ritum, illiusque edendi Auctor fuit *Philippus de Sanctis*, ex Vicoboldoni Humiliatorum Familia, qui pudori sibi ducens, plenâ jam Typographis nostra Urbe, à Fratribus suis exactas adhuc laceratasque chartas, calamo exaratas, manu

A versari, solumque Ordinem istum in recitatione divinarum precum eo beneficio carere, quo ceteri, ut ipse ait, in sacra librorum suppellectile prælis impressa, usque ad delicias affuebant, ad *Stephanum Nottium* in eodem Ordine Sacræ Theologiæ Magistrum, Artium, Jurisque Pontificii Doctorem, & S. Trinitatis Mediolani Præpositum confugit, evicitque, ut multo labore ac lucubrationibus, quotidianarum Orationum, ad Chorum spectantium Ordinem, quem *Breviarium* vulgò nuncupant, spectata Majorum suorum consuetudine, ac lustratis temporum superiorum manuscriptis libris instrueret, & rubricis ornaret. Illud autem elegantibus Zaroti characteribus excusum dicavit *Reverendissimo in Christo Patri Jacobo Landriano, Decretorum Doctori eximio, Dei gratia Humiliatorum Ordinis Generali Magistro*. Quis primus Officium hoc Divinum, Humiliatis peculiare condiderit, Puricellus indicat, Sanctum nempe Johannem de Meda; sed non omnibus commune id fuit; Mediolanensia enim eorundem Cœnobia Ambrosiano utebantur, ut ritum servarent in hac Urbe indictum etiam Regularibus, ut alibi à me comprobatum est testimonio Sancti Caroli Borromæi (h). Alexander IV. datis ad eosdem Literis anno MCCLVII. ab hac lege illos exemit, jussitque ut proprium Ordinis recitarent; idque à Monialibus retentum est, etiam post extinctam à Pio V. religiosam hanc Fratrum Societatem. Verùm anno MDCXXXI. persuasere ipsis nonnulli, futilibus argumentis ducti, ut abjecto proprio, Romanum amplecterentur. Obstitit impigrè Puricellus, delatoque ad Cardinalem Archiepiscopum Federicum Borromæum iudicio, is eodem anno MDCXXXI. Pastoralem Epistolam edidit, quam utpote multa eruditione confersam, hinc latinè redditam subdo.

„ **D**ilectæ in Christo filiæ. Ad aures nostras pervenit, aliquorum impulsu, qui vana & falsa obtendentes, id etiam inter cetera affirmaverunt, nosram hac in re intercessisse voluntatem, dimissum à vobis fuisse Breviarium consuetum, propriumque Ordinis vestri. Cum tamen nunquam tale prorsus senserimus, muneris nostri esse duximus, mentem nostram ampla declaratione vobis patefacere, simulque suadere, ut vestrum iterum Breviarium in usum pristinum revocetis. Quod spectat ad vestrum Ordinem Religiosum, nobis quidem semper displicuere perversi mores, atque corrupta disciplina eorum, qui ab ipso degenerabant; nunquam tamen antiqui, sancti, & approbati ritus ejusdem, inter quos numeramus illum proprii vestri Officii Divini. Postquam diligenter perlegerimus diversas Chronicas MStas hujus Ordinis, post inspecta varia ejusdem Breviaria, etiam ipsa multo jam à tempore calamo exarata, præter tot alia exemplaria pluribus vicibus typis edita, certò scimus, illud perseverasse usque ad nostram ætatem, jam à multo tempore ante annum Domini MCC. inceptum, ita ut rationi consonum sit credere, inductum illud fuisse à S. Johanne de Meda, per emphasim dicto *Presbytero*, eo quòd ipse primus in Ordine Sacerdos fuerit, quemadmodum etiam Auctor extitit tertii atque insignioris ejusdem membri; obiit autem hic Sanctus anno MCCLIX., floruitque circa annum MCXIX. Præterea nobis constat, in Regula, quam compactam ex illa S. Benedicti, propriam Ordinis sibi fecere, & quam etiam postremò vigere voluerunt, (cujus exemplar MStum, & satis antiquum nos vidimus) eundem ritum expressè describi sub nomine Officii Canonicorum; ita enim in ipsa Humiliati appellantur. Hinc sequitur, illud jam antiquitus approbatum fuisse non minus, quàm Regulam ipsam, quæ procul dubio Brevibus Literis Apostolicis confirmata est à diversis Summis Pontificibus. Primò
„ illam

(h) Dissertatio Historica ad vindicandam veritatem &c.

„ illam approbavit Innocentius III. anno MCCI. ali-
 „ quam ejusdem partem immutans, verum quoad
 „ Officium ita se continuit, ut nullum inde apicem
 „ detraxerit, intactum relinquens; imò jussit, ut
 „ etiam à Fratibus Secundi Membri adhiberetur,
 „ sicuti jam antea in usu fuerat apud Fratres Tertii,
 „ ab eo usque tempore, quo Membrum istud initium
 „ duxit à supradicto S. Johanne. Confirmavit subin-
 „ de illam Honorius III. anno MCCXIX., & MCC-
 „ XXVI., post ipsum Gregorius IX. anno MCCXX-
 „ VII., & Innocentius IV. anno MCCXLVI., Nico-
 „ laus IV. anno MCCLXXXVIII. & per subsequen-
 „ tia tempora diversi alii Summi Pontifices, ut ex
 „ memoratis Chronicis constat. Præterquamquod
 „ in Bibliotheca, quam S. Carolus Prædecessor nos-
 „ ter, & Consanguineus dono dedit Capitulo Metro-
 „ politanæ nostræ Ecclesiæ, collecta & optimè scri-
 „ pta exemplaria leguntur Privilegiorum, & Bre-
 „ vium Literarum, de quibus mentionem fecimus,
 „ unà cum aliis permultis ejusdem Ordinis. Quin-
 „ imò Alexander PP. IV. admonitus intra Diocesim
 „ nostram Mediolanensem Humiliatos diversimodè
 „ ab aliis sui Ordinis Fratibus, & contra præscri-
 „ ptum Regulæ perseverare in usu nostri Breviarii
 „ Ambrosiani, expeditis Bullatis Literis anno MCC-
 „ LVII. præcepit, ut ipsi etiam adhiberent proprium
 „ Humiliatorum, & in recitatione divinarum pre-
 „ cum sese conformes cum ceteris alibi degentibus
 „ redderent. Hoc ipsum Breviarium postmodum
 „ denuò emendatum, prima vice impressum fuit an-
 „ no MCCCCLXXXIII., ac subinde annis MDIV.,
 „ & MDXXXV.; sed majori diligentia repurgatum,
 „ editumque fuit anno MDXLVIII. utque emenda-
 „ tiones factæ confirmarentur, non defuit Breve
 „ Apostolicum Pauli III. cum aliquibus Epistolis Car-
 „ dinalis Johannis Moroni, tunc Ordinis Protectoris.
 „ Anno tandem MDLVIII. Pontifex Pius V. in fa-
 „ vorem Breviarii Romani tunc denuò reformati,
 „ bullatas Literas edidit, quibus omnia prorsus
 „ Breviaria inhibebat, nisi in usu antea fuissent
 „ per CC. annorum antiquitatem; atque intra mon-
 „ tes, in quibus nostra Italia comprehenditur, de-
 „ claravit, elapsis tribus mensibus ab hujus Brevis
 „ Apostolici emanatione, cuncta illa Breviaria præ-
 „ ter Romanum, aded vetita esse, ut nullius mo-
 „ menti forent, neque sufficerent ad implendum
 „ onus, quod alicui incumberet recitandi Officium
 „ Divinum. Prælati autem, etiam Ordinariis Pro-
 „ vinciarum, præceptum injunxit tanto rigore, ut si
 „ negligentes ea in re fuissent, certè ipsi quoque
 „ lethalis culpæ rei forent, tanquam participes gra-
 „ vis peccati eorum, qui, cum Officio Divino ob-
 „ stringerentur, nihilominus post tempus à Summo
 „ Pontifice præfixum, minimè debito suo satisfaciebant,
 „ adhibendo ea Breviaria, quæ ipse inhibue-
 „ rat. Ita igitur disposuit Pius V. Verum non ideo
 „ abstinere ab usu Breviarii sui Fratres Humiliati,
 „ qui tamen perduraverunt in Religiosis suis Domibus
 „ usque ad annum MDLXX. Pariter non desistere
 „ Moniales, etiam si jam ab eodem anno MDLVIII.
 „ ab eodem Pio V. subtractæ fuissent à Regimine
 „ suorum Fratrum, & assignatæ illi Prælatorum, qui
 „ Ordinarii erant Locorum. S. Carolus postea (ne
 „ hic mentionem faciamus de aliis Episcopis), qui
 „ tunc, non solum Ordinarius Præsul erat istius nos-
 „ træ Provinciæ, & Diocesis, nec non munitus
 „ amplissima auctoritate Apostolica, sed etiam Pro-
 „ tectoris officio fungebatur, atque insuper pecu-
 „ liari Decreto Delegationem acceperat ob refor-
 „ mandum Ordinem Humiliatorum; proinde verò
 „ arctius obstringebatur perversos usus evellere; ni-
 „ hilominus ipse, quamvis plenè conscius (sicuti
 „ procul dubio credendum est) Brevium Literarum
 „ Pii V., nec non retenti usus Breviarii Humiliati,
 „ atque oneris suæ conscientiæ, quoad vixit, (vi-
 „ xitque usque ad annum MDLXXXIV.) nunquam
 „ obstitit ea in re ipsis Fratibus, aut Monialibus;

Tom. I.

A „ quando si obstitisset, quid arcere illum poterat ab
 „ exigenda saltem à Monialibus ipsi subditis obedien-
 „ tia? Quando autem eidem jubenti Fratres non
 „ paruisent, constaret nobis saltem de contumacia
 „ eorundem in re tam gravi, tantique momenti,
 „ & notoria, cujus tamen nullum reperitur vesti-
 „ gium, aut mentio. Hinc igitur tenendum id est,
 „ tanquam res illis temporibus evidenter manifesta
 „ & certa, Breviarium Humiliatum minimè vetitum
 „ fuisse, sed potius permixtum ab ipso Summo Pon-
 „ tifice Pio V. in iisdem Bullatis Literis, ratione
 „ antiquitatis tam celebris, tamque approbatæ Hu-
 „ miliatorum Breviarii, quemadmodum superius
 „ narravimus. Ob parem causam igitur Nos quoque
 „ nunquam in animo habuimus prohibere, ne ullum
 „ Cœnobium nostrarum Monialium Humiliatarum,
 „ & præcipuè vestrum (scribebat enim Priorissæ Mo-
 „ nasterii S. Mariæ Magdalensæ ad Circum Mediolani,
 „ suisque Monialibus) frueretur singulari hac sua hæ-
 „ reditate, quæ testis etiam ipsa est, & indicium cer-
 „ tissimum antiquæ nobilitatis Ordinis Humiliati.
 „ Certò certius videtur tanto magis opportunum,
 „ & laude plenum, vobis Monialibus illud retinere
 „ (præter causas communes cum tot aliis Religio-
 „ sis Ordinibus, qui proprium habent Officium),
 „ quanto miserabilius Fratres ob culpam contemptæ
 „ Regulæ, quam professi fuerant, ab ea tandem
 „ in extremam ruinam decidere, ad exemplum per-
 „ petuum, & clarissimum documentum omnibus om-
 „ nino Regularibus Ordinibus, quantacumque aucto-
 „ ritate atque amplitudine excellant, perenni Sancti
 „ sui primævi Instituti ac Regularum cultu, caven-
 „ dum esse, ne in æquale infortunium, ac fortasse
 „ etiam pejus ipsi quoque delabantur; cum tamen
 „ Ordo vester Humiliatus, quamvis in Fratibus
 „ jam extinctus, vivat, floreatque etiam hoc tem-
 „ pore in vobis Monialibus hujus Cœnobii, cum
 „ tot aliis Ordinibus ejusdem. Quandoquidem verò,
 „ postquam vobis dilucidè innotuit, quæ nostra esset
 „ vera voluntas, non dubitastis ad intermissum ve-
 „ strum Breviarium iterum vos reducere, Nos fa-
 „ ctum certè approbamus, vobisque demum bene-
 „ dictionem impertimur.

„ E Palatio nostro Archiepiscopali die X. Apri-
 „ lis MDCXXXI.

FEDERICUS CARD. BORROMÆUS.

Exemplar hujus Epistolæ inseruit Puricellus suis Hu-
 „ miliatorum monumentis, propria manu descriptum
 „ eodem anno ac mense, nempe die XXVIII. Aprilis,
 „ ut perennis extaret memoria propugnati, confirma-
 „ tique Divini eorundem Officii.

STEPHANUS NOTTIUS.

„ Stephanum Nottium, seu de Nottis, vidimus
 „ sedulam impendisse operam, ut Canonice preces,
 „ quæ Breviarium appellantur, juxta Ordinis sui præ-
 „ scriptum, numeris omnibus absolutæ prodirent. Al-
 „ terum ipsæ sacræ Eruditionis, fructusque animarum
 „ laborem suscepit, Tractatum nempe de Jubilæo,
 „ quem inscripsit *Opus remissionis à pœna, & culpa*,
 „ illumque edidit Mediolani anno MD. Præcesserant
 „ alii in hisce rebus explanandis eodem illo Seculo,
 „ videlicet Johannes ab Annania currente Jubilæo anni
 „ MCCCCL., & Felinus Sandeus in altero anni MCC-
 „ CCLXXV. Idem argumentum pleno volumine in-
 „ subsequente Jubilæo complexus est Stephanus Nottius,
 „ non tam dubia omnia extolvens, Juris Canonici, &
 „ Sanctorum Patrum auctoritate; sed etiam modum
 „ edocens, quo percipi à Christifidelibus posset am-
 „ plissima hæc Apostolicæ Sedis Indulgentia. Dicavit
 „ lucubrationem hanc suam *Reverendissimo in Christo*
 „ *Patri Domino Domini Johanni Antonio de Sancto*
 „ *Georgio, dicto de Placentia, Civi Mediolanensi, alias*
 „ *Ecclesiæ S. Ambrosii Præposito, Juris utriusque Do-*
 „ *ctori,*

P P

tori, & Interpreti Clarissimo, nunc Cardinali Alexandrino dignissimo. In Epistola nuncupatoria causam enunciat, cur illum in Patronum delegerit, in quiens: „ Posteaquam tua Reverendissima Dominatio, cum esset in minoribus, Papiæ legeret solemniter & ordinariè de mane Decretales Epistolas, & ipse in eis studendo tunc operam darem, & tandem divina bonitate suffragante, per tempus à canonibus statutum, ipsarum literarum studium contempsissem, volens, ut fieri solet, in eadem Canonica facultate examen ingredi rigorosum, tuam adivi præstantissimam dominationem, eam deprecando, ut me tali in examine sub alis suis habere dignaretur. Quod quidem effecit tua mirabilis bonitas, & me, tali finito examine, insignibus Doctoreis communicavit, ac ornavit. Et propterea te Reverendissimum Dominum, in Dominum meum observandissimum semper habui; & si quis ex doctrina, qua proficere Dei gratiâ curavi, fructus nasceretur, tuo altari illum offerre peroptavi, ut inde puritatem reciperet, ac incrementum &c. „ Rogat subinde illum, ut Præceptoris munere adhuc fungatur, emendans ea, quæ in hoc libello censuram mererentur. Acceptum fuisse memoratum Opus Doctis Viris inde colligo, quòd, cum elapsis septuaginta tribus annis Mediolani imprimeretur *Commentarius in Leviticum*, alibi jam excusus, celebris Martini Azpilcueta Navarri, ubi de *Jubilæo, & Indulgentiis* amplè differitur, adjectum fuit in calce compendium hujus Libri, sub hoc titulo: *Anni Jubilæi brevis explicatio, contexta à Stephano Nottio, Theologiae & Juris Canonici Doctore.* Post studia Ticini acta sub tanto Magistro, Mundo valedixit, professus Ordinem Humiliatorum in Domo Braydensi, ibique doctrina morumque honestate adeò præluxit, ut primò Santissimæ Trinitatis in Suburbio Portæ Comensis, dein in Domo de Carugate ejusdem Ordinis & Civitatis, constitutus Præpositus fuerit; hoc enim postremum adnotatur in calce Libri de *Jubilæo*, quem vulgavit anno MD. Philosophicis etiam disciplinis admodum instructum fuisse testatur Procemium, à Samuele Cassinensi additum Opusculo Stephani Burlifer, seu Brulifer Doctoris Parisiensis *De Formalitatibus* juxta Scoti doctrinam, quod Mediolani unà cum suis interpretationibus idem Samuel imprimendum curavit anno MCCCXCIV. In eo namque per Dialogum colloquentes inducit *Hieronymum Landrianum* Ordinis Humiliatorum Generalem Magistrum, & *Stephanum Nottium*, adhuc illo anno in Domo Sanctissimæ Trinitatis Præpositum; nec aliud quidquam in Codicibus eorum temporum de hoc Scriptore commemoratum inveni.

De *Jacobo Landriano* Generali Humiliatorum Magistro, cui dicatum est hoc *Breviarium*, mentio fit in manuscriptis eorundem Chronicis apud Comitem *Constantium de Abdua*, Equitem nobilitate, prudentia, atque eruditione in nostra Urbe clarissimum, in hæc verba: „ Decimus nonus (Generalium Magistrorum, qui creari cœperunt anno MCCXLVI.) „ Frater Jacobus de Landriano, Præpositus „ Vicoboldoni, canonicè electus fuit anno Domini „ MCCCCLXIX., qui ad totius Capituli generalis „ postulationem, à Summo Pontifice ad vitam confirmatus; postea anno Generalatus sui decimo septimo (incepto) decessit, quod est anno MCCCCLXXXV. die octavo Novembris, & fuit Doctor. De *Hieronymo* quoque *Landriano*, quem proximè à Samuele Cassinensi memoratum vidimus, ista leguntur in Additamentis Fratris Octaviani Pizii ad præcedentem Humiliatorum Historiam, apud eundem Comitem: „ Vigésimus (Magister Generalis) Frater „ Hieronymus de Landriano electus fuit in Generalium, & stetit Magister Generalis per annos triginta sex, vel potius à Papa Eugenio fuit factus

(1) Giorn. de Letter. Ven. Tom. X. pag. 250.
(1) Orland. Orig. della Stampa.

„ Generalis, & fuit Doctor. Multas obiit Legationes Mori, Mediolani Ducis (Ludovici Mariæ), & à Maximiliano Duce Mediolani in Senatus Præsidentem constitutus est, & in locum Ducis erat Romam profectus est de anno MDXIX. & omnes Præpositi Ordinis, ibique Capitulum Generale celebratum est, in quo Capitulo per Leonem X. Pontificem confirmatus est in Magistrum Generalem. Fuit nimis potens, & erat Præpositus Sancti Abundii Cremonæ. Decessit anno MDXXV. undecimo Februarii. „ Nobilem ejusdem Familiam pluribus laudat Morigia, Libro tertio Historiæ Mediol. Cap. VI.

DIONYSIUS NESTORIUS.

Nestoris Dionysii Novariensis, ex Ordine Minorum, *Dictionarium* hoc anno Mediolani impressum fuit, primamque hanc editionem ignoravit Lazarus Augustinus Cotta, qui in suo Novariensi Museo Venetam solùm anni MDVI. refert. Ab Avvogadra illius Urbis Patricia Familia genus ab illo ductum fuisse, tradit idem Cotta, sed de illius ætate prorsus se incertum fatetur. Cum tamen in Veneto Codice hæc legisset: *Habes peritissime Lector Nestorem tuum, antiquum, decrepitum, moribundum, jam jamque ad interitum properantem, operâ, industriâ, & exactiori diligentia Johannis Taurini, juvenem &c.* arbitratus est, statuendam eam esse circa annum MCCCC. Plurimum tamen deceptus fuit, cum, quæ de libro in senectutem & cariem vergente ob exemplarium inopiam Typographus scripsit, ad remotos Auctoris annos traduxit. Præclarum hac in re testimonium profero Michaëlis Ferni Mediolanensis, qui in Epistola prævia Orationibus *Johannis Antonii Campani*, Latinæ Linguæ ac Literis gratulatur, quòd excusso veteri squalore ac situ, in pristinum tandem fastigium, lumen, auctoritatemque restructæ fuerint, ac subinde insignes Viros enumerans, qui erigendis iidem ingenium & calamum porrexere, inter eos, quorum sudoribus iterum floruit Latinæ linguæ antiquum decus, hos nominat, *Vallam, Tortelliam, Domitium, Varrinum, Syponinum, & unum postremum Nestorem Dionysium, Virum Religione spectatum.* Istorum namque, ut ipse ait, „ fuit in inquirendis & Grammaticæ, & pudicæ elocutionis præceptis, & interpretandis abstrusis poetarum sensibus, diligentia tanta, quanta ne major quidem, ab ipsis rei latinæ auctoribus impensa. „ Posterior igitur erat ætate Nestor Scriptoribus, qui Seculo XV. jam adulto, ac etiam senescente viventes, susceptum restituendi latini sermonis munus impleverant. Verùm quid aliena testimonia sectamur, cum ipsum Nestoris opus Mediolani editum, hæsitacionis omnis nodum abrumpat? Siquidem in fronte gerit Exametrum Carmen, quo librum hunc suum Auctor dicavit *Illustrissimo Principi Ludovico Sfortiæ, Johannis Galeatii ex fratre Nepotis nomine, Imperii Mediolanensis habenas moderantis.* Raritas autem exemplarium primæ hujus Editionis, & consuetudo, quæ apud Typographos postmodum inolevit, expungendi in nova librorum impressione veteres nuncupatorias Epistolas, in causa fuit, cur patens olim veritas, subsequenter seculis, dubiorum caligine obruta laboraret. Acceptum adeò fuit latinam profitentibus linguam *Nestoris Vocabularium*, ut avidè illum arripuerint præla, & plures, etiam ante annum MDVI. à Cotta memoratum, editiones curaverint. Ex iis, quæ mihi innotuere, subsequuta est Mediolanensem altera Gullielmi de Tridino anno MCCCCLXXXVIII. (i) Parisiensis anno MCCCXCVI. (1), Veneta eodem anno (m), & Argentinensis anno MDII. (n). Summa etiam laude ob literariam hanc curam donatus est Auctor à doctis Viris,

(m) Maittaire Annal. Typograph.
(n) Ducang. in Præfat. ad Glossar. num. LI.

ris, quorum nomina in Novariensi Museo recensuit Cotta. Unum ego Matthiæ Martini præconium seligo, ut quaecumque hoc grati animi donum reddam Nestori Dionysio, qui typis nostris gloriam tribuit edendi prima vice hanc magis expurgatam, à vetusta barbarie regulam latini sermonis. Vocat igitur ille hunc Auctorem (o), „Virum sanè quàm doctissimum, qui *vocabula suis locis collocata*, ante Calpinum conscripsit. Ita nuncupat Dictionarium, ordine Alphabetico conscriptum, breve quidem, sed pereruditum, in quo somnia Catholici, &

A „Ugutionis (sic enim Scapham Scapham, lignonem lignonem appellant) prope omnibus paginis redarguit, & allegatis testimoniis fidem facit, se non tam veteres Grammaticos & Criticos illos melioris notæ, Servium, Donatum, Priscianum, & similes gnæviter, & cum accurati cujusdam iudicii vigore evoluisse, sed & classicos Scriptores, Historicos, Poëtas, & Oratores haud segniter perlustrasse &c. „Evulgato tamen egregio Ambrosii Calepini labore, in oblivionem abiit Nestoris labor, & nomen.

ANNO MCCCCLXXXIV.

MARIUS PHILELPHUS.

Marii Philelphi Epistolarium, hoc anno Mediolani editum fuit. Hunc librum manu exaratum Auctor ipse dono transmiserat ad Ludovicum Mondellum Mediolanensem, Seraphici Ordinis Theologum ac Doctorem; utque fidelius rem ageret cum Amico, à quo rogatus fuerat, ne alteri quàm sibi Scriptionis illius copiam faceret, autographon ipsum propria manu conscriptum liberali munere indulserat, nullo profus apud se, ad peracti laboris memoriam servato exemplari, quemadmodum Marius ipse testatur in Epistola huic Operi præfixa, & data ex Urbino VI. Idus Februarii, anno MCCCCLXXXVII. Cùm verò tertio post anno sublatus è vivis fuisset Marius, consilium animo volvere cœpit Mondellus doctas hæc Amici reliquias domesticis tenebris eripiendi, vulgandique publicis typis, ut honorem hunc saltem mortuo rependeret, à quo vivente ad eum se dilectum ornatumque singulari hoc benevolentiae indicio conspexerat. Scripsit igitur ad Octavianum Ubaldinum Mercathelli Dominum, & Ducis Urbini Germanum, eidem propositum suum aperiens, quo *Marii Epistolarium* prælo subdere meditabatur, in regia Parisiorum Urbe, ut in loco totius Orbis eminentiori, inter tot Academiæ, inter tot Sapientissimos Viros, ab omnibus Marius, etiam functus & coleretur, & admirationem reciperet; simulque rogans, ut per eam, qua olim cum Mario conjunctus fuerat, amicitiam, illum pluraquam dimidium animæ suæ reputans, ejusque scripta tanquam libros Sybillinos reveritus, sententiam suam hac in re proferret. Placuit Ubaldino consilium, deditque ad Mondellum literas, quibus non tam sibi gratam rem istam profitebatur, sed Mario quoque decoram, omnibusque Literarum Cultoribus valde proficuum, ita Epistolam claudens: „Curabis igitur Ludovico Mondelle, vel solum propter hoc ipsum omnium amore dignissime, ut animo concepisti (nec te ulla avertat suspicio), Marium nostrum in Occidente, & in ista Parisiorum Urbe, quasi Orbis terrarum Arce, illustrare. Ego verò hic apud nos eidem non deero; dignus enim est ut vivat, quamdiu vixerint homines, quorum utilitati & usui multa comparavit. Gravi etiam censura (digni) censendi nos essemus, si tantâ per eum messe comparata, ejus fructum amitteremus, & posteris nostris transmittendum minimè laboraremus. Vale. „Urbini Tertio nonas Julii MCCCCLXXXI. „An editio ista, tot epistolis consiliisque maturata, verè acta fuerit in Urbe illa Regia, decernere haud licet, cùm nulla ejusdem apud Typographiæ etiam Parisiensis Scriptores mentio legatur. Attamen non tanti faciendum est silentium hujusmodi, ut implendo proposito defuisse Mondello vires, aut intepuisse à primo fervore animum securè asseramus; siquidem

B ignota quoque omnibus fuit nostra Mediolanensis, quam hoc anno indubiè curatam proferimus. Continet autem hic liber præcepta Rhetoricæ, non omnia tamen, nec servatis Legibus Aristotelis ac Ciceronis, sed ea dumtaxat, quæ privato usui Ludovici Mondelli, in cujus gratiam conscribebantur, necessaria visa fuerant; is enim, non in foro inter Causarum strepitus, sed in Conciliis Pontificum, coronæque Auditorum versari debebat, ut Marius ipse præfixâ libro Epistolâ monet. Adjiciuntur tituli Epistolis inscribendi juxta illius seculi morem, à Summo Pontifice, usque ad agrestis artis cultores. Demum, cùm Cicero scripserit, *Epistolarum multa sunt genera*, Marius octuaginta recensuit, atque ad ea conficienda, non tam methodum, quàm exempla subjecit. Id verò à nemine alio, quàm à se ipso inventum ac traditum gloriatur. Sanè in iis fœcunda ingenii alacritas nitet, quæ tamen cultioris nostri ævi gultui non admodum arrideret; potior enim est verborum affluentia, quàm sententiarum maturitas; verùm præcipitis calami excusationem Marius idem obtendit, in memorata ad Mondellum Epistola, inquiens: „Si quid inter legendum percurres non omnino excultum industriâ, elaboratumque ingenio, ascribes temporis brevitati, qua centum circiter ac quadraginta chartas latiores coëgisti, infra dies viginti, transcribere. „Geminam alteram hujus Libri editionem refert Orlandus, Mediolani MCCCCLXXXIX., & Venetiis MCCCXCII. Hanc postremam tenet Bibliotheca Ambrosiana, cum hac Inscriptione in medio primæ paginæ: *Epistola Marii Philelphi*, quo titulo Typographus quamplures decepit, qui eundem in Catalogis expressum legentes, credidere, non secus ac Francisci Patris, ita & Filii editas collectim fuisse latinas Epistolas ad alios conscriptas, cùm Marius tantum ad eas elaborandas præcepta condiderit.

Ortum igitur Marius habuit à Francisco Philelpho, qui primum hunc fructum collegit ex nuptiis cum Theodora Johannis Chrysoloræ, Equitis doctissimi ac splendidissimi filia. Annus, quo in lucem prodit, simulque nomina, quæ indita eidem fuere, indicantur in Patris Epistola, Senis data V. Idus Octobris anno MCCCXXVII. ad Leonardum Justinianum (a), in qua hæc habet: „De Familia mea, quod scire cupis, mihi est uxor annos nata sexdecim, & ex ea puer annos natus unum, menses duos, dies septem ac decem, nomine *Johannes Marius Jacobus*, servæ quatuor, servus unus, minister mercenarius item unus. „Itaque natalitius dies Mario contigit XXV. Julii anni MCCCXXVI. Affluebat autem tunc Pater divite censu, cùm tot ancillis, servisque stipatam domum teneret; evanuit opulentia cùm senex factus est, ut infra videbimus. Sub Genitoris disciplina latinas, græcæque literas didicit; ab eoque etiam, ut in Virum paterna expectatione dignum cresceret, Opusculum car-

(o) Lexic. Philolog. in Epist. ad Lectorem.

(a) Lit. I. Epist. II.

carmine exámetro scriptum recepit, cuius specimen superius jam dedi (b); in eo autem Franciscus congesserat præcepta omnia, quæ ad vitam, castigatis honestisque moribus ducendam spectarent, Deum in primis assiduo ac sincero obsequio colendum proponens, dein singillatim indicans, quæ studia completi deberet, quem corporis orisque habitum gerere, quas effugere illecebras, quos socios adhibere, ne ipsis etiam ludis omissis ad animum recreandum, inter quos aucupium & venationem, Principibus quoque atque Heroibus familiarem, plurimum commendabat.

An hisce sollicitis curis patris amantissimi Marius responderit, quæ paulò post scribemus ostendent. Interim Franciscus Philephus consilium arripuit eundem Constantinopolim ablegandi, ut longè à lenociniis paternæ domus totus ad comparandas liberales artes incumberet. Illuc accersitum fuisse à Johanne Palæologo tradit idem Philephus in Epistola, ad illum Imperatorem scripta, sub annum MCCCCXXXVIII. (c) his verbis: „ Quod hortaris, „ Johannem Marium filium ad te mittere, faciam id „ quidem nequaquam invitus. Quid enim mihi optatius cedere possit, quàm meum dilectissimum „ filium vel hospitio tuo, vel disciplina uti, qui „ omnium Christianorum Principum & dignitate sis „ maximus, & virtute primarius. „ Attamen in „ Aula Palæologi versatum hospitemque fuisse, cum „ in ea Urbe degeret Marius, credere vetant ultimæ Philephi Tabulæ, à me relatæ (d), in quibus huic filio hæreditarium assẽm diminuit Pater ea de causa, quòd maximas erogasset impensas, ut illum scientiis addiscendis, per plures annos, Constantinopoli detineret. Evocavit tandem Marium ex ea Urbe anno MCCCCXLI. non tam ob mortem Theodoræ Matris, quæ illo anno decesserat, quàm ob desiderium filii vitam, qui destinatum studiis tempus, ignaviâ ocioque absumebat. De hac re conquestus jam fuerat in Epistola ad Perleonem (e) inquiring, se frustra niti invitâ Minervâ; postmodum ad Marium ipsum scribens, sic eum alloquitur (f): „ Tu fac „ ad nos quamprimum reditum matures; nam nihil „ est quòd istic diutiùs tempus teras. Quandoquidem in Literarum studio, quarum gratiâ Constantinopolim es profectus, non modò non proficis, „ sed etiam quæ ab nobis abiens didiceras, amiseris; „ usque adeò studiosum te, diligentemque præstitisti. „ Reversus Mediolanum, disciplinis omnibus à Patre imbutus fuit, atque urgente, tum ejusdem præsentia, tum exemplo, eò Eloquentiæ ac Eruditionis enixus est, ut Franciscus ipse Philephus hanc ei laudem in ultimis tabulis scriptam tribuerit, expensis nempe ac laboribus suis evasisse Marium in disertissimum Virum.

Prima virtutis suæ experimenta edidit in Aula Renati, utriusque Siciliae Regis, cum adhuc adolescentiâ floreret. Siquidem Princeps ille præclaris Marii dotibus captus, honorificè exceptum ac muneribus cumularum, in partem studiorum, quibus delectabatur, eundem admisit. Officiosissimam ob id Epistolam ad memoratum Regem Genitor dedit anno MCCCCCL. (g), in qua hæc scribit: „ Johannes Marius filius, cum nuper Mediolanum mei visendi gratiâ rediisset, cum adventu suo, cupienti „ & exoptanti mihi voluptatem maximam attulit, „ tum eò jucundior fuit, quòd se tibi charissimum „ esse declaravit, & id quidem permultis erga se „ tuis, & pulcherrimis beneficiis. Quid enim adolescenti, ad virtutem vel nato, vel contendenti fortunatius possit contingere, quàm ejus Principis uti „ consuetudine, apud quem versari non minus sit „ honorificum, quàm fructuosum? „ Postquam verò

(b) Ad Annum 1476.

(c) Lib. II. Epistolarum fol. 15.

(d) Ad an. 1481.

(e) Lib. V. fol. 30.

(f) Ibid. fol. 31.

A in laudes Regis illius plurimum sese effudit, ista subjungit: „ His ergo præclaris, regalibusque virtutibus cum te ornatum esse intelligo, Rex Renate, „ æquiore patior animo absentiam dilectissimi filii, „ præsertim cum animadverto, filii utilitatem cum „ tua & utilitate, & voluptate conjunctam esse. „ Non enim is tibi parum prodesse queat ad græcæ „ disciplinæ perceptionem, qua te jure delectari audio ac lætor. „ Porro Princeps ille non benigno tantum oris aspectu, aut munerum largitate Marium donavit, sed etiam honoribus auxit, conspicuum Massiliæ gerendum Magistratum ei committens, quem egregiè quoque implevit. Gratulatur ob id filio Franciscus Philephus, Epistolâ ad eundem datâ, adnotato proximè anno, quæ sic incipit (h): „ Audio „ te functum Massiliæ Magistratu, & eo quidem non „ mediocri tua cum laude, id quod me plurimum „ delectat; tua enim laus omnis nostra est. Reliquum est, ne tempus vacuum labi patiaris, quod „ eo magis facere debes, quo melius tibi & uxori, „ familiæque consulas. „ Fortasse etiam à Renato Rege Marius obtinuit decoros eos titulos *Equitis aurati*, & *Poeta Laureati*, quibus se passim inscribit. Attamen non diu apud ipsum mansit; anno enim sequente, sive inconstantis animi levitate, sive desiderio vitæ liberioris, à Renato jam recesserat, opusque fuit Genitoris præcepto, ut ad ipsum rediret. Extrat Epistola Francisci Philephi ad Marium filium scripta (i), & data Mediolani anno MCCCCLI. in hæc verba: „ Franciscus ille Alexandrinus, eruditissimus, simus Medicus, improbat vehementer cunctatio- „ nem tuam non solum istic, sed etiam Massiliæ, „ hortaturque, ut Renatum Regem, qui te plurimum diligit, assiduè sequaris; sic enim & dignitatem, & rem, te non mediocriter assecuturum. „ Quod ut facias non solum probo, sed & jubeo. An id impleverit Marius, frustra indagavi; certè in reliquis Epistolis, quas ad Renatum Regem scripsit Philephus, filii mentio nusquam occurrit.

Interea tamen celebris hujus Viri fama, quæ singulari eloquentia doctrinaque præditum eundem deprædicabat, Venetæ Reipublicæ Proceres impulit, ut anno MCCCCCLX. ad erudiendam juventutem in primaria sua Urbe Marium accirent. Gratissimum id fuit Francisco Patri, qui faustum nuncium deferens ad Johannem Petrum Eutyrium VI. Kal. Aprilis ejusdem anni (l) hæc scribit: „ Marius filius, „ id quod audisse te puto, est his diebus à florentissimo Venetorum Senatu honorificè conductus ad docendum Venetiis Oratoriam, ac Philosophiam; „ id autem eò pluris faciendum existimo, quod antea nemini unquam contigit. „ Nec penitere debuit illos Reipublicæ Præsides delecti ad præclarum id munus Marii; siquidem in publico Senatorum conventu ingenii sui periculum faciens, eam eloquentiæ mentisque ubertatem explicavit, ut omnium animos admiratione compleverit. Continere calamum Pater non potuit, quin concepti gaudii sui participem filium per Epistolam faceret (m); ait enim, post egregiè commendatam Venetam Rempublicam, se à Marchesio Varisino, qui pro Francisco Sfortia Venetiis Oratorem agebat, certiore factum „ quanta cum laude tua, & admiratione omnium, proximis diebus coram Illustrissimo Principe Paschale Malipperio, in publico florentissimoque Senatu & dictaveris ex tempore, sine ulla intercapedine, „ primo die argumenta duo ac triginta, singula Notariis singulis, in omni dicendi genere, pro eorum voluntate, à quibus ejusmodi materiæ sunt „ propositæ; & duobus deinceps diebus eruditè, „ eloquenterque docueris. „ Enixè demum eum hortatur, ut pertinaci labore ac studio parem se accer-

pro

(g) Lib. VIII. fol. 52.

(h) Lib. VII. fol. 49.

(i) Lib. VIII. fol. 55.

(l) Lib. XV. fol. 113.

(m) Lib. XV. fol. 111.

pto honori ac muneri gerat. Xenophon quoque, alter ex eadem Matre Theodora Francisci filius, audito hoc prospero eventu, iter Venetias arripere statuit, ut Fratris gloriam in literis æmularetur. Suscepto consilio facile subscripsit Pater, Epistolâ ad ipsum datâ (n): „Profectionem ad Venetos non possum non probare; nam soli Veneti mihi visi sunt hac tempestate in Italia, qui virtutem colant. Reliquæ vel Civitates, vel Principatus, stationes sunt, non portus. „Addit subinde documenta Patre amantissimo digna, inquires: „Præterea te, ac item Marium moneo atque hortor, & pro jure paterno, vestrum utriusque jubeo, ne quid agatis temere, ne quid insolenter. Si modestiâ volueritis & gravitate uti, quietissima istic vobis, & commo-

diffima sedes parata est, eaque perpetua. Attamen uterque citò spem Genitoris fefellit. Xenophon namque intra paucos menses, moræ ibidem pertæsus, Ragusium se contulit, ubi cum Jacoba quadam, alioquin honesta foemina, nuptias iniiit, non tam Patre infcio, sed etiam per literas increpante (o), quòd Sponsæ potius, quàm patris meminisset; siquidem prudentiæ fuisset, nihil istiusmodi non modò agere, sed ne tentare quidem patre inconsulto. Marius verò & ipse, non multo post Venetis Musis nuncio remisso, Romam profectus est, ubi à Pio II. Pontifice Maximo perhumaniter adeò atque honorificè exceptus fuit, ut eundem Advocati Concistorialis munere donare voluerit, quemadmodum testatur Philelphus in Investiva contra Leodrisium Cribellum (p). Varias subinde Italarum Urbium insigniores Cathedras conscendit, quin tamen in ulla earum firmum pedem statueret; demum Anconæ docendi munus exercuit, sed pari versatilis animi labe. Reprehendit illum Pater, Epistolâ ad eum scriptâ sub annum MCCCCLXXII. (q), in qua hæc interserit: „Memini scripsisse me, & id quidem etrusca „lingua, ac Literis græcis, ne transire posset ad „posteros, esse mihi renunciatum, tua istic docendi initia mirificè omnibus placuisse, non Anconitanis modò, verùm etiam Picentibus universis. „Ceterùm non perseverare te, sed frequenti intercapedine abesse plerumque ab Urbe diutius, non tam remittendi à laboribus animi, quàm relaxandi gratiâ, quam tuam consuetudinem esse & Civibus „illis, & peregrinis minimè gratam. Itaque memor ipse, quid tibi superioribus annis, & Bergomi, & Veronæ, & Venetiis, & Bononiæ accidere, ob istiusmodi tuam consuetudinem, te pro dilectione officioque paterno sum hortatus, ut diligentiore te præstares, siquidem instituisses quamdiutissimè istic esse. Sed tu adhuc ea es acerbitate „ingenii, ut qui adolescens nunquam castigari volueris, ingravescens quoque, septimum enim & „quadagesimum agis ætatis annum, vel admoneri „à Patre prodigii loco ducas. „Quadriennio tamen perdurasse ibidem Marium, post acceptas à Patre has Literas, testatum faciunt Epistolæ Platini Plati ad ipsum scriptæ, anno MCCCCLXXV. & sequenti, cum hac Inscriptione: *Platinus Mario Philelpho, Poëta, Anconæ proficenti*. Ex hisce Epistolis plura discimus ad eundem spectantia; Primum est, à Mario habitam fuisse Arimini *Orationem in Sponsalibus Roberti Malatestæ*; ait enim se iter suscepisse, ut illam apud ipsum legeret: Secundum, *Theodoram* unicam Marii filiam, eximiis virtutibus & forma præditam, obiisse anno MCCCCLXXVI. Anconæ; quapropter ipsum à concepto mœrore dimovere nititur consolatoriâ Epistolâ: Tertium, commemoratum cum Mario fuisse *Johannem Mariam*, Tolentinatam, filium Sororis; Is enim è Patru domo fu-

Tom. I.

A giens (causa non exprimitur) se se receperat apud Platinum, in *Appignano* agri Piceni degentem, Tolentinum profecturus. Itaque illius patrociniū suscepit Platinus, Patrum per Epistolam rogans, ne spectatum juvenem, quem illi natura conjunctissimum fecerat, abdicare à se vellet, præfertim hoc tempore, (verba sunt Platini) quo facturus es iter „difficillimum in Galliam, in quo si te comite privaveris, ages, mihi crede, pœnitentiam. Ubi enim talem unquam invenies? An tu mavis operâ mercenariorum, quàm necessariorum uti? Quare, si me audies, illico Johannem Mariam ad te revocabis, & eo magis, quòd ipse sine te vitam sibi acerbam putat, & cum tuâ se gratiâ privatum reminiscitur, ingemiscit. „An verò Gallico, quod meditabatur, itineri se commiserit Marius, ignotum mihi est. Id pro certo habemus, etiam ab Anconensi Urbe Marium literaria signa refixisse; tradit namque Vossius (r), à Friderico Gonzaga Mantuam evocatum fuisse, ut liberales Artes publicè ibidem profiteretur. Hæc autem postrema ipse sedes fuit; mors enim, ætatem adhuc vegetam minimè reverita, eundem tumulo dedit.

B Exitus vitæ Marii Philelphi apud Scriptores obvolutus ambagibus hætenus fuit, aliis præmortuum Patri, aliis superstitem referentibus. Leander Albertus in descriptione Italiæ, ubi de Tolentino Opido, deque Francisco Philelpho loquitur, disertè scribit: *Decedens, Marium filium non modò fortunatum, sed etiam animi, ac ingenii hæredem reliquit*. Utrumque falsitate laborat; si enim de fortunis agere velimus, nullæ profus fuere in Patre, non tam obitus tempore, quàm pluribus quoque ante mortem annis. Testis est ipse, in Epistolis suis, extremæ propemodum, qua senex factus angebatur, inopiæ. Ad Cichum Simonettam scribens exclamat (s): „Ubi „sunt fundi mei, ubi prædia, ubi thesauri pro tot „lucubrationibus, laboribusque meis? Victus etiam „familiaris mihi deest, nunc mihi omnia sunt in „scœnore. „Apud Franciscum Gonzagam Cardinalem Mantuanum biennio post exaggerat (t): „Meæ „facultates pertenuis sunt, ac prope nullæ in tanta „ac tam gravi familia. „Stephano item Bottigellæ egestatem suam aperit, inquires (u): „Filia mihi „est jam nubilis, pecuniæ autem esse quæ possint, „cùm jam tot annos nulli mei proventus fuerint; „qua ipsa te fit, ut etiam ex amicorum subsidio „mihi vitæ victusque alimenta sint tandiu, id quod „te non latet, perinde atque mendicanda; „Dotem autem ab eo gratuitam petit.

C D E Cautior hac in re fuit Jovius, qui in Elogio Francisci Philelphi, afflictum adeò pauperie sub vitæ finem illum fatetur, ut parando funeri domestica suppellex divendi debuerit; verùm in Leandri errorem ipse etiam impingit, hæredem paternæ virtutis relictum Marium affirmans. Omnibus id sentientibus unam objicimus memoratam superiùs Ludovici Mondelli Epistolam, quæ data est III. Kal. Majas anni MCCCCLXXXI., quæque hæc refert: „Ingratus & impius censendus essem, „si ego, qui suo funeri non interfui, nunc, licet „longo post tempore, cùm possum, quasi pompâ „instauratâ, ad eum ornandum meam ferculorum „partem non afferrem? „Jam ergo mense Aprili ejusdem anni, & longo etiam antea tempore, sepulcro Marius fuerat demandatus. Itaque, cùm alibi ostenderim (x), usque ad exeuntem Julium illiusmet anni, vitam à Francisco patre fuisse productam, luce clariùs constat, hoc etiam infortunio cumulatam Genitorem, quòd erepti sibi tam celebris filii orbitatem lugere debuerit. Quamobrem præferenda

q q

cete-

(n) Ibid. fol. 110.
(o) Lib. XVII. fol. 117.
(p) Lib. XXVI. fol. 180.
(q) Lib. XXXVI. fol. 255.
(r) De Historicis Latinis.

(s) Lib. XXVIII. fol. 192.
(t) Lib. XXX. fol. 211.
(u) Lib. XXXVI. fol. 257.
(x) Ad annum 1481.

ceteris est Trithemii auctoritas, qui Marii mortem. consignans anno MCCCCLXXX. Patrem illius decessisse ait, *anno post obitum Marii filii*.

De illius vividæ facilisque mentis præstantia in latina præsertim Poësi, scripsere quamplures. Ad Marii encomium, Franciscus Pater sufficeret, qui in Epistola ad Paschalem Malipperium Ducem Venetiarum, inquit (y): „ De filio autem ut verecundiùs „ loquar necesse est, ne in eo laudando videar meæ „ gloriæ favere. Unum tamen ausim affirmare, me „ neminem in hanc diem cognovisse, qui æquè ad „ summum atque Marius filius, & ingenio simul vi- „ geret, & memoria; nam quantum doctrinâ va- „ leat & facundiâ, ipse de se locupletissimum affe- „ ret testimonium. „ Verùm cum aliquid paterni amoris in hanc laudem irrepisse, suspicari possumus, Lilius Gregorium Gyraldum profero (z), qui ait: „ Philelphi filii fuere Marius & Cyrus, ex Chryso- „ loræ græci hominis doctissimi filia, quorum Ma- „ rius paratissimo fuit ingenio, & memoria quadam „ incredibili; nam ut ipse ex Cyro fratre audivi, „ uno penè stans vestigio centum per ordinem, mate- „ riam proponentibus, confestim cuique, quo propo- „ sita fuerat ordine, carmine referebat. Longè ta- „ men hic in Coronis promptior, quàm scriptis co- „ gnitus est. „ Fallitur tantum Gyraldus in eo, quòd „ Cyrum, cum quo se collocutum scribit, Francisci & „ Theodoræ Chrysoloræ filium putaverit; id enim „ Philelphicæ Stirpis genealogiæ prorsus repugnat. „ Theodora duos solum mares edidit, Marium & Xe- „ nophonem; hic verò ex Jacoba Ragusina Florium „ genuit, Cyrum quoque habuit filium, sed ex thoro „ illicito procreatum, ut constat ex ultimis Philelphi „ tabulis, quas ad annum MCCCCLXXXI. recitavi. „ Itaque Francisci Philelphi Nepos erat, non filius. „ Idem Elogium repetit Marcus Ant. Sabellicus in Li- „ bro *De Latina Lingua reparatione*, nisi quòd sice- „ ro, ut solet, calamo literarios hujus Viri nævos re- „ velat; loquens enim de *Porcelio* Poëta, inquit: „ Le- „ pore in eo probant cuncti, eruditionem & gra- „ vitatem adimunt. Quæ duo Mario quoque Philel- „ phi filio defuisse, cum cetera illius scripta, tum „ ejus Bucolicum Carmen manifestè declarat; „ & „ post laudatam promptitudinem ingenii, memoriã- „ que capacissimam, subdit: „ Fuit ad hæc rotato „ sermone, utpote graji sanguinis matre natus, Chry- „ soloræ filia, plura fronte polliceri, quàm recessu „ præstaret. Vix ex eo quicquam docto homine di- „ gnum videri potest profectum, omnia præcipitata „ potiùs, quàm edita.

Quæ posteris felicissimi ingenii sui Monumenta. Marius reliquerit, nec Gyraldus, nec Vossius indi- cant. Plurimum Elenchum textit Jacobus Philippus Bergomas (a), sed longè abest à numero, quem pri- mus prodidit Clar. Marchio Scipio Maphæus: Post- quam enim adnotasset in libro inscripto *Traduttori Italiani*, translatum fuisse à Mario Italicis Carmini- bus Officium integrum Beatissimæ Virginis, cujus manuscriptum Exemplar à se inspectum ait apud No- bilem Virum Bernardum Trivisanum, ita exordiens: *Signor le labra mie &c.*, loquens in sua *Verona Il- lustrata* (b) de hoc Viro, Veronenfis Civitatis glo- riæ addictissimo, testatur à se repertam in *Codice Saibante*, ibidem suis numeris signato, Marii Ele- giam, in qua sexaginta circiter Opera, marte suo condita, ipsemet recenset, sibi ipsi plaudens hoc carmine:

Me brevior Naso, meque Maro brevior.

Ea potissimum metro diversi generis adstricta esse, ac Tragedias etiam, Comœdiasque complecti, tradit Maphæus; Quocirca non immeritò venditare Marius potuit, nullam fuisse poëticæ facultatis me-

(y) Lib. XVI. fol. 115.

(z) Dialog. I. De Poëtis fol. 387.

A thodum, aut ejusdem menti ignotam, aut à suo calamo omiffam. Alias quoque Marii lucubrati- ones, in manuscriptis Codicibus adhuc latentes enun- ciat, inter quas memorat *Dantis vitam*, cujus ego quoque testis esse valeo; invisens namque Florentiæ Laurentianam Bibliothecam, in indice manu conscri- ptorum codicum adnotatum vidi, *Marii Philelphi, De Vita & moribus Dantis*.

B Unum ex operibus Marii Philelphi non adeò no- rum indicare opus est, *Historiam* nempe *Belli Finariensis* octo libris comprehensam, quæ prælum Me- diolanense Palatinum jam subierat, inferenda Italica- rum Rerum magnæ Collectioni, sed cum Cl. Mura- torius, Sociique animadverterent, eam ab imperito Amanuensi ita infeliciter fuisse descriptam, ut nullâ emendari diligentia potuisset, abscindendam censue- re, ne depravata, implexa, abruptaque passim nar- ratio fastidium potiùs Lectori, quàm voluptatem crearet. Itaque tenebris suis iterum relicta, exem- plar defecatus expectat, ut cum Auctoris laude, fructuque legentium, publicam lucem aspiciat. Ver- satur illa circa discordias, quæ inter Genuensem Rempublicam, & Marchionem *Galeottum de Caretto* jam pridem exortæ, anno MCCCXLVII. in aper- tum bellum erupere. Actam refert Marius à Genuen- sibus Oppidi Finariensis obsidionem, illudque per- tinaci oppugnatione post biennium ad deditonem compulsum. Subjungit inde recuperatam ditionem illam, strenuitate ac constantia *Galeotti* ejusdem, fratrisque Germani *Johannis Marchionis Montisfer- rati*. Qua in re laudanda, tantum Eloquentiæ ubi- que impendit, ut Oratoris simul & Historici partes, pro Caretensium gloria, suscepisse videatur. Pri- mum hujus Operis exemplar manu propria exaratum, legendum obtulit *Magnifico Spineta, Saguna Mar- chioni*, cujus potissimum dexteritate & virtute fra- ctis Genuensium turmis, pax *Caretis* victoria fue- rat; postmodum alterâ Epistolâ adjectâ, librum di- cavit *Constantino Palmologo Græcorum Imperatori*, ut illustri recentive hoc exemplo eundem accende- ret ad rem impigrè gerendam contra Turcarum Ty- rannum, qui extremam Constantinopolis mœnibus ruinam intentabat. Sed frustra cessere calami vota, cum paucis post annis capta Urbe, cæsoque ipso Principe Constantino, deploranda seculis omnibus calamitate, florentissimum illud Imperium exciderit. Hæc innuere de hujusmodi Historia volui, ne inter- rim sepulta omnino jaceat. Ceterum eruditissimus Vir *Johannes Bricherius Columbus*, Finariensis Orator in Aula Vindoboniensi, quem ob suam, filiique *Do- minici* eximiam in literis præstantiam, plurimum colo, edendam eam aliquando, adnotationibus illu- stratam, pollicetur in *Manuductione ad Tabulas Genealogicas Gentis Caretensis*, Viennæ Austriæ nuper- rimè ab ipso vulgata (*); id enim in præclarum Pa- triæ suæ decus concessurum existimat.

C Haecenus proferre licuit, tum ex editis Scripto- rum libris, tum è reconditis scriniis literariæ sup- pellectilis, quæ ad memoriam celebrandam facun- dissimi hujus Viri, nostra in Urbe educati, specta- bant. Reticere mox nequeo, pro more illius seculi, eundem quoque non caruisse Æmulorum Invectivis. *Trebanus Aurelius*, amico, ut ipse ait, officio Ma- rium per Epistolam admonuerat, plura in suis Carmi- nibus non tantum limam, quàm spongiam mereri. Ad hanc ille censuram, modestis quamvis verbis con- ceptam, pro ea, qua sui opinione turgebat, infremuit, satyramque primùm in *Trebanum* conscripsit, cujus initium erat

Fare age Romana spes una Trebanule lingua.

Dein Epistolam ad ipsum dedit, qua scriptiones simul & mores adversarii insolenter carpebat, obscœna jurgia, &

(a) Supplem. Chronic. ad annum 1471.

(b) In fol. Lib. 111. pag. 107.

(*) Fol. 56.

& contumelias passim inspergens. Honori suo consulendum censuit Trebanus, adedque responsionem adornavit peracerbam sanè, sed ea tantum recensentem de corrupta Marii Eloquentia ac vita, quæ ut is in calce profitetur, doctis probisque Viris erant notissima. Asservatur hæc manu exarata inter Codices Bibliothecæ Ambrosianæ, atque ita incipit:

„ Superioribus Literis, quas ad te scripsi, officio magis & benevolentia adductus, quam quod ita res exigeret, commonefeci te, ut errores, qui passim in tuis Poëmatibus deprehenduntur, corrigeres; existimans, quemadmodum verisimile videbatur, eo moderatiore animo literas meas te accepturum, quod te maximè in familiaritatem, & amicitiam provocabam. Tu verò rectius honori meo consulens, quam ego, & alienæ admonitionis impatientissimus, cum errores tuos, de quibus erat contentio, defendere non posses, à doctina dilapsus, ad convicia, ad morsus, & ad rabiem confugiens, in mores meos investus es, Satyricum illum Pedium imitatus, cui cum ab adversario objiceretur, quod fur esset, ille, ut Perius inquit in Antihetis, & doctas posuisse figuras laudatur. Ego autem semper existimavi, ut qui in alterum dicere paratus est, paratum esse oporteat, ut in eum dici non possit; & cujus vitam à probatissimis Viris probari intelligerem, ejus etiam non solum facta, sed verba quoque gravia, honesta, ac munda esse debere; cujus verò sermones fuerint impuri, obscœni, ac petulantissimi, vitam quoque labefactum iri oportere, exploratissimum est &c. Et post pauca: „ Itaque obmissis aliquando moribus tuis, & omni contumelia, quæ ab humanitate, & à literis penitus abhorrere videtur, de tuenda gloria, quam mihi victoria peperit, tecum dimicatum est. Et ubi superiori Epistola, ut amicus amicum suis scriptis delirantem commonefeci, nunc pro legitima causa, sicut magister discipulum castigare solet, pari censura ineptias & errata tua castigare, & corrigere ne poeniteat, ut in his saltem literarum disciplinis, in quibus non solum tu te ipse excellentem prædicas, sed unus omnium præstantissimus & dici, & haberi vis, discas etiam erubescere, si continget, ut ab aliis lauderis &c.

Aggreditur deinde Marii Satyram ad criticum examen vocare, ostenditque, in ea nihil deprehendi, quod sapiat Logicum, aut Historicum, vel Poëtam præsertim Laurearum, qualem se esse jactabat, exemplis veterum Poëtarum, & Scriptorum auctoritate suas muniens censuras. Ad Epistolam verò sese convertens, quam, latrantem veluti catulum vocat, eo quod eandem accepisset, scriptam sub nomine cujusdam Christophori de Puteo, Marii discipuli, hæc habet: „ Est itaque Epistola isthæc tua ad defensionem primùm Philippi Ariminensis, mox ad accusationem meam peregrina, in qua ita acriter illum defendis, ut malit meo iudicio non certasse, quam te defensore sperare victoriam. De Doctrina loquor, nam de moribus cum Philippo nulla est mihi contentio; nihil enim quam de studiis nostris illum non rectè sensisse accipi. Ego verò ut aliquam vicem illi referrem, quædam ex ejus Carminibus annotavi, hac tamen usus modestia, ut illius nomini pepercissem, cum ipse interim de me vel publicè non tacuisset. Tu verò, ut aliquem habere videreris tuorum errorum consimilem, illius nomen à me suppressum palam fecisti. Deridet postmodum critici examinis ineptias, quibus latinæ suæ Epistolæ non tam verba, quam commata, Marius improbaverat, easdem vocans contentiunculas puerorum, & somnia lemurum, qui ab ipso per quietem visi fuerant, in lucem deprompta, ut cum *nihil diceret, aliquid tamen dixisse videretur*. De moribus item suis honestissimis, ac perversis Marii, ad publicum Famæ testimonium appellat.

A Quæ ad Historiam illustrandam ex hoc Opusculo colligi possunt, ea sunt, primò, *Trebanum Aurelium* exercuisse munus Ludi-Magistri; id enim objiciebat Marius, quòd pueros edoceret: secundò, eundem in Bononiensi Academia, Philosophiæ lauream fuisse præcinctum; siquidem cum Marius asseruisset, à Bononiensibus Philosophis pecunià à Trebano corruptis, in gratiam accepti muneris, auratam zonam, ceteraque Philosophorum insignia eidem fuisse collata, mendacii illum arguit, inquit: „ Scito, me non à Principe aliquo Gallorum aurum recepisse, à quo etiam rabulæ, mimi, histriones, & ridicula Capita pro joco sibi illud plerumque devendicant; sed ab Urbe omnium antiquissima, & ab eo quidem Collegio, ubi nonnisi benemeritis, atque consummatis Viris laureus honos exhibetur. Tu verò ad Principem confugisti, ut aurum acciperes, ad quem nonnisi indocti, verentes publicum Literarum examen subire, divertunt. Quo circa folia & coronam à Gallis recepisti, auctoritatem verò ac dignitatem Literarum apud Italos amisisti. Hinc autem confirmatum video, quod antea suspicabar, aurati Militis, & laureati Poëtæ titulos, à Renato Rege fuisse Mario collatos. Alia nonnulla, quæ ad Marium pertinent, Codex iste patefacit; videlicet editum in lucem fuisse Constantinopoli; inquit enim Trebanus: „ Cum in quibusdam carminibus tuis patrem nobis esse communem asseruisti, facile concessi, propter ea quòd patrem meum in Urbe Byzantio, *ubi tu natus es*, diutius commoratum esse sciebam. Præterea, hoc etiam *Trebanus* testimonio evincitur, quam rectam protulerit Sententiam de illius Scriptis Sabellicus, *præcipitata* nempe *omnia fuisse potius, quam edita*; id namque ab ipsiusmet ore profluxisse tradit hic Auctor, inquit: „ Nonnulli dicunt, apud se eo pacto te excusasse inconcinnitatem & vitia Orationis tuæ, ut qui te dicas, rapidissimè omnia & præcipitanti calamo Poëmata facere, & ob eam ingenii vim jam millia versuum edidisse. Demum, quod Franciscus pater in filio isto exprobrabat, in hisce paginis refricatum legimus; causas enim Trebanus assignans, cur à Marii Gymnasio recederent Adolescentes, quos summam diligentiam & sedulitate instruendos perquisiverat, hanc inter alias, ipsum alloquens affert: „ quia inconstantiam & levitatem tuam intellexerunt, utpote qui nunc legas, nunc ludas, nunc urgente inopia caudicus fias, nihilque tibi reliqui facias, quod libero & forti animo dignum sit: ita nec hos, nec illos, nec alios quidem habes, à quibus tuæ nebulæ exaudiantur.

Ad hujus Satyræ complementum adjecta est longa series Epigrammatum, quorum aliqua diriguntur ad *Augustinum Frecevallam* Cremensem Philosophum, ad *Petrum Justinianum* Virum Patricium, & *Antonium de Cellis* Philosophum; in eorum specimen hoc tantum distycon proferam:

*Si tumor, & pompa, & frondes, insania, ventus
Tollantur, Mario, dicite, quid remanet?*

E Equidem probus quisque intelliget, Satyris non esse auscultandum, utpote ab irato, sui que minimè compote calamo effusis; attamen cum Patrem ipsum viderimus sæpius conquestum esse de moribus filii, ac etiam vaticinium festinæ mortis edidisse, nisi aliam vitam sibi instituisset, fateri necesse est, in Mario patrem haud fuisse ingenio prudentiam.

PLATINUS PLATUS.

Platinus Platus, Patricius Mediolanensis, acerbum dolorem solaturus, ob inflictam sibi à Principe carceris poenam, varia in misera ea conditione, Epigrammata & Rythmos condiderat, quibus nunc vota ad Superos concipiebat, nunc enixis precibus Amicos,

cos, Ducemque ipsum Mediolanensem rogabat, ut tandem libertati redonaretur. Ea omnia in unum collecta hoc anno Typis vulgavit, titulum iisdem inscribens, *de Carcere*, dicavitque *Magnifico Thomae Thebaldo Bononiensi, Equiti aurato, ac Ducali Senatori Clarissimo*, qui plurimum, ad obtinendam à Principe gratiam, bonæ frugis attulerat. Tantæ in illum indignationis causam ipsemet pandit, sed eâ styli acrimoniam, quæ nondum obductam, etiam post longum tempus, accepti vulneris cicatricem ostendit; scribens enim ad Johannem Jacobum Trivultium (c), ut promissi cujusdam Sacerdotii eidem conferendi, aliquando spem impleret, ait, se modeste precari, paratum etiam pari repulsam; ac statim subjungit: „Satis enim superque me docuit inson-
tem in teterrimo carcere Moguntino, (idest *Moguntinensi*) nigerrimorum quindecim mensium spatium, Galeatus Maria Princeps, imò Tyrannus Insubrium, à Civibus jure cæsus, cujus alumnum me fuisse puderet. nisi tuus apud ipsum Collegam fuisset, nihil esse flagitandum à Principibus in iram facile pronis, eo quia importunè petentibus ingens aliquod ab ipsis Dominis malum inmineret. Eundem mensium numerum enunciat in Epigrammate ad Lectorem inter vetera, quæ Ludovico Francorum Regi dicavit, inquit:

*Carceris, o Lector, menses ter quinque recepi,
Mercedem fidei per tria lustra mea.*

Lustra hæc tria nonnulli malè accepere pro tempore toleratæ à Platino diuturnæ poenæ, cum ex secundo carmine clarè pateat, Auctorem loqui de fide præstita Galeatio, per quindecim annos, dum in illius aula versaretur, honorarius Ephæbus, unâ cum Johanne Jacobo Trivultio.

Quo anno dimissus è carcere fuerit, comperimus habemus ex Epistolis Procerum Mediolanensium, & Amicorum, eidem gratulantium de favorabili Principis Decreto, edito ad illum vinculis exsolvendum; signatæ enim sunt anno MCCCCLXX. Inter eas leguntur etiam literæ Johannis Petri Arrivabeni Romæ expeditæ, quibus conceptam summam animo voluptatem, ob liberum ipsius in patriam reditum, non tam significabat, sed etiam spe illa detineri se aiebat, ut sub placato Duce, præterita calamitas paritura foret honoris, & fortunarum incrementa. Verùm eidem respondit Platinus: „Utinam tua gratulatio non esset inanis, & ut ab animo proficiscitur optimo, ita numeros suos haberet. Sed ego vultificam tantum Principis mei lanceam, non Achilleanam expertus sum in me ipso. . . . Illius manus effugi, & ad inclytissimum Herculem Ferrariæ Ducem me recepi, cujus in Aula tutus, ut in portu, quiesco. „Ibidem nobile experimentum dedit egregiæ virtutis; siquidem cum ab eo Duce institutus fuisset publicus hastarum conflictus, inter conspicuos Viros, qui in illa ludicra arena invicem congressi sunt, palmam tulit Platinus; qua de re ab Urbe Bononiensi, quò hæc fama pervenerat, Gerardus Cerrutus, Ducalis apud ipsam Orator, plenam laudis Epistolam misit, accepitque à Platino hoc responsum: „Plus attulit voluptatis Epistola tua Cicerone digna, quam quidquid honoris adeptus sum in ludis hastarum, hæc celebratis; pluris enim facio præconium tuum perpetuum, quam temporaneum in Circo Ferrariensi plausum, cum acclamationibus Populi, mihi nuper editum.

Militarem subinde vitam complexus prima stipendia fecit triennii spatio sub Duce Urbinatæ (d); postmodum ad Johannem Jacobum Trivultii vexilla transiit, quin tamen Musarum Castra desereret; colebat enim Poësim etiam inter bellicos strepitus. Extat Epistola Jacobi Antiquarii ad ipsum, quem *Primi-*

(c) Epistola I. inter editas Platini Plati, Mediol. anno 1506.
(d) Epistola CXXXVI.

pilum vocat, in hæc verba desinens: „In acie ver-
fari, multorum habetur; hostem verò conficere,
ac memoriam posteris relinquere, ad te pertinet,
qui *arma trahis, & Musas*; „cui respondens
Platinus excusationem offert, inquit: „Hactenus
Exercitus nostri Ductores, adversus hostium Du-
cem Urbinatæ, Fabios se gesserunt. Profectò
nisi Trivultius esset, ociosa Castra prorsus habere-
mus; quas enim ab illo factas in agrum hostilem
excursionem ad Senæ portas, cum nostro dumtaxat
equitatu Sfortiano, ferro flammæque suburbia va-
stante intellexisti, veræ clarissimæque fuerunt:
Equidem illis interfui cum turma, cui sum Præ-
fectus. Hic tu jure miraris, de re bene gesta
nullum me carmen adhuc edidisse; quod accidit,
quia valde me mea sefellit opinio; siquidem brevè
nos ad manus cum hostibus deventuros existima-
bam &c. „postmodum subdit: „Distuli, utpote
sperans, id quod etiam non despero, victoriam,
pro qua vos istic vota nuncupastis, & nos illic
consecuturos, & me statim carmine celebraturum.
Confecto in Italia Bello, cum Carolus Francorum
Rex in Gallias remearet, preces ad ipsum dedit, ut
signa prosequi posset Joh. Jacobi Trivultii, cum
Exercitu Gallico in eam Regionem proficiscentis;
sed quamvis plurimum laborasset per amicos, ac
eundem etiam Trivultium, impetrare id à Rege ne-
quivit (e).

Itaque dimissa spe bellicæ tentandæ fortunæ, ad
Literas se convertit, adornavitque librum tunc manu
exaratum Elegiarum, & Epigrammatum, ut illum
Carolo dicaret, ac splendidum *Regii Poëtæ* titulum,
& præmia consequeretur; resque jam in tuto erat,
adnitente præsertim Trivultii auctoritate. Sors ta-
men, quæ semper Platino infesta fuit, hoc etiam
infortunium protulit, ut brevè Rex Carolus morti
concederet; quo nuncio exanimatus refertam dolore
Epistolam ad Anastasium Platum fratrem suum dedit,
quam hic præstat exscribere: „Vidisti ne unquam
mi charissime Frater hominem adversâ magis for-
tunâ, quam me jactari? vel qui tam sæpe novis
immeritò calamitatibus afficeretur? puto nemi-
nem. Omitto veteres ærumnas, in quibus etiam
verfor; unam volo recentem, etsi publicam, meam
tamen ipsius tibi commemorare. Jam pridem Ele-
giarum mearum, Epigrammatumque Librum Ca-
rolo Francorum Regi Christianissimo dedicaram;
& jam erat emittendus. Unum fructum non me-
diocrem ab Rege liberalissimo, interventu maximi
Trivultii patroni mei perpetui, consecuturum me
sperabam. Utque te non fugit, idem Trivultius,
oræ Cisalpinæ Prorex, optatum mihi locum Poëtæ
Regii jure suo promiserat:

Ecce mihi tantum mors interceptit honorem,

Rege videlicet extincto. Actum est igitur de Li-
bro meo, ne dicam de me; siquidem oleum &
chartam amisi. Dices: Ejus Successori Ludovico
majori virtute Regi, poteris inscribere. Non est
ita, mi Frater; etenim res gestæ Divi Caroli,
quæ sunt in libro meo descriptæ, minimè possunt
alii convenire. Quas ob res aut erit totus immu-
tandus, ne mendax potius, quam mendosus invenia-
tur; aut in perpetuum occultandus; vigiliæque
nostras (nisi Trivultius in eo libro multum à me
cum Rege laudatus occurrat) amissimus, in quo
majorem me jacturam fecisse putabo, quòd care-
bo nomine, cujus equidem fui semper avidior,
quam pecuniæ.

Nihilominus quadriennio post, idest anno MDII.
illum edidit Typis Alexandri Minutiani, unâ cum
altero libro, quem *Secundum* appellavit, eò quòd
Caroli, & Ludovici Galliarum Regum nomen præfer-
ret, teste Puricello (f). Nescio tamen unde hic hau-
ferit,

(e) Epistola II.

(f) Dissert. Nazar. Cap. II. fol. 14.

ferit, toleratum fuisse à Platino exilium per septem annos; eductus enim è carcere anno MCCCCLXX. spontaneam fugam è Galeatii Mariæ Principis manibus, ut jam diximus, arripuit; eo autem cæso, Mediolanum reversus est anno MCCCCLXXVII., quemadmodum ex ipsius Epistolis illo anno in hac Urbe scriptis evincitur. Profugum se quidem sapius dicit, sed ob militares expeditiones, quibus varias peragrarè terras cogebatur, nusquam diuturnam figens stationem. Ut verò ad illius librum redeam, illum denuo Ludovico Regi Francorum anno MD-VIII. nuncupavit, omittis tamen, quæ ad Regem Carolum pertinebant, quamvis non tam nova, quam vetera Epigrammata, & Elegias in eo collegisset. Atque hîc obiter mihi liceat adnotare, sub Ludovico Rege Mediolani Domino, Mediolanenses, dimissis chlamydatis vestibus, quibus antea induebantur, gallicis uti cœpisse; id enim indicat Platinus, scribens ad Anastasium fratrem suum (g) his verbis: „ Cùm „ ex Chlamydule quadam serica purpureaque, quæ „ nondum vetustificere, sed inveterascere videbatur, „ eo quòd mihi brevis admodum esset & indecens, „ ob immutatum sub Rege nostro Christianissimo vesti- „ tum, gallicam mihi diploidem formari fecerim, „ reliquum Agneti nostræ, filiolæ tuæ suavissimæ „ duxi mittendum.

Demum post actam omnem in Aula pueritiam, in Castris verò totam adolescentiam, ut ipse ait (h), sedem fixit in Oppido Garlaschi non longè à Viglevano; inde enim ut plurimum Epistolæ ipsius ad consanguineos, Doctos Viros, ac Proceres missæ leguntur. Ibidem Oratoriam Artem publicè profectum esse Platinum, docet Oratio habita coram Illustrissimo Præsule, Prætorè, & frequenti Auditorum corona, cùm explanare aggrediretur Salustium de Conjuratone Catilinæ, eaque edita est in calce ejusdem Epistolarum. Munus autem illud à Trivultio Viglevani Marchione obtinuerat; id enim profectetur Platinus in Epistola prima ad ipsum data: „ Quòd „ adhuc ab universo Populo Garlaschino color, ac „ ceptum tibi refero. „ Nec ingratus honori fuit, quem illi memoratus Populus exhibebat; siquidem cùm anno MDV. Municipium Garlaschi acerbissimo incendio conflagrasset, supplicem libellum obtulit Sancto Senatui Regio, ut ab Ærario Principis resciceretur, adjecta insuper immunitate vectigalium ac militum. Verum neque illic caruit occasione mœoris; obtinatis namque febribus, aliisque morbis se conflictatum sapius scribit; quocirca Michaël Fernus in præfatione ad Orationes Campani, eum recensens inter insignes Poëtas, qui seculo XV. florebant, vocat *Virum in gracili corpore, ingenio amplissimum*. Sanè quanta foret in Platini carminibus elegantia, & splendor, ex eo intelligi potest, quod de se ipso narrat scribens ad Johannem Thomam Patruum suum: „ Mihi quoque, mi Patruè, gloriari licet (exemplo Martialis, cujus Epigramma recitat,

*Fertur habere meos, si vera est fama, libellos
Inter delicias pulchra Vienna suas)*

„ in celeberrimo Papiæ Gymnasio res meas celebra- „ ri; Nuper enim meus ibi liber Poëticus à Gymna- „ siarchis judicatus est dignus, qui publicè legere- „ tur, & à Bibliopolis impressus venderetur. Is igitur, „ ut audio, certatim emitur, & à Gallis in- „ Galliam defertur. Hoc ad te scribere me debere „ putavi, qui familiæ nostræ gloriam affectas. „ Meritò autem curanda erat Familiæ gloria, cùm à Nobilissima stirpe prodiisset Platinus; habuit namque Patrem, Georgium Platum Mediolanensis Civitatis Decurionem, & à consiliis Ducum, prudentiâ eloquentiâque conspicuum, Fratres verò Theodorum, & Anastasium Jurisperitorum Collegio adscriptos,

Tom. I.

(g) Epistola XXXVII.
(h) Epistola XXII.

A quorum primus Scholas, *Platinas* nuncupatas, proprio ære in hac Urbe condidit, ut initio hujus libri jam narravimus. Bernardino item Corio, nobilitate ac Historiis suis claro, affinitate conjungebatur, quippe Platini neptem ex sorore in conjugem Corius duxerat (i). Nec caruit exterorum etiam insignium Virorum æstimatione ac præconiis. Laurentius Medices quanta voluptate afficeretur in perlegendis Poëticis ejusdem lucubrationibus, quantoque illum in pretio haberet, testatus est in Epistola ad ipsum scripta, ob acceptum ex ejus carminibus non mediocri doloris levamen, in nefaria patrata fratris sui cæde; ait enim: „ Vetus est verbum, mi Platine, *in favem esse in- „ luctu Musicam*; ego verò tuis perlectis versiculis, „ re ipsa reperi, nihil tam maximè ad solatium fa- „ cere, quam Musicam Tui ipsius auctori- „ tas tanti apud me ponderis est, ut vel nefarium „ putem, Platino consolante ingemiscere. „ Baptista quoque Fulgosus, Principatu Genuensi spoliatus, cùm Lugdunum in Gallia se recepisset, enixè Platinum rogavit, ut illuc se conferret, apud ipsum non focii tantum, sed Magistri personam acturus, suaque interim literaria Opera ejusdem subjecit examini, amicam ab ipso censuram expectans. Id constat ex quinta Platini Epistola, in qua hæc rescribit: „ Rythmos tuos elegantissimos, proœmiumque & „ libri tui perorationem diligenter excussi, simul ad- „ miratus sum, in suo quodque genere disertissimum, „ pauca tamen, & ea quidem minima notavi, quò „ tibi morem gererem, qui mihi nimium tribuis, & „ ego tibi nimis obsequor. „ Tanti autem Platinum fecit Fulgosus, ut eum secum colloquentem induxerit in Libro, quem inscripsit *Anteros*, ediditque Mediolani anno MCCCCXCVI., summis eum præconiis exornans. Reliquas aliorum laudes prætereo, ne panegyricam videar texere orationem. Non abs re erit referre ejusdem Testamentum carmine conditum, quod inter Platini Epigrammata legitur; ex ipso enim discimus, vitam ab ipso coelibem ductam, honestâque licet tenui familiâ fuisse contentum; quippe, ut ad Trivultium scribebat (l) parsimonia pro vectigali utebatur:

*Non expectatâ, quæ vitam finiat, horâ,
Sum Testamenti conditor ipse mei.
Do Superis animam, telluri corpus, in arca
Argentum quod erit, funeris esto mei.
Linqvo Emphyteusim Papiensem Bartholomæo
Eustachio, Insubrem Plate Camille tibi;
Quosque tuus Genitor mihi non exsolverit annos;
Ancillæ reliquam rem, famuloque meam.
De capite orta meo, divinæ Palladis instar,
Posteritas, opera quinque relinquo tibi.
Et quoniam cælebs vixi, sine prole peribo,
Hæc mihi progenies sola superstes erit.*

E *Eustachio* nobilis Familiæ viro nupserat ejusdem soror; Camillus verò Platus, Anastasio, ut opinor, Fratre, cui filiolum nomine Agnetem fuisse vidimus, genitus erat. Ex quinque Operibus, quæ pro filiis se habere, ac posteritati relinquere hîc statuit Platinus, tria tantum Ambrosiana servat Bibliotheca, nempe Librum de *Carcere* anno MCCCCLXXXV., *Epistolas* CXLVII., tresque *Orationes* anno MDVI., *Epigrammata & Elegias* anno MDVIII. Mediolani edita. Duo alia commemorata in illius Epistolis legi, videlicet *Opusculum metricum de utriusque juris origine*; scribens enim ad Bernardinum Crispum, *Præceptorem Pompejanum* (idest Pompeji Castellionei) post laudatam ejus Eloquentiam Tullianæ proximam, subdit:

r r

(i) Epist. XVIII. ad Jac. Antiquarium.
(l) Epistola I.

dit : „ Opusculum meum metricum de utriusque
 „ Juris origine , quod tantopere meque laudes , ago
 „ tibi gratias , & debeo plurimum ; etsi non te-
 „ merè , suspicari queam , potius te quale debeat
 „ opus esse , quàm quale sit ostendere voluisse : Alia
 „ etiam ejusmodi propediem per eundem Johannem
 „ Donatum (Bossium) ad te dabo ; Equidem non-

A „ vereor , quin carminibus te meis expleam, Episto-
 „ lis ego tuis expleri mihi non posse videor . „ (m)
 Commentariolum Catonis , in altera Epistola (n) ad
 Johannem Placentinum doctissimum Sacerdotem , in-
 nuit à se elaboratum , & unâ dumtaxat ejusdem Epi-
 stolâ immortalẽ effectum . An verò lucem ista un-
 quam viderint , prorsus latet .

ANNO MCCCLXXV.

Hoc anno per Urbem nostram grassari
 cœpit lues teterrima, quæ ultra trien-
 nium contumaciter desævians, centum
 mille Civium Mediolanensium miserri-
 mè absumpsit, atque integras fami-
 lias, Morigia referente (a), prorsus delevit. Infa-
 stam tantæ cladis memoriam primus Typis commisit
 Bettinus Tricius anno MCCCLXXXVIII., postmo-
 dum suis Annalibus eandem inseruit Bernardinus Co-
 rius, qui, ut periclitanti salutem consuleret, in pa-
 ternum prædium secedens, ocii necessitatem in Li-
 terarum beneficium convertit, patriam historiam
 exorsus, cui absolvendæ magno non tam sudorum,
 quàm pecuniarum sumptu in perquirendis per Italiam
 veteribus monumentis, decem & octo annos impen-
 dit. Hæc omnia ipsemet narrat, annum ætatis qua-
 dragesimum tertium se tunc agere affirmans, cum
 illi extremam manum imposuit. Nil mirum igitur,
 si in tam ferali luctu, ac domuum vastatione conti-
 cuerint Academiæ, & Gymnasia, prælaque ipsa len-
 to admodum labore in officinis chartas excuderint,
 paucis per hæc tempora editis libris. Non defuere
 tamen docti Viri, ac Typographi, qui novo censu
 rem literariam auferent, immortale, in tam præ-
 senti vitæ discrimine, sibi nomen comparaturi.

UBERTINUS CLERICUS CRESCENTINAS.

Ubertinus Clericus Crescentinas in M. T. Cicero-
 nis familiares Epistolas Commentaria elaboraverat,
 eaque ad Bonacursium Pisanum imprimenda direxe-
 rat, adjectâ ad eundem Epistolâ, cujus fragmentum
 jam dedi, cum Viri illius memoriam illustrarem (b).
 In ea profitebatur se, ut ipsi non tam efflagitanti,
 sed etiam calcar addenti morem gereret, raptim ac
 celeriter illa conflasset; præcipuè cum accederet au-
 thoritas *Christophori Cambiagi*, à Mediolanensis Du-
 cis secretis, qui, ut *Clericus* ait, „ non solum mira
 „ quadam rerum prudentia, egregia probitate, &
 „ in invictissimum Galeatium Mariam Mediolanen-
 „ sium Ducem quintum spectata fide, sed ita om-
 „ nium bonarum artium cognitione excellebat, ut
 „ fidelior Secretarius, an melior Orator esset, non
 „ facile judicaretur; studia verò sua peculiari amore
 „ ac patrociniò fovebat. „ Hinc patet, ante annum
 MCCCLXXXVI., quo sublatus est Galeatius Maria,
 librum hunc in publicam utilitatem fuisse à Bonacur-
 sio typis vulgatum, sed illum mihi offendere mini-
 mè licuit, adeòque usus sum altera editione, quam
 Johannes Angelus Scinzenzeler Mediolani curavit an-
 no MDVII. Novas subinde curas adhibuit, ut accu-
 ratius pleniusque perdifficile hoc Ciceronis opus ex-
 planaretur, aliamque dedit ad Bonacursium Episto-
 lam, quæ præsentem excusa fuit, legiturque in-
 calce, his verbis concepta: „ Habes doctissime atque
 „ Optime, Bone Accursi Pisane, Opus longè ma-
 „ jus, atque uberius, quàm uti initio promisi, qui
 „ non solum difficiliora quædam & annotatu dignio-
 „ ra edere contentus fui, sed cum Virorum quo-
 „ rundam bonorum, & doctrina præstantium exhor-
 „ tatione, tum verò tuis & præstantissimi doctissimi-

B „ que Viri, Comitis, & Ducalis Quæstoris *Johan-*
 „ *nis Francisci Turriani* efflagitationibus, ita omnes
 „ locos in his Ciceronis Epistolis adductus sum ut
 „ explanarem, ut non solum qui vel longius in hac
 „ dicendi arte provecti, & qui jam in cursu essent,
 „ verùm etiam omnino rudes haberent, quo tantum
 „ pelagus tutò ingredi auderent, & ad portum per-
 „ venire possent. In quo quantum laudis & benivo-
 „ lentia mihi à Viris bonis futurum confido, tantum
 „ invidia & detractionis, & maledicentia jam nunc
 „ à malivolis quibusdam esse intelligo, quos omnia
 „ pervertentes, officio meo detrahere audio. „ At-
 „ que hic contra eos, qui labores suos carpebant, in-
 „ vehitur, occurritque accusationibus, quas in ipsum
 „ contorquere possent, cum non ambitione aliqua du-
 „ ctus, sed desiderio promovendæ ad studia juventutis,
 „ rem multo tempore maturandam citius protulisset,
 „ quàm esse pro merito videbatur. Argumenta, quibus
 „ & suum nomen, & susceptæ arduæ provincie acce-
 „ leratam ultimam manum tueri contendit, in eadem
 „ Epistola, quam integram ad calcem dabimus, com-
 „ modius percurrere poterit Lector. Prætereundum
 „ minimè puto, primum eum fuisse, qui hunc callem
 „ dumis undique confitum, nec antea tentatum reclu-
 „ deret; id enim ipsemet testatur inquires: „ Non-
 „ modò me invidia cariturum, verùm etiam laudem
 „ magnam, & gloriam affecuturum confido, cui
 „ quod nemo ætate nostra ex iis, qui vel doctissimi
 „ habiti sunt, facere ausus est, cum bonorum, & eo-
 „ rundem doctorum gratia & laude, contigerit, ut
 „ totum Ciceronem in Epistolis familiaribus patefa-
 „ cerem, efficeremque, ut id pelagus à multis na-
 „ vigaretur, quod antea fuerat ignoratum, & inta-
 „ ctum &c. „ Porro laborem hunc eximie commenda-
 „ vit M. Ant. Sabellicus in Dialogo de *Latina Lingua*
 „ *reparatione*, inquires: „ Ubertinus ille Crescentinas,
 „ qui familiares Ciceronis Epistolas diligenti enarra-
 „ tione familiarissimas reddidit, non minus meo ju-
 „ dicio meretur, quàm qui peregrè profecturis via-
 „ ticum officiosè comparet. Nulla lectio est, in-
 „ qua teneriora ingenia facilius coalescant, sed mul-
 „ ta prius in eo opere ignoratione rerum obscura;
 „ multæ dicendi virtutes parum intellectæ. Quæ res
 „ in causa fuit, ut qui omnia altiùs scrutari solent,
 „ diu non temerè eam lectionem adierint; at nunc
 „ communis facta, & in qua adolescentes, velut
 „ in primo studiorum limine paulisper immorati, mi-
 „ rum in modum proficiant.

E Oratoris artis interpretem agebat *Ubertinus Cle-*
ricus, eoque in Officio gloriabatur, multos se alum-
 nos non sine magna & laude & gratia peperisse, quo-
 tidieque parere. Papiæ primùm per septennium do-
 cuit, dein Mediolanum migravit, à Francisco Sfor-
 tia, filioque Galeatio benignissimè exceptus, quem-
 admodum Bonacursius Pisanus, in Epistola huic operi
 præfixa, scribit ad Mecœnatem suum *Johannem Fran-*
ciscum Turrianum, eximie Ubertinum commendans.
 Postmodum dimisso spontè publico docendi munere,
 ob immutatas Mediolanensis regiminis vices, nefariè
 perempto Galeatio Duce, Casalem S. Evasii se recep-
 it, ibique Literariam Palæstram aperuit, liberali
 sti-

(m) Epist. LXXXIII.
 (n) Epist. LXXXIX.

(a) Itor. Mil. lib. I. Cap. XXVII. pag. 165.
 (b) Ad annum 1475.

stipendio ab illius Urbis Civibus . ac Domino Marchione Montisferrati donatus . Hæc refert Ubertinus in Epistola ad Magnificum & splendidissimum Virum Guidonem de Sancto Georgio, Comitem de Blandrate , & primum Marchionalem Camerarium , & Consiliarium dignissimum , qua eidem dicat Commentaria sua in Epistolas Heroidum Ovidii . Siquidem ait , functum se fuisse interpretandi munere Papiæ ac Mediolani , honesta ubique mercede conductum , gratiamque ac benignitatem Principum Mediolanensium expertum . At cæso Galeatio , pulsusque in exilium Afcanio , & Ludovico fratribus , necnon Roberto Sanseverino , in quibus plurimum spei ac præsidii sui collocaverat , fatiis duxisse in Montemferratum , Casaleque se conferre , sub Principis illius auspicio , qui studia laboresque suos clementi patrocinio foveret . Digna sunt , quæ huic Historiæ inserantur , verba in calce descripta : „ Interpretatio Epistolarum Heroidum Ovidii , non ad ostentationem ingenii , sed ad communem utilitatem ab Hubertino cognomine Clerico , Crescentinæ edita , impressa est in loco Casalis S. Evaxii , anno Salutis humanæ MCCCCLXXXI. octavo Idus Septembris , prædicto Hubertino artem dicendi in ipso loco Casalis publicè interpretante , salario & stipe ipsius Civitatis , & in primis Illustrissimi Excellentissimi que Gulielmi Marchionis Montisferrati , Sacri Romani Imperii Principis , Vicarii perpetui , ac Ducalis Mediolanensium Capitanei Generalis , bello paceque clarissimi , anno ejus Marchionatus felicissimi decimo septimo , anno verò septimo , ex quo Casalis Oppidum , ipsius præstantissimi Principis beneficio & munere , Civitatis nomen , Episcopatus decus , & denique non minus morum , quam ædificiorum renovationem adeptus est . Impressit Gulielmus de Canepa-nova , de Campanilibus de Sancto Salvatore , impensâ prædicti Hubertini , venerabilisque & integerrimi Sacerdotis Presbyteri Stephani de Ulmo , de loco Sessami , Præpositi Bubbii , & Canonici in Æde dicti S. Evaxii . Si qui errores vel in defectu , vel in mutatione literarum fuerint , non ascribantur Auctori , qui brevè majora est editurus . „ Sanè illa Civitas Episcopali dignitate aucta est à Sixto IV. Summo Pontifice anno MCCCCLXXIV. , ut ex Ughello constat , qui Apostolicas ejusdem Literas recitat . Ceterum editionem hanc in Casalis Urbe , memorato anno peractam , eò lubentius retuli , quòd eam viderim à Typographicæ historiæ Scriptoribus proflus ignoratam , tanto Casalis S. Evaxii silentio , ut neque crediderint Seculo XV. præla ibidem constitisse .

Quando autem Ubertinus Clericus brevè majora se editurum hinc pollicitus fuit , non abs re erit referre , quæ ipse in prima ad Bonacursium Pisanum Epistola scribit ; postquam enim Commentaria in Epistolas familiares Ciceronis , laborum suorum & vigiliarum primitias vocavit , subjungit , se ubi viderit ipsius , & Christophori Cambiagi viri gravissimi judicio hæc probari , vulgaturum propediem , quæ in primo Nasonis Metamorphoseon , & in Officia Ciceronis non negligenter conscripserat ; deinde ad alios idoneos Auctores illustrandos calamum conversurum . Num verò , præter enunciatos libros typis impressos , promissa hæc nova literaria suppellex in lucem producta fuerit , mihi hætenus est incompertum . Duplex Ubertini manuscriptum Epigramma , ut jam retulimus (c) , legitur in Codice Bibliothecæ Ambrosianæ post octo Sfortiadis Libros ; in iis verò Franciscum Philadelphum auctorem tam effusa laude commendat , ut ipsemet , licet gloriæ avidissimus , moderationem suadere debuerit hoc Carmine , ibidem exarato :

*Hubertine meos laudibus efferens
Versus , & numeris scripta reconditis ,
Illud consequeris , quòd mihi funditus
Cordis vim referas tui .*

(c) Ad Annum 1476.

*Verum , dum nimis hunc diligis , uberem
Qui tantam ingenii luxuriam tui
Et mores probat , hujus inde modestiam
Cura parcius efferas .
Livor summa petit , nemo protervius
Terfitem studuit vincere Nevium ,
Nemo nec Bavium carminis ensibus
Certat fundere sordidum .
Quare judicio præferimus tuo ,
Qua me prosequeris vim nimiam boni
Erga nos animi , qui facit ut mihi
Sis jucundior admodum .*

Platinus quoque Platus , eidem amore conjunctissimus fuit , dumque illius opus in Epistolas familiares Ciceronis Mediolani ederetur , Epigramma in Ubertini laudem ad Octavianum Vicomercatum dedit (d) , quod ita incipit :

*Ingeniis antiqua suis ne Secula tantum
Illustrata putes , inclyta nostra vide .
Ex Hubertino Crescentinate latinis
Utile manavit , quod modo prompsit opus , &c.*

Imò neque hoc contentus , Amplissimos Senatus Mediolanensis Patres hortatus est , ut Oratoriæ artis Magisterio insignem hunc Rhetorem præficerent :

*Nostra (quod invidiam citra dicatur) abundat
Urbs opibus magnis , egregiisque Viris .
Sed studia , accedat si Rhetor , ut ipsa requirit ,
Hubertinus , erunt uberiora Patres .*

Inter Codices manuscriptos Bibliothecæ Ambrosianæ , descriptam reperi Orationem , habitam ab Ubertino Clerico Crescentinate in laudem Illustrissimi quondam Domini Francisci Sfortiæ , Ducis Mediolani . Eam recitavit in amplissimo Conventu Senatus Mediolanensis , Magistratuum , ac Nobilium , cum annua memoria recurreret acerbæ mortis , qua splendidissimum illud Sfortianæ Familiæ lumen defecit . Piam hanc celebritatem quotannis renovandam indixerant tum Dux Galeatius Maria filius , tum Urbis nostræ clavo regendo delecti Optimates , ut videlicet talis tantique Principis annua parentalia , non solum sacris religiosisque ex Christiana institutione cæremoniis , precibusque , sed etiam oratorio laudum vestigali absolventur . Æquum enim erat , inquit Crescentinus , ut qui rebus præclarissimè gestis immortalem consecutus fuerat gloriam , nulla quoque ætate laudari desineret . Compta est & erudita hæc Oratio , qua Ubertinus non tam Francisci Patris , quàm Galeatii Mariæ primogeniti virtutes exornat , hæc subdens in fine : „ qui tanto consilio , tanta gravitate , tanta constantia , tanta denique justitia , & se , & imperium , à patre relictum gerit & tuetur , ut non tam op- „ tandus nobis sit Franciscus Sfortia , qui cum sum- „ ma gloria naturæ jamdiu satisfecit , quàm perpe- „ tuò memorandus , quòd & talis fuit , & talem no- „ bis Principem genuit . „ Hinc verò tempus erui- „ mus , quo Ubertinus in hisce annis inferiis , Francis- „ sco celebraris peroravit ; cum enim illum jamdiu ex- „ tinctum asserat , vivoque Principi Galeatio laudem contexit , palam fit , proximè ad annum MCCCCLXXVI. , qui postremus fuit infelici huic Duci , funebrem Patris laudationem fuisse ab Ubertino Clerico pronunciatam .

ANNO

(d) Inter Plati Epigramm. pag. 16.

ALEXANDER MINUTIANUS.

Licet etiam hoc anno, multa Civium strage, ut Corius refert (a), pestis per Urbem nostram sævissimè debaccharetur, ociari præla minimè passi sunt insignes doctrinâ Viri. Primus in Literariam arenam descendit *Alexander Minutianus*, vindicaturus Horatii Flacci gloriam, plurimum deformatam ab infulso quodam Interprete, qui superiore anno illius Opera Mediolani edenda, atque illustranda suscepit. Rem totam narrat ipse in Epistola ad *Magnificum Virum Bartholomæum Calchum, Ducalium Secretorum Magistrum*, cui opus suum dicat, inquit, se quæsitum à Stephano Cremonensi, qui ob singularem prudentiam, virtutesque eximias, carus, & consubernalis Calchi erat, ut manus novæ editioni Horatii Operum admoveret, cui recentissimis in eundem interpretationibus temerarius, & sacrilegus cuiusdam conatus majestatem adedò abstulerat, ut brevè totus contabuisse Horatius; nec recusare hoc onus potuisse, victum potius negandi verecundiâ, quàm quòd id præstare se posse consideret. Transit subinde ad texendas laudes Calcho, quas alibi jam retulimus, cùm de docto illo Mediolanensium Studiorum Mecœnate incidit sermo. Itaque provinciam hanc aggressus, nobiliori cultu adornatum Flaccum vulgavit, sed tacito illius nomine, cui temeritatis, & sacrilegii notam proximè relatum infigit; neque mihi rescire id licuit, cùm præteriti anni editionem non viderim, eamque tantùm indicatam à Maittaire ad eundem annum repererim, adjecto in calce nomine *Augustini Mariae Conagi*, cujus impensis peracti fuit; an verò præter impensas, infelices etiam interpretationes addiderit, quas acri adedò censura Stephanus Cremonensis, & Minutianus confixere, prorsus me latet. Alios quidem *Conagos, Gabrielem* nempe, ac *Lucinum*, in excusis Mediolani Seculo XV. codicibus, memoratos vidi, cùm primus pecuniam erogaverit ad imprimendos *Ovidii Fastorum* Libros anno MCCCLXXXIX., & additamenta ad *Nonnium Marcellum* anno MD., alter Epigrammata condiderit in laudem Grammaticæ *Perotti Syponcini* anno MCCCLXXXIII., & *Musicæ Franchini Gafuri* anno MCCCXCVI.; *Augustinum* hunc ista solùm editione notum inveni.

STEPHANUS CREMONENSIS.

Stephanum Cremonensem Calcho acceptissimum, quem memorabat Minutianus, non alium esse crediderim, quàm *Stephanum Nigrum*, qui Mediolanum delatus, insigni doctrinæ famâ per hæc tempora clarere apud nos cœpit. Græcam præcipuè linguam optimè calluit, Institutore usus *Demetrio Calchondyla*, cui etiam familiarissimus fuit. Quocirca cùm Præceptor ille suos rarum illud ac pretiosum opus, *Græcum* nempe *Lexicon Svidæ* in lucem educeret, Mediolanensibus typis impressum, Stephanus Niger Dialogum græcè scriptum eidem præfixit, in quo Bibliopolam, cum Juvene studii amante colloquentem inducit, illius libri utilitatem exponens, stipemque *trium aureorum* ad eum ex officina redimendum constituens. *Demetrio* Præceptore è vivis erepto, publicam ipse Cathedram in hac Urbe ad instituendam græco idiomate Juventutem affectavit, rogavitque sæpius *Johannem Franciscum Marlianum* Mediolanensis Senatus Præsidentem, ut eâ donaretur, sed frustra; non quòd Candidati idonei, atque ipso melio-

(a) Ad hunc annum.

A res tunc forent, qui in ea gerenda provinciam palmam eidem præripere possent, sed quia Marlianus, *Basilio*, *Demetrii Calchondylæ* filio, cùm Mediolanum rediisset, id munus conferre meditabatur. Scripsit igitur ad *Marlianum Niger*, se audivisse, *Basilium*, beneficio *Johannis Lascaris*, à quo unice diligebatur, Romæ publicè profiteri, esseque Summo Pontifici, ob Patris memoriam, oppidò quàm acceptum, nec inde Mediolanum amplius reversurum; quocirca voti tandem sui compos est factus, annuo insuper stipendio statuto, quod se debere ait Illustrissimo Viro *Antonio Prato*, utriusque Galliarum Magno Cancellario, in Libro de *nimia Obsoniorum appetentia* eidem dicato, & impresso Mediolani, cum aliis nonnullis ejusdem Operibus, per *Johannem de Castoliono*, anno MDXXI.

B Oratoriam quoque artem Mediolani publicè docuit, Mediolanensi Duce (Maximiliano fortasse *Sfortia*) id honoris largiente, ut ipse Niger testatur in calce Præfationis ad *T. Livium*, quem Auditoribus suis interpretandum suscepit, his verbis: „ Huic „ meæ orationi finem imponam, si tamen prius etiam „ inclyto Duci nostro, qui honestissimum hunc locum „ cum nobis designaverit, & vobis, qui summa attentione me dicentem audiveritis, gratias egero „ immortalis, quorum alteri quidem de laudibus ipsius „ *composita*, atque in lucem edita oratione; alteris verò, idest vobis, assiduo labore, multisque vigiliis, modò nostrâ operâ uti non dedignemini, „ latis pro viribus facere conabimur. Nam sive „ græcè tantùm quispiam, sive latinè, seu in utraque „ literatura voluerit erudiri, dabimus equidem „ operam, ut brevè aut in alterutra, aut in utraque „ plurimum proficiat; cùm deinceps utriusque „ linguæ probatissimos, ac præstantissimos simus Auditores publicè interpretaturi. „ Plures ingenii sui foetus in lucem edidit, quos recenset *Franciscus Arisius* in sua *Cremona Literata* (b), inter quos adnumeratam minimè legi geminam lucubrationem, cujus idem Niger mentionem agit, *Orationem* videlicet de laudibus Ducis Mediolanensis, in Præfatione proximè indicata, & *Commentariolum in Hermogenem*, quem in fine Libri de *nimia Obsoniorum appetentia*, se paulò post vulgaturum ait, inscribendum nomini *Antonii Prati*, subjungens: „ quod profectò „ jamdudum fecissemus, ni maxima vis morbi, quo „ superiore anno laboravimus, nostrum remorata „ esset desiderium. „ Præstat hic tantùm referre nomina Procerum, quos operum suorum Mecœnates adhibuit, quique ab *Arisio* minimè indicantur, cùm tamen Literariæ historiæ pars hæc sit, non spernenda. Itaque inscripsit *Icones Philostrati* è græco translatae *Johanni Groslerio* Lugdunensi, Christianissimi Francorum Regis à Secretis, ac Insulbrum Quæstori primario; *Commentariolum in aurea Pitagoræ carmina* *Lazaro & Georgio de Selva*, amplissimi Senatus Mediolanensis Præsidis filiis; *Quinque Chrias*, quas filias suas appellat, Ancillasque Præfationes tres in *Homerum*, *Pindarum*, & *Livium*, habitas in publico Mediolani gymnasio, *Antonio & Gulielmo* filiis Magni Cancellarii *Antonii Prati*; & *Musoniam de Principe optimo*, necnon *Isocratis Orationem de Regis muneribus*, utriusque Literaturæ peritissimo Viro *Galeatio Vicecomiti*. *Franciscus Arisius* in commendationem tam docti Viri adnotandum censuit, tamquam præclari ingenii indicium, iniisse illum cum *Alciato* nostro amicam necessitudinem, inquit: *Inter præcipuos Amicos habuit magnum Juris, ac omnis eruditionis Oraculum, Andream Alciatum, à quo crebrò illustribus Carminibus commendatur.*

Ste.

(b) Tom. I. fol. 396.

Stephani hujus nomen quamplures illius ævi Poë-
tæ celebravere, eorumque carmina impressa legun-
tur inter edita ejusdem opera; unum addo Platini
Plati, qui nomen impositurus edendis in lucem Ele-
giis, & Epigrammatis suis, veteribus, novisque, hæc
ad Nigrum scribit (c):

*Unum redde precor duo nostra vocabula græcum,
O cui se totam Pallas, amice, dedit.
Seminovum carmen baptiza, semivetusque,
Nomen erit libro, quod dabis ipse meo;*

& sanè librum illum evulgavit, indito nomine *Pa-
leoneos*. Memorat cum laude *Stephanum Nigrum*.
Michaël Maittaire, inquit (d): „Hic Niger est
„ex Casali Majore Cremonensis agri, cujus Dialo-
„gum habemus eruditissimum, editum Mediolani
„MDXVII. ubi comperimus, ipsum consuevisse
„quatuor Viros, quàm sæpissimè sua Oratione ce-
„lebrare, quos, inter utriusque literaturæ peritissi-
„mos, Principatum facilè obtinere ingenuè fatebatur,
„*Demetrium* scilicet *Calchondylam*, Præceptorem
„suum, qui (ut ipse ait) jamdiu in hac nostra in-
„clyta Civitate, publico conductus stipendio græ-
„cas docet literas: *Johannem Lascarum*, qui nunc
„Venetiis honorificentissimè regium agit Legatum:
„*Marcum Musurum* Cretem, qui Patavii publicè
„profiteretur: *Aldum Romanum*, cujus opera ac stu-
„dio Republica Literaria plurimum adaucta est.

Inter Mediolanenses Scriptores eundem enume-
rat Picinellus (e), sed nullo adducto documento,
quo patria Mediolanum ipsi vindicetur. Si rectè in-
terpretari mihi contigit cognomen *Stephani* à Minu-
tiano enunciati, *Cremonensi* Urbi concedendum esse
doctum hunc Virum, coævi ejusdem Minutiani te-
stimonium evincit; quamvis ne Interprete quidem
opus est, si, teste Arisio, ipse Niger *Cremonensem*
se inscripsit in Epigrammate ante *Introductorium*
Anatomicum Jacobi Berengarii de Carpio, impressum
Bononiæ anno MDXXIII. Quicumque tamen locus
Nigrum nascentem exceperit, infelix certè fuit exi-
tus vitæ. Siquidem concussa bellicis Germani, Gal-
licique exercitus tumultibus Insubrum Regione,
fraudatus primùm annuo stipendio, dein rei familia-
ris inopiã pressus, in lacrymis & sordibus miserri-
mè defecit, ut Pierii Valeriani (f) verbis Arisius
idem enarrat.

FRANCISCUS PUTEOLANUS.

Franciscus Puteolanus iterum hoc anno Zarotti
prælo submitit *Commentaria* Johannis Simonettæ de
Vita & rebus gestis Francisci I. Sfortiæ Ducis Me-
diolani, auspiciis & jussu Illustrissimi Ludovici Sfor-
tiæ, ut in calce adnotatur. Præcedit eadem Oratio,
seu Panegyrica Epistola, quæ primam editionem
ornabat, quæque instar Oraculi fuit, cum brevè dif-
fundendum in finitimas exterasque regiones hoc opus,
nomenque ubique celebrandum Genitoris simul, ac
Filii, polliceretur. Sanè ad inopiam redacta fuisse
exemplaria, ac nondum satis expletum eruditorum
hominum desiderium egregiæ hujus historiæ perle-
gendæ, nova ista impressio testatur, iniquo adeò
tempore furentis pestis, multique ob libri molem
curis parata. Quanta eloquentiæ ubertate affluat,
quamque expleret laudum pompam erga Sfortianos
hos Principes Oratio prædicta, vix attingi ad annum
MCCCCLXXX.; proinde verò locus hic foret pro-
dendi vim eam ingenii, quam ostentare visus est Pu-
teolanus, veterum Oratorum, Cæsares suos commen-
dantium imitatione; sed ne historiæ avidum, Rheto-
Tom. I.

(c) Pag. 8.
(d) Annal. Typogr. Tom. I. pag. 258.
(e) Athen. Mediol.
(f) De Infel. Literat. lib. II.
(g) Tom. XIII. pag. 263.

A ricis hisce flosculis Lectorem detineam, ad extre-
mas paginas, in quibus integra recuderetur, si per-
currere libeat, illum remitto. Plura in Prodomo
de *Ludovici Mariæ* erga literas patrocinio & amore;
non secus ac de *Puteolano* ad annum MCCC-
LXXXII. abundè scripsi, quo circa hinc calamum
retraho.

ROBERTUS DE LITIO.

Inferere huic historiæ mens mea non erat *Qua-
dragesimale Roberti de Litio*, hoc eodem anno Zarotti
torcularibus impressum; sed cum opus ipsum sæpius
recusum, notum sit magis, quàm Auctoris cognomen
ac dignitas, isque aliquando Mediolani moratus fue-
rit Pontificius Orator, illum silentio prorsus invol-
vere incongruum duxi. *Dominicus de Angelis*, in-
eunte currenti seculo, Neapolitanis typis ejus vitam
ediderat; egregium inde laborem suscipiens, Salenti-
norum doctrinã insignium Literaria Opera, & res
gestas è tenebris eruendi, à Roberto exordium ce-
pit. Relata hæc omnia in compendium leguntur in
Ephemeride Literatorum Veneta (g), atque inde
comperimus, Auctorem hunc in lucem editum fuisse
anno MCCCXXV. Aletii, Urbe præcipua Neapo-
litani Regni in Japigia, ex *Caracciola* nobilissima
stirpe, *Leonis & Brundusii* appellata. Seraphicum
postea Ordinem amplexus, Evangelicæ per Italiam
prædicationi totus inhæsit, tanta celebritate famæ ob
sacræ vim eloquentiæ, fructumque animarum, ut
alter Paulus passim nuncuparetur, incisã etiam in-
tumulo tam gloriosæ appellationis memoriã, ut infra
videbimus. Delectus postmodum fuit à Calixto III.
Summo Pontifice ad Franciscum Sfortiam Insubrum
Ducem, & Ludovicum Marchionem Montisferrati
Legatus, ut in eorum Regionibus subsidia, quæ *De-
cimas* vocant, pro bello contra Infideles gerendo
colligeret. Qua in re felicissimè confecta, dignum
eundem peculiari commendatione censuit Calixtus,
adeoque ad illum laude refertas Breves Literas de-
dit, quas in Annales suos intulit Lucas Wadingus
(h). Is etiam refert, cum Mediolanum profectus
fuisset Robertus, ob celebranda Generalia Ordinis sui
Comitia, summã apud Franciscum Sfortiam propter
Concionum excellentiam, gratiã floruisse (i). Ad A-
quinatam Infulam à Sixto IV. promotus, neque di-
gnitatis altiori gradu, neque sollicitudine pastoralium
curarum, à suscepto munere disseminandi Verbum
Dei unquam dimoveri se passus fuit, in eodem per
annos quinquaginta usque ad mortem constantissimè
perseverans, quemadmodum adnotatur in funebri
Elogio, seu Tetrastico, quod sepulcro illius inscri-
ptum recitant Ughellus (l), & Wadingus (m).
Uterque ait conditum fuisse hoc Epitaphium ab *Her-
molao Barbaro* Viro doctissimo; sed prorsus citra-
verum, cum anno præcedente Roberti obitum, is è
vivis excesserit. Defunctus autem est Robertus anno
MCCCXCV. in S. Francisci Cœnobio patriæ suæ
Lycienfis, ad cujus Ecclesiam, Episcopali auctoritate
regendam, designatus fuerat à Sixto IV., quamvis
ejus obtinendæ spem eidem præciderit festina mors
Summi Pontificis. Magistratus ejusdem Urbis opti-
mo Civi suo marmoreum tumulum extruendum cu-
ravit, in cujus fronte sequens distichon insculptum
voluit:

*Ille Robertus hic est, Christi, quo Præsule, Vatum
Nemo post Paulum clarior Orbe fuit.*

Ignota exitit ætas, & cognatio hujus Antistitis Ca-
rolo Josepho Imbonato, qui in quinto Bibliothecæ
Rabbinicæ Volumine *Robertum de Lycio* confudit
ff cum

(h) Tom. XIII. Editionis postremæ Romanæ fol. 13.
(i) Ibid. fol. 30.
(l) Tom. I. Italiæ Sacræ in Episc. Aquef.
(m) Tom. XV. fol. 117.

CCLXXXI HISTORIA TYPOGRAPHICO-LITERARIA CCLXXXII

eum Roberto *Lecestrio* Anglo, jam à seculo ferme & dimidio ante illum demortuo (n). Aliorum errores de hoc Auctore fugillat relata Veneta *Literarum Ephemeris*. Eiusdem Operum Catalogum contexit in illius Vita *Dominicus de Angelis*, quæ tamen, ut plurimum, in re concionatoria versantur. Per octo *Quadragesimas* se divina eloquia Neapoli effudisse in populum sacro è suggestu, Rege jubente, narrat idem Robertus in Epistola nuncupatoria ad *Alphonsum Ducem Calabriae*, *Ferdinandi Regis primogenitum*, quam præmisit Libro inscripto *Speculum Fides*. Sanè *Quadragesimale* hoc anno editum

A Mediolani, compactum fuit instante ipso Rege *Ferdinando*, cui etiam illud Auctor dicavit; an autem idem sit cum altero, superiore anno Venetiis impresso, ac relato in *Ephemeride* memorata, compertum non habeo, cum editionem Venetam minimè inspexerim. Res ab illo gestas, multa cum laude, in *Epitomen* rededit *Wadingus* ad annum *MCCCXCV*. qui tamen excitatus à Roberto in Ordine suo turbas, sparsim in aliis *Annalium* voluminibus dolet, narrans postmodum, præclaro religiosæ demissionis exemplo, eas demum quievisse.

ANNO MCCCLXXXVII.

JOHANNES PETRUS NOVARIENSIS.

N Eminem ferme hic annus exhibet ex doctis Mediolani degentibus Viris, qui nova fruge aut sua, aut aliena, literariam auxerit messem. Solummodo memoratum in editis Codicibus vidi *Johannem Petrum Novariensem*, quin tamen illius cognomen deprehendi possit; cum neque alicubi designetur, neque in *Musæo Novariensi Lazari Augustini Cottæ* quisquam occurrat, qui cum ea ætate componi valeat, atque unus tantum ibidem recensatur hoc nomine, doctrinæque famâ apud nos clarus, nempe *Johannes Petrus Gallaratus*, è patricia Novariensi gente progenitus, qui ad erudiendam juventutem in publico Mediolani gymnasio, per decem annos *Eloquentiæ Institutur*, revocatus in patriam fuit, ut in novo *Canobiano Lycæo* humaniora studia profiteretur; sed is per integrum seculum ab his temporibus distat, dignus nihilominus, utpote de literis nostris benemeritus, ac vulgatis facundiæ suæ monumentis conspicuus, in grati animi testimonium, faldem hîc obiter memorari. Itaque, quicumque tandem is fuerit, ejusdem diligentiae debemus, quod *Pii II. Epistolæ* sedulis curis recognitæ è prælis nostris castigatioribus emerferint.

Breviarium quoque *Ambrosianum* hoc anno recusum fuit, illudque servat elegantissimè in pergama impressum *Metropolitana Collegii Ordinariorum Bibliotheca*. Meretur illud hîc adnotari, cum inde dignoscamus, sua ad res sacras edendas præla constituisse in *Ecclesiasticis domiciliis*, quod utinam nostra etiam ætate renovaretur; diligentius enim, atque nobilius elaborati prodirent, divinis recitandis precibus ac celebrandis mysteriis, dispositi libri. Extat in ejusdem calce hæc memoria, typis nempe id vulgatum fuisse in *Canonica S. Ambrosii, labore, cura, & dispendio Zentilini de Mayno, Ecclesiæ Majoris Mediolani Presbytero, & Cardinali nuncupato, & Divi Ambrosii Ecclesiæ Mediolani Canonico, ac Bruzani Præposito*. Cardinalium titulus longo etiam post tempore apud *Canonicos Ordinarios Metropolitanæ nostræ Basilicæ* perduravit, non secus ac multiplex in distitis Ecclesiis *Beneficiorum possessio*, cujus quamplura exempla proferre possem ex antiquissimo *Archivo insignis Collegii Canonicorum S. Georgii*, appellati in *Palatio*, præter ea, quæ alibi jam adduxi (a). Mos autem iste invaluit, præcipuè penès *Canonicos Ordinarios Mediolanensis Ecclesiæ*, donec salutari decreto *Sacrofancti Tridentini Concilii* prorsus abrogatus est, ac deletus.

Ceteros probatorum Auctorum libros, quos ad subsidium *Eloquentiæ, Jurisprudentiæ, ac Medicinæ, seu publicæ utilitatis, seu privati etiam lucris amore Typographi ipsi, currente hoc anno, spontè edidere, suo loco enumerabimus.*

B Interim ne vacuum omnino literaria eruditione hunc annum dimittam, proferre lubet hoc loco vetustam Chartam, qua implexus adhuc in re historica nodus facillè solvitur. Eam servat prædives veterum documentorum *Archivum*, nuper memoratum, *Sancti Georgii in Palatio*, cui in ordinem redigendo sedulam curam impendit *Joseph Maria Saxius*, ejusdem *Ecclesiæ Canonicus, & Fratris mei filius*. *Apographa* quidem est, sed seculo XI. scripta, ut ex *Tabellione, & testibus*, qui illo ævo, in aliis *pergamenis contractuum tabulis, subscripti* occurrunt, evincitur. Continet illa commutationem quandam prædiorum inter *Adelgrausum Episcopum Laudensem, & Richardum Decumanum Presbyterum S. Mediolanensis Ecclesiæ, officialem Ecclesiæ S. Georgii*; eorumque temporum consueto more, ab *Otonis I. Imperatoris, ejusque filii annis* exorditur, his verbis: *In Christi nomine. Otto Dei gratia Imperator Augustus, anno Imperii ejus nono, & item Otto Imperator filio ejus, anno Imperii ejus tertio, octavo Kal. Februarias, Indictione tertia decima*, quæ annum designat *DCCCCLXX*.

C Scriptorum omnium testimonio constat, *Otonem I. augustâ Imperii coronâ donatum fuisse Romæ à Johanne XII. Summo Pontifice, anno DCCCCLXII.* sed quo mense, aut die peracta sit ea celebritas, nemo adnotavit. *Pagius* ex *Diplomate* ab *Ottone* dato in *Ecclesiæ Romanæ* favorem, sub die tertia decima mensis *Februarii* ejusdem anni, nihil aliud statuit, nisi ante diem XIII. mensis prædicti, ab illo Imperatore acceptam coronam. Clariorem his tenebris lucem affundit *pergama hæc nostra, quæ Indictione XIII., ut dicebam, signans annum DCCCCLXX. nonum Imperii Otonis* annum numerat, *octavo Kal. Februarias, idest die XXV. Januarii*; jam ergo ante illum diem solemnem inauguratione renunciatus fuerat Imperator. Hinc verò si historias cum hac Charta componamus, planè compertum erit, circa medium *Januarii* susceptam *Romæ fuisse ab Ottone I. Imperii coronam*. Siquidem, cum *Natalitium Domini Festum diem Papiæ* degens celebraverit; inde autem *Romam profectus, universum secum exercitum duxerit, plures dies tum itineri peragendo, tum parandæ in Alma Urbe celebritati, absumi debuere, adeò ut citius illam contigisse minimè sit credendum.*

D Lumen alterum historicum eadem Charta suppe-ditat, nempe *Laudensem Episcopum Adelgrausum*, quem prorsus ignoravit *Ughellus*; in ea enim temporum caligine, vix unum expiscatus est *Ecclesiæ illius Antistitem* ab anno *DCCCXXIV. ad annum DCCCCLXXII. Oggerium* nomine, cujus etiam genus, patriam, acta, & tempus initæ, dimissæque *Sedis omnino* filet, inopiâ documentorum.

E Memorantur in hac Charta *Juges*, quorum frequens mentio per eam ætatem in Documentis occurrit. *Ducangius* hanc vocem, ejusque exempla, è publicis

(n) Fol. 218.

(a) Dissert. Hist. ad vindicandam veritatem Cap. XVII.

blicis tabulis desumpta refert, sed quam terræ amplitudinem complecterentur, prorsus intactum dimittit. Mihi ex altera ejusdem Archivi Charta deprehendere contigit, quæ agrorum portio apud nos significari eo nomine consuevisset; enunciatis enim mensuris, quas *Perticas* vocant, *Jugium* inde profluentium numerus in calce statuitur; inicitis autem calculis manifestum fit, singulos *Juges* è duodecim *Perticis* fuisse conflatos. Et sanè, *Pertica*, quæ in hoc etiam Documento passim enumeratæ, *Juges* superant, ad decimum numerum pertingunt, sed undecimum excedere nunquam leguntur. Sed jam Chartam proferamus:

IN Christi nomine. Otto Dei gratia Imperator Augustus, anno Imperii ejus nono; & item Otto Imperator filio ejus anno Imperii ejus tertio, octavo Kal. Februarias, Indictione teritiadecima. Commutatio bone fidei noscitur esse contractus, ut vice emptionis obtineat firmitatem eodemque nexu obligat contrahentes. Placuit itaque, & bona convenit voluntate inter Domnus Aldegrausus Sancte Laudensis Ecclesie Episcopus, nec non & Richardus Presbiter de inter Decumanos Sancte Mediolanensis Ecclesie Offitiale Ecclesie Sancti Georgii, & filius quondam Boniperti, ut in Dei nomine debeat dare, sicut & à presenti dedit is ipse Domnus Aldegrausus Episcopus eidem Richardo Presbitero in causa commutationis presenti de suo jure habendum, idest rebus territorii illis ius Episcopati Sancte Laudensis Ecclesie, quibus esse videntur in vico & fundo Rossiate, quod sunt rebus ipsis sediminas tres, Camporas triginta & septem, pratas tres, silva roborea & stallarea, seu cerreto cum area, ubi estant, petia una: Suprascripto sedimen cum Capella habente, consecrata in honore Sanctorum Nazarii & Celsi, & Sancti Vedastri, seu Sancti Martini, cum casis, & puteo, adque broilio, seu prato, & campo, omnia in simul tenente, est per mensuram sedimen ipsum, & broilo cum prato, & campo insimul cum incisas suas jugies legiptimas decem Jugalis quinque. Coheret ei in circuitu da duas partes vias, da tertia Andrei: Secundo Sedimen ibi prope tantum una ex ipsas vias, intermedium est Casas superhabente, & vinea cum area, ubi estat seu campo, omnia insimul tenente. Coheret ei da duas partes vias: est sedimen ipsum, & area ex ipsa vinea, & eodem campo insimul per mensura justa jugies legiptimas tres, & perticas jugales quinque. In tertio Sedimen cum Casina superhabente; est ibi prope & campo uno, qui vocatur Badalauco, ibi se tenente: coheret in circuitu da duas partes vias. Est Sedimen ipsum cum eodem campo insimul tenente per mensuram justa jugies legiptimas sex. Secunda vinea dicitur à Prado Adelberga; est area ejus per mensuram justa perticas jugalis quatuor, & tabulas decem octo: est ei da meridie, & sera Andrei. Tertia vinea dicitur à Selestto; est area ei per mensura perticas jugales septem: est ei da meridie Sancti Ambrosii. Quarto campo ibi se tenente, & dicitur similiter Selestto: coheret ei da duas partes vias; est Campus ipse per mensura justa jugies legiptimas octo, & perticas quatuor, & tabulas octo. Quinto, campo dicitur Antredelli, est perticas jugalis sex: est ei da mane de Monasterio, quod dicitur Aurone. Sexto ibi - - - - jugia legiptima una. Septimo ibi loco est ei da una parte via, est per mensura justa perticas jugales decem. Octavo dicitur à Limidi: est jugies quinque, & perticas legiptimas octo cum tabulis duodecim; est ei da meridie ipsius Monasterio. Nono; Campo ibi se tenente, est jugies quatuor, & perticas jugales - - - - - : coheret ei da mane ipsius Monasterii. Decimo dicitur à Tareineto, est juges duas, & pertica jugalis una: coheret ei da mane

A „ Sancti Ambrosii. Undecimo ibi loco est jugia legiptima una; est ei da mane via. Duodecimo, „ Campo cum ex parte Castaneto, dicitur in Levatico: est per mensura justa insimul jugies undecim, & perticas - - - - - , tabulas quindecim: „ coheret ei in circuitu da mane & sera vias. In „ teritiadecimo Campo, quod est runcus ibi in Levatico, est perticas jugalis novem, & tabulas „ quatuor: est ei da tres partes ejusdem Monasterii. Quartodecimo dicitur à Cerreto; est per mensura „ justa jugies legiptimas - - - - - novem, da „ montes ipsius Monasterii. Quintodecimo dicitur „ in Bulli; est jugias duas, & perticas jugales decem cum tabulis quatuor; est ei da mane parte „ via. Sextodecimo, ibi est jugia una; est ei da „ una parte via, de alias Sancti Ambrosii. Septimo- „ decimo ibi tenente est jugia una - - - - - Octavo- „ decimo dicitur à Cerreto; est ei da una parte via: „ est per mensura jugia una. Nonodecimo, Campo, „ dicitur à Silvugha; coheret ei da mane via; est „ per mensura justa jugias legiptimas tres. Vigesimo „ simo, Campo ibi loco; coheret ei da mane via, „ est per mensura jugia una, & pertica una, cum „ tabulis quindecim. Vigesimo primo, Campo, dicitur „ similiter Silvugha; coheret ei da duas partes „ ejusdem Monasterii, est perticas jugales septem, „ & tabulas duodecim. Vigesimo secundo ibi, est „ perticas jugales sex, & tabulas duodecim: coheret „ ei da meridie Sancti Ambrosii. Vigesimo tertio „ dicitur à Ceregalioli - - - - - mensura „ perticas jugales quinque, & tabulas septem: coheret „ ei da duas partes Sancti Ambrosii. Vigesimo „ quarto dicitur à Silvugla: coheret ei da duas partes „ Sancti Ambrosii; est cum incisas jugies quatuor „ cum perticis octo, & tabulis decem & septem. „ Vigesimo quinto dicitur à Castanea triarola; est ei „ da una parte via: est per mensura jugia una, & „ perticas jugales quatuor. Vigesimo sexto dicitur „ in Campo Sancti Petri; coheret da una parte via: „ est jugia una, & perticas jugales quatuor. Vigesimo „ septimo dicitur à Morgola; est jugia una, & „ perticas jugales novem, cum tabulis duodecim: „ est ei da una parte ejusdem Monasterii. Vigesimo „ octavo ibi da una parte Sancti Ambrosii; est „ perticas quinque, & tabulas decem. Vigesimo „ nono „ ibi loco est perticas septem, & tabulas duodecim, „ da una parte ejusdem Monasterii. Trigesimo, Campo, „ dicitur à Morgula; est per mensuram jugies „ legiptimas octo, & perticas jugales quinque; est „ ei da una parte via. Trigesimo primo, Campo, „ dicitur à Talvuro, est jugies duas; coheret ei da „ duas partes vias. Trigesimo secundo - - - - - „ jugales septem, & tabulas duodecim; est ei da una „ parte Morgula. Trigesimo tertio ibi à Talvuro; „ est ei da una parte Morgula; est per mensura „ jugies legiptimas octo, pertica una, cum tabulis „ octo. Trigesimo quarto, Campo, ibi à Morgula, „ da una - - - - - Morgula, est per mensura „ jugia una. Trigesimo quinto ibi da parte Petri, „ est perticas jugales tres. Trigesimo sexto, ibi, „ - - - - - est jugias duas, da una parte Sancti „ Ambrosii. Trigesimo septimo verò Campo cum „ Runco, & buscalia insimul tenente se cum suprascripta „ Silva roborea: coheret ei da duas partes „ Sancti Ambrosii; est insimul jugies legiptimas „ undecim. Secundo, & tertio Prato dicitur Casubio, „ & Prato cluso; sunt per mensura justa insimul „ jugies legiptimas duas, & perticas jugales duas. „ Suprascripta Silva roborea & stallarea cum suprascripto „ avitato: coheret ei in circuitu da mane „ prato & Silva Sancti Ambrosii; da meridie „ similiter S. Ambrosii, da sera Rio Calendone, & est „ area ejus per mensura justa insimul jugies octuaginta. „ Unde ad vicem recepit ipse Domnus Aldegrausus „ Episcopus ab eodem Richardo Presbitero „ à parte ejusdem Sancte Laudensis Ecclesie „ similiter in causa commutationis nomine presenti ad ha- „ ben-

„ bendum ; hoc sunt casis , & Castrum , seu Capella
 „ una edificata & consecrata in honore Sancti Bas-
 „ siani , & rebus territoriis illis , adque Molendinum
 „ unum in Fluvio Lambro , omnia juris ejusdem Ri-
 „ chardo Presbitero , quod habere visus est in locis ,
 „ & fundis Bargari , Grisinello , Gudi , & Villasca ,
 „ quod omnia simul tenente esse videntur in Comi-
 „ tatu Laudense justa eodem Fluvio Lambro , quod
 „ sunt casis & rebus ipsis inter ipsum Castrum , &
 „ area , ubi ipsa Capella estat , que & in ipso Loco
 „ Bargari , & Sediminas ipsius Loci foris ipso Ca-
 „ stro cum Prato , & Molendinum - - - - - tenente
 „ per mensura justa jugies legitimas quinque de
 „ terris arabilis , tam in ipso loco & fundo Bargari ,
 „ quam & in prædictis locis & fundis Grisinello ,
 „ Gudi , & Villasca ; & sunt per mensura justa ju-
 „ gies octuaginta : de runcoras jugies legitimas
 „ quindecim : de Pratis & Insolis cum Lacis , sunt
 „ per mensura justa jugies legitimas sexaginta . De
 „ Silvis Castaneis sunt areis earum per mensuram
 „ justa jugies legitimas viginti ; seu , & de vineis
 „ sunt areis earum jugies legitimas quinque , atque
 „ de silvis roboreis & stallareis , seu buscaliis & ger-
 „ bis sunt areis earum insimul jugies legitimas cen-
 „ tum quindecim . Quidem & ut ordo Legis depo-
 „ scit , & ad hanc providendam commutationem
 „ accessit super ipsis rebus , idest Abo humilis Dia-
 „ conus de ordine ejusdem Sancte Laudensis Ecele-
 „ sie , Missus idem Domni Adelgrausi Episcopi una
 „ simul cum alii Dominum timentes homines extima-
 „ tores , quorum nomina subterhabentur , quibus ab
 „ ipso Misso comparuit , & ipsis extimatores extima-
 „ verunt , eo quod de melioratam , & ampliata
 „ causam reciperet ipse Dominus Adelgrausus Epi-
 „ scopus ab eodem Richardo Presbitero à parte ejus-
 „ dem Episcopati habendum , quam ei daret , & Le-
 „ gibus commutatio hec fieri posset . His autem ca-
 „ sis , & rebus , adque Capellis superius dictis , una
 „ cum accessionibus , & ingressoras earum , seu su-
 „ perioribus , & inferioribus suorum , sicut superius
 „ legitur , ipsis comutatores , sibi invicem comuta-
 „ tionis nomine tradiderunt , faciendum inde pars
 „ parti à presenti die , quod ut superius in comuta-
 „ tione receperunt cum heredibus , & successoribus ,
 „ suorum proprietario jure Legibus quod voluerint ,
 „ sine omni uni alterius contradictione . Et spon-
 „ derunt ipsis comutatores sibi universis averis cum
 „ heredibus & successoribus , casis , & rebus , Ca-
 „ strum , & Capellis , sicut superius legitur in inte-
 „ grum , ab omni homine defensare , juxta Lex , de
 „ quibus & pena inter se obligaverunt , ut quis ex
 „ ipsis , aut heredes , vel successores suorum se de
 „ hac comutatione removere quesierint , & non per-
 „ manserint in eo omni , qualiter superius legitur ,
 „ vel si ab unumquemque hominum , Casis , & re-
 „ bus ipsis , sicut superius legitur , non defensave-

A „ rint , ut componat illa pars , quæ non conserva-
 „ verit à parte fidem servanti dublis ipsis Casis &
 „ rebus , Castrum & Capellis , sicut superius legi-
 „ tur , sicut pro tempore fuerint , melioratis , aut
 „ valuerint , sub estimatione in eisdem locis , quia
 „ sic inter eis stetit & convenit .
 „ Actum Civitate Mediolani .
 „ Adelgrausus humilis Episcopus à me facta sub-
 „ scripsi .
 „ Abo Diaconus missus fui , ut supra & subscripsi .
 „ Jonam Judex Domnorum Imperatorum extimavi
 „ & subscripsi .
 „ Grimoaldus Judex Domnorum Imperatorum exti-
 „ mavi & subscripsi .
 „ Liuprandus Judex Domnorum Imperatorum exti-
 „ mavi & subscripsi .
 B „ Andreas Judex Domnorum Imperatorum extimavi
 „ & subscripsi .
 „ Giselbertus , qui & Gezo , Judex Domnorum Im-
 „ peratorum extimavi & subscripsi .
 „ Eginulfus Judex Domnorum Imperatorum extimavi
 „ & subscripsi .
 „ Aribertus Judex Domnorum Imperatorum extimavi
 „ & subscripsi .
 „ Lazarus Judex Domnorum Imperatorum rogatus
 „ subscripsi .
 „ Anselmus Notarius rogatus subscripsi .
 „ Arnaldus Notarius Domnorum Imperatorum roga-
 „ tus subscripsi .
 „ Herlembaldus rogatus subscripsi .
 C „ Tebaldus rogatus subscripsi .
 „ Marinus rogatus subscripsi .
 „ David Judex Domnorum Imperatorum rogatus sub-
 „ scripsi .
 „ Auteramus Notarius & Judex Domnorum Impera-
 „ torum scripsi ; post traditum complevi & dedi .
 „ Giselbertus , qui & Gezo , Judex Domnorum Im-
 „ peratorum hunc exemplo ex autentico edita
 „ subscripsi , & me in ipso autentico pro estima-
 „ torem subscripsi , & sic inibi continebatur , sicut
 „ in ista habetur exempla , extra Litteras plus mi-
 „ nusve .
 „ Marinus in hac exempla ex autentico edita sub-
 „ scripsi , & in ipso autentico me rogatus subscri-
 „ psi , & sicut continet in ipso autentico , sicut in
 „ ista legitur exempla , extra Litteras plus minusve .
 E „ Anselmus Notarius in hac exempla ex autentico
 „ edita subscripsi , & in ipso autentico me roga-
 „ tus subscripsi ; & sic continet in ipso autentico ,
 „ sicut in ista legitur exempla , extra Litteras plus
 „ minusve .
 „ † Ego Ambrosius de Valnexio Sacri Palatii No-
 „ tarius Autenticum hujus exempli videns legi ,
 „ & sic in eo continebatur , sicut in isto habetur
 „ exemplo , extra Litteras plus minusve .

ANNO MCCCLXXXVIII.

PAULUS SONCINAS.

D Epulsa à mœnibus istis pertinaci luce, literæ quoque cœpere depresso caput liberius erigere. Primus, qui hoc anno Mediolanenses typos nova luce adornaverit, fuit *Paulus Soncinus* ex Ordine Prædicatorum. Is quadraginta novem S. Thomæ Opuscula, diligentissimè castigata, publici juris fecit, dicavitque *Ascanio Mariæ Sfortiæ*, S. R. E. Cardinali, & Bononiæ Legato Apostolico. In Epistola nuncupatoria narrat *Paulus*, laborasse tunc temporis Principem Ludovicum Mariam Sfortiam, germanum ejusdem fratrem, morbo adeò gravi, ut non tam vitæ periculum imminens timeretur, sed sparsus etiam inter cives mendax rumor ereptum illum morte vulgaret. Solicitatus interim per Literas absens *Ascanius*, Româ confestim excessit, atque itinere concitato patriæ se reddidit, non modò, ut extremos saltem dilectissimo fratri amplexus daret, sed ut *Johanni* quoque Galeatio, immaturam adhuc imperio Mediolanensi ætatem agenti, opportunas ferret suppetias; Hæc autem omnia sub finem superioris anni contigisse, *Corius* in Annalibus refert. Itaque, ab initio statim Epistolæ, in gratulationem de tam felici faustoque ad hanc Urbem reditu *Paulus* effunditur, simulque causam exponit, cur aurea S. Thomæ Opuscula illius nomini inscripserit. Siquidem, cum in iisdem primum locum tenerent libri *de Regimine Principum*, quos ad optimè gerendam Dominationem, Cypri Regi Angelicus Doctor obtulerat, non alium fortiri Mœcœnatem debuerant, quàm illum, qui amplissima Ecclesiastica dignitate ornatus, sacrisque difficillimis Muneribus administrandis delectus, singularis prudentiæ, virtutis, ac dexteritatis exemplum Majorum præceptis addebat.

Porro inter Eruditos Scriptores agitatum est diu, an Libri *de Regimine Principum*, Sancti Aquinatis Magistri foetus legitimus forent, eosque Viri Clarissimi, inter quos Cardinalis Robertus Bellarminus, ad spurios ablegavere. Idem legimus in *Censura Opusculorum, quæ sub Divi Thomæ Aquinatis titulo hætenus prodire*. Eam adhuc ineditam servat Bibliotheca Ambrosiana, elaboratam à Johanne Ambrosio Barbavaria Ordinis Prædicatorum, missamque ad Reverendum Patrem Magistrum Seraphinum *Caballum Brixientem, Ordinis S. Dominici Generalem*. Contra verò Johannes *Paulus Nazarius*, ejusdem Ordinis, integra edita Dissertatione (a), non secus ac *Sebastianus Macius* (b), *Bellarmini* argumenta evertere totis viribus contenderunt. Neutra tamen pars aut oppugnando, aut refellendo, veritatem plenè attingebat, cum de integro opere quæstio apud ipsos ferveret. Controversiæ tandem finem imponere celebres duo Auctores Bibliothecæ Scriptorum Ordinis Dominicani, *Eccardus* & *Quetif*, qui claro plurium veterum Codicum manuscriptorum testimonio compertum fecere, primum illius Operis librum, & alterum etiam usque ad medium capitis quarti, verè ab Angelico Præceptore fuisse conscriptos; reliquum autem, additamentum esse *Ptolomæi de Luca*, cum id & styli varietas, & rerum post obitum S. Thomæ gestarum narratio manifestissimè evincant. Momenta cetera, quibus sententiam suam firmant, vide apud ipsos, ubi de utriusque vita, & Operibus fermonem instituunt.

Nec minor hæsitatio dubios tenuit Auctores, quis ille Cypri Rex foret, ad quem præcepta benè admittunt.

(a) De Scriptis S. Thomæ pag. 22. & seqq.
(b) Ibid.

A nistrandæ Reipublicæ dirigebat S. Doctor Aquinas. Memoratus *Nazarius* impigrè nominat *Americum Lusignanum*, minimè animadvertens, (ut accuratæ posteriorum temporum historiæ docent) *Americum*, seu *Aimericum* vixisse sub initium Seculi XIII. quo nondum in lucem editus fuerat Angelicus Doctor. Alii *Hugonem III.* substituunt, qui procul dubio annis iisdem Cypro dominabatur, quibus sanctitatis & doctrinæ famâ conspicuus *Thomas* florebat; sed cum is brevem in illa Insula moram traxerit, ac senex jam foret, vix credi potest, indigum fuisse rudimentorum ad capeffendum, gerendumque Regnum optimis institutis. Verisimilior igitur est opinio, cui in hærent *Quetif* & *Eccardus*, adlaborasse Sanctum Doctorem *Hugoni II.* erudiendo, qui ab extincto patre puer relictus annorum quatuordecim, imbuedus erat sanis consiliis, ut auspiciatissimè Regnum iniret. Verùm, cum celeri raptus morte decesserit, vel anno eodem suscepti Regni, vel sequenti MCCCLXVII. id fortasse in causa fuit, cur S. Thomas inceptum opus abrumperet.

B Ex qua familia ortum duxerit *Paulus* in Oppido *Soncinæ*, paucis notum fuit; eam designavit *Leander Albertus* in descriptione Italiæ, ubi *Soncinum* illustrat inquiring: *Ornavere Soncinum Paulus Barbus, ex Ordine Prædicatorum, homo doctissimus*. Diversa appellatione illam refert *Franciscus Arifus* in sua *Cremona Literata* (c) *Paulum* vocans *de Barbo*, & *Barbovium* in Indice. Humanam divinamque Philosophiam annis pluribus *Mediolani* professum esse testatur *Isidorus Isolanus*; dein *Ferrariæ*, *Senis*, & *Bononiæ* docuisse, publico donatum stipendio addit *Arifus*. Claruit etiam lucubrationibus suis in lucem emissis, quæ ab Auctoribus *Dominicane Bibliothecæ*, atque uberius à laudato *Arifio* recensentur. Id unum adnotare in laudem præclari hujus viri, mihi præ ceteris licet, strictioris Observantiæ suo in Ordine alumnum eum fuisse, ac curasse, ut in hac Urbe rigidioris disciplinæ institutum, quod *Papæ* jam vigeat, confirmaretur; ita enim *Cardinalem Ascanium* in calce prædictæ Epistolæ alloquitur: „ Illud potest, stremò abs te perhumanissimè flagitaverim, ut Prædicatorum Ordinem, in primis verò nostram hanc regularis vitæ ac cognomenti societatem, & me metipsum, qui te amore prosequimur, observantiâ colimus, & pietate complectimur, ita diligas, ames, juves, atque conserves, ut tuis erigi auspiciis possit, & favoribus illustrari, & amplificari magis ac magis, quo vitam quieti omnes, securique & læti agamus. „ Nec frustratus est anxia vota felix eventus. Siquidem donati paupere recto nonnulli Fratres à Congregatione S. Apollinaris *Papiensis* anno MCCCLXIII. à Comite *Gaspere Vicomercato*, Generali *Mediolanensis* Exercitus Præfecto, extructam sibi subinde viderunt insignem Ecclesiam, sacra omni pretiosa suppellectile ornatam, amplumque Cœnobium sub titulo *S. Mariæ Gratiarum*, quod etiam nunc incolunt religiosissimi S. Patriarchæ *Dominici* filii, amplificatum munificentia *Ludovici Mariæ Sfortiæ*, *Ascanii* fratris, qui pinguem quoque prædiorum dotem illis constituit. *Paulus* tamen *Soncinus*, delectus ad regimen *Cremonensis* Cœnobii, mortales exuvias ibidem deposuit, moriens anno MCCCCXCIV.

C Alterum diligentia suæ monumentum nobis reliquit *Paulus Soncinus*, nempe *Sermones de Sanctis à S. Vincentio Ferrerio* confectos, & à quodam ejusdem Ordinis Fratre *Mediolanensi* quàm accuratè emendatos, cum alibi à Typographis malè habitis fuissent.

t t Eos

(c) Tom. I. fol. 371.

Eos autem in Urbe nostra hoc anno impressos, præfixâ in fronte Epistolâ, dicavit Reverendo Patri, Fratri Calabro Ordinis Prædicatorum, in utraque Lombardia, Vicario Generali.

BETINUS TRICIUS.

Editum fuit hoc anno italicum Poëma, quo Betinus Tricius feralem historiam pestis superius memoratæ describere conatus est, illudque *Letilogiam* appellavit. Singulis autem Urbibus, quas acerrima lues stragibus fœdavit, Mediolano nempe, Papiæ, Laudi, & Novocomo, suam Poëmatum partem assignavit, varia intermiscens ad illarum antiqua ornamenta & decus spectantia. Mecœnatem, cui Opus suum inscriberet, Cardinalem *Ascanium Mariam Sfortiam* delegit, obrinuitque ab eodem, ut sequenti Epigrammate laudaretur:

*Cum virtute nihil toto sit clarius Orbe,
Illius & nostro pectore regnet amor.
Accipio tristes, peracerbaque funera, luctus,
Ac Operis titulum, munera grata tui.
Scilicet egregii generosus muneris auctor
Laudibus extolli debet ubique suis.
Est Opus hoc per se dignum; Guaynerius autem
Effecit verbis dignius esse suis.*

Non segnus fuit ad gratiam rependendam Betinus, alterum hoc carmen ad Ascanium remittens:

*Stagna licet sacri mihi sint ignota liquoris,
Et tenuis nostros dicet avena modos.
Dat numeris experta tamen clementia vires,
Nec cytharæ nervos hæc mea pleetra regunt.
Par igitur nequeat cum Musa referre, libelli
Nomina describi qui tua fronte sinis;
Pectoris hæc tantum concepi vota sub imo,
Arbitrio noscens cetera fausta tuo:
Euboici superes annis ut vatis arenam,
Nulla notet nullos & tibi gemma dies.
Conspicua virtute micans Guaynerius autem
Sentiât optatis prospera cuncta suis.*

Porrò latinum hoc carmen (ut candidè loquar), tolerabilior pars est, ac veluti flosculus, qui ab amplo hujusmodi poëtico agro possit decerpi. Siquidem si poësim ipsam spectemus, ad eò rudis est, latinisque verbis pedagogico more asperata, ut eam, inter infelicis illius seculi quisquillas, non sine stomacho Crescimbenus (d) rejecerit, nonnulla etiam ejusdem carmina referens, depravatæ in hac nobili arte ejus ætatis manifestum exemplum. Si verò historiam perpendamus, vix aliquid memoriâ dignum inde emungere valemus, cum tota vis ingenii in eo ferme absumatur, ut mortis imperium extollat, longa ferie enumeratis omnibus Artificum classibus, Virisque militari virtute, dignitatibus, ac doctrina fulgentibus, in quos illa quovis tempore falcem distinxit. Id unum eruditionis amantibus fortasse acceptum foret, numerus nempe, ac nomen Ecclesiarum, in qualibet ex prædictis Urbibus iis annis vigentium; eas enim singillatim recenset, quamvis alicubi vocibus, ob servandas carminis leges, ad eò involutis, ut iis enodandis, non nisi peritus aliquis antiquitatum suarum Civis sufficiat.

Tricii agnomen non familiæ, sed patriæ fuit; primam enim lucem hausit in Oppido *Tricii*, Dioc-

cesis, Agrique Mediolanensis. Miror autem, celeberrimum Marium Crescimbenum in eam sententiam descendisse, ut non à *Tricii* Oppido, sed à *Trecate* Castro Novariensi, repetendam censeret patriam *Betini*; apertè namque, unde ortum duxerit, ipsemet indicat in secunda sui Poëmatum parte, nec non in Epigrammate Italico ad *Ascanium Sfortiam*, his verbis:

Humil Servitore

*Betin da Trezo dona di presente
Quest' Oprefella extracta del suo Cuore,
Letilogia vulgar nuncupata.*

Humili stirpe, tenuique fortuna editum se fatetur, cui etiam gravius premendæ, accessit onus sexdecim filiorum; horum tamen XI. festina mors rapuit, aliofque duos pestis, marem nempe natu majorem, ac puellam infantem. Maternum ac paternum genus suum refert, inquiens, matrem produisse à familia de *Sanctis*, patrem verò appellatum cognomine *Ulicianum*. Consobrinum quoque suum laudat, pietate doctrinaque illustrem, atque Archidiaconum in *Majore Ticinensi Ecclesia*, simulque publicum Juris utriusque in eo Gymnasio Institutorem. Domicilium familiæ Papiæ collocaverat, compatremque habuerat Comitem *Johannem Attendolum*, cujus ideo eximiam liberalitatem commendat in transmittenda è Castro *S. Angeli* ad Urbem *Ticinensem* uberi annonæ, opportunisque in tam tristi pestis infortunio subsidiis; Comitem etiam *Philippum Eustachium* Arci Præfectum, ac *Margaritam Vicecomitem* commemorat, pari, erga lue, atque egestate afflictos, Christianæ caritatis igne succensos; nec aliud quidquam ex hoc libro ad Historiam spectans eruitur.

Hoc eodem anno Liturgicum Volumen, quod *Missale* vocant, secundum consuetudinem *S. Ambrosii*, à se emendatum, proprio ære imprimendum curavit Rev. Dominus Presbyter *Andreas de Bossis Præpositus S. Teglæ*, quæ erat Ecclesia Æstiva, ubi Metropolitanus Clerus divina persolvebat Officia à Paschate Resurrectionis usque ad tertium Octobris Dominicum diem, summaque in veneratione à Civibus habebatur, ob depositum ibidem sacrum *Clavum*, quo Dominus Cruci confixus fuit; id enim constat ex Literis *Johannis Galeaz Vicecomitis*, Domini *Mediolani*, datis die IV. Novembris anni *MCCCXCII*. Indictione I. quæ asservantur in Archivo Officii, ut appellant, *Provisionis*, in Codice signato C. num. *CLII. Literarum Ducalium*. Etenim, cum Ecclesia illa vetustate fatisceret, eam reparandam statuit memoratus Princeps, atque inter alia, quibus se permotum ait ad hoc Decretum condendum, ista subjungit: „ potissimum quia ipsa Ecclesia, quæ est ex magnis devotis Ecclesiis Civitatis *Mediolani*, & quæ iis pendentibus magnam ruinam minatur, ex quo intrantes dictam Ecclesiam pro visitando Crucem, ibidem positam, in qua est *Reliquia ex Clavis*, cum quibus fixum fuit in cruce Sacratissimum Corpus Domini nostri *Jesu Christi*, & pro audiendo divina, periculis maximis subjacere noscuntur, & scandalum in populo maximum generatur &c. „ Quando autem pretiosus ille *Sacri Clavi* thesaurus illatus fuerit in Templum Maximum, ubi renovata quotannis solemni celebritate, confluentium undique populorum frequentissimo cœtu, & fremente in obfessis corporibus *Dæmonum* turba, etiam num colitur, *Donatus Bossius* in *Chronicis* nobis enarrat; Ad annum namque *MCCCCLXXXI*. hæc scribit: „ Die quinto Septembris jacta sunt fundamenta, in Campo *Arengi* *Mediolani*, Templi *Divæ Teglæ*, auctore *Venerabili Viro Andrea Bossio*, Præposito ejus Templi. „ Tunc verò, ne sacrarum rerum religio quidquam detrimenti pateretur inter ruinas de-

(d) Comment. della Volg. Poef. Tom. I. pag. 322. & 324.

dejectæ ad solum Ædis antiquæ, sacra omnis suppellex insignium *Reliquiarum*, quæ in eadem custodiebantur, transit in Ecclesiam Majorem. Coævum hujus rei testem habemus Stephanum Dulcinum Scalensem Canonicum, qui octavo inde anno librum suum typis edens *De Nuptiis Illustrissimi Ducis Mediolani Johannis Galeatii Sfortiæ*, atque in eo accuratè describens Majus Templum, à Johanne Galeatio I. regio sumptu inchoatum, sub initium inquit: „ Ut „ subjacens forum capacius esset, vetustissimam, & „ multa religione venerandam Teclæ Virgini dica- „ tam Ædem demoliri, eandem, non longè à priore, „ instaurant. Donaria, sacræ imagines, Galdini Cor- „ pus, Chrismi A & Ω, Clavusque, quem Deus ho- „ mo, affixus Cruci, salutifero cruore inspersit, ex hoc „ veteri in novum Templum reverenter transpor- „ tantur.

Ut autem de hoc *Missali* loquar, adnotanda videtur disciplina Ecclesiæ nostræ in prohibenda statis temporibus Nuptiarum celebratione. Edmundus Martene *De Antiquis Ecclesiæ ritibus* scribens (e), nonnulla Conciliorum Decreta, & Ecclesiarum Statuta refert, quibus non tam in Adventu, & Quadragesima, sed etiam tribus ante Festum S. Johannis hebdomadis, nuptiæ vetabantur. Antiquius Concilium est *Ilerdense* à Gratiano (f), & à Labbeo (g) relatum, atque anno DXXIV. celebratum, in cujus fragmentis ad nos transmissis lex ista condita reperitur, ob eam rationem, ut inquit Martene, quòd magis ad mentem Ecclesiæ id accedebat, cum tria illa tempora jejunio, & poenitentiae designarentur. Addi poterat exemplum quoque Ecclesiæ Ambrosianæ; in hoc enim *Missali* expressa rubro caractere ista leguntur: „ Determinatio feriarum prohibitionis Ma- „ trimonii, videlicet; Tempus feriarum, quo pro- „ hibetur transductio Nuptialis, ac matrimonii con- „ summatio est istud, videlicet primò; Ab Adventu „ Domini usque ad octavam Epiphaniæ; secundò, „ à Septuagesima usque ad Octavam Paschæ; tertio, „ à tribus Septimanis ante Festum S. Johannis Bap- „ tistæ, quæ tres septimanæ incipiunt à tribus die- „ bus ante Ascensionem, & protendunt usque ad Pen- „ tecostem. Alii dicunt usque ad Octavam Penteco- „ stes, sed tamen in ipsa Octava bene possunt con- „ summari matrimonia, quia Pentecostes non habet „ Octavam. „ Id autem intelligendum est de ultimo Octavæ die; siquidem sacra hæc celebritas, non- „ secus ac illa Resurrectionis Dominicæ, septem tan- „ tum diebus absolvitur, ut eruditè animadvertit Jo- „ hannes Grancolas in *Commentariis ad Breviarium Romanum* (h), in quibus plura disserit de Origine in Occidente hujus Octavæ, statutique intra hos dies jejunii quatuor Temporum. Lex ista in Ambrosiana Ecclesia, quæ tenax semper fuit antiquæ disciplinæ in colendis peculiari Religione diebus poenitentiae sacris, perduravit usque ad Concilium Tridentinum, cujus mitiori Decreto (i) solum Adventus, & Quadragesimæ tempus interdicens nuptiis est assignatum; eandem enim recusam vidi in *Missali* anno MDLX. Mediolani edito, in quo ad Nuptias inhi- bendas præter Adventus dies, idem Sepruagesimæ initium, & Feria secunda ante Ascensionem usque ad Octavam Pentecostes statuitur.

PETRUS CANDIDUS DECEMBRIUS.

Petrus Candidus Decembrius, sæpius in hoc Opere à me laudatus, trigésimo nono ætatis suæ anno *Quinti Curtii Historiam* è Latino in Italicum sermonem convertit, illamque anno MCCCXXXVIII. obtulit Serenissimo Duci Mediolani *Philippo Maria*

Viccomiti; in cujus Aula conspicuo ab *Epistolis* munere versabatur. Jacuit ineditus labor iste Decembrii usque ad hunc annum, quo tandem typis nostris publica donatus est luce. Editionis hujus notitiam de- beo Cl. Equiti Scipioni Maphæo, qui eam enuncia- vit in Libro inscripto *Traduttori Italiani*. Certatim subinde illum aliena præla imprimere aggressa sunt, Florentiæ MDXIX, Venetiis MDXXIV., & iterum ibidem anno MDXXXV. Bibliotheca Ambrosiana, manuscriptum Exemplar servat, exaratum Neapoli ab Amanuensi anno eodem, quo vivere desit Decembrius, nempe MCCCCLXXVII. Rudi lingua est conscriptum, eademque, ut arbitror, Mediolani primò etiam impressum fuit, cum infelix per illud Ævum in Urbe nostra corruptarum vocum asperitas invaluisset. Bernardus Philippi de Junctis in nitidiorum Etruscam linguam redactam versionem hanc edidit, illamque Francisco Guidetto Patricio Florentino nuncupavit, præfixâ eidem Epistolâ, quam Veneta quoque editio præferebat. A tertio libro exorditur, cum primi duo jam periissent; pars etiam decimi libri, totus undecimus, ac initium duodecimi vacant. Decembrius supplere conatus est ea, quæ ad Alexandri obitum pertinent, ex libris Plutarchi è Græco in Italicum sermonem translatis; id enim in MSto exemplari nostro adnotatum legitur, cum in editis desit. Adjecta fuit Comparatio Julii Cæsaris cum Magno Alexandro, elaborata pariter à Decembrio, & prædicto Mediolanensi Duci dicata, in cujus præfatione Vitam quoque Julii Cæsaris, à se è Latino in maternum suum idioma translatum testatur; sed an hæc simul cum historia prodierit hoc anno, quo Q. Curtius italicè redditus lucem apud nos vidit, Cl. Maphæus minimè indicavit.

Quoniam verò Q. Curtii mentio incidit, obiter innuam, novissimè typis Bononiensibus vulgatum, fuisse Opusculum, atque ad me dono Humanissimi ac Nobilissimi Auctoris, Comitum Joh. Francisci Joseph Bagnoli transmissum, in quo *de Curtia Gente, atque ætate* hujus celeberrimi Scriptoris, omni antiquæ solidæque eruditionis apparatu differitur. Ignorat nemo, in quot varias, atque abs se invicem distitas opiniones abierint doctissimi Viri, cum alii Augusti ætatem Curtio assignent; alii sub uno, aut altero Cæsarium subsequentium usque ad Theodosium Imperatorem, eundem collocent; alii demum ad Seculum decimum sextum detrudant, manifesto tamen errore; siquidem, præter testimonia Veterum Scriptorum, de hac Curtii Historia loquentium, Albertus Fabricius testatur (l), in Bibliothecis Medicæ, aliisque asservari manuscripta exemplaria, redolentia antiquitatem septem centum, ac etiam mille annorum. Cl. Bagnolus sententias omnes expendit, ac confert cum duobus Q. Curtii locis, asserens, adaptari ea minimè posse nisi Magni Constantini ætati, qua illum verè floruisse contendit. Dignus lectu Liber est, cum plura etiam alia celeberrimorum Scriptorum dicta ad justam criticæ artis lancem in adnotationibus revocantur, Virumque ostendant, optimè in remotæ Antiquitatis doctrina versatum.

Sed ne longius divertam à Petro Candido Decembrio, quem plures *Publium* perperam appellavere; illius Familiam, munera, Legationes, res gestas, & literaria monumenta jam retulere Vossius (m), Cotta (n), Muratorius (o), Fabricius (p), alique; nec opus est ista recoquere, præsertim cum ea diligentem manum expectent Viri de Literaria Republica optimè meriti *Laurentii Mehus*, qui Epistolas illustrium Scriptorum Seculi XV. cum eorundem Vita, Florentiæ edendas suscepit. Rem Eruditus Viris magis acceptam me præstiturum existimo, si ali-

(e) Tom. II. Lib. I. Cap. IX. art. II. postremæ edit. anni 1736. (f) 33. Q. 4. (g) Tom. IV. col. 1610.

(h) Lib. II. Cap. LXXIX.

(i) Sess. XXIV. de Reform. Matrim. Cap. X.

(l) Biblioth. Lat. Tom. I. pag. mihi 440. & Tom. II. Sup-

plem. ad eandem.
(m) De Historicis Latinis.
(n) Museo Novar.
(o) Tom. XX. Rer. Ital.
(p) Biblioth. Medii Ævi.

si aliqua edisseram de manuscriptis Decembrii Exemplaribus, quæ in Ambrosiana Bibliotheca servantur.

Occurrit primò Codex Epistolarum, numero CCLXVIII., iis tamen comprehensis, quæ ab illustribus doctisque Viris conscriptæ ad ipsum fuere. Dicavit eas *Candidus Ludovico Casellio, Illustrissimi Domini Borssi Ducis Mutinæ Referendario, & Consiliario Secreto*, quem doctrinâ prudentiâque conspicuum sæpius in hoc volumine laudat. Nuncupatoriam Epistolam his verbis claudit: *Perfecimus jam Libros quinque (Epistolarum), si fata vitam dederint, sequentes quoque tuo nomini inscribemus.* Data est hæc Epistola *ex Aedibus Ferrariensibus, penultimo Julii MCCCCLXVIII.* Codicem verò Ambrosianum exaravit *Thomas de Cacciis Novariensis, die Mercurii, decimo Julii, in Civitate Mediolani, anno MCCCCLXXVI.,* ut in fine adnotatur. Exigua hæc pars est Candidi Epistolarum; scribens enim ille ad Nicolaum Tranchedinum (q) hæc ait: *Epistolarum Libros quinque supra viginti à me editos, tuo nomine, nullâ tibi impensâ transcribi faciam.* Clariùs id explicat, singulos enumerans libros in altera ad eundem Epistola (r), his verbis: „ Curavi qua potui diligentia, ut Epistolarum mearum Libri, per copiam tibi mitterentur, ex quo tantoperè illos affectare videris. Erunt autem illi, quos requiris, *Viginti quinque*, videlicet Epistolarum primarum ad Bartholomæum Cremonensem, Mediolanensem Archiepiscopum *Libri octo*; Novissimarum *Libri novem* ad Simoninum Gerglinum; Inscriptarum ad Ducem Hunfredum Cloucestrensem, in controversia translationis Ethicæ Aristotelis, & aliarum *Libri duo*; Additarum demum Epistolarum *Libri quinque*, qui nemini adhuc inscripti sunt à nobis (hos postea, ut vidimus, Ludovico Casellio dicavit). Apponimus autem in ordinem *Librum unicum* Epistolarum, quæ Pontificis Nicolai nomine, Regibus ac Principibus Christianis editæ per nos fuere, cum *Orationibus* palam habitis ad varias Mundi partes. „ Superesse Bononiæ Libros octo, quibus præfixa est Epistola ad Bartholomæum Mediolanensem Antistitem, tradit Mabillonius in itinere Italico (f); reliqui duodecim an perierint, an alicubi sepulti adhuc latitent, ignoratur. Porro quàm multa hinc possint decerpi ad illustrandam temporum illorum historiam, ignotum nemini reor, cum plura in hisce paginis Candidus scripserit de Viris insignibus, Bellis, Consiliis, Rebusque publicis, quibus administrandis dirigendisque, non tam vivente, quàm defuncto Philippo Maria Duce Mediolanensi, adhibitus fuerat, Orator etiam missus ab hujus Civitatis Præsidibus, pro magni momenti negotiis pertractandis ad Reges, Principesque. Ego in iis, quæ ad rem literariam pertinent, aliquantulum immorabor.

In Lapide Sepulcrali hujus Decembrii à Cotta relato, hæc leguntur: *Operum à se editorum libros supra CXXVII., vulgaribus exceptis, posteritati, memoriaeque reliquit.* Is tamen in suo Novariensi Museo, non ultra quatuor ac triginta, ibidem adnotata, colligi à se potuisse testatur. Memorata in hisce Epistolis vidi alia nonnulla, quæ Cottæ diligentiam effugere. Scribens Candidus Alphonso Arragonum Regi (t) anno MCCCCLI. postquam ait: „ Annus, ni fallor, undecimus elapsus est, ex quo *sex Iliados libros* ad Clarissimum Castellæ Regem, Johannem nomine, pluribus & literis, & nunciis ab eodem exoratus in latinum verti, interpretationem in *Diodorum Siculum* pollicetur inquit: „ *Diodorum Homero sociabo.* „ Promissis autem illum stetisse, testis est Epistola LX. ad Cichum Simonetam missa octo post annis, in qua hæc habet: „ Dedi spectabili Johanni Antonio de Vicomercato librum sextum decimum *Diodori Siculi*, Historici elegantissi-

(q) Epist. CLXXXV.
(r) Epist. CLXXVII.
(f) Pag. 197. (t) Epist. XXXVIII.

A „ mi, à me olim traductum è Græco, tibi deferendum; „ ait autem, coeptum ab ipso fuisse hunc laborem, *fnitis prius Appiani Libris*, dum Romæ degeret apud Nicolaum V. Summum Pontificem, sed ob ejus obitum intermittere illum debuisse.

B „ *Vitam Francisci Petrarchæ*, fusè descriptam, & *Commentaria in Italicam ejusdem Poësim* à Petro Candido edita, memorat *Federicus Gallus* in Epistola CXCVII. ad ipsum data, in qua hæc scribit: „ Mini te significasse, talem vitam (*Petrarchæ*) copiosissimè collegisse, commentumque super cantilenas edidisse. Quamobrem si tuo modo fieri potest, quod aliter ne optarem quidem, illum librum mihi exarandum mittas quàm maxime velim; ardeo cupiditate incredibili me tuo tali munere affici, quod si affecutus fuero, meæ erga te observantiæ cumulus non parvus accedet. Sanè Nicolaus Corrigia, cùm inter amicos quæstio suborta fuisset de quibusdam Petrarchæ carminibus, Petrum Candidum per Epistolam (u) consuluit, ut Poëtæ illius mentem assequeretur, isque pro ea singulari eruditione, qua usus fuerat in illustrandis ejusdem Operibus, egregiè nodum exsolvit, laudatus ideo à Corrigia in altera Epistola. Dum verò de Petrarcha loquimur, non incongruum erit innuere, in Ambrosiana Bibliotheca reperiri Codicem pergamenum Virgili, manu Petrarchæ exaratum cum *Servii Commentariis*, quem in delitiis habuit celeberrimus ille Poëta, & passim adnotationibus proprio caractere appositis exornavit. Hunc autem eundem esse procul dubio asseri debet, quem Candidus Decembrius enunciat in Epistola (x) ad Ludovicum Casellium inquit: „ Franciscus Petrarcha, meo iudicio vir optimus & doctissimus (loquantur quidquid volunt), non erubuit Ciceronis de senectute mores nonnullis in locis corrigere, Epistolis posteritati traditis. Itidem, cùm de Historiis, & Humanitatis studiis ageretur, non continuit judicandi licentia. Est in Papiensi Bibliotheca Virgilio volumen cum Servio, manu propria ejus exaratum, sub temporibus, ut ipse dicit, adolescentiæ suæ, quod quidem cùm senex ipse revideret, multa per postillas in Servium addens emendavit, Serviumque redarguit pluribus in locis; ut memini quodam in loco, illum meliorem grammaticum esse, inquit, quàm historicum.

C „ In Lactantium se scripsisse ipsemet testatur in Epistola (y) ad *Magnificum Equitem Franciscum Vicecomitem* data, pridie Kal. Januariæ anno MCCCLXIV. ubi hæc ait: „ Institui amicorum precibus edere quædam Opuscula ex meis, nec ulterius inclusa retinere, quòd jucunda & utilia sint. Sed quod majoris est ponderis, Librum conscripsi in *Lactantium, pro defensione Illustrum Virorum.* „ Deliberavi hunc tibi inscribere Per omnium manus diversabitur, variaeque erunt judicia, cùm multi etiam ignorantes Lactantio afficiantur, & plerumque homines ea magis laudent, quæ minus intelligunt.

D „ Octavius Vicomercatus ad Candidum scribens (z) hæc inquit: „ *Librum Platonis de Amicitia* à te è Græco Latinum factum tibi remitto, quem si diutius, quàm mihi præscripseras, tenui, non negligentiae, aut oblivioni id mihi attribuendum fuerit, sed ejus Libri suavitati, atque elegantiae, qua mirum in modum delectatus, & quodammodo accensus, non modò sæpius lectitavi, verumetiam exscribi volui &c. „ De eodem Libro plenius ipse Candidus disserit in Epistola (a) ad Alphonsum Burgensem Episcopum, inquit: „ Traduxi *Platonis Librum de Amicitia*, per jucundum quidem, nec Ciceroniano Opusculo persimilem, nam diversa ab illo dicendi forma amicitiae vim inquit, & in sum-

(u) CCLV. & seqq. (x) CCLXII.
(y) CCXII. (z) Epist. CCXIV.
(a) Num. LXXXVIII.

„ summa , tantum homines amari , quantum utilis
 „ est , non explicat , sed insinuat .

Homeri vitam in latinum translata à Candido , refert Cotta in suo Novariensi Musæo , ex Epistolis ad Antonium Rhaudensem . Non translata , sed ex integro à se conditam narrat idem Decembrius , hæc ad Angelum Reatinum Jurisconsultum scribens (b) :
 „ Mitto ad te *Homeri vitam* , Poëtæ cunctorum clarissimi , quos prisca tulit ætas , non adeo cultam , ornataque , ut Auctoris meritum & claritas exposcit , at certè fideliter interpretatam à me ex *græcis* jam pridem , *latinisque* *Scriptoribus* ; cui & *Catonis Censoris vitam* addendam censui , non per similitudinem , sed dignitatem comparandam , sumptam ex Cornelio Nepote , Scriptore illustri , atque eleganti . „ Idem repetit in Epistola (c) ad Antonium Rhaudensem , asserens , *Homeri vitam* , partim latinis literis erutam , partim *græcis interpretatum* se fuisse .

Apologiam contra Antonium Cassarinum enunciat laudatus Cotta , sed qua de causa conscripta fuerit à Candido , minimè docet . Eam compertam habemus in ejusdem Epistola ad *Lampugninum Biragum* , virum doctissimum , quæ sic jacet (d) : „ Cujus naturæ fuerit Antonius Cassarinus , qui Genuæ Literas edocuit , & quibus moribus institutus erga bonos , à me declarari postulas . Ego quid de illo senserim , brevissimè exponam . Antonius iste Cassarinus , Philelci (*ita Franciscum Philelphum , cum quo perpetuas turbas agitavit , semper appellat*) naturâ haud dispar habitus , vitiis non inferior , ut optimarum artium , ut ipse agebat , æmulator , bonorum omnium procul dubio hostis fuit . Nam cum quid eleganter , & ornate ab ullo transcriptum animadvertisset , statim omnia vel reprehendere , vel denuo transferre nitentur , non ut transferendi laborem sumeret , sed ut alterius studiis insisteret , & secus edita deprehendens , si qua inessent emendaret , & se ceteris doctiorem , & limatiorem esse ostenderet . Is nempe à quodam Contribule suo adhortatus , ut *Politiam* à nobis *traductam à Platone* , denuo traduceret , adeo illustre Opus deturpavit , ut nihil deterius à quocumque fuerit præscriptum . In hunc *Apologiam* edidimus , quam ad te legendam mittere visum est , ut intelligas , iudicium nostrum à veritate non discedere .

In fronte Codicis manuscriptorum Ambrosianæ Bibliothecæ ista adnotantur : „ Hos *Platonice Politicæ* Libros decem elegantissimos , cum Petrus Candidus è *græcis* Literis in latinas transtulisset , motus operis invidiâ quidam Antonius Panormita , per Compatriotam suam Antonium Cassarinum eosdem denuo transferri curavit . Verum res ita successit , ut ex nova translatione , non solum imprudentiam suam detegeret , ut clarè omnibus innotuit , sed se inscium non literarum modò *græcarum* , sed *latinæ grammaticæ* penitus ostenderet , quemadmodum ab ipso Candido in *Apologia* , contra eundem edita , quilibet doctus potest intueri .

Xenophontis Libros à se in latinum translatos Decembrius testatur in altera ad eundem Biragum Epistola (e) , hæc scribens : „ Quæris à me , quæ Opera à Xenophonte traduxerim ; breviter expediam . Primum opus sunt Libri septem de ascensu Cyri adversus Artaxersem Persarum Regem , Cyrique ipsius fratrem , scripti *græcè* à Xenophonte Philosopho , qui & ipse cum Cyro ascendit . Opus quidem , ut Auctores *græci* asserunt , grave & elegans , plenum ipsum consiliorum ac disciplinæ militaris , plenum exemplorum nobilium , ac nisi deest aliquid interpreti , plenum eloquentiæ , plenum rerum variarum , & moralis disciplinæ ; nam &

Tom. I.

(b) Epist. CLXXVI.
 (c) Sub num. XXIX.
 (d) Sub num. CXXXV.
 (e) Sub num. CXXVIII.
 (f) Sub num. CXXI.

A „ Cyri mores egregios , quasi Principis cujusdam generosi , vitamque describit , ac nonnullorum Ducum , qui cum eo ascenderant . Describit jucundè iter illud sanè longum , ac regiones varias , gentesque , ac diversos mores , magnitudinemque Regni Persarum , bella quoque & tot difficultates in reditu , & post reditum ; licet etiam hoc in opere (*intueri*) virtutem priscam , ac vires *Græciæ* (oh ingentem commutationem nunc tam conflictatæ , & miseræ !) Sed hæc latius legendo cognosci poterunt . Huic verò Operi est addita , & conversa simul in latinum , *Artaxerxis* ipsius *Vita* , non à Xenophonte , sed à Plutarcho edita , quasi ad perficiendam hanc Historiam , quam sanè perficit , sine qua ea multa desiderari possent , quæ omisit Xenophon . Habet autem hæc vita quam multa alia varia , & gravia , cognitu non indigna . Data est anno MCCCCLX.

B Quendam *Aristotelis Librorum partem* è *Græco* in Latinum sermonem à se traductam , mittendamque dono ad Cichum Simonetam , quem sciebat , non *joicis oblectari* , sed *seriis* , scribit Decembrius in Epistola (f) ad eundem , sed quænam illa foret , non indicat . Suspicio mihi suboritur , *Ethicam* fuisse ; tum quia hisce studiis delectatum illum video , tum etiam quòd geminos Epistolarum Libros *In Controversia translationis Ethicæ Aristotelis* , Duci Gloucestrensi dicatos ab ipso , superius jam retuli .

C *Orationem in funere illustris Nicolai Marchionis Estensis* edidit Candidus , dicavitque Leonello filio . Eam ad Johannem Calcaterram *Quæstorem Ducalem* legendam misit ; utque eandem restitueret , amicis deposcentibus tribuendam , ipsum per Epistolam (g) rogavit , alia simul spondens , quæ Nato ejus erudiendo profutura censebat .

D *Vitam S. Ambrosii* , à Decembrio biennii labore absolutam , alibi in hoc Opere memoravi ex Epistola (h) ad Boninum Mombritium data , sicuti etiam *Vitam Francisci I. Sfortiæ* , Mediolani Ducis , Heroico carmine descriptam , quæ omnia in Lazari Cottæ catalogo desunt . Occasionem huic novo condendo Poëmati , (præter aversum jam animum contra Philelphum Sfortiadis auctorem) dedit Vincentius Arvidanus , qui prolixam ad Candidum scribens Epistolam (i) , non mediocri admiratione permotum se ait , quòd cum Philelphus , in vita ejusdem Francisci Principis , illustria quæque Belli facinora memoranda sumpsisset , plurimas & præcipuas ac celeberrimas res gestas in castris , penitus silentio compressas prætermisisset . Itaque respondit Decembrius (l) , se metro , & quidem eleganti , scribere aggressum esse rerum gestarum Francisci Sfortiæ , sive *de Bellis Italicis* , & jam quatercentum & quinquaginta , aut amplius carmina excudisse , sumpto ab adoptione Principis illius initio . Meditatus etiam est , Librum conscribere *in laudem Galestii Mariae Sfortiæ* , suumque consilium aperuit Ludovico Casellio , inquires , visum sibi fuisse opportunum . Clarissimorum Virorum exempla memoranda , quæ ad virtutes primùm pertinerent , libro uno absolute , nihilque vulgare , ac tritum illis immiscere , sed quid ad Principes tantum referri possit , & quæ ad liberalitatem , magnificentiam , dignitatem , atque clementiam spectarent , solum quærere ; idque opus dignissimo dumtaxat Principi ad famam , honoremque conscribere , ut ex eo non voluptatem solum , sed utilitatem vendicaret , inter ipsa illustrium exempla virtutes suas nonnunquam repetendo , præconiisque adaugendo . „ Sed an ista perfecit , ex hisce Epistolis colligi nequit , cum annum MCCCCLXVIII. , quo scripta est hæc Epistola (m) , non excedant .

Non injucundum erit subjungere , quod sibi in-

u u re

(g) Sub num. CVI.
 (h) CCLIII.
 (i) Num. CXCI.
 (l) Epist. CXC.
 (m) Sub num. CCLXV.

re literaria contigisse narrat Decembrius, scribens ad Nicolaum Strozcam Equitem illustrem (n). Ait igitur: „Mirum est, quàm eximia ingeniorum vis, „quanta licentia, quàm lata mentiendi fiducia sit, „cognoscere, ut medius fidius longâ experientiâ „opus sit ad discernendum à bonis mala. Ecce puerulus ipse (ut peccatum meum tibi confitear) vix „dum prima expertus studia, ausus sum Epistolam „confingere, eamque Virgilio attribuere, quam „nunc in Authenticis perscriptam voluminibus hac „in Urbe Ferrariæ, & alibi visam, ut admiror, ita „irrideo. Fuerat quippe inter me, & Johannem „quendam Currutium, Civem Cremonensem, Virum „doctum, disceptatio; cum ille assereret, nullam „ex Virgilio Epistolis apud Latinos extare, „præter unicam, quæ à Macrobio refertur; Ipse „in contrarium, alteram vidisse affirmarem. Appositum „est inter nos fidei pignus, ut qui minùs vera „retulisset, aurei unius pretium exolveret. Testis „polliciti nostri Martinus Gifulfus, & idem Cremonensis, „utriusque amantissimus. Quid verbis opus „est? veritate exutus, ad poësim confugi, finxique „ex me Epistolam, quam ad te mitto, ut rideas: „quæ nunc non ab indoctis solùm, sed à doctis sum- „moperè legitur, colitur, in honore habetur: nec „quisquam à me editam mihi nunc affirmanti acquiescit, „tanta falsitati auctoritas cum tempore „accrevit. Quis enim non crederet, fucatis nominibus „refertam, Mecœnate, Ruffo Pompejo, Flacco Varro, „& his, qui temporibus illis florebant, intuens? „Cajetæ potissimum mentione facta, in qua Virgilius „diversari solitus; Homeri præterea, additâ memoriâ. „Nam Philelphi nomen quemadmodum mihi occurrerit „obstupefco, nunquam ab ullo auditum, nisi meis „scriptis adversarium futurum divinabam animo. „Illud profectò admiratione dignissimum, non „credentes mihi à principio, visâ Epistolâ, „nullo alio affirmante, nihil in contrarium „ausos dicere, sed fidem præstitisse. I nunc, „& circumspice diligenter, ne fallaris ab his, qui „auctoritate verendi sunt, & miracula plerumque „affirmant; nam facit hoc multorum vanitas, „& libido quædam tuendi opiniones suas, ut cum eas „vetustate comprobare nequeant, falsitate defendant. „Vale. Ferrariæ ex Laribus XVI. Julii MCCCC- „LXI.

Ne autem exaggeratus videatur numerus, in tumulo Petri Candidi Decembrii descriptus, librorum CXXVII., exceptis Italicis, referre juvat, quod ipse adnotavit in Epistola (o) ad T. de Fixeraga, Abbatem Laudensem: „Scripsi in hodiernum usque diem „variis de rebus, partim in historia, partim in his „humanitatis, & ocii literis, libros quatuor supra „octoginta, Marci Antonii vitam, quæ „imperfecta erat, his diebus absolvi Perfectâ „Agidis, & Cleomenis vitâ, Demetrium expediam. „In altera verò ad Matthiam Trivinensem hæc habet: „Perfeci quatuor super octoginta Libros „rerum variarum, novem distinctos voluminibus, „quorum Indicem ad te misi. In his multa à me „edita, multa è Græcis traducta leguntur, partim „historiæ accommodata, partim humanitatis studiis, „non contemnenda Decimum volumen „adimplebimus, centum conficiemus Libros, Numine „ferente opem; lassus sum, & adhuc laborare studeo. „Ita ex labore requiem, ex requie laborem „querito. „Datæ sunt hæc Literæ anno MCCCC- „LX. & sequenti; cum autem usque ad annum MCC- „CCLXXVII. vitam produxerit, credi facile potest, „nobile sepulcri elogium, editis aliis felicissimi illius „ingenii, calamique fortibus, impletum fuisse.

Alterum Opus Petri Candidi adhuc ineditum tenet Bibliotheca Ambrosiana, tribus distinctum libris, atque inscriptum *Peregrina Historia*. Primus Cosmo-

(n) Epist. CCXXXV.
(o) Num. CXIX.

graphiam complectitur, & Provincias, Insulasque Europæ, Asiæ, atque Africæ brevi, sed accurata dimensione describit. In secundo *de Genitura Hominis*, juxta Physicæ principia differit, & admiranda narrat de lapide *Ethiæ*, qui in nidis Aquilarum colore fulvus, & alios lapillos continens, reperitur; ait enim se vidisse, ac plerumque expertum fuisse, lapidem illum prægnanti mulieri impositum, partus discrimina avertisse, & foeminam cum foetu præstitisse incolumen, subjungitque: „Et ne quis rem commentitiam putet, plurimæ in Mediolanensi Urbe, ejus „ope liberatæ sunt, cum lapidem ipsum à nobis habuissent Hunc *Marratius* Avus meus, vir „Physicæ peritus, ut puerum me audisse memini, „in Germanorum Alpibus adeptus est, summâ industriâ nidos Aquilarum infectatus. „In tertio *de Muneribus Romanæ Republicæ* agit, singula Officia, quibus tum civilis, tum sacra res gerebatur, describens, eruditione illo seculo non admodum nota. Nonnulla etiam attexit de præclaris Viris ac Vatibus, Julio Cæsare, Octavio Augusto, Cajo Germanico, Virgilio, Ovidio, Statio, Lucano, Horatio, & Juvenali. Hos Libros dicavit *doctissimo Nicolao Arcemboldo, Episcopo Parmensi*.

Subsequuntur alii duo Libri, sub titulo *Grammaticon, ad Virum insignem & eruditissimum Guarnerium Castellionem*. In primo explicat ordine Alphabetico difficiliora latina vocabula, & nomina Vestium, Colorum, Navigiorum, Vasorum, Armorum, & Ordinum Militarium, ac Ponderum, secundum antiquos Scriptores. In altero *De Proprietate Verborum Latinorum* sermonem instituit, eandem Alphabeticam Methodum servans, atque ita præfatur: „Qui eloquentiæ studia diligentius auspicantur, „Vir insignis & eloquentissime, non tam scribendi „lasciviam, & inanes dicendi sonos consecrari solent, quàm verborum sensus & proprietatem imitari, quibus tanta vis inest, ut quæ animo conceptus, pimus, eleganter exponere, dilucidè exarare, facilliter imprimere possimus. Quid enim tam ineptum, quàm illa mandare literis, quæ solo verborum strepitu, nullâ disciplinâ fulta sunt, & quæ facillius admirentur homines, quàm intelligant, ut plerique ætate nostra prisca nimis imitantes, ex duodecim tabulis scripta referunt, nonnulli autem vulgaribus nugis & ineptiis oblectantur &c. „Non omnem tamen rubiginem ipsemet Candidus à lucubrationibus suis deterfit, cum plura occurrant, quæ aureum Latinæ linguæ nitorem non referunt. Cardinalis Paulus Cortesius in suo Dialogo manuscripto *de Doctis Hominibus*, quamvis Decembrium illustribus illius ævi literatis Viris comparet, *duritatem tamen, & orationis quasi mœstitiam*, (ut ajebat Cicero) in ipso reprehendit (p).

Alius Codex pergamenus *Brevem Epitomen* continet *Historiæ Romanæ*, quam Candidus Serenissimo Principi Alphonso Aragonum, Jerusalem, & Sicilia Regi dicavit. Post Epistolam nuncupatoriam hæc scribit: „Regum, Consulium, Imperatorum, Romanorumque Ducum res gestas, ac nomina, quibus „Populus Romanus, per annos septingentos ab Urbe condita, usque ad Augustum Cæsarem, Orbem „subegit, hoc brevi Opusculo ad te Serenissime „Rex scribere institui, ut labili admodum memoriæ „exiguo compendio subvenire queat. Nam cum à „Patre meo, non tam minus politè, quàm imperfectè, hujusmodi historia confecta esset, sumpsit „onus novæ scriptionis. „Quos autem Auctores adhibuerit ad eam constandam, pandit in fine in- „quiens: „Habes, Serenissime Rex, quæ Lucius Florus, partim etiam Tranquillus attingit; in qua re „nihil Historiæ fidei demptum à me, sed brevitati „dumtaxat ac memoriæ consultum est. „*Jacobi Antiquarii* volumen hoc fuit, in quo etiam Flori

com-

(p) Diar. Literat. Ital. Tom. XU. pag. 348.

compendium ex Tito Livio, & Ruffi Festi brevis Historia à primis Urbis initiis, usque ad tempus Valentiniani Imperatoris describuntur; se enim ipse propria manu subscripsit, his verbis: „ Die XI. Augusti MCCCCLXXX. emi hoc volumen à Paulino Suardo Aromatario Mediolanensi, uno aureo Jacobus Antiquarius. „ Gratissimum fuisse Alphonso Regi hoc Decembrii munus, docent humanissimæ Literæ ad ipsum datæ anno MCCCCLXXII., è quibus hæc decerpere placet: „ Quàm jucundus, Vir præstans, nobis fuerit Libellus tuus Historiarum breviarum, quem fidelis Secretarius noster Johannes Caburgada ad nos detulit, vel ex hoc intelligi potest, quòd eum frequenter libet in manus sumere. Et profectò si nobis per occupationes liceret, non frequenter, sed semper coram habemus; nam adedò concinne, adedò breviter quæ ad rem pertinent complectitur, ut nihil supra. Fit igitur, ut ex ejus lectione magnam voluptatem, non solum capiamus, sed etiam quotiens à nobis legitur, tui memores nominis simus. Tamen si tuum ipsum nomen, etiam si libellus nusquam fuisset, pro tua singulari virtute, menti nostræ scilicet primum resideat. Magnas proinde tibi ex hoc munere gratias habemus &c. (q)

Geminus alius pergamenus Codex elegantissimè conscriptus, Libros exhibet *Appiani Alexandrini de Civilibus, & Externis Romanorum Bellis*, quos Candidus Decembrius è Græco in Latinum convertit. Sed cum utrumque opus, sub initia Italicæ Typographiæ, Romæ, ac Venetiis lucem jam viderit, de re nota differere inane foret.

Platonis de Republica Libros decem, quos Genitor suus Obertus December è Græcis Latinos fecerat, novo exornavit volumine Petrus Candidus. Eos primus Latio donaverat Emmanuel Chrysoloras, adedò, ut mirum sit, uni traducendo Platoni tres insignes Viros, eadem ætate, seorsim adlaverasse. Quomodo id contigerit, præstat intelligere ex Candidi ipsius nuncupatoria Epistola, huic Codicis præfixa ad Principem Hunfredum Ducem Gloucesterensem; postquam enim Chrysoloræ laudes, ejusque egregios discipulos retulit, ita prosequitur: „ Sed, ut ad Emmanuelem ipsum redeam, cum plurimos, sibi literis ac virtute potissimum devinctos reddidisset, Genitorem tamen meum, virum humanissimum, adedò in primis dicitur coluisse, ut non modò Græcarum literarum haberet auditorem, verum omnium consiliorum, totiusque vitæ suæ comitem ascisceret. Habitabat autem ea tempestate in Ticini Urbe, in primis Liguriæ antiqua & præclara, Divo tunc Johanne Galeaz Vicecomite, primo & felicissimo Duce imperante, sub quo & quietas pax, & studiis honos, & virtuti præcipue laus floruit. Cum multa itaque solitudine uteretur studiosissimus Vir, partimque Auditorum vacaret disciplinis, partim perscribendis libris inhæreret, nec unquam à bonarum artium studiis absisteret, hos potissimum Platonis Libros, veluti curarum suarum laxamentum, & humanitatis cibum traducere curavit. At verò, cum nostrorum disciplinis haudquaquam egregiè ea ætate frueretur, doctrinâ præpotentem sermonis gratia, decusque destituit. Post quem Ubertus genitor meus, quantum stilo eniti potuit, elegantiores illos reddere conatus, infelicitate quadam temporum, imperfectos reliquisset visus est. Hos igitur, ut hæres non bonorum modò, sed paterni quoque nominis, tuique decoris præcipuus amator, postliminio è Græcis literis in Latinos versos, & ornatos tibi inscribere decrevi, ne aut suo splendore destituti Platonis Libri, cujus eloquentia inter Græcos singularis est, & tu vel in primis prudentiæ, magnanimitatis, temperantiæ, & justitiæ tuæ fructum conferere &c. „ Ignotus erat illi Principi *Candidus*,

A quocirca Franciscum Picolpassum, Mediolanensem Archiepiscopum rogavit, ut eidem Librum quintum, veluti specimen hujus sui laboris offerret; implevitque injunctum sibi munus optimus Archipræsul, datis ad eum Ducem Literis, in hoc Codice descriptis, quibus *Candidum Viglevanensem, virum bonarum artium & studiorum humanitatis eruditissimum, tam Græcæ, quàm Latinæ*, Hunfredo commendat, integrum opus illius nomini dicandum spondens. Duplex hinc etiam legitur Decembrii Epistola ad memoratum Ducem, cum humanissimis ejusdem responsionibus. Plures aliæ Candidi Epistolæ sparsim in hoc Opere occurrunt, tum ad eundem Hunfredum, tum ad illustres Viros *Johannem Amidanum* Jurisconsultum præstantissimum, *Alphonsum Hispanum* Burgensem Episcopum, quem *honorem illius seculi* vocat, & *Franciscum Picolpassum* Mediolanensem Antistitem, summè laudatum; iisdem namque nonnullos ex hisce Platonis libris inscripsit.

B Adnotatione dignum est, quod in fronte Libri octavi Candidus memorat, scribens ad Ducem Hunfredum: „ Gratias non ingentes modò, sed uberrimas *Nicolao Nicoli* Civi Florentino reddere tenetur, qui cum plura & egregia virtutis suæ monumenta reliquisset, omnium insuper illustrium librorum genera, in quibus viri optimi & sanctissimi divina sua ingenia reliquere, summo studio laboreque congessit; multos quoque, veluti ex naufragio emerlos, & penè obrutos in portum salutis detulit, sacratissimoque in Templo collocavit, ubi nunc vacat tantorum virorum ingenia, literatissimi Viri curâ contemplari. „ Id mihi visum est aptissimum dirimendæ controversiæ, quæ ab Eruditis Viris agitur, num *Nicolaus Faluccius*, & *Nicolaus Nicolus* unus & idem sint, an duo. Postremam hanc opinionem amplexus est *Julius Negri* in Italica Historia Scriptorum Florentiæ, diversis capitibus de utroque agens. Fundamenta, quibus innititur, sunt, testimonium Blondi Flavii, & Ugolini Verini, qui nihil à Nicolio scriptum, aut editum tradunt; sicut etiam obitus annus, utriusque ab aliis statutus, nempe *Faluccio* MCCCXII., *Nicolio* MCCCXL. Bibliothecæ autem, quæ in S. Marci Cœnobium Ordinis Prædicatorum Florentiæ illata fuit, *Nicolaum Faluccium* conditorem facit. Contra verò Petrus Candidus synchronus Scriptor, à *Nicolio* literatissimo Viro relicta *plura egregia virtutis monumenta*, & collecta *omnium illustrium Librorum genera, sacratissimo in Templo (S. Marci) collocata* testatur. Manifestè igitur patet, uni eidemque *Nicolio* tribuenda esse, quæ *Faluccio* adscribit Julius Negri; quod etiam sensisse, ipsemet fatetur, Antonium Magliabecum magnæ in hac re auctoritatis, & Johannem Cinelium, qui se jungendum à *Faluccio Nicolium* prorsus negabant. Annus quoque mortis Nicolii malè assignatur MCCCXL.; in calce namque hujus Codicis Ambrosiani jacet Epistola Ducis Hunfredi, data ad Decembrium ex Londinensi Urbe anno MCCCXXXIX., in qua receptos à se Platonis Libros ait, gratiasque quam plurimas ipsi rependit. Cum ergo in Literis Libro Octavo præfixis, ut vidimus, Petrus Candidus de *Nicolio* tanquam è vivis sublato loquatur, ejusque literariam suppellectilem jam collocatam asserat in *Sacratissimo Templo*, nempe S. Marci Cœnobio, quod non nisi post illius obitum à Cosmo Medicæo peractum tradit Auctor additamentorum ad Vossium, in Ephemeride Veneta (r), naturæ debitum solverat Nicolius multò ante annum quadragesimum Seculi XV. Itaque hoc etiam Candidi testimonio firmatum optimè video, quod in memorata Ephemeride statuitur, videlicet obiisse Nicolium anno MCCCXXXVI. die IV. Februarii, cum annum ætatis ageret LXXIII. ut in sepulchrali Inscriptione, posita sub effigie marmorea ejusdem, in Claustro S. Spiritus Florentiæ legitur. Atque hinc alterum confusè

à Ju-

(q) Inter Candidi Epist. num. CXL.

(r) Tom. IX. pag. 166.

à Julio Negri hujus historiæ argumentum desumitur; eundem enim annorum vitæ numerum, eundemque obitus diem assignat Nicolao Falcuccio; quod clarè indicat, ex uno duos perperam factos.

Manuscriptus alius Codex Dialogum continet *De Vitæ ignorantia*. Quæ fuerit in hoc opere mens Auctoris, ipsemet Candidus explicat in Epistola scripta ad *Ruglerium Comitum Jurisconsultum*, quam integram hîc transcribo: „Cum adolescens adhuc essem, studiisque humanitatis intentus, nil præter otium & libros magni facerem, versabar sæpenumero cum eruditis Viris, aut his, quorum studiis delectari, & naturæ meæ moribus non omnino abhorrentes intelligebam. Fuit autem inter ceteros mihi familiaris, & quasi amicitiam mutuam conjunctus *Savinus Risus*; non de illo loquor, qui Curia nostræ deditus, post varias Principum adulationes insanire cœpit, aut certè insanus effectus est; sed de illo modesto & docto homine, qui quanquam nobili domo innutritus, honestis eruditus disciplinis, conscientius tamen humanæ fragilitatis, Religioni & Sacris Literis otium impenderat. Hujus igitur memoriam cum elapsa tempora nonnihil abstulissent, lectio à te nuper oblata renovavit. Legebam fortè Dialogum *Lombardi Serici*, Petrarchæ familiarissimi, tua manu mihi oblatum, cujus lectione permaximè lætatus, statim animum ad pristina studia reruli, similisque profectò disputationi meæ visus est, qua erga *Savinum* ipsum usus fueram, licèt opinione dissimili. Verùm id jucundum in primis arbitror, Academicorum more certantes inter se, oratione ambigua & digna referentes, quamquam diversa videantur audire. Intelligens igitur, *Rugleri* doctissime, mihi que carissime, quibus verbis inter me, & *Savinum* ipsum aliquando disputatum fit, cum ille Religiosam vitam collaudaret, ceterisque præferret, ut æquum est; ego Civilem anteponebam, & cum earundem genera referrentur, ipse exploderem. Ex his enim concipies, quanta facilitas sit in omni re disputandi, præsertim humanitatis studiis imbutis: ita ut nullus assensus dandus sit à Judice, quam pars altera audiatur.

In altero Codice occurrunt primò *Catonis Uticensis*, *Phocionis Atheniensis*, & *Titi Quinii Flamini* Vitæ, Græco charactere à Petro Candido manu propria conscriptæ anno MCCCXXXVII. Dein Liber *De Humani animi immortalitate*, cujus initium & Prologum ad Illustræm Equitem, & Jurisconsultum eximium, Dominum *Franciscum Vicecomitem*, proferenda censui, ut specimen aliquod hujus Operis Lector deguitet. Præfatur ergo Candidus in hunc modum: „Qui nobilitatem tuam laudant, Francisce Clarissime, si ad Vicecomitem stirpem, Majoresque tuos pace, belloque illustrissimos, aciem mentis suæ referant, non absurdè te hujus Mediolanensium Urbis, totiusque Gallia nostræ Cisalpinæ opulentissimæ, quam nobilissimum fatebuntur esse, quæ per centum & septuaginta elapsos annos imperio, auspicioque Majorum tuorum regitur, tantum enim ab initio Principatus eorum ad Philippum Mariæ exitum, quem præ ceteris sanguine proximus attingis, distare notum est. Sin verò ad ingenii virtutem, doctrinam, eruditionem, experientiamque multarum rerum, si ad animi tui sublimitatem & excellentiam, oculos converterint, longè te nobiliorem esse, ut existiment necesse est; quanto majora & præstantiora animi, quam corporis bona judicari debent; & quæ à Deo conferuntur fortunæ ipsius dona, quamquam præcipua & maxima illa sint, solent superare. Itaque cum ad te aliquid moribus, & virtute tua dignum scribere instituissem, quo caritati tuæ & amori erga nos morem gererem, nihil præstantius occurrebat, quam de animi nostri vi, immortalitateque differere. Quid enim majus, aut dignius, aut rationi nostræ convenientius exquirere, & literis mandare

A „ possumus, quam ut nos à brutorum natura segregantes æternitati emancipemus, & Deo quam simillimos, vitæ integritate, spe honestæ, piæque investigationis fore contendamus; quæ licèt scitu gravia, atque ardua sint, non sunt tamen à nobis, aut à bonis omittenda, potissimum cum sanctissimos & doctissimos imitemur duces. Sic igitur de re difficillima scripturi, Deo duce, quam brevissimè, succintèque verba faciemus. Non equidem Veterum opiniones dumtaxat consecrari meditor, aut eas in medium afferre in animo est, sed fidei nostræ Sacrosanctæ vestigia imitando, si quid à prudentibus & sanctis Viris Religioni consentaneum, & veritati legimus, breviter exponere. „ Librum autem ita inchoat: „ Anima igitur, ex qua „ Animus dictus est, simplex est, & incomposita, „ ut docti perhibent, neque duas animas in uno homine esse dicimus, unam naturalem, qua corpus „ animetur, & immixtam sanguini, alteram spirituales, qua ratione perfruatur; sed unam & eandem esse in hominibus, quæ & corpus sua conjunctione vivificet, & semetipsam sua ratione disponat, & arbitrii libertatem in se habeat &c. „ Demum *Collectanea Rerum diversarum & memorabilium* in eodem Codice occurrunt, quæ tamen incondita Sylva sunt, ex variis congesta probatis Auctoribus, ad eruditionem & memoriam fovendam. Animadvertere necessarium hîc duco, referri à Lazaro Augustino Cotta, in Musæo Novariensi, inter Opera hujus Decembrii num. XIX. *Descriptionem Mortis Davii*, cum tamen ea *Operis* nomen minimè mereatur; duodecim enim lineis, ex Plutarcho desumptis absolvitur.

Superius narravi, scripsisse Decembrium in Epistola ad Matthiam Triviniensem, decimo volumini se manum appositurum, quo libri sui ad numerum centenum excrescerent. Fortè lustranti mihi Bibliothecam Clericorum Regularium S. Antonii Mediolani, oblatum est ab humanissimo doctoque Patre D. Josepho Crucejo, Codex manuscriptus cum hoc titulo: *Petri Candidi Volumen undecimum, Libri XVI*. In eo reperi *Peregrinam Historiam*, & *Grammaticon*, de quibus in Ambrosiana seorsim asservatis differui. Alia nusquam à me perspecta, aut à Scriptoribus relata, de novo emerferunt, nempe *Metricarum Epistolarum Libri duo*. Præcedit Epistola ad *Illustræm Inichum Davalum, Magnæ Regni Siciliae Camerarium*, in hæc verba: „ Composuisse me quædam Epigrammata, & Epistolas quamplures meæ, tri lege dum animadverterem, Iniche Clarissime, eaque dispersa legerentur, veritus ne aliquando ab Auctoris sui notitia exciderent, singula in unum coarctare, & tibi inter scribendum mittere & dedicare institui, ut & studiis meis vicissim parcerem, & mentem tuam sæpenumero à curis anxiam, hujuscemodi non indigna lectione mitigarem. Leges igitur, quæ à me variis temporibus expositæ magis, quam expositæ, partim dystico, partim longiori carmine, aut ab iis, qui ad me scripsere, confecta sunt. Hæc quippe peregrinationis meæ ocia, quæ aliis fortasse negotia excuterent, non indigna visa sunt, quæ à te legantur, pensitentur, corrigantur, deinde in vulgus transeant. Vale. „ Inter has Epistolas metro conscriptas, plures occurrunt *Bonini Mombratii*, & *Hubertini Crescentinatis* ad Candidum, & hujus ad eosdem; quod indicium est, initæ inter doctos hosce Viros in re literaria mutua necessitudinis, conceptæque invicem de ingenii, calami que præstantia, superioribus paginis à me descripta, justæ opinionis.

Ecloga quoque, *Galathea* nomine, à Candido confecta, ibidem conspicitur, cujus prima hæc sunt Carmina:

*Formosus nimium Pastor, doctusque canendo
Daphnis erit, longum jam dedignatus amorem.*

Sæpe

*Sæpe illum viridesque casæ , & mapalia lata
Noctæ tenent ; meditatatur enim sua carmina Daphnis:
Et quotiens mæstum cantu sedare dolorem
Ille cupit , tantoque magis pius incitat ardor ,
Sydereâ veniente die , longa avia lustrans
Rura petit , pecorique legit nova gramina Pastor ,
Et virides errore vias , umbramque patentem ,
Unde suas videt ille boves , placidasque capellas
Errantes passim , mediâ resupinus in herba ,
Absentemque vocat Galathea hoc carmine Daphnis.
Quid cantus,quid musa juvat,quid carmina nobis? &c.*

Alterum opus elaboratum fuisse à Petro Candido, colligo ex adnotatione ad marginem hujus Eclogæ; ait enim, eam descriptam reperiri in Libro *de Ludicris*. Eiusdem libri mentio, alibi etiam, in hoc codice occurrit, sed an deperditus sit, aut alicubi lateat, quis divinet?

Tentavit arduum opus Candidus, aggressus Libris *Æneidos* Virgilii decimum tertium sufficere; sed sive pudore actus nectendi versus suos aureo celeberrimi illius Auctoris Poëmati, calamum suspenderit; sive Amanuensis negligentia in transcribenda hac Candidi lucubratione vacuas reliquerit paginas, in Codice laudato, Carmina exarata neque ad centum pertingunt; attamen nobilis hujus ausi specimen aliquod dare Lectori ingratum non reor, quamvis plurimum ab imperito Amanuense viciatum:

*Postquam magnanimus morientia sanguine fudit
Pectora , & ingentes expirant luminis oras
Damnus Iliacos sacravit vulnere Manes ,
Componit Senior regni jam fracta latini
Cubmina , disjectos Urbis jubet aggere muros
Attolli , quibus aëreas deducere turres
Cura sit , & summis Vulcani pellere testis
Imponit , prisca reddit cultoribus agros &c.*

Homeri vita, quam proximè innuimus, è *Græcis & Latinis literis fideliter interpretata*, & composita à P. Candido, hic integra legitur, cum prævia Epistola ad *Gloriosissimum Principem Johannem Castellæ*, & *Legionis Regem*, quæ tota in ejusdem laudibus versatur. Adnexa est *Interpretatio Iliados Homeri soluta oratione perscripta*, itaut singulis carminibus latina versio respondeat; sed quatuor tantum primos libros, & decimum, codex iste complectitur.

Nobilius Historicum Opus, hujus Codicis indicabat Elenchus, nempe *Vitam Illustrissimi Principis Herculis Estensis, Ferrariæ secundi Ducis*; verum expectationem frustratæ sunt paginæ, ad quas Lector mittebatur, ut de rebus egregiè ab illo gestis instrueretur; in iis enim nihil descriptum offendi, præter proœmium informe *de Origine Estensis Familix*, atque id etiam è lutulentis fontibus derivatum; ubi verò ad inchoandam illius Principis vitam sese conferre Candidus profitebatur, nihil in ea pagella, nisi inane, & vacuum occurrit. Itaque, sive Decembrius inceptum opus abruperit, sive Amanuensis ab excubenda narratione, quæ in antiquo ejusdem Auctoris exemplari legeretur, manum retraxerit, nobis non aliud hujus historici indicati monumenti relictum est, quàm desiderium, & titulus. Jacturam tamen hanc abundè reparavit Cl. Ludovicus Antonius Muratorius, qui non solum quidquid ad præclarissimum hunc Principem spectabat, sed universæ etiam Sere-
Tom. I.

(f) In ejus Vita, Hist. Florent. præfixa Cap. XI.

A nissimæ Estensis Domus *Antiquitates*, gemino typis edito volumine complexus est. summæque eruditione, ac veterum Documentorum sincera fide illustravit.

Translatum à P. Candido è Græco in Latinum sermonem decimum sextum Librum *Diodori Siculi*; Epistolarum ejusdem testimonio narravimus. In hoc Codice labor iste Decembrii exaratus legitur, cum hac in margine adnotatione: *Poggius sex Libros prius transtulit, & P. Candidus XVI.*, (idest sextumdecimum). Quinque tantum *Diodori* Libros à Poggio è Græco traductos, ac Nicolao V. Summo Pontifici dicatos memorat Clariss. Recanatus (f), nec à vero abludit; quamvis enim revera sex numerentur in editionibus prælo vulgatis, quarum tres in una Urbe Veneta peractæ sunt illo Seculo, nempe anno MCCCCLXXVI., XCIII., & XCVI.; senarius tamen hic numerus privatum consilium fuit Interpretis Poggii, qui ex primo *Diodori* libro, utpote geminam sectionem complectente, duos effecit. Adjecta sunt huic Candidi Libro *Capita sequentium quatuor Diodori Librorum usque ad XX.*, sed nudè è Græco ab eodem translata. Hæc sunt, quæ de indefesso hoc in studiis Scriptore, è literario Ambrosianæ præsertim Bibliothecæ penu depromere valui. Adjungere liceat *Necrologium Familix Decembriorum*, desumptum ex *memoriali*, quod in Codice nostro legitur, manu propria Petri Candidi conscriptum (t).

B

„ MCCCXXIV. die Veneris XVIII. Augusti, decessit Paulus Valerius, frater P. Candidi, repositus in Ecclesia S. Laurentii Genuæ.

C

„ MCCCXXV. die Jovis decessit Candidus Maria, filius P. Candidi Decembrii, repositus in Ecclesia S. Petri in Caminadella Mediolani, Deo Laus.

„ MCCCXXVII. die Veneris XXV. Aprilis, inter primam & secundam horam noctis, decessit D. Ubertus, parens P. Candidi, in Oppido Trivillii, ibidem Potestas, repositus Mediolani in Ecclesia Sancti Ambrosii.

„ MCCCXXX. die Saturni Augusti, decessit Modestus, frater P. Candidi, in Castro Arquate Placentini soli, ibidem Potestas, repositus in Ecclesia Majori.

„ MCCCXXX. die Martis XVIII. Septembris, decessit D. Catherina, parens P. Candidi, reposita cum conjuge in Ecclesia S. Ambrosii.

D

„ MCCCXXI. die Solis XII. Junii, hora decima quinta, decessit Candidus Antonius, filius P. Candidi, repositus in Ecclesia S. Mariæ Vallis Mediolani.

„ MCCCCLVIII. die Solis XXVI. Februarii, decessit Constantia, filia adoptiva ex Susanna neptis ejus, reposita in Ecclesia S. Ambrosii, nata MCC. CCXLIII. die Lunæ XXX Julii.

„ MCCCCLXIV. die Solis XX. Maji, hora XXII. Mediolani in Festo Spiritus Sancti, decessit D. Catherina de Bossis, consors P. Candidi, reposita in Ecclesia Sancti Ambrosii, prope Constantiam supra dictam.

E

„ MCCCCLXV. die Jovis XXIV. Januarii, Mediolani duxi uxorem D. Baptistinam de Camulio, hora XI. noctis, ætatis annorum XXV. Deo Laus.

Addita est diversio caractere sequens memoria. „ MCCCCLXXVII. die Mercurii, hora tertiarum, XII. Novembris, decessit præfatus D. P. Candidus, Poëta & Orator illustris, Eques aureatus, optimorum morum, ac integerrimæ & modestissimæ vitæ, repositus in Ecclesia S. Ambrosii, in sepulcro insigni, ei, & memoriæ suæ condito per modestissimam D. Baptistinam, Consorti simillimam.

Plurimum gloriari debet Civitas nostra de insigni hoc Viro, qui tot relictis ingenii sui monumentis Metropolim hanc illustravit. Quantâ ille doctrinæ amplitudine in omni ferme Scientiarum genere

x x flo-

(t) In Codice MS. Biblioth. Ambros. fig. B 123. in 4.

floreret, testari abundè possunt, tum uberrima ea eruditarum scriptionum messis, quam ex Ambrosianis præsertim scriniis collectam huc usque in lucem proferre contendimus, tum eximie laudes, quibus Decembrium cumulavere Summi Pontifices, Reges, Principes, ac præstantissimi quique illius ætatis Auctores, in longam seriem à Lazaro Augustino Cotta (u) producti, inter quos *Antonius Rhaudensis* loquens de celebri hoc Viro, in quadam Apologia, quæ manuscripta in Ambrosiana Bibliotheca servatur (x), præclarum ejusdem elogium his verbis claudit: „ Si Comica, si Tragica, si Satyrica, si Historias quis efflagitet, absentibus libris, ei singula, (mirabile dictu!) memoriter dicet; cui narranti, „ dubio procul, eam fidem fecero, ac si Livium, „ ac si Herodotum præ oculis, in manibus haberem. Varietatem fortunæ, quam expertus est, ex *Francisco Barbaro* discimus; cum enim Mediolani Græcas, Latinasque literas Decembrius docuisset, mortuoque Philippo Maria Vicecomite, Mediolani Duce, ob singularem sapientiæ non minus, quam prudentiæ famam, delectus esset patriæ libertatis Defensor, ac Præses, mutata rerum facie, atque iterum in servitutem abducta Mediolanensi Republica, paternis omnibus bonis exutus Romam confugere coactus est, ubi à Nicolao V. benignissimè exceptus, Apostolicas Literas conscribendi munere donatus fuit. Consilium hoc laudavit *Barbarus*, Epistolâ ad ipsum scriptâ, cui ob similitudinem studiorum conjunctissimus erat.

A Fragmentum ejusdem Epistolæ, quod Eminentissimus Cardinalis Quirinus Eruditissimæ suæ *Diatribæ* de insigni eo Viro inseruit, hinc transcribere præstat; neque enim modica Decembrii laus est, ab æquissimo illo literarii census æstimatore, non modò fuisse in peculiarem amicitiam adscitum, sed etiam ad præclariora Græcæ Latinæque eruditionis monumenta condenda, fervida cohortatione incitatum. Itaque ait: „ Quod autem, postquam Mediolanenses, quando lux quædam libertatis affulserat, non tam hostium armis, quam partium studiis, & domesticis, insidiis, nescio quo fato, in antiquam servitutem, reciderunt, ad Nicolaum Summum Pontificem te contuleris, laudo consilium tuum, quia cum ipse virtute, & fortuna excellat, & bonis, & doctis B Viris quodammodo non minus favere possit, quam velit, ut spero, pro sua laude, & gloria, ita propitius erit afflictis rebus tuis, ut omnes intelligant, licet res humanæ mille casibus subjectæ sint, vivo tamen Nicolao Romæ honores sapientibus Viris deesse non posse. „ Demum hæc subjungit: „ Hortor igitur, ut, sicut facis, conscientiam bene actæ vitæ contentus, casus adversos fortiter, & sapienter feras, & quod coram facere prohiberis, absens civibus tuis, & bonis omnibus prosis; & si qua se occasio obtulerit, quod magni Viri esse, Scipio dixit, non desis fortunæ se offerenti. Cum Græcis autem ita Latina conjunge, ut non minori, Philosophiæ ornamento sis, quam ipsa tibi.

ANNO MCCCLXXIX.

FRANCISCUS PHILELPHUS.

I Terum in literariam Scenam prodit *Franciscus Philelphus*, ob editum Mediolani hoc anno ejusdem Opusculum. Continet illud breves *Epistolas*, Italico sermone conscriptas, latinæque redditas, numero CCXIV., atque hæc in fronte admonitio ad Lectorem præfigitur: „ Legant avidè, & ediscant diligenter omnes Adolescentuli, Eloquentiæ cupidi, hoc *Exercitiumuncularum* genus *Francisci Philelphi*, Poëtæ nostri seculi non obscuri, excogitatum industriâ, quo duce non solum Latinæ linguæ flosculos decerpent, verum etiam ipsius linguæ vernaculæ; quoniam utraq; mirificè Poëtam nostrum poluisse, doctorum ambigit nemo. „ Sanè quod attinet ad Latium sermonem, minimè spernenda sunt quæ leguntur, cum renascens illa tempestate literarum majestas, sese ad aureæ ætatis elegantiam componeret, & inter præcipuos illius Ævi Rhetores, non infimo loco *Philelphus* resideret; lingua tamen vernacula Mediolanensis crassiori adhuc cœno inficiebatur, adeoque exempla ibidem proposita, impoliti tunc sermonis vitio, in præsentia vilescunt, ac sordent. In calce adjectum est *Petri Sallii Verzellensis carmen in Francisci Philelphi detractores*, ex quo comperimus, non defuisse, qui etiam mortuo insultarent, illius *Sfortiadem* præcipuè carpentes. Fragmentum hinc damus:

Parce sacri Vatis famam lacerare Philelphi
Invide: quid tantum te maledicta juvant?
Si tibi lingua loquax, atque omni dente soluta est,
Uttere cum vivis garrulitate tua;
Et sine defunctos merita requiescere in urna,
Non satis est pœnas, quas meruere, pati?
Jura requirendi sceleris sub gurgite nigro
Æacus, & Minos, & Radamantus habent.

(u) Mus. Novar. fol. 252. & seq.

C *Cerberæam rabiem si fundis in ora Virorum,*
Cerberæam rabiem noris obeffe tibi.
Nonne pudet tanti divina Poëmata Vatis
Carpere; quin potiùs garrula lingua taces?
Splendida Sfortiadum cantavit voce sonora
Gesta Ducum, quorum nomen in Orbe sonat.
Carmine Smyrnæo vivet furibundus Achilles,
Formaque Tindaridis cognita semper erit.
Te Maro sacraavit Vates, Dux Inclyte Teucrum,
Et tua divino carmine gesta patent.
Anguiger & vivet Franciscus Sfortia semper,
 D *Huic quoniam Vates ipse Philelphus erat &c.*

De hoc autem Libro hæc in fine subdit:

Ne foret ulla suo sine munere quæ studet ætas,
Discipulis scripsit quod modò cernis opus.
Frugifero Lector vigilans incumbere labori,
Quo labor est major, laus tibi major erit.

E Editionem hanc eo libentiùs retuli, quòd neque in Annalibus Typographicis, neque ab ullo Scriptorum, qui *Philelphi* Opera recensuere, quidquam de hujusmodi lucubratione adnotatum repererim. Impressit illam denuo in nostra Urbe Johannes Angelus Scinzeler anno MDXV. sed titulo, qui Lectorem facile potest decipere, acsi de rebus privatis, aut publicis in hisce Epistolis ageretur, cum vacuæ profus eruditione sint, nec nisi ad Italicam, Latinamque linguam rectè instituendam, in variis exprimendis mentis, animique sensibus, digesta sit hæc Sylva verborum; siquidem Typographus ita librum inscripsit: *Epistole di Mesere Francisko Filelfo, vulgare e latine, novamente stampate, e diligentemente correcte.* De celebri hoc Viro plura jam superius narravi. Non-

(x) Sub lit. M. num. 49. in 4.

Nonnulla Eminentissimus Cardinalis Quirinus ex pluribus Codicibus collecta edidit, in sua eruditissima *Diatriba præliminari ad Francisci Barbari Epistolas*, quibus acerba ejusdem diffidia cum Viris insignibus, Nicolao præsertim Florentino, & Poggio, illustrantur, eaque apud ipsum degustare poterit Lector.

STEPHANUS DULCINUS.

Stephanus Dulcinus, patriâ Cremonensis, claruit per hæc tempora, tum suis, tum aliorum in Urbe nostra editis libris. Quo in loco primam viderit lucem, ipsemet indicat in fronte secundi Libri *De persecutionibus Christianorum, Bonifacii Simonetæ*; compendio enim referens, quid duodecima complectatur Epistola, quam Auctor inscripserat *Splendidissimo Equiti Corrado Lando Placentino, Manfredi Comitum filio*, inquit: *Sub cujus ditione ego natus sum in Complanensis Agri Sambuceto MCCCCLXII.* Malè id interpretatus est, qui editionem hujus voluminis Basileæ curavit anno MDIX. Siquidem in margine, typis adnotatum vidi: *Patria Bonifacii Simonetæ*, cum de ortu suo *Dulcinus* loquatur. *Nicolaum Lucarum* in publico Cremonæ Gymnasio, eloquentissimum Rhetoricæ Interpretem audivit, teste Johanne Jacobo Crotto, qui in funebri Oratione superius laudata (a), *Stephanum Dulcinum* inter præcipuos Lucari discipulos numerat. Mediolanum delatus, præceptorem *Georgium Merulam* habuit, idque gloriæ sibi tribuit, loquens de Alexandrina Urbe in *Viccomitum Genealogia*, de qua paulò post sermo erit. Benigno Mediolanensium Principum munere adscriptus est Insigni Canonicorum Scalensis Ecclesiæ Collegio, admodum juvenis; agens enim de Bernabovè Vicecomite, inter cetera magnificentiæ monumenta in hac Urbe ab eodem relicta, hoc etiam recenset: *Nostram Scalam in ruinis Turrianarum ædium MCCCCLXXVIII. ædificavit*; cum autem hæc scriberet, annum vigesimum septimum ætatis suæ vix attingebat, Sacerdotio illo donatus, triennio jam ante.

Primum ingenii sui specimen dedit, vulgata hoc anno Mediolanensibus Typis *Descriptione Nuptiarum*, quas regio cultu celebravit Johannes Galeatius Sfortia, Dux VI. Mediolani, cum Isabella Alphonsi Calabriæ Ducis, & Hippolytæ sororis suæ filia, Regisque Neapolis Ferdinandi nepte. Dignum lectu opus est, in varia capita distributum. Præmittit brevem Historiam Vicecomitum gentis, cujus originem à Langobardis Regibus trahit, mitiore figmento, quam ceteris placuerit, qui superiori ad ipsum tempore, Trojanum sanguinem, longa Regum Italiæ successione, in Vicecomitum venas derivatum somniavere, tanta sceleritate, ut Philippus Maria, Angli, Nepotis Æneæ, agnomen gloriosè usurpaverit. Has ego assentationes, in Appendice ad Dissertationem de Sanctis Gervasio & Protasio (b), satis dilucidè, ut arbitror, mendaces ostendi, idemque postmodum confirmavit Cl. Johannes Georgius Eccardus, edito peculiari tractatu *de Stemmate genuino Desiderii Regis Longobardorum*, contra *Illustrem Imhoff* Genealogiarum Scriptorem. A Matthæo autem Magno exordium sumens, enarrare aggreditur subsequenti Principum, Barnabovis præsertim, & Galeatii II. egregias virtutes, atque addita huic Metropoli magnifica illa ædificiorum ornamenta, quæ non tam singularem Urbi venustatem, quam famam apud externos celeberrimam peperere. Francisci quoque Sfortiæ, ad Mediolanensè imperium, sublatis Vicecomitibus, evecti, regiam indolem laudat, duo illa insignia Monumenta, ab ipso condita in hac Urbe, describens, Arcem nempe Jovis, quam *Gigantum opus* appellat, & Xenodochion Majus, Regum Palatii comparandum. Centum quatuordecim lectos fovendis Infirmis, ætate sua, patuisse refert Dulcinus; at quantâ Christianæ pietatis laude Cives nostri nume-

(a) Ad annum 1482.

rum illum auxere! cum præsentium religioso huic operi Equitum provida Caritas, aliquando in præsentiarum, ultra mille & quingentos Ægros excipiat.

Altero capite Templum maximum Mediolanense, immanibus sumptibus Johannis Galeatii primi Ducis Infubrum, à fundamentis extractum anno MCCCCLXXXVII. accuratâ singularum partium veluti picturâ oculis objicit. Postquam verò mathematica ratione quale tunc esset, ac futurum sit, cum absolvatur, hoc artis miraculum, elegantissimè exposuit, descriptionem suam his verbis claudit: „Sed „ ipsum pro dignitate describere, divinum potius „ esset, quàm humanum; nemo enim quale sit, cogitatione imaginari, si non viderit: nemo scripturâ „ possit &c. „ Omittendum non est, quod de Hierarchico Templi maximi Ordine, tunc vigente, recenset; ait igitur: „ Nec minor est venerandorum „ Flaminum admiratio, qui ad Cœremonias, & res „ divinas quotidie conveniunt; Centum namque Sacerdotes, sacerdotiis opulenti, ministerio deputantur: Archipresbyter, Præpositus, Archidiaconus, Primicerii duo: Tacitici, quos Ordinarios vocant, Decumani, Notarii, Mazeconii, quibus Supplicationum cantus, & Litaniarum præces, funerum quoque Nœniæ imprimis procurantur: Anagnostæ, Phonasci, Obedientiarum, Custodes, quorum primus Cimeliarcha, cui thesaurorum cura, & eorum, quæ Græci τακηνιλια dicunt, demandatur: Æditui, Pueri, utriusque sexus phanatici Senes, qui ex ritu veteri panem & vinum in sacrificio offerunt: omnium præterea Collegiorum diversi habitus, partitæque Officiorum munia. Omnibus præsidet Archiepiscopus, multarum Civitatum Pastor; Is est Guido Antonius Arcimboldus, nuperrimè electus, qui sanguinis nobilitate, Fidei experimento, multarum rerum usu, bonis, gratus est Principibus. His omnibus argenteorum, aureorumque valorum, ac rerum sacrarum pretiosa suppellex respondet. „ Hæc erat Ecclesiæ nostræ facies, cum labente Seculo XV. scriberet Dulcinus; quandoquidem verò nonnulla, quæ hîc narrantur, obsolevere, atque alia ad novum decorem addita fuerunt, operæ pretium duxi, ad illustrandam Ecclesiasticam Mediolanensem historiam, eadem hoc loco indicare.

Ac primò præmonendum censeo, malè post Archipresbyterum Metropolitanæ majoris Ordinis collocari *Præpositum*; ille enim quartam in Choro sedem occupat, utpote nonnisi anno MCCCCL. institutus; verùm hic error ab Amanuensis, aut Typographi incuria profuxisse dicendus est, cum ab Auctore circa memoratum tempus vivente, recens ea institutio ignorari non posset. *Primicerii duo*, qui indiscriminatim nominantur, in antiquis chartis *Major*, ac *Minor* dicuntur. Hic postremus ab antiquis semper temporibus in Ambrosiana majori Ecclesia resedit, *Primicerius Lectorum* appellatus olim, nunc *Chori Magister*. *Primus* autem, qui universum, extra Templum maximum, urbanum Clerum moderabatur, pluribus per antea ætates privilegiis decoratus, tandem anno MCCCCXLII. Apostolica auctoritate, consensuque omnium Sacerdotum, quibus illum deligendi jus inerat, Metropolitanæ primario Ordini accessit, in tertiam, ut vocant, Dignitatem assumptus. Canonicis Ordinariis, quos veluti sacram aciem instruentes *Taciticos* appellat Dulcinus, collatum à Summo Pontifice fuit, nostra ætate, illustre decus Infularum, atque Episcopaliū ornamentorum, quibus Aras, & Metropolim omnem splendidiore implent majestate. *Decumani*, à S. Ambrosio instituti, ut in Ecclesiis insignioribus Mediolani Sacra facerent, ac divina Officia persolverent, inductis in eas, Seculo X. & XI. Præpositis ac Canonicis, in primario tantum Templo constitere; sed, cum Seculo

(b) Additamento IV.

culo XVI. valde imminuti numero forent, eosdem penitus sustulit S. Carolus Borromæus. *Obedientiaris*, qui in Pagis, atque Oppidis distributi, in eam curam incumbabant, ut grassante Hæresum lue, intactos ab errorum præstigiis Catholicos populos conservarent, iisdem extirpatis, ad Metropolitanam hanc Ecclesiam se receperunt, quemadmodum testatur *Franciscus Castellus* Canonicus Ordinarius, qui Seculo XVI. plura de sacris Mediolanensis Ecclesiæ rebus manuscripta reliquit, eorumque exemplar Ambrosiana Bibliotheca custodit. Quo tempore hic Sacerdotum ordo defierit, incertum est; cum tamen *Castellus* asserat, nullum ex hisce *Obedientiaris* se unquam in Ecclesia vidisse, ac nomen solum suo tempore perdurasse; *Dulcinus* verò eosdem ceteris Metropolitanæ Templi Ministris annumeret, compertum fit, intra illud tempus, quod ab ætate utriusque defluxit, fuisse illos ex albo deletos. *Custodum* Collegium à Sancto Carolo Borromæo fuisse abrogatum, ex eisdem rebus, ad hujus Ecclesiæ cultum, ac splendorem gestis, atque à *Gluffiano* descriptis (c), ediscimus. *Pueri* olim in Ambrosiana Ecclesia ex antiquissimo Instituto adhibebantur ad cantum quarundam precum, & *Responsoria* ingeminanda, iique ad Ecclesiasticam disciplinam erudiebantur à *Magistris Scholarum*, quos nunc corrupto vocabulo *Mazeconicos* appellamus. Eos in prædicto munere perseverasse usque ad XII. Seculum, *Beroldus* illa ætate scribens nos docuit; *Dulcini* testimonio evincitur, viguisse adhuc Seculo XV. vetustum hunc morem, qui tamen paulò post in desuetudinem abiit, relicto tantùm in *Breviariis* vestigio, quæ in *Rubricis* quandoque præscribunt *Responsorium, cum Infantibus*. Auctum subinde fuit Metropolitanum Collegium altera Dignitate, nempe *Decanatus*, eamque primus obtinuit anno MDXLIX. *Præpositus* S. Theclæ, cum diruta funditus illa Ecclesiâ, Clerus eidem inserviens in Templum maximum transiit, mutuum hunc nexum utriusque sacri Ordinis, novamque institutam Dignitatem approbante Paulo III. Summo Pontifice.

Dein ad opulentissimum Nuptiarum apparatus progreditur *Dulcinus*, singillatim exponens quidquid splendidi luxus, indultrisque laboris impensum fuerat in rotundo temporario *Ædificio* antefores Templi, Arcu triumphali, magnificentia dispositæ Arcis, Lecti Genialis ornamento, Viarum tegumentis, & festo Urbis ornatu, Sacerdotum & Militum pompâ, Principis egressu & comitatu, Altari auro argentoque fulgente, ac celebratione ipsa Nuptiarum. Plura ex hisce à *Dulcino* enarratis rebus frustra quæres in *Tristani Calchi* libello, quem de Nuptiis iisdem conscripsit, ediditque postmodum *Johannes Petrus Puricellus* anno MDCLXIV. Siquidem *Calchus* ab exordio narrationem suam reperit, Desponsationis Neapolitana in Urbe peractæ ordinem, atque itinera Genuam, Dertonam, Viglevanum, ac demum Mediolanum nitidissimâ eloquentiâ referens, quæ omnia omisit *Dulcinus*, in eo tantùm defixus, ut quæ oculis suis in hac Metropoli admiratione digna conspexerat, exactè narraret; id enim ipsemet in Epilogo profiteretur. Peculiare illud est, quod de pretiosa suppellectile Altaris à *Ludovico Sfortia* parata scribit, nempe inter Scyphos, Amphoras, Urnas, Vasa ex auro obrizo, argentoque purissimo, ac miro artificum ingenio fabricata, sexaginta fuisse, sub quibus singulis quaterni homines ferendo anhelabant, quæque tricubitali, quadricubitalique altitudine omnes in admirationem tantæ opulentæ pertraxerunt.

Johannes Antonius Corvinus de Arretio, vir Spectabilis, de condito hoc opere gratulatus est *Dulcino*, Epistolâ ad ipsum datâ, quam proximè referam; utque celebrior fieret ejusdem fama, mille

A exemplaria expensis suis imprimenda curavit. *Attamen*, injuriâ temporum, adeò infelicitè perierunt, ut *Puricellus* in Præfatione ad *Tristani Calchi* *residua*, hæc impressa reliquerit: „ Illas (Nuptias) „ tunc temporis descripsit *Stephanus Dulcinus*, *Scalensis* in hac Urbe Canonicus, nec non etiam *Nicolao Lucaro*, *Rhetori Cremonensi*, nuncupatas „ typis hic evulgavit anno Domini MCCCCLXXX. „ IX. Sed rarissima hoc tempore sunt ejus exemplaria, & unum tantummodo hætenus ego in Ambrosiana vidi Bibliotheca. „ *Corvini* Epistola sic jacet: „ Vidi, Suavissime *Stephane*, quæ tu de *Magnanimi Principis nostri* præstantissimis excellentissimisque Nuptiis graviter, ornatèque scripsisti; „ quodque inter cetera, & admirandum maximè, „ atque summopere præclarum est, quàm eleganter, „ quàm accommodatè totam hujus rei seriem non „ descriperis modò, verùm etiam, ut ipse met scribis, quasi in tabella depinxeris, ut qui ea legerint, non legisse modò, verùm etiam illa oculis „ conspexisse, procul dubio affirmare possint: ita „ cuncta hac in re gesta, miro ordine, singulari „ apertaque rerum descriptione collegisti, & idem „ dicere qui tua scripta perlegerint, quod *Comicus* „ noster Poëta *Dantes*, picturam quandam admiratus, dixit:

Non vide più di me, chi vide il vero;

C „ ita nihil minùs vero, qui tua scripta perlegerit, „ vidit. Illud inter cetera mihi quidem non mediocrem admirationem, atque jucunditatem præstitit, „ quod in *Ædificii* illius mirabilis amphitheatrali „ orbe constructi descriptione præstitisti; nec non „ *Arcus triumphalis*, dispositionisque Regiæ Arcis, „ ac totius Viæ mirabili ornatu, ceterisque aliis memoratu dignis in his rebus gestis. Quid *Viccomitum* proficiam, quid admirabilem Templi descriptionem commemoro? quæ singula non mediocri vi ingenii, nec vulgari & quotidiana eloquentia, sed ornatissimo scribendi genere, ac vocabulis ad rem accommodatis, exquisitissimisque, etsi sanè difficilioribus, summâ diligentia, singularique studio complexus es: ut verè ego pro me affirmare possim, ex ornatissimis Scriptis tuis plurima vocabula peregrina, & cognita profectò digna intellexisse, quæ antea mihi, & doctioribus forsan incognita extitissent. Itaque tuis his ornatissimis Scriptis non legentes modò mirificè oblectasti, sed & quod longè præstantius est, etiam „ adjuvisti, eruditioresque doctrinâ tuâ reddidisti. „ Quamobrem tua hac Historia, ac ornato & gravi „ scribendi genere adeò sum delectatus, ut mille „ exemplaribus hæc meis impensis imprimi curaverim, grande operæ pretium aliis quoque hac operâ afferri posse arbitratus. Perge igitur, ut cœpisti, juvenilem hanc ætatem talibus monumentis excolere, nominis tui æternitati, & amicorum utilitati consulturus; altioraque jam animo volvens, & scribere aggrediens, te nobis in dies & ornatior, & laudatior præsta: quibus ex rebus „ & carior nobis plurimùm tua virtute fiet, & pro merito tuo, quod Maximæ Urbis præstantissimis, ac doctissimis Civibus suis aliquando præstiterunt, illud etiam tibi à tua *Inclita* Urbe quandoque concedi posse certè sperabis. Vale, meque, ut facis, mutuo dilige. *Mediolani* pridie Kal. Martii MCCCCLXXXIX. „ Epistolam, quam *Dulcinus* ipse in fronte Libri ad *Lucarum* direxit, cum nihil ad rem meam pertinens complectatur, omittendam censui. Id unum inde eruitur, has fuisse primitias ejusdem studiorum, ut superius dicebam; ait enim: „ Exercendi in re nova ingenii causâ, & quid in veram „ palæstram aliquando possemus, periclitandarum „ gra-

(c) In Vita lib. II. cap. IX.

„ etiam efficax Orator, quàm dulcis & varius Poëta
 „ sis, hoc Epistolio testatum non relinquimus; si
 „ item religionem, constantiam, mansuetudinem,
 „ magnificentiam tuam merito præconio defrauda-
 „ mus, quum hæc, & alia quamplurima ingenii tui
 „ ornamenta talem tibi splendorem præferant, ut ab
 „ omnibus facillè cognosci possint, ac jure prædicari
 „ debeant. Taceo quoque vetustissimam Turriano-
 „ rum Principum nobilitatem, ex qua tu ortus es;
 „ antiquas etiam, & honestissimas divitias, in qui-
 „ bus modestissimè es educatus, ceteraque & fortu-
 „ næ, & corporis, tibi, & Familiæ tuæ collata
 „ munera enumerare supersedeo: proposito meo fa-
 „ tis esse existimans, quòd mansuetiores Musas istas
 „ adèdè feliciter colis, ut ex nullis aliis studiis di-
 „ turniorem gloriam tibi comparari posse persuasum
 „ habeas. Has igitur nostras rusticulas, tuarum fa-
 „ mulicio futuras pedisequas, excipere, atque refo-
 „ vere pro tua humanitate non aspernaberis; quas,
 „ ubi tua emendatione adornatas, melioresque effe-
 „ ctas cognoveris, amicorum quibus libuerit, sed
 „ in primis *Cornigero*, & *Musolæ*, contubernalibus
 „ tuis ostendes, utroque secundum te, & doctrina
 „ multijuga, & ingenio ad carmen promptissimo.
 „ Sed ne in re tam nihili, & frivola vos diutiùs tor-
 „ queam, Epigrammatici nobilissimi præcursores Pha-
 „ læcii quatuor, uno tantum ex nostris spurio in-
 „ comitatum admisso, Endecasyllaborum etiam no-
 „ strorum degenerem audaciam apud te relaturi,
 „ appetentibus, ac jam jam verecundè pulsantibus
 „ germanis accurrentes, Scœnæ hujus fores pro me
 „ tandem adaperiant. Vale.
 „ Mediolani ex Scala, pridie Cal. Novembris MDII.

*Nostris oia commoda Camœnis
 Nec torva lege fronte, sed remissa
 Censuræ trepidos tuæ Libellos:
 Sic forsân tener ausus est Catullus
 Magno mittere passerem Maroni.*

Huic Poësi plurium ea ætate celebrium Virorum lau-
 des Dulcinus immiscuit, & à nonnullis etiam illo-
 rum in calce laudatur. Epistola ejusdem altera ibi-
 dem legitur, data ad *Paulum Hieronymum Francum*
 Genuensem, quæ unà cum aliis Seculi XV. inferiùs
 excudetur, cum rarissima sint hujus tam præclari
 Operis exemplaria, adèdèque mirum non fit, in col-
 lectione Illustrum Poëtarum recenter adornata, huic
 quoque commendatissimo Vati locum minimè fuisse
 assignatum.

Curam quoque suscepit Dulcinus Sanctissimi Pa-
 tris nostri Ambrosii Epistolas prælo subdendi, casti-
 gatione omni ac nitore expolitas; eas namque octo
 libris comprehensas *Nicolaus Antiquarius*, Jacobi
 Antiquarii ex Fratre Nepos, emendatissimas tradere
 Impressoribus meditatus jam fuerat, nullumque aptio-
 rem censuerat, qui tantæ rei pro dignitate absolven-
 dæ manum apponeret, elegantissimo hoc Viro. Su-
 pererat quærendus Mecœnas, cujus auspicio feliciter
 in publicum egrederentur; hunc autem delegit Dul-
 cinus, Epistolam, quæ libro præfixa est, dirigens
 ad *Ludovicum Mariam Sfortiam Vicecomitem Ducem*
Barii. Quæ ibidem eloquitur de amore hujus Prin-
 cipis erga bonas Artes, ac studia; de ejusdem Re-
 ligione in Orthodoxa propugnanda. Fide, Templis
 erigendis, Sacellis ditandis; de Providentia demum,
 qua publicæ utilitati prospicere, ac rectam imperii
 administrationem gerere satagebat, Sancti Ambrosii
 egregias virtutes sibi in exemplar proponens, fatiùs
 duxi ad calcem rejicere, integrâ recusâ hac Epistolâ,
 quæ Ducis nostri memoriæ immortalis panegyricæ
 Orationis loco esse potest. Prodiit liber iste Medio-

lani anno MCCCCXCI. cum nonnullis aliis S. Am-
 brosii Opusculis, inter quæ illud *De ædificatione Me-
 diolani*, quod vix aliquis credet à disertissimo San-
 cti illius Doctoris calamo profluxisse; certè à Mo-
 nachis S. Mauri, neque digoum visum fuit tituli re-
 censione, dum reliqua S. Ambrosii Opera tum legi-
 tima, tum eidem afficta, in catalogum redigebant.

BONIFACII SIMONETÆ Librum *de Perse-
 cutionibus Christianorum*, unà cum ejusdem Epi-
 stolis, publica luce donavit Stephanus Dulcinus,
 Mediolani anno MCCCCXCII. Hanc editionem
 ignoravit Clariss. Arisius in sua *Cremona Literata*,
 ubi de Dulcino agit, nec non Auctor Ephemeridis
 Venetæ (e), qui primò editum hoc Opus ait
 anno MDII. Singulis sex Libris *Breviarium* rerum,
 quæ in iisdem pertractantur, attexuit, dicavitque
 R. D. *Johanni Baptista Ferro Mediolani Archiepi-
 scopali Vicario integerrimo*, præfixâ fronti Epistolâ,
 quæ tota versatur in laudibus Auctoris, præclaræ-
 que ipsius Familiæ, cujus Domum, ob productos
 in omni disciplinarum genere egregios Viros, *Lite-
 rarum officinam*, imò *Museon* appellat.

In Indice manuscripto pergameno, minio auro-
 que consperso, Bibliothecæ Blesensis conditæ à Fran-
 cisco I. Rege Galliarum, adnotatum reperi librum,
 ita inscriptum, *Daulcini (Dulcini) Poëta Latini. De
 die S. Fortunati, quo Franciscus Sfortia fuit Dux
 Mediolani*. Hunc Indicem, à Fratre *Gulielmo Parvy*
 Ordinis Prædicatorum, qui à Sacello, & Confessio-
 nibus erat ejusdem Regis, anno MDXVIII. gallico
 sermone confectum, mihi humanissimè communicavit
 Eques Eruditissimus D. *Carolus Emmanuel de Este*.
 Marchio S. Christinæ, celebris nominis inter Arca-
 des Colonie Mediolanensium, antequam in opulen-
 tam Serenissimi Principis Eugenii à Sabaudia Biblio-
 thecam inferretur. Opus memoratum *Gulielmi Par-
 vy*, seu *Parvi*, ignotum fuit Clarissimis Viris Que-
 tit & Eccardo, à quibus in Bibliotheca Scriptorum
 sui Ordinis, reliqui hujus Auctoris editi libri, cum
 illustri ejusdem Elogio adnotantur. Porrò *Guliel-
 mus* eo ipso anno, quo Indicem illum confecit, non
 nuda quidem nominum, ac titulorum recensione,
 sed rerum etiam in quolibet volumine descriptorum
 Epitome adauctum, delectus est à Rege in Treces-
 sem Episcopum; dein Silvanestensi Ecclesiæ Antistes
 datus, ibidem doctrina & virtutibus clarus obdor-
 mivit in Domino, anno MDXXXVI., ut *Gallia
 Christiana* Scriptores in catalogo Episcoporum illius
 Urbis testantur.

Parcè admodum de Literato hoc Viro, qui
 Urbi nostræ non modicum decus attulit, scripsisse
 tum Arisium, tum Picinellum, quorum alter inter
 Cremonenses, alter inter Mediolanenses Scriptores
 Dulcinum enumerat, optimè animadvertit Auctor
 Ephemeridis Venetæ loco laudato. Siquidem, præ-
 ter quæ huc usque enunciavimus, plura ejusdem
 carmina impressa leguntur in laudem insignium Vi-
 rorum, Bernardini præsertim Corii, Gasparis Vi-
 cecomitis, Lancini Curtii; plura etiam luculenta
 testimonia de summa in Literis, Dulcini præstantia,
 in illius *Ævi* libris occurrunt. Illud præclarum est,
 quod *Johannes Bandellus* scriptum reliquit in altera
 ex suis *Novellis*, ejusdem nomini inscripta, quæ
 quinquagesima septima est Partis II. editionis Lu-
 censis; in ea enim tradit, excelluisse Dulcinum
 tam stricta metro, quàm soluta oratione; præci-
 pue verò memoratum illius *Endecasyllabon* peculiari
 elogio commendat. Eundem Dulcini librum exi-
 miè laudavit *Lancinus Curtius* (f), qui tanti hunc
 Poëtam faciebat, ut emendari ab ipso sua Carmina
 optaret, rogaretque (g). Epistolas item, & varia
Dulcini Opuscula impressa fuisse Mediolani anno
 MCCCCXCII. *Cornelius à Beughem* in suis *Typogra-
 phiæ incunabulis* adnotavit, quin tamen, qua in-
 re

(e) Tom. XIII. pag. 204.
 (f) Lib. X. Epigram. fol. 158.

(g) Lib. V. fol. 72.

re versentur, non doceat. Hæc omnia omissa sunt in Arisii ac Picinelli voluminibus, non secus ac annus, & dies mortis Dulcini, quem fato ereptum die XIII. Octobris anni MDVIII. testatus est D. Job. Paulus Mazzucchellus sub *Iusti Vicecomitis* nomine latens, in edito libello contra Cl. Antonium Gattum pro Colonia Ticinensi. Addo dystichon illud, quod insculptum dicitur Sepulcro Bernardini Corii:

A

*Bernardine tibi Insubres debere fatentur,
Non minus, ac magno Roma superba Tito.*

Auctorem habuisse Stephanum Dulcinum. Siquidem ejusdem nomen adnotatum legitur post relata carmina, impressa sub Corii sedentis effigie, in ejus Historia Mediolanensi primæ Editionis.

A N N O M C C C C X C.

P E T R U S C A S O L A.

Petrus Casola, Vir probitate & doctrina per hæc tempora clarus, illustrandæ rei Ecclesiasticæ, quæ ad Ambrosianam Ecclesiam pertinebat, animum, curamque omnem impendit, Divinique Officii tam nocturni, quàm diurni, Ordinem, quem *Breviarium* appellant, juxta morem S. Ambrosii, grandiori primùm forma, dein etiam exiliori caractere impressum hoc anno vulgavit. Editionem hanc servat Bibliotheca Ambrosiana, majusculis typis excusam in folio pergameno, minioque, auro, & picturis elegantissimè refulgentem; hujus autem, ut ita dicam, Typographici luxus rationem reddit ipsemet Casola, inquiens: „ Ego, atque hi, qui ante me impresserunt, diversa spectavimus; illi enim solum iter „ agentibus consuluisse videntur, qui minutissimis „ notulis, & volumine admodum brevi, id opus, ne „ ferentes oneraret, imprimi curaverunt. Quod etsi „ ociosis quoque ex parte interim conferat, hebetioribus certè oculis incommodum est; nec ob gratitatem modò figurarum, sed quòd & dimidiatæ „ plerumque literæ sunt, dum nimis brevitati studetur, & non ad plenum impactæ, atque ipsa „ constipatione interdum ita confusæ, ut vix à clarissimis oculis discernantur. Nos caliganti etiam „ ætati providimus, quam eo minus negligendam „ judicavimus, quo abundantiori indiget præsidio; „ nam dedimus operam, ut talis esset impressio, „ quæ nec infirmiores oculos posset offendere. „ Quid verò in hoc adornando, perficiendoque munere suscepto præstiterit, indicare prosequitur, amovens primò à se invidiam, quòd novitatis ac sapientiæ præ ceteris, qui illum antecesserant, gloriolam aucuparetur, dein subjungens: „ Ad hujus Operis castigationem non meâ solius industriâ contentus fui, „ sed collectis undique antiquissimis Codicibus indubitatæ fidei, quotquot reperire potui, & eos maxime, qui in Ecclesia Cathedrali ipsa antiquitate „ venerabiles, velut archetypi reservantur, qui non modò integram, incorruptamque hanc orandi institutionem, sed ratione quoque cæremoniarum, „ quantum ad id pertinet, & quid, quibus temporibus, quibusve modis dicendum sit, docent; adhibitis præterea sæpe in consilium venerabilibus Sacerdotibus, quorum doctrina & continuus in re „ divina usus, cunctis exploratus erat, quantâ potui curâ & diligentia correxi. In quo eo nobis „ enixius elaborandum existimavimus, quòd multum comperiebamus volumina, nec ex impressis modò, „ sed etiam manuscriptis, in quibus nec ordo, nec ratio Ambrosiani officii constabat. „ Fatetur autem, minimè se putare, tanto etiam labore id fuisse affectum, ut de emendatis ad unguem, pristinaque fidei restitutis omnino his precandi legibus gloriari posset. Et sanè decurrentium inde annorum experientia docuit, multum adhuc desiderandum in iis relictum fuisse, ut pars hæc non modica pretiosæ hære-

B

ditatis primorum Antistitum, & præsertim S. Ambrosii Patroni, vetustum decorem, ac majestatem indueret; Sanctus enim Carolus Borromæus rem ex integro adorsus, adhibito peritorum piorumque hominum consilio, exploratis antiquis exemplaribus, aliisque sinceris hujus Ecclesiæ monumentis, totius divini Officii normam, in multiplici *Breviariis* Ambrosiani varietate ita statuit, ut ritè & congruenter veteribus Ambrosianis institutis conformaretur; quemadmodum Sanctus ipse Archiepiscopus præfatus est in editione Breviarii, ejusdem jussu Mediolani peracta anno MDLXXXII. Atque hinc effectum est, ut subsequenter Florentissimæ Ambrosianæ Sedis Pontificibus nihil reliquum fuerit, nisi ob recenter adscriptos Sanctorum albo Viros pietate insignes, servato proprii ritus ordine, in sacrarum precum censum novas opes inferre.

C

Dicavit hoc volumen Petrus Casola *Dignissimo atque omni reverentia Venerando Papæ Guidoni Antonio Arcimboldo Mediolani Archiepiscopo*. Insolens fortasse inerudito alicui Lectori videbitur, quod *Papæ* nomen tributum fuerit Guidoni Arcimboldo; id tamen antiquitus adeò frequenter Episcopis inscriptum legimus usque ad Seculum IX., ut Baronius in Martyrologio Romano (a) à proferendis testimoniis, utpote in re nota, abstinendum censuerit. An verò post Decretum Gregorii VII. conditum in Romana Synodo contra Schismaticos anno MLXXIII., ut nempe soli Summo Pontifici hæc appellatio reservaretur, usurpatum fuerit *Papæ* nomen ad alios compellendos Episcopos præter Romanum, apertè Baluzius negat (b), inquiens, eam fuisse Occidentalium Populorum reverentiam erga Romanum Antistitem, ut eidem soli nomen illud deinceps tribuerint. Adnotat quidem, etiam post id tempus, ab Urbano II. ipso, Summo Pontifice, vocatum fuisse Anselmum Cantuariensem Archiepiscopum, *Papam alterius Orbis*, nempe Britannicæ (ut scriptum est) *totò Orbe divisæ*; sed peculiaris dignationis titulus is fuit, nec alia suppetunt exempla. Non ita contigit in Orientali Ecclesia; siquidem, Mabillonio teste (c), „ postremis saltem seculis Patriarcha Alexandrinus „ *Papæ* nomen sibi sumit, tum in privatis, tum in „ publicis literis, seu Conciliorum subscriptionibus. „ Quamquam *Papæ* denominatio, apud illos Hierosolymitanachis, & Plebanis, seu Paroeciarum Rectoribus communis est, ut patet ex variis eorum subscriptionibus, quæ in novissima Synodi Hierosolymitanæ editione habentur. „ Ceterum, quod pertinet ad Mediolanensem Ecclesiam, scripta reliquit memoratus Baluzius (d), hæc verba: „ Adhuc sub „ Gregorio V. dignitas Episcopi Mediolanensis vocabatur *Papatus*, ut patet ex Diplomate Ottonis „ III. Imperatoris, edito in Collectione bipartita „ ab Holstenio (e). „ Attamen post undecimum seculum nulla supersunt vestigia, quæ constantem in Ambrosianis Præsulibus hanc nominis prærogativam fulcire valeant. Id quidem usurpatum vidi etiam à Georgio Cribello Presbytero, qui Libros S. *Hilarii*

D

E

(a) Ad diem X. Januarii.

(b) In notis ad Epist. LXXXI. servati Lupi.

(c) De re Diplom. Lib. II. Cap. II. fol. 63.

(d) Loc. cit.

(e) Parte II. pag. 219.

vii de Trinitate, Mediolani anno superiore impressos, dicans eidem Guidoni Antonio Arcimboldo, nuncupatoriam Epistolam ita exorditur: *Nequeo satis admirari Papa dignissime &c.* Sed an hæc recentioris Ævi publica Scriptorum testimonia satis sint firmandæ antiquæ consuetudini, quæ à communi indicta ceteris lege Archiepiscopum Mediolanensem eximeret, an potius censendum sit privatæ adulationis indicium, qua huic Præfuli, tanquam Ambrosiani Ritus Capiti, ex vulgari appellatione ablandiri vellent, dijudicandum, cui libebit, relinquo. Epistolam præmisit Casola satis prolixam ad Mecœnatem suum Arcimboldum, sed cum nihil differat, aut de rebus ad Ecclesiasticam Eruditionem spectantibus, aut de ipso Mediolanensi Archipræsule, illam exscribere minimè duxi opportunum. Non siluit tamen M. Antonius Majoragius, qui in Oratione habitâ, cum primùm Mediolani exceptus est solempni pompa Johannes Angelus Arcimboldus hujus Metropolis Archiepiscopus (f), in Arcimboldæ familiæ laudes effusus, Guidi Antomi præclaras animi dotes, sapientiam, facundiam, munera, & Legationes egregiè gestas commendat, subjungens: „Extat adhuc in Bicocono (Locus est non longè à Mediolano) quædam amplissima porticus variis picturis exornata, quibus totus ejus Legationis (nempe ad Mathiam Pannoniæ Regem) successus singillatim, & accuratè significatur. „Pleniùs de insigni hoc Mediolanensi Archiepiscopo scripsit Johannes Biffius cœvus, qui in Epistola ad eundem, præfixa poetiis suis operibus, editis anno MDXII. Mediolani, pastoralia præsertim ejusdem munera egregiè gesta, singillatim recenset.

Huic *Breviario*, adjectum est in calce *Speculum Matutinalis Officii*, more Ambrosiano, in quo Mysteria, & Ordo sacrarum precum, adductis ex veteri novoque Testamento exemplis, egregiè illustrantur. Nobile hoc opus primam tunc lucem vidit expresso nomine *Theodori Archiepiscopi Mediolanensis*, tanquam Auctoris; idem sensit etiam S. Carolus Borromæus in Epistola ad Clerum Mediolanensem, præfixa edito à se *Breviario*, inquit: „Theodorus in primis Archiepiscopus, prædecessor noster, ejusdem Ambrosiani divinarum precum Officii nocturni, matutinique partes, piè & eruditè explicavit, luculenta Mysteriorum interpretatione. „Purcellus tamen in Dissertatione Nazariana (g), ægrè se adduci fatetur ad calculum suum addendum huic receptæ apud nos opinioni; ait enim: „Eundem Theodorum Archiepiscopum ex hac vita migrasse ante annum Christi Septingentesimum Sexagesimum (multò priùs illum mortuum statuit Papabrochius in Catalogo Mediolanensium Archiepiscoporum, ante volumen Septimum Maji, nempe anno DCCXXXIX.) concurs est eorum omnium sententiæ, qui quoto ille migraverit anno expresserunt, mihi que adhuc ad manus pervenerunt. Ex altera verò parte verus illius *Speculi* Auctor, in eo exemplari quod ego legi, quodque à Casola editum est, quin etiam in altero quoque in charta pergamena manuscripto, quod postea mihi ad manus accidit, in eo inquam utroque exemplari testem sæpiùs produxit *Amalarium de Officiis*. Hic autem Amalarus florebat anno Domini Octingentesimo trigésimo, ut bene probavit Bellarminus in Libro de *Scriptoribus Ecclesiasticis*. Quid quod etiam Libros illos de *Officiis* (nimirum Ecclesiasticis) non nisi post annum octingentesimum vigésimum (trigésimum) conscripsit? Hoc enim ex ipsiusmet Scriptis evidenter collegit Melchior Hittorpius in præfatione ad Lectorem, quæ circumfertur præfixa volumini *De Catholice Ecclesie Officiis, ac Ministeriis variis, vetustorum ferè omnium Ecclesie Patrum, ac Scriptorum Libri*, quod volumen typis

(f) Edita est unà cum aliis Oration. & Præfation. ejusdem Venetiis anno 1582.

A „impressum est Romæ anno Millefimo quingentesimo nonagesimo primo. Quocirca reliquum est, ut verus illius *Speculi* Auctor non fuerit Theodorus Archiepiscopus noster, sed alter quispiam Theodorus, eo saltem posterior tempore, quo in publicum prodierat Amalarii Opus illud de *Officiis*. „Ego nihilominus in eam partem propendeo, ut credam, opus non esse comminisci alterum posteriorem Theodorum, sed verè *Speculi* hujus Auctorem fuisse nostrum Antistitem. Id mihi suadet constans per superiores ætates Mediolanensium Scriptorum consensus, suadent quoque veteres omnes Catalogi Archiepiscoporum Ecclesie nostræ, in quibus laus ista Theodoro II. tribuitur, quod egregius extiterit Rituum Ambrosianorum Interpretes, & cœremoniarum, quæ aliquantulum à primæva institutione deciderant, instaurator. *Amalarii* verò nomen adjici potuit Theodori Lucubrationi ab aliquo subsequenti Ævi Scriptori, qui confirmatam eam doctrinam inspiceret testimonio recentis illius rerum Ecclesiasticarum illustratoris, aut saltem ad marginem adnotari, ita ut Amanuensis imperitus illud postmodum in textum intulerit, quod non rarò accidisse, eruditos Viros experientia jam docuit. Sanè se non carere suspitione ab alio suppositæ novæ mercis in Libro Theodori, Purcellus ipse fatetur. Quare cum de antiquissimo Scriptori agatur, cujus autographum explorare obvium non est, donec clariora emergant, à traditione tot seculis obfirmata recedendum haud esse, prudens quisque rerum æstimator censebit.

B „Ortum duxit in Urbe nostra *Petrus Casola* paulò post annum MCCCCXXX. siquidem cum typis Mediolanensibus, expirante illo Seculo, ederet Librum à se confectum, atque inscriptum: *Rationale Cœremoniarum Missæ Ambrosianæ*, in præfatione indicavit, se non longè abesse à septuagesimo vitæ anno, his verbis: *advesperascente jam ætatis meæ termino, utpote juxta sententiam Psalmi octogésimi noni, qui vitam hominis in ipsis LXX. annis constitutam esse voluit.* Excessit tamen hunc numerum productâ usque ad annum MDVIII. vitâ. Ecclesiasticæ militiæ admodum adolescens nomen dedit; in Epistola namque prævia ad memoratum *Breviarium* anni MCCCCXC. hæc scribit: „Quis mihi jure vitio verterit, si quid plusculum me, quàm superiores, vidisse hac in re dixero, qui *suprà quadragesimum annum* in tali versor officio, cum ex superioribus quidam nec Clerici quidem fuerint, ac proinde minus in talibus experti? „Inter Canonicos Ordinarios Metropolitanæ Mediolanensis adscriptus est anno MCCCCLXXVIII. ut ex eorundem Archivi Catalogis constat; Peregrinationem quoque suscepit in Græciam, & Orientem, ibique moram trahens, multa à Græcis Sacerdotibus in divini Sacrificii celebratione peragi animadvertit, quæ Ambrosianæ Missæ ritibus congruunt, quemadmodum ipsemet testatur in ejusdem explanatione, quam reversus in patriam scribere aggressus est, non tam Ordinem, & Cœremonias Missæ nostræ exponens, sed etiam recondita in iisdem mysteria recensens, ut Ambrosiani ritus irrisoribus, ut ipse ait, malignum os obstrueretur. Qua in re egregiè se gessit, edito Mediolani anno MCCCCIC. *Rationali Cœremoniarum*, ut diximus, in quo utraque Ambrosiana Missa pro vivis, mortuisque luculenter illustrantur. De hoc solùm monere opus est Lectores illius Libri, si fortasse exemplar aliquod senio superstes ad manus perveniat, nonnullas ex iis sacrarum precum formulis, ac cœremoniis, quæ in usu tunc erant, Præsulum nostrorum, & Sancti præcipuè Caroli Borromæi auctoritate fuisse abrogatas, ut sacrosanctum hoc munus ad antiqui instituti leges, atque integritatem restitueretur. Pauca innuam: præscribitur Sacerdoti in hoc *Rationali*, ut cum, inchoaturus Missam, ad Epistolæ cornu procedit, *aperto Libro*

(g) Cap. XXXV. num. XXIII. & XXIV.

bro missali osculetur pedes Crucifixi; idem statuitur antequam Canonem incipiat: *Revertitur ad Librum, & osculetur pedes Crucifixi, aut saltem pedem Crucis in libro depicta*; demum expletâ ultimâ super populum oratione, pariter hoc indicitur: *Celebrans osculetur pedes Crucifixi, aut Crucem*. Equidem hujus Cœremoniz, in aliis etiam Ecclesiis usurpatæ meminit Edmundus Martene in Libro *De Antiquis Ecclesiæ Ritibus* (h); sed privatâ, ut opinor, Sacerdotum religione apud nos in morem inducta, jam obsolevit. Similiter post elevatum Calicem consecratum, hæc adnotata reperio: *Osculetur labium Calicis, deinde reponit*; antequam verò benedictionem dimittendo Populo impendat, præscriptum legitur: *Accipit Syndonem post Communionem jam plicatam, & crucem faciendo cum ipsa Sydone super altare dicit: Benedicat & exaudiat nos Deus*. Hæc, atque alia ibidem exposita, cum ad vetusti instituti normam liturgicæ rubricæ nostræ præscriberentur, expuncta prorsus fuere; proinde ex eo *Rationali*, quid olim superadditum foret, non quid Ambrosianus exigat ritus, colligi potest.

Impensis quoque suis Petrus Casola edi curavit *Triduanarum Rogationum* librum, de more nitidam chartam, grandioresque adhibens characteres, ut quæ ad Divinum cultum pertinebant, magnificentius excuderentur; *Rubricas* item *Breviarii cum multis aliis* in Metropolitana Mediolanensi Bibliotheca manuscriptorum reliquit, è quibus Puricellus nonnulla ad illustrandam Ecclesiasticam nostram Historiam decerpit, præcipuè verò, quandonam Ecclesia *S. Johannis ad Fontes* æquata solo fuerit. Adjacebat illa novo intramurano Majori Templo, quod Mediolanenses condiderant, statim ac Constantini, ac Licinii decreto, reddita Christianæ Religioni pax & libertas fuit, nomenque *ad Fontes* acceperat, eo quòd in ipsa extaret unicus per ea tempora Fons Baptismalis; atque ibidem sacrâ ablutum undâ S. Augustinum à S. Ambrosio, vulgatissima traditio est, eodem teste Puricello (i). Alterum subinde *Baptisterium* erexit Eustorgius II. Mediolani Archiepiscopus in Ecclesia appellata *S. Stephani ad Fontes*, ob id etiam Epigrammate (1) à S. Ennodio laudatus. Ambæ autem istæ Ecclesiæ funditus dirutæ, unâ cum aliis, quæ antiquam olim Majorem Sacram Ædem ambiabant, locum cessere immani Templi Maximi ædificio, quod à Johanne Galeatio Vicecomite, primo Mediolanensium Duce inceptum, seculorum labores absumpsit, aliosque plures subsequentiū expectat, ut extremæ magnificentiz spectaculo inserviat. Epocam dejectæ Ecclesiæ *S. Johannis ad Fontes* nobis in memorato Codice reservavit Casola, inquit, anno MCCCCX. die XVI. mensis Julii consecratum fuisse Altare Cimelii Aquilonaris Ecclesiæ Metropolitanæ in honorem B. Johannis Baptistæ à Reverendis. D. Fratre Ambrosio Archiepiscopo Mithilenensi, ibidemque reposita fuisse Sanctorum Lipsana, quæ in everfa *S. Johannis ad Fontes* ara quiescebant. Plura alia antiquitatis monumenta in eodem codice collecta debemus diligentiz Petri Casolæ: *Reformationem nempe, & instaurationem Missæ Ambrosianæ, factam tempore Domini Francisci (seu Franchini) de Parma, Archiepiscopi Mediolani, anno MCCCIV. Pontificatus ejus IX., & Descriptionem Coronationis Sigismundi Imper. factæ Mediolani die XXV. Novembris anno MCCCCXXXI.* (de qua nonnulla etiam edidit Clar. Muratorius) exaratam à *Francisco de la Cruce*, Primicerio & Ordinario Ecclesiæ Mediolanensis, qui eidem interfuit.

GEORGIUS CRIBELLUS.

Georgius Cribellus Presbyter laudem hoc anno sibi non modicam comparavit, educis iterum in *l. Tom. I.*

(h) Tom. I. Lib. I. Cap. IV. art. III.
(i) In Vita S. Laurentii pag. 341.

cem Operibus Sanctissimi nostri Patroni, ac Patris Ambrosii. Paucis ea quidem incrementis aucta nunc quoque prodire, cum privato scriniorum carceri damnatæ adhuc tanti Doctoris lucubrationes, litteratorum hominum desideria & curas eluderent, nec ea libertate fruerentur, qua tandem donatæ biennio post Basileæ, curante *Job. Amerbachio*, tribus statim implendis voluminibus suffecere. Civium tamen nostrorum diligentia non defuit, ut tentata sæpius hac alea, illustria Parentis sui monumenta in publicam utilitatem, patriæque decus typis vulgarent. Porro conquestus est in calce hujus Libri de illata scriptis melliflui Doctoris injuria ipse Cribellus, sequenti non invenuto Epigrammate:

Ambrosii libros omnes delere nequisti
Feralis Satan, hostis inique Dei:
Germanos quamvis bello, Gotthosque furentes
Italia in gentes egeris attonitas.
Nam tua cura fuit cunctos (sed Rector olympi
Abnuis) heu Fidei velle abolere libros:
Præsertim clari Doctoris splendida scripta
Ambrosii: tua qui dira venena necat.
Immo ubi me vidisti propagare per orbem
Ambrosii libros, quos pia turba legat:
In me conatum vertisti turbidus omnem:
Desinere ceptis illicet ut trepidus:
Sed tamen haud fractus, deprompsi scripta parentis
Nostri: ut perfocet colla sinusque tibi.
Ambiat hunc omnis: quoniam facundus & acer
Eloquitur puram mente, stiloque fidem.
Nunc gravis austero vibrat dictata cothurno:
Nunc aptis salibus verba jocundat ovans.
Hæc nos impensè correximus: at tamen error
Si quis inest, ut tu Lector acute vides:
Id puero tribuas rapido, cui dum notat istos
Ambrosii libros, excidit ordo meus.
Ut facile indoctis, & festinantibus error
Subrepat tacitus, pectora nube tegens.

Ex hoc Carmine discimus, non defuisse Cribello adversarios, qui ab hoc nobili implendo voto malignis eundem artibus remove contenderent; obstittisse tamen illum infracto animo, ne ab inceptis desisteret. Quid in hanc Collectionem is intulerit, præstat referre; primò occurrunt *Epistolarum S. Ambrosii Libri X.*; dein *De Vocatione Omnium Gentium Libri II. Sermones XC.*; *Orationes dicendæ ante Missam II.*; *De Sacramentis, & Mysteriis Lib. I.*; *De Virginibus Libri III.*; *De Cohortatione Virginum, & Dedicacione Templi, à Juliana structi Lib. I.*; *De Institutione Virginis ad Eusebium Lib. I.*; *De Fejunia Lib. I.* Multum suppositæ mercis in hoc volumine congestum animadvertet Lector quisque eruditus; sed ætas illa augendo studiorum censui, excutiendoque à veterum Scriptorum manuscriptis operibus pulveri ocioso intenta, nondum didicerat criticæ artis præcepta, quibus ævi præsentis viri doctissimi vera à spuris secernentes, legitimos suis Auctoribus fortus reddidere, sentesque ferme omnes ab olim confuso studiorum calle extirparunt. Vide quid de Operibus S. Ambrosii falsò adscriptis, eruditè disputaverint Parisienses Monachi S. Mauri.

Non minori præconio celebrandus est Cribellus noster, quòd Libros XII. *de Trinitate* à *S. Hilario*

z z non

(1) CXLIX.

non minùs doctè, quàm eleganter confectos, prælo Mediolanensi subdiderit, anno MCCCCLXXXIX., siquidem cùm tot seculis, ut ipse ait in prævia Epistola, incognitum pulcherrimum illud Opus, carici tantùm, ac tineis cibus jacuisset, ipse exemplar ejusdem nactus propria manu descripsit, utque etiam ceteris copia suppeteret, haud minimâ impensâ imprimendum curavit; neque hoc contentus, *Librum* ejusdem Auctoris adjecit, scriptum *contra Constantium Augustum*, Arrianæ hæresis acerrimum propugnatorum; eo enim reconciliatum Hilario Cæsarem illum, & placatiorem Catholicæ unitati redditum. ajunt: duos item *Libellos ad ipsum Constantium*: *Librum contra Auxentium*, & *Auxentii Epistolam* ad Valentianum & Valentem, qua se purgare nititur, ac simul conqueritur, se falsò hæresis insimulatum fuisse ab Hilario: demum *Libellum* attexuit de *Græcia Synodis*, quem facunda illa natio ita admirata est, ut in propriam linguam transfulerit. Hilarii Operibus *Augustini* quoque Libros XV. de Trinitate adjungendos censuit, rem haud ingratiorem Catholicæ Fidei cultoribus se facturum arbitratus, si infigne id Opus tanti Doctoris, neque materiæ dignitate, neque disputandi acumine, neque Orationis nitore, atque elegantia inferius, & tamen ab impresoribus hæctenus præteritum, evulgaret. Hæc omnia in unum volumen collecta dicavit Mediolanensi Archiepiscopo *Guidoni Antonio Arcimboldo*, datâ ad ipsum Epistolâ, in qua potissimum egregias Hilarii virtutes ac doctrinam commendat. Et meritò quidem Mediolanensi viro reservanda erat hæc gloria, ut eruta à situ, atque pulvere hæc pretiosa Ecclesiastica suppellex in publicam lucem proferretur; Pictaviensis enim ille Antistes, diu Mediolani versatus, pro intacta servanda Ecclesia nostra, præclare ac constanter contra Auxentium pugnaverat, eundem hinc expellendum totis connisus viribus, ut ab ipso velut à venenato serpente Mediolanensem Civitatem, quæ ob singulare in Catholicam Fidem studium cara ipsi semper fuerat, liberaret; quemadmodum in Vita ex ejus potissimum scriptis collecta, Monachi Benedictini S. Mauri testantur (m). Editionem hanc primam referunt iidem in Præfatione, nec non Casimirus Oudin *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, sed quo anno, & qua in Urbe peracta sit, silentio prætereunt.

E qua *Cribellorum* Familia, quorum plures vestita præstant nobilitate, *Georgius* iste prodierit, assequi minimè licuit; certè illum Oratoria ac Poëtica laude floruisse docent, quæ mox relatis editionibus adjecta sunt Epistolarum, atque Epigrammatum ornamenta; quin etiam Græcam linguam optimè calluisse, testis est Gaudentius Merula (n), qui de *Georgio Cribello* loquens ait, omnem *Iliadam* metrica latinitate fuisse ab illo donatam.

CHRISTOPHORUS LANDINUS.

Christophorus Landinus, Philosophicæ ac Rhetoricæ facultatis laude apud Florentinos suos clarus, de Urbe quoque nostra benemeritus fuit, è Latino in Etruscum sermonem transferens *Commentaria Johannis Simonetta de Rebus gestis Francisci I. Sfortia Ducis Mediolani*. Ludovicus Maria Sfortia ejusdem filius Cosmum Medicem, Florentiæ Principem, cui amicitiaæ fœdere conjunctissimus erat, per literas rogaverat, ut alicui ex præclaris suis Civibus curam committeret Italicam reddendi hanc historiam, typis Mediolanensibus jam vulgatam, ratus propagandam latius fore tum patris, tum familiæ suæ gloriam, si materno edita idiomate legi posset. Is verò Christophorum Landinum delegit, qui Principis mandato parens, amplum illud volumen exhausit, misitque ad Ludovicum ipsum, præfixâ ad eundem Epistolâ, in qua enarrat hæc omnia. Autographon hujus Libri,

(m) Ante Opera S. Hilarii fol. CXVII. num. 101.
(n) De Bello Erasimico.

nitidissimo caractere in pergamena conscriptum, picturisque & auro elegantissimè ornatum, quod olim apud Sfortianos Duces servabatur, possidet nunc Ambrosiana Bibliotheca. In eo plures emendationes viderem, quæ aut omisæ, aut à Landino malè traductæ fuerant, & si rectè conjicio, Auctor earum fuit *Gabriel Paverus Fontana*; passim enim invehitur in primum Latinæ hujus Historiæ editorem *Franciscum Puteolanum*, tanquam primigenii textus depravatorum, eum, consueta sibi, ut vidimus, phrasi, *Pötonem* appellans. Quidquid tamen sit, hoc anno Mediolani lucem aspexit *Landini* labor, qui certè ad oculos *Julii Nigri* minimè pervenit; textens namque ille Landini Elogium in suis Florentinis Scriptoribus, atque Opera ejusdem recensens, ait, translatum ab eo fuisse in Etruscam linguam *Pöma*, inscriptum *Sfortiades Johannis Simonetta*, editum Mediolani anno MCCCXC., confundens fortasse Simonetam cum Philelpho, qui verè *Sfortiadem* metro elaboravit, sed nunquam prælo donatam.

Proximè innuimus, accusari Landinum in Emendationibus, margini manuscripti nostri exemplaris appositis, quòd plura ille omiserit, aut malè intellexerit; eandem notam ipsi ab aliis inustam refert Sabellicus in *Libello de Latina Lingua reparatione*; postquam enim Christophorum Landinum, *Florentina Academia decus maximum* appellavit; hæc subdit: „ Accusatur „ tamen in quibusdam ut parum diligens, tanquam „ planè constat, ea illum non præstare, quæ aut in „ curiâ, aut consultò præterit. Velles ad hæc beatissimam illam dicendi facultatem ad majorem usum „ comparatam, quàm ut imperitæ multitudini servire „ voluisset. T. Livium, & Plinium duo Latinæ linguæ lumina, non sine piaculi suspicione omnibus „ vulgavit; sed tantum abest, ut sit in altero, id quod „ maximè optabat consecutus, ut nemo obscurè præferat, duriorum esse Plinium jam Tuscum factum, quàm antea Romanus fuisset &c.

JULIUS ÆMILIUS FERRARIUS.

De *Julio Emilio Ferrario* aliqua in hoc Opere delibavi, nunc producendus est in arenam, cùm hoc anno Mediolani publicis typis locum inter literarum cultores sibi comparaverit, edito *Aufonio*, cujus Epigrammata, & reliqua Opera pro virili parte, ut ipse ait, emendata, castigataque, dicavit *Magnifico Ambrosio Varisio Rosato, Philosopho præstantissimo, Ducali Physico primario, & Patrono suo optimo*. In Epistola nuncupatoria, spectatissimi hujus viri dotes eximias laude amplissima celebrat, asserens, illum ingenio, vigilantia, doctrina, & fide ceteros ætatis suæ, non modò Insubrium, verùm totius Italiæ Physicos, & Astronomos antecelluisse; Poëticæ facultatis, & Historiæ scientissimum, atque in genere dicendi gravem & ornatum eum appellat; innuit Philosophiæ, & Astronomiæ monumenta, quæ brevè editurus erat *Varisus*, doctrinæ suæ testimonia posteris relinquenda; nec conticescit patrociniū, quod eruditibus omnibus oppressis, ac injustè vexatis, sibi que præsertim in ærumnis & laboribus penè herculeis benignè semper impenderat; proinde omnia & corporis, & fortunæ bona eidem se debere candidè profiteretur; demum Ambrosii Varisii continentiam, gravitatem, frugalitatem, & in omni re modestiam commendat, inquiens, postremum hoc illius decus ita omnibus admirationi fuisse, ut præcorum Romanorum more illum vivere, ac prælucere omnibus crederent. Porrò inter præclarissimos Cives nostros Seculo XV. non tam sanguinis splendore, quàm scientiarum cultu florentes, numerandum esse hunc Varisium, abundè probant, quæ in suo Italico libro de Mediolanensibus Medicis (o) vulgavit Cl. Bartholomæus Curtius, ubi integra leguntur Diplomata Ludovici Mariæ, & Ma-

(o) Pag. 37. & seqq.

Maximiliani Sfortiæ, Burgi ac Plebis Rosati dominium cum gladii potestate eidem largientium, & confirmantium, quæ panegyricæ Orationis speciem referre videntur.

Quæ Ferrarius præstiterit in hac adornanda editione, ipsemet refert in Epistola memorata, inquit, non modò depravatum Librariorum inscitia codicem, pristinae integritati fuisse studio suo restitutum, sed etiam Aufonii vitam ex ejus Libris, & Epicedio summam collectam, adjectaque nonnulla Epigrammata, ex Catalogo illustrium Urbium decerpta, quæ Georgius Merula in Cœnobio Mediolanensi S. Eustorgii primus repererat. Tristanus Calchus in historia Patriæ nostræ, de Aufonio loquens, dolet, ejusdem Libellum *de Claris Urbibus* injuriâ temporum majori ex parte mutilatum, & dimidiata Carmina fuisse, subditque: „ Nos, verusto codice, ex Ticinensi Vicecomitum Bibliotheca prolato, redintegravimus, & „ ubi quinque tantum imperfecta habebantur, nos „ decem & octo absoluta Urbium Epigrammata „ edidimus, inter quæ septimo loco est celebre illud

En Mediolani mira omnia; copia rerum &c.

Adjutorem habuit Ferrarius in hoc explendo labore JOHANNEM STEPHANUM COTTAM, quem vocat *Doctissimum, Virum patricium, & à Secretis Senatus unum*. Sanè non tam nobili stirpe ac dignitate, quam literarum præstantia per ea tempora claruit Civis hic noster. Plurima ab ipso, legenda posteris, Scripta fuisse relicta, testatur Elogium sepulcro ejusdem insculptum; præter aliqua Epigrammata, editis ea ætate Libris adjecta ad laudem Auctorum. Poësi præcipuè delectatus est, servaturque apud me *Descriptio Elegiaca* manuscripta *Vallis Cuvii*, cujus Feudo potiebatur, quam integram etiam vulgavit Lazarus Augustinus Cotta in suis Commentariis ad Dominici Macanei Chorographiam Verbanæ Lacus (p). Aliud metricum ejusdem Opus adnotatum reperi in Catalogo Bibliothecæ Francisci I. Regis Galliarum, cujus ad superiorem annum mentionem egi, cum hoc titulo: *Ecloga Stephani Cottæ ad Franciscum Sfortiam Ducem Mediolani*. De illius poëticis lucubrationibus hæc innuit Lancinus Curtius in tertio Sylvarum Libro:

*Undenis pedibus notior & notis
Conditis prælia Principum;
Audes grandiloquis jungere versibus
Heroes veteres novis, &c.*

Stipendia fecit in Gallia sub Vexillis Ludovici XII. Regis; eum enim Platinus Platus *Commilitonem in Gallia* suum vocat, mittens ad eundem Epigramma (q), quo ipsum de morte Patris solabatur. Variâ usum fuisse fortunâ egregium hunc Virum colligo ex altero Platini Epigrammate (r), in quo hæc canit:

*Te licet & Fratres aliquando sefellerit aula,
Te tamen & Fratres extulit aula tuos.
Me verò passum graviora reliquit inanem
Cotta, nec aspexit me Deus ullus adhuc.*

Equidem præclaros honores adeptus est Cotta, tum Romæ, ubi & à Secretis Summi Pontificis, & inter Abbreviatores Apostolicos relatus fuit; tum apud Blancam Sfortiam Maximiliano Cæsari nuptam, cui eum Ludovicus Patruus comitem in itinere ab Epistolis dedit; tum demum in patria, in qua Senatoriam provinciam administravit. Hæc omnia complectitur Epitaphium in Scalensi Templo eidem, vitâ erepto, hisce carminibus conscriptum:

(p) Num. CVIII.

(q) Pag. 20. à tergo.

A
Qui Regum, pariterque Ducum quandoque Senator,
Qui gemino Romæ functus honore fuit;
Præfueratque tuis qui Regia Blanca tabellis,
Plurima qui populis Scripta legenda dedit;
Hæc sacra Johannem Stephanum tegit Urnula Cottam,
Quæ requies longi sola laboris erit.
Obiit die XXIV. Martii MDXXV.

B
Nihil præter nomen adnotavit Lazarus Augustinus Cotta in *Museo Novariensi* de Cive suo *Julio Emilio Ferrario*. Quæ mihi contigit ex illius temporis monumentis colligere, hic subjicio. E patria Novaria, Mediolanum proficiscens, Georgium Merulam sortitus est præceptorem; de hoc enim gloriatur in Epistola ante Aufonium, eundem *Polyhistorum* vocans. Id autem referendum reor ad tempora Francisci I. Sfortiæ, cum prima vice conductus est Merula ad publicum in hac Urbe docendi munus anno MCCCCLIV. in eoque per decennium perduravit; redeunte namque illo Mediolanum post decem & octo annos Venetiis actus, Ferrarius jam par erat suscipiendo Institutoris Officio: Siquidem paucis elapsis à Merulæ reditu annis, Oratoriæ facultatis cathedram in publico Mediolani gymnasio conscendit, manum porrigente Ambrosio Varisio, cui se illam debere scribit (Aufonium dicans) his verbis: „ Jovem (*nempe Ludovicum Mariam Sfortiam*) non „ solum benivolum, sed propitium, imò propensissimum mihi reddidisti, qui *nuper* profitendi munere cum honestissimo salario me dignatus est. „ In ejusdem Libri calce conqueritur, se *competitorum certaminibus vexari*, præsertim verò traduci ait Epistolam nuncupatoriam, veluti *affectatam, fucatamque*, alterum ex adversariis suis indicans sub nomine „ *Fellis pullariæ*, qui aliena scripta pro suis, nescio „ quid dulce reboantia, edidit, quæ profanum tantum Ambronum vulgus suscipit, & Opicorum „ turba deosculatur. „ Quapropter Ambrosium Varisium rogat, ut sua, quemadmodum solet, defendat: adeo per illa tempora carpendi libido invaluerat, ut libris, vix è prælo caput erigentibus, censoria intenderetur virga, atque insultaret obrectatio. Georgius Merula in Annotationibus contra Galeoti Martii librum *De Homine* inquirens: „ Quis Marcus, *feles olim pullaria* dictus? Existimavi, ait, „ felem esse, quem nunc vulgus *Fovinum* appellat.

D
Plura à Julio Emilio edita fuisse veterum Auctorum Opera, docet Epigramma Petri Leonis Vercellensis *De Laudibus Julii Emilii Oratoris Clarissimi*, quod integrum recitare opus est, cum ea mihi minimè occurrerint.

*Lector si quæras, cunctis quis doctior Urbe
Anguigera? dicam, Julius unus adest.
Grammaticos doctos, superat qui Rhetoras omnes
Eloquio, ingenio, judicioque simul.
Hic tenet Historias omnes, Ænigmata Vatum
Solvit, nec cedit Socraticisque Viris.
Auctore Emilio Stygiis revocatus ab umbris
Plinius, Aufonius venit & ad Superos.
Hincque Milo, & Verres, Antonius, & Catilina
Constant, Hermogenis, & Ciceronis Opus.
Pieridas quicumque colis, hunc prorsus adora:
Æmilium semper candide Lector ama.*

E
Historiæ Auditoribus explanandæ provinciam fuisse demandatam Emilio jam retuli, ubi *de Literariis*
Me-

(r) Pag. 8. à tergo.

Mediolanensium Studiis, sub Ludovico Maria Sfortia, narrationis ordo sermonem exigebat. Quantum in eo Eruditionis genere excelleret, ex hoc etiam cævo teste intelligimus; sed quid subinde actum sit de præclaro laudato Viro, & quandiu superfuerit, hæcenus frustra indagavi. Claruisse illum famâ Eloquentiæ non modicâ dubitari nequit, cum Lancinus quoque Curtius ejusdem nomini carmina inscripserit, quæ inter edita ipsius Epigrammata (f) legi possunt.

DOMINICUS MACANEUS.

Dominici Macanei memoriam, illustrem, celebremque reddidit Lazarus Augustinus Cotta, qui eximium ejusdem Opus, hoc anno Mediolanensibus typis vulgatum, post integra exacta duo secula reviviscere jussit, novoque auctum Commentariorum ornamento in lucem eduxit hac ipsa in Urbe, anno MDCIC quin ullam sibi gloriam adscriberet, latens sub nomine adscititio *Statii Trugi Catalauni*. Ediderat is elegantem *Verbani Lacus Chorographicam Descriptionem*; sed temporis invida edacitas adeo exemplaria consumpserat, ut Paulus Morigia, qui de nobilitate ejusdem Lacus scribendi provinciam susceperat, fassus sit (t), ne ulla quidem Macaneæ Lucubrationis fragmenta sibi offendere licuisse, quamvis diligentia omni etiam per Amicos adhibita, Librarias Officinas, & Scrinia tum Mediolani, tum Augustæ Taurinorum excussisset. Unum tandem emerfit è pulvere, quod avidè arreptum laudatus Cotta, atque ampla rerum, quæ in Verbani Lacus oris post Macaneum contigerant, accessione ditatum, iterum prælo donavit.

Quis esset, quibusque ingenii dotibus effulgeret illa tempestate *Macaneus*, in Italica memorati Lacus Historia (u) exposuit idem Morigia. Cognomen sibi *Dominicus* adoptaverat ab Oppido *Macanei inferioris*, quod ipsemet vocat *dulce natale solum nostrum*. Ferax illud fuit insignium Vitorum, Morigia testante; ceterum Familia *Dominici* appellabatur *de Belli*, seu *de la Bella*, ut vult Cotta (x). Prima Eloquentiæ rudimenta percepit à *Cola Montano*, disertio quidem Magistro, sed turbido Mediolanensis pacis hoste, insinuatâ, ut diximus, adolescentibus suis Galeatii Mariæ Sfortiæ Principis cæde, adeoque multò ante annum MCCCCLXXVI. imbutus oratoriæ artis præceptis à *Cola Macaneus* credi potest, cum in Judicium quæstionibus de hoc crimine habitis, atque à Corio relatis, nulla hujus discipuli mentio fiat. Oratoria & Poëtica facultate optimè excultus, Græcâ quoque linguâ plurimum præstitit. Humaniores literas in Urbe nostra docuit, nobilemque præsertim puerum erudiendum suscepit, filium nempe *Gasparis Vicecomitis*, cui hoc Opus inscripsit, memorans in Epistola nuncupatoria, collatum sibi literariæ hujus disciplinæ munus, à quo ob egregiam adolescentis indolem, gloriæ fructum se collecturum sperabat. Alterum eidem discipulum magni nominis addit *Cotta*, *Johannem* scilicet *Mariam Cataneum*, Novariensem Patricium, quem tamen *Jovius* in Elogiis, de *Macaneo* silens, *Georgii Merulæ*, & *Demetrii Calchondylæ* auditorem facit. Profectus ad Urbem Taurinensem, publico in gymnasio, Eloquentiæ præceptis juventutem instituit; eumque *Plinii* naturalem historiam interpretantem se audivisse testatur *Gaudentius Merula* (y). Ibidem famam doctrinæ non modicam consecutus, *Serenissimæ* (nunc *Regiæ*) *Sabaudæ* Domus historiæ condendæ manum apposuit, in id à Principe illius Urbis delectus, ut refert *Morigia*. Reliquum vitæ docendo, scribendoque impendit usque ad annum circiter MDXXX., quo mortalem vitam Taurini deposuit, posteritatem suam

relinquens dignitatibus, & Legationibus apud Reges Principesque illustrem, quemadmodum fidem faciunt Sepulcrales Inscriptiones Patris, & Nepotum à Cotta recitatae.

Libros à *Macaneo* conscriptos idem recenset, nempe *Observationes ad Tranquillum, & Valerium Maximum*, quarum ipse Auctor mentionem agit in Epistola memorata ad *Gasparem Vicecomitem*, *Antiquitates Allobrogicas* Italicè scriptas, & Latinas novem *Ducum Sabaudia vitas*, quæ omnia luce adhuc carentia, apud Cl. Sitonum servantur. *Quæstionculæ* nonnullæ ejusdem, videlicet: *Quomodo fecerentur cineres Corporum combustorum apud Romanos. Quid sint Pagani; Principium Valerii Maximi à barbarie vindicatum*, adjectæ sunt primæ Mediolanensi impressioni *Chorographiæ Lacus Verbani*, atque iterum recusæ in Volumine IX. Magnæ Collectionis Scriptorum Italiæ, à *Burmanno* post *Grevium*. Alterum ego *Macanei* Opus, *Taurini* degens inveni, à *Cotta* ignoratum, *Commentaria* nempe in *Cornelii Nepotis Viros illustres*. Edita ea fuere in *Taurinensi* Urbe, anno MDVIII. (z), & ab Auctore dicata *Venerando, ac Reverendissimo Domino Amadeo Romagnano, Episcopo Montiregalensi, & Ducali Cancellario dignissimo*. In Epistola ad eundem ita se inscribit: *Dominicus Macaneus, publicus Taurini Orator*; in decursu verò se excusat, quod involucris negotiorum irretitus publicæ Lectionis, gymnasii privati, laboriosi contubernii, rei familiaris, tempus non pro voto, sed furtim ac successivè in hæc *Commentaria* impenderit. Sequitur brevis exegesis de *Cancellario, Secretariis, & Scribis, eorumque vocabulis ad Venerandum Cuneatem Antistitem Dominicum Georgium Torniellum*; dein *Cornelii Vita* à *Macaneo* conscripta; & *Caji Catelliani Cottæ* ad *Tristanum Calchum* Epistola, quæ in calce legi poterit. Siquidem alteram Editionem *Cornelii Catellianus* jamdiu *Mediolani* confecerat, libellum ejusdem *de Viris Illustribus* *Tristano Calcho* dicens. In ea Epistola nuncupatoria inquit, quis Auctor illius fuerit; tandem controversiam inter eruditos agitatam, num verè *Cornelii Nepotis* foetus dicendus sit, tanti *Mecænat*is in literis versatissimi judicio solvendam relinquit, ut suo loco videbimus. In calce alia jacet Epistola *Johannis Thomæ Sertorii Cremonensis*, & Epigramma in hujus Operis laudem.

HIERONYMUS VICECOMES.

Hieronymi Vicecomitis Liber de *Lamiis* Mediolani prodit hoc anno, non tamen Auctore ipso curante, is enim è vita jamdudum migraverat. Hinc error *Picinelli* deprehenditur, qui in *Atheneo Mediolanensium Scriptorum*, eundem confundit cum altero *Hieronymo Vicecomite*, centum ferme post annos florente, cujus *Saturnalia, & Lusus* elegiaco carmine anno MDLXX. vulgata typis habemus. Ex amplissima Principum Vicecomitum progenie sanguinem traxit Senior iste *Hieronymus*, sed luxui ac splendori familiæ nuncium remittens, Prædicatorum Ordinem amplexus est, ductâque potissimum in *S. Eustorgii* hujus Urbis Cœnobio, religiosissimâ vitâ, extremum ibidem diem clausit, immortalis memoria relicta, ob summam, quæ in ipso claruit, morum honestatem, atque doctrinam. Hæc omnia memorat *Aluissus de la Cruce, Caravallis Monachus, & Decretorum Doctor* in Epistola huic Opusculo inserta ad *Franciscum Bossium Amicum*, qui ære proprio illud imprimendum sponderat. Ait, Lucubrationem hanc, penès se thesauri loco retentam, in publicam utilitatem libenter se protulisse, eamque acceptam fatetur à *præstantissimo Ducali Chirurgo, Magistro Ga-*

(f) Fol. 130. à tergo.
(t) Itor. del Lago Maggiore Cap. XXVI. pag. 221.
(u) Pag. 220.
(x) in prævia ad *Macaneum* Epistola.

(y) De Gallor. Infubr. Sed. Lib. II. Cap. XV.
(z) Taurini per Magistrum *Franciscum de Silva* XVI. Octobris, in 4.

Gabriele Birago, omnis bonæ margaritæ Sapientiæ quæstore, inventore, emptore, ac conservatore, sibi-que cognatione juncto, ob *Claram* sororem suam, in conjugem ductam; prosequitur laudes *Hieronymi Vicecomitis*, cui adjungit *Joachimum* sapientiâ clarum, & *Philippum Magnesium* doctrinæ & religione insignem, atque olim præceptorem suum, omnes in eodem Prædicatorum Ordine Literatissimos Viros; subjungitque: *Hos colo tres, mortuos in via, immortales in patria, nunc clara fama viventes.*

Bifariam dividitur hic liber; in altera enim parte disputat Vicecomes, an *Lamiæ* verè & non *fantasticæ*, sive *apparenter ad ludum eant*; productifque hinc inde argumentis, sententiam suam explicat, asserens, præstigia esse Dæmonum, Lamiarum menti illudentium; in altera verò proponit, an *Lamiæ sint velut hæreticæ judicandæ*, easque vero hæresis crimine contaminatas defendit. Controversias hæc illustrandas suscepit, ut morem gereret Francisco I. Sfortiæ Duci Mediolani, qui, ut inquit in memorata Epistola *Aluisius de la Cruce*, anceps hærebat, an *Lamiæ* ab Ecclesiastico foro damnatæ, justè dimitterentur iudicibus secularibus puniendæ. Eidem etiam Francisco Principi opus hoc suum dicavit Hieronymus satis eleganti Epistola, quam in calce dabimus. Hanc editionem ignorare Eccardus, & Quetif in *Bibliotheca Scriptorum Ord. Prædic.*, qui hoc Hieronymi Vicecomitis opus referunt, tanquam adhuc ineditum ex Thomasio. Addo, indicari ab eodem Vicecomite, in hac disceptatione, alterum à se editum Tractatum, his verbis: „ Investigare „ an verè tales (*Lamiæ*) eant ad ludum, an ludi- „ ficentur omnino, non est præsentis speculationis. „ Aliàs edidi Tractatum super hac re, ubi opinio- „ nem meam posui, & multa dubia, quæ moveri pos- „ sunt, declaravi. „ Nec solus per ea tempora in- „ hujusmodi argumento versatus est; *Samuel* namque „ *de Cassinis* Ordinis Minorum Observantiæ Regularis, typis edidit *Quæstionem Lamiarum* anno MDV., & *Johannes Franciscus Picus Mirandulanus* Dialogum condidit inscriptum, *Strix, sive de Ludificatione Dæmonum*, quem *Leander Albertus Mirandulæ* acceptum, Chalcographis excudendum Bononiæ tradidit anno MDXXIII., dicavitque *Amplissimo Patri, Altobello Averoldo Brixiano, Polæ Antistiti, ac Vicelegato Bononiæ.*

Alterum ab hoc Auctore doctrinæ suæ monumentum, posteris relictum, memorat *Jacobus Quetif* in *Bibliotheca Scriptorum Dominicani Ordinis* (*), nempe *Compendium Quæstionis de Obligatione Populi*, ubi peculiariter inquirat, an *Summus Pontifex se obligare possit dominis Cardinalibus, vel aliis voto, & juramento*; atque affirmativè respondet, ea, quæ in adversum objiciebantur, dissolvens. Mecœnatem huic Operi edendo selegit, *Equitem Clarissimum Cichum Simonetam*, primum *Ducalium Secretorum Consiliarium*, adeoque absolvi debuit hic labor literarius ante annum MCCCCLXXX., quo, æmulum prævalente invidia, caput securi Cichus immeritus dedit; Prodiit autem excusus Parisiis anno MDXII. De hoc Sodali suo nullam sibi occurrisse memoriam candidè fatetur Quetif, hoc unum subjungens, floruisse illum ineunte seculo XVI. Id tamen veritati repugnare superius comprobavimus ex cœvo Scriptore *Aluisio de la Cruce*, qui Librum *de Lamiis* edidit nondum expleto seculo XV., cum Hieronymus Vicecomes jam multò antea decessisset. Certè inter præstantes Literis viros ea ætate florentes, numerari debet *Civis hic noster*; siquidem cum sese in Reipublicæ speciem composuisset Mediolanensis Civitas post *Philippi Mariæ Vicecomitis* mortem, conditumque fuisset in hac Urbe à *Magnificis Defensoribus Ducibusque* publicæ libertatis *Studium generale*, cuilibet Scientiarum Classi assignati sunt illustriores Magistri, Fra-

Tom. I.

trique *Hieronymo Vicecomiti* Logicæ docendæ munus injunctum fuit, triginta Florenorum stipendio assignato, quemadmodum refert *Catalogus Præceptorum*, publica auctoritate legentium anno MCCCCXLVIII., quem *Clar. Sitonus* vulgavit, post *Librum Italicum Bartholomæi Curtii de Mediolanensibus Medicis.*

GALEOTUS MARTIUS.

Galeotus Martius Narniensis Librum vulgaverat, inscriptum *de Homine*, in quo partes omnes, quæ illum intus forisque constituunt, singillatim enucleaverat, præviâque Epistolâ ad *Johannem Strigoniensem Archiepiscopum*, expendendum transmisserat. Censuram, quam ab optimo Mecœnate propitiâ expectabat, severam, rigidamque à *Georgio Merula* accepit, qui mordaci calamo in Galeotum insurgens, annotationibus conscriptis, eundem passim inscitæ, latinique sermonis imperitiæ coarguit. Professus quidem fuerat *Merula* in Præfatione ad *Laurentium & Julianum Medices*, se in hac concertatione Modestæ limitibus minimè excessurum, inquiens: „ Nos au- „ tem etsi in errores hominis, sibi plurimum arro- „ gantis, & qui omne genus scriptorum tractare „ audet, invehamur; tamen nec petulanti, nec con- „ tumelioso sermone res agitur, sed literis & erudi- „ tione certatur, ut scilicet aliquando dijudicari „ possit, veriusne Galeotus, an *Georgius* de re latina „ differat; „ Verùm insanabili illius ætatis morbo, „ pati frœnum nequivit carpenti licentia, singulis ferme pagellis in jurgia & contumelias erumpente *Georgio*. Unum proferam, quod propè Annotationum exordium legitur; cum enim Galeotus, vocem explicans *Calendrum*, interpretatus eam fuisset pro vitta, seu mitra mulierum, aut mollium virorum, aut puerorum, subjungens, *sicut clarè ostendimus in Invektiva contra Philelphum*, eundem *Merula* traducit, veluti Religioni injuriosum, Græcique sermonis ignarum, ac subdit: „ Contra *Franciscum Philelphum* Galeotus? „ Sus in *Palladem*. Hic plura non dicam, nisi te „ non minus hoc homine, & istâ tuâ in hominem „ eruditissimum petulantia, ludibrio literatis Viris „ ita fuisse, ut si *Tersites* *Hectorem* ad singulare „ certamen provocasset. „ Ex his aliquid lucis effulget, ut argui possit, quæ occasio extiterit hujus inter Galeotum, & *Merulam* pugnæ; sive enim deturpatam ab illo *Philelphi* famam, cui amico tunc foedere jungebatur, vindicare voluerit *Merula*; sive Galeoti jactationem castigare, qua fortasse supra *Merulam* Eloquentiæ laude se efferre contenderat, amaræ evomendæ bili, quæ jamdiu in utriusque sinu fervebat, libellus iste incitamentum dedit. Porro non multum distulit Galeotus *Merulæ* vicem rependere, edita *Refutatione objectorum*, quæ omnia simul hoc anno Mediolani prodire typis *Philippi de Mantegatis*. De hac postrema Galeoti responsione differere quidquam non licet, cum neque *Mediolanensem*, neque *Taurinensem* editionem integri hujus Operis, anno MDXVII. paratam, explorare mihi in ocio contigerit, sed eâ tantum uti potuerim, quæ duos complectens primos libros *Basilicæ* acta est, eodem *Taurinensis* editionis anno, atque in *Ambrosiana* servatur. Subnectere opus esse reor, quod de Galeoto *Sabellicus* adnotavit in Dialogo de *Latine Linguae reparatione*: „ Nec Galeotus Narniensis nihil præ- „ stitit, si quæ scripserat omnino stare contigisset; „ extant tamen adhuc aliqua, ut *De Homine* Opu- „ sculum, & alia quædam parum nota, in quibus „ video, nonnullos verborum proprietatem deside- „ rare.

a a a

ANNO

(*) Tom. II. fol. 24.

A N N O M C C C C X C I .

ITerum hoc anno præla Mediolanensia infudare imprimendis *Sancti* Doctoris, nostri que Patroni *Ambrosii Operibus*, quæ licet adhuc manca forent, nec supposititiis scriptionibus emundata, nihilominus venerationem summam Civium erga tam præclarum Antistitem, piamque aviditatem hauriendæ illius doctrinæ procul dubio testantur; cum (ut vidimus) superiore anno confecta à Georgio Cribello eorundem editione, nondum expletum esset publicum desiderium, adeoque paranda forent nova exemplaria. Quis curam suam Typographo Zaroto præstiterit, ut castigata in lucem prodirent, ex superstite illo codice, quem unicum præsentis anno impressum, mihi exhibuerat Metropolitanæ nostræ Ecclesiæ Bibliotheca, colligere non licuerat, cum liber ille careret præfatione, nec alio nomine signaretur, quam Impressoris. Oblatum est mihi postmodum aliud Exemplar, ex quo intellexi, demandatam fuisse hanc provinciam disertissimo Viro Stephano Dulcino, Scalenfi Canonico, qui pro viribus studuit, ut pristinus decor aureæ Sancti Ambrosii Eloquentiæ, Amanuensium imperitiâ deformatæ, redonaretur, quemadmodum suo loco (a) narravimus. Continet autem *Epistolas, De Vocatione Gentium, De Edificatione Urbis Mediolani, De Isaac, & Anima, & De Fuga Seculi*.

M A P H E U S V E G I U S .

Mapheus Vegius Patricius Laudensis inter alia felicissimi ingenii sui monumenta, aureos sex libros reliquit *De Liberorum Educatione, & eorum claris moribus*. Illos Mediolani impressit hoc anno Leonardus Pachel Typographus, nullâ Epistolâ nuncupatoriâ, vel Præfatione exornatos. In calce breve compendium legitur ejusdem vitæ, quod idem omnino in subsequenti Editionibus descriptum est, donec Paulus Bertoëtus, omnia Vegii Opera, quæ haberi poterant, colligens, in Urbe Laudensi anno MDCXIII. vulgavit, adjectâ in fronte Auctoris vitâ paulò uberiore; tandem integram, criticè digestam confecit, ediditque Conradus Janningus in Supplemento II. Junii ad Acta Sanctorum Bollandi (b). Hanc inferius dabimus, rati, gratissimam me rem facturum viris eruditis, si quæ sepulta veluti jacet in vasta illorum voluminum mole, paucorum manu tractanda, facilis & omnium oculis obvia fiat, seorsim hoc loco recusa. Mea quoque plurimum interest, pro instituto suscepto, illustriorem reddere præclarissimi hujus Scriptoris memoriam, qui in hac Metropoli Civitate, finitimaque Ticinensi Academia, Grammaticæ, Rhetoricæ, Dialecticæ, & Jurisprudentiæ lac & succum hausit, quo in tam celebris famæ Virum tandem evasit.

Interim Lectores monitos volo, incidisse in manus meas Librum, Lutetiæ Parisiorum anno MDVIII. excusum, sine Typographi nomine, atque hoc titulo distinctum, *De Liberorum educatione aurei Libri sex noviter recogniti, Francisci Philelphi Poætæ, Oratoris, Philosophique præstantissimi, succincto cum indice, & brevibus marginariis adnotationibus, obscurarum sensa dictionum aperientibus, Nicolai Bonæspei Trecentis Campani cura superadditis*. In calce ejusdem paginæ sequens distichon legitur:

*Hunc memori trutinatæ brevem sub mente libellum,
Si juvenum mores vultis habere probos.*

(a) Ad an. 1489.
(b) Fol. 57.

A Succedit Proœmium: *Antonio Ægidio Nuceriensi, bono, mediocriſque literaturæ, Colono, ac ejus Conthorali Annæ Curiali, Nicolai Bonæspei Trecentis Carmen Tumultuarium.*

*Munera multijugis pretioſa det alter amicis,
Mi ſatis eſt gracilem poſſe dicare librum;
Ibit in extinctum quo nomen in ora Virorum,
Quo duce poſt obitum fama ſuperſtes erit.
Ergo ſalutiferum hoc tibi Frater amande volumen,
Ac tibi pro pueris do ſoror Anna tuis;
Jam quibus Altipotens conceſſit pignora ſeptem,
Pignora doctrinis inſtituenda ſacris.
Poſt varios igitur rediens vir rure labores,
Mens erit hæc mores poſſe docere bonos.
Fac nitida geminos referant probitate parentes,
Funditus eximium noſſe juvabit opus.
Edocet omnigenam nitidiſſima dogmata pubem,
Continet innumeras iſte Libellus opes.
Hoc teneros ſemper (uti facis) imbue fœtas,
Ut Samio dextrum vate ſequantur iter.
Qui ſervire Deo virides incœpit in annos,
Deſeret haud cœptas cana ſeneſcæ vias.
Felices Mundi tandem ſuper aſtra quieſcent;
Auferet injuſtos mors inopina reos.*

Valete Soſpites Germani Memores, ex Parrhiſtorum Lutetia MDVIII.

B Obſtupui ad novum hunc repertum *Philelphi* fœtum, quem hæctenus à nemine commemoratum inveneram. Verum, cum interiùs Librum percurrerem, certior factus ſum, illum eundem eſſe, quem elaboraverat Vegius. Attamen imperitus is rei literariæ æſtimator, adeò intrepidè Philelpho adjudicabat hoc opus, ut ſubnectens Patriſ *Franciſci*, filiique *Marii* Vitam ex Trithemio, mirari ſe diceret, à docto illo Spanehemenſi Abbate, inter alia enumerata *Philelphi* Opera, egregium iſtud fuiſſe ſilentio præteritum; atque, ut verè ab hoc Auctore id confectum aſſereret, in argumentum proferebat *ſtorulentam & redolentem phraſim, vulgatumque titulum, & Libri inſcriptionem, ac pudicum dicendi charactere*. Quàm verò mendax ſit hæc opinio, abundè docent tum antiquæ editiones, noſtra videlicet hujus anni, altera Franchini Gaphuri anni MDXIII., Baſilejenſis anni MDXLI., Laudeniſis anni MDCXIII., quæ omnes *Miphei Vegii* nomen præferunt; tum auctoritas Scriptorum omnium, qui de *Vegii* Vita, ſcriptisque diſſeruere, ac pretioſum hunc Codicem eidem adſcribunt. Gefnerus quidem in *Bibliotheca Univerſali* (c) inter *Franciſci Philelphi* Opera iſtud recenset: *De Educatione puerorum inſtitutio hecatostichis, impreſſa Baſileæ apud Rob. Vvinter, cum Poëmatiſ aliquot Inſignibus variorum Auctorum, in 8.* Obviùs mihi hic Liber non fuit, ſed certè quem contuli Pariſiſ editum, Vegium, non Philelphum, Auctorem habet. Præſtat referre alterum Epigramma, quod ſubjacet Pariſienſi libello; neque enim par omnibus ejusdem editionis copia eſſe poteſt, mul-

(c) Fol. mihi 257.

multumque proderit ad tam præclari Operis pretium posteris commendandum .

*Hoc pater inspicias plenum probitate libellum
 Quisquis es , hoc fœtus imbue lacte rudes .
 Tuque Magister ama teneri moderator ovilis
 Ambiguam ducens ad meliora viam .
 Quo semel est imbuta recens servabit odorem
 Testa diu ; hoc Flacci ceu documenta ferunt .
 Utque refert Populo Salomon sapientior omni ,
 A teneris cœptum nemo reliquit iter .
 Ergo age , dum faciles animi , dum mobilis ætas ,
 Cervices juvenum , teste Marone , doma .
 Qui puerum virides non castigabit in annos ,
 Vix dabit eximium curva senectæ decus .
 Lucretii Soboles patrium præscindere nasum
 Haud timuit , meritum dentibus ulta nefas .
 Quisquis es hunc igitur gracilem reverere Libellum ;
 Vis dicam : melior nullus in Orbe Liber .*

Jam verò ut promissis me exsolvam , Vegii vitam subjungo , quam Janningus adornavit , præfixitque Libello ejusdem *De Rebus antiquis Memorabilibus B. s. Petri Romæ* , quem usque ad id tempus ineditum publica luce donavit .

„ Mapheus Vegius , Orator & Poëta insignis , „ uti ejus Opera testantur , Civitatem in Ducatu Mediolanensi Laudensem (quæ & Laus nova Pompeja multis dicitur , excitata Seculo XII. ab Imperatore Frederico Cœnobarbo ex ruinis Laudis Pompejæ veteris , à Bojis olim conditæ , & à Mediolanensibus aliquot tunc ante annos destructæ , vulgò *Lodi*) patriam habuit , natus ex Familia clara , patre Bellorio , matre Catharina Lauteria (*Lanteria*) , anno Christi nati MCCCCVI. , uti mox ostendam ex ipsius met scriptis . Non à matre , sed à nutrice pia fœmina & moribus integra , verecundiæque præcipua , lactatus infans : unâ cum lacte mores quoque ejus fuxit . Quales autem illi mores fuerint , sic tradit ipse libro I. de Educatione Liberorum Cap. IV. in fine : *Me autem aluit nutrix tantæ verecundiæ , ut viris coram , ne oculos unquam attolleret : fœminas verò sapius intuens , erubesceret : memorque sum , à matre accepisse , nunquam se illam , quin rubore magno semper suffunderetur , alloqui potuisse . Erat præterea loquendi parcissima , solitudinis appetentissima , turbæ inimicissima , adeo ut domi ferme semper , marito longè illam increpante , se contineret . Hujus ita nutricis meæ mores examussim me comitati sunt , ac si cor ejus , atque animam cum lacte simul imbibissem .*

„ Puer Mediolani in Grammaticæ disciplinâ pium Senem institutorem nactus , ibi anno XII. ætatis suæ concionantem audivit S. Bernardinum . Senensem ex Ordine Minorum , quatuordecim tunc annis continenter in prædicandi munere versatum . Ex quo colligitur , nativitatem Maphei referendam esse ad annum Christi MCCCCVI. Mundo quippe natus Bernardinus anno MCCCLXXX. in Festo Nativitatis B. Mariæ , VIII. Septembris , primitias suas Sacerdos ordinatus Deo obtulit anno MCCCCIV. in eodem Festo ; & continuò concionari cœpit ; ut post annos quatuordecim illo labore transactos , debeat fluxisse annus MCCCCXVIII. , quando Mediolanum concionator venit , ibique à Mapheo anno circiter duodecimo ætatis ejus auditus est : illis autem à decem & octo abstractis , reducitur nativitas ejusdem ad annum sextum supra millesimum & quadragesimum .

„ Pleraque hætenus dicta fundantur in ipsius

A „ Maphei Scriptis de Vita S. Bernardini , apud nos die XX. Maji impressis Tomo V. à pag. 287. Cap. II. num. 17 , ubi de tempore suscepti ab eo habitus religionis , primæ Missæ , & prædicationis initio : tum Cap. V. num. 35. , ubi prædicationis Bernardini , atque ætatis suæ anuum simul indicat Mapheus , suamque etiam tunc temporis indolem , ac mores sufficienter declarat : *Bernardinus* , inquit citato Cap. V. num. 34. , tandem venit Mediolanum , actis jam quatuordecim annis , quibus disseminando verbo Dei semper intenderat . Ego tum , dum puer essem duodecim circiter annos natus , recolo eum ibi vidisse , absque ullo prorsus nomine & fama ; audivisse etiam in populo loquentem .

B „ Nam erat mihi Præceptor Grammaticæ optimus quidam Senex , qui diebus festis cum verba faceret , audire eum avidè , ac discipulos quosdam , præcipuè sibi commendatos , quorum unus eram , audituros etiam simul secum ducere consueverat , dicereque ad nos sapius : *Eamus Filii audituri bonum illum Fraterculum* , tam vili ac trita indutum veste , cui tanta linguæ gratis , tantus splendor eloquii , tam aptus dicendi modus , tanta verborum simul , atque sententiarum majestas . Hujusmodi enim solebat sermonem de illo proferre : nam magnificè , egregièque eum semper commendabat , atque extollebat , affirmans constanter , nunquam similem illi , aliquem vidisse . Ego judicio magistri mei fretus , non meo , quod nullum quidem erat propter brevioræ ætatem , maximi faciebam hominem , audiebamque verba illius attentè , licet minus capax esset ingenium ad accipiendum pondus ipsorum . Sed cum talem illum esse arbitrarer , qualem Magister judicabat , videbantur mihi omnia , quæcumque diceret , divino ore prolata . Hæc uti ad commendationem S. Bernardini concionatoris multum faciunt , ita non parum indolem in pueritia facilem , atque morigeram commendant Scriptoris .

C „ Idem Scriptor eodem in Opere de Educ. Liberos Libro II. Cap. VIII. , ait , se pudoris (quam virtutem à se cum lacte nutricis verecundiæ hausitam dixit) , & laudis studio mirificè in litteris profecisse : *Quid verius* , inquit , *hac sententia (quod juvenis , ex doctrina Lyconis Philosophi , debeat pudore simul ac laude ad literarum studia incitari , sicut equus calcaribus ac fræno ad currendum) quid præclarius ? Ego ita eam veram & præclaram affirmare audeo ; ut nihil in tenerioribus annis , quibus summa sub Magistri cura eruditus fui , senserim , quod ad percipiendas magis literas profuerit . Solebat enim Magister (ut recolo , ac recolens sæpe rideo) dividere , quasi in bellatorum acies , discipulos invicem disceptaturos sub Judice eorum quopiam , qui doctior videbatur : atque ubi probè conflictatum esset ; qui fortius , præstantiusque pugnassent ; & laudibus plurimum efferre , & sedibus etiam dignioribus honestare . Id genus decertandi non possum satis dicere , quantum me , ne inferior aliis saltem judicaret , ad sustinendam omnem vigiliarum , studiorumque molem , plusquam ætas etiam illam pateretur , incendebat , quantumque incitabat , ut qui doctiores aliis videbantur , imitarer , excellentioresque sequens , tardiores minime attenderem : Atque hæc ad primum Maphei admodum pueri magistrum (duos quippe habuit in Grammaticæ studiis) referenda sint . Transit inde undennis ad alterius pii Senis disciplinam , uti sequitur ex Cap. IX. ejusdem Libri .*

D „ Narrabo , inquit ibi , & alterius præceptoris mei artificiosam erudicendi industriam , quæ cum laudis amore , & pudoris metu pueros magis ad literas excitaret , eò convenientius & huic loco subjicienda est . Secundum itaque mihi pater præceptorem adhibuit ; non quòd primi doctrina aut cura „ aut

„ aut mores illi displicerent, quem summo certè amo-
 „ re, assiduæque familiaritate, convictu etiam frequenti
 „ conjunctissimum habebat; sed quòd ex Mediolanensi
 „ Urbe, in qua educatus fui, in aliam patriam, co-
 „ gente nescio qua rerum suarum ratione, migravit.
 „ Traditus ergo fui Seni cuidam, cujus me delectat
 „ memoria, propterea quòd licet non multum doctus
 „ esset, summa tamen humanitate morum, simplicitate
 „ quoque atque integritate vitæ eximia præstabat.
 „ Tum subdit: qua industria ille pueros instituebat,
 „ animabatque ad studendum alacrius; & paulò post
 „ describit, quomodo ipse sub ejus disciplina profe-
 „ cerit, hac narratione:

„ Quare cum de laudandis pueris sermo susce-
 „ ptus sit, instabo etiam magis, atque alia, quæ mihi
 „ sub eodem præceptore contigerunt, non omittam.
 „ Cum enim à primo Doctore, à quo jam omnia Gram-
 „ matices rudimenta perceperam, transissem in secun-
 „ di Magistri disciplinam, ac propter breves annos
 „ (nondum enim undecimum annum attigeram) vide-
 „ rer sibi, ea, quæ minimè ignorabam (præ pudore
 „ autem, non ignorare subdicebam) edocendus: ubi
 „ ille animadvertit, & celeriter quæ me docebat edi-
 „ scere, & scite, priusquam etiam doceret, ad om-
 „ nia quæstia respondere; mirari adèd cœpit, ut &
 „ subdocentes ultrò advocans, in admirationem se-
 „ cum duceret; & magna sæpius ac præclara de
 „ tanta ingenii bonitate (cum longè tamen falleretur)
 „ prædicaret: sineret multa proinde etiam mihi pro
 „ arbitrio licere. Ejus ego Magistri amore atque hu-
 „ manitate, illis ego laudibus allectus, ad literarum
 „ tantum studia incensus fui, quantum, si sub pri-
 „ mo Præceptore persistissem, sperandum de me nihil
 „ unquam prorsus fuisset. Erat enim asper, rigidus,
 „ iracundus, qui & diligentius me curare existimans,
 „ sævisque plægis, etiam ubi opus non erat,
 „ minisque deterrebat, terrore deprimebat, solitudine
 „ constringebat, animum vix unquam relaxare per-
 „ mittebat. Ex illius itaque disciplina, tanquam è
 „ carcere liberatus, atque ad alterum humaniorem
 „ dulcioremque Præceptorem translatus, mirum est,
 „ quàm crexi me animo, quàm literis toto me dedi-
 „ studio, quàm laborem ultrò omnem, discendi cau-
 „ sa, suscepi; adèd ut & nonnulla jam ipse poëta-
 „ rum volumina evolverem, & carminis aliquid novi
 „ (ad quòd mira vi naturæ impellebar) quotidie
 „ semper excuderem, nemine etiam docente. Neque
 „ enim erat quisquam ejus negotii gnarus. Ita pro-
 „ fuit, lenem, blandum, ac ipsius, qualescumque
 „ esset, ingenii laudatorem, admiratoremque Magi-
 „ strum habuisse.

„ Paria de suo in poësim genio profecit Lib.
 „ III. Cap. II., prohibetur autem à patre ei indul-
 „ gere, volente utilioribus studiis animum ut appli-
 „ caret. Sic ibi loquitur: Quæ experienciâ didici
 „ nimirum rectè illa testari possum, qui à tenella
 „ usque ætate, neque ducente, neque docente quoquam,
 „ sola autem tantum impellente natura, tam vehe-
 „ menti Poëtarum amore inflammari cœpi, ut eorum
 „ comparatione cætera mihi parva viderentur: qui-
 „ bus cum secundâ aurâ navigans, totis jam remis
 „ incumberem, prohibuit me pater, atque ad Diale-
 „ cticam, tanquam ad graviorem, honestioremque di-
 „ sciplinam, ut studium converterem jussit. Parebam
 „ itaque paternæ voluntati: cum tandem naturæ lon-
 „ gè majus imperium evicit, ut Musas, quibus laten-
 „ ter ac furtim quidem, ne id pater præsentiret, va-
 „ cabam, revocarem. Post Dialecticam verò, quam
 „ non minus certè quàm pestiferum quiddam exhorre-
 „ bam, translatus fui à patre in primo ipso puberta-
 „ tis limine ad studia Jurisconsultorum, quorum le-
 „ ctione, propter summam, quam in eis offendi & in-
 „ genii, & eruditionis, & eloquentiæ vim, pluri-
 „ mum semper delectatus fui. Cæterum, quòd ad exer-
 „ cendam eam facultatem spectat, nihil est, à quo
 „ unquam magis abhorruerim, nihil, quòd naturæ
 „ meæ adversum unquam, repugnansque magis ha-
 „ buerim, ut (quòd Naso de se canit)

„ Nec me verbosas Leges ediscere, nec me
 „ Ingrato voces prostituisse Foro,

„ licuerit. Quare poëtas, licet me multa inde vio-
 „ lentissimè retraherent, cogente tamen majore nescio
 „ qua vi animi, inter ipsa Legum studia repetebam;
 „ in quibus quantulumcumque profecerim, illud certè
 „ non ambigo, parum me, vel nihil in quavis alia
 „ disciplina consecuturum unquam fuisse. Tam invi-
 „ ta indomitaque est, tanto imperio dominatur sua
 „ cuique natura.

„ A Jurisprudencia, quam didicit quidem non
 „ illubenter, sed inducere animum non potuit, ut
 „ illam publicè exerceat; videtur sanctioribus stu-
 „ diis applicuisse animum, seque Romam deinde
 „ contulisse. Quando autem? Sunt qui Mapheum
 „ Martini PP. V. anno MCCCCXXXI. defuncti, Da-
 „ tarium faciunt, quos inter Wadingus in Annali-
 „ bus suis ad annum MCCCLXXX. non uno loco:
 „ & ante ipsum, ad impressum Romæ an. MDLX-
 „ XXVI. Maphei carmen de Translatione S. Moni-
 „ cæ, monetur Lector, quòd Mapheus Vegius Mar-
 „ tini Papæ V. Datarium ad recipiendas & honorificè
 „ collocandas S. Monicæ reliquias sacras, marmo-
 „ reum sepulcrum, mira arte elaboratum, erigen-
 „ dum tunc curavit, cum illæ Romam transferren-
 „ tur. Alii etiam scribunt, Mapheum & translatio-
 „ nem Sacri Corporis curasse, & suis impensis per-
 „ fecisse. Quæ quamquam negare olim posse omnia
 „ sic facta fuisse, cuperem tamen Scriptorem habere
 „ ipsi tempori translationis propinquiorem, qui id
 „ asserat.

„ Martinus Papa tam in suo Brevi de transla-
 „ tione Corporis, quàm in Sermonem ad Fratres Au-
 „ gustinianos, qui dicitur ex verbis ipsius Pontificis
 „ fuisse editus, nominat nonnullos, quorum rogatu
 „ consensit, corpus Ostiæ Romam transferri, & quo-
 „ rum operâ id factum fuit; videlicet Petrum Ele-
 „ ctensem Episcopum, Apostolicæ Capellæ Sacristam
 „ & Confessorem suum, Ordinis Eremitarum S. Au-
 „ gustini, qui vocavit ad se alium Fratrem Augusti-
 „ num, atque illi operam dat negotii deducendi:
 „ ille verò ut libenter suscepit, ita sine mora omnia
 „ parat, quæ viderentur opportuna negotio: idem
 „ ceteros Ordinis sui sollicitat, ut in rem parati ad-
 „ sint: nam sibi in animo esse, ut in die Palmarum
 „ transveherentur. Hæc in Sermonem citato, in quo
 „ nulla usquam mentio fit Maphei, aut curæ ab ipso
 „ adhibita in translatione.

„ Præterea in vita Maphei utriusque editionis
 „ indicatæ, legitur: Romam demum profectus Ma-
 „ phæus Eugenio Pontifice Maximo, adscitus est in
 „ Scribarum Magistrum, in quo munere cum sum-
 „ ma integritate & modestia versaretur, ad majorem
 „ est evectus dignitatem, quam Datariam vulgò ibi-
 „ dem nominant. Post in Canonicorum primariæ
 „ Ædis Apostolorum Collegium honorificè coopta-
 „ tus est: qua contentus dignitate, Episcopatum ma-
 „ gni sanè proventus recusavit; cùm se imparem, &
 „ minus idoneum (tantæ erat modestiæ) tanto oneri
 „ prædicaret. Post Eugenii Papæ obitum, non minori
 „ caritate & benivolentia illum Nicolaus V., qui
 „ Eugenio successit, complexus est; à quo & res
 „ literaria illustrabatur, & literati omnes liberalissi-
 „ mè fovebantur. Hactenus vita, quæ Maphei ad-
 „ ventum Romam, post obitum Martini, sub Euge-
 „ nio PP. IV. signat, atque ab hoc primò Magi-
 „ strum Scribarum, deinde Datarium ejus creatum
 „ fuisse, enuntiat. Ex quo concluditur, ipsum vi-
 „ vente Martino, neque Datarium ejus egisse, neque
 „ translationem S. Monicæ curasse, aut ei interfuit-
 „ se; imò nec Romam sub Martino venisse.

„ Et verò ætas Maphei, quæ moriente Marti-
 „ no Papa anno MCCCCXXXI. mense Februario,
 „ annum XXVI. poterat attingisse, dissuadet, ipsum
 „ fuisse sub Martino Datarium. Quippe officium,
 „ illud

„ illud, teste Dominico Macro in Hierolexico, est
 „ magnæ æstimationis. estque prælatitium, & aliquan-
 „ do Cardinalitium; ut vix credibile videri possit, fa-
 „ pientissimum Pontificem juveni, & Romæ quodam-
 „ modo peregrino (si tamen tunc Romam venerat)
 „ & rerum Curiz Romanæ non perito, tantæ digni-
 „ tatis munus, quod experientiz virum requirit, sta-
 „ tim contulisse. Prudenter Eugenius primò ipsum
 „ ad minora officia, in iisque probatum, ad Data-
 „ rium promovit: nec verò illum ipse ad minora
 „ adhibuisset; si jam tum sub Decessore suo Data-
 „ riam administrasset. Debuerit igitur Mapheus Da-
 „ tarii dignitatem Eugenio, non Martino.

„ Id, quod ipsemet etiam gratus agnoscit in hoc
 „ ipso Opusculo, quod edimus. In quo cum multos
 „ Pontifices Romanos celebret, eorumque gesta lau-
 „ det, & sepulturæ loca frequenter designet, in-
 „ primis gratum animum suum effundit in Eugenium
 „ PP. IV., & Nicolaum V., quorum Datarium fue-
 „ rat, & utriusque suo Marte epitaphium condidit;
 „ nulla uspiam Martini V. mentione facta, nedum
 „ signo gratitudinis suæ dato. De Eugenio quippe
 „ jam tum demortuo sic loquitur num. 132. *Cujus*
 „ *dulcis heri mei memoriam, uti animo continuo gero,*
 „ *ita verbis libenter usurpo.* Et de Nicolao, qui fuit
 „ alter: *nunquam ex animo delendus mihi optimus he-*
 „ *rus meus.* Tum utriusque animi dotes laudat, ac
 „ demum addit: *His nos ambobus etiam Epitaphia*
 „ *condidimus, quæ sequuntur; atque illic legi possunt.*
 „ Inter hæc, ad eum oblitus fuerit Mapheus Martini
 „ Papæ, & beneficiorum ejus, si ab illo peregrinus
 „ Romam veniens, exceptus, honoribus affectus, Da-
 „ tariæ præfectus, translationem quoque S. Monicæ
 „ curare jussus fuisset, ut hoc loco, aut alibi in
 „ hoc suo tractatu, ubi frequens occasio erat, nul-
 „ quam illius, aut illorum meminerit? Cum tamen
 „ beneficia Martini in Mapheum longè pluris fuissent
 „ æstimanda, quàm quæ deinde ei collata fuerunt
 „ ab Eugenio, & Nicolao; quia Martiniana fuis-
 „ sent prima, quæ facilem sternebant viam ad poste-
 „ riora sub sequentibus Pontificibus.

„ Igitur quod tunc, cum reliquiæ S. Monicæ
 „ Romam transferrentur anno MCCCCXXX., uti
 „ supra allegatum est, Mapheus & Martini V. Da-
 „ tarius fuerit, & ad recipiendas reliquias marmo-
 „ reum sepulcrum mira arte elaboratum, erigendum
 „ curaverit, æquè à vero alienum est. Ut non di-
 „ cam, quòd sepulcrum marmoreum, mira arte
 „ elaboratum, illo anno elaborari vix aut ne vix qui-
 „ dem potuerit. Vero similia scribit Pancirolus
 „ Hippolytus, è Societate Jesu, in Thesauris abscon-
 „ ditis Urbis Romæ, sub nomine Octavii Pancirolii
 „ Italiæ editus Romæ typis Zanettinis, primùm
 „ anno MDC. in 4., deinde auctius recusus ibi in
 „ 8., atque anno MDCXXV. paulò post obitum
 „ Hippolyti, denuo editus. Ibi in Regione Urbis
 „ sexta, Ecclesia prima, quæ est S. Augustini, di-
 „ cit Auctor, Sacellum S. Monicæ magnis impensis
 „ fuisse ornatum anno MCCCCXL. à Mapheo Ve-
 „ gio, celebri Poëta illius temporis, & Datario Eu-
 „ genii IV. Fecerit igitur Mapheus Sepulcrum mar-
 „ moreum S. Monicæ, quod ornavit anno MCCCC-
 „ XL. decimo post corporis translationem anno.

„ Sequitur in vita Maphei post allegata à me
 „ supra num. 12. in editione Schotti: *Scriptis multis*
 „ *res stri & equestri oratione.* Carmine quidem Li-
 „ brum *de ultimis Aeneæ gestis, & obitu,* quem
 „ *tercium decimum Aeneidos* nuncupavit, non quasi
 „ imperfectum esse Opus Maronis putaret; sed ut in
 „ Poëticis ingenium, ad quæ ferebatur, exerce-
 „ ret: idque ad exemplum Quinti Smyrnæi, qui Home-
 „ ro *Παραλειπόμενα* librum decimum quartum addere
 „ est ausus. Lusi & Vegius *de morte Astianactis* li-
 „ brum unum, quem nuper Coloniz in Ubiis Franc.
 „ Modius evulgavit. *Antonios* item libros quatuor,
 „ *de b. a. i. s. n. Anacoretæ Antonii Vita* conscripsit
 „ heroicis versibus, quibus excelluit: etiam epigram-
 „ Tom. I.

A „ *meta, & elegos* conscripsisse etiam adolescens fer-
 „ tur. Prosa, seu soluta Oratione scripsit hæc, quæ
 „ quidem extant; *Terræ, Solis, & Auri alterca-*
 „ *tionem,* opusculum elegans: item *de Perseverantia*
 „ *in Religione* libros sex, ad Sorores Religiosas Eli-
 „ zabetam & Monicam: & *de Quatuor novissimis*
 „ *Librum singularem: Dialogum quoque Philaletem,*
 „ *de veritatis amore,* ad Eustachium fratrem. Ha-
 „ buit & alterum fratrem Laurentium. Denique *de*
 „ *puerorum Institutione,* post Plutarchum Chæronen-
 „ sem, eruditissimos, atque utilissimos
 „ Libros sex reliquit, qui Parisiis anno MDXL., &
 „ Basileæ anno sequenti ex officina Roberti Winter,
 „ atque anno MDCXXII. in Bibliotheca Patrum,
 „ Tomo XV., Coloniz Agrippinæ, prodierunt.

B „ Et hæc quidem Maphei opera, in citato Bi-
 „ bliothecæ Tomo impressa sunt omnia; non tamen
 „ sunt omnia, quæ (ut ibidem affirmatur) reperiri
 „ potuerunt. Repererunt postea Decessores nostri an-
 „ no MDCLXI. alia Romæ in Bibliotheca Altem-
 „ psiana, videlicet Libros tres *de Vita & obitu B.*
 „ *Monicæ ex verbis S. Augustini.* Item *Officium*
 „ *B. Monicæ, & Officium translationis ejusdem.*
 „ Item *Vitam & Officium S. Augustini; & Officium*
 „ *conversionis ejusdem.* Præterea *Vitam & Officium*
 „ *B. Nicolai Tolentinatis.* Et hæc omnia indicantur
 „ Tomo primo de Actis Sanctorum Maji pag. 491.
 „ num. IV., iterumque Tomo quinto pag. 257. * in
 „ S. Bernardino Senensi. Atque hinc insuper indica-
 „ tur idem Auctor etiam scripsisse librum *de Felici-*
 „ *tate & miseria Palinuri & Charonis:* Item *Vitam*
 „ *B. Petri Cælestini* scripsisse Romæ apud S. Petrum
 „ anno MCCCCXLIV., & *Vitam S. Bernardini Se-*
 „ *nensis* ibidem anno MCCCCLIII. Additur etiam,
 „ *Tractatus de rebus antiquis memorabilibus Basilicæ*
 „ *S. Petri Romæ.* Ex his vita S. Bernardini, ante
 „ non edita, impressa est Tomo V. Maji nostri pag.
 „ 287. *: & hinc ex MSS. datur Opusculum de Basi-
 „ lica S. Petri, prout sequitur; Quod felix faustum-
 „ que sit ad communem utilitatem.

C „ Clausit Mapheus Romæ diem extremum, ut
 „ in vita à Schotto recognita, anno primo Pontifi-
 „ catus Aeneæ Sylvii, qui Pius Secundus est Pontifex
 „ nuncupatus; Christi verò MCCCCLVII. secundum
 „ Trithemium; sepultus in Templo S. Augustini in Sa-
 „ cello, quod in honorem B. Monicæ, Augustini
 „ Matris optime, dum viveret, ornatissimè erexit;
 „ ubi ossa ipsius Monicæ ab Ostia in Urbem, impen-
 „ sâ Maphei, translata sunt, & opulento Sarcopha-
 „ go condita, cum illius tetrasticho:

*Hic Augustini Sanctam venerare parentem,
 Votaque fer tumulo, quo jacet illa, sacro.
 Quæ quondam gnato, toti nunc Monica Mundo
 Succurrit, precibus præstat opemque suis.*

D „ A quo etiam Sacerdote Divinum Officium in ho-
 „ norem S. Monicæ, quod in Urbe celebratur, com-
 „ positum est; uti & S. Nicolai Tolentinatis ejusdem
 „ Ordinis Eremitarum Augustinianorum.

E „ Pauci hujus illustris Auctoris manuscripti Codi-
 „ ces in Ambrosiana Bibliotheca occurrunt, ique con-
 „ tinent literaria tantum Vegii Opera, quæ jam lucem
 „ viderunt, cujusmodi sunt *Dialogus Veritatis, & Phi-*
 „ *lalestis; Disceptatio inter Terram, Solem, & Au-*
 „ *rum;* Poëma inscriptum *Astianax,* cum aliis Carmi-
 „ nibus rerum variarum, inter quæ legitur Epigramma
 „ in laudem *Agnus Dei,* quo caret editio Laudensis;
 „ *Carmina item Rusticalia,* quæ tamen, in nostro Co-
 „ dice antiqui characteris, dicuntur data *Ex Villa*
 „ *Pompejana MCCCCXXXI.* cum Laudensis collector
 „ signaverit annum MCCCCXXII. Subsequitur Episto-
 „ la Maphei Vegii ad *Bartholomæum Vicecomitem* Præ-
 „ fulem Novariensem, his verbis conceptam: „ Ex his,
 „ quæ ad me scripsit Compisius, cognovi, te summo-
 „ pere desiderare *Rusticalia* mea. Laudo quidem
 „ b b b „ hoc

„ hoc propositum tuum , & quod , cùm à grandioribus negotiis tuis vacas , referas te nonnunquam ad humiliores , jucundasque res , quibus honestè , ut semper facis , recreatus , refocillatusque , alio ra demum promptius meditari ac gerere possis Hasce itaque humiles nugas meas accipito , & læta , qua soles , fronte perlegito . Existimes autem velim , me non tam maledicendi studio , quàm exercitandi ingenii gratiã , maledicta hæc profudisse , quid maledicta ? imò benedicta . Quod enim aliud Poëtarum est officium , quàm hominum vitam instruere , à vitiis avocare , ad virtutem invitare quemcumque ? Et aliquando audivisti puto quosdam ætatis nostræ Sacerdotes , qui cùm animarum saluti consulere vellent , quàm multa in Vulgus hujuscemodi nonnunquam effuderunt . Neque hæc ab re scribo ; namque hesternò vesperi renunciavit mihi Heugolinus nomine tuo , ne me ad invehendum ullo pacto prolabi sinerem ; quam rem uti prudentissimus es , ita prudentissimè me admonuisti . Quanquam non aliter , ac tu jubes , in animum unquam induxi meum ; hoc solum quippe invehendi genere didici , patienter ferre aliorum erga me maledicta . Vale spes unica . Papiæ , Idibus Decembris .

Ex hac Epistola erui nonnulla posse arbitror , quæ historiam illustrent . Primum est , revera hoc Opusculum nonnisi anno , qui in Codice Ambrosiano enunciatur , fuisse confectum ; de illo enim tanquam recenti , ac nondum vulgato , loqui videtur Novariensis Præsul , Vegium monens , ut ab Investivis se se cohibeat . Præterea *Bartholomæus Viscones* , vix biennio ante , ad eam dignitatem promotus fuerat ; cùm autem ad eum jam Novariæ Præsulem carmina hæc perlegenda transmittat *Vegius* , dubitari nequit , ad assignatum annum esse referenda . Alterum est , confirmari sententiam Patris *Conradi Janningi* , qui in Vita hoc loco recusa scribit , Vegium *Dataris* munere nunquam fuisse functum sub *Martino V.* , revocatumque in dubium , an Romam tunc contendisset . Porro id certum redditur ex nostra Epistola . Eo namque anno *MCCCXXXI.* quo *Martinus V.* Pontifex Max. obiit , *Mapheus Vegius* in *Pompejana Villa* , per autumnales fortasse ferias , hisce carminibus luserat . Papiæ verò morabatur medio Decembri mense , ubi addiscendæ Jurisprudentiæ vacasse jam diximus . Nondum ergo vivente *Martino V.* consilium coeperat Romam adeundi .

Manuscripti quoque in eadem Bibliotheca servantur sex Libri *Maphei Vegii Laudensis De Educatione Liberorum* , & eorum claris moribus , qui eo pretiosiores sunt , quòd summam antiquitatem præferunt ; conscripti enim fuere anno *MCCCCLXXIII.* , ut in calce adnotatur . Conferenti autem mihi hoc exemplar cum editis , Mediolanensi ac Laudensi , compertum factum est , ad verbum singula respondere . Demum , ut omnia complectar , Mediolanensis Civitas hanc gloriam occupavit , ut plura , quæ lucem non viderant , Opera hujus illustris Auctoris , typis suis excusa prodirent . *Franchinus* namque *Gafurius* in Urbe nostra degens , ne ulterius in tenebris delitescerent lucubrationes Municipis sui , imprimenda hæc curavit anno *MCCCXCIV.* *Disceptationem Terræ , Solis , & Auri ; Libros Phililitis , & Veritatis ; De Felicitate & Miseria ; Carmen de morte Asianælis , & describendæ rerum gestarum historiam excusationem .*

Transferre huc placet ex ea editione Sepulcrale Elogium , *Mapheo Vegio* conditum à *Carolo Aretino* .

*Hæc Maffee jaces inimica morte solutus ,
Quem sibi præreptum lingua latina dolet .*

(d) Tom. I. in *Marsupina Familia* .
(e) Tom. X. pag. 486.

*Non lascivus eras , quales sunt sæpe Poëtae ,
Mens tibi cum casto corpore sancta fuit .
Edita testantur centena volumina per te ,
Ingenii fuerint flumina quanta tui .
Urbs te Laudensis , Vegiorum è sanguine claro
Edidit , extinctum Roma vetusta tenet .*

Carolus Aretinus , hujus Epigrammatis Auctor , non ille est , quem *Vossius* , *Morerius* , alique *Johannis Tortellii* fratrem fuisse , & vita ereptum anno *MCC-CXLIV.* falso tradidere ; ille enim è *Marsupina* nobilissima *Aretii* Familia prodiit , obiitque anno *MCCCCLIII.* teste *Eugenio Gamurrino* in *Historia Genealogica Familiarum Tusciæ , & Umbriæ* (d) : sed alter *Carolus Aretinus junior* , cujus meminit Auctor *Additamentorum ad Vossium* in *Ephemeride Veneta* (e) , quique seniore *Carolum* patrem habuit , ac cum *Marsilio Ficino* summa necessitudine jungebatur , ut patet ex *Epistolis* invicem datis , inter Opera *Ficini* edita *Basilæ* anno *MDLXI.* (f) .

Non incongruum reor subnectere amœnum manuscriptum Epigramma insignis hujus Viri , quod legitur in nostro Codice (g) , ex illo namque intelligimus , quanto intimæ familiaritatis nexu jungeretur *Mapheus Vegius* , cum nobili Cive *Mediolanensi Josepho Brippio* , *Metropolitane Ecclesiæ Canonico Ordinario* , egregioque simul *Oratore ac Poëta* . Si quidem accepta ab eodem *Epistola* metro conscripta , qua post laudes eximias , ad captandas secum *Ruris* delicias à *Brippio* invitabatur , ita respondet :

*Quos mihi scripsisti , vir mansuetissime Joseph ,
Perlegi numeros terque quaterque tuos .
Dulce canis , certò tenerum tibi carmen in ore est ,
Majestas verbis , splendor inestque tuis .
Vix mihi credideris , quantam tua tersa , nitensque
Musa voluptatem , letitiamque tulit .
Verùm , quàm deceat , titulis majoribus effers ,
Et versu laudes liberiore meas .
Parce meas tanto celebrari nomine musas ,
Namque mihi nomen vel mediocre sat est .
Nunc redeo ad quod me primùm tua litera poscit ,
Ad vada vicini fluminis ire paras .
Si tibi visa loqui , Mater sic jussit aquarum ,
Ratia tende , leves illa parabit aquas .
Ipse etiam , quoniam , ut scribis , me Diva vocavit ,
En venio , Aonidum sanctaque turba venit .
Musas duco meas , Fæbumque , & multa Deorum
Numina , si pro tot commodus hospes eris .*

In eodem Codice mentio fit alterius Operis à *Vegio* elaborati , quod fortasse nunc periit ; Scriptor enim ille , qui relatum Epigramma nobis servavit , innuens unde illud desumpserit , hæc subdit : „ Ex libro *Cornelii Balbi* , in quem temerè , ut fit , multa erant congesta . In eodem libro erat ejusdem *Vegii* quoddam Poëma Heroicum ad *Cæsarem Sigismundum* , in quo hæc ita scribit : *Kartago . Ad fusi dudum &c.* credo fideliter exscripta ex ejusdem Auctoris exemplari .

JOSEPH BRIPPIUS .

Quoniam præclari Civis nostri , ac *Vegio* amicissimi , *Josephi Brippii* mentio incidit , peculiari laude

(f) Tom. I. Lib. I. *Epistolarum* .
(g) D. 5. in 4.

laude, quam meretur ob celebritatem doctrinae, fraudari non debet; quamvis enim nullum typis editum ejusdem Opus invenerim, plura tamen relicta ingenii monumenta, inter manuscriptos Codices, Ambrosiana Bibliotheca custodit. Traxerat ille splendorem sanguinis è nobili Brippiorum familia, sacramque amplexus militiam, primario Metropolitanæ Ecclesiæ Ordini adscriptus fuerat, inter Canonicos Ordinarios sub initium Seculi XV. cooptatus. Quantâ autem liberalium artium præstantiâ floruerit, docet lapis adhuc publicè expositus in Majori sacra Æde hujus Urbis, prope fores Sacrarum eorundem Canonorum; cum enim Martinus V. Summus Pontifex, redux à Constantiensi Concilio anno MCCCCXVIII. Aram Maximam consecrasset, ut tanti accepti honoris memoria posteris fieret, sub marmorea ejusdem Pontificis effigie insculptum est carmen, additumque Auctoris nomen, qui illud pepigerat, fortasse à Thoma Caponago, ibidem subscripto, sed metri inexpecte:

*Carminis est Bripius Joseph Ordinarius Auctor,
Doct̃or Canonici Juris, sacræque Magister
Theologiæ &c.*

Unus item obstitit anno MCCCCXLI., ne *Primicerius Cleri*, cujus summa extra Templum Maximum auctoritas erat, in Metropolitanæ sacrum Collegium admitteretur, validè perorans pro reliquis Ecclesiarum Sacerdotibus, quibus antiquum electionis jus adimi, præcludique ad eam dignitatem aditus videbatur. Incasso tamen labore infudavit, erecta in Metropolitanano majori Ordine tertia, ut vocant, Dignitate, sub nomine *Primicerii*, anno sequente, omnium consensu, ipsoque approbante Summo Pontifice, ut publicis productis Documentis, fusè alibi jam enarravi (h).

Delectus quoque fuit Brippius ab Universitate Ticinensi, ut coram Summo Pontifice Martino V., dum Papiæ morabatur eodem anno MCCCCXVIII., publico Doctorum & Civitatis nomine, debitum Vicario Christi obsequium, & obedientiam profiteretur; idque præstitit eleganti Sermone habito die *Martis XI. Octobris*, in quo Martini simul, & Urbis Ticinensis laudes immiscuit, atque hunc integrum servat in suis scriniis Ambrosiana.

Ibidem Poëma legitur Serenissimo Romanorum Imperatori Sigismundo dicatum, cujus hoc est initium:

*Si bene prisca Ducum, Regum quoque gesta revolveo,
Codicibus mandata Patrum; si comparo cunctos
Augustos Mundi, seu facta moderna potentum
Omnia commemorem, nemo est, celeberrime Cæsar,
Nemo profectò fuit te major &c.*

Alterum etiam, sed brevius, obtulit Sanctissimo Patri, atque universæ Ecclesiæ Pastori Martino V., gratulatus eidem acceptam summam Dignitatem, faustissimæ pacis, ac publicæ felicitatis prænunciam.

Initium à Brippio nostro cum præclaris illius ætatis Viris literarium commercium testantur metricæ Epistolæ ad ipsos scriptæ, quarum nonnullæ in hisce pluteis supersunt. Prima ad *Nicolaum Nicolium* Florentinum dirigitur, de quo fingit Apollinem ita secum loquentem:

*Sed tibi, quæso, meus Nicolaus, an ipse sileri
Dignus erit? nosti ne suum in virtutibus amplis
Illustre ingenium? Nam elucet & ille latini
Eloquii, grajique decus, cui tanta voluptas*

(h) Dissertat. Hist̃or. ad vindicandam veritatem &c.

A *Palladis innata est, ut quærat ubique Sophiæ,
Lingua utriusque libros, antiqua volumina &c.*

Inferit quoque laudes eximias *Antonii Lusci*, ac *Leonardi Aretini*; demum Florentiam, insignium Literarum Virorum copia fœcundam commendans, ejusdem Elogium sic claudit:

----- *velut æmula Romæ,
Quæ sibi tanta hominum clarorum laude triumphat.*

B Altera ad *Franciscum Barbavariam*, nobilissimum ac præstantissimum Mediolanensem Civem data, tota versatur in gratulatione, quòd iterum ad intima Philippi Mariæ Ducis consilia admittus fuerit, Patriamque inducit, sibi omnia læta & felicia sub illius auspiciis pollicentem. Postrema ad *Ubertum Decembrium Ducalem Secretarium* missa est. Ediderat ille carmina quædam in laudem Johannis Vicecomitis in Mediolani Archiepiscopum renunciati, & Malatestæ de Malatestis ad Cesenæ regimen succedentis; eadem perlegens *Brippius*, claudicare plurimum vidit, adeoque per Epistolam illum admoniturus fingit, sibi id in mandatis datum à Musis in somno apparentibus, quæ pudori ducebant, Alumnum cetera ipsis eorum, tam fœde in numeris, metrique legibus aberrasse. Exceptit placidè hanc objurgationem Decembrius, reposuitque, Amanuensium vitio, non Auctoris id contigisse; verùm excusationi huic non acquievit *Brippius*, aliamque Epistolam scripsit, inquires, Divis illis Virginibus, sincerè omnia lustrantibus, non exemplaria tantum, sed archetypum ipsum sub oculis fuisse, proinde verò cautius illi esse impostum, incedendum. Hæc omnia in nostris codicibus extant; atque hoc unicum fortasse, illa ætate, exemplum habemus, literariam de ingenii artisque peritia litem, absque jurgiis, & ira effræni, agitari potuisse; neque enim in utriusque carminibus verbum inveni, quo alter ab altero licentiùs carperetur.

C Recensere opus est hoc ultimo loco primitias Carminum, quibus noster hic Civis facilem ad Poësim venam ostendit eo tempore, idest anno MCCCCIX., quo Petrus Philargus, ab Archiepiscopatu Mediolanensi, ad excelsam Apostolicæ Romanæ Sedis gradum conscendit. Siquidem *Brippius* Poëma Heroicum statim conscripsit, ad eumque misit, in hæc Carmina exordiens:

*Princeps Summe Patrum, te te sibi Græcia talem
Latetur genuisse Virum; non quippe minorem
Antiquis illis virtute, atque arte sciendi,
Et morum gravitate Viris, qui nomine claro
Orbe vigent &c.*

E Eò libentiùs initium hoc retuli, quòd validius hinc desumi posse argumentum videtur ad refutandam opinionem Clariss. Viri *Lazari Augustini Cottæ*, qui in suo *Novariensi Museo* totis lacertis contendit, Novariensem origine facere Alexandrum V. Summum Pontificem, inquires, ex Oppido Crusinallo Novariensis Diocesis ejusdem Familiam prodiisse; Scriptor enim iste, cui notissimus esse debuerat Archiepiscopus olim suus Petrus Philargus, ausus non fuisset Græcam Nationem eidem objicere, à quo redargui aut mendacii, aut injuriæ potuisset in ipsa Poëmatis fronte, quòd nempe natum in Italo solo, ex illustri progenie, ut tradit Cotta, barbarum veluti ac peregrinum nostris oris facere vellet.

Romam senex profectus Joseph Brippius, ibidem vivere desit anno MCCCCCL., tumulatus in Æde S. Alexio sacra, ad servandam perennem memoriam, sepulcrali lapidi insculpto Epigrammate, ingenii & vitæ laudes complectente.

ANNO

ANNO MCCCCXCI.

Etiam hic annus non caruit gloriâ novâ editionis Operum S. Ambrosii. *Andreas de Bossis* Præpositus S. Theclæ Mediolani, quem alibi memoravimus, *Librum Pastoralium* Sanctissimi nostri Præsulis typis commisit; is autem non alius est, quàm qui in Editione Parisiensi anni MDCIII. inscribitur *De Dignitate Sacerdotali Liber unus*; sed eum meritò rejecerunt inter suppositos S. Ambrosio Monachi Benedictini S. Mauri, in Appendice ad ejusdem Opera (a), ubi, quàm variis titulis in manuscriptis Codicibus hoc Opusculum indicatum occurrat, enarrant. Mabillonius in secunda *Analectorum* parte illum protulit, desumptum ab Ecclesia S. Martialis apud Lemovices, cum hac Inscriptione: *Sermo Gilberti Philosophi, Papæ Urbis Romæ, qui cognominatus est Silvester, De Informatione Episcoporum*. Verùm cum Sermo ille sensu quidem aliis manuscriptis consentiat, in elocutione tamen perpetuò dissideat, iidem Monachi nihil certi statuunt, rem totam Lectorum judicio definiendam permittentes. Reliqua in præsentī editione vulgata S. Ambrosii Opera ad hæc referuntur: Libri novem ad *Gratianum Imperatorem*, quinque primi *De Fide*, unâ cum *Epistola Gratiani*; tres verò subsequentes *De Spiritu Sancto*, ultimus *De Incarnatione Verbi*: Liber *De obitu S. Satyri* fratris sui: Liber *De non metuenda morte*: Liber *De resurrectione Corporis*: Liber *De Bono mortis*: item *De Resurrectione & Cruce Domini*, nec non *Expositio super Pater noster*; quorum postremi falsò adscribuntur S. Antistiti Ambrosio.

DONATUS BOSSIUS.

Donatus Bossius, Civis Mediolanensis, celebre in Urbe nostra nomen reliquit, editâ hoc anno *Chronica*, quæ appellatur *Bossiana*. Laudem procul dubio meretur, quòd primus *Annales Rerum Mediolanensium* condiderit, atque vulgaverit. Verùm optimi consilii fructum, qui decerpi potuisset, plurimum vitare, tum deductum à Creatione Mundi, more rudioris ævi, historiæ suæ exordium; tum adoptatæ fabulæ omnes; *Lamberti Regis Gallorum* per decennium *Mediolanum* obsidentis seculo sexto; *Peridei electi Ducis Mediolanensis*, excusso post *Alboini* mortem *Langobardorum Imperio*; *Sigisberti Clinchis*, *Vicarii Regis Galliæ Transalpinæ*, qui trecenta militum millia secum adduxerit in auxilium *Mediolanensium* contra *Romanos* seculo eodem, quas unâ cum aliis quiquiliis è fœculentis fontibus in sua *Chronica* derivavit; tum demum *Chronologicus* ordo passim perturbatus; quæ omnia effecere, ut de iisdem recudendis parum curaverint subsequentes *Viri eruditi*. Nihilominus acceptus posteris semper erit egregius Auctoris conatus, qui plura veritati consona è tenebris eruit, quorum memoriam edax tempus abstumpisset, præcipuè verò res actas proximis ætati suæ temporibus, quibus fidem accommodare facile possumus, utpote ab ingenuo, conscioque teste enarratis. Præmisit huic *Historiæ Arborem*, genealogicis lineis distinctam, *Familiæ Vicecomitum*; modestius tamen, quàm ceteri Principum, Ducumque *Mediolanensium* assentatores, qui à *Trojano sanguine*, Angloquæ *Æneæ* Nepote, deductam splendidæ hujus stirpis originem commenti sunt, aut saltem *Desiderium Langobardorum Regem*, confictis Documentis, stipitem constituerunt. Siquidem *Bossius* ab *Uberto* tantum, *Otonis Magni*, *Mediolani Ar-*

(a) Tom. II. col. 357.

Achiepiscopi Patre, exordium ducit; idque non leve indicium est, repudiatis anilibus fabulis, noluisse illum, nisi purum sincerumque nobilitatis fontem, excelso Mecœnati offerre, cui satis superque gloriæ accedebat ex tot vetustis Avis Principibus, non interrupta serie, *Vicecomitum* simul, & *Sfortianorum* progeniem illustrantibus.

Dicavit Opus hoc suum *Illustrissimo Principi Johanni Galeatio, Mediolanensium Duci Sexto*, laudes *Ludovici Mariæ Patruī* in *Epistola* præfixa intermiscens. Per tria lustra se insudasse Auctor testatur elaborandæ huic historiæ, inter *Fori*, cui addictus erat, strepitus, & rei familiaris negotia. In calce autem ejusdem, *Urbes Johanni Galeatio* subditas enumerat, inquit: „*Dux Mediolani* hoc tempore „annum agit vigesimum tertium, imperatque his „*Civitatibus, Mediolano, Cremonæ, Parmæ, Papiæ, Como, Laudi, Placentiæ, Novariæ, Alexandriæ, Terdonæ, Bobio, Genuæ, Savonæ, Albingauno, Vintimilio, & toti præterea Genuensium dominio.* „E nobilissima stirpe *Donatus* prodierat, ex ea videlicet, quæ cum Principe *Domo Mediolanensium Ducum* conjuncta erat, quemadmodum testatur *Celsus Rosinus* (b) in *Elogio Matthæi Bossii Veronensis*; antequam enim præclaras ejusdem res gestas, & conscripta volumina recenseat, *Familiæ nobilitatem* ab *Affinitate* hac excelsa metitur. *Matthæus* verò *Bossius*, scribens ad *Donatum nostrum* (c), communem cum ipso *Familiæ originem* se habere gloriatur. Prætereunda non est *Epistola* ista, quæ plura nobis servavit, aptissima ad clariorē nominis famam reddendam *Civis* hujus *Mediolanensis*. Primò enim illum vocat *Virum sine dubitatione eruditum, & accuratum*; dein *literarias nonnullas Donati Bossii lucubrationes* enunciat, quæ adhuc in *privatis scriniis* supersint, *divinare* non possumus; certè tamen ab illius calamo prodire. Inquit enim: „*Annotationes nostri temporis, eventusque bellorum*, quos scribis, legi tuos, & ita avide quidem, atque perbelle, ut ego te amo *Donate*, & ut est honos gratissimus mihi, quem tu affers *Bossio* nomini, à quo ego tecum originem ducò. „Alterum quoque confectum à *Donato* *Librum* memorat sequentibus verbis: „*Quòd si ea quoque, quæ te audio lucubraste in laudem, perpetuamque memoriam Francisci Sfortiæ, olim optimi & omnium felicissimi Ducis, & quem insectura celebrent secula verè dignissimi, ad me transmiseris, illa percurram quàm impigrè poterò, moxque remittam cum gratia. Eum enim tuis scriptis puto nonnisi magnificè te nobilitasse Virum, & Ducem, qui non modò propagavit rem Sfortianam gloriosissimis armis, seque virtute exivit, & extulit ad hoc pulcherrimum culmen Mediolanensis Imperii; sed victor tandem effectus, sopitis bellorum incendiis, evulsisque radicibus, universæ pacem Italiæ, atque finitimis peperit, stabilivitque, dum vixit, suorum populorum pater, amor, atque delitiæ, & cunctis denique gentibus adeò carus, ut, quæ non cadit in homine, divina ei desiderata sit immortalitas. Quo & regnante præclaræ omnes artes revixere, & aureum seculum Dei singularis clementia visa est excitasse. Apud quem & me diversatum, dum agerem in *Seculo juvenis*, partem felicitatis semper existimavi. Tam illustre *Elogium Francisci Sfortiæ* conscriptum à cœvo & familiari ejusdem teste, recudendum hîc erat, ut nosset posteritas, quantum huic Principi debe-*

(b) Lyceum Lateranense.

(c) Secundar. Familiaz. Epistol. num. 129.

buerint non tam Cives & Populi, quàm Literæ. Artesque; illius munere ad hujus Metropolis decus splendide restitutæ, ut jam in *Prodromo* innuebam.

Historiæ suæ adjecit *Donatus Bossius* Mediolanensium Archiepiscoporum Catalogum, ab initio conditæ Ecclesiæ usque ad suam ætatem, qui certè parvi faciendus non est, cùm singulis hujus Ecclesiæ Præsulibus addat nonnulla, quæ sacræ nostræ Historiæ illustrandæ opportuna esse valent, quamvis aliquando mendis non careant. Chronologiæ tamen ordinem prorsus depravatam, saltem in antiquis Episcopis, intelliget quisquis Papebrochii animadversiones consulat ante Tomum VII. Maji, ubi ex vetustis Ambrosianæ Bibliothecæ Catalogis Mediolanensium Præsulum ætas solidius statuitur. Ego quoque in Commentariis ad Historiam Italiæ Caroli Sigonii, conatus sum, fide Diplomatum, ac veterum Chartarum, rectam instituere seriem annorum, quibus memorati à Sigonio Mediolanenses Pontifices Sedem tenere, sicuti etiam aliquot nævos, qui in Papebrochii laudatam lucubrationem irreperant, abolevi. Annum ortus *Donati Bossii*, idest MCCCCXXXVI. concordans adnotavere Ghilinus, & Picinellus; Obitus tempus, nemo, quem hæcenus viderim, literis consignavit.

BONIFACIUS SIMONETA.

Bonifacius Simoneta, è nobili ea Familia progenitus, quæ Mediolanensi Civitati tot Heroës dedit, quot viros, amplitudinem ingenii sui testatam fecit, edens hoc anno typis nostris librum, titulo apposito: *De Christiana Fidei & Romanorum Pontificum persecutionibus*. Non hosce tamen limites, quos sibi indixisse videbatur, adè religiosè custodivit, quin etiam in alia, prorsus à proposito dissita argumenta, liberiore calamo evagaretur. Siquidem, ne tædium narratione non interrupta Lectoribus crearetur, Epistolas CCLXXIX. ad varios insignes Viros conscriptas intermiscuit, in quibus I. historiam aliquam remotiorem ex Græcis, aut Latinis Scriptoribus refert: II. Membrum, vel partem aliquam humani corporis, morbosque, & remedia designat: III. Locorum omnium, quos in Epistolis memorat, descriptionem methodo cosmographica attexit: IV. Secretum aliquod ex naturali magia, ut plurimum indicat. In postremo verò Libro (sex enim sunt) nonnulla de Aëronomiæ, Chyromantiæ, & Physiognomiæ præceptis & experimentis evulgat, ne in ulla scientiarum, aut artium classe peregrinum se ostendat.

Quatuor prævias Epistolas exhibet hic Liber: tres Auctor ipse condidit, primam dirigens ad Deum Opt. Max., sub nomine *Orationis*, ut Opus suum illi commendet; secundam inscribit *Carolo Octavo Regi Germaniarum*, inquit, mirum fortasse videri, quòd omisso Johanne Galeatio Sfortia Principe suo, Mecæntem huic Volumini quæsierit longè positum Regem; subjungitque, id factum, jubente Ludovico Galeatii Patruo, qui Pontificiam Historiam non alteri dicendam esse assererat, quàm Carolo VIII., integritate ac magnitudine animi, nemini Avorum cedenti. Inde verò ejusdem laudes à Carolo Magno, & Successoribus repetens, plura de Caroli VII. & Ludovici XI. virtutibus narrat, ac tandem encomia Regis illius proferre aggreditur, sed tantâ prolixitate, tantoque veterum historiarum apparatu, ut Librum potius, quàm Epistolam texere videatur; sed ea tunc erat miseranda scribentium persuasio, ut nullo se plausu dignos in exarandis libris putarent, nisi ad eruditionis pompam pulverulentos excuterent Codices, exemplisque antiquorum Ducum, ac Philosophorum sententiis paginas infarcirent. Aliquas ex hisce nuncupatoriis Epistolis imprimendas in calce censui, ut illius seculi genius delibetur; ceteras tædio futuras Lectoribus, vetustis Libris affixas reliqui. Eadem methodo tertiam con-

Tom. I.

(d) Lib. I. Epist. VII.

(e) Lib. VI. in fine.

A scribit Bonifacius ad *Gulielmum de Rupeforti*, Militem, Juriumque interpretem, quem *Achatem Caroli VIII.* appellat, suoque Operi Auspicem deligit. Altera, quæ omnes præcedit, Auctorem habet *Stephanum Dulcinium Scalensem* Canonicum, de quo jam differuimus. Is nactus hunc *Simonetæ* Librum, typis Mediolanensibus edendum curavit, dicavitque *R. D. Johanni Baptista Ferro Mediolani Archiepiscopali Vicario integerrimo*, plenâ laudibus Epistolatum Operis, tum Familiæ *Simonetæ* clarissimæ.

De Vitæ suæ primordiis loquitur ipsemet Bonifacius scribens ad *Aloysium Crucis*, *auratum interpretem, Cisterciensis Ordinis professum* (d), „ Apulia, quæ mihi patria est, opibus paternis Venetias trajiciens, infans à piratica triremi interceptus sum. Potentatu Antonii Patru, qui militiam solverat, & Anchonæ Magistratum gerebat, evasi; inde sine hominum blanditiis veluti inter barbaros adolevi. Absens & rusticitate famulorum, præfens illecebras severi patris semper ignoravi. Æquales nihilominus, inter commercia quorum sum, educatus, militiâ, auro, virtute insigniti, ad Magistratus penè omnes devenere. Meam sortem à molliæ discretam gnarus, & ne comites præferrentur, æmulus, an illustre opus exordiri possem, deambulando percunctabar. „ Subjungit deinde, se ab Aloysio, quem *Cisterciensis professionis decus* vocat, fuisse incitatum, ut scriberet. In altera verò Epistola ad *Ambrosium Rosatum* Medicinæ, ac Mathematicarum Artium auratum interpretem (e), ait, sibi ab ejus Genitore, *Insubrium Eruditissimo*, *Quintilianum*, *Priscianum*, aliosque veteres Oratores suppeditante, prima fuisse tradita rudimenta. Cisterciensi Ordini adscriptus, florente stirpis suæ fortuna, in Abbatem S. Stephani de Cornu, in agro Laudensi delectus fuit; cui autem acceptam eam dignitatem deberet, profitetur idem Bonifacius in ultima Libri hujus Epistola, inquit: „ *Franciscus* „ (*Sfortia Dux Mediolani I.*) *ferenis diebus cùm* „ *omnia florent, & nobis nationes inclinarentur,* „ *ac nostra domus in Cælo digitum, in terrisve* „ *Mercurii caducæum teneret, me coronavit.* „ *Verum, cùm, Cicho Principis sententiâ capite diminuto,* „ *nobilissimæ hujus domus Proceres direptione, exiliisque multarentur, Bonifacius quoque in partem calamitatis venit, Romamque confugiens, apud Cardinalem Johannem Baptistam Cibum, qui postea sub Innocentii VIII. nomine Summus Pontifex est renunciatus, hospitem domum invenit. Accessit ad reliqua infortunia Padi alluvio, qua effectum fuit, ut everfis omnibus prædiis, campisque ac domibus absorptis, nullum ferme celeberrimi illius Cœnobii vestigium extaret. Elapsus tamen à clade *Domus Simonetarum*, atque ab exilio remeans, statuta, pro bono pacis à Sixto IV. *ducentorum aureorum pensione* quotannis solvenda, restaurandi Monasterii curam suscepit, ac supplicem libellum Innocentio VIII. tandem porrexit, ut à *pensionis* onere levaretur; quid autem ipse post reditum ad sedem suam peregerit, refert ibidem his verbis (f): „ *Sublimia Ædificia,* „ *quorum expensæ sunt quasi ad decem millia aureorum,* „ *pro hospitibus, atque pro Abbatæ provisionibus servandis, quod omnes procul dubio mirantur, construxi. Si hospites, ac Abbatæ altaria in tam exiguo tempore, cùm sim adhuc è procellis udus, sic amplas structuras habuere, cur non & ipsi Ministri, ac ipse Deus decentiori culmine effulgere debent? Pater Innocenti, Ego Bonifacius, qui obscuram, & nullius nominis Abbatiam è stercore cum paternis fortunis, & sedulitate extruxi, in retributione laborum, ac patrimonii proximis adepti, per pensiones distractus rapior. Reditus, in pauperes, & in usus Deorum, impartiendi, per hujusmodi pensionem, quod lac**

c c c

„ cry-

(f) Lib. III. Epist. III.

„ crymabile est , rapiuntur . Itaque , si mihi , si Re-
 „ ligioni , si Divinitati pensionem remittendo satisfac-
 „ ceris , Sacerdotibus , Divinitati perenne opus , fu-
 „ turisque seculis Specimen , quod tibi dicabo , con-
 „ struam . „ Literas quoque ad Romanæ Ecclesiæ
 „ Cardinales dedit , in quibus singillatim enarrat , quan-
 „ ta passus sit ab Adversario , qui in illius *Abbatiam*
 „ se immiserat , quique *contra omne jus , ducentorum*
 „ *aureorum pensionarius erat* (g) .

Plures habuit fratres , ad quos datae in hoc vo-
 lumine leguntur Epistolæ , *Hiscynthum* nempe *stre-*
 „ *nuum militem* , *Johannem Antonium Virum ornatif-*
 „ *simum* , & *Jacobum Antonium* , quem vocat in *Le-*
 „ *gum enucleatione alterum Scevolam* , in *moribus Cu-*
 „ *rium* ; Sororem quoque *Margaritam* nomine , San-
 „ *ctimonialium* numero adscriptam , peculiari Epistola
 „ consciam facit de foeminarum religione , & Vestalium
 „ *Virginum moribus* . Patruum Bonifacio fuere insignes
 „ duo illi viri , *Cichus* , & *Johannes Rerum à Franci-*
 „ *sco I. Sfortia gestarum Scriptor* , è *Simoneta Fami-*
 „ *lia* . Quinquagenarius autem erat cum librum hunc
 „ edidit , quemadmodum ipsemet testatur in postrema
 „ Epistola , Sexto Libro adnexa , ad *Ambrosium Ro-*
 „ *fatum* , ubi etiam gratias relaturus Ludovico Sfortiæ ,
 „ cuius beneficio è naufragio emergens , in pristinam
 „ restitutus fortunam fuerat , spondet Annales ejusdem
 „ vitæ se conscripturum his verbis : „ Certè ego ingen-
 „ „ tibus hominis præconiis illectus , cum ero magis
 „ „ tersus atque elimatus , ei , si piè dignabitur , An-
 „ „ nales componam ; „ sed eos aut non incæptos , aut
 „ „ immutata rerum facie interruptos , posteritas nun-
 „ „ quam vidit .

Tanto ea tempestate in pretio fuit hoc Opus ,
 „ ut decimo septimo post primam editionem anno , *Hie-*
 „ *ronymus Einsler* à Secretis Ducis Misniæ illud iterum
 „ Basileæ imprimendum curaverit anno MDIX . præmi-
 „ „ so in fronte insigni hoc Elogio *Opus penè divinum* ,
 „ „ & *inæstimabile* , eamque subjunxerit Epitomen rerum
 „ „ huic volumini insertarum , quam sub initium retuli-
 „ „ mus . Novam etiam nuncupatoriam Epistolam præfi-
 „ „ xit ad Reverendum in Christo Patrem *D. Martinum*
 „ „ *Cellæ Veteris Abbatem* , *Divi Ordinis Cisterciensis*
 „ „ *generalem Commissarium* , in qua sanctissimi illius Or-
 „ „ dinis , nostrique Auctoris laudes plurimas condit ;
 „ „ quin inò ad nobilium Libri ornamentum , geminum
 „ „ Indicem Alphabeticum addidit , alterum Rerum in
 „ „ primis pagellis , alterum in calce Summorum Ponti-
 „ „ ficum . Sanè pro ea ætate admirationem cedere potuit
 „ „ ampla ea eruditionis seges , doctrinæque farrago , quæ
 „ „ oculis objiciebatur ; sed expolitis hæc seculis inepra
 „ „ censeretur memoriæ ostentatio , centies recantata Pri-
 „ „ scorum nomina in scenam producere , eorumque di-
 „ „ ctis , factisque , conferto veluti agmine , libros imple-
 „ „ re . Proinde hujus Auctoris , ceteroquin doctissimi ,
 „ „ fama citò conticuit , vixque aliquod tam laudatæ
 „ „ olim scriptionis exemplar in Bibliothecis nunc super-
 „ „ est . Commendandus quidem est , quòd in serie Sum-
 „ „ morum Pontificum putidam Fabellam Johannæ Pa-
 „ „ piffæ prorsus omiserit ; verum non ita cautè se ges-
 „ „ sit , cum ageret de Sylvestro II . ; insulsum namque
 „ „ figmentum de ejusdem Magia , initoque pacto cum
 „ „ Dæmone , credidit , retulitque . Baronius ad annum
 „ „ IM . & Mabillonius in Annalibus anno MIII . pingui
 „ „ hujus calumniæ caligini diluendæ , qua se offundi
 „ „ passi sunt rudium temporum Scriptores , nitidam fa-
 „ „ cem prætulere , impudentiam *Bennonis Schismatici* ,
 „ „ qui primus illam excogitavit , apertissimi mendacii
 „ „ damnantes .

FRANCHINUS GAFURIUS .

Franchini Gafarii nomen non semel in hoc Ope-
 „ re memoravimus ; nunc proferendæ sunt lucubrati-
 „ „ ones typis nostris vulgatæ , quibus ingenii , peritiæque
 „ „ suæ experimentum publicum dedit . Is origine Ber-

(g) Ibid. Epist. V.

A gomenfis , patriam sortitus est Laudem Pompejam :
 „ Sacerdotio initiatus musicam artem tanto studio co-
 „ „ luit , tantaque famæ celebritate in ea profecit , ut
 „ „ eundem accitum in hanc Urbem Ludovicus Maria
 „ „ Mediolani Princeps erudiendæ juventuti Institutorem
 „ „ præfecerit , novumque istud florentibus omni scien-
 „ „ tiarum genere Gymnasiis nostris decus adjunxerit ,
 „ „ ut jam in *Prodromo* enarravi . Inter ejusdem Opera ,
 „ „ quæ prælum subiere , impressum legitur *Franchini*
 „ „ *vitæ Compendium* , decerptum *ex Scriptis Panta-*
 „ „ *leonis Maleguli Laudensis* , quod utpote non omni-
 „ „ bus obvium , hîc referre gratum erit Lectoribus .

B „ *Franchinus Gafurius* , Betino Patre ex Oppido
 „ „ Leminis Bergomenfi , qui pedibus equoque strenuè
 „ „ stipendia fecerat ; matre verò Catherina Fixiraga
 „ „ castissima foemina anno Salutis MCCCCLI . Jovis
 „ „ quartodecimo Januarii , hora duodecima , Laude
 „ „ est editus . Puer primùm sacris initiatus . In ju-
 „ „ venta autem ipsa , quam rectam compositamque
 „ „ transegit , cum Sacerdotii dignitatem attigisset an-
 „ „ no post secundo , musicis studiis in patria enixissi-
 „ „ mè operam dedit : Fratre Johanne Godendach Car-
 „ „ melita magistro primùm usus . Ab his rudimentis
 „ „ cum primùm patriâ exire constituit , Mantuam ad
 „ „ Patrem sub Ludovico Gonzaga Clarissimo Mar-
 „ „ chione tunc merentem concessit ; ubi duorum an-
 „ „ norum studio , acri labore , noctu , interdique
 „ „ intento , multa in artis speculatione , & actione di-
 „ „ ligentissimè conscripsit , & plura subtiliter excogi-
 „ „ tavit . Veronam deinde profectus , totidem annos
 „ „ cum publicè docuisset , musicæ institutionis collo-
 „ „ cutiones , & florem composuit , ac infinita in Ar-
 „ „ te collegit . Mox Genuam à Prospero Adorno evo-
 „ „ catus , annum illic professus , eundem à Baptista
 „ „ Campofregoso , & Bona Maria , Johanneque Ga-
 „ „ leatio Mediolanensium Ducibus urbe expulsus se-
 „ „ curus , Neapolim trajecit . Ibi Philippini Bononii ,
 „ „ Regis scribæ , municipis & æqualis sui hortatu ,
 „ „ in musica meditatione exercitatus tantum præstitit ,
 „ „ ut jam cum Johanne Tinctoris , Gulielmo Guar-
 „ „ nerii , Bernardo Hycart , compluribusque clarissi-
 „ „ mis musicis acutissimè disserere non dubitaret .
 „ „ Theoricam tunc , subtilissimum opus , contexit .
 „ „ Orta tum in Civitate peste , & infestissimo Turca-
 „ „ rum bello , qui jam , quidquid obviam dabatur in
 „ „ Apulia populati , Hydruntum expugnaverant ; Lau-
 „ „ dem reverlus ad Carolum Palavicinum Urbis Epi-
 „ „ scopum , ejus litteris accersitus in agrum Cremo-
 „ „ nensem Monticellos divertit , penes quem cum
 „ „ triennio fuisset , tum plurimos adolescentes erudiit ,
 „ „ tum practicam scribere incepit . Interim Civium
 „ „ precibus victus , & stipendio invitatus , Bergomum
 „ „ se contulit ; sed subsecuto statim bello , quod Ber-
 „ „ gomenfibus Mediolani Dux intulerat , in patriam
 „ „ redire compellitur . Ejus famâ postremò & disci-
 „ „ plinæ amore accensus Romanus Barnus Laudensis
 „ „ Canonicus humani divinique Juris interpres , Me-
 „ „ diolanum , ubi Archiepiscopi vices cum maxima
 „ „ autoritate obibat , ad se excivit . Profecti homi-
 „ „ nis æstimatio apud quosque amplissimos viros pro-
 „ „ pter singularem virtutem tanto ardore crevit , ut
 „ „ è vestigio alacri omnium primariæ ædis Præfulum
 „ „ consensu , vigesimo secundo Januarii , millesimo
 „ „ quadringentesimo octogesimo quarto , ceteris can-
 „ „ toribus citra æmulationem præpositus fuerit . Quan-
 „ „ tum autem ibi docendo , legendo , & dictando
 „ „ musicam adjuverit , testatur universa Civitas . Te-
 „ „ stes sunt tot discipuli , quos instituit . Infinita præ-
 „ „ terea Volumina , quorum duo , quod maximè emi-
 „ „ nerent , Theoricam & Practicam , quia alia effi-
 „ „ caci minus cura fortasse composuerat , in hac In-
 „ „ clyta Urbe , recenti velut argilla subacta , & ex-
 „ „ amussim conformata (vernacula etiam lingua) im-
 „ „ primi permisit . Prætereo veterum Musicorum græ-
 „ „ ca Opera , Aristidæ Quintiliani , Manuelis Brien-

„nii, Bacchei senis Introductorium, & Ptholomei Harmonicon, quæ omnia ejus cura & impensa, à diversis Interpretibus in Latinum sunt conversa. Exit novissimè hoc præfens de harmonia instrumentali volumen, quod uno de quinquagesimo ætatis anno composuit, cujus quicumque materiam inspiciat, & altè perscrutetur, necesse est confiteri, artem Musicam ab Antiquis quidem inchoatam, sed ab eo absolutam fuisse. Quare si quispiam benè actæ vitæ & laborum præmii, quæ est gloria & recti conscientia, securus esse debeat, Franchinum præcipuum fore arbitror, qui sibi mortales studiis suis obnoxios reddere potuit.

Theoricam Musicæ proximè enunciatam hoc anno Mediolani edidit Franchinus Gafurius, eamque inscripsit Ludovico Mariæ Sfortiæ, asserens in Epistola nuncupatoria, se ad scribendi exercitationem conversum esse, ut Musicen à squalore, & injuriis literis vindicaret. Transiit deinde ad Principis illius laudes, atque inter cetera hæc scribit: „Nihil nisi magnâ sapientiâ cogitas, majore consilio disponis, paterna & maxima fortuna regis & gubernas. Quare & tibi sapientissima Arborum *Morus* cognomen dedit. Hinc prorsus dilutum dubium illud videmus, quod plures ancipites tenuit, cur Ludovicus Maria Sfortia *Morus* appellaretur; nonnullis enim persuasum erat, vulgò ita nuncupatum, quod fusco, atque ad *Muros* accedente colore vultus ejusdem suffusus nigrescere videretur. Inanem hanc opinionem jam exsufflaverat Jovius in memorati Ducis elogio, inquit, id profuxisse, ab argumento, quod pro insigni gestabat, *Mori* Arboris, quæ idcirco sapientissima arborum (h) censetur, quoniam tarde & non prius germinet & florescat, quam hymis injuriam effugerit, statimque tuto partu ocifimè fruticet, quasi hoc ingenio suo esse insitum, indicare vellet, in omni actione nunquam properè, sed graviter consilia inire, atque ea, sicuti oportet, ret, maturè & celeriter explicare. Verùm id extra omnem dubitationis aleam ponitur ex coævi hujus Auctoris ad Ludovicum ipsum scribentis, clarissimo effato. Adnotanda etiam sunt, quæ subdit: „Tu virtutes toto Orbe fugientes revocas, amarique & exquiri cogis, dum, veterum Imperatorum more, Reipublicæ tuæ felix Augustus doctiores probas, præmia laboribus proponens amplissima; semper enim solidius confirmatur, quod de hoc Principe sæpius deprædicavi, liberali nempe illius patrocinio, contigisse Literis in Urbe Mediolanensi florentissimum regnum.

Quatuor subinde post annos *Præcticam* quoque *Musicæ* typis nostris vulgavit, eundemque sibi Mæcenatem delegit, cui eam dicaret. In Epistola verò post laudes amplissimas Musicæ, ab omnium Gentium consensu, nec non Philosophorum, & Poëtarum auctoritate desumptas, quid discriminis habendum sit inter genuinam, spuriamque hanc Artem explicat, inquit: „Ceterùm, cum de Musica loquor, non hanc Theatralem, atque effœminatam intelligo, quæ mores publicos corrumpit potius, quàm informent; sed illam modestam atque virilem antiquis Heroibus celebratam, quæ mensis Regum, convivialibusque Epulis admota, recubantium concertatione, circumlatâ inter eos cytharâ, clarissimum Virorum egregia facinora decantabat; quod maximum profectò ad virtutis studia incitamentum fuit &c. Dein convertens sese ad Ludovicum, iterum eundem commendat, quòd præclaræ gymnasia disciplinarum quidem omnium, sed præcipuè Græcæ Latinæque facundiæ, maximâ curâ per imperii sui Urbes instituerit. Demum Epistolam claudit his verbis: „Cum alioquin nos, ut omnia vel fortunæ nostræ, vel ingenii bona tibi accepta referimus, sic quidquid studio, industriaque effecerimus, nomini tuo tempus in omne dicatum, con-

„secratumque esse volumus. Postrema hæc confessio Franchini luculentius comprobat, quod superius enarravimus, evocatum nempe illum fuisse in hanc Urbem à Ludovico Maria, ut Musicæ præceptis Mediolanenses juvenes publicè imbueret. Adde Fragmentum Carminis, quod à Lucino Conago in laudem Principis illius compositum, ad calcem hujusmet Libri impressum legitur:

*Prodiit & Stygia, per te, de sede revulsa
Musica, nec notos attulit ipsa modos.
Ecce suas Franchinus opes, sua munera profert,
Pieria qua non clarior arte viget.*

Ista prolixius exposui, ne repugnare viderer iis, quæ in compendio vitæ Franchini, proximè relato, *Malegulus* ejus discipulus scripta reliquit, nempe inductum fuisse in Mediolanensem Urbem à Romano Barono, Generali Archiepiscopi Vicario, & primariæ Aedis Præfulum consensu, in eodem Templo Maximo Præfectum Musicæ constitutum; potuit enim in varia ejusdem fortuna ab utroque acciri; primum, ut in publico gymnasio Ludovici jussu doceret; deinde, ut in Aede Majori sacris præfesset dirigendis concentibus; æqualis namque ponderis sunt cum Maleguli auctoritate, testimonia, quæ adduximus hæc & in Prodomo.

Alterum Librum conscripsit Franchinus *de Harmonia Musicorum Instrumentorum*, annum ætatis agens *undequingagesimum*, ut laudatus *Malegulus* testatur, adeoque anno MD., cum editus in lucem Auctor fuisset anno MCCCCLI. Diu tamen in tenebris latuit hic liber, non nisi anno MDXVIII. typis commissus per Gotardum Pontanum Mediolanensem Calcographum. De hac editione, cujus gemina exemplaria servat Bibliotheca Ambrosiana, quæque extra tempus à me huic historiæ statutum vagatur, quidquam differere opportunum non reor. Id tamen adnotare fas est, Opus istud minimè intactum abiisse ab Æmulorum censuris; *Johannes* namque *Spatarius* Bononiensis Musicus, illud acerrimè scriptis exagitavit, & quamvis Gafurius in eundem invectus esset mordaci Apologia, editâ Taurini per Magistrum Augustinum de Vicomercato Anno Domini MDXX. *Spatarius* iterum calamum armavit, Bononiæ vulgans *Elenchum erratorum*, quæ non tam in Opere illo, quàm in reliquis Franchinus admiserat, quemadmodum refert Orlandus in *Notitia Bononiensium Scriptorum*. Hoc veluti Classicum fuit, quo apertum Mediolani bellum contra Spatarium indiceretur; siquidem in arenam descenderunt Bartholomæus Philippineus Varallensis, Dionysius Brippius, Jacobus Antonius Riccius, Mediolanenses Patricii, Gaudentius Merula, alique Placentini ac Parmenses Viri, ut Gafurii famam, doctrinamque soluta, & stricta numeris oratione tuerentur. Franchinus ipse geminam dedit Epistolam, alteram ad universum Musicorum cœtum, alteram ad Mathematicæ, Philosophiæ, & Musices studiosissimum Juvenem *Antonium de Albertis Florentinum*, quibus Adversarii tela prorsus hebetare contendit, ac primò ementitum *Spatarii* nomen redarguit, quo *cunctis timorem incuteret*, inquit: *Non enim majores sui spatæ fabricare solebant, cum vaginas tantum consuerent, atque componerent*; quo circa eundem passim *Johannem Vaginarium* appellat. Lepidum est Epigramma, quod secundæ Epistolæ inseruit:

*Qui gladios quondam corio vestibat, & enses,
Pelleret ut vili sordidus arte famem;
Muscolas audet rabido nunc carpere morsu,
Proh pudor! & nostro detrahit ingenio.*

Phæbe

(h) Ita eam vocat Plinius Hist. Nat. Lib. XVI. Cap. XXV.

*Phœbe diu, tantumne scelus patieris inultum ,
Num sœvus tanti criminis ultor eris ?*
Phœb. *Non impune feret, sed qualis Marsia victus,
Pelle teget gladios perfidus ille sua .*

Hæc omnia simul edita fuere Taurini per Franciscum de Sylva eodem anno MDXXI. Attamen si vera loqui velimus, intemperantibus aded probris, conviciis, maledictis, tertio quovis ferme verbo referta sunt, ut non Apologiæ vocari debeant, sed armamentarium jurgiorum.

Præter enunciata superiore anno Maphæi Vegii Opera, primus, Franchinus Gafurius, ejusdem poëtes fœtus in lucem protulit, nempe *Pompejana, Epigrammata in Rusticos, Convivium Deorum, & Carmen ad Salvatorem in Sepulcro positum*, anno MDXXI. typis Johannis de Castillione Mediolani. Id restatur memoratus Philippineus in prævio Endecasylabo, in quo Vegium laudans hæc ait:

*Te Romana gemunt, Vegi, Theatra,
Te Latina gemit modò Juventus
Præceptum; quoniam gravis, disertus,
Et sanctus fueras Vegi: Camœnæ
En situm & tenebras tuæ relinquunt,
Quæ situ & tenebris erant repostæ,
Franchini auxilio, manique larga.
Debet ergo tibi, Vegi, Juventus,
Debet Gafurio simul, labore
Cujus clara Virum volas per ora.*

Publici quoque juris fecit Gafurius Mediolani anno MDIX. Orationem, quam Jacobus Antiquarius condiderat, cum Ludovicus XII. Galliarum Rex, & Dux Mediolani de Venetis triumphavit, ac præ modestia celabat privato in scrinio sepultam; hoc enim ipsemet Franchinus innuit in præfixa Editioni Epistola ad Philippum Bononium Laudensem, *Monasterii Divi Bassiani Commendatarium*. Itaque amantissimus studiorum patronus & cultor fuit Gafurius, ac proinde meritò à literatis illius temporis viris celebratus, veluti Urbis nostræ splendidum lumen. Unum profero Lancinum Curtium, qui in Sylvis suis (i) Franchinum Calphurium (Gafurium) effusè commendans, his carminibus laudem obsignat:

*Unus post veterum longa volumina
Cantantem sequitur voce Boëtium.
Vita, Consiliis, Arte, Scientiis
Ullum non triviis conveniat parem .
.....
O Divum domus, o patria mi inelyta,
Patres, o pueri, vosque puellulæ
Culmen grande hominum Mercurialium,
Franchinum meritis dicite laudibus,
Franchinum immodicis tollite honoribus,
Franchinumque piis cingite frondibus,
Et myrto, aut olea, sive volubili
Exornate hedera, sive apii magis
Serto, seu diadema hæmonis apparatus
Daphne; quæ propria est laurea Apollinis
Cingat thespiaci tempora Musici.*

Senex obiit, sed quo anno, designare non valeo.

(i) Lib. VI. fol. 113.
(1) Tom. XVI. Rer. Ital. col. 655.

BERNARDINUS DE BUSTIS.

Prodiere hoc anno è nostris prælis nonnulla Opuscula Bernardini de Bustis, quem à *Busto*, Mediolanensi Oppido, denominatum, perperam censuere Scriptores non pauci, inter quos etiam Wadingus, eum vocans à *Busto*; ortum enim proculdubio Mediolani duxit ex illustri *Bustorum* familia, quæ à vetustis temporibus in Urbe nostra florebat. Siquidem *Amizo de Busti* connumeratus legitur in *Annalibus Mediolanensibus* (1), ceteris Nobilibus, expulsis à Populi factione anno MCCLVIII. Cl. Joh. Sionus de Scotia, ejusdem Patrem *Laurentium* hujus Metropolis Decurionem, inter adscriptos nobilissimum Jurisperitorum Mediolanensium Collegio Equites (m), enunciat, ac sedisse ait ab anno MCCCCXLV. ad MCCCCLXXVII. Sed nullo digniori testimonio uti possumus, ipsomet *Bernardino*, qui Sermone IX. de *Conceptione Mariæ* (n) hæc habet: „Cùm effem „quadam die cum peritissimo in utroque Jure, Domino *Laurentio de Busti*, quondam Patre meo, „qui fuit de Collegio Doctorum Mediolani annis „XLII. interrogavi, quid teneret de *Conceptione* „B. Virginis; & ipse mihi respondit, quòd indubitanter credebat, ac credendum erat, ipsam sine „peccato originali fuisse conceptam. „Spretis paternæ domus, Mundique totius oblectamentis, Seraphico S. Francisci Ordini nomen dedit, rigidiorum Fratrum Minorum de Observantia vitam amplexus. Quo tempore religiosum hoc Institutum professus fuerit, licet sileant Wadingi Annales, facile tamen est ex iisdem colligere; Ubi enim ad annum MCCCCLXIX. narratur, peramplum, pulcrumque Cœnobium in *Legnani* Oppido construi cœpisse, atque inductos in illud fuisse Alumnos S. Francisci, Christophoro Varisio, tunc Vicario Provinciæ Minorum Observantiæ, possessionem capiente anno M. CCC. LXXI., hæc statim subjuncta legimus: „Hic suscepit habitum *Bernardinus à Busto*, auxitque Bibliothecam, quæ magnâ Fratrum incuriâ, ex bene instructa, ad nihilum ferme redacta est. „Itaque, nonnisi post hunc annum, sub S. Francisci vexillis sacram militiam inchoavit: Citò tamen præclaris pietatis & doctrinæ exemplis emicuit; cùm namque per eam ætatem celebris Quæstio agitaretur de Virginis Beatissimæ *Conceptione*, *Vincenzio Baddello*, ut vidimus, vulgatis libellis classicum canente, ad insensam ejusdem candori opinionem propugnandam; *Bernardinus de Busti* contra intrepidus stetit, favorabilem Virgini sententiam voce ac scriptis defendens; quin etiam illustria secutus vestigia *Leonardi Nogarolæ*, à quo recenter editum fuerat *Immaculatæ Conceptionis Officium*, alterum ipse ex integro condidit, obtulitque Sixto IV. Summo Pontifici, præfixâ eidem Elegiâ, cujus hoc est initium:

*Non fuit Antistes, Pater o Sanctissime, quisquam,
Sed neque venturis forte diebus erit,
Te magis, intactæ præconia Virginis optans,
Et laudes ardens magnificare suas;
Namque sui totum Conceptus fama per Orbem
Panditur Officio, Sixte Beate, tuo.
Laudatur patrio nunquam sædata cruore,
Cerberæo nunquam subjacuisse jugo &c.*

Laudat subinde illius pietatem, qua nimis liberè declamantibus quibusdam contra nitorem virginæ originis, frœna injecerat, Immaculatæ Conceptionis Festum diem, etiam per subsequens Octiduum Officio celebrandum concedens. Demum rogat, ut hunc etiam laborem suum, non tam benignè excipere, quam

(m) Chron. Collegii Equitum, Judicium &c. num. 155.
(n) Marial. par. pr.

quàm approbare dignetur , quemadmodum quoque obtinuit, expeditis à Sixto IV. Brevibus Literis anno MCCCCLXXX.

Lucas Wadingus has Sixti Literas ad illum annum recitans , hæc scribit : „ Invaluerat plurimum , hoc tempore devotio erga Immaculatam Conceptionem Beatæ Virginis Mariæ , & libenter omnes concurrebant ad celebrationem hujus Mysterii . Visum est Bernardino de Busti Mediolanensi Officium , à Leonardo de Nogarolis compositum , & à Sixto concessis Indulgentiis , uti supra narravimus commendatum , non adeò ab omnibus probari , aliudque proinde conscripsit , quod eidem Sixto exposuit , ut recitari juberet , uti ipse non semel enarrat . Permisit ille , non præcepit , sed recitantibus lucrum non proposuit Indulgentiarum . „ Porro in editione hujus *Officii* , quæ peracta est Mediolani hoc anno MCCCCXCII. , impressa post Breves Sixti IV. Literas , ista leguntur : „ Reverendus Pater Fr. Mathæus de Novaria Ordinis Minorum , dum esset Commissarius in Curia Romana Reverendiss. Patris Fr. Angeli de Clavasio, Vicarii Generalis quoque ad Fratres de Observantia in partibus Cismontanis ; existens coram Sanctissimo Domino nostro Sixto quarto Summo Pontifice , dixit : Placeat Sanctitati Vestræ , quòd celebrantes Officium Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ , editum per Fratrem Bernardinum de Busti , habeant eandem Indulgentiam , quam Sanctitas Vestra concessit celebrantibus Officium Domini Leonardi Nogaroli . Summus autem Pontifex respondit : Nos sumus contenti , & dedit Benedictionem suam . „ Nihilominus , perisse illud *Bernardini* , ac prævaluisse *Leonardi* Officium , testatur idem Wadingus . Quod quidem contingere potuit , volentibus se se annis , propter obnoxium mutationi hominum genium . Ceterum , adeò tunc acceptus omnibus fuit religiosus iste Bernardini labor , ut necdum elapso Bimestri , recudendum fuerit hoc Officium , unà cum Missa , quibus præmisit hic Auctor novum à se compositum opus , *Elucidarium* nempe *de Immaculatæ Virginis Conceptione* .

Adnexum in nostra editione huic Officio est alterum *Nominis Jesu* , ab eodem *Bernardino* compositum , quemadmodum clarè indicat Epigramma in calce excusum , cujus postrema hæc sunt carmina :

*Ast ego , Senensis Patris pia gesta secutus ,
Gratulor & clari nominis esse comes ;
Nam tulit Italiam verbo velut ipse per omnem ,
Officio , hoc toto Nomen in Orbe feram .*

Subsequuntur LXIII. Capita versuum Italicorum in laudem Beatissimæ Virginis , ad quam poetico metro commendandum successus fuerat ab ejusdem Ordinis Fratre *Samuele de Cassinis* , ut suo loco enarrabimus . His adjecit plura alia italica carmina ad pios in cordibus Fidelium excitandos affectus , eaque inscripsit : *Tesoro Spirituale* . Verùm , in pretio esse potius debet eorum pietas , quàm elegantia .

Antequam hinc manum referam , commemorare opus est , neminem tunc temporis virilius pugnasse , quàm Bernardinum nostrum , pro statuenda pia persuasione Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis ; novem namque prolixos doctosque Sermones ad eandem firmandam impendit , in suo *Mariali* sæpius recuso , momenta omnia rationum , auctoritatum , atque exemplorum , in iis egregiè armans , quæ adversariorum argumenta profus evertere posse arbitrabatur . In postremo illorum plura interferit de pietate Mediolanensium erga hanc dignissimam Virginem , & miracula narrat , quæ in hac Metropoli peracta sunt , ad vividius excitandam in Civium nostrorum animis hujus Mysterii religionem . Ego id tantùm decerpam , quod aliquid historię sapit . Ait

Tom. I.

A igitur in prima parte ultimi Sermonis : „ Devotissimus Princeps Domicus Azo Vicecomes , Dominus Mediolani , qui fuit Patruus primæ Ducissæ Mediolani , Dominæ scilicet Catherinæ Vicecomitis , Ecclesiam sive Capellam pulcram fecit penes suam Curiam ædificari , quæ nunc communiter appellatur , *Sanctus Gottardus* , quam Ecclesiam consecrari fecit solemniter à multis Episcopis , sub titulo Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ , præcepitque , ut per totum Dominium suum omnes facerent Festum in die Conceptionis ejusdem . Ordinavit etiam prædictus Princeps , devotus Fratrum Minorum , ut certus numerus ex eis Fratribus ibidem moraretur , qui die noctuque divinis Officiis deserviens , Immaculatam Virginem laudaret ; ac propter hoc certa Ædificia erigi fecit , & usui Fratrum deputari . Post mortem verò ipsius Domini Azonis , inclusis dictis Ædificiis cum eadem Ecclesia , in Curia Ducali , & non valentibus prædictis Fratribus ibidem commodè permanere , ac Festum prædictum celebrare ; ex Ordinatione Illustrissimæ Ducissæ primæ Mediolani , prædictum Festum Conceptionis translatum fuit ad Capellam Beatæ Virginis Mariæ , quæ sita est in Ecclesia S. Francisci , & similiter constructa fuit per prædictum Dominum Azonem ; unde dicta Ducissa præcepit Rectoribus Communitatis Mediolani , ut per Collegia , sive Paratice artium dictæ Civitatis , fieret Oblatio de communi pecunia ad Capellam prædictam Beatæ Virginis , sitam in Ecclesia prædicta S. Francisci , cum interdicto causarum , & de tanta quantitate , quanta & quemadmodum fit in Festo S. Barnabæ . Hanc etiam Ordinationem servari fecit tempore suo Illustrissimus Dux Philippus , & inclytus Princeps Franciscus Sfortia Vicecomes , ut in eorum Literis , annuatim Rectoribus prædictis directis , plenius continetur . „ *Mariale* istud primò imprimendum Mediolani curavit ipsemet Bernardinus , dicavitque Alexandro VI. Summo Pontifici , anno MCCCCXCIII. Fr. autem Domicus Ponzonus ejusdem Ordinis , qui ibidem appellatur *Prædicator Apostolicus* , *Theologus & Poëta præclarus* , delectus à Generali sui Ordinis Vicario ad librum hunc perlegendum , ac sententiam de illo ferendam , eam carmine expressit , cujus hoc est initium :

D *Bernardine ideo , Bustina à gente vetusta ,
Te tulit Omnipotens veneranda ad septa Minorum ,
Hoc opus ut strueres , nec te pro munere tanto
Gloria parva manet ; toto celebrabitur Orbe
Iste liber &c.*

E Non minori strepitu agitata est altera quæstio Seculo XV. labente , quam hic breviter perstringam . *Barnabas Interamnensis* Ordinis Minorum , cum Perusii Apostolicum concionandi munus exerceret , videretque omnem pauperum substantiam per Judæorum intolerabiles usuras exhauriri , primus omnium excogitavit , *Montem* , *Pietatis* appellatum , erigere , à quo , per mutuum pecuniæ , eorundem indigentia subveniretur , accepto pignore , ac detento denario in stipendium Ministrorum , qui pio operi intervirent ; idque etiam felicissimè implevit , ut fusè narrat Wadingus ad annum MCCCCLXXIV. (o) Perusinum exemplum imitatae sunt quamplures aliæ Urbes , in quibus statuti sunt *Montes Pietatis* , accedente Summorum Pontificum approbatione , Pii II. , Pauli II. , Sixti IV. , atque aliorum , quos idem Auctor enumerat . Cum verò detractis expensis , stipendiisque Ministrorum , aliæ superessent pecuniæ , quæ variè pro locorum consuetudine distrahebantur , ubique contentiones exortæ sunt , pluribus tanquam usufructuariam

(o) Num. XI. & seqq.

rariam rem hanc damnantibus; aliis autem, labis omnis expertem tuentibus; eoque processit contradicendi invicem ardor, ut decretis Apostolicis controversia fuerit decernenda. Mediolani quoque non levis acta est disceptatio; Fr. *Nicolaus Barianus*, Ordinis Eremitarum S. Augustini, regularis Observantiae, cujus præclaram mentionem agit *Torellus* in *Seculis Augustinianis* ad annum MCCCCLXXVII. Tractatum composuit, editum postea Cremonæ *adversus Montem Pietatis*, illumque dicavit *Reverendissimo Domino Georgio, Albanensi Episcopo, & Sanctæ Christi Ecclesiæ Cardinali dignissimo*, Epistolâ *Mediolani datâ Calendis Junii MCCCXCIV.*, atque in scripto in fronte titulo *De Monte Impietatis*. Contra hunc Auctorem scribere aggressus est *Bernardinus de Busti*, typis vulgato Opere in hac Urbe anno MCCCXCVII. sub hoc nomine: *Defensorium Montis Pietatis contra figmenta omnia æmula falsitatis*; atque illud obtulit *Reverendissimo in Christo Patri, ac Domino D. Bernardino Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem, Presbytero Cardinali Dignissimo, atque Sanctissimi Domini nostri Alexandri Papæ Sexti, & Apostolicæ Sedis Legato de Latere*.

Qui fuerit exitus hujus fervidæ disputationis, ex utraque parte à doctissimis simul & piissimis Viris agitatæ, notior est, quàm hîc debeat referri. Siquidem Leo X. edita Constitutione anno MDXV. lites omnes compescuit, statuitque modum, quo licitè & absque usuræ periculo, erigi, atque administrari possent *Montes Pietatis*, indictâ impropterum excommunicationis latæ sententiæ poenâ iis, qui contra de cetero prædicare, seu disputare verbo, vel scriptis ausi fuissent. Extat hæc *Constitutio* in Romano Bullario (p). Longè tamen antequam Pontificio decreto hæc controversia dirimeretur. Charitas Mediolanensium Civium, succensa publicis adhortationibus Bernardini Feltrensis, Bernardini de Busti, Dominici Ponzonei, aliorumque Fratrum Minorum, liberali manu pecunias contulerat ad *Montem Pietatis* in Urbe nostra condendum, isque sub finem Seculi XV. subsidio pauperum patuit, Ludovico Maria Sfortia, Mediolani Duce, Patrocini sui auctoritatem interponente. Quapropter Johannes Biffius in avaros Fœneratores invectus, pium hoc opus laudavit Epigrammate, quod inter ipsius Carmina, Mediolani simul impressa sub initium Seculi subsequentis legitur, atque ita incipit:

*Tartareas sedes, & nigri quarite Ditis
Regna, quibus diri fœnoris usus erat &c.*

Verùm, ut ad historiam literariam revertar, animadverto, annotari in *Regeſto Ordinis*, in quo describuntur missi per varias Italiæ Urbes eximii Minorum Concionatores, *Bernardinum de Busti* obiisse apud suos in *Meliniani* Oppido anno MCCCCLXXX. Porro id ab aliquo recentiore Scriptore additum fuisse, manifestum fit, ex Epistola ejusdem Bernardini, huic libro præfixa, quæ data est *Mediolani, pridie Cal. Februarii MCCCXCIV.*; Itaque hoc Seculo expirante, adhuc in vivis erat Auctor hic præstantissimus. Eidem Cardinali *Bernardino Caravagial*, qui usque ad annum MDXXII. vitam produxit, dicavit suum *Rosarium Sermonum prædicabilium* idem Bernardinus de Busti, teste Oldoino in *Vita Alexandri VI.* (q). Primam hujus libri editionem non vidi; ea tamen censenda est, quam refert *Orlandus* in Appendice sui Operis *De Origine Typographiæ*, quæque peracta est Venetiis anno MCCCXCVIII., atque indicio esse potest, vitam ab hoc Auctore fuisse productam ultra illius Seculi

A exitum, quemadmodum in sua Medii Ævi Bibliotheca tradit *Albertus Fabricius*. Celebravit *Bernardinum Bustium Lancinus Curtius* (r) carmine, ad formam Italicorum Epigrammatum composito, quæ frequens illa ætate fuit; sed methodus ista subsequen- tibus Seculis sectatores non habuit cum Pædagogum potius redoleat, quàm Poëtam; certè illam numerat inter vitia nondum expolitæ poëseos *Crescimbenus* (f), *monstrum* eam vocans corrupti Seculi quinti- decimi.

B Edita etiam est hoc tempore Mediolani, *Lucani Pharsalia*, à *Cardinali Monticello*, seu *Montichiello* in Italicam linguam poëtico metro conversa. In calce libri ista leguntur: *Explicit liber Lucani Cordubensis, Poëtæ clarissimi, translatus per R. in Christo Patrem, & Dominum L. de Montichiello, Cardinalem dignissimum*. Quis esset, aut quo tempore flo- ret memoratus Poëta, Cl. *Marius Crescimbenus* (t), post evoluta diligentissimè vetera monumenta, can- didè scribit, profus se ignorare, ac nihil quoque ab eruditissimis, quos consuluerat, viris rescire potuisse. Contra verò *Pellegrinus Antonius Orlandus* (u), referens editionem, Romæ hoc eodem anno peractam, cum hoc titulo: *Lucanus carmenicè factus, Italicè, fidentissimè* indicat, quis esset Au- ctor italice carminis, inquiens: *Monticellus, Octavianus Romanus, ab Innocentio II. creatus Cardina- lis anno MCXXXVIII.* Quam inconsideratè tamen id protulerit, nemo non videt; Ætate namque Innocentii II., non modò Poësis italice enata non erat, sed ipsa etiam vernacula lingua, nondum infantilibus fasciis soluta, vix incœperat balbuti- re. Præterea in nostro exemplari, non *Octavia- nus*, sed ex impressa ea litera L., aliud Auctori nomen fuisse apertè colligitur. Itaque, adhuc in obscuro versamur: Porro, cum de *Cardinali Monticello* altum viderem in Oldoino silentium, suspi- catus eram, Mediolanensem eum fuisse, atque inter Cardinales Ecclesiæ Ambrosianæ connumeratum; siquidem in Urbe nostra, *Monticelli* nobilis Familia his etiam temporibus viget. Evanuit tamen suspicio, cum verba relegerem impressi codicis nostri, quibus dicitur *R. in Christo Patri, & Domino*; eo enim titulo tunc familiari, donabantur Episcopi; alique primarii Patres Ecclesiæ Romanæ.

C Alterum *Montichiellum*, nomine *Dominicum*, Monachum Vallumbrosanum, memorat ibidem *Crescimbenus*, à quo translata fuere, octenis per sedes singulas carminibus, in Italicam linguam *Epistolæ Ovidii*. Opus istud, nonnisi manuscriptum apud nobilissimum Equitem, & Præfulem, eruditione eximia ornatum, *Marchionem Philippum Montium*, à se inspe- ctum testatur (x). Mihi contigit illud offendere, Medio- lani jam editum sub initium Seculi XVI. his verbis: *Epistole del famosissimo Ovidio vulgare in octava rima instoriato. Incomincia el libro delle Epistole di Ovidio vulgarizzate in rima per Messere Dominico da Monticello Toscano. In calce: Impressum Mediolani per Zanotto da Castellione MXXV. die XX. Novembris.* De tempore, quo uterque floruit, cum nihil sta- tui securè possit, censuit *Crescimbenus*, assignandum exitum Seculi XIV. aut initium sequentis; barbaries namque styli, scripsisse illos ante expolitam nitidiori vocum, atque elegantiae cultu italicam Poësim, sa- tis dilucidè ostendit.

ANNO

(p) Tom. I. fol. 483. edit. Rom. anni 1617.
(q) Tom. III. col. 170.
(r) Lib. V. Epigrammaton.
(f) Comment. Vol. I. lib. VI. cap. VII.

(t) Ibid. cap. XIV.
(u) Orig. della Stampa pag. 368.
(x) Vol. II. par. II. pag. 133.

ANNO MCCCXCIII.

BERNARDUS BELINCIONUS.

Inter Italicæ Poëseos cultores, qui in Aula Principis Ludovici Mariæ Sfortiæ frequentissimi versabantur, & quorum plures magni nominis enumerat Clar. Franciscus Xaverius Quadrius, in suo insigni Opere *Della Storia, e della Ragione d'ogni Poesia* (a), non postremo loco recensendus est *Bernardus Belincionus*; quamvis enim in suis carminibus sectatus sit rude illud linguæ vitium, quo tunc inficiebatur Civitas nostra; nihilominus in iisdem texendis, suoque acumine ac lepore exornandis, Poëtam se ostendit, excellitque præsertim in jocosis, facietisque argumentis. Patriâ Florentinus, celebri fama præstantis ingenii id promeritus est, ut à Ludovico Insubrium Duce Mediolanum evocaretur. Nec sterilis, vacuusque fuit Principis amor, quemadmodum, infelici Poëtarum conditione, pluribus contigit, quorum virtus, adores plausuque insignita, in egestatis pedore, ac sordibus marcuit. Siquidem Belincionus benignissimè exceptus, atque in deliciis habitus, munificentiam Ludovici sensit, tanta largitate erga se effusam, ut pingui opum censu, & honorum gloria donatus, in hac Metropoli, egregia cum laude ac splendore flourerit. Quin imò, teste *Julio Negri* (b), addidit Ludovicus, tot congestis in ipsum muneribus, illud etiam publicum testimonium benevolentiae, summæque de hujus viri præstantia conceptæ opinionis, ut nempe inter magnificam pompam, lætitiæque Sponsalium Isabellæ Aragoniæ, quibus celebrandis omnem ingenii sui elegantiam Belincionus impenderat, eundem Poëtica Lauri propriis manibus coronaret. Non diu tamen frui licuit huic Vati forte tam prospera; anno enim MCCCXCIII. è vivis sublatus, exemplum reliquit, felicitatem Poëtis, vel peregrinam esse, vel brevem. Sepulcralem Inscriptionem amico suo condidit *Franciscus Tantius*, quam retulit quidem laudatus *Negri*, sed absque nomine Auctoris; Ea verò, ante opera Belincioni impressa, sic legitur:

Bernardi Belincioni Florentini

*Animam Cælum, Corpus Saxum, Famam Mundus,
Opes, quas Ludovicus Sfortiæ, Ingeniis favens, dedit,
Pauperes, Amicus, & Alumnus tenent.*

Is etiam post obitum hujus Poëtæ curam suscepit schedas omnes colligendi, quæ sparsæ confusæque in illius scriniis jacebant, effecitque, ut integrum ejusdem carminum volumen typis nostris excusum hoc anno prodiret, sub auspiciis ipsiusmet Ludovici, qui Belinciono fuerat Mecænas, & Pater. In Epistola nuncupatoria, italicè scripta, Tantius Ludovicum laudat, quòd plura Mediolani sacra & profana Ædificia magnificè extruxerit, ac præsertim, ad Francisci I. Sfortiæ Genitoris sui memoriam omnivo conservandam, Colosseum Simulacrum erigendum curaverit: Commendat eximium illius amorem erga literatos Viros, & studia amœniora, ob quæ nobiliùs promovenda, Belincionum ad se pertraxerat, ut vernaculos linguæ suæ flores in Italicam nostram Poësim inferret. Demum indicat, quantum diligentiae laborisque ipse contulerit adornandæ edendæque huic carminum collectioni, non tam ut Principi gratam rem faceret, sed etiam ut immortale apud posteros nomen Amico dignissimo compararet, cujus

A lateri per plures annos adhæserat, familiari ejusdem consuetudine fruens. Subdit postmodum funebre Elogium superiùs relatam, atque alterum italicis versibus descriptum, quæ ipse Belincioni tumulo apponenda paraverat.

B Nonnulla ad Historiam spectantia, quorum mentio sparsim inferitur Belincioni carminibus, omitenda non censui. Prædia quædam prope Viglevanense tunc Oppidum sibi delegerat Ludovicus ad venationis oblectamentum, ibidemque dignum Principe domicilium condiderat. Itaque ut perennis memoria extaret depulsæ ab agris sterilitatis, locique olim informis ad amœnitatem, & delicias compositi, exculpi jussit in albo marmore aureis characteribus celebre Epigramma, quod etiamnum legitur, affixum uni ex lateribus magnificæ illius domus:

Vilis gleba fui, nunc sum ditissima tellus.

Cur? quia Sfortiadum me pia dextra colit.

Mutata est facies, mutavi nomina; Vilis

Dicebar, dicor nunc ego Sfortiaca &c.

C Auctorem hujus Carminis fuisse *Hermolaum Barbarum*, coævus hic testis confirmat, qui illud etiam in italicum Epigramma convertit. Sfortiaca hæc ditio, ut alibi monuimus, ejusdem Ludovici munere, assignata postmodum in dotem fuit Cœnobio S. Mariæ Gratiarum, Ordinis S. Dominici.

D Paulò ante retuli, à Ludovico erectam Patri fuisse vastæ molis statuam, quæ illius vultum, atque habitum futuris ætatibus indicaret. Addere nunc lubet, opus eam fuisse Leonardi Vincii, atque ad Francisci I. Sfortiæ tumulum collocatam, adjecta Epigraphæ, quam ex manuscripto Volumine antiquarum Inscriptionum Mediolanensium, in Bibliotheca Monachorum S. Ambrosii servato, desumptam hîc refero:

Quisquis Colosson Principis vides, asta.

Franciscus, Auctor Sfortiæ sacer Gentis,

Ille ille bello est maximus, toga major,

Fortunæ alumnus, redditum Ætheri numen,

Postquam aureum Urbi seculum tulit sceptris,

Par, gentium Victor, Numæ, Quirinoque,

Pietatem amat Mauri, ac opus Leonardi

Vinci æstimat. Vidisti? abi hospes, & gaude.

E Verùm, communi rerum humanarum fato, non tam vestigia insignis hujus simulacri, sed memoriam ipsam verustas delevit.

Johannis quoque Galeatii Vicecomitis primi Ducis Mediolani, à quo Ludovicus maternum genus trahebat, cineribus nobiliùs collocandis mentem intendit, adeòque tumulum construendum jussit eâ omni artis elegantia, atque ornatu, qui mortui simul ac vivi Principis majestatem referret. Præsto fuit Belincionus operi exornando, sequens non inventum Italicum Epigramma, Epitaphii nomine, magnifico parans sepulcro:

Qui

(a) Tom. II. pag. 215.

(b) Stor. de' Scritt. Fiorent.

*Qui dormon le famose , & sacre spoglie
Di Giovan Galeazo primo Duce ,
Ch'è di Viseonte ancor la prima luce ,
Unde ogni exemplo di virtù si toglie .
O fortunato sasso , ove s'accoglie
L'alto valor di quel , che in Ciel riluce ,
Di cui la vita , a dir ciascun conduce :
Chi semina virtù fama ricoglie .
O quanto invida fusti Morte allora
Al ben d'Italia , qual per farsi Sposa
Era felicemente a tanto Nume .
Or Ludovico il suo parente onora
D'un bel Sepulcro , e Storia gloriosa ,
Unde hà sua fama a rinovar le piume .*

Hinc etiam discimus, à Leonardo Vinciò mirum in hac Urbe specimen datum industriæ, ingenique, cum publica celebritas ageretur Nuptiarum Johannis Galeatii Sfortiæ cum Isabella Aragonica. Siquidem inter ludicra Theatri spectacula, Cælum effinxit, atque in eo septem Planetas ita versatiles, ut in suos revoluti orbis alternatim succederent, habituque Numinum, quæ referebant, distincti (delitescentibus sub eo peritis musicæ Viris) Sponsorum Ducum laudes canerent, quas vario Poësis genere descripsit Belincionus. Extat inter ejus Opera præclaræ mentio ingeniosæ hujus machinæ à Vinciò elaboratæ. De hoc insigni Artifice, cui plurimum splendoris ac commodi Civitas nostra æternum debet, præsertim ob Aquas ex Abduæ flumine ad mœnia deductas, alibi jam differui; plura verò de illius vita, & obitu adnotavit in suo *De Scriptoribus Florentinis* volumine Julius Negri.

Ceterum, in commendationem Belincioni, quem nostrum jure aliquo appellare possumus, cum is Mediolanum, alteram suam patriam dulcissimam vocet, Marius Crescimbenus in illius laudem (c) id unum refert, quod celeberrimus ætatis ejusdem Poëta, *Aloysius Pulcius* scriptum reliquit, videlicet se in propriis carminibus judicem, aut laudatorem, neminem optaturum, præter hunc Virum:

*Non sien dati miei versi a Varo , o Tucca ;
E basta il Bellincion , che affermi , e lodi .*

G A S P A R V I C E C O M E S .

Florentino Vati alterum Mediolanensem adnectimus, nobilitate ac doctrina clarissimum, nempe *Gasparem Vicecomitem*. Qui foret illius parentum, videlicet *Gasparis*, & *Margaritæ Alciatæ* conjugum, sanguinis & fortunarum splendor, genealogicæ historiæ Scriptoribus enarrandum dimitto. Literaria persequor. Dominicus Macaneus Gaspari Vicecomiti inscribens, ut diximus, *Corographiam Verbanæ Lacus*, in eo commendat, præter vernaculæ Poëseos nitorem, Historiæ ac fabularum peritiam, Eloquentiam mellissuam, ingenii acumen, aureamque animi moderationem, subjungens: „ Vererer equidem ne „ fœdæ crimine assentationis accusari possem, nisi „ adessent hac præclarissima in Civitate prudentissimi, literatissimique Viri, amplissimi harum rerum „ testes, quorum commercio assiduo oblectaris, & „ quibus non minorem apud posteros, familiaritate „ tua, laudem tribuas. „ Plura de ipso canit Lancianus Curtius, alteram ex suis *Sylvis* (d) *Gaspari* dicans; postquam enim ejusdem Domum *Bonis* omnibus communem, illumque Patrem & Præsidium Bo-

(c) Comment. Tom. II. par. II, pag. 186.
(d) Lib. IX.

A norum omnium, præsertim Poëtarum vocavit, tandem Musis omnibus felix Regnum à propaganda ejus stirpe auspicatur, hæc scribens:

*Sic doctus Pater usque doctiores
Natos provehet , ut vehant Nepotes ,
Et quantum Proavi potentiores
Auro , Sanguine , Marte , Vi , Periclis ,
Magna signa domus tulere in altum ,
Tantum vi ingenii Genus propaget ,
Extra omnem invidia impetum furentis &c.*

B Plura de insigni hoc Viro tradit Morigia (e) inquires, illum non tam Latina lingua, & Etrusca, sed Græca quoque, atque Hebraica plurimum excelluisse, adeout in qualibet earum, ad ingenii sui exercitationem, nitidè scriberet.

Edidit hoc anno *Gaspar Vicecomes* Rhythmos suos italicos, eosque obtulit *Illustri Domino Nicolao Vicecomiti Corigiæ*, datâ ad ipsum Epistolâ, in qua invehitur contra Momos, & Aristarchos sui temporis, qui nec humanis rebus, nec divinis parcebant; ideo ait se jamdiu in eo stetit propositum, ut carmina hæc sua vel æternis damnarentur tenebris, vel flammis pabulum fierent. Victum tamen se profiteatur tanti Viri reverentiâ, cui nihil quamvis arduum denegare audebat, coactumque illa in publicum prodere, licet raptim confecta, & nativo Mediolanensi idiomate, per eam ætatem admodum infelici, exarata. Eadem verò illius patrocinio commendat,

C cumque ut plurimum hi Rhythmi versentur in describenda juvenilium amorum suorum serie, infestæ sibi hac in re fortunæ acerbitatem deplorat, & feliciorum hisce Carminibus exitum sub *Nicolai* auspiciis præstolatur. Per compendium hanc Epistolam retuli, cum ob sermonis italicæ ruditatem ingrata esse posset, si in calce recuderetur. Quis esset *Nicolaus Corigiæ*, quem *Vicecomitem* Gaspar appellat, discimus à Petro Candido Decembrio, qui ad eundem scribens, hæc ait: „ Observavi parentem tuum, „ Virum clarissimum, atque omni virtute præditum, „ cujus nomen, ut tu possides, sic ego famam, glo-

D „ riam, animo possideo, colo, veneror. Gaudeo „ itaque, te illi similem, non effigie tantum, sed moribus, denique omni virtute enituisse, & literis „ studiisque humanitatis, quibus ille delectabatur, „ non inferiorem evasisse. „ Data est hæc Epistola

E *Ferrariæ MCCCCLXVIII* (f). Igitur alterius *Nicolai* Comitæ Corigiæ filius erat, matremque habuit *Beatricem Estensem*, mortuam anno MCCCCLXIX. teste Sansovino (g). Cur autem *Vicecomes* diceretur, idem Sansovinus pandit, inquires, aded acceptum eundem fuisse Ludovico Mariæ Sfortiæ, Duci Mediolani, ut in Vicecomitum Familiam illum adoptaverit. Imò cum expedienda Romam foret Legatio ad præstandum, Ludovici nomine, obsequium Alexandro VI., in Pontificem Maximum recenter inaugurato, delecti fuere Comes Johannes Franciscus Sanseverinus, Comes Franciscus Sfortia, *Nicolaus Corigia*, & Jason Maynus, qui cum Marchione Hermete, Excellentissimi Ducis Germano, præclarum illud munus implerent. Quanto autem splendore id actum sit, Romanis, Exterisque omnibus magnificentiam Legationis mirantibus, *Michaël Fernus*, qui præsens erat, accuratè narrat in suo Libello *de Legationibus Italicis Principum*, ad Alexandrum VI. tunc missis, edito Romæ hoc anno MCCCXCIII., & Jacobi Antiquarii nomini inscripto. Claruit Nicolaus non tam sanguinis dignitate, quam literis, *Poëta rarus* à Sansovino dictus, & à Decembrio laudatus

(e) Nobil. di Mil. lib. III.
(f) In Bibl. Ambros. MS. num. 255. Epistolarum.
(g) Famil. Illustr. d'Italia pag. 277.

datum (h), quod non minus stricta numeris, sed soluta etiam Oratione præstaret; idque latinæ Epistolæ adhuc superstites inter eas Decembrii abundè testantur; Crescimbenus (i) edita ejusdem Opera cum laude recenset.

Duo tantum ex hoc Gasparis Vicecomitis Libro decerpenda censui; alterum est italicum Epigramma, cui hunc titulum præfixit: *Epitaphium primi Ducis Mediolani, qui testamento reliquit viscera, & jecur S. Antonio Viennæ (Allobrogum), S. Jacobo Gallæciæ cor, reliquum Carthusiæ Papiæ, nec indignum est hic referri:*

Del nostro primo Duca il corpo jace

Per una parte in questa oscura tomba,

Il Sancto l'altra de Vienna impiomba,

L'altra in Galitia se riposa in pace.

Ad hora, ad hor la fama più vivace

Cresce nel Mondo, e sona in maggior tromba,

L'Alma volando al Ciel, come Colomba

Arde le piume ne l'eterna face.

Dopo la dolce & mansueta morte,

Le membra per Europa furon sparse,

Che Insubria non capea tanta ruina.

Contra Italia in quel punto l'empia Sorte

D'extrema crudeltà più che mai arse,

Cb'era per farse in breve ancor Regina.

Qua religione permotus fuerit Johannes Galeatius Vicecomes, ut S. Antonio Viennæ Gallæ partem sui moriens legaret, Historiæ non memorant; id ei fortasse insinuavit familiaris consuetudo cum Fratribus Ordinis Antoniani, qui Mediolanum inde vocati ægrotis inserviebant, sacro, ut ajunt, igne percussis, in Nosocomio prope Ecclesiam S. Antonii, nunc *Tea tinorum*, ibique moram traxere, donec Apostolica Pii II. auctoritate, Nosocomia omnia Urbis nostræ anno MCCCCLVIII. in unum, *Majus* etiamnum appellatum, & à Francisco I. Sfortia Duce, biennio ante magnificentissimè conditum, coaluere. Porro Bernardinus Corius ad annum MCCCCII. ultimas Johannis Galeatii tabulas, superiore anno emendatas referens, statuisse illum ait, ut ad Sanctum Antonium Viennensem delata viscera sepulcro inferrentur, cui insculpta essent ejusdem insignia & imago, Antoniani Ordinis habitu induta. Ceterum, quod ad Cor attinet, mirum est, quàm varia legantur. Corius illud unà cum Corpore Carthusiæ Papiensi postremis tabulis relictum testatur; idque mihi etiam comperit fuit ex authentico earundem exemplari, in quo præscribitur, ibidem erigendum Mausoleum, in cujus culmine effigies ejusdem, cultu omni ac corona Ducali ornata, sedensque conspiceretur, Corpore & Corde intus recondito. Gaspar Vicecomes, ut vidimus, missum in Hispanias ad S. Jacobum Gallæciæ tradit: Inscriptio verò marmoris in Papiensi Carthusia, ab utriusque testimonio prorsus dissentit, his verbis:

Constituit moriens Cor Viennam Allobrogum;

Reliqua intestina ad Gallæcos deportari

In Ædibus Divorum Jacobi & Antonii;

Ossa verò in Canobio Carthusiensium

Juxta Papiam condi testamento jussit.

Tom. I.

(h) Epist. CCLVIII.

(i) In Comment. part. II. lib. III. pag. 175.

(l) Inscriptio hujus Epigrammatis sic jacet: „ Si fanno „ certi Orologii piccioli e portativi, che con poco di „ artificio sempre lavorano, mostrando le ore, „ molti cori de Pianeti, & le Feste, sonando quan-

A Jovius in Elogio Joh. Galeatii Vicecomitis Carmen recitat, subscriptum cælato ejusdem Sepulcro in Templo Carthusiæ, in quo clarè asseritur, cor illius non Viennæ, aut in Gallæcia, sed Ticini in Æde sacra Sancto Michaëli, fuisse depositum:

*Cum Ducis Anguigeri, variis divisa sepulcris
Membra cubent; sic jussit enim; nam viscera servat,
Antoni, tua sancta Domus celebrata Viennæ,
Cor Ticinensis Michaël, Carthusia Corpus &c.*

Quid ergo in tanta Monumentorum, Scriptorumque varietate statuendum? Equidem non multum interest ista diligentius scrutari; attamen cum omnium una vox sit, id ultima Principis voluntate decretum, putarem illam in pluribus conditis testamentis, seu *Codicillis* (ut vocant) fuisse immutatam: Quæ verò obtinuerit, ignoratur. Scriptores nostri, Bossius, Corius, Morigia, Viennæ tantum, & in Carthusia quiescere primi Ducis Mediolanensis membra concordè narravere.

Ex altero italico Epigrammate dignoscimus, per illam ætatem confecta jam fuisse parva gestatoria Horologia, quæ non tam horas, quàm cursum Planetarum, diesque festos signarent, ac sonum ederent; iis enim comparat Juvenem amore captum (1) his versibus:

Hò certa occulta forza in la secreta

Parte del Cor, qual sempre si lavora

De sera a sera, e d'una a l'altra aurora,

Che non spero la mente aver mai queta.

Legger ben mi potria ogni discreta

Vista nel fronte, ove amor colora

D'affanno e di dolore il punto e l'ora,

E la cagion, che riposar mi vieta.

L'umil squilletta sona il pio lamento,

Che spesso mando al Cielo, e a la fortuna,

Per disfogar cridando il fier tormento.

De le Feste annual non ne mostro una,

Ma Pianeti iracondi, e di spavento,

Eclipsati col Sole, e con la Luna.

Itaque, parva Horologia, quæ nunc aureis gemmatifque capsulis inclusa, in partem muliebris mundi Nobilium Sponsarum, ab Anglia quærentur, tercentum ferme annorum antiquitatem præferunt. Quando autem, aut à quo inventa fuerint, non ita facilè quispiam certò decernet. *Dominicus Marius Manni*, in suo *De Florentinis inventis* libello (m), nonnihil lucis affert ad hæc tenebras discutiendas; testimonio namque plurium Scriptorum nixus, primum fuisse ait *Laurentium à Vulparia*, Florentiæ natum, qui inexcogitato hæcenus artificio Horologia conficeret, Solis, & Planetarum cursum signantia. Verum, cum Angelus Politianus, in Epistola ad Franciscum Casam, data Fæfulis anno MCCCCLXXXIV., ingeniosi hujus Operis specimen, in Medicæ servatum Palatio describens, hæc habeat: *Columella est quadrata, quæ pyramidis modo in acutum desinens fastigiatur, altitudinis ferè trium cubitum, comperit fit, ad horologia grandioris mensuræ id pertinuisse.* Alterum, Florentinum pariter Civem subjungit Mannius (n), *Franciscum Generinium*, mathematicis celebrem

„ do il tempo lo ricerca. Questo Sonetto è facto in „ persona de uno innamorato, che guardando uno „ delli predicti Orologii, compara se stesso a quello „ &c.

(m) Cap. XXIX.

(n) Cap. XXX.

lebrem disciplinis, qui parva simul & magna horologia, distributis ad cœlestes motus horis construxit: Quocirca non incongruè conjectare possumus, circa hæc tempora, automatas eas machinulas, quæ facile gestarentur, in Italia enatas fuisse; idque etiam indicare videtur titulus, à Gaspare Vicecomite Epigrammati suo inscriptus: *Si fanno certi Orologii piccioli, e portativi &c.* ex quo facile conijcere possumus, novum illas fuisse artificium, sed nondum in familiarem, uti nunc videmus, usum traductas.

Sequenti anno MCCCCXCIV. *Gaspar Vicecomes* edendis castigatiùs in lucem Francisci Petrarchæ *Triumphis, Rhythmisque* italicis operam dedit. Qua in re quantum laboris diligentiaque impenderit Eques ille Magnificus, testatum facit *Franciscus Tantius Corniger*, qui in Epistola ad calcem posita proficitur, actum fore de restituendis ad pristinum decorem hisce Carminibus, Typographorum incuriâ pessimè deturpatis, nisi ad præstandum vulneribus remedium accessisset tanti Viri ingenium & manus; nemo enim tunc temporis, ut ipse ait, arcanam eorundem vim profundius attingebat, ac nemo etiam occurrebat, qui Petrarchæ amantior, eidemque versuum nitore foret propinquior.

Anno MCCCCXCV. idem Vicecomes novo pœtico Opusculo, Mediolanense prælum ditavit, cui *Duorum Amantium* titulum indidit. *Octavarum*, ut ajunt, numero, ac metro illud composuit, obtulitque manu exaratum Duci Ludovico Mariæ, cui à Consiliis erat; *Johannes autem Stephanus Vicomercatus* Papiensis Canonicus, mille exemplaribus impressum vulgavit. Refert hic Liber, confictam à Poëta Historiam *Pauli & Dariae*, quos ferventissimo amore succensos, adversa semper fortuna sejunctos tenuit; sola mors eodem conditos sepulcro sociavit. Fabulam exorditur à Cœnobio Monachorum S. Ambrosii, quod Ludovicus Maria Sfortia, veteri diruto, magnificè extruendum jussit, commissâ celeberrimo Architecto *Bramanti* excelsi Operis curâ. Ibi dum fundamenta jacerentur, repertam fuisse inquit, Arcam, in qua duo hæc corpora quiescebant, inculptis exterius nominibus, libroque intus laminis plumbeis circumdato, qui infelicis eorundem amoris seriem referebat; fingit verò se in exæsis vetustate characteribus percipiendis plurimum laborasse, ac demum pertinaci diligentia rem affectum, carmine descripsisse. Hæc ille in Poëmatis initio Sfortiæ Principi narrat. Si tamen intimè id perpendamus, totus iste pœticus lusus, in Familiæ Vicecomitum laudem contextus videtur; siquidem superiorum Principum ab Ottone magno Archiepiscopo successionem, resque ab illis præclarè gestas interferit; Insignes armis viros, quos inductis in scenam festivis spectaculis interfuisse tradit, ut ludicra gererent prælia, ex hac stirpe defuit; denique qui præcipui Actores sunt in hoc tragico cantu, nempe *Paulus*, & *Daria*, Vicecomites dicuntur, splendidis in utriusque domo affinitatibus enunciatis; adeo facile opinari possumus, voluisse Auctorem jucundo hoc figmento, Ludovici Mecœnatis genio, de illustri generis sui nobilitate gratulari, blandiri que.

Nonnulla ejusdem carmina italica, quæ lucem non viderunt, servat Bibliotheca Clericorum Regularium S. Barnabæ Mediolani, in codice elegantissimè scripto; illius accuratam descriptionem intulit in suam Italicæ Poëseos historiam laudatus P. Quadrius (o), adeoque ad eam Lectorem remitto. Non diu tamen vitam produxit Gaspar Vicecomes, anno MCCCCIC. tumulo datus.

BALTHASSAR TACCONUS.

Novus hoc anno emerfit Poëta *Balthassar Tacconus Alexandrinus*, edito Mediolani Poëmatis italico, octenis versibus condito. Argumentum huic Opus-

(o) Ubi supra.

sculo præbuere Nuptiæ Augustæ *Blancæ Mariæ Sfortiæ*, cum *Maximiliano I.* Romanorum Rege, quæ tunc in hac Urbe opulentissimo apparatu celebratæ fuere. Itaque, ut magnificentiæ Ludovici Patruï perenne monumentum extaret, vulganda typis censuit Tacconus hæc carmina, Principi eidem dicata, aggressus rem omnem, pro ut acta est, accuratè describere. Altiùs tamen cantum suum exorditur, nempe ab origine inclytæ Vicecomitum Domus, fabulas colligens cunctas, quibus per longam Langobardorum Regum seriem, propagatam eorundem stirpem commenti sunt imperantium Ducum assentatores. Propius autem ad propositum suum accedens, missos è Germania nobilissimos Proceres numerat, qui Maximiliani nomine, Regiæ Sponsæ digito nuptialem innecterent annulum; pompam splendidissimi currus, quo ad Templum maximum ducta est Blanca Maria, universo nobilium choro latus stipante; initas ibidem nuptias, susceptamque Regni Coronam, Guidone Antonio Arcimboldo Mediolani Archipræsule solemnè Sacrum faciente, & Jafone Mayno eloquentissimè perorante, quo die colitur Sanctus Andreas Apostolus; lautissima convivia, equestres ante Arcem Jovis bellicos congressus, nocturnosque lætos ignes passim succensos; demum ab hac Urbe discessionem, die tertio Decembris, commemorat, ut ad Augustum conjugem properaret. Dotem quoque pactam refert quatuor centum mille florenorum auri, additis aliis centum millibus, quæ regalis suppellex, gemmarumque pretium exposcebat. Hunc eundem florenorum numerum reliqui etiam Scriptores nostri in historicis suis tabulis describere, sed citra verum; siquidem emanare in vulgus jussa est hæc fama, ut augustis Nuptiis honor conciliaretur, cum tamen multò minori ære soluta Dos fuerit. Corius Documentum refert ad hunc annum, *Maximiliani* ipsius manu subscriptum, in quo expressa hæc verba leguntur, *ad honorem Nuptiarum*; ceterum, non nisi tercenti mille aurei floreni, secreta pactione, Doti assignantur.

Nihil aliud historiæ inserviens ex hoc *Tacconi* Poëmatis elicimus, nisi memoriam ænei Simulacri Equo insidentis, quod Francisco I. Patri suo Ludovicus in Ducali Æde fundendum curavit ab insigni artifice Leonardo Vincio; sed an idem sit, quod tumulo impositum superius diximus, an alterum in patenti area Principis domus conspicuum, ignotum profus est; cum hæc omnia rapaci bellorum furore direpta evanuerint. Laudes postmodum Auctor hic subdit felicissimi Regni, quo Ludovicus Urbem nostram emporium scientiarum, atque artium reddiderat, inculto tamen, humilique adeò stylo, ut tinea relinquit sine injuria possit. Sanè obscuri nominis Poëtam fuisse indicat cœvorum silentium, apud quos rara ejusdem occurrit mentio, nisi fortè latinas Musas minus iratas sibi persenserit; clausit enim hoc Poëma tolerabiliori tetraistico; eoque in genere laudatum reor à Platino Plato, hisce carminibus:

*Fam mihi non possum non esse Poëta videri
Balthasar, egregium quem tua Musa vocat.
Qui Vates à Vate bonus præstante vocatur,
Ille Poëtarum cum grege tutus eat.*

Sed nulla superest ejusdem lucubratio, è qua metiri hominem valeamus, nec quidquam de illius vita, obituque in vetustis libris offendi. Lancinus Curtius *Balthassarem Alexandrinum*, quem non alium, quàm *Tacconum* existimo, commendat à facundia, & morum probitate, libro quarto *Epigrammatum* (p); munus autem, quod in Urbe nostra gerebat, indicatur in fronte italici sui Poëmatis, ubi *Cancelarius* inscribitur.

(p) Fol. 59.

JOHANNES BIFFIUS.

Celebrior fuit latinus alter Poëta Mediolanensis *Johannes Biffius* Presbyter, cujus nonnulla carmina hoc anno typis nostris edi coeperunt. Inscriptis iisdem hunc titulum: *Parcarum Premantheusis in die natali Illustrissimi Principis Ludovici*. *Parcas* enim in eo Poëmate inducit, vaticinantes omnia, quæ Ludovicus Sfortia, grandia Patris, Fratrisque exempla sectatus, bello, ac pace præclarissime postmodum gessit. Libellum item *Epigrammatum* suorum adjecit, nuncupavitque *Johanni Galeatio Duci VI. Mediolani*; plena est Epistola prævia laudibus ejusdem, ac *Patru Ludovici*, quorum ope effectum fuerat, ut hæc Metropolis nihil gloriæ invideret *Urbi Romanæ*; quo circa eam loqui fingit sequenti distico:

*Roma vetus redeas, certabo Principe, Muris,
Divitiis, populo, dogmate, Marte, fide.*

Muros nominat Biffius; inter cetera namque ædificia, quibus splendidam, ornatamque hanc Urbem Ludovicus effecerat, novis etiam mœnibus illam præcinxerat; quocirca in hisce carminibus recentissimum istud beneficium sæpius commemorat; quin imò integrum in hujus excelsi operis laudem Epigramma condit, ita exordians:

*Urbs nova præfulget, Mauro reparata potenti,
Quis neget hæc superis mœnia digna Diis? &c.*

Plura alia Opuscula diversis temporibus vulgavit, parvæ tamen molis, eorundem enim novem numero, in unum collecta, atque iterum prælo Mediolanensi commissa anno MDXII. exiguum libellum conficiunt. Alteri ex iis inseruit Carmen, seu Elegiam *Fausti Poëtæ Foroliviensis: De duodecim articulis Fidei, & de laudibus Poëtarum, ad Divum Ludovicum Gonzagam Pontificem Mantuanum*. Cur autem hoc *Fausti* opusculum suis carminibus immiscuerit, rationem ipsemet Biffius reddit, scribens ad *Cardinalem Sedunensem Matthæum Schiner*, in *Germania, & Langobardia Pontificium Legatum*; id enim factum ait, quod eundem sibi veluti Magistrum proposuisset, ut Musam suam nitidiore cultu exornaret, his verbis: „ Nonnulla fortasse admiratione ducêris, quod etiam aliena ad te mittam. „ Ex hoc singularem meam, in societatem humanam fidem colligere potes, qui *Faustum*, nullo factu, „ sua laude (*non*) defraudarim, qui *Romæ Sixti IV. Pontificis* tempore floruit, & meis carminibus suo „ consilio nonnihil profuit, à quo & argutiam, & „ leporem, & exulta epitheta, versui inferere dicimur, ut sua *Venere* non carerent. „ Satius tamen fuisset, si ex aurei Seculi fontibus Poësim suam haurire conatus esset; quamvis enim facilis è *Biffii* calamo vena fluere videatur, non ea tamen defœcata, sibi que constans ubique manat, mixtique cœno nivei quandoque lapilli evolvuntur. Interim non abs re erit alteram *Fausti Poëtæ* lucubrationem indicare, quam adnotatam vidi in Catalogo manuscripto Bibliothecæ *Blesensis*, de quo superius jam differui, nempe *De Captivitate Ludovici Sfortiæ ad Ludovicum XII. Regem Galliarum*.

Inter hæc Opuscula, mentio, & laus occurrit rei, ad Ecclesiasticam Mediolanensem historiam pertinentis, ac fermè à Scriptoribus nostris omisæ, nempe *Canonice*, institutæ à Magno *Trivultio* ante Aram *Beatissimæ Virginis Assumptæ*, quæ adhuc superest in vestibulo Basilicæ *Sancti Nazarii Mediolani*. Insignis ille Gallicorum exercituum ductor, post edita in Castris præclarissima excelsi animi, ac militaris fortitudinis experimenta, pie-

tatis quoque suæ peculiare monumentum posteris relinquendum curavit. Itaque magnifico sumptu Sacellum extruxit, illudque dicavit *Augustissimæ Deiparæ in Cœlum Assumptæ*; prædia insuper, & annum censum constituit, ut duodecim Sacerdotes, *Canonicorum* titulo præditi, quotidiana Sacrificia, & preces in perpetuum *Virgini Matri* exhiberent. Huic Collegio *Archipresbyterum* præfecit, primusque hoc munus exercuit, *Franciscus Galassius Mediolanensis*, qui anno MDXII. Festo die *Epiphaniæ*, felicissime ad metam deducta *Johannis Jacobi Trivultii* pia institutione, sacris functionibus initium dedit, atque ad *Altare prædictæ Canonice* ante *Decumanam Januam Sancti Nazarii*, solemne Sacrum confecit. Inter ceteros *Canonicos* connumeratus est etiam hujus opusculi Auctor *Johannes Biffius*, isque rem totam carminibus, eodem anno vulgatis descripsit. Præstat nonnulla ex iis proferre, ut inde palam fiat, pium hoc opus celerius inchoatum fuisse, quam ferat Inscriptio marmoris insculpta, quæ etiam nunc legitur in fronte ejusdem Sacelli, atque à *Carolo Turrio* refertur (q) in hæc verba:

*Jo. Jacobus Trivultius Marchio Viglevani,
Marescal. Franciæ,
Inter militares labores Religionis observantissimus,
Sacellum hoc Assumptæ Virgini erexit,
& dotavit
MDXVIII. die V. Augusti.*

Biffius enim, alter ex iisdem *Canonicis*, sexennio ante, typis editum præfens opusculum inscripsit memorato Reverendo in Christo Patri *Domino Francisco Galassio, Archipresbytero prædictæ Canonice, institutæ ab Illustrissimo D. D. Johanne Jacobo Magno Trivultio, Principe clarissimo, & regii exercitus Gallorum ductore solertissimo*. Post Epistolam verò nuncupatoriam Epigramma subjungit, in quo virtutem hujus Præfecti Collegio suo egregiè commendans, hæc habet:

*Te duce magnanimi præfulgens dextra Triulti
Immortale decus Religionis habet.
Nunc & Apostolicum numerum per secula fecit,
Tradidit & largas, nobile munus, opes.
Prædia lata tulit nobis cantantibus, & te
Prudentem tanto prætulit officio &c.*

Alterum inde gratulatorium Epigramma ad *Cives Mediolanenses* dirigit, ob divina Officia persolvi cœpta, & celebratum solemni cantu *Missæ sacrum*, ante Aram illam *Assumptæ Virginis*, recurrente annua *Epiphaniæ* celebritate, ita scribens:

*Certa salus patriæ, nullo concussa tumultu,
O Mediolanum Dux Iacobus adest,
Sæpe suis qui te securum præstitit armis,
Solerti & Venetos vicit ab arte duces,
Qui res, qui postquam tutissima corpora fecit,
Fida salus animæ, fida tutela patet;
Namque ad Nazari, Collegia Sancta dicavit,
Presbyteros numero legit Apostolico;
Qui cantent horas, gratissima dona Tonanti,
Quotidie & celebrent, & pia thura ferant &c.*

Fortasse autem ejectis eodem anno MDXII. ex hac Metropoli *Gallis*, & restituto à *Germanis* copiis

(q) Ritratto di Milano pag. 25.

piis in Mediolanensi Ducum Sede Maximiliano Sfortia, interruptum jacuit recens id Institutum, donec Gallis iterum nostra Urbe potitis sub Francisco I. Francorum Rege, auspiciatior dies implendo Trivultii religioso mandato eluceret, nobiliusque Sacello exornato, novam veluti faciem incoepum jamdiu pium hoc Opus acciperet, ac firmaretur, anno MDXVIII., ut docet Inscriptio. Non viguit tamen idem Canoniorum numerus; fortasse namque imminuta, ob bellicas direptiones, praediorum Dote, ad octo tantum redactum fuit Trivultii Collegium, ut tradit memoratus Turrius, primae institutionis omnino ignarus. Quandiu illud perduraverit, ignoramus; desisse jam sub initium Seculi XVII. certum est; Cardinalis namque Federicus Borromaeus, Mediolani Archiepiscopus, vacuum superius domicilium, consentiente Familia Trivultia, Juvenibus tradidit, qui statis diebus (etiam praesenti aeo) ad eandem conveniunt, & secreto, ut ajunt, regimine, sub disciplina Receptorum Doctrinae Christianae, longè ab ocio, vulgique licentia detinentur, piis primùm exercitationibus, ac colloquiis, dein honestis etiam ludis horas, quae à studiis vacant, transigentes.

Nunc aliqua de Biffio ipso sunt referenda. Ortum duxit in Oppido Mezago Agri Mediolanensis, è Patre Philippo, & Matre de Capitaneis; studiorum palestram iniiit adolescens in hac Metropoli, variosque audivit Magistros, quos ipse enumerat in Epistola ad Barchinonensem Episcopum Gundisalvum de Heredia; Graecas quoque literas didicit, sed praecipue Latinas Musas coluit, Epigrammata, Elegias, Poëmata passim facili calamo fundens, quorum singillatim catalogum texere molestum Lectoribus foret; cum brevi hac via gratiam sibi ac laudem à magnis Principibus, doctisque viris aucuparetur. Mediocri semper fortuna usus est, multa quidem, sed tenuis census Sacerdotia consecutus, eaque ipsemet sparsim recenset in Opusculis suis, describens quoque itinera Florentiam, Viterbium, Romam, & res à se gestas in literariis ingenii sui exercitationibus, tanta sedulitate, ut gloriolae captandae admodum cupidus fuisse possit videri. Id sanè compertum facit accurata sollicitudo, qua epistolas Principum, Praesulumque in Scriniis apud se, veluti gemmas, servatas testatur; & qua Titulos etiam ac laudes, tum in extima earundem fronte, tum intus extantes, quibus ipsius nomen decorabatur, verbatim recitans, atque Amicis obtrudens, typis vulgabat. Nativitatis quidem annum reperi, nempe MCCCCLXXXIII., mortis tempus ignotum est mihi.

Post haec enunciatas, tot in Urbe nostra editas in lucem, Poëtarum lucubrationes, proferre lubet opus, soluta quoque oratione confectum, nempe *Dialogum cognomento Lucidarium*; ita enim inscribitur. Quis illud condiderit, in obscuro est, cum Auctor ipse consultò nomen suum tenebris involvendum statuerit; haec namque in Prologo scribit: „Nomen autem meum volui silentio contegi, ne quis invidiam tabescens juberet utile opus contemnendo negligi. „ In Catalogis Bibliothecarum Bernardino Scarlione Presbytero adscribitur, sed is non nisi hujus libri editor fuit, errorique causam dedit Epistola *Pantaleonis Cufani*, quae in fronte legitur, his verbis concepta: „Dialogum tuum cognomento Lucidarium, quem superioribus diebus ad me dedisti, tribus lucubrationibus, pro viribus tibi reddidi, castigatum, optime Bernardine, &c. „ Sed ridiculum planè foret, si Prologus, qui statim sequitur, silentium profiteretur, nomen autem Auctoris frons ipsa ostentaret. Quatuor insignes Viri, duo ex Ordine Praedicatorum, alter ex Familia Seraphica, & memoratus Pantaleo Cufanus Canonicus Lateranensis in Casoreti Cœnobio, insudavere huic libro emendando, ut dignius prodiret; id enim ex sequenti Epigrammate ad calcem impresso intelligimus.

Vade age terse Liber doctos visure Penates,
 Quatuor excussum, quem poliere viri.
 Primus in excelsa, qui Relligione Minorum
 Franciscus Sacri Dogmatis alta sapit.
 Calaguritani sectans Arcangelus ora,
 Doctrina, ingenio, laudibus egregiis:
 Atque eodem Thomas fervescens numine clarus,
 Hoc sydus Terris Patria nostra dedit.
 Pantaleoque vigens, censura maximus acri,
 Horum judicium livida turba feret.
 Felices animæ, quæ talia scripta revolvunt,
 Quæ Cæli & Terræ condita quæque patent.
 Hanc dedit in lucem gemmam probitate celebris
 Bernardus, grates candide Lector age.

Cum in hisce carminibus peculiari laude efferatur Thomas, veluti *Patriæ nostræ Sydus*, non alium eum fuisse crediderim, quam *Thomam de Mediolano*, Domus S. Mariæ Gratiarum Alumnum, quem circa hæc tempora politiori literatura, ac mathematicis disciplinis optimè excultum, celebre sibi nomen fecisse testatur Quetif in Bibliotheca Scriptorum sui Ordinis (r). Ceterum labor iste tot praestantium Virorum, in adornando ad lucem hoc opere, parvæ quidem molis, sed pinguis succi, illius pretium satis superque deprædicat. Siquidem, ut aiebat in prædicta Epistola ad Scarlionum Cufanus, „etsi quid, „ quid de Trinitate, quidquid de Sex dierum creatione, de Luciferi casu, primique parentis piaculo, de Incarnatione Verbi, deque aliis dici potest, „ Sacramentis, Divus Augustinus, noster Ambrosius, reliquique Doctores, dignissimis, luculentissimisque voluminibus diligentissimè enucleaverint, „ atque in lucem producerint, hic tamen vir egregius, atque doctissimus, hæc omnia brevi, facili, „ que & eleganti stylo complexus est, ut non solum „ à Viris sapientibus, verum etiam à pueris in ludo „ literario certantibus, facillimè possit intelligi. „ Porro, cum opus istud ita dispositum fuerit, ut per interrogationem, à Magistro Discipulus erudiretur, præludium quoddam dici potest aurei illius libelli de *Doctrina Christiana*, quem postea, ad captum puerorum tam ingeniosè Italicâ linguâ elaboravit, memoriæ clarissimæ, Cardinalis Bellarminus, adedque non modica Urbis nostræ laus est, quod hic primùm, Latino sermone, rei tam proficuae exemplar excogitatum, atque editum fuerit.

Memorandus esset *Isocrates*, hoc anno elegantissimis græcis typis Mediolani impressus, cujus pergamenum exemplar Bibliotheca Ambrosiana custodit; id enim ad gloriam hujus Metropolis plurimùm confert, cum inde manifestum fiat, nulli alteri Civitati quàm nostræ, ortum suum, ac venustatem debere græcam Typographiam, quemadmodum in Prolegomenis innuebam. Verum deficiente eruditionis materie, quæ ad historiam pertineat, præterire illud fas est; destitutus namque Præfatione, ac Patrono, cui præclara hæc Editio nuncupari merebatur, vix nomen in calce profert *Demetrii Calchondylæ*, cujus labore, ac industria emendatus prodiit in lucem. Is tamen solus ornamentum omne ac pretium codici facit, cum notum omnibus sit, quæ in Græcis literis præstantia polleret Vir ille in Græcia natus, æternæque apud nos memoriæ dignus, ob præstitam non tam gymnasiis, quàm prælis constantem usque ad obitum operam, ut omni cultu expoliturum idioma, illud in Urbe hac nostra floreret. Plura *Isocratis* opera in Græcis Ambrosianæ Bibliothecæ manuscriptis servantur, nempe *Orationes*, & *Epistolæ*; ad

(r) Tom. II. fol. 24.

Dicoctem, de Regno: Oratio Parænetica ad Demonicum: Encomium Helenæ, & Busiridis, quibus addi possunt *Notæ & Scholia in Isocratem*, Anonymo Auctore.

Aderat quoque in Ambrosiana Bibliotheca exemplar *Vitarum Plutarchi* græcis characteribus impressi hoc anno Mediolani; illud enim adnotatum legimus in Indice nostro manuscripto Codicum Græcorum,

A qui typis vulgati in publicam studiorum utilitatem ibidem servantur. Verùm in præsentia desideratur, fortasse aut furto sublatum (neque enim iniquo hoc exemplo caremus), aut negligentiam alicujus Bibliophori extra ordinem malè collocatum, nec amplius, nisi fortuito, in tam opulenta librorum suppellectile aliquando inveniendum.

ANNO MCCCCXCIV.

Quamvis exigui numero fuerint hoc anno Scriptores, qui nova messe Typographicum censum auferent, rei tamen literariæ inopiã minimè laboramus. Gaspar Vicecomes, Eques Mediolanensis non minus stirpe, quàm ingenio clarus, quemadmodum superiore anno enarravimus, Petrarchæ carmina diligentissimè castigata ad codices genuinos, typis in hac Urbe committens, amplam de insigni eo viro differendi materiem suppeditavit. Antequam tamen id aggrediamur, operæ pretium est ad eos, qui proprio Marte aliquid condidere, sermonem convertere.

PETRUS LAZARONUS.

Primus se se offert *Petrus Lazaronus*, non incelebris illorum temporum Scriptor, cujus heroicum Poëma præsentis anno in vulgus emissum, illustrius eidem peperit nomen. Hic æmulatus reliquos suæ ætatis Poëtas, atque Oratores, quorum festivis plausibus celebratæ fuerant nuptiæ, initæ à Blanca Maria Sfortia cum Maximiliano Romanorum Rege, desiderari non passus est calami sui solertiam, ut perennis earundem memoria posteritati commendaretur. Itaque, regium omnem apparatus carmine descripsit, publicæque Coronationis pompam retulit, inde occasionem capiens, singillatim enumerandi amplissimas omnes virtutes excellæ hujus Virginis, quarum splendore, nobilior altera, & pretiosior auro gemmisque, animo intexebatur corona; demum quæcumque acta sunt in recessu ab hac Urbe regiæ nuptæ, ad Principem Sponsum deducendæ, historicè enarravit, laudes ubique intermiscens Sfortianæ familiæ, præsertim verò Ludovici Mariæ, qui tunc imperii nostri clavum tenebat. Dicavit hoc opus ipsi Cæsari Maximiliano; attamen, quod mireris, nihil de Augusti conjugis stirpe, rebusque ab eodem egregiè gestis (ut in hisce Epitalamiis mos est), ne supremis quidem labiis delibavit, excusationem præstans, ampla ea esse aded ut, absque injuria, brevi limite coarctari non possent. Quamobrem, quæ ad Cæsarem spectabant, se alio tempore celebraturum spondit in Epistola nuncupatoria, & in exordio Poëmatis, hæc inquit:

Veniã me feceris ipse

*Dignum, si tacitis cantavero carmina factis,
Quæ virtute tua constasti Maximus Heros.
Non caperet præsens florentia facta libellus,
Marte sub indomito, quæ tu pugnator ad arma
Collustrare manu potuisti, & pectore firmo.
Tempestate alia, membrana divite scribam,
Laude sub insigni, quæ feceris unus, ad unguem.*

An verò conceptum solverit votum, ignotum mihi est; cum non alia Petri Lazaroni carmina typis edita offenderim, quàm duodecim Epigrammata, seu Epitaphia ab ipso condita, in obitu *Illustrissimæ ac pu-*
Tom. I.

B *dicissimæ Beatricis, olim Consortis Illustrissimi, atque invictissimi Ducis Mediolani Ludovici M. Sfortiæ*, anno MCCCCXCVII.

Alterum quidem poëticum opus hujus Auctoris occurrit, sed multò antea confectum; siquidem, ut ex præfixa fronti Epistola conjici potest, circa annum MCCCCLXXVIII. elaboratum videtur. Obtulit illud mihi, eleganti manu in pergamena descriptum, Bibliotheca, manuscriptis codicibus dives, *Domus professæ Sancti Fidelis Societatis Jesu* in hac Urbe, cumque adhuc ineditum sit, paucisque exploratum, immorari in eodem referendo aliquantulum placet. Continet hic liber res gestas trium Mediolani Ducum, Philippi Mariæ Vicecomitis, Francisci I. Sfortiæ, & Galeatii Mariæ, quas carmine heroico enarratas proponere Auctor contendebat Johanni Galeatio Sexto Duci, tenellam adhuc ætatem agenti, ad incitamentum, atque æmulationem virtutis; proinde verò eidem illum dicens hæc scribit:

C „ Illustrissimo Duci Johanni Galeatio Mediolani Sexto,
„ Petrus Lazaronus, S. P. D.

„ Cogitanti mihi, Illustrissime Princeps, quo
„ munere gratiori majestatem tuam donare possem,
„ succurrebat illud ante omnia, ut aliquid ex clarissimis rebus ederem, quas olim superiores Duces, unde genus ducis, cum perenni laude gesserunt, quibus mentem tuam, etsi satis sponte sua, incitatum esse considerem, attamen multò magis incitatioem redderem; quanquam præstantissimum Doctorem habeas, qualis ille tuus omni honore, & laude prosequendus *Bartholomæus Petronius*, quem meritò fortuna felix Excellentiam tuam Doctorem adjunxit; nam eum non minùs literis Græcis, quàm Latinis florentem novi. Præterea omnibus naturæ muneribus ita præditus est, ut natura intenta visa sit ad formandum hominem integrum. Non enim rerum externarum munere à nobis donari poteris, quum earum facultas non se nobis suppeditet, nec non quum tu illarum non solum ditissimus hæres, verùm etiam liberalissimus donator existas. Ex fructibus, quos agellus noster edidit, percipere digneris, quibus si te delectari sensero, omnem industriam & laborem intendam, quo ager cultior solitò reddatur, ut gustui tuo fructus saporiosiores existant. Existimavi, majestatem tuam nullo tam illustri, tamque excellenti exemplo moneri posse, quàm Illustrissimorum Ducum, Ducum Philippi Tertii, Francisci Quarti, & Galeatii Mariæ Quinti, clarissimi genitoris tui, & eo libentius memoranda eorum gesta placuit illustrare, quia adhuc multi clari & insignes viri superstites sunt, qui tantarum rerum optimi testes fuere, ex ore quorum majorem partem eorum, quæ scripsi, justè collegi. Hunc enim libellum in quatuor partes divisi, & eum clarissimo nomini tuo meritò dedicavi. Velim intelligat Excellentia tua, se habere Petrum Lazaronum obsequiorem fidissimum, cui nihil gratius, nihil verò majus accidere posset, quàm ea congregi, quæ Illustrissimæ Amplitudini tuæ gratissima forent; nam, quantum in me fuit, enixus sum facilitati inhærere, quo stilus

f f f „ con-

„ congruitatem tenellæ ætatis tuæ aucuparetur; qua-
 „ propter fortè notabor ab his , qui altiori stilo gau-
 „ debunt, & quod deliberatæ mentis fuit, imperitiæ
 „ fortassis adscribent . Sed malui opinionem nostram
 „ sequi , quàm eorum judicia timere . Sic igitur ac-
 „ cipias velim , Clarissime Princeps , hoc munuscu-
 „ lum , ut tibi calcar ad æmulationem tuorum Ma-
 „ jorum datum existimes , & Lazaronom Familiam ,
 „ Imperio tuo fidissimam , ad felicitatem erigas .

In hac Epistola memoratur *Bartholomæus Pe-
 tronius* , pueri Ducis Præceptor , à *Lazarono* lauda-
 tus . Fuit is patriâ Cremonensis , Poësi , & Oratoria
 facultate clarissimus , eumque inter celeberrimos Vi-
 ros , qui Mediolani tunc temporis versabantur , enu-
 meratum vidimus à Johanne Biffio ad annum MCC
 CCLXXXII. Franciscus Arisius, in Cremonæ suæ Li-
 teratæ Indice, ejusdem ætati assignat annum MCCC-
 LXVI. Ubi verò de ipso agit (a), acceptum adeò fuisse
 ait Francisco Sfortiæ , ut ejusdem disciplinæ cariora
 familiæ suæ pignora, filios nempe, Philippum Mariam,
 Ludovicum , Ascanium , Octavianum , Hippolytam,
 & Elisabet , humanioribus literis imbuenda commi-
 serit . Perseverasse illum in aula horum Principum
 nobili eo munere donatum , erudiendi nempe libera-
 libus disciplinis succedentes Sfortianæ Domus Filios,
 Epistolæ allatæ testimonium abundè docet . Specimen
 elegantis carminis , in patriæ suæ laudem à Pe-
 tronio editi, Lector inveniet apud laudatum Arisium,
 rerum antiquarum diligentissimum vindicem , mihi-
 que , ut sæpius professus sum , amicitiam conjunctissi-
 mum , sed amaræ in præsentia memoriæ , cum triste
 mortis nuncium recentissimè acceperim .

Nunc de Codice ipso est differendum , qui mi-
 nio auroque conspersus , elegantique caractere de-
 scriptus, speciem refert primi exemplaris, oblatus Sex-
 to Duci Johanni Galeatio , cui carmina dicabantur .
 Exordium his verbis concipitur :

*Magnanimi Reges , qui præsumt Urbibus amplis ,
 Qui populos in pace regunt , Clarissime Princeps ,
 Magna parant , magnisque juvat consistere rebus .
 Æthere quæ terras , quæ ignes secrevit ab undis ,
 Ordine cœlesti , summi Sapientia Regis ,
 Hæc eadem terris , & jussit in Orbe reponi
 Laude Duces summos ; Fraudis discrimina vastæ ,
 Qui premerent jure , & violentos stringere possent &c.*

Aggreditur subinde narrare singillatim per capita ,
 quàm fortiter se gesserit Philippus Maria Vicecomes,
 adhuc prima lanugine tectus , in bello contra Helve-
 tios , ac postmodum adultus contra Sigismundum Im-
 peratorem ; qua felicitate imperium suum amplificave-
 rit, fracto Pandulfo Malatesta, & recuperatis Bergomo,
 ac Brixia; quo pietatis studio incensus Romanæ Eccle-
 siæ jura defenderit, Carolo Malatesta in Martinum V.
 Summum Pontificem arma movente, non tam castris
 spoliato, sed etiam in vincula coniecto; qua demum
 liberali magnificentia captos Reges Aragoniæ, & Na-
 varræ, non libertate tantum, sed pretiosis etiam dona-
 tos muneribus, ad proprias regias Ædes remisit . Eo-
 dem ordine Francisci Primi, ac Galeatii Mariæ Sfor-
 tiæ præclarè acta describit ; postremò verò fausta
 omnia Johanni Galeatio pollicetur, enumerans singu-
 los Proceres , prudentiâ , doctrinâ , & fide insignes,
 quos ejusdem nobili educationi Ludovicus Patruus
 assignaverat . Desiderari in hoc Poëmate nobilioris
 styli venustatem nemo, cui legendum objiciatur, non
 dicet ; minimè tamen spernendum est, cum se histo-
 rici potiùs, quàm Poëtæ partes egisse Auctor ipse
 profiteatur . Id memorare hoc loco opus est (eodem
 Lazarono monente), improbum eum laborem , in
 pangendo præsentis Poëmate, ab ipso fuisse susceptum,

(a) fol. 299.

ut nempe universa hæc carmina à Dactylo incipe-
 rent ; ita enim (sibi ipsi blandiens) arbitrabatur ,
 nobiliorem, *altioremq; sonum* versibus inspirari: Ve-
 rum, an peculiari laude digna sit superstitiosa hæc
 diligentia, facilè is decernet, qui non à numero syl-
 labarum, sed ab elegantia, & gravitate sermonis,
 petendum esse carminum decus didicerit, neque id
 præscriptum viderit aut præceptis, aut exemplis infi-
 gnium veterum Poëtarum .

Publici Oratoriæ artis in Ticinensi gymnasio In-
 stitutoris partes egisse *Lazaronom*, ex ejusdem edi-
 tis libris patet ; hoc autem munere decoratum fuisse
 à Ludovico Maria Sfortia labente Seculo illo, inde
 colligo, quòd se Lectoris publici titulo inscripserit
 tunc solum, cum Epitaphia mortuæ excelsæ ejusdem
 Conjugis Beatricis vulgavit ; antea enim, manuscri-
 ptum Poëma, proximè relatum, Johanni Galeatio
 dicans, nonnisi nudum nomen Epistolæ apposuit .
Lancinum Curtium invenio, sollicitis precibus *Lazaro-
 nom* incitantem, ut libellos suos edat in lucem ;
 Epigramma namque ad ipsum dirigit (b), in hæc
 carmina desinens :

*Profer opus docto de pectore , consule chartis ,
 Incipias curæ præmia ferre vagæ ,
 Quod nec Cecropiæ turres , nec lima retundat ,
 Profer opus : cineri nomen inane venit .*

Quid tamen prælo subdiderit, præter enunciatas poë-
 ticas lucubrations, inexploratum adhuc mihi est .
 Adnotatum quidem reperi in Indice Bibliothecæ Fran-
 cisci I. Regis Galliarum, de quo sæpius memini,
*Poëma latinum in pergamena, missum ad Carolum
 VIII. Galliarum Regem à Petro Lazarono Poëta*, sed
 qua in re versaretur, pagina illa filet . In altero pa-
 riter Catalogo librorum venalium impresso Venetiis,
 anno MDCCXLII. enumeratos vidi, inter manuscri-
 ptos codices, *Lazaroni (Petr.) Carminum, libros
 quatuor* . Literariam hanc mercem, pretio erogato
 redimendam, per Epistolas curavi, ut inde uberior
 Viri hujus, diuturno tempore in Urbe nostra versati,
 notitia eliceretur ; sed irritus cecidit conatus, cum
 distrahi seorsim manuscriptos libros, eorundem Do-
 minus minimè pateretur .

Remanet inquirendum, quæ patria Lazarono
 contigerit; neque dubio locus est, cum se *Brixia-
 num* ipsemet appellet; originem tamen familia ejusdem
 traxit, non à *Brixia* Urbe, sed à *Valle Tellina*; in
 calce enim memorati codicis manuscripti, quem ob-
 tulit Johanni Galeatio, hæc illum alloquens canit :

*Stirps memori tanto gestetur pectore Princeps ,
 Quam tibi Lazarona domus devota reponit ,
 Quærere si tentes , unde innascatur origo ;
 Nam generis veteres , & primos edidit ortus
 Imperio submissa tuo , & servire parata
 Vallibus ex magnis Vallis Tellina vocata .
 Hæc domus innumeros homines , & digna petentes
 Oppida permulta , & per magnas sparserat Urbes &c.*

FRANCISCUS PHILELPHUS.

Plura de egregio hoc Viro in Historiæ hujus
 serie conscripsimus, sed nondum est finis . Franciscus
 Philelphus foecundissimi ingenii sui, in Græcis La-
 tinisque literis, vim ac præstantiam, pluribus ætate
 sua editis libris, jam comprobaverat ; tentanda illi
 erat Italica Poësis, in qua nullum hæctenus publicum
 specimen dederat, integro aliquo elaborato, vul-
 gatoque volumine . Id tandem aggressus est anno
 MCCCCXLV. vitam S. Johannis Baptistæ italicis iis
 expo-

(b) Lib. I. fol. 15.

exponens Carminibus, quæ nunc *Terzetti* appellamus. Opus hoc dicavit Philippo Mariæ Vicecomiti Mediolanensium Duci, cujus nutu à se illud inceptum, atque absolutum, in præfatione testatur. Quadraginta octo Cantibus vita hæc absolvitur, nec indigna est quæ legatur, si vitium linguæ demas, in nostra præfertim Urbe tunc plurimum depravatæ. Crescimbenius in Commentariis suis de Italica Poësi, hujus libri non meminit; Philelphum tamen inter italicos Poëtas, illo ævo florentes cum laude recenset (c); quin imò in tertio Volumine (d) specimen ejusdem Carminum profert, nempe Cantionem, qua Ducis Philippi Mariæ egregias virtutes laudabat, faustumque imperium à summo Deo ipsi adprecabatur. Altera anno MCC CCXLVI. à Philelpho confecta, in qua preces ad Deiparam is dirigebat, ut Principem illum cumulatione semper gratia, & patrocinio fovaret, ab Editore hujus vitæ imprimi iussa est ad calcem ejusdem. Ceterum, quod mihi in hoc perlegendo libro risum movit, id est, voluisse Philelphum, etiam sacrum hoc argumentum impotentis iræ suæ felle conspergere. Notum est, quàm amarum contra Poggium Florentinum ille stomachum gereret; Itaque, ut eundem in hanc scenam, licet per machinas, traheret, dum lascivos mores Filie Herodiadis describit, hos versus inserit, quibus fortasse carpit editas ab ipso Facetias:

*In lei ogni lascivia si discola,
Non dicea oration, ne fuso, o roccha
In man prendea, ma dat' era a la gola;
Nè in cosa honesta aprìa già mai la bocca,
Ma sol con boffonie, com' fà hor Poggio,
In fatti osceni il suo parlar discroccha.*

Ineditus jacuit labor iste Philelphi usque ad annum MCCCCXCIV., quo Petrus Justinus Philelphus, ex Fratris filia nepos memorati Francisci, studio & impensa sua, ut jam suo loco innuimus, Mediolanensibus typis, in lucem eduxit.

SAMUEL CASSINAS.

Samuel Cassinensis, seu de Cassinis, Ordini Fratrum Minorum de Observantia nomen dedit, & in Cœnobio S. Angeli prope Mœnia Urbis Mediolanensis, religiosam vitam ducens, Philosophicis præfertim in studiis adeò profecit, ut in Gallias missus, ibidem Philosophiam docuerit. Testatur hoc ipsemet Samuel in Proœmio *Isagogici* sui Operis, quod hoc anno Mediolani editum, atque ab Auctore inscriptum fuit Stephano Fratris sui filio, artium & medicinæ Professori. Continet hic liber Logicæ præcepta, ex Aristotelis, & Scoti libris desumpta, sed nova & tam facili methodo per Dialogum explanata, ut intra semestre quilibet Discipulus instrui ad magisterium posset, quemadmodum ibidem Samuel pollicebatur his verbis: „ Si quispiam benevolus ad hoc „ opus accesserit, maximè Magistro duce aliquo viro „ docto, poterit intra menses sex adeò doctus, & „ in Logicalibus elimatus evadere, ut in quovis egregio „ gymnasio, haud rubore perfusus, vel risu dignus, „ disputet, legat, appareat, ut tu quoque „ ex parte, cum audires in Gallia expertus es. „ Sanè, *Franciscus Ruerus* Sacerdos, qui in Urbe „ nostra primò imprimendum curavit hunc librum, in „ Epistola missa ad *Peritissimum artium & medicinae „ Doctorem, Dominum Magistrum Gabrielem Pirovanum, „ Medicum Ducalem celeberrimum*, hæc scripsit: „ Tradidit (Samuel de Cassinis) artificiosissimè quid „ quid in Logica inveniri fortè potest, atque adeò, „ ut quisquis diligenter introsperit, quod ordinatissimè „ compegit, erit intra paucissimos menses,

(c) Vol. II. par. II. pag. 148.

A „ ne dixerim annos, edoctus in his, quæ Scotus sentit, & Philosophus exequitur. Hæc dixerim, non desiderii passione permotus, sed experientia teste „ conscientiaque mea, qui aliquem è suis discipulis „ novi, quem cum paulò ante putasses elinguem, & „ Literarum penitus expertem, nunc Philosophum „ judicare possis, ac penè Theologum. „ Transcribere ista opus fuit, ut manifestum fieret, quantà studentium gratiâ, atque anxietate percipiendi celeris fructus, excipi tunc debuerit liber iste, quem in Gallia inceptum, Mediolani Samuel perfecit, ut idem *Ruerus* testatur.

B Præter memoratum *Isagogicum* librum, alterum hoc ipso anno Mediolanensibus typis edidit *De immortalitate animæ*, dicavitque Ludovico Mariæ Sfortiæ, omnium tunc Literarum præsentissimo Mæcenati. Quid illum impulerit ad brevem hunc tractatum edendum, neque in Epistola nuncupatoria, neque in decursu quæstionis innuitur; in id certè vim omnem ingenii contulit, ut *animam rationalem immortalem esse, rationibus naturalibus demonstrantibus apertissimè*, propugnaret. Peculiari mentione dignum censuit hoc opus Lucas Wadingus in Annalibus ad annum MCCCCXCVIII., docti hujus Viri memoriam cum laude recensens.

C Extat in Ambrosiana Bibliotheca aliud opusculum, typis excusum anno MDV., sed sine loco ac Typographo, cum hoc titulo: *Quæstio Lamiarum Fratris Samuelis de Cassinis Ord. Minorum Ob. regularis*. In eo, validis omnibus productis argumentis, sententiam illam propugnat, quòd *Diabolus non possit deferre homines de loco ad locum, causâ alicujus Maleficii perpetrandi*, sed illudat, fallatque Lamas profanis infomniis. De his nonnulla attingimus ad annum MCCCCXC.

Poëtica quoque laude non caruit, cujus experimentum aliquod extat impressum ante italicos Rhythmos Bernardini de Bustris, quos in Deiparæ Virginis commendationem composuit, sub hoc titulo, *Corona della Beatissima Ver. ine Maria*. Samuel namque de Cassinis Auctor fuit Bernardino, ut ad eosdem pangendos pium calamum admoveret, brevem Elegiam ad ipsum mittens, quæ incipit:

D *Bella canant alii, temerataque mœnia Trojæ,
Et tua Romanum gesta, Quirine, decus,
Riteque ventosis referant Capitolia Musæ,
Nec taceas Grajos dulcis Homere tuos;
Atque hunc occiduum modulato carmine mundum
Rimetur Thales, Esiodusque simul.
Denique Cælorum motus Ptolomæus, & Orbes
Instruat Euclides, quæ numeravit item.
Nunc repetenda tibi major via laudis, & altus
Orbis honos, Virgo sæpe canenda venit &c.
Sume Lyram, natura modum mutavit, & ultro
Ad tua se fundit carmina, sume Lyram &c.*

E Majoris molis ac studii Literarium opus aggressus est Samuel, *Commentaria* nempe *sub triplici modo expositionis in octo libros Physicorum Aristotelis*. Laborem hunc suum dicavit Almæ Universitati Parisiensi, cujus ipse *Alumnus* fuerat, quemadmodum profiteretur in Epistola nuncupatoria, quæ plena est laudibus inclyti illius Sapientissimi Confessus, adeòque recudi in calce meretur, licet confinia, quibus hanc historiam circumseptam volui, prætergrediatur. Siquidem liber iste impressus fuit in nobili & egregio *Oppido Cunei in Pedemontium, opera & diligentia Simonis Bevilacqua, anno Domini Millesimo quingentesimo & decimo, Pontifice Maximo Julio secundo, & Mundo multis cladibus, & tribulationibus laboran-*

(d) Pag. 172.

bor. ante. Exemplar ejusdem servatur in Ambrosiana Bibliotheca, complectens etiam in fine Isagogicum librum, de quo superius meminimus. Ex altera Epistola, fronti præfixa, suspicari possumus, Ligurem ipsum natione fuisse; illam enim inscripsit his verbis: *Confratribus suis de Ordine Minorum Frater Samuel ejusdem Ordinis, & Provinciae Fanuæ, salutem plurimam dicit*. Sanè Augustinus Oldoinus *Samuel. m. Cascinum*, seu *Cassinum*, inter Ligusticos Scriptores enumerat, sed brevi Elogio se expedit, nec omnes Literarios fœtus præclari hujus Auctoris enunciat, quos hîc subjungere è tenebris erutos, decorum ipsi Samueli, atque Ordini Minorum futurum non dubito.

Edidit Samuel Papiæ anno MDVI. typis Magistri Bernardini de Garaldi, proficuum Opusculum, cum hac Inscriptione: *Ars evadendi omne Sophisticum*, in quo modum præscribit detegendi fallacias, ac solvendi, ut ipse ait, insolubilia, idque in Ambrosiana custoditur.

Alterum Modoëtiae legi in Capuccinorum Cœnobio, quod *Argumentationes* continet in *Magistri Stephani Burlifer Doctoris Parisiensis, ex Ordine Minorum, formalitates*. Eas per Dialogum Samuel conscripsit, interloquentes inducens in Pomœrio prope Urbis Mediolanensis mœnia, Hieronymum Landrianum Humiliatorum Generalem Præpositum, & Stephanum Nottium ejusdem Ordinis Theologum, de quo aliqua superius differui. In fine profert judicium celeberrimi Theologi Gometii, Ordinis Minorum, qui Papiæ degens, perlectis attentè hisce omnibus eruditæ concertationibus, censuit eas minime relinquendas esse sub modio, atque hortatus enixè fuit Samuelem, ut eas in lucem educeret, quemadmodum etiam peractum est, impresso Mediolani per Uldericum Scinzenzeler hoc libro anno MCCCCXCVI., non tam approbante, sed etiam summis laudibus opus istud commendante, Fratre Hieronymo Torniello Novariensi, Ministri Generalis Ordinis Minorum Vicario, quem Samuel vocat *Literis eminentem*.

Demum ibidem quoque inveni *Samuelis Cassinensis Invektivam in Prophetiam Fratris Hieronymi*, quæ hoc titulo inscribitur: *De modo discernendi falsum Prophetam à vero Propheta*. Impressa hæc fuit Mediolani anno MCCCCXCVII., absque Typographi nomine, sed venustas characteris *Minutiani* prælum non obscure designat. Præcedit Epistola ejusdem Samuelis ad Fratrem Hieronymum, in qua testatur se, cum perpenderet libellum Revelationis, ab illo in vulgum sparsæ, non potuisse non excandescere, atque iræ sanctæ fervore succendi; etsi enim manifesti erroris coargui nequiret, intus tamen noxium latebat delirium, quo facillè Simplicitas mentes subverterentur. Itaque minutim illam discutit, Auctorem, ubique fallaciæ damnans, ac penè in ridiculam circumforanei Blateronis speciem depingens. Quis esset hic *Frater Hieronymus*, liber iste non indicat; cum tamen Capite nono Florentina Civitas enuncietur, pro qua ille Prophetam agens rogabat, ut *divitiis, & dilatatione imperii, ad diffundenda gratiarum Dei munera in ceteros populos, abundaret*, videtur innui celeberrimus *Savonarola*, miserrimè in crucem actus, ac publicè ibidem flammis absumptus. Sanè Venetiis excusa fuit, ea ætate, *Visio revelata divinitus, quod Mundus debeat reformari per Carolum VIII. Regem Francorum Christianissimum*. Hanc à pluribus Auctoribus tributam fuisse *Savonarolæ*, qui dicto Regi multa ex Dei parte scripsit, fatentur Eccart, & Quetif in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum (e). Extat in Ambrosianæ nostræ scriniis *Compëndium Revelationum inutilis servi Jesu Christi, Fratris Hieronymi de Ferraria Ordinis Prædicatorum*, quod à se conscriptum, & gravibus de causis vulgatum, ipsemet sub

initium testatur; Impressum autem Florentiæ fuit à Ser Francisco Bonacursio, anno Salutis MCCCCXCV. V. Nonas mensis Octobris, triennio antequam in ea Urbe extremo supplicio afficeretur. In eo integra legitur *Revelatio*, seu *Visio*, in quam Samuel Cassinensis acerrimè invehitur, ut mihi conferenti compertum fuit; adeoque non amplius dubio locus relinquitur, in Hieronymum Savonarolam fuisse hunc librum editum à Samuele. Hæc omnia in catalogo ejusdem Operum omisit Oldoinus.

FRANCISCUS PETRARCHA.

Sub initium hujus anni, Petrarchæ editionem, & nomen memoravimus; Sanè ordo temporum postulabat, ut de celebratissimo Seculis omnibus hoc Viro, in Literaria Mediolanensi, quam scribimus, Historia, celerior mentio institueretur; siquidem non segnè adeò, atque immemor fuit acceptæ gloriæ (ad exterorum penè dixerim invidiam) Civitas nostra, in cujus sinu, altera veluti in patria, per decennium resedit *Franciscus Petrarca*, studia promovens, Academias condens, Aulamque Vicecomitum Principum, Consiliorum, & Sapientiæ suæ luce illustriorem reddens, ut neglecta in tenebris jacere illius opera sineret, nec se nobilibus stimulis urgeri sentiret ad Poëticos præsertim ejusdem labores, in publicum Literarum commodum typis vulgandos. Extat in Ambrosiana impressum Exemplar, continens italica Petrarchæ *Epigrammata, & Triumphos*, nitidissimo characterè, spatioso margine, picturisque & auro frontem, atque literas initiales ornantibus: Nullo illud signatur indicio loci, Typographi, temporis, quo editum fuit, sed speciem omnem remotissimæ antiquitatis refert, cum vacuæ numeris in superiori parte paginæ sint, desintque in earundem fine literæ, ut vocant, reclamantes, signaque Librarium admonentia, ut recto ordine librum compingat; Typi verò, cum iis Antonii Zaroti Impressoris Mediolanensis, comparati, similitudine venustatis eundem Artificem produunt. Quocirca inter primas Civium nostrorum typographicas curas, hanc susceptam fuisse, credere facillè possumus, ne insigne hoc opus ab alienis prælis repetere cogerentur Lycæa nostra, quæ vivam Petrarchæ vocem, per tot annos, magistram exceperant. Hanc nobis gloriam excusi à Zaroto memorati codicis, lubens confirmavit, in Elencho editionum Petrarchæ, diligentissimus ille Patavinus Auctor, cujus ope à torcularibus *Comini* dimissos tanti Poëtæ versus, defœcatissimos legimus. Quidquid tamen sit de hac apud nos, fortasse prima omnium, editione, procul dubio italica Petrarchæ Poësis, à remotis Typographiæ Mediolanensis temporibus, prodiit in lucem, servatque codicem impressum à Zaroto anno MCCCCCLXXIII. ditissima Archintea Bibliotheca, præclaræ hujus diligentiae testimonium, ab ætatum injuriis adhuc superstes. Iterum hoc anno Mediolani vulgata typis sunt memorata *Petrarchæ carmina*, expositionibus aucta *Bernardi Ilcini, Francisci Philelphi, & Hieronymi Squarciafsci*, manu propitiam admovente, ut diximus, *Gaspares Vicecomiti*, cujus labore, & industria effectum est, ut ad puriorum veterum Exemplarium fidem exacta, pristino decori, quem in repetitis incuriosis editionibus amiserant, restituerentur.

Quod attinet ad res gestas, atque editos à Francisco Petrarca elegantissimi ingenii fœtus, adeò in iisdem recensendis illustrandisque defatigati sunt callami veterum recentiumque Scriptorum, ut nihil tentandum superfit, ad immortalem tam illustri Poëtæ famam augendam. Attamen operam me non ludere arbitrabor, si manuscripta ejusdem Opera, quæ in Ambrosiana servantur, palam proponam. Extat pergamenus Codex (f) nitidissimo characterè conscriptus,

(e) Tom. II. fol. 335.

(f) Sub lit. N. num. 173. in 4.

ptus, atque elegantis picturæ, aurique ornatum in fronte ostentans, cum stemmate, ad cuius marginem sequentes literæ initiales auro conspersæ leguntur :

IA: TR: quibus indicatur *Jacobus Trivultius*, Magni agnomen adeptus. Continet ille nonnulla Opuscula, inter quæ libellus, ita inscriptus: *Francisci Petrarchæ, Poëtæ laureati, ad D. Nicolaum de Azajolis de Florentia, magni (magnum) Regni Sicilia Senescalcum, De Regimine Principum, libellus aureus incipit feliciter*: „ Jam tandem, Vir clarissime, perfidiam fides, avaritiam largitas, superbiam vicit humilitas; jam caritati odium, desperatio spei cessit, perseverantiæ difficultas: jam sub malleo veritatis pertinax mendacium, & mendax obstinatio votis tuis obstantium, fracta est &c. Suspensum me detinuit relatus titulus, cum à nemine enumeratum viderim, inter opera à Petrarcha elaborata, librum *de Regimine Principum*. Attamen illum evolvens, percurrensque, fallaciam detexi, comperique, non opus aliquod eum esse, sejunctim editum, sed puram putamque Epistolam, quam ad memoratum Nicolaum Petrarcha conscripserat, quæque signata est num. XXIX. in editione Basilejensi anni MDXXCI. sub titulo *Variarum*. Verum quidem est, gravibus aded sententiis, monitis, consiliisque refertam esse, ut meritò à Principibus accipi possit, tanquam magisterium optimi regiminis, ad privatam licentiam pravarum cupiditatum interioris cohibendam, veramque publicam felicitatem populis conciliandam; Proinde verò arbitror, ideo delectam inter ceteras, & *Libelli* nomine fuisse donatam, ut Magnus Trivultius, in aulis Principum, Regumque degens, atque eorundem consiliis frequenter adhibitus, saniora rerum gerendarum præcepta; & exempla inde perciperet; neque enim alia mens fuerat Petrarchæ in illa exaranda, nisi, ut Nicolaus quoque Azajolis Juvenem Siciliae Regem, ejusdem curæ commissum, ad imperium in populos capeendum salutaribus omnibus æquitatis virtutisque legibus erudiret.

Alterum Codicem pergamenum tenet eadem Bibliotheca, conscriptum Romæ ab Amanuensi anno MCCCCXXVI., ut in calce adnotatur. Titulus, rubro caractere exaratus, sic legitur: *Francisci Petrarchæ Poëtæ Laureati, quorundam clarissimorum Hercum Epitomatis ad generosissimum Patavii Dominum, inclytum Franciscum de Carraria: De Romulo primo Romanorum Rege*. In anteriori pagina refertur testimonium ipsius Petrarchæ, desumptum ex libro II. Invektivarum, ubi hæc ait: „ Scribo de Viris illustribus quale non ausim dicere, judicent qui legent: de quantitate pronuncio haud dubiè magnum opus, multarumque vigiliarum, etsi non ab Auctore, certè à subjecta materia nominandum; nihil ibi de Medicis, nec de Poëtis quidem aut Philosophis agitur, sed de his tantum, qui bellis virtutibus, aut magno Reipublicæ studio floruerunt, & præclaram rerum gestarum gloriam consecuti sunt. „ In altera verò, elegantissima occurrit imago, vivis coloribus expressa, Regis coronâ redimiti, atque albo equo insidentis, qua fortasse Romulum primum Regem, à quo initium sumebat Petrarcha, designare Pictor voluit; ibidem enim, à tergo hujus imaginis, erecta in alto Colle turris conspicitur, ac proximè adjacens nemus, quod scimus à Romulo *Ajylum* constitutum. Porro impressam habemus *Epitomen Virorum illustrium* sub Petrarchæ nomine, Basileæ anno MDLXIII. per Henricum Petri, simul cum *Vitis illustrium Virorum*, descriptis à pluribus aliis Auctoribus; Illam iisdem verbis recusam protulit in editione, à me inspecta, omnium Operum Francisci Petrarchæ, viginti octo post annos, Basilejensis Typographus. Attamen diversus omnino est contextus codicis nostri; ampliori enim narratione descriptas vitas illas exhibet, majoremque numerum Virorum illustrium complectitur. Specimen dabo ex Tom. I.

A Romulo ipso, qui primus in hoc Codice occurrit, non secus ac in Epitome vulgata, ita enim incipit:

„ Romulus Romanorum primus, Romanæque Reipublicæ parens, fuit ardentis animi vir in primis, atque armis eximius; talem venturis nempe successibus fata prospexerant, quo autore tot circumstantibus vicinorum minis, è dumosis collibus in Cælum usque venturi imperii fundamenta, confurgerent; neque enim tutò poterat molli arte tanta rerum moles imponi. Solum stabile, vehementissimi Ducem spiritus res tanta poscebat; affuit, atque ubi prius herbarum vix armento satis herculeo, vix capellis Faustoli abundè esse frondium consueverat, illic arcem omnium terrarum, struxit, ac supremum mortalibus principatum. Is ergo cum Remo fratre simul, Rhea Sylvia, quæ & Ylia dicta, matre haud dubia, Marte autem, seu ficto patre, seu credito genitus, ubi pronum lucis limen attigit, non in matre solum, sed in se etiam, & fratre, sævitiam Æmilii Albanorum, Regis expertus est, à quo in Tyberim mergi jussu, casu quodam, seu quod de tanto imperio credi potest, divinâ providentiâ liberati sunt &c. „ Si quis hæc conferat cum edita in Epitome Romuli vita, toto, ut ajunt, Cælo distantia comperiet.

Quatuordecim illustres illi Viri, quorum mentio fit in Epitome impressa, eadem serie in nostro codice recensentur, sed diversa methodo, ac nitidior eloquentia; sequuntur inde alii Heroës antiqui, quos in Supplemento, hisce elaboratis à Magistro suo vitis adjecit *Lorbardus Sirichius* Patavinus, Petrarchæ discipulus, usque ad *Cornelium Scipionem Nasicam*. Fusiùs tamen describuntur eorundem res gestæ, aded ut sola *Publii Cornelii Scipionis Africani Majoris* vita libellum compingere valeat. Demum abrupto *Sirichii* ordine, post descriptam *Marci Portii Catonis Censorii* vitam, sex denas occupantem paginas, succedit altera *Caji Julii Cæsaris*, quæ ferme dimidium implet codicis memorati. Hæc autem omnia, in apposita ad calcem annotatione, *Francisci Petrarchæ* foetus esse dicuntur. *Lorbardus Sirichius* in Supplementi sui præfatione narrat, commissum fuisse onus scribendi *de Viris illustribus* Francisco Petrarchæ à Principe Carrariensi; dum autem ille obsecundare ejusdem votis conaretur, terris evanuisse; adedque in ipsum rejectam curam, ut inceptum, Præceptoris sui laborem ad umbilicum perduceret. Sanè, si verba *Sirichii* attendamus, nullus dubio locus superesse videtur, quin edita Epitome, ea una sit, quam vix inceptam à tanto viro, abruptis mors importuna. Quis enim credat, aut ignoratum, aut omisum fuisse à Discipulo hoc opus, Carrariensi Principi aded gratum, si verè à Petrarcha confectum, in tantam molem jam excrevisset? Nihilominus, cum testimonium meditor relatum superius, ac decerptum ex ejusdem secunda Invektiva *scribo de Viris illustribus magnum Opus, multarumque vigiliarum Nihil ibi de Medicis, nec de Poëtis quidem, aut de Philosophis agitur, sed de his tantum, qui bellicis virtutibus, aut magno Reipublicæ studio floruerunt*, mihi compertissimum fit; Petrarcham non loqui de quatuor iis libris, qui *Rerum memorandarum* inscribuntur, quique aliquando sub titulo *De Viris illustribus* prodire; ibi enim & Medicos, & Poëtæ, & Philosophos in exemplum producit. Non aliud igitur Opus ibidem ille indicabat, quam præfens, in quo revera nonnisi præclarissimi Duces, Consulesque, ac Viri Reipublicæ bono addiditissimi proferuntur; cum autem illud vocet *magnum, multarumque vigiliarum*, non de futuris, sed de jam susceptis laboribus verba fecisse censendus est, ne inanis jactantiæ fumo periodum inflasse dicatur, vigiliis, quas nondum absumpserat, veluti jam actas commemorans, illa voce *Scribo*. Profectò, pauca illæ paginæ, quæ impressæ sunt, gloriam hanc non merentur. Stylus præterea Petrarchæ ingenium, atque eloquentiam sapit, nec leve indicium est condi-

diti ab ipso hujus Operis, antiquitas pergameni Codicis nostri, non longè admodum ab illius ætate descripti, signatique ingeminato ejusdem nomine, in principio, ac in fine. Quid ergo statuendum? Cùm *Sirichii* auctoritas in Supplemento ad vulgatam Epitomen obtare videatur; cùmque *Julius Negri*, in *Historia de Florentinis Scriptoribus*, nec seorsim, nec simul in titulis quatuor librorum, quibus *Samuel Crispinus* Opera Petrarchæ omnia comprehendit, ediditque Lugduni anno MDCl., de peculiari hac lucubratione quidquam enunciet, intactum Lectoribus judicium relinquo, satis habens, argumenta exposuisse, quæ Codicis nostri pretium possint augere, novamque hanc mercem, si verè Petrarcham Auctorem habet, Eruditis significasse.

Insigne aliud manuscriptum Exemplar servat Ambrosiana Bibliotheca, *Virgilium* nempe cum *Servii* Commentariis, manu propria Petrarchæ conscriptum. Illud extitisse suo tempore in *Papiensi Bibliotheca* testatus est Petrus Candidus Decembrius in Epistola adhuc inedita ad Ludovicum Casellium, ejusque verba retuli ad annum MCCCCLXXXVIII. Id tantùm hoc loco repetere juvat, Decembrii, ac Petrarchæ ipsius testimonio constare, manum appositam fuisse à celeberrimo eo Viro, exarandis in pergamena Virgilii carminibus, ac *Servii* Commentariis, *sub temporibus adolescentiæ suæ*. Cùm verò senex factus esset, multamque Romanarum rerum eruditionem sibi comparasset, iterum calamum sumpsit, pluresque ad marginem annotationes adjunxit, quibus malè intellectum à *Servio* principem illum Poëtam, aut non rectè antiquas descriptas historias palam faceret, atque emendaret. Quòd verò character ille sit manu propria Petrarchæ conditus, invictè probat celebris ea memoria, quam de morte *Lauræ* suæ, mœsto calamo affixit interiori hujus codicis tegumento, statim ac ejusdem funestum nuncium accepit. Edita sæpius illa fuit, legiturque etiam in fronte antiquissimæ editionis italicorum carminum Petrarchæ, quam paulò ante adscripsimus Mediolano, cùm careat anni, loci, ac Typographi nota. Nihilominus cùm viderim, in nulla editione fideliter ad verbum, prout in nostro Codice jacet, fuisse relatum, præstat eandem ex autographo suo hic exhibere, ut rei etiam, de qua loquimur, veritas dilucidius innotescat:

Laura propriis virtutibus illustris, & meis longum celebrata carminibus, primùm oculis meis apparuit sub primùm adolescentiæ meæ tempus Anno Domini M. CCC. XXVII. die VI. mensis Aprilis in Ecclesia S. Claræ Avinione hora matutina. Et in eadem Civitate, eodem mense Aprilis, eodem die VI. eadem hora prima, Anno autem M. CCC. XLVIII. ab hac luce lux illa subtracta est, cùm ego fortè tunc Veronæ essem, heu fati mei nescius! Rumor autem infelix per literas Ludovici mei me Parmæ reperit Anno eodem, mense Majo, die XIX. mane. Corpus illud castissimum, atque pulcherrimum in loco Fratrum Minorum repositum est ipso die mortis ad vesperam. Animam quidem ejus, ut de Africano ait Seneca, in Cælum, unde erat, rediisse persuadeo mihi. Hoc autem ad acerbam rei memoriam, amara quadam dulcedine, scribere visum est hoc potissimum loco, qui sæpe sub oculos meos redit, ut scilicet nihil esse deberet, (quod) amplius mihi placeat in hac vita, & effraçto majori laqueo, tempus esse de Babylone fugiendi, crebra horum inspectio- ne, ac fugacissima ætatis estimatione commovear; quod, præviâ Dei gratiâ, facile erit præteriti temporis curas supervacuas, spes inanes, & inex- pectatos exitus acriter, ac viriliter cogitanti.

A Hinc plura colligi possunt, ad nobis hunc thesaurum factum tectumque servandum; primum est, monumentum istud doloris sui, altæque rerum humanarum despectionis, non fuisse à Petrarcha commissum mobili chartæ, aliò facillè transferendæ, sed in ipsa Codicis tabula scriptum; alterum, ibidem esse exaratum in eum profus finem, ut aperiens librum Virgilii, quem in deliciis habebat, totumque adsperserat doctis sudoribus, obviam oculis statim haberet doloris sui causam, & vota, quæ conceperat de humanis rebus omnibus despiciendis, animo renovaret; tertium, eadem profus formâ conditos objici characteres, qua sparsim in marginibus scriptæ sunt annotationes, ipsius manu (ut Decembrius testabatur) confectæ. Itaque gloriari possumus, superesse adhuc in hac Metropoli nobile istud vestigium Petrarchæ, cujus præsentia familiari decorata olim fuerat, tanto scientiarum, atque honoris incremento.

B Quindecim manuscripta exemplaria Carminum Italicorum Petrarchæ, partim pergamena, partim papyracea, in hac Bibliotheca servantur, quorum nonnulla varium ab editis ordinem Caputum, diversam verborum lectionem, & quasdam etiam annotatiunculas continent. Verùm, cùm tanta jam sedulitate illustrium Virorum expurgata, atque ad puriorum veterum codicum fidem impressa, in præsentia legantur, supervacaneum foret nova tentare; id tantùm ex hoc numero exemplarium animadvertendum censeo, quanto in pretio quavis ætate fuerit hæc Petrarchæ Poësis, cùm exscribendis ejusdem italicis versibus tot Amanuensium calami laborem impenderint.

C Ludovicus Beccatellus Archiepiscopus Ragusinus in Vita Petrarchæ, quam italicis ejusdem Carminibus, summo nitore, atque emendatione recusus anno MDCCXXXII. Patavini editores præmisere, latinum Epigramma retulit, quod Epitaphii loco apponendum tumulo Francisci pueruli, Nepotis sui, in Urbe Ticinensi, Petrarcha condiderat. Illud idem suæ italicæ Historiæ Mediolanensi Corius inseruit ad annum MCCCCLXVIII., quo mors hujus Infantis, Ave suo acerbissima, contigit. Alterum Epitaphium metro conceptum legitur in Codice papyraceo Bibliothecæ Ambrosianæ (g), cum hoc titulo:

D *Epitaphium editum per D. Franciscum Petrareram, in Sepulcro Franciscæ filie suæ, Patavi Defunctæ.*

Sequitur Epigramma:

*Thusca parente pio, sed facta Ligustica dulci
Conjuge, jam partu mater eram gemino.
Nulla magis seu fida Viro, seu subdita Patri,
Seu magis externæ nescia lætitiæ.
Nomen erat Francisca, meum studium sed honestas,
Dos mea simplicitas, & sine labe pudor.
Me mea fors variè puerili vexit in ævo;
Hic immota quies, hic mihi certa domus.
Jam Matriona quidem, sed adhuc florentibus annis,
Eripior terræ, restitutorque Polo.*

E Notum est, Mediolani, ut nonnulli Scriptores tradidere, ex non ignobili scœmina genitam fuisse à Petrarcha Filiam, cui nomen indidit *Francisca*. Eam religiosissimè educatam secum semper duxit, quòcumque ipse iret, maturamque demum nuptiis, sponsam dedit Mediolanensi juveni *Francisco de Brossano*, honestis parentibus nato, atque Hæredi postmodum suo. Ex allato Epigrammate discimus, non unius tantùm Filii, ut retulit Cl. Beccatellus, sed gemini partus foecundum fuisse talamum Franciscæ, Petrarchæ

(g) Lit. M. num. 44. in 4.

hæ filie, ipsamque in juvenilibus annis sublatam morte, ac Patavii sepultam, Patre adhuc vivente. Quo anno illa obierit, facile colligi potest ex iis, quæ mox subjungo. Certum est, in vivis adhuc fuisse *Franciscam*, cum raptus immaturo interitu est ejusdem filius, ac nepos Petrarchæ; id enim ipsemet testatur in Epistola IV. Senilium ad *Donatum Apenigenum Grammaticum*, inquit: „ non illum ego „ (quod ad rem), at mei genuerant *Francisci*, qui „ ut nosti per se quisque non minus, quam ego ipse „ animo meo, *cari sunt*; ita ex duobus longè mihi „ carissimis progenitus, duplo mihi erat carior, „ quàm si ex me genitus fuisset. „ Aliunde verò in ultimæ voluntatis tabulis, à Petrarcha conditis anno MCCCLXX., nullum de *Francisca* filia verbum inuitur, cui procul dubio Genitor amantissimus pi- gnus aliquod dilectionis legasset, nisi jam sepulcro fuisset illata. Itaque securè statuendam esse reor mortem *Franciscæ*, intermedio eo tempore, quod consecutum est obitum filii, & præcessit testamentum Patris, adeòque anno MCCCLXXIX.

Claudere placet illustrem dignissimi hujus Viri memoriam relatione præclarissimæ institutionis, cujus Petrarcha apud nos degens Auctor fuit, ut cultum, & amorem Literarum in hac Metropoli promoveret. Delegerat Pagum *Linterni*, qui nunc corrupto vocabulo appellatur *Linsernus*, ad honestam animi relaxationem captandam, longèque ab Aulæ tumultu studiis vacandum. Distat is locus ab Urbe nostra, quarto tantum lapide, adeòque facilis illuc erat Amicorum accessus; ut tamen dignæ ingenio suo, atque animo forent Ruris deliciae, triginta selectorum Juvenum Academiam instituit, qui literariis colloquiis, ac lucubrationibus dignitatem ocio facerent, & amœnum illud corporis oblectamentum, proventu mentis, ac nobili Musarum contubernio veluti consecrarent. Mansit etiam post Petrarchæ discessum florentissimus iste congressus, egregiæque in literis peractæ culturæ specimen dedit, cum Galeaz II. Violantem filiam suam Leonello Duci Clarentiæ Regisque Angliæ filio, matrimonio conjunxit. Siquidem cum Patavio vocatus à Principe Vicecomite fuisset Franciscus Petrarcha jam senex factus, ad regias has nuptias præsentia suâ condecorandas, atque unâ cum Clarissimis Sponsis mensæ confedisset, ut Corius narrat (h), adducti in medium fuere adscripti huic Academiæ Socii, qui variis italicæ Poëseos metris coram Præceptore suo experimentum ingenii proderent, atque utriusque Sponsi laudes elegantia carminum celebrarent. Inter hos adfuit *Antoniolus Resta*, de quo hæc scribit Placidus Pucinellus (i): „ Commendatur plurimum inter ceteros *Antoniolus „ Resta*, qui enumerabatur inter XXX. selectiores „ Mediolanenses juvenes, Francisci Petrarchæ Aca- „ demicos, qui *Linterni*, quarto lapide ab Urbe „ Mediolani, studiorum causa degebat, ubi coram „ Leonello Clarentiæ Duce, Angliæ Regis filio, cui „ tunc fuerat Matrimonii vinculo juncta Violans, fi- „ lia Galeatii Vicecomitis, quamplurimis aliis Eu- „ ropæ Principibus, qui ad nuptiarum celebritatem „ ad hanc Insubrum Metropolim venerant, jussu Etru- „ scorum Poëtarum Principis, Academici ipsi perele- „ gantem habuere vicissim interlocutionem. „ Præ- „ terire nequeo quod Corius subjungit, acceptum nempe à Petrarcha hunc honorem, inpersum fuisse amarissima calamitate; illo enim ipso die, quo huic magnifico intererat convivio, idest XV. Junii anni MCCCLXVIII. ereptus è luce fuit Ticini tenellus infans, è *Francisca* filia progenitus, summo cum ejusdem dolore, ut superius jam vidimus. Plura alia ornamenta Urbi nostræ, quam uti alteram quasi patriam dilexit, addere Petrarcha curavit, Bibliothecam, Musæum, Palladium, quorum nonnisi fa-

ma, temporum iniquitate ad nos pervenit. Præsertim verò S. Ambrosium coluit, apud cujus Ecclesiam, quo tempore Mediolani fuit, toto quinquennio domicilium tenuit, ut ipsemet scribit Joanni Boccacio (l); quin imò in postremis tabulis, de humano corpore suo post mortem loquens, statuit, quod si Mediolani obire ipsum contingeret, condi volebat ante Ecclesiam S. Ambrosii, juxta primum introitum, qui Civitatis muros aspiciat.

FRANCISCUS TANTIUS PRESBYTER.

Superioribus in paginis monui, adhibitam fuisse à *Francisco Tanti*o sedulam curam, ut italica Petrarchæ carmina, pristina pulcritudini restituta imprimerentur; nunc aliqua de præstanti hoc Viro memorare æquifimum censeo; quamvis enim nullum ejusdem ad nos pervenerit integrum Opus, de Literis tamen nostris benemeritus fuit, multaque per illam ætatem claruit doctrinæ ac nominis famâ. Nobilissimos fortitus est Parentes, Avosque, præcipuis in Patria muneribus longa serie perfunctos, atque insignitos Decurionatus Mediolanensis honore, per duo ferme seculahæreditario veluti in Posteris facto. Quin etiam inclyta hæc Domus nobile pietatis vestigium, adhuc vigens, apud nos reliquit; *Petrus* namque *Tantius*, Nobilis Civis Mediolanensis, ac Januensis, impetratam ab Archiepiscopo Mediolani parvam Ecclesiam, S. *Mariæ Blancae*, seu de *Misericordia* nuncupatam, in loco, qui dicitur *Casoretum*, extra Orientalem Portam, eandem bonorum omnium suorum hæredem instituit anno MCCCCV., atque à Summo Pontifice obtinuit, ut ibidem Cœnobium Canonicorum Regularium erigeretur, quorum quatuor è Frigidionario Monasterio rigidioris disciplinæ, superiore anno Mediolanum acciverat, suaque in domo, prope memoratam Ecclesiam, opportunis constructis cellulis collocaverat; Gabriel Pennottus, qui hæc narrat (m) publicum documentum recitat in hujus rei fidem, desumptum ab Archivio Romano S. Mariæ Pacis. Celsus quoque Rosinus (n) alterius *Tantii*, nomine *Anselmi*, memoriam illustrat, qui eidem Ordini Canonicorum adscriptus, sub exitum Seculi XV. poetica facultate, & traducto in Italicam linguam libro *Bœtii de Consolatione Philosophiæ*, non vulgarem sibi gloriam apud posteros comparavit. Horum laudem æmulatus Franciscus Tantius cœlibem in Sacerdotio vitam delegit, ac totus studiis intentus, aliorum operibus edendis in lucem, non tam diligentiam, quàm pecunias impendit; ac primò imprimendum in hac Urbe curavit, typis Philippi de Mantegatis, volumen, in quo hæc tria continebantur, *Gileottus Martius de Homine* ad Episcopum Strigonensem Johannem; *Georgius Merula in Gileottum* ad Laurentium & Julianum Medices; & *Galeotti responsio* ad Fridericum Ducem Urbini, anno MCCCCXC. Deinde rogatus ab amicis, ut *Bernardi Belincioni*, vivis erepti, carmina italica in unum colligeret, ea summo studio undique conquisivit, præloque impressa dicavit Ludovico Mariæ Sfortiæ, Mediolani Duci, cui Poëtam illum fuisse acceptissimum noverat. Epistola fronti præfixa, utpote rudi eorum temporum lingua vulgari contexta, describi non meretur; nonnulla tamen, quæ ad historiam illustrandam spectant, decerpfi, eaque retuli ad annum MCCCCXCIII. cum agerem de *Belinciono*.

Auctor etiam fuit *Franciscus Tantius* præclaræ impressionis carminum Italicorum *Gasparis Vicecomitis*, quem in superioribus paginis laudavimus; liberalem verò ejusdem curam, in edendo egregio hoc Opere, commendandam apud Posteros censuit Typographus, addita in calce annotatione sequenti: „ Ne elegantissimi Operis lepos mellifluus, temporis edacis in- „ juriâ,

(h) Hist. Mediol. ad annum 1368.

(i) Chron. Glaxiatense cap. CXLIX. pag. 289.

(l) Lib. I. Senil. Epist. IV. edit. Basilejens.

(m) Hist. Tripart. lib. III. cap. X.

(n) Licæum Later. fol. 33.

„juriâ , tibi Lector optime aliquando periret , aut
 „ illustrissimi Auctoris inelyta memoria ævo oblite-
 „ raretur ; ne etiam posteritas , hac delectatione de-
 „ fraudata , cupidineis lusibus careret , *Franciscus*
 „ *Tantius Corniger* , Poëta Mediolanensis , hos Rhy-
 „ thmos magnifici , ac splendidissimi Equitis , *Gaspars*
 „ *Vicecomitis* , linguâ vernaculâ compositos , quam-
 „ quam invito Domino , in mille exemplaria impri-
 „ mi jussit . „ Neque immeritò Poëta laus eidem
 „ tributa fuit , cùm plura in editis per eam ætatem li-
 „ bris occurrant carmina tum Italicâ , tum Latinâ lin-
 „ guâ ab ipso confecta , quamvis quæ vernaculi idio-
 „ matis metro scripsit , ob depravatam vocum , & styli
 „ normam , oculis evilescant . Nihilominus , ob alias
 „ etiam ingenii sui laudes , apud eruditos illius Seculi
 „ viros in pretio fuit ; *Stephanus Dulcinus* , elegantissi-
 „ mus Poëta , & Orator Mediolanensis , tanti illum
 „ fecit , ut , cùm Sirmionem suam Catullianam , ende-
 „ casyllabis versibus descriptum , editurus esset in lu-
 „ cem , curaverit imprimis subire censuram Francisci
 „ Tantii Cornigeri , à quo poëticum illud opus dili-
 „ genti lima expoliendum optabat ; ob id autem roga-
 „ vit Johannem Antonium Turrianum , Comitem , &
 „ Prothonotarium Apostolicum , datâ ad ipsum Epi-
 „ stolâ , in qua hæc scribit : „ Amicorum quibus li-
 „ buerit , imprimis verò *Cornigero* , & *Musicola* ,
 „ Contubernalibus tuis ostendes , utroque secundum
 „ te , & doctrinâ multijugâ , & ingenio ad carmen
 „ promptissimo . „ Archangelus quoque Madrignanus
 „ in suo *Itinere Lusitanorum* ad Indos scribens ad
 „ *Jafredum Caroli* , eximia laude Tantium exornat .
 „ Non ita æquus erga ipsum fuit Lancinus Curtius ,
 „ qui illum deridet (o) , quòd *Anaxagoræ* cognomine
 „ gauderet , & pede claudicaret (p) . Causam hujus
 „ simultatis innuit ipse Lancinus ; cùm enim ad *Musi-*
 „ *colam* carmen quoddam dedisset , Tantius metri vi-
 „ tium in illo reprehendit , idque satis fuit , ut mor-
 „ daci statim calamo , pro eorum temporum more ,
 „ in eundem insurgeret .

Ad rei domesticæ angustias redactum fuisse Tan-
 tium , supplices docent preces , quas sæpius obtulit
 Ludovico Mariæ Sfortiæ , ut illius opem imploraret .
 Inter italica Bernardi Belincioni Carmina impressum
 legitur Epigramma , pariter italicum , quo eundem
 Ducem enixè Tantius rogat , ut ad egestatis suæ le-
 vamen , Sfortiadis agri Sacellum , & Sacerdotium
 eidem indulgeat . Locus ille , magnifico exornatus
 Palatio , in deliciis erat Ludovico Mariæ , cùm ob-
 lectamentum caperet venationis . Ibi vitam degere
 sacris rebus addictus Tantius optabat , fruiturus ho-
 nesta mercede , quam Principis largitas Sacelli sui
 Ministro statuerat ; nec vana spes fuit ; annuit enim
 Dux ille , alterum Epigramma iisdem metris concep-
 tum , ad Tantium dirigens , spondensque inopiæ sub-
 sidium , ea liberali clementia , qua doctos omnes
 probosque viros prosequi consueverat . An verè ab
 ingenio Ducis Mediolani Ludovici Mariæ hoc car-
 men profluxerit , an ejus nomine fuerit à Belinciono
 compositum , non valde refert inquirere . Id certi
 eruo , & egestate Tantium laborasse , & Præceptor-
 rem eidem contigisse celebrem Mediolanensem Vir-
 rum , *Johannem Marlianum* ; His enim argumentis
 permovere animum illius Principis Tantius niteba-
 tur , ut simul in vitæ alimoniam , & studii exacti
 præmium , ipsi munus illud elargiretur . Alterum la-
 tinum Carmen ad eundem Ludovicum , in modum
 supplicis libelli porrectum , ibidem occurrit , quod
 lubens subijcio , ut aliquod specimen præstantiæ hu-
 jus nostri Civis in poëtica facultate Lectoribus exhi-
 beatur :

*Parvus magna peto , fateor , Ludovice , rogatam ,
 Ad me si spectes , jure negabis opem .*

(o) Lib. IV. Epigramm. fol. 49.
 (p) Lib. X. fol. 149.

*Magna decent magnos ; Vatem pia dextra jacentem
 Sublevet , & vacuas non sinat esse preces .
 Terra boves , & equos , animalia grandia nutrit ,
 Vermiculis etiam non negat illa cibos .
 Victum Balenis , Phocis , Delphinibus Æquor
 Præbet , pisciculos non minus illud alit .
 Antigonus non sis igitur Ludovice petenti ;
 Magnus Alexander tu magis esse velis .*

DE ROGATIONIBUS TRIDUANIS

MEDIOLANENSIS ECCLESIAE .

PETRUS CASOLA , Metropolitanæ hujus Eccle-
 siæ Canonicus Ordinarius , typis cudendum cu-
 ravit , præsentis anno , Libellum Rogationum tridua-
 narum (ut alibi innuimus) , descriptis linguâ Italicâ
 Rubricis , atque Ordine , quo illa ætate ab Ambro-
 siano Clero celebrabantur . Puricellus in Dissertatio-
 ne Nazariana (q) universum earundem Riturum , &
 Cœremonias , ex memorato Opusculo decerpit , il-
 lustravitque , candidè testatus , nullum sibi vetustius
 impressum exemplar ad manus venisse ; quamvis , ut
 ipse ait , probe nosset , Stephanum Nardinum Car-
 dinalem , & Archiepiscopum Mediolani , beneficio
 Typographiæ recenter in hanc Urbem inductæ , co-
 piam eorundem Clericis suis fecisse , cùm antea ma-
 nu tantum descripti Litaniarum libri , raritate sua ,
 & pretio à paucis admodum possent comparari .
 Tres mihi illius primæ editionis codices inspicere
 licuit ; in iis verò nihil enunciatum inveni de
 Archiepiscopo Nardino , cujus consilio , aut man-
 dato res ista perficeretur . Primus , qui hanc lau-
 dem tribuit memorato Archipræsuli nostro , Pe-
 trus Galestinus fuit ; condens enim *Tabulam* Archie-
 piscoporum Mediolanensium , insertam *Actis* ejus-
 dem Ecclesiæ , hæc de Nardino annotavit : *Solem-*
niium Litaniarum triduanarum librum , multis ante
Seculis conscriptum , temporum incuriâ penè intermis-
sum , restituit . Fortasse namque , cùm librum illum
 Mediolani impressum vidisset , comet tempore , quo
 Ambrosianam Ecclesiam Nardinus moderabatur , ejus-
 dem nutu censuit fuisse prælo commissum , atque in
 lucem productum . Revera tamen spontè sua com-
 modum hoc paravit Mediolanensibus Clericis *Ar-*
changelus Ungardus , quemadmodum ipsemet profi-
 tetur in Epistola nuncupatoria ad Reverendum Pa-
 trem , *D. Romanum de Barni Vicarium Generalem*
 Cardinalis Archiepiscopi Stephani Nardini , in qua
 hæc habet : „ Cùm in proximis Litanis , hoc est in
 „ publica Civium devotione , caritatem tuam , admi-
 „ rabilemque prudentiam , in dirigenda gubernanda-
 „ que procedentis turbæ pompa contuerer , neque
 „ gravissimo labori parcentem , & omnia , quæ pro-
 „ videnda fuerant ad ordinem servandum , provi-
 „ dentem prospicerem , existimavi cum tibi gratissi-
 „ mum , tum publicæ utilitati non incommodum fore ,
 „ si eum libellum , qui officium illud Litaniarum
 „ contineret , meo labore , meisque sumptibus im-
 „ primendum curarem Quod opus , cùm
 „ viderem vix in paucorum manibus esse , quippe in
 „ negligentiam cadente Fidelium devotione , ac mul-
 „ torum caritate refrigerata , statui nulla magis alia
 „ re fretus , quàm divina Clementia , tuæque Reve-
 „ rentiæ auxilio tantam horum librorum
 „ copiam imprimere , quanta Mediolanensi populo ,
 „ cujus tibi in præsentis cura commissa est , plurimis
 „ seculis suffectura videatur . „ Itaque , ut veritati
 in hisce historicis paginis locus fiat , Archiepiscopo
 nostro Nardino deneganda non est laus illa , quòd
 negle-

(q) Cap. LXIV.

neglectas, aut incuriosè, confusèque peractas eorum dierum supplicationes, ad religiosum antiqui Instituti ordinem, revocaverit; siquidem hoc elogio ejusdem memoriam exornant concordēs Ughellus, & Oldoinus; librum tamen privato suo consilio typis vulgatum fuisse à Mediolanensi Sacerdote *Ungardo*, ineluctabile ipsius testimonium evincit; sed de hoc obiter, cum parum interfit, cujus ope aut mandato Libellus iste excusus, primam obtinuerit lucem.

Gravius Dubium exoritur, quis in Ambrosiana Ecclesia triduanas Rogationes condiderit. Scriptores passim, Sanctum *Mamertum*, seu *Mamertinum*, Viennæ in Gallia Episcopum, Auctorem faciunt piæ hujus Institutionis, atque inde sacrum eum morem propagatum in universas Occidentis Ecclesias constanter affirmant. Contra Mediolanenses, superiore ad *S. Mamertum* tempore, institutas à *S. Lazaro* Antistite nostro triduanas Supplicationes in hac Diocesi, firmiter credunt; idque non modò referunt nostrates Historici, quibus *Claudius Robertus* in Appendice II. ad *Galliam Christianam*, & *Ferdinandus Ughellus* in *Italia sacra* adhæserunt, sed *Ambrosiani* etiam sacri Codices quotidiani Officii, Deo persolvendi, recitandum exhibent in lectione diei XI. Februarii, quo *S. Lazari* Archiepiscopi Mediolani memoria colitur, his verbis: *Vastabat sævissimè Italianam Attila Hunnorum Rex, cum Lazarus, Civis Mediolanensis, ex Primicerio Ecclesiæ hujus Episcopus creatus est Instituit triduanas Litanias, quæ inter hujus Ecclesiæ ritus quotannis celebrantur.* Plures alios Auctores, *S. Lazaro* adscribentes indutam in Insubrem Clerum hanc consuetudinem Litaniarum, enumerat *Puricellus* (r), quamvis non omnino iisdem consentire videatur, inquiens: *Si tamen ipse illas verè primus instituit, quæ de re non immeritò fortasse dubitari etiam possent.* Porro mihi, traditionem nostram sedulo expendenti, nullum suboritur dubium, quin admitti servarique debeat, donec valida, quæ illam evertant, argumenta proferantur: Præsertim cum *Puricellus* ipse ibidem fateatur, *Triduanas ejusmodi Litanias, in antiquissimis etiam Ritus Ambrosiani Codicibus præscriptas, & dispositas reperiri.*

Et primò, si veterem Ecclesiæ disciplinam spectemus, viguiffe usum procedendi ad loca Martyrum in Oriente simul, atque Occidente à primis usque prædicationis Evangelicæ seculis, testatum abundè faciunt *Tertullianus*, *Gregorius Thaumaturgus*, *Basilius*, ac *Hieronymus*, quos allegat *Baronius* (f), hæc scribens: „ A quo *Litaniæ* primùm fuerint institutæ, adhuc mihi est inexploratum; „ vetustissimum sanè morem fuisse in Ecclesia, *Litanias* peragere, certissimum est. „ Addit, non unam tantùm in anno, sed plures fieri consuevisse *Litanias*, pro more cujusque Ecclesiæ, atque id confirmat exemplo Ecclesiæ *Ravennatis*, in qua *S. Gregorius* Pontifex tradit, quatuor vel quinque solemnes *Litanias* fuisse solitas celebrari; demum concludit: „ Eadem itaque, sive *Litaniæ*, sive *Processiones* dicere „ velimus, unusquisque Episcopus in suis Ecclesiis „ studiosè agere consuevit. „ Quin imò, in Gallia ipsa, etiam ante *S. Mamertum*, in usu erant Supplicationes, teste *Sidonio Apollinari* (t), qui ait: „ Erant quidem priùs (quod salva fidei pace sit dictum) vagæ, tepentes, infrequentefque, & si dixeris, oscitabundæ Supplicationes In his „ autem, quas præfatus Sacerdos (*Mamertus*) & „ protulit pariter, & contulit, jejunatur, oratur, „ psallitur, fletur. „ Quo circa non primò *S. Mamertus* sacras *Rogationes* induxit, sed tantùm restituit, atque in meliorem formam redegit, ut optimè animadvertunt *Baronius*, *Fratres Sammartani* in Archiepiscopis *Viennensibus Galliæ Christianæ*, & *Emi-*
Tom. I.

(r) Ibid num. 7.
(f) In Not. ad Martyrol. die XXV. Aprilis.
(t) Lib. XV. Epist. IV. ad Aprum.

A nentissimus *Cozza* (u), à quo tamen merita laude donatur Sanctus ille *Viennensis* Episcopus, his verbis: „ Verum est, quòd *Mamertus*, usus, seu ritus „ *Litaniarum*, & *Rogationum* non fuerit primus institutor, sed restitutor; primus tamen fuit, quòd „ sanxerit, celebrandas esse tribus diebus ante Ascensionem Domini. „ His ita præmissis, nihil repugnare video, quin Sanctus quoque *Lazarus* instituire potuerit sua in Ecclesia triduanas Rogationes, ad avertendam ab hac Metropoli gravissimam imminentem calamitatem, quemadmodum majorum traditio, & repetita quotannis in ore Sacerdotum hujus facti memoria, nos docet; nec arduum est indagare, quanto in periculo tunc versaretur Metropolis nostra.

B Pervulgata est Scriptorum calamo infelix conditio Seculi quinti, sub cujus initium effusæ in Italicas regiones, Romamque ipsam, turbidi rapidique torrentis adinstar, Barbaræ Gentes omnia rapinis & cædibus, *Alarico* Duce, miserrimè miscuere. *Honorina* postmodum, *Valentiniani III.* Cæsaris soror, *Attilam* Hunnorum Regem, anno MCCCCXXXIV. teste *Jornande* (x), clam missò *Clientulo*, in Italiam ad sui connubium invitaverat, irritò quidem conatu, sed excitata in crudelissimi illius Regis animo avara cupiditate tam divitis prædæ, aliquando capiendæ. Nec conceptis tunc votis defuit *Barbarus* hostis, Romanum ubique Imperium direptione, incendio, ac stragibus implens; tandem anno MCCCXLII. in Illyricum irrumpens, expugnatissimis Oppidis Arcibusque, tanto metu proximas Provincias perculit, ut *Theodosius Junior* amicæ pacis Legationem ad ipsum mittere, atque annum auri tributum solvere sit coactus, quemadmodum ex Auctore *Miscellæ* ad illum annum narrat *Baronius*. *Genfericus* quoque *Vandalorum* Rex (referente *Isidoro Hispalensi*, in *Historia Vandalica*) anno superiore in Siciliam cum classe transgressus, cuncta, in quæ inciderat, ferro & igne vastaverat. Itaque in tot irruptionum, ac cladum ferali conspectu, in tam justa concepta formidine novæ direptionis, qua non tam Cæsar ipse, quam universa Italia concutiebatur, iis profusis annis, quibus *S. Lazarus* regendam susceperat *Mediolanensem* Ecclesiam, quid excogitari potest congruentius pietati Sanctissimi illius Præfulis, quam indictas ab ipso fuisse trium dierum supplicationes, preces, jejunia, ut divinæ *Clementiæ* implorato subsidio, bellicus *Barbararum* Nationum impetus ab hujus Metropolis mœnibus longè propulsaretur? Porro erravit *Ripamontius*, qui ad contexendam *S. Lazari* Lectionem designatus (sicuti certa fide sibi compertum fuisse scripsit *Puricellus*), eandem inchoavit, relatis superius verbis: *Vastabat sævissimè Italianam Attila* &c.; anno enim MCCCCLII., quo ferox ille Tyrannus Italicas Urbes ferro igneque absumebat, *S. Lazarus* jam ad Superos evolaverat, ejusque Successor *Eusebius* Synodicam Epistolam, adhuc superstitem, miserat ad *Chalcedonense* Concilium. Verùm, expectanda non erat præsentia barbari Hostis, ut supplices ad Deum manus à nostris Civibus tenderentur; adeoque facillimum est credere, amantissimum Gregis sui Pastorem *Lazarum*, cum primùm vulgatus est rumor, imminere Italici *Attilam*, atque extremum hisce Provinciis excidium minitari, triduanas *Litanias* indixisse, ut posita jam sub oculis imago strepentis *Flagelli* ab ovium suarum capite averteretur. Et revera, institutas eas esse ad *Barbarorum* præcipuè impetum repellendum, memorata *Breviarii* Lectio fidem facit; ipsæque preces ad singulas Urbis Portas repetitæ nos docent: *Pone in muris, & portis ejus Angelorum custodiam, salutis ancilia, munitionem omnium Sanctorum tuorum* &c.

C

D Atque hinc alterum Historicum lumen affulget traditioni nostræ, vividius roborandæ. Ut clariùs
h h h id

(u) De Ecclesiastico Jejunio, Par. II. Art. XXI.
(x) De Succes. Regn. cap. XCVII.

id explicem, recolenda sunt quæ Ludovicus Thomassinus ex Gregorio Turonensi tradit, in suo præclaro tractatu, *De Jejunio*, gallicè scripto, ubi de triduanis Rogationibus agit; inquit enim, à Sancto Mamerto Episcopo indictas eas fuisse Vienneſi Populo, ob peculiarem calamitatem, quæ Civitas illa conſiſtabatur, frequentes nempe terremotus, Cervorum Luporumque in Urbem incuſiones, ac Palatii regii, immiſſo cælitus igne, conflagrationem; dehinc narrat, propagatas illas eſſe ſubſequentibus ſeculis in reliquas Galliarum Eccleſias; loquens autem de Italia, ſcribit, pium hunc uſum in Italicas Eccleſias, nonniſi multò poſt annum DC. penetratſe (y). At, ſeculo ſeptimo & octavo, nullus Barbararum irruptionum metus animis ingerebatur, cùm Langobardi Reges, barbari quidem, ſed jam mitiores facti, paciſicè his Provinciis poterentur. Itaque ad remotiora ea S. Lazari tempora, recurrendum eſſe veriſimilius quiſque cenſebit, quibus læviſſimus Attila, exciſo Illyrico, juſtum incutere timorem poterat Italis Civitatibus, ne Montes, aut Mare tranſiliens, in noſtris Regionibus pari furore debaccharetur; ea enim occasione æquiſſimum eſt opinari, à Sancto eo Præſule inſtitutas fuiſſe triduanas Supplicationes, & preces, quæ in antiquis Ambroſianis codicibus præſcribuntur, ad impetrandam à Deo cuſtodiam Mœnium, ac Portarum inclytæ hujus Metropolis, Provinciæque. Addo, Eminentiſſ. Laurentium Cozzam in memorato eruditiſſimo libro, *De Jejunio Eccleſiaſtico*, rationem afferre, cur poſt Gallos, Anglos, Hiſpanos, univerſa ferè Eccleſia Latina religioſam hanc conſuetudinem ſibi adoptaverit, hæc ſcribens: *Id, quod Mamertus ad clades ſui populi repellendas inſtituit, ceteri populi ad ubertatem fructus terræ obtinendam, ad ſanctitatem Dei auxilio conſervandam, & ad veniam peccatorum implorandam ſuſceperunt.* Cùm verò Mediolanenſis Eccleſiæ ritu, à Sacerdotibus circumeuntibus portas omnes, Murosque, quibus antiquitus Urbs iſta cingebatur, antequam amplior fieret, eorundem cuſtodia, à Deo per ſubſidia Angelorum Sanctorumque præcipuè impleretur, quis non videt, vetuſtiorẽ originem eſſe quærendam, nec aliam veritati propinquiorem videri eã, quam hucusque assignavimus?

Tempus etiam Ambroſiano more, triduanis Litanii celebrandis ſtatutum, non leve indicium eſt, illas fuiſſe inſtitutas, ſicuti diſſimili de cauſa, ita diverſa à Gallicanis Eccleſiis ætate. S. Mamertus, cujus exemplum ſecutæ dicuntur aliæ Nationes, eaſdem indixit peragendas hebdomadã ipſã Dominicæ Aſcenſionis: Mediolanenſis Eccleſia, ut docent vetuſti, qui adhuc ſuperſunt, Ambroſiani Liturgici codices, ſubſequentẽ Aſcenſionem Domini hebdomada illas conſtantiffimè celebravit, (ab Hiſpanis etiam *rejeſtas poſt Aſcenſionem* triduanas Rogationes annotat Mabillon, ſub initium libri tertii *De Liturgia Gallicana*, ſed multo ſeriùs id factum eſt.), adjecta quoque lege ſervandi jejunii, quod licet, refrigeſcente in populis caritate, ſemel, aut iterum intermiſſum fuerit; religioſã tamen Antitiſtum noſtrorum vigilantia reſtitutum, ac conſervatum fuit, tanquam pretioſum antiquæ apud nos inſtitutionis veſtigium, ut proximè oſtendam. Id verò, an in reliquis latinis Eccleſiis olim vigerit, non vacat inquirere; quamvis enim Mabillonius in *Liturgia Gallicana* (z) loquens de triduanis Rogationibus, poſt alios Scriptores aſſerat, jejunium antiquitus hiſce diebus ſervatum verè fuiſſe, Conciliis præcipientibus, clarisque veterum Patrum teſtimoniis conſirmantibus. Thomassinus tamen loco laudato, intelligendos eſſe Conciliorum Canones ait de ſola à carnibus abſtinentia, ut ex ipſis eorundem verbis patere teſtatur, vixque arbitrat̃ur à S. Mamerto potuiſſe illud indici populo ſuo Vienneſi, pro illa prima vice, cùm ſalutare hoc reme-

(y) Par. I. Cap. XXIV. num. 2.
(z) Pag. 263. & 377.

A dium poſcere videretur tam gravis infortunii amovendi neceſſitas. Neque prætendi poteſt, quod nonnulli opinantur, translatas nempe fuiſſe ab Eccleſia Mediolanenſi in Pentecoſtis hebdomadam cum jejunii onere has Litanias, eo quia improbata fuit à Nicæno Concilio jejunandi conſuetudo, utpote injurioſa Paſchalium dierum lætitiæ, cui miſcendus non eſt poenitentia mœror, ac luſtus, antequam Sponſus ab oculis eripiat̃ur. Sanctus enim Ambroſius in Sermone, Mediolani habito, *de Feſtivate Pentecoſtes*, ſcribit, iſtorum quinquaginta dierum numerum *iugem eſſe & continuatam feſtivitatem*, atque inſtar Dominicæ diei celebrari, quin ulla obſervanda indicantur jejunia (*excipe Vigiliam Pentecoſtes*). Itaque, jejunii peragendi cauſã minimè cenſendæ ſunt Rogationes noſtræ ad hebdomadam poſt Aſcenſionem Domini traductæ, ſed iis proſus diebus ab initio inſtitutæ. Quid contigerit S. Martyri Arialdo, qui ſeculo XI, cùm more ſolito Clerus Mediolanenſis triduanas Litanias celebraret, jejunium iſtud acriter reprehendit, Concilii Nicæni, & B. Ambroſii auctoritatem, proximè relatam, Civibus noſtris in publica objiciens concione, ut tradit Auctor ejuſdem vitæ à Puricello typis vulgatæ (a), inferiùs referemus. Interim ad vindicandam ritus noſtri legem proferre lubet Cardinalis Bellarmini verba, qui in libro *De Bonis Operibus in particulari* (b), poſtquam adnotatſet, ſatis conſtare inter Paſcha & Pentecoſtem, ex antiquiſſima conſuetudine nulla jejunia imperari, ſubdit: *ſicubi tamen hoc ipſum jejunium præcepti lege ſervatur, non eſt improbandum; ſervanda eſt enim in ejuſmodi rebus Eccleſiæ conſuetudo, ut Hieronymus in Epistoſta ad Luciniam, & Auguſtinus in Epistoſta ad Caſulanum monent.* Sanè S. Carolus collapſum hunc morem jejunandi reſtitutus, ad antiquam Eccleſiæ noſtræ diſciplinam reſpexit, condens in primo Provinciali Concilio ſequens decretum: *Edicimus, ut triduo Rogationum poſt Aſcenſionem Domini, ex veteri inſtituto, in Mediolanenſi Eccleſia jejunium adhibeatur.*

Puricellus, cui neque S. Lazarus, religioſi hujus ritus Auctor probari poterat, neque Attilæ, irruptionem in Italiam meditantis, occaſio placebat, aliam ingenioſè quæſivit, propoſuitque, annum ſtatuens MXXXVII. quo Conradus II. Imperator, adversus Aribertum (aliis Heribertum) Archiepiſcopum noſtrum implacabiliter iratus, omni ope Mediolanum obſidebat, oppugnabat, gladio & igne omnia in ejus circuitu conſumebat; & hæc præſertim è Dominicæ Aſcenſionis die uſque ad proximam Pentecoſtem, quo temporis intervallo Rogationes ejuſmodi, ſecundùm Eccleſiæ Mediolanenſis conſuetudinem celebrari ſolent; neque hinc reſceſſit, niſi manifeſto S. Ambroſii prodigio repulſus; tunc enim additas cenſet preces illas, quæ ad ſingulas Urbis portas in triduanis Litaniiſ recitantur, *Mæſtorum refugium Deus &c.*, atque inditum jejunium.

Equidem, ut candidè loquar, eruditè potius, quam verè, ſcripta hæc eſſe crediderim. Et primò, cùm certum ſit, antiquiores undecimo ſeculo triduanas Litanias eſſe in Eccleſia Ambroſiana, ut ipſemet Puricellus fatetur, quo teſtimonio evincet, non conſueviſſe Clerum Mediolanenſem circumire muros Urbis, atque in ſingulis Portis memoratas preces repetere, ante Conradum? Profeſtò, id tantùm opinando doctus hic Auctor propoſuit; Mihi verò ſcrutanti veteres Codices, contrarium elucere videtur. Extat in privata domus meæ Bibliotheca pergamenum *Miſſale Ambroſianum*, ſeculo circiter nono ſcriptum, in quo *Orationes ad Deum fundendæ in triduanis Rogationibus, & Miſſarum ordo præſcribuntur.* In iis autem frequenter mentio fit de *preſenti tribulatione, flagello avertendo*; quin imò in altera ex precibus hæc leguntur:

Fa-

(a) Lib. II. cap. XXI.
(b) Lib. II. cap. XXI.

Famulos tuos nimia tribulatione laborantes placato intueri obtutu. Quæ foret hæc tribulatio, non obscure significat *Præfatio* in Missa secundæ diei, quæ inter alia hæc habet: „ Indulgentiæ tuæ præveniat nos „ semper affectus, qui & à noxiis voluptatibus in „ definitèr expediat, & à mundanis cladibus di „ gnauer eripiat. „ Aderat igitur *præfens*, & etiam *nimia* Civium afflictio; aderat imminens *flagellum*, & *cladium* timor, prius quoque, quàm minax contra hanc Urbem adventaret Conradus. Quid verò prohibet credere, institutas has preces fuisse Seculo V., quo ingressæ jam Italiam barbaræ Gentes Romam ipsam fœda depopulatione sub Alarico obruerant, & obstrepens ubique rumor Genferici, & Attilæ, non longè positas Regiones sævissimè deprædantium, admonere poterat Italos populos, atque hanc præsertim Metropolim, ut pro avertendo novæ irruptionis, & *cladium* flagello, Dei clementiam enixè deprecarentur?

De Jejunii lege, multò ante undecimum Seculum Civibus nostris indicta in triduanis Litanis, dubitari nequit; nam præter *Orationes*, quæ in hoc antiquo *Missali* jejunium memorant, iisdem prorsus formulis, quibus illud Quadragesimalium dierum exprimitur, ea primæ diei Rogationum, quæ *Præfatiuum* appellatur, quæque nunquam immutata fuit, his verbis concipitur: „ Equum & salutare, Nos te in ob „ servatione jejunii quærere, qui es panis verus & „ vivus de Cœlo descendens. Te igitur humiliantes „ *jejunio* corpora, menteque famulantes devota, per „ hujus Sacrificii immolationem rogamus, ut humili „ lationem *jejunii* hujus, quam pro nostris reatibus „ in hac triduanâ observatione persolvimus, intuea „ ris placatus, & à delictis *jejunantes* absolvens, „ quos incontinentia ciborum in pravitate transgres „ sionem immerisit, eosdem continentia revoces ad „ salutem. „ Puricellus, qui in vetustissimis Liturgicis libris hæc vidit, consilium in iis, non præceptum agnoscit, nixus verbis, quæ leguntur in Vita S. Arialdi, quam scripsit *Beatus Andreas*, ejusdem Alomani, postea verò Monachus & Abbas Vallumbrosanus; referens enim hic Auctor sermonem, quo Sanctus ille contra populum Mediolanensem, iis diebus jejunantem, declamaverat, hæc præmittit: „ Tri „ duanum illud jejunium, quod inter dies Paschales, „ contra antiquorum dicta Sanctorum, *noviter est „ peragi usitatum*, sic vehementer horrebat, ut libenter diceret, velle se tradere morti, si tantùm exhortari posset populum, quatenus in tempus mutaretur licitum, & aptum. Quapropter in uno eorum dierum, una omni jam Ecclesia congregata, ut solito more ad Litanias procederet, locum, in quo docere solebat, conscendit &c. „ Inde enim colligi clarè arbitratur, circa illud tempus originem duxisse Mediolani legem triduanæ jejunii, quæ tanquam *res nova* à S. Arialdo condemnabatur. Verùm in hac narratione, si rem sinceris oculis inspiciamus, nullum de novo imposito præcepto vestigium elucet, sicuti nec Puricellus ullum unquam documentum aut testimonium nobis exhibuit, ut fateamur, jejunium antiquitus, hisce diebus, fuisse spontaneo tantùm cultu servatum, Conradi verò Imperatoris tempore in Legem transisse.

At, inquiet aliquis, quid ergo novi à Sancto Arialdo reprehendendum fuit in populo? Ut sensum meum depromam, præmitto, in sacris Liturgiæ Mediolanensis pergamenis codicibus, scriptis superiori tempore ad hujus Sancti Martyris ætatem, citra controversiam adnotatum legi triduanum Litaniarum jejunium, ut jam vidimus. Hoc autem posito, quis adeò in historis hospes ignorat, humanarum rerum inconstantem vicissitudinem ferre potuisse, ut ab initio severa Lex jejunii vigeret, suadente tunc solidam pœnitentiam acerba calamitatum experientia; pacatis verò subinde rebus, cum benignior ar-

A rideret temporum facies, collabi paulatim inciperet hæc disciplina, ac tandem omnino aboleretur: Urgente autem novo excidii metu, ob iratum Cæsarem Conradum, mœnibus exercitum admoventem, iterum quoque Mediolanensis populus, hisce prorsus diebus in angustiis positus, ad neglecti antiqui jejunii remedium confugeret? Manifestum hujus rei exemplum habemus, subsequenter Seculis datum; Antequam enim Mediolanensi Ecclesiæ præficeretur acerrimus ille vindex Ecclesiasticorum rituum, S. Carolus Borromæus, Litanis Majores, S. Marci appellatæ, ita corruerant, ut, ipso testante in Synodo Diœcesana Secunda (c), *nullum præstina institutionis vestigium appareret*; Jejunium verò in triduanis Rogationibus adeò intermissum erat, ut in ipso Ambrosiani ritus *Psalterio*, impresso anno MDLV. ista legantur: *Ad jejunium Rogationum nullus est archandus, sed potius hortandus*. Illud restituit S. Carolus peculiari Decreto proximè relato, & ne populus reclamaret, *vetus* hujus Ecclesiæ *Institutum* objecit. En quomodo videri potuerit S. Arialdo *noviter peragi usitatum* triduanum jejunium, & quàm levi fundamento nitatur Puricelli conjectura! Cum enim certum sit ex codicibus, Conradi Imperatoris ætatem præcedentibus, servatum fuisse in Ambrosiana Ecclesia jejunium, non alia ratione conciliari hæc possunt, nisi afferendo, post S. Lazarum, jejunandi legem obsolevisse, atque ob imminens Urbis excidium, fuisse ab Heriberto Mediolanensi Archiepiscopo renovatam; non secus ac iterum collapsa, restituta ex præcepto fuit à Sancto Carolo Borromæo ad normam veteris disciplinæ. Porro, tam ægrè tulit populus Mediolanensis Arialdi Declamationem contra triduanum Rogationum jejunium, ut Plebs commota, furemque in illius domicilium irruerit, ipsum etiam interfecit, nisi in Ecclesiam S. Ambrosii post concionem divertisset, quemadmodum vitæ Auctor enarrat. Tantæ autem indignationis causam, si à me reposcas, non aliam assignandam crediderim, quàm acceptam à Majoribus traditionem, cujus persuasione Cives nostri censerent, non aliquid novi in hanc Ecclesiam inductum fuisse, sed antiquitus præcepti jejunii morem tantummodo renovatum; adeoque primæ institutionis tenaces, se se ab hac lege dimoveri non paterentur. Non omittendum est, quàm rigida pœnitentiæ significatione triduanas Rogationes tunc peragerent Mediolanenses; eam enim in argumentum oburgationis, post improbatum jejunium, sumpserat Arialdus, ita sermonem suum prosequens: *Est & res alia, quæ super hoc nimis me hasitare cogit; nam in istis diebus, tam acriter vos affligere cerno, vestibus laneis induendo, nudis pedibus incedendo, in pane tantummodo, & aqua jejunando, quomodo, quando hæc agere, debite jussum est, vos nullo modo facere inspicio*.

Hæc differere placuit, capta opportunitate *Litaniarum libelli*, quem hoc anno edidit Petrus Casola, ne traditio nostra de antiquiori apud nos earundem institutione, tam celebris Scriptoris auctoritate labefacteretur. Et sanè, cum ea consentiat primævæ Ecclesiæ consuetudini, qua Episcopi in propria Diœcesi ad implorandam divinam opem Litanias instituebant; cum alia prorsus de causa ab ea, quæ impulit S. Mamertum, initium apud nos sumpserint Rogationes triduanæ, atque insuper diversis à communi ritu diebus, ac legibus Ambrosianus Clerus ad hanc usque ætatem illas celebraverit; cum eas S. Lazaro adscribant non plures tantùm Scriptores, sed ipsa etiam in Matutinis Canonicis Horis Mediolanensis Ecclesia; nec ulla, ut vidimus, in adversum pugnet firma & ineluctabilis ratio, quid quæso urgere nos debet, ut ab antiqua hujus honoris possessione pedem revocemus, & tam altæ originis opinionem, tamquam futilem deseramus? Eruditissimus Godefridus Henschenius, Vitam S. Lazari in *Actis*

San-

(c) Decreto III.

Sanctorum Bollandi illustrans (d), rem hanc adeo consonam veritati censuit, ut secundo paragrapho titulum istum inscripserit: *Litaniae triduanæ à S. Lazaro institutæ*; referens verò Chronologicum mendum Ripamontii, qui S. Lazarum posteriorem ætate facit S. Mamerto, reliqua ejusdem verba describit: *Ceterùm haud sum nescius, dissentire quosdam, & initia consuetudinis hujus in ipsum Lazarum referre*, ac statim subjungit: „ Et meritò, cùm ante S. Lazarus è vita decesserit, quàm S. Mamertus Vientensium sit ordinatus Episcopus. Neque famam, eam cum Ripamontio sequimur, quam plures amplectuntur, sed quam re accuratè examinata ratio cogit amplecti.

Plurimi æstimandus est hic Rogationum Mediolanensium liber, quamvis parvæ molis, cùm nobis quandam in *Rubricis* depingat imaginem antiquæ Urbis, quæ olim breviori Murorum ambitu circumsepta erat; siquidem Portarum locum, nomina viarum, Pusterulas, Suburbia, Ecclesias designat, quæ nunc aut dirutæ sunt, aut in Urbem receptæ; plura demum, ad Topographicam vetusti illius tempo-

A ris notitiam spectantia, sub oculis ponit. Hæc omnia diligentissimus Puricellus, pergamenis Documentis productis, illustranda & confirmanda suscepit (e). Ceterùm longiori, quàm in præsentiarum, itinere triduanæ istæ Supplicationes peragebantur: Refert Gluffianus (f), cùm eas revocasset in morem S. Carolus Borromæus, adfuisse illum quotannis Choro, primâ post mediam noctem horâ, ut Matutinas preces unâ cum Canonicis Ordinariis persolveret, ac postmodum impositis capiti confluentis populi sacris cineribus, initas ante exortum diei fuisse Supplicationes ad statutas Ecclesias, nec finem religiosis Stationibus datum, nisi tertiâ, vel etiam quartâ post meridiem horâ. Petrus Paulus Bosca in Ambrosiano Martyrologio (g), traditionem nostram de S. Lazaro, Auctore Litaniarum propugnans, tempus adnotat, quo mitigata fuit laboriosa hæc per Urbem Cleri peregrinatio, inquit: „ Ab anno quadragesimo secundo supra Millesimum sexcentimum, cùm ego nondum ex Ephebis egressus essem, iter brevius, & pauciorum Ecclesiarum Stationes, lassitudinem supplicantium recreare cœperunt.

A N N O M C C C C X C V .

M Odicam rei literariæ materiam præfens annus suppeditat: *Gaspar* quidem *Viccomes*, Civis Mediolanensis, atque ornatissimus Eques, Poëma italicum de *Duobus Amantibus*, *Paulo & Dariis*, hoc anno typis nostris vulgavit, sed cùm de illo in superioribus paginis abundè scripserimus, missum hinc facere cogimur. Id tantùm memorare fas est, adeò in pretio apud literatos Viros eo tempore fuisse ingeniolium istud Gasparis carmen, ut celebriores Poëtæ, *Stephanus Campana*, *Petrus Patius Florentinus*, *Cæsar Saccus Laudensis*, *Bernardinus Paulus Lanterius*, *Præpositus Viglevanensis*, eidem commendando, calamum certatim impenderint. Unum ego seligo metricum Elogium *Bernardini Æmilii Nevarensis*, quod eximiam Operis simul, atque Auctoris laudem complectitur:

*Non te sollicitet sacer libellus
Famæ perpetuum decus vigentis;
Nam si quid Latius licet Camœnis,
Hoc spondere potest Poëta solùm
Gaspar, qui Insubria refulget Urbe,
Ut Phœbus medio polo coruscat.
Quantum vivet honor sacer Petrarchæ,
Et nomen, cui tradidit Beatrix,
Tam te posteritas leget Dariam,
Paulum, ac ingenium mei Poëtæ,
Qui nullo meritis peribit ævo.*

Alexander quoque *Minutianus* non mediocrem sibi gloriam comparavit, edita Mediolani hoc anno *Titi Livii historia*, quam nostro etiam ævo inter pretiosas antiquæ librariæ suppellectilis opes Bibliothecæ custodiunt, non tam ob chartæ grandioris majestatem, atque elegantiam characteris, quàm ob juges vigilias, insumptas à celebri hoc viro, in eadem ad prælum adornanda; Cùm enim ex nonnullis antea Officinis corrupta, & mutila prodiisset, *Minutianus*, adhibitis in consultationem vetustissimis exemplaribus, plerisque in locis integras clausulas reposuit,

C dimidiatas redintegravit, duas nobilissimas Conciones Scipionis factas rectas, ut ajunt, reddidit, & sexto libro plura restituit, quæ ad secundum bellum Punicum pertinebant, quemadmodum ipsemet, scribens ad Mecœnatem suum Bartholomæum Calchum testatur. Verùm, cùm de hoc insigni ac benemerito Mediolanensium studiorum cultore plura in Prolegomenis scripserim, eadem hinc refricare supervacaneum, molestumque Lectoribus reor. Itaque de duobus tantùm illustribus viris, quorum literaria quædam Opera præfenti anno apud nos impressa conspexi, compendiarium texam sermonem. Primus est

FR. MICHAEL DE CARCANO.

D Patria illi Mediolanum fuit, ac nascendi ordo ex Parentibus, patricia nobilitate conspicuis, ejusdem namque Genitor *Defensoris publicæ Libertatis* munus egregiè gessit, cùm Civitas Mediolanensis, sublatâ, ob mortem Philippi Mariæ, Vicecomitum stirpe, se se in Reipublicæ formam composuit; restitutâ verò à Sfortiis antiquâ Principum dominatione, in Decurionum Confessu regendæ Civitatis consiliis interfuit. *Michael* tamen noster Seraphico Minorum de Observantia Ordini adscriptus, illustriorem reddidit Patriam, Familiamque, splendore, doctrinæ, & pietatis, quarum gloriosa vestigia, ubique per Italiam, impressa reliquit. Nullum nobilius tanti viri Elogium proferri posse censeo, quàm quod sincera fide condidit, inseruitque Annalibus Minorum Lucas Wadingus (h), ut immortalem insignis hujus Alumni S. Francisci memoriam posteritati consecraret. Ait igitur: „ In Urbe Comensî, Guardiano Fratris Sylvestri, habitum suscepit Minorum, tempore Sancti Bernardini, à quo & Alberto Sartianensi reprehensus, quòd leviuscule & minus religiosè, quàm deceret, conversaretur, liberiori relicto vivendi genere, strictiorem sibi proposuit normam, deinceps constantissimè observandam. Eam literis dedidit operam, ut præcipuas, quæ virum religiosum decent, scientias perfectè sit affecurus. Ingenio subtilis, pietate insignis, concione celeberrimus, in præcipuis Italiæ Urbibus fructuosè prædicavit. Mirâ dicendi efficaciam, Auditorum quòcumque „ vel-

(d) Ad diem XI. Februarii.
(e) Ubi supra.
(f) Vita S. Caroli lib. II. cap. XI.

(g) Ad diem XI. Februarii.
(h) Ad annum MCCCCLXXXV. num. 7.

„ vellet , animos flecebat ; eaque frequentia con-
 „ currebant undique populi , ut in plateis & campis
 „ opportuerit sapissimè prædicare . Absque furo &
 „ timore veritatem pandebat ; unde & molestas pas-
 „ sus est persecutiones , atque ab universo statu Me-
 „ diolanensi exilium , de quo reducendo , & Duci
 „ Mediolanensi reconciliando , impensè egit Vicarius
 „ Generalis (Minorum) Angelus à Clavasio . Candi-
 „ dæ , sive Blancæ Mariæ Sfortiæ Ducissæ à Confes-
 „ sionibus fuisse diximus aliàs , cui etiam morienti
 „ Sacramentum dedit extremæ Unctionis . Mediola-
 „ nensibus Auctor fuit , cooperante Bernardino Fel-
 „ trensi , ut amplissimum , & commendatissimum Xe-
 „ nodochium (*Nosocomium, à Francisco I. Sfortia Duce*
 „ *construatum*) , atque aliud Comi , nuncupatum
 „ *Hospitale Majus Sanctæ Annæ* , sub Branda Ca-
 „ stillione Cardinale Urbis Episcopo , curarit ædifi-
 „ cari . *Montem Pietatis* multis in locis erexit . Co-
 „ mi mortuus , multa reliquit suæ pietatis argumen-
 „ ta , & ingenii monumenta . „ Annum , quo vitam
 „ exiit Michaël de Carcano , variè statuunt Scriptores .
 „ Wadingus non absurdè opinatur , obiisse illum circa
 „ annum MCCCCLXXXV . cum enim ex Ordinis *Re-*
 „ *gesto* manifestum fiat , Conciones ab ipso habitas fuisse
 „ in Urbe Parmensi , anno illius Seculi octuagesimo
 „ tertio , nullum subinde vestigium vitæ , aut rerum
 „ gestarum sibi occurrissè testatur . Fortasse autem à
 „ teterrima lue , quæ in hac Metropoli , proximisque
 „ Urbibus tunc grassabatur , absumptus interiit . De
 „ Corpore controversia est Comenses inter , atque Lau-
 „ dentenses ; Certè in Ecclesia Minorum Observantiæ , Lau-
 „ dentensi in Urbe , ejusdem Caput (*titulo Beati in Marty-*
 „ *rologiis inscribitur*) publicæ venerationi quotannis
 „ exponitur .

Qua opinione doctrinæ floruerit Michaël de Car-
 cano , satis superque docent frequentes ejusdem Ope-
 rum editiones , quibus tum ipso vivente , tum mor-
 tuo , Basilejenses , Colonienfes , Veneti , & Medio-
 lanenses Typographi præla sua per illud ævum illu-
 strare contenderunt . In Urbe nostra impressum fuit
 hoc anno *Sermonarium de commendatione virtutum ,*
 „ & *reprobatione vitiorum , editum per R. P. Fratrem*
 „ *Michaëlem de Carcano Mediolanensem , Ordinis Mi-*
 „ *norum de Observantiis , Præconem Apostolicum* . Men-
 „ tem suam , atque ordinem adhibitum in digerendis
 „ hisce sermonibus Auctor ipse declarat in Præfatione ,
 „ cujus fragmentum transferre huc lubet , ut aliquod
 „ specimen præclari ejusdem ingenii , & præstantiæ in
 „ sacro Eloquio , Lector percipiat , cum exemplaria
 „ ferme omnia aut vetustas consumperit , aut difficul-
 „ tas lectionis , ob implexum , quo excusa sunt , cha-
 „ racterem , ad tineas corrodenda ablegaverit . Ait igitur
 „ prope finem : „ Virtus primò non satis exercita-
 „ tis paululum est amara , sed eam consuetudo dele-
 „ ctabilem facit ; tantaque protinus facilitas subse-
 „ quitur , ut si hoc ignavorum hominum genus per-
 „ ciperet , rumperet moras , atque illam totis viri-
 „ bus amplexandam non ultra differret . Conjeci igitur
 „ in hoc Opusculo omnem ejus originem , digni-
 „ tatem , atque præstantiam , ne qui hanc publicè
 „ dicendi provinciam ingressi sunt , vagari , tempus-
 „ que contere opus habeant , ac etiam tantum uti-
 „ litatis ex ipso valeant consequi , quòd si ei operam
 „ dederint , probissimi non multo tempore evadere
 „ possint . Et ne à Philosophi præceptis discedam ,
 „ cujus sententia est , *opposita juxta se posita magis*
 „ *elucere* , de virtute ferè quemcumque sermonem
 „ texam , ac sibi opposito vitio . A virtute igitur
 „ principe , Caritate videlicet , sumam initium , nec
 „ aliquid eorum , quæ *in aliis voluminibus , à nobis*
 „ *nuperrimè editis* (scripta sunt) repetam , nec quod
 „ judicio meo in illa coincidere valeat ; sed nova
 „ quædam , & præclara , nec omnibus nota conte-
 „ xam , non involutè ac obscurè , sed carptim (*cla-*
 „ *rè*) , & quam luculentissimè potero . „ Consultò
 „ Tom. I.

(i) Annal. ad an. MCCCCXC. num. 6.

A hæc verba transcripsi , ut Michaëlis ipsius testimonio
 pateret , plura ab eodem confecta fuisse volumina ,
 quamvis illorum tituli hoc Ævo indicari securè ne-
 queant , confusis lucubrationibus cum altero ejusdem
 nominis , atque Ordinis viro , circa id tempus scri-
 bente , *Michaële de Carcano* , atque obiisse in Cœnobio S. An-
 geli , anno MCCCCXC. testatur Wadingus (i) . Pri-
 mam hanc fuisse editionem hujus Operis , quod LXXII.
 prolixos Sermones complectitur , colligo ex Epistola ,
 calci adjecta , *Raphaëlis Peragalli* , qua illud dica-
 vit *Reverendo in Christo Patri , Domino Fratri Hiero-*
 „ *nymano de Toriellis , Ordinis Minorum Observantiæ*
 „ *regularis , in partibus Cismontanis , dignissimo Vica-*
 „ *rio Generali* ; in ea enim proficitur , se cum vidisset ,
 „ Sermones hujus plurimum utilitatis , ac commodi
 „ conferre posse legentibus , docentibusque , curasse ,
 „ ut impensis suis excusi prodirent , atque in sequen-
 „ tes ætates perenni animarum fructu diffunderentur .
 „ Quorundam etiam Scriptorum error , quos innuit Wa-
 „ dings , quique Michaëlis de Carcano vitam ad annum
 „ MD. protendunt , *Piragalli* testimonio configitur ; is
 „ namque de Auctore hujus Operis , tanquam è vivis ere-
 „ pro loquitur , inquit , æquum esse , ut insignium Do-
 „ ctorum , quos mors importuna interceptit , *relicta*
 „ *post se scripta* in publicam lucem proferantur . De-
 „ mum devovens *Hieronymo Toriello* impressum hunc
 „ librum , subdit , *ut sicut alteri libello fusti tu decus ,*
 „ *favor , & gloria , ita & huic , qui non minoris est*
 „ *præconii &c.*

C *Libellus alter* , quem à se inscriptum eidem *Tori-*
 „ *niello* memorat Peragallus , Mediolanensibus typis
 „ editus fuit superiore anno MCCCCXCIV . , isque
 „ continet *Figuras Bibliorum* , seu potius Compendium
 „ *Figurarum* , secundum ordinem materiarum alphabe-
 „ ticè digestum , *Antonii Rampogli* , Ordinis Eremitarum
 „ S. Augustini . Hujus Operis manuscriptum
 „ exemplar , elegantissimè in pergamena exaratum , ser-
 „ vat Bibliotheca Ambrosiana ; sed refertæ sunt ceteræ
 „ Bibliothecæ impressis ejusdem codicibus , cum illud
 „ sapissimè per eam ætatem præla subierit , gratumque
 „ fuerit sacris præsertim Divini Verbi Præconibus , tum
 „ ob rerum facile inveniendarum commodum , tum ob
 „ celebre Auctoris nomen , qui Juris utriusque peritissi-
 „ mus , doctrinæque omni excellens , Theologi munus
 „ exercuit in Constantiensi Concilio anno MCCCC-
 „ XVI . , ut Torellus in *Seculis Augustinianis* ad illum
 „ annum , & Oldoinus in *Atheneo Ligustico* cum laude
 „ testantur . In nostra editione præcedit Epistola nun-
 „ cupatoria *Raphaëlis Peragalli* , & responso *Fr. Tor-*
 „ *nielli* ad eandem , quæ sic incipit : „ Te scribeute ,
 „ dilectissime Raphaël , cognovi , sacrum illud vo-
 „ lumen cum figuris , quod *Biblia* nuncupatur , tuo
 „ ingenio , proprioque ære , Impressorum solertiâ , in
 „ lucem venturum ; rem equidem , & omnibus , qui
 „ sacris incumbunt literis , & mihi gratissimam &c.
 „ Alibi annotavimus (1) , *Peragalli* hujus curâ , iterum
 „ Mediolani excusum fuisse librum , inscriptum *Voca-*
 „ *bulista Ecclesiastico* , adjecto in calce Epigrammate ,
 „ quod parati ab eodem sacris studiis novi illius subsi-
 „ dii memoriam signabat . Præter hæc Editiones , ni-
 „ hil proprio Marte confectum reperi , quo Reipublicæ
 „ literariæ notum se redderet hic *Peragallus* . Ani-
 „ mum tamen ostendit , intentum promovendæ sacra-
 „ rum literarum culturæ ; cumque suppetias ex pro-
 „ prio semper censu Typographis tulerit , non medio-
 „ cris fortunæ vir fuisse censendus est : Sanè illa ætate
 „ floruisse Mediolani nobilem *Piragallam* familiam , te-
 „ stantur lapides Sepulcrales in Cœnobio Fr. Servorum
 „ B. V. Sancti Dionysii prope muros Urbis , positi me-
 „ moriæ perenni *Francisci Piragalli* J. C. C. qui natus
 „ anno MCCCCCLXXVII . , octuaginta post annos dece-
 „ dens , hæredes illos instituit .

(1) Ad an. MCCCCXXX.

PETRUS PAULUS VERGERIUS.

Justinopolitani hujus Civis liber, de ingenuis moribus, & liberalibus studiis Mediolani anno MCCCC-LXXIV jam impressus, alibi postmodum crebrò editus, ac quovis seculo, à Literatis Viris eximie commendatus, iterum in Urbe nostra hoc anno lucem aspexit. Non opus est hìc tempus prodigere celeberrandæ doctrinæ præclarissimi Auctoris, cum id passim præstiterint alii plures egregii Scriptores; illud unum Elogium proferam, quod de hoc Opere exaratum reliquit Sabellicus, in suo Dialogo de Latina Linguae reparatione: „ Vergerii libellus de ingenuis moribus passim legitur, majori penè elegantia, „ quàm in hominem ejus ætatis cadere debuisset; „ suavis quidem, nec interim ociosus, gravissimis, que resperfus sententiis, utpote qui Philosophiæ „ prius operam dedit, quàm ad scribendum venisset. „ Fuit is Chrysoloræ Constantinopolitani auditor &c. Tria pretiosi hujus libelli manuscripta exemplaria in Ambrosianæ Bibliothecæ scriniis servantur, indicium non leve, quantum illius exscribendi, statim ac prodiit, doctorum hominum animos desiderium incenderit. Reliqua ejusdem Opera, inter ceteros, diligenter recensuit Petrus Bøyl in Dictionario Historico-Critico. Unum ego addam ex manuscriptis Bibliothecæ Ambrosianæ, cujus ille mentionem non egit, Comædiam nempe inscriptam Paulus. Initium dabo, prout jacet in nostro codice antiqui characteris:

PETRI PAULI VERGERII JUSTINOPOLITANI

PAULUS

Comœdia ad Juvenum mores corrigendos.

PROLOGUS.

Hinc dum Poëta mihi verscundus Fabulam
Tradidit recensendam: Juvenis, ait, hæc lusi;
Jam plenior dabit sensum maturum ætas.
Veritus, opinor, ne se homines forte graves
Levitatis arguant; quos contra sentio
Si quis ita sentiat, quæ sunt in rogo,

A Quæ plus ferant in vita levitatis, ponderis
Quæ, nosce, quantum sit inimica bonis
Studiis rerum copia.
Date commodum aures, atque animum intendite,
Quam commentus fiet Poëta Fabulam,
Dum non lugentium, sed negligentium,
Mores novos ratione corrigit veteri.
Quantum momentum ad diluendas opes
In malis fiet Servus,
Quam miserè parentes fallat venalis amor.
Postremò satius esse sentit, frustra se
Laborare, quàm gratis ociosum agere; esse
Servos infidos, sodales devios, parentes crudeles.

B

In eadem Ambrosiana Bibliotheca duo MSS. Exemplaria servantur *Historiæ Principum Carrariensium*, nec non *Vita Francisci Petrarchè*, quæ Auctorem habent *Petrum Paulum Vergerium*, sed hæc comperta jam sunt omnibus, eruditione aliqua veterum Monumentorum conspersis. Eminentis Cardinalis Quirinus, in sua *Distriba præliminari* sæpius laudata, Epistolam memorat Petri Pauli Vergerii, in qua elegantissimos *Francisci Barbari* Commentarios *De Re uxoria*, summa cum voluptate, atque admiratione præclari ingenii ex iisdem elucens, à se perlectos testatur. Hujus manuscriptum exemplar, unà cum altera Poggii, legitur post *Barbari* libellum, variis annotationibus, sed difficillimi characteris in margine refertum, Bibliothecæ Ambrosianæ; attamen eadem, qua ceteri codices, obscuritate laborat in exprimendo nomine illius *Physici*, ad quem ex Constantia III. Non Aprilis Vergerius Literas dirigebat, sic enim Inscriptio se habet: P. Paulus Vergerius sal. pl. d. doctissimo viro hic (Nic.) Leon Physico. Tenebras hæc, quas densiores fecere Typographi, Nicolaum Leontinum Physicum excudentes (quemadmodum Antuerpiensis editio apud Martinum Casarem, nullo anno signata refert, in Ambrosiana) egregiè dispulit Eminentis Quirinus (m), Nicolaum Leonardum clarissimum Physicum, Venetiis commorantem, ex coævis testimoniis substituens.

C

D

(m) Par. I. cap. IV. §. II. num. 6.

ANNO MCCCCXCVI.

GREGORIUS BRITANNICUS.

Primum in Literariam hanc arenam evocare lubet *Gregorium Britannicum*, S. Domini alumnum, cujus Opusculum Mediolani hoc anno impressum fuit, hoc titulo: *Sermones funebres vulgares, & literales, item Sermones Nuptiales*. Brixiana in Urbe paternos habuit lares, ex ea editus familia, quæ illustres doctrinâ viros Literariæ Reipublicæ dedit, ut infra commemorabo. Scriptor iste penè evanuit ab oculis Auctorum *Bibliothecæ Ordinis Prædicatorum*; quamvis enim de illo mentionem egissent Lusitanus, Altamura, & Rovetta, ancipites tamen hæserunt, an hic *Gregorius* idem foret, cum Fratre ejusdem Ordinis *Benedicto Britannico*; ac tandem, similitudinem cognominis, ætatis, & lucubrationum expedientes, hanc veluti decretoriam sententiam protulere, *manifestè videri, unicum Scriptorem (Benedictum) in duos fuisse multiplicatum*. Nihilominus (pace illorum dixerim), manifestum est, diversos extitisse; siquidem in Ambrosiana Bibliotheca obvii cuilibet sunt editi utriusque libri, proprio sub nomine. Et quidem *Gregorii Britannici* geminum exemplar occurrit (præter illud, quod superius enunciavi); alterum ita inscriptum: *Sermones funebres vulgares, littere literæ pronuntiandi, item sermones nuptiales pulcherrimi*, absque annotatione anni, loci, & Typographi, in calce; in fronte verò præsert Epistolam *Gregorii Britannici, sacri Ordinis Prædicatorum professoris, ad Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum, D. Paulum Zane Episcopum Brixianum, datam ex Æde Divi Floriani XIV. Cal. Aprilis MCCCCXCV.*, eique adnexa est Episcopi Zane responsio, conscripta tertio post die; alterum, cum iisdem epistolis atque titulo, sed auctum quinquaginta ferme sermonibus, & Venetiis impressum, per *Georgium de Rusconibus Mediolanensem* Anno MDXVI. Contra *Benedicti Britannici* liber in eadem Bibliotheca hoc titulo inscribitur: *Luculentissimi sermones funericii ac nuptiales noviter editi, & merito vocitati: Pelagus aureum*; Editio autem peracta est Brixie per *Ludovicum, Vincentium Benedictum, & Antonium fratres Britannicos*, anno MDVII.

Porro si Sermones istos invicem conferas, quamvis eandem argumenti faciem præferant, nec methodo, nec verbis sibi cohærere perspicies; ita ut alium prorsus, atque alium calamum iis digerendis adhibitum fuisse, negare vix possis. Accedit, ab Auctoribus harum Lucubrationum, statim ac absolutæ paratæque sunt luci, diversis esse Viris inscriptas; *Gregorii* namque Sermones, ut vidimus, Episcopo Brixiano dicati, sequenti anno Mediolanensibus typis excusi fuere; *Benedictus* verò suos direxit ad Nepotem ex Fratre, *Damianum Britannicum*, simulque ad *Nicolaum Belammum* Amicum Soncinensem. Præstat nuncupatorias has Epistolas Lectoribus exhibere, cum rara jam sint antiqua hæc Exemplaria, & veritati è tenebris eruendæ nitidam faciem accendant.

„ F. Benedictus Britannicus B. (i. Brixianus)
 „ F. Damiano Britannico B. (Brixiano)
 S. P.

„ Diu, multumque mecum consideranti, Nepos
 „ suavissime, quum peragrata jam quadriennio magna ex parte Italiâ, dum (ut par est) Antistitibus nostris obtemperans sum, in Patriam remigrarem, quidnam potissimum deferrem, quod animum tuum oblectare posset; te enim neque aurum, neque argentum à me expectare probè sciebam, quippe qui omnibus, quæ fortunæ dicuntur, bonis peni-

A „ tus abjectis, cultui tantum Divino vacares: illud
 „ sanè libuit ad te deferendum, quo gratius nihil
 „ tibi, aut jucundius fore existimabam. Ego, dum
 „ hoc temporis spacio à vobis absum; supra treis &
 „ quinquaginta funebreis diversis in locis habui Orati-
 „ oneis, ad Amicorum, necessariorumque demul-
 „ cenda in amissione Mortuorum ægra pectora.
 „ Quas planè Oratiunculas, & præcipuè quæ aliqua
 „ ex parte dignæ visæ sunt, ad te detulimus, tibi-
 „ que dicavimus, ut eas, quum ocium tibi fuerit,
 „ inspicias, inspiciendoque observes, an in iis ali-
 „ quid insit, quod tibi imitandum fuerit. Hoc unum
 „ scies, si hac in re ingenium desiderandum fuit,
 „ studium, industriamque non defuisse. Confido, te
 „ ex his laboribus nostris quod te plurimum delectet
 „ habiturum. Illud à te peto, ut quum eas percur-
 „ reris, me certiore facias, quid de his sentias;
 „ tuum enim omnibus in rebus plurimi facio judi-
 „ cium; es enim ex eo patre natus Joanne Britan-
 „ nico, ut de te bene semper existimandum sit,
 „ quum bona ex arbore boni foetus haberi soleant.
 „ Duo autem restant, quæ mihi à te, aliisque labo-
 „ rum nostrorum Lectoribus, quibus hæc placue-
 „ rint, petenda sunt: alterum, ut si quando hæc
 „ nostra imitari volueritis, actione vestra ornetis,
 „ semper id reminiscens Demosthenis, præcipuum
 „ Oratoris munus esse, pronunciationem, sine qua
 „ omnis jacet, veluti elumbis, præclarissima quæ-
 „ que Oratio: Alterum, ut me ab obtrectatorum
 „ maledicentia, morsibusque pientissimè tueamini,
 „ qui tenebricosum, hebes, & aridum prorsus à na-
 „ tura nacti ingenium, optimum quemque lancinant,
 „ licèt hos Zoilos, Democriti more, excelsio sem-
 „ per animo flocci fecerim; appositè enim, & scitè
 „ ajebat, eodem loco sibi esse imperitorum voces,
 „ quo ventre redditos crepitus. Quid, inquit, mea
 „ refert, sursum isti, an deorsum sonent? Has ita-
 „ que veluti testes amoris mei erga te summi, post
 „ gravia tua studia, postque tuas Musices harmonias,
 „ qua in re tanquam alter Arion & Orpheus factus
 „ es, velim evolvas, confidens te tui pertæsum la-
 „ boris nequicquam fore. Vale, hoc tempore juve-
 „ num decus.

„ F. Benedictus Britannicus Brix. F. Nicolao
 „ Belammo Soncinenfi, S.

D „ Frequenti, ac ferè quotidiano rogatu ab me
 „ flagitasti, lepide, & amantissime Nicolæ, ederem
 „ in vulgum Funericios Sermones, quos quum unâ
 „ alias ageremus, acceperam. En jam vel cum fœ-
 „ nore tibi nunc exhibeo; summa namque, & sin-
 „ gularis mea in te pietas pati non potuit, quomi-
 „ nus hac in re morem tibi gererem, quippe qui es-
 „ ses & mutuo amore, & assiduo de me præconio,
 „ & ingenuo quodam naturæ, morumque simulacro,
 „ inter reliquos amantissimus. Et quo cumulatiùs
 „ candidum tuum mulcere animum posses, adjeci
 „ eas Ciceronis moraliores Sententias, quas cogno-
 „ vi quotidiano in Sermone esse cuique & ornamen-
 „ to, & usui. Id modò unum animadvertas velim,
 „ me in sermonum structura, linguâ prope vulgari
 „ ex industria usum, patrium potius attendens elo-
 „ quium, quàm Latinum. Quod ea sanè egi ratio-
 „ ne, ut à quovis vel primis vix literarum rudimen-
 „ tis imbuto, facillè, ac commodè haberi possent.
 „ Nostras igitur has nugas, quum ociabere, quando-
 „ que invitè diligentius, memori tuo semper gerens
 „ sub pectore, Benedictum Britannicum tibi, tuis-
 „ que esse ubique gentium deditissimum. Vale.

E „ Eas, quas *Gregorius* conscripsit, Literas, cum
 „ responsione Brixiani Præfulis, ad calcem hujus Ope-
 „ ris

ris amandare fatius mihi visum est, ne nimia illarum prolixitate Historiæ seriem abrumpam, Lectoremque fatigem. Nunc colligenda sunt, quæ ad discutendam eorum temporum caliginem ex hisce Epistolis eruuntur. *Benedictus*, & *Gregorius* è Brixiana *Britannicorum* familia prodire, Fraterque illis fuit Doctissimus Vir *Johannes Britannicus*, Genitor *Fr. Damiani*: Memoratus *Johannes*, non modò interpretatus est luculentissimis Commentariis Seculo XV. impressis, veteres celeberrimos Poëtas, *Persium*, *Stadium*, *Juvenalem*, sed etiam illustrare aggressus est *Ovidii Metamorphoseon* librum; id enim testatus est Episcopus *Paulus*, qui scribens ad *Gregorium Britannicum*, ista in ejus laudem, ac universæ Domus *Britanniæ* profert: „ Tu igitur, Frater Gregori, „ cura, ut quàm primùm Impressoribus hoc immortale Opus commendetur, ne injuriâ unius, multorum utilitas impediatur, & testimonium amplexandæ virtutis, multitudine modicum, sed æterna commendatione dignum, diutiùs occultetur. Quantum autem debeat huic domui *Britanniæ* ista mortalitas, quæ tum *Johannis* fratris tui interpretationibus, tam in *Persium*, Poëtam quamdifficillimum, quàm in *Stadium* *Achilleidos* satis illustrata est, egregiaque in dies expectat Commentaria in *Juvenalem*, *Ovidiumque Metamorphoseos*; tum reliquorum Fratrum ornamentis, qui se se student ceteris præstare venustissimis moribus, animantibus meis sermonibus difficilè panderem. „ Hinc discimus, Commentaria *Johannis Britannici* in *Juvenalem* ante XII. Cal. Apriles anni MCCCCXCV. nondum edita fuisse, aliisque præstantissimis Fratribus (præter *Johannem*) gloriari potuisse *Gregorium*, inter quos numeratum *Benedictum*, quis inficietur? Hæc diligentius perscrutari opportunum censeo, ut laudatus à doctissimo Præsule Brixiano Auctor iste, quem à catalogo Scriptorum expunxisse visi sunt Viri Clarissimi *Eccart*, & *Quat*, insigni Prædicatorum Ordini restitatur. Fateor, me in hac Sparta adornanda occupatum fuisse ab egregiis laboribus Eminentissimi *Quirini*, qui in suo commendatissimo volumine *De Brixiana Literatura* (a) Epistolas hæc recudit, & errorem Auctorum Bibliothecæ Ordinis S. Dominici detexit, emendavitque. Attamen, cum provincia à me suscepta typographicæ historiæ *Mediolanensis* illustrandæ, atque editio *Sermonum Gregorii Britannici* eidem ignota, novemque annis præcedens illam, quæ ipsi præ manibus fuit, id potere viderentur, ratus sum nihil detrahi existimationi, quæ summa apud me est, tanti Scriptoris, si intactas hoc loco relinquerem animadversiones meas, quas, libros *Ambrosianæ* Bibliothecæ consulens, jam exaraveram, antequam eruditissimas ejusdem paginas perlustrarem. Hoc unum subjungam, in codice nostro auctiori *Sermonum Gregorii Britannici*, duas postremo loco editas legi funebres Orationes, quas habuit *Cremonæ Nicolaus Lucarus* Rhetor, alteram in morte *Beatricis Estensis*, uxoris *Ludovici Mariæ Sfortiæ Ducis Mediolani*; alteram, in obitu *Baptistæ Piazii*, Astronomi peritissimi, addito in ejus laudem Epigrammate *Johannis Cropelli* Soncinatis, quod sic incipit:

Qui lacrymis oculos, gemituque insana fatigas

Pectora, Baptista sævaque fata gemis;

Heu, luctus pia causa tui est: quippe ille salutis,

Astrorumque jacet, Justitiæque Pater &c.

Cropellus iste literarium ludum pro pueris *Mediolani* aperuerat; ad eum autem querelas suas metro adstrictas misit *Platinus Platus* (b), eo quòd rescivisset, libellum quendam à se editum, fuisse ab ejus discipulis in frustra discerptum, atque ita claudit Epigramma:

(a) Par. II. pag. 121. & seqq.

(b) Epigrammata, & Elegiæ pag. 9.

Peccarunt pueri, sed te sua crimina tangunt,
Qui pateris libri probra, videsque mei.
Scribe quid in nostro damnaveris ipse libello,
Et mihi (si quod habes) mitte opus ipse tuum.

De illo agit *Cl. Arisius* in sua *Cremona literata* (c), nonnullas ejusdem lucubrationes recensens, quæ tamen nunquam prælum subire.

BAPTISTA FULGOSIUS.

Quæ de nobilissimi hujus Viri rebus gestis in utraque fortuna, prospera & adversa, *Genuensi* principe Dignitate spoliato Patre, ipsoque etiam ad exilium coactò dicenda forent, adeò nota sunt ex Historiis, ut operam ludere viderer, si in iisdem Lectori obtrudendis inane tempus absumerem. De literariis igitur tantùm studiis agam, quæ unicè is adamavit, prætulitque castris, atque aulis, & quorum primitiæ hoc anno *Mediolanensibus* typis impressæ prodire. Liber ille inscriptus fuit græco vocabulo *Anteros*, sed italicâ linguâ contextus Dialogum continet contra obscœnum amorem, in cujus prima parte inducitur *Platinus Platus*, nobilis Poëta & Orator *Mediolanensis*, disputans cum Auctore; in altera verò adjungitur ad mutuam concertationem *Carolus à Sabaudia*, utrique acceptissimus, & familiaris. Præmittitur incisa tabula, quæ universam operis ideam oculis subjicit; cùm enim mens Auctoris foret de impuri amoris damnis, ac remediis differere, sculptus in medio Puer visitur, obducta tennisi fronte, fractoque arcu ac telis in terra jacentibus; Eundem circumstant luridæ fœminarum imagines, suo quæque nomine designatæ, *Inopia* nempe, *Zelotypia*, *Derisio*, *Luctus*, *Mors immatura Corporis*, & *Animæ æterna*. Desuper pendentes ex arbore procera, lemnisci inscripta gerunt remedia, quibus obtundi possint noxiæ Amoris illecebræ, scilicet *Mirraminum*, *Oratio*, *Negotium*, *Abstinentia*; In angulo verò tabulæ Auctor occurrit, equestri habitu indutus, ac sedens, qui intentis ad memorata spectra oculis, deformem eorundem faciem in libro depingit. Ingeniosa sanè est, ac proficua hæc lucubratio, utpote optimis Philosophorum, Poëtarum, ac Sanctorum Patrum sententiis referta; sed plurimum ejusdem pulchritudini detrahit ruditas corrupti sermonis, quæ ætas illa inficiebatur; quæque ad tineas eam ablegavit. Ceterùm, quo Eloquentiæ castigatioris candore latinè scriberet, *Baptista Fulgosius*, satis superque docet admodum nitida, atque elegans *Apostrophe ad librum* calci adjecta, & digna inter alias ævi illius Epistolas, post hanc Historiam, reponi.

Dicavit *Fulgosius* Opus hoc suum *splendido Equiti Johanni Francisco Pusterla*, cujus amicis precibus ad illud elaborandum se adductum testatur; eam verò sibi gloriam tribuit, tentatam nempe à se fuisse viam, quam nemo ex antiquis Philosophis, ac Poëtis percurrerat; quamvis enim plura de *Amore* scripsissent, minimè tamen, ad explorandam diluendamque blandi hujus, sed noxii veneni perniciem, diligentiam & salutaris consilii medicinam contulerant. Præstat referre, quæ de memorato libro, ac *Mecœnate* scripsit *Platinus Platus* in Epistola (d) ad eundem missa; ait igitur: „ Vix exprimi literis, illustris *Baptista*, potest, quanta me voluptate suavis, visissimus quidam libellus tuus, ad me tuo nomine, perlatus affecerit, *Etruscâ* linguâ disertissimè compositus, ubique tersus, & castigatus:

Nam neque serpit humi, neque turget magna professus,

„ ut ait *Horatius*; in quo me tecum ornatè subtiliterque, & de *Amore* disputantem inducis. Et is

„ in-

(c) T. m. I. pag. 168.

(d) Epist. num. 137.

„ inscriptus est Johanni Francisco Posterulæ , Equiti
 „ ornatissimo , & de rebus ipsis jure diducatur ;
 „ valet enim Johannes Franciscus summa & ingenii
 „ bonitate , & morum elegantia , & in hujusmodi
 „ palæstra jamdiu versatus est , & adhuc versatur
 „ egregiè . Me quoque , non injuriâ contradicentem
 „ adhibuisti , facileque patior , in hoc dumtaxat ge-
 „ nere quæstionum , mihi tecum (sic enim tu volui-
 „ sti) non convenire ; cum in omni reliqua vita no-
 „ stra , cum similitudine morum , tum conjunctione
 „ voluntatum , inter nos ita conveniat , ut unâ eâ-
 „ demque animâ duo corpora nostra constare videan-
 „ tur . „ Prosequitur deinde Auctoris laudes expo-
 „ nere , inquit : „ Non possum non admirari magni-
 „ tudinem animi tui , consilique in adolescentia ma-
 „ turitatem , qui dissimulata , & in tempus dimissa
 „ virtute bellica , quam habes hæreditariam , atque
 „ domesticam , & à Majoribus , præsertim à Petro
 „ patre tuo Duce fortissimo relictam , domi te , fu-
 „ periori tempore , continueris in ocio solum litera-
 „ rio ; ne tua , si qua fortè fuisset , armorum exerci-
 „ tatio , cuiquam suspecta foret &c. „ Denique , se-
 „ quens Epigramma in fronte libri imprimendum cu-
 „ ravit :

Platinus in ANTEROTA Illustris Baptistæ C. Fulgosi
 ad Lectorem .

Quicquid Acidalium contra reperitur Amorem

Omnibus in Libris , annotat iste Liber ;

Nectaris Hyblæi similem quem dicere possis ,

Quod labor ex omni flore creavit apum .

Fulgosus Baptista facit , quod Plinius inquit ,

Thesuros Lector dat studiose tibi .

Auctorum citat omne genus , quicumque leguntur ,

Et sua diversâ Pallade dicta probat .

Nec minuit famam vernacula lingua disertis

Principis : & famam Scriptio talis habet .

Nec poterit Censor vel iniquus carpere Librum

Hunc : Fulgomastix ille quis esse velit ?

Si dedit Antherota primævus , ut ipse recordor ,

Quale putas illud , quod modò cudit Opus ?

Admiranda Viri claras industria , qui res

Scripserit , & scribit ; gesserit , atque gerit .

O me felicem , quem tantus nominat Auctor

Sæpius in Libro , nec sinè laude , suo !

Plenum fulgoris Fulgosum Gallia nostrum

Nunc habet . O quantum Gallia lumen habet !

In hoc Epigrammate innuit Platinus Opus aliud ,
 cui condendo tunc insudabat Fulgosus ; quodnam
 autem id esset , colligi potest ex Epistola quinta ejus-
 dem ad *Baptistam Fulgosum* , in cujus calce hæc
 scribit : *Vale Scriptor Elegantissime Dictorum , atque*
Factorum memorabilium , quæ semper es ipse mirabi-
liter æmulatus . Hinc verò etiam discimus , plures ab-
 sumptos annos fuisse à Fulgoso in digerenda hac lu-
 cubratione ; data enim est hæc Epistola anno MCC-
 CCXCIV. , biennio scilicet antequam liber , inscriptus
Anteros , ederetur . Sanè , crevisse per ocium longæ
 quietis volumen istud *De Factis , & Dictis memora-*
bilibus , testatur ipse Fulgosus in Præfatione , inquit :
 „ Dum in hunc Literarium ceu portum me recepi ,
 „ ut per hanc rationem adversæ tempestatibus mala
 „ minuerem , is mihi semper mos fuit , ut ex quo-
 „ tidiana lectione mea ea annotarem , quibus vel ad
 „ imitandum , vel ad evitandum in vita , fructus spes
 Tom. I.

(e) Crem. Lit. fol. 75. Tom. II.

„ aliqua proponi videretur , quæ cum in unum con-
 „ tulissem , additis aliorum temporum collectaneis
 „ (legendo enim animi gratiâ eundem morem serva-
 „ veram) , & mihi latinè scribendi stylus ac ratio ,
 „ aulæ & non studiis assueto , deesset , per *Raymun-*
 „ *dum Soncinatem* , præceptorem meum , latina facere
 „ decreveram &c. „ Postrema hæc verba opinionem
 eam evertunt , qua nonnulli asseruere , Scriptorem alium
 à *Fulgoso* fuisse delectum , ut liber iste , Italicâ lin-
 guâ conscriptus , in Latinam transferretur , atque etiam
 castigationem subiret , adeoque Joh. Jacobo Ghilino
 esse commissum ; Nihil enim de hac re innuit Ful-
 gosus , quin imò sermonem suum prosequens ait , se , cum
 ipse concepta frustratus esset , ob aliò delatum Ray-
 mundum (fortasse tunc primariam , in patria Sonci-
 no , Archipresbyteri dignitatem obtinuerat , quem-
 admodum tradit (e) Arifius) , statim ad *Petrum* filium
 oculos convertisse , tradito eidem volumine , meliori
 quo potuerat ordine concinnato , ut proficua nobili-
 um exemplorum lectione mores suos ad virtutem
 formaret , atque ad dignam rerum præclare gesta-
 rum à majoribus suis æmulationem succenderetur .
 Latinè illud postmodum reddidit , ediditque Medio-
 lanensibus typis anno MDIX. *Camillus Ghilinus* , Ci-
 vis nobilissimus noster , qui utpote vix emergens è
 pubertate , cum arduam hanc provinciam aggredere-
 tur , insimulatus plagii fuit , acsi acti à Patre labo-
 ris gloriam sibi adscripsisset . Verùm , ut optimè ani-
 madvertit Bailetus (f) , mendacem hunc rumorem
 obtundit sincera rei prout accidit narratio , quam
 idem *Camillus* inseruit Epistolæ nuncupatoriæ ad *Ja-*
fredum Carolum Regium Præsidentem , his verbis : „ Im-
 „ pulit parens meus *Johannes Jacobus* , ut onus su-
 „ sciperem , qui Baptistam viventem singulari obser-
 „ vantia profecutus , oblato ut inspiceret à propin-
 „ quis ejus volumine , cum intellexisset , ei magnopere
 „ curæ fuisse , ut latinum hoc opus fieret , arbitra-
 „ tus est , neque se erga magnum amicum officio fa-
 „ tisfacturum , & irrequietos Baptistæ manes futu-
 „ ros , nisi ipse quoquo modo posset , posteaquam
 „ melior alius rem non aggrediebatur , ut latinum
 „ fieret , pro virili sua enteretur . Coëgit igitur , ut
 „ inter themata , quæ ad alendam dicendi faculta-
 „ tem , pueris proponuntur , ego quotidie hujus ope-
 „ ris particulam in latinum verterem &c.

Memini , à me relatam fuisse ad annum MCCCC-
 LXXXIV. , cum de *Platino Plato* agerem , alterum
 Opus Baptistæ Fulgosi , *Rhythmos* nempe elegantis-
 simos , quos cum *Proæmio* emendandos è Gallia mi-
 serat ad eundem . Illud recensere iterum hoc loco
 opportunum censeo , ut addi possit Elencho librorum ,
 quos in exilio positus Princeps iste conscripsit , vario
 studiorum genere acerbitatem fortunæ temperaturus .
 Augustinus Oldoinus in *Athenæo Ligustico* , non tam
 memoratam *Rhythmorum* scriptionem ignoravit , sed
 librum etiam præfati anno Mediolani impressum ,
 atque inscriptum *Anteros* , prorsus omisit . Obiisse
 Baptistam Fulgosum , ante annum MDIX. , ex pro-
 ximè adductis *Camilli Ghilini* verbis manifestè di-
 gnoscimus .

P E T R U S L E O .

Non incelebre nomen adeptus est Mediolani *Petrus Leo* ,
 cujus Opera hoc anno apud nos impressa
 prodire , inscripto hoc titulo , *Leonea* . Complecti-
 tur volumen istud Orationes ejusdem , Epistolas , &
 latina Epigrammata , quibus etiam nonnulla Italica
 permiscuntur . Principem locum tenet Oratio ad *Se-*
renissimum Carolum (VIII) *Gallorum Regem* pro
 amico Pacis fœdere cum Ecclesia statuendo , sed cu-
 jus nomine illam habuerit , ignoratur . Turbatæ bel-
 lis res Italiæ , quæque acta sunt inter *Carolum* , &
Alexandrum VI. Summum Pontificem anno MCCCC-
 XCV. legi possunt apud *Raynaldum* , aliosque illius
 k k k Ævi

(f) Jugem. de Scavant. Tom. V.

Ævi Scriptores . Sublequuntur in memorato Codice *Nuptiales Orationes*, quibus illustrari admodum valent quamplures antiquæ Nobiles Mediolanenſes Familiæ, cum in iis Cognationes, Affinitates, & præclara majorum exempla referantur: nomina tantum indicabo, eaque ſunt, *Jacobina*, *magnifici Ambroſini Longuignana filia* cum *Ludovico Cabiato*; *Bona Caſtromovata* cum *Niſchæle Marliano*; *Lucretia Vicecomitis* cum *Magnifico Alexandro Bripio*; *Veronica Belinzona* cum *Nobiliffimo Corradino Marliano*. Adnexum eſt huic libro aliud Petri Leonis Epitalamion, in Nuptiis *Illuſtriſſimi Caroli* (III.) Principis, *Sibaudia Ducis*, & *Beatricis Portugalenſis*, quod proveſta jam ætate gravis recitavit, coram Sereniſſimis Sponſis, ac typis excuſum in Urbe noſtra, vulgatum fuit anno MDXXI. Nec omitti debet, in ejuſdem calce impreſſam legi Elegiam cum latina præfatiuncula, quam in conſpectu Principum Conjugum pronunciavit, eaſdem nuptias celebratura, *Veronica Lucia de Leonibus*, quatuor annos nata: In hujus Infantulæ laudem carmen edidit *Bartholomæus Philippinæus Varallenſis*, quod hæc referre non piget:

*Prisca fuit Templum gens admirata Dianæ,
Et nimum Cyri celſa theatra Ducis.
Atque Pharon turrim, totiens & Apollinis aram,
Et Laberynthæas, concava teſta, vias.
Sed miranda magis veniunt ſpectacula noſtro
Tempore, quæ nulla ſunt reticenda die.
Vix bene materno depulſa à lacte Puella,
Ante Duces, partes jam Ciceronis agit.
Eſt divina magis, quàm res humana ferenda:
Prodigium Lector non erit ergo tibi.*

Ut verò ad Petrum ipſum Leonem ſermo convertatur, fuit is natione Vercellenſis, ſed in *Caballina* natus; id enim teſtatur idem Leo in proximè relato Epitalamio. Siquidem aggreſſus enumerare Chorographica deſcriptione Loca omnia, & Provincias, quæ tunc Sabaudia Principum imperio parebant, dum Vercellenſem Urbem, ejuſque Agrum deſcribit, hæc ſubdit: „Ingratiſſimus nunc ſim, „prorſuſque inhumanus, niſi & te *Caballiatæ*, cui „*Caballinus*, ut opinor, *Collis*, meorum prædio „rum quota nunc pars, & tibi vicinus, nomen de- „dit, ſuccedens, pro virili parte commendavero, „de teque meminero: Tu enim me genuiſti, in lu- „cem eduxiſti, lac propinaſti, melleoque ſinu tuo „ad Adoleſcentiæ limina foviſti, eaque Literarum „rudimenta cum moribus puero dediſti, ut quoquo „fortuna, vel ſubitus caſus aliquis, ſeu propria „me voluntas adegiſſet, tibi non per omnia inglo- „rius viderer futurus. Quantum autem ab te de- „cedens, literis ſubinde proſecerim, quid inde mihi „nominis compararim, eorum, qui me ſunt experti, „ſit judicium. „Proſequitur ſubinde ibidem referre Viros alios doctrinâ præſtantes, ſuæ præſertim fami- „liæ, quorum is Locus ferax fuit, inquiens: „Sed „neque ſoli te mihi alumnam extitiſſe gloriari licet, „quum, ut veteres multos, quos progenuiſti, Viros „ſilentio involvam, utpote *Johannem Paſqualem* „mihi ſanguine conjunctum, *Johannemque Solinum*, „ambos Jurifconſultos, ſua ætate conſultiſſimos, hic „Taurini ferè ſemper agentes; duos & eodem mihi „cognomines procrearis, alueriſque, unum quidem „Theologum ſummum, & divini Verbi ſatorem „optimum, Fratrem *Auguſtinum* cognomento *Leo- „nem*; alterum item, cui & nomen *Leoni* eſt *Pe- „tro*, Cæſarei juris & Pontificii ſic me hercle peri- „tum, ut de ipſo, quod de Bartolo juris civilis lu- „mine, quidam ſapiens dixit, quod ſcilicet *Petrus* „in *Legalibus* ignorat *Leo* diſciplinis, id ſcito nemo,

„jure dici queat. Ambo verò Vercellis nunc agunt, „ille in Divi Pauli Cœnobio, ſub Ordinis Prædica- „torum titulo, diligentiffimus ſuæ Religionis in „omnibus aſſecla, ad unguemque obſervator; Hic „Reverendiſſimi ibidem Epifcopi, (id quod non „exiguam doctrinæ hominis & morum eſt indicium) „vices gerit, juraque petentibus mira æquitate ſub- „miniſtrat. „Nomen quoque Parentum ſuorum, „& primævam ſtirpis ſuæ originem alteri ex Epigram- „matis ſuis inſeruit, hiſce Carminibus:

*Caſtro, quippe, novo Natale habuere priores,
Hinc mihi cara dedit Cabaliaca ſolum.
Olim Iacobus erant nobis, Agneſque parentes,
Nunc Agnes ſervat mater honeſta tborum.*

Seniem quoque ſtudiorum ſuorum ipſemet refert in Epitola ad *Magnificum Virum Franciſcum Agaciam Vercellenſem*, artis Medicinæ præſtantiſſimum, & *Philofophum optimum*, hiſ verbis: „Apud Mi- „chælem fratrem tuum, olim Virum graviffimum, „ſub præceptore ſanè docto *Nicolao Cremonenſi* (dum „vita manebat) Literis & moribus operam dedi, „& imbibere, quibus ad aliquem honoris gradum, „amicorum operâ poſſem evadere. Quod revera „domui tuæ non parum debebo, à quo principium „habui, ſine quo finis eſſe non poteſt. Deinde Me- „diolanum, Urbem inclytiſſimam, me contuli, ubi „Humanitatis ſtudia ſemper floruerunt; necnon do- „ctiſſimorum utriuſque linguæ virorum maxima eſt „copia; ex quibus quantum proſecerim, res ipſa „ſatis indicat: Nam Mediolani pluribus annis & pu- „blicè, & privatim docui. „Data eſt hæc Epitola anno MCCCCXCV., quo jam obierat *Nicolaus Cremonenſis*; in altera verò ſcripta ad *Nicolaum* ipſum præceptorem ſuum, quem appellat *Nicolinum Advocatum*, tempus enunciat, quo ſtudiis Mediolani vacabat, nempe cum *populoſa Inſubrium Urbs con- „tigit laboraret*, id eſt anno MCCCCXXXV. hæc narrans: „Nunc, quum *Franciſcum Puteolanum* „diſertiſſimum, necnon *Gorgiam Merulam* Alexan- „drinum, utriuſque linguæ doctiſſimum audiam, „ut fructum, quem ex tam claris viris exceperim, ali- „qua ex parte cognoſceres, nonnulla ad te ſcribere „conſtitui, ſed quid ſcribam, non certè ſcio.

Subiit poſtmodum animum Petri Leonis cupido melioris fortunæ, adeoque memoratum *Franciſcum Agaciam*, cujus ſumma erat apud Illuſtriſſimam Sabaudia Principem auctoritas, enixè rogavit, ut erudiendo bonis moribus, & liberalibus diſciplinis Infantanti Duci Præceptor assignaretur. Quin etiam, ut ſecuriſ voti ſui compos fieret, ad matrem ipſam, *Blancam Sabaudia Ducem*, Italicum hunc Rhythmum, veluti ſpecimen ingenii ſui dedit:

*Del maggior Fium, che Italia bagna, e fende,
Preſſo alle labra de' ſuoi chiara fonti,
Sede un famoſo Pian, cinto da Monti,
Che di Ville, e Città copioſo ſplende.
Quivi una Donna al Reggimento attende,
De Monferrato nata, e de' Veſchonti,
De qual ſi e geſti ſon notandi, e pronti,
Che la ſua gloria, terra, e ciel tranſcende.
Picol' Opera mia, quando al conſpecto
De tanta Majeſtà giunta ſerai,
Moſtra pria del mio cor l'ardente affetto;
Poi di, che 'l caldo de ſuoi ſancti rai
M'han meſſo di lei coſe in el conceſto,
Che torran ſpene a Morte, haverla mai.*

In-

Incaffum tamen preces abiere; immaturum enim fa-
nus Serenissimi illius Infantis, fractis subsecente an-
no cervicibus, ob fortuitum corporis lapsum, extin-
cti, spem quoque Petri Leonis irritam fecit.

Anceps diu fuit, num sese Matrimonii vinculis
illigaret; sed aut consiliis obsequens doctorum ho-
minum, ut ipse scribit in Epistola ad *Johannem Ja-
cobum Velatum*, aut pudorem non ferens acceptæ
repulsæ à divite Anu, cujus opibus inhiabat, quem-
admodum eidem sæpius exprobravit *Lancinus Cur-
tius* (g), sacerdotio se addixit. Fuit hic Curtius
Leoni adeò infensus, ut post varios in eundem edi-
tos satyricos versus, in postremo Epigrammate, al-
legoricè imprecatus eidem fuerit (h), (pro improbo
illorum temporum more) Crucem latronum. Neque
hunc solum Petrus Leo nactus est adversarium; etiam
cum *Alexandro Minutiano* graves miscuit tur-
bas; innuit eas idem Curtius (i), atque irridens
Leonem, inter alia, hæc scribit:

*Ut vidi, mordax visus nimis Apulus, atque
Dixi, Asini in tergo est Apula musca trucis.*

Minutianus namque ex Apulia ortum duxerat; sed
non segnis fuit Leo ad rependendam injuriam, inte-
grum condens Epigramma in Apulam muscam, con-
tumeliis scatens, atque his carminibus clausum:

*Apula musca dapes, vinum, convivium tactu,
Atque thoros fœdans, Apula musca volet.
Non impunè tamen, prope sunt, prope frigora brumæ,
Horrida frigoribus mortua musca cadet.*

Diuturnior fuit contentio, quam habuit cum *Julia-
no* quodam *Montano* Ludimagistro: Commiseratione
digna sunt, quæ leguntur, exarata à Petro Leone
contra illum, à quo ipse, pari canina rabie laceraba-
tur; nulli enim parcit maledicto, & venusta cete-
roquin Poësis italica simul, ac latina, servire fœdissi-
mè cogitur iræ impotenti. Alterum literarium Leo-
nis hostem offendi in Epistolis *Jacobi Antiquarii*,
Michaëlem nempe *Fernum*, Civem Mediolanensem.
eloquentiâ præstantem; hunc tamen *Antiquarius* mo-
net, ut à jurgiis temperet, nec in immerentem in-

(g) Lib. VIII. Epigram. fol. 128., & lib. IX. fol. 130.
(h) Lib. X. fol. 157.

A | vehatur, hæc scribens: „Nollem abs te in *Petrum*
„dentes converti, dum rugientem, rudentem, mu-
„gientem nuncupas; non enim est Bos, neque Asi-
„nus, sed ex *Leonum* non pudenda familia Ver-
„celis ortus, & diutius gratiam Acticam Mediolani
„docuit, quæ ei prima fuit via ad nobilissimum Re-
„gem, à quo præmium tulit. Hominem innoxium
„in judicio persecutus, ad extremum cum victus sis,
„convicio laceffis. Mi Ferne, nemo Bonus istos
„mores unquam amavit... Quænam fuerit contro-
„versia, in qua Fernus succubuit, divinare non va-
„leo; Præmium certè, quo donatus est Petrus Leo
„à Galliarum Rege Ludovico XII., facile licet indi-
„care, decorum scilicet ac pingue Sacerdotium in il-
„lustri Collegio Templi Scalensis; sed præstat ipsum
„audire, in Epitalamio Taurinensium Ducum, quod
„memoravimus, ita loquentem ad Principem Spon-
„sum: „Mediolanum remigrandum est jam jam mihi,
„qua in Civitate domicilium, & jubentibus sic Su-
„peris, & Ludovici Francorum quondam Regis in-
„victissimi munere, non indecorum est mihi; ille
„enim, quum opusculo quodam laudassem meo,
„quemadmodum erat liberalissimus, ut grati ejus
„in me animi indicium aliquod ostenderet, me di-
„gnum duxit, quem, inter Canonicos illic Scalen-
„ses, summæ nobilitatis, dignitatis, & probitatis
„Viros, unum constitueret. „Ad extremam usque
„senectam pervenit; scribens namque ad *Magnificum*
„*Jacobum*, *Masini* Comitem, qui eum invitaverat,
„sese à suscipiendo itinere excusat, hæc subdens:
„Equidem, nisi senectus mihi obsisteret (sum enim
„octogenarius), corpusque præterea invalidum,
„ipse ad te pergerem, ut jubes.

C | Extant in calce impressi hujus voluminis egre-
giæ Auctoris laudes, carminibus expressæ à Presby-
tero *Stephano Isacho*, *Hieronymo Decio* Mediolanen-
se, *Johanne Nicolao de Iniciatis* Alexandrino, præ-
fixa iisdem Epistola *Balthassaris Novellini de Salu-
zolia* Vercellensis, quem Petrus Leo, describens in
Epitalamio Oppidum illud, ait, *Grammaticen*, ar-
temque *Oratoriam Mediolani* jam multos annos, non
sine honestissimo nomine, & fama docuisse.

(i) Lib. VII. fol. 111.

ANNO MCCCCXCVII.

CUm plura in superioribus paginis jam enunciauerim Oratoriae, ac Poëticae facultatis volumina, quae à præclaris in Urbe nostra degentibus Viris hoc anno in lucem producta, Mediolanensem Typographiam exornare, vacuum ferme literariae segete relictum mihi campum intueor, è quo vix aliquas valeo spicas decerpere; non sine fructu tamen eruditionis erit, ut arbitror, illas colligere. *Franchinus Gafurus*, cujus in Musicis rebus peritiam, amoremque erga literas superius laudavimus, præfenti anno, in hac Metropoli prælo subdidit Opera quædam Laudensis Conterranei sui *Maphei Vegii*, eloquentissimi Viri. Insignis hujus Poëtae, atque Oratoris vitam, à Conrado Janningo Societatis Jesu contextam, editamque inter Acta Sanctorum Bollandi, recensam dedi sub anno MCCCCXCI., ibique retuli eruditam ab ipso Janningo excitatam dubitationem, an verè hic *Vegius*, sub Martino V. Summo Pontifice, *Dataris*, ut vocant, præclarum munus exercuisset. Pervulgata est in historiis, Seculo subsequente impressis, hæc fama, eamque, citra sedulum examen, amplexi sunt celebres Scriptores, *Raphaël Volaterranus*, *Wadingus*, aliique; Quin imò, in libello Romæ vulgato anno MDLXXX. *De translatione Corporis S. Monicæ Osiæ Romam*, post Sermone ad Fratres Augustinianos, ex verbis *Martini Papæ V.*, subditur, à *Mapheo Vegio*, *Martini Papæ V. Dataris*, elaboratum fuisse marmoreum Sepulcrum, ad excipiendas S. Monicæ Reliquias, tunc, cum illæ Romam transferrentur, idest anno MCC CCXXX., idque fortasse persuasit Auctori libelli fides, habita memorato *Volaterrano*, qui de *Mapheo Vegio* loquens, hæc ait: „ Scriptit encomium in „ *Monicam Augustini matrem*, quam magnopere „ colebat, suaque impensâ ex *Ostiensis Oppido in Urbem transferendam curavit*, in Sacellum, quod „ nunc cernitur, ab eo constructum. „ *Janningus* validis argumentis evertere conatus est traditum hunc per manus errorem, ostendens, tum ab ætate XXVI. annorum, quam *Vegius* agebat, cum *Martino V.* vitam explevit, quæque minimè idonea existimanda erat, (ut par est credere) à *Sapientissimo* illo Pontifice, ad Officium, gravissimis amplissimisque Viris conferri solitum, eidem committendum; tum à silentio ipsiusmet *Vegii*, qui accepta ab *Eugenio IV.*, & *Nicolao V.* beneficia commemorans summa cum grati animi significatione, nullum de *Martino V.* erga ipsum largitate verbum facit; tum denique à *Scriptoribus Vitæ Maphei*, qui eundem Romam profectum, ab *Eugenio IV.* in *Scribarum Magistrum* adscitum, dein *Dataris* dignitate exornatum testantur, manifestè colligi, inane prorsus esse præmaturum hoc *Vegio* collatum decus, cujus splendorem procul dubio admodum obnubilasset subsequens inter *Scribas* cooptatio. Ut *Janningi* sententiam roborarem, mihi licuit proferre ineditam hætenus Epistolam *Vegii*, datam è *Ticineusi Urbe*, anno MCCCCXXXI. ad *Bartholomæum Vicecomitem* *Novariensem* Episcopum, è qua eruitur, mortuo etiam *Martino V.*, nondum conceptum ab ipso fuisse votum Romam adeundi, cum adhuc *Papæ Jurisprudentiæ* studiis vacaret. Alteram postmodum nactus sum, præfixam libro de *Significatione Verborum*, quam *Mapheus Vegius* pertinaci diligentia inchoavit, absolvitque in eadem *Ticini Urbe*, biennio post mortem *Martini Summi Pontificis*. Copiam ejusdem, latentis inter manuscriptos codices *Bibliothecæ Teatinorum S. Antonii Mediolani*, mihi humanissime fecit *P. D. Cajetanus de la Cruce*, multis nominibus à me colendus; nec inopportunum censui, illam hoc

A loco describere, cum ad radicem falsæ hujus opinionis, quæ apud doctos etiam Viros invaluit, falcem mittere videatur.

Dicare Opus suum statuerat *Vegius Mediolanensi Archiepiscopo*, *Bartholomæo Capræ*, qui in *Basilejensi Concilio*, ubi etiam extremum diem obiit, *Legationis pro Philippo Maria Vicecomite*, Duce *Mediolani*, munere fungebatur, adedque ad illum hæc Literas dedit.

„ *Mapheus Vegius Bartholomæo de la Capra*
„ *Præfuli Mediolanensium Sal.*

„ Si fortè admittaris, *Præful sanctissime*, quòd „ ego, qui in studiis Poëtarum versatus sum, nunc „ ad Legum traditionem me convertam: cujus utrius-

B „ que studii non magis quàm lucis, & tenebrarum „ cognatio est, defines certè admirari: si intellex-

„ ris conditionem temporum meorum: si animadver-

„ teris utilitatem negotii, quod in præsentiarum ad-

„ gredior. Etenim fatebor, fuisse mihi semper præ-

„ cipuum in lectitandis Poëtis studium, amoremque

„ vehementissimum; sed jussu parentum meorum,

„ quibus refragari neque fas, neque pium erat, avo-

„ catus fui à suavissimis primæ ætatis meæ institutis,

„ ad novam Jureconsultorum facultatem, & sapien-

„ tiam. Cui quum operam dederim, licet contra-

„ propositi mei rationem: operæ pretium tamen

„ duxi perscribere, si quid ingenuum & elegans ex

„ ipsa, ut ita dicam, Legum venatione nactus sim.

C „ Porro facilis ab aspectu Euridices contineri Or-

„ pheus, quàm ego multoties à carminis officio

„ potuissem: sed tam vehemens & scita Jureconsul-

„ torum & dicendi, & docendi ratio, tam integrum

„ & penè divinum est judicium; ut in hoc suo scri-

„ bendi genere neminem eorum existimem, qui elo-

„ quentia gloriâ adepti sunt parem ipsis, ne dicam

„ superiorem fuisse. Ita factum est, ut qui antea

„ auditu etiam Leges abhorrerem, cœperim miro

„ admodum amore inflammari, degustatâ sapientis-

„ simorum Legislatorum eruditione & elegantia.

„ Inter poëtandum igitur transferebam me sæpè nu-

„ mero ad lectionem *Digestorum*, quod & nunc fa-

„ cio curiosissimè: non quo tamen verbosis *Tracta-*

„ tibus & *Commentariis* animum intenderim, qui-

„ bus totum passim Jus civile obcuratum, confutum-

„ que est: sed quia pellectus summa vi dicendi,

„ summo verborum ornatu & splendore, sententia-

„ rumque majestatem, plurimarum etiam, maxima-

„ rumque rerum traditione, persuasi mihi nihil ter-

„ tius, nihil præclarus, & sempiterna laude dignius

„ inveniri posse. Verùm enim verò, ut propius rem

„ attingam, cujus gratiâ huc adcessi: fuit mihi, in-

„ ter cetera, perbelle omnia à Jureconsultis scripta,

„ summo studio & voluptate penè incredibili lecti-

„ tare, & admirari significationes verborum, quæ

„ tanta cum ratione, & ubertate sparsim in *Digestis*

„ expositæ legi possunt, ut nescio quis *Nonius*, quis

„ *Festus*, aut *Varro* vel eruditior, vel elegantior

„ evasisse videatur. Planè rem utilissimam, & ad-

„ modum necessariam omnibus futuram esse credidi

„ conligere in unum singula, & conficere libellum.

E „ excerptum de *Verborum significatione*; in quo li-

„ cèt plus laboris, quàm gloriæ comparaturus es-

„ sem, quia nihil meum, præter elaborationem, &

„ diligentiam; non indignum tamen putavi, si tan-

„ tisper relegatis *Musis*, aliorum etiam utilitati prof-

„ picerem. Sanè non possum non dolere, & vehe-

„ menter non excitari, pulcherrimam illam, & ad-

„ mirabilem tot librorum suppellestem, quot à san-

„ ctissimis Legum conditoribus scripti erant, depe-

„ riisse manu *Tribuniani* Viri excelsi, & Exquæito-

„ ris

ris Sacri Palatii, ut non aliis, ac suis utar verbis. Credidisti *Tribuniane*? ut ex omnibus conlegis tuis unum te adpellem: credidisti ne & tibi, & posteritati consulere? dum obruisti tot illustrium. Scriptorum congestos labores, tot opera cælitus demissa, tantam denique, quam, quanti nunc emeremus, elegantiam? Existimabas, ut opinor, plurimum conducere utilitati studentium, si quod antea multitudine tractatum tardiùs efficerent, conangustatis postea libris citiùs adsequi possent; sed non animadvertebas, quòd dum lucem tenebris adtulisse putas, luci tenebras induxisti. Persuadebas enim tibi, hoc facto tuo reddere Jus totum planum, dilucidum, & ab omni contrarietate absolutum prorsus; exigere insuper, & in omnem ætatem delere vilissimos commentariorum anfractus, & ambages; sed longè secus, ac persuadebas tibi, cessit. Quis namque nesciat infinitas, & nonnunquam ineptas, vanasque interpretationes, adversasque sententias? quibus nulla ferè lex exempta est. Quis præterea non intelligat? quot Causidicorum capita, tot penè volumina, & commentarios, quibus vehendis non subficeret quicquid jumentorum est. At verò te, Bartholomæe sapientissime, elegisse volui, cujus nomini hoc quodcumque libelli est, inscriberem, cujus pariter iudicio factum ipsum Tribuniani relinquerem; scio enim, te plurimum callere priscos vel Poetas, vel Oratores, amatoremque esse maximum veteris elegantiae, in qua ne ceteras virtutes tuas commemorem, profecisti adèd, ut jam in proverbio sit, te non modò literarum decus & ornamentum, sed & literarum hominum fautorem, adiutoremque esse. Sunt quidem innumerabiles & præclaræ benefactorum tuorum laudes, sed literarum gratia tantum splendoris adjecit rebus à te, vel maximis, bene, prudenterque actis, ut non facile sit iudicare, literarum ne, an rerum gestarum laude sis superior. Posses autem recensere, quantum pro tua Pontificia potestate apud Insuabres clarueris; quantumque in urbe Genua, dum præsidatum gereres, excellueris, cujus res aliquando desolatas, penèque exsangues, & destitutas adjuvisti insigniter; non adjuvisti, sed auxisti, sed conservasti. Posses dehinc maximas, apud Pontifices, atque Cæsares, tuas res gestas memoriæ commendare; quasque præcipuè istic nunc in Basileensi Concilio geris sapienter, & consultissimè; ut, etsi hæcenus magna gesseris; certum sit tamen, & ad majora te natum esse, quem singulare religionis præsidium, & Fidei nostræ pugilem invictissimum prædicant omnes. Sed quoniam non huc veni, quo te laudibus efferre vellem, patieris potiùs æquanimitè, uti soles, si singulas laudes tuas præteriero, quas vel ab alio quovis egregio Scriptore, vel à me etiam aliquando carminibus referendas. nunc missas facio. Pergam igitur ad id, quod institui, ad Tribunianum scilicet, cujus operâ tantum damni, tantum infelicitatis adcepimus, quantum nescio ne unquam linguæ Latinæ contigerit. Quod si renascendum foret divis Jureconsultis, quo dolore adfici putares *Servium Sulpitium* Jureconsultum, non minus eloquentissimum, quàm doctissimum, qui & in causis orandis primum locum, aut procerto post Marcum Tullium obtinuit: *Antistium Labeonem*, qui præter Leges, & ceteris operibus sapientiæ operam dederat; quorum alter prope centum & octoginta libros; alter quadraginta volumina reliquit: *Symphronium* insuper, maximæ scientiæ hominem, quem *Populus Romanus* adpellavit: *C. Scipionem Nasiciam*, qui optimus à Senatu adpellatus est: *Tiberium Coruncanium*, qui primus Leges publicè profiteri cœpit: *Sextum Aelium*, quem etiam Ennius laudavit. Quo dehinc mœrore, qua tristitia perturbari crederes *Marcum Catonem*, principem Porciæ familiæ, cujus & libri extabant; sed & plu-

Tom. I.

A rimos ejus filios, ex quibus ceteri oriuntur: *Publium* item *Mutium*, Pontificem maximum: *Brutum*, & *Manilium*, qui Jus civile fundaverunt: *Lucium Crassum*, fratrem *Publii Murii*, qui *Mutianus* dictus est, quem & Cicero ait Jureconsultorum disertissimum. *Quintum* quoque *Mutium*, *Publii* filium, & Pontificem utique Maximum, sed & quamplures ejus auditores, ex quibus maximæ auctoritatis *Aquilius Gallus*. Post hos etiam *Alphenus Varrum*: *Aulum Offilius*: *Aufidius Nasus*: *Attejus Capitonem*, & reliquos, ne quorumcumque vel nomina, vel libros enumerem, quos certè numero multos ediderunt. Quibus præterea verbis putas adcularent *Tribunianum*, *Theophilum*. *Leontium*, *Dorotheum*, ceterosque ejusce gregis homines. Nimirum dolerent, lacrymarentque sacratissimi Legum latores, pro *Sabinis*, *Celsis*, *Ulpianis*; subfectos videre *Rofredos*, *Matarelos*, *Rainerios*, quos nec intelligerent; & quamquam ita scitè omnia Jureconsulti literis consecrassent, ut singula auro redimenda essent; ante omnia tamen ego quanti redimerem significationes illas verborum? quot deperditas esse & doleo, & æternum dolebo! Cognosceremus facillè innumerabilium verborum rationem, quorum nulla apud Leges nunc mentio habetur, ut exempli gratiâ referamus *Vestibulum*, cujus significatio nullibi est in *Digestis*; ejus autem mentionem facit *A. Gellius* in libro *Noctium* suarum, quod expositum esse refert à *Cæcilio Gallo* in libro II., quem de Significatione Verborum, ad Jus civile pertinentium, scriptum reliquit, ut sit *vestibulum*, non in ipsiæ ædibus, neque pars ædium, sed locus ante januam domûs vacuus, sive area, quæ à via domum dividit; ipsa enim janua procul à via fiebat areâ insertâ, quæ vacaret. Mille itaque hujuscemodi à Jureconsultis eleganter diffinita, nobis nunc plana & aperta essent, quæ Tribuniaco postea facto intercepta, demersaque penitus interierunt. Sed feramus oportet æquo animo, quandoquidem malefacta ipsa redintegrare facultas non est. Quamquam non possum sinè dolore magno dicere, eò deventum esse, ut plus fidei adhibeatur *Cino*, vel *Birtolo*, quàm *Scævola*, aut *Papiniano*, aut cuivis Jureconsultorum. Quod non aliunde evenisse arbitror, quàm *Tribuniani* causâ, à quo absumptis Jureconsultorum libris, necesse fuit oriri tot indifficiles, quot in Jure sunt contrarietates; ac proinde posteros interpretes, *Bartolum*, & alios tanquam *Apollinis* oracula observamus. Quî enim fieri potuit, ut defectis, detruncatisque à *Tribuniano* Legibus, permutatis item, & nonnunquam additis, emendatisque, ut ipse profiteretur, non opus esset summa quadam, & diligenti earum interpretatione, quibus è prato veluti in silvam relictis, emerit tanta vis contrariorum, & difficultas, quæ nemo certè nisi *Ædippus* solvat; unde nec ab re se expurgare possint commentariorum auctores, si quas *Tribunianus* Leges confuderat, ipsi, quoad potuerint, exponere, & dilucidare conati sunt. Verùm omittamus hæc eorum inexplicitas adhuc lites, & controversias, quarum gratiâ nulla nos præsentis instituti ratio duxit. Ceterùm tandem descendamus, ad quas polliciti sumus, Significationes Verborum, quas ex tribus *Digestorum* voluminibus excerptas nomini tuo dedicavimus, in quibus si quid magnum, & memorabile obfenderis, quod certò obtendes, id totum summæ divorum Jureconsultorum laudi concedes, sin contra aliquid, quod tuum lædat iudicium præstantissimum, id mihi adtribuito. Vale.

Ex *Papia Idibus Martiis MCCCCXXXIII.*

In hac Epistola, præter elegantiam, & eruditionem amplissimam, illud, pro re nostra, annotandum occurrit, degisse *Vegium* constanti mora, in *Ticinensi* Urbe, usque ad tertium supra trigesimum Seculi XV. annum, quo *Eugenius IV.* Apostolicæ

111 Sedi

Sedi jam à biennio præerat : commemorari ibidem Parentum mandatum , cui , ut obsequeretur , passus fuerat abstrahi se , licet invitum , è gremio Musarum , atque in Jurisprudentiæ disciplinam se tradi , in qua demum novas , & solidiores delicias invenerat : nihil insuper innui de mutato unquam Cœlo , aut interrupto Legum studio , cui , morem gerens parentibus , animum addixerat . Porro , si in Romana Curia conspicuam *Datarii* provinciam administrasset , mirum foret , nullum hoc loco excidisse ab illius calamo verbum , quo causa indicaretur , cur Pontificum aulâ dimissâ , iterum Ticinense gymnasium adiisset , seque totum Jurisprudentiæ dicasset . Itaque hæc omnia , ad recti judicii lancem vocata , manifestum reddunt , nonnisi post annum huic Epistolæ subscriptum , initum fuisse à Vegio consilium , ut Romam contenderet , atque ideo gesti sub Martino illustris illius muneris famam , quæ pluribus imposuit , esse posterum abolendam .

DOMINICUS CAVALCHA.

Dominici Cavalchæ Pisani , ex Ordine Prædicatorum , probitate ac doctrina clarissimi , egregius liber , inscriptus *Specchio di Croce* , præsentis anni impressus apud nos fuit , seu potius recusatus , cum octo annis antea , primam in hac ipsa Urbe lucem vidisset . Utramque hanc editionem ignoravere Scriptores Bibliothecæ Prædicatorum , alique Nomenclatores Codicum antiquæ impressionis ; Nec modica est laus hæc nostra : nam præter eximia Christianæ pietatis documenta , quibus affluit ea lucubratio , Florentinæ quoque Academiæ exemplaris loco exitit , ut purioris Italicæ linguæ voces *Furfuris* Lexico inferret . De rebus ab insigni hoc viro gestis altum , adè in antiquis libris silentium occurrit , ut qui literaria ejusdem opera retulere , in ipso nomine Auctoris erraverint ; quin imò , ex uno plures effecerint , quemadmodum animadvertunt *Quetif* , & *Eccard* (a) . Tempus etiam , quo floruit , non ita certò statui posse videtur . Eques *Leonardus Salviatus* in Admonitionibus de lingua Italica , mentionem injicit *Dominici Cavalchæ* ex Ordine Prædicatorum , eum recensens inter nitidioris linguæ magistros (b) ; ubi verò manuscriptorum melioris notæ elenchum exhibet , librum , cui titulus *Specchio di Croce* , in classe eorum , quos circa annum MCCCXXXV. exaratos censuit , referre non dubitat . Memorati *Quetif* , & *Eccard* ad finem sequentis Seculi , Auctoris hujus ætatem detrudunt , claruisse illum asserentes circa annum MCCCCXCIII. Sanè , multo etiam ante postremos hosce annos , præclari animi ingenique sui monumenta edita fuisse à *Dominico Cavalcha* , docet codex impressus Romæ anno MCCCCLXXII qui inscribitur *Pungilingua* , eo quod pio aculeo linguæ vitia perstringat . Si statui ætas posset *Gulielmus* cujusdam *Gallici* , qui *Summam de vitis* conscripsit , facile dignosceretur , quo verè Seculo florisset Cavalcha ; Siquidem in Prologo libri enunciati ipsemet profiteatur , à se in Latinum sermonem fuisse traducta , quæ religiosus ac Sapientissimus ille *Gulielmus Gallicus Ordinis Prædicatorum* italicè ediderat . Verùm , cum videam in laudata Prædicatorum Bibliotheca (c) plures referri *Gulielmos Gallicos* , Seculo tertiodécimo , & sequenti viventes , quin ulli eorum adscri-

A batur liber , à Cavalcha indicatus , calamum suspendere jubeor , donec certiora offerantur .

Alterum hujus Auctoris opus , sanctioris vitæ regulas profitentibus valde proficuum , inscriptumque *Disciplina de Spirituali* , anno MCCCCXC. in hac Metropoli *Leonardus Pachel* impressit ; non tamen prima editio hæc fuit , cum alia Florentiæ præcesserit anno MCCCCLXXXVII. quemadmodum testatus est Pater D. *Franciscus de Monte Sansavino* , Monachus Camaldulensis , qui aureum hunc libellum recudendum curavit in eadem Urbe , dicavitque Reverendis. Patri D. *Johanni Baptiste à Novaria* , sui Ordinis Eremitarum Generali Præfecto , anno MDLXIX. Placuit Auctori titulum memoratum præfigere Operi ab ipso conscripto , eo quòd quamplures sanctiorem vitam profitentur , devii tamen à solidæ pietatis tramite , multis se ambagibus involvunt , larvamque potius sanctimonix , quàm veram ejusdem imaginem gerunt . Quocirca in hisce paginis crassos errores , viris fœminisque ejusmodi classis familiares , detegit , castigatque , remedia subinde proponens , quibus abductus à fallaciis animus , recto cursu ad virtutis metam contendat . Reliquas religiosissimi hujus Scriptoris lucubrationes , cum eo Seculo Mediolani impressas non viderim , aliis enumerandas relinquo .

Liceat mihi huic laudato *Cavalchæ* libro alterum non imparis notæ subjungere , Mediolani hoc anno vulgatum ; is est , qui Epistolas S. Hieronymi ad *Eustochium* Virginem scriptas , atque Italicâ linguâ donatas complectitur , quique locum non ultimum tenet inter codices , à peritis viris adhibitos , ut vernaculus sermo noster à fœce vocum impolitarum emundaretur . In Proœmio Auctori Italicæ hujus versionis causam exponit , cur hunc laborem susceperit ; ait enim se ab honestis quibusdam fœminis & virginibus , latini idiomatis ignaris , adductum fuisse , ut in Italicam linguam transferret , quæ maximus ille Doctor *Eustochio* , nobilissimæ Romanæ Virgini , ad cœlicam in terris ducendam vitam præscriperat . Quandoquidem autem S. Hieronymus nonnulla innuerat Sacræ Scripturæ testimonia , quin eadem integra referret , profiteretur se huic quoque rei perficiendæ manum apposuisse , ut plenius , clariùsque latentia in sacris paginis divini Spiritus documenta , à sexu indocto perciperentur ; imò ad commodiorem sternendam viam proventui animarum , inquit à se immutatum fuisse ordinem rerum , librumque in capita distributum , quæ XIII. numerantur . Quis hujus versionis Auctori fuerit , aut quo tempore vixerit , arduum est indagare : Prælaudatus Eques *Salviatus* (d) , Elenchum texens veterum codicum purioris Italicæ linguæ , Epistolas S. Hieronymi ad *Eustochium* vulgari idiomate conscriptas , reponit in Classe anni MCCCL. earumque verba in exemplum adducit . An verò illa eadem versio sit , quæ hoc anno excusa apud nos fuit , decernere non audeo , cum indicatum à prædicto Equite antiquum Codicem minimè inspexerim . Plura alia celebrium Auctorum volumina , Mediolanensibus typis impressa , in publicum protulit annus iste ; sed , cum præter memoratas hæc , atque alibi , insignium doctrina virorum curas , in edendis adornandisque libris , reliqua Literariæ rei nostræ parum afferant lucis , ad librorum , qui in hac Urbe impressi tunc fuere , catalogum infra vulgandum , recensenda amandamus .

(a) Scriptores Ord. Prædicat. Tom. I. fol.
(b) Lib. II. pag. 116. edit. Venetæ anni 1584.

(c) Ibidem fol. 469.
(d) Vol. II. sub initium primi libri , & pag. 47. ac 48.

ANNO MCCCCXCVIII.

BARTHOLOMÆUS DE PISIS.

Multò ante hunc annum Literariæ Reipublicæ innotuerat *Bartholomæi de Pisis*, Ordinis Prædicatorum, in Theologicis pertractandis rebus doctrina, & præstantia: Siquidem, sub ipsa Typographiæ Parisiensis exordia, edita fuit in alma illa Urbe religiosi illius Auctoris *Summa de Casibus conscientiæ*, quæ *Magistrutia* etiam, & *Pisanelle* appellatur. Eandem avidè excepere ceterarum Urbium præla, sæpiusque illam, unà cum aliis ejusdem generis, tum veterum, tum recentium Scriptorum, luci redonavere; is enim erat Seculi XV. ac sequentis genius, hisce studiis plurimum delectari, curamque omnem impendere, ut quæ ad sacrum Pœnitentiæ tribunal spectabant, erutis è pulvere antiquis codicibus, novisque conditis, adamussim illustrarentur. Hinc frequentissimæ in librorum catalogis occurrunt *Summa casuum*, varia methodo concinnatæ, atque iis temporibus excusæ, diversis inscriptis nominibus, *Astensis* nempe, *Pisana*, *Pacificæ*, *Rosellæ*, *Angelicæ*, *Auræ armillæ*, &c. *Confessionalia* item, ac *Interrogatoria*, nonnullæ earum sunt nuncupatæ; tantaque exemplarium copia parata tunc fuit, ut etiamnum Bibliothecæ iisdem abundent, ad angulos tamen, ob gothici, ut ajunt, characteris barbariem rejectis. Quin imò quandoque effectum est, ut libri titulus, passim à legentibus usurpatus, aut Auctoris memoriam deleverit, aut cum alio confuderit; idque memorato Bartholomæo de Pisis contigit, cujus labor in aliquibus Venetis, Norimbergensibus, ac Coloniensibus Seculi XV. editionibus *Astensis* nomen prætulit, adscripta eidem *Summa de Casibus*, *Magistrutia*, seu *Pisanelle*. Restituere illum Auctori suo contendit Michaël Maittaire (a), hæc scribens: „Attribuitur „alibi Bartholomæo Pisano, cui potius, quàm illi „adjudicanda mihi videtur. Uterque potuit de eo „dem argumento scripsisse, & operi suo eundem „*Summa de Casibus* titulum dedisse. Ne autem tituli similitudo confusionem pareret, alterius Summæ nomen, discriminis gratiâ, additum est, & Bartholomæi Pisani Summa appellata est ab ipso, „*Pisanelle*, ut ab *Astensis* Summa distingueretur. Sanè, cum utriusque libros oculis meis perlustraverim, manifesto errore deceptos eos Typographos vidi; hæc enim duo à se invicem, velut Oriens Occidentisque, longo distant intervallo; siquidem *Bartholomæus Pisanus* Opus suum, unico, parvæque molis codice comprehensum, alphabeticè digessit; *Astensis* verò ad duo integra volumina suam *de Casibus Summam* continuata serie protendit. Ab ætate quoque, omnino dispare, qua uterque scribere incœpit, editi literarii proprii fœtus discrimen agnoscitur. *Astensis* namque floruit ineunte Seculo XIV. dicavitque elaboratam diuturno studio *Summam* suam *Johanni Gajetano*, Cardinali Diacono S. Theodori, anno MCCXXVII. Alter verò provecto jam illo Seculo claruit, absolvitque Theologicum suum libellum anno MCCXXXVIII. ut apud Scriptores Bibliothecæ Prædicatorum annotatum legitur (b).

Huic Operi illustrando manum adjecit insignis alter ex Ordine Minorum Theologus Fr. *Nicolaus Auximanus*, qui animadvertens, ociosum jam penè in scriniis jacere proficuum ejusmodi librum, eo quòd brevitatis, obscuritasque doctrinæ imperitioribus ingeniis difficultatem pareret, atque ideo negligenter, eundem ampliore clariorem reddidit, addita-

A mentis suis *Supplementi* nomen inscribens. In Urbe nostra Mediolanensi paratum fuit sacris Ministris hoc commodum; in calce namque ipsemet profitetur, expleta ista fuisse apud nostrum locum prope Mediolanum, *Sanctæ Mariæ de Angelis nuncupatum*, & vulgariter *Sancti Angeli*, anno MCCCCXLIX.

B Alterum præclarum virum ejusdem nominis, patriæ, atque ætatis protulit Seculum XV., isque est, de quo in præsentia differere aggredimur, *Bartholomæus* nempe *de Pisis*, Seraphici Ordinis Minorum alumnus. Præmittere tamen opus fuit primi mentionem, tum quia memorata *Casuum Conscientiæ Summa* non semel per ea tempora in hac Metropoli typos nostros exercuit, ut ex elencho patebit; tum quia unum ex utroque fecere, decepti à conformi nomine Scriptores nonnulli, inter quos *Wadingus*, & *Michaël Maittaire*, qui conscriptos ab hisce Auctoribus libros, indiscriminatim, sub uno *Bartholomæo de Pisis* recenset. Prodiit Mediolani hoc anno volumen, inscriptum: *Quadragesimale Magistri Bartholomæi de Pisis Ordinis Minorum, de Contemptu Mundi, Sensibili scilicet, Microcosmo, & Archetypo*. Quid autem postremis hisce verbis significare velit, Auctor ipse in Prologo pandit, inquires, ita constitutum à se fuisse ordinem Quadragesimalium concionum, ut primò, de *Mundo sensibili* contemnendo agens, ad perniciosas illius blanditias repudiandas, validiora omnia argumenta proferret; dein de *parvo Mundo*, videlicet homine virtutibus excolendo dicturus, ad easdem confectandas incitamenta suggereret; denique de *Mundo archetypo*, idest Deo appetendo, ultimis diebus loquens, in ejus amorem Auditorum animos inflammaret. Delituere in tenebris neglecti hi sermones integro Seculo, donec Magister *Johannes Mapellus* Mediolanensis, ejusdem Ordinis, typis nostris edendos curavit, & tanquam splendidum florentis inter suos pietatis, ac doctrinæ antiquum vestigium, obrulit *Reverendo Patri, Fratri Juliano Miglensi, sacre Theologiæ professori celeberrimo*, Epistolam ad illum dirigens, in qua de Auctore eorundem hæc scribit: „Bartholomæi Pisani, venerandi Theologi, qui anno centesimo, nunc peracto, claruit, „volumen *de Contemptu Mundi* Calchographis tradidi. Multa profectò Theologica monumenta reliquit: *Sanctorum laudes*; *Conscientiæ casus*; *Christi*, & *Francisci parallelum*, seu *vite congruentiam*; *In Magistrum sententiarum Commentarios*; *Mariæ*, opus *Mariæ Virginis laudes complectens*; „In libris *de Contemptu Mundi*, de triplici Mundo, „videlicet Sensibili, Microcosmo, & Archetypo describit, qui dum Bibliothecam B. Francisci evolverem, in manus meas pervenerunt, & cui dicarem, „te digniorem hoc munere censui &c. „Hinc emendandus est *Lucas Wadingus*, qui in libro *de Scrip- „toribus Ordinis Minorum*, agens de *Bartholomæo Albiso*, seu *de Albizis Pisano*, ait, Sermones *de Contemptu Mundi*, seu *de triplici Mundo* impressos fuisse Mediolani anno MCCCCLXXXVIII., ac postmodum *Fr. Johannem Mapellellum* (Mapellum) curasse, ut Venetiis ederentur anno MDIII. Errat namque, tum in anno primæ editionis Mediolanensis, quæ decennio post contigit, tum in Veneta impressione, quam curatam à *Mapello* arbitratur; cum Venetus Typographus, fideli tantum prælo recuderit Opus illud, quod Mediolani jam ediderat memoratus Mapellus. Constant hæc omnia ex superstitibus adhuc primo exemplari hujus nostræ editionis in Bibliotheca Ambrosiana.

Plura hæc enunciata videmus Bartholomæi de Pisis

(a) In Indice Tom. I. pag. 87.

(b) Annal. Min. ad an. 1399. num. 8.

Pifis Opera, quorum fortasse nonnulla, eruditis Viris adhuc ignota, nunquam lucem viderunt. Sponderat quidem Mapellus, Epistolam suam claudens, se *cetera volumina impressurum*; sed ipsi defuit aut ocium, aut tempus. Siquidem reperio ejusdem *Mariale*, per alios centum annos ineditum jacuisse; id enim fons ipsa Operis, tandem excusi Venetiis MCXCVI (MDXCVI.) apud Petrum Dufnellum, testatur his verbis: *Bartholomæi de Pifis, ex Ordine Minorum Conventualium famosissimi Doctoris, De Vita, & laudibus B. Mariæ Virginis, libri sex, ab hinc plusquam ducentis annis compositi, sed nunquam antea in lucem, nisi nunc editi*. Frater autem Guidus Bartholuccius Assisias, ejusdem instituti alumnus, dicens illud Amplissimo D. Augustino Cusano S. R. E. Presbytero Cardinali, & universæ Religionis Franciscanæ Conventualium Protectori vigilantissimo, in Epistola hæc ait: „ Non est itaque cur „ admireris Illustrissime Præsul si ego inter „ Franciscanos minimus, tuorum tamen beneficiorum non immemor hunc librum grati animi mei in te recordationis mimosinon, debite „ fervitutis testimonium, ducentis ferè annis in latebris hærentem, pulvere quasi consumptum, à „ Fratre Bartholomæo de Pifis, viro integerrimo, & „ suis temporibus Theologo summè præstanti conscriptum, in præfens usque nunquam evulgatum, „ apprimè utilem, Lectoribusque, & Concionatoribus maximè necessarium, tibi inscriptum dedit, caverim. „ Verùm, non in hoc solum compingendo libro, amorem suum erga Deiparam Virginem compertum fecit Pifanus Auctor; alterum majoris molis ac laboris volumen, in Excellæ Matris Dei laudes à se conditum, ac *Summæ* titulo donatum, ipsemet innuit in Proœmio hujus libri ad Lectorem, inquit: „ Volentes tamen plenius intueri „ præfata, ad *Summam* recurrere possunt, quam de „ hac materia composui, ubi hæc omiſſa diffusè „ pertractantur. „ Illud autem, nec Mapellus indicavit, nec unquam prælo à tenebris vindicatum mihi offendere licuit.

Mapellus, ut vidimus, claruisse ait egregium hunc sui Ordinis socium expirante Seculo XIV., quo Concionum Quadragesimalium opus absolvit. Idem confirmatum video à Wadingo, qui librum *Conformitatum S. Francisci cum vita Christi*, nonnisi anno MCCCXCIX. oblatum fuisse à Bartholomæo de Pifis Patribus suis, Comitibus generalibus Assisii celebrantibus, asserit, contra Marianum, & Marcum Ulyſſipponensem, multò citius id peractum referentes. Quanto autem plausu exceptus fuerit liber ille, narrat idem Scriptor (c), his verbis: „ In his Comitibus produxit Opus suum *De Conformitatibus Fratris Bartholomæus Pifanus*, in quo magno labore, „ multis undique collectis argumentis, voluit ostendere, Sanctum Franciscum per universum vitæ curriculum Christo nostro Redemptori fuisse conformem. Multa sanè utilia, & quæ lucem nostris „ attulere Historicis, bona fide congeſſit rudi tamen „ stylo. & confuso rerum, ac temporum ordine; „ suo tamen instituto accommodo. Non omnia omnes, maximè critici & delicatuli ingenii viri „ probant; eo tamen candore, & sinceritate ea scripsit, „ ut injurius sit, qui quidquam ab eo commentum, „ aut effectum esse submurmure. Probarunt librum „ Patres in Comitibus congregati, quibus examinandum, & discutiendum ille commisit, ut ex ipsius „ Epistola, & altera Miniſtri Generalis, reliquorumque virorum istius Confessus Operi præmissis appareret. Illis gratum fuisse Opus, ingenti, & singulari in eum collato dono testificati sunt; ultra „ enim immensas gratias, quas literis, & verbis „ reddiderunt, Minister Generalis ex totius Capituli „ assensu, dedit ei habitum integrum, quo utebatur „ S. Franciscus: dignum quippe judicarunt, ut qui

(c) Ad illum annum.

„ qualis fuerit Franciscus exactè descripsit, Francisci exuviis donaretur &c., Ceterum, expletum fuisse pium hunc Pifani laborem quatuordecim ante annis, docet nos editio ejusdem, Mediolani acta, atque ita inscripta: *De Conformitate Vitæ Beati Francisci ad Vitam Domini Jesu Christi Redemptoris nostri, editum à Fratre Bartholomæo de Pifis, Ordinis Minorum, Sacræ Theologiæ Magistro, ob reverentiam sui Patris præcipui, Beati Francisci, anno Domini MCCCLXXXV. Impressum Mediolani, per Gotardum Ponticum, cujus Officina libraria est apud Templum S. Satiri. Anno MDX. die XVIII. mensis Septembris. Fol.*

Conscientiæ Casus, inter libros à Bartholomæo de Pifis conscriptos, enumeravit *Mapellus*; hinc verò facile profluxit error, quo *Summa Casuum Conscientiæ*. ab altero Bartholomæo confecta, transire ab aliquibus jussa est, ad hujus Operum Elenchum augendum. Revera tamen Bartholomæus iste Pifanus in eandem arenam & ipse descendit, sed dispare methodo argumentum hoc pertractavit; siquidem cum in sacro suggestu de morum disciplina rectè instituenda differeret, dubia intermiscibat, quorum explanatione Auditores erudirentur, quæ salvâ conscientiam amplecti possent, quæve animæ noxia, & à divinis humanisque legibus abscondita fugere tenerentur. Extat in Ambrosiana Bibliotheca codex Lugduni impressus anno MDXIX. cum hoc titulo: *Sermones lucidissimi, & insignes Dubiorum, & Casuum Conscientiarum contemptivi, & elucidativi super Evangelicis Quadragesimalibus, Reverendi Patris, Fratris Bartholomæi de Pifis, Ordinis Minorum, hætenus nunquam impressi, diligenter revisi, visitati, & correcti per certum Fratrem, in alma Parisiensi Universitate famosum, Religiosum Ordinis ejusdem, omnibus prædicantibus perutiles: cum Privilegio.*

Res præclare gestas ab insigni hoc Viro, qui non tam ingenii, quàm sanctimoniam famam per ea tempora floruit, luculento encomio recensit Wadingus (d). Ex eo illa tantum referam, quæ historicæ inserviunt eruditioni: „ Filius fuit Domini *Albici de Rivonico*, & in adolescentia Minoribus nominem dedit. Virtutis & doctrinæ studiis solerter „ se exercuit, & tantam inter suos confodales concatus est opinionem, ut ad docendos alios evocatus sit Bononiam. Patavium, Pifas, Senas, Florentiam, quibus in locis sacram Theologiam summa cum laude professus est. Non minorem affectus est famam in sacris declamationibus, quibus „ ab anno MCCCXLII. usque ad vitæ terminum per „ annos sexaginta, potenti virtute, plurimos ad Christi fidem & meliorem frugem convertit „ Multa, & varia opera scripsit, à me in Scriptorum catalogo numeranda, & tandem plenus die „ rum, ferme centenarius obdormivit in Domino. „ Obiisse illum Pifis anno MCCCCLI. nonnulli asserere, fulti auctoritate Epitaphii, quod insculptum dicitur marmoreo sepulcro ad cornu Evangelii, ad Aram majorem; sed mendum irrepsisse, ac substituendum MCCCCL. contendit idem Wadingus, nisi ultra annos centum & triginta effectam protrahere ejusdem vitam velimus.

Ut verò ad nuncupatoriam *Mapelli* nostri Epistolam redeam, illustre in ea Elogium legitur Magistri Juliani, cujus peritiam in publico ac privato Jure, eloquentiam, gravitatem, ac leporem in dicendo commendat, subdens: „ Unde fit, ut concionantem, summa admiratione Mediolanensium, quibus Quadragesimalem annum tertium peregisti, „ omnis Ordo te audiat, te suspiciat, summo studio „ te prosequatur. „ Verùm, præter hunc librum, nullum aliud de *Mapelli*, ac *Juliani*, relicta posteris memoria, in antiquis codicibus vestigium occurrit. Subjungitur Epistolæ hoc Epigramma:

De:

(d) Ibid. num. IX.

*Delituit, Lector, Pisanus Bartholomæus,
Nec potuit doctis utilis esse viris;
Curaque Johannis non est perpeffa Mapelli
Hoc tam divinum delituisse Bonum.
Fallacem Mundum, fellitaque gaudia Secli,
Spernere opes cunctas edocet iste liber.*

ALEXANDER MINUTIANUS.

Inter cetera insignia ornamenta, quibus in re-
typographica, supra Urbes alias caput attollere, ac
palmam præferre potest Metropolis nostra, non ulti-
mo loco reponendum est, quod Alexander Minutia-
nus hoc anno Prælis Mediolanensibus comparavit.
Insudaverant omnium Nationum celebriores viri, ut
Principis romanæ eloquentiæ M. Tullii Ciceronis
Opera, decusso pulvere ac sordibus, quibus indignè
conspersa, in privatis scriniis ferme neglecta jacebant,
ad latini sermonis eliminandam barbariem, quæ in
Gymnasiis invaluerat, tanquam exemplar nitidissimum
publicæ luci committerentur. Nemo tamen ex tot
præclaris Typographis, qui cunctas jam impleverant
Europæ provincias, hætenus animum in eam curam
intenderat, ut sparsa hinc inde, Rhodii veluti Co-
lossi pretiosa fragmenta, in unum colligeret, atque
hoc splendidum admirandumque sapientiæ Simula-
crum, suis integrum membris resectum, patenti in
area collocaret. Tentavit perdifficile hoc opus, ma-
gnisque impensis, parandum, Minutianus, qui constanti
duorum annorum labore hanc nobis tandem gloriam
peperit, primusque universos Ciceronis libros, quos
ætas illa eruderaverat, quatuor comprehensos volu-
minibus evulgavit. Quæ ipse præstiterit in hac adorna-
nda editione, ipsemet Lectorem docet in fronte
Catalogi operum Ciceronis hæc scribens: „Cicero-
„ nis Opera, quæ nobis benigniora fata reservarunt,
„ in quatuor volumina digesta impressimus, non eo
„ ordine, quem temporum ratio disponebat, sed
„ quem necessitas præscripsit, dum verustiora exem-
„ plaria ex diversis, & longinquis locis expectamus.
Itaque non cæco ductu, ea, quæ jam sæpius lucem
viderant, ex editis libris confarcinavit, sed plures
manuscriptos codices, à remotis etiam regionibus
conquisitos in consilium adhibuit, ut sincerior, &
novo dives ornatu, thesaurus iste eloquentiæ Medio-
lanensibus gymnasiis, ac literariæ universæ Reipubli-
cæ exhiberetur. Proinde verò ab hoc nobili conatu,
diligentiaque Minutiani, illud etiam peculiaris lau-
dis Mediolano accedit, quòd non solum totus Cice-
ro, sed expolitior quoque hic primùm prodierit.
Sit igitur salvus honor suus *Stephanis, Manutiiisque,*
quorum erudito ac pertinaci labore, in Parisiensi &
Veneta Urbe effectum est, ut nihil ferme, hac in-
re, splendoris atque ornamenti desiderandum relin-
queretur; gloriari semper poterit Metropolis nostra,
tantum animi amorisque erga literas fuisse incolis
suis, ut pro ea temporum caligine, atque egestate
Codicum adhuc latentium, ad conquirendam, colli-
gendamque, dispersam hanc pretiosam hæreditatem,
nitus omnes intenderint, facemque ceteris exemplo
prætulerint, qui postmodum feliciter atque illustrius
illam auxere.

Caruit egregium hoc Opus Mæcenate, cujus
auspiciis ederetur, ad finem usque anni insequentis;
fortasse namque expectandum censuit Minutianus,
donec parati prælo Ciceronis libri, qui adhuc im-
primendi supererant, extremam Typographi manum
reciperent. Interea exarsit acerrimum bellum, Lu-
dovico XII. Galliarum Rege castra movente contra
Ludovicum Mariam Sfortiam, Ducem Mediolanen-
sem; tamque felix pro Gallica natione improvisi
hujus belli exitus fuit, ut compulso Sfortiâ fu-
gam in Germaniam arripere, invadentibus copiis
Mediolanum in deditioem concefferit. Primus,
ad hanc Provinciam Regio nomine moderandam,
Tom. I.

A delectus est Princeps Johannes Jacobus Trivultius,
universo jam Gallorum exercitui Præfectus. In
hunc Minutianus oculos statim convertit, dignum-
que putavit, cui duo saltem postrema Ciceronis
volumina, recentibus typis edita dicarentur. Ita-
que nuncupatoriam Epistolam iisdem præfixit, in-
qua, post expositam consilii sui rationem in ardua
hac suscipienda, explendaque provincia, ad tanti
Ducis laudes progreditur, brevi elogio commendans,
quæ ille gloriosè gesserat in compescendo Auximen-
tum tumultu, atque avertenda ab Ecclesiæ Romanæ fini-
bus Turcarum irruptione; adjuvando Neapolitanis
Regibus bellica virtute ac prudentia; aperiendo in-
columi reditu in Galliam per medios confertos ho-
stes Carolo VIII., novoque felici in Italiam regressu
parando Gallicis militibus, ut Ludovici XII. sceptro
Mediolanense imperium accederet. Præcipuè tamen
eundem laudat à cultu & patrocinio Literarum, in-
quiens: „ Hanc nostram Operam, cum alicujus ma-
„ gni viri præsidio communire vellem, qui & ma-
„ gnitudine rerum gestarum, auctoritate polleret;
„ & bonarum Artium studiis delectatus, hos nostros
„ labores, qualescumque essent, non aspernatus fuif-
„ set, tu mihi solus occurrebas, cui nostram hanc
„ industriam commendarem, quem, uti rerum ge-
„ starum fulgore, inter Illustrissimos quosque Princi-
„ pes micantem spectamus, ita vel inter maximas
„ belli occupationes, Literarum studia aded semper
„ concelebrasse scimus, ut hujc tantum negotio in-
„ tentus videaris. „ Data est hæc Epistola *Idibus*
C *Octobris*; Cum verò, mutata armorum fortunâ, Lu-
dovicus Sfortia, in hanc Metropolim reversus eodem
anno MCCCCXCIX Gallos inde expulisset, pœni-
tuit fortasse Minutianum quæsi inter hostes Operi
suo Mæcenatis, adedque ratus, minimè tutum sibi
esse, fronti ejusdem relinquere invisum Principi suo
nomen Trivultii, integram Epistolam à postremis
hisce voluminibus avulsit, occultavitque; id enim
non incongruè colligo ex duobus primæ hujus edi-
tionis exemplaribus, in quorum altero apud amplif-
simum Senatorem Paulum Æmiliam Olivatium im-
pressæ leguntur, datæ ad Trivultium hæc Literæ; in
altero verò Marchionis Alexandri Theodori Trivul-
tii, albæ tantum, eo loco substitutæ, occurrunt pa-
gellæ. Ordinem, Classisque, in quas magnam li-
brorum Ciceronis molem, Minutianus digessit, in
D Elencho veterum Mediolanensium codicum recensenda distulimus.

**HIERONYMUS PASSIRANUS
DE ASULA.**

Hieronymus Passiranus de Asula, Hierodulus,
(ut eum vocat Johannes Baptista Pius Bononiensis)
Ecclesiæ Sancti Johannis ad Murum, quæ Parœcia
est, prope Arcem Jovis in Urbe Mediolanensi, amo-
re Literarum incensus, conquirendis antiquis Codi-
cibus curam intendit, utque in publicam utilitatem
cederet nobilis hæc diligentia, eosdem committere
prælo constituit. Antequam tamen illos in lucem
proferret, à Duce Mediolanensi Ludovico Maria
Sfortia, superiore anno Literas expediendas curavit,
quibus cavebatur, ne alius ex Typographis hujus di-
tionis edendos ab ipso libros, aut recuderet, aut ali-
bi impressos in nostram Urbem venales inferret. Ex-
tant hæc Literæ in fronte *Sidonii Apollinaris*, cujus
Epistolas, & Carmina, hoc anno, edidit Medio-
lani, novo auctas ornatu, Commentariis nempe me-
morati Pii Bononiensis, qui in Epistola præfixa, ad
*Johannem Franciscum Marlianum, Equitem, Sena-
torem, & Jurconsultum, Mediolanensem Civem,*
profiteretur, se illius precibus victum, cum ejusdem
mensæ assideret, manum apposuisse illustrando Sido-
nio, & ingruentibus Impressoribus ad eas temporis
angustias fuisse redactum, *ut una diecula elucubra-
verit hæc annotatiunculis, tumultuario, & incon-
dito schedico.* Porro, felix ingenium, facilemque
m m m elo-

eloquentiam obrigisse huic *Plo*, qui aliquando in publico etiam hujus Metropolis Gymnasio oratoriam docuit, nemo inficiabitur; attamen, cum nec modica Sidonii operum moles, nec adeo breves sint Commentarii, quibus paginae circumsepuntur, incredibile prorsus mihi est, effundi potuisse, unius *dicula* spatio, tot rerum obscurarum explanationes, quae plurimum mensium laborem, in erudito quovis viro absumere debuissent. Sit itaque penes ipsum hac in re fides.

Sidonii Apollinaris Opera in Urbe nostra primum edita fuisse, compertum est omnibus; sed quo anno, relinqui dubio locus videtur. Michaël Maittaire in Annalibus Typographicis tres ante hunc annum, Mediolani peractas editiones enumerat; Albertus Fabricius in Bibliotheca latina (e), nonnisi hoc anno, erutum è tenebris, eductumque in lucem Mediolanensibus typis Sidonium affirmat. In hac ancipiti alea, ut sinceri Historici partes agam, Fabricio subscribendum censerem; plura enim me ad ejusmodi sententiam propugnandam non levi impulsu propellant. Hieronymus Passiranus, sub finem tantum anni superioris, nempe IX. Novembris, favorabiles Literas, quas memoravimus, à Mediolanensi Principe obtinuit; in iis autem expressum legitur, libros, à Passirano edendos, magna sua cura, & impensa ab eruditissimis hominibus fuisse redemptos, primusque in calce adnotatur *Sidonius Apollinaris*. Porrò, si toties jam prodidisset, opus non erat, ut tanta cura, & impensa ab eruditissimis hominibus redimeretur: Clarius est *Sebastiani Decii* testimonium, huic libro adjectum sequenti Epigrammate:

*Flebat in obscuro, miserum! caligine mersus
Sidonius, cupiens ire per ora Virum.
Forte Pion vidit, vocat hunc, & talia poscit:
Fac, precor, ut redeat pristina forma mihi.
Non ingratus ero, reddam pro munere munus,
Aequa tibi mecum gloria semper erit.
Dicta Pios firmat, squallorem dispulit, ecce
Sidonium, qualem reddidit, ipse vides.*

Indicatur in hoc carmine *Johannes Baptista Pius*, qui Commentariis Sidonium illustravit; sed cum dicatur in primo dystico Sidonius, obscura mersus caligine flere, ac cupere, ut per ora virum ferretur, innui satis dilucidè videtur, tunc primum è privati scrinii fuliginosis latebris in lucem emeruisse. Demum, cum nullam ex Sidonii editionibus, hunc annum præcedentibus, mihi offendere in tot perlustratis à me Bibliothecis, licuerit, suborta est suspicio, annorum impressionis numerum, Amanuensium incuriâ, fuisse vitiatum. Nihilominus tanti est apud me auctoritas Michaëlis Maittaire, qui rem typographicam diligentissimè pertractavit, ut conjecturis meis fidere nolim; proinde verò in Catalogo Mediolanensium librorum primæ ætatis, illas fidei calamo suis locis inserui.

Alterum, hoc eodem anno, librum vulgavit *Passiranus de Asula*, videlicet *Fulgentii Episcopi*

(e) Pag. 635. & seq.

Carthaginensis Mythologias, ad quas etiam, prælo tantum suo edendas, Principis Decretum extendebatur. Quis esset hic *Fulgentius*, quem variis cognominibus *Placiadis*, *Planciadis*, *Plantiadis* appellatum invenio, adhuc inter Scriptores diversa viget opinio. Nonnulli, cum Auctor iste vixisse credatur Seculo VI., illum confundere cum *S. Fulgentio Afro*, Ecclesiæ Ruspensis Episcopo, tres hosce libros Mythologiarum ejusdem Operibus accensentes; sed eos optimè refellit *Johannes Molanus* (f) in Præfatione ad Lectorem, inquit: „Habent quædam Fulgentii edita exemplaria post sermones, *B. Fulgentii libros tres Mythologiarum, ad Catum Presbyterum Carthaginensem*. Sed in his libris nihil est aut *B. Fulgentio* aut quoquam Theologo dignum, ut non immeritò eos Dominus *Cochlæus* sciens omiserit, qui primus *Norimbergæ* Fulgentii Opera edidit. Advertat etiam Lector in impressis exemplaribus, non nostro Fulgentio, Ruspensi Episcopo, eos inscribi, sed Fulgentio Episcopo Carthaginensi. Quamvis ego opus ipsum nullius arbitrer esse, aut Episcopi, aut Theologi; nam in Bibliotheca Gemblacensis Monasterii memini me has Mythologias legisse, sub nomine cujusdam *Placiadis Fulgentii*, quem non aliud, quam Grammaticum fuisse suspicor. Sanè *Hieronymus Commelinus*, qui hos libros unâ cum aliis antiquis Mythologis prælo paravit, edente illos postmodum *Heidelbergæ* anno MDXCIX. ejusdem consanguineo *Juda Bonutio*, non alium *Fabio Planciadi Fulgentio*, quam *Viri Clarissimi* titulum inscripsit; idemque præstitit in altera editione quam ibidem vivens curavit anno MDLXXXIX. laudatus *Commelinus*, libri nempe ab eodem Fulgentio confecti *de Expositione Virgiliana Continentiæ*, seu *de Allegoria verborum Virgilii ad Calcidium Grammaticum*. Mythologias *Fulgentii*, quæ hoc anno Mediolani prodire, Commentariis auxit *Johannes Baptista Pius*, qui plurimum *Hieronymo de Asula* deferebat. Dolui, à me descriptam non fuisse Epistolam, quam huic libro præfixit, eundem dicans *Antonio Mariæ Bentivolio* idem *Pius Bononiensis*; fortasse namque aliquid ibi occurrisset, quo & Fulgentii nomen, & editio nostra nobilius illustraretur; Raptim tamen hæc omnia in Adversaria mea conjicienti, longioris moræ tempus aliquando defuit, ut uberiora congererem.

Profecutus est *Passiranus* egregias suas typographicas curas, libros eos in lucem emittens, pro quibus privatæ jus editionis à Mediolanensi Duce impetraverat; Hi fuere *Nonnius Marcellus integer*; *Varro de lingua Latina emendatus cum enarrationibus*; *Apicius de Cibariis*, seu *de re Coquinaria* (hoc anno editum Mediolani testatur *Maittaire*); *Festus Pompejus cum appendicibus*. Quamvis verò literarios suos labores, in iis exornandis, *Pius Bononiensis* fere semper impenderit, gratâ nihilominus memoriâ donandus erat hoc loco liberalis erga studia nostra hujus Presbyteri amor, qui minimè impensis parcens, novis defossis opibus, novoque ornamento pretiosioribus redditis, Mediolanensem Typographiam locupletavit. Ob id autem *Pius*, sæpius laudatus, in Epistola ante Sidonium, vocat illum græca phrasi *Benorum mare*.

(f) In Biblioth. Patrum Tom. IX. fol. 2.

ANNO MCCCCXCIX.

Superiore anno illustrem se reddidit Mediolanensis Typographia, collectis, impressisque simul, Operibus latinæ eloquentiæ Principis, Ciceronis; nobiliter alterum sibi decus in præsentia comparavit, Græci nobilissimi Scriptoris nunquam antea excuso volumine, in lucem emisso. Svidas hic est, cujus Lexicon græcum, quamvis suis navis non careat, in pretio tamen apud eruditos omnes viros adeo fuit, ut Kusterus infra laudandus, & ab Alberto Fabricio relatus, in nono græcæ suæ Bibliothecæ Tomo (a) hæc scribere non dubitaverit: „ Est liber longè utilissimus, „ & quem thesaurum, omnigenæque eruditionis pen- „ nu, cum incomparabili Reynesio, merito appel- „ laveris. Vel sola historia Poëtarum, Oratorum, „ Historicorum, quæ in eo continetur, auro contra „ cara est, & qua, sine irreparabili damno, Respu- „ blica literaria carere non possit. Taceo tot, & tam „ præclara fragmenta veterum Scriptorum, hodie „ amissorum, quæ in Lexico hoc nobis conservan- „ tur, & pretium ei non parvum conciliant. „ Leo quoque Allatius, vir doctissimus, in hujus Operis laudem, ubi de *Socratis libris* loquitur, præclarum hoc elogium inseruit: „ Non tantum tribuo Svidæ, „ at panni, ex quibus confutus ille liber est, cum „ sint admodum pretiosi, & rari, multum tribuen- „ dum est. „ Et tamen, quod valde mireris, tam dignus Auctor, qui tot scriptis ac Scriptoribus, à situ & oblivione redemptis, immortalitatem dedit, ita in tenebris jacet, ut ipsum nomen, genus, atque ætas in controversiam vocentur.

Accipites hæere Politianus, alique, an sub hoc nomine ullus unquam Auctor extiterit, fictitium ideo illud censentes; verum Kusterus in Præfatione ad Svidam Græcolatinum, ab ipso editum Cantabrigiæ anno MDCCV. *Svidam verè extitisse*, pluribus Auctorum testimoniis evincit. De ejusdem Genere, cum nihil memoriæ de se ipso, in toto hoc Lexico Scriptor iste prodiderit, in obscuro versamur; videtur quidem Svidas, ubi agit de *Samothracia*, se à *Samiis*, qui Insulam illam incoluerunt, ortum testari; sed verba hæc, Scriptoris Anonymi, non Svidæ esse Kusterus affirmat: *Monachum Byzantinum eundem fecere Johannes Rosinus (b), & Cardinalis Bona in catalogo Auctorum de divina Psalmodia, alique apud Fabricium, quibus se adjunxit Isaacus Casaubonus (c) ipsum vocans Cucullatum Grammaticum, nullo tamen indicato vel testimonio, vel documento. At nihil diuturnius actiusque torfit ingenia, quam figendæ illius ætatis studiosa cupido; fuere namque nonnulli, qui recentem Seculi XIV. Scriptorem, Svidam dixerunt: alii contra, illum Strabone antiquiorem asseruere, eundem esse Svidam Historicum, & Lexicographum reputantes; Demum, variis sese involventes opinionibus, ac conjecturis alii quamplures, nunc Seculum V., nunc VIII. vel IX., nunc X. vel XI. eidem assignaverunt. In hisce ambagibus diversa scribentium, nescius Kusterus, cui sententiæ calculo suo pondus adjiceret, his verbis se expedit: *incertum esse, quo tempore verus Svidas, seu primus Lexici hujus Auctor vixerit; antiquiorem tamen procul dubio esse, quam vulgo credatur. Non ita se angustis premi passus est Fabricius, qui liberiore calamo votum suum explicavit; cum enim Kusterus, primus animadvertisset, in Svidæ Lexico legi nonnulla, ex Michaële Psello decerpta, qui sub Alexio Comneno floruit, vitamque usque ad initium Seculi XII. produxit, ac postmodum subdidisset, non inde**

A comprobari posse, posteriorem Psello Svidam fuisse, quippe dubium non erat Pselli verba deesse, uno saltem loco in Parisiensibus manuscriptis Lexicis Svidæ, adeoque à recentioribus addita fuisse; inde argumentum capit Fabricius ista scribendi: „ Quoniam Ku- „ sterus primum tantummodo locum non agnoscit à „ MSS. Parisiensibus observat, hinc videtur tacite „ simul professus, cetera loca ex Psello adducta in „ Codicibus illis contineri, quorum unum, annorum „ saltem quingentorum vetustatem habere infra §.16. „ non diffitetur. Itaque veram puto illorum senten- „ tiam, qui statuunt, ex Pselli libro Svidam ipsum „ quædam in Lexicon suum transtulisse, & sub Ale- „ xio Comneno, ut visum est etiam Vossio, circa „ Seculi XI. extremum floruisse. „ Attamen, an soli Parisienses Codices (qui admiscâ etiam assignata vetustate, Seculum XI. non attingunt, neque Autographi præsumuntur), satis sint difficili huic arcano solvendo, præsertim cum tacita solum Kusteri confessio de ceteris Pselli locis, ibidem descriptis, præ- tendatur, eruditus Lector commodius expendet. Ad editionem nostram revertor.

DEMETRIUS CHALCONDYLES.

B Parando ad prælum huic Operi diligentiam omnem impendit Vir clarissimi nominis *Demetrius Chalcondyles*, cujus eximia in Græcis literis doctrina, non modò in publicis Gymnasiis, sed in Florentina quoque Urbe, insigni experimento emicuerat, cum græca Homeri carmina, ejusdem ductu, & industria anno MCCCCLXXXVIII. elegantissimè impressa, primam ibidem lucem aspexere. Quanta verò sedulitate ac labore insudaverit, ut pretiosa hæc antiquæ eruditionis suppellex dignè prodiret in publicum, ipsemet proficitur in græca Epistola, quam Svidæ nostro præfixit; in ea namque testatur, se quam pluribus in consilium adhibitis MSS. Codicibus, castigasse, quæ limam patiebantur; quæ verò adeo exulcerata videbantur, ut medicas non admitterent manus, intacta reliquisset; nonnulla etiam, aliunde petita, in hunc censum collata à se scribit, quin ulli parceret studio, ut pro caligine rerum digerendarum, ordo & claritas Operi tribueretur. Quid autem illum impulerit, ad laboriosam hanc suscipiendam provinciam, enarrare prosequitur, inquiens, id in causa fuisse, quòd Svidæ liber, in Græcia simul atque in Italia, ita esset rarus ac pretiosus, ut qui eum teneret, gloriaretur veluti de insigni thesauro, & cornu, quod ajunt, Amaltheæ, suis in scriniis servato.

C Laudes Chalcondylæ, ob editum egregium hoc Opus, publicas fecit in Epistola ad Albertum Pium, ante Svidam impressa, Johannes Maria Cattaneus, qui patria Novariensis, Mediolani latinæ Literas à Georgio Merula, græcas ab ipso Chalcondyla didicit, pluribusque postmodum libris in lucem productis claruit, textentibus eidem illustre elogium Jovio, & Cotta in Novariensi Musæo. Is igitur scribens ad Carpensæm Principem Albertum, hæc habet: „ La- „ tebat in tenebris, paucorum factus tam pretiosus „ Auctor, & ab omnibus in dies desiderabatur. „ Nullus opem ferebat, nec poterat. Tandem ad „ hanc provinciam reservatur Vir Atticæ facundiæ „ princeps Demetrius Chalcondyles, præceptor no- „ ster. Non, ut ceteri Græcorum, studiosis tantam „ felicitatem invidit, sed ducem se constituens, egre- „ gios hujus artis, & industrios artifices Bissolum, „ &

(a) Pag. 620. & seqq.
(b) In Antiq. Rom.

(c) Lib. I. cap. VI. ad Athenasum.

„ & Benedictum Mangium Carpenfes accersivit, ad-
 „ ditis etiam plerisque & magnæ, & admirandæ gra-
 „ tiæ; quippe qui in eo genere præstantissimè sint,
 „ & præter conditionem, & ætatem suam, pluribus
 „ multoties collatis exemplaribus emendandum, imò
 „ excolendum, & renovandum Svidam aggreditur,
 „ tanto studio & diligentia usus, ut obscura detexe-
 „ rit, inversa correxerit, manca suppleverit, & ut
 „ demum quod sentio dicam, in illo expoliendo Au-
 „ ctorem ipsum superaverit. „ Neque solus in Me-
 „ diolanensi commendanda Svidæ editione Cattaneus
 „ Demetrii discipulus fuit; Kusterus quoque, carpens
 „ *Æmilium Portum*, qui Græcolatinum Svidam malè
 „ confarcinatum vulgaverat, causam, cur non paucos
 „ errores typographicos Aldinæ, & Basilejensis editio-
 „ nis, imprudenter in textum receperit, fuisse ait,
 „ quòd *Mediolanensem, quæ omnium prima est, & non-*
 „ *nullis in locis emendatior reliquis, nunquam inspexif-*
 „ *set*; Nicolaus verò Alemannus, referente Fabricio
 „ (d), manuscriptos Svidæ Codices Vaticanos memo-
 „ rans, Svidam à Chalcondyla, de Græcis literis be-
 „ nemerito, emendatum, præ ceteris laudat.

Ceterum, etiam antequam alienis scriptis præla
 nostra Demetrius illustraret, ipsemet suis illa ditaverat.
 Refert Jovius in ejus elogio, subortas fuisse in
 Urbe Florentina simultates, inter ipsum & Politia-
 num, iisque modum impositum à Laurentio Medice,
 assignatâ utrique diversâ docendi provinciâ; tandem
 verò accersitum à Ludovico Maria Sfortia Deme-
 trium, cum universâ familia Mediolanum commi-
 grassse, atque novam *Græcam Grammaticam* condi-
 disse. Hanc impressam optimo caractere servat Bi-
 bliotheca Ambrosiana, nullo indicato loco editionis,
 anno, aut Typographo; procul dubio tamen Medio-
 lani excusam fuisse, argumento est publicum ab ipso
 gestum in hac Urbe munus juventutem græcis Lite-
 ris erudiendi, & perennis usque ad obitum mora,
 apud nos ducta. Favet conceptæ à me persuasioni
 Zeltneri auctoritas, relata à Maittaire (e), qui de
 adventu Chalcondylæ in hanc Metropolim loquens,
 subjungit: *non multo post Grammaticæ suæ rudimen-*
ta luci publicæ exposuit.

Quæ foret Demetrii familia, quam secum Flo-
 rentiâ Mediolanum duxit, Jovii testimonio edocemur;
 tres namque Liberos, quos veros idem appellat ex ore
 græco effigiem Patris referente, ab uxore (ut Jovius ait)
 dubiæ pudicitie suscepit, Theophilum, Basilium, Seleu-
 cum. Hic postremus ante pubertatem decessit; Theo-
 philus, cum Ticini Homerum profiteretur, nocturno
 & petulanti (ut idem scribit) certamine confossus est;
 Basilium verò à Leone X. Romam evocatus, ut in
 publico Gymnasio juventutem doceret, lenta pauco-
 rum mensium febre contabuit. Supererat Puella, quæ
Aulo 7^{mo} Parrhasio nupta fuit, viro tantæ eloquen-
 tiæ doctrinæque, ut laudatus Jovius dignum censue-
 rit sequenti Elogio, minimè à me omitendo, cum
 in splendorem vergat Metropolis nostræ, præstantis-
 simis quibusque Literarum cultoribus tunc affluentis;
 ait igitur: „ Hic honesta familia Consentie, quum
 „ è suggestu summa facundiæ majestate Latinas lite-
 „ ras Mediolani profiteretur, cunctos nostri Seculi
 „ Doctores, erudito rerum omnium quæ explicaret
 „ apparatu, ac unâ præsertim rotundæ pronuntiatio-
 „ nis gloriâ, superavit. Duxerat uxorem Demetrii
 „ Chalcondylis filiam, qua felici cognatione, & So-
 „ cer, & Gener, mutui suffragatores in scholis,
 „ utriusque linguæ imperium tenuerunt, tantâ Par-
 „ rhasii famâ, ut Trivultius summæ dignitatis sexa-
 „ genarius Imperator, inter juvenes Auditores con-
 „ spiceretur. „ *Parrhasii* nomini larvam à Bailletto
 „ detractam refert Vincentius Placcius (f), illius verba
 „ referens, quibus carpere videtur egregium hunc Scri-
 „ ptorem, quòd græcam affectare vellet originem,

(d) Ibidem pag. 644.

(e) Tom. I. pag. 290.

(f) De Scriptoribus Pseudonymis.

A acsi à *Parrhasia*. Urbe Arcadica, Gens sua prodiif-
 set. Multo tamen antea verum illius nomen expres-
 setat *Marcus Antonius Majoragi*, in Oratione co-
 ram Senatu Mediolanensi habita *De mutatione nomi-*
nis sui, recentia plura doctissimorum hominum exem-
 pla proferens, qui citra probum, aut levem etiam
 reprehensionem, adscititia sibi vocabula præposue-
 rant, atque inter eos hunc quoque ita proponens:
Quid Janus Parrhasius, nonne antea Johannes Pau-
lus de Parisiis dicebatur? Moram adhuc Mediolani
 ducebat Parrhasius anno MDII. quo Endecasyllabos
 suos *de Catulli Sirmione* vulgavit Stephanus Dulci-
 nus; hæc enim, illum cum laude memorans, scribit;

B *Vel, qua Parrhasium meum benigne*
Ditas, Parrhasium Neapoliten,
Qui nunc Insubria vicens in Urbe,
Atque artes studio excitans jacentes,
Et solus legit, & facit Poëtas.

C Petrus Bayle in suo Lexico Historico Critico, res à
 Parrhasio gestas, aut ab aliis narratas accurato exa-
 mine discutit, atque Aldi Manutii testimonio referit,
 ab ipso edita in lucem fuisse *Antiquitatis fragmenta*,
 cum Mediolani Humaniores literas profiteretur, sub-
 ditque, monstro sibi esse, quòd in amplis Nicodemi
 additamentis ad Bibliothecam Neapolitanam, minime
 indicetur quid Parrhasius vivens typis vulgaverit.
 Infelici exitu vitam clausit; compulsus namque Me-
 diolano abscedere, ob pudorem affecti eidem, per
 turpem æmulorum calumniam, obscœni sceleris, Vi-
 centiam primò, dein Romam se contulit; sed morbi
 articularis inclementiâ, ad eam membrorum contra-
 ctionem redactus, ut nihil, præter linguam, in uni-
 verso corpore haberet incolome, magna insuper ege-
 state oppressus, ac ferme in desperationem actus Pa-
 triæ se restituerit, ibique acerbissimo cruciatu ac fe-
 bri vexatus miserrimè obierit. Narrat hæc omnia
 Pierius Valerianus (g), qui luctuosas quoque Deme-
 trii Chalcondylæ ærumnas describit, præsertim in-
 amittendis optimè spei juvenibus filiis.

D Sanè quàm præclara foret eorum indoles, fluens
 & ipse lacrymis Janus Parrhasius, eorundem Sororis
 conjux, his verbis testatur (h): „ In medio studio-
 „ rum cursu *Theophilo* manus (*mors*) injecit, eorum
 „ quos asciveram natu maximo, Philosophiæ jam
 „ Candidato, quodque difficulter aliqui credent,
 „ ipsi Demetrio patri jam tum ferè æquando. In quo
 „ tantum probitatis, eruditionis, ingenii, industriæ,
 „ studii, memoriæ denique fuit, ut brevissimo spa-
 „ tio, omnia vitæ munera peregisse videretur: „
 „ De *Basilio* autem loquens, latius etiam in ejus lau-
 „ des effunditur: „ Uxor meæ fratrem Basilium mors
 „ fortunæ satelles eripuit, mihi non minus ob alia
 „ carissimum, quàm quòd affinis; quippe quem cor-
 „ poris & animæ præclarissimæ dotes, emendatissimi
 „ mores, ingenium præcox, acre, varium, flexi-
 „ bile, multiplex, etiam vobis omnibus (*Romani*
 „ *Gymnastii Auditoribus*) commendabat: à quo, si
 „ utriusque linguæ proprietas exprimebatur, ut utram-
 „ cumque attingeret, ad eam demum natus appare-
 „ ret. O fragilem conditionis humanæ sortem! De-
 „ cessit in primo flore ætatis (*annorum XXIV.*, ut
 „ *Pierius Valerianus* testatur) egregius adolescens,
 „ posteritati plurimum profuturus, si virtutes ejus
 „ ematuisse, si quæ prius à Demetrio patre,
 „ quem nulla homine libero digna latuit disciplina;
 „ si quæ mox apud Janum Laicarium, humanarum
 „ divinarumque rerum scientiâ nemini secundum,
 „ plenis faucibus hauserat, aliquando promere po-
 „ tuisset. Nam si Basilio paulo longinquior
 „ ætas

(g) De Infelicit. Literat. pag. mihi 25.

(h) De rebus per Epistolas quaesitis pag. 144.

„ ætas accessisset , o quot ingenii foetus edidisset !
 „ cùm vix à ferula subducta manu , præter assiduas
 „ Auctorum græcorum solertesque expositiones , An-
 „ nibalis Romanorumque res in Hispania ac Italia
 „ gestas , ab Appiano secretis operibus illustratas ,
 „ Latii jure nondum donatas , adeò luculenter , at-
 „ que sententiarum fide , verborumque splendore
 „ transtulit , ut undecumque doctissimum Leonem X.,
 „ admiratio legentem subierit .

Hæreditariam veluti hanc morum castigationem,
 & studii patientiam , uterque acceperat à Demetrio
 Patre , de quo in Dialogo Stephani Nigri , edito Me-
 diolani anno MDXVII. , & à Maittaire in Annalibus
 Typographicis relato (i) , hæc leguntur : „ Quid
 „ mihi Demetrii (Chalcondylæ) humanitatem memo-
 „ ras ? quem omnes tam Latini , quàm Græci , qui
 „ ejus consuetudine usi sunt , humanissimum , doctif-
 „ simum , prudentissimum , continentissimumque præ-
 „ dicare nunquam desistunt . Nonne Stephanus Ni-
 „ ger præceptor noster , qui ei tot annos assiduam
 „ operam dedit , quique semper inter intimos ejus
 „ familiares exitit , tantam ait esse Demetrii inte-
 „ gritatem , tantam eruditionem , tantam frugalita-
 „ tem , tam candidos mores , ut ætatis nostræ mor-
 „ talium nemini postponendus videatur ? „ Ad ex-
 „ tremam senectutem , nullis unquam literariis labori-
 „ bus fractus pervenit , diemque ultimum clausit Me-
 „ diolani , paulo antequam Galli ab hac Metropoli pel-
 „ lerentur , ut scribit Jovius , seu , ut clariùs adnotat
 „ Albertus Fabricius . (1) , anno MDX . In ejus laudem
 „ sequens Epigramma impressit ante Svidæ Lexicon
 „ Antonius Motta , ejusdem discipulus :

*Demetri aternos debet tibi Mundus honores ,
 Quòd dignum , quòd tam nobile tradis Opus .
 Debet Motta magis , caro cui tanta resultat
 Gloria discipulo , te Duce quanta datur .*

Alterum quoque subjunxit , in quo majorem accessif-
 se gloriam Mediolanensi Metropoli ex edito Svida
 testatur , quàm Locis illis , in quibus primam lucem
 Hæsiodus , Homerus , Pindarus receperè :

*Olim Phocis erat , doctis celebrata Poëtis ,
 Unde novum exhausit funditus Ascra Melos ;
 Proximus huic Helicon , rivo forte æmulus illi ,
 In quo tam expressit nobile Smyrna Sophos .
 Cadmeas Dirceus olor volitare per arces ,
 Dicitur & immenso est perstrepuisse sono .
 Dignius Insubri , Svidæ decus exit , ab Urbe ,
 In cujus lapsa est Græcia tota sinum .*

Demetrium Chalcondylam eundem fuisse cum
 Demetrio Cretensi credidit Maittaire ; loquens enim
 de Græca Lascaris Grammatica , Mediolani primùm
 edita anno MCCCCLXXVI . (m) inquit : „ Vix du-
 „ bium est , quin huic editioni corrigendæ Demetrius
 „ Chalcondylæ , qui scripsit Epistolam , præfuerit . „
 „ Longè tamen aberrat à vero ; siquidem eo anno non-
 „ dum Mediolanum Chalcondylas viderat ; profugus
 „ namque à Constantinopoli , cùm deleto Græcorum
 „ Imperio , barbarum Turcarum jugum Urbs illa fu-
 „ scepit , benigno apud Medicæos Principes Florentiæ

A Hospitio est donatus ; inde autem Mediolanum evo-
 catus à Ludovico Sfortia , ut Jovius testatur , deferri
 in hanc Urbem non potuit , nisi post annum octua-
 gesimum illius Seculi , quo Tutor datus Johanni Ga-
 leatio Duci , adhuc puberi , Ludovicus rem omnem
 publicam pro libito administrabat . Præterea diversum
 genus , ac patria his Demetriis contigit , Cretensis nam-
 que primus , Atheniensis alter appellabatur . Demum ,
 in elegantissima Græca Homeri editione , Florentiæ
 peracta anno MCCCCLXXXVIII . Bernardus Nerlius
 latinam eidem Epistolam præfigens , unum ab altero
 clarè sejungit , utrumque in adornando ad lucem
 illo Opere , sicuti laboris , ita gloriæ participem fuisse
 commemorans , his verbis : „ Nam , ut omittam
 „ Nerii fratris liberalitatem , & Johannis Aciajoli
 „ auxilium , Demetriique Cretensis dexteritatem , id
 „ inprimis mihi opportunum fuit , maximèque opta-
 „ tum , quòd ad hanc rem Demetrium Chalcondylem
 „ Atheniensem nactus eram , Virum profecto tem-
 „ pestate nostra doctissimum , præceptoremque meum ,
 „ à quo hujusmodi opus accuratissimè recognosci
 „ posset . Perdifficile enim mihi videbatur , sine eru-
 „ ditissimo viro , id operis castigatissimum , emenda-
 „ tissimumque fieri posse . Itaque ex illius consilio
 „ Homerum , ut vetustate primum , ita etiam divino
 „ quodam ingenio summum Poëtam , ac literarum
 „ fontem elegi , qui quidem ob incuriam , atque
 „ negligentiam Librariorum , ita sui dissimilis vide-
 „ batur , ut in nullo fere codice , quamvis perveteri ,
 „ integer agnosceretur . Quamobrem eruditissimi fa-
 „ nè viri Operâ , qualem Demetrium nactus est ,
 „ summo opere indigebat , qui & amore , quo me non
 „ mediocri prosequitur , & communis utilitatis gra-
 „ tiâ , ipsa Homeri Opera , singulari diligentia ,
 „ summoque studio , cum Eustathii commentariis
 „ conferens examinavit , atque emendavit ; cujus qui-
 „ dem viri diligentiam aut nihil arbitror præterisse ,
 „ aut siqua præterisse videbuntur , ea certè vel du-
 „ bia quædam sunt , vel ejusmodi , ut ea in tali
 „ tantoque opere justus , æquusque rerum æstimator
 „ non magni faciat . „ Itaque duobus Demetriis de-
 „ bet Metropolis nostra insigne decus inventæ primum ,
 „ ac dein tanto characterum splendore propagatæ apud
 „ nos Græcorum codicum Typographiæ , quemadmo-
 „ dum in hac historia suis locis retulimus .

D Quòd verò Chalcondylas apud Aldum græcos
 codices sub prælo sudantes diu correxerit , ut ex Zelt-
 nero refert ibidem Maittaire , difficillimè apud eru-
 ditos fidem inveniet ; ex quo enim Florentiâ Medio-
 lanum se contulit , inde pedem movisse , ut alias in
 Urbes commigraret , nusquam in libris illa ætate
 impressis memoriæ proditum legitur ; Accedit , anno
 tantùm MCCCCXCIII . fuisse inceptam Venetiis ab
 Aldo græcam typographiam ; eo autem anno nitidif-
 simam Isocratis græcam editionem Mediolani Deme-
 trius paravit , nec dimissum subinde illius linguæ ma-
 gisterium , moramque in hac Urbe abruptam , dilu-
 cidè ostendit longus arduusque labor , qui impendi
 ab ipso debuit , ut conferendum cum manuscriptis
 codicibus , emendandum , augendumque Svidæ Le-
 xicon , digna sui nominis laude procuderetur . Deni-
 que mirum foret , neque ab Aldo unquam fuisse com-
 memoratum , neque in Venetis hujus linguæ libris
 impressum Chalcondylæ nomen , si tam celebris famæ
 vir , Aldinis prælis diuturno tempore Corrector ad-
 stitisset .

(i) Tom. I. pag. 258.
 (1) Tom. X. Biblioth. græcæ pag. 391.

(m) Tom. I. pag. 262. nota e .

A N N O M D.

CLaudo hanc historicam seriem novo alio Literario monumento, quod licet Chronicis careat notis, mihi admodum verisimile fit, Mediolani hoc anno, aut paulò post, editum fuisse. Georgius Merula, Vir præclari nominis ac doctrinæ, ut superius ostendimus, immenso labore illud condiderat, Historiam Mediolanensem ab ovo repetens, resque præfertim à Vicecomitum Principum stirpe gestas, usque ad Matthæi magni ævum deducens, politiore facundia, quam nullus antea ex Urbis nostræ Scriptoribus peregrisset. Sublato è vivis Auctore, priusquam nobile hoc Opus in lucem prodiret, diu in tenebris latuit, donec Alexander Minutianus, Latinæ eloquentiæ, atque Historiæ publicus apud nos Institutor, à Trifano Chalco acceptum prælo commisit. Traductum ea tempestate jam erat Mediolanense imperium à Sfortiis ad Gallos, capto post varias fortunæ vices, ablegatoque in longinquum carcerem Principe Ludovico Maria. Nihilominus, cum recens foret calamitas, atque in oculis adhuc fulgeret relicta imago præteritæ Majestatis, qua Gens Vicecomitum à remota plurium ætatum antiquitate, florentissimæ hujus Metropolis dominationi præfuerat, non alium sibi Mecœnatem deligendum censuit Minutianus, quam qui illustrium memoratæ stirpis Avorum gloriam, sanguine simul, ac hæreditario nomine faceret immortalem. Itaque *Ottoni V. Vicecomiti*, editionem hanc nuncupavit, multa præfatus de illius progenitoribus, qui per Sacromoros, à Bernabove Mediolani olim Domino genus ducebant. Procurrit subinde in ejusdem laudes, subdens, degenerem minimè illum futurum primo Ottoni, à quo Insubrica Ditio in Vicecomitum familiam profluxit, cum & Literarum studio, & militaribus exercitamentis, se se ad Reipublicæ administrationem, atque ad arma in castris strenuè tractanda, egregiè componeret.

De Historia verò Merulæ loquens, mirum est quot illam præconiis extollat; scribens enim ad Mecœnatem suum, inter alia hæc subjungit: „ Is cum „ acerrimi esset judicii, & sciret quanti operis esset, „ res gestas Literarum monumentis commendare „ non solum diligentiam probavit, dum veteres perpendit annales, ne quid non verè dicat; id quod „ fuit admodum difficile, quando de originibus hujus „ magnificæ Urbis, deque gentis tuæ antiquitatibus, „ quas hac librorum Decade est executus, pleraque „ fabulosa circumferebantur; sed varietate rerum „ peritissimè distinxit, & verborum delectu, atque „ proprietate perpolivit, de cujus toto orationis genere, si, quod sentio, paucis aperire voluero, ipsius ferè verbis utar, qui cum ad judicii sui statueram nonnullorum nostri temporis scripta appenderet, dicere solebat, eos, quam simillimos videri „ fluviis, qui leni & æquabili aquarum agmine profluentes, nullis raperentur vorticibus, qui non „ sine grata voluptate in magnis spectantur aquis. „ Similiter illius hæc ego scripta vorticofo comparaverim flumini, ubi tamen nullum timeatur periculum, adeò nulla est clausula, quæ novitate, & „ figura dictionis, aut elaborata elocutione Lectori non romoretur. Sed hoc candidi Lectoris iudicio relinquimus, quem non dubitamus, ubi opus „ diligenter perlegerit, longè melius, quam ego ipse „ sentiam, de eo iudicaturum. „ Nec minore apparatu de hoc ipso Opere suo differuerat Merula, dicans illud, dum viveret, Ludovico Mariæ Sfortiæ, pro Fratris filio Mediolanensis imperii clavum regenti; In Epistola namque eidem inscripta, atque in fronte hujus editionis impressa, rudem sermonem, confusam rerum seriem, anilesque fabulas, quibus

A fordebant superiorum temporum codices, hoc idem argumentum pertractantes, improbat, subsannatque. Utramque Epistolam tum Merulæ, tum Minutiani, ex albo erasere, qui hanc Historiam typis iterum evulgandam suscipere, anno MDCXXIX. Sed eas, luce, quam semel acceperant, dignas, in calce Lector inveniet.

B Georgii Merulæ laudem elevasse visus est Trifstanus Chalcus, qui delectus ab absolvendam Præceptoris sui Historiam, quam mors ejusdem abrupterat, causatus est in Merula non modò ignorantiam plurium Documentorum, in reconditis Scriniis latentium, quæ innocens erat; sed negligentiam quoque, atque oscitantiam in iis perlegendis Antiquorum libris, quos oculis obvios consulere facillimè potuisset: ideoque integram ipse Mediolanensem Historiam exorsus est, sepultâ penè dixerim Magistri sui memoriâ, nisi ubi eundem carpenti opportunitas occurrebat. Strinxere calamum in Trifstanum, qui Seculo XVII. recudendum Merulam curaverunt, longâque præfatione conati sunt ejusdem fidem, ac diligentiam tutari, præfervidæ æmulationis, atque invidiæ Chalcum insimulantes. Potior tamen acerbæ hujus censure stimulus fuit, rejecta ad fabulas ab hoc Auctore Vicecomitum vetustissima, quæ prætendebatur origo ab Æneæ Nepote, atque Angleriæ Comitibus; is enim præcipuus cardo est exaratae pro Merulae Apologiæ, tantæque in Chalcum iræ conceptæ, cum ab illustri hac Familia progeniti forent illius famæ, atque Operis defensores. Qua in re, quis ex hisce præclaris Scriptoribus erroris sit arguendus, cum ad sententiam ferendam hoc loco, minimè urgeri me videam, eruditis Viris discutiendum dimitto. Id pro certo affirmare possum, utriusque rerum nostrarum Chronographo plurimas esse gratias persolvendas; alteri, quòd viam aperuerit nobiliori texendæ historiæ; alteri, quòd superstitibus adhuc in illa cautes, foveasque abstulerit atque explanaverit. Quamvis, ne in Chalco quidem, desunt sui historici anfractus, implexique ambagibus nodi, quos aliquando peritior calamus exfolvere poterit, ac meliori luce illustrare. Puricellus se se obtulerat ad Mediolanensem Historiam, accuratâ omni diligentia ex integro conscribendam, datique ab eo sunt ad Primores Urbis supplices libelli, ut decoro huic Operi elaborando propitias manus porrigerent, iique in Ambrosiana Bibliotheca manuscripti asservantur; sed sive iniquitas temporum aliò distraxerit curas Reipublicæ nostræ Præsidum, sive perficiendis ac etiam propugnandis, quos incœperat, atque ediderat libris, reliquum tempus vitæ absumpserit Puricellus, inane proflus evanuit ejusdem consilium. Itaque, licet plures, præter Donatum Bossium, Merulam, Chalcum, hanc provinciam tentaverint, Corius nempe, Morigia, Ripamontius, alique. nihilominus Rerum Mediolanensium Historiam, defœcatam, sinceramque, adhuc desideramus.

AULUS JANUS PARRHASIUS.

E Superiore anno nonnulla de præclaro hoc Viro protuli, quæ ad illius genus, patriam, res gestas, atque exitum pertinebant; nunc de iis agendum est, quæ ad ingenii sui fecunditatem, & eruditionis antiquæ copiam patefaciendam, elaboravit, cum in publico Mediolani gymnasio Humaniores Literas profiteretur. *Commentarii in Claudianum, De raptu Proserpinæ*, primæ fuere literariæ fruges, quas deprompsit Parrhasius, illæque in publicum prodierunt anno MD., quo easdem obtulit *Cutelliano Cottæ Mediolanensi Patricio*, Epistolâ ad ipsum datâ. In ea, postquam ejus indolem, in flore adolescentiæ matura jam

jam virtutis argumenta præbentem commendavit, in familiarum laudes excurrit, ac primò *Lucium Cottam*, Avum ejusdem profert, qui tunc superstes funeribus filii, & nepotis, eadem vultus hilaritate, atque animi constantia, qua summis in Republica honoribus functus fuerat, adversæ fortis ictus ferebat, erumpentes gemitus premens, & incredibilem animi corporisque cruciatum immotus, tacitusque transmittens; memorat subinde *Catellianum seniore*, *Albertum*, *Innocentium*, quibus oppetita mors pro communibus patriæ fortunis, diuturniorem, apud hominum memoriam, vitam pepererat; *Catellianum* postmodum Patrem laudat ab eximia privati publicique Juris peritia, ab æqui justique tenacissima observantia, ab aperto demum indicto bello adversus duas capitales hominum pestes, Avaritiam, & Ambitionem. Fratres quoque in domesticæ laudis argumentum producit, *Albertum* nempe, quem pari cum Majoribus virtutum gradu incedentem, in medio cursu mors importuna subripuerat, & *Hieronymum*, qui adhuc juvenis, in rebus gerendis prudentiâ, in castris verò bellica strenuitate, non sine nobili invidia, supra ceteros eminebat. Ne autem etiam stirps ista eo careret ornamento, quo per illam ætatem reliquæ illustres Familiæ fruebantur, ut videlicet, liberalitate blandientum Scriptorum, earundem origo, à remotissima Trojanorum, Romanorumque Heroum serie deduceretur, desiderari noluit hanc gloriam Parrhasius ab inelyta Cottarum Gente, *Cajum* illum *Cottam*, cujus, ut ipse ait, *nomen suppressere piaculum Naso duxit*, Virum triumphalem, & Pontificem Maximum, Auctorem faciens nobilissimæ hujus domus.

Non indiguit tamen hisce fucatis honoribus *Catellianus*, ut posteris cum laude innotesceret; illustri namque procul dubio sanguine ortus, clariorum se reddidit, integritate morum, & summis etiam in hac Metropoli gestis muneribus, præsertim verò Literarum amore ac cultu, quæ tantum hinc persequi, Instituti mei postulat ratio. Inter cetera ingenii sui monumenta, quæ Bibliographis nota sunt, atque in tabulas jam relata, unum ego, antiquos impressos codices volvens, inveni, quod aliorum oculos fugit, & licet calami ejusdem fœtus non sit, propensum tamen animum ab ipsa adolescentia ad literariæ Republicæ amplificandum censum ostendit. Cornelium Nepotem *De Viris illustribus* edidit, pluribus in locis suo studio emendatum, cum nondum è publico Gymnasio, in quo liberalium Disciplinarum rudimenta à Parrhasio excipiebat, pedem retulisset. Laborem hunc suum dicavit *Tristano Chalco*, sequenti Epistola, quam hoc loco percurrere, utpote brevem, ac rei, de qua hinc agimus, valde consonam, minimè Lectorem pigebit:

„ C. Catellianus Cotta *Tristano Chalco*
 „ Regii Senatûs à Secretis Insubriæ
 „ S. P. D.

„ **L**ibellum de Viris Illustribus, elegantissimo stylo conditum, quidam *Svetonii Tranquilli*, „ plerique *Plinii Cœcili* suspicantur. *Hermolaus* autem *Barbarus* pro *Cornelio Nepote* citat, & ita „ vetus habet Inscriptio, quod *Janus* etiam *Parrhasius* præceptor noster affirmat, ejusque testimonio „ frequenter utitur in *L. Florum*, quem singulis hoc „ anno lectionibus publicè nobis exponit. Invenias „ tamen aliquos, *Tristane* vir optime, contentiosius „ refragantes, hac (ut ajunt) adductos ratione, quod „ *A. Gellius* in suis illis noctibus *Atticis*, *Cornelii* „ *Nepotis* auctoritate scribit, *Manlium Capitolinum* „ virgis necatum; cum tamen hoc ipso opere, quod „ *Janus*, & *Hermolaus Cornelio* vindicant, è saxo „ *Tarpejo* præcipitatus esse dicatur. Sed ne isti non „ vident, *Cornelii Nepotis Chronica*, quorum Ca-

A „ *tullus* etiam meminit, non *Viros illustres* ab *A. Gellio* citari? Potuit autem *Cornelius* in diversis „ operibus, diversas *Annalium* complecti sententias, „ quod alii quoque fecerunt. Equidem nullum majus ad hanc rem fore argumentum putarim, quàm „ quo *M. Varro* usus est in explorandis *Plauti Cœdiciis*, ut quis *M. Catonis*, & *Attici* vitas, quæ „ de tot ipsius *Cornelii* lucubrationibus præterea „ persunt, & *Tranquilli*, *Pliniique* scripta sumat in „ manus, accuratèque tractata simul inter se comparret. Itaque, cui libelli dictio propiùs accedet, ejus „ esse statuat. Sed in hoc acri judicio opus est, & „ eruditione, quæ cum in te summa sint, idoneus „ litis hujus disceptator ab omnibus existimaris. „ Nam qui tuis in historiis eloquutionis antiquæ multum refers, facilè deprehendes, dicendi genus hoc „ ex tribus illis Auctoribus, cui magis conveniat. „ Interea *Viros illustres* ex *Hermolai*, *Janique* nostri „ sententia, sub titulo *Cornelii Nepotis* emittemus, „ & illos quidem multis in locis à me castigatos, „ ipsius ope *Jani*, quem quoniam sic velle intelligebam, tibi dicamus, ingenii nostri primitias, cui „ vel hoc ipso nomine non parum debeo, qui Patriæ „ nostræ memoriam à situ vindicas. Bene Vale.

Subjungo ea, quæ *Parrhasius* ipse de nobili hoc discipulo suo, ac *Meccenate*, scripta reliquit: „ *Verus*, & *Epistolæ*, quas tu (cujus proprium munus „ est) cottidie meditaris, fidem nostri sermonis ab „ solvunt, in quibus opulentiam *Ciceronis*, florente „ *Plinii* parsimoniâ temperas, ut in *Carminibus* elegantia *Tibulli*, *Martialis* argutiam. „ Quodnam esset id munus, quod *Catelliani* proprium erat, *Parrhasius* non enunciat; itemque ignoramus, an aded laudatæ *Epistolæ*, & *Carmina* ad posteros transmeaverint. Verùm, quæcunque fuerit illorum fortuna, projectiori ætate, dignis ingenio suo libris condendis operam dedit, tum in *Jurisprudentiæ* facultate, cujus *Memorabilia* methodo alphabetica scripsit, plagii quidem à *Bayle* (a) damnata, sed cum plausu à doctis *Viris* excepta, & sæpius recusa; *Elenchum* quoque *Jurisconsultorum* à *Scævola* ad *Alciatum* contexuit, qui denuo prodiit hoc Seculo, post librum *De claris Legum Interpretibus* *Guidi Panciroli*; tum in *Historia*, *Patriæ* nostræ laudes peculiari libello complectens, & *Metropolis Mediolanensis Municipales leges* illustrans. Demum de *Republica*, & *Literis* benemeritus, supremum diem obiit anno MD-LIII., sepultus in tumulo, sibi dum viveret jam parato, in sacra *Æde Sanctæ Mariæ Gratiarum*.

Parrhasii *Commentarios* in *Claudianum*, pluribus impressis carminibus exornare præclarissimi illius temporis *Viri*, *Thomas Phædrus*, *Lancinus Curtius*, & *Johannes Maria Cataneus*. Unum ego felicem hinc describendum, *Epigramma* nempe *Phædri*, cujus suavissimos mores, collataque in ipsum beneficia *Parrhasius* commemorat, acerbum ejus funus deplorans in libro *de Quæstis per Epistolas* (b), quique tanto latinæ facundiæ cultu perorabat, ut *affluentissimum eloquentiæ flumen*, & sui Seculi *Cicero* appellaretur, quemadmodum, insignium Scriptorum testimonio, refert *Bayle* (c). Ita igitur canit:

Quid miseræ prodest *Cereri* exorasse *Tonantem*,
 Ut natam alternis mensibus adciperet?
 Rapta erat ab *Disi* rursus *Proserpina* avaro,
 Obrutaque in *Stygiis* illa latebat aquis.
 At bonus adsurgit *Janus*, qui vindice lingua,
 Eripit è manibus *Raptor* acerbe tuis,
 Et jubet ad *Superos* ire, & volitare per ampla
 Ora *Virum*; tantum plus *Jove* *Jane* potes.
Jane tibi *Dea* si tantum *Proserpina* debet;
 Quæ ratio adcipiet nomina, dic, hominum?
 Re-

(a) *Diction. Critique.* (b) *Pag. 144.*

(c) *Ibidem*, verbo *Phædrus*.

Referre quoque opus est, quæ Parrhasius *Indici Rerum* subjunxerat, quæque unâ cum præfixis Carminibus refecata sunt in editione Basilejensi anni MDXXXIX. Siquidem in iis servatam nobis videmus memoriam duarum nobilium Familiarum, tunc Mediolani florentium, his verbis: „ Habes jam nostras „ in Claudianum lucubrationes Catelliane, seriùs for- „ tasse quàm tu putaras, aut ego voluissem, ob acer- „ bissimum luctum, quem immaturus obitus M. An- „ tonii (*Rubreni*) nostri nobis attulit, quem ego „ propter elegantiam morum, secundum te dilige- „ bam Erat enim, ut scis, egregia corporis indo- „ le, vegetioris ingenii puer, & memoria singulari; „ quique quartumdecimum annum vix totidem „ diebus excederet, in qua ætate, velut in tenellis „ arboribus, contenti floribus esse solemus, ipse ma- „ turos penè virtutum fructus producere nobis jam „ cœperat, ut non dubitarem *Augustanorum* fami- „ liæ, quæ hac in Urbe honestissima est, Avique „ *Rubreni*, summi Viri, sed in primis Johannis An- „ geli parentis sui, cum ceteris corporis, & animi „ ornamentis, tum Principis amicitia clarissimi, splen- „ dorem, vel, quod ipse Pater optabat, superatu- „ rum, vel certè, quod nos considerabamus, assequu- „ turum. Non igitur potui non ejus morte magno- „ pere moveri, & quia me dum vixit religiosissimè „ coluit, & excedens non exiguam studiorum no- „ strorum spem abstulit, hoc elegidio questi su- „ mus, quod, ut à dolente confusoque scriptum „ lege quæso cum venia:

*Te ne etiam Rubrene puer mors improba nobis
Surrripuit, tantam nec verita invidiam est?
Ausa ferox Stygio præcludere lumina somno?
Lumina Lædæis æmula sideribus.
Non illam Latias, Grajasque exculta per artes
Lingua? nec arguti pectoris ingenium?
Non movit studiosa manus perarare tabellas
Docta? notisque apices ducere præpetibus?
Quid te sava juvat producere funus acerbum,
Et vitam primis rumpere staminibus?
Forsthan emenso visus tibi senior ævo est,
Dum menses animi dotibus adnumeras?
Quò geminum sub fronte jubar? quò lactea cervix?
Et coma, vix Phœbi crinibus inferior?
Quò mores abiere pii? quò mentis acumen?
Quò tenera virtus indole præquoquior?
Omnia (proh) cæco merfit libitina barathro;
Totque bonæ obscuras vertit in exequias.
Editus ecce mihi labor est in carmina Claudi.
Nec leget (heu) vitâ, Marcus, amabilior.
Non tamen efficiet, quin mecum Marce legaris;
Utque tuum nomen defluat ex animo.
Illa licet tulerit mortalia membra caduci
Corporis, atque animæ perpetis, exuvias.
Post obitum vives, properataque fata superstes,
Et vincet de te secula pars melior.
Non quòd uterque parens ingenti mole sepulchrum
Condat, & alta tuos urna tegat cineres;
Marmora tempus edax, & busta superba vetustas
Sternet, & artis honor sentiet interitum.
Sed quia te docta deflent monumenta Camænae,
Certatimque tuos scribitur in titulos,
Suspicient te Fama loquax, serique nepotes,
Canaque venturo tempore posteritas.*

Non multò post, Janus Parrhasius iterum prælo subdidit opus hoc suum; cum enim à Ludovico XII. Rege Galliarum missus denuo in hanc Provinciam fuisset *Jafredus Carolus*, & post Stephanum Poncherium, delectum in Parisiensem Archiepiscopum anno MDIII., amplissimo Mediolani Senatui præsideret, opportunum duxit, eidem illud offerre, eo etiam peculiari titulo adactus, quòd Impressor quidam (nomini parci) subreptas ipsi nonnullas in Titum Livium lucubrationes, tanquam proprias Jafredo dicasset. In Epistola nuncupatoria rem narrat Parrhasius his verbis: „ Adfunt ignavissimi quidam Fuci „ qui favis, alienisque mellificationibus insidiantur „ & quæ multo, longoque studio comperta sunt ab „ aliis, impudentissimè pro suis ostentant; ut iste „ vix satis idoneus Impressor, qui castigationes in „ Livium meas ex magna parte subripere, tibi que „ nuncupatim dicare non erubuit. In quo non minus „ exiltimationi tuæ, quàm mihi fecit injuriam; quasi „ verò divinus tuus animus interceptis gaudeat re- „ bus, & in hoc etiam Superos non imitetur, qui- „ bus (ut Porphyrius auctor est) furta non litant. „ Ego, Vir integerrime, triennio jam Livii bellum „ Macedonicum, frequenti professus Auditorio, fin- „ gulis lectionibus emendavi, quod ante nos (absit „ verbo invidia) nemo tentavit; ostendique certissi- „ mis argumentis, ab eo, quem dixi, Decada depra- „ varam, locis amplius mille. Veritus igitur, ne „ sua laniena per nos in lucem proderetur, editione „ prævenire festinavit; eamque rem dissimulanter me „ laturum speravit, si sub umbra tui nominis emit- „ terentur: acsi non eadem gratiora tibi futura sint „ à proprio, iustoque domino, quàm ab inverecun- „ do Plagiario. Quum præsertim nusquam ille po- „ tuerit asserre correctionis alienæ rationem, quod „ nos inter legendum fecimus, proximâque sceturâ „ faciemus, quæ propediem sub tuis auspiciis exhibit „ in publicum, sex in toto Livio vulnerum ferè mil- „ libus à me curatis, aut splenio contextis. „ Re- „ liquum Epistolæ in calce dabimus, cum, licet Secu- „ lum XV. huic Historiæ à me statutum excedat, di- „ gna sit nova luce. Interim fateor, expungi à mente „ mea vix posse subortam suspensionem, in hac querela „ *Minutianum* notari, qui publicus in hac Urbe Pro- „ fessor Typographiam exercebat, Liviumque à se „ emendatum in vulgum emiserat. Si tamen ipse est, „ condonari debet iræ ebullienti acris illa censura, „ qua eundem feriit Parrhasius, *vix satis idoneum Im- „ pressorem* appellans; qua enim doctrina, atque elo- „ quentia præstaret *Minutianus*, quàmque elegantibus ty- „ pis, & accurata castigatione libros excuderet, insignium „ Scriptorum testimonio, in Prolegomenis vidimus. „ Num verò fidem absolverit, qua se Jafredo obstrin- „ xerat, prodituras nempe propediem in publicum sub „ illius auspiciis animadversiones in Livium, hæcere „ incertum me jubet silentium eorum, qui aut de Par- „ rhasio, aut de libris per ea tempora impressis disse- „ ruere; in Bibliotheca Neapolitana, ubi de hoc Au- „ ctore fit sermo, *Manuscripta* quædam enunciantur „ in *T. Livium*, & *L. Florum*.

Quamdiu Mediolani stipendia Literarum fecerit, nec Jovius, nec Bayle annotavere. Itinera sua post exitum ab hac Metropoli Parrhasius ipse describit in Oratione, quam habuit, cum Romam ad publicè docendum evocatus à Leone X. Summo Pontifice, *Epistolas Ciceronis ad Atticum* explanandas suscepisset; narratis namque domesticis calamitatibus, quibus fortuna videbatur apertum ipsi bellum indixisse, obitu scilicet Avi, utriusque parentis, patrii, filiorum, fratrum, affinium, atque amicorum, ait, se in Gallia citeriori, Mediolani nempe, publicè conductum, veluti portum tenuisse; dein uberiora stipendia sequutum *Vicentiam* commigrasse. Inter *Epistolas Clarorum Virorum*, editas Venetiis anno MDLXVIII., una Jani Parrhasii legitur, data *Vicentiæ* ad Aldum Manutium, in qua conqueritur de quodam Ligure, infido amico, ob moram dolosè injectam codicibus, & observatiunculis suis ad eum missis;

missis; ait, apud se cœnatum proximè fuisse Sacerdotem optimum, & Cantorum ætatis suæ peritissimo *Franchinum Gaphorum*, seque ex morbo acerbissimo adhuc jacere. Hæc in Epistola memorata; in Oratione verò referre profequitur, ingruente in Venetam ditionem, infestis signis, Hoste Germano, Gallo, Hispano, in Patriam se recepisse, donec Jano Lascare, apud Pontificem benevolè agente, ad Romanam Urbem, collato profertendi eloquentiam munere accersiretur. Extat apud Nicolaum Toppi (d) exemplar Brevium Literarum, quibus *Leo X.* Parrhasio conferebat Cathedram Oratoriæ facultatis in publico Romano gymnasio, statuta singulis annis merceducentum aureorum; Expediit illæ sunt anno MDXIV. Leonis secundo. Inde verò facile colligi potest tempus, quo è vita decessit; cum enim Jovius asserat, Romani suggestus honore non diu illum frui potuisse, coactum ad Patriam reverti, ob articulare morbum, membra omnia sævissimè deformantem; Pierius autem Valerianus testetur, ibidem citissimè interiisse; mors ejusdem consignanda verisimilius videtur circa decimum octavum illius Seculi annum, quo, ab accepta prima luce anno MCCCCLXX, nondum quinquagesimum suæ ætatis annum expleverat.

JOHANNES BAPTISTA PIUS
BONONIENSIS.

Dimittendus non erat in hac Historia, veluti neglectus Vir iste, doctrina & scriptis clarissimus, cum aliquo tempore apud nos hospitio receptus, in publico gymnasio latinæ eloquentiæ præcepta traderet, gloriamque auxerit Mediolanensium studiorum, quibus promovendis acciti ab universa Italia insigniores famâ, & literis Præceptores, nobili successione infudavere. In hac Metropoli commoratum jam fuisse *Pium* Bononiensem anno MCCCXCVIII. non obscure docet Epistola ejusdem, qua Sidonium Apollinarem, eo tempore Mediolani excusum, dicavit Magnifico *Johanni Francisco Marliano*, Equiti, & Senatori Mediolanensi; in ea namque testatur, se consilium cœpisse eruendi è veterosis scriniis jacentes ibidem præclari nominis antiquos Auctores, ut morem gereret præstantissimo illi Viro, qui acerbè dolebat, emunctissima Priscorum volumina, situ & carie obruta, somnum Epimenidis edormire. Siquidem, cum ad ipsum Conviva ventitasset, sermo incidit de Scriptoribus, qui adhuc ingloriè delitescabant; Marlianus autem non destitit intrepere, ac in terpellare, *Apollinarem saltem (nonnullos sanè nuncupatim recensueram) promulgandum, ne vitam cassâ & cæcâ invidiâ fraudemus bonis alienis*, verba sunt Pii. Profequitur enarrare, neque hoc contentum Marlianum experuisse, ut tenebricosus ille Auctor commentariis illustraretur, seque, licèt imparem tanto oneri subeundo, ac diu hæsitantem, votis ejusdem obtemperasse. Nonnum quoque *Marcellum* integrum, *Festum Pompejum*, & *Marcum Varronem*, hoc anno typis nostris editum, inscripsit *Pius Bononiensis Guidotto Muzanta Mediolanensium Medicorum Antistiti*, nuncupatoriam ad ipsum Epistolam dirigens, quæ sic incipit: „ Ibis & tu quoque in paginas nostras, Guidotte Domine, Literatorum nobilissime, Nobilissimorum sapientissime, utrorumque honorificentissime. Non ea est tua eruditio, fides, affabilitas, & ingenuarum scientiarum cognitio, ut latere debeas. Excipies igitur, qua soles hilaritudine. Marcum Varronem, undecumque eruditissimum, Marcellum, & Pompejum, labore & palæstra nostra in pristinam faciem restitutos, absterfa omni utiligine, & foeditate, qua ante nos ruidi, laceri, & strumosi. . . . circumferebantur, mera ramenta, & projectitia secamenta, horum potius Auctorum umbras, ne-

Tom. I.

(d) Biblioth. Neapolit.

A „ dicam cadavera. Integritatem nos illis reddimus „ tuo nomini dicantes, ut tutiores exant „ in publicum. Vale Literarum, Literatorumque decus, & Pium tuum redama. „ Abruptam hanc Epistolam consultò dedi, cum tota ferme *exoletis, rancidisque vetustatis vocabulis* scateat, ob quæ derisum *Pium*, atque in fabulam traductum, ait Jovius in ejus Elogio, subjungens, comperto tandem (licèt serò) styli vitio, se totum ad Ciceronem recepisse, & multa in eo elucidando fuisse commentatum.

B Itaque per hæc tempora Mediolani Pius degebat, cum, ut vidimus, amicorum Equitum mensæ affideret, & eorundem patrocinium sibi demereri, impressis in hac Urbe, sub illorum nomine, libris eniteretur. Jovius citò se expedit ab enarrandis itineribus celeberrimi hujus humaniorum Literarum Institutoris, videturque unicum tantum Pii profectorem ad Romanam Urbem agnoscere, ut ibidem sub vitæ finem Oratoriam artem profiteretur, inquiens: „ Postremò, cum Bononiæ, Mediolani, & Lucæ per quinquaginta annos docuisset, Paulus Pontifex, tanquam veterem suum familiarem in Urbem acevit, publicoque in munere defunctus est octogenarius, summa temperaturæ firmitate, adversus morbos invictus. „ Mihi antiquos codices pervolventi nonnulla innotuere, quæ ad illius peregrinationes illustrandas clariorem præferunt faciem. Mediolani constitisse literariis studiis intentum, expirante Seculo XV., superius ostendimus; hinc verò profectum hoc eodem anno MD, (fortasse ob translatum à Sfortiis ad Gallos Metropolis hujus imperium) duo mihi persuadent; primum est, post *Festum Pompejum* jam memoratum, hanc Typographi admonitionem subjungi: „ Quædam addita sunt, quæ non erant in Exemplari *Pii nostri*, sed in alio ejusmodi. quæ si Pius ipse (qui propter sui absentiam ea castigare nequivit, sed nec ipsius exemplar revidere, dum imprimeretur) affuisset, correctiora haberentur. „ Alterum est, Plauti editionem cum ejusdem Pii interpretatione, quæ hoc eodem anno prodiit Mediolani, non alicui, ut solebat, Equitum Mediolanensium, sed *Johanni Bentivolo, Bononiæ Dictatori*, fuisse ab ipso dicatam; quod certè non leve indicium exhibet, ut credamus, illum in Patriam remigrasse. Sanè Bononiam profectum Pium, cum ab Urbe nostra discederet, ibidem publici Præceptoris munus gessisse, ipso testante intelligimus. Extat in libro III. *Elegiædon Pii* Carmen, quod ita inscribitur: *Dolet se Mediolanum, unaque Amicam reliquisse, dum à Senatu Bononiensi revocatur*. Prodiere autem hi libri ejusdem Poëticarum lucubrationum. *Bononiæ anno MDIX.* Præterea impressa legitur inter laudati Auctoris *Sermones* sex libris comprehensos, atque editos in eadem Urbe, anno MDXXII. *Prælectio in Ciceronem de Oratore, & Virgiliti Æneida, publicè habita Romæ, ubi Petro Marso in primo subsellio successit, anno MDXII. Calendis Februarii.* In ea inquit Pius se tandem consecutum, quod anxiiis votis optaverat, ut nempe Dominam Gentium Urbem inviseret, in qua ingenia promptiora, castior Eloquentia, & Religio florebat, „ cum (ejus sunt verba) Bononiæ, *ubi publicè docebam*, mutum sit Auditorium, Minerva sileat, Mars vibret hastam, gravissimo ac pestilentissimo tempore, quo spernitur Orator bonus, horridus Miles amatur; „ subdit verò, se à *Julio*, Christi, Petrique Vicario, extorrem, & profugum, non exceptum solum, sed ipso mandante, in Album eorum, qui Romanam Minervam colebant, fuisse coopratum. Petri Marfi, Musarum Athletæ invictissimi, vices subiturum. Non semel igitur tantum, sub exitum vitæ, Romæ docuit Pius Bononiensis, ut Jovius narrabat. Quæ autem causa fuerit, cur Romam quoque desereret, atque ad alia implenda subsellia, Lucæ præsertim, sese-

ooo

con-

conferret, indagare in presentia non attinet; ad ea, quæ Mediolani peracta sunt, sermonem converto.

Præter *Latina lingua Auctores* proximè relatos, ac *Guidotto* nostro dicatos, quibus emendandis, & restituendis pristinae formæ, plurimum laboris impenderit Pius, ut hoc anno Mediolanensibus typis novam laudem, ac studiis commodum adderet, *Plautum* quoque uberrimis divitem commentariis prælo paravit. Laudavere hoc Opus, apud nos primò editum, plures Patricii Mediolanenses Viri, aliique insignes Poëtæ, impressis in fronte, & calce carminibus. Non ita æquus ejusdem æstimator fuit *Pylades Buccardus* Brixianus, qui novas in Plautum interpretationes molitus, Johannem Baptistam Pium præsertim & Bernardum Saracenum acerbè insectatur, professus in Epistola ad Aloysium Dardanum, fuisse industriam suam, excusas eorum ineptias, & futes „ Commentationes, quibus ad tria errorum millia „ debacchati, universum ferè Plauti ipsius Codicem „ fœdis maculis oblitum reddiderant, ut qui ante „ Georgium (*Meralam*) ægrotabat, his duobus veluti insulsiſſimis Medicis, ad extremam perniciem „ deductus, & penè conclamatus censeretur. „ Eminentissimus Quirinus, ubi de Plauto agit, in laudatissimo libro *de Brixiana Literatura* (e), licèt Pyladis ingenium, & eruditionem commendet, pro eo tamen, quo incenditur, veritatis amore, eundem insolentia damnat, quòd malè adèò habuerit præter Georgium Alexandrinum, binos hosce Commentatores Pium, & Saracenum, *Viros planè magni ingenii, & reconditarum, ac veterum literarum imprimis doctos*; eoque magis, quòd Pius ipse, etiam antequam Obrectatorem ullum sentiret, retractationes in Plautum spontè vulgaverat, minimè erubescens, errores, quos Juvenis XXIV. amorum in explanando Plauto admiserat, glorioso exemplo fateri. Pauca hæc decerpo ex Pii Præfationibus, quas integras recitat memoratus Cardinalis (f): „ Multa deprehen- „ di præposterè scripta, inversa, adulterina, & in „ meram barbariem detorta, quædam olim à me „ parum pensitatè reposta, quæ nunc limatiora legas „ velim, & Academicis nostris impertias, qui nunc „ plurimum florent, idque Bononiæ Non „ enim ex his sum, qui nævos suos amant, & se „ & sua sine rivali complectuntur. „ Nobiliori certè titulo Pium donavit Lucas Olchinentis Canonicus, ceteros etiam Plauti Commentatores enumerans, in Epistola præfixa Plauto, à se castigato (g); inquit enim: „ Certò utique scio, tibi exploratissimum esse, & „ quantum omnes consummatissimi ætatis nostræ ho- „ mines in Plauto emendando insudaverint, quibus „ jurgis inter se contenderint, & adhuc sub Ju- „ dice lis est, quisnam eorum laudatissimam palmam „ consecutus sit. Ego verò omnium infimus, eorum „ vestigia sectatus, ex collatione omnium exemplarium, quæ invenire potui, pro captu meo multa „ restitui, distinxì, annotavi, ut ab omnibus bonarum Artium studiosis antiquissimus Auctor, emendatissimus haberetur. Redegi autem de industria „ in idem Corpus, præter tamen omnium opinionem, „ Georgii Vallæ, olim Præceptoris mei, eruditissima „ scripta, Bernardi Saraceni, & Pyladis Brixiani „ copiosa Commentaria, Pii Bononiensis eminentes „ *Observationes* &c. „ Hanc quoque Epistolam sincero calamo inseruit libro suo Eminentissimus doctrinà, & Purpurâ Quirinus, ut nimiam Pyladis sui contra Pium, aliosque dicacitatem, favorabilibus doctorum hominum testimoniis obtunderet; proinde verò gloriosius nihil tanto vindicè optare poterat editio nostra, & Auctor Plauti Commentariorum.

Obiter innuo, Johannem Petrum Vallam Plantinas suas annotationes *Scaramuciae Trivultio Mediolanensi Patricio* dicasse; ab eo namque humanissimo

Hospitio Mediolani exceptus, gratiam hanc reddere voluit, in Clarissimæ Familiæ, & præsertim Johannis Jacobi Trivultii Patruis laudes se effundens. Nuncupatoriam ejusmodi Epistolam descripsi ex editione Plauti cum commentariis ejusdem Vallæ, Bernardi Saraceni, & Pii Bononiensis, peractâ Venetiis anno MDXI., eamque, utpote ad res nostras pertinentem, post alias proximè dabimus. Ut autem iis, quæ de Pio commentati huc usque sumus, coronydem imponamus, animadverto, ejusdem mortem statui à Pellegrino Antonio Orlando in Catalogo Bononiensium Scriptorum, anno MDXXXI. Si tamen verum est, quod Jovius narrat, evocatum nempe Romam fuisse Pium à Paulo (III.) Summo Pontifice, atque ibidem octogenarium decessisse, ut superius retulimus, diutius ille vitam produxit, cùm nonnisi biennio post Apostolicam Sedem Paulus conscenderit.

PHILIPPUS BEROALDUS SENIOR.

Plauti Commentariis hoc anno, ut diximus, Mediolani editis, admonitionem suam ad Lectorem præmisit *Philippus Beroaldus*, & ipse Bononiensis. Fuit hic in nostra Metropoli publicus eloquentiæ Institututor, ejusque Annotationes in XII. Svetonii Cæsares impressæ fuere in Urbe nostra anno MCCCCXCIV., desumptæ ex ejusdem Archetypo, fortasse hic relicto, cùm revocatus foret ad Bononiensè Gymnasium. *Bartholomæus Blanchinus*, Beroaldi Conteraneus, vitam illius vulgavit, illamque inscripsit *Camillo Palæotto*. Legitur ista ante Svetonium, Lugduni excusum anno MDXLVIII. Narrat Blanchinus, Beroaldum, „ vixdum annos pubertatis egressum, „ studia literarum Bononiæ primùm, mox Parmæ, „ atque inde in Gymnasio Parrhisiorum celeberrimo, „ frequenti professum fuisse Auditorio; Ad postremum, honorificè revocatum in Patriam, usque „ ad extremum vitæ diem, maximâ gratiâ, & Vere legisse. „ Nihil autem innuit de mora ejusdem apud nos acta, publicoque Mediolani habito magisterio Oratoriæ, ac Poëticæ facultatis. Silet quoque in illius Elogio Paulus Jovius, qui tamen nonnisi Bononiam memorat, in qua Beroaldus senior, summo cum plausu, Humaniores Literas docuit. Contra verò Hieronymus Bossius, à me in *Prodromo* laudatus (h), inter Palatini nostri Gymnasii publicos Rhetoricæ Professores, post Franciscum Philadelphum, Philippum Beroaldum enumerat: Pellegrinus quoque Orlandus in *Nativis Bononiensium Scriptorum*, Italicè impressa, hunc Philippum docuisse tradit Parmæ, Mediolani, Perusiæ, Bononiæ. Plura ego ex ejusdem Scriptis collegi, quæ gloriam ejusmodi nobis satis dilucidè vindicant; prædesse nempe aliquando Mediolanensi Literariæ palæstræ ad erudiendam juventutem Virum illum, de quo refert Blanchinus (i), „ Johannem Picum Mirandulanum, cùm ab Amicis „ rogaretur, quidnam de Beroaldo sentiret, memorabilem illam, meritòque celebratam hominum „ memoriâ vocem respondere solitum, Beroaldum „ sibi videri, *vivam quandam loquentem Bibliothecam*. „ Primò igitur, inter Beroaldi *Orationes, & Prælectiones*, Bononiæ vulgatas per Platonem de Benedictis anno MCCCCXCI., extat Panegyrica Oratio, in qua Principem Ludovicum Mariam Sfortiam eloquentissimè laudat, atque in calce supplices suas preces sequenti Epigrammate eidem porrigit:

*Hesperios inter Duces, Inclyte Princeps,
Principe quo Status hic sospite, sospes erit.
Imperii columen, rerum tutela, salusque,
Eximia Proavos qui probitate refers;*

Su-

(e) Parte I pag. 38. & seq.
(f) Ibid. pag. 19. & seqq.
(g) Ibid. pag. 40.

(h) Cap. IX.
(i) Ibidem.

*Suscipe pasata devotum fronte clementem ,
Mancipiumque recens , servitumque fove .
Sunt tibi complures ex omni parte deserti ,
Est tibi Pierius turba verenda chorus ;
Inter quos cupio numerari , Maxime Princeps ,
Inter quos unum da mihi , quaeso , locum .
Non erimus certe indicores , nec rustica nostra est
Calliope , & nobis dexter Apollo favet .
Accipe sinceri munuscula parva Philippi ;
Inspice si quid inest , quod placuisse queat .
Post lites , & post decisa negotia rerum ,
Post bene formatum , depositumque Statum .
Tunc liber , vacuusque , meum percurre Libellum ,
Atque hilaris nugas perlege fronte meas .
Sexquiboram scriptis nostris impende ; sed hora
Sufficit ; hoc nimium est , subtrahere dimidium .
Vix legere incipies succincli scripta Libelli ,
Pagina principium prima , modumque dabit .
Jamque vale , vivasque diu , mitissime Princeps ,
Et superes Phrygios , Nestoreosque dies .
Dii tibi dent quodcumque cupis , quodcumque mereris :
Dii mihi dent , cupias ut meminisse mei .*

Animadvertere hinc licet , quanta ille studiorum Mediolanensium existimatione teneretur , cum disertissimis Viris , quibus Lycæa nostra tunc implebantur , anxius ad eod. votis adscribi percuperet . Bartholomæi Calchi patrocini , qui à secretis erat Sfortianorum Principum , & Literarum amantissimus , ad nos traductum Beroaldum credere possumus ; ad ipsum namque libellum suum *De Nuptiis Bentivolorum* direxit , eumque in Epistola nuncupatoria commendat , quod ad ipsum , tanquam ad Anchoram , Literati decurrerent ; is verò , cum ociosus foret , eidem summam benevolentiam copularetur . Elegantissima est hæc Beroaldi lucubratio , & nonnulla continet , quæ in pervetusta editione propemodum sepulta , erudito presentis Seculi genio displicere haud poterunt , si in lucem iterum proferantur . *Girandola* festivum spectaculum , quod frequens nunc , ac facili negotio parandum , Romæ præsertim conspicitur , ignotum profus erat sub initium Seculi XV. , (nonnisi enim vergente ad exitum eo Seculo , Lucretia . Herculis Estensis , Ferrariæ Ducis filia , nupsit Annibali Bentivolo , Johannis II. primogenito) primòque exhibitum fuisse Bononiæ , in hisce nuptiis , tradit Beroaldus , illud his verbis describens : „ Transacto „ Ludicro , cuncti lætitiâ delibuti , cum oculorum „ desideria satiassent , Foro facessunt . Jam die in „ vesperam præcipiti , rectâ ad ædes Bentivolas per „ gunt , novum , infrequensque spectaculum specu „ laturi ; nam Florentinus quidam Machinator egre „ gius , & mechanicæ Artis scientissimus , machinam „ solertissimo artificio fabricaverat , quam *Girandu „ lam* vulgus appellat , quæ nostrâ linguâ orbis flam „ meus dici potest ; utar enim hoc vocabulo , quoad „ invenero melius . Erat hæc machina funibus sus „ pensa sub papilione Bentivoli Fori , ingentis ma „ gnitudinis , in rotunditatem circumacta . Tribus „ circulis cingebatur , medio extremos exsuperante . „ Crescebat in ventrem , labris paulatim se restrin „ gentibus , cui nihil tam simile est , quam calathi „ effigies . Ignis intra machinam furtim inclusus arte „ mechanica alebatur , per fomites incendiõrum di-

A „ scurrens , quibus tota moles erat refertissima , de „ bebatque horâ sub vesperum statâ , cum crepitu , „ bomboque maximè flagrantis radios ejaculari . „ Machinator prædixerat , post primam horam no „ sturnam , futuram flammæ ejaculationem . Jam „ sublato tentorio , reductisque velis avidissimè præ „ stolabatur populus numerosus condictum tempus „ conflagrationis . Jam crepusculum , jam tenebræ „ densæ , jam hora fatalis adventat , cum repente „ tanta vis flammæ , & incendiõrum emicuit cum „ crepitu eruptionis vehementissimo , ut Cælum ip „ sum flagrare simul , & ruere videretur , & multi præ „ pavore corruerint , fuligine , fumo , odoreque sul „ phureo cuncta complente . Radium igniti subinde erum „ pentes (*inspecti sunt*) , inter spectatores formidolo „ sos volitare , horum facies afflatu foedare , illorum „ vestimenta comburere , fuitque plenum horroris cum „ voluptate spectaculum , quod novissimum inter nu „ ptiales lusus exhibitum , haudquaquam displicuit , „ novitate blandiente , quæ semper ferè solet esse „ gratissima , cum ad nova homines libentissimè ve „ niant , ad nova concurrant .

Quo nomine appellaretur Florentinus ille *Machinator* , Beroaldo fortasse compertum non fuit ; Dominicus Maria Manni , in suo *de Florentinis Inventis* libro (1) *Bernardum Bontalentum* , in Mathematicis disciplinis egregiè versatum , primum facit Auctorem discurrentis per tubos papyraceos ignis , conflataque hujus Machinæ , cujus gratiâ inditum eidem agnomen est , *delle Girandole* . Huic quoque ingeniosissimo Artifici tribuendum reor alterum industris Machinæ genus , quod in Aula ipsa Principum Bentivolorum , speciem quandam miraculi , spectatores obtulisse narrat idem Beroaldus , hæc scribens : „ Duo præterea candelabra ingentis magnitudinis „ deargentata , ex laquearibus deauratis demissa pen „ debant , simillima lucernis priscorum , quas poly „ mixos vocitarunt . In his lilia & flores artificio „ mechanico concinnati vitebantur , qualia ornamen „ ta fuisse legimus in candelabris Salomonicis . Erat „ præterea ignis inter candelabra furtim inclusus , „ qui quasi in radio discurreret , horâ statâ lampades „ & cereos infixos accendit . Omnes mirabundè sus „ picere tam nobile commentum , laudare tam fal „ laciosam machinationem , contemplari tam erra „ bundum igniculum Deinde saltationes „ choreæque matronales exhibentur . Saltavit & „ Ætrusca puella exossum saltationem cum omnium „ qui aderant , admiratione . Mox spelunca fictitia „ instar nativæ , sylvosæque speluncæ , unâ cum Mon „ te ligneo reposita intra triclinium , reposita & Castelli „ simulacrum unâ cum Turri , nemine , qui gestaret „ apparente . Intelleximus tunc illud epigrammatici „ Poëtæ Carmen , quod prius suboscuro nobis le „ gentibus erat :

„ *Repperunt scopuli , mirandaque Sylva cucurrit .*
„ Ex his omnibus paulatim Nymphæ progrediuntur „ ad effigiem Dearum reformatæ . Credidimus hoc „ Paradisi esse judicium de tribus Deabus , quoniam „ Juno , & Venus affuerunt ; sed loco Minervæ „ aderat Diana cum Nymphis &c.

Ad calcem hujus libelli subdidit Beroaldus Endecasyllabos quosdam versus , qui ob nitorem suum , & laudes Chalco nostro tributas , referri hic merito possunt :

*Quò tu , quò properas recens libelle ?
Extra limina cur cupis vagari ?
Intra ferinia cur nequis manere ?
Cur limam refugis , meumque cælum ?
Cur optas volitare per tabernas ?
Vendi plus minus assibus duobus ?*

Exi :

(1) Cap. XXXIV. pag. 71.

*Exi : sed video tibi paratos
 Ronchos , Rhinoceros , & malignos .
 Rugoso aut piperi dabis cucullos ;
 Aut merces olidas salariorum
 Infelix gremio tege madenti .
 Hæc incommoda , si sapias , libelle
 Vitabis : via nam tibi parata est ;
 In Chalci fugito sinu patroni ,
 Qui jam suppetias feret clienti ;
 Qui te præsidio suo fovebit ;
 Qui doctos amat , excolit , venustat .
 Hunc quæras ; reverenter hunc adito ;
 Huic post legitimam osculationem
 Dices protinus : O decus bonorum ,
 Te salvere meus jubet Poëta ;
 Et te vivere Nestoris senectam ;
 Et te principibus diu placere
 Optat ; sisque sui memor , precatur .
 I jam , quò properas , recens libelle .*

Mediolani degens Beroaldus, Orationem (quæ in editione Opusculorum ejusdem impressa est) habuit in Nuptiis *Gabrielis Pirovani*, Equitis, non tam antiqua nobilitate clari, sed etiam eximie doctrinæ ornamento præstantis. De illo enim hæc pronunciat: „ Est hic multijugis disciplinis decoratus, Astrologiæ peritissimus, Philosophiæ consultissimus, & in primis Medicinæ scientissimus, quæ vel singulæ ingenuæ Artes quemvis hominem possent illustrare. Archiatrum Ducum Mediolanensium fuisse hunc Gabrielem, lego in Additamentis ad Historiam Italianam Medicorum hujus Urbis, à Bartholomæo Curtio vulgatam, sed nudum nomen tantum exprimitur. Præstat igitur optimi nostri Civis laudēs ex Beroaldo decerpere, ut aliqua saltem memoria ejusdem perennet; ita enim profequitur: „ Has tantas, tamque præclaras nuperi Sponsi virtutes exornant suavissimi mores, summa comitas, dexteritas, affabilitas; Quæ res illum haud dubie fecerunt apud Mediolanenses omnes favorabilem, apud Illustrissimos Principes gratiosum; in summâ, carus est omnibus, invisus nemini, omnium benevolentiam genuina quadam probitate demeretur. Cujus Consobrini esse non pœnitent magnificum ac circumspetissimum Virum Bartholomæum Chalcum, de cuius eximiis dotibus, ac probatissimis moribus abundè judicaverunt Illustrissimi Principes Mediolanenses, qui eum Archigrammatæum, hoc est Principem Scribarum, ex omnibus unum delegerunt, quem omnium arcanorum participem, ac Confiliarium esse voluerunt. Sed hæc obiter, pauca de multis.

Jacobo quoque Antiquario, inter Aulæ Mediolanensis Minitros laudatissimi nominis, dicavit Beroaldus Carmen suum, quo elegantem Francisci Petrarchæ Cantionem, de Laudibus Beatissimæ Virginis, in latinam Poësim convertit, atque ita incipit:

*Virgo decens, quam Sol vestit, Stellaque coronant,
 Cujus forma fuit summo tam grata Tonanti,
 Ut tua condiderit sanctam intra viscera lucem;
 Nunc me castus amor, ut de te carmina pangam,
 Solicitat &c.*

In Epistola verò nuncupatoria ad eundem, hanc excusationem ausui suo prætendit: „ Si non eundem

A „ saporem in Latino sermone custodit, quem in vernaculo servat, scito, difficillimum esse, alienas lineas insequentem non alicubi excidere; quemadmodum enim femina, in alienam terram translata, naturâ se vertente degenerant; ita, quæ in sua lingua bene dicta sunt, pristinum decorem in translatione deperdunt: tamen pro mea tenuitate, connisus sum ab Interpretis officio non recedere. Demum post aliqua interjecta, ostendit, se tunc Mediolani moram traxisse; ait enim: „ Tu, qui doctissimus es, prima inspectione facillimè nosces, quantum ab Archetypo labar, ac decidam, sed hoc malui agere, quam nihil agere, & ne omnino assymbolus apud vos essem, hoc pro symbolo tibi dictum attuli.

B Ex hæcenus enarratis satis superque compertum fieri arbitror, gloriari posse Metropolim nostram de tanti Viri contubernio, relictisque apud nos illustribus ejusdem doctrinæ, atque eruditionis vestigiis. Quamdiu Mediolani moram duxerit, aut quo anno in Patriam sit reversus, securo aliquo testimonio decernere non valeamus. Id pro certo est asserendum, pridie Idus Aprilis anni MCCCCXCIV. fuisse illum publico decreto ad Bononiensis Gymnasii cathedram jam promotum; siquidem inter Angeli Politiani Epistolas (m), altera Beroaldi legitur ad eundem scripta Bononiæ, memorato die, atque anno. In ea verò laudans Politiani annotationes ad Statii Sylvas, quas ab ipso missas acceperat, hæc inquit: „ Non ex amore judicium est, sed ex judicio amor. Testes sunt Scholastici sexcenti, testis est pulpulum illud, ex quo cottidie profitemur, me identidem esse præconem, & buccinatorem tuæ singularis eruditionis. „ Intelligimus quoque ab eadem Epistola amarum contra Georgium Merulam Beroaldi animum; invehitur namque in illum, quamvis jam mortuum, ejusque Manibus penè non maledicit, subjungens: „ Quod ad me attinet, vellem viveret, vellem peperisset criminossima adnotamenta, quæ in me fertur diu parturisse, ut ita inter veteranum & tyronem pugna foret conspectabilis. Forsan, forsân didicisset se cornutam bestiam irritasse, & mordisse remorsurum, & quod nostro sequitur de vulnere sanguis &c. „ Adèd ea tempestate nemo ferme Literatorum immunis erat à fœda labe, quæ censuræ impatientes, famam sibi invicem convitiis discerpebant. Politiani tamen, qui & ipse non modicam in Merulam iram conceperat, consiliis delinitus, atque ad mitiora compulsus, intactos se relicturum ejusdem cineres, in aliis Epistolis est professus.

C Contrahendis velis intentus jam eram, ut me in portum reciperem, cum ecce, benignitate Comitum Antonii Simonettæ, Studiorum amantissimi, ad manus meas pervenit uberior vita *Philippi Beroaldi senioris*, à Johanne Pino Tolosano, ejus discipulo, conscripta, atque edita Bononiæ anno MDV. Ex ea, quid adderem rebus à me digestis, collectisque à vulgatis Clarissimi illius Viri Operibus, nihil inveni, nisi auctoritatem coevi Scriptoris, qua confirmatum video gestum à Beroaldo Mediolani eloquentiæ magisterium, atque indicatum, ordine magis perspicuo, tempus, quo ad nos Bononiâ transiit, recessitque. Non abs re igitur erit hæc in lucem proferre, cum non ita obvius esse possit liber iste, ob raritatem vetustæ editionis, & nonnulli recentium Scriptorum in re historica nævi, illius ductu, valeant aboleri. Ac primò, Perusie professum fuisse Oratoriæ artem Beroaldum (ut vidimus) scripsit Orlandus; at Johannes Pinus, qui omnia ejusdem itinera diligentissimè adnotavit, non alias Urbes enunciat, in quas ille docendi causâ se contulit, quam Parmam, Mediolanum, Parisios, & Bononiam, ubi reliquam vitæ immotus, atque adhibitus ad publica exercenda munera, cum laude transegit. Annum quoque MDIV. morti ejusdem assignant Orlandus memoratus, alique,

(m.) Lib. VI.

que, decepti fortasse à Sepulchrali ejusdem Inscriptione, multo ferius posita, atque ideo fallaci; cum tamen Pinus laudatus, Beroaldi Vitam edens Bononiæ anno sequenti, die XXII. Septembris, illum asserat decessisse post medium Julii proximè præcedentis, manifestum fit, Beroaldi obitum consignandum esse anno MDV. Addo, Blanchinum, alterum ex ejus discipulis, de quo mentionem superius egi, ita dilucidè illius ætatem describere, ut dubio locus esse non possit; postquam enim sub initium Vitæ Beroaldi enarrasset, in lucem editum illum fuisse VII. Idus Novembris, anno MCDLIII. eundem mortuum subinde affirmat XVI. Kal. Augusti, anno ætatis suæ LI. mensibus VIII., diebus IX., quæ omnia, si calculum ineas, annum MDV. postremum fuisse Vitæ Beroaldi, perspicuè designant.

Annus, quo ad nos delatus est Vir iste celeberrimus, non indicavit Johannes Pinus; attamen, cum eundem scribat, post recessum à Bononia, & moram habitam Parmæ, quæ primò illum publicè docentem audivit, Mediolani Humaniores Literas professum fuisse, clarè dignoscimus, florenti adhuc ætate Beroaldum in hanc Metropolim adventasse. Quæ autem fuerit præclara ejusdem doctrinæ existimatio, quæ apud Cives nostros invaluit, cum Mediolanensem juventutem Rhetoricæ præceptis imbueret, arguere possumus, à communi plausu, quo exceptus in hac Urbe fuit, cum à Parisiensi Civitate reverteretur, ubi per aliquot menses summa cum laude publicum docendi munus exercuerat; Siquidem vulgato ejusdem adventu, ipsum circumstantes frequentissima nobilium, & eruditorum Hominum cohors enixè rogavit, ut semel saltem, antequam hinc discederet, ingenii sui, ac eruditissimi eloquii, cujus dulcedine capti jam fuerant, cum in ista Metropoli versaretur, breve aliquod specimen daret. Implevit ille Civium nostrorum desiderium tanta felicitate, ut data ipsis optione seligendi Librum, quem cuperent explicandum, extemplo facundia suæ, atque eruditionis pompam fecerit, omnesque in sui admirationem, laudemque pertraxerit. Sed præstat rem hanc, prout accidit, verbis ipsis Johannis Pini referre; ait igitur: „Bononiã discedens, Parmæ „primùm, posthac Mediolani, docendo paulisper „ingenium exercuit, ubi cum per ætatem prosperè „sibi fati successum videret, ductus jam, ac tra- „ctus famæ majoris studio, Parisios (ut nostro ad- „huc, sic illo quoque tempore celebratissimum Li- „terarum emporium) in Galliam penetrat; ubi cum „sæpe magno, & ingenti hominum conventu habi- „to, frequens de se, ac suo ingenio periculum fa- „ceret, plusculos menses magna omnium admira- „tione, & ingenti famæ successu, nec sanè fructu „minore docuit. Paulò mox verò publico suorum „Civium edicto revocatus in Patriam, cum redeun- „do Mediolanum diverteret, salutaturus eos, quo- „rum amicitiam paulò ante sibi brevi commercio „conciliaverat, rogatus à quibusdam (antequam „abiret) semel saltem profiteretur aliquid, libens „ibi tum ille, ut humano & facili ingenio erat, „nec difficulter annuens, quo de se adhuc majus „periculum daret, quem quisque Librum cuperet, „extemplo depromi jussit; factaque illico primorum „Urbis hominum coronã (in principalibus enim „ædibus erant) medius ipse consistens, ac (ut se- „sorte Liber obrulerat) legens, gravi, & ingenti „hominum admiratione perfunctus est. Paulò post „verò domum reversus, communique, & publicã „omnium lætitiã susceptus, delatam ad se communi „consensu provinciam subiens, sic pari famæ, & „ingenii successu multos annos exercuit &c.

(n) Tom. XXV.

A Pater Johannes Petrus Niceronus in *Memoriis Illustrium Literis Virorum*, (n) Gallicè scriptis, nonnulla ad Beroaldi Senioris Vitam spectantia inseruit, simulque addidit diligentem ejusdem Operum Elenchum. Quarto loco refert *Orationes*, & *Appendiculas Versuum*, quas ipse Beroaldus Bononiæ Impressoribus edendas tradidit anno MCCCCXCI. Sed candidè fassus est, ignotum prorsus sibi esse, quid Liber iste comprehenderet, cum ejusdem notitiam hauserit à Michaële Maittaire in *Annalibus Typographicis* (o), qui nudum ejusdem titulum retulit. Bibliotheca Ambrosiana inter reliquos primæ ætatis editos Codices hunc etiam custodit; quocirca non ingratum Eruditis Lectoribus erit hoc loco edoceri, quid complectatur. Dicavit Beroaldus Opus memoratum *Martino Bœmo discipulo suo*, brevi Epitola, cujus hoc est initium: „Collegi nuper Ora- „tiunculas nonnullas, variis à me temporibus, & „argumentis concinnatas, easque, te impulsore, „tradidi Impressoribus imprimendas, quæ fortassis „tutius intra chartaceam meam suppellectilem deli- „tuissent, sicuti prius situ pulvere obrutæ delite- „scebant. Sed mos gerendus fuit tibi, id à me pe- „titionibus prope quotidianis efflagitanti, quem mei „nominis amantissimum, meæque, quantulacumque „est, eruditionis studiosissimum cognovi &c. „Se- „quuntur Orationes ab ipso habitæ in publico Gym- „nasio, adstante frequenti Nobilium, & Auditorum „corona, cum studia instaurarentur, & aliquem ex „aureæ ætatis Scriptoribus in decursu anni discipulis „suis exponendum sibi proponeret. Inter has Oratio „*Nuptialis* legitur, Mediolani recitata, pro Gabriele „Pirovano, è qua nonnulla superius jam decerpfi. „Adjecta est quoque *Appendicula Carminum*, cui hæc „admonitio præfigitur: „In calce Ludicra hæc ama- „toria, hoc est veras nugas, veluti *Appendiculam* „quandam apposuerunt Impressores: tu hoc quo- „que, qualecumque est, boni consulito. „Non- „omnis tamen hæc Latina Poësis in ludicris rebus ver- „satur, cum intermixta sit Versio jam memorata Can- „tionis, quam Franciscus Petrarca Italico metro conscripsit in laudem Beatissimæ Virginis, & alterum Beroaldi Carmen in die Dominicæ Passionis.

D Sed jam ad litus deductus anchoram figo, cum non alia mens mihi fuerit in percurrendo laborioso hoc itinere, quàm dispersa hinc inde pretiosa Literariæ Historiæ fragmenta colligere, quæ ad primum Mediolanensis Typographiæ Seculum illustrandum conducere videbantur. Plura mihi obijciuntur digna relatu, quæ subsequentiis annis peracta sunt in hac Urbe à Sapientissimis Viris, Studiisque, ac Typis nostris decus non modicum peperere; ea tamen felicioribus calamis describenda relinquo, satis habens, gratum erga Patriam meam animum ostendisse, in eruendis à denso pulvere peculiaribus iis ornamentis, quæ illam in re Literaria, ac Typographica celebrem olim, splendidamque reddiderant, sed aut invidiã temporum, aut raritate primorum Codicum, cœca oblivione contegebantur. Id unum superest ad implendam à me susceptam provinciam, ut palam faciam, quàm fœcunda librorum fuerint per eam ætatem præla Mediolanensia, quæ veluti ociosa ac sterilia nobis exhibuere Scriptores Typographiæ Historiæ, paucos admodum ex iisdem in suis Annalibus adnotantes. Ita enim fiet, ut inclytæ huic Metropoli de Literis quovis tempore bene meritæ, sublata ab imperitia rerum nostrarum, gloria restituatur.

(o) Ad ann. MCCCCXCI.

[The page contains extremely faint and illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the document. The text is too light to transcribe accurately.]

I

EPISTOLÆ

LIBRIS EDITIS

MEDIOLANI

PRIMO TYPOGRAPHIÆ SECCULO,

OLIM PRÆFIXÆ,

NUNC ITERUM RECUSÆ.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 309

LECTURE NOTES

BY JOHN H. VAN VLIET

LECTORI BENEVOLO.

QUàm larga messis solida, sinceraeque historia ad illustrandas res gestas à Literatis Viris, Seculo praesertim XV. florentibus, colligatur ex privatis eorumdem Epistolis, quas, familiaria cum Amicis foventes commercia, scripsere, nemo antiquae eruditionis cultor ignorat, & ego passim expertus sum in contexenda Chronologica serie Mediolanensium studiorum, quae per eam aetatem in hac Metropoli viguere. Siquidem versanti mihi in tenebris suboscuro adhuc illius aevi, lux opportuna defuisset felici itineri conficiendo, nisi reperta in manuscriptis Codicibus, aut in editis tunc Libris, secura haec monumenta facem praetulissent, ut illustrium doctrinam hominum, sive hic commorantium, sive ad gymnasia nostra confluentium, Genus, conditio, mores, ingenium, contentiones, simulque Principum, ac Mecœnatem benevolentia, patrocinium, atque amor erga Liberales Artes, earumque cultores, sparsim in iisdem recondita noscerentur. Quamobrem laudari plurimum debet nobile consilium, postremis hisce annis Florentiae conceptum ab Eruditissimis Viris, evulgandi nempe Epistolas omnes, tum aliquando jam excusas, tum in Bibliothecarum scriniis ociosas haecenus relictas insignium doctrinam Scriptorum, qui Seculo memorato jacentes foeda Barbarorum negligentia Literas in pristinum fastigium, lumenque revocavere. Quis enim non videt, parari hac via uberimam Literariae Respublicae materiem, ut quae publicè privatimque acta sunt à Principibus, & doctis hominibus, nativa veluti facie, à recentioribus calamis ob coevorum testium inopiam persaepe vitiata, in lucem proferantur. Mibi quoque, cum hanc Historiam longo ab hinc tempore condere meditarer, in mentem venerat cogitatio, Epistolas nuncupatorias, ac Praefationes, quas Libris primo Seculo Mediolani editis affixas inveneram, typis denuo committendi: Animadvertēbam nempe nonnullos ex antiquis Codicibus semel tantum impressos fuisse, adeoque aut carie absumptos ferè omnes periisse, aut si qui temporum injuriis superfuerunt, in privatis pluteis ignoratos jacere; alios verò, cum nova luce donarentur, ita recusos esse, ut veteres Epistolae absunderentur, aliis substitutis; quod quanto vetustae eruditionis detrimento factum sit, in iisdem perlegendis, abundè percepi. Nam praeter ea, quae superius innuimus, historiae lumina inde eruenda, quamplura etiam ibidem relata occurrebant de Nobilibus Familiis, earumque Avis, qui de Patria, & Principibus benemeriti, summa virtutis, sapientiae, prudentiaeque laude floruerant. Indecorum autem videbatur tot insignium virorum illustrem memoriam tinearum edacitati obliterandam incuriosè relinquere. Itaque easdem imprimendas, & tanquam Operis à me confecti Appendicem, collocandas hoc loco decrevi, ratus majus me commodum Lectoribus paraturum, si eas collectim offerrem, quàm si integras referendo, prout temporum & librorum ordo poscebat, rerum ad studia nostra pertinentium narrationem, ingrata fortasse prolixitate abruptissem. Latinas tantum selegi; quae namque Italicà linguà conscriptae erant, pro vitio illius aetatis, corruptis aded vocibus scatebant, ut satius duxerim intactas praeterire, ne jam assuetis castigati sermonis elegantiae oculis, rudis ea lectio fastidium crearet. Si quid tamen inerat antiquitati illustrandae opportunum, decerpere non destiti, ac in Historia, quam scribebam, censum referre. Mos etiam eo Seculo inoleverat, ut qui latinè scribentes nuncupatorias Epistolas contexebant, non satis ingenii se ostentaturos arbitrarentur, nisi eruderatis vetustis omnibus monumentis fabulas Poëtarum, Philosophorum sententias, Ducumque antiquo-

rum insignes res gestas in arenam proferrent, atque inani hac memoria pompa laudem omnigenæ eruditionis apud Mæcenates aucuparentur. Harum nonnullas inserere placuit, ut doctorum hominum per illud tempus scribentium genius innotescat; cæteras, utpote oneri tantum prælo futuras, suis tenebris, in quibus hætenus quieverere, custodiendas dimisi. Fateri tamen opus est, aliquas etiam, quæ lucem merebantur, desiderari me passum fuisse, non incuriâ quidem, aut tædio laboris, sed angustiâ temporis, qua effectum est, ut raptim per itinera Bibliothecas mihi invisenti, vix beneficium adnotandi titulos librorum, quos Mediolani editos offendebam, moræ brevitatis indulgeret. Præterea cum de aliqua antiqua Mediolanensi, mihi ignota Editione admonerer ab Amicis, quibus consilium meum compertum non erat, frons sola Operis transmittebatur; propterea, si quid omissum est, condonari facile potest Scriptori, cui in re tam recondita, dispersâque, non omnia licuit propriis oculis perstrare. Ceterum, ne quisquam Lectorem lateat de iis, quæ acta sunt Mediolani, statim ac institui cœpit in nostra Urbe typographicus labor, præmittendas censui publicas Tabulas inita Societatis inter doctos Viros, & Impressores, ut communi impendio multiplex Librorum suppellex Literarum commodo præstaretur; id enim singulare fortasse Insubricæ Metropolis decus est, coaluisse tam citò Cives, exterosque in tam nobile fœdus, quo Scientiæ omnes brevi tempore in publicam utilitatem, ineditis antea Codicibus ditarentur. Eas bonis avibus adhuc incolumes non tam Italico sermone, prout compactæ sunt, sed etiam in Latinum traductas exhibere placuit, ut notius fiat præclarum hoc Mediolanensis sollicitudinis ad amplificandas celeribus typis literarias merces monumentum. Quibus autem legibus memorati Socii se obstrinxerint, quàm providè Literarias simul, & Typographicas provincias sibi invicem distribuerint, Documentum ipsum, mox proferendum, exponet.

P U B L I C Æ T A B U L Æ

F Æ D E R I S I N I T I

INTER PRIMOS TYPOGRAPHOS MEDIOLANI

Anno MCCCCLXXII. die IV. Junii.

IN Nomine Domini, anno à Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, Indictione quinta, die Jovis, quarto mensis Junii.

Venerabilis Dominus *Presbyter Gabriel de Orsonibus* de Cremona, quondam Domini Jacobini Portæ Vercellinæ, Parochiæ Sancti Nazarii ad Petram-sanctam Mediolani, parte una; Dominus *Magister Gabriel de Paveris de Fontana*, filius quondam Domini Petri Johannis, Portæ Vercellinæ, Parochiæ Sanctæ Mariæ Pedonis Mediolani ex una alia; Dominus *Magister Colla Montanus*, filius quondam Domini Moreli, habitator in Domibus Abbatiae Monasterii Sancti Ambrosii Mediolani ex una alia; Dominus *Petrus Antonius de Burgo, dictus de Castillione*, filius quondam Domini Antonii, Portæ Orientalis, Parochiæ Sanctæ Mariæ Passarellæ Mediolani ex una alia; & *Magister Antonius de Zarotis* de Parma, quondam Domini Simonis, Portæ Vercellinæ, Parochiæ Sancti Nazarii ad Petram-sanctam Mediolani ex una alia.

Voluntariè &c. ac aliàs omnibus modo &c.

Fecerunt infrascripta Pacta.

Questi sono Capituli de Paçti, e Promissi, e Convenzioni façte, e conclusi tra gl' infrascritti Messier Preto Gabriel de li Orsoni, e Meistro Colla Montano, e Meistro Antonio de Parma, e Messier Pedro Antonio de Burgo de Castillione, e Messier Gabriel Paverio de Fontana in questa forma e modo, che li dicti de optima disposizione de mente hanno fermamente deliberato, e deliberano fare Compagnia, e fraternità fra loro sino ad anni tre proxime futuri a stampire, e far stampire Libri, & ogni altra Scriptura, la quale accaderà cum ogni fede, e diligentia possibile.

Intendandose primo per tutti li Compagni, che lo predicto Meistro Antonio de Parma Compagno sia tenuto, & obligato fare tutte le lettere Latine, e Greche, antique, e moderne, & Inchiostro, e tenerle façte, le quale seranno necessarie a fare lavorare tutti li Torculi, cum li quali la Compagnia deliberarà lavorare, overo fare lavorare, & anchora tegrirà in ordine li Torculi, quanto se extenderanno le forze del suo ingenio, & arte.

Item voleno tutti li dicti Compagni esser espressamente inteso, che li quattro, cioè Messier Preto Gabriel, e Meistro Colla, e Messier Pedro Antonio, & mi Gabriel, siamo tenuti, & obligati fare la Scorta de li denari, che seranno necessari in far Torculi, Littere, & Inchiostro, & ogni altra spesa utile per modo che se possa dar principio, e mezzo, e fine al lavoro; intendando tamen, che'l dicto Messier Pedro Antonio sia tenuto, & obligato mettere de presenti in la Compagnia predicta Ducati cento, quali li predicti Compagni confessano havere ricevuto

HÆc sunt Capitula Pactorum, Promissionum, & Conventionum initarum, & statutarum inter infrascriptos Dominum Presbyterum Gabrielem de Orsonibus, & Magistrum Collam Montanum, et Magistrum Antonium de Parma, et Dominum Petrum Antonium de Burgo de Castillione, & Dominum Gabrielem Paverum de Fontana hoc modo, & forma, quòd dicti, mentis optimè compotes firmiter decreverunt, et decernunt inire inter se Societatem et fraternitatem, usque ad tres annos proximè futuros, ad imprimendos et imprimi faciendos Libros, et quamlibet aliam Scripturam, quæ contingere possit, omni majori fide et diligentia.

Volentes primò omnes Socii, quòd prædictus Magister Antonius de Parma socius teneatur construere omnes characteres Latinos et Græcos, veteres et recentiores, et Atramentum, et manutenere illos characteres, qui erunt necessarii ob exercenda omnia Torcularia, cum quibus Societas decernet imprimere, aut imprimi facere; et etiam Torcularia bene instructa servabit, quantum sese porrigent vires ejusdem ingenii et artis.

Item volunt omnes dicti Socii, et firmiter statuunt, quòd Quatuor, nempe Dominus Presbyter Gabriel, et Magister Colla, et Dominus Petrus Antonius, et ego Gabriel, teneamur erogare omnem pecuniam, quæ opus erit, ob faciendâ Torcularia, characteres et atramentum, et quemlibet alium utilem sumptum, itaut dari possit initium, medium, et finis negotio; statuentes tamen, quòd dictus Dominus Petrus Antonius teneatur subministrare de præsentî, dictæ Societati Ducatos centum, quos prædicti Socii consententur receive-

CCCCXLVIII

ceutto ex nunc, cum pacto, che se metta in ordine quattro Torculi, e che continuamente se facciano lavorare, e quando alcuno fosse cagione in la Compagnia, che dicti Torculi per negligentia, o per propria malitia non potessino tutti quattro lavorare, se intenda illico collui, o coloro esser privati de la Compagnia, e perdere ogni denari, e roba, e rasone, che haveffino in dicta Compagnia, e sian perjuri.

Item dicti Compagni tutti cinque voleno esser intexo, che la Pisone de la Casa, dove se lavorerà, sia comunamente pagata secundo parerà honesto alla Compagnia.

Item voleno tutti li Compagni esser intexo, che lo guadagno, che pervegnirà de la dicta Arte de stampire, sia diviso in questa forma, e modo, cioè, che la terza parte sia data al dicto Maestro Antonio, le altre due terze parte siano divise equalmente fra li altri quattro Compagni, cioè Messier Preto Gabriel, e Maestro Colla, e mi Gabriel, e Messier Pedro Antonio.

Item tutti li Compagni voleno esser intexo, che lo dicto Maestro Antonio sia tenuto pagare de la sua propria terza parte del guadagno tutti li denari veramente exbursati da li altri quattro Compagni in la Fabrica de li Torculi, e Lettere, e che li denari, che se spenderanno in altre spese, siano cavati fora de li Libri, che si vendiranno communiter.

Item voleno dicti Compagni tutti insieme essere intexo expressamente, che la dicta Compagnia dura fino ad anni tre proxime futuri, ne fino a quello termino se possa rompere ni in tutto, ni in parte, nisi in casu magna necessitatis per caso fortuito, lo quale caso accadendo necessario, voleno, che, rompendose tutta la Compagnia, ciascuno possa repetere la sua parte, e conseguire satisfatione così de roba, come de denari, secondo se trovarà essere in la Compagnia; e quando accadeffi, uno solo o doi, o tre partirse de la Compagnia, voleno, che lo loro pagamento se faccia, come è dicto, e li altri o quattro, o tre, o doi siano tenuti stare insieme, e mantenere la Compagnia cum questi Pacti medesimi, e tore, e non tore Compagni come a loro parerà.

Item voleno li predicti Compagni esser veramente intexo, che tutti li denari de la Compagnia, e tutti li Libri, e Scripture, come più presto seranno stampite, e così ogni altra cosa, che appartenga a la Compagnia, seranno integramente consignati, e messi in mano, e ballia de mi Gabriel Paveri de Fontana electo per la dicta Compagnia de communi consensu Thesoro, e Rectore de la Compagnia, lo quale mi haverò tenere conto, e rasone de dicti denari, e Libri, e Cose, e similmente d'ogni denari, li quali pervegnirano in utilità de la Compagnia, e quelli servarò, e partirò, e pagarò, e spenderò secundo serà expediente, e così la prefata Compagnia è contenta, che per mia fatica, e honoranza habia in dono uno Volume d'ogni Volume, che serà per la Compagnia stampito.

Item

cepisse ex nunc, cum pacto, ut instruantur quatuor Torcularia, & perpetuò exercentur; & si quis de Societate in causa esset cur dicta quatuor Torcularia, propria negligentia, vel malitia nequirent omnia exerceri, intelligantur illico is, vel illi Societate privati, & amisisse omnem pecuniam, rem, & jus, quod haberent in dicta Societate, & rei sint deperjuro.

Item dicti omnes quinque Socii volunt, & statuunt, quòd pretium locationis domus, in qua impressio Librorum fiet, solvatur communibus sumptibus, juxta id, quod honestum videbitur Societati.

Item volunt, & statuunt omnes Socii, lucrum, quòd proveniet ex dicta Arte Impressoria, dividatur hoc modo, & formà: nimirum tertia pars detur dicto Magistro Antonio, & duæ aliæ tertiæ partes æquè dividantur inter alios quatuor Socios, idest Dominum Presbyterum Gabrielem, & Magistrum Collam, & me Gabrielem, & Dominum Petrum Antonium.

Item omnes Socii volunt, & statuunt, quòd dictus Magister Antonius teneatur solvere, de tertia parte lucri ad ipsum spectante, omnem pecuniam verè erogatam ab aliis quatuor Sociis, in faciendis Torcularibus, & Characteribus, & quòd pecunia, quæ erogabitur in aliis sumptibus, desumat ex Libris, qui vendentur communiter.

Item volunt, & expressè conveniunt dicti omnes Socii, quòd dicta Societas perduret usque ad tres annos proxime futuros, nec usque ad illum terminum infringi possit neque in toto, neque ex parte, nisi in casu magna necessitatis ob casum fortuitum, quo inevitabiliter contingente, volunt, quòd, integrâ Societate rescissâ, unusquisque repetere possit ejus partem, & consequi tam rem, quam pecuniam, secundum id, quod invenietur in Societate: & si contingeret, unum tantum, aut duos, vel tres recedere à Societate, volunt, ut ipsis fiat solutio, sicuti supra dictum est; alii verò quatuor, vel tres, vel duo, teneantur permanere simul, & servare Societatem. his eisdem Pactis, novosque Socios accersire, vel non, prout ipsis videbitur.

Item volunt predicti Socii, & verè decernunt, quòd omnis pecunia Societatis, & omnes Libri, & Scripturæ, statim ac erunt impressæ, & ita pariter quælibet alia res, quæ ad Societatem pertineat, tradantur ex integro, & deponantur in manibus, & custodia mei Gabrielis Paveri de Fontana, electi à dicta Societate de communi consensu in Thesaurarium, & Rectorem Societatis; ego verò tenebor habere rationem dictæ pecuniæ, Librorum, & rerum, & similiter omnis pecuniæ, quæ proveniet in utilitatem Societatis, illamque servabo, distribuam, solvam, & insumam, prout expediet; quapropter predicta Societas vult, quòd in mei laboris remunerationem, dono accipiam unum Exemplar uniuscujusque Voluminis, quod per Societatem imprimetur.

Item

Item voleno dicti Compagni esser intexo, che Messier Pedro Antonio non sia tenuto, ni obligato mettere più che Ducati cento predetti in la Compagnia per fare lavorare li dicti quattro Torculi, nisi in casu magna necessitatis, ut supra, e che li dicti cento Ducati, et ogni altro denari, che seranno messi per mantenere la Compagnia, restano e stiano in la Compagnia fino a lultimo anno de la Compagnia, nel quale anno ultimo se cominciaranno a pagare o de denari, o de roba, come se trovarà essere in la Compagnia.

Item dicti Compagni voleno essere intexo, che non se possa stampire alcuno Libro, ni altra Scriptura, ni a li Stampiti mettere alcuno prezzo, senza plenaria concordia, e voluntà de tutti li predetti Compagni.

Item voleno dicti Compagni essere intexo, che, se accaderà bisognare correggere, o fare correggere alcuno Libro, o Scriptura, per far lodevole opera, serà provisto a la fatica del Correttore de uno, o doi Volume stampiti, secundo la fatica; et accadendo a scrivere alcuna Opera, per fare Opera più degna, se proverà al Scrittore de la mercede sua secundo vorà la honestà; e lo dicto Scrittore torà in pagamento tanti Volumi stampiti in lo pretio serà taxato a li Libri.

Item dicti Compagni voleno essere intexo, che se regnerà secreta la Compagnia, e tutti li Libri, che se stampiranno, fino parerà a dicti Compagni; e che non se acceptarà alcuno Compositore, ni Stampatore, ni altro Lavoratore, senza sacramento de esser fidele, e secreto a la Compagnia de quanto ghe sarà comandato.

Item dicti cinque Compagni voleno espressamente esser intexo, che non sia alcuno de li Compagni, chi ardisca, ni presuma havere intelligentia cum alcuni altri Maestri de Stampa, o che facessi stampire, ni a quelli dare alcuno adjuto, ne favore, ne consilio, ne ricordo, ni in dicti, ni in facti, ni in segni, ni in cegni, ni in alcun altro modo de Lettere, de Inchiostro de stampire, de correggere, de imprestare Libri, ni de fare imprestare, ni per alcuna altra via, che risultasse in danno de la presente Compagnia, e che niuno possa fare stampire Libri per altri Stampatori ni in Milano, ni fora de Milano, senza expressa licenzia de la Compagnia; e quando Messier Pedro Antonio, o altro de li Compagni voleffi fare stampire per sua specialità uno, o doi Volumi, e non più, sia obligato primo havere ricorso da li Compagni, e vedere de accordarse cum loro, pagando quello sia honesto, e per loro fare stampire tali Volumi; e quando cum loro non potessi havere accordio, gli sia licito fare stampire dicti Volumi tantum per altri Stampatori o in Milano, o in Parma, o dove ghe parerà.

Item dicti Compagni voleno essere intexo, che, finiti li anni tre de la Compagnia, che ciascuno sia in sua libertà, e che niuna se intenda essere Compagnia se non de amore, e che

Tom. I.

li

Item volunt dicti Socii, & statuunt, quod Dominus Petrus Antonius non teneatur ponere plusquam centum Ducatos predictos in Societate, causâ exercendorum quatuor dictorum Torcularium, nisi in casu magna necessitatis, ut supra, & quod dicti centum Ducati, & qualibet alia pecunia, quæ erogabitur ad conservandam Societatem, permaneant in Societate usque ad postremum ejusdem annum, quo incipietur solvi Sociis aut pecunia, aut res, juxta id, quod invenietur in Societate.

Item dicti Socii statuunt, quod nequeat imprimi aliquis Liber, nec aliqua Scriptura, nec impressis decerni aliquod pretium, absque plenario consensu, & voluntate omnium predictorum Sociorum.

Item volunt dicti Socii, & statuunt, quod, si opus erit corrigere, aut corrigi facere aliquem Librum, aut Scripturam, ut opus laudabile sit, consulatur labori Correctoris, uno aut duobus Voluminibus impressis, pro merito laboris; & si necesse sit aliquod Opus exscribere, ut illud dignius sit, detur Scrittori merces, secundum id, quod honestum erit, & dictus Scrittor pro solutione accipiet tot Volumina impressa, eo pretio, quod Libris erit appositum.

Item dicti Socii statuunt, secretam tenendam esse Societatem, omnesque Libros, qui imprimuntur, donec ita videbitur dictis Sociis, & quod non excipietur aliquis Compositor, neque Impressor, neque alius Operarius, nisi jurabit se fidelem, & secretum fore Societati circa omne id, quod ipsi jubebitur.

Item dicti quinque Socii expressè conveniunt, ut nemo ex ipsis audeat communicare cum aliis Typographis, aut quibuslibet aliis, qui eandem artem exercerent, neque illis auxilium aliquod præstare, nec favorem, nec consilium, nec monium, dicto, facto, signis, nutibus, neque ullo alio modo, Characteribus, Atramento, imprimendo, corrigendo, mutuo dando Libros, nec eos mutuo dari faciendo, nec alia qualibet via, quæ perniciosa esse posset huic Societati, & quod nemo valeat Libros imprimendos curare per alios Typographos, nec Mediolani, neque extra eandem Urbem absque expressa facultate Societatis; & si Dominus Petrus Antonius, aut alter ex Sociis, vellet specialiter imprimi facere unum aut duo Volumina, & nihil plus, teneatur in primis monere de hoc Socios, & curare, ut simul convenient, solvens eisdem id, quod honestum est, & eisdem imprimendos tradere talia Volumina; quod si cum eisdem convenire non possit, tunc ei permittatur imprimi facere dicta Volumina tantum, ab aliis Impressoribus aut Mediolani, aut Parmæ, aut ubicumque ipsi videbitur.

Item dicti Socii statuunt, quod elapsis tribus annis Societatis, unusquisque sui juris sit, & nulla Societas amplius perdurare intelligatur, nisi mutui amoris, & quod Torcularia, & Characteres juris sint predicti Magistri An-

r r r

tonii

li Torculi, e Lettere remangano per soi proprii a Meistro Antonio predicto, havendo satisfatto integramente a la Compagnia, come è dicto de sopra.

E così co'l Nome de Dio Onnipotente, e de la beata Vergine Maria, e de tutta la Corte dil grande Cielo li prefati cinque Compagni promettino cum juramento, & hanno promisso, tactis manibus Scripturis, l'uno a l'altro, e l'altro a l'uno, e tutti insieme inviolabilmente attendere, e servare, e mantenere ogni cosa, la quale se contiene in li soprascritti Capitoli in toto, & in parte, & a quelli in niuna parte contrafare, ni contravenire sotto pena de perjurio, e de perdere ogni denaro, e roba, e ragione, che havessino in dicta Compagnia.

In fede de le quale cose io Gabriel de consensu Partium ho scripto, e sottoscritto de mia mano propria li presenti Capituli, facti in Milano in la Parochia de Santa Maria Pedone die vigesimo mensis Maji MCCCCLXXsecundo.

Subscript. Ego Gabriel Paverus de Fontana presentia Capitula manu propria scripsi, & subscripsi, & ea confirmavi, & cum sacramento confirmo.

Io Prete Gabriel de Orsonibus de Cremona ho sottoscritto li presenti Capituli de mia mano propria, e quelli haverò rati, e firmi, & ita juro, & juravi.

Ego Cola Montanus Bononiensis subscripsi presentia Capitula manu propria, que rata, & firma habeo, & habebo, quod ita juro, & juravi.

Ego Petrus Antonius de Burgo, dictus de Castillione, prenominate in dictis Capitulis, habeo rata, & firma omnia suprascripta, & ita observare juravi, & in fidem premissorum me subscripsi &c.

Io Maistro Antonio Zaroto da Parma ho foto scritto questi Capituli de mia mano propria, li quali zuro havere rati, e ferme.

Quare dictæ Partes promiserunt &c. sub dicta poena &c.

Et ulterius sub refectione &c.

Renuntiando &c. Quæ omnia &c.

Actum ut infra proxime.

Postea verò die suprascripto suprascripti superius nominati, & Nicolaus de Brugniis, dictus de Castillione, filius quondam Domini Johannis Portæ Orientalis, Parochiæ Sanctæ Mariæ ad Passarellam Mediolani ex una alia,

Fecerunt infrascripta Pacta &c.

Capituli, Pacti, e Conventioni facte tra Messiere Pedro Antonio de Burgo, dicto de Castillione, e Niccolao suo fratello per una parte, e Messier Prete Gabriel de li Orsoni de Cremona, e Meistro Colla Montano, e Meistro Antonio de Parma, e mi Gabriel Pavero de Fontana per l'altra parte, in questo modo, e forma.

Primo, li dicti quattro Compagni Messier Preyto Gabriel, e Meistro Colla, e Meistro Antonio, e mi Gabriel siamo contenti, che li predicti doy fratelli Messier Petro Antonio, e Niccolao possano fare lavorare tre Torculi, e più quanto vorranno, e stampire Libri, dumtaxat in Jure Civili, & in Medicina, & in Jure

Cano-

tonii, dummodo ipse ex integro satisfecerit Societati, sicuti supra dictum est.

Atque ita in nomine Dei Omnipotentis, & Beatæ Virginis Mariæ, & totius Curia Cælestis, prædicti quinque Socii promittunt, cum juramento, & promiserunt tactis manibus Scripturis, unus alteri & alter uni, & omnes simul inviolabiliter servare omne id, quod continetur in suprascriptis Capitulis, in toto, & in parte, eisque nulla ex parte refragari sub poena perjuri, & amissionis cujusvis pecuniæ, rei, & juris, quod haberent in dicta Societate.

In quorum fidem ego Gabriel de consensu Partium scripsi, & subscripsi mea manu propria presentia Capitula, facta Mediolani in Parochia Sanctæ Mariæ Pedonis die vigesimo mensis Maji MCCCCLXXsecundo.

Subscript. Ego Gabriel Paverus de Fontana presentia Capitula manu propria scripsi, & subscripsi, & ea confirmavi, & cum sacramento confirmo.

Ego Presbyter Gabriel de Orsonibus de Cremona subscripsi presentia Capitula mea manu propria, & illa habebò rata, & firma, & ita juro, & juravi.

Ego Cola Montanus Bononiensis subscripsi presentia Capitula manu propria, que rata, & firma habeo, & habebo, quod ita juro, & juravi.

Ego Petrus Antonius de Burgo, dictus de Castillione, prenominate in dictis Capitulis, habeo rata, & firma omnia suprascripta, & ita observare juravi, & in fidem premissorum me subscripsi &c.

Ego Magister Antonius Zarotus de Parma subscripsi ista Capitula mea manu propria, que juro habere rata, & firma.

Quare dictæ Partes promiserunt &c. sub dicta poena &c.

Capitula, Pacta, & Conventiones initæ inter Dominum Petrum Antonium de Burgo, dictum de Castillione, & Nicolaum ejus fratrem ex una, & Dominum Presbyterum Gabrielem de Orsonibus de Cremona, & Magistrum Collam Montanum, & Magistrum Antonium de Parma, & me Gabrielem Paverum de Fontana ex alia parte, hoc modo, & forma.

Primo, dicti quatuor Socii, Dominus Presbyter Gabriel, & Magister Colla, & Magister Antonius, & ego Gabriel consentimus, quod prædicti duo fratres Dominus Petrus Antonius, & Nicolaus possint exercere tria Torcularia, imò plura, si ita velint, & imprimere Libros dumtaxat in Jure Civili, & in Medicina, & in Jure

Canonico, e Maestro Antonio prometti, & hanno promesso fare lavorare dietti tre Torculi, tenendoli in ordine de Lettere antique, e moderne, e de Inchiostro, e de quanto bisognerà, pagando tamen dietti doi fratelli ogni denari necessarii in fare li Torculi, e Lettere, & Inchiostro, & ogni altra cosa necessaria a tale impresa.

Item pagando Papyro, e Charta, che bisognaranno per stampire, pagando lo Salario de Compositori, e Stampatori, demum pagando ogni spesa necessaria.

Item pagando la metà de la Pisone de la Casa, dove se lavorarà cum dietti Torculi.

Li dietti doi fratelli Messier Pedro Antonio, e Niccolò promittino, & hanno promesso libere, & ex certa scientia dare la quarta parte del guadagno, che se farà del Laborerio de dietti tre Torculi, deductis expensis, le quale se intendano in questa forma, che li dietti doi fratelli d'ogni Libro stampiti cum dietti tre Torculi in Littera antiqua, o moderna, li quali saranno venduti, primo, & ante omnia possano tore de communi li soi denari, quali haverano spesi in Papyri, e in Charta, & in Inchiostro, e in Compositori, & in Stampatori, & in altre cose necessarie, salvo in li Torculi, e Lettere, quibus habitis liberè postea, & sine ulla exceptione, daranno la quarta parte del resto integramente alli predicti quattro Compagni, cio è del precio se venderanno dietti Libri; ita & taliter, che Libri non se possano dividere, nisi el precio se venderanno.

Item dietti doi fratelli promittino, & hanno promesso donare de presenti alli predicti quattro Compagni Ducati ventecinquè, quali ex nunc dietti quattro Compagni confessano havere receipti presentialemente.

Item dietti fratelli promittino, & hanno promesso donare uno Volume d'ogni Volume chi se stampirà a ciaschuno de li quattro Compagni, cioè uno a Messier Preyto Gabriel, & uno a Maestro Colla, & uno a Maestro Antonio, & uno a mi Gabriel, & uno per uno a dietti fratelli, li quali non se possano vendere a minore precio, che se vendirà a li altri.

Item li predicti fratelli promittino, & hanno promesso far lavorare li soy Torculi tri cum li altri quattro Torculi de la Compagnia in una Casa, e loco medesimo, & non in altro.

Item promittino, & hanno promesso, che tutti li denari, quali spenderanno in li Torculi, e Lettere, e li altri Instrumenti necessarii a stampire, staranno morti fino al fine de anni tre proxime futuri, fino al quale tempo duraranno li presenti Capituli, e Pacti; & tunc, cioè quando serà lo fine de tre anni, sono contenti lassare ad Antonio predicto tutti li Torculi, e Lettere, quali se trovaranno havere, per quello precio, che all'ora seranno estimati valere per Persona da bene, e perita de l'arte.

Item

Jure Canonico, & Magister Antonius promittit, & promisit exercere tria dicta Torcularia, eadem servans instructa Characteribus antiquis, & recentibus, Atramento, & omni eo, quod opus erit, solventibus tamen dictis duobus fratribus omnem pecuniam necessariam, in condendis Torcularibus, & Characteribus, & Atramento, & facienda qualibet alia re ad hoc opus necessaria.

Item solventibus Papyrum, & Chartas, quæ necesse erunt ad imprimendum, solventibus insuper mercedem Compositorum, & Impressorum, demum solventibus omnes sumptus necessarios.

Item solventibus medietatem pretii locationis Domus, in qua dicta Torcularia exercentur.

Dicti duo fratres Dominus Petrus Antonius, & Nicolaus promittunt, & promiserunt liberè, & ex certa scientia, dare quartam partem lucri, quod proveniet ex Opere dictorum trium Torcularium, deductis expensis, quæ ita intelliguntur, quod dicti duo fratres ex omni Volumine impresso per dicta tria Torcularia, Characteribus antiquis, aut recentibus, quod vendetur, primo, & ante omnia possint desumere de communi, eorum pecuniam, quam insumpserint pro Papyro, & Chartis, & Atramento, & Compositoribus, & Impressoribus, aliisque rebus necessariis, exceptis Torcularibus, & Characteribus, quibus habitis liberè postea, & sine ulla exceptione, dabunt quartam partem reliqui integrè predictis quatuor Sociis, idest pretii, quo vendentur dicta Volumina, ita & taliter, quod ipsa Volumina non possint dividi, nisi pretium, quo illa vendentur.

Item dicti duo fratres promittunt, & promiserunt dono dare de presenti, predictis quatuor Sociis Ducatos vigintiquinque, quos ex nunc dicti quatuor Socii profitentur receipti presentialemente.

Item dicti fratres promittunt, & promiserunt dono dare unum Exemplar cujuscunque Voluminis, quod imprimetur, singulis quatuor Sociis, hoc est unum Domino Presbytero Gabrieli, unum Magistro Collæ, unum Magistro Antonio, unum mihi Gabrieli, & unum singulis dictis fratribus; quæ Volumina vendi non possint minori pretio, quam quo aliis vendentur.

Item predicti fratres promittunt, & promiserunt exercere tria eorum Torcularia, unà cum aliis quatuor Torcularibus Societatis, in una eademque domo, & loco, & non in alio.

Item promittunt, & promiserunt, quod omnis pecunia, quam insument pro Torcularibus, Characteribus, ceterisque instrumentis necessariis ad imprimendum, nullius usus remaneat usque ad finem annorum trium proxime futurorum, usque ad quod tempus durabunt presentia Pacta, & Capitula: tunc autem, idest cum elapsum fuerit dictum triennium, consentiunt relinquere Antonio predicto omnia Torcularia, & Characteres, quæ tunc aderunt, eo pretio, quo tunc æstimabuntur à Viro probo, & Artis perito. Item

Item li dicti fratelli promettino, & hanno promesso non fare precio alcuno a Libri stampiti, ne quelli vendere, nisi prius ne habiano facto notitia alli dicti Compagni.

Item li prefati quattro Compagni promettino, & hanno promesso alli dicti doi fratelli, che non lavoraranno cum li quattro Torculi, ne con altri, ne daranno ajuto, soccorso, favore, ni consilio ad alcuna altra Persona, per far lavorare alcuna Opera in le tre dicte facultà, cioè in Jure Civili, in Jure Canonico, & in Medicina, senza licentia expressa, e consentimento de dicti fratelli.

Item tutti li predicti Compagni insieme promettino l'uno a l'altro, e l'altro a l'uno, favorirse, & ajutarse quanto serà possibile, & honesto; e voleno, che li presenti Capituli, e Paletti durano tantum fino ad anni tre proximè futuri, li quali finiti, intendano la Compagnia essere finita.

Item, che jurano de osservare, & quando se ritrovasse, che facesseno lavorare in dicte tre facultate in raxone Civile, Canoniche, e Medicine, che cadeno in pena de perjurio, & de perdita de tutte le Opere, se faranno in dicte facultate per loro, & etiam de Ducati ducento per zascaduno contrafarà, li quali siano applicati a dicti fratelli da Borgo, seu de Brugniis, dicti de Castilliono.

Quare promiserunt &c. sub dicta poena &c. & ulterius &c. sub refectione &c.

Actum in domo habitationis præfati Domini Magistri Gabrielis, sita, ut supra, præsentibus Baptista de Cermenate, & Francisco de Gallis Mediolani Pronotarius.

Testes Michael de Pettozini de Cotignola, filius Domini Francisci, Portæ Orientalis, Parochiæ Sancti Georgii ad Putheum album; Aluivius de Roziis, filius quondam Domini Antonii, habitator Loci de Caxorate, Terra per se, inter Mediolanum, & Papiam, notus; & Magister Beltramus de Cattaneis de la Baretta, quondam Domini Petri, Portæ Vercellinæ, Parochiæ Sanctæ Mariæ Pedonis Mediolani, omnes idonei, vocati, & rogati.

- „ Ego J. C. Johannes Angelus de Custodibus filius Nob. D. Physici
 „ Joseph Angeli olim J. C. C. C. Antonii Francisci P. R.
 „ P. S. Euphemie intus Mediolani, publicus Apostolica, Im-
 „ perialique autoritatibus, & de Collegio Curie Archiepi-
 „ scopalis Mediolani Notarius, & Antiquarius, superscriptura
 „ Instrumentum Conventionum rogatarum per qu. D. Josaphat de Corbetta qu. D. Renini publicum Mediolani Notarium, cujus Imbreviaturæ extant penès D. J. C. & C. C. Carolum Antonium Perum, de verbo ad verbum fideliter, & diligenter dictavi, concordavi, & in fidem præmissorum indubiam me subscripsi &c.

ANNO MCCCCLXXIII.

Num. I.

Ante Synonyma Simonis Genuensis .

*Domino suo præcipuo Domino Magistro Campano domini papæ Capellano Canonico Parisiensi
Simon infimus Subdiaconus se ipsum (a).*

EX debito Opusculum jam dudum à vobis postulatum, quasi aliquid utile continens, cum quanta potui diligentia qualitercumque ad finem usque perductum ingenio vestro dirigere censui judicandum, & si supplici rogatui detur audacia, etiam corrigendum: dummodo tamen Philosophiæ culmen ad hujusmodi vilia non dedignetur descendere; nec certè mihi deest ab imperio vestro præsumptio, nam vos ipsi hoc ipsum mihi iussistis; magnam enim in eo partem vestram sentio, ut si calumniabile quicquam continet: non minus vobis, quam mihi habetis ignoscere; cognoscebatis namque cui imperastis; porro si aliquid utile continet, vobis adscribendum est; possessio enim nostra est Opus, & Auctor. Subscripta præfatio non vobis, ut vobis dirigitur; sed ut eam ceteris si libet, & ut libet in publicum dirigatis.

Num. II.

Ante Clavem Sanitatis ejusdem Simonis Genuensis .

*Venerabili viro Magistro Simonis Genuensis Domini Papæ Subdiacono, & Capellano, Canonico
Rothomagensi amico suo Carissimo tanquam fratri, Campanus (b) ejusdem
Domini Papæ Capellanus, Canonicus Parisiensis salutem,
& quidquid est optabile sanæ menti.*

GRande donum nuper à caritate vestra recepi per religiosum Virum Priorem de Pavano, quod fuit à me cum tanta jucunditate receptum, cum quanto desiderio fuerat diutius expectatum; misistis enim mihi clavem sanitatis, sine qua non viget apud Latinos ars de ingenio sanitatis; ego enim sic vestrum librum intitulavi: *Clavis sanationis, elaborata per Magistrum Simonem Genuensem Domini Papæ Subdiaconum, & Capellanum, Medicum quondam felicitis recordationis Domini Nicolai Papæ quarti, qui fuit primus Papa de Ordine Minorum*. Quippe quemadmodum per clavem est ingressus in domum, ita per librum vestrum est ingressus in cognitionem curarum ægritudinum: nam per ipsum inveniuntur res usibus humanis ad hanc curam necessariæ, sicut in domo per clavem aperta inveniuntur res usibus humanis accommodæ. Sed in magnam admirationem mihi venit præfati libri editio, in quo continetur rerum, de quibus agitur, utilis valde distinctio, & dictorum irrefragabilis certitudo; & quamvis apud vos sit librorum multitudo copiosa, singulare tamen donum Dei reputo, quod ea per vos cum tanta convenientia per invicem copulari (*copulentur*). Non est igitur ejus utilitas occultanda, ne merito fiat similis servo nequam, qui talentum receptum à domino suo abiens fodit, & abscondit sub terram, præsertim cum Veritas ipsa dicat, omni petente te tribue, nec absconde, quia nihil habemus, quod ab ipsa illa veritate non acceperimus, dicente Apostolo, quid habes, quod non accepisti? nec timeatis si liber vester procedit in lucem, quoniam totus lucidus est, & tenebræ in eo nullæ sunt. Et qui forsitan nitetur aliquid ejus infringere, cadet sub rubore testium inductorum. Gaudete igitur, carissime, de magno, vigilique labore, quem pro illius Operis compilatione portastis: latinam quam docuistis exercere pernecessarium ingenium sanitatis: circa quod versatur tota medicinæ scientia, quia sicut ars non habet effectum, si non artifex habeat convenientia instrumenta, sic nec medicus sanare potest, si non habeat rerum, quas in lucem posuistis, plenioram notitiam.

Num.

(a) Satis de hoc Auctore, ejusque Libris differui in Historia Literaria ad annum MCCCCLXXIII. Id unum subjungo, quod in Operis exordio Simon ipse profitetur, videlicet non modico labore concinnatum fuisse hoc Opusculum, sed pertinaci XXXV. annorum studio, ut proficuum foret tum Medicis ad opportuna pharmaca propinanda, tum ægris, quorum vitæ periculum ex eorundem ignorantia imminebat. Siquidem, cum Medicinarum Simplicium, ciborumque multa peregrina vocabula, quædam à Græca, quædam verò ab Arabica lingua deducta, nonnullæ etiam, quamquam Latina, varietate idiomatum dubia sint, non raro accidit, pro salubri remedio ab imperitis nominum viris noxium præscribi. Proinde Campanus hujus Libri utilitatem perpendens, eundem appellandum censuit *Clavem Sanationis*, ob congruentiam, quam proximè in illius Epistola Lector inveniet.

(b) Quis foret iste Campanus, quem tanta veneratione prosequeretur Simon Genuensis, ut illum *Philosophiæ culmen* vocaret, hætenus explorare non valui. Eruditi Parisienses de insigni hoc Viro plura edocebunt.

CCCCLIV EPISTOLÆ PRÆFIXÆ

Num. III.

Ante Isagogicum Libellum Augustini Dati in Eloquentiæ præcepta .

Bonus Accursus Pisanus (a) Salutem dicit plurimam Magnifico Equiti aurato & sapientissimo, ac primo Ducali Secretario Ciccho Simonetæ .

Quoniam semper sum arbitratus, quæ ex Ciceronis Libris, aut ex aliis Latinæ eloquentiæ Principibus apta, decoraque brevitæ excerpta sunt, ea ad bene, ornatèque dicendum maximo esse usui; propterea quæ ab Augustino Dato, Viro & docto, & facundo, circa dicendi elegantiam literis sunt mandata, imprimendum curavi. Nec enim nostræ tempestatis viri, qui facundiâ clarent, negligendi sunt, sed eo majore habendi in laude, quo laboribus suis ceteris minus doctis non mediocriter conducunt. Verùm cum in eloquentia flosculi quidam, non secus ac Stellæ, videantur elucescere: idcirco pulcherrimum hunc eruditi Viri libellum, quoad ejus fieri poterit, correxi, atque emendavi, quo ita ejus similes filii tui esse in dicendo valeant. Nam hæc quoniam in primis veluti selecta sunt ex Ciceronis vel Libris, vel Orationibus, maximo eis & adjumento futura sunt, & ornamento. Nec enim te latere debet, quantum Vir ille hac ætate laudetur ab omnibus, præsertim à Viris & doctis, & disertis. Hæc igitur propterea ad te scripsi, quoniam & eloquentissimus sis, & ingenio splendidissimo, & cui etiam ipse vehementer afficior; ob eamque rem mei officii esse censui, ut is esses, per quem ceteri hoc meum studium minimè ignorarent. Vale, o præsidium, & dulce decus meum.

ANNO MCCCCLXXIV.

Num. IV.

Ante Apollinaris Offredi expositionem in libros Aristotelis de Anima, impressam Mediolani hoc Anno .

Apollinaris Offredi (b) Cremonensis sua tempestate Illustris & Philosophi, & Medici Præfatio in libros Aristotelis de Anima ad Illustrissimum Philippum Mariam Mediolani Ducem &c. feliciter incipit.

Dudum animo volvebam, invictissime Princeps Philippe Maria, ut qui & tuus essem. initio natus, & sub tuæ ditionis umbra defensus, auctus, illustratus viverem, & heroicis tuis virtutibus, ac rebus gestis maximè tangerer; quidnam esse munus apud me posset, quo vel semel in omni vita pro infinitis accessibus, ac meritis tuis, & fidem, & animum apud te meum declararem. Ac mihi exteriora hæc, & fortunæ bona, quæ plerique maximi faciunt; cum vel pro usu quotidiano ita essent angustissima; ut ex his nihil videretur magnitudine tua dignum, retuli me ad ea, quibus ab ætate intervieram, & animi, & doctrinæ bona, meque tibi rem haud ingratiſsimam facturum, si tibi aliquid ex fructu studiorum, quibus & Physicis, & Philosophicis literis attritus sum, hoc tempore consecrassem; existimavi: Nam ex copia, quæ cuique est, non ea, quæ longè abest, fieri officiosus facile potest. Quod quidem qualecumque futurum sit, si par non erit illustrissimæ gloriæ, felicitæque tuæ; diviſque virtutibus, boni tamen consulas oro; eique, non ex suavi donante sua, fortuna; imò ex affectu, devotione, fide, pretium ac pondus adjungas, ac tua dignum auctoritate perficias. Nam ego satis intelligo, quicquid excogitaro, cum plus etiam, quam possum incubuero, vix fore idoneum, quod tuum sub judicium legatur, & in tuarum alarum umbra deliteſcat. Festino igitur, ac donandam, inscribendamque tuo excellentissimo nomini constituo recentem interpretationem in ea, quæ de Anima sunt ab Aristotele conscripta volumina, per otia multarum vigiliarum, ac laborum à me deductam, nuperrimèque absolutam, ac nondum editam. Nam cum illustrissimum nomen tuum seculo jam & consiliorum, & rerum gestarum gloria percelleret, pro ea etiam, qua omnis mortalis, magnificen-

(a) Præclaram Bonacursii memoriam, ob præstitam studiis nostris fœlicius promovendis sedulam operam, inserui Literarum Historiæ ad ann. MCCCCLXXV., sicuti & Cicchi Simonetæ, cujus nomen non tam ingenii præstantia, animique integritate, quam amore & patrocinio erga Literas, Virosque doctrinâ insignes, tunc celeberrimum, apud succedentes omnes posteros Mediolanenses splendidum atque immortale manebit.

(b) Insignis hujus Viri res gestas, librosque in lucem editos recensuit Clariss. Franciscus Arifus in I. Volumine Cremonæ Literatæ; Ego quoque ad annum MCCCCLXXIV. nonnulla addidi, quæ ejusdem memoriam illustrant. Alterius Offredi Cremonensis, nomine Petri, extat Epigramma; satis elegans, in laudem Jasonis nostri de Mayno ad calcem Libri super *L. quo minus, ff. de Fluminibus*, impressi Papiæ anno MCCCXCII. VIII. Junii per Gasparem de Baldicionibus. Hoc adnotare placuit, cum memoratus Arifus, qui carmen hoc refert, editionem hanc ignoraverit. Opus suum Jason. Maynus dicavit *Johanni Jacobo Gyllino Ducali Secretario*, asserens in Epistola nuncupatoria, hanc Lucubrationem esse primicias ægelli sui.

tia, vi, providentia, & benignitate præstas, præstantissimum, ac maximè omnium naturalium illustre, necessariumque & studiorum, & literarum, de Anima genus, ut Aristoteli placet, ipsi nomini tuo dedicare constitui; ut qui pro divina tua sapientia, ceterisque virtutibus universis, & horum, & reliquorum studiorum cultoribus ac sectatoribus propitius, ac beneficus omni seculo fuisti, esque præcipuè de me, saltem aliquid duraturæ laudis ad immortalam tuam gloriam adjungas. Tuo enim exemplo, tuis auspiciis ingens bellum sum ingressus adversus omnes, qui non Christianè de Philosophia sensissent, maximèque contra Catholicam pietatem in *de Anima* Libris commentati sicut essent, ut oporteret, ipsis auctoribus, à nostra religione discrepantem esse Philosophiam. In hoc igitur Opusculo, quod bipartitum facere commodius est visum, ut in Aristotelis verborum explanatione pars una veraretur, altera quæstiones, ac dubitationes difficiles de Anima dissolveret, decrevi pro Fidei nostræ vero, solidoque cultu, omnem Christianorum sensum, ac doctrinam, opiniones omnes, quas Orthodoxi reliquerunt, pro virili mea tueri ac sistere, naturalibusque locis ratas & invincibiles reddere, nec sum in ea re permagnam Averoi veritus opinionem, totque seculis florentem sententiam, qui suis in commentis, ut apertè colligitur, infestam Fidei nostræ tulit explanationem, quam validissimis adjumentis apparentem maximè effecit, qua ex re plurimi, aut ejus Philosophi auctoritate devicti, aut apparentibus ejus rationibus deterriti, despiciere visi sunt in opprobrium nominis, & detrimentum animæ sempiternum. Ad hoc tamen tam grave bellum, adedque periculosam audaciam, & meis viribus imparem, tam verendæ hujus Philosophi gravitati hac in parte adversandi, quem in ceteris ferè summum, ac divinum auctorem habui, (Aristotelem semper excipio), quamquam & veritas in primis ipsa me vocabat, & alebat conscientia, fiduciam non parvam ex eo assumpsi, quod tibi Christianissimo Principi rem me gratam ac probatam facturum arbitrabar, si ex hac re multorum impietatem ludificassem, qui sententiis illius, invisi plerumque, simplicium animos polluunt, inficiuntque nescientes. Itaque sum audentior factus ipsi Averoi adversus fieri, nec numero aut majestate sum deterritus eorum, qui eum essent errorem imitati; quoniam quas potui argumentationes firmissimas instruxi, quod salubris illa sententia, quam de Anima humana discipuli veritatis attulissent, evidentissimè luceret, non Theologicis tantum vallata sermonibus, sed & naturalibus insuper adjuta, & defensa principiis. Accipe igitur, eminentissime Principum, ~~has meorum studiorum quasi~~ primitias in unum tibi aliquot annos reservatas, ac demum sub tuæ devotione majestatis editas in lucem, tametsi præstantiæ tuæ per exigui sunt habendi labores mei, nisi, ut antea quoque dixi, ex clementia tuæ celsitudinis dignatio quædam accesserit, pro auctoris in te animo deditissimo. Cape tamen & studia mea, fortunas, liberos, famam, dignitatem, vitam denique meam, ut sedulo antehac, sic deinceps, & in finem commissam tibi esse patiare.

Num. V.

Ante Georgii Trapezuntii de Partibus Orationis ex Prisciano Compendium (a).

DE Partibus Orationis brevī compendio, Andrea fili, ad te scribere constitui, Nam cum viderem Latinam linguam his junioribus Grammaticæ Magistris corruere, nihil earum nugarum, quas illi docent, tenello ingenio tuo proponendum putavi: etenim si quæ à pueris nobis discuntur, ea facile ad senectutem perveniunt, non est negligenda hæc ætas, nec oblivione digna sunt tradenda, sed quæ non poeniteat ætate grandiores à puericia percepisse. Quæ cum ita sint, neque Prisciani exquisita volumina pueris danda videantur, Compendium ex eo non parvo labore confecimus: quod si memoriæ tradideris, optimos profectò fructus, uberioresque concipies. Nam ut agricolæ nisi semina curiosè delegerint, agrumque probè coluerint, tempore messis lugeant necesse est: sic nisi quis rudem animum bonis regulis, Auctoribusque imbuerit, major ætate metet ignorantiam. Qua in re si mihi cum primùm docere impulsus sum, fuisset obtemperatum, Virgilium, Ciceronemque pueris offerenti, non ut intelligerent quod ab ea ætate alienissimum est, sed ut crebra lectione memoriter tenerent quæ pueritiæ propria studia sunt, multi profectò inpræsentiarum juvenes præceptione nostra lætarentur, & nos melius sibi, quam parentes prospexisse, profiterentur. Verùm quoniam communem penè omnium pravam consuetudinem, quam dediscendam discunt, magna ex parte vel inviti secuti simus, tu, quem non alieno ductu, sed nostro docere possumus, Virgilium nunc & has regulas, paulò post Ciceronis nonnulla memoriæ commenda, quæ sola virtus animi his teneris annis summo opere pollet. Deinde cum per ætatem attendere poteris, faciliùs intelliges quæ molliori animo infixæ fuerint. Quod si facies, ostendes profectò, & me rectè multis consuluisse, & te à tertio apud Hesiodum ordine hominum longe abesse:

Optimus

(a) Recudere hanc Epistolam opportunum duxi, ut compendio dignosceret Lector, quo consilio ductus Trapezuntius Opusculum istud conscripserit.

*Optimus ille quidem, qui per sese omnia nascens
Præceptor suus ipse sibi meliora peregit.
Ille bonus rursus monitus qui recta sequetur,
Qui nec ipse videt, neque credit recta monenti,
Hic nulla in parte utilis est.*

In Fine

Georgius Trapezuntius, Colæ Montano (a) suo salut. dic. plur.

Peregi quod tam multis precibus à me postularas fili mi optime, ut de quatuor Partibus Orationis indeclinabilibus compendium ex Prisciano conficerem, quod etsi laboriosum mihi, arduumque nimis ob senectutem meam videbatur; jam enim, ut nosti, neque literas formare vacillanti manu, neque volumina evolvere, sine ingenti labore valeo: tamen non existimavi, posse me effugere nomen impietatis, si tibi omnium, quos aut vidi unquam, aut audivi, aut legi maximè pio, quidquam denegarem, præsertim tam onesta petenti: profueris enim hac Compendii exactione non solum juventuti Mediolanensi, de cujus virtutibus, & disciplina sollicitus, hoc mihi onus imposuisti, sed cæteris quoque Latinæ linguæ studiosis, neque tantùm in hoc Compendio, verùm in aliis etiam operibus, quæ olim à me suscepta, deinde tædio senectutis, & ingratorum odio intermissa, nunc toto animo meo, tua pietate recreato, ad communem utilitatem perficientur: me verò destituti operis infamiâ liberaris, quod ego cur imperfectum deseruerim, nihil aliud video, nisi Deo ita volente, ut cum quatuor partes ad Andream filium meum scripsissem, reliquæ superessent quatuor, quas ad te scriberem, quem nec minus amo, quàm ipsum Andream, nec minus filium existimo; illius enim corpus mortale, & corruptibile ex meo corpore genui; tuum verò animum ex meo animo, quod multo plus est, impressi, ac formavi ut quod de Jove atque Minerva Poëtæ fabulantur, tu de meo capite quodammodo natus, & videri possis & credi cupias. Vale. Data Romæ III. Kal. Novembres MCCCCLXXI.

ANNO MCCCCLXXV.

Num. VI.

Ante Scriptores Minores Historiæ Augustæ (b).

*Bonus Accursus Pisanus salutem dicit plurimam magnifico Equiti aurato & sapientissimo
ac primo Ducali Secretario Ciccho Simonetæ.*

Non injuriâ profectò possim à nonnullis audacia accusari vel stulticia potius: quòd, cum mihi conscius sim, neque ingenii bonitate, neque doctrina, neque dicendi elegantia valere, audeam tamen quicquam de tuis laudibus litterarum monumentis mandare, Eques aurate clarissime, Cicche Simoneta. Sed tanta est amoris vis, pietatisque meæ erga te; ut in his omnibus difficultatibus hujusmodi quoque dicendi munus aggrediar. Unde autem ordiar? Nam, si voluero à splendore Majorum tuorum ordiri orationem meam, dies me deficiat. Itaque brevitatis gratia, cæteris prætermisissis, de iis dumtaxat bonis dicam; quæ tota sunt tua; in tuaque potestate sita & collocata. Nam ea, quæ corpori vel fortunæ tributa sunt, nemo potest sua esse affirmare, cum brevi etiam temporis momento collabi nonnunquam, perireque consueverint. Quis igitur te uno prudentior? quis gravior? quis sapientior? testes sunt locupletissimi singularum harum tuarum, mirabiliumque virtutum præstantissimi duo Principes, Pater & Filius, Franciscus & Galeacius Maria Sfortia: qui certe nunquam suarum omnium rerum, tantique imperii gubernacula tibi commisissent; nisi & ingenii acrimoniâ & consulendi præstantiâ te unum omnium maximè vigere intellexissent. Nam de fide justitiaque tua quid dici non possit, & egregium excellentissimumque in primis? Te profectò innocen-
tior nemo est: nemo integritate melior: qui non modò nemini noceas, sed & pro-
fis omnibus;

(a) Unus ex iis fuit Cola Montanus, qui anno MCCCCLXXII. Typographicæ arti, adhuc in hac Urbe infanti, amplificandæ nomen suum dedit in publicis Tabulis, superius impressus; ejusdem exitum vide in hac Histor. Liter. ad ana. MCCCCLXXIV. quo etiam de Georgio Trapezuntio sermonem institui.

(b) Prodiisse in lucem Mediolani Augustam Historiam anno MCCCCLXXV., primumque hunc librum fuisse, qui æneis typis excusus sit in Italia, invictis, ut arbitrator, argumentis contendi in Prolegomenis, Capite III. Secunda hæc fuit editio Mediolanensis, quam novis curis emendavit Bonacursus Pisanus, auxitque aliis Eutropii, & Pauli Diaconi Historiis, de quibus, ne verbo quidem, mentionem egit Claudius Salmasius, describens antiquissimum illum codicem in nostra Urbe impressum, quo ipse usus est, ut Commentarios ad veteres Historiæ Augustæ Scriptores adornaret post Casaubonum, qui idem argumentum suis eruditis laboribus exhaustisse videbatur; ductu enim memorati optimi exemplaris plura offenderat emendanda, atque illustranda, quæ Casaubonus sinceris destitutus Codicibus aut omiserat, aut confuderat.

nibus, sisque acerrimus propugnator injuriarum omnium. Tua autem continentia, atque frugalitas, & in omni re modestia tanta est, ut cum omni antiquitate possis de temperantiae laudibus certare. Es tu profectò animo infracto, atque inconcusso, qui nulli perturbationi cedas; sed omnes animi motus fortiter constanterque modereris. Nam de liberalitate tua, & munificentia in bonos viros, optimi viri omnes, & homines doctissimi splendidissimum testimonium perhibent. Nihil est veritate, nihil religione, nihil pietate apud te antiquius; qui præ divinis Præceptis, & institutis reliqua omnia, & momentanea censeas, & fragilia, & caduca. Quis te igitur non meritò amet, colat, observet, veneretur? qui sis veluti quoddam simulacrum perfectæ absolutæque virtutis inter homines. Quæ quidem omnia cum mecum ipse considero; tanta perfundor animi voluptate, ut præ lætitia nimia vix sim apud me. Efficiat Deus omnipotens maximus, ut quàm diutissimè sis in vivis; quo, & nostro Illustrissimo Principi labores plurimos, & molestias subtrahas; & bonis omnibus opem assiduè possis auxiliumque afferre. Nam ego, quantum in me est, spem omnem meam, & emolumentum, & dignitatis in te uno ita constitui, ut mihi nihil defuturum existimem. Itaque te etiam, atque etiam oro, atque obsecro, ut me habeas perpetuò commendatum; si quidem putas nullum apud me beneficium tuum intermoriturum unquam. Verùm, cum permagnam esse, & perutilem cognitionem historiarum mecum ipse meditarer; animadverteremque negligentiam superiorum temporum ingens in iis, qui historias conscribere, naufragium factum esse; institui, Vir clarissime, eos mea cura, ac diligentia imprimendos, qui à Julio Cæsare ad Justinum Constantinopolitanum usque, eorum omnium vitas, ac res gestas brevi compendio complexi sunt, qui Romano Imperio præfuerunt. Hi autem octo sunt numero: Suetonius Tranquillus, Ælius Spartianus, Julius Capitolinus, Ælius Lampridius, Trevellius Pollio, Flavius Vopiscus, Eutropius, & Paulus Diaconus. Quorum ego libros, & percucurri diligenter; &, quoad ejus rei fieri potuit, accuratissimè emendavi. Si quid profectò melius dare tibi dono potuissem, alacriter præstitissem. Cum tamen hæc una res magnam in se utilitatem continet; & ad rerum cognitionem, & ad vitæ institutionem; nam & Principes ipsi, & qui sunt apud Principes maximi, non obscure possunt intelligere, quantum intersit inter fortunam, & sapientiam, eosque maximè laudari oportere, qui temporibus uti consueverunt. Sed hæc tu, ut es Vir summam prudentiam, summamque virtute, ex horum librorum lectione, cum tibi facere per otium licuerit, non difficulter dijudicabis. Vale præstantissime mi Mecænas, ô & præsidium, & dulce decus meum.

Num. VII.

Ante Laurentii Vallæ Librum Elegantiarum.

*Bonus Accursus Pisanus Magnifico Equiti aurato, ac primo Ducali Secretario
sapientissimo Ciccho Simonetæ S.*

EXcerpti, Magnifice Eques aurate, ac Virorum sapientissime, & optime, ex libris elegantiarum Viri doctissimè, ac disertissimè eruditi Laurentii Vallæ, quæ mihi visa sunt pulchriora, ac magis accommodata ad communem scribendi, ac dicendi usum. Quæ idcirco ad te dedi, quòd ea putarem liberis tuis perutilia fore. Nam si secus existimassem, nequaquam hoc muneris suscepissem. Hunc autem laborem meum idcirco tibi Vir præstantissime Cicche Simoneta dedicavi, ut tua autoritate, atque tuo beneficio tanta hæc utilitas in cæteros perveniret. Non enim parum fructus ex hoc meo studio ad cæteros emanabit, cum ad omnem dicendi materiam, ac vim ex hujusmodi, ut ita dixerim, flosculis exempla sint profectura. Interea verò temporis, ut intelligas, nihil mihi contingere posse gratius, quàm omnibus in rebus morem gerere tuæ liberalissimæ voluntati; jube aliquid rogo, si quid vides à me tibi præstari posse jucundius. Vale mi clarissime Mecænas, ô & præsidium, & dulce decus meum.

Num. VIII.

Ante Editionem Valerii Maximi hoc anno Mediolani peractam.

*Bonus Accursus Pisanus salutem dicit plurimam Magnifico Equiti aurato, & Sapientissimo,
ac primo Ducali Secretario Ciccho Simonetæ.*

Quò magis de te, ac tuis præstantissimis, summisque virtutibus cogito, Cicche Simoneta; eo majorem in admirationem adducor, cum unus mihi planè esse videaris, cui nihil desit ad hujus vitæ felicitatem. Nam & patria, & parentibus Vir nobilissimus es; & nobilissimo, Excellentissimoque Galeacio Mariæ Sfortiæ carus omnium maximè. Nec id quidem absurdè; tanta enim est prudentia tua, tanta innocentia, tanta in rebus omnibus fides, tanta benignitas, ac mansuetudo, quanta major in alio nemine. Prætereo autem

quam de me sæpè benemeritus es, & quibus quotidie me afficis beneficiis. Quibus quidem rebus planè fit, ut ingratiſſimus ſim judicandus, niſi omnibus oſtendero, me tibi debere omnia. Sed cum majora non poſſim; ſaltem in re libraria, qui Vir doctiſſimus, & eloquentiſſimus ſis, clarum aſſero argumentum obſervantiæ in te meæ. Cum verò Valerium Maximum emendatiſſimè à me correctum reddiderim, & quidquid erat aliorum ignorantia inſertum exemerim, eumque imprimi curaverim, volui hunc Codicem tuo veluti quodam Numine prodire in doctorum hominum manus, non hac una in re finem facturus, nam alios quoque propediem ſubjiciam libros, qui mea cura, atque ſtudio emendati, iidemque impreſſi non mediocrem utilitatem afferent literarum, & rerum magnarum ſtudioſis. Et quæ exempla Valerius Maximus magna induſtria, & diligentia eſt complexus ſecundum varias materias diſperſa, ita in unum Literarum ordinem Collegi, ut diſcere volentibus nulla relinquatur difficultas. Videmus Plutarchum Cheronenſem apud Græcos, quem Vir utriuſque linguæ eruditiſſimus, ac nullius doctrinæ ignarus Franciſcus Philelphus præceptor meus traduxit ad noſtros, magno ab eruditis omnibus haberi in pretio. Quanti autem pluris Valerius Maximus æſtimandus eſt, qui ſingula exempla ad rerum, atque perſonarum argumenta accommodavit? ut nulla proſus in re noſtris hominibus quidquam ad ſcribendum deeſſe poſſit. Hic igitur finem faciam, ſi breviter priùs quædam in medium retulero, quæ ad dilucidam cognitionem ipſius præſationis pertinere exiſtimavi.

Num. IX.

Ante P. Ovidii Nafonis Libros Metamorphoſeon.

Bonus Accuſſus Piſanus Salutem dicit plurimam Magnifico Equiti aurato, & ſapientiſſimo, ac primo Ducali Secretario Ciccho Simonetæ.

NEſcio quibus aliis ſtudiis meis oſtendere tibi, Vir clariffime, atque optime, Cicche Simoneta, dilucidiùs poſſim meam erga te benivolentiam, atque obſervantiam, quam re literaria, librariaque. Hæc enim mea munuſcula ſunt, quibus & ipſe cum per otium, liceat, aliquando delecteris, & Liberis tuis, quos tibi opto quam ſimillimos fore, conſulas ad doctrinam, & uſum intelligendi. Qua ipſe ductus ſententia, P. Ovidium Nafonem Metamorphoſeon meâ operâ correctum, atque emendatum imprimendum curavi. Verùm cum diligentius quærerem, quæ priſci Scriptores literis mandaverunt, incidi in Cœlium Firmianum Lactantium, Placidum (a), qui in Stati Thebaidos ſcripſit, Virum meâ ſententiâ & diligentiffimum, & diſertiffimum; & qui in fabulas ejuſdem Poëtæ commentatus eſt. Cujus ego ingenium non potui equidem non mirari: Nam incredibili quadam brevitate fabulam quamque complectitur, & interpretatur. Quæ omnia ita in hoc opere inſerui: ut nimiam pulchritudinem præ ſe ferant. Scis enim, noſtra tempeſtate veniſſe in lucem hanc imprimendorum voluminum artem, rem proſectò & utilem, & perpulcram. Nam libros exſcriptos haud facile eſt omnibus ſibi comparare propter pretii ac pecuniarum difficultatem. Quæ tametiſi divina benignitate tibi nulli impedimento eſſe poteſt: non tamen eſt contemnenda, propter pulchritudinem artificii, & quia ubi huiuſmodi librorum impreſſio, & tanquam formatio rectè fuerit initio conſtituta, ſemper eodem procedit ordine in omnibus huiuſmodi voluminibus, ut vix errare liceat. Id quod in exſcribendis libris longè ſecus venire ſolet. Sed hæc ignota tibi certè non ſunt. Ego autem quicquid feci, eo ductus feci conſilio, ut rem tibi facerem pergratam. Tu verò, ut es humanitate ſingulari, animum meum potius, quam rem ipſam conſiderabis. Sed quoniam tu harum rerum graviffimus Judex es, longior eſſe nolim. Suscipe igitur munuſculum hoc meum, indicium certè mei ſummi erga te amoris, atque obſervantiæ. Nam ſi rem ipſam in te te animo volueris tacitus cogitare: intelliges proſectò apprime dignam eſſe, quam plurimi facias, habeasque cariſſimam. Vale Vir clariffime, & me commendatum habe.

Num. X.

Ante Vitam P. Ovidii Nafonis ab eodem Bono Accuſſo contextam.

CUM uſitatiſſimum eſſe morem animadverterim, ſplendidiffime Eques aurate, Cicche Simoneta, in exponendis auctoribus cujuſcumque tandem ii ſunt facultatis, ut in legendi principio eorum vita referatur in medium, qua etiam mores ipſi continentur: non erit alienum à præſenti meo inſtituto, P. Ovidii Nafonis amœni elegantiffimique Poëtæ quicquid de Vita ejus invenerim, in medium referre. Qua quidem in re nihil equidem novi

ex

(a) Errorem, in quem lapſus eſt Bonaccuſſus, tribuens Commentarios in Stati Thebaidem Cœlio Firmiano Lactantio, cum alterius Lactantii, nomine Placidi, longè poſterioris, ſint, ad annum MCCCCLXXV. jam adnotavi.

ex me ipso afferam: Id quod facere nonnulli consueverunt, ostentationis magis cupidi, quam veritatis. At ego ita de hoc Poëta verba facturum sum, ut quicquid dixerim, id ex ejusdem operibus à me collectum liquidò appareat. Qua in re, si à me tibi satisfactum fuerit, Vir Magnifice, & grates habebam maximas omnipotenti Deo, & ex judicio tuo maximam capiam voluptatem. Nec inficias ibo, me tibi debere plurimum: cujus approbationibus & adjutus fuero, & ornatus. Nunc autem, ne prolixior sim, venio ad rem ipsam &c.

Num. XI.

Ante Libellum Anonymi, de veritate Conceptionis B. Virginis.

Magnifico Viro, Comiti Petro de Gambara.

Veritatem meditabitur cor meum, & labia mea detestabuntur impium. Prov. 8.

CUM apud veteres Philosophantes, Generose Petre, Comes Magnifice, variæ forent de ultima felicitate opiniones, illorum sententia prævaluit, qui in veritatis agnitione ex summi Dei intelligentia perfecta beatitudinem consistere diffinierunt: Ex hoc enim & Deo similior homo efficitur, & sibi convenientius, propriumque magis exercet officium. Soli enim homini ab immortalis Deo donatum est, rationis esse participem, qua quidem ad primam cognoscendam veritatem, undè omnis humana cognitio sumit exordium, possit attingere. Contemplatio enim divinæ veritatis, ut Beatus ait August. proponitur nobis omnium actionum nostrarum finis, & æterna perfectio gaudiorum. Quo fit, ut sicut mortales omnes beatitudinem naturalem appetunt; ita & primæ veritatis cognitionem summè concupiscunt. Vñ (fortasse *Veruntamen*) & si divitiis infinitis exuberet homo, voluptatibus omnibus perfruat, potentiâ, famâ, honoreque summè præmineat, nisi tamen intellectus ipsa veritatis cognitione illustretur, ampliùs quærit, quam se possit rerum acquisitione satiari. Omne liquidem hominum studium, omnis labor, omnis denique industria ad hoc se totum confert, ut in veritatis cognitionem deveniat; & quarum rerum causas ignorat, earum investiget originem. Sed quia, ut Philosophi tradunt, eadem est oppositorum disciplina; & cujus est unum contrariorum persequi, ejus est & aliud refutare, sicuti medicina, quæ sanitatem inducit, contrariam expellit ægritudinem. Idèd sapientis, cujus est veritatem toto corde, tota mente, totaque virtute amplecti ac meditari, ejus etiam erit falsum errorem, qui veritati opponitur, impugnare, & tota animi fortitudine refellere. Qua de re in verbis propositis duplex sapientis officium designatur. Primum, veritatem meditari divinam, in cujus speculatione suavis, & amœna dulcedò consistit. Quod ut Scriptura nobis insinuaret, in persona sapientis dictum est: Veritatem meditabitur guttur meum. Alterum verò est, falsitates, erroresque veritati adversantes elidere, ac debellando confutare. Et ad hoc explicandum dictum est: Et labia mea detestabuntur impium, qui videlicet contra divinam veritatem mendacium loquitur. Unde & Philosophus hoc duplex sapientis officium in primo Ethic. Libro describens: Sapientis, inquit, est non mentiri, de quibus novit, & mentientes posse detegere, & manifestare. Non enim nobis ad salutem satis est literarum studio diligenter intendere, veritatis cognitionem acquirere, & per diversa mundi climata discurrendo doctrinam Euangelicam mortalium populis, nisi, & oblatrantes hæreticos, contra divinum dogma impiè garrientes, qui Christianis pectoribus labem diaboli erroris conantur infigere, viriliter oppugnantes exsuperemus, eosque veluti lupos, à Christianis gregibus procul expellentes, infirmos quosque ab eorum erroribus liberantes ad iter cœleste dirigamus. Unde Dominus per Prophetam suum Ezechielem, quosdam indiscretos, quadam humilitate tacentes, nec contra errores viriliter se opposcentes redarguit dicens: Non ascendistis ex adverso, nec posuistis vos murum pro domo Israël. Error enim, cui non resistitur, approbatur; & veritas, cum minimè defensatur, opprimitur. Consentire quippe videtur erranti qui ad rescanda quæ corrigi debent diligenti sollicitudine non occurrit; nec grandi scrupulo caret conscientiæ, qui vel ex negligentia, vel humano timore manifesto errori desinit obviare. Inter cæteros autem errores contra veritatem extortos ille longè periculosior est, qui Beatissimam Virginem à Christi redemptione segregare molitur. Nam dum quidam minus sapientes in suis editionibus almam Genitricem ab originali peccato in sui Conceptione immunem fuisse affirmant, redemptionis pretiosi Sanguinis Jesu Christi pretium evacuant, & in errorum multipliciter Catholica virtute deserta audacter labuntur. Est enim errantium quasi naturalis consuetudo, ut quia in veritatis medio consistere non possunt, dum unum errorem intemperatè defendunt, in alium confestim dilabuntur. Sic & isti divinarum literarum ignari, dum Virginem Dei Genitricem sub specie pietatis falsis honoribus extollunt; Christi dignitati nefandissimè detrahunt, sanctas Scripturas perversè exponunt, Sanctorum Patrum sententias spernunt, & tandem propter humanum favorem, ac terrenum lucrum novos errores confingunt. Hi secundum Hieronymum veluti adulterini filii à patrum suorum vestigiis discedentes veritatem vertunt in mendacium, & superstitiosa

teime-

temeritate armati terminos transferre præsumunt, quos posuerunt patres eorum. Isti de domo Domini populos seducunt, & ut suum pertinaciter defendant errorem Divinas Scripturas perniciosè depravant, Doctores antiquos condemnant, & imperito vulgo prædicantes audent aliis ediffere quod ipsi non intelligunt, nec fateri etiam verentur se aliquid videre, quod eorum non intellexerunt magistri. O stupendum prodigium! ut quidam, ut ita dicam Scalciati moderni, vento pleni, sapientia vacui, tam faciliè intellexerunt, quod Doctores antiqui vitâ sanctissimi, ingenio præclari, Fide ferventes, veritate perspicui ignoravere. Hi profectò ignorantiae tenebris involuti, volentes sapere plusquam oporteat sapere, novas non cessant ad inventiones confingere; nec dignantur discere, quid Apostoli, quid Evangelistæ, & quid Sancti Doctores divina gratia illuminati de hac materia senserunt, sed Sanctorum veritatem flocci pendentes ad fabulas sese convertunt, & ad sensum erroremque suum perniciosum incongrua adaptant testimonia, quasi grande sit, & non vitiosum discendi genus depravare sententias, & ad voluntatem suam sacram Scripturam trahere repugnantem. Hi præterea suos cumulatus errores personantes, quosdam amplissimos, magnoque, & excellenti ingenio viros, tum virtute animi, tum omni humana Divinaque Sapientia præclaros non modò criminose diffamavere, verum etiam, & splendorem rutilantis doctrinæ, ac nitorem vitæ, & sanctitatis ipsorum ausi sunt turpiter maculare, quorum profectò calciamenti fimbrias non modò solvere, sed ne tangere quidem apti sunt. Ne igitur tam perflatis buccis veritas Numinis almi insidere credatur, ut indoctum vulgus tanquam quid piissimum in Virginem personat, hunc compendiosum libellum de veritate Conceptionis Virginalis, divino fretus auxilio, ex Sanctorum dictis confeci, eumque tuæ amplitudini, inclyte Petre, Comes Magnifice, statui dedicare; tum ut singularem observantiam meam erga te, tuoque omnes, aliqua ex parte tibi ostenderem; tum ut magnificentia tua, quam mortales ferè omnes non tam pro majorum tuorum gloria, quàm pro amplissimarum virtutum tuarum excellentia, non immeritò, & colunt, & observant, veritate perspecta, esset nobis ab irumpentibus hostibus, tutissimum refugium, & quasi quoddam inexpugnabile propugnaculum. Novi etenim invictissimi animi tui magnitudinem, novi prudentiam, novi consilium, novi denique divinum (ut ita loquar) ingenium tuum. Neque enim alio me vocabulo uti fas esse censeo, cum & regis virtutes, angelicique mores tui divinitatem quandam procul dubio præferant, & cœleste illud insigne, quod in parma gestas, post felicissimum exitum tuum omnino inter ipsos cœlicolas te collocandum esse demonstrat. Suscipiat itaque amplitudo tua singulari ea humanitate, qua servos complecti solet, hoc munus exiguum, quod inter occupationum mearum sollicitudines brevi tractatione ex multorum Doctorum auctoritatibus compositum nomini tuo devotissimè dedicavi. In quo quidem mihi perfacile erit, ipsum, quem tam pompaticè sustentare conantur errorem, tuis fretò auxiliis, ac veritate comite, pro cuius amore certandum duximus, ut mortale, ut fugiendum, ut falsitate plenum refellere; impiumque fore ac profanum, utpotè Fidei, Divinisque literis adversatissimum, hunc perniciosum errorem obstinata fronte credere, aut defensare, tum ex divinis oraculis, tum ex eorum codicibus, tum etiam validissimis rationibus, quas Græci cornutas appellant, demonstrare curabo. Sic enim cum ipsis agendum statui, ut ratione ac mansuetudine provocati sequi nos velint, non fugere, quatinus ex eorum codicibus ostendentes quòd dicimus, eos ad sinum Matris Ecclesiæ, relicto errore, Deo possimus adjuvante convertere. Non enim indiget Deus nostro mendacio, ut pro eo loquamur dolos. Et Virgo Regia falso non eget honore, veris honorum titulis cumulata. Quin potius, ut Beatus ait Augustinus, perhorrendum est falsi aliquid de Domino dicere, etiamsi ad laudem ejus videatur pertinere, quia non minori, sed majori fortassis scelere laudatur in Domino falsitas, quàm vituperetur veritas. Et Virgo gloriosa, ut ait Bernardus, libenter illo caret honore, quo vel peccatum venerari, vel falsa induci videtur sanctitas. Quapropter fabricatores illos ostendam esse mendacii, qui Beatissimam Virginem falso extollentes honore, Catholica veritate deserta, vulgi errantis sequuntur consuetudinem, & tot garritus, ululatus, in ætheraque clamores, Divinam detestando veritatem, inferunt, ac tam profanè, tam rabido ore in Sanctissimos, clarosque viros desæviunt, ut nec auctoritate quidem freti, nec ulla ratione persuasi, illam absque originali peccato fuisse conceptam, in injuriam pretiosi Christi Sanguinis contra tot, tantosque Doctores, propter popularem tantummodo favorem audeant prædicare. At nos, clarissime Petre, qui veritatis lumen inspeximus, relicta populari consuetudine, antiquorum Patrum sequamur veritatem, quæ non ex scabellis, sed ex sacris codicibus nobis offertur, & almam Dei Genitricem post originalis peccati contractionem excellentissimè super omnes fuisse sanctificatam, ac suo spiritali nitore super omnium Angelorum puritatem fuisse exaltatam, firma Fide teneamus, scientes quia sicut scriptum est apud Esdram, Veritas scilicet omnia vincit, veritas manet, & invalescit in æternum, & vivit, & obtinet in secula seculorum. Amen. (a)

ANNO

(a) Et si Opusculum istud nomen Auctoris non præferat, certum est editum fuisse à Vincentio Bandello, Magistro Generali Ordinis Prædicatorum; id enim apertè profitentur Scriptores Bibliothecæ ejusdem Ordinis. De hoc insigni Virgo nonnulla in Hist. Literaria ad annum MCCCCLXXV. conscripsi. Laudabilior tamen censeferi poterat labor iste, si nimis intemperantem calamum contra fautores pie opinionis modestia coercuisset; sed illa ætate, non nisi conviciis decertabatur.

ANNO MCCCCLXXVI.

Num. XII.

Ante Grammaticam Græcam.

Demetrius Cretensis Ingenuis, ac Studiosissimis Adolescentibus Salutem.

CUM vos rerum bonarum, ac Literarum Græcarum adipiscendæ disciplinæ studiosos viderem, sanè & vestram tam egregiam ad hujusmodi rem intentionem, non injuriâ sum arbitratus, & animi vestri generositatem, excellentiamque beatam existimans, multum, ac diu cogitabam, qua in re vobis Græcæ amantissimis disciplinæ gratificari possem, & quod studio vestro dignum, gratumque esset, præstarem. Hæc igitur animo volutans, inveniebam, vobis quidem pergratum, ac nihilominus utile fore, si vobis copia Librorum Græcorum sinè multa impensa, difficultateque esset, quo & ad discendum impensius, & propositum vobis libentiori animo assequendum, alacriores essetis; nihil verò optatissimum, memoratuque dignum, si quid tale vestrâ, meâque causâ rectè efficere possem. Quapropter cum multum mente, plurimum verò experienciâ laboravimus, vix tandem invêni, (a) quonam modo Libri quoque Græci imprimerentur, tum Literarum compositione, quæ varia, & multiplex penes Literas Græcas existat, tum maximè locis accentuum servatis, quod profectò arduum erat, nec parva indigebat consideratione. Visum itaque mihi est, prius Constantini Grammaticam imprimere, Viri sanè disertus, Grammaticique diligentissimi, cum valde dilucidam, apprimeque inchoantibus utilem, tum etiam periculum vestri facturam; siquidem à vobis hæc res pluris æstimata sit, & à nobis minus frustra elaborata. Deinde si res ex sententia cesserit, majora quoque, ac præstantiora, Deo volente, attingere. Vestrum itaque erit, optimi adolescentes, ac vestræ naturæ ingenuæ, studiique præstantis, desiderium vestrum erga Literas Græcas re ipsa jam confirmare; quæ profectò non parvo adjumento vobis ad omnem virtutem, doctrinamque erunt, & hujusmodi nactis occasionem, Grammaticâ à vobis accuratè intellectâ, præceptaque, ad altiora deinceps, favente Deo, eniti, nosque promptiores reddere ad multa plura, pulchrioraque vobis gratificandum. Valet.

ANNO MCCCCLXXVII.

Num. XIII.

Ante Julii Cæsaris Commentaria.

Petrus Justinus Philelphus (b) Sal. Pl. dicit Johanni Simonetæ Ducali Secretario. (c)

CUM viderem nonnullos ad id maximè operam suam accommodare, ut alii, atque alii Libri quotidie imprimerentur, ne cogitantes illi quidem ullam, aut utilitatem, aut dignitatem eorum, quæ scripta essent; mihi jure venerunt in mentem, Johannes Simoneta, Commentarii G. Julii Cæsaris, qui ex omnibus Latinis in admiratione maximè esse debet; fuit enim Vir nullâ, neque animi, neque corporis excellentiâ ex omnibus mortalibus cuiquam cedens. Eloquentiâ verò quantum cæteris hominibus præstiterit, non ex Plutarcho solum, sed ex M. Tull. Ciceronis locupletissimo testimonio satis ac super dignosci licet. In
ejus

(a) In publicis Tabulis Societatis inita inter primos Mediolanenses Typographos, quas superius vulgavimus, adnotatum legitur, Antonio Zaroto Parmensi impositum fuisse onus conficiendi characteres Latinos, & Græcos, tum veteres, tum recentes. An verò susceptam provinciam Zarotus impleverit, admodum incertum est; sique Demetrius Cretensis fidem, ut par est, adhibeamus, compertum nobis sit, Artem compingendi Græcos characteres usque ad annum MCCCCLXXVI. ignotam Mediolanensibus fuisse; is enim in hac Epistola apertè profitetur, multo studio à se tandem inventum fuisse, quomodo *Literarum compositione, & servata accentuum varietate* Libri Græcè scripti Typographico labore imprimi possent. Conciliari tamen fortasse hæc possunt, asserendo; conditos quidem fuisse à Zaroto Græcos typos, quibus sparse in Libris Græcæ aliquæ sententiæ excuderentur; Demetrii autem Cretensis industriâ effectum fuisse, ut ars ista ad integros Codices imprimendos suppellestem omnem, ac venustatem acciperet. De hoc Demetrio plura retuli in Hist. Literaria ad annum memoratum, errorem quorundam emendans, qui eundem cum Demetrio Calchondila confundere.

(b) Petri Justinii Philelphi, de Literis nostris benemeriti, memoriam inferui Historiæ Literariæ ad hunc annum. Epistola tamen nuncupatoria, his Commentariis præfixa, data est anno superiore, quo matrem morte sublatam amisit, & ad proavunculum suum Franciscum Philelphum, Mediolani degentem, se recepit, ut ibidem innuebam.

(c) De præclarissimo hoc Viro, qui Dignitatum splendore, integritate animi, cultuque eximio Literarum minimè impar fuit fratri suo Cicho Simonetæ, vide quæ adnotavi in Hist. mea Literar. ad annum MCCCCLXXIX.

ejus autem Commentariis non solum magna quædam cognitio rerum ab eo gestarum inest; verum etiam dilucidè apparet, quanta fuerit ejus sapientia, quanta animi magnitudo, quanta modestia, quanta clementia, quanta liberalitas, quanta in rebus omnibus moderatio, ut facile dici possit, G. Julium Cæsarem expressum quoddam ac perspicuum speculum extitisse perfectæ cujusdam totius, absolutissimæque virtutis. Ex quibus quidem ejus Scriptis, præter eloquentiam & dignitatem, quæ maxima est, eam potissimum utilitatem consequi possumus, quod, quo pacto vivendum sit, & parendo, & imperando, edoceamur. Adjeci autem iis Cæsaris Commentariis illos etiam commentarios, qui disertissimè quoque elucubrati sunt ab A. Hircio, & Oppio. Ad hæc etiam subjeci alia quædam scripta non mediocriter necessaria ad cognitionem, & populorum, & fluminum, & locorum, ac rerum aliarum transalpinarum, diligenter & excogitata, & inquisita per gravissimum, eruditissimumque Virum Raymondum Marlianum, qui cum in partibus transalpinis diu multumque fuisset, omnia est accuratissimè perscrutatus, quæ ad hujusmodi cognitionem pertinerent. Hæc autem omnia idcirco volui tuo nomine imprimi, quoniam, & doctissimus es, & Cæsarei nominis studiosissimus. Vale, o & præsidium, & dulce decus meum. Mediolani ex ædibus meis, XV. Kalendas Decembres. Anno à natali Christiano millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Num. XIV.

Ante Commentarios in Psalmos.

*Religioso Monacho, & Sapienti Viro D. Gregorio Beaque Mediolanensi
Gabriel Brelia S. P. D.*

DUm die quodam in corona honestorum virorum essemus, in dulcemque ac gravem de Psalmis Divi David, Spiritus Sancti Cantoris egregii, sermonem incidissemus, rogavit me Compater meus Antonius & cognomento, & suis item pulchris moribus cunctis merito charissimus, ut qui in sacræ Scripturæ studiis libenter, diligenterque versari viderer, aliquam in ipsos Psalmos vellem quærere expositionem, quo id, quod & labiis, & auribus suaviter perionat, & mente intelligentis dulcius suaviusque degustetur, atque sumatur. Nam eloquia Domini dulciora sunt super mel, & favum, idest, si intelligantur, corporalem sensum, & oblectationem exuperant omnem; parum enim juvat dulcia si qua, & pulchra verba proferrantur, nisi eorum prius intelligentiâ verborum mens fuerit erudita, in qua quidem, velut in arce, intellectus ipse residet, cujus objectum veritas est, eademque mens rerum notitiâ, & scientiâ, uti cibo suo corpus, alitur, gaudet, firmatur, atque idem spiritus exultans in corporis membra redundat, organum disponit, cor lætificat, claratque ad psallendum, unde psalmi dicti sunt, vocem reddit. Ego verò ejuscemodi honestissimi, amantissimique viri hortatu, & desiderio studiosior factus, non multis post diebus ad libros Divi Hieronymi, utpote eximii Sacrarum Scripturarum Interpretis, diligenter legendos me contuli, de quo, ut nosti, à doctissimo, sanctissimoque viro scriptum legitur; Quod Hieronymus ignoravit, nullus hominum unquam scivit. Dehinc, ut hujus tanti Doctoris profundissimam doctrinam planius ediscerem, ad glossam in eo, quod quærebam, venerandi Theologi recentioris Nicolai Lyræ, mentem, studiumque converti, qui quippe quod natione Hebræus, literarumque hebraicarum priusquam Christianus efficeretur, peritissimus esset, plerisque in sacra veteris præsertim Testamenti Scriptura, non immeritò præstare videtur; apud quem licet & ipsius Hieronymi, & aliorum sacræ Scripturæ Doctorum antiquorum permultas secundum plurima divina mysteria in ipsos psalmos opiniones, expositionesque scitu dignas, quoad licuit, pro ingenioli mei parvitate didicerim; considerans tamen ipsius sacræ Scripturæ magnitudinem, mysteria, dignitatem, altitudinem, cum proprii ingenii imbecillitati diffidens, tum rei magnitudine prope desperans, mecum ipse repetens, quod idem Hieronymus ad Heliodorum inquit; *Grandes materias ingenia parva non sufferunt, & in ipso conatu ultra vires ausu succumbunt, quantoque majus fuerit, quod dicendum est, tantò magis obruitur, qui magnitudinem rerum verbis explicare non potest, meum ideo in ipsos psalmos propositum, & opus, quod non tam arrogantia, quàm fiducia, & charitate in Christo Jesu Domino* *hypoëmeni* me susceperam, revocare omnino velle videbar, sed demum tota mente ad eum me convertens, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, tenebrarum, miseriarumque plenum, qui in Evangelio dixit, vobis, seu, fidelibus datum est nosse mysterium Dei, qui idiotas, illiteratosque homines ad magnalia Dei pronuncianda elegit, qui per os asinæ locutus est, qui debiles admodum firmos facit, qui humilibus dat gratiam; qui denique indoctis, despectisque mundo, mirabilem aliquando, ut superbos confundat, tribuit intellectum, eum inquam ipsum devotè rogavi, qui spiritum bonum petentibus se, & Sapientiam, cui contradicere adversarii nequaquam valeant, daturum se abundanter pollicitus est, ut debile, aridumque ingenium meum in suscepto psalmorum munere, gratia sua irrorare, atque fovere dignetur, quo ex innumeris Expositorum voluminibus, veluti im-

men-

menſo pelago, in breve utileque opus, tanquam in portum nos recipere valeamus. Nihil enim ſine ipſo factum eſt, nihil ſubſiſtere, nihil proficere, nihil ne parvo quidem momento durare poteſt, nec boni aliquid ſine eo non ſolum non operari, ſed ne cogitare quidem poſſumus; unde & cum Apoſtolo ſemper dicendum eſt: Omnis profectò ſufficientia à domino Deo eſt. Itaque pluribus evolutis à nobis Sacrorum Doctorem Codicibus, tam Græcis, quàm Latinis, Commentariolum hunc, ſeu potius Epitomam breviffimam, divina favente gratia, in charitate ipſius Domini Jeſu Chriſti, non tam ex ſenſu noſtro, quàm ex Sacrorum eruditiffimorumque Virorum expoſitionibus fideliter contexuimus, pro majori tamen parte ſuper Hieronymo, & Nicolao jacto fundamento; nam hi præcipue ad literam, quæ non occidit, ſano proficiſcuntur intellectu, & eorum tropologia, allegoria, anagogiaque, nec ab ipſa litera, nec à recto ſpiritu aberrare videtur. Secundum enim ſenſum ſuum, & datam gratiam, quiſque Scripturarum explanationi intendens proficiſcitur. Alii enim relicta litera, & proprio ſenſu, dum allegoriæ, & moribus egregiè ſtudent, in diverſos, ſuoſque ſenſus abundare reperiuntur. Qui autem ſequitur literam, ideſt rem prout acta eſt, ſi eam ad finem veritatis, qui Deus eſt, recto ſenſu dirigit, is profectò tanquam ſecus viam procedens, rectiore, & ſecuriore calle deambulare videtur. Sed Divus Hieronymus, ut eſt divinarum Scripturarum omnium ſingulare, refertiſſimumque armarium, & omnium ad ipſam veritatem nos dirigentium ſemitarum haudquaquam ignarus, tanquam Miles cataphractus, non veritus latrantes hæreticos, & ſciolos homines, ne dixerim ignorantem, quos Mundus iſte Sapientes, Stultos verò Sacra appellat Scriptura, æmulis ipſis ad ſummum detrahentibus, inſidiantibusque maxime, pſalterium ipſum ter tranſtulit; Primum videlicet è Græco in Latinum, ſecundum LXX. Interpretes, quod Romanum dicitur; deinde ab hoc non multò differens, ſed hebraicæ literæ ſatis accommodatum, quod Gallicanum appellatur; poſtremò juxta Hebraicam veritatem, motus Sophronii precibus, qui cum Judæis, nil niſi quod in Hebræo ſit, recipientibus, sæpe diſputabat, quod quidem Hieronymi pſalterium vulgò dicitur. Earum autem trium translationum ſecundam, quæ apud Latinos communior eſt, ſecuti ſumus; Codices tum Latinos ſaltem tres emendatiſſimos, tum Græcos duos ſemper ante oculos habentes. Modum verò procedendi in omnibus ferè ab me notatis ipſius venerandi Nicolai pro clariore, apertioreque omnium intelligentia ſum proſecutus; quamquam aliorum item Doctorem in quibusdam, ut ſuis locis patebit, opinionibus, veluti magis piis, adhæſi, cum pro ingenio meo ſemper in partem piam magis, facilè incliner. Nam licet de Pſalmorum auctorem diverſa ſit opinio Doctorem, ipſeque Nicolaus exiſtimans Hieronymum ita etiam ſenſiſſe, aſſerentem in quodam prologo ſuper pſalterium decem Pſalmorum fuiſſe Auctores, David, Aſaph, Eman, Ethan, Idithun, tres filios Core, Moyſem, & Salomonem, ſentiat, David non omnes ſcripſiſſe Pſalmos, ſed ei ſoli Pſalmorum librum, reſpectu tum majoris numeri pſalmorum, tum eximie prophetandi gratiæ excellentiæque jure merito fuiſſe adſcriptum; quippe quem ter in Regem unctum fuiſſe conſtat, primum à Samuele, ut eſt primi Regum XVI., deinde ſuper Tribum Judæ in Hebron, ut II. Regum II. legitur; poſtremò à Tribubus ſuper Iſraël, ut ibidem ultimo habetur, unde & veri Chriſti typum gerens, dictus eſt Chriſtus, ideſt unctus, à verbo græco *cbrio*, (a) quod apud nos *ungo* ſignificat, omneſque ferè pſalmi ad ſacramentum ipſius veri Chriſti pertinentes, eidem reperiuntur inſcripti. Quod & nos aliquo devotionis ſpiritu meditantem, de Paſſione Chriſti, quod inſcribitur, officium, in calce, tanquam Libri hujus ipſius concluſionem, quam ab ipſo Chriſto vero Deo, & vero homine, cujus paſſione redempti ſumus, & omnes orationes, & operationes noſtræ incipere, & ab eo adjutæ in eundem finire debent, non incongruè, nec inſulſè quidem adnotariſſe voluimus. Quandoquidem & in hoc ipſo pſalmorum Libro de Jeſu Chriſto Domino noſtro quicquid in Lege ſcriptum eſt, continetur, atque de eo idem ipſe David excellentiùs prophetavit, ut de ipſius Chriſti generatione Pſalmo II. De Filii cum Patre æqualitate Pſal. CIX. De Incarnatione, & apparitione Pſal. LXXI. De Nativitate Pſalmo LXXXIV. De Paupertate Pſal. LXXXVII. De Victoria contra Diaboli tentationem Pſalmo XC. De Prædicatione, & Paſſione Pſal. XXI. De Judæorum adverſus eum perſecutione Pſal. CXIX., & LXXXIX. De Judæa prodicione Pſal. XL. De Morte Pſal. LXXXVII. De Reſurrectione Pſal. III. De Aſcenſione Pſal. XLVI. De ejus ad Judicium adventu Pſal. XLIX. &c. Ego tamen Divi Auguſtini potius in hoc ſum ſecutus opinionem, dicentis, omnium Pſalmorum David fuiſſe Auctorem, quanquam & plures Pſalmi iis, quos ſupra nominaviſſimus, inſcripti

(a) In hac Epiftola, quæ typis Philippi Lavania impreſſa fuit, relicte ſunt lacunæ quædam, implendæ Græcis characteribus, ut mos fuit primis Typographis, vacuæ in excudendis voluminibus lineas relinquentibus, ubi inferendæ occurrebant idiomatis illius ſententiæ, aut vocis; nondum enim typi Græci in omnes officinas inducti fuerant. Metropolis noſtra, felici omine, Græcè libros integros imprimendi artem invenerat, induſtriâ, ſtudioque Demetrii Cretenſis, quemadmodum ſuperiore anno MCCCCLXXVI. adnotaviſſimus; ſed commodum hoc ſibi uni fortaiſſe reſervaverat Dionyſius Paravicinus, qui laborem ſuum ad inſtruendos, perſciendosque memoratæ linguæ typos impenderat; quapropter Philippus Lavania, à quo hic Codex excuſus fuit, iſdem uti non potuit. Auctor tamen prædicti Operis Latinè explicavit, quod Græcum omiſſum vocabulum linguæ illius periculis aperuiſſet. Quia doctrinæ præſtantia excelleret in theologica præſertim facultate, ac ſacrorum Codicum explanatione Gabriel Brebia, in Hiftoria mea Literaria ad hunc annum palam feci. Id unum innuere lubet, opinionem, cui ſe adhærere in hac Epiftola proſitetur Gabrili Brebia, quod nempe ſolus David Auctor fuerit Pſalterii, ab eruditiffimo P. Auguſtino Calmet reſelli in ſuis præviis Diſſertationibus ad Librum Pſalmorum, tum auctoritate veterum Patrum, tum recentium Scriptorum ſolidis argumentis.

scripti sunt: In quam quidem sententiam non tantum vel ipsa Sancti Viri, & Sapientissimi Doctoris auctoritate, vel mea in ipsum David pietate, ac devotione maxima adduci videor, sed ea item ratione confirmari, quod cum, ut Psalmo LXX. habetur, ipse David literas non cognoverit ante habitam Regiam dignitatem; & Rex constitutus, propter gesta ab eo bella, & alia quamplurima impedimenta secuta, quæ à literis totum hominem volentibus distrahant, tempus, otiumque ad eas haudquaquam habuisse videtur; ex quo, eadem ratione, qua ii, qui ei ascribuntur psalmi, ab ipso facti esse dicuntur, ita & omnes alios item psalmos ab eodem factos esse, qui dicat, veritatem nihil impugnare videtur. Nam, ut qui opiniones huiusmodi diversitas concordare nituntur, asserunt, David Scriptoribus suis Asaph, Eman, & reliquis, quos ad ipsos psalmos legendos, primi Paralipomenon XXV., & in præfatione Hieronymi super Psalterium elegisse constat, materiam scribendorum psalmorum subministrabat. Quamobrem sicut Architectus, qui præmeditatur, designat, ordinat, & disponit intrinsecus formam domus, dicitur auctor, nobiliorque Magister eo, qui extrinsecus ipsam domum manu ædificat, atque componit; ita ipse David jure primus & egregius, annotatores verò, & cantores secundarii ipsorum psalmorum auctores fuisse dicuntur; quando à nobiliori, ut philosophantes præcipiunt, denominatio rei fieri debeat. Soli igitur David, ut dictum est, inscriptio fit meritò psalterii. Psalmorum præterea nonnulli adscripti videri possunt vel ipsorum Scriptorum, vel priscorum Prophetarum aliquibus ea tum ratione, & similitudine, qua videmus hodie apud Principes, & Magistratus fieri in expeditionibus Epistolarum, quas tametsi diversi Scriptores, & Secretarii dictant, atque subscribunt; eas tamen non ipsorum scribentium, subscribentiumve, sed Principis jubentis potius esse, atque dici constat; tum & ea insuper, respectu diversitatis temporum, qua apud Poetas propter similitudines, seu figuras rerum in eorum tractatus, diversarum licet ætatum vel temporum personæ introduci, vel confingi solent, quemadmodum ab illo Poëta, ut Beatus Hieronymus ad Nepotianum de Vita Clericorum refert, induci videntur Euripides, & Menander, Socratesque, & Epicurus inter se differentes, quorum ætates non annis, sed seculis scimus fuisse disjunctas. Ceterum in aliquibus psalmis, ubi aliorum Doctorum, Burgensis præsertim, & eorum, qui Magistrales expositiones referunt, comperi eas ad verum Christum potius, quàm ad ipsum David, qui tamen figura ejus est, referri, omissis ipsius Nicolai expositionibus, eas ipsas aliorum, quos dixi, sum secutus. Nam Nicolaus ipse, ad literam potius secundam figuram, hi verò psalmos ipsos secundum ipsum figuratum, idest Christum, exponere nituntur. Quæ quidem expositiones plus & fructus, & devotionis legentibus ipsis asserre videntur. Sed ne ipse, qui vel literarum parum, ne dicam nihil scio, ea, quæ de Sacra Scripturæ apicibus sunt, interpretari præsumere videar, a quo quidem præsumptionis, & arrogantiae vitio penitus, ut noster, abhorreo, nactus opportunitatem, suscepta de re contuli cum nonnullis & doctissimis, & religiosissimis viris, & ut ceteros omittam, cum Reverendo Viro Fratre Petro Neapolitano, Ordinis, & Observantiæ Minorum tum Generali Vicario, Theologo, & Philosopho eximio, eodemque tempore cum Fratre Bernardo Parmensi in Terra Sancta ad Domini Sepulchrum Custode, qui tum forte fortuna, seu potius divina providentia, ut existimo, hic repertus, me valetudinarium sæpe revisit. Deinceps Venerabilium & Fratris Michaëlis Carcani Mediolanensis, & Fratris Pauli Brixienensis, & postremò Fratris Antonii Vercellensis, ætate nostra, & Theologorum, & Philosophorum, & divini Verbi Prædicatorum clarissimorum; eorundemque Virorum sanctissimorum judicium, censuramque sciscitatus sum, qui cognito proposito meo, & inspecto eo, quod texueram, operis, non solum non otiosum fore, sed & utile, & laudandum asseruerunt, & me ad operis consummationem maximè exhortari sunt. Quorum quidem Virorum, Patrumque venerandorum judicium licet jure sit magni faciendum, volui tamen & tuum perscrutari, & adhibere, quippe quem pro tua, tum rerum scientia, tum conscientia, tum benivolentia, & charitate erga me præcipua, nihil dubitabam mihi, quem totum nosse, & consilio, & ope affuturum. Tu verò, qui sperantibus in Domino spem potius addere, quàm minuere soles, & ut es proprio tibi nomine vigilans, cum *Gregorius* à verbo Græco *Gregoreo* ductum sit, quod Latine *vigilo* significat, sic impiger ad ea, quæ ad Dei laudem, & proximi commodum concernant, me non solum ad susceptum laborem opusque prosequendum adhortatus es, sed & eà, qua bonus in dilectum discipulum Magister uti solet, diligentiam, me monuisti, excitasti, impulisti, & post multa suasionis verba, libellum etiam ex sacris Doctorum fontibus in psalterium accommodasti, ut equo ad cursum gestienti, frenaque jam mandenti, calcaria adjiceres. Nam ex eo plurimum & animi, & virium ad scribendum assumpti; quandoquidem de virtutibus, de excellentia, de laudibus, de Mysteriis ipsius Psalterii tot ibi comperi sententias, ut si eodem suo ordine explicarentur, magna, nec parvi facienda confici possent volumina. Sed hoc unum pro summa rei notandum est, quod per os David, qui ut Scriptura ait, secundum cor Dei erat, in ipsis Psalmis loquitur ipse Deus. Quid ergo dulcius, quid suavius, quid dignius, quid melius, quid sanctius, quid denique homini ipso psalterio optabilius ad legendum, meditandumve potest inveniri? In quo loquitur qui dixit, & facta sunt? ad cujus vocem Magdalena Maria plorans præ gaudii exultatione in terris prostrata, ipsum adorare, & videre Dominum prima-

me-

meruit; à cuius geminis contacta digitis, tanquam Organum Spiritus Sancti effecta est, cuius afflatu omnis illuminatur intellectus, & novis loquuntur obtusa ingenia linguis, cuius verbo hydropicus sanatus est, cæcus vidit, multorumque infirmus annorum bene valuit, & mortuus quatruiduanus mox revixit. Quid enim, ut D. Augustinus ait, in Psalmis David non invenies, quod faciat ad utilitatem, ædificationemque humani generis, conditionis, sexus, ætatis? Nam in Psalmis habet Infans quod lactet, Puer quod laudet, Adolescens quo corrigat vitam suam, Juvenis quod sequatur, Senior quod prædicet. Fœmina discit pudicitiam, Pupilli inveniunt Patrem, Viduæ Judicem, Pauperes Protectorem, advenæ custodem, audiunt Reges Judicesque quod timeant. Psalmus tristes consolatur, lætos temperat, iratos mitigat, pauperes recreat, divites, ut se agnoscant, admonet, & ne superbiant increpat, omnibus omnino suscipientibus se aptam medicinam Psalmus contribuit; Dominus itaque noster Deus Opt. Max. per David servum suum nobis potionem confecit, quæ dulcis est gustu per cantionem, & efficax ad curandum vulnera per suam virtutem, quemadmodum ex unius cuiusque ipsorum Psalmorum lectione locis suis patebit. Hinc est, ut nosti, Pater Reverende, quòd ipsa Sacrosancta Mater Orthodoxæ Fidei Ecclesia suos quàm diligentissimè alens filios, custodiens, servans, dirigens ad omne bonum, datumque optimum, non solum in officiis, horisque omnibus canonicis Psalmos semper canere solet, sed etiam in Sacro Missarum introitu, cum de Scriptura semper, tum de ipsis Psalmis plerumque aliquid præcipuè assumit. Quod, ut sacri asserunt Theologi, ipsa Sancta Mater Ecclesia ideo facit, quòd in ipso Psalmorum libro totius sacrae Scripturae consummatio continetur; in hoc enim præmia describuntur bonorum, & supplicia malorum, atque documenta ponuntur incipientium, progressus diriguntur proficientium, & profectio laudatur pervenientium, vitæque activorum, & speculatio docetur contemplativorum. Hic instruimur quid peccatum auferat, quid poenitentia restituat, quid denique poenitens ipse peccati conficius dicat, ut gratiam mereatur assequi divinam. Non immeritò igitur, nec quidem incassum, Deo Opt. Max. concedente, teque mi Pater Humanissime, unà cum Rev. Patre nostro D. *Urbano Pagnano* Mediolanense, celebris istius Monasterii Sancti Petri in Gessate Priore, Viro quidem cum Juris Pontificii, tum Sacrae Theologiae Doctrina præstantissimo, in primis hortante & collaudante, atque Magnifico præterea annuente Senatore D. *Antonio Bracello* sacrarum Legum interprete Sapientissimo, divinæque Scripturae studiosissimo; nec non spectatissimo, modestissimoque Viro D. *Johanne Melcio* Ducali Quæstore, divini cultus, & Scripturarum amantissimo, ambobusque iisdem ære suo faventibus, coadjuvantibus etiam amicis nonnullis Religiosis, & literarum studiosis, & præfato Nobili *Georgio Rocio* Ducali Scriba, & *Johanne Squasso* Librario Ducali admodum industrio, hoc ipsum opus nostrum tot vigiliis, totque in evolvendis dies noctesque Codicibus, tam Græcis, quàm Latinis, pro jussa operis emendatione, laboribus elucubraturum absolvi, & ad multa voluminum, & exemplorum centena imprimi curavi. Dicam ergo cum Divo Hieronymo: Gratias ago Domino Deo meo Jesu Christo, qui tot pro nostra salute labores, & cruciatus est perpessus, quòd de amarissimo semine literarum dulces nunc, cum doctrinae, tum amicitiarum fructus capio plurimos. Nam cum multa didicerim, quæ ante nesciebam, multaque intellexerim, quæ sæpius lecta, auditaque minus intelligebam, tum hæc scribens multis me puto profuturum, gratiamque inde comparaturum, & ab iis maximè, qui ad hoc studii, & laboris me impulerunt, & adjumento fuerunt, qui, ut dixi, multi sunt, tum vel in primis à Spectato *Bartholomæo Rato* Ducali Scriba compatre meo amantissimo, Viro quidem eruditissimo, ex cuius antiquissimo Psalterio plurimas Orationes Psalmis accommodatas excerpti, locisque suis apposui. Scio præterea, hinc non parum gratificatum iri Spectato item Viro *Gabrieli Paleario* Illustrissimi quondam Principis Galeacii Mariæ Secretario, qui me semper admodum dilexit, quique sacris adedò studet Literis, atque pulcherrimam in his ipsis studiis habere Bibliothecam contendit, ut omnes, qui iisdem delectentur studiis, meque in primis, ei plurimum debere censeam. Itaque ne epistolæ brevitatem excederem: nimum videar, & ut finem faciam, in ipso Psalterio quotidiana, & devota lectio nostra sit, in quo, ut diximus, plene continetur quidquid in Lege, & Prophetis dictum est de ipso Christo, qui est via, veritas, & vita, & per quem facta sunt omnia, atque redempti sumus, nobisque gloria in æternum parata est. Hæc sint, ut Divus hortatur Hieronymus, nostra carmina, hæc nostræ sint, ut vulgo dicitur, amatoriae cantiones, quemadmodum tu Pater Religiosissime, & reliqui Sancti Confratres tui in ipsa Lege Divina quotidie meditantes, devotè facitis. Vale.

Ante

Tom. I.

x x x

Num. XV.

Ante Dyctem Cretensem de Bello Trojano.

*Mafellus Beneventanus, Magnifico, & Præstantissimo Viro D. Bartholomæo Chalco (a)
Ducali Secretario dignissimo S. P. D.*

CUM videam, Vir magnifice, & præstantissime, innumeros scriptores de Trojanorum clade meminisse, & eò locorum, nominum, & gestorum cum lectores devenerint, propter historiæ ignorance nonnumquam cespitare, sæpe etiam cadere, non possum ætatis nostræ homines negligentia non accusare, (b) qui Dyctem Cretensem, Virum non minus disertum, quam prudentissimum, & ad Trojanarum rerum cognitionem maximè necessarium, usque adeo neglexere, ut vix sint suspitionem malignitatis, & invidiam, tum in ejusdem Viri famam, tum verò in posterorum utilitatem declinaturi. Quorum ego negligentiam meâ diligentia cupiens refarcire, famam tanti Viri, & de nobis posteris tam bene meriti, quæ prope jam interierat, & studiosorum Virorum jacturam non parvam miseratus, ejus opusculum imprimendum curavi. Quo sanè quantum quidem ad Trojanarum rerum cognitionem attinet, nihil brevius, nihil utilius, nihil etiam clarius, & tersius licet reperire. Hic est, Pater optime, qui solus viam, qua Trojanarum rerum veritas, qua Auctorum multorum cum in hanc historiam incidunt, obscuritas, & difficultas dilucidissime clareat. In hoc est, relictis nugis, summa totius belli, nihil præterea superfluum, nihil verborum. Adde, quòd res gestas tantâ diligentia, tantâque curâ, atque ita divisas, temporibus, nominibus, locis, & sic demum accuratè omnia differuit, ut res non narrari, sed geri; non describi, sed rursus tractari, & ipsi bello interesse legentibus videatur. Ita cuncta ante oculos non minus facundè; neque enim id frustra in eo, quamvis Homero antiquior fuerit, desideraveris, quam diligenter ponit. Nec planè cuiquam, vel incredibile, vel mirum videatur, quippe qui & studiis illorum temporum apprimè imbutus erat, & Idomeneum, Cretensium, ut ipsemet asserit, ducem secutus, cum res ipsæ gererentur, & interfuit, & belli ærumnas ex parte perpeffus est, & qui vidit testimonium perhibuit, & credere debemus, verum esse testimonium ejus. Neque id illi aliqua ex parte quis derogaverit, quòd Græcus suis Græcis magis, quam Trojanis faveat; siquidem tanta severitate & rigiditate procedere videtur, ut omni prorsus suspitione vel Cretici eum liberent. Cujus quidem Viri licet vel hanc pietatem cum admiratione in posteros exosculari, qui non modò bellum ipsum gestum, & Trojanam cladem ac ruinam, quibus interfuit; verum etiam Græcorum reditum, & quid cuique duci post discessum obtigerit, rem tunc novam & recentem ab aliis sciscitatus, nobis porrigere curavit. Pro qua mediusfidius pietate ei non plurimum à nobis deberi, summa est impietas. Sed unum illud Lectores rogaverim, ne in hoc meam sedulitatem accusent, si in aliquas mendas inciderint. Non enim illud tam incuria mea, quam raritas extincti penè operis efficit, neve illos magis duo aut tres loci malè ex necessitate castigati retrahant, quam alliciat utilitas: quam me hercè tantam in hoc opusculo video, ut facilè & favorem operi mereatur, & diligentiam meam apud bonos saltem obtreccatione defendat. Hoc ego tibi, Vir doctissime, Græcique simul & Latini Eloquii pater, ceu prima nostræ solertiæ libamina dedicavi, priscos illos imitatus, quorum ut quisque primitias studiorum suorum præsidibus numinibus, sic ego tibi haud dubiè, numini, præsidique, quicquid est in me, vel ingenii, vel industriæ, primas agelli mei fruges, si non præmium meritorum in me tuorum, saltem animi monumentum deferò. Quid enim magis Ceres sementi, aut Liber vitibus, aut Gradivus bellantibus præstiterit; quam mihi doctrina, nobilitas, ingenium, & inclyta, qua jam polles, atque amplissima dignitas? Quibus mihi tandiù oro Deum frui liceat, quam te paratum ad præstandum video. Adsis ergo cœptis meis, favens, volensque, & auctoritatem, quam mea exiguitas operi infelici detrahit, supple tu nominis dignitate, ac mihi animum ad majora præsta; utrumque enim in te est, ut vel annuendo elevés, vel deprimas negligendo. Vale.

Ante

(a) De altero hoc Literarum & Literatorum mecenate humanissimo, aliqua protuli ad hunc annum, quæ illius memoriam, & studiorum Mediolanensium sub tanto auspice fortunam illustrent.

(b) Nimis credulitatis accusandum potius esse Mafellum Beneventanum, quam alios negligentia, pluribus allatis ab Alberto Fabricio testimoniis peritorum Criticæ Artis, ostendi in Hist. Liter. ad hunc annum; Auctorem namque hujus Operis, non Dyctem Cretensem Homero vetustiore; sed Anonymum aliquem quarto Ære Christianæ seculo scribentem, censent Viri Eruditi, quibus subscribit memoratus Fabricius.

Num. XVI.

Ante Opera Sancti Ambrosii.

*Mafellus Venia Beneventanus Reverendo in Christo Patri D. Ambrosio Corano,
Theologo acutissimo, & celeberrimo, Eremitariæque Religionis
Sancti Augustini generali Vicario benemerito,
Salutem in Domino Sempiternam.*

INgemisco, Reverende Pater, quotiens mihi clades Itala in mentem venit. Et doleo quidem, commune Italiæ decus à Barbaris fuisse violatum, vastata Oppida, Civitates dirutas, sacratissima Tempia profanata, & denique tam nobilem generosamque, & ceteris aliis regionibus tam præstantem, atque eminentem, ac tam multo tempore aliis dominari solitam, sic turpiter conculcatam jacuisse. Doleo ista quidem usque ad lacrymas, Christianæ, ut par est, Reipublicæ casum deflens; ceterum magis ac magis librorum præsertim sacrorum me jactura perturbat, & maximè eorum, quos Ambrosius tuus, Pater optime, spiritualis Avus (a) condidit, quotiens interruptum ordinem intueor, in cujus planè Scripturam, nescio quo fato, magis sævitum est. Sed auget, o bone Deus! ut damnum omittam, mœrorem meum, nostrorum, quod cum Venia dictum velim, Itolorum reprehendenda incuria, gravissimèque damnanda negligentia; siquidem muros dirutos, dejecta mœnia, cremata, & prostrata ædificia, aliaque hujusmodi damna toto conatu, enixèque reparare curaverunt; de libris autem, tanquam si ad eos minimè pertinuisset, nullam omnino curam habuerunt. Quo fit, ut omnes Christiani, præcipuè tamen Mediolanenses; (qui enim plus diligitur, plus debet) increpandi sint, qui Ambrosium, suum (ut ipsi ajunt) Protectorem, & Patrem, tanti fecerunt, ut de ejus Viri tam numeroso, profundoque Scripturarum pelago perquam paucissima jam portiuncula reperiat. In quos præcipuè eundem terribili voce exclamantem audire videor: Popule meus, quid feci tibi, quonam meo crimine, vel culpa tibi excidi? Popule meus Mediolanensis, quid feci tibi? quove meo errore abs te tanto opere mereor destitui? Ego tibi ad Dei veri, & vivi cognitionem assidua prædicatione, perfidis Arianis profligatis, viam aperui; tu autem meipsum, ac mea, non minus quàm ipsi Ariani, repudias. Ego te, dum inter vivos agerem, honoribus, dignitatibus, victoriis, atque triumphis decoravi; tu verò intolerabili negligentia irritas lucubrationes meas, cassosque labores, & perpetua nocte damnatos esse pateris? Sed quid pateris, dixi? immo tu ipse obscuras, tu inquam ipse extinguis: dum remedium opportunum, cum facillimè possis, non adhibes. Ego ipse Ambrosius ille sum, qui posteaquam ad aliud Seculum demigravi, pro te, Popule mi, contra omnia tua pericula ante Domini Jesu Tribunal assisto, & pro te efficacissimè rogans, innumera abs te mala (*amovenda*) deprecor; tu autem mei, immo verò Dei omnipotentis, memoriam extinguis, contemptis ac perditis voluminibus, quæ ego in ejus honorem evigilaveram. Quid? quòd etiam eos, qui eidem cladi superfuerunt, tuâ etiam incuriâ perdidisti? Ita ne mihi pro tanto affectu, pro tantis laboribus, tantisque beneficiis rependuntur? Proh genus ingratum, me ne contemnitis? me ne despicitis? (b) Hæc, vel his similia aut queritur, aut queri potest Ambrosius. Quam planè culpam ego *Mafellus Venia Beneventanus* emendare potius, quàm damnare cupiens, libros ejus Sanctissimi Viri omni mea cura, industria, omni studio, omni denique vigilantia perquisivi, perquisitos summâ diligentiam imprimendos curavi. Et quoniam in omni re servatus ordo decorem, ac venustatem affert, ab *hexabemero* de principiis rerum, neque enim altiùs licuit inchoare, principium sumpsi. Quia verò id volumen per se solum perexiguum videbatur, cum totum, quod de Ambrosio reperero, promere in lucem intendam, simul ne tot libelli per Scamna volitent; *de Paradiso* etiam libellum; Sermonem *de ortu Adæ*, & item Sermonem *de arbore Interdicta*, unâ cum Libello *de Cain*, & *Abel*, præpositâ tamen auctoris Vitâ, subtexere collibuit. Quam profectò sententiam illa quoque ratio confirmavit, quòd ibidem prima hujus Mundi ætas terminatur. Sed admirabi-

tur

(a) Rhetorico invento Mafellus Venia Beneventanus S. Ambrosium vocat *Avum Spiritualem* sui mecænatis; cum enim S. Augustinus, sacro baptisate ablatus à nostro Antistite, novam Spiritus vitam ab eodem accepisset, simulque Pater diceretur Ordinis Augustiniani, cui præerat Ambrosius Coranus; gloriari eundem posse Mafellus censebat de hac spiritus cognatione, qua Filii S. Augustini, ob regeneratum ad gratiam Patrem suum, Mediolanensi Episcopo Ambrosio, tanquam *Spirituale Avo*, jungi videbantur. Historiam controversiæ, quæ feruit Mediolani Seculo XV. inter Canonicos Lateranenses, & Augustinianos Eremitas, quorum nempe ex iis verè Pater dicendus esset S. Augustinus, in Animalibus meis superius descripsi, tum hoc anno, tum ad annum MCCCCLXXIX.

(b) Tam gravi censura, nostrique mellisui Pastoris Ambrosii acerbissima increpatione digni non erant Mediolanenses, qui inter primas curas typographicas, cum Ars ista in Insubrica Metropoli pedem fixisset, hanc præsertim habuere, ut Patris sui libros, cœlesti affluentes doctrina, e pluteis eruerent, vulgarentque. Illi enim, ne sibi gloriam grati offensi animi erga tantum Parentem ab Exteris eripi sinerent, anno MCCCCLXXIV. manipulos aliquot sæcundissimæ hujus messis, celeri prælo in lucem edidere, universam postmodum producturi, cum fors propitia, dispersam illam, hinc inde colligendi beneficium indulgisset. Itaque, irati, exprobrantisque Populum suum Ambrosii exclamatio, somnium fuit Mafelli Veniæ Beneventani, qui, ut laborem ab ipso susceptum, & pauca etiam opuscula complectentem, magnificentius extolleret, indignæ reos negligentie Cives nostros fecit, probroque immerito obsequium amoremque Mediolanensium, compertum jam redditum, oneravit.

CCCCLXVIII EPISTOLÆ PRÆFIXÆ

tur quispiam, quòd *hexabemeron* dixerim, cùm à vulgo *hexameros* absque secundo *e* aspirato proferatur. Non eam, Pater optime, cùm ego in titulo operis de eadem dictione dubitarem, Virum, & Latinarum, & Græcarum literarum peritissimum Joannem Placentinum Monachum consuluisse, ab eoque, quæ infra subnectam, perdidicisse. *Hexabemeros*, inquit, dictionis græca est, ab *ἕξ* composita, quæ in compositione *a* literam ob euphoniâ asciscit, quod planè innumeris exemplis approbatur, ut est illud vulgatissimum hexametrum ab *ἕξ* & *ἡμέρας* compositum. Nec obstat vocalis sequens, ut Theocritus docet *ἡμερῶν ἕξ* ab *ἕξ* sex, & *ἡμέρας* annus, idest, virgo sextum agens annum, suo in bucolico dixit. Ambrosius quoque nos in hoc eodem libro *exagoga* dixit, idest, sexangula ab *ἕξ* similiter, & *γωνία*, angulus. Simili modo, eademque ratione *hexabemeron* ab *ἕξ*, quod est sex, & *ἡμέρας* dies, dicere regula exigente jubemur, quod sonat sex dierum, & hic quidem pro eo capitur libro, quem Divus Ambrosius divinè magis, quàm humanè de rerum principiis in Genesim, non ad litteram, & syllabas, ut juniores, sed ad sensum acutissimè, ingeniosissimèque interpretatus edidit. Nec expectet tua Reverenda Paternitas, ut me ad laudes ejus gloriosissimi Viri recensendas accingam; Sus enim Minervam atrectare dedecet. Illa namque laus vera dici potest, quæ à Viro laudatissimo proficiscitur. Superfedebo igitur hoc labore, vanum profus, immo etiam damnosum reputans, quippe quod ex quamplurimis laudibus, duabus vel tribus leviter, jejunèque prælibatis, obscurare famam alicujus, non illustrare est; præsertim ejusdem Vitæ secundum Paulinum præmissurus, quanquam ipse quoque Paulinus parvus admodum. Ambrosii laudum judicari posse videtur; dixissem etiam malignus, nisi astu, & sancto zelo consultoque, ab eodem Viro factum opinarer, quippe qui invalescente tunc temporis hæresi, vix ea perexigua, & tenuia iis, qui in fide remanserant, persuadere, & apud eorum animos testata posse relinquere confidebat; ita enim plerumque, & sæpissimè accidit, cùm quidpiam supra communem consuetudinem refertur. Et ego quidem, Paulinum hanc habuisse rationem puto; ceterum utcunque sit, Ambrosii laudes ejusmodi sunt, ut neque me laudante crescere, neque etiam reticente decrescere possint. Et ne mentiar, pudet hercle me plura de ejus laudibus ad tuam præsertim Paternitatem recensere, qui tanquam bonus ac verus nepos, eum præ ceteris, & magis familiariter Doctorem Sanctæ Ecclesiæ irreprehensibilem, atque irrefragabilem, quæ solius Ambrosii prærogativa est, cognovisti. Pudet etiam eundem à doctrina, ut æquum est, magnificare, & extollere, cùm judicio omnium doctorum Virorum nihil in Ambrosio frustra desiderari possit. A meritis quoque eundem insignire erubescio, cujus apud Deum omnipotentem gratiam, vel obmutescens ranæ persenserunt. Silebo igitur; semper enim siluisse, quàm inepte dixisse, præstitit. Satis ergo superque & vitæ, & doctrinâ laudatus, ac probatus sit Ambrosius. Et quoniam ejuscemodi opera ab situ, & prope ab interitu vindicare non leves ausus esse certo scio, acerrimo mihi laborum meorum, atque industriæ defensore opus esse existimavi. Quod planè cùm animo impensè volutarem, tu Pater amplissime, unus, solusque præ ceteris, cui hoc munus, seu, ut verius dicam, hoc onus dedicarem, occurristi; illud mente concipiens, non mediocrem auctoritatem etiam huic operi ex tua amplitudine accessuram, quòd homines nihil nisi perdignum, nisi lautum, & delicatum tuæ Reverendæ Paternitati destinari debere existimaturi sunt. Te igitur, Reverende Pater, in meum Protectorem assumens, primùm humanissimè quæso, meas partes tanquam bonus, fidusque patronus suscipe, nostrumque laborem, & tua commendatione asserere, & tua, quæ maxima est, auctoritate confirma. Quæ autem ratio me movit, ut te potius elegerim, nisi permolestum fuerit, etsi varia sit, ac multiplex, eam tamen paucissimis exponam. Prima igitur extitit, quæ meum animum pulsavit, vita tua omni ex parte integerrima; accessit deinde doctrina, quæ in te & summa, & consummatissima est; tertia fuit, quam & habitu profiteris, & opere impleas, Sanctissimi Augustini tui Sanctissima mihi que devotissima Religio. Quæ planè postrema ratio, quia te Ambrosio nepotem in Christo asserit; neque enim cuiquam obscurum est, Augustinum tuum, addo & meum, ab eo fuisse regeneratum, tibi velut debitum, hæreditariumque legatum destinat. Taceo nominis similitudinem, quod ipsum nisi divinitus contigisse non autumo. De tuæ autem vitæ integritate, si iis, qui tecum semper versati sunt, & qui nunc etiam versantur, quorum infinitus est numerus, credendum est, cunctis uno ore referentibus te pudicitiae exemplum, te justitiæ specimen, te sanctitatis speculum, te honestatis sectatorem, regularisque vitæ non observatorem modò, verùm etiam reformatorem accipimus. Ab avaritiæ quoque labe sic te penitus immunem faciunt, ut vel spontè oblata munera renuere soleas. A Simoniaca etiam pravitate, qui Religiosorum peculiaris morbus est, tantum te abesse asserunt, ut ejusdem acerrimus hostis, vehementissimusque impugnator habearis. Ambitionis insuper cristas, fastusque tumores, tanquam virus te exhorruisse, summi honores refutati, spretæque amplissimæ dignitates attestantur. Laboriosa quoque, & pro Religione solertissima vita, Ambrosio, qui nunquam quiescebat, te propinquissimum reddit. Quam sanè rem ille plena fide probabit, qui sine livore perscrutabitur, quantos pro collapsa jam, & prope jacente Eremitarum Religione labores ad eandem reparandam, ac reformandam perpeffus fueris, ubique locorum tuæ virtutis; & probitatis, tuæque diligentissimæ administrationis vestigia relinquens, rebelles, & contumaces debellando, malos effugando, bonos sublevando, literarum studia in-

stau-

staurando, & omnia denique bona opera instituendo. Quod qui perquiret, profectò Eremitarum Religionem non minus tibi, qui eam cadentem, immo verò prostratam erexisti, & quasi denuo plantasti, quàm ipsi conditori Augustino debere judicabit. Testabitur hoc Conventus Sanctæ Mariæ de Populo Romæ, qui te auctore ad rectam, veramque Eremitarum Regulam conversus est. Ipsi quoque Templi, ac Monasterii admirabiles structuræ, sublimiaque ædificia id astruent. Nec cessasti nullis parcens laboribus, donec eundem locum Privilegiis de plenaria peccatorum absolute, & illis solenniis, quæ ibidem in Beatæ Virginis Conceptione statuisti, toto Senatu, universoque Romano Populo comitante, & largissimè pariter largiente, decorasti. Mediolani quoque, ne tantùm externa commemorem, & eloquentiæ vis, & sanctæ administrationis tua maxima virtus emicuit. Sed hæc tanquam leviora, omittamus. De doctrina autem tua, si quis gratiosum me potius assentatorem, quàm veræ laudis tuæ fidissimum præconem existimet, à Perusino Studio percunctetur, ubi acceptâ Magistratus laureâ, mox ejusdem Studii Regens, & Decanus creatus, eam tibi publicè legendo famam comparasti, quam nulla unquam oblivio deletura sit. Nec Apostolicum quidem Palatium doctrinam negabit, si ille tuus in perorandis per sexdecim annos causis, eloquentiæ torrens mente non excidit. Romana quoque Provincia, novem annis præter consuetudinem, quippe quod annum munus est, censuram tuæ visitationis experta, de tua probitate fidem faciet. Serenissimus etiam Rex Ferdinandus, si de eloquentia, & probitate tua interrogetur, de tuis laudibus silere non poterit, dum te ante se orantem recordabitur. Curia insuper Romana te apprimè de se benemeritum prædicat, & in Philosophiæ, ac Theologiæ Præceptis te largissimo stipendio legente, non omissis tamen magistratibus, quamplurimum se profecisse gloriatur. Nec Bononienses tuarum virtutum monumenta oblitterari patientur, quæ tu, cum ibidem tuæ Religionis generalis Synodus celebraretur, Provincialis, & Romanæ Provinciæ Definitor, tua illa elegantissima Oratione, deinde acutissima, & publica disputatione eorum mentibus impressisti, quod planè effecit, ut nemine, quod supra fidem videtur, discrepante, totius Religionis Eremitarum Procurator septem annis in Romana Curia constitueris, præludium sanè hujus, cui nunc dignissimè præsides, generalis Vicariatus. Quæ quidem omnia etsi magna sint, pro virtutibus tamen tuis, & meritis ego perexiguo duco, nisi indubitatisimè crederem te brevissimè ad multo altiora esse perventurum. Sed ille meliùs, quæ tua sit doctrina percipiet, qui illa tua prima incunabula *de regimine Reipublicæ* adolescens adhuc conscripsisti, qui libros, quos *de Artium inventione*, quos *de Viris Illustribus*, qui *Commentarios in sex principia*, & item *Commentarios in posteriora Aristotelis*, qui librum *de Sphæra Virginis*, qui libros duos *de Sacerdotali dignitate*, qui *Dialogum de modo orandi*, & item *Dialogum ad Sixtum de Fidei veritate*, qui librum *de Essentia Dei*, qui librum *de Sapientia Christi*, qui librum *de Activa, & Contemplativa Vita*, qui librum *de laudibus Sapientiæ*, qui libros duos *de Naturis Angelorum*, qui librum *de Verbo Dei*, qui *Commentarios in Ethica*, qui librum *Chronicon*, qui *Commentarios in Regulam Augustini Patris tui*, qui *Apologiam Ordinis Eremitarum*, ille inquam acumen tui perspicacissimi ingenii, & integram, consummatam, ac de omnibus doctrinam asseret, qui hæc omnia cum duobus etiam voluminibus *Orationum*, & *Sermonum* de variis materiis, diversisque argumentis elegantissimè, atque accuratissimè edidisti, perleget. Quod cum fecerit, à foedæ, ut opinor, assentationis crimine prorsus me illico, etiam livore suffulus, liberabit. Quos omnes, si patieris, tanquam tuarum virtutum præcones, & testes immortalitati consecrabo. Hæc sunt, Pater optime, quæ effecerunt, ut tuæ Paternitatis patrocinium implorerem. Patere quæso igitur, humanissime, atque amplissime Pater, has tuas admirabiles laudes divulgari, & unà cum Divi Ambrosii tui gloria percrefcere, meoque labori, & industriæ, tuoque mihi devotissimo numine aspira, quem semper sospitem, & felicissimum exopto. Vale. (a)

ANNO

(a) In editione ista Operum S. Ambrosii desideratur annus, quo Mediolani impressa eadem fuere; mihi tamen ex hac ipsa epistola eruere illum licuit: cum enima dicatus sit Liber *Ambrosio Corano*, Vicarii Generalis munere in Ordine Augustiniano tunc fungenti, compertum habui, protrahi non posse hanc impressionem ultra annum MCCCCLXXVII, quo, recurrente Pentecostes Solemnitate, Coranus à Vicarii munere assumptus est in Generalem Magistrum Ordinis memorati. De hoc calculo à me inito, aliisque ingenii, atque amoris erga Literas monumentis relictis tum à prædicto Ambrosio, tum à Masello Beneventano, plura exposui in superiori Historia ad hunc annum. Ceterum ex hac una Epistola manifestissimum redditur, quanto rei historicæ, ac literariæ fructu, antiqua ista monumenta, jam ferme deperdita, in lucem iterum revocentur. Siquidem à Masello descriptam hic videmus vitam omnem Ambrosii Corani, usque ad tempus gesti muneris Vicarii Generalis præclarissimè actam, librosque ab ipso evulgatos, de quibus sui etiam Ordinis Scriptores parçè admodum locuti sunt, ob ignoratum hunc fontem, à quo notitiam omnem securiorem haurire facile potuissent.

ANNO MCCCLXXVIII.

Num. XVII.

Ante Martialis Epigrammata.

Georgius Alexandrinus Angelo Adriano Oratori Regio Salutem.

LEgimus, Angele jucundissime, Scriptores veteres in conquirendis bibliopolis, atque librariis, quorum fide ac diligentia, quos emissuri essent, libri exscriberentur, non mediocrem curam habuisse. Aded solliciti erant, ut integra & castigata, quæ scripsissent, suis temporibus haberentur, & eadem incorrupta, atque fidelia ad posteros transfirent. Quam diligentiam si posteriores aliqua ex parte servassent, non aded acceptus per manus error increvisset, ut præstantium Scriptorum pleraque volumina ad hoc ævi ita mendosa venerint, ut in illis intelligendis nec frequens lectio, nec pertinax studium conferre vel minimum possit. Quare cum in plurimis planè divinandum sit, intacta vel à doctissimis hujusmodi scripta quodammodo manent. Id quidem cum multis evenerit, tum in Epigrammatis Martialis aded frequens, & multiplex vitium fuit, ut sive rerum veritate, sive reconditarum vocum significatione incognita, sive morum antiquorum ignoratione, etsi non mediocri eruditione Viri in eo laborent, plurima tamen tum obscura, tum ignota habeantur. Quod opus cum nuper imprimendum foret, peterentque nonnulli, ut eo perlecto, si quippiam vel temporum injuriâ vitiosum, vel literatorum quorundam arrogantiam depravatum offendissem, (a) id corrigerem, & quoad possem in veram lectionem redigerem, diu equidem repugnaui; quippe qui in me ipso plura ad hoc munus pertinentia desiderarem, vererique, ne dum rei literariæ prodesse cuperem, tum maximè obessem. Nam immutato, aut deraso verbo, cujus me lateret significatio, non solum sensus perverteretur, sed honesta forsitan dictio, pro qua veteribus, qui significanter locuti sunt, gratia habenda esset; penitus interciderem, atque in eam vituperationem incurrerem, qua nonnullos nostri temporis doctissimos Viros taxari gravissimè video. Sed quo magis onus hoc detrectabam, eo magis urgebant, quòd non solum ex lectione falsa Poëtæ mens percipi non posset, sed inter varias, & dissidentes quorundam emendationes, quam potissimum reciperent, ignorarent. Suscepi itaque onus, quod recusare non poteram, quodque ex sese laborem nobis alterum peperit, pluris profectò profuturum. Nam facilitate nostra freti, quod per nos castigatum fuit, id ut publicè enarraremus, effecerunt, videlicet ut discerent, quibus rationibus, quare Scriptorum veterum auctoritate, damnata frequenti scriptura, nostram emendationem tueremur. Igitur altera nobis injuncta est cura, & qui paulò ante in deprehendis, corrigendisque iis, quæ mendosa videbantur, laboravimus, nunc in percipiendo, explicandoque Epigrammatum sensu solliciti sumus. Sed legentes ut boni consulant quæso, & si per immutationem, transmutationem, detractionem, additionem, & inversionem literarum vel metri ratio confusa, vel ex eis, quæ trita & pervulgata habentur, depravatum quid fuerit, id mihi vitio non vertant, sed eorum indiligentiam accusent, qui artificio præpositi sunt. Tum autem quum paucula quædam mihi, tum dubia, tum ignota sint, de quibus nihil nos mutavimus, si varia & assidua lectione, ut fieri per studiosos solet, quid illa significant deprehenderint, juvent & ipsi rem latinam, & quæ perceperint nobis verò ignorata, notent, atque subinde aperiant; nam utcumque ad me scripserint, illis non potero gratias non habere maximas. Et quia petivisti tu quoque Angele, aliquid de Poëta ingenioso & acuto memoriæ proderem, stictim quædam de Poëtæ vita, & operibus ejus subjunxi. Martialis festivissimus Epigrammatum Scriptor, se Hispanum & Urbe Bilbili genitum fuisse confitetur. Enutritus autem, atque institutus Romæ liberalibus disciplinis, sub Flaviis Principibus potissimum floruit. In Flaviæ siquidem gentis laudem, ex qua tres Cæsares nati sunt, frequentibus Epigrammatis assurgit. In primis Domitianum Cæsarem, tanquam Deum laudans, à quo & opes habuit, & jus trium natorum, quod tunc honestissimum habebatur, impetravit. Ad Nervæ, Trajanique tempora pervenit, pluris & carus, & jucundus, nam junior Plinius, & amore mirabili eum amplexus est, & abeuntem viatico profectus

(a) Quamvis hoc loco Georgius Merula Alexandrinus parcat nomini illius, quem incitiæ, arrogantique in illustrandis Martialis Carminibus damnare contendeat; omnibus tamen jam notum est, fuisse Domitium Calderinum, qui Commentaria in memoratum Poëtam ediderat. Quæ ob hanc inusitam Viro doctissimo notam agitata tunc fuerint, usque ad mutua convicia, literariæ contentiones in Hist. mea Typographica ad hunc annum videri possunt, sed plenius in Ephemeridibus Literatorum Venetis, ibidem indicatis, referuntur. Labor iste Georgii Alexandrini non primò excusus est Mediolani à Philippo Lavania; præcesserat namque altera editio Venetiis, in qua Urbe Merula tum debebat. De postremo hoc Viro, qui apud nos celebris est ob Græcæ, Latineque linguæ magisterium per plures annos in publico Mediolanensi subfello exercitum, vitamque hic etiam depositam, dum *Antiquitatibus Viscomitum* ab ovo repetendis, describendisque iasudaret, in Annalibus meis superius memoratis, tum hoc anno, tum alibi, sparsim differui.

cutus fuit, ut ex epistolis ejus apparet. Hic Poëta relictâ tritâ Poëtarum orbitâ, ad epigrammata conversus, parem iis laudem adeptus est, qui aut bella heroico carmine denotassent, aut amores suos miserabili elego conquesti forent, aut plectro Lyrico Deorum, Heroumque laudes cecinissent. Quod si ingenuè, quæ sentimus, fateri voluerimus, ut salibus ac facetiis ubique conspersum opus habemus, sic non vulgarem & utilem Romanorum temporum cognitionem colligimus, quæ ad plurima volumina intelligenda, in quibus alioquin frustra laboratur, conferunt plurimum. Sed utrique facestant, & qui velut muscæ lichenas & ulcera lambentes lascivioribus quibusdam epigrammatîs semper inhærent, & qui ambitiosa quadam severitate ducti, se vel tactu licentioris libri pollui, & interim purificatione indigere putant. Quando Divus Hieronymus ad Demetriadem, mollitiem juvenum exagitant, particulam epigrammatis velut in testimonium adduxerit, sic dicens *non bene olet quod bene semper olet*. Scripsit quatuordecim, quos habemus, libros, quorum duodecim, epigrammata appellavit. Tertium decimum *Xeniorum* nomine inscripsit, quod munera sint hospiti danda. Ultimo *Lemmata* nomen indidit, sive *Apophoreta*, munera scilicet, quæ Saturnalibus remittebantur. Nonnulla extra ordinem epigrammata edita tum in Amphitheatri laudem, quod à Vespasiano cœptum, per Titum dedicatum est, Titique thermas, tum in venationes, & ludos frequenter populo in arena exhibitos, in principio libri posita sunt.

Num. XVIII.

Ante Dantis Comœdias.

Divo Gulielmo Marchioni Montisferrati, Militiæ Supremo Duci, Sacri Romani Imperii Principi, Vicarioque Perpetuo; Martinus Paulus Nidobeatus Novariensis (a) P. F. D.

Dantis Aldigerii clarissimi Poëtæ Florentini Comœdiam cum nuper accepissem in manus, ut inter magnarum rerum curas ex cæde nefaria Divi Principis Galeacii ingruentes, quem tu Ducem in primis pro veteri amicitia, indissolubilique affinitate, & ceteri boni, haud secus ac erat par, immortalem esse cupiebatis, aliqua si possem mœrori meo solatia invenirem; ita sum ejus stilo, materiaque delectatus, ut cum lectando lenimen maximum cœpisssem, in admirationem etiam venerim, quonam pacto Poëta unus completi omnia à Seculi primordiis per quoscumque rerum Scriptores memoriæ tradita, virosque celebres, seu merendo, seu demerendo, ad sua usque tempora tam brevi Opusculo potuerit perstrinxisse. Quid enim per immortalem Deum, Dantes noster omisit intactum? Historiam, Fabulam, Philosophiam, Liberales, mechanicalque, & exceptivas, quas vocant artes, Cosmographiam, Theologiam, quæ summum ad bonum ducit, iis libris non solum tacta decenter, sed enucleata diligenter, disputata subtiliter, decisa eleganter invenies. O sacer, & magnus non jam Vatum, ut Lucanus inquit, sed Vatis Ethrusci labor omnia fato eripis, & populis donas mortalibus ævum. Miratus deinde vim carminis, vicem ejus indolui, quod in tanta imprimendum copia, quibus magna Italia, Germanique, & totus prope Orbis exuberat, nemo illius accuratius imprimendi animum, curamque susceperit, cum tamen innumerabiles libri blattarum, ac tinearum futuræ epulæ sint impressi. Itaque, Princeps optime Gulielme, tuo etiam rectissimo judicio nefas ratus tam celebrem Poëtam ab ingrata, aut immemori arte destitutum, silentio, tenebrisque obrutum pati ultra non potui. Sed Guido Terzago nobili Insubrii summo ingenio, ac diligentia viro persuasi, uti per idoneos homines negotium conficeret, Commentumque apponeret, ut docti pariter, & indocti percipere fructum justî laboris possint; sunt enim obscura permulta cum idiomate, tum sententiis, quæ tibi quidem excellenti ingenio, atque doctrina principi, ceterisque viris eruditissimis esse clara per se, atque aperta possunt, multitudini sinè commento non possunt. Commentatos certè in hanc Comœdiam non ignoro admodum octo graves & eruditos Viros, Franciscum in primis, deinde Petrum Dantis filios, Jacobum Lanæum Bononiensem, Benvenutum Imolanum, Joannem Boccacium, Fratrem Ricardum Carmelitam, Andream Parthenopejum, & nostra ætate Guinifortum Barzizium Bergomensem, Oratorem eundem gravem, & Jureconsultum disertissimum, quos enim & perlegisse me, & singulorum doctrinam ac diligentiam sæpe admiratum fuisse confiteor; pares enim ferè omnes omnibus ingenio, eloquio, doctrina, diligentia videbantur. Sed Jacobus Lanæus maternâ eadem, & Bononiensi linguâ superare est visus, cum sit illa Urbs ita in umbilico Italiæ posita, ut assiduo commercio non tersa solum vocabula, sed provinciis omnibus etiam communia habeat. Nec minore gratia, dignitateque sit in Italia Bononiensis sermo, quàm Laconicus olim in Græcia fuit. Equidem
haud

(a) Quamvis Commentaria hæc in Dantem præferant nomen *Martini Pauli Nidobeati*, Civem tamen nostrum *Guidum Terzagum* iisdem contexendis plurimum adlaborasse, ex hac ipsa Epistola discimus. Varia de iisdem judicia recentium Scriptorum, quorum aliqui hanc lucubrationem nimis extollunt, alii tanquam plâgium malè confarcinatum despicunt, recensui in superiori Historia ad hunc annum.

CCCCLXXII EPISTOLÆ PRÆFIXÆ

haud abnuerim, ullam esse sententiam, ullum paulò obscurius verbum, quod non Commentator noster infima etiam ingenia fortitis intelligendum præbeat. Et nos aliquibus locis pleraque conjunximus, aut usu comperta, aut ex diversis auctoribus, & annalibus tanquam ex fluminibus derivata, quæ cum juvare, tum etiam delectare legentem possint. Ergo hunc Vatem veluti denuo ab inferis extractum, contentus reddidisse mundo tibi potissimum dedicavi, quem scio non civili solum & bellica laude, sed liberalibus etiam studiis & cum præfenti, & cum omni retroacta ætate certare; ac nescio ne eo sis admirabilior, quod mihi imperio Subditos, prudenti consilio finitimos, fœderatosque, qui te veluti Hamonis, vel Apollinis oraculum adeunt, regendo sufficias, quàm quòd talibus distentus curis surripere, te ipsum tibi, multasque horas quotidie impendere studio possis; C. Cæsarem scilicet imitatus, quem Æ inter bella quidem literarum oblitum ullum unquam diem lectionis expertem traduxisse ferunt. Scis enim, me tecum per annos septem & viginti legisse sæpe, legenti adfuisse; sæpissimè admiratum, cum tu vixdum pubes Martem secutus, qui abhorret à literis, ævum omne tela inter gladiosque versaveris, unde tantam hauseris disciplinam, quantum vix ulli eorum hausisse contigit, qui totos annos cum summa diligentia, ac studio inter philosophantium cathedras sunt versati. Sed ita est: Ego te semper, dive Gulielme, atque aded cuncti mortales divinum hominem, ac veluti quoddam numen è sinu Jovis delapsum existimavimus. Neque hoc profectò pro nihilo, cum tu multa solus peragas, quæ multi singula agere nequaquam possunt. Accedit ad hæc & vulgata in omnes liberalitas, ac mansuetudo tua, & præcipua quædam in me pietas, atque munificentia, qua mihi per annos septem & viginti, & domi, & foris munia quæque non tanquam servo, sed uti fiduciario homini mandando, esse inter viros bonos voluisti, & largè donando egere meque, meosque posteros noluisti. Quis non igitur naturæ injuriam factam putaret, si non ipse quoque perpetua fide, atque officio tibi veluti glebæ adscriptus has primitias tanquam lari, ac genio consecrarem? Emendatum sanè opus accipies, nec si quid inemendatum offenderis, auctoris potius, quàm impressoris incuriam accusabis. Vale Principum decus.

Mediolani Kal. Mart. MCCCCLXXVIII.

ANNO MCCCCLXXIX.

Num. XIX.

In fronte Sfortiadæ Johannis Simonettæ. (a)

Ad Illustrissimum, ac Moderatissimum Principem Ludovicum Sfortiam Vicecomitem, Bari Ducem, Francisci Puteolani Poëtæ Parmensis Oratio in Commentarios Rerum ab Divo Francisco Sfortia gestarum.

Soleo mecum subinde mirari tuam, Ludovice Sfortia, Princeps candidissime, summam, omnibusque numeris perfectam sapientiam, eaque cogitatione sic fruor, ut incredibilem voluptatem, fructumque inde percipiam; cum te video eodem animi tenore semper tibi constituisse, ut neque premens fortuna unquam abjecerit, neque indulgens reddiderit ferociorem, veræ, solidæque virtutis officium. Qua in re quibusdam magnis viris jure venis anteposendus, nam & Ciceronem, & Metellum indignissima exilia perpeffos, hunc Apuleji Saturnini, illum Clodii furore, aliquantò fractiore animo extitisse, quàm illorum gravitas postulabat, memoriæ proditum est: & C. Marium in utraque fortuna, ut nimium meritò reprehensum constat, de quo non falsò dici, & commemorari solet: *ubi felix nemo felicior, ubi miser nemo miserior*. Te autem vultu mutato nemo adhuc videre potuit, & omnes fortunæ ictus contemnentem, & omnia blandimenta dissimulantem. Magna illa laus, non minor hæc, quòd tanto studio parentis tui, invictissimi Francisci Sfortiæ, nunquam sine præfatione Regis Regùm nominandi, memoriam tam avidè renovas, & ad illius exemplar te effingis, omnes illius mores, omnia dicta, factaque usurpans, ut te ex Patre, Patrem ex te quilibet possit agnoscere; nam cum officio maximo præsis, Audiendo, Cognoscendo, Jure dicundo, Moderando, Instruendo, Ornando, Reguli nostri nepotis tui, qua Dii immortales indole! Regno dies impendis. Atque hoc ex parentis præscripto, noctem partiris, partem somnium vindicat; reliqua commentarios rerum gestarum illius lectitas, recenset in manibus, & sinu habes: in hac quoque parte Alexandro Macedone, quem quiescentem sub-

(a) Quamvis Cl. Muratorius novissimè recudendos curaverit Commentarios hosce Rerum gestarum Francisci I. Sfortiæ Mediolanensis Ducis in Volumine XXI. Scriptorum Italiæ; piaculum tamen duxissem, disertissimas Epistolas, quæ in eorundem fronte leguntur, à cæterarum serie amovere; præsertim cum Instituti mei ratio mihi injungere videretur, ne vacuum hunc locum dimitterem, atque injurioso silentio, insignium Auctorum, à quibus illæ tam eleganter conditæ fuere, memoriam obliterarem. Id etiam menti obversabatur, non obvias omnibus esse antiquas editiones, nec commodè adire quemlibet posse magnam illam Voluminum molem, quæ Italiæ Scriptores complectitur, ut nobilia hæc temporum superiorum monumenta percurrat. Quamobrem minimè censui damnandum me fore, ac si crambem sæpius recoctam nova hac impressione Lectori exhiberem.

jectam semper capiti habuisse Illiada memorant, non multum dissimilis. Sed minor illius, quam tua felicitas. Tu enim ad capeffendam virtutem nullo Achille ad consequendam immortalitatem, nullis externis exemplis, sed domesticis, & paternis imaginibus excitaris. Divus Julius Alexandri æmulatione promovebatur, Alcibiades Periclis, Tu meliorem ducem, meliorem auctorem delegisti Parentem, à quo utriusque temporis & belli, & pacis officium edoceri possis; fuit enim in gerendo bello Pater, & in omni bellica, & imperatoria laude cum Pyrrho, Annibale, Cyro, Alexandro, Fabiis, Papyriis, Marcellis, Camillis, Scipionibus, denique cum Cæsaribus conferendus. In toga verò, & pace Trajano, & Antoninis haud inferior; huic enim uni natura omnes, & animi, & corporis dotes, & quidem tantas, quantæ nemini obtigerunt, tribuit; ut quidquid legimus in omnibus usquam optandum, id in patre tuo cumulatum esse recognoscamus. Sed tibi illius immortalitatis assertori quid magis enixè elaborandum fuit simul, & ad tuam, & illius memoriam propagandam, & totius Orbis utilitatem, quam ut ii libri tuis auspiciis emendatissimi edantur, publicenturque. Primùm enim ex hoc omnes intelligent, te adhærere vestigiis sapientissimi, & moderatissimi Principis; tum legentes cognoscent, quale prudentissimi Patris de te iudicium fuerit; quam spem jam tum adolescentulus de tuis virtutibus dederis; nam cum in suscipienda adversus immanissimas Turcarum gentes expeditione, poscente Pio Pontifice, ducem unum è Liberis suis potissimum te delegisse legerint, cui signa illa sua auspiciatissima, cui tantam belli molem tutò committeret, apertè judicabunt, quid de te senserit, & qualem futurum ducem opinatus fuerit: Num tibi mavis illud optimi rerum æstimatoris iudicium, quam ingentia auri & argenti pondera, omitto quæ aliàs de te dixerit: Sæpe enim signanter & apertè reliquos umbras, te unum virum futurum multis conjecturis ostendit; quod autem ad eum attinet nihil, si ullus mortuis sensus est in præsentiarum, illi gratius facere potuisti, quam hæc illius acta per omnes populos, & nationes longè latèque diffundere: Nam etsi ejusmodi sit illius conditio, ut nullius laude crescat, nullius vituperatione minuatur, paucis tamen seculis ejus fama erat interitura, nisi literarum adminiculo propagata fuisset. Neque illos ego sapientes puto, qui maluerunt tabulis & imaginibus posteritatem suam commendare, quæ ut alicujus sunt temporis monumenta, ita faciliè corrumpi possunt, & multis injuriis sunt obnoxia: en quotus quisque reperietur, qui se vidisse affirmet Alexandri, qui in ea re studiosissimus fuit, imaginem aut penicillo in tabula expressam, aut cælo elaboratam, vel denique auro, argento, ære conflatam, cum Apelles, Lysippus, & Praxiteles diversissima laude inter sese pares, præstantissimum regem plurifariam veluti spirantem effinxerint? Agesilaus ille Sparciota prudentior, qui imaginem suam neque fingi, neque pingi, aut fundi unquam voluit; unus enim Xenophontis Socratici libellus in eo laudando omnia istiusmodi lenocinia superavit. Pallas illa Attica ex ebore a Phydia tanta arte concinnata, Jupiter Olympicus, Venus illa, cujus caput & summam humerorum decennio Apelles pinxit, Mausoleum, Templum Dianæ Ephesiæ, Pyramides quodam tempore, sed admodum brevi, admirationi miraculoque fuerunt, quorum sensum nullum nunc haberemus, si è medio sublatae literæ essent, una fidelis rerum gestarum memoria. Cæsar Julius Cæsar, ut nostris exemplis utamur, inscutique eum Principes, theatris, amphiteatris, porticibus, basilicis, stadiis, gymnasiis, thermis, colossis satis superque posteritati suæ consuluisse judicabantur; hi tamen omnes funditus interiissent, nisi disertissimorum virorum ingenia ab temporum & oblivionis injuria eos vindicassent. An inficiabitur quispiam, plus debere Vespasianum Tranquilli, & Taciti libellis in conservanda memoria, quam amphiteatro, quod maximum erexerat? Trajanum excudère multi, pinxere, multi, expressior tamen & diuturnior illius imago fuit una Plinii Secundi oratio, quam delere vis unquam nulla poterit, cum interim veterum Statuariorum, Pictorumque nulla, aut admodum pauca opera supersint; quæ cum ita sint, fateamur Sapientissime Princeps, ad Parentis tui post hominum memoriam maximi, ac de te optimè meriti famam extendendam, optimam te iniisse rationem: An fortè vereamur in tanta librorum copia, quantam nostra ætas propensissimo quodam Deorum immortalium dono vidit, hos commentarios in obscuro futuros? Ego verò affirmo nihil aut nos æquioribus animis accepturos, aut posteritatem studiosius lecturam amplexuramque; neque enim hæc legentes prodigia, Poëtarum fabulas, vetularum deliramenta, ægrotantium somnia, qualia apud plerosque priscorum, & præcipuè Græcorum cernuntur, legere se arbitrabuntur; sed in iis recensendis quisque sibi credet; cum adhuc recens fama sit, & plerique supersint eorum, qui videre, quorum testimonium omnem adulationis assentationisque extinguet opinionem. At tu Constantissime Princeps, ut nunc Parenti optimo cumulativè gratiam retulisti, ita perge bene mereri de omnibus, publicam omnium causam suscipe, in tanta rerum temporumque varietate in primis Nepotulum, cujus ætas tuæ fidei commissa est, mox totam Italiam fove, ea meditare, excogita, para, quæ esse & in filio Divi Francisci Sphortia debeant, & tantarum rerum digna susceptione videantur.

Vale Decus Publicum, mea unica spes.

Deinde sequitur

*Johannis Simonetæ in Commentarios rerum gestarum Francisci Sfortiæ Mediolanensium Ducis
Præfatio ad Johannem Galeatium Mariam Sfortiam Mediolani Ducem.*

Legenti mihi nonnunquam, Princeps Illustrissime, & dum per otium liceret, apud rerum scriptores, antiquorum regum & ducum res gestas diligentius consideranti, eorum nonnullorum vera profectò videtur sententia, non semper antiquitati posteritatem jure concedere, nec antiquiores recentioribus virtutis præstantiâ, rerumque gestarum gloriâ semper antecellere. Ejus autem rei argumentum & exemplum ne longius repetamus, abundè nobis suppeditat Franciscus Sfortia, Avus tuus, Quartus Mediolanensium Dux invictissimus, singulare sæculi nostri decus & ornamentum: quippe quem nemo vel æquus diligensque rerum æstimator negaverit in omni prope virtutis laude, & rerum præclare gestarum gloria, facillè cum omni antiquitate certare. Quemnam aut vidimus, aut legimus, aut audivimus, corporis pulcherrime compacti decore, apta membrorum lineamentorumque convenientiâ, virium firmitate, oris dignitate, vultusque majestate huic comparandum? Quem deinceps ingenii acumine & bonitate, mentis consilio, animi magnitudine, humanitate, gratia, affabilitate, liberalitate, clementia & pietate, huic anteponendum? Quem postremò rei militaris scientia, auctoritate, laborum tolerantia, ærumnarum perpessione, invicta semper fortitudine, constantia singulari, prospicientia, celeritate conficiendi rerum, non tam fortuna quàm propria virtute gestarum, magnitudine, gloria, felicitate, usque adeo excelluisse reperiemus? Nempe aut rarissimos, aut nullum potius invenies, in quem tot corporis animique dotes & bona confluerint. Nec enim sunt viri hujus laudes & egregia facinora, aut nobilium Poëtarum figmentis, aut eloquentissimorum Oratorum literis (quod majoribus illis sæpe obtigit) vel conficta licentiùs, vel amplificata copiosius, vel exulta sublimius. Hæc siquidem omnia ipsi aspeximus, ac vidimus. Vidit, & novit omnis Italia. Viderunt, & experti sunt maximi Reges & potentissimi externique Populi. Hæc denique cognovit universus prope terrarum Orbis. Quæ sane talia & tanta sunt, ut omnium superatâ invidiâ compellantur cuncti ea veluti maxima, propeque divina, & admirari, & obstupescere, & prædicare. Verùm quia nulla in humanis tanta res est, quæ aliquando vetustate non corruat, & à memoria hominum non excidat, nisi literarum maximè beneficio immortalitati commendetur, illius ego res gestas post obitum Proavi tui Sfortiæ, pauloque alius pro rerum cognitione repetens, carptim scribere, & quo brevius liceat, recensere institui, ab Anno incipiens Quarto & Vigesimo usque in Quartum & Quadragesimum supra Millesimum & Quadragesimum Christiani Natalis, quo Anno accersitus ad eum me contuli. Inde enim usque in ultimum vitæ diem ab eodem gesta & copiosius & apertius explicabo, quòd eis præfens semper coramque affui. Sed cum inter ipsius Francisci Avi tui, summi Imperatoris & divini Principis, res magnificè gestas pars non minima sit bellum, quod sublato ex humanis Philippo Maria materno Proavo tuo in hac nostra Cisalpina Gallia fortiter gessit, feliciterque perfecit, dum ad ipsius Philippi imperium, quod à multis tum petebatur, ille unus jure meritoque aspiraret, & patriam regnumque ipsum ab hostium faucibus ac tyrannide eriperet ac liberaret: hoc ipsum inquam bellum, & re maximum, & memoriâ dignissimum (cui dum gereretur, assidue interfui) paulo diligentius scribere operæ pretium duxi. Equidem omnia in Commentarios, & eo ordine, quo gerebantur in dies, singula celeri stilo depromsi, si minus eleganter, minusque ornate, at vera & incorrupta fide. Nihil enim à me scriptum est, quod vel non ipse viderim, & contemplatus fuerim, vel à locupletissimis testibus, auctoribusque, vel etiam ab ipso Francisco, dum ille de se modestissimè loquens aliquando præteritorum temporum pericula, resque per omnem fortunam non tam ab se, quàm ab aliis gestas recenseret, acceperim, quòd aliis haudquaquam contigit, si qui fortassis reperiantur earumdem rerum scriptores etiam eruditiores. Hos autem rerum ab Avo tuo gestarum Commentarios nemo venit in mentem, ad quem potius inscriberem, quàm ad te, Johannes Galeati Maria Sfortia, Mediolanensium Dux præstantissime, ut ad verum & legitimum aviti paternique regni, imperii, & gloriæ successorem. Tui ergo nobilissimi ingenii fuerit, ut, cum per ætatem licuerit, in avitis rebus tanto cum splendore ac felicitate gestis, tanquam in speculo quodam, te ipsum inspicias, operamque des, ut quod pulcherrimè cœpisti, omnia, quæ vel cogites, vel dicas, vel agas, ea prosequaris laude, ut hoc tale tantumque imperium, non tam jure hereditatis, quàm pulcherrimis tuis splendidissimisque virtutibus adeptus ab omnibus judicaris. Quod tum maximè feceris, si Deum Optimum Maximum ante oculos semper habueris.

Num. XXI.

Epistola Francisci Philelphi ad Johannem Simonetam Secretarium Ducalem.

Franciscus Philephus Johanni Simonetæ Ducali Secretario Salutem dicit plurimam.

LEgi & perlibenter quidem, Johannes Simoneta, eos Commentarios, quibus Vitam, & res gestas illius fortissimi Viri, & inclyti Mediolanensium Ducis Francisci Sfortiæ, ornatissima oratione complexus, cum apud homines nostri Seculi non parvam admirationem, tum apud posteros maximam tibi laudem peperisti. Quis enim non miretur, potuisse te in tantis occupationibus tuis res tantas, tamque varias persequi tanto cum ordine & prudentia? Jure igitur laudaberis semper, nomenque tuum nulla hominum memoria ignorabit. Nam, ipse, quod ad me attinet, sum id circo tuis scriptis magis delectatus, quod Sfortianæ laudi & gloriæ ita faveo, ut nihil malim, quàm de uno Francisco Sfortia semper aliquid dignum memoratu & lectitare, & audire. Itaque tibi, mi Johannes, gratias ago immortales, quod tuos istos disertissimos Commentarios videri à me volueris, quorum lectione ita sum delectatus, ut vix aliud quicquam hoc tempore jucundius mihi contingere potuerit. Vale.

Mediolani ex ædibus nostris, sexto Idus Junias, MCCCCLXXIX.

In fine Editionis hæc leguntur:

Iis Commentariis à primo Alphonfi in Italiam adventu, & à Quarto & Vicesimo supra Quadringentesimum & Millesimum Anno à Natali Christiano ad Sextum & Sexagesimum usque Annum, non divi Francisci Sfortiæ solum, sed omnium Italicorum Populorum, Regum, & Rerumpublicarum facta domi forisque continentur, tanta fide & religione literis prodita, ut nihil gratiæ, atque adulationi datum esse constet. Quæ eo certiora habenda sunt, quod qui scripsit, rebus fere omnibus interfuit. Ea nunc regnante Johanne Galeatio, Sexto Mediolani Duce, auspiciis & jussu Illustrissimi Ludovici Sfortiæ, Antonius Zarotus impressit Mediolani X. Kalendas Februarias. (a)

Num. XXII.

Ante Excerpta ab Elegantiis Laurentii Vallæ.

Bonus Accursius Pisanus (b) Magnifico Equiti aurato, ac primo Ducali Secretario Sapientissimo Cicho Simonetæ S.

EXcerpti, Magnifice Eques aurate, ac Virorum Sapientissime, & optime, ex Libris Elegantiarum Viri doctissime ac disertissime eruditi Laurentii Vallæ, quæ mihi visa sunt pulchriora, ac magis accommodata ad communem scribendi, ac dicendi usum. Quæ idcirco ad te dedi, quod ea putarem Liberis tuis perutilia fore; nam si secus existimassem, nequaquam hoc muneris suscepissem. Hunc autem laborem meum idcirco tibi, Vir præstantissime Ciche Simoneta, dedicavi, ut tua authoritate, atque tuo beneficio tanta hæc utilitas in ceteros perveniret. Non enim parum fructus ex hoc meo studio ad ceteros emanabit, quum ad omnem dicendi materiam, ac vim, ex hujusmodi, ut ita dixerim, flosculis exempla sint profectura. Interea verò temporis, ut intelligas, nihil mihi contingere posse, gratius, quàm omnibus in rebus morem gerere tuæ liberalissimæ voluntati, jube aliquid, rogo, si quid vides à me tibi præstari posse jucundius. Vale mi clarissime Mecænas, o & præsidium, & dulce decus meum.

Ante

(a) In assignando anno, quo primùm vulgatus est iste liber, in Hist. mea Literaria, non incongruè putavi recedendum ab eo, quem Catalogi, & Annales typografici statuunt, idest MCCCCLXXIX. illi namque ad Epistolam Philelphi, non ad diem à Zaroto indicatum, respexere. Nihilominus, consueto ceteris more, Epistolas hæc, quæ facile præcessere Commentariorum editionem, huic anno affixas reliqui.

(b) Quantâ obsequii constantiâ Bonacursius Pisanus coluerit Mecænatem hunc suum, ex pluribus eidem dicatis novis editionibus, quarum memini in mea Hist. Liter., intelligimus. Fortasse autem erudiendos susceperat Cichi filios, cum ad facilem iisdem aperiendam viam ad humaniores addiscendas Literas, tum Libellum Isagogicum Augustini Dati anno MCCCCLXXIII. impressum, tum Excerpta hæc ab elegantiarum opere Laurentii Vallæ, in ipsorum gratiam, se typis vulgasse profiteatur.

CCCCLXXVI EPISTOLÆ PRÆFIXÆ

Num. XXIII.

Ante Eusebii Conradi Mediolanensis, Canonici Regularis Congregationis Lateranensis,
Opus adversus Fratrem quendam Ordinis Eremitarum &c.

Reverendo, & Optimo Patri Domino Johanni Cribello, Sancti Petri de Ulmo
Præposita dignissimo, Severinus Calchus (a) Canonicus Regularis
S. P.

Optavi jam pridem, Præstantissime Pater, aliquid ad te offerre, quod esset meæ in te fidei, & observantiæ monumentum quoddam, & amoris pignus, & pro tuis de me optimis meritis grati animi testimonium; sed nihil unquam à me inventum est, quod esset vel te, qui acciperes, vel me, qui mitterem, dignum. Nam aurum, & argentum, vel quidquid ad domesticæ suppellectilis ornamentum, augmentumque attinet, ad te mittere, & mea professio, qua his omnibus pro Christo carere volui, prohibebat, necnon tuæ vitæ sanctimonia, atque integritas, qua apertissime quisque intelligere potest, nihil esse, quod minus cures, minusque diligas, quàm divitias, & rerum transeuntium copiam. Quippe qui omnem curam tuam, cogitationesque omnes, & mentem ipsam ad virtutem, pietatemque colendam devovisse videaris. Itaque cum nihil tibi vel novum, vel quod magni faceres, afferre possem, hoc mihi solum relinquebatur officii, quod & accuratissime quidem feci, ut pro te scilicet ad Dominum preces offerrem, rogaremque; ut te quàm diutissime, & felicissime & Patriæ, & Canonicorum Regularium Religioni conservaret, quarum alteri pro innumeris erga omnes beneficiis pientissimum te parentem, & præstantissimum quoddam exemplar præstas; alteri decus, ornamentumque singulare existis. At tandem res mihi nuper oblata est, quam te dignam putavi, quamque tibi tam gratam, caramque futuram arbitratus sum, ut nihil esse putem, quod gratius hoc tempore ad te mitti potuisset. Eusebius Conradus Canonicus Regularis, observantissimus tuus, tibi que deditissimus, ac mihi, ut religione, ita & consanguinitate necessarius, cujus vitæ integritati, & sanctimoniæ adjuncta est excellentis, & acerrimi cujusdam ingenii, & doctrinæ præstantia, Librum nuper edidit adversum Eremitam nescio quem, qui contra Canonicorum Regularium honorem, dignitatemque somnians, & delirans, in populis prædicare præsumebat, asserens Eremitarum Ordinem ab Divo Augustino ante Canonicorum Regularium institutionem ordinatum, statutumque fuisse. Hunc Eusebius noster sacrorum Canonum auctoritatibus, & invictissimis, apertissimisque rationibus, & argumentis ita confutat, & vincit, ut nullus ei ad respondendum locus reliquus sit (b). Ita rem hanc Eusebius claram, apertamque reddit, ut etiam vetulæ, ac ignavo cuique veritas patere possit. Illius igitur libellum ad te mitti dignum putavi, cujus lectionem melle suaviorem tibi fore non dubito, quippe qui honoris Canonicorum Regularium magnanimum semper, & invictissimum defensorem te præstiteris; pro qua re nullis laboribus, nullis impensis pepercisti, qui animus, quæ virtus tua universæ jam Urbi notissima est. Enimverò te Urbani III. Pontificis Maximi imitatore, filiumque te esse præfers, qui de Cribellorum antiquissima, & nobilissima Stirpe traxit originem. Is pro sui Ordinis Canonicorum Regularium devotione, & observantia, multa apud Mediolanum erexisse ejusdem Ordinis Monasteria dicitur; inter quæ illud præstantissimum est, in quo nunc dignissimus rector præses (c). Sed jam tandem Eusebium lege, Ordinis nostri æmulos, detractoresque nostros eleganter, sapientissimèque convincentem (d). Ceterum si liber iste tua auctoritate, & ope impressus fuerit, in publicumque, & in lucem prodierit, splendidissimum quoddam lumen erexeris, quo dignitas, honorque Canonicorum Regularium luce, ut ita dicam, clariùs intueri, prospicique possit, & tibi deinde perpetui nominis immortalitatem comparabis. Vale.

Ante

- (a) Severinus Calchus ex Patria Mediolanensi Familia ortus, Vir fuit eximie pietatis, doctrinæque, ut ejusdem Scripta testantur. Quater in Generalem Canonicorum Regularium Præsidem delectus fuit, vitamque in Cœnobio Placentino deposuit anno MCCCCXCVI. die XX. Novembris, quo Matthæus Bossius infaustum nuncium per Epistolam detulit ad Bartholomæum Calchum, Ducis Mediolanensis à Secretis, & Severini fratrem germanum. De illo præclarum elogium conscripsit Celsus Rosinus in suo Licæo Lateranensi.
- (b) Non ita præsidii destitutam hanc causam, quemadmodum eam depingit in præfenti Epistola Severinus Calchus, censure quamplures, qui succedentibus Seculis pro Eremitano S. Augustini Ordine pugnare. Inter cæteros Christianus Lupus, magni in Literaria Republica nominis, integra Dissertatione, ad calcem Operum suorum impressa, conatus pro viribus fuit, decus hoc præclarissimo Eremitano Instituto vindicare, atque Adversariorum argumenta convellere. Auctor tamen Historiæ Religiosorum, & Equestrium Ordinum, Gallicè scriptæ, controversiam hanc asserit validis adeo rationibus utrimque agitari, ut cujus se partis vadem faciat, ignoret, satiusque ducat, suspensio calamo, eruditus viris sententiæ ferendæ arbitrium relinquere.
- (c) Ex hac Epistola colligit Gabriel Pennotus, usque ad annum MCCCCLXXIX. Canonicos Lateranenses in Cœnobio S. Petri de Ulmo, post illud tempus in Commendam, ut ajunt, relato, moram traxisse. In mea tamen Historia, ex altero ejusdem Ordinis Chronico antiquo, compertum feci, elapsis etiam aliis quinquaginta annis, adhuc quietum Domicilium ibidem Lateranenses Canonicos habuisse.
- (d) Ad calcem hujus Libri impressa erat Epistola Nicolai Clavassii ad Eusebium Conradum; sed eam omittere placuit, ne has paginas implemus repetitis præconiis hujus Auctoris, quæ ferme omnia ad hoc unum referri videntur, ut Eusebii Ordinis sui defensor acerrimus deprædicetur. Celsus quoque Rosinus in suo Licæo Lateranensi, Civem hunc nostrum pluribus laudat ob egregiè propugnatum Canonicorum Lateranensium decus, seque aut nimiam opinionis suæ præfidentiam, aut concepta immodica existimatione doctrinæ memorati Conradi, abripi eò usque finit, ut ista subjungat: *Hinc summo jure noster ille Joannes Philippus scripsit, quòd si Patres nostri habenas tibi (Eusebio Conrado) totas dimisissent, de ipsis impugnatoribus actum esset, nec modò invenirentur Libri contra Canonicum Ordinem latrantes, nec Augustini imagines Eremiticam cucullam deferentes &c.*

Ante Pauli Florentini Quadragesimale .

*Paulus Florentinus (a) Theologorum minimus Divi Ordinis S. Spiritus de Urbe ,
Reverendissimo in Christo Patri , & Domino Innocentio Romano ejusdem
Almæ Religionis generali Præceptori dignissimo , ac suorum
omnium Benefactorum maximo ,
Salutem dicit plurimam .*

Vereor jam in dimidio dierum meorum , mi Pater optime , ac domine Reverendissime Innocenti , quem in veritate diligo , & veneror , veluti amborum anima una foret , objurgari , si in tanta tuorum erga me beneficiorum amplitudine gratiam nullam retulerim ; non quod oblivioni tradiderim , absit ; semper enim adsunt ideæ , & naturale judicatorium syndæresis , ut Theologi ajunt , quæ me totum tuæ beneficentiæ debere asserunt . Non prius enim ad te unicum laborum meorum refugium clamavi , quàm adjutricem statim porrexisti manum , de profundis pelagi naufragum eduxisti , ditasti pauperem , ac tanto cum honore in patriam remisisti , quodque omnibus præstat , ad amœna , semperque florentia literarum studia , quod in cœlum usque evehit , facitque beatum , parasti iter . Quamobrem ne tanta mole ingratitude diutiùs premar , non in officiorum gratiæ relationem , sed in perpetuæ servitutis chartam de reditu peccatoris ad Deum Quadragesimale nostrum à tua divina sapientia emendandum , corrigendumque , solita animi hilaritate , vultusque serenitate accipe ; & attende non tantillum apud excellentiam tuam munusculum , sed mei erga caritatem tuam animi magnitudinem . Quod si tua gravissima auctoritate probatum fuerit , intelliges nimirum , Paulum jam majora parasse in te principem Benefactorum suorum omnium . Postquam enim ab Urbe discessi , omnem præteriti temporis jacturam dolens , resumpsi animi vires , rationi imperium dedi , ut Philosophus in secretis Alexandrum admonet , quum Deus hominem tanquam regnum quoddam fecerit , locaveritque intellectum Regem in Arce , dederitque illi conjugium rationis , & bajulos quinque , qui aptis subtilissimis cortinis omnia ad tribunal Regis deferant . Propterea veloci quodam ingenii cursu cum delectatione , & habitu omne Corpus Utriusque Juris perlustravi , omnesque Aristotelis Principis Peripatheticorum libros , necnon Platonem , & Magistrum sententiarum , in quo Angelum in humanis Thomam sui Ordinis decus , ac totius Christianæ Religionis jubar , magistrum mihi præfeci , cui sanè inter Theologos dari monarchia visa est . Nec ideo postponendos reliqui pii Gregorii , divi Hieronymi , magnanimi Ambrosii , cœlestisque Augustini de schola Spiritus Sancti eductos electiores libros . Super utrumque verò testamentum Nicolaum de Lira , non inter minora Seraphici Ordinis sidera ponendum , interpretem imitatus sum , qui Hebraica omnia , & Christiana jura intellexit , & docuit ; divinum sanè ut de Aristotele commentator asserit , ut de Phinee Hebræi , ut de Hercule Græci , ac de Scipione Romani . Unde admirari non desino nonnullas additiones tanto ac tali doctori irreprehensibili additas ; & quæ , secundum Philosophum , primo Metaphys. , fabula ex mirabilibus fit . Etiam placuit Vatum Poëmata percurrere , & intelligere , in quibus latet historia , & physica semper ratio . Et ut nihil deesset ad bene , jucunde , utiliterque dicendum , quum sermonis copia , gravitas & elegantia , & Heroum exempla non parvam attrahendi , impellendique vim quò volueris habeant , Oratoribus , & Historiographis simul me dedi . Et quod mirabile , & utilimum fore duxi , horum omnium tam Theologorum , quàm Philosophorum , Canonum , & Legum in utroque testamento doctorum Poëtarum , Oratorum , & Historiographorum excerpta electiora in volumen unum mirabili quodam artificio redegei , ut facillimum sit ad omne propositum hæc omnia concordare . Demum Poëtarum omnium decus , divinus Vates noster , imò etiam Philosophus , & Theologus Dantes ambrosiam , & nectar undique mira cum suavitate distillans , adest , ut semper in bibendo sitim augeat ; quem non tanquam Poëtam , sed ut Theologum maximum , cum omni vulgari Opere divi Francisci Petrarce mira cum claritate , brevitateque , & admirabilium sententiarum suavitate commentati sumus , ut legentibus nullo amplius interprete opus sit ; ad meliorem hæc omnia frugem salutis animarum reducentes ; Ut bonorum omnium Auctori Deo , ut T. R. D. , cui tantum debeo , quantum valeo , utque nostræ jam celeberrimæ Religionis per Pontificem Maximum Sixtum , perque
tuam

(a) Quis esset hic Paulus Florentinus , quæque fuerint ejusdem vicissitudines in permutandis sacris Ordinibus Servorum B. Virginis , & Canonicorum S. Spiritus Romæ , fusè in Literaria mea Hist. ad hunc annum narravi . Ex hac autem Epistola patet , etiam Typographos Uldericum Scinzenzeller , & Leonardum Pachel nondum in suam officinam Græcos characteres induxisse , cum in eadem , exprimendo illius idiomatis verbo occurat lacuna . Ceterum Quadragesimale hoc , quod Auctor ipse in hac epistola magnifico titulo inscribit : *Tesaurum Sapientum Prædicatorum* , in pretio esse poterat ea ætate , qua doctos viros invaserat libido congerendi in libros suos quidquid à veteribus traditum memoriæ , aut oculis objiceretur , & sacra quoque argumenta comprobandi , corrasis undique profanis ut plurimum testimoniiis , ac fabulis Poëtarum ; nunc certè prorsus desperet , cum longum iter per inania hæc diverticula conficiendum foret ut rem propositam , passim abruptam , assequeremur .

CCCCLXXVIII EPISTOLÆ PRÆFIXÆ

tuam divinam sapientiam ad sidera usque erectæ, aliqua ex parte gratus videar in jamdiu commissa nobis in officio prædicandi animarum cura. Fer ergo opem, obsecro, Pater Optime, & huic impari viribus meis provinciæ humerorum submitte robur; cui hac tempestate nostra natura, & ars quandam dicepdi energiam dedit ad animos hominum alliciendos, impellendos, inflammandosque, ac secundum voluntatis imperium retrahendos alteri in Thebis Amphioni, alteri in Thracia Orpheo, quem sæpius per Pegaseum Spiritus Sancti melos loqui credimus, quem benigno fidere & favore divina, & humana sequuntur. Reposita est hæc spes mea in sinu meo, ah quando veniet! Oh mihi tam longè maneat pars ultima vitæ; Spiritus & quantum fat erit tua dicere facta: pro hoc non desino bonorum largitorem assiduis pulsare precibus, ut iterum admirandum, celebrandumque omnibus seculis Romanorum decus in terris appareat. Sed de his aliàs, ut jam ad calcem deveniam, omnem Quadragesimalis nostri seriem paucis intellige. Cujuslibet sermonis una tantum conclusio præponetur, non ad probanda mendacia, sed in assertionem veritatis, ut Theologos decet, quæ triplici semper lege probabitur; Hebraica, Evangelica, & Physica, & quælibet istarum trium legum probabitur quadruplici testimonio. Prima, seu Hebraica, I. testimonio Legali ex quinque libris Legalibus Moyfi; II. testimonio Prophetali ex Prophetis; III. Sapientiali ex Libris Salomonis; IV. Historiali ex Libris Judicum, Regum, Machabæorum, Paralipomenon, & ceteris Testamenti veteris. Secunda, sive Evangelica, I. Legali ex Evangelio cum Theologis; II. Prophetali ex Apocalypsi; III. Sapientiali ex Epistolis Pauli, & Canonicis; IV. Historiali ex Actibus Apostolorum, & Sanctorum. Tertia, scilicet Physica, I. Legali testimonio, Civili, vel Canonico; II. Sapientiali ex Philosophis; III. Vaticinali ex Poëtis; IV. Historiali ex Historiis Latinis, & Barbaris; & sic in prima intelliges quidquid in tali proposito dici possit in Testamento veteri à primo libro, scilicet Genesis, usque ad ultimum, cum interpretatione divi Nicolai de Lyra, qui profundo de arcano Philosophiam, Theologiamque eduxisse videtur, ut de Socrate Sapientissimo Apollinis Oraculo interpretato ii afferunt, quum in tanta rerum varietate haud argui possit. In secunda, seu Evangelica, à primo libro, scilicet Evangelio, usque ad ultimum Apocalypsis, cum omnibus Divinis Mysteriis eodem modo dulciter interclusis, quidquid convenire poterit adesse perspicias; postea quatuor Doctores Ecclesiæ, ac Decretalium, Decretorumque, Canones, & Vates nostros, Theologos, qui ad fontem Aquæ vivæ salientis in vitam æternam biberunt. In tertia verò Physica, idest Naturali, aderunt Imperatorum, Pontificum, & Sanctorum Decreta, Philosophi demum, Poëtæ, Oratores, & Historiographi; ut nihil ad humanam, divinamque delectationem desit. Hæc autem omnia de fontibus haurire placuit, ut parvo labore tuavi quodam gustu, in hoc uno libello Thesaurum Sapientum Prædicatores esse intelligant. Sed hoc unum velim, hoc oraverim, ut pro tantis vigiliis, & laboribus in suarum Orationum fervore memores aliquando Pauli Florentini extiterint; Tua verò Reverendissima dominatio in dies felicio, ut fata innuunt, me diligit.

Num. XXV.

Ante Explicationem Psalmorum Pœnitentialium.

*Paulus Florentinus Theologorum minimus Divi Ordinis Sancti Spiritus
Domino Leonardo de Platis Civi, & Canonico Mediolanensi
Salutem plurimam dicit.*

Efflagitasti, Amicorum princeps, quum non minus tantam sitim tibi morem gerendi passo jubere posses, ut literis traderem, quid in Regis David Psalmis Pœnitentialibus sentirem. Parva quidem rogas ab eo, qui tuæ beneficentiæ, ac liberalitati Monarchiam, si proprii juris esset, conferret. Nondum enim visam, nondum benè meritam nobilem tuam de Platis à Principe Philosophorum omnium Platone ortam (a), Deo credito latente in humano corpore, dilexi, diligo, diligamque semper, dum spiritus hos reget artus. Et sanè si honor, & nobilitas probata omnium Sapientum sententia virtuti tantum convenit, & illius Monarchia omnis in Platone reperta est, non video quin tam heroicæ virtutis hæredes nobilissimi censendi sint, meritòque ne dum amandi, sed colendi, & venerandi. Illum Philosophi tanquam numen quoddam habuere, & Theologi Augustinus ubique, & Hieronymus ad Paulinum, stupendum, admirandumque prædicant. Cujus doctrinis Academiæ, gymnasia personabant, qui literas quasi toto fugientes Orbe secutus est, cujus capacitatem omnis ferè Orbis replere non poterat, cui Aristoteles, in secretis, non sine causa Monarchiam attribuit. Narrat Hieronymus libro primo contra Jovinianum, ut altiùs repetam tuæ ori-

(a) Communi per eam ætatem apud eruditos Viros adulatione Paulus quoque Florentinus Platorum Familiam à principe Philosophorum Platone derivavit. De hoc illustri commento egi in mea Historia ad hunc annum, & alibi, cum de Francisco Philelpho differerem, qui fabulam hanc amplificavit, regiam ejusdem stirpis originem antiquiori etiam ævo, summa liberalitate affigens.

originis altitudinem meritò prædicandam, & celebrandam, quod Seusippus sororis Platonis filius, & Cleantus, & Anaxelites Philosophi libro II. Philosophiæ, Peritionem Platonis genitricem phantasmate Apollinis oppressam, Sapientiæ Principem peperisse. In cujus rei lignum clarius Apes incunabulis incl ori fundebant, ut Jovi quondam, & Divo Ambrosio in decus ne dum Mediolanensium, & Romanorum, sed totius terrarum Orbis, quæ secundum Valerium sempiternæ felicitatis iudices fuerunt. Quid est itaque quum à fonte rivuli emanent, quod tantum mirantur omnes, & uno ore loquuntur, ut infinitos tuæ domus heroës ad sidera usque evectos fileam; Georgium Platum, cui omnem Monarchiam legum divinitus datam Italia omnis intellexit, Theodorumque filium ejus, Jurisconsultorum jubar clarissimum, nostrisque temporibus Mediolani decus. Si ipsi quoque quatuor annorum pueri tanquam gemini Castor, & Pollux in cœlestia fortè signa redigendi, Platonem divina quadam indole polliceri videntur; Imò nescio quo benigno cœli influxu Platorum honoranda domus Academicam illam per totum ferè orbem Sapientiam resonantem redoleat, ut ipsi quoque servi tui Philosophorum mores sapiant. Dediti mihi in adoptionis filium Christophorum tam bonæ indolis puerum, ut in uno corpore duos admirari possimus, ætatis puerulum, & moribus senem. Non ergo immeritò tanta domus publico Sapientum decreto illustrata, tot rerum gestarum Historiographos, Philosophos habuit; inter quos Apulejus libro de vita, & moribus Platonis, scripsit Aristonem Patrem de genere fuisse Neptuni, Matrem verò Peritionem à Solone Sapientissimo Apollinis Oraculo, ut Socrates judicato Legum Latore, & Duce pro libito Athenarum, & longè ante à Codro justissimo Rege Athenarum, qui voluit mori pro Patria, Vir. jurgia Codri originem traxisse. Quo fit, mi Leonarde, ut intelligas, quantum Regalis, & divinæ stirpis ortum, hæredem non tantum nominis, sed virtutis, nedum Paulus, sed omne humanum genus diligere teneatur. Unde quælibet Scientiæ, & Artes, si Academicorum, Peripatheticorumque libri jungantur, & accuratius perscrutati sint, nisi à Platone, à quo tanquam à fonte rivi uberrimi, stagnum effecere. Legantur novæ quæso Divi Platonici Marsilii Phicini concivis nostri omnibus Seculis traductiones celebrandæ, quem sæpe Platonem Florentinâ linguâ loquentem crediderim, ut Learcus Peripatheticus ratus est Aristotelem Moysen esse, & Aethicâ linguâ loqui. In hujus quoque dilectionem unicum divina Platoniorum Sapientia me impulit. Præviderat Magister ejus Socrates hanc vim alliciendi, in amoremque humana corda trahendi in visione Cigni de Ara Cupidinis in Academia insinu ejus delati, canentis tam dulciter, ut aërem inebriaret, volantisque tam altè, ut à nemine videri posset, quumque sequenti die Ariston pater filium ad eum duceret, mox interpretationem somnii sui dixit esse completam. Hinc ergo ne dum allicior, & impellor, sed ad te, tuosque omnes diligendos inflammor, & accendor; propterea haud precibus opus esse intelligas. Tuus, o mi Pater, qui optas explorare, labor, mihi jussa capeffere fas est. Neque enim graves labores amantium sunt. Soror semper amoris dulcedo. Accipe igitur non tantillam rem, sed animi in te nostri magnitudinem. Habes quippe & copia rerum, & scientia, & dignitate, ac potentia amicos quamplurimos longè præstantiores, at fide, & affectu neminem. Lege itaque; Vale diu felix, & diligentem te dilige.

Num. XXVI.

Ante Breviarium totius Juris Canonici (a).

*Paulus Florentinus Theologorum minimus Divi Ordinis Sancti Spiritus de Roma
Reverendissimo in Christo Patri, & Domino Innocentio Romano
ejusdem Alme Religionis generali Præceptori,
Salutem plurimam dicit.*

TAm magna, tanque jocunda erga me, Pater optime Innocenti, ac Domine Reverendissime, beneficentia tua semper extitit, ut mihi ipsi inæquali ad referendam gratiam haud unquam gratus visus plerumque irascer. Colui quippe, semperque colam dignationem tuam. Neque illi omnino servum haud grandem, sed fidelem certè dedi. Quid tamen hoc illi, qui dedit omnia, & se ipsum tibi reddidit? Paule, ignoscendum sanè. Neque enim ultra debiliū nostrarum virium brachia se extendebant. Neque in his ad æquale tenentur homines, sed ad possibile. Quum ergo in longum posse à velle distaret, ex animi magnitudine, quam potui rependi gratiam. Quoniam prædicando, & legendo quodcumque diverti, per Tusciam, Liguriam, Emiliam, ac demum Lombardiam, ubi virtutum in te decus sculptum in cordibus per omnium ora micat nomen tuum, non qua laudum excellentia debueram, sed qua poteram, jam per se ipsum ad sidera usque elevatum, ostendebam, ubi splendorum

(a) De Mediolanensi hujus Breviarii editione filii in Literaria mea Historia, cum Pauli Florentini Opera recenserem; seriùs enim ad manus meas pervenit. Itaque reliquis hoc anno editis Mediolani ejusdem scriptis est accensendum; eoque magis, cum primus fortasse ipse fuerit, qui commodum hujus Lexici, ad Jus Canonicum faciliùs addiscendum, in Urbe nostra paravit, vulgavitque.

dorum tuorum jubare apparebam clarior, & videbar dignior. Tuus itaque Paulus est, tua quæcunque illius sunt. Quamobrem non dedignetur Reverendissima dominatio tua, laborum suorum, ac vigiliarum fructus suscipere. Quos si gratos, tuoque gravissimo judicio emendatos persenserit, animum nimirum ardentiorum ad majora jam ordita reddes. Tu animum ad dulcedinem, immortalæque famam Scripturarum induxisti. Tu illarum suavissimum gustui meo distillasti succum. Tu ad tantam aviditatem ingenium impulisti, ut nil aliud sapiat, nihil velit, nihil optet, nisi divinarum, humanarumque Literarum fructus carere uberes, atque jocundos. Accipe ergo in tantorum debitorum partem, totius Juris Breviarium perutile à tua divina Sapientia corrigendum, in quo singuli libri tam Decretorum, quàm Decretalium, Instit. ff. E. & Auten. suam habebunt tabulam per alphabetum. Quæ aperta, statim ad tuum omne propositum quælibet totius Juris electiores auctoritates aderunt. Rem ergo quàm brevem, quàm jocundam, quàmque utilem, & necessariam, non sine maxima suavitate in mentem reponendam, Lectorum oculis subjecimus, ut sine magna difficultate, & diurnitate temporis, Excerpta electiora Sanctorum, & Pontificum decreta intelligi possint, ut facilius, expeditius, & jocundius, his cognitis, aditus ad Decretales pateat, ac demum in hoc breviloquio omni Canone in memoriam recondito, ipsarum quoque humanarum Legum jubar omne & decus, in brevitate perutilem redactum in omnium utilitatem in medium afferam. Unde quilibet ad venerandum Juris culmen anhelans tanquam ex Juris peritorum thesauro, in hoc utriusque Juris Breviario ditari possit; pro quo iterum, atque iterum supplices tendimus ad sidera palmas, ut dator bonorum omnium Monarcha ille summus, ad hoc eorum intellectum illuminet, voluntatem dulciter alliciat, ac memoriam dilatet, ut à tanti Juris decore ornati per omnium admirationem, & laudem elevati, in misericordem, ac pium illius amplexum redeant, qui tantum, ac tale bonum dederit velle, posse, & perficere, qui tuam Reverendissimam dominationem incolumem, & felicem dirigat in secula seculorum. Amen.

ANNO MCCCCLXXX.

Num. XXVII.

Ante Constantini Lascaris Grammaticam Græco-latinam.

Bonus Accursus Pisanus Viro Clarissimo Julio Pomponio (a) Salutem plurimam dicit.

Cùm mea opera & studio, Vir venerabilis, & Græcè ac Latinè doctissimus, Johannes Monachus Placentinus verterit in Latinum Erotemata Constantini Lascaris, rem meam sententiâ iis perutilem, qui Græcæ literaturæ peritiam assequi cupiunt; tu unus mihi in primis visus es dignus propter singularem tuam, ac præstantem eruditionem, cujus nomine hæc interpretatio simul cum ipsa Græca arte transfundatur in populos. Suscipe igitur, tanquam primitias quasdam inite amicitie nostræ, Opusculum hoc, operamque datò, ut intelligam, officium meum fuisse tibi non ingratum. Quod si feceris, brevi intelliges, me quibusdam majoribus muneribus tecum agere. Interea verò temporis me, ut facis, ama; quemadmodum tu mihi es carissimus. Vale.

Ex Mediolano III. Kal. Octobres MCCCCLXXX.

ANNO

(a) Quamvis Bonaccursus Pisanus geminum tantum nomen *Julii Pomponii*, quem sibi in hoc Opere vulgando Meccenatem delegerat, fronti inscripserit, dubitari nequit, esse celebrem illum Virum *Julium Pomponium Letum*, Laurentii Valis discipulum, ac insignium Auditorum Magistrum, qui per hoc tempus Romæ florebat, atque illic conditis literariæ Academiæ Princeps habebatur. Eiusdem Vitam & ingenii præclaros fetus in lucem editos enumeravit, illustravitque Auctor Additamentorum ad Vossium in Volumine XXII. Ephemeridum Venetarum; qua verò occasione amicum cum ipso fœdus inierit Bonaccursus, mihi prorsus ignotum est, nisi fortasse Mediolanum aliquando diverterit Letus, dum Româ Venetias contenderet, aut ab Urbe illa discederet Latio se restitueret.

ANNO MCCCCLXXXI.

Num. XXVIII.

Ante Pfalterium Græco-Latinum .

*Johannes Placentinus Monachus (a) Reverendo Patri, & Domino,
D. Ludovico Donato Episcopo Bergomensis, S. P. D.*

PSalterii, quod Græcè melos David Regis, & Prophetæ inscribitur, hanc novam emendationem tuis auspiciis, consultissime Antistes, quamvis dubium mihi non erat, plerisque criminaturos, vel saltem admiraturos, aggredi non dubitavi. Compertum namque mihi est, hujus nostræ ætatis Theologorum gregem insultaturum, subsanaturumque, tanquam qui ea, quæ à Divo Hieronymo, & ab Septuaginta Interpretibus lucubrata fuerint, attingere, ausus sim. Sed mens mihi conscia recti horum leveis accusatione, te patrono, & vindice, facillimè contempserit: cujus candidissimum, & nobilissimum pectus, nullus livor occupavit. Illos quoque, si Augustini libros de Doctrina Christiana aliquando legissent, mihi æquiores fore non dubitarem; censet enim vir ille non Theologiæ modò, verùm & ceterarum artium & Græcè, & Latinè peritissimus, nostra exemplaria, quæ ex Græco fonte emanarint, non aliter ad unguem corrigi posse, nisi illorum inspectis prototypis. Audiant itaque Theologi, si quæ me accusaturi sunt, quid Augustinus libro secundo prædicti voluminis præcipiat, si quid emendandum fuerit. Contra ignota, inquit, signa, magnum remedium est Linguarum cognitio. Et idcirco Latinæ linguæ homines, quos nunc erudiendos suscepimus, duabus aliis opus habent ad cognitionem Scripturarum, Hebræâ, & Græcâ, ut ad exemplaria præcedentia recurratur, si quam ambiguitatem attulerit Latinorum Interpretum infinita varietas. Divus insuper Hieronymus nonne multos errores Septuaginta Interpretum culpâ ob verborum ambiguitatem admissos, ad sua tempora durasse queritur? & quia jam per univ-
ersum pœne orbem ea exemplaria legebantur, vix aliter reperiri? Dicant mihi Theologi hujus temporis, quænam sit Hieronymi, si norunt, interpretatio? Quid irrident? Nonne respondent: est ea, cui ipsius præpositas vides Præfationes? Pace vestra, o Theologi, dixisse velim: Hieronymum ipsi negligentia, aut imperitia accusatis. Non est, Præsul integerrime, & eruditissime, hujus præfatiunculæ, enumerare, quot loca depravata deprehenderim in utroque Testamento, quorum etsi nonnulla librorum vitio facta sint; multa sanè sunt Interpretum, quæ cum exemplaria, quæ Hieronymi dicuntur, invaserint, quia defendi nequeunt, ego Hieronymi inficior. Quid ergo? Liberè fateor, nos nescire, quæ sit Hieronymi interpretatio. Locus est in Epistola Pauli ad Hebræos, capite decimo: *Hostiam, & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi*. Idem est in Psalmo tricesimo nono; sed non corpus, sed aures habent exemplaria Latina, quæ Hieronymi dicuntur. Pfalterium verò, quo Mediolanensis Ecclesia utitur, Corpus habet, nec non omnia Græca exemplaria, quæ ipse plurima vidi. Non est mihi consentaneum, Hieronymum illum non vidisse, quæ ego hominibus imperitus tam facillè animadverti. Nisi Græcum arcticimenon esset, quo argui loca depravata possunt, vererem criminatorem jacula. Quid si Græca depravata essent? Omnia, quotquot videre potui, conveniunt. Unum dumtaxat locum psalmo centesimo primo ut inveni, reliqui: *Viduum* qui Latini ubi legunt, Græci omnes *θηρα*. i. *prædam*. Exemplaria Græca mutare ausus non sum; nec pro *θηρα* viduam interpretari potui. Sed suspicor Interpretes illusos; nam inter *θηρα* & *χηρα*. i. *prædam* & *viduam*, una tantùm litera, idest *θ*. & *χ*. discrimen facit. Cùm ergo me inter duas symplegadas angi viderem, elegi quod nec Græci nec Latini carperent. Qui itaque viduam maluerint; in Græco *χ* præponant, ubi *θηρα* invenient. Qui prædam *θ*. & in Latino prædam, ascribant. Incredibile pene est quomodo in transferendis libris, verborum nimia similitudine, nonnumquam ambiguitate, interdum incuriâ Interpretes fallantur! quod quidem non in hagiographis tantùm; verùm etiam in poëmatis, historiis, & reliquis operibus. Rufus Festus cum Dionysii Alexandrini periegesin transferret, *Durantem* genus dixit, cùm *Mosynum* dicendum esset. Si quis hac in re mihi minus fidei habet: cosmographiæ peritos consulat; an sciant, ubi terrarum sint *Duratei*! Strabonis septimo, & eo non multarum tiliarum urbem, quàm ridicula interpretatio! Tibi *arvum* pro *collium* dixit; ea enim urbis montuosa est. Sunt & innumera alia depravata apud omnes penè Latinos Auctores; item & sacros codices, quæ si aliquando requiem studiis meis impetraro, quam tuis modò auspiciis spero, in animum emendare induxi, tibi quæ talium studio, & qui omnia virtuti & musis postponas, dicare: qui & unus mihi visus es dignus,

(a) Hujus disertissimi in Græcis Latinisque literis Viri, Carmelitarum Ordini adscripti, laudes retuli in Historia Literaria ad annum MCCCCLXXV., ubi etiam quæ ad Pfalterium in Mediolanensi Ecclesia recitatum pertinent, utpote discrepans à vulgato Romano, recensui, & à proposita hujus Auctoris opinione, cum Augustino Calmet recedendum putavi.

CCCCLXXXII EPISTOLÆ PRÆFIXÆ

gnus, cui hanc novam emendationem Psalterii inscriberem: tanquam veritatis scrutatori, & stomachanti ob Religionis studium, tot errores divina volumina invasisse. Quod autem ad Psalterium attinet, quia longum & molestum esset omnia emendata enumerare; ea deprehendere facile est, si cum aliis exemplaribus conferantur. *Circiter septuaginta loca correximus, Græcam veritatem secuti. Verba, quæ deerant, suis locis addidimus. Unum te, Præsul memorande, ignorare nolo; Psalterium, quod Ambrosianum dicitur, in paucis, imò in nullis à Græco discrepare. Cantica, quæ sex sunt, omnino Græcis similia, nostris omnino dissimilia. Propterea Hieronymi ea potius dicenda est translatio, ut Vir quidam fide non indignus mihi affirmavit. Quis enim mentis compos, eum Virum, qui ab ipsis incunabulis inter Grammaticos & Rhetoras educatus sit; adeo ut nil tam acutum sit, quod non viderit, non vidisse Psalmo XVIII. SI MEI NON FUERINT DOMINATI; quod ego DOMINATA transtuli, nam ad DELICTA refertur; si quis diligenter seriem Psalmi cum sensu observare voluerit. Johannis ultimo capitulo: AMBULABAS UBI VOLEBAS. Quæ ratio Grammatices id permittit? At Augustinus Homiliâ quintâ in Epistolam Johannis: QUO VOLEBAS, dixit. Sane hac in re non minus Hieronymus Augustino advertisset. Quid de versiculo Psalmi octogesimi & sexti: quem translatio, quam Hieronymi ferunt: NUNQUID SION DICET; exemplaria Græca, *μῆτηρ*, idest MATER legunt; & Psalterium Mediolanensis Ecclesiæ MATER SION. Quod si qui nec Græcis, nec Ambrosianis codicibus credunt, legant Sermonem Augustini, qui recitatur juxta breviaria Curie Romanæ in solemnitate HYPOPANTES DOMINI, vel ut vulgo dicitur: PURIFICATIONIS VIRGINIS; is enim primæ lectionis matutinæ initio ait: SIC OLIM PRÆDICTUM EST, MATER SION DICET. Sed qui transtulit (venia quidem danda est) *μῆτηρ* idest NUNQUID, non *μῆτηρ*, idest Mater videre visus est, quod vel ipsi Græcorum elementis imbuti intelligere possunt. Nec omnino audiendi, imò acerrimè refellendi sunt Theologi, qui, ut illorum verbis utar, dicunt: Scriptura sancta non est subjecta Grammaticæ: Fateor; nam præest, quia dignior, quippe quæ ex Sancto Spiritu est, qui scientiam habet vocis, ut ait Solomon. Hoc non censuit Augustinus, qui vult consummatos Theologos Hebraida & Hellenida dialectos non ignorare. Grammatices tropos, schemata, Rhetorices argumenta callere; qui & ipse cum cæteris priscis, verisque Theologis in suis operibus & disertissimus in eloquentia, & in sententiis acutissimus, & in ratione loquendi inoffensivissimus est. Interdum tamen Græcas constructiones in Sacris literis, quæ priùs à Græcis scriptæ sunt, inveniri ut: *vado piscari: expugna nocentes me; & multa id genus non inficior.* Fecit hoc & Maro noster, ut in Georgicon secundo: *Tempus equi fumantia solvere colla;* Latine sanè *tempus solvendi* dicendum est. Feci & ipse in hoc Psalterio; non tamen ut Græcis schematis uterer, sed ut Græcè dicere volentibus morem gererem, verbum verbo reddidi. Quid ignorantes ad illud ineptissimum confugiunt? Scriptura non est subjecta Grammaticæ; quibus respondeo: non sua. Sed ut, Præsul præstantissime, dicendi finem faciam, ne fortè prolixitate displiceam: ubi addidimus, quod deerat, vel emendavimus, quod depravatum fuerat, errorum causas, & rationes emendationis coram dominationi tuæ edemus. Alii facillè, si cum veteri translatione conferre nostram voluerint, omnia deprehendere poterunt.*

Num. XXIX.

Ante Synonyma Sententiarum.

Stephanus Fliscus de Soncino, juveni peritissimo Joanni Melioratino, ornatissimo Civi Vicentino, Cancellario Paduano S. D. Pl.

Cum superiora verborum Synonyma tibi breviter absolvissem, mihi in mentem venit, non esse incommodum, ut aliquas etiam tibi variationes inscriberem, quare profectò variationes sententiarum Synonyma non indecenter appellari licet; quæ vel ad jungendas partes rhetoricæ orationis, & argumentationis plurimum valerent, ut ad easdem exaggerandas, & corroborandas admodum conducerent, & expedirent. Quas variationes, ut commodiùs, & condecientiùs eas in inventoris partibus convenire mihi visum est, sub ipsis partibus ordinavi, ut hæ tibi faciliùs, cum illis uti velles, succederent, & occurrerent: illud consimile tibi semper affirmans, quod etiam tibi significavi, cum verborum Synonyma ordinarem; ut quæ scilicet dicta, uti rhetoricæ orationis parti annotata fuerunt; eadem, imitando, unionique ceterarum partium optimè accommodare poteris. Addo etiam hæc audaciùs, cum multa ex eo experimenta per me tibi fieri vidisti, quòd si & accurata imitatione hæc sententiarum Synonyma diligenti inventione pertractaveris, Epistolas exinde, ac etiam Orationes, quas volueris, facillè consequeris: cum imitatio tantas profectò vires habeat, ut vel Grammaticæ Orationes, vel singulas etiam dictiones ea ratione contorquere, & contractare possit; ut quascumque sententias velis, ex ipsis orationibus, sive dictionibus in quodlibet librorum volumen consequi valeas. Sed quid ego me ostentem, has tibi inventiones, & imitationis rationes innuere velle, quòd eas optimè pernovisti, & multotiens apud me, ac etiam sine me commodissimè pertractasti? Cum igitur pro his meis ad te Commentariolis ex inventione, & imitatione tibi pertractandis, nullâ meâ indigeas admonitione, non certè videris pluribus detinendus, sed vehementissimè currens, ad cursum es potiùs velociorem adhortandus. Quod cum etiam tibi minimè deesse existimem, neque

LIBRIS EDITIS MEDIOL. CCCCLXXXIII

neque defuturum confidam, gaudeo, hunc meum pro te laborem nequaquam in cassum desump-
pisse: cui meo labori quantum de tuo studio, cui suffragor, addideris, tantum profectò, præ-
ter hunc meum, tibi futurum est lucri. Vale, & te exerce. Libellum compositionis præcepto-
rum commodæ elocutionis propediem expecta; dehinc alius imitationis verborum & sententia-
rum Libellus consequetur.

De Auctore autem in calce hæc leguntur:

Stephanus Fliscus de Soncino, Vir apprime doctus, qua via celerrimè, & facillimè profi-
cere adolescentes possent, qui ad eloquentiam aspirant, cogitans, invènit optimam, & apertis-
simam: Nam quemadmodum ornatè, & variè diversæ vernaculæ Linguæ Sermones enunciari
valeant, & ad omnes ferè elocutionis partes accommodari, ostendit, & ordine in hoc Opere
digessit, in quo usque aded studiosi pueri, & adolescentes se proficere cognoscent, ut pro
tempore, si perdiscere, & memoriæ mandare voluerint, deposita omni loquendi barbarie,
eloquentes evasuri sint. (a)

ANNO MCCCCLXXXII.

Num. XXX.

Ante XII. Panegyricos Veterum.

Jacobo Antiquario Ducali Secretario Franciscus Puteolanus (b) S. P. D.

Rogasti, ut Plinii Secundi Novocomensis orationem, qua Consul Optimo Principi Traja-
no gratias agit, castigatam nostris Impressoribus traderem, quò optimi, & eloquentissi-
mi Viri pulcherrimum Opus è situ in lucem asseratur, & nostri temporis Principes eam ora-
tionem legentes, non quasi à Magistro, sed tamen sub exemplo edoceantur, qua potissimùm
via ad eandem gloriam possint ascendere, Joannique Galeacio Regi nostro nunc primùm pube-
scenti, quem tu Trajani similem fore, & optas, & ominaris, tanquam è specula quadam lu-
men quoddam sequatur: ab quo nusquam oculos deflectat, ostendatur. Feci, & quidem li-
benter; quid enim non facerem te exigente, quem sequor, ut Magistrum; veneror, ut paren-
tem, non tam ætatis maturitate, quàm vitæ: à quo omnem dignitatem meam inchoatam, au-
ctam, longiùs provecctam nunquam abnuerim. Quod si beneficio ullo tuo mihi cognitus non
fuisses: fecissem tamen quod tibi cordi esse intellexissem. Optimorum tu unus doctissimus, do-
ctissimorum idem optimus, litteras jacere non finis, erigis professores: Ingenia foves: nec quis-
quam est alicujus per Italiam nominis, qui se ab Antiquario adjutum, ornatum non libenter re-
stificetur. Hæc non mihi fama, quâ alioquin gratissima uteris, sed re ipsa perspecta sunt: Quo
viatico optimum senem Franciscum Philelphum, utriusque linguæ principem, Tuschos ultimò
petentem, persecutus es; quo studio, quanta contentione Georgii Vallensis, & alterius Georgii
Merulæ doctissimorum hominum causam suscepisti, atque ita suscepisti, ut alter tenuerit quod
quærebat. De altero nondum spem amiserimus. Cujus tui animi, ac paterni, ut ita dicam, in
Artes affectus grande præmium retulisti, ita amatus, ita probatus ab omnibus, ut tanquam ge-
nius colaris: ad te omnium scripta deferantur: Libelli dedicentur: quasi profus omnes cer-
tent, ut in negociis consilio, ita in studiis judicio tuo uti; advertunt enim omnes, plurimùm
te fide, plurimùm veritate, plurimùm intelligentiâ præstare: carere ambitu, & cùm altiùs
posses ascendere, in mediocri gradu substituisse: quòd pulcrius & speciosius duxeris, castitate,
justitiâ, gravitate, prudentia princeps agnosci. Quis Antiquario melior? quis sanctior? quis in
omni genere laudis ad exemplar antiquitatis, unde tibi cognomen, expressior? Eadem, quod
equidem in admodum paucis numero vidi, tibi honestatis cura, domi, atque intra privatos pa-
rietes, quæ in publico; nec unquam de fama, quàm de conscientia sollicitior fuisti. Bononiæ sub
Baptista Sabello, Viro prisce frugalitatis, & continentiæ Legato Consulari, Magister Epistola-
rum in maxima procuratione fuisti, similis antiquis; qualis ante te nullos, post te paucos reor
futuros; contendisti enim, quanquam adolescentulus eras, & urbs, ac amplissimum officium
ad delicias invitabant, tetricam castigatissimi Præsidis imitari innocentiam. Præfuisi postea
Mediolanum evocatus, & sub duobus Principibus patre, & filio, ordinandis Sacerdotum comi-
tiis, tanta opinione hominum, ut, quod Senatus juratus olim Scipioni Nasicæ tribuit, tibi miro
om-

(a) Non magni nominis fuisse hunc Grammaticum arbitror, cùm nihil de illo memoriæ traditum usquam offenderim. De
iis, quæ spondet in hac Epistola se prope diem editurum, id unum à Michaële Maittaire relatum invèni in suo An-
narium Typographicorum Indice, ita inscriptum: *Pbrases Elegantiæ Latine*, atque impressum anno MCCCCLXXXV.
finè loco, & nomine Typographi; Libellus autem iste is esse potuit, quem Fliscus indicavit titulo: *Imitationis Ver-
borum, & Sententiarum*.

(b) Literarios labores in Urbe nostra susceptos à Francisco Puteolano, quæque ad illum pertinent, memoravi in Historia
Literaria ad hunc annum, ubi etiam geminas editiones, hætenus ignotas, Veterum XII. Oratorum, produxi, qua-
rum exemplaria in Bibliotheca Ambrosiana servantur, eodem curante Puteolano, Mediolani peracta.

CCCCLXXXIV EPISTOLÆ PRÆFIXÆ

omnium hominum consensu, optimi cognomen sit inditum. Taceo, qua hospitalitate cunctis domus tua pateat. Taceo cum amicos etiam apparatusimè excipias, ut ipse in cibo, in potu nihil voluptati tribuas. Taceo, ut omnibus corporis membris imperites; ut oculos animumque contineas. Hæc, ut revera sunt, in uno quoque maxima viderentur; in Antiquario, si cæteris virtutibus comparentur, minima erunt. Nam, quàm admirabile, talem sanctitatem, talem auctoritatem, tanta jocunditate, ac comitate condire! Jam quales Versus, quàm venustos, quàm prurientes, quàm dulces, quàm argutos scribis, quasi Catullus, aut Tibullus. In oratione pari ratione felix, in inventione, in disponendo aptus, figuratus, varius, & modò elatus, & excelsus, modò submissus, semper autem castigatus, ut te Plinio huic nostro jure, semper comparaverim. Illum igitur legens, & illo virtutes tuas recognoscens, tibi applaudes. Additi sunt undecim alii Panegyrici, non Pliniano quidem pares, sed tamen non inelegantes, aut recusandi, mira in singulis eruditio. Adjeci, ut magnitudo voluminis justa esset, Julii Agricolaë Vitam, per Cornelium Tacitum conscriptam, quæ me ita afficit, delectat, tenet, ut nihil unquam pari voluptate legerim. Fragmentum Petronii Arbitri postremum locum tenet, & quasi agmen claudit, incuriâ quidem temporum mancum, & aded mutilatum, ut vix agnosci possit; ejusmodi tamen, ut non rejici debeat: hæc tuis auspiciis in lucem redeunt. Debebunt tibi qui legerint: quamquam pro tuis summis virtutibus omnes tibi debent. Vale decus meum (a).

ANNO MCCCLXXXV.

Num. XXXI.

*Post Epistolas familiares M. Tullii Ciceronis ab Hubertino Clerico
Commentariis illustratas.*

HAbes doctissime atque optime Bone Accursi Pisane opus longè majus atque uberius, quàm uti initio promisi: qui non solum difficiliora quædam, & annotatu digniora edere contentus fui; sed cum virorum quorundam bonorum, & doctrina præstantium exhortatione, tum verò tuis, & præstantissimi doctissimique Viri Comitæ, & Ducalis Quæstoris Joannis Francisci Turriani efflagitationibus, ita omnes locos in his Ciceronis Epistolis adductus sum, ut explanarem: ut non solum qui vel longiùs in hac dicendi Arte provecti, & qui jam in cursu erit, verum etiam omnino rudes haberent, quo tantum pelagus tutò ingredi auderent, & ad portum pervenire possent, in quo quantum laudis, & benivolentiæ mihi Viris bonis futurum confido, tantum invidiæ, & detractiōnis, & maledicentiæ jam nunc à malivolis quibusdam esse intelligo, quos omnia pervertentes, officio meo detrudere audio; & quod malè factum arguere non possunt, prolixitatis accusant: quasi cum hoc onus primùm suscepi, pro paucis, non pro omnibus laborandum duxerim: qui officium meum, & docendi, interpretandique munus ad communem utilitatem semper potius, quàm ad ambitionem referendum putavi, cujus quidem instituti nihil video, cur me poeniteat, cum id ætatis videam in literarum exercitio me multos alumnos non sine magna & laude, & gratia peperisse, quotidieque parere: quare maledici isti invident, doleant, rumpantur, detrahantque quantum libet, nullius tamen injuria me ab officio unquam adducet, plurisque faciam bonorum laudem, & judicium, quàm quorundam corrupti, marcentis, putridi, ut ita dicam, jecoris hominum caninos latratus, & venenata verba, & ad alia excudenda laborabo eo diligentius, quo plus temporis mihi assumere volo, quanquam in hoc Opere, licet in discursu factò, tamen puto pro magnitudine rei, negligentia culpam mihi ascribi non posse, in quo si omnibus non sum satisfactorus, hoc me consolabitur, quòd ne id mihi quidem unquam assumpsi, ut id facere possem, qui illud Horatianum meminissim:

*Tres mihi convivæ prope dissentire videntur,
Poscentes vario multum diversa palato.*

Qui autem edendi celeritatem accusabunt, ejusdem Horatii sententiâ adducti, tibi & aliis amicis, quorum efflagitationibus id facere coactus sum, potius, quàm voluntati meæ ascribendum esse, tu ipse testis es: neque id cupiditate aliqua factum esse, sed ut quoad aliquando maximè profuturum erat, gratius fieret: si citius, vel mediocriter prodesset, cum id quoque in proverbio esse soleat, quia nullius rei major est penuria, quàm temporis, &, ut inquit Juvenalis: Qui dives fieri vult, & citò vult fieri. Quare si utilitatis celeritas cum magnitudine futuræ utilitatis comparetur, erit

(a) Secunda est hujus Libri editio, quam Franciscus Puteolanus aliis Opusculis auxit, ut in justam molem assurgeret; prima enim XII. tantum Panegyricas Orationes Veterum comprehendit. Plura ego ex erudita hac Epistola collegi, ut Historiam Literariam Mediolanensem compingerem. Præsertim, cum de Francisco Philelpho agerem, Puteolani testimonio errorem quorundam Scriptorum castigavi, qui Mario filio relictas à patre opes suas tradidere; siquidem ex hujus Epistolæ verbis clarè dignoscimus, defuisse Philelpho genitori etiam viaticum, quo iter Florentiam posset conficere.

erit quod facilitatem meam in amicis indulgendo, ut id celerius facerem, non probet. At, inquit aliquis, futurum erat plenius, & emendatius, si distulisses: id equidem fateor, sed ingratus interea pro expectantium utilitate; deinde dum apud me fuisset, nullis erat profuturum, quibus fortasse hujus ope majorum rerum fundamenta jacentur, & erit patefactum iter, quod si minus sine aquis, sine salebris, sine difficultate aliqua, ut certè sine dumis, sine præcipitiis, sine ruina ingredi possint, nec aliud ab iis, quibus de meis scriptis censere libuerit, postulo: nisi ut rei magnitudinem æstiment, & aliorum, quos aliquando ut numina quædam venerati sunt, quia eos non viderant, aut quia, & tempore me antecessisse sciebant, cum meis comparent, videant quantum intersit, nec tam novitati invideant, quàm veritati faveant. Sic enim non modò me invidiâ cariturum, verùm etiam laudem magnam, & gloriam, assecuturum, confido: cui, quod nemo ætate nostra ex iis, qui vel doctissimi habiti sunt, facere ausus est, cum bonorum, & eorumdem doctorum gratia & laude contigerit, ut totum Ciceronem in Epistolis familiaribus patefacerem, efficeremque, ut id pelagus à multis navigaretur, quod ante fuerat ignotum, & intactum. Quare causæ meæ tutelam cum veritati ipsi, tum viris bonis, & æquis commendatam esse velim: qui quod jure defendi possit, tueantur, in reliquis aliorum, qui multo majoris auctoritatis habiti sunt, quàm ego, comparatione judicent; utrum magis vituperandus sim, quòd omnia assequi non potuerim; an commendandus potiùs, qui vel iis, quæ scripsi, tam multis profuerim. Te quoque, qui me ad hanc edendi celeritatem impulisti, necesse est optimis rationibus patrocinium nostrum suscipias. Ego, ut ante dixi, alia excudam, quæ mox edentur. Velim tamen versiculos quosdam meos interea subdas, quos ad librum meum scripsi, ut audacius prodeat. Vale. (a)

ANNO MCCCCLXXXVII.

Num. XXXII.

In fronte Epistolarii à Mario Philelpho conscripti.

Ludovicus Mondellus Ordinis Minorum, Doctorque Theologus, Octaviano Ubaldino Mercatbelli Domino, Illustrissimi Ducis Urbini Germano dignissimo, doctorumque Virorum patrono, S. P. D.

VELLEM, Octaviane Princeps Illustris, & doctorum Virorum præsidium ac decus, ut de vivo Mario Philelpho, potiùs, quàm mortuo (b) ornando, nunc mihi contentio esset. Jucundiùs enim eam (non dicam ferventiùs) susciperem. Sed quoniam sive natura, sive fato ita secum actum est, ut priùs quàm nos ex hac vita decederet, non putavi committendum esse, ut ei quoque mortuo meum officium deesset. Et quidem per Deum immortalem quid est, quod defunctis majus impendere possimus, quàm eis vitam per gloriam propagare, immortalesque quodammodo eos reddere? Solent autem plerique sic defunctorum gloriæ studere, ut marmoreis monumentis, æneisve signis politis, eorum titulos & spectandos, & legendos, posteris relinquant. Verùm hac in re Marius superstitem amicorum ope non indiget. Satis enim magna monumenta ipse vivens sibi posuit, satis magnas statuas erexit, quæ nulla unquam vetustas, nulla violentia, nulla denique duro robore innata caprificus disjiciet: Operum scilicet, & Scriptorum suorum in diversis generibus, quæ cum latinitate, eloquentia, & candore mirificè splendeant, cum antiquorum operibus, & quidem perfectissimorum, conferri possint, ut jure de eo dicere possim, quantum Marius ille Arpinas Reipublicæ Romanorum armatus, tantum noster Romanæ linguæ contulit togatus. In hoc tantummodo locus officio mihi relictus est; quod cum pars monumenti sui, quasi angulus quidam, tenebris immerfus sit, & veluti sub opaca umbra

ita

(a) Ante annum MCCCCLXXVI. in lucem emiserat Ubertinus Clericus Crescentinas Annotationes suas in Epistolas familiares Ciceronis, ut retuli superiùs ad præsentem annum MCCCCLXXXV., ubi de erudito hoc Viro sermonem egi. Verùm, cum expectationi doctorum hominum nondum satis factum esset, alteram editionem paravit, victus precibus ejusdem Bonaccursii, amplissimos Commentarios ad ipsum dirigens, ut in hac Urbe diligentissimè imprimerentur. Singulare hoc munus lubens excepit Bonaccursus, dignumque censuit, ut gravissimo, ac literatissimo Viro, Joanni Francisco Turriano, Ducali Quæstori exhiberetur. Hunc ipse delegerat in Mæcenatem suum, postquam invidia, & impotens ira æmulorum Cichum Simonetam, Patronum olim suum, indigna morte sustulisset. Quamobrem editi, post octuagesimum illius seculi annum, ab ipso libri, eidem semper Turriano dicati fuere; *Lexicon nempe Græco-Latinum, Æsopi Vita, & Fabulæ*, tum omnes, tum selectiores divisim impressæ, Græcè, & Latine, nuncupatoriâ ad Turrianum Epistolâ singulis editionibus præfixâ.

(b) Alterum hoc exemplum est, ut pretium veterum Epistolarum, & easdem vulgandi necessitas, ob rem Literariam sincerè illustrandam, clariùs innotescat; siquidem, cum incertum foret his postremis Seculis tempus mortis Marii Philelphi contentibus nonnullis præclaris Scriptoribus, superfuisse illum defuncto patri Francisco Philelpho, ex hisce literis Mondelli ad Octavianum Ubaldinum, datis tertio Calendas Maji MCCCCLXXXI., indubiè patet, Marii filii obitum præcessisse, mortem genitoris, qui nonnisi sub exitum mensis Julii sequentis extremum diem obiit in Urbe Florentiæ. De hac controversia, cui solvendæ hætenus frustra insudaverant Viri eruditi, fufius egi in Hist. Literaria ad annum MCCCCLXXXI. & MCCCCLXXXIV.

CCCCLXXXVI EPISTOLÆ PRÆFIXÆ

ita constitutus, ut minimè vel spectari, vel legi possit, circumfusas tenebras pellam, & obumbrantes ramos penitus abscindam, monumentumque Marii totum sub luce constituam, ut non minùs operosum appareat, quàm à suo artifice constructum sit. *Epistolarium* enim inter cætera præclara opera Marius confecerat, in quo non solùm Epistolarum genera octoginta numeravit, sed singulorum formulas, & locos profecutus est, nec id quidem simpliciter, sed tripliciter pro numero trium dicendi figurarum, ordine complevit. Opus profectò juvenibus & mediocriter doctis utilissimum, unde non minus latinitatem & elegantiam exhaurire, quàm exercitationis latissimam frugem, uberrimumque fructum consequi possint; doctis verò futurum quàm gratissimum, utpote quod multo labore, in quocumque genere dicendum fuerit, possit eos relevare. Opus tamen ipsum non ediderat, aut si editum dici potest, uni mihi tantum, cui dicaverat, & Archetypum, nullo sibi retento exemplo, aut aliis communicato, tradiderat, editum fuerat. De creveram illud omnibus aperire, ut quantum laudis & gloriæ inde proficisci potest, Mario non interciperetur, & monumentum illud ex pluribus constans partibus, in hac quoque parte, ut in cæteris, nulla caligine obscuraretur. Debeo sibi hoc ex pietate, multum me amavit, multum me literis & sapientia ornare studuit; ejus beneficio hanc particulam vivacis animæ, quam sortitus sum, habeo. Ingratus & impius censendus essem, si ego, qui suo funeri non interfui, nunc licet longo post tempore, cum possum, quasi pompâ instauratâ ad eum ornandum, meam ferulorum partem non afferrem; si non & mea thura incenderem, odoresque miscerem, si ejus feretrum hoc nobili quasi alio spolio non accumularem. Cæterum quo pleniùs huic laudi, & gloriæ Marii consulere, in hac Regia Parysiorum Civitate, in qua jam biennium studiorum gratiâ fui, Epistolarium ipsum imprimendum dare statueram, ut in loco totius Orbis eminentiori, inter tot Academias, inter tot Sapientissimos & divinæ mentis Viros, ab omnibus Marius etiam functus & coleretur, & admiraretur. Quem locum, quam Orbis plagam ad ejus nomen celebrandum, æternitæque commendandum potui eligere aptiorem? Verùm huic pietati meæ una res obstabat, quod ea lege ab ipso opus mihi tradi impetravi, ut in alterius manus non perveniret, idque ipse suis in libri inscriptione testatus est monumentis. Nec quidem à me id ea mente factum est, quia ambitione ducerer, aut quia si omnes idem scirent quod ego, me minùs scire putarem; sed profectò, quia tantum Mario tribuebam, tantaque me voluptate ejus elegantia affecerat, ut non viderer satis meo facere desiderio, nisi ab eo quodpiam singulare, & quasi meum proprium pignus haberem, quod noctu diuque versando, veluti quandam ejus imaginem contemplerer. Quo fit, ut si nunc librum imprimi jubeam, verear, ne ab omnibus inconstantia accuser, vel quia jam velim quod modò noluerim, vel tanquam Marii contemplationem post ejus mortem continuò omiserim. Alius præterea scrupulus ea in re malè me habet, quia fortè cuipiam callido rerum æstimatori possit id operis non dignum Mario videri, quia dixerit non eandem, quam cætera Mariana Opera claris Principibus dicata elegantiam redolere. Contra verò si in sententia maneam, & unicus libri possessor sim, illud timeam ne impius judicer, quia Marii gloriæ & immortalitati defuerim. Deinde ne multis invidisse videar, quia ad multorum utilitatem in lucem prodire librum non permiserim, vel eo maximè, quo sicuti cæteris doctis Viris, ita & Mario omnes existimant illud scientiæ munus à Deo collatum, non soli sibi, & paucis amicis, sed toto humano generi profuturum fuisse concessum; ob quam rem si eos hoc cœlesti munere privarem, justam de me omnes haberent querelam. Itaque cum veluti in mari à diversis flatibus agiter, anceps sum, hoc ne an illud eligam, aut fugiam. Decipimur enim specie recti, & in vitium ducit culpæ fuga, si caret arte. Te igitur Octaviane Princeps Clarissime, in tanto fluctu, tanquam meum Numen invocandum duxi. Tuum consilium pernecessarium mihi existimavi. Nec ab re præter cæteros te unum consulere volui, primùm quòd in dijudicandis rebus, consiliisque deligendis, naturâ & doctrinâ ceteros quotquot novi, ita antecellis, ut non solùm ex agro Piceno, & Flamminia, quarum Provinciarum anceps colonus es, sed ex toto Latio, cum in omni genere virtutum, tum in hoc, quod ex literis proficiscitur, à te principe laudatissimo maximè desiderent laudari. Deinde quòd utriusque nostrum singularis amicus eras, ut nullius magis, quàm tua intersit, tantos inter nos componere (non dicam lites, aut turbas), sed animi motus. Mario siquidem ita deditus eras, & ille tibi, ut plusquam dimidium animæ tuæ eum putares. Legem amicitia in eo amando excedebas, cum ejus Scripta, tanquam libros Sybillinos æstimares. Omitto quòd crebris & maximis muneribus eum ornabas, id enim faciebas ei esse commune cum multis, quamvis non omnibus eadem mensurâ, quâ Mario metireris, non omnes cum Mario in eodem theatri gradu apud te sedebant, nec nunc aliter mihi persuasum est, quàm te cum ejus spiritu amicitiam velle producere, cujus in vita fueras tam diligens observator; me verò ipsum quantum amaveris, non vulgaribus semper ostendisti argumentis, nullum enim officii genus prætermisisti, quo non fueris in me beneficentissimus. Quoties mihi collibuisse te adire (quod perpaucorum erat) sine cubicularii officio, ut id possem effeceras. Ad penetralia non solùm domus, sed etiam pectoris tui me quàm sæpissimè admittebas, nec indignum sæpenumero putasti, ut quæ cæteris secreta essent, mihi liberè committeres; tantumque apud & tuos singulos auctoritate, & gratia valui, ut ad officiorum cumulum nulla possit fieri accessio. Neque id mihi mea virtute contigit, aut quapiam causa ex me profecta, sed tantum tuæ beneficentiæ consuetudo te admonuit, quæ talis est, ut neminem prætermittas, cui te non hospitem præstes. Age igitur Octaviane, Numen meum, mihi que vocatus

tus

LIBRIS EDITIS MEDIOL. CCCCLXXXVII

tus Apollo, pro illa singulari sapientia tua, qua omnes vincis, per eam amicitiam, quæ tibi cum Mario olim fuit, quam non decet ut frustra tibi commemoraverim, per eam fidem, & observantiam, qua te unicè colo, & veneror, & quam tuo mutuo ac miro prosequeris amore, ac benignitate. Jam tuas hîc interpone partes, jam tuam profer sententiam; neutri nostrum eris proclivior, sed tantum quod te merum animi iudicium impulerit, adhærebis. Ego enim ad utramvis partem tuo iudicio, & auctoritate confirmatus fuero, illam quam celerrimè facto comprobabo; cum ab alterius crimine (si quod erat) persuasus sim per te eadem tuâ sententiâ, eademque tabellâ me absolutum iri. Vale.

Parisiis tertio Calendas Maji, Millesimo quadringentesimo octuagesimo primo.

Num. XXXIII.

Post præcedentem Epistolam Ludovici Mondelli ad Octavianum Ubaldinum, extat sequens responsio :

Octavianus Ubaldinus Fratri Lodovico Mondello Doctori Theologo, S. P. D.

A Mabam te antea, Lodovice Mondelle; tum quia tua me ductum indole non decepisti, proptereaque te mihi familiarem semper habere volui; tum quia postquam mihi satis familiaris factus es, in dies videbam non mediocres virtutes in te nasci, adolescere, & perfectas fieri, cum tu neque laboribus parceres, neque studia remitteres, ut magnis Principibus, gravibusque negotiis dignum te virum præstares. Nunc verò ob pietatem tuam, quæ & ipsa insignis, & in amicum communis est, ita in amore tui accensus sum, ut de te ornando quantum possim cogitem, ne frustra apud me, quod semper studui, aliqua egregia virtute quispiam fuerit usus. Quid enim te officiosius, qui cum amicitia inter vivos sit, tu etiam à functis eam non separas, & cum iis, qui nobis benefecerunt, paria, aut aliquantò majora beneficia reddere soleamus, tu pro re mediocri accepta immortalitatem reddere comparas; nec id quidem cum mediocribus laboribus curas, quandoquidem ex intimis Galliarum partibus, ad Agrum usque Picenum propter eam rem nuncios ad me miseris; cum tamen in ambiguis rebus amicorum consilium, sive iudicium exposcis, non possum tuam non laudare Sapientiam. Nemo aliter, quam tu, sapiens fecisset; quanquam enim ita gratus, & pius esse cupis, ut tuo exemplo alios quoque ad gratitudinem excitare possis, tamen dubitas, ut plerumque solet, ne ea in re quippiam impiè committas, cum proximè virtutem sæpe vitium consistat. Et quidem quia, ut scribis, meum iudicium exposcitas, nullo hîc te pacto fluctuare permittam; quid enim, me iudice, obstiterit quo minus parte (potius *per te* dicendum arbitrarer) Marius æternitatem adipiscatur, cum & ibi insignis pietatis laus inde comparanda sit? Optimum hoc censeo, ex quo utriusque nomini consulitur, omnibus verò, qui inconstantia te criminarentur, hoc responsum esse velim: in pertinaciam nomen constantia mutari, cum quis perstiterit ubi consilii mutationem ratio suaserit. Essetne aliquis sapiens, nisi ad tempora, & ad hominum utilitates sua consilia accommodaret? Nonne Deus ipse menses, dies, & momenta variavit, ut ad opus suum pertinere cognovit? Non etiam id me moveret, quod de callido rerum æstimatore, & libri elegantia ad me scribis; non enim latet, viros sapientes, unius privati hominis usui opus dicendum, & quasi intra domesticos parietes reponendum non tantâ curâ elaborari decere, quantâ solet quod universitati hominum, & quasi in arce Minervæ fuisset locandum. Utrique enim operi sua præcipua laus est, quia dignitatem eorum, quæ accidunt, servat; hoc autem iudicium meum non parum ex Octaviani Augusti iudicio confirmatur, cuius auctoritatem non parvi momenti esse duco; maluit enim Imperator iustissimus Virgilii Æneidem servatam esse, quam igni perire, quamvis non dubiis verbis in ultimis tabulis mandasset Maro, flammis eam aboleri. Non enim censebat, inter cætera, cuiusquam præclari viri cum suo Auctore opus debere extingui. Curabis igitur Ludovice Mondelle, vel solum propter hoc ipsum omnium amore dignissime, ut animo concepisti (nec te ulla avertat suspicio) Marium nostrum in Occidente, & in ista Parysiorum Urbe, quasi Orbis terrarum, arce illustrare. Ego verò hîc apud nos eidem non deero; dignus enim est, ut vivat, quandiu vixerint homines, quorum utilitati, & usui multa comparavit. Gravi etiam censura censendi nos essemus, si tanta per eum messe comparata, ejus fructum admitteremus, (fortasè *amitteremus*) & posteris nostris transmittendum minimè laboraremus. Vale.

Urbini, tertio nonas Julii, MCCCCLXXXI.

Post

CCCCLXXXVIII EPISTOLÆ PRÆFIXÆ

Num. XXXIV.

Post Epistolam Ludovici Mondelli ad Octavianum Ubaldinum, & aliam Octaviani Ubaldini ad Ludovicum Mondellum, extat

Marii Philelphi (a) artium, & utriusque juris Doctoris, Equitis aurati, & Poëta Laureati ad religiosissimum Patrem, sapientemque Theologum Ludovicum Mondellum Mediolanensem ex Seraphico Minorum Ordine Præfatio in novum Epistolarium.

DE creveram jamdudum aliquid edere, quod epistolari succurreret officio; videbam enim plerosque viros etiam doctos parum hac in re temporis consumpsisse; perindeque nostræ conduxisse tempestatem, ac si nihil elucubrassent. Nam ubi Cicero inquit, Epistolarum multa sunt genera, qui sunt aded curiosi, qui nostris hominibus, quot, aut quæ sint ea genera declararint? Quod autem hoc expressione in omni re funditus cognoscenda sit opus, Græci pariter, & Latini docuerunt, qui cum artem bene dicendi fuere descripturi, à generibus causarum initium quæsierunt, ut intelligeretur prius de materia, quàm de forma, prius de quo dicendum esset, quàm quomodo dici conveniret. Nisi enim hominem esse constet, frustra bonum, malumve dicimus esse. At mihi, & voluntati nonnunquam hac in re plurima, & diligentius tum apud Libanium Pelasgum epistolandi officiosissimum, tum apud alios utriusque linguæ peritissimos inquirenti, sunt octoginta Epistolarum scribendarum inventa genera, ut nihil jam ad epistolandum sit reliquum, quod hic numerus non complectatur. Nam & publica continet, & privata, & quæ toga, quæque bello transiguntur, & quæ quomodo foris ac domi, cum amico aut hoste, lite, concordia, amore, odio, re, verbo attemptantur, dicuntur, atque fiunt. In totidem hæc redegi titulos, & ut ad epistolandum paratior sit accessus, stilorum differentes nactus sum, progressus, sub quibus nunc familiarem pro mediocri stilo, nunc familiarissimam pro infimo, nunc Titulus quisque gravem pro stilo altiori præferet, exempli gratiâ: Dum hæc meditamur, opportunè tu nobis occurris Ludovice Mondelle Vir humanissime, clarissimeque Theologe, rogâque, hoc opus tibi dedicem, sed ea quidem lege, ut in alterius non perveniat manus. Aperis enim tuam mihi mentem, ut copias tam assiduè in eo percurrendo versari codice, ut quem imiteris in epistolando delegisse videaris. Quod exorâisset vix ab me quisquam alius; impetras, ut si quando publicæ, communique voluero multorum necessitati conducere, aliud aliàs efficiam eisdem titulis opus; nequeunt enim Mario in eisdem generibus vel inventiones deesse, vel verba; nunc librum hunc titulo dem. Eum ut solus assequaris, liberiùsque teneas, ac magis habeas familiarem, propriis exscripti manibus, & ne ullum vel me penes, vel alium operâ meâ, largitioneque sit exemplar, prototypum hoc, unicumque hæctenus volumen tibi designavi, atque tradidi. Adhibebis ei tanto majorem ergo fidem, quanto majore in hoc edendo erga te fui caritate pro ea, qua visus es, atque non vulgaribus argumentis esse in me benivolentia. Quod si quid inter legendum percurres non omnino excultum industria, elaboratumque ingenio, adscribes temporis brevitati, qua centum circiter ac quadraginta chartas latiores coëgisti infra dies viginti perstringere, quibus & nonnihil audiebas, & aliis etiam negotiis domi, forisque nos oportebat vacare. Possunt & discursus intervenisse calami, quos errores aliquando inter itinerandum corrigemus. Ut autem ad epistolandum commodiùs & magis accedas tempestivè, quædam artis rhetorices præcepta descripsimus cum exemplis, priusquam ad epistolarum titulos descenderimus. Nec omnia quidem Aristotelis, Ciceronisque monumenta secutus hîc sum, sed ea dumtaxat, quæ visa mihi in tuum usum necessaria. Aliud est enim veterem, aliud hujus ætatis Oratorem se velle; aliud in foro inter causarum strepitus, aliud in Conciliis Pontificum, coronâque auditorum versari; reliquum est, ut si quid me tibi plus esse usui dueis, assiduè me putes æquè uti posse ac te ipso, si satis est; me tamen semper ames, semper memineris id obsecundasse tibi, quod nemo alius sine summa difficultate consecutus esset. Vale.

Ex Urbino, sexto Idus Februarii, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

ANNO

(a) De Marii Vita, & Operibus literariis, vide Histor. meam ad annum memoratum MCCCCLXXXIV.

ANNO MCCCLXXXVIII.

Num. XXXV.

Ante Opuscula D. Thomæ Aquinatis .

*Ad Reverendissimum in Christo Patrem, & Illustrissimum Dominum Dominum Ascanium
Mariam Sfortiam Vicecomitem Tituli S. Viti Diaconum Cardinalem, ac dignissimum
Bononiæ Legatum Apostolicum, Fratris Pauli Soncinatis (a) Ordinis
Prædicatorum vitæ regularis in Opuscula Divi Thomæ
Aquinatis ejusdem Ordinis Proæmialis Epistola.*

Qui gratulatum ad te veniunt, Reverendissime Pater Ascani, ob felicem, faustumque, ac fortunatum in Patriam reditum tuum, qui non gratus modò Mediolanensium Reipublicæ, sed jucundissimus fuit, amplissimis muneribus te afficiunt, & se, fortunaque suas cumulatifsimè pollicentur, per inde ac argumentum, & suæ erga te fidei maximæ, tum etiam dignitatis, & majestatis tuæ; quum enim intelligant, quantum auctoritate valeas atque consilio apud omnes Italos, & extrarios Potentatus, tum in primis apud Innocentium Pontificem Maximum, & Johannem Galeatium Mariam Vicecomitem Sfortiam pro magnitudine animi tui, pro fide, pro acrimonia, pro virtute, qua polles, nil antiquius ducunt, quàm te sibi benivolum, defensorum, & patronum efficere. Cogitanti autem mihi, diuque animo volutanti, quid tua gloria, illustrique ac excelso illo animo tuo dignum offerrem, non gemmæ, non aurum, non opes, non extrinseca hæc, quæ fortunæ bona Crisippus, ac Diogenes, viri & philosophi, & sapientissimi appellarunt, in mentem venire, quòd cum extremæ paupertati memetipsum voto ascripserim, ut cælestem illum Dei Optimi Maximi Filium, qui suo nos sanguine diluit, faciliùs sequar; tum quòd sciam, iis te labentibus bonis majorem in modum affluere, & ea de te bene meritis facillime elargiri; res enim istæ, quas terra gignit, fluxæ ac fragiles sunt, & quæ fortunæ imperio facillime dilabuntur, nec divitiarum, ut ait Solon, ullus est terminus. Inter cogitandum verò, præclara quædam offendi Divi Thomæ Aquinatis Opuscula, hominis profectò vita sanctissimi, & Græcè item eruditissimi, ac Latine. Habent ii Codices quicquid est ad Christianam Fidem tuendam, illustrandam, & amplificandam accommodatum; errores verò ita deturbant, refellunt, eliminant, & explodunt, ac rursus prima Christiani nominis rudimenta sapienter aded, castè, integrò, ac graviter docent, ut nil melius, nil sanctius, nil divinius, nil dignius tua sublimitate aut dici, aut excogitari queat. Adde, quòd Principem perquam magnificè Thomas instituit, habetque nihil aut diminutum, aut intactum, aut obscurum, quod Principis gloriæ, splendori, ac ornamento possit accidere; est enim Duci necessarium, scire quibus artibus tueri possit imperium, & quæ ad rectam gubernandi formam, ad mansuetudinem, ad justitiam, ad magnanimitatem, ad gloriam spectant: quid Regem separet à Tyranno: quæ deforment scelera: quæ virtutes clarum efficiant: & quomodo se possit cunctis gratum, benivolumque præstare, quod ex iis facillè commentariis animadverti potest, quæ Thomas Regi Cyprio dedicavit. Videmus certè per omnem ætatem ideo labefactatas Regias Urbes, collapsas, dirutas, & everfas, quòd ea Principes ignoraverint, aut neglexerint, sine quibus gubernari populus haudquaquam valet; quum enim sit homo liberale ingenium à natura consecutus, quis dubitat alterum alterius nec servum esse naturâ, neque mancipium, sed liberos omnes homines à Deo Optimo Maximo conditos, ut suo quisque pro arbitrato & discere possit, & facere. Solus est Deus, qui admirandam hanc Orbis machinam, incredibilemque ornatum, qui Angelos, sydera, homines, elementa, & omne, quod fuit, aut est, aut fiet, non ex atomis, ut Democritus putat; non confusis ex partibus, ut sentit Anaxagoras; non lite & amicitia, ut Empedocles; at suoapte creavit arbitrio, quum nihil prius extaret, & summa quadam, ac singulari providentia semper est moderatus, si Orpheo credimus vetustissimo Poëtarum, si Aristoteli, si Græcis omnibus, ac Latinis: quamquam Epicurum post Democritum constet, providentiam abnegasse; sive id effecerint, ut homines excitarent ad veri investigandi cupiditatem, sive ut posthabitis Sibyllarum, & Sophorum, ac Prophetarum oraculis, nomine suo constituerent disciplinam. Sub hoc uno, & eo cælesti, ac sapientissimo Imperatore vixissent quietissimè summa cum lætitia, & oblectatione, cuncti mortales, nisi spreta ea lege, quam promulgaverat, nefariis sese criminibus ascripsissent. O fortunatam illam ætatem! o aureum tempus! quod veteres regna Saturnia nuncuparunt;

(a) Pauli hujus Soncinatis Vitam scripsit Isidorus Isolanus, ejusque memoriam inserui in Hist. mea Literaria ad hunc annum, utpote de Typis nostris benemeriti, cum *Sermones etiam S. Vincentii Ferrerii* in hac Metropoli eodem anno imprimendos curaverit, quibus præmisit Epistolam *ad Reverendum Patrem, Fratrem Calabrum Ordinis Prædicatorum, in utraque Lombardia Vicarium Generalem*, sed ne illam exscriberem, dum exteras Bibliothecas lustrarem, angustia temporis obfue.

cuparunt; quid enim foelicus excogitari, aut fieri potest, quam justissimo æterni illius Judicis principatu, qui est etiam indulgentissimus pater, quique hominum cogitatus, & omnia, tum dicta, tum facta cognoscit, disponi, vivere, gubernari: non lites, non discordias, non similtates, non odia, non hostium timorem, non homicidia, non factiones, non rapinas, non adulteria, non cædes, non invidias, non mœrorem, non gemitus, nil turpe, nil funestum, nil tetrum, nil inhumanum, sed læta omnia, perjucunda, tranquilla, dulcissima, plenaque pacis ac gaudii conspexisses. Tanta verò potestas, & tanta vis inerat homini, ut nec æstu dissolvi posset, nec gelu coangustari; at cunctis tum brutis animantibus, tum volatilibus cæli, tum piscibus, & elementis ipsis, ne sibi quovis obesset modo, donaretur. Sed, prohi dolor! deliquit primus ille Adam parens noster, & Dei Legge neglecta, in eas, quas modò patimur, calamitates, humanum genus advexit. Hinc oritur dominandi libido, & quum ante communis omnium esset una possessio, propria sibi quisque tum prædia, tum suppellectilem, tum domos ut nancisceretur elaborabat. Inter ejusmodi autem rerum distributiones, quum difficilis esset electio, & tumultu omnia repleverentur, creati sunt Reges, quorum imperio jus suum quisque servaret. Quibus ex rebus animadverti quàm facile potest, justitia & æquitate non custodiri modò imperium, verùm etiam augeri, at eorum contrariis debilitari, exinaniri, & penitus interire; posthabita enim, neglectaque, & omnino prætermissa justitia, nemo Rex, nemo Imperator, nemo Dux, nemo Princeps, sed Urbis everfor, Patriæ incendium, & exitialis quædam flamma æstimari debet; nam ut spectatæ fidei viros, quamquam sint humili aut loco, aut familia, aut genere oriundi; ad imperii dignitatem evexit Deus; ita in eos animadvertere gravius solet, quibus nec Reipublicæ, nec legum, nec jurisjurandi, nec foederum, nec justitiæ, nec religionis ulla est ratio, sed omnia, quæ dixerint, aut fecerint, ad privatam utilitatem, & commodum referunt suum, quod præclare apud Homerum scribit Eumenius:

*Non amat injustos homines, qui jusqua piunque
Ornat honore Deus.*

Justus enim est Dominus, & justitiam dilexit; æquitatem vidit vultus ejus. Et iterum habes: Diligite justitiam qui judicatis Orbem. Iis autem, qui odio vel amore & humanarum rerum cupiditate pellecti contra jus egerint, ablaturum se quod dederat gratis, imperium comminatur, quod exemplis est multis, variisque apertum, atque conspicuum. Quis enim Latina & Græca Historia vel mediocriter doctus nesciat, principio Gentium apud Assyrios Nembrotidem Belum regnasse, cui Ninus, ac Semiramis alto mulier animo & excelso, tum etiam sex supra terdenos Imperatores, annos quatuordecim & mille ducentos summa cum dignitate & gloria successerunt? Quorum profectò si res gestas, & ornamenta virtutum percurrere attemptavero, non epistola mihi, sed conficiendus est liber. Illud tamen non omiserim, quòd quum prius Assyrios tantum, omnem demum Asiam fortitudine, consilio, liberalitate, doctrina suo imperio subegerunt, ut sempiternum illud futurum existimarim, nisi cum Sardanapallo simul probitas interisset. Quid Agatoclem? quid Antiochum? quid, præter injustitiam, Dionysios Regno exegit? Taceo Darios, Cyros, & omnes tum Persarum, tum Medorum Reges; quamquam Artaxerses silentio non involvam; is ut erat Princeps bene animi instituti, ne justitia aberraret, quam thesauris omnibus chariorem habebat, Satibarzanæ Cubiculario, injusti quiddam petenti, triginta millia Daricos ex suis dari constituit, esse malens pauperior, quàm injustus. Quid Athenas evertit, urbem in Græcia florentissimam, ac tot tantisque illustribus viris ornatam, nisi quòd justissimas Solonis leges deseruere? Lacedemon urbs quondam opulentissima, quamdiu Lycurgicas leges confirmatas Apolline Delphico ad unguem servavit, non modò Europæ, sed Asiæ quoque & Africae ornamento fuit, & auxilio singulari. Quid Romam ipsam Orbis decus prostravit? nisi legum violata libertas. Si enim quæ ediderat Numa Pompilius, vir imprimis religione ac sapientia præstans, instituta servasset; si Opie, si Cinthiæ, si Aquiliæ, si Clodiæ, si Corneliæ, aliarumque apud eos legum fuisset ratio, extaret certè Romana Majestas. Nam quum essent Romano populo nec vires, nec pecuniæ, nec opulentia rerum, virtute, ac industria, optimisque disciplinis, & artibus, nedum Italiam, sed Europam omnem, & Africam, pluresque in Asia potentatus tributarios effecere. Qualis Carthago totius Lybiæ unicum decus? Qualis Mythridates Vir mari, terraque potentissimus, cui, Appiano Historico teste, peditum ducenta & quinquaginta millia, equitatus perquam grandis, quadringentæ verò ex propriis suberant naves, & magnitudo imperii ad viginti stadiorum millia protendebatur? Nil profectò utilius Reipublicæ extimabant, quàm posthabitis rebus omnibus cum publicis, tum privatis, religionem ac justitiam colere, quæ, ut inquit in Æthycis apud Aristoulem Euripides, hespero, ac lucifero, ac syderibus aliis longè clarior est, quæque sola homines Deo proximos facit; ut enim Sol oculorum, sic justitia lumen est cordis humani: qua sublata everfaque, nulla constare civitas potest. Vides, quanto cum dedecore, ac jactura per univèrsam Orbem vagentur Hebræi, pulsi regno, ac sedibus suis ob eam animorum immanitatem, & omne flagitii genus, quo Deum ipsum, & ejus leges neglectui

tui habuerunt. His & aliis multis, quæ excellens illa ingenii tui vis recognoscet, docuit Thomas noster, quid utile, quid honestum, quid expediens, quid opportunum, quid prosequendum, quidve Principi fugiendum sit. Quum enim Illustri Aquinorum Comite natus esset, decuit ut hæc de Regimine Principum instituta doceret, quæ singulari sapientia sua excogitaverat, quæque ex Latinis, Græcis, ac Barbaris doctissimis Viris, & Philosophis cognovisset. Quippe solent Imperatores de rebus imperatoriis disputare, de rhetoricis oratores, de anthidotis medici, jureconsulti de causis, & postremò quam quisque artem imbiberit, ea summopere delectatur. Tibi ergo, Reverendissime Antistes, qui & invictissimo, & excelso, ac ingentis animi Duce Francisco Sfortia natus es, qui etiam Sacrosanctæ Fidei nostræ Cardinalatus officio summa cum laude fungeris, Thomas de Regimine Principum jure dicandus erat, in quo progenitorum tuorum, & urbis Mediolani, cui tot annos felicissimè imperarunt, valeas gloriam, quasi posita sit ante oculos, intueri. Memoriam proditum est, septingentas fuisse in Italia urbes, quamquam pluribus igni, ferroque, ac vetustate absumptis extent nonaginta vix supra ducentas, quibuscum omnibus Mediolanum, & multitudine populi, & rerum omnium ubertate, quæ ad humanos usus necessariæ sunt, & gestis cum bello, tum pace, insigni cum gloria rebus certare possit. Eversas in Ethruria quamplures urbes videmus, Populonium, Lunam, Vulturnum; in Flaminia Adriam, quæ Mari Adriatico nomen dedit: Romam verò, & Corinthum, & Siracusas ad exinanitionem venisse, conspicuum est; at Mediolanum nobilitate, divitiis, gloria, domibus, atque potentia tantum florere, quantum antea unquam. Sive enim temporibus Assueri Persarum Regis, sive antea Trojanum excidium, ut Decio Auxonio placet, sive à Gallis, ut Trogius, & Livius Latinæ pater Historiæ tradunt, Mediolanum conditum sit; constat apud probatissimos Auctores, eam urbem per Scipionum tempora usque ad hanc nostram ætatem virorum numero ceteras antesse. Quam multitudinis continuationem ideo perdurasse crediderim, quòd sit Mediolani incredibilis quidam, ac felix Cælorum influxus, aëris verò tanta temperies, & ager aded ferax, ut nil illis ex rebus deesse huic urbi existimem, quas in ædificandis civitatibus, considerari, & eligi oportere docuit Thomas. Adde, quòd Imperatores Trajanus, Maximianus, Theodosius, Constantinus, Viri & probitate clarissimi, & ingenio, Mediolani, quoad per occupationes licuit, habitarunt. Postremò autem invictissimus ille Franciscus Sfortia Vicecomes genitor tuus, itemque clementissimus, & magnifici animi Dux, ea omnia cogitavit, ac fecit, quæ ad illustrandam urbem, felicilandas cives, augendos, exaggerandasque fortunas salubria sunt; nociva verò, & pestilentia quoad poterat propulsavit, atque justitiam ita coluit, ut omnis non modò Mediolanensis populus, verum exteri etiam Reges, & populi vita functum Franciscum Sfortiam unice diligant, & singulari benivolentia prosequantur. Et ne Historiam texere videar, fuit ejusmodi vir Franciscus, & imperator, qui de fide cum Attilio Regulo, cum Bruto, & Fabritio de justitia, de majestate cum Æmilio Paulo, de clementia cum Metello, de re militari cum Gneo Pompeio, cum Cæsare, cum Pyrro, cum Scipionibus, & tandem cum omni antiquitate, & priscis illis ita de universæ virtutis laude contendere possit, ut nihil ad decus ei, nihil ad gloriam deesse putem. Quem si imitabere, ut facis, Reverendissime Præsul, tantum es tuo nomini laudis adepturus, ut nulla unquam de tua gloria fileat ætas, nullumque seculum, & nulla tempora conticescant. Vocavit te Dominus in Ecclesia Sancta sua, vocavit, inquam, ex tot tantisque viris, quos nostri dies videre, ut sis quoddam probitatis exemplar, & lucerna posita in excelso, ut Christi nomen defendas, ut afflictis compatiare hominibus, ut miseros erigas, & tuearis Christiani nominis dignitatem. Recordare, te illum esse, in quem universi oculos conjecerunt. Recordare, te Franciscum Sfortia natum, piissimo ac justissimo Principe, & bene de Christiana Republica merito. Recordare, quòd primam post Summum Pontificatum adeptus es Dignitatem, primam sedem, & primum locum, ut per te conservetur, vendiceturque ab interitu Sacrosancta Religio. Ut enim Paulo, & Atheniensi Dionysio testibus, in cœlesti, felicique illa patria, quam Græci Paradisum appellant, nonnulli Angelorum in ministerium missi sunt propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, alii Deo Optimo quasi familiares assistunt, ita instar illius constituitur Ecclesiastica Hierarchia, ut alii quidem baptizent, alii doceant; Cardinalium verò sit, atque Pontificis, ea decernere, quæ ad amplificandam, erigendamque Fidem cognoverint profutura. Videbis etenim in his Thomæ Opusculis, quot deliramenta, quot somnia, quot errores, cum per universum Orbem, tum imprimis apud Græcos filius proditoris, ac Sathanas, & antiquus colluctator ille disseminavit. Nam quum sit mendax ab initio, nil loquitur vero cohærens, & invidet semper nostræ foelicitati, conaturque tum voluptatibus, tum blanditiis, tum fragilibus iis, ac labentibus bonis humanas fallere mentes, & erratibus adimplere. Difficillimum quippe dictu est, quantopere naufragarit Christiana Religio turbulentissimis agitata fluctibus, & procellis. Sed scio, futurum esse, ut sit æterna. Quàm me delectat illud in Evangelio: Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua. Et rursus: Ecce, inquit, ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Non defuere, medius fidius, qui adversarentur Evangelio, & Prophetis. Extant Arrii deliramenta, quæ usque aded per omnes Ecclesias sese, quasi virus ac labes, & pestis quædam, diffuderant animorum, nisi Athanasium, Eusebium, & Hilarium

rium Divinæ legis, ac Scripturarum eruditissimos homines illa tempestate Deus Optimus suscitasset. Mitto Sabellium, Nestorium, Pelagium, Macedonium, Apollinarem, & alios non dissimiles, quorum errata quàm sapienter abstulit Thomas. Quatuor verò in rebus à nobis Græci dissentiunt, non Gregorium Nazianzenum, non Chrysoſtomum, non Basilium viros graves, & optimos, at semetipsos secuti. Quum enim in una, & ea Divina simplicique Natura tres esse Personas dicamus, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, quarum altera, idest Pater, Filium gignit, & rursum Pater, & Filius Paraclytum spirant; arbitrantur Græci non esse à Filio Spiritum Sanctum. Dicunt præterea, Romanum Pontificem super omnes homines nec haberi, nec esse Vicarium Christi; Eucharistiam verò haudquaquam in azymis confici posse; & quòd ex utraque corporibus animæ scelerum pœnas luant, omnino inficiantur. His hæresibus occurrit Thomas, quem æquè, ac Peripatetici Aristotilem, Zenonem Stoyci, Achademici Socratem, Erchefylam, atque Carneadem, sic Theologi omnes, qui rectè sapiunt, & præceptorem, & principem, & doctorem suum appellavere. Ita enim Scripturas interpretatur, ita hæreticos fudit, ita errores abstulit Thomas, ut quondam Alcides, cum terræ, tum æquoris fera portenta, quem Jove natum Poëtæ dixerunt; atque Pontificis partes, & jura ejus imperii vehementibus illustrium virorum auctoritatibus, ac validis rationibus adeo sapienter, doctèque protegit, ut nil melius, nil Romano Præsuli gratius, nil jucundius fieri possit. Sciebat enim, non solum se sibi, sed & patriæ, & Religionis gratia ortum esse. Secuti Thomam Joannes Andrea, & plerique Pontificii juris Interpretes, hac in causa, non minus sunt eruditè, quàm graviter commentati. Profert imperium Pontifex super Garamantas & Indos, omnibusque in terris, quæ sunt à Gadibus usque Auroram & Gangem, & postremò qui Lybiam, Ægyptum, Arabiam, Mediam, Persidem, Assyriam, Thraciam, Beotiam, Thessaliam, Illyricum, Galliam, Hispaniam, Germaniam, Pelloponesum, Italiam, & quicquid terra marique cingitur, colunt, Romani debent Pontificis institutis ac legibus semper obtemperare. Qua in re quantum debeat Thomæ Romana Sedes, Pater observandissime, judicem te constituo, qui & Canonum sapiens, & excellenti ingenio, & prudentia singulari, & optimis es disciplinis ornatus. Quum enim ab ineunte ætate sacris esset initiatus, & altum illud cor tuum, atque magnificentum intelligeret, ita sapientiam & Religionem sibi mutuo, cohærere, ut altera sine altera esse non possit, totum te literis tradidisti, veteres illos Principes imitatus, qui & Rempublicam, & exercitum, & Sacrorum ritus ita moderabantur, ut nil sibi ex studiis deperiret. Sic legimus, Augustum, quem Senatus, Populusque Romanus per Valerium Messalam patrem patriæ appellavit, eloquentiam, & studia liberalia à teneris annis cupidè, & maximo cum labore, & industria exercuisse, usque adeo, ut Mutinensi Civili bello, quod ei adversus Marcum Antonium erat, in tantis rerum difficultatibus, & legisse, & scripsisse illum, ac declamasse quotidie ferant: Gajum Julium Cæsarem, inquit Cicero, elegans, splendidum, atque magnificentum & generosum nescio quod habuisse dicendi genus. Quare datâ Marco Varroni curâ, Græcos omnes, atque Latinos, quos maxime potuit, præclarissimos Auctores pretio comparavit. Omitto Cornelium Fabium, Lucium Lucullum, Ptholomeum, Catones, Scipiones, Æmilios, Hortensios, Scevolas, viros Consulares, Prætorios, Senatores, Patritios, ne omnia superioris illius ætatis lumina commemorem. Enimvero Principem decet Studiis Literarum ornari, ut sciat quod bello, quod pace agendum sit. Adde jucundissimos scientiarum, & uberrimos fructus. Extant Philippi Macedonis ad Aristotilem literæ, quibus non tantopere gratulatur, quòd natus sit Alexander, quàm quòd Aristotelica tempestate illum nasci contigerit; sciebat enim fieri non posse, quin eo præceptore in virum evaderet sapientissimum atque philosophum, ac veræ philosophiæ nitorem jungeret, munditiamque sermonis, quorum altero doctè sapimus, altero politè loquimur & ornatè, quibus rebus non video quid optabilius, quidve divinius dari possit in hominum vita. Hanc dicendi elegantiam ita post jus Pontificium es, Reverendissime Pater, adeptus, ut nitida sit & exulta tua oratio, splendida quoque, & ornata, & gravis, quas ob res non vulgarem tibi gloriam comparasti. Quæ quum ita sint, non poteris hac Thomæ Aquinatis lectione non oblectari, qui non errores modò determinat, sed omni de re, tum humana, tum angelica, tum divina sapientissime scripsit. Sive enim quid cælum, sive quid Deus, sive quid anima sit, inquiris, affatim uberrimeque reperies. Omnem certè philosophiam, & universa, quæ Theologi disputant, iis Thomas in Opusculis est complexus. Quicquid ad Divinam illam attinet, simplicemque naturam, quantum homini fas est in humanis agenti, vehementissime disputavit, & accurate conscripsit. Tum ipse cognosces quàm argute susceptis ex philosophia rationibus probet, unicum esse ac sempiternum Deum, qui universam hanc Orbis molem effinxit, sicut philosophi omnes Pithagorici, Stoyci, ac Peripatetici tradidere; qui verò Deorum pluralitatem introduxerit, is nec summum bonum, nec optimum, nec perfectissimum Deum esse, concedat necesse est. Cognosces præterea illas omnes ineptias, quæ à veteribus de animorum substantia dictæ sunt, aut scriptæ, quorum aliqui, ut Marcion, quem secutus est Manichæus, nihil aliud esse animam putant, præter nescio quam portionem Divinæ naturæ, infusam desuper fragilibus iis corporibus hominum, quasi Deus & dividi possit, & separari in partes. Sanguinem cordi suffusum esse

esse animam, Empedocles arbitratur: Hyppocrates tenuem spiritum: Galienus armoniam, & ne sim tibi fastidium allaturus, Xenophanes, Herachlitus, Xenocrates, primique illi philosophi deliramenta plurima somniarunt, quæ ita refellit Thomas, ut nil possit doctius extimari. Recognosces quanta vis syderibus insit ad peragendos meatus suos, & astrorum affectionem valere ad quasdam res plurimum, ad quasdam autem nihil; quippe cœli, ac causarum omnium series, quam à veteribus tum Historicis, Poëtis, tum Oratoribus, tum Philosophis fatum appellatam invenimus, quale est illud:

Servis regna dabunt, captivi fata triumphos,

& rursus:

— — — *præceps agit omnia fatum;*

possunt equidem nos ad aliquod aut scelus, aut virtutem proclives efficere; necessitatem verò inferre non possunt, quod Romani pater atque illustrator eloquii Cicero in eo (*libro*), qui est de Divinatione, perquam eleganter edocuit. Stylphonem, inquit, Megaricum physicum, acutum sanè hominem, & probatum temporibus suis scribunt ipsi familiares, ebriosum fuisse; quam vitiosam, corruptamque naturam voluntate, studio, ac disciplina sic domuit, & compressit, ut nemo unquam vinolentum illum, nemo ebrietatis in eo vestigium viderit. Huic cohæret vulgatum illud proverbium astronomi Ptholomei, quod jam per omnium ora versatur: Sapiens dominabitur astris. Quid plura commemorem? Quid Thomæ laudes prosequar? quas si delibare voluero, non dies mihi, non animus, sed mea in eo prædicando consumenda est ætas. Quis enim philosophiæ tum naturalis, tum ethicæ, tum divinæ reliquas partes admirabili quadam & arte, & ingenio iis in Opusculis coartavit? Nam de naturæ principiis, quæ materia & enthelechia ab Aristotile dicta sunt, de fortibus, de motu cordis, de loco, de tempore, de articulis Fidei, de sensu, de intellectu, quem unum & eundem omnium hominum Averroës Cordubensis existimavit, magnopere disputat. His addes Thomæ religionem, ubi summa laudis constituta est ratio; quum enim animadverteret, Deum ideo nos fecisse, ut cultus ei, honores, ac preces adhibeamus, ita omnem ætatem suam Domino consecraret, ut difficillimum cognitu arbitrer, plusne doctrina, an religione valuerit. Nil optabilius ei, nil charius, nil amabilius, quam dies ac noctes studere, legere, disputare, sentire ac loqui de Deo, & omnes actiones, & cogitatus suos in Deum referre. Quanta verò fuerit illi probitas, quanta fides, quanta in Superos benivolentiæ magnitudo, quæ apud Pontifices, & apud Italos, externosque Potentatus auctoritas, nemo est, Pater observandissime, qui ignoret. Atque constantiam, frugalitatem, consilium, mansuetudinem, clementiam, fortitudinem, temperantiam, & id genus, quas desuper virtutes acceperat, facilius est admirari, quam dicere. Leges igitur Opuscula Thomæ nostratis, postquam divina laude absoluta per otium tibi licebit; leges & epistolam hanc, Pater optime, quasi pignus fidei, & amoris erga te mei; est enim à viro licet inerudito, cupientissimo tamen, & observantissimo dignitatis tuæ. Spiras certè oculis, facie, vultu, moribus, ac sermone, cum in iis perquam humane recipiendis, qui te adeunt; tum rebus in omnibus eam benignitatem, clementiam, dulcedinem, venustatem, quæ omnium ad te animos trahere, & præcipua devincire benivolentia queat. Quocirca charus es omnibus, ac jucundus. Prætulerim ego clarissimorum hominum gratiam amplitudini divitiarum, corporis viribus, formæ, ac ipsi demum imperio. Quum enim nihil excogitatum sit à natura præstantius amicitia, quid scilicet in humanis accidere potest dignitati tuæ, quam in omnes homines cumulatio meritorum? & contra, singularis erga te omnium amor. Tum vero quamquam ab illustrissimis parentibus tuis Francisco Sfortia clementissimo Principe, & Blanca Maria Vicecomite fuxeris, & ebiberis pietatem; hæc tua tamen in Patriam remigratio, signum est & amantis, & bene animi instituti. Romæ enim ad Pontificem aberas, quum frequentibus es literis certior factus, invictissimum Ludovicum germanum tuum, virum, certè consilio, magnanimitate, prudentia, acrimoniaque, & præcipuis animi dotibus exornatum, advertam valetudinem incurrisse, usque adeo, ut humanis excessisse illum rebus, dicerent multi, & existimarent. Quam exacte, quam pulcre loquitur Maro tuus:

*Fama malum, quo non aliud velocius ullum
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.*

His cognitis, quamquam es diu fratris ægrotationem illachrymatus, percunctandum tamen haudquaquam existimasti; nec Urbis Romæ majestas, nec dulce Pontificis contubernium, nec amplissimus Cardinalium Senatus, nec ulla denique res effecit, quominus Mediolanum incredibili cum itineris difficultate venires, ut dulcem Patriam, quæ vitâ ipsâ tibi charior esse debet, ut ægrotantem Ludovicum amplexarere, ac Joannem Galeatium Ducem, nepotem tuum adolescentem, firmissimis, tutissimisque præsiidiis conservares. Quid multa? Te totum, & omnes cogitatus tuos ad juvandos, tutandosque homines transmisisti, quo nil melius à natura mortalium generi est tributum. Hæc tua, dignissime Præsul, humanitas, hæc tua mansuetudo reluctantem etiam animum meum, ut ad te scriberem, invitarunt.

Nec abhorreas, quòd non sit Thomæ tantus eloquentiæ splendor, quantum veteres habuerunt, & nos hac nostra ætate conspicimus; sunt enim aliqua, quæ nec ornate, nec splendide, nec magnifice dici possunt. Enitet plurimum in Politicis Aristotiles, ut si posteriorum Analecticorum libros evolvas, illos certe nec Aristotelicam dictionem, nec ornatum ullum præ se ferre existimabis, sed arbitrare, ab inculto & inexplorato ingenio emanasse. Nam sicut natura, & arte dicendi majestas acquiritur, ita rerum aliæ magis, aliæ minus, splendori orationis accedunt. Quamquam est ornatissimus Thomas, & decore, appositeque locutus, si ad tempora retuleris, quibus scripsit. Jacebat ea tempestate obscuro quodam loco, & jam prope defecerat oratorium munus, nisi Francisco Petrarcha clarissimo viro, Gasparino Bergomate, Laurentio Valla, Francisco Philelpho, Leonardo Arretino, & plerisque esset probatissimis Auctoribus in lucem à tenebris vindicatum. Quare parvum hoc munus, viro tamen & Principi, & Cardinali accommodatum, benignè suscipias oro, Artaxersem illum Persarum Regem imitatus, cui quum equitanti operarius quispiam manu aquam dedisset, jucundus ille, & regio quodam ac grato vultu recepit. Spero equidem, ex iis Thomæ Commentariis mirificam te oblectationem assecurum. Egi quantum vires, & ingenium, ac studia nostra suppeditarunt, ut recognita, sint apprime castigata, quamquam id fortà non fiet artificum aut neglectu, aut incitiis. Illud postremò abs te, Pater humanissime, flagitaverim, ut Prædicatorum Ordinem, in primis verò nostram hanc regularis vitæ, ac cognomenti Societatem, & memetipsum, qui te amore prosequimur, observantia colimus, & pietate complectimur, ita diligas, ames, juves, atque conserves, ut tuis erigi auspiciis possit, & favoribus illustrari, & amplificari magis ac magis, quo vitam quieti omnes, securique, ac læti agamus.

Vale fœlix, & me ut habeas commendatum, etiam atque etiam rogo. (a)
Mediolani Idibus Majis.

ANNO MCCCLXXXIX.

Num. XXXVI.

Ante Opus S. Hilarii Pictaviensis Episcopi de Trinitate.

*Reverendissimo in Christo Patri, Domino D. Guidoni Antonio Archimboldo,
Mediolanensi Archiepiscopo dignissimo, Georgius Cribellus
indignus Presbyter in Domino S. P. dicit.*

NEquo fatis admirari, Papa dignissime, (b) Religiosorum nostrorum nescio ignaviam dicam, an ingratitude in Catholicæ Fidei opinatissimos assertores, qui rem Christianam non minus exquisitissima doctrina, quàm gravi, atque eleganti oratione ita illustrarunt, ut neque sanam doctrinam esurientibus deesset quo alerentur, nec fastidiosis quo oblectarentur; nam cum Thomam Aquinatem, Joannem Scotum, Alexandrum, Ricardum, Bonaventuram, reliquamque Scholam, quam Parisiensem appellant, doctissimos sanè viros, sed à nitore Latini sermonis, elegantiaque longè remotos, vel, ut verius dicam, incultos, ac barbaros, summa ope imprimi, & infinitam voluminum copiam per orbem diffundi diligentissimè curarunt, Sanctissimos viros non minus acutos, quàm elegantes, ac doctos, sine quibus & isti, quos memoravimus, nihil essent, & Fides Catholica, quam nunc mundam, puramque tenemus, senticosis Hæreticorum decipulis etiam nunc laboraret, in situ, atque pulvere reliquerunt, sic, ut non modò eorum Opera, sed vix nomina ad nos pervenerint. Ingrati prorsus, & Christianæ disciplinæ invidi, qui id istâ negligentia effecerunt, ut non modò gentes, qui nobis hoc se præstare videntur, quòd elegantiores habentur, sed Fideles quoque delicatioris ingenii, Religionis nostræ præcepta neotericorum Scriptorum scabro, horridoque sermone attingere formident. Hoc me dicere movet Hilarius, Urbis Pictavorum Aquitanix Episcopus, cujus Opus pulcherrimum de Trinitate nuper nactus, ne tantæ Viri doctissimi vigiliæ incuriâ deperirent, manu propria transcripsi, atque ut reliquis quoque suppeteret copia, imprimi haud minimâ impensâ curavi. Sed audiant Religiosi nostri non jam me, sed Divum Hieronymum, quem Virum hæctenus contempserint; neque enim alia ratione,

- (a) Hanc Epistolam dare placuit, ut, quemadmodum præmonui ante Appendicem, Lector dignosceret, quàm futili eruditionis ostentatione paginas infarcirent docti etiam per eam ætatem Viri, qui non alia ratione commendari posse Mæcenates suos arbitrabantur, quàm rancidis vocatis in scenam antiquorum Historiis, & millies recantata comparatione virtutum cum Numa Pompilio, Marcello, Scipione Cæsare, Pompæo, ac ceteris Romanis, Græcisque Heroibus. Proinde reliquas hujus fursuris Epistolas, dignas, ut ajebam, censui, quæ tineis in pabulum relinquerentur.
- (b) De hoc Pape nomine, Episcopis olim tributo, & à Gregorio VII. Romano tantum Pontifici reservato, seriùs egi in *Dissertatione ad vindicandam veritatem* &c. Cur verò Mediolanenti Archiepiscopo Georgius Cribellus illud publicis typis renovatum addiderit, in *Hist. Literaria* ad hunc annum, conjecturas meas exposui; neque enim solus fuit Cribellus, qui obsoleto jam in Occidente hoc nomine Antistitem nostrum compelluere, cum Petrus Casola sequenti anno dicans memorato Arcimboldo Breviarium Ambrosianum, eundem honoris titulum in fronte Nuncupatoriæ Epistolæ usurpaverit.

tione, quàm contemptu, effectum suspicer, ut tot seculis incognitus jacuerit, cariei tantum
 ac tineis cibus; ait enim sic in Libro Virorum illustrium: „ Hilarius Urbis Pictavorum
 „ Aquitanicæ Episcopus, factione Saturnini Arelatensis Episcopi de Synodo Biturenfi Phry-
 „ giam relegatus, *duodecim adversus Arianos* confecit Libros, & alium *Librum de Synodis*,
 „ quem ad Galliarum Episcopos scripsit; & in *Psalms Commentarios*, primum videlicet, &
 „ secundum; & à quinquagesimo primo usque ad quinquagesimum secundum, & à centesi-
 „ mo octavodecimo usque ad extremum: in quo Opere imitatus Origenem, nonnulla etiam
 „ de suo addidit. Est ejus *ad Constantium libellus*, quem viventi, Constantinopoli porrexerat;
 „ alius *in Constantium*, quem post mortem ejus scripsit; & *Liber adversus Valentem*, &
 „ *Ursatium*, Historiam Ariminensis, & Seleuciensis Synodi continens; & ad Præfectum Sa-
 „ lustinum, sive *contra Dioscorum*; & *Liber Hymnorum*; & *Mystericum* alius; & *Commen-*
 „ *tarii in Matthæum*; & *Tractatus in Job*, quos de Græco Origenis ad sensum transtulit;
 „ & alius elegans *Libellus contra Auxentium*; & nonnullæ ad diversos *Epistolæ*. Ajunt qui-
 „ dam, eum scripsisse in Cantica Canticorum, sed à nobis hoc Opus ignoratur. Mortuus
 „ est Pictavis, Valentiniano, & Valente regnantibus. „ Item ad Magnum Oratorem Urbis
 Romæ: „ Hilarius meorum temporum Confessor, & Episcopus, duodecim Quintiliani Libros
 „ & stylo imitatus est, & numero. „ Et ad Athletam *de institutione Filie*: „ Hilarii Libros
 „ inoffenso currat pede. „ Et in secundo defensionis suæ contra Rufinum Libro: „ Hila-
 „ rium Virum eloquentissimum contra Arianos Latini sermonis tubam, ut Origenem defen-
 „ das, excommunicatum à Synodo criminariis. „ Item in Epistola de Origene legendo:
 „ Nec disertiores sumus Hilario, nec fidioliores Victorino. „ Gravissimum profectò Hiero-
 „ nymi de hoc viro, atque pulcherrimum testimonium est, sed longè gravius ipsius scripta-
 „ sunt, à quibus nihil frustra desideraveris; nam, præter materiam, qua nihil sanctius, nihil
 „ absolutius esse potest; etenim contra Hæreses ejus temporis, magnis fautoribus innixas, arden-
 „ tissima charitate invehitur; aded ut nec exilio, nec adversariorum vel conspiratione, vel po-
 „ tentia territus, calamo pepercerit; sed Fide munitus, illudque Apostolicum animo semper
 „ volutans: Si Deus pro nobis, quis contra nos? acrior occurrebat, non aliter Domino pro-
 „ batum se autumans, nisi usque ad sanguinem ingruentibus Hæreticorum pestibus restitisset.
 „ Ergo ut materiam omittamus, quæ vel titulo se ipsam qualis sit, satis superque indicat;
 „ quid de sententiarum gravitate, splendoreque, ac concinnitate orationis dicam? ita enim
 „ semper robustus, semper floribus incedit, ita sibi constans, ac propositi victor, ut nec te-
 „ nuitas interdum materie dejectum, nec sublimitas inflatum, nec gravitas asperum, nec co-
 „ pia turgidum efficiat; sed proposito semper intentus, ubique tamen suavis, ita se rebus ac-
 „ commodat, ut nullum aliud dicendi genus, quàm quod ibi est, desideraveris; etenim po-
 „ stulante materia, cui stylo ipso moderatur, nunc copiosus atque exundans, nunc brevis &
 „ circumscriptus, interdum lenis & communi sermoni similis, alius floridus, atque amœnus
 „ ingreditur, ut nec fastidium sentias, nec difficultatem agnoscas. Adde, quod nec rerum dif-
 „ ficultate superatur, nec obruitur numero, nec confunditur varietate, sed erectus semper &
 „ teres inoffenso pede incedit, ut non immeritò Hieronymus, Quintiliani dixerit imitatore.
 „ Hoc igitur tanti Viri pulcherrimum Opus, nostro labore conscriptum, nostræque operâ dili-
 „ gentissimè emendatum, quantum uno exemplari effici potuit; (neque enim amplius in tanta
 „ Urbe reperimus), ac nostra impensa accuratè impressum, tuo nomini, Præsul dignissime,
 „ dedicamus; ut quantum nostrorum temporum incuria de tanti Viri dignitate detraxit, tan-
 „ tum rependat dicatura; perspicuum enim, ac persuasum cunctis istud eminentissimum esse,
 „ quod Amplitudini deputatur tuæ. Neque hoc ob id tentamus, quod tantus Auctor Asserto-
 „ re, ut recipiatur, indigeat, quàm ne deliciores ingenio à Sacrorum Librorum lectione in-
 „ fantia juniorum Scriptorum averti, vel titulo offensi, in ipso fortassis vestibulo fastidiant, quem
 „ ulterius lectione progressi, ultro etiam appetant, atque exosculentur. Illud præterea nos præ-
 „ fatos esse non pigeat: neminem moveri debere, quod hos duodecim Libros, quos de Tri-
 „ nitate, nos, ut suus Auctor articulavit, inscribimus, Hieronymus contra Arianos appellat;
 „ in utroque enim eadem ratio est, nam & Hilarius, quem ceteri Scriptores, si quando mu-
 „ tuari ab hoc testimonia necesse fuit, sequuntur, ob id de Trinitate nuncupavit, quod de
 „ ea tota disputatio absolvitur; & Hieronymus *contra Arianos* inscripsit, quod Hilarium præ-
 „ cipuam de asserenda Filii divinitate, quam Ariani inficiabantur, in illo Opere curam im-
 „ pendisse intelligebat. Itaque ille à totius materiæ facultate, hic à præcipua Operis parte Li-
 „ brum cognominavit; nam etsi ad omnes quidem Personas disputatio extendatur, de Filio ta-
 „ men crebrior est, ac in eo penè absolvitur; hæc enim Hæresis eo tempore in Christi Ec-
 „ clesiam maximè grassata est, quæ Dei Filium non Deum de Deo, sed ex nihilo subsistere
 „ confirmabat. Unde Hilarius cum in omnes Hæreses inveheretur, in Arianam blasphemiam
 „ styllum præcipuè arnavit, ibi elaboratoribus antidotis opus esse ratus, unde magis pestifera
 „ venera simplicitati Christianæ propinari cernebat. Nos tamen huic tam præclaro Operi quæ-
 „ dam etiam ejus Opuscula, quæ in manus venerunt, annectenda curavimus, quæ etsi eâ
 „ limâ, qua superiora, levigata, politaque non sunt, tamen & Hilarii doctrinam redolent,
 „ & à superiorum materia non abhorrent. Hæc autem sunt: Primum, Opus contra Constan-
 „ tium Augustum Arianæ Hæresis acerrimum propugnatorem, quo Hilario reconciliatum, pla-
 „ catio-

catiorem Catholicæ Unitati redditum ajunt . Post hoc duo Libelli ad Constantium , & Liber contra Auxentium , & ipsius Auxentii Epistola ad Valentinianum , & Valentem , qua se purgat , falsòque ab Hilario Hæresi criminatum se conquerens . Demum Librum de Græciæ Synodis adjecimus , quem facunda illa Natio ita admirata est , ut in propriam linguam vertendum curaverit . Non nos quidem ordinem temporum in his Operibus servantes : quippe qui Opus de Trinitate , quod satis constat non esse tempore primum , omnibus præposuimus , dignitatis potiùs , quàm ordinis rationem habentes ; editum enim est in ipsa Hilarii restitutione , quamvis nondum in Patriam remeasset , quod Rufinus in undecimo Ecclesiasticæ Historiæ Libro his verbis adstipulatur : „ Defuncto autem Constantio , Eusebius cir-
 „ cuiens Orientem , atque Italiam , Medici pariter , & Sacerdotis fungebatur officio , singu-
 „ las quasque Ecclesias abjurata infidelitate ad sanitatem rectæ Fidei revocabat ; maximè
 „ quòd Hilarium , quem dudum cum ceteris Episcopis in exilium trusum esse memoravi-
 „ mus , regressum jam , & in Italia positum hæc eadem erga instaurandas Ecclesias , Fidem-
 „ que Patrum reparandam , reperit molientem . Nisi quòd Hilarius vir naturâ lenis & placi-
 „ dus , simulque & eruditus , ad persuadendum commodissimus , rem diligentius , & aptius
 „ procurabat ; qui etiam *Libros de Fide* nobiliter scriptos edidit ; quibus & Hæreticorum
 „ versutias , & nostrorum deceptiones , & malè credulam simplicitatem ita diligentius expo-
 „ sivit , ut & præsentis , & longè positos , quibus ipse per se differere viva voce non pote-
 „ rat , perfectissima instructione corrigeret . Ita isti duo Viri , velut magnifica quædam
 „ Mundi lumina , Illyricum , Italiam , Galliaque suo splendore irradiarunt , ut omnes etiam
 „ de absconditis angulis , & abstrusis , Hæreticorum tenebræ fugarentur . Hæc omnia Hila-
 „ rius , ut ipse meminit , vel in exilio , vel nondum regressus in patriam , quamvis restitutus
 „ conscripsit , ut appareat , in hoc quoque Viro Spiritus Sancti gratiam in exiliis atque persecu-
 „ tionibus , sicut in ceteris sanctis Viris , copiosius fuisse operatam . Nam & Paulus vas ele-
 „ ctionis catenis religatus fulmina Epistolarum suarum vibravit ; & Apostolus Joannes in Path-
 „ mon Insulam deportatus , Apocalypsim Angelo revelante excepit . Non ambigo , quibusdam
 „ Hilarium duriusculum visum iri ; sed sciant , hoc non tam naturâ scribentis , quàm materiæ
 „ sublimitate provenire , quòd à vulgari genere orationis stylus paululum altiùs provectus , rudi-
 „ dum ingenio percipi haud facilè potest : quod Hieronymus quoque ad Paulinum his verbis
 „ testatur : „ Hilarius Gallicano cothurno attollitur , & cum Græciæ floribus adornetur , lon-
 „ gis interdum periodis involvitur , & à lectione simpliciorum fratrum procul est . Nos ta-
 „ men haud ingrati rem Catholicæ Fidei profectui facturos arbitrati sumus , si *Augustini*
 „ quoque *de Trinitate Libros* , Hilarii Operibus neque materiæ dignitate , neque disputandi acu-
 „ mine , neque orationis nitore atque elegantia inferiores , adjungeremus ; quod quidem Opus
 „ cum ceteris hujus Viri Libris longissimè præstet , miror ab Impressoribus hætenus fuisse
 „ præteritum , cum nec Christianæ professioni aliud conducibilius imprimi posset , nec ipsis ,
 „ si id spectabant , magis quæstuosum , id quod ex ceteris ejus Opusculis impressis perspicere
 „ poterant , quæ quamvis incomparabiliter inferiora huic Operi sint , tanto tamen concursu
 „ perquiruntur . De hoc Viro me plura dicere insignis ejus gloria prohibet , quæ nisi à lau-
 „ datissimis pertractari non patitur . Hæc nos Majestati tuæ , dignissime Præsul , velut primi-
 „ tias laboris nostri destinamus ; quæ si propius auctoritate tua , velut numine quodam respe-
 „ xeris , animum nobis ad cetera quoque Sanctorum Virorum Opera in lucem vendicanda
 „ præstabis : (a) quibus hætenus salutaribus fontibus in suis venis latitantibus , nunc in æ-
 „ rem , cælumque educis , plebs tibi credita irrigetur . Quid autem mercedis tibi ex hoc ac-
 „ cedat , hinc considera , quòd & ipsi tibi Scriptores , qui è situ , latebrisque tua auctoritate
 „ eximentur , & lectores , qui tam salutifero pabulo per te nutriuntur , pariter in æternum
 „ debent . Nec minus Deo ipsi , cujus laudi hæc præstantur , gratificatus fueris , cujus hoc
 „ magis meminisse decet , quo te sublimiori Sede ejus misericordiâ conspicias sublevatum .
 „ Vale .

ANNO

(a) An promissis steterit Georgius Cribellus , ignorare me profiteor , cum nullos , præter SS. Hilarium , & Augustinum , Libros Sanctorum Patrum in lucem editos repererim in serie omni sequentium annorum , usque ad MD.

ANNO MCCCCXC.

Num. XXXVII.

Ante Magistri Hieronymi Vicecomitis, (a) Lamiarum, sive Striarum Opusculum.

Ad Illustrissimum Mediolani Ducem Franciscum Sfortiam Vicecomitem.

IN dubium verti video, Illustrissime Princeps, apud nonnullos nostri temporis non vulgares homines, vera ne sint, an falsa, quæ de ludificatione præstigiolæ artis crebrò enarrari solent; maximè cum inter eruditos Secularium Literarum magnum diu certamen super iis fuerit, quæ propè impossibilia esse videntur; plerique enim simpliciter abnegantes magicas fascinationes, dicere ausi sunt, nocturnas illas vetularum circulationes, atque obsœnitates, & mille turpitudines, quæ fieri in vulgo dicuntur, penitus nullas esse; filii verò maleficiorum periculis, & plurimis veneficiis moti, Lamias, sive Strias, esse credunt, & nequaquam commentitia, quæ mulierculæ sese noctu patrasse in quæstionibus confitentur, finiendæ ob hoc supplicio ignis. Rogatus itaque à multis, ut de re hac mirabili sententiam meam dicam, pauca in scriptis redegi, non tam ut amicis placerem, quàm ut majori profectui studiorum meorum consulerem, in quibus hinc atque illinc peripatetico more argumenta moventur, eo quidem dicendi genere, quod modò Physicè & Theologicè loquentibus convenit, qui rebus magis, quàm verbis se accommodat. Quo circa, Illustrissime Princeps, Opusculum ipsum Excellentiæ tuæ meritò dedicandum cognovi, quippe qui pro tua innata cupiditate veri investigandi, & cognoscendi præclara omnia, mirum in modum studiosus sis; ut, sicut in ceteris, ita & in iis quoque præstantissimus semper Princeps habearis. Bono igitur animo, Lamiarum Munusculum nostrum suscipies, legesque; quod etsi dignitati tuæ impar sit, quæ majora meretur, ex ipsa tamen observantia magna in te, mea, par illi fiet, facietque sincera de me tua existimatio, quæ pro magnitudine excelsi tui animi, non rei temporalis pretium, quantumcumque magnæ, pensare solet, sed cogitare solum, qualis sit animus offerentis. Non te fugit, devotionem viduæ Creli divitiis prælarum fuisse, quæ nonnisi duo æra in gazophilacium miserat. Ego nihilominus in supplementum religiosi munusculi, etiam me ipsum Illustrissimæ Dominationi tuæ dedo, & sic deditum simul esse perpetuò tene. Bene tibi semper sit, gloriosissime Princeps.

Num. XXXVIII.

Post Tractatum de Lamis reperitur impressa sequens Epistola:

Bonus Aluifus de la Cruce, Carævallis Monachus, & Decretorum Doctor, pro continuatione sequentium, Francisco Bossio, amico suo salutem plur.

PLacet iis congruenti connexionem, mi dilecte Francisce Bossie, id, de quo ad præcedens quæri posset, annecti ejusdem Auctoris venerandi Magistri Hieronymi aliud non minus opus laude dignum imprimendum; an scilicet istæ Lamie, vel Strie, de quibus in superioribus est habita determinatio, velut hæreticæ sint judicandæ pariter, & condemnandæ; scis enim, qua dilectione, & fide rogaveris, tradi *catheractandum* Opus præmissum ejusdem venerandi Patris Hieronymi, verè ne, an phantasticè, seu apparenter hujuscemodi Lamie vadant ad ludum, politè definitum, & tersè; quod voluntariè, non alio vincit, quàm caritatis ligamine, nec dum juxta nota, negavi, verum & scripsi, & libenti animo tradidi; cui & ad solutionem addidi: cur Christi Corpus scilicet, ab istiusmodi sceleratis se pedibus permittat conculcari. Voluntariè, inquam, dixerim, dedi istum Tractatum Lamiarum artificialibus comprimendum elementis, nimia tua dilectione vincit, studentium utilitate certus, verâque ejus motus doctrinâ, qua perfacilè ducantur ad veri cognitionem decepti falsitatibus; tantæ enim in se est dignitatis præclarum Opus, doctrinâ suâ, Auctoris virtute, & excelsi Principis majestate, cui porrigitur, quòd jure aliquo, quasi thesaurum penes

(a) Hieronymum hunc Vicecomitem malè confudit cum altero ejusdem nominis Cive Mediolanensi, Picinellus in Athenæo Literatorum, cum integro intermedium Seculum utriusque ætatem sejungat, quemadmodum in annotatione ad sequentem Epistolam compertum fiet. Senior iste Hieronymus abdicatis paternæ nobilissimæ Domus deliciis, ad Prædicatorum Ordinem convolvit, ejusque res gestas, & calami labores cum laude recensent Quetif, & Echarodus in Bibliotheca Scriptorum ejusdem Ordinis, ubi aliud quoque relatum Opus inveni *De obligatione Populi* &c., quod idem Vicecomes dicavit *Equiti Clarissimo Cicho Simoneta*, primo Ducalium Secretorum Consiliario; sed hanc Epistolam nuncupatoriam mihi offendere minimè licuit.

penes me reconditum celare nequiverim : eadem nempe nos genuit Patria , nos eadem temporalis jurisdictio ligat , sub eodem etiam Cœlesti Imperatore regenerati sumus . Hoc itaque laudabile Opus ideo tanto pretiosius erit existimandum , quanto rarius sit inter gentes re-
 pertum , haud à me absconsum , universali utilitate præmissa : omne enim bonum in com-
 mune redactum pulcrius elucescit . Hinc Ambrosius dicit in simili : In Divinis Scripturis
 reus ascribitur , qui non studuerit gratis dare quod ipse gratis habuerit . Nempe istud (ut
 generositatem concedentis agnoscas) apud paucos inventum , *habui à præstantissimo Ducali
 Cirugico Magistro Gabriele Birago* , omnis bonæ margaritæ sapientiæ quæsitore , inventore ,
 emptore , ac conservatore , mihi que secundum carnem carissimo Cognato propter *Claram*
 Sororem meam dilectam , quam legitimum habet Uxorem . Ipsum postea quam Opus ha-
 bui , sicut thesaurum penes me absconditum , ut in lucem prodiret , veritate pollens haud
 primo , & præcipuo Patri meo observandissimo , & reverendissimo *Domino Bonifatio Simo-
 netæ* celeri , *Abbati S. Stephani* , (*) *Ordinis Cistercii* , Decretorum eximio Doctore , atque
 Artium professori , necnon omni genere dicendi ornatissimo , Medicinæque nec ignaro , ac
 insigni Astronomo ; sub cujus culmine doctrinæ humilis Doctor sedeo ; immo & pro munere
 cum *Tractatu Artis Magicæ* , quem alio tempore *stampandum* reservo , tradidi meritò , ut
 ex eo quàm frugis sit , animadvertat omnium Scientiarum interpret magnificus , & monar-
 cha . Habet quippe in se Opus doctrinam sanam , sale conditam veritatis , adversantem
 nonnullis erroribus vulgariis , de Lamiarum , & connexorum ambiguitatibus , quæ Virum
 sanè quondam *Hieronymum* , & nobili prosapia *Vicecomitem* summâ sapientiâ notat ; adhuc
 ipsius mores , uti stella rutilant matutina in Ordine Prædicatorum ; potissimè , ubi multum
 conversat , in Conventu scilicet S. Eustorgii , apud quos nunc post mortem colenda ma-
 net memoria immortalis , operibus , ac virtutibus claris . Fuere quàmplures literatissimi mea
 tempestate Religiosi præfati Ordinis , inter quos iste Hieronymus moribus , & vitâ refulsit ;
 & *Joachim* sapientiâ claruit , atque *Philippus Magnerus* Præceptor meus , & pater optimus ,
 doctrinâ insignis , & religione , ac morum honestate prævaluit ; Magistrorum doctrina quo-
 rum cum Philippi fratre adhuc superstite *Petro* , fulget Ecclesia , ut Sol , & Luna . Hos
 colo tres mortuos in via , immortales in Patria , nunc clarâ famâ viventes in omni San-
 ctorum Ecclesia . Is meritò Hieronymus , præcedens suum direxit Opus Illustrissimo Principi
 Francisco Sfortiæ , ad quem de hujusmodi spectabat Lamiis , si justè damnarentur , *intendere* ;
 ne , scilicet , incuriâ suâ , aut inscitiâ , spirituales Judices , ad quos talium spectat inquisitio
 damnandorum , iniquas dimitterent Judicibus puniendas secularibus ; quique pro sua innata
 cupiditate veri investigandi , & cognoscendi præclara omnia , mirum in modum studiosus erat
 illustrissimus Princeps suæ Patriæ pater optimus . Quantæ excellentiæ , & generositatis fuerit
 Princeps iste illustrissimus (qui inter nos mortales utinam adhuc viveret !) præstantiâ , excellentiâ ,
 prudentiâ , facundiâ , magnanimitate , ingenio , atque sapientiâ , non ego inops dicendi ge-
 nere narrabo , sed illius præclara gesta , quæ magnopere fecit , in omnem terram , ubi exi-
 vit sonus eorum , annuntiabunt , & quotidie testificantur . Istum adhuc piissimum laudant ,
 istum clementissimum magnificant , istum serenissimum Principem operibus suis paternis ex-
 tollunt mirificè , haud degeneres illius excelsi Principis filii , Reverendissimus Dominus Car-
 dinalis , Dominus Ascanius Maria , Ludovicus illustris Barri Dux , & nobilissimus Philippus ,
 ac denique natus excelsi & prudentissimi patris Galeacci Mariæ , Mediolani quondam Ducis ,
 ab eo Francisco quondam serenissimo Principe Dux proveniens Joannes Galeaz invictissimus
 Princeps cum Hermete magnifico fratre suo , quorum omnium prudentiâ , & affabilitate ,
 pœne tota Italia & gubernatur , Duce Deo , & regitur . At ne videamur iis nostris inter-
 locutionibus , mi Franciscæ , terræ Principibus blandiri , aut commodi temporalis cujusvis
 consequendi gratiâ applaudere , quos magis subditi , juxta Apostolum , amamus humiles , ac
 diligimus unicè , sincerèque colimus , nunc laudum arcem tam sublimium Dominorum
 prætereamus , atque longiorem peregrinationem , & ad propiorem Patriam , iis dimissis , ac-
 cedamus . Notum satis est , quanta pace , & bonorum luxuria istorum jurisdictione Insub-
 res gloriantur . Accipe igitur jam , Franciscæ mi dilectæ , quod dandum rogasti , ut imprimatur ,
 cui & pro meo voto , ad utilitatem legentium , & dulcis nostræ Patriæ Mediolani ,
 quæ sequuntur annecte . Nec te exasperare videantur expensæ tiendæ pro hujusmodi additione
 Operis imprimendi ; quoniam Populus iste gratissimus est , & magnificus , meritò om-
 nibus opibus præferendus ; qui cum hæc legerit , te præmiis ditabit , teque laudibus beati-
 ficabit . Non magna res est , quam peto , sed parva , frugis , & pretiosa . Te cogo , ne
 mihi adverferis , nam prius me coëgisti . Feci quod jussisti ; quod precor , amplecte . Ve-
 rumtamen antequam ad Tractatum ipsum sequens descendam , trium Capitulorum , cum in
 eo , & in antecedenti sit basis (teste horum Auctore Hieronymo) Capitulum Episcopi
 XXVI. q. VII. , prius illud cum sequenti propter materiam maleficiorum , ut de iis clarior
 habea-

(*) Abbatia S. Stephani de Cornu , Ord. Cisterciensis , Diœcesis Laudensis , data tandem est in Commendam , & ejus Com-
 mendatarius Abbas fuit S. Carolus Card. Borromæus . *Corno* Oppidum est à Laudensi Civitate XVI. passuum mil-
 libus distitum , Orientem hyemalem versùs . Ex Lubin Notit. Abbatiarum in Italia pag. 109.

habeatur notitia, tam per Canonistas, quorum sunt; quàm per summos Theologos, ea hic subjiciam, quorum textus cum superscriptione primi Capituli, quid scilicet sit de Lamiis sentiendum, ne prolixior fiam, tali serie prosequitur in dicta causa, & quaestione; videlicet &c. (a)

Num. XXXIX.

Ante Aufonii Pæonii Epigrammata.

Julius Æmilius Ferrarius Novariensis, (b) Magnifico Ambrosio Varisio Rosato, Philosopho præstantissimo, Ducali Physico primario, & patrono suo optimo S.

Decii Magni Aufonii Poëtæ carmen mancum, & mutilatum cum evolverem unà cum doctissimo Poëta Jo. Stephano Cotta (c) viro patricio, & à Secretis Senatus uno, depravatumque codicem, librorum inscitiam, offendissem, pro virili parte emendavi, castigavique, ut Impressoribus traderem: etsi plerisque in locis conjectore Oedipo opus fore, nec nostro ingenio, nostraque doctrinâ emendari posse scio. Cogitanti igitur mihi in liminari paginæ Epistolium nostrum, unâ & Aufonii vitam annectere, unus, Ambrosii Philosophorum eminentissime, quem præcipuè hoc munere dignum existimarem, mentem subiisti, qui ingenio, vigilantia, doctrina, & fide, ætatis nostræ non modò Insubrium; verùm totius Italiæ (quod bona cum ceterorum venia dictum velim) Physicos, & Astronomicos antecellis. Quis enim in solvendis Philosophiæ nodis te acutior, & peritior? Quis veriùs fata præscivit, ac ventura denunciavit? Quis fide, & vigilantia te illustrior? Tuarum enim virtutum citari testes possent privati, & publici: Verùm unus oculatus testis extra omnem ingenii aleam cordatissimus Princeps Ludovicus Maria Barii Dux, & excellentissimi Principis nostri Jo. Galeacii patruus, & πατριος, ut græcè loquar, ac regni gubernator sufficet. Qui ruiturum imperium non solum armis, verùm ingenio præsentaneo, prudentia, comitate intrepidè sustinuit. Apud quem, gratiam, auctoritatem, rem pariter honestam tibi comparasti, non injuriâ profectò. Nam, ut Esculapius Hippolytum, aut Tyndaridam, sic tu unus Pæonia ope, & vigilantia à tenebris ad lucem cordatissimum Principem revocasti. Proh Superi! quantum hæc Patria, universaque Italia tibi acceptum referre debet, Patriæ parentem, bellorum Moderatorem, pacis Italicæ Auctorem, incolumem, Diis auspiciis, ab imminente exitio servasti. Quis enim gravi, & lethali morbo implicitum meliùs dissolvere potuit, quàm tu Ambrosii, qui abditarum, & morbos continentium causarum deinde evidentium, post hæc etiam naturalium actionum, novissimè partium interiorum notitiam habes? Quis ab insidiis hostium arcere, tutumque præservare potuit, nisi qui Astronomicus, & rerum futurarum scientiam calluerit? Una, & tota quidem tua est Astrologia, in qua solus regnas; omnesque tibi cedant Astronomici, veteresque Physici, Cassii, Carpitani, Aruntii, Albutii, Rubrii, Antonius Musa, & Crinas ille Massiliensis, qui arte geminata, ut cautior, religiosiorque ad syderum motus ex ephemeride Mathematica, cibos dando, horasque observando claruit. Nec aliarum optimarum artium, & doctrinarum expertus, Tu poëticæ facultatis, & historiæ scientissimus; Tu in genere dicendi gravis, & ornatus, quod Philosophiæ, & Astronomiæ tua monumenta, quæ brevè editurus, posteris legenda relinques (d), declarabunt. Nec patrocinium tuum contescere licet, quod oppressis, ac injustè vexatis, eruditis omnibus maximè præstas; cujus nec ego expertus, & quem totiens ab ærumnis, & laboribus penè herculeis exsolvisi, Jovem non solum benivolum, sed propitium, imò propensissimum mihi reddidisti, qui nuper profitendi munere cum honestissimo salario me dignatus est. Ad summam, omnia & corporis,

&

- (a) Ruditer Latini sermonis, quæ ingratam, asperamque oculis legentium hanc Epistolam reddit, lenire videntur peculiare quædam notitiæ inde hauriendæ, ad emendandos nonnullos recentium Scriptorum errores, atque illustrandam historiam. Primò enim Picinellus falsi arguitur, cum *Tractatum de Lamiis* alteri Hieronymo Vicecomiti tribuat, qui Medicam Artem Mediolani profitebatur, Collegio Physicorum hujus Metropolis adscriptus anno MDLXX., & biennio post mortuus; cum senior Hieronymus defunctus asseratur ab Aloysio de la Cruce multò ante nonagesimum annum seculi præcedentis, quo ipse hoc Opusculum edidit; qua in re, ne immunes quidem sunt ab errore etiam Scriptores Bibliothecæ Ord. Prædicatorum, qui licet vero Auctori *Tractatum* hunc restituerint; illius tamen vitam longius, quàm par est, produxere, eundem floruisse asserentes Seculo XVI. Secundò, *Tractatum de Arte Magica* elaboratum fuisse ab hoc Hieronymo, hinc discimus, cujus memoria prorsus periisset, nisi indicatum, suoque tempore prælo committendum, in hac Aloysii de la Cruce Epistola legeremus. Denique auctum Eustorgiano Mediolanensi Cœnobio splendorem conspicimus, commemoratis ab Aloysio, præter Hieronymum Vicecomitem, duobus aliis pietate, & doctrina insignibus Viris, qui ibidem degentes, immortalæ sibi, & Ordini famam comparavere.
- (b) De Julio Æmilio Ferrario, qui in publicis nostris Subsellis Historiam docuit, nonnulla superius enarravi, cum in Prodomo, tum ad hunc annum. Non modicam Urbi nostræ laudem conciliat hæc Epistola, cum in ea servatam videamus memoriam latentis in hac Metropoli Literarii thesauri, Carminum nempe quorundam celeberrimi Aufonii, quæ usque ad illud tempus ignota, in lucem primus protulit Georgius Merula, pretium addens Mediolanensi huic editioni, quæ novis opibus Gymnasia ditavit.
- (c) De hoc Cive nostro, sanguine, muneribus, & doctrinâ claro, vide quæ dixerim in Hist. mea Liter. ad hunc annum, ubi J. Æmilium Ferrarium laudavi.
- (d) Clarissimus in Urbe nostra fuit Ambrosius Varisius, quem in Mecœnatem suum delegit J. Æmilius Ferrarius. Celebrandis ejusdem virtutibus, miraque in scientiis præstantia, hæc una sufficere posset Epistola; neque enim ea tantum recensentur, quæ vivens, in Urbis universæ conspectu peragebat, cives nostros in sui amorem atque admirationem rapiens; sed etiam quæ posteris profutura relinquebat, *Monumenta* nempe *Philosophiæ, & Astronomiæ*. Hæc postrema edita fuisse Venetiis anno MCCCXCIV. per Magistrum Joannem de Cereto, aliis *Tacuinum de Tridino*, compertum habeo; an verò *Philosophica* Opera lucem unquam viderint, prorsus ignoro.

& fortunæ bona tibi debeo. Tantum enim tibi debeo, quantum nunquam persolvere poterò. Tuam incredibilem in me humanitatem, vel potius pietatem nunquam dissimulabo, qui me dolore laterum laborantem, vel pleuresi (ut vocabulo græco utar), quod jam acceptum Medici habent salutare, thoro assidere, me comiter affari, in adversis consolari, Medicam opem adhibere non erubuisti, unà cum Aloysio Marliano, Physico ætate nostra celeberrimo, qui Hippocratis jusjurandum exactissimè mecum observavit inviolatum. Continentiam, gravitatem, & frugalitatem, & in omni re modestiam tuam omnes ita admirantur, ut prætorum Romanorum exemplo te vivere omnes credant, existimentque, faciliùs esse fulmen Jovi, aut clavam Herculi, quàm Ambrosio continentiam extorsisse. Unum iis omnibus accedit inter mortales ævo nostro rarissimum, quòd Liberos tuos omnes optimis artibus, & disciplinis in Ticinensi Gymnasio sub Platonibus, & Lycurgis ita instituis, ut Aristophanis dictum de Æsculapio tibi optimè quadret, liceatque nobis mutato nomine exclamare *ὄραδα καὶ μίγα βρομῖαι εὐχῆς ἀμβροσίων*, hoc est, habentem bonos filios, & magnam hominibus lucem Ambrosium. Jam ad Aufonium nostrum redeamus, quem tanto lepore, & salibus Atticis, Latiisque inspersum Pedoni, Getulico, Marso, Bilbiliensi denique Vati præponendum contenderem, si maxima pars Poëmatis non desideraretur, cujus Vitam ex ejus libris, & epicedio summatim collegimus, adjecimusque ex catalogo Illustrium Urbium nonnulla excerpta epigrammata, quæ Georgius Merula Polyhistor, Præceptor noster, & primarius dicendi artifex in Bibliotheca Divi Eustorgii primus indagavit. Aufonium igitur Physicum, Physico meritò dicavimus, quem si succisivis oris evolveris, non parum voluptatis, & fructus tibi allaturum spero. Vale præsidium, & dulce decus meum.

In calce Operum Aufonii :

Habes, Ambrosi Philosophorum optime, Aufonium impressum, & à multis expectatum, quem si depravatum offenderis, tum Impressorum incuriæ, tum mihi competitorum certaminibus vexato, & curis ingentibus obruto imputabis, qui Impressoribus assidere, nec præesse quivi. Epistolam nostram non affectatam tibi dicavimus, nec fucatam, ut quidam *Feles pullaria* cognomento, qui aliena scripta pro suis, nescio quid dulce reboantia, edidit, quæ profanum tantum *Ambrosum* vulgus suscipit, & *Opicorum* turba deosculatur. Vale, & nostra, ut soles, defende.

Num. XL.

Ante Chorographiam Lacus Verbani.

*Dominicus Macaneus (a) Equiti Magnanimo Gaspari Vicecomiti Patrono ;
& Mecænati suo S.*

Julianis Kalendis, æstu Caniculari fervere, ad patrios lares secessi, ubi Platonicum illud amplexans: *Otio labores anteferendos*, non minùs Dianam montibus, quàm Minervam ipsam exercui. Subinde amœnissimam Verbanicam Regionem peragrans, meditabar, *Ptolomæum, Strabonem, Melam, Plinium, Dionysium* toto Orbe terrarum depingendo occupatissimos, hunc pulcherrimum situm, utpote minimam gloriæ suæ segetem, vel Pythagorea quadam taciturnitate præterisse, vel brevi transcurso, & celeri nota tantum nominasse. Miserebar deinde, desiebamque præteritorum temporum ærumnosam infelicitatem, detestandamque Literarum perniciem, quibus nemo ab hinc centesimum annum, præter unum *Blondum* Foroliviensem, summaria oratione usum, propagare curasset Verbani Lacus inter Italicos eminentissimi, & haud dubiè primi, copiosissimas, admirandasque dotes, exteris præsertim Nationibus, exoticâ quadam inscitâ penitus ignotas. Meum itaque duxi, veteri adagio, Gladiatoris in arena capere consilium: sumptisque pugillaribus, quos in via nusquam poenitendos comites pro vehiculo assumere consueveram, compendiario sermone, topicoque elogio, formam camporum, montium, vallium, fluminum, Lacus denique totius epistolographâ schedâ descripsi. Mediolanum inde paucis post diebus regressus, nescio quo fato annuente, quove assentiente Eudæmone, ad curam erudiendi Filioli tui delectus sum, de quo (Dii modò cœpta secudent) gloriam spero. Verum enimverò id absque summa, arcanâque naturæ lege evenisse, haud dubito; nam Philosophia, potentiaque in idem tendunt. De me quidem ut taceam, cujus firmitatem, fidem, sinceritatem, tamquam veram sapientiam, experire: de te certè conticescere nequeo, nam præter Patriciam nobilitatem, for-

(a) Macanei cognomen non à Familia, sed à Patria desumptum esse, jam adnotavi in Hist. Literaria ad hunc annum, ubi quæ ad eloquentissimum Virum istum spectabant fusè narravi. Gasparis Vicecomitis nobilissimi Equitis Mediolanensis, cui dicatum fuit hoc Opus, præclaram laudem sine assentatione inseruit huic Epistolæ Dominicus Macaneus, quæ plurimum præstat ad immortalem memoriam eidem apud posteros comparandam. Quàm plures tamen alios testes cœvos in memorata Hist. Lit. ad annum MCCCXCIII. adduxi, quorum fide, encomiisque inter celebriores Studiorum Mediolanensium cultores, ac Mecænates Gaspar noster Vicecomes numerandus videtur.

fortunaëque momentanea , & caduca bona , quæ profanus vulgus in se , ut in reliquos , beatissima existimat , Socraticam animi tui pulchritudinem admirari non desino . Quis enim Dypatum Insubriorum te in Historiis , Fabulisque noscendis peritior ? Quis in vernacula Poëtica tersior ? Quis eloquentiâ Pericleâ mellifluior ? Quis ingenii nobilitate celerior ? Quis , inquam , moderatione aurea probatior ? Vererer equidem , ne foedæ crimine assentationis accusari possem , nisi adessent hac præclarissima in Civitate prudentissimi , literatissimique Viri (amplissimi harum rerum testes) , quorum commercio assiduo oblectaris , & quibus non minorem apud posteros familiaritate tua laudem tribues , ac præbuerint Hiero Siculus , & Pausanias Lacedæmoniaë , Simonidi Melico , Periander Corynthiis , Thaleti Milesio , Pericles Anaxagoræ , Cræsus Soloni : utque ad Romanos exempla decurrant , Scipiones Polybio , Ennio , Terentio , denique Pompejo Magno , Theophani Mitileneo , Varronique Linguæ Latinæ Duci . His igitur , tantisque virtutibus tuis effectum est , ut quod antea tumultuariè scripseram , in penatibus tuis ordine redigerem , absolutoque tibi , & dedicato Opusculo hoc , *Observationculas* quasdam *Tranquilli* , necnon *Valerii Maximi* in studendo succinctè adnotatas editurus eram , nisi quorundam digladiantium pugna me detinuisset , juxta Hesiodianum illud : *ἄνθρωπος πτωχὸν φρονεῖ , καὶ ἀθιδὸς ἀθιδὸν* (*Pauper mendicum , cantorem Muscus odit*) ; quos operam ludere permittamus , donec elucescat dies , quo veros Authorum sensus , non gerris Siculis , sed docto judicio comprobent . Hæc interim Chorographia , candidissime Gaspar , Plautino more , Fabularum nostrarum antilogium erit , in qua si vesaniam Cheryli imitabor , tu magnanimitate Alexandri parcas velim . Vale nutantis cymbæ meæ appellende Portus .

Num. XLI.

Post Epistolam præcedentem , hæc sequitur :

Joannes Jacobus Ghilinus (a) Macaneo S.

LEgi libenter Chorographiam tuam , qua Verbanum nostri Seculi hominibus non monstras solùm , sed tanquam in perfectissima pictura ostendis . Nihil in ea est , non erudito , ac diligenti Viro dignum , & quod non ita præsentem in ea enarratione peritiem testetur , ut majorem tamen etiam in posterum polliceatur . Tibi igitur gratulor , qui patrios lares , montes , & amnes scribendo , & præter pietatem , & præter doctrinam , inter præclaros Scriptores apud posteros nomen tibi paraveris . Mihi quoque non inter postremas lætitiæ partes fuerit , tuâ notitiam , & amorem nactum esse , quem & magni facio propter doctrinam , & bonitatem ; & ubi acciderit , te à me amari , quoad per vires meas effici poterit , libenter ostensurus sum . Perge ergo , & cœptum Opus magno judicio , magnâque doctrinâ , non minori laude perfice , præter quod non solùm Verbanica Ora , sed etiam ætas nostra tibi debitura est . Vale .

ANNO MCCCXCXI.

Num. XLII.

*Illustrissimo Principi Ludovico Mariae Sforciaë Vicecomiti , Duci Barii ,
Presbyter Stephanus Dulcinus (b) Scalæ Canonicus .*

Nicolaus Antiquarius , Magnanime Princeps , juvenis non minus bonarum literarum cupidus , quàm Medicinæ Artis Professor solertissimus , Jacobique Antiquarii tui (ut ejus laudes uno verbo attingam) nepos , & verus domesticarum virtutum æmulatione hæres , superioribus diebus Divi Ambrosii Epistolas elegantes , simul & sanctis præceptis refertas , Impressoribus traditurus , mihi aliquot in locis corrigendas demandavit . His autem emendatis , impressisque , cum Defensorem aliquem parare cuperemus , cujus auspicio feliciter in publicum

(a) Non omissum censui illustre hoc testimonium integritatis , atque doctrinæ , quæ in Dominico Macaneo fulgebat ; Ghilinus enim , ob eximias virtutes à Mediolanensibus Principibus , muneribus , ac singulari gratia donatus , Vir erat emunctissimæ naris , eloquentiæque , & scientiarum cultu clarissimus , quemadmodum typis edita ejusdem Opera abundè testantur . Fortasse autem , exemplum Macanei secutus , *Vallis Tellina* , & *Larii Lacus* Descriptionem , & ipse exarandam suscepit .

(b) Quàm sollicita fuerit Urbs nostra in colligendis , imprimendisque S. Ambrosii Patroni sui Operibus , quæ in scriptis jacebant , frequens eorundem editio testatur , primis Typographiæ Mediolanensis temporibus peracta , quemadmodum suis annis jam adnotavi . Hanc celebriorem fuisse , meritò dicere possumus , cum præter nonnulla alia Opuscula , octo Epistolarum Libros complecteretur . Eidem adornandæ , emendandæque sedulam manum apposuit Stephanus Dulcinus , optimè de nostris Studiis meritus , atque in mea Hist. ad annum MCCCCLXXXIX. justis encomiis laudatus . Digna lectu est Epistola huic Libro præfixa , cum oratoriâ industriâ egregiè comparet vigilantiam , æquitatem , Religionis studium , sacrarum Ædium cultum , ceterasque virtutes Ludovici Mariae Sfortiaë , cum iis , quibus præclarissimum lumen Ecclesiæ nostræ Ambrosius ad Fidei Orthodoxæ firmamentum , nostræque Urbis decus eximium olim effulserat .

cum egrederentur, neminem alium invenimus, cui æquius labores nostri dedicarentur, quam te, Princeps eminentissime; Tu enim cum doctis non faveas solum, sed beneficiis etiam quamplurimis exornes, doctrinæ fructibus, & ingeniorum monumentis miram delectationem suscipere consuevisti. Quis enim est, qui artibus colat ingenuas, qui munificentia tuâ non sublevetur? Quem literarum cultorem sub te videmus, quem & divitiarum possessorem non feceris? Te igitur præmia proponente, vigent studia, florent virtutes, quia tua liberalitate aluntur, foventurque; nec quisquam est, qui ingenio aliquid excuderit, quem certa præmia non maneant, ut illud verè de tua in doctos largitate passim dici queat:

Et spes, & ratio studiorum in Cæsare tantum.

Sed ad hanc Doctorum rationem, aliud quoque accessit, quo Ambrosii Scripta tibi potissimum dicarem, quoniam specialem præ ceteris prærogativam in hoc sortitus videbaris; ille enim & maximorum Principum Consiliarius, & Christi in hac Urbe inclita Vicarius, saluberrimis monitis, exemplis sanctissimis populo Mediolanensi integrè præfuit. Sic tu, Princeps vigilantissime, excellentissimi Ducis nostri, non Consiliarius modò, & Vicarius, sed Tutor, Patruus, Pater, non solum Civitatem istam, ceterasque huic latissimo imperio parentes, tranquilla pace gubernas; sed Principes omnes, quotquot Italia habet potentissimos, tuâ prudentiâ tibi conciliatos, ex te pendere, tuoque nutu moveri nunc videmus. Tu communis omnium una quies, jamque pro tua salute publico consensu vota nuncupantur. Quapropter istarum rerum fama mirabilis, non modò Europam gloriâ implevit, sed jam per totum terrarum orbem plenis laudum velis evagatur. Et quemadmodum Ambrosius Regionem hanc sæda Arrianorum hæresi Divino numine expurgavit; ita tu Italiam sævis bellorum fluctibus oppressam, cœlesti quadam providentia liberaisti; ut mirum sit, te ad doctorum vigilias respicere, quas nullo pacto perire pateris; sed omnibus ades, omnium votis respondes, nec umquam humilibus succenses,

Cum tot sustineas, & tanta negotia solus,

Res Italas armis tuteris, moribus ornes,

Legibus emendes, in publica commoda natus.

Sed ut fortitudinem tuam, constantiam, prudentiam, fidem, justitiam, ceteraque virtutum tuarum nomina silentio involvam, quibus singulis Scipiones, Emylios, Catones, Cæsares adæquasti, quo in Principe major Religionis amor spectabitur? Quem Orthodoxæ Fidei amantiorem dicemus? Quis in Templis erigendis, Sacerdotibus dotandis, Sacellis ditandis, Agiographæ scripturæ asserendæ te ardentior? Nemo profectò, ut tibi jure optimo Sacrorum tutelam, tamquam Numa aliquis, aut Natica, vendices; imò vera Ambrosii Religio supra omnes in te elucescat, per te augeatur, sub te exornetur. Quare cum tu omnium Principum unus, studiosorum laboribus maxime aspiret, cum etiam eandem Urbem justitiâ, clementiâque modereris, quam Ambrosius Antistes eximius miraculorum fulgore quondam gubernavit; atque Religione, quam idem Præsul, piis assertionibus, contra peccatorum furores defendit, sis deditissimus; Ambrosii Epistolas cum aliis quibusdam ejus Opusculis pulcherrimis tuæ Celsitudini meritò dedicamus; ut cum per negotiorum molem liceat, aliquando intelligas, quot Principum, quot Episcoporum, quot populorum, tum publice, tum privatim, unus homo scribendo occupatus, inter ingentes sollicitudines, curam gesserit; & quantum mereatur à nobis coli, qui à Romanis Imperatoribus maxima in veneratione, parique apud omnes auctoritate semper sit habitus. Hieronymus quoque ipsum, & Augustinus ubique laudat, cujus suavitate sermonis hilarescentis, atque mulcentis, se delectatum scribit, & in Libro Confessionum sexto: Ambrosium felicem quemdam hominem, adhuc Cathecuminus opinabatur, quem tantæ Potestates sic honorarent; ab ejus colloquio Cæterius (ut ipse ait) negotiosorum hominum, quorum infirmitatibus serviebat, seclusus; cum quibus si quando non erat, quod per exiguum temporis erat, aut corpus reficiebat necessariis sustentaculis, aut lectione animum, laboriosus semper, nec umquam ociosus, sanctum divini pectoris oraculum. Suscipe itaque fronte hilari, Princeps præclarissime, sacrum hoc Opus, religioso Principe dignissimum, quod non precii æstimatione, sed Auctoris meritis censetur; & ut rectè facis, doctorum ingenia perpetuò fove, Doctoris istius inconcussi Scripta ex tenebris in lucem vendicantium, qui populum suum feliciter gubernandum tibi commisit, quem ubique veneraris, omnibusque in rebus auxiliatorem invocas, cujus etiam in regimine æquitatem, in Religione Fidem, in justitia moderamen, in publica utilitate imaginem imitaris: ut quemadmodum te vitæ suæ imitatorum, memoriæque fautorem habet, sic in Optimi Maximi Dei conspectu tranquillam annorum seriem cum prospero fortunarum omnium successu tibi impetret. Vale.

ANNO MCCCCXCII.

Num. XLIII.

Ante Franchini Gasuri Theoricam Musicæ .

*Ad Magnanimum , & Pientissimum Dominum Lodovicum Mariam Sfortiam Vicecomitem ,
Bari Ducem , Principis Excellentissimi , & rei Mediolanensis Governatorem ,
Franchini Gasuri Laudensis in delubri majoris choro Phonasci ,
Theoricum Opus Musicæ disciplinæ .*

Uorum magis sententiæ accedere debeam , maxime ævi tui Rector , Lodovico Sfortia , an eorum , qui tam ocii , quàm negotii rationem exigunt , & neglectum (emoriente opera) diem duplici scœnore calumniatricis diligentia resarciendum putant ; an eorum qui turpem desidia notam , & ignavæ scordia ignominiam brutis animantibus onerosam , & peculiarem sarcinam attribuunt , nondum satis compertum habeo . Ii quid hominem liberum agere conveniat , ii quid unumquemque fugere maximè oporteat , ante oculos quasi in tabula proponunt . Verùm enimverò cum ad utranque opinionem bonarum artium , & literarum studia , inprimisque scribendi exercitatio satisfacere videantur , recti ocii mei sancendam rationem arbitratus , ad Musicen literis à squalore & injuria asserendam conversus , & si id mihi non arrogem , ut veterum uberiore ingenio conquistissima volumina superare , aut æquare possim , certè æmulari voluisse (quamvis non assecutus) pulcherrimum , nec injucundissimum judicavi . Illud solum industria , & solertia meæ opus vindico , si non magna extimatione pensandum , plurima tamen & commoda utilitate extimandum ; quod cum veteres illi ceterarum artium blanda copula , & annexu innato , egregio acumine , & verborum luxuriante copia , veluti multiplicibus radiis , & aculeis , discentium aciem oratione perstringant , recentiores ferè omnes incomparabili jactura , seu ignavia , seu ignorantia , ad artem ipsam allucinantes , insulsissima quandoque , tum inania , partim falsa , & arenti barbarie , jejunoque stylo involuta , & confusa prodiderint . Nos ab extremis medio decurrente linea per expeditum iter ecphrasi , idest mera , puraque enarratione , tritis , non sordidis vocabulis scribente orsi vetustate , obsoleta novavimus , fucata , & infecta repurgavimus , tenebricosis lucem , subtilioribus aditum , hærentibus fidem addidimus , ut vigilias nostras explorari , introrsumque cognosci ad minutias usque apprimè cupiamus . Novitiorum non improbatis opusculis id super ingessimus , ut faciliorem discere aventibus viam aperuerimus , non quòd ab iis nostra aversa , vel absona sint , sed quia aded non parum momenti habeat , referatque , quo modo , quàm non inconcinnè , & quàm dilucidè quicquam dicatur . Usuque evenit , ut qui artes excoluerunt , inventoribus ipsis (quod magis profint) præferantur ; sicut qui erutum ex terræ visceribus aurum purgant , & ad usum gentibus partiuntur , hos excellent , qui ex aurifodinis æs pretiosius scrutantur . Auxit verò opinionem meam (ut currenti calcar subderet) vir consummatissimus *Jacobus* tuus *Antiquarius* , cujus tanta est vel auctoritas , vel religio , vel cum summa morum , & vitæ integritate scientiarum omnium eruditio , ut nil æquè contentiosum sit , quàm quo magis præstet , velle diutiùs perquirere . Hujus cohortatione ad scribendum plectus , vagum alioquin opus tibi bona fide (ea scilicet , quæ Principi debetur integra) , & antiqua devotione dedico , Principum mitissime . Liber hic vernaculus transfuga meus , cujus vita sub alea capitali calculo est , te sibi contra vitiligatores asserit , patronum nuncupat , & facilem dominum recognoscit , & quando doctrinæ nobile diversorium ex thesauris opulentia tuæ publicasti , liberalia studia provehis , opificum , & agricolarum curam non negligis , humilem sub lare sanctissimo locum precatur . Tu martii laboris scientissimus , conclusis Jani frementis foribus , pacem abortivo bello Italiae , non modo & Europæ , verùm Orbi , & gentium nationibus consecrasti . Tu firmissimo hominum consensu , humanitatis , prudentia , & liberalitatis palmam utraque manu occupasti . Nihil nisi magnâ sapientiâ cogitas , majore consilio disponis , paternâ , & maximâ fortunâ regis , & gubernas . Quare & tibi sapientissima arborum *Morus* cognomen dedit . Tu virtutes toto Orbe fugientes revocas , amarique , & exquiri cogis , dum veterum Imperatorum more Reipublicæ tuæ scælix Augustus , doctiores probas , præmia laboribus proponens amplissima . Hac cœlesti ad æternam ingentis nominis adorem semitâ tecum veteres iere heroës , quos de humano genere benemerentes , grata numinibus adscripsit & rudis antiquitas . Suscipe igitur hilari (quod soles) fronte ab homine tibi deditissimo elucubratum Musices opus , & licet eruditissimum tuum *Antiquarium* literatorum cœtu confoveas , & cantorum tibi chorus integer suavissimo concentu applaudat , dignare (quoad occupationes tuæ permiserint) quid in me potuerit novissimum ingenium inspicere . Quod si (ut cupio) bene cesserit , age

ut

ut tua liberali commendatione Liber ornatus, absolutusque, publicum (*fortè ad publicam lucem*), qui præpetibus pennis acceperit, dignus habeatur. Vale. (a)

Num. XLIV.

Ante Fastos Majores.

*Reverendissimo in Christo Patri, ac Domino, D. Ardicino La-Porta, Aleriensi, Cardinali Presbytero Tituli Sanctorum Jo. & Pauli, Petrus Apollonius Collatinus (b)
Presbyter Novariensis Salutem.*

MAjores Fastos, qua potui curâ, ac diligentia elucubratos, cui potius dicarem, Reverendissime Pater, quam præcellæ Dominationi tuæ, quæ illos ante impositam supremam manum efflagitavit? Quis præterea alius, inter Diales Flamines, te uno novorum Operum, vel studiosior, vel appetentior? præsertim, si de sanctarum Literarum fonte derivata, aliquid non minus potui dulcoris insertum modestè contineant, quale nostrum hoc Opusculum: siquidem in eo uteris (*unà*) cum literis, ita figmenta pauca inseruimus, ut alterum ex altero, splendorem, dignitatemque consequatur. In primis autem gloriosæ Virginis Assumptionem poetico more non inconcinnè sic variavimus, ut nihil verum taceatur; ficta quoque ita veris cohæreant, ut gesta esse, putari possint. Accipies igitur Reverendissime Pater, Fastos ipsos, & si ante non petiisses, uni tamen à prima meditatione tibi destinatos. Quos si commendari à te intellexero, cujus judicium plurimi faciam, satis mihi accepisse præmii videbor. Neque enim ego is sum, qui à pulpitis palci cupiam: aut si quid mediter, pecuniis inhiem, sed mercedem existimo amplissimam, summis Viris, & in primis doctis, gratificari. De tuis autem laudibus, quid cudam, nunc pro palare nolo. Hoc unum præfari libet, majorem illarum campum in dies mihi apponi. Quòd si ingenium simul cum vita suffecerit, spectabunt aliquando homines quod non improbent; tu quoque nihil à vero alienum recognoscens, sine jactantia, & adulationis suspitione libenter recipies. Valebis igitur Sacerdotum integerrime, cui jam pridem deditissimus sum.

Num. XLV.

Ante Bonifacii Simonetæ Historiam Persecutionum Christianorum,
Pontificumque Commentarios.

*Presbyter Stephanus Dulcinus Scælae Canonicus, R. D. Joanni Baptista Ferro,
Mediolani Archiepiscopali Vicario integerrimo,
Salutem.*

CUm his diebus, Brenate Iconomus, lectionis aliquid perquirerem, quo aut inventionis novitate, aut elocutionis splendore animus negotiis defessus restauraretur; tandem delatum est ad me volumen à Reverendo Abbate Symoneta (c) proximè editum, in quo, si non utrumque, ut volebam, alterum saltem mihi obvenisse nunquam negaverim. Hujus enim varietate aded sum captus, ut totum continuò perlegerim, tibi que illum, qui totius literaturæ antistes es candidissimus, quamprimum destinare operæ precium duxerim, ut si quando à causis audiendis, à jure dicundo, ab honestissimis negotiis tuis vacabis, habeas ubi animum relaxes, ubi nunquam ociosus videaris. Pro argumento sibi assumpsit Scriptor egregius Pontificum Christianorum, servata temporis, & veritatis fide, persecutiones. Sed quoniam ab aliis hæc eadem tractata fuit materia, interpositis ad amicos Epistolis, rem jam penè vulgarem novo invento illustravit. Epistolæ enim ipsæ tantâ tum Historicarum, tum Physicarum rerum copiâ redundant, ut quod alii Auctores variis libris seorsum scripserunt, hic uno volumine strictim collegerit; atque aded, si fucatis verbis uti voluisset, quantum abstrusas res acquisivit, & in Philosopho Oratorem eloquentissimum, & in Oratore Philosophum acutissimum haberemus. Verùm, ut suapte natura est ab omni ambitione alienus,

ac

(a) Quamvis ingrata legentibus esse possit hæc Epistola, ob caliginem, & inelegantiam styli rudioris, inferenda tamen hic fuit, cum nonnulla ad nobilius illustrandas Ludovici Mariæ Sfortiæ virtutes, amoremque erga bonas omnes artes, distinctim enunciet; præsertim verò controversiam apud Eruditos agitatam exsolvere videatur, cur Ludovicus Sfortia Maurus diceretur. Ceterùm condonari potest huic Auctori Latine lingue imperitia, cum Musicam, non Oratoriam facultatem profiteretur.

(b) Peregrinum nomen *Apollonii Collatini*, quod sibi adoptavit Presbyter *Petrus Novariensis*, ortus ex *Cattana* Novariæ Familia, plures Scriptores in errorem traxit, Margarinum præsertim la Bighe, qui in Bibliotheca Patrum, eundem floruisse VII. Seculo credidit, tradiditque. Lazarus Augustinus Cotta, Musæum Novariense condens, fabulosam hanc antiquitatem mille annorum, à Margarino venditam, invictis testimoniis explodit. Ego quoque ea, quæ in Urbe nostra edita fuere Seculo XV. proferens, ad annum MCCCCLXXXI. compertissimum feci, Auctorem istum Seculo eodem labente Carminibus suis Typos nostros illustrasse. Meccenas ipse, cui Opus hoc suum Petrus Apollonius dicavit, quemque eximie laudat memoratus Cotta in Libro jam dicto, dilucidè prodit Auctoris statem.

(c) Sæpius de Simonetæ familiæ Viris, non tam sanguine Claris, quam Literarum studio, & amore in hac Metropoli celeberrimis, mentionem egi in Historia mea Literaria. Quod attinet ad Bonifacium Simonetam, cujus Opus vulgavit Stephanus Dulcinus, illustrare conatus sum ad hunc annum.

ac unicæ veritati inserviens, omissis verborum coloribus, rerum dumtaxat acumina persecutus est, non ex verborum levitate, sed ex rerum soliditate laudem aucupaturus. Quid enim deesse posse arbitramur homini tam studioso, & tam nobili Familia orto? quæ, uti scis, in omni disciplinarum genere viros fert, & feret omnibus annis eminentes. Ubi nam foelicius florent literæ? apud quos frequentius camcænæ diversantur? Domum hanc literarum officinam, imò *Museon* rectè appellabis, in qua aliquid perpetuò duraturi quotidie excluditur, veniet sua meritis gloria, atque olim nominabuntur. Jam enim, ut ex pluribus duos treiseve ad summum commemorem, totum pervagatur orbem *Joannis Simonetæ*, Abbatis hujus patri, præclarissima historia, qua Divi Francisci Sfortiæ Cæsareo animo Ducis gesta completitur. Nec minor est *Jacobi Philippi* (a) fama, qui utriusque juris nodos ita absolvit, Legum obscuritatem, ac Jurisconsultorum sensa, tanta luce interpretatur, ut ejus responsa pro Pythii Apollinis Oraculis habeantur. Ad hunc, quemadmodum tu probè nosti, sub quo totiens causas dixit, reosque absolvit, est totius Urbis concursus, in hujus ædium vestibulo, maxima semper clientum, ac salutantium est frequentia, amatur, colitur. At verò Abbas, Jacobi Philippi frater, recessu amœni Monasterii delectatus, qui composito animo, qui pingui ocio philosophatur, cui nulla hora perit, qui nullum temporis dispendium patitur: si aliquando subtili aliqua meditatione gravatus, ingenium levare cupit, ad nostra hæc amœniora studia confugit; legit, observat, excerpit, componit, quo & animum recreare, & posteris prodesse queat. Quale est Opus, quod ad te, qui non solum Sacerdotum, sed etiam Literarum Censor es æquissimus, inter curas perlegendum in præsentia mittimus. Verùm, ut intelligeres, quantum simus hac compositione oblectati, simul etiam ut tibi, ceterisque, qui aliis curis impediti, libri magnitudine fortasse gravabuntur, labor minueretur, Indicem, quo singulorum capitum summa perscripta est, unicuique libro præposuimus. Vale, & Dulcinum, ut facis, tui memorem, ama.

Mediolani tertio Idus Januarias MCCCCXCII.

ANNO MCCCCXCIII.

Num. XLVI.

In calce Rhythmorum Gasparis Vicecomitis.

P. Franciscus Tancius Corniger Lectori Salutem.

Contentus erat Auctor suo libello, Auctoris sinu solum libellus, neque exire foras, neque in medium prodire, etiam cum posset, spectari & laudari curabat; tanta erat & Auctoris modestia, & libelli moderatio. Ego autem, qui scripta pariter, & gesta, quæ solum Auctor cognoscit, proinde existimo, ac si nunquam fuerint, nisi ab aliis cognoscantur, cum summis precibus ab Auctore ipso obtinere non possem, ut quassantem ejus fores famam admitteret, honestæ fraudis ministerio librum ipsum mutuò acceptum, subito imprimendum curavi. Lector, si juvenis es, convenit hæc annis, & moribus tuis lectio; hoc exemplo, amare, non furere discas; si senex, & tetricus Cato fueris, legas, si prius te juvenem fuisse, & quod nunc gelatum est pectus, olim amoris flammam sensitisse memineris; nam qui senex est, nec amat, neque amavit, illum hominem non esse existimo. Absit ab amorum nostrorum simplicitate malignus interpret: infelix est, qui bonis tantum invidere, non imitari didicit; quod si adesse voluerit, ni malus esse desinat, Venerem, & Cupidinem sentiet iratos.

In fine

Dulcinus pro Cornigero.

Ne elegantissimi Operis lepos mellifluus, temporis edacis injuriâ, Tibi, Lector optime, aliquando periret, aut illustrissimi Auctoris inclyta memoria ævo oblitteraretur; ne etiam posteritas hac delectatione defraudata, Cupidinis lusibus careret, Franciscus Tancius Corniger Poëta Mediolanensis hos Rhythmos Magnifici, ac Splendidissimi Equitis Gasparis Vicecomitis linguâ Vernaculâ compositos, quamquam invito domino, in mille exempla imprimi jussit

(a) Tanta fuit in Jacobo Philippo Simoneta doctrinæ amplitudo, cum ceteris omnibus integerrimæ vitæ exemplis conjuncta, ut non tam Scriptores nostros ad peculiarem eidem laudem contexendam impulerit, sed Fratrem ipsum suum Bonifacium Abbatem (præter morem) coegerit, Epistolâ prima libri VI. hujusmodi Operis, immortale illi Elogium his verbis condere: „ Philippus Jacobus post me secundus, Deucalione justior, Deisque acceptior, utriusque juris „ auratus interpret, Vates, & Orator suavissimus, è sua pietate, clementia, civilitate, sapientia, maturitate, „ consiliis, inter Insuaves, ut Pater Jurisconsultorum passim decantatur; ad cujus domum, ad cujus consulta præstantissimi Clientes (*confluunt*), & quas ipse more Philosophorum spernit, & aliis elargitur, coacervatas congerunt opes.

fit Mediolani, Anno à Salutifero Virginis partu MCCCCLXXXIII. Quarto Calendas Martias. Finis. (a)

Num. XLVII.

Ante Dialogum, cognomento *Lucidarium*.

*Pantaleo Cusanus Canonicus Regularis Venerabili Presbytero
Bernardino Scarlione Salutem (b).*

Dialogum tuum, cognomento *Lucidarium*, quem superioribus diebus ad me dedisti, tribus Lucubratiunculis, pro viribus tibi reddidi castigatum, optime Bernardine, ut & tu illum operâ tuâ, curâ, atque diligentia, nedum nobis Insubribus, verum & toto Latio reddas impressum, sicuti jam dudum instituisti. Nam, & si quicquid de Trinitate, quam Græci *Homosion* vocant, quicquid de sex dierum Creatione, de Luciferi casu, primique Parentis piaculo; de Incarnatione Verbi, deque aliis dici potest Sacramentis, Divus Augustinus, noster Ambrosius, reliquique Doctores, dignissimis, luculentissimisque voluminibus dignissime enuclearint, atque in lucem producerint; at hic tamen vir egregius, atque doctissimus, hæc omnia brevi, facili, elegantique stylo ita complexus est, ut non solum à viris sapientibus, verum etiam à pueris, in ludo literario certantibus, facillimè possit intelligi. Quid enim dulcius, quid antiquius, quid denique utilius homini in hac vita esse potest, quam interdum mortalium occupationum paulisper cura, & cogitatione postposita, animo in cælum ascendere, ibique Auctorem suum cognoscere? Angelorum præterea choros, atque omneis cœlos, & omneis eorum ornatus contemplari, aspicereque mundum, & omnia, quæ in eo sunt pulchra, cum per ea, quæ facta sunt, Paulo teste, invisibilia Dei cognoscantur? Enim verò bonitas, ac vera religio, in nullo constabit homine, cum ignorantia Dei. Neque enim est bonus, qui veri Boni fontem nescierit, atque totius Creatorem, & nostræ salutis Auctorem. Perge igitur, ut facis, optime Bernardine, & Proximo, tuæque consule laudi. Quod erit, si tuâ solertiâ, tuâ industriâ, nova, si quæ sunt digna, opuscula, imprimi feceris. Sunt planè istiusmodi bona super aurum, & lapidem preciosum.

Vale. Ex Casoreto.

Sequitur Prologus. (c)

Sæpe rogatus à condiscipulis, quasdam quæstiunculas enodare, importunitati illorum non fuit facultas obviare, præsertim metuens illo eulogio mulctari, si creditum talentum mallet in terra silentio occultari. Divitias, quas devoravit, extraheret Deus de ventre ejus, qui abscondit verba Dei famem patienti. Et ut labor meus non solum præsentī proficiat ætati, disputata studii stylo transmittere posteritati; rogans, ut quicumque his studuerit legendo incumbere, per me satagat Deo preces effundere. Titulus itaque, si placet, *Elucidarium* præfigatur, quia in eo obscuritas diversarum rerum elucidatur. *Nomen autem meum volui silentio contegi*, ne quis invidia tabescens juberet utile opus contemnendo negligi. Hoc tamen Auctor postulat, ut in Cœlo conscribatur, ne aliquando de libro viventium deleatur. Fundamentum igitur Opusculi supra petram Christum jaciatur, & tota machina quatuor firmis columnis fulciatur. Primam columnam erigat Prophetica auctoritas: Secundam stabiliat Apostolica dignitas: Tertiam roborat Expositorum sagacitas: Quartam figat Magistrorum solers subtilitas. *Discipulus*: Gloriosissime Magister rogo, ut ad inquisita mihi ne pigriteris respondere, ad honorem Dei, & utilitatem Ecclesiæ. *Magister*: Equidem faciam, quantum vires ipse dabit &c.

ANNO

(a) Has Epistolas afferre placuit, ut Lector à seriis ad jocosa, sed castigata, evocatus, animum recrearet. Ceterum hinc modestia nobilissimi Equitis Gasparis Vicecomitis elucet, qui non nisi per amicam fraudem adigi potuit, ut ingenii sui fœtus prodire in lucem pateretur. De Presbytero Francisco Tanti Cornigero, clarissimo Poëta Mediolanensi, vide quæ exaraverim in mea Hist. ad annum MCCCXCIV.

(b) Bernardinus Scarlioneus, mihi non innotuit ex labore alio literario, aut proprii calami industriâ condito, aut alieni studii Opere in lucem emisso, quam præsentī Dialogo, qui illius curâ Mediolani in publicum prodit. Plurimæ tamen eidem habendæ sunt gratiæ, quod Typos nostros ditaverit pretioso Libello, ab ignoto Auctore confecto, & insignium Virorum Vigilis exposito, quemadmodum in superiori Hist. mea ad hunc annum Lector intelliget.

(c) Consultò hunc Prologum imprimendum curavi, tum ut peculiarem Auctoris genium in eodem conscribendo dignosceremus, verbis ferme omnibus rhythmicè definitibus; tum, ut error, qui in Indices Bibliothecarum irrepsit, inde expungatur, cum ferme omnes Bernardino Scarlione hoc *Lucidarium* adscribant, contra mentem veri Auctoris, qui hinc profiteretur, *velle nomen suum silentio contegi*.

ANNO MCCCCXCIV.

Num. XLVIII.

Ante Logicam Samuelis de Cassinis.

*Magnifico Domino Magistro Gabrieli de Pirovano (a) Medico Ducali celeberrimo
Salutem plurimam dicit
Franciscus Ruerius Sacerdos indignus .*

NULLA re magis , ut opinor , delectari solent Viri celebres , ac virtutibus præditi , quàm tractatione earum disciplinarum , quæ nedum nobilitant homines , sed & beatos efficiunt . Has Philosophiam Naturalem , vel & Moralem , tradunt Veteres ; Naturalem autem bipartitam esse palàm est : alteram naturalem propriè ; alteram primam vocaverunt . Ad has omnes , nonnisi Logicâ priùs habitâ , pervenitur . Quas simul omnes cùm fuerimus affecuti , ad Theologiam nostram liber est aditus . Hanc cùm aliquantisper attigerimus , veram utique illam beatitudinem nos adeptos sentiemus , quam antiqui Philosophi quærentes , numquam invenire potuerunt . Erit igitur Logica ipsa omnium horum bonorum mater , & caput ; non quidem à qua illæ trahant originem , veluti è propriis ejus eductæ principiis , sed à qua regulas modi sciendi , tractandique recipiant ; quare Philosophia rationalis nuncupata est . De hac rationali Philosophia Aristoteles , omnium Philosophorum eximius , tractavit super omnes Mortales , ut tua ingenii claritas meliùs novit , accuratius , & ingeniosè nimis , cujus latentissimos sensus subtilis Doctor Scotus de Ordine Seraphico Minorum enucleatius exurgitat . Verùm quoniam & is sparsim Theologicos apices pertractando id egit , Frater Samuel Cassinensis ejusdem Ordinis professor , Domino , ut opinor , inspirante , ac caritate permotus , compendio omnia cumulavit , quæ ad artem ipsam Logices pertinere videbantur ; non quidem tamen mendicando , quæ protulit , & è charta , ut ajunt , in papyrum transferendo ; sed ita per gyrum cuncta prospexit , ut quasi non tam subsequi Philosophiam , sed ipso Scoto duce , illum videatur attingere ; tradiditque propterea artificiosissimè quicquid in Logica inveniri ferè potest . Atque aded , ut quisquis diligenter introspexerit quod ordinatissimè compexit , erit intra paucissimos menses , ne dixerim annos , edoctus in his , quæ & Scotus sentit , & Philosophus exsequitur . Hæc dixerim , non desiderii passione permotus , sed experientia teste , conscientiaque meâ , qui aliquem è suis Discipulis novi , quem cùm paulò ante putasses elinguem , & literarum penitus expertem , nunc Philosophum judicare possis , ac penè Theologum . Hoc itaque Opusculum , Gabriel magnifice , quod ad Nepotem Artium , & Medicinæ Professore[m] missum reperi , quod & isdem Religiosus venerabilis inchoaverat in Gallia legens , Mediolanique perfecit , non sum passus quasi sepultum , atque latens in pulvere regi ; utpote quod scio , oblectaturum mentem tuam plurimùm , qui etsi in Gymnasio Papiensi olim pro tuis virtutibus Rector Universitatis exstitisti , & ibi in liberalibus Disciplinis inter omnes coætaneos tuos eminenter edoctus , dehinc ad Magisterii gradum , atque Doctoreas infulas evectus , ed usque perductus es , ut cùm caris , & peritissimis Medicis Ducalibus carus sis , atque præcipuus , non abhorres tamen ab his , quæ & revocant ad memoriam , quæ quondam profuerunt , & quæ novisti ea esse , licet parva , sine quibus magna constare non possunt . Vale .

ANNO

(a) E nobilissima Mediolanensi Familia ortus Gabriel Pirovanus , se ipsum illustriorem reddidit studio Artium Liberalium , præsertim verò Medicinæ , atque Astronomiæ , in cujus defensionem Librum edidit Typis Alexandri Minutiani anno MDVI . Archiater in hac Urbe declaratus est à Maximiliano Sfortia Duce Mediolani , statim ac , expulsis Gallis , patrum Insubrum imperium suscepit , cùm antea Ticinensis Academiæ Præfecturam gessisset . Quo usque vitam produxerit , ignoratur . De Auctore hujus Libri , vide quæ scripserim in Hist. Liter. ad hunc annum .

ANNO MCCCCXCV.

Num. XLIX.

In editione T. Livii .

Alexander Minutianus (a) Bartholomæo Chalco , à Secretis Ducalibus Primario S. D.

Magna me hercle commoda , & opem præsentissimam conclamata jam literariæ rei nova ista imprimendi ratio attulisset , integerrime Mecœnas , si librariarum officinarum mancipēs eandem imprimendis libris curam adhibuissent , quam præstantes illi ingenio viri , qui hunc admirabilem scribendi modum primi excogitarunt . Nam lacrymabilis illa jactura , quam fecerat Latina lingua , non solum librorum copiâ , quæ exhaustas Bibliothecas incredibili quodam proventu replevit ; sed pristinâ quoque bonitate instaurata fuisset . Verum cum egregium hoc artificium , ex quo primi illi Inventores uti multum fructus , & gloriæ , ita & voluptatis quàm plurimum capiebant , ad idem prorsus fastidium cum sellulariis artibus devenerit , nulla amplius curâ , nullâ delectatione præclarissimorum virorum monumenta imprimuntur ; immo à corruptis jam exemplaribus continuò degenerantes , deteriores quotidie libri ex eorum officinâ emittuntur ; aded quòd si eorum Auctores reviviscerent , & Opera sua diligentius inspicerent , aut illa prorsus non agnoscerent , aut vigiliarum , & laborum , quos in ea impedissent , admodum pœniteret . Accessere præterea ad hæc mala , quæ per librariorum inscitiam in rem literariam invecta sunt , & alia non negligenda incommoda per magnam eorum partem , qui librariam hanc negotiationem exercent ; ii enim dum nihil aliud curant , quàm ut libros , quos imprimunt , quàm minimo possint , ære ex officinis redimant , omnem penitus majestatem , & gratiam bonis libris ademerunt , ita ut qui molestioribus studiis detinentur , cum mansuetioribus his nostris disciplinis animos remittere velint , à mediâ vel jucundi Poëtæ , vel prudentis Historici lectione , tam squalidâ , & confragosâ scripturâ avocentur . Unde fit , ut paulò accuratius cogitantem , boni ne , an mali , plus literariæ rei novus iste scribendi modus attulerit , ratio ipsa in hanc me potissimum sententiam adducat , ut existimem , hanc artem in tantâ incuriâ , & negligentia Latinæ linguæ , ac literariis studiis multò magis nocituram , nisi per eruditos Viros , qui fugientes jam literas , & in pristinum squalorem recedentes vindicent , succurratur . Ecquid aliud est , corrupta literatorum virorum monumenta in vulgus emittere , quàm rem literariam corrumpere , atque in tantâ librorum copiâ inopem , & neglectam reddere ? Quamobrem , Vir inter paucos egregie , cum tanto malo succurrendum omnino duxerim , Livium diligentiore curâ , quàm his temporibus transcribendis libris impendatur , hujusmodi librariis imprimendum tradidi ; non quòd alia innumerabilia bonarum artium volumina reparatione non egeant ; verum ut prostratæ jam , atque dejectæ Latinæ linguæ instauratio ab eo instituat operè , quod tantò hominibus utilius judico , quòd historia humanæ vitæ est magis utilis , ac necessaria . Nam præterquamquod ad instituendam vitam , & tuendam hominum societatem plurimum confert , quando per ejus lectionem ex aliorum erratis nostra corrigimus , quodque optimè actum sit , & nobis ad imitandum proponimus , & aliis inviolatè custodiendum præscribimus , pueritiam certè exuit , & robustiorem , prudentioremque ætatem induit . An aliud est , historiam nescire , quàm semper esse puerum , & quæ ab illustribus Viris gerenda sunt , penitus ignorare ? Sed cum in tam laudati Historici recognitione *Jo. Ant. Aleriensis Episcopus* , Vir sanè de emergentibus tunc literis benemeritus Romæ , & alii eruditissimi Viri quantum pertinaci studio , & diligenti lectione assequi potuerunt , pro viribus laboraverint , existimavi ad eam Operam , quam in tanti Scriptoris reliquias , & eas quidem neque sinceras , neque satis integras impendissent , tum demum aliquid operis nostrâ industriâ accessurum , si quid aliud præstitissem , quàm eorum locorum castigationem , quæ per Impressorum incuriam corrupta fuissent ; quare adhibitis veluti in hujus nostræ editionis consultationem vetustissimis exemplaribus , & diligentissimè cum recentioribus exemplis comparatis , didici veteris jacturæ , quam temporum injuria fecerat , nonnulla adhuc vestigia remansisse . Nam , excepto quòd in plerisque locis integras clausulas reposuimus , dimidiatas redintegravimus , præpostera in ordinem redegimus , duas certè nobilissimas Scipionis conciones fartas tectas , ut ajunt , reddidimus , ubi ad finem sexti libri Secundi belli Punici à veru ad stellam , quinquaginta ferme versibus amissam possessionem restituimus . Dictiones præterea quamplurimas , quibus Liviana majestas Correctorum temeritate defraudata fuerat , eorundem exemplarium ope asseruimus . Cum interim M. Antonii Sabellici in Livium annotationes , quàm diligentissimè pensitarimus , & quæ vir ille elegantissimus ratione , & au-

cto-

(a) Hujus celeberrimi Impressoris simul , atque Oratoris egregios labores in Studiis Mediolanensibus promovendis , recensui in Prolegomenis , atque in Hist. superius vulgatâ .

toritate integriora reddidisse visus sit, comprobarimus; non inficior tamen, inter varias nonnullorum emendationes, inter dissidentes exemplarium scripturas, paucula quædam mihi tum dubia, tum ignota occurrisse, in quibus intelligendis cum divinandum fuisset, ea intacta penitus reliqui, ne corrupto magis, quam correcto loco in eam vituperationem incurrerem; qua temerarios nonnullos nostri temporis Correctores notari video. Proinde studiosi homines & ipsi Livianam majestatem juvent, & quæ intacta præterivimus, non divinando corrumpant; sed fideliori aliquo exemplari adhibito corrigant, & castigent. Tu autem Vir integerrime, cui meæ omnes ingenii vires, cuique corporis labores debentur omnes, non certè magis, ut me tuis beneficiis gratum approbent, quam publico Literatorum nomine, quòd illis semper faveris, & bonarum artium studia in inclyta hac Urbe excitaveris, ita ut rem Latinam pariter & Græcam, indulgente Illustrissimi Principis liberalitate, ab interitu receperis. (a) Tu ergo nostros hos labores, qualescumque sint, tuis auspiciis procedere æquo animo patiaris, non ut in iis tuæ memoria celebretur, quæ facundiorum virorum monumentis ære perennioribus in posteros diffundetur; sed ut tui nominis magnitudine, nostra hæc editio commendetur. Vale Decus, & Prælidium meum.

ANNO MCCCXCVI.

Num. L.

Ante Epitalamia, & Orationes in Defunctos.

*Ad Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum, D. Paulum Zane, humanarum
Ovium Pastorem, & Divino afflatu Episcopum Brixianum benemeritum,
Frater Gregorius Britannicus (b) Sacri Ordinis Prædicatorum
Professor S. P. D.*

ETsi nulla unquam, Reverendissime Antistes, nec consuetudo, nec familiaritas, mihi tecum intercessit, tum quòd dispar dignitatis conditio ab tuo omnium desideratissimo me consortio semovit; tum quòd, quo tempore tu te ad studiorum matrem Patavium disciplinarum gratiâ contulisti, ipsi mihi agrum Picenum, aliaque pleraque loca longinqua colere contigit, incredibili tamen te semper profecutus sum amore. Nec immeritò quidem; tam multa enim de prudentia, humanitate, & virtute tua ubique prædicabantur, ut ad te amandum mirabiliter sim accensus, putaverimque, nihil mihi gloriosius, honorificentiusve comparatum iri posse, quam benivolentiam, & amicitiam tuam promereri. Nam quòd omnino singulari, & præcipua laude dignum est, in ea te omnis doctrinæ arce positum esse intellexi, ut quum te omnes ob tuam amplissimam probitatem mirum in modum venerentur, hac una re non solùm civibus tuis, sed externis præcipuè sis admirationi; hincque mirificus quidam undique amoris, & observantiæ conciliatus sit tibi cumulus. Nec injuriâ quidem; quis enim eum patrem non amet, ac colat, in quo ea adsint, quæ Plato sapiens, & summus Philosophus optimo Præsidi vendicanda censuit? eâ enim es integritate, & justitiâ, eâque prudentiâ, & animi moderatione stipatus, ut universa Civitas tua Brixiana se ipsam quotidie ductu tuo felicem appellet, mirabilique benivolentia observet, ac colat. Nihil enim, Reverendissime Antistes, agis, quòd non tecum ante diu, multumque sis meditatatus. Quicquid enim consideras, quicquid dicis, quicquid agis, miram semper præ se fert veritatem, & sapientiam. Nihil namque à te fictum, nihil simulatum, nihil denique ineptum proficiscitur. Illuc denique omnes animi tui cogitationes tendere conspicuum est, ut oves tuæ, quarum curam geris, recto calle ducantur, eamque vivendi rationem teneant, quæ non minus probabilis sit, quam salubris; eas enim ad pabula virtutis, ut optimum decet Pastorem, non minus studiosè, quam amanter, & ducis, & erigis. Qua quidem una re nihil in summo Præsule potest esse excellentius. Innocentiam autem, & abstinentiam, quantopere in te ipso tuearis, quis ignoret, est nemo. Quæ omnia quum in te esse, universi & sciant, & prædicent, factum est, ut incredibili quadam benivolentia, atque insigni amore ego quoque te prosequar, eoque magis, quòd præter cetera ornamenta, eâ es doctrinâ, atque eloquentiâ, quæ mirabiles de se possit amores concitare. Habes ea omnia, quæ
Pon-

(a) Quid Bartholomæus Calchus contulerit ad Latinas, Græcasque literas in hac Urbe vividius statuendas, publico resecto Gymnasio, compertum feci, tum in Prodro, tum ad annum MCCCCLXXVII.

(b) In Hist. mea ad hunc annum, facem præferente hac editione, Mediolani peracta, discipuli tenebras, quibus se circumvolutos esse, testati sunt Scriptores Bibliothecæ Ord. Prædicatorum, censentes, *Gregorium Britannicum* non alium esse, quam *Benedictum*, S. Dominici Alumnum, qui ejusdem argumenti Sermones ediderat; propterea verò, ex uno duos Auctores factos pronuciavere. Errorem istum ibi emendavi, proferens Libellos in Ambrosiana Bibliotheca servatos, è quibus clarè constat, duos hosce Fratres, sanguine, & Religione conjunctos quidem fuisse, sed Literariis Operibus in lucem productis, prorsus diversos.

Pontifici optimo, & sapientissimo conveniant. Quum igitur omnium virtutum cumulo sis circumseptus, nihil sanè restat, quare non omnibus sis admirationi. Illud certè affirmare, possum, quod ad laudem tuam pertineat, tantam tibi cujuscumque doctrinæ librorum esse suppellectilem comparatam, in qua omnis tua ætas conquiescat, ut isto tuo Pontificatu nihil preciosius possideas. Sed quum ad eam ornandam quotidie studium tuum conferas, paravi pro mea in te singulari observantia, quodcumque ingeniolo nostro superioribus temporibus esset elucubratum, id omne illuc esse conferendum. Itaque quum fortè nonnulla Epitalamia, quæ mihi, quum inter Seculares agerem, sub *Joannis Britannici* disciplina exciderant, aliasque Orationes in Defunctos haberem, quas in Religione conscripseram, multique à me flagitarent, ut in lucem omnia ederem, putavi tam honestæ petitioni nullo modo refragandum; fieri enim posse existimabam, ut iis, qui in his studiis minus sunt exercitati, aliqua ex parte possent prodesse. Ceterum quum animadverterem, fieri non posse, quin virtus semper invidiæ sit obnoxia, nec obrectatorum facilè morsus vitari licere, putavi aliquem mihi tanquam patronum, & defensorem parandum, cujus præsidio, & auctoritate omnia mihi in tuto posita essent. Tu igitur, Reverendissime Antistes, solus inter amplissimos hujusce Civitatis nostræ Viros occurristi, cui, cum ob singularem humanitatem tuam, tum ob egregiam morum probitatem, Opusculum meum dicandum censui. Munus igitur nostrum accipies ea animi benignitate, qua à nobis mittitur. Itaque à te petimus, ut aliquando quum per occupationes liceat, totum quicquid est, legas; confido enim fore, ut quod per te comprobatum fuerit, latrantium morsus minus formidet. Vale, Reverendissime Episcope, & Fratrem Gregorium Britannicum, Amplitudinis tuæ studiosissimum, ama plurimum. Vale iterum.

Ex Æde Divi Floriani, Quartodecimo Kalendas Aprilis MCCCCXCV.

Num. LI.

Sequitur responsio:

Paulus Zane Episcopus Brixienfis Fratri Gregorio Britannico S. P. D.

Perlectis suavissimis Literis tuis, dilecte Frater Gregori, quas ad me nudiustertius dedisti, aded sum mirificè delectatus, ut haud unquam in legendis Epistolis potuerim ædè pol affici gaudio majore. Nam quanto me prosequaris animo, quantâ me tuâ amplectaris integerrimâ humanitate, quanta me demum afficias benignitate, tum tuis de me amplissimis laudibus, tum tuo munere non vulgari elegantissimè significasti; nihil enim antea vererebar, quin me, meumque honorem multi faceres; verum modò ne dum non possum dubitare, sed ne extimescere quidem, quòd non apud te tanti sit omnis laus, omnis gloria, & decus, & ornamentum, atque omnis amplitudo mea, ut mage divelli à voluntate tua, difficiliùs crediderim, quàm ab meo judicio laudum incrementa existimari. Proinde quum nonnunquam Phalaridem legerim, in nullos quicquam præterisse, qui de se bene essent promeriti, quin & gloriosè, & ex tempore, studiorum, musarumque sese amatorem profiteretur; maximè verò in eo actu, quòd Stephicorum Poëtam, sui inimicissimum, pro reverentia musarum non solum non enecavit, non cæsum dedit, non extorrem fecit, sed multis etiam muneribus donavit, prætereaque liberalitatem præ sese tulit semper, atque aliàs; eo autem præcipuè, quum non ab quocumque munera voluit accipere, sed quòd à se minus acciperetur, sæpe conquestus est; ab eo mihi summæ magnificentiæ, & singularis humanitatis exemplum præstari intellexi, ut plenissimas tibi pro merito tuo, immortalisque agerem gratias, atque haberem, qui me dignum feceris tanti donatione laboris. Opus mihi quidem peculiare est, & gratum, & perjucundum. Suavissimum autem erit, ac magis oblectabile, mi dilecte Frater Gregori, si operam navaveris, ut accuratissimè, diligentissimè, atque examussim imprimatur, ne Impressorum neglectu, ac imperitia, quod sæpe evenire solet, verborum stylus præposteretur, sententiarum ordo depravetur, operisque dignitas labefacteretur. Ego autem Opificem omnium obtestor, atque supplex exoro, ut quod officium boni viri suadet, omnes, qui literarum studio oblectantur, quos alta facinorum fastigia demulcent, quos etiam disciplinarum, virtutumque suavitates oblectant, hoc Opusculum perjucundum tanti pendant, æstiment, honorent, ac suis in Bibliothecis conscribant, ut quum in manibus nihil hoc habeant præstantius, hoc vel supremo haud deferere laborent, quod excellentissimorum sese Virorum frugalitatibus compararint, illustribusque, ac laudatissimis mortalibus contulerint. Tu igitur, Frater Gregori, cura, ut quamprimum Impressoribus hoc immortale Opus commendetur, ne incuriâ unius, multorum utilitas impediatur, & testimonium amplexandæ virtutis, multitudine modicum, sed æterna commendatione dignum, diutiùs occultetur. Quantum autem debeat huic Domui Britannicæ ista mortalitas, quæ tum *Joannis* fratris tui interpretationibus tam in Persium Poëtam quamdifficillimum, quàm in Statium Achilleidos, satis illustrata est, egregiaque in dies expectat Commentaria in Juvenalem, Ovidiumque Metamorphoseos; tum reliquorum fratrum ornamentis, qui sese student

dent ceteris præstare, suis venustissimis moribus animantibus meis sermonibus difficilè panderem; sed si in illis ipsis connumerandis orationem protraxero, quæ meam excedunt dicendi facultatem, vereor, ne Lectoribus meis tœdium injiciam (a). Ad te verò postremò recurro mihi omnium mortalium amicissimum, qui quum me satis ornaveris, studuerisque amplissimis laudibus insignire, præstantissimis titulis decorare, summisque tuis conatibus extollere; ego autem minus meruerim, gratias, quantas possum, & ago, & habeo, nec puto, modò fata sinant, inter viventes, tuî umquam posse oblivisci. Tu interea vale, & me, ut cœpisti, observa, jubar lucidissimum Domus Britannicæ.

Ex Episcopatu nostro Brixiano, duodecimo Kalend. Apriles MCCCCXCV.

Num. LII.

Ante Codicem Epistolarum Æneæ Silvii.

Ambrosius Archintus Patricius Mediolanensis Lectori Salutem.

Pervenerunt nuper ad manus meas, Æneæ Silvii Piccolominei Senensis, Viri rarissimi, Epistolæ, quas dum in minoribus ageret, aut nondum Cardinalatus dignitatem excessisset, ad Principes, ad Amicos, & Fautores suos ex tempore dictabat. Eas cum legissem, indolui tanti ingenii vicem, quòd Vir Latinus, & eruditissimus, qui nemini patrum nostrorum memoriâ in omni scientiarum genere cedit, ab horrida Germania corruptè imprimeretur, & non ab re inter Literatos sæpè disceptatum est, profuerit ne humanæ Societati impressoria hæc ars, vel potiùs obfuerit. Comperi enim ex eorum lectione, infinitos errores, ut divinandum potiùs esset, quàm legendum. Cogitanti igitur mihi, & ipsius Æneæ elegantiam, & miram Epistolarum ipsarum utilitatem, concinnamque brevitatem, visum est, quidquid temporis subfurari potui, redigere Epistolas ad aliquem ordinem, ut omnes intelligant, pro virili mea tanto Viro me affici, qui propria virtute, & non favore, nec fortuna ex humili loco, ad fastigium Summi Pontificatus evectus est. Is enim à teneris annis Literis deditus, Juri postea Cæsareo operam dedit; mox, ut intestinas factiones evaderet, Mediolanum se conferens, Præpositurâ S. Laurentii Majoris Mediolani donatus est. Deinde in Germaniam profectus, in Concilio Basileensi, quòd tota Virorum Doctorum summa convenerat, omnium judicio & doctissimus, & modestissimus judicatus est, & non immeritò Divus Federicus III. Romanorum Rex in Secretarium delegit, laureatumque Poëtam reddidit, & post multos exantlatos labores, Tergestinensem Episcopatum nactus, vacanti deinde Ecclesiæ Senensi Patriæ suæ, sufficitur. Demum post longas peractas vigilias pro Republica Christiana, ad Cardinalatus dignitatem à Calixto Pont. Max. promotus, eidemque morienti summo omnium favore ad Supremum illud dignitatis culmen Æneas ipse immediatè successit. Non enim in præsentia, ejus res præclare gestas enarraturus accedo, quia à Viris probatissimis tractata sunt, ne fortè dum illius laudes referre vellem, ob ingenii mei exiguitatem eas potiùs labefactarem; tanta est enim Maximi hujus Pontificis gloria, ut nullius laude crescat, nulliusve vituperatione minuatur. Utinam is semper vixisset! quia renascentes literas sublevabat, & doctos in omni scientiarum genere præmiis, & dignitatibus decorabat (b); utque ad virtutes omnes alliceret, non quorundam more, qui facti voti sui compotes virtutes prosternunt; is Pontifex dignissimus Pius nominatus, licèt assiduis obrueretur occupationibus, semper aliquid legebat, scribebatque manu sua. Extat & alterum Volumen egregium, quod in Pontificatu ipso Maximo ad Reges, & Principes exaravit. Tandem dum bellum contra fœdissimam Turcarum gentem pararet, & in anchoris staret classis in Anconæ Portu, divinam animam efflavit, relicto apud omnes Christianos sui deliderio. Quod reliquum est, has lecturos Epistolas & oro, & obsecro, ut si quid minus accuratè reimpressum extiterit, Impressoribus vitio dent, qui datum sibi ordinem persæpe non servant; mihi verò ignoscant, quia Impressoribus adesse non possum; hoc tamen elaboravi, ut Epistolæ, quæ apud Barbaros impressæ sunt, & vix quatuor volumina (*exemplaria*) ad Italos pervenerunt, omnibus esset, cum parvo ære copia, & meliori artificio impressæ, correctioresque, & emendatiores haberentur, quia Germania illa Latinorum nominum vocabula ignorat, ordinemque confundit. Teneat itaque barbara Germania codices suos, quia *Ambrosii Archinti*, & *Joannis Vinzalii*, viri docti, qui totum Opus revisit, beneficio, studiosis, & Literatis multa Epistolarum ipsarum volumina in medium allata sunt. Sis felix, candidissime Lector, & Pii

bona-

(a) Britannicæ Familiæ laudes eximias innuit tantùm præclarissimus Brixie Episcopus Zane; at eas illustriùs amplificavit alter ejusdem Urbis Antistes, Literis, & Purpurâ clarissimus, Angelus Maria Quirinus, qui in Libro *de Brixiana Literatura* singillatim recenset Opera, & ingenii labores, susceptos ab hujus Familiæ Viris doctissimis, quorum ope plurimum emolumentum accepit Literaria Respublica.

(b) Testimonium hoc Viri doctissimi, atque integerrimi *Ambrosii Archinti*, si cetera deessent, sufficeret ad explodendam infamam calumniam Francisci Philolphi, qui Manes Sanctissimos Pii II. insectatus est, oblatrans, eundem *hossim* fuisse *Literatorum*, & quos ad emolumenta debuisset, dignitatesque extollere, eos vel contempnissse, vel neglexisse, quemadmodum retuli ad Annum MCCCCLXXXI.

bonarum literarum patris indulgentissimi memor . Cujus umbræ dent Superi tenuem , & sine pondere terram , spirantesque crochos , & in urna perpetuum ver .

Mediolani quinto Kal. Decembris , Anno à partu Virginis MCCCCXCVI.

Num. LIII.

Ante Librum inscriptum ANTEROS.

Apostrophe Baptistæ Fulgosi (a) ad Librum.

HEus tu, mi Liber, quid sibi vult, quòd meis laribus, & amici, jussu meo diu circumscriptus, quod ut tibi, mihiq; conducibile arbitratus perpetuò futurum decreveram, tuas haud emensus vires, in publicum, me inconsulto, evaseris? Impressorum illectus blanditiis, vanaque gloriæ spe inflatus, cur è latebris meis potiùs elapsus, quàm emissus, omnibus te legendum exhibuisti? An in quod certamen descenderes; meque invitum traheres, insulse perspexisti? è quo mihi, tibi ve haud ampliùs erit integrum, pedem referre? Quid oculos demittis? quid te circumvertis? nihil est, quòd fugam mediteris, pugnamve detrectes. Jacta est alea; receptui canere, cum jam conferendæ cum hoste sint manus, nil aliud esset, quàm adhuc victoriam dubiam certâ cum fugæ ignominiâ permutare. Præsenti esto animo, & quod temerè aggressus es, audacter perfice: Satius est, pugnando experiri omnia, priusquam pereas, quàm ignavè succumbere. Quid hæres? quid defixus, attonitoque perquam similis pæne es effectus? Nunc tandem noscis, in quod discrimen proruperis? Prospicienda sunt ardua, antequam quis ea suscipiat; at semel incepta fortiter sunt patrandâ: pars victoriæ est, velle vincere. Sed quid te verbis ampliùs obtundo? scio, ni fallor, scio quid hic sibi vult metus. Nam cum in prælium, quod vel nullum, vel levissimum arbitrabare, inermis descenderis, jamque imminens cernas periculum, scutum saltem ad ictus propulsandos, si non gladium ad hostem laceffendum, à me tibi concedi velles: morem tibi geram, magisque tibi, quàm tu met feceris, prospiciam. Sed age jam, aures præbe monitus. Duo tantùm hominum genera infesta tibi futura scito; Garrulos Genuenses quosdam, qui complofis invicem manibus oscitantes degunt, vellentque alieno periculo, ac labore optata sibi parari; ac invidentes Criticos, qui nihil umquam elaborantes, in alienis lucubrationibus tantùm carpendis, doctrinæ gloriâ quærunt; Genuenses enim stomachantes, studiumque meum ignaviam appellantes, ac desidiâ: en, ajent, præclarum Principem, Principe tam magnanimo editum, quem quum illum, Avique, ac Proavi Cyprici triumphatoris Imperatorem fortissimorum, majorumque suorum Principum gesta æmulari magis dece-ret, quàm Rhetores, vel Philosophos, ad hæc levia animum appulit; quid Principi cum Literis? quid Militi cum Libris? His tu ex me hæc respondeto: me adhuc adolescentem, nondum bellicis laboribus, principatusve curis intricatum, hæc cudiße, temporisque illud visum satius, studiis, quàm venationi, aut ludo impertiri; addito etiam, quòd C. Cæsari Augusto, Adrianove, atque Juliano, compluribusque aliis præclaris Principibus talia etiam in Castris elucubrasse, ignomiæ non datur, sed laudi; quapropter injustè agere qui in me damnent, quod probent in aliis. Criticis verò, qui titulo pæne inspecto, aduncis naribus cuncta pensitantes verba, me bilinguem appellabunt, & Amori haud parem concertatorem, Macrobiûm, Lactantium, ac Hieronymum, Geliumque objicies, qui Græcis sententiis libros referere suos; ac etiam Eusebium, dices, legant Cæsariensem, qui Evangelicam Præparationem aded admirandam alienis universam sententiis compegit; Amorem verò si haud validis argumentis impetierim, non tantùm mihi dedecoris, ignaviæque notam inusturum, quàm gloriâ pariturum, quòd eo genere certaminis, pugnaque statariâ talem sim ausus hostem aggredi, quem hucusque Latinorum nemo, nisi velitari pugna laceffiverit, quod non parvi faciendum peritiores censébant; & si optatum, legitimumque triumphum de hoste non tulerim, quum non parum fuerit, ipsum (quod secus existimabatur ab omnibus) superabilem esse indicasse; meminisse enim eos etiam debere, Aristotelem illum Philosophorum splendidissimum: gratias habendas quàm maximas, scripsisse, illis primis rudibus Philosophis, qui quamvis à vero Philosophiæ tramite aberrarint, indagandæ tamen veritatis ceteris iter ostendère, claustraque Philosophiæ, adhuc intacta, referantes, posteris saltem januam indicarunt. Quapropter, si nec prætentati vadi, meo cum periculo, quò ipsi vadaturi essent, nullas mihi habituri sunt gratias; at saltem nostra non damnent, ac explodant, ni prius ipsi in Amorem validiora contorserint tela; quod tua legentes vestigia, leviori, quàm ego fecerim, labore assequentur, cum tritum jam iter ipsi sint calcaturi, ego per avia errans, potiùs vagatus fuerim, quàm incessem.

Ante

(a) Ob vivacis mentis nobilitatem, calamiq; in Latino sermone elegantiam, *Apostrophem* hanc reliquis Ævi illius Epistolis adjiciendam censui; Auctor enim hujus Libri, vernaculâ linguâ conscripti, quamvis ingenio præstantissimus foret, eâ tamen vocum asperitate usus est, quæ Seculo illo Scholas etiam invasit, ingrathamque reddidit ætati nostræ lectionem Codicum, Italicè tunc temporis impressorum. Quæ de ipso scripserim, vide in Hist. Liter. ad hunc annum.

Num. LIV.

Ante Orationes, Epistolas, & Epigrammata Petri Leonis.

*Petrus Leo Vercellensis, (a) Reverendissimo Amedeo Romagnano, Sancti Salvatoris Abbati,
& Illustrissimi Principis, atque Excellentissimi Karoli Joannis Amedei
Sabaudiae Ducis, Cancellario dignissimo, & benemerito,
Salutem dicit plurimam.*

Solent mortales saepenumero, Reverentissime Abbas, eos commendare, qui praestantia, aut re, seu benivolentia cogniti sunt, vel saltem benemeriti aliquid memores acceperunt. Mihi verò etsi nulla tecum unquam consuetudo fuit, tamen nomine, & fama, quae jamdiu dispersa per totam Italiam, & Galliam, mihi haud incognitus es, quem inter ceteros, te unum praestantissimum Consiliarium, ac Oratorem eloquentissimum, nec non Cancellarium nostri inclytissimi Principis, Excellentissimique Ducis, pæne divinæ indolis Karoli Joannis Amedei, infantuli Sabaudienfis, habent, colunt, observant, & praedicant omnes. Unus enim consilio, & prudentia, tanquam columna, Sabaudienfe sustines imperium; humanitate, & clementia nec ceteris inferior, studioque, & doctrina etiam viris doctis antecellis, & praestas. Nullum enim pietatis officium ad publicam pertinens utilitatem invenitur, quod in te maximè non eluceat, & splendescat. Quod hercle vix omnibus accidit inter mortales, ævo nostro rarissimum. Adde quoque & continentiam, & gravitatem, & in omni re modestiam tuam omnes ita admirantur, ut, prisorum Romanorum exemplo, te vivere omnes credant; quibus nostro Duci gloriosissimo adeo acceptus fuisti, & gratus, ut consilio tuo gubernari & regi maluerit; nec non te tanquam temonem in rebus asperis, & duris semper ante alios habere voluerit. O felix Patria! o inclyta Sabaudia! o Dux super omnes faustissime! qui tam clarum virum, & tanto Principe dignum in imperio, & in re publica gubernanda solum meritò hunc elegisti. Taceo praeterea amicos serè tuos innumerabiles, quos virtutibus propriis tibi ipsi comparasti. Inter quos sanè illustris *Philippus Sabaudienfis*, Pater Patriæ, & Brissiae Dominus, qui ob arctissimum consanguinitatis vinculum, eximiamque virtutem, & rei militaris peritiam, Serenissimo Gallorum Regi Patruus unus est acceptissimus. Sunt etiam regiae nostrae Sabaudiae Proceres, qui maximâ benivolentiâ, & amore non immeritò te prosequuntur omnes; ex quibus *Philippus Vagnonius* eques, & Juris vir doctissimus, Karolo Principi nostro Sabaudienfi gratissimus, & Ducali aulae praefectus non indignè est electus. Praetereo ceteros benivolos tuos viros illustres, & magnificos, tecum amicitia, & sanguine conjunctos. Omitto in omne genus hominum liberalitatem, & munificentiam. Omitto paternam dignitatem, quam virtutibus, & meritis tuis nuper adeptus es. Omitto tuum genus antiquissimum, virtutis specimen, & decus, Romano sanguine oriundum. Omitto denique praecleara tua facinora, vigilias, sudores, nec non graves, & duros labores, quos in gubernando Statu nostri Excellentissimi Principis suscepisti. Plura, & multa alia tuis de virtutibus possem hinc referre, nisi hæc luce ipsa clariora essent omnibus. Reliquum est, Reverentissime Abbas, & vir humanissime, ut Orationes nostras per breves, & quasdam Epistolas, nec non Epigrammata quaedam, quæ à teneris usque annis congeffi, & recondidi, tibi Oratori optimo dedicem: quod profectò libenti, & grato animo facio. Te verò, benignissimè admittas, quæso. Quæ quidem, si tibi viro disertissimo fortasse nimum inculta, atque inornata magis, quàm seria videbuntur, ætati nostræ ignoscas velim. Interea à malivolis, & detractoribus (ut soles) ea defende, dum ætas ipsa fortior meliora ad te dabit.

Vale, & me sub tuum praesidium admitte clientutum.

Ante

(a) Petri Leonis Vercellensis, qui in Urbe nostra Humaniores Literas & didicit, & docuit, ac postremò in Scalensis Templi Collegium cooptatus fuit, res gestas retuli in Hist. Literaria ad hunc annum. Plura sunt in hoc Libello Mediolani edito, laude digna, sed plura etiam, quæ humi serpere videntur, & tamquam quisquilis expungenda forent.

Num. LV.

Ante Practicam Musicæ Franchini Gafuri .

*Illustrissimo, & Excellentissimo Principi, Domino D. Lodovico Maria Sfortiæ
Anglo, Duci Mediolanensium invictissimo, Franchinus Gafurus
Musicæ Professor Salutem .*

Quantæ, Musicæ artis professio, Illustrissime Princeps, apud Priscos non authoritatis modò, sed etiam venerationis extiterit, facile edocemur, & summorum Philosophorum exemplo, qui se admodum senes ad hanc disciplinam, velut in ea summam studiorum suorum manum imposituri, contulerunt, & severissimarum rerum publicarum instituto, quæ cum summâ diligentia quicquid moribus publicè officeret, circuncidi curassent; hanc tamen artem non modò non ejecerint, sed etiam velut morum parentem, altricemque, summo studio excoluerunt, & ut claudam, semel omnium gentium, omniumque nationum consentienti, stabilique confirmatur judicio, apud quas nihil unquam fuit cura majore celebratum. Quæ enim alia disciplina tanto mortalium assensu, tantæque omnis vel ætatis, vel sexus conspiratione recepta est, ut nullius conditionis ullus sit adhuc repertus, qui molestias suas, vel rudi saltem modulatione consolari non studeat? Nihil enim æquè animos ad diversissimos affectus brevi momento traducere, non optimorum modò testimonio, sed oculata (ut ajunt) fide convincitur, adè ut ejus Professores, antiquitas non Musicos modò, sed & Vates, & Sapientes appellare non dubitarit. Huc accedit Poëtarum authoritas, qui Linum, Orpheumque Diis genitos, quoniam quorundam hominum duram, agrestemque vitam ad mitiorem cultum reducerint, silvas, faxaque duxisse finxerunt. Sed ne fortè Poëtarum dictis parva adhibeatur fides, velut in majus omnia familiari sibi figura extollentium, reperti sunt etiam sapientiæ Professores, qui asserere non dubitarint, non sensibilia modò, sed etiam quæ citra sensum utcumque vivunt, modulationibus musicis permulceri. Atque hac quidam causa eminentissimum Authorem Virgilium, non hyperbole poëtica in Buccolicis dixisse ad Silem, cantum, & duras mutasse cacumina quercus, arbitrati sunt. Etenim, si Platoni credimus, qui Mundi animam musica modulatione constare dixit, non video profectò, cur dubitari possit, cetera quoque qualicumque anima degentia, quam eis cœlitus datam liquet, non affici, lætarique naturæ suæ congruentia, cum similitudinem sibi amicam esse jam palàm constet. His ego rationibus, Illustrissime Princeps, tum etiam natura ad id impellente, cui non facile obsistimus, motus, cum animum jam ab ineunte ætate ad hanc usque disciplinam appulsem, quæ præsertim & moribus conferret, ut peritissimis placet, & à professione mea non abhorreret, recepta jamdiu opinione, Religiosorum hoc potissimum munus esse, ne mihi soli studia prodesse mea, librum etiam edidi, antiquissimorum rationem secutus, de hujus artis speculatione, quam Græci Theoricam vocant, quo & ratio studiorum meorum constaret, & laborum fructus latius spargerentur. Quod opus, inlyte Princeps, nomini tuo dicavi, cunctanter id quidem ac timidè, ne tibi, gravissimis curis, maximarumque rerum ponderibus occupato, intempestivis nugis obstreperem. Ceterum posteaquam perspexi, quanto favore, quantaque benignitate Opusculum nostrum, alioquin rude, atque incultum, sis profecutus, additum mihi ea liberalitate etiam currenti calcar, studiumque meum non mediocriter accensum est, ut alteram quoque hujus disciplinæ partem securus jam stomachi tui aggrededer. Musica enim, non ut ceteræ Matheseos disciplinæ, speculationi tantum vacat, sed exit in actum, moralitæque, ut prædictum est, conjungitur. Neque enim satis officio meo fecisse videbar, si in inquisitione tantum subsisterem, ad paucorum id utilitatem spectare ratus, nisi profectui etiam publico nostra industria defudaret. Hæc namque Musicæ pars non solum sui cognitione prodest, sed longius promotis radicibus, reliqua etiam studia coadjuvat, quod gravissimorum virorum testimonio comprobatum est, qui se nihil aliud ex Musice, quàm literas didicisse professi sunt. Hanc enim artem Fabius Quintilianus antiquissimam omnium in literis, studiorum authore Timagene, confirmat. Ceterum cum de Musica loquor, non hanc Theatralem, atque effœminatam intelligo, quæ mores publicos corrumpit potius, quàm informet, sed illam modestam, atque virilem antiquis Heroibus celebratam, quæ mensis Regum, convivialibusque epulis admota, recubantium concertatione circumlatâ inter eos cytharâ, clarissimorum virorum egregia facinora decantabat, quod maximum profectò ad virtutis studia incitamentum fuit: verum hæc etiam alitè eveccta, Cœlo quoque inferitur, ac Solis labores, errantemque Lunam, ac Titania astra celeberrimorum Vatum testimonio enarrat; & quasi non contenta implese meritis spatia terrarum, cœlos penetrat, divinarumque rerum mysteriis injungitur. Hoc igitur Opus, Princeps oculatissime, tuo ductu, tuisque auspiciis proximâ fœturâ apud me natum, ut Plinii secundi verbis utar, atque impressum, tuo nomini, qua debeo, veneratione dicavi. Ad quem enim labores meos referam commodius, quàm ad quem non cuncta modò Italia, sed remotissimæ quoque Gentes jus, arbitriumque non consiliorum solum, sed etiam gestorum

rūm suorum, velut ad honorarium Arbitrum referre solent? Nec veritus sum, ne tibi hoc munusculum nostrum maximas res obeunti molestum accederet, cū sciam, te ita maxima moderari solitum, ut minima quoque non spernas, felicitateque ingenii ita cuncta digerere, ut inoffenso tenore peragantur. Quanquam tibi non inter minima habeantur, quæ ad profectum studiorum spectent. Testimonio sunt præclara gymnasia disciplinarum quidem omnium, sed præcipuè Græcæ, Latinæque facundiæ, quæ tibi maximâ curâ per Imperii tui Urbes instituta sunt. Quis enim alius fortis, fortunæque tuæ adorea suorum ingenia majori jussu ad virtutem incitat, tuetur, fovet? Ceterum quantum ad me spectat, non postulo, ut scripta mea ad comparisonem magnorum Auctorum sumantur, nec ut auctoritatis Scriptoribus annumerer, quorum doctrinæ, si quid in nostris boni fuerit, libentissimè acceptum refero, satis mihi superque erit, si tantum adnitar; hætenusque industriam nostram commendari volo, ut studiosorum profectui concinna, compendiosaque brevitate consuluisse dicar, ut quæ forent sparsim per Auctorum volumina requirenda, in uno opere, convenienti rerum ordine congesta reperiantur. Elaboravimus namque, ut res omnes suis principiis exorsæ, per seriem ad calcem perducerentur, ne qua Lector in difficili alioquin arte, confusione circumagatur, Scriptorisque magis ineptiâ, quàm rerum obscuritate laboret. Hoc nobis tantum assumimus, hinc industriæ nostræ commendationem petendam censemus. Summe igitur, humanissime Princeps, Munusculum nostrum, qua in ceteris soles clementia, patereque, nominis tui saltem præfatione subniti, sic recipi merebitur: quamque commendationem merito suo sibi præstare non potest, dicaturâ consequetur. Cū alioquin nos, ut omnia vel fortunæ nostræ, vel ingenii bona tibi accepta referimus, sic quicquid studio, industriaque effecerimus, nomini tuo tempus in omne dicatum, consecratumque esse volumus. (a)

Sequitur Carmen Lucini Conagi.

*Et juvat, & vellem meritas tibi reddere laudes,
Sed quis pro meritis te Ludovice feret?
Aurea das nobis, & felicissima Princeps
Sæcula; nulla Ducum gloria tanta fuit.
Atque alia ut taceam rerum monumenta tuarum,
Quæ superant hominum colloquia, atque fidem;
Quando artes ullo tantum viguere sub ævo?
Aut sic ingeniis Pallas amica fuit?
Cernimus Isæos, Euclidas, Pythagorasque,
Phæbigenas, & qui sydera celsa petant.
Nec tibi Chryssippi desunt, doctique Solones,
Et tua Parrhasias dant tibi sæcla manus.
Prodiit & Stygia per te de sede revulsa
Musica, nec notos attulit ipsa modos.
Ecce suas Franchinus opes, sua munera profert,
Pieria qua non clarior arte viget.
Has pete, tu Lector, nil non laudabile cernes.
Hinc exerceri discis, & inde loqui.
Quidquid agas isto cantans cognoscere libro,
Et poteris recto promere quæque sono.
At tu si modò sit grati tibi muneris Auctor,
Ad Dominum pro se fer pia vota Deum. (b)*

Ante

(a) Si compares hanc Epistolam cum altera superius impressa ejusdem Gafuri, non ab ipsius calamo eam profuxisse, sed subsidiaria ope ab Amico aliquo communicatam Auctori, facile suspicaberis; nobiliore namque stilo, atque eruditionis serie aptius digesta, compactam videmus. Quidquid tamen sit, excellentem in Arte Musica fuisse Gafurum, non tam ejusdem Opera typis edita docent, sed etiam ex Præfectura Cantorum in Templo Maximo hujus Metropolis, eidem collatâ, dignoscimus. Vide quæ de Franchino Gafuro adnotavi in Hist. Literar. ad Annum MCCCCXCII.

(b) Addidi Carmen Lucini Conagi, cū præ ceteris Ludovicum Mariam Mediolani Ducem, optimè de Studiis Mediolanensibus meritum, commendandum posteris reddat, enumeratione Scientiarum, & Artium, quas in hanc Urbem induxit. Hujus Epigrammatis fragmentum retuli in Prodro-mo Cap. IX.

Num. LVI.

Ante Tractatum contra Montem Pietatis.

*Domino suo Reverendissimo Domino Georgio Albanensi Episcopo, & Sanctæ Christi Ecclesiæ
Cardinali dignissimo, Frater Nicola Barianus de Placentia, indignus Professor
Theologiæ, Ordinis Eremitarum Divi Augustini Regularis
Observantiæ, felicem statum.*

ET si usurariam pravitatem ratio ipsa, & omnis bonæ legis pagina detestetur, ac per hoc Viennense Concilium omnem hominem pertinaciter asserentem, ipsum peccatum non esse, tamquam hæreticum meritò, jureque decreverit: est enim, ut inquit Arist. in Libro de Republ., usura ipsa meritò improbanda, & ab omnibus rationabilissimè habetur odio, cum sit naturæ, idest naturali rationi contraria. Id tamen, quod nullo pacto ab ipsius usuræ vitio potest excusari, quidam Verbi Dei pronunciatōres, justum ac pium esse, & ab omni populo exercendum, amplectendumque, diebus nostris prædicare non sinunt. Hi namque sunt, qui de certa pecuniarum massa, ex Fidelium eleemosynis aggregata, quam *Montem Pietatis* falsò appellant, ad quinque, immo ad decem, & ad quindecim per centum singulo anno mutuari, licitum, ac pium esse, crebris prædicationibus asseverant. Hinc scandala, hinc rixæ, hinc ipsius Verbi Dei, & Religionis contemptus, aliis, qui rectè, tutèque sapiunt, contradicentibus, in Dei populo oriuntur: & jam in plerisque Italiæ Urbibus hujusmodi prædicationum occasione, usuræ ipsæ publicè sub pietatis vocabulo exercentur. Unde nisi Apostolica Sedes tam pernicioso errori de opportuno remedio providerit: timendum est, ne sal dominicum, quo simplices populi condiendi sunt optimis moribus, ac sana doctrina componendi, instituendique sunt, jam infatuatum foràs mittatur, ab hominibus conculcandum: & quod dictu horrendum est, pro vivifico verbo mortiferum dogma, grex Domini sumat, & æterna morte lupi rapaces illum secum perdant, ac macent. Horum igitur tam periculosum errorem pro veritatis, & animarum Christi sanguine redemptorem zelo stommacatus, æquo animo ferre nequivi; sed contra ipsum non sinè vitæ discrimine prædicavi, disputavi publicè, & Opusculum satis copiosum nuper edidi. Hoc ad te Dominum meum præcipuum dedi, & nomini tuo dicatum esse perpetuò decrevi. Non quòd disciplinam aliquam Domino meo proponere aulam, quem optimas Literas apprimè, excellenterque adeptum, experienciã didici; sed quo mea in te pateat benevolentia, & ipsi Tractatui nostro splendore tuo crescat auctoritas: ac tandem, & in primis tua Dominatio Reverendissima rem ipsam, de qua in eo agitur, meminerit cum Sanctissimo Patre & Domino nostro, ac ceteris Fratribus ejus Reverendissimis Cardinalibus aliquando pertractare, & contra hunc errorem, quod ipsum Opusculum detestatur, pro suo incredibile ad Ecclesiam Dominicam, & veritatem studio, cum dabitur opportunitas, facilius, commodiusque remedium procurare possit. Valeat Reverendissimus Dominus meus, & me ipso indigno ejus famulo ad vota in Domino perfruatur.

Mediolani Kal. Junii MCCCCXCIV. (a)

ANNO

(a) Institutum fuisse Perusii Seculo XV. à F. Barnaba Interamnenfi Ord. Minorum *Montem Pietatis* ad sublevandam pauperum inopiam, ac subinde in quamplures Italiæ Urbes propagatum, VVadingus refert. Non defuere, qui sanctum hoc Opus, tamquam usuram plenum exploderent, ac Scriptis exagitarent. Inter ceteros, Tractatum edidit F. Barianus hujus Epistolæ Auctor, quam hic inserendam opportunum duxi, cum Mediolani scripta fuerit anno MCCCCXCIV., ac biennio post *Cramona* impressa *Nonis Octobris* absque nomine Typographi. Mens autem illi erat, *Montem Pietatis* subvertere, quem Cives nostri liberali caritate in hac Urbe erexerant, Ludovico Maria Principe propitiâ manum admovente. Historiam hanc perstrinxi superius ad Annum MCGCCXCII., ubi de F. Bernardino de Bussi luculenter egi.

ANNO MCCCCXCVII.

Num. LVII.

Ante Defensorium Montis Pietatis .

*Reverendissimo in Christo Patri ac Domino , D. Bernardino Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ
tituli S. Crucis in Hierusalem Presbytero Cardinali dignissimo , atque SS. Domini
nostri Alexandri Papæ Sexti & Apostolicæ Sedis Legato de Latere ,
Frater Bernardinus de Busti (a) de Mediolano ,
Ordinis Minorum de Observantia ,
humilem , ac debitam commendationem .*

Licet sacratissimum *Montem Pietatis* divinitus traditum , omnes Romani Pontifices , qui ab ejus primordio usque in præsens extiterunt , comprobarint ; non desinit tamen Serpens antiquus humani generis inimicus , ac pietatis impugnator , piis Fidelium mentibus mortiferum virus infundere , atque per quosdam Sophistas à rationis tramite deviantes , ipsius Montis quietem assidue perturbare ; qui illum tam verbis , quàm scriptis sub zeli specie coloratis , evertere , atque eradicare conantur , in maximum pauperum detrimentum , animarumque dispendium , ac Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ , cujus auctoritate fundatus est , dedecus immensum . Ea propter , *Defensorium* ejusdem piissimi Montis , quod Deo inspirante composui , Reverendissimæ Dominationi vestræ intitulavi , quam doctissimam esse , atque Apostolicæ Sedis zelantissimam , veritatisque protectricem agnovi . Illam iterum atque iterum exorans , ut si propter occupationum magnitudinem ad examinandam Libri hujus veritatem vacare nequiverit : per aliquos probos , ac sapientes Juris utriusque Doctores , atque Theologos , Religionis nostræ non æmulos , faciat perscrutari , ejusque verissima decisione , comperta , per Ecclesiasticas censuras , auctoritate Apostolica , adversariis ipsius Montis perpetuum faciat imponi silentium . Pro quo piissimo opere Reverendissima Dominatio vestra in hoc seculo meritum & laudem , in Cœlis verò gloriam obtinebit æternam . Valeat feliciter Reverendissimus Dominus meus , & fidelissimi famuli sui munusculum acceptare dignetur .
Mediolani pridie Kal. Februarii MCCCCXCVII .

Num. LVIII.

Ante Maffæi Vegii Opuscula .

*Franchinus Gafurus Laudensis Integerrimo Viro Jacobo Antiquario Ducali Secretario ,
Salutem .*

Contemplatus interdum ego , & *Philippinus Bononius* , vir & doctrina , & religione maxime venerandus , *Jacobe Antiquarie* , egregiam illorum curam , (sic nobis visum est) , qui doctissimorum virorum non veterum modò , sed recentium etiam Scripta haud minima impensa atque labore imprimenda curarunt : non potuimus non laudare tam benignam eorum operam , piisque (ut ita dixerim) affectum , non tam quòd vigilias tantorum virorum , laboresque torpere per incuriam , atque abditos in tenebris jacere passi non sunt ; quàm quòd ipsi quoque consulere posteritatis profectui pro virili portione studuerunt ; quaque mente Authores aut nova invenerunt , aut aliorum inventa per innumerabiles codices sparsa , diligenti investigatione colligere , studiosorum commoditati servientes , elaborarunt ; eadem ipsi pretiosissimos libros , qui apud paucos latitantes vix noscebantur , ut in lucem prodirent , atque ad quamplurimos minimo impendio pervenirent , effecerunt . Quorum tam benefica solertia permovit , fateor , animum nostrum , admonuitque , ut eruditioni publicæ nos quoque aliquid operæ nostræ impartiremur . Itaque *Maphæi Vegii* *Contribulis* nostri lepidissimum Opus , in quo Terram , Solem , Aurum , mirabili commento de præstantia dignitatis , deque effectuum eminentia , quæ in mortalium usum singula producant , sub arbitrio Summi Judicis , magnique Dei , concertantia inter se ingeniolissime inducit , castigatum , emendatumque , tuo ductu , tuisque auspiciis imprimendum curavimus . In quo etsi non magnoperè

[a) Vir iste ob eximiam vitæ sanctimoniam omnibus notus , propugnandum suscepit *Montem Pietatis* , quem Fr. Barianus proximè , relatus *Impietatis Montem* vocabat . Controversia tamen hæc ab aliis etiam piis , doctisque Scriptoribus in unam , alteramque partem agitata , non deferbuit , donec seculo subsequente Pontificia Leonis X. auctoritate sublata fuit .

gnoperè elegantiam publicam juvare videbimur, quòd elimator stylus in eo viro desiderari potest, (a) in hoc labor noster favorem merebitur, quòd Municipis nostræ vigilatos labores, lucubrationes, studiumque per incuriam perire passi non sumus, quem satis constat, si non ad limam secuti seculi, temporum suorum inter eruditissimos & in Philologia, & in Poësi habitum fuisse. Probat hoc non constans solùm de illo, & publica fama, sed *Appendix* etiam illa in *Virgiliana Æneide*, quæ in manibus est, & de erudiendis, instituendisque *Liberis* opus, ex Philosophiæ penetralibus erutum; quanquam etiam hujusmodi non elaborata locutio, non tam imperitiæ Authoris, quàm proposito tribuenda est; Academicæ enim Sectæ argutiis, sobrietatique sermonis deditus, dicendi phaleras, ampullantiaque verba contempsit. Rebus namque ipsis, omnibus ingenii viribus intentus, verborum concentum, ac lenociniam compositionis non curavit; quanquam si quis hîc argumentorum acumina, disputationisque nodos, seposito interim cultioris orationis desiderio, diligentius rimatus sit, sentiet ex ipsa differendi subtilitate haud contemnendam utilitatem, quæ si non scalpere torpentem Lectoris stomachum, senescentemque appetitum excitare, ac replere vacantes venas, salubri magis, quàm guloso cibo firmare nervos, corpusque languidum delitiis abundè constituere possit. Satis ne hæc sint ad promerendum Authori favorem, certè nescimus. Atque ideo te, qui publico eruditissimorum judicio ad disciplinarum omnium fastigia pervasisti; quique ex ipsa styli antiquioris felici imitatione cognomen reportasti, in ipso Operis vestibulo arbitrum, assertoremque statuendum putavimus, ut Authorem, si non propria merces, tui nominis præfatio tueatur; cum alioquin nos id ad observantiæ quoque, & pietatis erga te nostræ testimonium egimus; ut qui magnitudinem tuorum erga nos meritorum nullis obsequiis æquare confidimus, memoriâ saltem, crebraque officii nostri præfatione consequamur. Vale.

Num. LIX.

Ante Opusculum Philalitis & Veritatis, Maphæi Vegii.

Franchinus Gafurus Laudensis Jacobo Antiquario, (b) Ducali Secretario, omnium disciplinarum eruditissimo, Salutem.

Accipe hoc quoque, Jacobe Antiquarie, observantiæ nostræ, pietatisque pignus. Scimus non vitio nobis, impudentiæque vertes, quòd talibus te crebrius obtundimus, cum scias, nullam præterea nobis exolvendi debiti nostri superesse rationem. Nam etsi res ipsa sua sponte odiosa est, animus dantis amabilem reddit. Astipulatur nobis & Alexandri Macedonis meritò prædicanda benignitas, qui oblatam in itinere Rustici manibus aquam non modò non fastidivit, sed libens etiam hausit, & evangelicæ anus in gazophilatium oblatus triens, quem Dominus ditissimis Regum muneribus antetulit. Nullum tam leve munus est, quod Auctoris alacris, promptaque voluntas in infinitum supra meritum non extollat, nacta præsertim accipientis modestiam, qui mentes hominum, non manus expendat. Quamquam nos hoc ejusdem *Maphæi Vegii* de enucleata veritate opusculum, fidei, rectitudinique tuæ leve munus accessurum nequaquam putavimus. Quid enim homini recto, & veritatis amatori gratius contingere potest, quàm justitiæ, veritatisque commendatio? Omittimus Mathematicæ vanitatis, Sophistarumque præstigia, quæ hîc non minus vero, quàm lepido invento eluduntur, quæ non minus voluptatis ex differendi ratione, quàm utilitatis ex fraudis cognitione lectori contulerint. Quot enim hæc humanæ dementiæ nescio, an hallucinationis dicam, per vanissimas artes futura noscendi, malaque sua antequam advenerint sentiendi, feralis cupiditas demerferit, quot præcipitarit, utinam non tam magnis exemplis edoceremur! Nos tamen hoc munere abs te non tam relaxamentum ex debito nostro, quàm patrociniū veritati, simulque hospitium quærimus, quam in tenebris hæctenus, mundi odio, latitantem, tuæ virtutis enunciatione haud gravatim in lucem elicuimus. Hæc igitur nisi tu fidem promissi nostri præstiteris, arguet nos prodicionis, reosque statuet, velut nostra fraude ex sedibus suis ad ludibrium simul atque suppliciumeducta sit. Sed & periculum

(a) Nimiùm hoc loco, ut arbitror, Contribulis sui famam extenuat Franchinus Gafurus, dum asserit, in eo viro (nempe *Maphæo Vegio*), desiderari potuisse stylam elimatiorem. Siquidem diversa prorsus sensere tum veteres, tum recentes præclari Scriptores, qui singularem in illo facundiam laudantes, eundem insignem Oratorem & Poëtam appellaverunt. Inter cetera, quæ Vegii tumulo inscribenda selegit Carolus Aretinus junior, eloquentia nitidior fuit, hoc carmine expressa:

Quem sibi præseptum lingua Latina dolet.

Sed non is Cenfor est Franchinus Gafurus, cujus calculum osculari debeamus. Vide Hist. meam Liter. ad annum MCCXXCI., ubi integrum Aretini Epitaphium recitavi.

(b) Integerrimi hujus Viri laudes collegi ad annum MCCCLXXXII. Is, Patriâ Perusinus, Domicilium fixit in nostra Metropoli, potiore vite suæ partem in ea transigens, ac etiam mortales exuvias deponens. Tanto erga Literas amore fervebat, tantoque morum candore effulgit, ut non tam Principis Ludovici Mariæ delictum fuerit, quemadmodum testatur in hac Epistola Gafurus, sed bonorum omnium, præsertim Literatorum, quos patrociniū semper fovit, ac beneficiis cumulavit.

lum imminet; ne semel elusa, si se in abdita receperit, nulla amplius ratione possit evelli. Quod si contingat (utinam ne ratum omen sit) non orbem modò, sed etiam te ipsum ea virtute privaveris, qua potissimum ab omnibus quidem, sed supra omnes ab oculatissimo Principe Ludovico ad usque delicias commendaris. Quare tibi non nostro magis, quam tuo periculo enitendum est, ut quam virtutem amasti semper, atque fovisti, eam apud homines atque in lucem quam diutissimè esse velis, quod hac maximè ratione præstiteris, si ejus amatores, id quod semper antehac præstitisti, ab injuria fraudeque tuearis. Vale.

Num. LX.

Ante reliqua Opuscula Maphæi Vegii.

Franchinus Gafurus Jacobo Antiquario, viro omni virtute, & doctrina prædito, S.

Movit me præterea, Jacobe, hujus viri facunda eruditio, ut & quosdam libellos tum soluta oratione, tum versu ab eo ornatè (a) compositos adjungerem, quos si eadem liberalitate (qua soles omnia) leges, miram in hoc & ingenii varietatem, & doctrinam non mediocrem fuisse cognosces. Delectabit te non vulgariter ejus *de felicitate, & miseria* Dialogus, eò magis quòd cum Luciani *Charumta* Græcum, proximo gressu imitari pluribus videatur; longè tamen, vestigia secutum fatearis oportebit. Quod credi facillimum *Astyana-eta*, qui subsequitur liber faciet, quem ex brevissimo Vergilii membro arreptum, & subtiliter exemptum, unum Opus quasi corpus suis membris distinctum conformavit, Latinis Poëtis fortè persuasurus, ita scribendi materiam ab Vergilio peti posse, quemadmodum ex Homero componendi cætera poemata Græcis legem susceptam manifestum est. Reliqua sunt nonnulla carmina ad Comitè *Antonium Pisanum* graviter conscripta, quæ item tibi, uti totius muneris appendicem, deberi existimavimus. Vale.

Num. LXI.

Ante Dialogum de foelicitate & miseria:

*Ad Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Gerardum Landrianum (b)
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Comensem,
Maphæus Vegius Laudensis, Salutem.*

Mitto tibi, Reverendissime Pater, dialogum editum à me nuper *de felicitate & miseria*, quem inscriptum nomini tuo leges, legens emendabis, emendatumque demum in lucem proferes, atque tua illustri auctoritate confirmabis; cum enim & dicendo plurimum valeas, & judicio præterea, quod in te semper maximi feci, sis gravi & erudito, non dubito, quin tuam, quæcumque erit, de Libello nostro sententiam, cæteri etiam tanquam Oraculum quoddam secuturi sint. Vale.

Num. LXII.

Ante Tractatum de modo discernendi falsum Prophetam à vero Propheta inter reprobandum falsam prophetiam, atque visionem Fratris Hieronymi.

Epistola ad Fratrem Hieronymum (c), in qua breviter enarratur, quid moverit Auctorem præsentis Invektivæ; enarratur quoque modus, qui tenetur in tractando, & quòd veritas occultari non potest, ubi Spiritus est Christi.

Multa sunt, mi Hieronyme, quæ Servum Dei propellant ad zelandum pro Domino; sed hoc magis inter cetera, cum videlicet labefactari cernit sinceritatem Fidei Sacrosan-

(a) Contradicere sibi videtur hoc loco Gafurus, dum in Maphæo Vegio *facundiam, & ornatum* dicendi genus commendat; postquam in prima præfixa hinc Opusculis Epistola ad eundem Antiquarium, inelegantiam Latini Sermonis in eo Viro aded exaggerasset, ut hæc in fine subjunxerit: *In hoc vestibulo arbitrum, assertoremque statuendum putavimus, ut Auctorem si non propria merces, tui nominis præfatio tueatur.*

(b) Quantam splendoris attulerit Metropoli Mediolanensi Civis hic noster, pluribus obitis Legationibus, nomine Eugenii IV. Summi Pont., atque ab eodem sacra Purpurâ donatus, colligi potest ex Oldoino, Ughello, aliisque Urbis nostræ Scriptoribus.

(c) Nusquam in hoc Opusculo cognomen hujus *Fratris Hieronymi* indicavit Samuel Casinensis; hunc tamen fuisse celeberrimum *Hieronymum Savonarolam*, interpretatus sum in mea Hist. Liter. ad Annum MCCCXCIV., ubi de memorato Samuele sermonem habui.

sanctæ, quod certè tunc fit, cum aut falsa doctrina vulgò, vel occultè seminatur, aut sub prætextu veræ doctrinæ aliquid erroris quoquomodo suggeritur. Cum igitur ex tuæ revelationis Libello perpenderim, Te, & si non manifesti erroris Interpretem, latentis tamen, & quasi è latere pullulantis Inventorem; non potui non excandescere, & in iræ sanctæ furore succendi. Lege, ac perlege totum duodecimum Librum Augustini super Genesim ad litteram, & diligenter attende, quia falsus es, & turpiter seductus à Sathana. Ibi enim (si usque adhuc Te latuit) unde decideris, & quomodo circumventus sis, speculari poteris; etsi perperam (quod absit), ac de industria, Prophetam Te simulas; & unde possis erubescere, ac pœnitere, luculenter aspicias. Quoniam verò non omnes passim ad Augustinum mittendos rationabiliter judicaverim, ideo aliis, & in summis apicibus Theologiæ non expertis, ad plana deduxi, quæ devia tuæ traditionis insinuent, ne & ipsi tuam legentes falsam Prophetiam, & visiones fictas invanescent. Ad ipsos itaque ita sermo dirigitur, ut præcaveant, ut tamen & tecum agam, & ad Te sermo meus sæpenumero dirigatur. Motus enim sum (ut ante dixi) zelo Dei, timens, ne postquam vilescere cœperit tua Prophetia (quòd jure, meritoque continget) oriatur suspicio in mente simplicium; potuisse etiam sic fallere, qui fallere nequiverant. In Ecclesia enim Dei semper est Spiritus Christi. Error ergo nullus seducit Ecclesiam Christi, cum Spiritum Christi falli sit impossibile. Quotquot ergo recepti sunt in Canone, fallere nequiverunt, cum in ipsis loqueretur Spiritus Christi. Et quod ita se habeat res, apertissimè constat, cum recipi non potuerint à Spiritu Christi, qui regit Ecclesiam, nisi hi, quos veritas sibi totaliter vendicasset. Admoneo insuper & Te hoc unum, quòd & si quando error aliquis videtur invalescere in Ecclesia Dei, non patitur tamen Spiritus Christi rem diu regi, & veritatem diutiùs enervari. Si enim tacuerint, qui videntur in Ecclesia summi Viri, sed non tacebit aliquandò pauperculus, quem Spiritus Christi placuerit suscitare. Quod & de Daniele factum legimus, & nedum hoc etiam impletur in me nunc, qui tuis erratis contradico, sed & in multis aliis, qui etsi parvi, & ineloquentes, sed non seducti sunt, qui vocibus, quibus possunt, atque sanctis affectibus contradicunt. Vale.

Num. LXIII.

Ante Formalitates Egregii Doctoris Magistri Stephani Burlifer.

Fratris Samuelis Cassinensis Ordinis Minorum Proœmium.

ATereis Solibus, atque æstu omni pœne corpore recandente (quod res ipsa ferebat) mense Julio, perreptabam omne usque Suburbium ad pomœria Civitatis ad Hortulos inveniendorum tempore opportunorum gratiâ; cumque me convertissem ad id, quod Reverendissimi D. Hieronymi Landriani (a) Humiliatorum Generalis junctum domui videbatur, & concedamus huc, inquam Socio meo, ut si fortè detur, vel compellare, quem cupio, tum deambulantes inter virides arbores, tum sedentes in umbra, diem producamus hunc penè totum, atque expendamus in laudem Domini Salvatoris, tractantes, quæ religiosa, honestaque sunt. Concedamus, inquit Socius. Portæ ergo præsto jam factus, vidi virum solum deambulantem secum, quem salutans: Salve, inquam, mi Domine Reverendissime. Salvum te, inquit, advenisse gaudeo, mi Samuel. Quid boni portas? Quidve hinc quæris? Magnarum inquam rerum religio mater semper est avida: quia quò plus Deo proxima haurit plurima; eò gestit multo plura vel audire ab aliis, vel accipere; qui enim bonus in se est, in aliis quoque transfundere videtur quod ipse est, dum suspicatur in aliis, quod in se ipso esse certò scit. Quapropter suspicatur tua Dominatio in me esse, quod in te est, boni aliquid, magnique de rebus arduis, quod tamen prope nihil est, nisi quod tuum est. Tibi ergo aliquid sedulò porto boni, quia te in me ad te ipsum deveho, ostento, reddo. Cumque ista amicè prosequerer, & fidenter; affuit fortè de insperato *Stephanus* Theologus Ordinis ejusdem Domini, Præpositus Trinitatis Suburbii Comensis Portæ Urbis Insubrium. Atque heus, inquit ad Reverendissimum Dominum suum: Si me tertium licuerit affore, quo impare numero potiar in amœnitate sermonis mutui, viro digni, habebo gratiam. Ego verò, inquit, ac lubens admitto, atque volo. Sed tu Samuel velim nunc; si quid tuum, vel quasi tuum boni quippiam habes in animo, illud diggeras, differas, afferas in medium. Quid, inquam, mi Domine, audire gliscis magis? Quod tibi videtur, inquit, levaturum animos nostros opportuniùs hoc in tempore caloris acerrimi? Ego, inquam nunc, nuper discedens à Cellula mea, ut huc me reciperem, offendi hunc libellum, quem involutum teneo manibus. Is *Formalitatem Stephani Burlifer* secundum viam Scoti, titulo prænotatur. In eo multa sunt laude digna, quæ cum cognoverit quis, aut elimatiùs penetraverit, interpretante aliquo, erit ad Theologicos apices aspectandos expeditior. Legam igitur illum, si placet, atque eo pacto, ut argumentationibus impetatur acerrimè, quo magis veritas eluceat.

(a) De hoc insigni Cive Mediolanense, nonnulla in mea Liter. Hist. ad Annum MCCCCLXXXIII. adnotavi.

ceat. Quis fieri, inquit, hoc tam brevi tempore poterit? Brevis, inquam, libellus est hic: trium chartularum volumine continetur. Quæ verò mea fuerint injecta stylo perniciores, tuus Antiquarius annotabit. Imò, inquit Stephanus, hoc meum volo sit officium, cuius etiam caput jam multifariam respergunt cani, possumque & ego Literarum aliquid sperare; non execror tamen in me jugem, ac sedulum animum audiendi quicquam novi, licet ab impari, si doceat, quantominus, si doctus, accuratus, solers. Cùm tamen ista dico, occurrit illud Terentianum: Ah vereor coram in os te laudare, ne id assentandi magis æstimes, qui quod habeam gratum facere. Tu assentari, inquam, nec vis, nec potes. Sed ex tua intelligentia spectasti meam, & tu me vis esse, quod es. Ago gratias, & habeo. Auscultate igitur quæso, & quorsum hujus verba Doctoris evadant, pervidete.

ANNO MCCCXC VIII.

Num. LXIV.

Ante Quæstionem de Immortalitate Animæ.

*Fratri Samuelis Cassinensis Ordinis Minorum Observantiæ Regularis ad Illustrissimum,
& Excellentissimum Principem D. Dominum Ludovicum Sfortiam
Vicecomitem, Ducem Mediolani.*

Divina Providentia, Illustrissime, atque Excellentissime Princeps, ab exordio, quo humanum genus à statu suæ rectæ conditionis excidisse cognoscitur, non aded illud destituit omni bono naturæ subrigentis, & luminis naturalis inoliti, ut ea nube ignorantiae velaret, & pondere cæcitatibus obrueret, quibus nec mentem excitaret ad gratiam, nec oculos intellectus aperiret ad Summa. Teste enim omni Schola Theologorum, nullo dissidente, & id fide firmiter contestante, cognovimus, nullum aded viciis irretitum, nullum sic abesse à Dei gratia, quin (si modò velit) possit se ipsum ex se ipso ad Divinam gratiam propria arbitrii libertate componere. Gratiam autem consequi, id Divini solùm muneris est: hanc solus Deus confert liberaliter: hanc solus conservat, & consummat, eadem propria arbitrii libertate comitante. Cùm itaque sic se res habeat, nisi esset nobis à principio nostræ conditionis, ac naturæ lapsæ, Animæ immortalitatis notio indita, atque firmata cohæsiō, quis execraretur vicia? quis virtutes eniteretur amplecti? quis Infidelium non esset excusabilis, si Divinum non imploraret auxilium ad veritatem, quæ de Cœlo est, pro Animæ salute dignoscendam? Non capit enim ratio, quò fieri potest, mortalem se conspiciere Animam, & gloriæ semper cupidam, immortalem se utcumque egregiis facinoribus exhibere. Relictus est itaque nobis hic veritatis igniculus, hoc in tenebris opacæ noctis lumen irradians, quo prospiciamus nobis ipsis, & intelligamus, quò eundem nobis sit, & ne frigore iniquitatis astricti, crudeliores nobis ipsis intereamus: incalescamus non ad inanem, sed ad gloriam sempiternam, & ad Divinitatis anhelemus insignia. Omnis præterea pœne turba philosophantium immortalitatem Animæ in suis doctrinis, atque positionibus apertissimè tradiderunt. Multa verò fuerunt de hac ipsa re clarissimis eorum ingeniis manifesta, quæ passim non poterant vulgò differere, utpote quia pronum ad ima vulgus est, exterioribus occupatum, fluitans, & vagum; veritatem itaque, quam intelligere poterant ipsi soli, manifestius prospexerunt aliis, ad modum positivæ tractationis ingerentes. Factumque ideo est, ut eosdem cum populis ipsis eidem veritati tenaciùs inhærentes, leges de moribus, de bene, beatèque vivendi disciplina condidisse contigerit. Postremò tandem inter hos Sapientes omnes extitit Eminentissimus vir ille Metaphysicus Avicenna, qui quanta diluciditate rationum demonstratarum Animam rationalem concluderet immortalem, facile, qui ingenii est elevationis, intelliget, si ejus Scripta parte quinta sexti *Naturalium* solerter intenderit. Hunc, Illustrissime, & Excellentissime Insubrium Dux, accuratiùs imitati, hoc Opus aggredimur, ut Animam rationalem immortalem esse rationibus naturalibus demonstrantibus apertissimè concludamus. Nec obstat hoc Fidei nostræ regulis, quæ ita nos elevat ad ea, quæ supra nos sunt: ut tamen, (quemadmodum ante dixi) noverimus aliquid in nostra natura æternitatis esse derelictum, quod cognoscamus ex nobis. Quòd igitur ad tuam Excellentiam hoc Opus ego ipse dirigerem, hoc maximè fuit in causa, quòd tuæ Celsitudinis decus extat perspicax ingenio, & terrenæ potestatis culmen egregium: altero quidem tantæ rei veritatem certissimè dijudicans; altero ipsam veritatem auctoritate sustentans. Jam ergo rem ipsam aggredior, nullo terso ac Romano utens eloquio; sed veritatem ipsam, qua sola in hac parte delectamur, simplici, planoque sermone, uti concepit Animus, explanabo.

Num. LXV.

Ante Commentaria in octo Libros Physicorum .

*Almæ Universitatis Parisiensis Frater Samuel Ordinis Minorum Salutem plurimam dicit ,
illius vestigiis humiliter inhærendo .*

Soleo non mirari modò , sed & admirari , Viri celeberrimi , vestræ almæ Universitatis , cujus ego alumnus sum , altitudinem doctrinarum , & veritatis arcanum ; nam si de subtilitate ingeniorum , si de rerum varietate , concordanti tamen veritate considerem , nil elevatius , nil multiplicius , vel demum veritati Evangelicæ vicinius intueor . Miror itaque rem superexcellentem , æquantem scilicet Athenarum gymnasia , & Academicos Choros , quum de Secularibus literis agitur , subsequenterque Apostolicos apices , & quasi innovatæ Romæ subsellia decorantem , quum de Sacræ Theologiæ divino splendore collustramur . Quid itaque super hisce omnibus etiam non admiror , ut investigandum mihi esse sentiam , quæ sit causa tantorum , taliumque donorum divinatorum , quæ nonnisi tibi alma Parisiensis Universitas advenere . Profectò magni aliquid latentis aspectò , quod tamen penetrare non possum ; Dominum scilicet Salvatorem nostrum , qui quondam in Oriente Salutem humani generis inchoaverat , nunc in Occiduo Mundi climate terminare voluisse . Istuc Petrum illum Lombardum eminentissimæ doctrinæ , atque vitæ irreprehensibilis ; Ugonem , atque Richardum de Sancto Victore eminentissimos Viros ; Alexandrum Doctorem irrefragabilem ; Thomam Aquinatem sanctum Virum atque doctissimum ; Bonaventuram de Balneoregio , sanctum etiam Virum , & doctrinæ limpidissimæ ; Joannem Scotum nullius subtilitatis expertem , quæ pertineat ad Theologicos apices , multosque alios , quos enumerare non sufficimus , benigna sua & pietate , & providentia destinavit : ii omnes luminaria Mundi , suas in te , alma Parisiensis Universitas , reliquias dimiserunt , atque signaverunt quod dictum est : Salutem humani generis in te , & per te esse consummandam . Ego itaque quondam virili jam ætate florens , & aliquid literarum nactus in Italia , permotus , tractusque etiam ad invisenda altæ mœnia Civitatis literarum , ut conquisitis etiam utcumque aliquibus opibus ejus , liceret frui pacatissima animi quiete , & quadam , ut ita dixerim , beatitudine viæ , qua pervenitur ad consummatam beatitudinem patriæ cœlestis ; affui præsto sedulus , & si non multis annis , toto tamen tempore , quo valui , ex illis multiplicibus divitiis , atque ampla , magnificaque gloria fieri compos voto , & almæ tuæ sapientiæ nobilitate incomparabili . Accipe igitur quod tuum est , & hæc mea Commentariola , quæ in octo Libros Physicorum Aristotelis , ipse digessi , tuum munus esse cognosce : tua in me collata beneficia rependo ; tibi ea dico , commendo , destino . Quicquid boni fuerit in eisdem , tuum est . Si quid errati , illud aut de meo est , aut de transcribentium incuria , vel imperitia . Quoniam igitur te unam post Sacrosanctam Romanam Ecclesiam & veneror , & observo , hæc omnia mea præfata Commentariola pedibus ipsius Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ subijcio , atque tuis sanctis judiciis ventilanda , corrigenda , atque etiam , ubi visum fuerit , exornanda summitto . Vale decus Mundi .

Num. LXVI.

Ante Tractatum Francisci Petrarchæ de Vita Solitaria .

Divo Lodovico Mediolanensium Duci Invidiissimo Franciscus Caymus humilis Servus .

Superiore Æstate , Optime Princeps , cum adversa valetudine menses duos laboravissem ; secessus causâ in amœnissimum meum Suburbanum , *Moyragum* quod vocant , ab Urbe ad sextum lapidem me recepi , ibique non obstrepentibus urbanis negotiis , omni fœta cura , ut me firmarem , quod solum oblectaret , appetebam ; non deerant enim in uberissimo agro venationes , aucupia , & piscationes : modò prata virentia , modò vireta , nemo-raqe lustrabam , ita ut brevi ita recreatus essem , ne me morbo laborasse , affirmare fas esset . Quadam autem die in domus angulo Libellum tineis , blattisque confectum inveni : in manibus accepi : dilabebantur profectò chartæ in frustra . In fronte lego : *De Vita Solitaria* titulum ; comperio illico , Auctorem Operis esse Franciscum Petrarcham . In calce , *Acyni Caymi* proavi mei nomen erat inscriptum . Duplex me continuò tetigit cura , Poëtæ illius sacratissimi , quem ego veneranter suspicio , nomen , ac etiam proavi mei fama , quæ adhuc in hominum memoria vivit , & fulget . Librum lectione indefessa percurri : indolui , quòd

quod tam diu incuriâ hominum delituisse, cum ceteris Petrarchæ Operibus sit præferendum. (a) Emendavi pro virili, quæ corrigenda erant, propriâque impensâ imprimendum dedi, Auctoris, & Scriptoris amore devinctus. Sed ne devius Libellus ipse aberraret, sub tutela sacratissimi nominis tui editionem approperavi. Nulli potuit auspicius dicari; tu enim censor maxime, Principumque Princeps, hoc tempore populos tuo exemplo ad religionem, melioresque mores, & vitam trahis, & invitas, alter velut Numa. Cum Libello pariter meum in te studium, & fidem, sincerique animi affectionem accipies. Vale.

Num. LXVII.

Ante Vitam Æsopi Latinam, & Italicam.

Proœmium.

Bonum nimirum aucupium, novasque merces, Vitam scilicet Æsopi, fabulatoris clarissimi, simul cum fabulis, præstanti quidem charactere summo studio, ac Romano sermone collatam, instructamque, vides quisquis es, felicissime Lector. Siquidem ex omnibus iis, quæ sub dulciore vivendi norma ab opulento, & decore scripturarum munere, aliunde aucupatur, nihil æquè utile mortalium vitæ, nihil denique gerendis in rebus æquè appositum comperies, quàm quæ tropica figuratione ex ipsa, quam *Ethicen* appellant, divina, celebrique præceptione, derivata profluunt. Eiusdem generis cum dicta, quin & gesta Frigii Æsopi existant, dignum duximus ea, quæ hætenus vetustate oblitterata sunt, de novo in lucem referre. Quamquam verò tenui ferme, atque humili dicendi genere consistent, multiplici tamen seriei varietate irreprehensibilis vitæ imaginem gerunt. Isthinc præcipuè duo notanda sunt tempora. Primum, quo constanti admodum, fortique animo servitutis habenas pertulit. Alterum verò, quo scientia, ac virtute propria libertatem adeptus, Regibus admirandum se præbuit. In utroque quædam geruntur, quæ fabularum habent effigiem. Quædam verò prægnanti oratione, gravi sententia, dictisque aureis incedunt. Quanta postremò vi utriusque auctoritas & languentes, & laboriosos titillet animos, ipse, qui legis, faciliè rimabere. (b)

Num. LXVIII.

Ante Quadragesimale Bartholomæi de Pisis. (c)

Magister Joannes Mappellus Mediolanensis, Reverendo Patri, Fratri Juliano Migienfi, Sacræ Theologiæ Professori celeberrimo S.

Marcus Varro, homo omnium facile acutissimus, & sine controversia undecumque Vir doctissimus, in Libris Antiquitatum, tria genera Theologiæ esse scribit, Reverende Pater Juliane, Concionatorum facile omnium decus, Mythicon scilicet, Physicon, & Politicon; hoc est, fabulosum, naturale, & civile, Deosque fabulosos ad Theatra, naturales ad Mundum, civiles ad Urbem accommodatos asserit. Multa præterea de Diis vanis, & fallacibus blæterat, quæ, veluti ludibria, & naturæ monstra, Augustinus, Eusebius, Tertullianus, & Lactantius, nunc risu, nunc satyrico felle agitant, vellicant, insectantur. Hæc dum lego, anilia quædam deliramenta, & nutricularum fabellas audire videor, omnemque Phœnicum, Ægyptiorum, Athlantiorum, Græcorum, Phrygum, aliarumque Nationum Theologiam, præ nostra, flocci facio, secreta mysteria, & celatos cultus irrideo; admirorque Majestatem Dei singularis, quæ continet, & regit omnia, in tantam venisse oblivionem, ut quæ sola coli debeat, sola potissimum à profanis negligatur. Soli Flamines claustris inclusi, & monasticam degentes (f. *ducentes*) vitam, hanc unâ concelebrant, diffem-

(a) Si fidem nobilissimo huic Civi nostro præstemus, egregiam hoc Francisci Petrarce Opus primam lucem suam Mediolano debet. Attamen, cum noverim, apud Clariss. Joannem Sironum, Amicum meum, extare exemplar Opusculorum ejusdem Petrarce, editionis Basilejensis, peractæ à Magistro Joanne de Amerbach anno salutiferi Virginis partus nonagesimo sexto supra millesimum quatercentessimum, cujus etiam meminit Michaël Maire ad annum memoratum, ibique inserti legantur Libri duo de Vita Solitaria, biennio ante in publicum prodiiisset, atque ideo Caymi nostri diligentiam hac laude fraudasset. Itaque asserendum est, aut impressionem hujus Codicis curatam fuisse ante Basilejensem, ac denuo typis commissam hoc anno cum eadem ad Lodovicum Epistola, sicuti mos erat primis Typographis, cum recuderent Opera, prælo jam data, aut ignoratam fuisse à præclaro hoc Viro, quam antea paraverat Typographus Basilejensis.

(b) Cum sæpius recusa fuerit Vita Æsopi, seculo XV., Mediolanensis hæc editio, præter Latinum textum, Italicum quoque refert, interjectâ figurâ ligno incisâ, varias ejusdem vicissitudines exprimente. Quis autem traductionis hujus curam suscepit, Codex noster non indicat.

(c) Cum eodem ferme tempore florent duo insignes doctrinâ Viri, qui communem Patriam, & nomen sortiti fuerant, quique Deo dicati in Religiosis Ordinibus, idem Lucubrationum suarum argumentum susceperant, allucinati sunt quamplures Scriptores, utrosque in unum miscentes. Eos tamen distinguunt, tum religiosa professio, quam amplexi sunt, tum Opera ipsa, quæ in lucem edidere; alter enim Ordini Prædicatorum nomen dederat, alter Sancti Francisci Institutum profitebatur. Hic postremus Quadragesimales Conciones elaboravit, quas hoc anno Mappellus typis commisit. Vide quæ de illis scripserim in mea Hist. Liter. ad hunc annum.

nant, amplectuntur, & fovent; propterea quod noverunt hanc unam esse ad coelestem patriam viam. Quid enim Theologiâ utilius? quid ad beatitudinem, summamque felicitatem comparandam efficacius? quid dulcius? quid suavius? quid jocundius? Hæc Hieronymum illustravit, Augustinum illuminavit, Ambrosium in Arrianam hæresim insuperabilem reddidit, Scotum tenebricosum subtili cognomine honestavit; Hæc una Deum cognoscere, ut parentem; metuere, ut dominum; diligere, ut patrem, docet; hæreticas opiniones ex hominum mentibus discutit. Hujus flagranti amore, cum te accensum, inflammatumque, Pater Juliane, noverim, Bartholomæi Pisani venerandi Theologi, qui anno centesimo nunc peracto claruit, Volumen de *Contemptu Mundi* Calchographis tradidi. Multa profectò Theologica monumenta reliquit; Sanctorum laudes; Conscientiæ casus; Christi, & Francisci parallelum, seu vitæ congruentiam; In Magistrum Sententiarum Commentarios; Mariale, Opus Mariæ Virginis laudes complectens. In Libris de *Contemptu Mundi*, de triplici Mundo, videlicet sensibili, microcosmo, & archetypo differit, qui dum Bibliothecam B. Francisci evolverem, in manus meas pervenerunt, & cui dicarem, te digniorem hoc munere censui; quis enim te concionante doctior? quis acutior, subtiliorque? quis copiosior? quis eloquentior? Multa in te sic eminent, & elucet, ut doceas, advertas, & afficias, disputas subtiliter, graviter, ornatè, atque vim Demosthenis, Platonis copiam, Isocratis jocunditatem effingis. Sermo copiosus & varius, dulcis imprimis, & qui repugnantes quoque inducat, & impellat. Occursant verba exquisita, & exulta: Oratio tua magnifica, & excelsa, & ut ait Aristophanes de Pericle, fulgurat; & quod mirum est, in vestro corpusculo tonat. Quàm peritus & publici, & privati Juris es? Quantum rerum, quantum exemplorum, quantum antiquitatis tenes? quanta concionibus tuis fides? præmiaris aptè, narras apertè, pugnas acriter, colligis fortiter, ornas excelsè. Incredibilis tibi omnium rerum thesaurus, Memoria; suavis pronuntiatio; nec verbo quidem tanta dicendi volubilitate laberis. Tantus tibi denique lepos, ut labris persuadendi, Dea, quam Græci *Pytho* vocant, insedissee videatur. Vitæ sanctitatem, & probitatem omnes admirantur; Paupertas in te, quàm in Aristide, justior; benignior, quàm in Photione; magis strenua, quàm in Epaminunda; sapientior, quàm in Socrate; disertior, quàm in Homero; unde fit, ut concionantem summa admiratione Mediolanensium, quibus Quadragesimalem Annum tertium concionibus peregit (*peregisti*), omnis Ordo te audiat, te suspiciat, summo studio te prosequatur. Plura de te dicere, nisi modum Epistolæ nostræ imponendum ratio posceret. *Libros* igitur de *Mundi Contemptu* tibi, Pater, dicavi, cetera volumina impressurus. Hos in concionibus disseminabis, probabisque; Alios enim, si tu album calculum adjeceris, probaturos confido. Vale. Concionatorum decus, & Deum, ut facis, ama.

ANNO MCCCCXCIX.

Num. LXIX.

Ante Lexicon Svidæ.

Clarissimo Viro D. Alberto Pio, Joannes Maria Cataneus S. D. (a)

IN omni re gesta potissimum considerari solet, quid, per quos, & quàm bene transacta sit; nam si horum unum absit, nulla Operi nec auctoritas, nec pulchritudo relinquetur. Quis enim post hanc divinam imprimendi artem, Librum aliquem suis undique numeris absolutum publicavit? nisi characteribus decoris insignitum? Emendatore optimo illustratum? utilitate publica necessarium? Ego autem non negaverim, jam plurima utriusque Linguae volumina per Eruditos in lucem venisse, quæ splendoris multum, & utilitatis secum attulere; sed qui eam, quam Svidas Græcus, absolutionem sit consequutus, nullum facile contenderim; nam ut quædam de eo breviter perstringam, si ordinem attenderis, nihil facilius; si rem, nihil melius; si copiam, nihil fertilius; locis enim suis necessaria completitur, quæcumque ferè ab Orbe condito supra Annos 5780: memoranda, Hebræas, Græcas, Latinas, omniumque historias compendiosè tangens; Philosophorum Sectas, & dicta, Poëtarum fabulas mirabili temperamento narrans; somniorum involucra, *αὐρυδάρα*, latebras, innumera penè proverbia, acri intentione dissolvens: Opus profectò necessarium tam Latinè, quàm Græcè scire volentibus. Nam quid illam multiplicem verborum multorum solutionem demirer? cum satis constet, ex probatissimis diversarum rerum Auctoribus excerptisse diffu-

fam

(a) Quamvis Patriâ Mediolanensis non fuerit Jo. Maria Cataneus, Novariæ natus; hausit tamen in hac Metropoli rudimenta omnia Latinæ, Græcæque eloquentiæ sub duobus præclarissimis Institutioribus, Georgio Merula, & Demetrio Chalcondila. Eiusdem Opera typis vulgata recensuit in suo Museo Novariensi Lazarus Augustinus Cotta; sed nullo alio addito ejusdem Vitæ elogio, quàm quod jam conscripserat Paulus Jovius, peculiari cum Cataneo amicitie nexu conjunctus. De hac Mediolanensi editione Græci Lexici Svidæ, quæ summam Typis nostris gloriam comparavit, in mea Liter. Hist. ad hunc annum disserui, non secus ac de Chalcondila, qui usque ad extremam senectutem apud nos degens, Studia Mediolanensia egregiè promovit.

sam ἀπολογίαν, & eam tam facili dicendi genere complexum, ut quivis mediocriter Græcis eruditus, per hunc summa brevi consequi possit; cùm aliàs nobis ad hanc Linguam perdiscendam, longâ vigiliâ, continuo admonitore, & Magistro opus esset. Latebat tamen in tenebris, paucorum factus tam pretiosus Auctor, & ab omnibus in dies desiderabatur; nullus opem ferebat, nec poterat. Tandem ad hanc provinciam reservatus vir Atticæ facultiæ princeps *Demetrius Chalcondyles*, Præceptor noster, non, ut ceteri, Græcorum studiosis tantam felicitatem invidit; sed ducem se constituens, egregios hujus artis, & industrios artifices *Joannem Bisolum*, & *Benedictum Mangium Carpensēs* accersivit, per quos typis in melius reformatis, additis etiam plerisque & magnæ, & admirandæ gratiæ, quippe qui in eo genere præstantissimi sint, & præter conditionem, & ætatem suam, pluribus multoties collatis exemplaribus emendandum, immo excolendum, & renovandum Svidam aggreditur, tanto studio, & diligentia usus, ut obscura detexerit, inversa correxerit, manca suppleverit; & ut demum quod sentio dicam, in illo expoliendo Auctorem ipsum superaverit. Debes itaque plurimum illis, Alberte vir clarissime, nam post Græca tot tibi dicata volumina, quibus enixè oblectaris, nullum, neque majus, neque utilius dici potuit, cùm sit totius Græciæ *ἡ ἀμειβή*, ad quod necesse sit singulis horis, ut ad tuam liberalitatem, doctrinamque, Græcarum Literarum studiosis recurrere, confugere, & propter summas virtutes probè cognitum admirari. Debet & doctorum juvenum studiosa cohors, ad quos tam diffusum, tam utile, politumque volumen devenerit. Quare si ulla absque contatione Librum hunc emerint, hi fortasse vicem rependere non putabunt: at illi sic cumulatam sibi restitui censebunt.

Num. LXX.

Ante Opera M. Tullii Ciceronis.

*Illustri, & Excelso Principi Joanni Jacobo Trivultio, Regio Locumtenenti
in Insabria Universalis,
Alexander Minutianus (a) Salutem, & felicitatem.*

A Gitur jam quartus annus, Illustris, & Excelse Princeps, ex quo Livium, quantum sub duobus licuit exemplaribus, & iis quidem non admodum fidelibus, recognovimus; miserati maximè bonarum Literarum calamitatem, quam librariorum negligentia incrim literariam invexerat. Eos nostros labores Bartholomæo Chalco, Viro profecto incomparabilis integritatis, & de Literis in hac inclyta Civitate benemerito, dedicavimus. Quæ quidem res, cùm satis honestè mihi successisset, & hominibus studiosis haud ingrata fuisset, ad majora animum intendens, cœpi mecum cogitare, an aliquid opis Ciceroni afferre possem, cujus Opera magna ex parte mutilata, depravata, atque præpostera legerentur. Quare, ex diversis Bibliothecis, compluribus conquistis Ciceronis operibus, quæ (fortasse ea) in nostram hanc editionem consularem (*contali, quæ*) etsi ex unico exemplari lancinato (ut arbitror), & carioso descripta videbantur, ab illo tamen, temporum culpâ, ita degenerarunt, ut ab ipso Cicerone, si revivisceret, vix sua agnoscerentur. Propter quod jam mei consilii pœnitere incipiebat. Desperabam enim eam, quam voluissem opem, divinis Tullii monumentis me afferre posse. Verùm, quia Opificum incuriâ in pejus quotidie ruerent, & iis, quæ in manibus haberentur, deteriora fierent, volui in proposito perseverare, saltem, ut alius multiplicioris lectionis, & in habendis fidelioribus exemplaribus longè me felicior, exemplo nostro invitatus, aliquid majoris opis lapsis jam Ciceronis rebus afferre studeat; cùm interea ea me conscientia consolari possit, qui divinis his operibus sic in unum redactis, uti majestatem attulimus, ita multis mendis repurgavimus. Id quod hujus nostræ industriæ candidus æstimator facile judicabit. Hanc nostram operam cùm alicujus magni Viri præsidio communire vellem, qui & magnitudine rerum gestarum auctoritate polleret, & bonarum literarum studiis delectatus, hos nostros labores, qualescumque essent, non aspernatus fuisset, tu mihi solus occurrebas, cui nostram hanc industriam commendarem, quem, uti rerum gestarum fulgore inter illustrissimos quosque Principes micantem spectamus, ita vel inter maximas belli occupationes literarum studia adedò semper concelebrasse scimus, ut huic tantum negotio intentus videaris. Tibi igitur, Illustris, & Excelse Princeps, has nostras operas dedicamus, quæ tanti Viri patrocinio defensæ in publicum prodire non formident. In qua quidem re, nostri ordinis hominum consuetudinem ideo non sum imitatus, qui non tantum mihi attribuo, ut innumerabilibus tuis virtutibus recensendis, nedum

(a) Perdifficilem, atque ingenti nummorum dispendio explendam provinciam, quam aggressus est Alexander Minutianus, edendi nempe, quatuor comprehensa Voluminibus, Opera omnia M. T. Ciceronis, dignis, ut arbitror, laudibus profecutus sum in Hist. mea Liter. ad annum præcedentem; ubi etiam conjecturam meam attuli, cur in aliquibus exemplaribus hujus Mediolanensis Editionis, Nuncupatoria hæc Epistola inveniatur; in aliis verò desideretur, substitutis tantum vacuis pagellis.

dum laudandis me parem sentiam, quando ab ineunte ætate ea semper meditatus fueris, quorum singulis, cum laude explicandis, Summi Oratoris debeatur oratio. Nam, ut taceam præclara tua domestica facta, quibus ad crescentem tuam indolem universæ Civitatis ora convertisti, fluctuantem Ecclesiæ naviculam, & imminentem à Turcis procellam formidantem, propter intempestivam Auximatum rebellionem, secundo tuarum artium spiritu in tranquillum portum recepisti. Reges postea Neapolitani te certissimum suarum rerum præsidium sensit, si à tuis omnino consiliis non aberrassent. Tum Carolus Francorum Rex, cum in patriam redire vellet, cumque omnes ferè Europæ Potentatus, quibus formidolosum erat, ad ingentes Galliæ opes opulentissimi quoque Neapolitani Regni factam esse accessionem, adversus se conjurassent, tuo fidissimo, fortissimoque ductu per medios hostes incolumis evasit. Cum ergo tua gesta tam fortia, tamque fortunata existant, ut maximi cujusque Oratoris orationem excellant, nonne ab omnibus temerarius judicarer, si, in tanta ingenii mediocritate, ea laudare conatus, deserere magis, quam amplificare vellem? Non ergo hac Epistola, Excelse Princeps, tui laudandi occasionem quæsimus (ad quod tamen ingenium nostrum exercere non cessabo, ut intelligas, me omnes illius vires divinis tuis laudibus consecrasse.); Verum, ut hi nostri labores, tui nominis auctoritate communiti, in manus doctorum virorum perveniant, Ciceroque tantum tibi debeat, quantum gloriosa hæc Patria, quæ in tantis tumultibus, omnibus destituta præsiidiis, tibi fortunas suas omnes credidit, Te salutis propriæ patronum elegit, Te apud Ludovicum Francorum Regem Christianissimum, & Ducem nostrum clementissimum, deprecatores comparavit, apud quem quantam gratiam eximie tuæ virtutes, & spectata fides concitassent, vel ex hoc facile intelligebat, qui in summa fortium Ductorum copia, tibi Exercitus suos commisit, tibi omnia cum belli, tum pacis munera commendavit. Vale Patriæ decus, & præsidium.

Mediolani à Salutifero Virginis partu MCCCCXCIX. Idibus Octobris.

A N N O M D.

Num. LXXI.

Ante Commentarios in Claudianum de raptu Proserpinæ.

A. Janus Parrhasius (a) C. Catelliano Cottæ Mediolanensi Patricio, S.

Vide quanta vis in bonis artibus sit, Catelliane; quum multos omnis ordinis, ætatisque Discipulos habeam, morum gratiâ carissimos, noster in te tamen amor præcipuus est, & singularis, non adeò sanè, quòd tuis facultatibus æquè utar, ac meis, quàm quòd admodum prætextatus, tanta bonæ frugis argumenta quotidie præbes, ut quæ indoles in aliis appellatur, maturæ in te virtutis speciem præferat: eoque mihi grata tua fuerunt officia, quòd abs te ita instituto proficiscebantur; alioqui vetus apud Græcos adagium non exciderat: οὐκ παντα, οὐκ παντοῦ, οὐκ παντα παντα, nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Refert, mihi crede, refert, & quidem maximè, quam quis originem generis sortiatur; nam ut animi plerumque labes, sic & honestamenta morum, cum vita simul emanant in posteros. An si quis non rûdis, aut iniquus omnino Judex, L. Cottam avum tuum norit, qualem se in omni vitæ colore domi, forisque præstiterit, quibus honoribus in sua Republica functus sit, qua pietate Deos colat, qua prius patientia Clarissimi Viri Catelliani parentis tui, mox Alberti nepotis tui, fratris tui, immaturos obitus tulerit, & nunc adversam valetudinem ferat, ut dolori resistit, ut erumpentes gemitus premit, ut incredibiles cruciatus, immotus, tacitusque transmittit: C. illum Cottam, Virum triumphalem, Pontificem maximum, vestræ Domus auctorem, se videre non putet? Neque minores eloquentiæ fructus in patre tuo Catelliano Civitas hæc amisit, quàm libertatis in vestris olim gentilibus seniore Catelliano, Alberto, Innocentioque, quibus pro communibus Patriæ fortunis oppetita mors, diuturniorem apud hominum memoriam vitam peperit. Quàm peritus privati Juris, & publici pater tuus? quantum rerum, quantum exemplorum, quantum antiquitatis tenebat? Nihil erat, quod quis vellet discere, quod ipse docere non posset. Æqui, justique servantissimus, adversus duas capitales hominum pestes, avaritiam, & ambitionem, invictum animum gessit. Per eadem vestigia Albertum germanum tuum pleno gradu incedentem, è medio rerum cursu mors importuna surripuit. Sed nihil jam queror, modò te nobis, & alterum fratrem Hieronymum, rebus gerendis, ac bellica virtute juvenem, qua parte voluit eminentissimum, non invidet; qui multorum desideria satis estis explere. Quid enim laudis, gloriæ, splendoris, in majoribus vestris unquam fuit, (quorum perpauca similes

(a) Quæ ad Janum Parrhasium Humaniorum Literarum olim Institutorem in hac nostra Urbe pertinent, abundè enunciavi in mea Hist. Literaria ad annos MID., & sequentem; pluribus etiam ibidem agens de C. Catelliano Cottæ, Patricio Mediolanensi, Liberalium Artium egregio cultore, editisque Libris apud posteros claro.

iniles & hæc urbs, & olim Roma tulit) in quo vel præfenti fide, vel certiffima fpe non respondeatis? Omitto corporis dignitatem, quam licet omnes in vobis pene divinam fufpiciant; ipfi tamen (quia morbo vel tempore deflorefcit, nec noftra, nec animi eft), inter vera bona non ducitis, ac ut oblatam non fpernitis, ita profecto non admiramini. Sanctiffimi verò mores, ingenium, memoria, ftudium, dicendi copia, quem non excitarent ad vos amandum? Verfus, & Epiftolæ, quas tu (cujus hoc proprium munus eft) cottidie meditaris, fidem noftri fermonis abfolvunt: in quibus opulentiam Ciceronis, florente Plinii parifimonia temperas, ut in carminibus elegantiam Tibulli, Martialis argutiam, ut ab illo Cotta tuo, cujus nomen fupprimere piaculum *Nafò* duxit, abfuturus non videre. Vererer adulationis fufpicionem, nifi tale jam fpecimen de te dediffes, ut potius multoque magis verendum mihi fit, ne iis, qui familiaribus te norunt, malignus, aut infans appaream. Sed obfequendum tibi fuit, qui rectè facti confcientiam fatis effe contendis. At illud non prohibebis, quin ego tibi pro tantis erga nos meritis aliquid gratiæ referam, *καὶ βάλῃς* (ut ajunt) *ἀπορῶμαι*, fcio te gemmas, & auri munera non expectare, quod in ampliffimis opibus tua fortuna non expetit, & reculæ noftræ minimè patiuntur. Accipe nunc igitur *enarrationes in Claudiani raptum Proferpinæ*, quas tuo nomine fufceptas (ut fcis) anno maturius abfolvimus: tibi que dicamus, pietatis erga præceptorem tuæ, benivolentiæ erga te meæ perpetuum teftimonium; quas fi per ocium lectitâris, invenies in iis permulta noftris ignota, quæque tibi eruditionem, voluptatemque afferant haud mediocrem, nec obfcurè percipies, me tibi ut viva voce, fic etiam fcriptis prodeffe voluiffe. Bene vale, & Janum tuum ama. Mediolani, VII. Calendas Januarias, MD.

Num. LXXII.

Ante Commentarios in Claudianum, iterum impreffos.

Ad ampliffimum Virum Japhredum Carolum, humani Divini que Juris Confultiffimum, Delphinatus Præfidem, Sanctiffimique Senatus Insubrum Principem Janus Parrhafius Neapolitanus, S.

Succenfebam, fateor, olim tacitus hominum noftri temporis audaciæ, pene præcipiti, qui fcasbras adhuc, informesque fuas expositions, ut excipiuntur ab auditoribus, in vulgus edant; unde plerumque fit, ut quæ legenda velut ab fe probata dederant, iterum sub incudem revocare, quodque miferius eft, errata fateri fua cogantur. Ecce nunc ufu doctus, palinodiam recanto, rurfusque abfolvo, quos accusabam, nec aliud facturos autumo, quicumque hac ætate profitendi fubibunt aleam. Non eft (ne nobis blandiamur) hodie non eft, Horatio bene monenti parère, fcriptaque vel in paucos menses, nedum (quod illi placet) in annos novem comprimere, nifi laboris fui fructu fraudari quis velit. Adfunt enim ignaviffimi quidam Fuci, qui favis, alienisque mellificationibus infidiantur; & quæ multo, longoque ftudio comperta funt ab aliis, impudentiffimè pro fuis oftentant, ut ille vix fatis idoneus Impreffor, qui caftigationes in Livium meas ex magna parte fubripere, tibi que nuncupatim dicare non erubuit, in quo non minus exiftimationi tuæ, quàm mihi fecit injuriam, quafi verò divinus tuus animus interceptis gaudeat rebus, & in hoc etiam Superos non imitetur, quibus (ut Porphirius auctor eft) furta non litant. Ego, Vir integerrime, triennio jam Livii bellum Macedonicum frequenti profeflus auditorio, fingulis lectionibus emendavi, quod ante nos (absit verbo invidia) nemo tentavit; oftendique certiffimis argumentis, ab eo, quam dixi, Decada depravatam locis amplius mille. Veritus itaque, ne fua laniena per nos in lucem proderetur, editione prævenire feftinavit, eamque rem difsimulanter me laturum fperavit, fi fub umbra tui nominis emitterentur; ac fi non eadem gratiora tibi futura fint à proprio, juftoque domino, quàm ab inverecundo plagiario; quum præfertim nufquam ille potuerit afferre correctionis alienæ rationem, quod nos inter legendum fecimus, proximâque foeturâ faciemus, quæ propediem fub tuis auspiciis exhibit in publicum, fex in toto Livio vulnerum ferè millibus à me curatis, aut fplenio contectis. Interea Claudianum meum leges, tibi fato debitum; quippe qui tunc illustrari cœptus eft, quum facrofanctus, potentiffimusque Rex in hac ulteriore Gallia te præfecit Insubribus, Virum quærens erecti adversus pecuniam animi, liberi adversus offenfâs, constantis adversus invidiam: quo tempore Provincia non minus exitialibus, quàm pudendis aliorum rapinis, exhausta, fuæ Majestatis opem implorabat. Et nunc iterum te Sanctiffimi Senatus principe, retractatus à nobis idem Poëta, velut anguis depositâ cum fenectute pelle, renafcitur, & juvenefcit unâ cum fæculo, quod ampliffimus pater Stephanus Poncherius, Lutetiæ Parifiorum Pontifex, aureum nobis fecit, & ipfe traditum per manus ita confervas, ut ejus, cui fuffeciffi, defiderium ferant omnes, id, quod arduum, factuque multis incredibile videbatur: & rectè. Non enim temerè cuivis alteri contigiffet hoc idem, præterquam tibi, qui fimilem vitæ femitam teris; & quas ille tibi, perpetuas tibi comites adjunxiffi, Juftitiam,

tiam, Fortitudinem, Temperantiam, atque Prudentiam, remotisque nugis, optimum, & doctissimum quemque. Si quis enim aliquam significationem virtutis ubique dedit, in amicis habetur. In regendis Urbibus, non familiarissimos, ut alii, sed innocentissimos legis; abs te res eorum domestica sustentatur, augetur, amplificatur; locupletantur divitiis, honoribus honestantur. Amicitias tueris privati fide, Præsidis opulentia: curarum, remissionumque tempora sapienter ordinas. Ubi judicia poscunt, gravis, intentus, severus, & aliquando misericors: ubi satis officio factum, nulla potestatis ultra persona. Nec tibi, (quod est rarissimum), aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem minuit. Hinc es affectus, ut omnes te tamquam numen colant, ingenique sui monimenta ad te certatim deferant. Exemplo quorum, nos etiam munusculum, non pro tua fortuna, sed pro nostra copia, tamquam è spicilegio manipulum consecravimus. Id si, qua fronte soles, acceperis, enitar ut altera messe plenas, & uberrimas fruges Aris tuis imponamus. Bene vale Musarum patrocinium.

Mediolani Pridie Eidus Decembris. (a)

Num. LXXIII.

Ante Antiquitates Vicecomitum, Georgii Merulæ.

*Ottoni Vicecomiti Summæ spei adolescenti,
Alexander Minutianus salutem cum felicitate.*

POSTULASTI à nobis, Otho, indolis eminentissimæ (nam quod efflagitaveris dicam, qui in te pudor est, & erga nos observantia minimè patitur), ut Georgii Merulæ Historiam, cujus mihi Tristanus Calchus, vir certè non minus probus, quàm eruditus, copia in fecisset, jam ex nostra Libraria Officina dimitterem, & doctis Viris eam non ampliùs inviderem. Credo, quia incredibili ardeas cupiditate, ex tanti Viri Commentariis cognoscere, præclara illustrium Virorum facinora, qui nobilissimæ Vicecomitum Familiæ Auctores heroicis suis virtutibus illam ita per universum Orbem concelebrarunt, ut Potentissimus Rex, Regumque omnium maximus Ludovicus Francorum Imperator invictissimus, eam materno genere contigisse maximè gloriatur. Cui quidem tam honesto desiderio quin satisfaciam, nullæ causæ, quæ hæctenus illius editionem distulerunt, nos ampliùs movebunt; præsertim cum in ea re, mea quoque erga Præceptorem pietas agatur, quæ mihi tanta illi debetur, ut sæpius mecum animo consideranti illius sententiam, qui Parentum loco Præceptores habendos duxit, non tam benignus, & profusus in eorum laudes, quàm malignus, & parcus fuisse videatur: quippe quod illis, quod vivamus, & simus; at his rectam vivendi rationem cum eruditione debeamus: quod quanto illo est præstantius, eo Præceptoribus, quàm Parentibus, magis debendum arbitramur. Et, me hercle, si quisquam est, qui Præceptori debeat, in iis nomen suum profiteatur necesse est, quisquis rei Literariæ stipendia sub egregio illo imperatore, ex cuius ludo, veluti ex equo illo Trojano, multi magnæ, & excellentis doctrinæ viri cum vitæ probitate prodierunt; nam, excepto quod ingenuè semper docuit, & Discipulis suis profectum quamvis magnum, & præcocem numquam invidit, morum imprimis rationem tam sedulo semper habuit, ut nullius flagitii vel minima suspicio in eo umquam extiterit. Impietatis verò, quod quidem perniciosissimum scelus minimè dissimulant omnes ferè, qui ex nostrarum Literarum studiis, eruditionis dumtaxat famam sibi aucupantur, quo liberiùs, atque effrenatiùs suis indulgeant voluptatibus, tantum abest, quod meritò quispiam doctum hunc virum insimulari potuerit, ut de Christiana Religione tam piè semper loquentem cum audiret, ex tanti sceleris suspicione, nedum crimine, constanter eximeret. Et cum ad rem paulò avidior haberetur, numquam tamen animum inducere potuit, ut pecuniolas, quas ad senectutis viaticum sola sibi parsimonia comparaverat, vel tolerabili, & consueto fœnore pasceretur: adèd sordidos omnes quæstus, nedum turpes, & communi hominum consensu damnatos execrabatur. Hujus ergo Viri tam probi, tam continentis, tamque pii doctrinæ memoria deperibat, quippe quæ tantisper duratura erat, donec eam testari potuissent Viri eruditissimi, quos ex remotissimis terrarum partibus, nedum ex universa Italia, Georgii fama magis, quàm Urbis admiranda magnificentia Venetias attrahebat, ubi majorem, melioremque vitæ partem cum summa tam judicii, quàm memoriæ admiratione, docendo, commentandoque contrivit. Nam in hac inclyta tua Patria, in quam lautissimis Principum stipendiis *Bartholomæo Calcho*, & *Jacobo Antiquario*, Viris cum incomparabili vitæ integritate celebrandis, tum promptissimis in Literatos studiis, semper commemorandis, procurantibus, longo veluti postliminio fuerat evocatus; adèd non fuit admirabilis, & quod ingravescente jam ætate, calor, qui in juvene efferbuerat, in-

sene

(a) Epistolam hanc omittere nolui, quamvis præfixa sit Libro post evolutum Seculum XV. typis commisso. Siquidem à J. Parrhasio condita fuit, cum adhuc in nostris Gymnasiis versaretur, & plura continet, ad Hist. nostram Liter. illustrandam, valde opportuna.

fene jam contempuerat, simul quòd occupatus in scribenda Historia, quòd quidem est summi laboris opus, alias jam curas omnes deposuerat. Sed quando in eorum Virorum, quibus gloriosissima tua Gens *Georgium* debet, mentionem incidimus, dolendum mihi profectò esset cum univèrsa Literarum studiosorum cohorte, quòd non eandem apud Christianissimum Regem, & Ducem nostrum invictissimum, auctoritatem habeant, nisi *Fafredus Caroli*, cujus egregias virtutes, & singulares laudes tractare reformido, Literatorum omnium esset confugium, & receptaculum; qui sua erga illos liberalitate, studiisque, fugientes penè Literas, & in squalorem, & obsoletas jam sordes redactas, è situ in lucem, & è sordibus in nitorem revocavit. Adèd nihil comitatis, nihil humanitatis, atque munificentiae prætermittit, ut Literæ, quas omnium virtutum stabilissima sentit esse fundamenta, in suum locum repositæ, suam pristinam retineant dignitatem. De cujus quidem Viri laude, ut longè plura dicantur, alium prospexi locum, ubi ingenioli nostri vires exerceam. Nunc ad *Merulam* regressus, ausim constantissimè affirmare, illius doctrinæ famam in certissimum discrimen adductam fuisse, nisi eam his commentariis asseruisset. Nam in Juvenalem enarrationes, & alia præterea pauca, quæ in Domitium, & Galeotum elucubravit, ex eo sunt Scriptorum genere, ut vel in maxima diligentia, & in nulla Lectoris offensa, etsi gratiam apud grammatistarum vulgus concilient, apud tamen doctos viros non multum, vel potius nihil laudis promerentur, cum vel integras Scriptorum pagellas in hujusmodi hominum schedis relegunt, vel alienos labores, & plerunque suos, quibus assiduè insidiantur, agnoscant. Qui si à propriis asserantur Auctoribus, ut spoliata moveant Cornicula risum. Quid si aliquando visi fuerint dormire? Omnis profectò vigilantiae suæ in bene dictis fructus emittunt; adèd ferè omnibus est insitum, ut alienos errores perspicaciùs pervideant, quàm bene facta notent, & admirentur. Ut tibi igitur satisfacerem, Otho suavissime, cui imprimis gratificari cupio, & Præceptoris optimi famæ consulere, quam convelli, fugillarique nollem, ipsius Commentarios tandem emittimus, de quibus aut in Auctorem me fallit amor, aut verè affirmare possum, nullum esse hac tempestate virum, cujus iudicium nulla sit livoris tabe suffusum, qui literario monumento suam extendi famam desideret, ut non mallet hos evigilasse Commentarios, quàm spatiosa eorum volumina, in quibus nulla re tantum sibi placere visi sunt, quàm quòd millesima pagina suæ consurrexerint historiae. Is enim cum acerrimi esset iudicii, & sciret quanti operis esset res gestas literarum monumentis commendare, non solum diligentiam probavit, dum veteres perpendit Annales, ne quid non verè dicat, id, quòd fuit admodum difficile, quando de originibus hujus magnificæ Urbis, deque gentis tuæ Antiquitatibus, quas hac librorum Decade est executus, pleraque fabulosa circumferebantur; sed varietate rerum peritissimè distinxit, & verborum delectu, atque proprietate perpolivit, de cujus toto orationis genere, si, quòd sentio, paucis aperire voluero, ipsius ferè verbis utar: quàm cum ad iudicii sui stateram nonnullorum nostri temporis scripta appenderet, dicere solebat: eos quàm simillimos videri fluviis, qui leni, & æquabili aquarum agmine profluentes, nullis raperentur vorticibus, qui non sine grata voluptate in magnis spectantur aquis: similiter illius hæc ego scripta vorticoso comparaverim flumini, ubi tamen nullum timeatur periculum: adèd nulla est clausula, quæ novitate, & figura dictionis, aut elaborata elocutione Lectorem non remoretur. Sed hoc candidi Lectoris iudicio relinquimus, quem non dubitamus, ubi Opus diligenter perlegerit, longè melius quàm ego ipse sentiam, de eo iudicaturum. Quòd quid meum aliquo præsidio communiendum esse existimarem, cujus auctoritate, & tutela rabidos invidorum latratus non timeret: ex nulla alia Familia comparandum videbatur, quàm cujus heroica gesta, & admirandas origines dum magnificat, atque recenset, è tenebris ostentavit. Et quamquam multi illustres viri in ea refulgeant, quibus singularium virtutum splendore divinos tuos referentibus progenitores, maximarum rerum patrocinium committi posset, æquo tamen animo patiantur, te sibi adolescentulum in hac nostra electione fuisse præpositum. Atque id non solum, quòd *Francisco* illo *Bernardino* sis progenitus, qui per Sacramoros Patrem, & Proavum Regio solus itemmate censebatur, cujus fulgori etiam nobilissimi gentiles tui tanquam minora sidera citra livorem concedebant, & quem iustitiæ, ac æquitatis tenacissimum satellitem tota hæc nostra Gallia suspiciebat, ut olim Græcia Aristidem est admirata: sed quòd Othoni illi es cognominis, qui præsentis animi vigore Vicecomitum Familiam illustravit, solidumque imperium per duo ferè secula Mediolani stabilivit, quòd aliquando interceptum, ex eodem deductus sanguine Ludovicus Francorum Rex inclytissimus, quò post famigeratum illum Carolum, nemo hæcenus Gallicum nomen magis nobilitavit, imperiique fines propagavit, in pristinum jus assertus reposuit, & collocavit. Accedit præterea indoles, quàm talem omnibus dedisti, dum literis sub *Jobo* viro optimo, & bene literato intra domesticos parietes, ac nobis in publico gymnasio operam navas, tam diligentem quàm assiduam, nunc maxime in militaribus exercitamentis, ut à magnanimo illo Heroë, cujus nomen refert, te degeneraturum nemo jam dubitet, sive domi Senator sententiam dixeris, sive foris armattractaveris. Hos ergo Commentarios, qui nomini tuo dedicati in vulgus exire, & per Doctorum, fortiumque virorum ora volitare non formidant, dum avidius leges: & tuorum

Illustrium progenitorum facta recognosces, constantem illam opinionem, quam tui apud Cives concitasti, te ita confirmaturum speramus, ut virtutum tuarum jubar, majorum fulgore nihilo hebetius fore persuasum habeamus; imò ad illorum exemplar te compositurum, adeo ut vivæ tuorum imagines ad justitiam, atque constantiam te validius excitent, quam Torquatum illum, qui Majorum suorum præclara facinora in cereo gentilitatis stemmate, quod in atriis summâ curâ expressum collocaverat, quotidie perlegebat, excitarent.

Vale, & Alexandri tui memor vive. (a)

Num. LXXIV.

Post Epistolam præcedentem hæc sequitur.

Ad inclytum Principem Ludovicum Mariam Sfortiam Vicecomitem in Libros Antiquitatis Vicecomitum, Georgii Merulæ Alexandrini Præfatio.

Quantum jacturæ ignoratio Historiarum Italiæ attulerit, Ludovice Princeps, & in quam pudendos, & perniciosos errores ii nos conjecerint, qui de maximis belli, & pacis negotiis sine cognitione veteris memoriæ aut disseruere, aut aliquid literis mandare voluerunt, etsi aliàs deprehendebam, necne certiùs cognovi, dum tuo jussu recentiora nostrarum urbium monumenta, & publica acta, tum quæ privati homines, velut in Annalium formam scripta reliquerunt, exploro. Nam quòd jejune, ineptè, sinè ulla elegantia, aut splendore orationis pleraque omnia enarrant, hoc tempori, quo Latinæ literæ, & Romanæ artes pessum ierant; quòd autem magna in parte vani, & mendaces, & sibi non convenientia scribant, negligentia, & temeritati adscribendum arbitror. Si enim in iis tradendis, quæ vel ipsi viderunt, vel de parentibus acceperunt, non incuriosi veritatis indagandæ fuissent, non adeo stultè (ne dicam falsò) ea scripsissent, quæ dum leguntur, quis vel parum in literis, & cognitione rerum versatus, risum, & stomachum continere potest? Quid cum ab sua, & patrum ætate paulò remotiora repetere conantur, fabulas profectò pueris narrare eos dixeris, & iis planè simillima, quæ circulatorum collatiæ stipis gratiâ ad oblectandas imperiti vulgi aures passim iterando decantant? Sed utinam intra hujusmodi somnia, & commentitias narrationes omnis jactura steterit, & nisi si qui publica negotia administrant, quique non parum studii disciplinis imperiti sunt, dum Historias negligunt, & liberali homine indignum putant, veterem memoriæ rimari; hi suis verbosis, & absurdis commentationibus Barbarorum imperio, externæque libidini florentissimas Italiæ urbes ita addixissent, & quodammodo consecrassent, ut inde exauctorari summum nefas habeatur. Quare Aristoteles, ut cætera omnia, sic illud prudentissimè dixit, eos, qui Historias ignorant, semper pueros esse, & proinde ab omni Reipublicæ administratione summovendos. Refert enim plurimum ad incolumitatem regni, sive fines proferre, injurias ulcisci, & tua jura tueri volueris, tuæ Gentis, & vicinarum urbium res gestas tenere, ut ea intueri exemplorum documenta possis, si quæ in illustri monumento posita sunt. Ergo cum detrimenta, & calamitosos casus mecum reputo, quæ Itali homines sustinere, postquam amissis literis, atque regno peregrinæ ditioni subjecti fuimus, miseratum Omnipotentem Deum calamitates nostras, tristisque urbium ruinas affirmaverim, cum Vicecomites ad recuperandas Majorum opes, constituendaque regna suscitavit. Exhausti mole tributorum erant populi: externis tyrannis nihil exceptum, exarserant civilia odia in diversa studia, per Principes factionum, distractæ urbes, obversas in se ipsas viribus internecina bella exercebant, incendiis, rapinis, cædibus, & fuga civium, omnia foeda. Intercessere Vicecomites Barbarorum avaritiæ, atque violentiæ, domesticoque furori finem, & tantis malis remedia attulere. Salutare Vicecomites regnum in Italia constituerunt. Ita nostros Reges habuimus, nostrisque Legibus vivere cœpimus. Verùm, ut fortuna illustrium Virorum gloriæ plurimum infecta est, sive temporum injuria, & Scriptorum inopia hoc effecerit, pene illorum memoria interciderat, ut planè incompertum esset, quibus hominibus libertatem, & salutem nostram acceptam faceremus, nisi tu Ludovice Princeps labentem tanti facti memoriæ erigi, & instaurari jussisses. Principale jam pridem erat, quæ clari Viri magnifica gessissent, ea conscriptionibus, historiis, & plurifariam monumentis, ut sempiterna starent, custodire. Sed quis ætate nostra, aut multis retro seculis hoc fecit? nemo, hercule, nemo. Tu enim Ludovice, primus ad scribendas, celebrandasque Majorum res, animum adjecisti; res sanè perdifficilis, & laboriosa, quippe recens omnis Historia confusa, tum parum sibi constans, & planè puerilis habetur, ut qui heic quippiam memoriæ mandare conati sunt, quotiens de Vicecomite

(a) Primus, qui *Antiquitates Vicecomitum* luce donavit, Alexander Minutianus fuit. Annum peractæ hujus Editionis, Exemplar antiquum in Ambros. Bibliotheca servatum, minimè signat; eam tamen seculo XV. expiranti affixi, non inani, ut reor, conjectura. Siquidem Minutianus eandem dicavit *Ottoni Vicecomiti*, cujus stirpis Principatus vix everfus adhuc in oculis erat, & *Japfredus Caroli*, plurimum à Minutiano huc laudatus, & in hanc Provinciam missus à Ludovico XII. Rege Galliarum, ante Poncherium Parisiensem Antiquitem, res nostras prima vice moderaretur, anno MD.

comite loquuntur, balbutire eos dicas, in ceteris etiam parum explicata, & proinde obscura est omnis traditio. Hinc vide, generosissime Princeps, quantum uno tuo consilio, atque jussu præstes, non Avos tantum, sed recentiores totius Italiæ Proceres, ex ignotis in lucem profers, immortalitatiq̄ consecras. Hæc tua peculiaris laus est. In hoc tibi plaudas, tibiq̄ placeas. Pacem, fatemur omnes, quam pater defatigatæ longis bellis Italiæ dederat, tueris, & sæpe interruptam instauro, surgentes motus tuo nutu, & majestate Regni componis, ut jam Principes, & populi boni consulant. Joannem Galeatium fratris filium, parente orbatum, necdum puberem, educandum suscipis, & tu es in omni negotio circumspectissimus; ita res gubernas, ut salvus Regulus, Regnumque incolume, maneat. Alpium saltus præsidio firmas, & munitionibus obstruis, ne malè quietis Gentibus pervii sint. Tu Neapolitanum Regnum Barbarorum armis, & inhumana crudelitate oppressum, sublevasti, atque iterum domestica conjuratione vexatum, summissis auxiliis tutatus es. Estensem Socerum de summa rerum periclitantem, cum arma tibi undique rebellionem quorundam intentarentur, protegis, atque defendis. Ligurem, res novas molientem, conditione, quam armis, in fidem, & imperium redegit. Denique patris gloriam, si fortè premente tempore fugeret, signis, imaginibus, admirabili statua, & literarum monumentis sistere studes. Hæ nimirum sunt generosissimi Principis artes, & hac via æternum nomen, æternaque gratia comparatur; jam enim per populos frequens rumor te parentem Italiæ, & otii servatorem dicitat. Quod, si ut facis, salutem, & quietem populorum, retinendæ illustrium Virorum memoriæ, exornandis disciplinis, fovendisq̄ ingeniis incubueris, sicuti Manes, & vivos ingenti beneficio promeritus es; ita posteritas omnis rerum non imprudens, te unicè colet, atque in æternum venerabitur. Vale. (a)

(a) More in Officinas Librarias inducto, Patritii Viri Mediolanensis, cum de hac recudenda Historia consilium suscepissent, utramque hanc Epistolam, Minutiani, & Merula, amovendam censuere, alterâ ad Generale hujus Metropolis Concilium Decurionum subrogatâ. De hac recentium Editorum incuria, ne dicam ignorantia, quæ antiquam memoriam celeberrimorum Scriptorum, rerumque in Epistolis enunciatarum sinceram notitiam obliterat, conquestus sum sæpius; proinde illas iterum in lucem proferre, operæ pretium existimavi.

E P I S T O L Æ

O L I M P R Æ F I X Æ

LIBRIS EDITIS MEDIOLANI

PRIMO TYPOGRAPHIÆ SECULO

SINE ANNO IMPRESSIONIS.

Num. LXXV.

In Plutarchi Cheronensis Apophtegmata ad Trajanum Cæsarem.

*Ad Magnanimum, & Illustrissimum Principem Philippum Mariam Anglum,
Inclytum Mediolanensem Ducem, Francisci Philelphi (a)
Præfatio.*

Lectitanti mihi nuper Græcè quædam, Princeps optime, nonnulla Plutarchi Cheronensis volumina, perdocti, & in primis Sapientis Viri, cum de moribus lucubrata gravissimè, tum de aliis plerisque permagnis, ac præclaris rebus ornatissimè, elegantissimèque perscripta, ad manus incidunt: quæ dum singula, incredibili quadam cupiditate percurro, ille haudquaquam intempestivè se Liber offert, qui *de Apophtegmatis ad Trajanum Cæsarem* inscriptus est. Hunc accuratius etiam, atque etiam cum mecum ipse considero, res sanè digna visa est, quæ & à Plutarcho illustri, eruditissimoque Philosopho emanaret, & Trajano ipsi dedicaretur; fuit enim Trajanus ejusmodi profectò & Vir, & Imperator, qui cum omni antiquitate, ita de universa virtutis laude contenderet, ut nihil ad decus ei, nihil ad gloriam defuerit; nam Sapientiâ, quæ una tum animi magnitudinem, tum justitiam ipsam complexa est, quæque humanos casus omnes infra se habet, ita divinus ille Princeps viguit, ita excelluit, ita mortales reliquos longissimè anteivit, ut quicquid ageret, continuò ex omni parte perfectè ageret. Quare cum intelligeret, vim dicendi eam rem esse, qua ceteris animantibus maximè præstaremus, hanc vehementer sectatus est, & coluit plurimum. Viros, prudentiâ, & oratione insignis, quoscumque vel apud nostros, vel apud Græcos offendisset, & honoribus prosecutus est omnes, & familiaritate sibi, consuetudineque devinxit. Non enim erat ignarus, & quod esset virtutis præmium, & optimorum Principum nomen per eloquentissimos Viros sempiternum fieri. Cum ergo apud Trajanum conjunctissimè Plutarchus viveret, munus pergratum illi, & perutile ceteris, se facturum existimavit, si quæ magnâ curâ, & industriâ collegisset, Apophtegmata ejus nomini dedicasset. *Apophtegmata* verò ipsa, quæ plerique nostri *Diſſerta*, nonnulli *Diſſa* nominarunt, sunt breves orationes, argutiorum sensum alquem, facietiorumque continentis. Sum his quidem mirificè delectatus, non modò quòd dicacitates libero dignas homine, suavissimosque sales præ se ferrent; verùm etiam, quoniam mirabilem quamdam, & uberem, ac variam gravitatem sententiarum ad omnem orationem augendam, atque exornandam, adhibitura, porrecturaque videbantur. Nihil est enim, ut ita dixerim, humanis in actionibus vafre, callidè, pudicè, continenter, generosè, constanter, benignè, liberaliter, innocenter, integrè, amicè; nihil denique magnificè, nihil sapienter, nihil cum virtute, & laude dictum, factumve, quod non inde exemplum venari queat. Quantum verò & decoris, & dignitatis ad omnem & orationem, & vitæ cultum afferre soleat exemplorum vis, non est dicendi locus; præsertim cum patet id quidem, & in promptu est omnibus. Placuit igitur, præstantissime Princeps, cum ociosus essem, hujusmodi Apophtegmata in Latinum vertere: idque non modò, ut prodessem nostris, sed eo etiam libentius, quo

(a) Rari admodum Libri à Francisco Philelpho conscripti occurrunt, in hac Metropoli publica luce donati, cum tamen Vir iste præclarissimus per longam annorum seriem Græcas, Latinasque Literas Mediolani docuerit. Nuncupatoriam hanc Epistolam, quam inter ejusdem Opuscula excusam invèni sine anno impressionis, dignam censui, quæ hic primam frontem occuparet. Sanè Opus hoc *de Plutarchi Apophtegmatis* dicatum fuit Duci nostro Philippo Mariæ Vicecomiti à Philelpho, antequam ad erudiendam Infubrem juventutem à Senensi urbe evocatus, Mediolanum primò adventaret; siquidem insignem Victoriam contra Alphonsum Neapolitanum Regem à Principe nostro relatain, Anno MCCCCXXXV., ejusque liberam dimissionem in Regnum, *nuperrimè* accidisse in hac Epistola Philelphus enunciat. Is autem non nisi Anno MCCCCXXXIX. in Urbem nostram advènit. Verùm, cum memorata ejusdem Opuscula apud nos edita fuisse Anno MCCCCLXXXI. censuerim in Hist. mea Liter ad illum Annum, Epistola hæc dicenda foret simul tunc impressa; attamen cum in incerto verseremur, eidem locum dedi inter ceteras, quæ vaga sunt sine anno.

quo te tibi ostenderem, idest, ut mea lucubratione intelligeres, quæ persæpe ipse dicendo amplecteris, ista apud perbeatissimos, & clarissimos Viros quoscumque, probatissima semper, laudatissimaque extitisse. Affirmant enim, quibus frui licuit aditu, ac sermone tuo, eâ te singulis prope dictis sententiarum & crebritate, & pondere, & comitate uti, quæ præ ceteris hominibus Lycurgus ille, Lacedæmonique omneis apprimè usi perhibentur. Tu verò Regibus ipsis planè magnificentior, imitaberis hoc loci, si videbitur, Persarum Reges; mos enim fuerat, qui vel in hanc usque servatur ætatem, ut qui adire pro re, quapiam Reges instituisent, ea deferrent ad eos dona, quæ offerentium observantiam, atque pietatem declaratura judicassent. At illi eo pacto, quæ offerebantur, suscipiebant, ut non avari, non cupidi, Odrysiarum more Principum, sed humani, sed benefici, sed jure optimo regia & majestate, & splendore præditi censerentur; nam longè majora, quàm accepissent, munera, illustrioraque referebant. Itaque cum hoc simul, quicquid est, munusculi obtuli, animum tibi meum, si quid mihi fuisset majus, id etiam quàm libentissimè obtulissim. Tu autem nolim argentum mihi, nolim auri quicquam referas; nam ut es excelso, atque invicto animo, quòd hæc omnia despicias, & pro nihilo putes, cum antea sæpenu-mero, tum nuperrimè his maximis, & potentissimis Regibus, ac Ducibus liberandis, vel amplificandis potiùs, non obscure declarasti; quos memorabili illa, inauditaque victoria maritimi unius, ac terrestri prælii Cajetani captivos habueras. Quid igitur pro mea erga te, fide à me poscitur? majus quiddam, mediusfidius, multoque præclarior: ut æquo animo feras, te ipsum amem, te colam, te admirer. Id si feceris, nihil prorsus meâ sententiâ, ad splendidissimæ tuæ in me munificentiae cumulum accesserit. Interim Apophtegmata ipsa, cum per ingenteis, ac ferè infinitas occupationes tuas, molesque licuerit, (*legeris*), cognoscas, ubi perspicuè invenies, cum apud Græcos, & Barbaros, tum & apud nostros, quicquid in omni probitatis, ac præstantiæ genere aut fieri, aut dici, aut cogitari memoriâ dignum quiverit. Ego si te his delectari animadvertero, propediem alia subnectam.

Num. LXXVI.

In Plutarchi Cheronensis Apophtegmata laconica. (a)

Francisci Philelphi Præfatio ad Nicolaum Quintum Pont. Max.

Quo de te magis, Nicolaë Quinte, dies ac noctes tecum ipse cogito, eo benigniùs nostro seculo Immortalem Deum consuluisse arbitror, qui ut res omneis humanas incredibili curat, moderaturque providentiâ, eum te universæ Christianæ Ecclesiæ Pontificem præesse voluerit, in cujus mirabili virtute, summaque sapientia; suam spem omnem docti omneis, & boni Viri, positam esse, constitutamque intelligant. Haud enim vitio naturæ fieri puto, ut magis aliâ, quàm aliâ ætate minor sit hominum doctissimorum, & eloquentium numerus; si enim in Divina, quam vocant, Essentia nihil est, quod minus omni parte perfectum sit, perfectam quoque esse hominum naturam, quam ipse creavit Deus Omnipotens, dubitare quis debet? Itaque eandem semper inesse humano in genere vim ingenii, & interioris mentis agilitatem, quam Græci *εὐρησία*, energiam nominant, ad egregium quodque obeundum, atque præclarum opus, planè credendum est. At fit, nescio quò depravato hominum more, ut nisi pulcherrimis quibusdam præmiis, honoribusque propositis, nulli virtuti, laudi nulli opera detur, eaque solùm florescant studia, quibus sese homines in pretio magis fore opinentur. Quare quod bonum sit propter se expetendum, id aut honore, aut emolumento metiuntur. Et certè paucissimi admodum sunt, qui virtutem ullam, virtutis sequantur studio. Itaque eo major est laus tua, Pater Beatissime, eo admirabilior, eo divinius, quòd tuas vigilias omneis, curas omneis, labores omneis ad virtutem semper, Deumque retuleris, nullam tibi proponens inanem gloriam, nullam Mundi hujus utilitatem. Quibus tuis optimis cogitatibus, & laudatissimis institutis factum est, Divina benignitate, ut neque petens, neque cogitans, per omneis deinceps dignitatis gradus ad summum majestatis fastigium sis evectus. Sedes tu quidem unus inter mortales in Divinæ altitudinis folio, Christi optimi maximi vicem geris in terra, humani generis Salvatorem cum auctoritate, & gratia, tum per illius vitæ similitudinem omnibus repræsentas. Te sibi omnes ante oculos ponunt; & qui virtutem propter virtutem colunt, & qui eam commodis suis deserviunt. Quam ob rem boni omnes undique ad te veniunt. Quisquis aut ingenio, aut eloquentia, aut elegantiore ulla disciplina excellit, ad te, confluit. Tu verò, ut es animo ingenti, ac benefico, negligis neminem, omnes libenter admittis, te in omnes beneficentissimum præstas. Qua tanta tua facilitate, liberalitateque naturæ fieri videmus, ut jam veluti excitatis nonnullorum ingeniis, quæ obdormierant, & indocti doctrinam adamare, inci-

(a) Alterum hoc Opusculum, Nicolao V. Summo Pontifici à Philelpho oblatum, subjunctum legitur primo, quod Principi nostro dicaverat; proinde minimè sejungendam, censui Præfationem, quam eidem Auctor affixit.

incipiant, & docti fiant quotidie doctiores: nam prodes tu quidem omnibus, & exemplo vitæ, & donandi magnificentia. Non igitur non possum eos omnes, qui ullum vel bonitatis, vel disciplinæ simulacrum præ se ferunt, accusatione dignos existimare, si minus sæpe aliquos ingenii sui fructus, tibi pro sua quasi villificatione reddiderunt, ut intelligas, operam tuam in tam illustri bene faciendi munere non esse omnino frustra. Qua ratione, cum ipse quoque me tibi debere plurimum censerem, vel pro ea, qua in me nuper, cum Neapolim petens Romam divertissem, pulcherrimam beneficiam usus es, aliqua studiorum meorum monumenta tuæ Beatitudini referre volui. Nam cum mihi tempestivè à Græco in Latinum conversa essent Plutarchi Cheronensis laconica *Apophthegmata*, quæ à nostris tum *Diſteria*, tum *Diſta* nominantur, ea visa sunt non indigna, quæ sanctissimo tuo nomini dicarem; rem sanè non admodum magnam, si volumen ipsum consideretur, pulchram tamen, & Viris doctis, in primisque eloquentiæ studiosis, non inutilem; oratio enim, quæ hujusmodi sententiarum argutiâ, exemplorumque gravitate, ac lepore referta fuerit, non potest omnibus non placere. Etenim duo à Plutarcho Libri, qui scilicet extant, de hujusmodi Diſtis, non hisdem temporibus scripti sunt, alter ad Trajanum Cæsarem, quem ipsi jam pridem interpretati, Principis Philippi Mariæ Angli nomine insignivimus; & hic alter, quem tuo veluti munere & cognosci à Latinis, & haberi volumus. Non multo autem post, ut spero, majores à nobis aliqua lucubrationes, & fortassis etiam gratiores ad te ibunt. Vale Pater Beatissime.

Num. LXXVII.

Ante Libros Conviviorum Mediolanensium Francisci Philelphi. (a)

Jo. Franciscus Marlianus Francisco Philelpho Sal. d. pl.

CUpio jamdiu, ut nosti Francisce mi Philelpho, & videre, & legere Libros, quos edidisti, Conviviorum Mediolanensium; acceperam enim ab aliquibus, sed in primis à disertissimo Præceptore meo *Bonaccursio Pisano*, te maximè in hujus compositione Codicis, tui vires ingenii declarasse. Verùm cum hi apud te non essent, effectum est, ut per multos jam dies hoc desiderium meum explere non potuerim. Tandem, nescio quo fato, accidit, ut eorum mihi legendorum copia sit oblata; qua quidem re non secus gaudeo, & lætor, ac si thesaurum quemdam in imis terræ absconditum invenissem. Legi itaque, & perlegi hoc ornatissimum Opus tuum, qua in re videor videre, me tanta voluptate affici, ut exemplo hydropis, nulla ratione satiari possim. Soleo ego quandoque, ut tu sæpe numero monuisti, à Legum, & Juris civilis lectione, ad Humanitatis studia me conferre: in quibus me præsertim tua delectant Opera, & eloquentiæ, & suavitatis plena; sed præter alia, hæc Convivia mihi summopere excellere videntur, miro quodam sale condita, aded ut, nihil nisi dulce, & lepidum sapere dici possint. Nam præter quod in eo Opere novum quoddam nobis, & inusitatum dicendi genus afferas; præterea singularem eloquentiam, & Poësim, mirificamque Græcarum, & Latinarum literarum scientiam, illud mihi potissimum laudandum videtur, quod ita prudenter, & diserte de omnibus Scientiis disputas, earum ortum, & incrementum, ab incunabulis usque (ut ajunt) repetendo; adedque appositè omnia contextis, ut nihil tibi difficile, nihilque incognitum esse, unusquisque judicare queat. Quis enim est, qui te non Oratorem, non Poëtam, non Philosophum, non rerum occultarum & admirabilem indagatorem illustrem appellet? Ad hæc commune illi tui tam aptè, & commodè Historias quasdam incognitas recensent, ut nihil doctius, nec jucundius aut dici, aut audiri queat. Lætandum igitur jure merito nobis est, quod talem nostra tempora Virum ediderint, qui & dicendi copiam, & rerum multarum admirabili scientiam, tantam sibi nimis laudem vendicavit, ut cum omni antiquitate jure optimo possit comparari. Efficiat Deus Opt. Max., ut quam diutissimè sis in vivis; cum enim innata tibi quadam discendi cupiditate, ne minimum quidem temporis punctum prætermittas, quominus Literis invigiles, summoque studio res nobis occultas, & incognitas perscruteris; quotquot dies vixeris, tot linguæ Latinæ clara, & decora dicabis monumenta. Vale, & me, sicuti facis, ama.

Ex Ticino Kalendis Sextilibus MCCCCLXXVII.

Ante

(a) Quid contineant hi Libri, quantæque doctrinæ, atque elegantia conscripti sint à Philelpho, ex hac Epistola, seu potius panegyrica Oratione, Lector ediscet. Clara est apud nos memoria nobilissimi Civis *Jo. Francisci Marliani*, qui ceteris eximiis virtutibus, singularem erga Literas amorem conjunxit; propterea Viri doctissimi, qui per eam ætatem florebant, Mæcenatem Libris suis edendis certatim eundem delegere. Inter ceteros *Jo. Baptista Pius* suos in Sidonium Commentarios eidem dicavit Anno MCCCXCVIII., & *Stephanus Niger* ejusdem nomini inscripsit Musonium, atque *Isocratis* Orationem de Græco translata, eruditi hujus Equitis laudes evulgans. Quibus ille in Patria honoribus cumulatus fuerit, Præses quoque Amplissimi Senatus Mediolanensis declaratus, non opus est hic referre, cum, Literaria tantum ornamenta me prosequi, professus jam fuerim.

Num. LXXVIII.

Ante Symposium Francisci Philelphi. (a)

Leonardus Justinianus Francisco Philelpho suo Salutem.

Miſiſti nuper ad me optatum diu Symposium tuum, quod non ineptè fortassis de quadam ortu, & incremento disciplinarum inscripseris, ut ex ipso titulo, velut ex archiclinio, statim intelligat Lector, id, quod maxime in libris novis quæri solet, quas in eo convivio dapes sit habiturus. Fecisti autem in ea re pro tua in me summa benivolentia, plura; quam ob rem tibi gratias habeam: Primum, quod me ante alios voluisti hac perfrui honesta voluptate; deinde, quod Libellum, priusquam ederetur, arbitrato meo, quamquam minimè oportebat, emendandum permisisti; postremò, quod in ejus initio, velut in frontispicio Operis, meum nomen honorificè collocasti, ut me, quoad tibi id facere licuit, celebrem redderes, & illustrem. Libellus autem ipse cum à me legeretur, dignus profectò videbatur tua eruditione, atque doctrina. Neque in eo habeo, quod primum laudem, aut postremum, sic omnia cum elegantiarum plena sint, inter se suavi quadam concinnitate, & lepore conveniunt. Nam & illa sermonum necessitudine, & salibus, ac facetiis, & orationis nitore, atque munditia, & varietate rerum, sententiarumque, & imitatione denique illa summorum Philosophorum, qui Græcè Symposia conscripserunt, nihil ferme poterat esse suavius, pulchriusve. Fecisti verò id, quod primum Scriptoribus non infusè faciendum arbitror, ut non rata scilicet, aut vulgaria, sed novum aliquid, & non jactatum passim, in medium proferant. Nam etsi vetustissima sunt, quæ in eo convivio differuntur, & ob id ipsum majore digna veneratione, nova tamen putanda sunt, quia erant illa quidem longinqua, & hominum oblivione prope extincta. Gratias igitur tibi habeat Græcia, cujus aliquot præclara inventa, vetustate sepulta, in lucem tuo labore, & studio sunt educta. Et Latium quoque, hoc locupletatum munere, tuas laudes augebit. Ceterum, ut quam ex hoc tuo convivio cepi, famem expleam, alterum, quod ad me missurum te polliceris, & duos præterea *de Exilio* Libros, vehementer desidero. Interim, mi Philelpho, si tuæ consules laudi, non dies modò, noctesque, sed & singula quæcumque poteris, temporis puncta ad scribendum conferes, ne frustra & ingenii præstantiam, & cultum, doctrinam, & scribendi facilitatem, consecutus esse videare. Vale, & *Bernardum* meum, qui te plurimum colit, ama.

Ex Venetiis quinto Kalendas Januarii MCCCCXLIII.

Num. LXXIX.

In calce Opusculorum Francisci Philelphi. (b)

Franciscus Philelphus, Petro Justino Philelpho Sal.

Audire te angere animi ex obitu Alfinæ matris honestissimæ, & probatissimæ foeminæ, vehementius quam par est. Amisisti tu sanè matrem, at ego filiam; cum enim nata esset ex Nicolao fratre meo germano, habereturque Tholentini primaria quædam mulier, eam certè diligebam, ut filiam. Itaque non minor mihi in ea jactura facta est, quam tibi filio. Num fortassis ignoras, ea nos lege natos omnes, ut tandem moriamur? Illorum dolenda mors est, qui nunquam meminere, se morituros. At Alfina quid de hac mortali vita sentiret, liquidò fecit exploratum omnibus, cum foret usque pietatis, & Christianæ Religionis observantissima, Misericordiæ operibus assidue dedita. Nullo in proximos odio tenebatur, injuriarum non minus oblita, quam beneficentiæ memor. Intelligebat, in hoc Seculo nihil esse firmi, nihil stabile, nihil summopere appetendum; sed veram, & optandam tranquillitatem, ac beatitudinem in Cælo repositam, ad quam pervenire qui vellet, eum vacare oportere omni sorde mundana: servari ab Angelis habitacula bonorum, infernaleis pœnas, & insufferabileis cruciatus iis apud Inferos constitutos, qui suæ, Deique obliti, vitam viverent belluarum. Nihil neque faciebat, neque loquebatur, neque cogitabat, cujus non redderet probatissimam rationem. Erat ab omni muliebri vanitate, atque immundicia abhor-

- (a) Hanc etiam Epistolam, quæ, præter laudes *Philelphi*, duos etiam Libros *de Exilio*, ab eodem elucubratos enunciat, adnectendam ceteris volui, ut nihil omitterem, quod ad rem Historicam Mediolanensium studiorum pertineret.
- (b) Excusam inveni hanc Epistolam post Opuscula Francisci Philelphi in unum volumen collecta, & Anno impressionis carentia. Mihi acceptissima fuit, cum ex ipsa intellexerim, quo sanguinis nexu cum memorato Francisco jungeretur Petrus Justinus. Siquidem inter filios, quos plures in suis postremis tabulis senior Philelphus enunciaverat; immo neque inter consanguineos, proditum unquam legeram nomen *Petri Justini*, seu *Petri Augustini*. In obscuro tamen mihi relictum est, cur & ipse, *Philelphus* appellaretur, cum ejusdem Mater Alfina, Francisci neptis ex fratre, in alienam Familiam conjugali vinculo commigrasset, nec certum sit, ipsam quoque *Philelphi* cognomen præferuisse. Conjecturam meam exposui in Hist. Liter. ad Annum MCCCCLXXVII, ubi de Petro Justino prolixam habui sermone.

abhorrens; cibo, ac potu utebatur moderatissimo, coque minimè delicato; norat enim, oris incontinentiam iter parare ad illecebras, & obscœnas corporis voluptates, quibus & corpus vitaretur, & anima. Et quia didicerat, ei cum Immortali Deo esse sermonem, qui divinis orationibus studeret; quicquid subripere poterat à domesticis negotiis, illique necessariis, id omne orando usurpabat. Præstabat formæ bonitate cunctas mulieres Tholentinales, quam ipsa nullâ fovebat arte, sed ea gravitate, pudoreque lembebat, ut venerabilis omnibus redderetur. Familiam suam bene moratam ut redderet, modestissimis suis moribus curabat esse exemplo. Celebrationi Hostiæ Christianæ, ut quàm devotissimè interesset, ne unum quidem diem prætermisit unquam. Liberos suos castigatione magis, quàm verberibus instituebat: Castigationem, inquiens, dici humanitatis, verbera iracundiæ, quæ à furore, alio, nihilo distaret, quàm tempore. Justitiam non Legibus, sed bono, & æquo metiebatur. Constantiam in sexu muliebri apprimè laudabat. Levitatem non oderat modò, sed etiam execrabatur. Fortitudinem probabat eam, cui nihil admixtum esset excandescentiæ. Et ut prudentiæ operibus gaudebat, ita ab omni mala malitia, perinde quasi à teterrima quadam peste, avertèbatur. Somni erat paucissimi; cùmque vigilaret, omnis ejus cogitatio erat de animæ immortalitate, ac futurâ vitâ. Præterea per noctem cogitabat, quid in die foret actura. Parsimoniam domesticis in rebus amplectebatur; in Divinis verò, liberalitatem, ac munificentiam. Jejniis, quibus supra naturam muliebrem utebatur, reddi se dicebat & ingenio perspicaciorem, & membris validiorem. Sed quid hæc tibi, & alia plura commemorem; quorum non es ignarus? Nempe, ut memineris, ex talibus vitæ institutis, laudatissimisque operibus, nihil mali Alfinæ matri evenire potuisse, sed jam ea contigisse bona, quæ maximè optabat, cùm esset in vita; fruitur enim æterna beatitudine, brevique futurum sperat, ut illud possideat habitaculum, quod Angelicâ custodiâ sibi servatum novit. Deum omnipotentem pro te orare non desinit, ut hanc vitæ peregrinationem ita transigas, ut secum unâ in cœlesti patria sis futurus. Hæc si tecum ipse cogitabis, judicabis profectò, non modò tibi non esse dolendum, sed lætandum potius, quòd ea sis matre natus, cujus sanctissimis meritis in cœlestem sis gloriam perventurus. Vale.

Ex Urbe, XV. Kal. Martias MCCCCLXXVI.

Num. LXXX.

Ante Introductorium in Galenum de Medicinæ principiis.

*Jacobo Antiquario Ducis Mediolanensium Secretario
Georgius Valla (a) Placentinus Salutem dicit plurimam.*

Galeni Medici præcellentis de Medicinæ principiis Opusculum ad *Nicolaum* nepotem tuum, tibi, *Jacobe Antiquari*, Latinum feci; tum quòd à Dialectica, & Philosophia, unde perquam eruditus emersit, ad Medicinæ studia se convertisse nuper accepi; tum quòd ad rudes erudiendos, hunc Librum insignis inprimis Auctor composuit; tum quòd non mediocres illinc ad ipsum nepotem tuum fructus derivari posse existimaverim, quandoquidem totius Medicinæ sylvam inde ipsi liceat animo contemplari, & se se ad eam capeffendam conformare, planèque instituere. Quod sanè meum erga te officium, quod lætus tibi depromam, facilè poterit indicare, qui pristinam inter nos, & jugem norit benivolentiam, ut in perpetuo te te erga me teneris officio. Omitto lenitatem in loquendo, sedulitatem in obsequendo, fidem, & caritatem in obeundo, & quæcumque amico profutura intelligas amplectendo, quod sanè quàm in te rarum, tam amabile, & observabile est. Videas siquidem quosdam sua opinione doctissimos, qui, ut ipsi vulgo eruditiores habeantur, sublimes ince-

(a) Celebrem sui memoriam in Urbe nostra reliquit Vir doctissimus *Georgius Valla*; siquidem apud nos degens, singularis doctrinæ famâ, gratiam aded Sapientissimi Principis *Francisci I. Sfortiæ* sibi conciliavit, ut filios suos eidem erudiendos commiserit. Ad hoc obtinendum illustre munus, plurimum contulisse *Jacobum Antiquarium*, cui Opusculum istud dicavit, conjicere possum ex altera Epistolarum *Francisci Puteolani*, hic recusa, in qua memoratum *Antiquarium* laudans, quòd ingenia foveret, & Literarum Professores erigeret, inter alia exempla eorum, quos ipse adjuverat, ornaveraturque, id etiam enumerat *Georgii Valleris*, & alterius *Georgii Merula*, doctissimorum Hominum, quorum causam tanto studio, ac contentione susceperat, ut alter tenuerit, quod quærebat; de altero, (ut ipse ait) nondum spem amiserimus. Non illi tamen prospera semper arrisit fortuna; narrat namque *Ponticus Virunius* in suis Libris Heroico carmine conscriptis *De miseria Literatorum*, occasionem eisdem elucubrandi, Somnium fuisse, in quo sibi videbatur, mortuum inspicere *Georgium Vallam* Præceptorem suum, eique Epitaphium condere versus XL. Statim ac experrectus est, Venetias ad Vallam scripsit, enixè illum rogans, ut sibi attentè prospiceret; verùm contigit, Vallam eo tempore in carcerem fuisse conjectum à *Placidio*, interveniente à Secretis *Jo. Jacobo Trivultio*, qui & ipse ejusdem Discipulus fuerat. Valla in vinculis legens Pontici carmina exclamavit: „Heu Pontice! Tu Præceptoris tui, tam vivi, quàm mortui, haud oblivisceris. „ Hæc omnia, in Latinum à me translata, inseruit *Ephemeridi Venetæ Literatorum* Tom. XXIV. Auctor Additamentorum ad *Vossium*. Quis fuerit exitus præclarissimi hujus Viri, ibidem non legitur. *Placidus Pucinellius* in Chronico *Glaxiatis Cœnobii Mediolani* cap. XLIII. hæc adnotavit: „Egregius Poëta laureatus, Magister filiorum Ducis *Francisci Sfortiæ*, *Georgius Valla*, nostram Ecclesiam assidue frequentans vivens, hic moriens suorum cinerum domicilium, Cucullo indutus elegit, ac suam Bibliothecam Cœnobio legavit; qui nunc in tumulo ante vetus Sacrarium requiescit. „ Obiisse *Georgium Vallam* paulò postquam è carcere eductus fuit, satis clarè docent ejusdem Opera typis edita Anno MDI., in quorum calce impressum fuit, eadem fuisse publica luce donata à *Jo. Petro Valla*, piensissimo filio; quæ verba pietatem erga patrem mortuum, superiore fortasse Anno, indicare videntur.

incedant, qui literarum studiosum quenquam viâ rectâ facie spectare dignentur, quos, dum loquuntur, credas singultire; mox verò, cum se in quemquam commoverint, adducto supercilio, fronte rugata, contractisque naribus, meras adversum singulos tristes hypocritæ profundant insanias, ex garrulitate singularem auctoritatem aucupantes, tumidis crepitantes sermonibus, & quò sint imperitiores, eò petulantiores intueare. Contra verò nos tuam morum sanctissimorum suspicimus prudentiam, admirabilemque humanitatem; stylum amamus, reconditas, exquisitasque sententias, quas splendida vestit oratio, mollis, flexibilisque verborum comprehensio, ut ea tuo propemodum fingi videantur arbitrio, ita fluunt omnia, ita liquefunt, ita nusquam adhærescunt. His tantis virtutibus fit, ut par sit, omnes in omnibus liberalibus disciplinis te plurimum observare. His ego me allectum ad te observandum certo scio; Hinc, quod potui, amoris inter nos pignus exhibui. Verum modò jam nos fortè verbosiores, quàm necesse est, fuimus; ipsi Galeno cedam, de Medicinæ principiis locuturo, si tamen prius recensuerim, quid ipse apud Amonium Philosophum, post Aristotelem inter primos habitum, de Medicinæ divisione annotarim; in libro siquidem divisionum: Omnis, inquit, ars subjectum habet, & finem. Itaque Medicina subjecta habet corpora, atque medicamina; finem verò, ad sanitatem corpora perducere. Dividitur porrò Medicina in speculandi vim, & agendi; speculandi quidem vis dividitur in naturæ, & causæ, & signorum explicationem; agendi autem vis in sanabile, & curabile. Rursus naturæ explicatio dividitur in elementa, temperamenta, potentias, humores, & membrorum particulas: Causæ explicatio, in proposita, & capitularia, & comprehensa: signorum explicatio in recordatilis, discretile, & futurorum præfagium, quod *Prognosticon* vocant. Rursus sanabile est in cohibendo, & nutricando, & expellendo: Curabile in remedia adhibendo, vitium deligendo, & chyrurgicam exercendo. Hæc sunt, quæ Amonius, nunc, quæ reliqua, inspiciamus.

Num. LXXXI.

Ante Commentarios in Plauti Comœdias.

*Joannes Petrus Valla (a) inclyto utriusque Juris Doctori
Scaramuzæ Trivultio (b) Mediolanensi Patricio primario
S. D. Æternam.*

CUM de Plauti fabulis, inclyte Scaramuza Trivulti, dum apud te Mediolani essem, inter nos verba faceremus, nonnullaque earum loca non minus depravata, quàm ob venerandæ antiquitatis ignorationem subobscura, quæ tum mihi succurrebant, ut à Patre interpretante didiceram, castigataque annotaram, ne quando memoriâ exciderent, quid sibi vellent, exponerem, ea sic abs te laudari animadverti, ut facile intelligerem, te, quæ tua est, non modò circa excellentissimas quasque res elegantia, sed etiam magnitudo animi, & benignitas, cupere, ut ea annotata publicarem. Quare ego, qui multis de causis tibi omnia debeo, committendum non statui, ut isti tuo honestissimo desiderio satis non facerem, sed liberalis hospitis more, qui jentacula modò poscenti amico, ipsum nisi saturum dimittere noluerit; non solum ea, sed alia etiam pluscula, quæ tu postularas, ut à tyrunculo annotari poterint, edenda curavi. Ceterum cum hanc nostram industriam, si qua modò est, cuipiam inscribendam, mancipandamque statuerem, neminem comperi, quem tibi, tuæque Domui non modò anteferrem, sed ne compararem quidem, nec immeritò. Quid enim Trivultia domo per totam Italiam dici potest insignius? à qua olim, tanquam saluberrimæ stellæ, omnibus ingenuis artibus excellentes, quamplurimi effulserint Viri, ut nostra ætate Illustris Princeps *Jo. Jacobus Trivultius*, Patruus tuus, qui hoc proprium, ut peculiare sibi ven-

(a) Joannes Petrus Valla, Placentinus, mortuo Patri suo *Georgio* superstes, atque ejusdem memoriæ apud posteros conservandæ sollicitus, omnia memorati *Georgii* genitoris Opera, (ut in superiori Epistola inuimus) duobus magnis molis voluminibus edenda curavit, *Venetis in Ædibus Aldi Manutii Anno MDI*. Ne autem degener foret à Patris institutione, qui tantâ eruditionis, doctrinæque famâ floruerat, proferre cœpit in lucem, quæ ab ipso didicerat, primusque labor, ut in hac Epistola idem fatetur, fuere Commentarii in Plautinas Comœdias. Illos inseruit Typographus Venetus Lazarus Soardus editioni peractæ in alma illa Urbe Anno MDXI, unâ cum interpretationibus *Bernardi Saraceni*, Veneti, & *Jo. Baptista Pii*, Bononiensis. Eisdem tamen Vallæ Commentarios jam antea editos fuisse, docet hæc Epistola, quam ibidem reculam invēni. Siquidem Auctor illos dicavit *Scaramucia Trivultio*, cum iste nullis adhuc fulgeret honoribus, quos à Galliarum Rege Ludovico XII., statim ac potitus est Mediolano, recepit; subinde verò à Summis Pontificibus est adeptus, ineunte Seculo XVI., ut mox dicemus. Peregrinus Antonius Orlandus, in Appendice ad librum suum *De Origine Typographiæ*, editionem alteram adnotat horum Vallæ Commentariorum, quam Simon Bevilaqua Venetiis peregit Anno MID., sed eam non inspexi.

(b) Nobilissimus iste Civis patruum habuit celeberrimum *Jo. Jacobum Trivultium*, ut in hac Epistola Valla testatur, & Tabulæ Genealogicæ Stirpis Trivultia, à Jacobo VVilelmo Im-hof vulgatæ, docent. Non alienis tamen laudibus tantum, sed præclara virtutum, rerumque optimè gestarum commendatione spectabilem se reddidit *Scaramucia Trivultius*, adeptus ideo splendidiore sacros honores. Primò enim à Consiliis delectus à Christianissimo Rege Ludovico XII., & Parisiensi etiam Senatui adscriptus fuit; dein ad Comensem Insulam à Julio II. Pont. Max. promotus Anno MDVIII., Romanæque Purpuræ donatus à Leone X. Anno MDXVII., mortales exuvias deposuit in Agro Veronensi, quò se receperat, ut imminentem à Gallico Exercitu Urbi cladem effugeret Anno MDXXVII. Qua doctrinæ præstantia, præsertim in Jurisprudentiæ facultate, floruerit, fusè Oldoinus, & Ughellus typis vulgaverunt.

vindicavit, ut jam alter Hercules ad improborum Hominum obtundendas, atterendasque vires esse dicatur. Quo scientiâ rei Militaris nemo peritior, auctoritate nemo superior, felicitate nemo faustior. In tractandis, quæ ad muniendum Exercitum pertineant, nemo laboriosior. In periculis subeundis, duce prudentia, nemo animosior. Quid in conficiendis rebus celeritatem memorem? Ad providendum rebus omnibus, vigilantiam, atque consilium? Sed hæc pauca præ (*omnibus*), quæ de ipso dici possent. Quid præterea, Reverendissimo *Antonio*, Astenfi Episcopo, (a) Fratrem tuo, ut aliorum insignes omittam virtutes, dici potest integrius? continentius? justiusve? ad cuius rectè, sanctèque vivendi normam, & indefessam ad subveniendum amicis, ac honestis viris promptitudinem, non una lenitatis, pietatisque laus accedit. Erectam verò ad omnem æquitatem mentem tuam omni laude dignissimam, tuamque erga studia nec Legum modò, quarum Doctor peritissimus habetis, & es; sed omnium bonarum disciplinarum vigilantiam satius mihi duco silentio prætereundam, quàm paucis perstringendam; quæ enim prudentia, quæ probitas, quæ iustitia tanta usquam fecit, quæ tuis exemplis non posset illustrari? Proinde cum his tantis virtutibus præditus sis, ubi gentium quove in loco nostrarum frugum primitiæ sedem potuere sibi firmiorem, præstantioremque vendicare, quàm apud te, tuamque Domum, tam multipliciter illustrem, qui tantopere eis oblecteris, quique nec quemquam, ut de Meccenate Horatius inquit: Naso suspendis adunco? Si igitur eas tibi placuisse cognoverimus, non exiguam videbimur apud omnes laudem consecuti. Vale.

Num. LXXXII.

In fronte Libri Jacobi Bracellii de Bello Hispano.

Ad Illustrem, & humanissimum Principem Philippum Mariam Sfortiam Vicecomitem, in Libellum de Bello Hispano, per clarissimum virum Dominum Jacobum Bracelleum (b), Juris utriusque consultum, Maselli Beneventani Præfatio.

Solent sæpenumero viri docti, Illustris, & humanissime Princeps, rerum antiquarum. Scriptores magno opere laudare, eosque summis præconiis ad Cælum tollere, quòd cognitionem Assyriorum, Chaldæorum, Græcorum, & quæ ab inclytis Romanorum Ducibus egregiè gesta fuerunt, literis mandavere, nosque eorum exemplis, & documentis, ad benè, rectèque vivendum incitarunt. Ex quo Scipio ille Africanus historias, atque imagines clarissimorum Imperatorum in Capitolio scriptas, & positas, assiduè considerans, eorum mores imitatus, facillimè in clarissimum Imperatorem evasit; & Epaminundas Thebanus, majorum suorum egregia, ac fortia facta perlegens, omnibus ætatis suæ Ducibus, & Imperatoribus fuit anteposendus. Cyrus verò, Cambysis filius, majorum suorum virtutibus allectus, ab ipso Deo, teste Isaiâ, laudari meruit. Omitto Alexandrum Macedonem, qui exercitu, & disciplina regendi imperium à Patre acceptis, mirum in modum illud propagavit. Annibal etiam paternas virtutes animo revolvens, & quasi majorum suorum gloriæ invidens, Romanos rerum Dominos in Hispania, & in Italia, ac prope ante ipsius Romanæ Urbis mœnia sæpenumero superavit, ac delevit. Quod profectò nemini eorum contigisset, nisi fuissent, qui laborassent, illis, ac posteris tradere, quæ ad virtutum amorem, gloriæque cupiditatem homines trahere meritò possent. Quibus etiam rebus effectum est, ut qui rectè vixerunt, curâ & diligentiam Scriptorum æternitati commendati sint; neque enim, si Homerus non fuisset, Achilles tam celebri fama claresceret. Si tollas Xenophontem, profectò multa de Cyro oblivioni traderentur. Æneæ quoque fama, Virgilio tacente, jam ferè nulla esset. Galliarum quoque domitor non usque adeò celebraretur, nisi ipse victorias, & triumphos suos literis prodidisset. Si Livium Patavinum Romanæ Eloquentiæ facilè principem, & historiarum Scriptorem amoveas, Q. Fabii Maximi, Scipionum, Pauli Æmilii, Marcelli, Attilii Reguli, Cincinnati, atque aliorum innumerabilium clarissimorum virorum fama, præclaraque gesta jam in obscuro laterent. Quocirca rectè quidem senserunt Doctores viri, qui nos Scriptoribus illis rerum antiquarum plurimum debere arbitrati sunt. Quorum ego iudicium vehementissimè approbans, illudque idem omnino sentiens, non minus tamen nostrorum temporum Scriptoribus nos, & posteritatem nostram debere existimo, qui effecerunt, ut quæ ab Avis, progenitoribusque nostris laudabiliter peracta sunt, simili modò poste-

(a) Egregiam hujus Præfulis indolem, & collata in Ecclesiam Astensem beneficia commemorat prædictus Ughellus, qui ejusdem etiam commigrationem ad Episcopalia munia gerenda in aliis Urbibus, refert; Placentinâ nempe, atque Comensi, à qua tamen citò recessit, substituto fratris filio ad eandem sacris legibus moderandam.

(b) *Jacobi Bracellei* memoriam illustrem inseruit suo Ligustico Athenæo Augustinus Oldoinus, qui tamen editionem Mediolanensem *Libelli* ab ipso confecti *de Bello Hispano*, seu de Rebus gestis Alphonsi Regis Neapolitani, ignoravit. Iterum excusa est Parisiis hæc Historia Anno MDXX, deletâ Nuncupatoriâ Epistolâ Maselli Veniæ Beneventani, atque alterâ substitutâ; proinde illam perire non passus sum, cum Principum Vicecomitem, & Sfortianorum fortitudinem in gerendo prælio, & in victoria moderationem, ad imitationem aviæ virtutis, Philippo Mariæ Sfortiæ proponat, nostræque Metropolis gloriam adaugeat.

posteris traderentur. Nam licet Assyriorum, Græcorum, & Latinorum Regum historiæ plurimum in se oblectamenti, & documenti habeant, sintque ab omnibus incredibili laude commendatæ, non sunt tamen nostratia contemnenda. Quippe quæ præter oblectamenta, & eorum ad virtutes incitamenta, plus habeant in se veritatis, & quæ præteritorum annorum maximo intervallo obscurari nullo modo possunt. Ea propter cum nuper ad meas manus *Libellus de Bello Hispano*, à doctissimo, & sapientissimo viro *Jacobo Bracelleo* Genuensi pervenisset, non minus eleganter, quam veraciter conscriptus, in quo illustrissimi Avi, ac Patris tui victoriæ, triumpho, & res ab iisdem præclarissimè gestæ continentur, & inter cetera navalis classis victoriæ, & duo Taraconensium Reges captivi, tantæ victoriæ præmium ad Illustrissimum Ducem Philippum Avum adducti, multaque alia insuper, quæ & voluptatem tibi afferre simul, & ad contemplationem virtutum, clarissimorumque majorum tuorum egregia, & sublimia facinora invitare possunt; atque eò magis, quòd certò tibi suadere potes, ea nunc à viro summis virtutibus prædito, & nostris temporibus doctrina, & elegantia fulgentissimo, esse summa fide, sermone nitido, ac terro, sententiarum gravitate, & mira quadam brevitate conscripta. Quem quidem Libellum, humanitati tuæ destinandum censui, ut tu clarissimos, & illustrissimos Majores tuos, pro ætate, & fortuna imitatus, ad summum gloriæ fastigium evectus fama celebri, humanitate, clementia, & liberalitate, ceterisque virtutibus, studeas non modò illos assequi, sed etiam longè superare, ut expectationi, quam apud omnes de te, ac tuis virtutibus concitasti, re, & effectu satisfacias. Accipiet igitur, humanitas tua, Opusculum hoc à Masello Beneventano tibi deditissimo; munus profectò pro tua dignitate exiguum, pro mea verò erga illustrem dominationem tuam devotione, proque historiæ dignitate, Latini sermonis elegantia, operis, atque Auctoris splendore, haudquaquam contemnendum. Valeat felix tua clementia, & nostri memor cœptis nostris benigno fidere faveat.

*Cur aliena placent tantum, quòd propria tenuis
Facta? etiam mentem pagina nostra juvat.
Quàm meliùs leges quos Itala terra triumphos
Gessit, & Ausonios, Insubriosque Duces.
Consultus juris, patria Bracellus & alta
Dat tibi doctrina, doctè Jacobus, opus.
Namque bonus charæ famam jam pene cadentem
Italiæ miserans, haud periisse tulit.*

Num. LXXXIII.

Ante Libellum Litaniarum Triduanarum.

*Reverendo Patri, ac utriusque Juris Doctore eximio, Domino Romano de Barni,
Laudensis Ecclesiæ Canonico, & Domini, D. nostri Stephani divina
miseratione Mediolani Archiepiscopi, ac Sacrosanctæ Romanæ
Ecclesiæ, sub titulo Sancti Adriani, Cardinalis,
Vicario Generali,
Archangelus Ungardus indignus Presbyter, S. P. D.*

Jamdiu, Reverende Pater, ex quo me huic imprimendorum librorum arti addixi, qua nihil Christus Jesus Dominus noster studiis Liberalium artium conducibilius monstravit in terris, mecum ipse considero, quo potissimum præside, huic novellæ arti principium dare, cujus auspiciis, & felicitate feliciter inceptam, feliciter etiam in reliquum tempus exequi possem. Ac ita mihi diutiùs cogitanti, cum sola persona tua dignissima occurreret, cujus non modò felicitate inniterer, verum etiam patrocinio juvarer, consilio regerer, ducatu gubernarer; tum altera exurgebat dubietas, quòd tam faustum opus hoc principio meo eligerem, quod & naturæ tuæ consentaneum, & Mediolanensi populo, cujus te saluti maximè affectum perspicio, utile, & à mea professione non esset alienum; sed rursus præexcellens virtus tua, & ardentissima erga Christianam Religionem charitas, & devotio, hæsitantem confirmavit, & aberranti mihi per devia, certissimum, ac optatissimum iter ostendit; etenim cum in proximis Litanis, hoc est in publica civium devotione, charitatem tuam, admirabilemque prudentiam in dirigenda, gubernandaque procedentis turbæ pompa contuerer; cumque neque gravissimo labori parcentem, & omnia, quæ providenda fuerant ad ordinem servandum, adhibentem perspicerem; existimavi cum tibi gratissimum, tum publicæ utilitati non incommodum fore, si eum Libellum, qui Officium illud Litaniarum cor-

tine-

tineret, meo labore, meisque sumptibus imprimendum curarem. Atque eo magis, quod ego Sacerdos quamvis indignissimus, nihil magis & officio meo, & professioni conveniens reperiebam, quod concivibus meis velut primitias operationum mearum offerrem. Etenim cum nihil tibi in omni vita magis propositum, magisque deliberatum multis in rebus perspicerem, quam, ut creditam tibi Fidelium turbam sui Domini Passione mundatam, ab insidiis, atque venenis nequissimi hostis intactam, illasque servares; cumque nihil aliud præfentius remedium ad cohibendam, opprimendamque veteratoris callidissimi arrogantiam viderem, quam universi populi lachrymas, & Ecclesiæ jejunantis preces, quæ summum quoque Cælum penetrantes, pacem implorant mortalibus, ipsumque vincunt Salvatorem, atque ad misericordiam compellunt: tum ipsum quoque Officium, atque ordine digestas preces, quibus favor Cæli, & reconciliatio Salvatoris comparatur, cum tibi acceptissimas, qui nihil aliud magis jamdiu, quam salutem credentium concupiscis, tum ipsi populo salutes, quippe quod illas, velut firmissimum clypeum infensissimi hostis ictibus semper opponunt, tum mihi quoque non inhonestas fore, non immerito arbitratus sum, qui Animarum Curæ præpositus, in nulla re honestiori me poteram occupare. Quod Opus cum viderem vix in paucorum manibus esse, quippe in negligentiam cadente Fidelium devotione, ac multorum charitate refrigerata, statui, nulla magis alia re fretus, quam Divina clementia, tuæque reverentiæ auxilio, quem mihi tum in hac re, tum in aliis omnibus patronum, defensorumque constitui, per hanc artem, quam Christus Dominus cœlitus demisit in terras, tantam horum librorum copiam imprimere, quanta Mediolanensi populo, cujus tibi in præfenti cura commissa est, plurimis Seculis suffectura videatur; quamobrem, Reverende Pater, cum intelligas, operam meam non parvum momentum studio tuo, ac desiderio accedere, adsis, obsecro, his meis cœptis propitius, ac dexter faveas: tantumque mihi publicæ utilitatis assertori, favoris, & auxilii præstes, quam tum tu illi semper & tribuendum voluisti, & ut tribueretur pro viribus semper adjuvisti. (a)

Num. LXXXIV.

Ante Opera Æmilii Probi de Viris illustribus.

Petrus Cornerus (b) magnifico, & præstantissimo Legum enucleatori, Domino Theodoro Plato, Ducali Consiliario.

Quum Æmilium Probum historicum clarissimum impressoribus tradere in animo esset, diu, multumque dubitavi, Theodore Plate Legum Interpres, & enucleator clarissime, cui tantum munus dicarem, cuique Epistolam, quam in frontespitio libri ponere constitueram, dirigerem; Sed tandem unus occurristi, qui stemmate, ingenio, & doctrina penè cœlesti omnibus (pace tamen omnium loquar) Insubiæ Civibus præstas; cujus profectò familiam, generis vetustate, nemo superat, aut æquat; quæ, ut ex antiquis monumentis admonemur, à Divo Platone illo Philosophorum principe, originem ducit, quem Aristo Pater, à Neptuno genus trahens, humano generi genuit; sed firmitus, & validius argumentum *Platorum* nobilitatis extat, quod tu, fraterque tuus, cognomento *Platinus*, omnem Divi Platonis facundiam refertis. Tuque in primis, Theodore, Platonis præcepta, mores, facundiam, & doctrinam ita imbibisti, ita pectus ornasti, ita animum explesti, ut non solum Platonis nepos, sed Plato ipse videaris. Quid narrem, quantum in Legibus major omnibus, & clarior Jurisconsultis emineas? Testatur ædium tuarum vestibulum, quod non modò à nostratibus civibus, sed peregrinis frequentatur. Te, Princeps, & Italiæ Reguli in rebus dubiis, & arduis consulunt. Tuum est præcipuum in Urbe oraculum tanquam Delphicum ceteris præstans, ex quo nunquam sortes dubiæ, & fallaces redduntur: dicta tua pro oraculis habentur, & Sybillæ foliis veriora creduntur. Haud mirum, hercle: Noluit, Theodore, à majoribus tuis degenerare, inter quos genitor tuus ille illustris vir *Georgius Platus*, qui ævo suo inter Juris Interpretes hac in Urbe primum locum tenuit. Nec minus

(a) Editum fuisse hunc Triduanarum Rogationum Libellum post Annum MCCCCLXX. quo à Sixto IV. Summo Pontif adscriptus fuit Cardinalium Collegio *Stephanus Nardinus*, & ante octuagesimum quartum illius Seculi, quo Archiepiscopus iste noster vivis excessit, perspectum habemus. De hisce Rogationibus, à S. Lazaro Mediolanensi Archiepiscopo institutis, priusquam S. Mamertus in Galliis easdem in morem induceret, peculiarem Dissertationem lege in mea Hist. Liter. ad Annum MCCCXCIV. Quæ de *Archangelo Ungardo* adnotanda censui, vide in Prolegomenis Cap. IV.

(b) Editionem hanc, quæ notis omnibus typographicis destituitur, Mediolani peractam fuisse, dubitare vix possumus; siquidem insignes Viri, qui in hac Epistola, aliisque proximè edendis, memorantur, in Urbe nostra moram trahabant; *Petrus* autem *Cornerus*, seu *de Corneno*, Patria Mediolanensis, diligentiam, curamque suam impendebat ad commodum studii nostris parandum, novis editis Libris; Anno enim MCCCCLXXXI. commissum typis ab ipso invèni hac in Urbe alterum Opus *Hugonis Bentii*, Senensis Medici, de *Sanitate conservanda*, Italicè scriptum. Difficilius est indagare, quo tempore Probi Æmilii Liber in lucem prodierit; attamen, cum videam, à Petro Cornero mentionem fieri de *Georgio Plato Theodori Patre*, his verbis: *qui ævo suo inter Juris Interpretes primum locum tenuit*, satis dilucidè compertum sit, longo tempore post illius obitum, qui contigit Anno MCCCCLXIV., scriptam esse hanc Epistolam: cum verò Theodorus Platus morti concesserit Anno MCCCXCVI., statui facile potest, intra octuagesimum, & nonagesimum istius Seculi annum, Æmilii Probi codicem dimissum è prælo fuisse.

minus Juris Pontificii scientiam, quàm civilis hausisti; sed quis negabit, te ceteras ingenuas artes etiam imbibisse? quibus ita à teneris (ut ajunt) unguiculis educatus es, ut Musarum alumnus, & Pieridum decus te omnes apellent; quis enim meliùs? quis doctiùs? quis avidiùs has artes exhausit, Theodoro, qui carmine Poëtas, oratione pedestri Oratores ætatis nostræ vel superat, vel æquat? Quid igitur dubitem, *Æmilium Probum*, historicum præstantissimum, nomini tuo dicare, quem optimè nosti, & legisti, qui hiltoriam pæne omnem peregrinam complexus est; quam qui legerint, Atheniensium, Lacedæmoniorum, Thebanorum, Corinthiorum, & Aprorum gesta ad unguem noverint. Succurrit mihi etiam alia, cæteris omnibus non inferior, occasio, quæ me ut Opus hoc tibi tradam non solum movere possit, sed impellere; nam binas ad te Epistolas fatis sic volentibus offendi: alteram scilicet Magnifici pariterque doctissimi Viri *Jacobi Becheti* hujus inclytæ, divæque Reginæ nostræ *Bonæ Sabaudiensis*, Gubernatoris olim, & Secretarii fidissimi, in qua nobilissimo illi Romanorum Pomponio Attico rationibus nonnullis te simillimum esse voluit: isque propterea Pomponii Vitam tibi dono dare testatus est; & alteram illustis, divinique eloquii Oratoris *Francisci Philelphi*, per quam Jacobi Becheti sententiam, & rationibus, & auctoritate sua confirmat. Cum itaque Probus *Æmilius* Opus suum ad Atticum direxerit, ut idem ego quoque illius vestigia secutus, erga te, veluti Atticum alterum, seu secundum, faciam necesse est: & ne verbis nostris fides ullo tempore deesse possit, Epistolas ipsas hoc eodem volumine impressas simul cum Attici Vita in testes adduco. Cape igitur Opus tibi peculiare, & Petrum tuum Cornerum interea, ut facis, ama. Vale Solon, Legum princeps, & Musarum decus.

Num. LXXXV.

Ad præstantissimum Jurisconsultum D. Theodorum Platum, (a) Patricium Mediolanensem.

Cum legerem nuper Pomponii Attici Vitam, à Cornelio Nepote nobili historico editam, Vir clarissime Theodore, visa mihi est res digna, quam ad te mitterem. Nam si rectè sentio, illius viri mores, & studia fatis tibi, & vitæ tuæ instituto convenire videntur. Fuit enim Atticus studiis humanitatis fatis deditus, quibus tu nedum operam dedisti, verum etiam in eis excellis. In congressu, & conversatione hominum modestissimus ille fuit; At tu dono quodam naturæ, & morum elegantiam quosunque in amorem, & benevolentiam tuam mirum in modum allicis: promptus ille in conferendis beneficiis, & sublevandis calamitosis, fuisse legitur; at tibi quoque hoc peculiare, & proprium est, ut quosunque potes, præsertim in quibus aliquod specimen virtutis appareat, & consilio, & ope adjuves. Vincit ille, fateor, te opibus, quibus abundantissimus fuit; qua ex re erga multos beneficentissimus, & liberalissimus fuit. Tu verò Juris civilis, & Legum divinarum scientiam illum superas. Quod ergo pluriùs facio, eum multis pecuniis abundasse, cum hæc quidem fortunæ bona; illa verò virtutis, & ingenii esse censeantur. Quanquam etiam inter mediocres opes tuas, liberalis tamen, & beneficus ipse videaris, ita ut nullum in te penitus avaritiæ vestigium, sicuti jam te novi, appareat. Cum igitur tanta inter te, & ipsum Atticum, vitæ congruentia, & similitudo sit, non absurdum putavi, si tuæ humanitati Vitam illius dono traderem: ut apud te extet tanquam pignus, & monumentum amicitiae nostræ; quam leges, dum ocium tibi fuerit. A csi quid addi potest cumulo tui erga me amoris, cura, quantum in te est, ut medio Attico illud adjiciatur. Nam tuam benevolentiam magnifacio, ut debeo, quippe quæ ex vera caritate, & virtute proficiscitur. Vale, & me, ut facis, ama.

Tuus quidquid est Jacobus Bechetus Illustrissimæ Bonæ Mariæ Insubrium Ducis Secretarius, ac Gubernator.

Num. LXXXVI.

Magnifico & Illustri Jurisconsulto D. Theodoro Plato, amicorum præcipuo, Franciscus Philelphus Sal.

Legeram ego jampridem, quæ de Vita & moribus T. Pomponii Attici Cornelius Nepos vir disertissimus accuratissimè scripserat. Eadem tamen tua opera lectitasse me plurimum juvit, tibi que habeo gratias, quòd me studiorum tuorum æquè, ac pulcherrimorum, delicatissimorumque munerum participem fieri volueris. Nec possem non tibi admodum gratulari,

(a) Præclarissimi hujus Patricii Civis Mediolanensis memoriæ illustrandæ fatis fore Epistolas, quas hic damus, nemo non dicet; cum summis laudibus à tot eximiis doctrinâ Viris eundem exornatum videamus. Attamen ad patria nostra monumenta, quæ inter celebriores hujus Metropolis Proceres Theodorum Platum enumerant, ob immortale decus eidem partum, & egregias ab ipso res gestas, Lectorem remittimus.

tulari, præstantissimum ingenium tuum: qui cum sis Jurisconsultus illustris, non negligas tamen mansuetioreis has musas: quas ab usque ineunte adolescentia adamas. Quod autem ad T. Pomponium attinet, ego non tantum illi te parem, sicuti gravissimus, facundissimusque vir *Jacobus Bechetus* arbitratur, sed superiorem, cum generis antiquitate, tum ingenio, & doctrina esse judico. Nec illud prætereundum censeo, quod longè pluris facundia sit ea, quam ex opibus partis, studiis, laboribusque tuis exerces, quam Attici liberalitas. Usu enim fieri videmus, ut qui magnas opes sine ullo labore, sed vel parentum hæreditate, vel fortuna assecuti sint, exuberantiùs illis interdum, quam si quæsitæ haberent, utantur. Delectaris quoque ædificiorum elegantia, hocque in urbanis, atque suburbanis tuo sumptu & curâ extructis apparet: quæ res tum ad rempublicam, tum ad animi magnitudinem demonstrandam pertinet. Optarem hujusmodi viros hac tempestate majore in numero haberemus: quibus virtus, & bonæ artes forent in pretio: minus enim laboraremus. Unum tamen non possum non mirari: quod cum is Atticus tantum valeret apud M. Antonium, & auctoritate, & gratiâ, minus studuerit, ut ei M. Tul. Ciceronem, qui cum familiarissimè, conjunctissimèque vixerat, reconciliaret; quamque puto id officii pietatisque genus idcirco ab illo esse prætermisum, quod intelligeret, ea esse immanitate, atque truculentia Antonianum ingenium, ut nullis nec precibus, nec rationibus flecti posset. At ne Medici quidem humaniores qui sint, quamvis desperarint de salute ægrotantis, accommodatis abstinent, salutiferisque remediis. Permulta enim casus solet afferre utilia, quæ rationi adversantur. Vale. Mediolani, ex ædibus nostris, III. Nonas Januariæ.

Num. LXXXVII.

Ante Librum Svetonii Tranquilli de Viris illustribus.

Gaspar Lampugnani (a) Bonino Mombratio S. P. D.

CUM quantum commodi historiarum lectio mortalibus afferre soleat, ab iis, qui bene vivendi præcepta, optimorumque morum institutiones tradiderint, & in primis à M. Cicerone literarum principe collegerim; quippe qui eam rerum magistram temporum lucem in oratoriis libris pulcherrimè refert, missos facio Fabium Quintilianum, Diodorum, ceterosque Auctores maximos; non potui, Vir eruditissime, ac omni genere literarum consummatissime, quin meâ sanè curâ, adhibitâque multâ diligentia, ne quid in eo pro viribus mendum esset, *Svetonium Tranquillum de Viris illustribus* imprimendum curarem. Et id profectò munus libentiùs suscepisse videor, ut in ea nimirum opera plerique adolescentes nostra ætate ad hujusce præclari Operis lectionem adducti, præclaras ad res gerendas, non ad otium corporis, neque ad alias voluptates impelli, nedum hortari viderentur. Scio tamen, quam plurimos cum primùm ad tituli inscriptionem pervenerint, non parva admiratione teneri; quippe qui id opus præter plurimorum opinionem Tranquillo adscripserim; verùm apud optimum quemque Divi Hieronymi auctoritatem valere, & in hoc, uti & in ceteris, plurimum spero, quod eo quidem in Opere, cujus & ipse inscriptionem de Viris illustribus esse voluit, his planè verbis se Tranquillum imitaturum dixit, ejusque dicta ad verbum subjiciam: *Hortaris Dexter, ut Tranquillum sequens Ecclesiasticos Scriptores in ordine digeram, & quod ille in enumerandis gentiliùm literarum viris fecit illustribus, Ego in nostris faciam*; quibus quidem verbis planè constare arbitror, id Opusculum à Svetonio, non à Plinio, fuisse editum. Idque abs te, Vir consummatissime, supplex peto, me pro tua singulari mansuetudine veniâ dignum existimes, si de tua eximia laude, summaque virtute conticuerim; quæ quidem tanta est, nam pro tua excellenti virtute inter ceteros Poëtas hac ætate fulges, veluti inter Ignes micat Luna minores, librorum amplitudine à te magnificè editorum, ut disertissimus quisque grave sibi, atque perarduum onus impositum censeret, si eas literarum monumentis, ut jam par esset, tradere cogeretur; cum id itaque mihi in mentem venisset, ne magna parvis tenuare modis dijudicaretur, conticui. Vale.

Ante

(a) Cum Boninum Mombratium, cui dicatus est Liber iste, circa octuagesimum hujus Seculi annum obiisse crediderim, de illo agens in mea Hist. Lit. ad annum MCCCCLXXIV., ante illum annum typis traditum fuisse Svetonii Tranquilli Opus, facile asserere possumus. Gaspar verò Lampugnani, qui Sacerdotio addictus erat, non una hac Editione, sed aliis pluribus benemeritum de studiis nostris se præbuit; impendio enim suo imprimendos curavit S. Augustini Sermones in nostra Urbe anno MCCCCLXXXIV., itemque Bartboli Lecturam cum Additamentis Alexandri Imolanis Anno MCCCXC.

Num. LXXXVIII.

Ante Lexicon Græco-Lat.

Bonus Accursus Pisanus Viro Literatissimo, ac gravissimo Joanni Francisco Turriano Ducati Quaestori, Salutem plurimam dicit.

Nemo potest, meâ sententiâ, satis eruditus existimari apud nostros homines, ubi cognitionem Græcæ literaturæ ignoraverit. At eam scire quomodo quisquam possit, ubi significata, ubi proprietatem, ubi differentias, ubi ipsam etiam verborum constitutionem non perfectè tenuerit? Fateor equidem, cum alios quosdam, tum Constantinum Lascarin nostrum illum de significatis verborum pulcherrima præcepta tradidisse: defecisse autem in quibusdam, etsi admodum paucis: quoniam non omnino calleret nostram latinitatem. Verùm modo post illum, oblatus nobis est Frater Joannes Crastonus Placentinus Carmelitanus, (a) vir profectò meâ sententiâ, cum Græcè, atque Latinè peritissimus, tum moribus excultus gravissimis, atque sanctissimis, in cujus ore nullum mendacium inest, nulla vanitas. Is cum intelligeret, quæ Latino sermoni necessaria admodum essent, vidissetque quæ & à Constantino Lascari, & ab aliis quibusdam in medium elata forent, non dicam inconsideratè, sed minus eleganter & propriè, voluit pro sua bonitate tanto errori occurrere, & ea omnia emendare, quæ non emendatè, ac dilucidè tradita judicasset. Primum igitur ordinem adhibuit Alphabeti, quo faciliùs, recta quadam serie quod quisque verbum desiderasset, id ei non esset inventu difficile; & quoniam alia nomina crescunt in genitivo, alia verò non crescunt, in his quoque ordinem servavit; nam habita terminatione genitivorum, non difficulter alii item casus in notitiam veniunt; & quibus Latini carent, articulos etiam nominibus addidit; quibus cognitis, mira diluciditas in nominibus sequatur necesse est. De verbis quoque duo præcepta protulit, alterum de futuri, & præteriti perfecti formatione, alterum de constructione. Nam de constructione ipsa, quam perpauci norunt, præcepta tradidit uberrima & optima, ut quibus quodque verbum casibus construatur, faciliè dinosci possit. Ad temporum autem formationem eum servavit ordinem, ut futuri potissimum edoceat canones, quia id tempus perfacilè cætera creet. Paracimeni quoque, idest præteriti perfecti, tradit formationem, quoniam admodum varia, diversaque reperitur ejus temporis conditio, propter quædam plurima verba anomala, quæ contra communem temporum formationem diversas consonantes accipiunt, quæ ipsa temporum formatio ad participia etiam transit eodem ordine. Et ne literarum multitudo tædium pariat, paucis literis tempora notantur, & per tempus futurum, quod mellon dicitur à Græcis, μ . solum scribetur, per tempus præteritum perfectum, videlicet paracimenon, π . item scribetur, per $\mu\sigma\alpha$, hoc est per medium $\mu\sigma$. Per verbum autem activum *acti*; per passivum *pas*; per neutrum *neu*; per commune *com*; per deponens, *depo*. Et quamquam tum Constantinus Vir, sententiâ meâ, doctissimus, tum etiam alii nonnulli eruditissimi Viri in his rebus versati sunt, unus tamen Frater Joannes hic Carmelitanus, & diligentior fuit, & copiosior, quod aliorum pace à me dictum velim existimari. Quare ut communi utilitati omnium consulerem, hunc ordinem mihi servandum judicavi; quod eo feci & diligentius, & libentius, Joannes Franciscus Vir doctissime, quoniam essem arbitratus, me tibi Viro gravissimo, ac literatissimo facturum rem admodum gratam: si tuâ causâ, atque beneficio ingenui adolescentes literarum Græcarum cupidi, vel sine alio præceptore per hujusmodi vocabulorum præcepta in viros doctissimos fuerint evasuri. Ego autem operam dedi, ut hæc præcepta, ita ut dixi, in ordinem redacta imprimerentur, quo non solum in hac felicissima Patria, sed per universam Italiam nomen tuum, quod per se splendidissimum est, diffunderetur, omnesque tibi agerent gratias immortales, cujus ductu, atque auspiciis tanta utilitas unicuique esset oblata.

Ante

(a) Quantum Græcæ linguae studiis promovendis contulerit Civitas nostra, passim in Hist. mea Lit. compertum feci; siquidem non tam primam hujus Idiomatis Codicum impressionem hic adinventam, *Demetrio Cretensi* auctore, sed etiam commodum omne paratum ad illud faciliè ediscendum, Lexicis utriusque Sermonis Græci, & Latini primum apud nos editis, luce clarius ostendi. Hanc provinciam egregiè suscepit, implevitque *Jo. Crastonus* Placentinus, ab Eruditis illius ætatis Viris summo in pretio habitus, ob singularem Græcæ linguae peritiam, quemadmodum enarravi ad annum MCCCLXXV., ubi quidquid ab isto præclarissimo Carmelitici Ordinis Alumno præstitum fuit in Urbe Mediolanensi, ad Græcas Literas amplificandas, recensui.

Num. LXXXIX.

Ante Vitam Æsopi, Græcè scriptam.

*Bonus Accursus Pisanus doctissimo, ac sapientissimo Ducali Quæstori
Johanni Francisco Turriano salutem plurimam dicit.*

CUM animadverterem, quanto in pretio & apud Platonem, & apud universam veteratam Æsopus habitus fuerit, existimavi, me facturum rem non indignam, si Græcas ejus Fabellas, & Vitam unà cum Latina ejus interpretatione imprimi curarem: quo divulgarentur inter omnes, & eas ad te, omnium primum, qui gravissimus, & doctissimus sis, dono mitterem. Res enim graves, ac severæ redduntur veluti mitiores, si suis salibus condiantur. Hoc autem fecisse Æsopum ex hoc ad te volumine cum per otium lectitaveris, non difficulter intelliges. Nam hujusmodi Fabellæ inter maximas tuas occupationes afferent tibi, ut existimo, non parum voluptatis, & ex earum lectione consules Liberis tuis, quo tibi sint, ut ceteris in rebus, tum in doctrina, eloquentiaque simillimi. Non enim me latet, non licere tibi per occupationes tuas harum rerum lectioni operam dare: at ne indiges quidem, qui & scribendo, & loquendo ornatissimus sis, & eruditissimus. Verùm Liberi tui si huic rei studuerint, reddentur propediem & docti, & disertissimi in primis, quos tu plurimum cupis esse exulta quadam, ac perpolita literatura: quam intelligis, nemini posse è nostris hominibus absolutè contingere, ubi Græcarum Literarum omnino sint rudes. Ceterum, ut ad Æsopum redeam, ex ejus Vita, quæ est veluti totius Operis caput, qualis vir fuerit, dilucido cognosces. Est enim, ut videbis, & læta (fort. *lauta*), & facetiarum plena, quæ, dum legitur, vel è mortuis risum excuteret. Id autem ita esse res ipsa indicabit. Noli enim prolixiore uti oratione, ne pro voluptate tedium tibi afferam. Vale vir doctissime, ac sapientissime, & me, uti soles, ama.

Num. XC.

Ante Æsopi Vitam in Latinum traductam.

*Vita Æsopi Fabulatoris clarissimi è Græco latina per Rynucium facta,
ad Reverendissimum Patrem Dominum Antonium tituli Sancti Chrysoconi Presbyterum Cardinalem,
& primò Proæmium.*

NOvas nimirum merces, Reverendissime Pater, sed haud ignava opum pondera nuper è Græcia in Latinum convexi: Vitam scilicet Æsopi fabulatoris clarissimi, ac ejus Fabulas, quotquot ad manus meas usque pervenerunt. Quæ si æquum fortientur licitatore, non dubium est, quin emptorem facillè reperient; nam ex omnibus, quæ hactenus ex Græcarum opulentia Literarum in Romanæ orationis thesaurum his temporibus sunt translata, nihil æquè utile vitæ mortalium, nec æquè appositum prosperis, adversisque rebus, quàm dicta, gesta que Æsopi, licet humilia sint, ferme comperietur. Quippe ea rerum series inest, ut adversa quidem levet, & prospera moderetur. Joci verò, ac cavilli multiplex varietudo animos languentes recreat, & ad laboris confert cessationem. His accedit, quòd ad acritatem ingenii non parum adjumenti quivis facillè comperiet. Sed cum hinc inde animum verto, ac mente singula conspicio, qui legitimus hujusmodi studiis licitator hoc nostro tempore detur, haud facillè video. Quippe apud majores nostros, Principes literis auctoritatem præstare consueverunt. Hi verò seculis nostris, ita rebus alienis intendunt, ut quod proprium suum est, id jamdiu ex animo deleverint, & si qui reperiuntur, hi ita tenui fortuna, & angusta siti sunt, ut vix intra domesticos eluceant parietes. In hac tamen proborum caritate licitatorum, tuam Dominationem dignam judicavi, cujus auctoritati hunc meum laborem committerem, qui inter ceteras domi, forisque Ecclesiæ Romanæ occupationes, quidquid otii datum est, id totum legendo consumis. Experiatur igitur, quæso, Dominatio tua, quid istæ meæ lucubrationes hominibus nostris afferant, cognoscere. Nam tuam expetunt auctoritatem, sine qua in aures (fortasse dicendum *auras*) publicas prædire non audent. Sed hæc jam satis. Nunc ut res clariùs legentibus pateat, loco argumenti pauca suggessi &c.

Ad calcem fabularum habetur

Totius Operis anacephaleosis.

Habes Vitam pariter, & Fabulas Æsopi fabulatoris eximii, Reverendissime Pater, per me nuper verbis Latinis intuliatas, non tamen omnes, sed quotquot ad manus meas usque

que pervenerunt, quamquam arbitror, præter has, si quæ reperiuntur, esse perpauca. Quòd verò longè plures Æsopus confecerit, hinc vel maximè conjectari licet; nam in describendo Fabulas, cùm sequatur ordinem Alphabeti, in his multæ deficiunt literæ, atque in aliis plerisque literis perspicuè apparet, plenum fabularum numerum non esse, quæ, sive negligentia Scriptorum, sive varietate temporum, sive ipsa vetustate oblitteratæ sint, ad secula nostra non pervenerunt. Quæ tamen habentur, quia jucunditatem legentibus afferunt, & vitæ hominum utilitatem non mediocrem, tuo in nomine feci Latinas, ut & animi mei affectionem erga te cognoscas, & censor existas studiorum meorum; quibus invigilasse non frustra putabo, si sapientissimo judicio tuo, tuaque auctoritate comprobari comperero. Sed, ut ait Poëta noster eximius; Et jam tempus equum fumantia solvere colla.

Finis.

Vita Æsopi per Rynucium Thettalum traducta. Verùm quoniam ab eo nonnulla fuerunt prætermissa: fortassis quia Græcus ejus codex esset minus emendatus, ego Bonus Accursus Pisanus eadem in ea omnia correxi, & emendavi.

Num. XCI.

Ante Æsopi fabulas selectiores, Græcè, & Latinè conscriptas.

*Bonus Accursus Pisanus doctissimo, ac sapientissimo Ducali Quæstori
Johanni Francisco Turriano salutem plurimam dicit.*

IN superiore codice, ut nosti, imprimi curavimus Vitam, & Æsopi Fabulas, Græcis & Literis, & verbis: subdimusque earum interpretationem, secundum Rynucium Thettalum, virum meâ sententiâ & doctum, & disertum. Nunc verò, quò major ad Liberos tuos, ac facilius aditus sit ad utramque linguam & Græcam, & Latinam, quasdam electiores Fabulas, quæ in communi sunt doctorum hominum usu, ita singillatim in eisdem paginis informari curavimus, ut in eodem latere habeantur ex dextera parte Græcus, ex sinistra autem Latinus sermo. Hoc enim pacto verbum quasi verbo respondebit sine longa inquisitione. Nihil enim, præter eundem, existimavi, quo tibi gratum sim arbitratus. Nec præteribo unquam aliquid, quod aut ad tuam dignitatem, aut ad tuorum utilitatem conducturum putem. Vale. (a)

Num. XCII.

Ante Vocabularium Latino-Græcum.

*Bonus Accursus Pisanus Clarissimo Viro Antonio Braccello Jurisconsulto primario
ac Ducali Senatori.*

QUO pacto fieri potest, ut quenquam virum doctum appellemus, ubi ea, ex quibus doctrina conflatur ignorantur? Ignorantur autem multa, vel potius omnia, si verba, quibus docemur, fuerint incognita. Ita non mediocri laude mihi dignus visus est Vir profectò, vel ipsius Philelphi sententiâ, cui neminem antepono, & eruditus & eloquens in primis *Johannes Monachus Carmelitanus*, cujus ingenio, singularique sapientia effectum est, ut per ordinem Latini alphabeti omnia ferè verba, quæ in usum communem cadunt vel Oratorum, vel Poëtarum, quo pacto Græcè interpretari debeamus, in medium sint prolata; nam si pulchrum est Græca vocabula exponere Latinè, quanto esset pulchrius, quæ Latina sunt, per Græca verba reddere dilucidiora? Qua ego opinione non ineptè ductus, curavi, quem vocabulistam ille composuisset, meâ curâ, diligentiaque impressum dare ad te dono, Vir magnifice, ac doctissime *Antoni Braccelle*, quo & tuis Liberis non absurdè consuleres, & ceteri (forte etiam) esset scholastici intelligerent, te unum auctorem extitisse, ut hunc mihi laborem perlibenter desumpserim. Quod quidem officium meum si probatum iri abs te gravissimo, sapientissimoque Viro intellexero, reddes me profectò ad alia quoque studia admodum promptiorem, quippe qui nihil magis cupiam, quàm ea omnia gratificari tibi, quæ tuo judicio intellexero confirmata. Confirmabis enim tu profectò eo magis hujusmodi munus meum, quòd intelliges, hac præceptione posse ingenuos adolescentes vel sine alio præceptore ad rerum maximarum, atque optimarum cognitionem pervenire. Quod ipsum factum intel-

(a) Ex hisce Bonaccursii Pisani studiosis laboribus, semper dilucidius patet, quàm diligenter adlaboratum sit in hac Metropoli, ut Græcæ literæ omnibus adjumentis communitè faciliè addicerentur, ac florent.

intelliges singulari studio, diligentiaque præcipuâ unius hujus Johannis Monachi Carmeliani, Viri planè integerrimi, nulliusque expertis disciplinæ. Vale Vir magnifice, ac sapientissime, & me commendatum habe. (a)

Num. XCIII.

In calce editionis Plautinarum Comœdiarum.

Eusebius Scutarius Vercellensis Georgio Merula Alexandrino, omnium doctissimo, S.

Confecimus non minus sedulo, quàm libenter, prudentissime Præceptor, quod nobis superioribus diebus injunxisti: Plautinas enim Comœdias, Latinæ linguæ delicias (ut puto) pro doctrinâ nostrâ satis diligenter recognovimus, ut scilicet emendatiores imprimerentur. Quod tu imprimis, dein alii legentes si has in præsentiarum impressas cum aliis exemplaribus conferre voluerint, facile judicabunt. Expunximus haud paucos errores, & quasi spongiâ delevimus, quos operarii dormitantes, & mancipēs incuriosi commiserant, qui non tantum falsas dictiones pro veris dum ponunt, prævaricati culpam commeruere, sed & paginas extra regiones suas, & chartas in alias decurias perversè translatas inseruerant, ut jam omnia essent confusa, ne dicam contaminata; nec elegantissimus Poëta fabulas, verum confusaneos libros Miscellaneorum, aut stromatum instar, scripsisse videretur. Horum incitiâ quibusdam in Comœdiis Actus internoscere, divisionemque, quam clarissimi Grammatici existimant scitu, intellectu in hoc genere præcipuam, quæ per Prologum, pthesin, epithasin, & catastrophē fieri solet, vix percipere poteramus. Diligentiam tuam, quam summâ fide in hoc libro adhibueras, negligentiam suâ plurimum obscuraverant. Quæ pleraque omnia curavimus, ut in ordines suos reponerentur; & ita effectum est, ut te non poeniteat, nos huic recognitioni præfecisse. Cognoscent profectò lectores, si modò quid verius est verimonia sinè livore profiteri non recusaverint, in laboriosissimâ hujus Operis emendatione, Merulam herculeos labores exantlassē. Nos, præter correctâ Impressorum errata, addimus corollarium, quo, nixi magnis auctoribus, loca nonnulla castigavimus, quæ nisi magis ad ostentationem, quàm ad communem utilitatem à malevolis fecisse videremur, hinc singillatim annotavissēmus. Plura quidem reliquimus intacta, quæ procul dubio castigationis egent; sed maluimus legentibus rem integram servare, quàm in hoc animo nostro indulgere; satius quippe, & tutius est, habenis moderari, quàm totis viribus equum in cursuram impellere. Tu enim sæpissime soles, utpote qui animi es ingenui, ingenuèque doces, discipulos tuos admonere, ut temperamento quodam omnibus in rebus utantur, ne audaculi plusquam opus sit, casum, & præcipitium ferant. Et quemadmodum in hoc, ita in id genus plurimis non solum, quæ sub te perficiuntur, sed omnes Literati, literatorumque amatores tibi debent, & proinde te amant, colunt, venerantur, & observant; & ut ex consulto omittam quòd *Librum* jampridem de *Orthographia* scripsisti, consummatissimi operis Virgiliani in multis veram lectionem restituens; & de *homine* adversus *Galeotum*, Commentariolosque in *Sapphus* libellum: quòd *annotamenta* in lepidissimum *epigrammographum*, quibus illius arguti, & docti sales, veneresque intelligi possunt; ac *interpretationem* sanè utilem in *M. T. Cic. artificiosam orationem pro Q. Ligario*, & *argumentum* in *Epistolam ad Lentulum Spintherem*: quòd *rei rusticæ* Scriptores maxima abs Te lucubratione adamusim correctos suis verbis in latinissimis exornasti, multaque interpres fidissimus, & nonnunquam paraphrastes è Græco in Latinum traduxisti: quòd eruditissimas *narrationes in Juvenalem* multijugâ doctrinâ refertas; & item *Epicedia*, *Epithalamia*, infinitasque in omni genere dicendi *Orationes* edidisti: quòd observationes tuæ tam Græcæ, quàm Latinæ, quas ferè innumerabiles observasti, jam diu volitent per ora virum, à quibusdamque, auctore dissimulato, excipiantur, & fronte perfricta recitentur pro suis, quos utique manifestos furti tenemus, atque plagiaria lege agitari possunt. Et ut alia haud parum multa abs te elaborata scienter præteream, elegantissimam conscripsisti, & adhuc conscribis *Historiam de antiquitate Vicecomitum*, orsus à primordio Urbis opulentissimæ, jussu Excellentissimi, & liberalissimi Principis *Ludovici Mariae Sfortiæ Vicecomitis Barii Ducis*, omnes historicorum leges servans, lacteam quandam cum fide maximâ ubertatem, Livianamque in concionibus majestatem felicissimè affecutus, Proceres, vel potius heroes hujus præcipuæ Gentis, non Fabiis, non Camillis, non Metellis, non Scipionibus, non Mariis, non Marcellis, non (ut semel dicam) ipsis Cæsaribus virtute, & rebus ab se gestis inferiores, à squalore, atque ab oblivionis incuriâ in

(a) Codex Braydenis Collegii, quem vidi, caret fine, ac proinde annus & typographus, qui fortasse in calce descriptus est, ignoratur. Quandoque Latinis vocibus in Græca columna suum non respondet vocabulum, & vacua relinquuntur area, an propter inopiam renascentis tunc illius linguæ, an negligentia typographi, incertum. Ex sedula tamen observatione deprehendi, in iis tantum omitti, quæ eodem cum superiori voce nomine concordant, ut *Accubitus*, soli enim primæ voci Græcum vocabulum *Cataclisis* opponitur, quo etiam secunda significatur. Lubentissimè hanc Epistolam in publicum proferendam nova impressione statui, ut semper clariùs appareat, adminicula omnia commodiora, quæ ad Græcæ Linguæ studium promovendum desiderari poterant, fuisse in hac Metropoli nostra adinventata, atque vulgata.

in lucem, & in memoriam asseruisti; utque vera in medium afferres, nihilque perperam diceres, diligentiam, quam olim in literis excitandis, & à situ vendicandis, eam in tuâ historiâ præstitisti. Quam rem *Hermolaus Barbarus*, Vir quidem summæ auctoritatis, & si quisquam hujusce sæculi nostri doctus est, & disertus, doctissimus, disertissimusque, subinde dicere solebat, cum hîc apud Illustrissimum Principem nostrum Venetæ Legationis officium fungeretur: „ Voluisti medius fidius omnes Historias, Annales, Chronica, Ephemeridas, Genealogias, Tabulas, Codicillos, & Diplomata, denique omnia ad hanc rem „ facientia, quæ per omnes Italicas Urbes fuerunt, penitus perscrutari „: Cùmque tota hæc Vicecomitum familia ob talia in suos merita tantum tibi debeat, quantum vix nunquam persolvere possit; plus etiam atque etiam Georgio debere fatetur Magnificus, & Splendidissimus Eques *Albertus Vicecomes*, Senator illustris, uberrimi ingenii, ac rei militaris scientissimus, cujus Majorum præclara, & egregia facinora, belli, domique gesta, omnino, vel magna ex parte obliterata, immo obsoleta, ad perpetuam famam, atque immortalitatem revocasti. Jam ad Plautum, unde sumus digressi, revertamur, qui & ipse cùm per te solum (unum neminem excipio) reviviscat, quæstiones tuas Plautinas maximopere desiderat, quibus argutissimi sensus, jucundæ urbanitates, vernilia dicta, suaves facetiæ, & sales non inveniisti, ex obscuris dilucidi, ex ambiguis Plautinissimi fiant. Quas ad coronida ferè perductas, si (ut spero) in hac proximâ explanatione edere curaveris, & his codicibus connectere, ipsum ante omnes Plautum, mox festivissimi Poætæ studiosos tibi in perpetuum addixeris. Carmen lusimus, in quo calamitosam nobilissimorum Comitorum dessemus jacturam, qui nobis nomine tantum sunt cogniti; quod (qualecunque est) nisi paulò longiores fuisset in hujus Epistolæ recessu, imprimi decreveramus. Vale optimarum literarum Princeps, & egregium Decus. (a)

Num. XCIV.

Ante Svetonii Librum de Viris illustribus:

Petrus Melleus magnifico, & præclarissimo Viro, Petro Posterula, Ducis Insubrium Senatori dignissimo S. P. D.

Cùm quantum commodi Historiæ lectio mortalibus afferre soleat, ab iis, qui bene vivendi præcepta, optimorumque morum institutiones tradiderint, & imprimis à M. Cicerone literarum principe collegerim, quippe qui eam rerum magistram temporum lucem in oratoris libris pulcherrimè refert, (missos facio Fabium Quintilianum, Diodorum, ceterosque Auctores maximos) non potui, Vir præstantissime, ac Patricie, quin meâ sanè curâ, unâ cum *Bonino Mombratio*, viro eruditissimo, adhibitâ multâ diligentia, ne quod in eo pro viribus mendum esset, *Svetonium Tranquillum de Viris illustribus*, imprimendum curarem. Et id profectò munus libentiùs suscepisse videor, ut meâ nimirum operâ plerique adolescentes nostra ætate, ad hujusce præclari Operis lectionem adducti, præclaras ad res gerendas, non ad otium corporis, neque ad alias voluptates impelli, nedum hortari viderentur. Scio tamen, quamplurimos, cùm primùm ad tituli inscriptionem pervenerint, non parva admiratione tenèri; quippe qui id Opus, præter plurimorum opinionem, Tranquillo ascripserim; verùm apud optimum quemque Divi Hieronymi auctoritatem valere, & in hoc, uti & in ceteris, plurimùm spero, quòd eo quidem in Opere, cujus & ipse inscriptionem *de Viris illustribus* esse voluit, his planè verbis, se Tranquillum imitaturum dixit, ejusque dicta ad verbum subjiciam: „ Hortaris Dexter, ut Tranquillum sequens, Ecclesiasticos Scriptores in „ ordine digeram, & quod ille in enumerandis gentium literarum Viris fecit Illustribus, „ ego in nostris faciam; „ quibus verbis planè constare arbitror, id Opusculum à Svetonio, non à Plinio fuisse editum. Idque abs te, Vir præstantissime, supplex peto, me pro tua singulari mansuetudine, veniâ dignum existimes, si de tua eximia laude, summaque virtute conticuerim, quæ quidem tanta est: nam pro tua excellenti virtute inter ceteros cives fulges, veluti inter Ignes micat Luna minores, rerum amplitudine à te gestarum, ut disertissimus quisque grave sibi, atque perarduum onus impositum censeret, si eas Literarum

Mo-

(a) Effugerat oculos meos hæc Epistola, quam in calce Commentariorum ad Plauti Comœdias Eusebius Scutarius imprimendam curaverat, cùm iidem Venetiis editi à Merula, anno MCCCCLXXII. castigatiores in Urbe nostra, octodecim post annis in lucem iterum proderentur; itaque hoc loco recudendam censui, cùm plura de Merulæ operibus, Scutarius ejusdem discipulus patefaciat, præsertim verò lumen haud obscurum mihi præbuerit, ut *Quæstiones Plautinas* à laudato Georgio Merula fuisse verè conscriptas non incongruè assererem, cùm nonnulli ejusdem æmuli post illius mortem, *inane fuisse nomen* dicerent, & hujusmodi Quæstionum propediem edendarum minitacione, celeberrimum hunc Auctorem *decepisse corvos biantes*. Vide Hist. meam Liter. ad annum MCCCCLXXVIII.

Monumentis, ut jam par esset, tradere cogere; cùm id itaque mihi in mentem venisset, ne magna parvis tenuare modis dijudicaret, conticui. Vale. (a)

Num. XCV,

Ante Cornelii Taciti Opera.

*Franciscus Puteolanus Jacobo Antiquario Ducali Secretario
Salutem.*

Maximis, plurimisque rebus in utraque mea fortuna à te adjutus, sublevatus, ac ornatus, Vir perfectissime, uni omnium secundùm Deos Immortales plurimum debeo; & quia parem gratiam nullam unquam referre possem, qua una via datur, ingratitude notam effugiam; habebō quam non referre est, & quicquid aut nunc est, aut in futurum mihi erit, tibi acceptum referri debere, haud invitus fatebor: tu mihi omnia non amici solùm officia, sed affectum, pietatemque paternam præstitisti; tu gravissimis in fluctibus non solùm versatum, sed obrutum, manum porrigens, in portum perduxisti (b); Tu omnibus incommodis perfunctum, post longa certamina, præmiis sudoris, & pulveris ornasti; Tu tranquillam vitam, ad quam enixissimè frustra contendebam, tribuisti. Neque in me uno tua innotuit beneficentia; longus ordo post me, & ante me extat, te Patronum salutantium; nam cùm ob rarissimas animi tui virtutes, gravissimos mores, religionis cultum, totius vitæ tenorem æquabilem, modestiam in isto fastigio admirandam, lenitatem, & mansuetudinem pari conjunctam gravitati, in omni fortuna constantiam, miram scientiam, atque facundiam, in agendis rebus dexteritatem, ad maxima negocia obeunda efficaces cogitationes, in omnibus rebus fidem, ac pares laude prudentiam atque simplicitatem, non modò multitudini fueris acceptissimus, verùm & totius Italiæ Principes, Tetrarchæ, Reges, Pontifices, te suspexerint, evexerint, promoverint: nihil unquam tibi ambivisti, rogasti, impetrasti. Quicquid tulisti, honores, sacerdotia, mera Principum liberalitas, ac judicium fuit; quamquam nec ea quidem pro virtutibus, aut meritis, quæ licet multis maxima videantur, plerique, haud quaquam artibus tuis, præ te plura tenuerunt. Piget, pudetque referre, adulatores, scurras, delatores, quos cernimus ditiores. Cur tu, ut virtute, & innocentia, ita Flaminiis, procurationibus, præfecturis alios non excellis? Verùm non eodem judicio, quo ceteri, felicitatem metiris: ideo quæ maxima isti putant, semper contempsisti: compertum habeo, exiguo labore, levissimis, atque etiam honestissimis precibus honorificentissimum quiddam tibi quæri potuisse: obstitit antiquus rigor, & prisca frugalitas, & modicis contentus animus: quod pro te tamen nunquam propositis ullis præmiis faceres; vidimus multoties amicorum causâ ambitiosissimè contendisse; multa enim multis rogasti, atque impetrasti. Sed ego in hoc latissimo campo, in uberrima tuarum laudum materia parcius loqui cogor; quandoquidem omnia tibi debeo, vereor ne foeda assentandi libidine rapi videar. Accedit, quòd virtutibus tuis parem orationem afferre non possumus; sed ut floribus, ac interdum solis precibus, Diis supplicant, qui thura non habent; sic hoc tempore ego tibi, quem vice magni Numinis colo, munusculum affero *Cornelii Taciti*, Equitis Romani, historicorum omnium gravissimi, disertissimique, quicquid incuriosæ vetustati superfuit, idest *Fragmenta ex actionibus*

- (a) Epistola hæc conscripta jam fuerat à *Gaspare Lampugnano*, cùm librum hunc dicaret *Bonino Mombrizio*, eamque dedimus recusam folio DXLII. Eadem uti voluit *Petrus Melleus*, dum, novis curis emendatum, *Petro Posterula* Senatori Mediolanensi nuncupavit. Qua verecundia usurpare potuerit *Melleus*, sibi que adaptare alienum laborem, intelligere nequeo; magisque miror, in scenam hæc trahi *Mombrizium* ipsum, cui prima præsentis Codicis editio inscripta erat, ac si operam suam præstitisset, ne quod mendum irre veret. An plagii insimulandus sit *Melleus*, qui expunctis paucis iis verbis, à *Gaspare Lampugnano* adhibitis, ut *Mombrizium*, inter ceteros Poetas, per illam ætatem, excellenti virtute, & libris editis resurgentem laudaret, substitutis aliis, quæ Virum Senatorio amictu verendum, rebusque præclare gestis conspicuum decebant, Lector, utramque Epistolam conferens, sententiam edicet. Interim quæ ad Librum istum pertinent, subjungere lubet. In Exemplari hujus Editionis, quæ ad oculos meos pervenit, adjecta erat MSta adnotatio antiqui characteris, in hæc verba: *Cornelii Nepotis ex veteri Inscriptione hoc Opusculum esse novi; in margine verò hæc altera legebatur, pariter MSta: Vanissimam est hoc ipsum, quod cum Bonino putasti, Petre Mellee; nam & Plinius, & Svetonius de Viris Illustribus descripsere. Quod autem Svetonio Opusculum hoc adscribi possit, illud maxime obstat, quòd is inter illustres Gentilium Literarum Scriptores, de Plinio Historiographo mentionem facit; at in hoc Libro, de ipso ne unum quidem verbum legi potest. Non igitur Svetonio, sed Plinio Nepoti adscribendum putamus; cum omnes Codices, ab Antiquis sic scribere reperiantur. Scripsit quidem Svetonius de Claris Oratoribus &c. Auctorem tamen huius Libri non esse aut Cornelium Nepotem, aut Svetonium, aut Plinium secundum, aliosque, contendit *Fabritius* in sua Bibliotheca Latina Lib. I. Cap. VI. Lib. II. Cap. XXIII., & Lib. III. Cap. IX., ubi hoc Opus adscribit *Aurelio Victori*. Quis esset hic *Petrus Melleus* indagare haud valui, cùm nullum aliud Volumen ab eodem typis traditum hoc seculo invenerim. Mediolani certè degebat, qua in Urbe simul cum *Bonino Mombrizio* Librum hunc emendavit, dicavitque Senatori nostro amplissimo *Petro Posterula*, circa LXXX. seculi XV. annum; siquidem memoratus *Posterula*, honoribus, & sapientiâ clarissimus, obiisse creditur anno MCCCCLXXXIV., quo ultimæ voluntatis suæ publicas tabulas condidit.*
- (b) Quænam fuerit turbulenta hæc procella, in qua se ferme demersum, propitio affulgente sidere *Jacobi Antiquarii*, ad tutum litus evasisse, profitetur *Puteolanus*, silentio ipse met pressit, nihil de illius origine in Epistolis ad hunc Mæcenatam datum datis commemorans. Certò novimus, ferale id infortunium eidem contigisse Bononiæ, eo (ut fas est credere) tempore, quo *Antiquarius* ibidem degebat, *Magistri Epistolæ* munus gerens in Aula *Joannis Baptistæ Sabelli*, Pontificii ad illam Provinciam Legati, quemadmodum invictis testimoniis in Hist. mea Literaria ad annum MCCCCLXXXII. contra *Oldoinum* statui, qui Romæ *Sabello* jam Cardinali, ab Epistolis conscribendis interservisse *Antiquarium* asseruit.

bus diurnalibus Augustæ historiæ: De moribus, & situ Germaniæ: De genere Eloquentiæ non corruptæ; cui Operi à quibusdam titulus de Claris Oratoribus inscribitur: Vitam Julii Agricolaæ Soceri, multis vigiliis, intensissimoque studio recognitam, adjuvante Bernardino Lantorio (a), omnium Mediolanensium eruditissimo, ut eum parcissimè laudem, sub tuo nomine nostris Impressoribus tradidimus: tum quia ejus eloquentia perfecta, meo judicio, & admirabilis, peculiariter ita te, ut me, delectat: tum ne in tanta librorum copia solus ipse supprimeretur; Veneti enim Impressores aded conculcaverant, ac fœdaverant hoc divinum Opus, ut non modò Cornelianæ facundiæ majestas inquinaretur, sed vix sensus ullus conjectari posset. Quid ego effecerim, judicent Docti, sed collatis exemplaribus, de ipso Tacito hæc præfanda duxi: In Republica versatum, Belgicæ Galliæ rationes procurasse, causas dixisse, historiam scripsisse ab Augusto ad principatum Adriani, sed major, & melior pars (proh dolor! & humani generis immensa jactura!) temporum incuriâ abolita est. (b) Absolvisse omnem historiæ legem; nam cum suorum temporum majore ex parte memoriæ consuluerit, id pari eloquentia, ac libertate præstitit. Debebat tribus deinceps gentis Flaviæ Imperatoribus, ab iis ad maximos honores evectus, quos, incorruptam rerum fidem professus, ut nullo odio, sic nullo amore retulit, nihil falsi dicere, nihil veri omittere ausus. In scribendo enim ne suspectus quidem unquam fuit, aut gratiæ, aut simultati aliquid tribuisse: rerum rationem, in qua ordo temporum, Regionum descriptio exigitur, nemo Historicorum diligentius observavit. Jam consilia apta, eventus, ut, Dii boni, expediuntur. Et de consiliis quid probet, quid non, in rebus gestis non solum quid actum, sed quale. De eventu verò, omnes causas explicat, casus sapientiæ, temeritatis. Hominum porro non solum res gestas, sed quæ fama, quod nomen, quæ natura, quæ vita: Quo artificio omnes, meâ sententiâ, facile vicit. Ita creber rerum frequentia, ut verborum prope numerum, sententiarum numero sequatur. Ita dein verbis aptus, & pressus, ut nescias, utrum res oratione, an verba sententiis illustrentur. In concionibus (audeo enim promere quid sentio) Livio quoque anteferendus; magis tamen Salustii argutam densitatem, quàm hujus amplitudinem imitatus. Hunc primò legens, laudabis ob eloquentiam; cum iterum in manum sumpseris, mirum acumen deprehendes, & miraberis: ubi contubernalem reddideris, semper artificiosa docebit varietate, immensaque jucunditate delectabit.

Vale decus, & præsidium meum.

Num. XCVI.

In fronte Chirii Fortunatiani.

Franciscus Puteolanus Jacobo Antiquario Salutem.

Libros Chirii Fortunatiani Consulti, de ratione dicendi, injuriâ quidem temporum exesos, & multis partibus laceratos, elegantes alioquin, & eruditos, ac magnam, multamque frugem seculo nostro allaturos, studiosissimè, quantum sub unico exemplari fieri potuit, recognovimus, ut imprimerentur; de quo Opere præfari jam, & polliceri ausim, nihil apud Græcos, ac Latinos inveniri, quod eundem usum scholasticis sit allaturum; non tamen contenderim, ipsum Fortunatianum Isocrati, Aristoteli, Halycarnassæo Dionysio, Ciceroni, Celso Lennati, Virginio, Plinio, eloquentiâ, aut eruditione, quæ in his summæ, & consummatissimæ fuere, præponendum, sed ex utriusque linguæ Auctoribus, veluti ex omnium florum mixtura, pulcherrimum quoddam corpusculum effecisse, unde omnes institutiones Oratorias haurire possemus. Libri verò, qui Aristotelis nomine *de Rhetorica* circumferuntur, quos tamen ego non conjecturis solum, sed certissimis argumentis, Aristotelis puto non fuisse, quid habent, quòd Eloquentiam adjuvare possint? eos desidero tantopere à Fabio laudatos. Reliquorum omnium scripta de hac arte volumina equidem post Ciceronem, & Fabium, maximo intervallo posuerim. Rhetoricos suos Cicero ipse non probat; reliqui ejusdem Oratorii Libri eminentissima, & absolutissima opera, ornant magis, quàm instruant, neque se demittunt, ut Oratoris infantiam alere dignentur, Veteranis, quàm Tyronibus, accommodatiora. *Rhetorica Cornificii ad Erennium*, quæ falsò Ciceroni adscribitur, non modò Ciceronem non redolet, sed vix digna ipso Cornificio est. *Fabii Quinti Institutiones* ab ubere matris ad consummationem perducunt Oratorem, & omnibus filis, omnibus numeris constant, sed in plerisque monitoris, non docentis munus funguntur, remque aded difficilem congestis tot opinionibus reddunt, ut quasi per Oceanum navigantibus, Portus des-
pere-

{a} De hoc doctissimo Viro plura enunciai ad annum superius memoratum MCCCCLXXXII.

{b} Jacturam hanc, sanè defendam, redemit quingentis erogatis aureis Leo X. Summus Pontifex, primos quinque Libros, in Germania inventos, liberali dono tradens Philippo Beroaldo, ut illos typis vulgaret. Quid acciderit Alexandro Murtiano, qui eosdem secretò tunc recudendos Mediolani curabat, fusè narraui in Prolegomenis Cap. IV.

peretur. In *Consulto* exactissima eadem brevissima docendi ratio pueris sentitur, omnibus probatur aperte exposita, hoc solum desiderabunt homines, quod vitio temporum non ad unguem castigata edi potuit. Itaque haud inficiabor, me sæpe, ac multum addubitasse, an Impressoribus traderem, neque raritate Auctoris, pulchritudine materiæ, utilitate scholasticorum, sed tua sola auctoritate, quæ mihi pro ratione apud omnes obrectatores sufficiet, id ut facerem, adductus sum; tantum enim tibi tribuo, quantum nunquam M. Cicero Terentio Varoni; tantum debeo, quantum persolvere nunquam poterò; tantum amo, colo, & observo, quantum Decimus Lelius Scipionem, Agrippa Divum Augustum, Svetonius Plinium. Sub tutela, sub patrocínio tuo, felix, & invidendus semper apparui, cum abs te deflexi, allucinans, perditoque similis, & demum meis auspiciis, meo consilio, nihil optime suscepturus, aut absoluturus; idem auctoritate tua inductus, sententiâ permotus, consilio adjutus, ope innixus, præstare, & consummare grandia, ac sublimia quæque solitus. Olim cum Bononiæ naufragium meæ fortunæ omnes jam jam passuræ essent, subjectis humeris ab imminente exitio subduxisti; sed quid vetera merita in tot recentibus scrutor? Mediolanum vocatum multis, maximisque rebus ornati; tua suffragatione fratres mei immunitate donati, ego honestissimo Salario profiteor, certissimis, ac honestissimis Sacerdotiis cumlatus, quantum nec quidem venerat in mentem unquam optare: hæc beneficia Puteolanum nomen potuere in perpetuum sibi astringere. Ac tu non contentus, quotidie aliquid addis; nonne hoc gravissimo bello, quo tota Italia concutitur, vexatur, laceratur, tua singulari virtute, prudentia, auctoritate, gratia servati sumus? nonne ego post gravissimam offensionem, illustri Ludovico Sfortiæ tuâ operâ reconciliatus, non solum servatus, sed & in numerum amicorum receptus sum? hæc tu quantum mihi imputasti? Quin eodem animo, eadem liberalitate de toto humano genere quotidie benemereris; nam in maximo officio, in splendida administratione, & ad conflandas ingentes opes accommodatissima, in tanto rerum fastigio collocatus, Principum quidem gratiam, & indulgentiam alienis honoribus, & commodis experiris; rem familiarem nemo verè unquam dicere poterit abs te auctam. Fama, opinione, innocentia, candore vitæ, inter honestissimos, imò verò honestissimus, censu novissimus, aded facilius fuerit clavam Herculi, quàm Antiquario continentiam, & abstinentiam abstorfisse; Attilium enim, & Curium, & Cincinnatum imitatus, exiguis patrimoniis, sed summis virtutibus, clarissimos viros; contentusque tenui admodum Sacerdotio, qui & ipsum ne propensissimi Principis munus aspernari videreris, accepisti, ex tam longo Principum contubernio, ex tot honestissimis legationibus illam præclaram suppellectilem nactus, illas certissimas opes es adeptus, quod infinitos omni officiorum genere diceris juvisse, defendisse, ornasse, nemini unquam obfuisse; Unde, quod paucis admodum contigit, aucta gloria, superata invidia, Vale. (a)

Num. XCVII.

Ante Hymnos Callimachi Latinè redditos.

Ad magnificum ac nobilissimum Equitem Dominum Galeatium, Filium olim Gasparis Ambrosii Vicecomitem, (b) Jacobi Crucii Bononiensis Præfatio.

MAjores tui, Vicecomes ornatissime, perpetua, ac pene còntinenti ferie aut Mediolani Duces, aut Ducibus proximi, nunc toga, nunc armis, non modò hanc florentissimam, & undecunque uberrimam Patriam; sed magna ex parte Italiam, immo terrarum Orbem illustrarunt, unde factum est, ut passim Vicecomitum Tituli, Elogia, Trophæa, Signa, ac Monumenta clarissima spectentur. Genio namque heroico, invictæque, & herculeâ virtute suffulti, monstra suorum temporum sustulerunt, ac mala; Instituta ad hoc saluberrima ac publica commoda commenti, quacumque ratione mortales legibus, moribusque honestissimis juverunt, à Græcorum proverbio illo haud discedentes ἀνθρώποις ἀνθρώπων Δαίμωνιον. Quorum vestigia æmulatus, Juvenis optime, ac Nobilium humanissime, literis tum Græcis, tum Latinis assidue versatus, dum Romanæ eruditioni prodesse cupis, reliquosque tui ordinis veluti classico ad virtutis amorem, & hortari, & animare contendis; summovisti me, ut *hymnos Callimachi* Latinos facerem; quod primùm pertinacissimè recusavi, veritus, ne huic

(a) Multum mihi profuit hæc Epistola, ut vices prosperas, adversasque Francisci Puteolani, suo in Hist. mea loco enunciam. Quo autem tempore editus fuerit hic Liber, non obscurè indicant ea verba: *Hoc gravissimo Bello, quo tota Italia concutitur, vexatur, laceratur &c.*, iis enim designari arbitror expeditionem susceptam in Italiam à Carolo VIII. Rege Galliarum, ut Neapolitano Regno potiretur.

(b) Non impar fuit Patri Gaspari Ambrosio Vicecomiti, egregiis animi dotibus, atque Literarum amore, Galeatius filius; non secus enim, ac ille, de quo præclaram mentionem egi ad annum MCCCXCIII., doctorum Hominum patrocinium suscepit: delectus ideo in Mæcenatibus ab iis, qui labores suos in lucem edendos ejusdem nomini commendabant. Præter *Jacobum Crucium*, cujus hic Epistolam dedimus, *Hieronymus* etiam *Lucensis*, Ordinis Servorum. B. M. V. eidem dicavit Libellum suum de *Anima immortalitate*, editum Mediolani per Jo. Angelum Sinzenzeller anno MDXVIII., quem conscripserat, ut *Petro Pomponacio*, impudenter asserenti Animam esse mortalem, inconcussa tum rationis, tum Sacræ Scripturæ objiceret argumenta.

huic muneri impar succumberem . Expugnavit tandem pudorem , pertinaciamque meam frequens postulatio tua . Quid enim , mi Galeati honeste , tibi pernegarem , cujus beneficio , & liberalitate factum est , ut quemadmodum antea cum Latinis , sic nunc cum Græcis assidue immorari delectet ? Accinctus igitur ad opus , cum primum nonnulla parum feliciter vertere cœpisssem , pene Callimachus aliqua jam ex parte Latinus in spongiam incubuit : quod primum evenit , dum singula nimis fideliter interpretari frustra laboro . Horatii demum , ac Hieronymi præceptis respiciens , ne verbo verbum curarem reddere fidus interpres , in proposito vertendi Poëtæ perseveravi ; ut enim verissimè scripsit Gellius : Non semper enitendum , ut omnia in eum , quo dicta sunt , modum vertamus ; perdunt enim gratiam pleraque , si quasi invita , & recusantia transferamus . Occepi igitur quædam , quæ felicissimè Græcè composita sedent , pluribus verbis explicare , ac nonnulla sermone nostro quamvis fortè ambizioso expromere , paucissima admodum beatissimè conjugata , haud disjungenda putavi . Qua ratione integras dictiones Græcas interdum invenies , quarum significantiam proximis annotatiunculis , quas propediem (ita me Deus sospitet) editurus sum , studiosus Lector habebit . Utque , unde digressus sum , redeam , Opus non parvæ audaciæ me subuisse ingenuè fateor ; sed , ut ait ille : Alta secare virtutis est , magnarumque etiam rerum conatus laudabilis , etsi successus non adfuerit . Huc adde , quod , ut ait Fabius , honestus est error magnos Duces sequentibus ; nam , si parva licet componere magnis , Mantuanum vatem in *Homero* , ac *Theocrito* , quod quædam parum prosperè vertisset , legimus malè audisse . Cum plures etiam , ut ait Gellius , Comœdias Latinas scriptitarunt , quæ cum leguntur , nihil fanè displicent . At si conferas cum Græcis , unde illa venerunt , & singula alternis lectionibus committas , plurimum sordere , ac jacere incipiunt , quæ Latina sunt . Nostra igitur cum Græcis conferens , si me Callimachi splendorem , ac verborum felicitatem haud quaquam senseris affecutum , mirari desine . Haud ambigam tamen , quin curiosi elegantiora quærant , ac fortè velint nostra hæc casta , & pura calamistris inurere , sequi fuisse meliora daturus promittant ; quibus illud Horatii eleganter respondeat , ut sibi quivis speret idem . Sudet multum , frustra que laboret ausus idem : unde non immeritò Virgilius noster dicere solebat : difficilius fore Herculi clavam , quàm Homero carmen surripere . Hoc quoque à scribendo deterrere potuit . Invidia quippe , quæ semper magnarum rerum conatus deterrere , atque obrectare consuevit . Cæterum cum ipse mecum reputo , cum quibus illa contulerim , *Demetrio* scilicet , ac *Jano Placentino* Monacho , (a) Viris nunquam satis laudatis , eosque hæc nostra probasse . His veluti præsidii munitus , livorem facile despicio . Cumque etiam mecum voluto Callimachi materiam , Hymnos , laudes scilicet , & ornamenta Deorum , qui etiam ab omnibus , ut ait Euripides , laudari gestiunt : *ἰσοδύναμοι δούλων γίνεσθε . Τιμωμένοι χαίρουσι ἀνθρώπων ἐπὶ* . Nullum putavi , qui etiam mediocriter sapiat , futurum , qui velit Deorum hymnos , ac Laudes improbare , & quasi cum Diis ipsis contendere ; ut enim eleganter cecinit ipse Callimachus *καλον μακαριστον ἰσίζεν* . Accedit his omnibus patrocinium tuum , mi Galeatie , qui hastâ , & galeâ , necnon clypeo pugnabis pro defensione horum numinum , quæ hic celebrantur ; cum enim materia Callimachi , & argumentum sint Reges , & Divi , meritò hæc tibi nostræ lucubratiunculæ dicantur ; nam & Deos religiosissimè colis , sanguisque tuus nobilissimus à Regibus , & Heroibus deducitur , & propagatur . Quippe quod verissimum esse demonstrant tum corporis , tum animi tui cumulatissimæ , nobilissimæque dotes , nam præter dignitatem , promptitudinem , dexteritatem , ac præcipuas , ac indefessas corporis tui vires , prudens es ante annos , ingenio ardentissimus , atque omnia facilis obire . Memoria singulari , ac tenacissima , quam bonis artibus , & disciplinis continenter exerces , eloquentiâ eluces insigni ; rara præterea liberalitate fulgas , qua cum me nuper , tum cæteros studiosos prosequeris , ac bonarum literarum Professores , à magnanimo , & invicto Fratre tuo *Jano Gaspare* non degenerans , in quo ars , & natura certatim omnia ornamenta contulerant , necnon servans vestigia magnifici , & generosissimi Patris tui *Gasparis Ambrosii* , qui (ut cætera , & clarissima etiam *Τυράε* cognita prætermittam) , quod olim Romæ Titus apud suos , idem istuc Mediolani est affecutus , ut amor , ac deliciae Urbis vocaretur , cujusque sacrosancti Penates , perinde ac Lycæum , & Academia Regia Musarum , & Apollinis Templum metitissimè dicerentur . Superest , ut quoniam hac in præfatione multum evagati sumus , nostras vigilias qualescunque benignè suscipias , quæ tibi debent , quæque tuæ sunt ; quas cum tu veluti foetus tuos agnoveris , approbaverisque , doctæque iterum placuerint Academiae ; tuo fulti , Galeatie , tegumento , at patrocinio , candidorumque , ac bonorum iudicio securi , obrectatorum , ac malevolorum vuculas disperire sinemus . Vale decus , & præsidium meum .

In

[a) Editionem hanc , in qua non tantum annus , sed etiam locus impressionis desideratur , Mediolano adscribendam colligo à frequentibus stimulis Galeatii Vicecomitis , quibus se incitatum fatetur Jacobus Crucius , ut Græcos Hymnos *Callimachi* , in Latinam linguam translatos ad se mitteret ; hinc enim à Vicecomite Mecœnate , prælis nostris , in lucem eductos conjicere possumus ; præsertim cum ipse Crucius testetur , Literarium istum laborem à se commissum fuisse , ut vorum suum de illo proferrent , duobus Græci Idiomatis peritissimis Viris , *Joanni Monacho Placentino* , ac *Demetrio Calcondila* , qui certè Mediolani tunc debeant .

Num. XCVIII.

In calce

*Ejusdem Jacobi Crucii ad eundem Magnificum Equitem D. Galeatium Vicecomitem,
Coronis.*

HAbes, Vir magnifice, encomia, immo potius poëmaria, quam à me tibi deditissimo non modò frequentibus literis, sed quotidianis (ut ita dicam) conviciis efflagitasti, extorsistisque. Extorsisti inquam; ego enim semper corde, & animo tenens illa Flacci, ac Quintiliani vulgatissima præcepta, ne editio sit præceps, ne immatura; simulque illud Ciceronis ante oculos gestans, affirmantis, oportere, quæ scribuntur, æterna esse, non putabam quicquam temerè, & inconsultò in lucem proferendum. Veritus etiam hujus nostri seculi morosos Lectores, ac superciliosos, necnon sciolos, & Aristarchos, quibus fortasse nostra hæc pura, ac non fucata, & quasi simplicia minimè probabuntur. Ego tamen bonorum judicio fretus, qui facillè agnoscent argumentum hujusmodi Deorum: Quibus, ut ait ille, casta placent, non debuisse nisi casto sermone describi: desiderio tuo, ac meritè festinationi non dubitavi facere satis. Ingenuè tamen fateor, in quibusdam fortasse limæ laborem, & moram, cujus nos impatientes verissimè cecinit Flaccus, desideratum iri. Ceterum quemadmodum signum Parium, vel eburneum, vel ex auro, aut argento, aut ære conflatum, quamvis non exactum satis, neque ad unguem castigatum, suo tamen candore, ac materiæ præstantia delectat; ita ego contenderim, nostrum carmen qualecumque, materiæ saltem nobilitate, candidis, ac nullo livore suffusis, aliqua ex parte placiturum. In uno tamen Lectorem admonitum cupimus, ut si hos Hymnos legere cœperit, perlegat. Quod enim singula membra non poterunt, totum corpus præstabit. Vale decus meum.

T E A O Σ.

Num. XCIX.

Ante Librum Censorini de Die Natali, atque alia Opuscula.

*Reverendissimo Patri, Domino Stephano Porcherio, Episcopo Parisiensi, & Regio
Senatus Mediolani Præsidi,
Tristanus Calchus Mediolanensis, Secretarius Regius, Salutem.*

Solent officiosi clientes secundis Patronorum rebus lætari, & pro sua quisque facultate conceptam animo voluptatem muneribus declarare. Itaque, Pater amplissime, te nuper ad Parisiensis Ecclesiæ Pontificatum maximo hominum consensu evecto, quanto firmo gaudio affectus, etsi ex iis, quæ minuter exiguis domesticis obsequiis præstare potui, satis tibi exploratum est. Tamen sine munusculo prætereundum mihi non esse statui. Animo verò, studiisque tuis, & curæ, quam potentissimi Regis nomine in Nobilissima provincia sustines, peropportunum duxi trium Principum Vitas, quas adhuc vulgus non novit, rerum præclarè gestarum tradere. *Nerva* est, & *Trajanus*, & *Adrianus*, Romani Cæsares, quorum memoria apud Græcos diutiùs, quam Latinos, servata est. Hos ex Dione in Latinum vertit *Georgius Merula* Alexandrinus, utriusque linguæ vir eruditissimus. Tum *Censorini Grammatici*, qui per tempora Alexandri Mammeæ claruit, *de die Natali* Opus reconditæ eruditionis, quod injuriâ temporum exesum, ac mutilatum Philippus Beroaldus primò publicavit, & qualemcumque potuit latentis libelli copiam studiosis fecit. Mox alii, atque alii ad ejus exemplar impressere. Nobis proximis annis oblatus fortè est venerandæ antiquitatis codex, ex cujus collatione non solum dimidiata, atque integra sæpius verba reposuimus; sed longos versus, & plenas clausulas quindecim ex locis subtractas restituimus. Tum verò penitus redintegrasse, aut proximum archetypæ formæ fecisse visi sumus; cum tertiam partem capitis ejus, quod est *de Naturali institutione*, & tota illa *de Cæli positione: De Stellis fixis: De Terra*, & *principium Geometriæ* deprehendimus. Accedit *Conflagratio Vesevi montis*, rei miraculo fidem omnem egressa: quæ omnia accipias, quæso, eo animo, quo offeruntur, & qua fronte reliqua omnia admittis, legas. Bene vale.

Mediolani, Kal. Augusti, MCCCCCIII. (a)

Ante

(a) Cùm Tristanus Calchus, claræ apud nos memoriæ, ob inceptam circa annum MCCCCXCVI. Rerum Mediolanensium Historiam, emendatiorem illâ, quam Georgius Merula, ejusdem Præceptor, considerat, nusquam à me celebrandus occurrerit, piaculum duxi, omittere Epistolam, præfixam hisce Opusculis, paulò post evolutum Seculum XV. ab ipso vulgatis; ejusdem namque non tam elegantia Latini Sermonis, sed etiam diligentia in eruendis à pulvere, in quo jacebant, insignium Scriptorum Operibus, comperta Lectoribus fieri. Præter verò enunciatis à Tristano Libellos, isti etiam in eodem impresso Codice adnexi reperiuntur: *Cebetis Thebani Tabula: Plutarchi Libellus de differentia inter Odium, & Invidiam: Basilii Oratio de Invidia, & ejusdem Epistola de Vita Solitaria*. Caret loco, & Typographo, hæc Editio in 4. sed ex Symbolo Jo. Jacobi, & Fratrum de Legniano Mediolanensium Impressorum, dilucidè Mediolanum, & Typographi indicantur.

Num. C.

Ante Bonini Mombritii, Poëtæ Mediolanensis, Trenodias in Funere
Illustrissimi qu. D. D. Galeaz Mariæ Sfortiæ.

*Ad Magnificum Jurisconsultum D. Joannem Jacobum Balsamum,
Ascaleon Vallis.*

Inspectum aliquando leviter *Mombritii* libellum, fortè proximis diebus retractavi. Variè dum fuit in manibus, affectus sum. Ingenio, curaque Operis delectabar; recordatione autem ejus vitæ, fortunæque præcipuè commovebar. Vir enim omnino piissimus, & excellentissimus in omni ferè vita perpetuis fortunæ plagis oblitus est. Ex quo quasi stupeo, quam mente poemata illa conciperet, quæ & *Momidos* libros duodecim, & *Dominicæ Passionis* Iex, & *de Fortuna* decem absolvit; quos, si ocio abundans, insigniùs exacturus fuit. Doleo, juxta illum ingenii æstimatione apud posteros carere. Sed hîc me monuit cogitatio, nondum ab injuriis fortunæ tutum esse optimi Vatis honorem; nam, ut foetum aliquem ea in vita procreavit, sic eâdem urgente non adhuc difficile est aboleri. Fortasse enim hoc unum, quod asservabam, exemplar supererat; quo circa (quod possem) ei subvenire animum induxi; plures enim sanè casus effugiet, quo plura diversis in locis condita fuerint exemplaria. Jucundiùs deinde quoque propositum fuit, quod tibi omnino quantumcumque gratificari ratus sum; siquidem unus Civitatis nostræ ingenia (si quæ delectu non indigna sunt), præter ceteros, singulari studio amplecteris; Ipse autem Mombritius, quemadmodum se in comparatione habeat cum ceteris ætatis nostræ studiosis, vis judicii tui viderit. Vale. (a)

(a) Miseram eadem Galeatii Mariæ Sfortiæ Ducis Mediolani, à conjuratis trucidati in æde S. Stephano sacra, quamplures illius ætatis Oratores, ac Poëtæ profecuti sunt juxta commiseratione, ac laudibus Principis nostri tam indignè & vis sublati. Inter ceteros Boninus Mombritius duos Libellos Heroico Carmine condidit, quibus *Trenodiarum* nomen attribuit. Hi ociofi jacuerant in scriniis privatis, longo post *Mombritii* obitum tempore, donec *Ascaleon Vallis* egrè ferens, nobile hoc Opus ignotum, ac neglectum relinquit, typis *Alexandri Minutiani* typographi nostri vulgandum. tradidit in 4. anno MDIII. die secundo mensis Martii. Quanta legentium voluptate exceptum fuerit, conijcere possumus ex raritate exemplarium, quæ ad nos pervenere; siquidem Jo. Baptista Blanchinus uno eorumdem potitus, manu propria transcribendum decrevit, ne iterum pulcherrimi hujus Operis memoria periret. Id autem eum reliqua omni Literaria suppellectile Cœnobio S. Ambrosii Mediolani postremis voluntatis suæ Tabulis legavit. Quamvis verò limites à me statutos Literariæ Historiæ Mediolanensis, Epistola hæc prætergrediatur, eam omittere nolui eam eadem nonnulla decerpserim, quæ ad illustrandam Bonini Mombritii memoriam opportuna videbantur.

EPISTOLARIS AUCTORITAS, IN HIS PRÆSERTIM, QUÆ AD CONSIGNANDA
CERTA TEMPORA SPECTANT, SENTENTIA OMNIUM,
OMNIBUS EST PRÆFERENDA.

Baronius Tom. XI. Annal. ad Ann. MLXXIV. fol. 458. Edit. Rom. Anni MDCV.

CATALOGUS

LIBRORUM,

QUI MEDIOLANI EDITI FUERE

AB ANNO MCCCCLXV. USQUE AD MD.,

CHRONOLOGICA SERIE DIGESTUS.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
540 EAST 57TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637
TEL: 773-936-3000
WWW.CHICAGO.EDU

ERUDITO LECTORI.

M Etam Typographicæ Mediolanensis Historiæ proximè jam tandem spectamus; cum nihil ad eam attingendam desit, nisi Libros depromere, qui Seculo XV. prælo commissi, in hac Metropoli lucem publicam conspexere. Id lubenter aggredimur, candidè tamen profitentes, ambitione aliqua nos minimè duci ad Literariam hanc suppellectilem palàm explicandam; acsi Civitas nostra, quæ plurimis adinventis rebus summo ingenio, industriâque (ut in Prolegomenis ostendimus) nascentem Typographiam, rudibus fasciis involutam, expolivit, exornavitque; eandem quoque adultam, sæcundamque reddiderit, impressorum Codicum ubertate. Facile hujusmodi gloriam concedimus præclarissimis Urbibus, Romanæ, Venetæ, Parisiensi, quæ insignium Virorum, ac Bibliopolarum laboribus, tot suppetias excelsæ huic Arti attulere, ut copid editionum brevi tempore paratarum, opulentum Literis patrimonium constaverint. Uno tantùm Impressore, Antonio Zaroto, incæptum est Mediolani typographicum opificium, quod non interrupto Annorum cursu, à nobis descripto, multiplicatis subinde Artificibus, usque ad extremum illius Seculi, Officinas nostras editis Libris implevit; duo enim Typographi Pannartz, & Sweynheim, à quibus, quinquennio antea, excusam fuisse apud nos Historiam Augustam opinati sumus in Prolegomenis, unico eo typographico vestigio Mediolani relicto, ad Sublacense Cænobium profecti, Lactantium Firmianum ibidem impresserunt Anno MCCCCLXV., ac postmodum Romæ domicilium fixere. Itaque in hoc vulgando Librorum Catalogo, non aliud contendimus, quàm detergere notam desidiæ, nobis innocenter iniustam à Scriptoribus Typographicæ Historiæ, qui raros admodum Mediolani excusos per id tempus Codices Annalibus suis inseruerunt; parum namque edocti de nostris Bibliothecis, eos tantummodo descripsere, quos in remotis ab hac Urbe pluteis, oculis obvios habuerant. Liberatior fuit in Mediolanensibus referendis editionibus P. Pellegrinus Antonius Orlandus in suo de Typographiæ Origine Libro; sed quamplures, ob amicam inter nos nexum, tum titulos earumdem, tum nomina Typographorum, à me transmissa receperat; ceterùm eadem cum reliquis, de hac re agentibus, ignorantia laborabat. Altera etiam de causa, quicquid in ista Metropoli impressum tunc fuerit, evulgamus, ut nempe conceptam à Jo. Alberto Fabritio falsam opinionem refelleremus, qua constanter asserbat, nullum de Jurisprudencia Volumen imprimi Mediolani cæpisse, nisi post Seculum XV.; quo namque numero de universa ea facultate Libri magnæ molis excusi Mediolani prodierint, Catalogus iste docebit. Immo commissam fuisse usque ab Anno MCCCCLXXII. hanc provinciam Petro Antonio, & Nicolao de Brugniis Fratibus, dictis de Castelliono, Libros in Jure Civili, & in Medicina, & Jure Canonico, tribus, vel etiam pluribus torcularibus imprimendi, legimus in publicis Tabulis Societatis, initæ anno eodem inter hujus Artis Cultores, quas superius vulgavimus.

Mirum mihi quandoque visum est, de procudendis Sacris Bibliis, tum Veteris, tum Novi Testamenti, nullam fuisse curam Civibus, ac Typographis Mediolanensibus, vixque inter tot impressos Codices, quos hic numerabimus, reperiri ad Annum MCCCCLXXVII. Commentarios in Psalmos à Gabriele Brebbia, & Psalterium Græco-Latinum à Johanne Craſtono Carmelitani Ordinis Monacho ad Annum MCCCCLXXXI., publica fuisse luce donata. Id autem ea de causa factum arbitratus sum, quod cum aliis ab Urbibus, Romæ præsertim, ac Venetiis, amplissimam hujus generis Exemplarium messem, studiosis Rerum Sacrarum Viris jam oblatam viderent, reliquarum Artium Liberalium, ac Scientiarum commodo augendo, prælis suis insudaverint. Atque in hac re plurimum laudandam reor consuetudinem, in Librarias nostras Officinas tunc inductam, quod nempe Impressores, non promiscuè quicquid typis committendum occurrebat, amplecterentur, sed distributis veluti inter ipsos classibus, alii Poëticis rebus, alii Oratoriæ facultatis, Jurisprudentiæ, & Medicinæ Libris edendis operam darent; ea enim quantum proficua foret, ut facilius, ac emendatiùs Libri evulgarentur, in Prolegomenis Cap. IV. adnotavi. Statutum lege id fuit, cum primò descriptæ sunt Tabulæ fœderis, superius memorati: at cum triennio tantùm Societas illa perduraverit, arbitrio cujusque Typographi relicto est, ut Literarias, quas vellet, merces depromeret. Nihilominus in morem transit nobile hoc consilium, quo Mediolanenses Opifices invulgandis materiæ sibi adoptatæ Libris, diligentiam, typosque frequentiùs impenderunt, quemadmodum in pervolvenda Editionum nostrarum serie, Lector animadvertes.

Ut verò de Catalogo earumdem aliqua disseramus, illum inchoavimus ab Anno MCCCCLXV.; quamvis enim nullum ad nos pervenerit Exemplar Historiæ Augustæ, prædicto Anno Mediolani impressæ, securum tamen testimonium Claudii Salmasii produximus in Prolegomenis Cap. III., qui Librum hunc typis nostris impressum inspexit, contrectavitque, tempus accuratè designans, quo in hac Metropoli prælum subierat. Duos etiam alios Codices adjunximus, ex Officinis nostris in lucem emissos Anno

MCCCCLXIX., testimonium Cornelii à Beughem, & Jo. Alberti Fabricii, eorum referentium absque Typographi nomine, interponentes. Reliquos, usque ad Seculum XVI., aut oculis propriis illustravimus, aut ab Amicis fideliter indicatos, in Literarium hunc censum retulimus. Inops sanè fuit sub initium Mediolanensis Typographia, non secus ac sub medium temporis à nobis statuti; sed causam raritatis Codicum impressorum alibi jam assignavimus, præsertim Anno MCCCCLXXXV. & sequenti, quibus Pestis acerrima, absumptis ferme centum millibus Civitatis nostræ Incolarum, Gymnasiis, ac prælis triste silentium indixerat. Dissimulare nequeo, plures in hoc Catalogo Libros recenseri, fuitiles, ineptosque; sed, præter quàm quod commune hoc fuit ceteris etiam Urbibus infortunium, Metropolis nostræ in typographicis rebus decus satis superque fulciunt tot Libri nitidissimis caracteribus excusi, atque Opera veterum insignium Scriptorum, aut à sordido tinearum commercio, & tenebris, primùm apud nos in plenum diem aduèta, aut summo impendio, laboreque ita illustrata, ut novum veluti vultum induere viderentur: quæ omnia in Liter. Hist. singillatim exposui. Non incongruum quoque censui, Chronicas impressionis Notas recubere, à Typographis tunc affixas calci Librorum; licèt namque passim rudè, incultoque Latino, atque Italico sermone conceptæ, risu, ac sibilis excipi possint; non rarò tamen aliquid, Historiæ illorum temporum securo calculo digerendæ, opportunum exhibent, nomenque, ac memoriam ad nos transmittunt plurimum, qui vel Sanguine clari magnis edendis voluminibus, ære proprio, commodum præstiterunt, vel studio, diligentiaque in id incubuere, ut ad fidem manuscriptorum Codicum castigatis Libris, purioris supra ceteras editionis laudem præla Mediolanensia consequerentur. Epigrammata etiam nonnulla, à doctis Viris elucubrata, quæ in Operibus tunc impressis legebantur, adjicere placuit, ut quantum, eâ tempestate, Latina Poesis coleretur, atque eniteret, posteris innotescat. Superest edocendum, cur in isto Catalogo Libri non pauci Asterisco * signentur; hoc autem indicio te admonere, Lector, volui, quæ fuerint editiones manu mea evolutæ; cum de reliquis nonnisi integritatem, & fidem aliis Scriptoribus, Amicisque debitam, valeam proferre. Plura fortasse adhuc latebunt, quibus & Codicum impressorum numerus, & literaria Mediolanensis Historia pinguior fieri potuisset. Verùm me in hanc aleam conjeci, eadem illa ineluctabilis sortis expectatione, qua Nautæ, divitiis comparandis inbiantes, ignotos Pelagi sinus pervadunt, securi se numquam id consecuturos, ut è latebris scopulorum Uniones omnes eruere, aut opes, quas aværum mare tenaci obvolvitur arena, valeant expiscari. Nihilominus pretio suo minimè arbitror carituram hanc seriem Librorum, quam longo labore collectam, oculis omnium spectandam exhibeo; inde enim compertum fiet, nobilium, & doctorum Hominum curâ, sumptibusque effectum fuisse, ut ad incrementum studiorum Mediolanensium, nihil selectiorum Operum, aureæ præsertim ætatis, Seculo illo deesset, pluresque celebrium Auctorum Libros primò Mediolani prodisse, quos Historia typographica Conditores multo post tempore impressos, veluti Principes editiones, aliis Urbibus adscripsere. Sed jam calamum contrabo, veniam enixè rogans, si permulta inconcinnè exposita in universo hoc Opere Lector offendet; neque enim ea mihi fuit ocii libertas, quæ omnia ad exactam trutinam revocare possem, spongiæque, & limæ sedulò adhibitis, literarium istum tenuis ingenis mei sætym ita perpolire, ut conspectum Virorum, consummata eruditionis & eloquentiæ laude, hoc suo florentium, minori ferret verecundia.

DLIX

CATALOGUS LIBRORUM MEDIOLANI EDITORUM SECULO XV.

ANNO MCCCCLXV.

Historiæ Augustæ Scriptores sex, Ælius Spartianus, Julius Capitolinus, Ælius Lampridius, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, & Flavius Vopiscus. (a) Mediolani 1465.

ANNO MCCCCLXIX.

Aratoris Subdiaconi Poësis, de insignibus Apostolorum Actibus, in 8. (b) 1469.

Illustrium Virorum Epistolæ in fol. (c) 1469.

ANNO MCCCCLXX.

Terentii Comœdiæ VI. per Antonium Zarotum (d) 1470.

Festus Pompejus de Verborum Significatione, in fol. (e) 1470.

Horatii Opera, in 4. per Antonium Zarotum. (f) 1470.

ANNO MCCCGLXXI.

* Pomponii Melæ Cosmographia, in 4. per Antonium Zarotum. (g) 1471.

Festus Pompejus, de Verborum Significatione, in fol. per Antonium Zarotum. (h) 1471.

ANNO

(a) Quæ adduxerim ad vindicandam Mediolanensi Metro- poli hanc gloriam, vide in Prolegomenis, Cap. III., & in Annotatione ad Epistolam Bonaccursii Pisani fol. CCCCLVI. De Aus. Hist. Scriptoribus fusè agit Joannes Albertus Fabricius in Bibl. Latin. Tom. I. pag. 546. & seqq., & Tom. III. in Supplemento pag. 83. edit. Hamburgi anni 1722. ubi tradit, geminam Mediolanensem hujus Codicis impressionem, alteram anni 1465., & alteram decennio post, curatam fuisse à duobus Literatis Viris Bonaccursio Pisano, & Bonino Mombritio. Claudius Salmasius in Præfatione ad Com- mentarios suos in Historiam Augustam, describens hanc editionem Mediolanensem ait, ignotum sibi esse, quis primus Auctores ejusdem in unum collegerit; quod certe ignorare non potuisset, si Mombritii, seu Bo- naccursii Pisani nomina vidisset, quibus adscribitur gemina hæc editio, ut refert Fabricius. Verisimile- tamen est, in MS. Codice, quo usi fuere memorati Mombritius, & Bonaccursius prædicta Opera, alio- rum curâ, jam simul coaluisse, adeoque Salma- sium loquutum fuisse non de Curatoribus editionis, sed de primo Auctore, qui dispersa veterum Scripto- rum Monumenta in unum Corpus redegerit.

(b) Adnotatur hæc editio à Jo. Alberto Fabricio Tom. III. Biblioth. Latin. pag. 307., qui locum etiam indicat, ubi, cum ea scriberet, servabatur, nempe Bibliotheca Barberinam.

(c) Hujus Libri notitiam vulgavit Cornelius à Beughem- in suis *Incunabilis Typographia*, eumque reperiri in Bibliotheca VViziana, scribit Michaël Maittaire Tom. I. Annalium pag. 66. in notis sub lit. C.

(d) Quandoquidem hanc Editionem non vidi, testimonio utor Jo. Alberti Fabricii in Biblioth. Lat. Tom. II., & Michaëlis Maittaire in Annalibus Typographicis ad hunc Annum, qui pag. 70. ita in calce impressa esse scribit: *Hoc opus quam diligentissime recognitum, Joannes Legnanius imprimi curavit Mediolani, operâ, & impendio suo per Antonium Zarotum MCCCCLXX. XIII. Martii.* Comœdiarum nomina, quæ in hoc Libro continentur, recitat P. Pellegrinus Antonius Orlandus in Appendice ad Libram de *Origine Typographia*

pag. 414. nempe: *Andria, Hecyra, Heautontimorumenos, Eunuchus, Phormio, Adelphi.* Clarissimus Eques Comes Antonius Simonetta, cum Londini moram traheret, hunc Librum vidit in Bibliotheca Comitum de Pembrok.

(e) Cornelius à Beughem de *Incunabilis Typographia* pag. 19. hæc nobis editionem assignat.

(f) Cum editio ista careat omni nota loci, anni, & Typographi, non ausus fuissim illam Mediolano adscribere, nisi animum mihi adjecisset auctoritas Michaëlis Maittaire, exteri hominis, qui collatis characteribus hujus Libri cum aliis Antonii Zaroti, eundem esse parentem hujus factus non immerito est opinatus pag. 72. lit. F., eique non refragatur Jo. Albertus Fabricius Tom. I. Biblioth. Lat. pag. 326., non secus ac P. Orlandus loco laudato pag. 146. Verba Maittaire jam retuli in mea Hist. Liter. sub Anno memorato, una cum Epigrammate, in calce ejusdem Libri impresso.

(g) Editionis hujus exemplar, quod in Ambrosiana Biblio- theca servatur, caret nomine Impressoris; sed pro- cul dubio ab *Antonio Zaroto* impressum fuit, cum per illud tempus Mediolanensem Typographiam solus ipse exerceret. In calce ita signatur: *Mediolani, septimo Kalendas Octobres, Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.* Hæc editio, quæ prima est, malè ab Isaac- co Voffio translata est ad Annum sequentem, quo illam refert Albertus Fabricius Tom. I. Biblioth. Lat. pag. 345.

(h) Character Romano nitidissimo, lato margine, & char- tâ optimâ, exrat apud me, sine titulo, Præfatione, numeris paginarum &c. Desunt Græcæ voces, lacu- nis relictis, calamo implendis, sed additâ voce La- tina, quæ Græcam explicat. In calce:

Laudetur Christus per quinque foramina Jesus.

F. Pompeji Liberi expletus est Mediolani, tertio Nonas Au- gustas, Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, ad bonerem, & laudem Illustrissimi, ac Invidiosissimi Galeaz Maria, Mediolani Ducis Quinti, & Ducatus sui Anno quinto. Caret nomine Typographi, sed ex caractere aperte dignoscitur, fuisse Antonium Zarotum.

ANNO MCCCCLXXII.

- Joh. Francisci Poggii Facietiarum Libri, in fol. (i) 1472.
Georgii Trapezuntii, de partibus Orationis ex Prisciano Compendium, in 4. (k) 1472.

ANNO MCCCCLXXIII.

- * Æneæ Silvii, postea Pii Papæ II., Epistolæ, in fol. (l) 1473.
* Simonis Genuensis Synonyma in fol. (m) 1473.
Serapionis Liber aggregatus in Medicinis Simplicibus, translatio Simonis Januensis, interprete Abraha Judæo Tormosensi, de Arabico in Latinum, in fol. (n) 1473.
Opere di Dante col Commento di Benvenuto da Imola, in fol. per Antonio Zarotto (o) 1473.
* Francesco Petrarca, Canzone, e Trionfi, in fol. per Antonio Zarotto (p) 1473.
* Heben Mesue Liber de Consolatione Medicinarum Simplicium Solutivarum, in fol. per Magistrum Philippum Lavaniam (q) 1473.
* Omniboni Leonici de Verfu Heroico Liber, in 4. per Antonium Zarotum (r) 1473.

ANNO MCCCCLXXIV.

- * S. Ambrosii de Officiis, & Opuscula cum ejusdem Vita, in 4. per Christophorum Waldarfer Ratisponensem (f) 1474.
* S. Basilii de Liberalibus Studiis, & ingenuis Moribus Liber, per Leonardum Aretinum ex Græco in Latinum conversus.
* Petri Pauli Vergerii Justinopolitani de ingenuis Moribus, ac Liberalibus Studiis Liber.
* Georgii Trapezuntii de partibus Orationis ex Prisciano Compendium, in 4. (t) 1474
* Q. Ho-

- (i) Cornelius à Beughem in *Incunabulis Typographia* pag. 111. De Poggio Florentino, ejusque MSS. in Bibliotheca Ambrosiana servatis; differunt in Literaria Historia ad hunc Annum.
- (k) Extat in Bibliotheca Cœnobii S. Augustini Urbis Cremenensis. In calce legitur: *Mediolani MCCCCLXXII.* sine Typographi nomine.
- (l) Hujus editionis exemplar servatur in Bibliotheca Ambrosiana, continens Epistolas, numero quinquaginta duas, quas ad Apostolicam Sedem promotus conscripsit. Caret Præfatione, ac Nuncupatoria; Index autem Epistolarum in calce legitur, post quem ista sequuntur: *Opus impressum Mediolani per Magistrum Antonium de Zarotis Parmensem MCCCCLXXIII. Mæj XXV.* caractere Romano nitidissimo. Opera MSta doctissimi hujus Pontificis, quæ Ambrosiana Bibliotheca custodit, vide in Hist. Liter. ad hunc Annum.
- (m) Extat in Bibliotheca S. Martii Græciarum Mediolani, chartâ optimâ, & caractere Romano. In calce adnotatur: *Opus impressum Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem, Anno Domini MCCCCLXXIII. die Martis, III. Augusti.* Post titulum in fronte Libri legitur Epigramma, quod jam retuli in Hist. Literaria ad hunc Annum, ubi de Simone Genuensi nonnulla produxi. Epistolæ, quæ ibidem jacent, suo loco reculsæ sunt in hoc Opere.
- (n) Extat in Bibliotheca Cœnobii Cremenensis S. Augustini, caractere optimo Romano. In calce: *Opus impressum Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem, Anno Domini MCCCCLXXIII. die Mercurii, III. Augusti.*
- (o) Apud Maittaire folio 104., & P. Orlandum pag. 320. MSta Opera Dantis Aligherii, quæ in Ambrosiana Bibliotheca reperiuntur, recenset in Hist. Literaria ad hunc Annum.
- (p) In calce: *MCCCCLXXIII. impressum per Antonium Zarotum Parmensem.* Caractere optimo Romano. Extat in Bibliotheca Comitum Philippo Archiati,
- (q) Codex caractere Romano, cum abbreviaturis frequentibus, paginis in columnas divisus, servatur in Bibliotheca S. Victoris Monachorum Congregationis Montis Oliveti hujus Urbis. Caret numeris, & Præfatione. In calce leguntur hæc verba: *Explicit Opus Heben Mesue, impressum per Magistrum Philippum Lavaniam, & correctum, ac diligenter examinatum per egregios Doctores Almi Collegii Mediolani Anno Domini MCCCCLXXIII. die III. Augusti, regnante Illustrissimo D. D. Galeaz Maria Viscomite &c. Duce Mediolani quinto.* Sequitur in eodem Codice Petri Aponi *edici clarissimi in Librum Jobannis Mesue Additio*, elegantissimo caractere, qui videtur Johannis VVurster; sed Codex ille mutilus est in fine.
- (r) Caractere Romano nitidissimo, relicta lacunis, ubi Græcæ voces imprimendæ erant. In calce: *Opus impressum Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem. 1473. die 25. Octubris.* Extat apud me.
- (f) Servatur in Bibliotheca Ambrosiana. Caret Nuncupatoria, Præfatione, numeris paginarum, & Indice. In fine legitur hoc Tetrasticon:
*Nellar, & Ambrosiam, celestia munera quaris,
Hoc Sanctum Ambrosii perspicis Lector Opus.
Arida qui tali compleverit ora sapore,
Non sitiet, nullam sentiet ille famem.*
Impressus Mediolani per Christophorum Waldarfer Ratisponensem, MCCCCLXXIII. die VII. Januarii.
- (t) Tres istos Codices simul compactos inveni, eodem caractere optimo Romano excusos, ita ut eodem Anno prælo dati credi possint; fortasse Cola Montano curante, ad quem legitur data Georgii Trapezuntii Epistola, ut juventutem Mediolanensem facilius eloquentis præceptis inbituere posset. Carent nomine Typographi, titulis, numeris paginarum, & Indice. In calce: *Impressum Mediolani Kal. Februarii MCCCCLXXIV.* De Georgio Trapezuntio, & Cola Montano, vide quæ scripserim in Hist. Liter. ad hunc Annum.

- * Q. Horatii Flacci Venusini Opera omnia, in fol. per Antonium Zarotum. (u) 1474.
- * Justinii Historia Trogi Pompeji, in fol. per Antonium Zarotum. (k) 1474.
- * Virgilii Opera cum supplemento Vegii, Priapeia, & aliis Opusculis, in fol. per Philippum de Lavania. (y) 1474.
- Salustii Chrispi Historici clarissimi de Catilinæ conjuratione. Accedit de Bello Jugurtino, in fol. per Antonium Zarotum. (z) 1474.
- * M. Tullii Ciceronis Rhetorica ad C. Herennium, in fol. per Antonium Zarotum. (a) 1474.
- * — — — — de Officiis, in fol. per Antonium Zarotum. (b) 1474.
- * Bartholomæi Caymi Interrogatorium, seu Confessionale, in 8. per Christophorum Waldarfer. (c) 1474.
- Acronis Comment. in Q. Horatii Flacci Opera, in fol. per Antonium Zarotum. (d) 1474.
- * Apollinaris Offredi in Libr. Aristotelis Comment. in fol. per Philippum de Lavania. (e) 1474.
- * Pauli Veneti Summulæ, seu Logicæ Institutiones, in 4. per Christophorum Waldarfer. (f) 1474.
- Joannes Marlianus de Caliditate, in fol. per Antonium Zarotum. (g) 1474.
- Juvenalis, & Persii Satyræ, in fol. per Antonium Zarotum. (h) 1474.

Ovidii

(u) Michaël Maittaire refert hunc Librum, sed sine chronicis notis in fine, quæ ita leguntur in exemplari apud Joseph Smith: Anno à Natali Christiano 1474. die 16 Martii, divo Galeazio Maria Sfortia Vicecomite, Insubrium, Ligurumque quinto Duce feliciter regnante, Antonius Zarotus Parmensis cuncta Opera Quinti Horatii Flacci Venusini, non indiligenter emendata, V. Carminum Libros, IV. Epodon, Carmen Seculare, de Arte Poëtica Librum I., Sermonum Libros II., Epistolarum Libros II. eleganter, atque fideliter impressit. Quisquis hæc coemerit, nunquam penitebit.

(k) Optimo caractere cufus hic Liber, absque titulo, Præfatione, ac numeris paginarum, hoc clauditur Tetraſtico:

*Historias veteres, peregrinaque gesta revolve,
Justinus, lege me, sum Trogus ipse brevis;
Quam manus Antonj Zarotto sanguine creti
Impressit solers, Insubribusque dedit.*

Justinii Historici clarissimi in Trogi Pompei Historias Liber XLIV. feliciter explicit, MCDLXXIV. Idibus Junii. Editus jam fuerat hic Liber Venetia Anno 1470. per Nicolaum Jenſon, adjecto hoc postremo Dyſticho:

*Me Gallus Veneta Jenſon Nicolaus in Urbe
Formavit, Mauro Principe Christophoro.*

Zarotus retentis primis versibus, postremos duos commutavit, ut supra retulimus. Extat in Bibl. Archiepiscopalis.

(y) Caractere nitidissimo, Romano; absque numeris paginarum &c. In calce: *Mediolani impressum per Magistrum Philippum de Lavania MCDLXXIV. die XIV. Junii.*

(z) Editio in mediocri folio, nitido, rotundoque caractere compacta, & cum amplo margine, absque numeris paginarum. In calce: *Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem MCDLXXIV. die IV. mensis Augusti. Apud Joseph Smith.*

(a) Romano optimo caractere, absque numeris paginarum, Indice, &c. In calce: *Opus impressum Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem, MCDLXXIV. die XII. mensis Augusti.*

(b) Refertur à Maittaire fol. 108. & à Caille fol. 31.

(c) Caractere abbreviato, sed nitido, absque numeris paginarum, & Indice. In calce: *Mediolani per Christophorum Waldarfer MCDLXXIV. die XXIX. mensis Septembris. Epigramma adjectum retuli in Hist. Liter. ad hunc Ann., ubi de hoc Bartholomæo mentionem egi.*

(d) In fine Editionis ita legitur: *Acronis Viri quædam doctissimi Commentaria quam diligenter emendata in Q. Horatii Flacci Opera, per Antonium Zarotum Parmensem Mediolani impressa MCDLXXIV. Idibus Sextilibus. Apud Smith.*

(e) Caractere rotundo, optimoque, sed Gothico, sine titulo, numeris paginarum &c. Extat in Biblioth. Archiepiscopalis. Inferitur Tabula Questionum primi Libri, quæ sunt num. IX., secundi, quæ sunt XXXVIII., & tertii, quæ sunt XXXII. In calce: *Et sic est finis Questionis, & consequenter totius Codicis, impressi Mediolani per Magistrum Philippum de Lavania, MCDLXXIV. die Jovis XIII. Octobris. Ad laudem Omnipotentis Dei. Amen.*

(f) Caractere Gothico, satis nitido, sine titulis, numeris paginarum, Indice &c. In calce legitur Epigramma, à Bonino Mombritio compactum, atque à me retulatum in Hist. Liter. ad hunc Ann., in quo Christophorus Waldarfer Typographus nominatur. Chronica nota subsequitur: *Anno Incarnationis Domini MCDLXXIV. die vero decimaquarta mensis Decembris Mediolani impressum. Extat in Coenobio FF. Minorum Observantia S. Mariæ Pacis.*

(g) Extabat olim in Bibliotheca Serenissimi Principis Eugenii à Sabaudia. De Joanne Marliano præclaras laudes, tum Familia, tum ingenii, publicas fecit Bartholomæus Curtius in Libro Italico, inscripto *Notizie de' Medici Milanesi*. In Appendice vero ejusdem Libri, additâ à Clariss. Joanne Sitono, memoratur, Marlianus hunc delectum fuisse à Republica Mediolanensi post obitum Philippi Mariæ Vicecomitis, ut in Generali Studio Mediolanensi Medicinam, & Astrologiam doceret, stipendio Florenorum. CC. assignato, Anno MCDXLVII. Eiusdem mors contigit Anno MCDLXXXIII. ideoque Editio hæc peracta est, ipso vivente.

(h) Extat apud FF. Minores Observantia Curtis Majoris in Agro Placentino. Hujus Editionis meminit Emin. Cardin. Quirinus in Libro de Brixiana Literatura pag. 127.

DLXII CATALOGUS LIBRORUM

- Ovidii Nasonis Heroidum Libri, in fol. per Antonium Zarotum. (i) 1474.
 Terentii Comœdiæ, in fol. (k) 1474.
 * Matthæi Sylvatici Pandectæ Medicinæ, in fol. magno per Joannem Wurster de Campidonia. (l) 1474.

ANNO MCCCCLXXV.

- * Augustini Dati Senensis Isagogicus Liber in Eloquentiæ præcepta ad Andream Christophorum filium, in 4. apud Lavaniam. (m) 1475.
 * Missale Ambrosianum, in fol. per Antonium Zarotum. (n) 1475.
 * Ovidii Metamorphoses, in fol. per Philippum de Lavania. (o) 1475.
 * Libro della Consolazione delle Medicine Semplici solenni, il quale faccia Giovanni figliolo di Mesue, in fol. apud Joannem Wurster. (p) 1475.
 * Historiæ Augustæ Scriptores, in fol. per Philippum Lavaniam. (q) 1475.
 * Ælii Spartiani de Vita Adriani Imp.)
 * Eutropii de Romana Historia Libri X.) in 4. per Philippum de Lavania. (r) 1475.
 * Pauli Diaconi de Rom. Historia Libri VI.)
 * S. Augustini Confessiones, in 4. per Joannem Wurster. (s) 1475.
 * Cautelæ famosissimi J. U. Doctoris D. Bartholomæi de Cepolla Veronensis, in fol. magn. 1475.
 Eiusdem de Serviutibus per Christophorum Waldarfer. (t)

Valerii

(i) Extat apud Comitem Scipionem Bosellum, Legionum Gallicarum Locumtenentem Marefcallum.

(k) Extat apud eundem, sine Typographi nomine.

(l) In calce: *Impressum per Magistrum Joannem Wurster de Campidonia. Anno Domini MCDLXXIV.* Cur Editionem istam Mediolano vendicaverim, vide quæ scripsi in Prolegomenis pag. 99. & in Hist. Liter. ad hunc Annum. Extat in Cœnobio Sancti Victoris Mediolani.

(m) Caractere rotundo nitidissimo, absque Indice. Præcedit Epistola Bonaccursii Pisani ad magnificum Equitem auratum, & sapientiss., ac primum Ducalem Secretarium Cicchum Simonetam, quam dedimus suo loco. In calce: *Mediolani impressum per Magistrum Philippum de Lavania 1475. die 18. Martii.* Extat apud me.

(n) De hac Editione, quæ prima omnium fuit, egi in Prolegomenis pag. 79., ubi etiam retuli Epigramma eidem adnexum, quod testatur, primum Missalium Impressorem fuisse Antonium Zarotum. Vide etiam meam Hist. Liter. ad hunc Annum. In calce: *Impressum in Alma Civitate Mediolani MCDLXXV. decimo Kal. Aprilis per Antonium Zarotum Parmensem.* Extat in Bibliotheca Ambrosiana.

(o) Caractere Romano nitidissimo, sine numeris paginarum, Indice &c. Præcedit Epistola Bonaccursii Pisani ad magnificum Equitem Cicchum Simonetam. Sequitur Vita Ovidii, ab ipso Bonaccursio collecta. In fine, verò hoc Epigramma, veluti Epitaphium, subiungitur:

*Orba parente suo quicumque volumina tangis,
 His saltem nostra detur in Urbe locus.*

*Quoque magis faveas, non hæc sunt edita ab ipso,
 Sed quasi de Domini funere rapta sut.*

*Quidquid in his igitur vitii rude carmen habebis,
 Emendaturus, si licuisset, erat.*

In calce: *Mediolani impressum per Magistrum Philippum de Lavania Mediolanensem MCDLXXV. die V. Junii.* Extat apud Comitem Donatum Sylvam.

(p) Caractere Romano, supra omnes, quos viderim, præclarissimo. Dividitur in duas partes; in prima, Scientia universalis corrigendi Medicinas describitur: In secunda, Scientia particularis, de essentia, virtute, & cor-

rectione earumdem. In calce: *Hæc finitur Liber Joannis Mesue. Impressum per Magistrum Joannem Wurster de Campidonia, Anno MCDLXXV. die vigesima quinta mensis Junii.* Extat apud eundem.

(q) Caractere optimo, sine titulis, Indice &c. Præcedit Epistola Bonaccursii Pisani ad magnificum Equitem auratum Cicchum Simonetam, quam dedimus fol. CCCCLVI. Sequitur Vita Svetonii ex Domitio Calderino, Xicco Polentone, cum Ausonii Carminibus &c. In calce: *Historia duodecim Cesarum. Mediolani impressum per Magistrum Philippum de Lavania MCDLXXV. die XX. Julii.* Extat apud Comitem Antonium Simonetam.

(r) In fine hujus Voluminis ista leguntur: *Informatum est hoc Opus per Magistrum Philippum de Lavania Anno à Nativitate Christi MCDLXXV. undecimo Kal. Januariæ Mediolani.* Extat in Cœnobio, Carminis appellato hujus Urbis, caractere Romano pulcherrimo. Hinc verò confirmari censeo, Editionem Historiæ Augustæ, decennio ante peractam, de qua in Prolegomenis disserui; cum enim Bonaccursius Pisanius sub hoc Anno paratæ, addidisset Eutropium, Paulum Diaconum, & Æliam Spartianum, eosdem iterum hoc Anno impressit seorsim Lavania, ut facilior eorumdem lectio foret eruditæ Viris.

(s) Caractere rotundo, nitidissimo, licet abbreviaturis frequenti. In calce hoc adest Epigramma:

*Quam latum Augustina ferat Confessio fatum,
 Præsens fratre refert pagina pressa suo.
 Theutonicis delatus enim bonus ars Joannes.
 Hoc Mediolani fertile pressit Opus.*

Anno Incarnationis Domini MCDLXXV. XII. Kal. Augusti. Cum Typographi cognomen in hoc Carmine expressum non fuerit, Editionem hujus Libri adscripti Joanni Wurster de Campidonia, in Prolegomenis fol. XCIX. Quibus conjecturis, ibidem vide. Extat apud me.

(t) Caractere Romano nitidissimo, sed abbreviato, absque Præfatione, numeris paginarum, & Indice. In calce: *Impressum Mediolani per Christophorum Waldarfer Ratisponensem, impensis Juris Scolaris, D. Petri Antonii de Burgo, Auctoris de Castellione, & Philippi de Lavania, Anno Domini MCDLXXV. die XV. Septembris, Regente Invidiosissimo Quinto Duce Mediolani Galeatio Maria Sfortia Viccomite.* Petrus Antonius de Burgo, cuius nomen hic legitur, alter fuit ex duobus fratribus, quibus

- * Valerii Maximi, Dictionum, & Factorum memorabilium, in fol. per Antonium Zarotum. (u) 1475.
- * Epistolæ quædam SS. Hieronymi, Eusebii, Cyrilli, & aliorum, in 4. apud Philippum de Lavania. (x) 1475.
- Mauri Servii Honorati Grammatici in tria Virgilio Opera Expositio, in fol. (y) 1475.
- * Libellus Magistri Arnaldi de Villanova, de Arte cognoscendi venena, cum quis timet sibi ea ministrari, in 4. per Christophorum Waldarfer. (z) 1475.
- * Tractatus de Epidemia, & Peste D. Valasti de Tarenta, Regis Franciæ Prothomedici Excellentissimi, in 4. per Christophorum Waldarfer. (a) 1475.
- * Breviarium Ambrosianum, in 4. per Christophorum Waldarfer. (a) 1475.
- * Libellus recollectionis auctoritatum de veritate Conceptionis B. M. V. gloriosæ, Jo. Vincentii Bandelli à Castronovo Ord. Præd., in 4. per Christophorum Waldarfer. (b) 1475.
- * Q. Curtii Historia, in 8. (c) 1475.
- * Laurentii Vallæ, Elegantiarum adeptus, in 4. per Philippum de Lavania. (d) 1475.
- Horatii Flacci Opera, in fol. per Antonium Zarotum. (e) 1475.

ANNO MCCCCLXXVI.

- Lascaris Constantini Byzantini, Grammatica Græca, Græcè, in 4. per Dionysium Paravicinum. (f) 1476.

Lecturæ

quibus data est facultas in publicis Tabulis, fol. CDL. superius evulgatis, ut in *Jure Civili, in Medicina, & in Jure Canonico summatim*, typos adhiberent. Constantius autem ita fuit in suscepta semel provincia proferendi in publicam lucem Jurisprudentiæ Libros, ut præclaro huic labori intentum illum repererim usque ad Ann. MCDXCIV., non proprio Torculari, ut perperam credit P. Pellegrinus Ant. Orlandus, eum inter Typographos Mediolanenses numerans, sed alienis semper usus, ut in decurso patebit. Splendore sanguinis claruisse hunc Petrum Antonium de Castillione, docent tituli eidem ab Impressoribus tributi in Editionibus, ejusdem ære paratis; quin immo gesta ab ipso fuisse in Mediolanensi Metropoli publica munia, conijcere possumus ex Libro apud nos impresso Ann. MCDXCIV. *Gregarii Ariminensis*, in cujus calce legitur: ope ac impensa *Magnifici Viri D. Petri de Castillione*.

- (u) Caractere Romano nitidissimo. Adjecta est Tabula amplissima alphabetica Rerum omnium in Opere descriptarum, compacta à Bonaccursio Pisano, cujus præcedit Epistola, recusa fol. CDLVII. In calce legitur: *MCDLXXV. VII. Kal. Novembris Mediolani impressit AN. ZA.* idest Antonius Zarotus.
- (x) Caractere Romano nitidissimo, absque numeris paginarum, titulis &c. In calce: *Florenti, & transitus S. Hieronymi Doctoris eximii, & miracula, & quadam Epistola S. Augustini de laudibus S. Hieronymi ad Cyrillum Episcopum Ypponensem, & Cyrilli ad Augustinum. Impressum per Magistrum Philippum de Lavagnia M. CDLXXV. die XXVIII. Novembris.* Extat apud Jo. Smith, & apud PP. Eremitanos Congreg. Lombardiæ S. Mariæ Coronatæ in hac Urbe.
- (y) Caractere nitido rotundo, sine Præfatione, numeris paginarum &c. caret adnotatione loci, & Typographi, sed certè Mediolani impressus fuit hic liber: legitur enim in calce: *Anno à Natali Christiano Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, Kalendis Decembris, Divo Galeatio Maria Sfortia Viscomite Mediolani Duce quinto florante: hoc Opus non indiligenter est impressum.* Refertur à Maittaire pag. 115. lit. g. Extat in Cœnobio Cremonensi S. Augustini.
- (z) Uterque libellus simul compactus extat in Bibl. Ambrosiana, caractere parvo Gothico, sed satis perspicuo, absque Præfatione, numeris paginarum &c. In calce: *Mediolani impressum, per Magistrum Christophorum Waldarfer Ratissponensem, Anno Domini MCDLXXV.*
- (a) Charta optimâ, caractere minuto, quadrato, rubro-nigro, & nitido. Præcedit *Calendarium*, in quo nulla adest memoria Fests Conceptionis B. M. V., sicut ne-

que in altero pergameno, impresso Anno MCDXC., de quo jam egimus in Hist. Liter. ad illum Ann. In altero verò Anno MDXV. edito, quod in Biblioth. Ambros. servatur, *Festum Conceptionis* rubro caractere signatum legitur ad diem *VIII. Decembris*; quocirca pium hunc Mediolanensis Ecclesiæ morem invaluisse apud nos sub initium Seculi XVI., clarè dignoscimus. In calce memorati Breviarii legitur: *Impressum Mediolani per Christophorum Waldarfer Ratissponensem Anno Domini MCDLXXV. Kal. Decembris, Galeas Maria Viscomite felici Mediolani Duce quinto.*

- (b) Servatur in Biblioth. Collegii Braydenis S. J., caractere semi-Gothico, quadrato, minuto, absque numeris paginarum, Indice &c. Præcedit Epistola ad *Magnificum Petrum Comitum de Gambara*, superius recusa fol. CDLIX. In calce: *Explicit valde utilis Libellus Recollectionis de veritate Conceptionis B. M. V., impressus Mediolani, dominante felicissimo Galeas Maria Viscomite, Duce quinto, per Christophorum Waldarfer Ratissponensem Anno Domini MCDLXXV.*
- (c) Caractere rotundo, sed admodum minuto, & simillimo alteri, quo Christophorus Waldarfer impressit *Interrogatorium, sive Confessionale, Bartholomæi de Coyms*. Incipit hæc Historia iis verbis: *Interæ Alexander &c.*, quæ sunt initium Libri tertii de rebus gestis Alexandri M., duo enim præcedentes libri perierant. Quin, imò in evolvenda hac editione compertum mihi fuit, desiderari quandoque in hac plura verba, & integras etiam lineas vacuas occurrere. Id autem accidisse opinari possumus, quòd MStum exemplar, unde transcripta fuit hæc historia, fortasse mutilum, vel corrosum extiterit. In calce solummodo adnotatur: *Mediolani 1475.*, numeris Arabicis.
- (d) Extat in Biblioth. S. M. Montis Carmeli hujus Urbis, elegantissimo caractere. Præcedit Epistola Bonaccursii Pisani ad Ciochum Simonetam, supra recusa fol. CDLVII. Alteram hujus Libri Editionem vidi peractam Lugduni post Annes LXI. cum hoc titulo: *Laurentii Vallæ Elegantiarum adeptus, ex ejus de Lingua Latina Libris, per Bonum Accursium Pisannum studiosissimè collectus, & denuo recognitus Lugduni apud Sebastianum Gribium Anno MDXXXVI.*
- (e) Hanc Editionem relatam vidi in Catalogo Librorum-venalium, Venetiis edito Anno 1735.
- (f) Hanc Editionem recognovit *Demetrius Cretensis*, qui Epistolam præmisit *Ingeniis, ac Studiosissimis Adolescentibus* directam, recusam in Appendice fol. CDLXI. In calce: *Mediolani impressum per Magistrum Dionysium Paravicinum MCDLXXVI. die XXX. Januarii.*

- * Lectura eximii J. U. Doctoris D. Baldi de Perusio super primo Decretalium, in fol. per Christophorum Waldarfer. (g) 1476.
- * — — — — — Eiusdem Lectura in V. & VII. Cod. compil. in felici Studio Papiæ M. CCC. LXXXV. correctâ, & propter Scriptorum imperitiam diligenter emendata per Eximium J. U. Doctorem D. Petrum Crassum Mediolanensem, & Papiæ legentem, in fol. per Christophorum Waldarfer. (h) 1476.
- * — — — — — Eiusdem super VI. Codicis, in fol. apud eundem. (i) 1476.
- * — — — — — Eiusdem super VIII. Codicis, in fol. apud eundem. (k) 1476.
- * — — — — — Eiusdem super IX. Cod., in fol. apud eundem. (l) 1476.
- * Justini Historici Clarissimi in Trogi Pompeji Historias, in 4. per Christophorum Valdarfer. (m) 1476.
- * M. Fabii Quintiliani de Institutione Oratoria Libri XII. in fol. per Antonium Zarotum. (n) 1476.
- Libro del Philocolo di M. Johanni Boccacio da Certaldo, in fol. per Dominicum de Vespolato. (o) 1476.
- * M. Tullii Ciceronis de Officiis &c. in fol. per Antonium Zarotum. (p) 1476.

Fran-

(g) Extat in Bibliotheca S. Mariæ Gratiarum apud PP. Ord. Minor. de Observantia prope Modoëtiam, præferens titulum rubro atramento impressum. In calce: *Explicit ad Omnipotentis laudem Lectura Domini Baldi de Ubaldi de Perusio J. U. Doctoris super primo Lib. Decretalium, impressa per Magistrum Christophorum Waldarfer Ratisonensem, Mediolani die VI. Decembris MCDLXXVI. Hoc Castellona Domus. Post Regestum. Operis clauditur Volumen sequentibus Verbis, rubro atramento impressis: Mediolani, labore, & industria, diligentiaque, & impensa Juris Scholaris D. Petri Antonii de Castellione, per Magistrum Christophorum Waldarfer Alamanum, Anno Domini M. CCC. LXXVI. die VI. Decembris. Regnante Inviçissimo Galeatio Maria Sfortia Vicecomite, Duce quinto. Ad laudem Omnipotentis Dei, & gloriosa Virginis Mariæ Matris ejus. Amen.*

(h) Extat in supra memorata Bibliotheca, caractere Gothico, sine numeris paginarum &c. In calce: *Mediolani impressum per Christophorum Waldarfer Ratisonensem. Impensis Juris Scholaris D. Petri Antonii de Burgo, dicti de Castellione, & Philippi de Lavania, Anno Domini M. CCC. LXXVI. Aprilis XXIII. Regnante Inviçissimo Galeatio Maria Sfortia Vicecomite, Mediolani V. Duce. Præcedit Epistola ejusdem Petri Crassi ad P. Antonium de S. Georgio, Ecclesiæ S. Ambrosii Præpositum meritissimum, quam integram non transcripsi ob temporis inopiam; in ea verò hæc inquit: „Adeò percelebris fama tua, & venerandum nomen non modò per universam Italiam, sed ad glaciale usque Oceanum excrevit, & vagata est, ut tamquam Olympo demissus, Vir penè divinus, admirabili quadam veneratione ab omnibus prædicis: Nec id quidem immeritò; habet siquidem sublime illud, divinumque ingenium tuum arcana quædam consilia, quorum humani sensus incapaces esse videntur, quo fit, ut neminem tam raræ virtutis reperire, vel animo meo excogitare poterim, à quo hoc Baldi Opus in VII. Codicis Librum, nuper à me correctum, aliquod expectationis adscisceret &c. „ Titulus huic libro præfixus controversiam illam clarè dissolvit, qua nonnulli Petrum Crassum, in Jurisprudentiæ scientia præstantissimum, Papiensem patriâ fuisse contendunt, aliis Mediolanensem testantibus. Porro Ticinensi Civitate donatus est, ob ingenii acumen, calamique fecunditatem, sed multo post tempore, nempe sub finem Seculi XV., ut docent publica Monumenta tunc edita, quæ illum simul Civem Mediolanensem, & Papiensem inscriptum referunt.*

(i) Editio superiori similis, in cujus calce hæc adnotantur: *Impress. Mediolani per Magistrum Christophorum Waldarfer Ratisonensem, impensis Juris Scholaris D. Petri Antonii de Burgo, dicti de Castellione, Anno Domini M. CCC. LXXVI. die quinto Novembris. Regnante Inviçissimo, ut supra.*

(k) Habet easdem Chronicas notas, sicut in præcedentibus: *Impressum Anno Domini MCCCCLXXVI. XVIII. Junii &c.*

(l) *Impressum Mediolani, ut supra, A. D. MCCCCLXXVI. XVII. Maji &c.*

(m) Extat in eodem Conobio S. Mariæ Gratiarum apud Modoëtiam, caractere Gothico, sed nitido. In calce: *Impressum Mediolani per Christophorum Waldarfer Ratisonensem, Anno Domini M. CCC. LXXVI. Kal. Junii.*

(n) Extat in Bibl. Ambros. & in Archintea, rotundo optimo caractere, relictis lacunis, ut calamo impleri possent Græcæ voces inspersæ. Præcedit Epistola ad Victorium Marcellum, & Proœmium. In calce: *Quintiliani Institutiones Oratorias diligenter emendatas, Antonius Zarotus Parmensis Mediolani solerter impressit Anno à Natali Christiano MCDLXXVI. V. Idus Junias. Auspice Christo.*

(o) Caractere pulcherrimo. In calce: *Il Libro del Philocolo di Messer Johanni Boccacio da Certaldo Posta illustra qui finisce, impresso per Domenico da Vespolà nell' Inclyta Città di Milano ne li Anni del Signore MCDLXXVI a giorni XIV. de Junio, Galeaz Maria Sforza Quinto Duce d'essa dignissima Città. Sequitur Vita ejusdem Boccacii, scripta à Hieronymo Squarozisco, de Alexandria, post quam additur Epigramma:*

Boninus Mombritius in Philocalum.

Philocalum quicumque legis, ne credito tantum,

Quid Venus, aut quid sit nosse jocofus Amor.

Fecundas hominum dabit (hic) cum moribus Urbes,

Et rerum varias edidicisse vices.

Quàm juvet Historia series, & Fabula narrat,

Seu qua jam fuerint, seu nova forsam ames.

Tantum difficiles absint, & mastæ sequentes

Funerâ, quique oculis tristia capæ gerunt.

Illâ docet juvenas, juvenis quam pagina Lector

Aspicit, annos non amat illa Senes.

Extat apud Joannem Smith.

(p) Vidi apud Amicum meum, Romano optimo caractere, absque titulis, Præfatione, numeris paginarum &c. In calce: *Volumen hoc, in quo continentur Libri tres Officiorum, Liber de Senectute, Liber de Amicitia, & Paradoxa M. T. Ciceronis, impressit Mediolani Antonius Zarotus Parmensis MCCCCLXXVI. XIII. Kal. Novembres.*

- * Francisci Philelphi Satyræ, in fol. per Christophorum Waldarfer. (q) 1476.
- Salustii Opera, in fol. per Philippum Lavaniam. (r) 1476.
- * Papiæ Vocabularium, in fol. magno per Dominicum de Vespolate. (f) 1476.
- Horatii Flacci Venusini Opera omnia, in fol. per Philippum Lavaniam. (t) 1476.
- * Juvenalis, & Persii Satyræ, in fol. per Antonium Zarotum. (u) 1476.
- * Vite de' SS. Patri, in fol. per Dominicum de Vespolate. (x) 1476.
- * Donati Grammatici in P. Terentii Afri Comœdias examinata Interpretatio, in fol. per Antonium Zarotum. (y) 1476.
- * Summulæ Naturalium Pauli Veneti, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in fol. per Christophorum Waldarfer. (z) 1476.
- Decamerone del Bocaccio, in fol. per Antonium Zarotum. (a) 1476.
- * Vita Æsopi à Rimicio scripta, in fol. per Antonium Zarotum. (b) 1476.

M.

(q) Extat in Bibliotheca Archintea, caractere Romano optimo. In fine hujus Libri legitur: *Franciscus Philelphus huic Satyrarum Operi extremam manum Mediolari imposuit, die Martis Kal. Decembribus Anno à Natali Christiano MCCCCLXXVI.* Epigramma subnexum. huic Satyræ, & à Calliphilo Bernardino Robiatino, Philelphi discipulo compactum, retuli in Hist. mea. Liter. ad hunc Annum. In calce: *Impressa Mediolani, Galeacio Maria Spbortia Inuictissimo Duce quinto florente: per Christophorum Waldarpher Ratissponensem. hujus eximia Artis imprimendi consummatissimum Magistrum: Anno à Natali Christiano Millesimo quadringentesimo sexto: Idibus Novembribus.*

(r) Apud P. Orlandum, qui has notas impressionis refert: *Salustius, ductu, & impensa Philippi Lavenii (Lavaniz) quinto Kal. Decembris Anno à Natali Christiano MCCCCLXXVI.*

(f) Extat in Chartusia Papiensi, caractere nitidissimo, & optimâ chartâ. Præcedit *Epistola Papiæ ad Filios.* Legitur etiã Elegia, quam *Boninus Mombricitus* ad Lectorem dirigit:

Quæris Grammatico Librorum quanta supellex

Sit satis? impensâ quam sibi nemo parat.

Scire juvat, nummi sed abest pulcherrimus orbis:

Est opus argento, qui didicisse velit;

Pro Jovis tempus erit, visum sternentur ad aurum,

Et nummis homines oscula, tibusque dabunt;

Templaque constituent, ut sancta pecunia numen

Præcipuos inter gaudeat esse Deos.

Illa sed heu! tamquam lucem indignata, per umbras

Errat, & indulto vix tenet ora die.

Meus illi penitus terris excedere; quorsum

Effugiet? quæris. Nescio, sed fugiet.

Vel Jovis Ætherii superas concedet ad arces,

Vel Jovis Inferni tertia regna petet.

Nobiscum dum vivat adhuc, abituraque nondum,

Sarcinulas plenâ colligat illa fugâ.

Luclyta si nequeant, centuse volumina cogi,

Nec picturatos detur habere Libros.

Non est, quin falsom tenui tibi nummus in aro

Palleat, impressos, hoc ago, carpe Libros;

Quem vix transcriptum Librarius esse dedisset,

Impressum, modicus sit tibi nummus, emes.

Quælia quæ Papiæ licet alta volumina cernis,

Confer: Opus pretio dignius esse putes.

Dignius & tanto, quanto magis utile consistet,

Vir minus est, cui non commodus ille venit.

Sive Sacros Canones, sive Civica tradere Jura

Quis velit, hoc medio discere multa potest.

Multa vel hinc petitis, Medicam qui quaritis Artem,

Quique sit Orator, quique Poësin amet.

Gratam materiam, verumque vocabula late

Exhibet, exhibitis non minus ordo placet &c.

In calce: *Impressum Mediolani per Dominicum de Vespolate, Anno Domini MCCCCLXXVI. die XII. mensis Decembris.*

(t) Ex Labbæo, Beughem, & Smith. In calce: *Hoc Opus Horatii emendatissimum, impressum est operâ, & impensa Philippi de Lavagnia, Civis Mediolanensis, Anno à Natali Christiano MCCCCLXXVI die XVI. Februarii.* Extat in Bibliotheca PP. Eremit. S. Augustini Urbis Cremenensis, pulcherrimo caractere.

(u) Caractere nitidissimo, chartâ optimâ, & amplo margine, absque numeris paginarum &c. In calce. *D. Junii Juvenalis, & A. Persii Flacci Satyras quam diligentissimè castigatas Antonius Zarotus Parmensis impressit MC. CCLXXVI. Mediolani.* Extat apud me.

(x) Caractere rotundo, & optimo, absque titulo, numeris paginarum &c. Ita exorditur: *Incunincia la Tabula sopra il primo Libro delle Vite de' Sancti Patri &c.* Dividitur in quinque Libros, in quorum calce ita legitur: *Finito de trasladare de Latino in Vulgare el dâ de la traslacione de Santo Zenobio a dâ XXVI de Zenaro, currente gli Anni del Signore MCCCXLIIII Et Frate Ambrosio de Heremitti de Sancta Maria de gli Angeli de Fiorenza lo tradusse de Greco in Latino nell' Anno MCCCXXXIII Poitea sequitur: Incominciano alquanto cose, giunte al Prato Spirituale.* In calce Tabulæ: *Finito la Tabula de le Vite de' SS. Patri, stampite in Milano per Dominico de Vespolate a dâ XII. de Julio MCCCCLXXVI.*

(y) Extat in Cœnobio S. Victoris hujus Urbis, Romano nitidissimo caractere, absque titulo, Præfatione, numeris paginarum, & Indice. In calce: *Donati Grammatici Viri doctissimi, Commentarios in P. Terentii Comœdias, diligentem emendatos, non negligenter impressit Antonius Zarotus Parmensis Mediolani MCCCCLXXVI. pridie Nonas Julias.*

(z) Continet hic Liber explicationes in Physicam, Metaphysicam, de Mundo, & Cœlo, de Generatione, & corruptione, de Metheoris, & de Anima, secundum Doctrinam Aristotelis. Caractere Gothico, cum Tabula repertoria, ordine alphabetico disposita. In calce: *Impressa Mediolani per Christophorum Waldarfer Ratissponensem, Anno Domini MCCCCLXXVI. die XVII. mensis Julii.* Extat in Bibliotheca Archintea.

(a) Extat in Bibliotheca, quæ olim spectabat ad Sereniss. Principem Eugenium de Sabaudia.

(b) Servat hujus Editionis exemplar, Abbas D. Carolus Trivultius Mediolanensis.

DLXVI CATALOGUS LIBRORUM

- M. Tullii Ciceronis Epistolæ familiares, in fol. per Antonium Zarotum. (c) 1476.
 Virgilii Maronis Opera omnia, in fol. per Antonium Zarotum. (d) 1476.
 Dionis Opera Græcè, in 4. per Dionysium Paravisinum. (e) 1476.

ANNO MCCCCLXXVII.

- * Vita del glorioso Serafico Patre S. Francesco, compilata per il Reverendissimo Patre, e Dottore eximio Messere Bonaventura Cardinale della Sancta Matre Ecclesia, in fol. per Antonium Zarotum. (f) 1477.
 Jo. Francisci Pogii Aretini Facetiarum Libri, in 4. per Christophorum Waldarfer. (g) 1477.
 * Caji Julii Cæsaris Commentaria, in fol. per Antonium Zarotum. (h) 1477.
 * M. A. Lucani Pharsalia cum ejusdem Vita, in fol. per Philippum Lavagniam. (i) 1477.
 * Marci T. Ciceronis Epistolæ familiares, in fol. per Philippum Lavagniam. (k) 1477.
 * Dyctis Cretenfis Ephemeris Belli Trojani, in 4. sine nomine Typographi. (l) 1477.

Baldi

(c) Extant in Cœnobio PP. Eremitarum Sancti Augustini, Crema.

(d) Refertur hæc Editio à Jo. Alberto Fabricio, Bibl. Latinæ Tom. II. pag. 286 his verbis: *Virgilii Maronis Pharsalia Opera omnia diligenter emendata, & accuratè impressa ab Antonio Zaroto Parmensi, Mediolani MCCCCLXXVII. fol. suere cum notis MStis Jani Parrhasii, Neapoli in Biblioth. Josephi Valletta.*

(e) Notitiam hujus Editionis, quæ rarissima est, cum eadem à nemine Scriptorum Typographicæ Historiæ memoratam viderim, mihi humanissimè communicavit Comes Antonius Simoneta, Literis addictissimus, qui Librum hunc inspexit servatum in Bibliotheca Comitum de Pembrok Londini, cum Europam perlustrans ibidem moraretur. Dionysius Paravisinus, qui editâ hoc ipso Anno Constantini Lascaris Grammaticâ Græcâ, notus, atque ab omnibus commendatus fuit, quod primus tam arduum Opus Græcè Libros integros imprimendi aggressus fuerit, novo hoc Volumine insignis Scriptoris excuso, celebrior fiet; nec dubitari potest, quin eidem ad prælum adornando Demetrius Cretenfis, manum, operamque suam præstitit, cum proximè auctor ipse fuerit condendæ Grammaticæ Græcæ. In calce: *Mediolani impressum per Magistrum Dionysium Paravisinum Anno MCCCCLXXVII. die XXX. Januarii.*

(f) Caractere Semi-Gothico, sed valde claro. In calce: *MCCCCLXXVII. a di 6. del mese de Febrero è stata impressa questa Opera per Magistro Antonio Zaroto da Parma in Milano. Refertur etiam à P. Orlando pag. 101.*

(g) In fine sic legitur: *Mediolani impressum per Magistrum Christophorum Waldarfer, impensis Juris Scholæ D. Petri Antonii de Castellione, Anno Domini MCCCCLXXVII. die X. Februarii. Apud Orlando pag. 103. De hisce Facetiis, plura scripti in Hist. Liter. ad Ann. MCDLXXII. Extat hujus Editionis Exemplar in Bibliotheca Cremonensi PP. Eremit. S. Augustini, nitido caractere.*

(h) Extat apud me, charta nitida, amplo margine, & optimo caractere absque numeris paginarum. Præcedit Epistola Petri Justini Philolphi ad Joannem Simonetam, Ducalem Secretarium, data Mediolani XV. Kal. Decembris Anni præcedentis. Adjecta sunt *A. Hircii aut Opii Commentariorum de Bello Hispan. libri IV. V. VI., & liber octavus de Bello Gallico* In fine subnectitur *Index Commentariorum C. J. Cæsaris, & eorum rerum, quas ad cognitionem Urbium, Fluminum, & Locorum, Vir clarissimus, & eruditissimus Raymundus Marlianus invenit, atque addidit.* Ante hunc Indicem. Alphabeticum præmittitur hæc nota: *Anno Christi MCCCCLXXVII. die verò X. mensis Februarii, hoc Opus diligenter emendatum, Antonius Zarotus Parmensis, hujus præclaræ Artis Magister politissimus, quàm maximè potuit diligentia impressit. Petri Justini Philolphi Episto-*

lam dedimus fol. CCCCLXI., in Hist. verò Liter. ad hunc Annum de ipso egimus, non secus ac de Raymundo Marliano.

(i) Extat apud Comitem Philippum Archintum, caractere optimo. In calce: *Opus impressum Mediolani, impensis Philippi Lavagnia Anno MCCCCLXXVII. VI. Kal. Martii. Sequitur Epigramma valde obscurum, & inelégans:*

*Si Generi, Socerique cupis cognoscere bella,
 Non alium queras, hic manifesta facit.
 Immatura dies rupit Pharsalica fata,
 Qua bonus baud tantum clauderet Auctor Opus.
 Quod Nero crudelis facinus licuisse putasti,
 Non aliter de te debuit ire bono.
 Multa quidem licuere tibi, sed plura voluisti,
 Imperfecta licet, non tamen illa perit.
 Vivet, & extinctis Pharsalia numpo legatur
 Cæsaris: cineres non capit urna sacros:
 Et licet hic partes vel plures Rhetoris extant,
 Invenies & quæ mira Poëta canat.*

Accedit Vita. M. Anzi Lucani, Auctore Pomponio Infortunato.

(k) Caractere rotundo, nitidissimo, absque numeris paginarum, Indice &c. In calce: *Impressum Mediolani per Philippum Lavagnium Mediolanensem, XIV. Kal. Aprilis MCCCCLXXVII. Extat in Bibliotheca Archintea.*

(l) Extat in Bibl. Ambros. Romano optimo caractere, absque numeris paginarum, Indice &c. Præcedit Epistola *Mafelli Beneventani ad Bartholomæum Calcbum Ducalem Secretarium*, quæ recusa est folio CDLXXVI. De Historia Dyctis Cretenfis, vide quæ exposui in Hist. Liter. ad hunc Annum, ubi etiam retuli Carmina huic Editioni subscripta. Adjecta est etiam Historia *Daretis Phrygii de Excidio Troje* cum præfixa Epistola *Cornelii Nepotis ad Salustium Crispum*, sed minori caractere, absque Loco, Typographo, & Anno. Falsè hanc traductionem Cornelio Nepoti adscriptam esse ostendit Jo. Alber. Fabricius Tom. I. Bibl. Lat. pagg. 71, & seqq. Hujus Historiæ MS. exemplar Gallico metro, & Latinè etiam habetur in Biblioth. Ambr. Sec. XII., & de hoc loquitur P. Montfaucon in Diario Italico pag. 19. & Paleographia pag. 138. In calce præcedentis Ephemeris hæc verba leguntur: *Impressum Mediolani Anno à Nativitate Christiane MCCCCLXXVII. die XIX. mensis Maji.*

- * Baldi de Perusio super IV. Codicis, in fol. per Christophorum Waldarfer. (m) 1477.
- * P. Ovidii Nasonis Liber Fastorum, in fol. per Antonium Zarotum. (n) 1477.
- Horatii Carmina, per Philippum Lavaniam. (o) 1477.
- * Gabrielis Brebæ Commentaria in Psalmos, in 4. sine nomine Typographi. (p) 1477.
- * Ovidii Metamorphoses, in fol. per Antonium Zarotum. (q) 1477.
- * Angeli de Ubaldis de Perusio Lectura super prima parte Digesti veteris, in fol. per Beninum, & Joannem Antonium de Honate. (r) 1477.
- * M. T. Ciceronis de Oratore, in fol. per Philippum Lavaniam. (s) 1477.
- * Joannis Imolensis in secundam partem Digesti Novi de Verborum obligationibus, in fol. per Christophorum Waldarfer. (t) 1477.
- * Jugurtini Crispi Libri duo,)
Oratio Catilinæ in M. T. Ciceronem,)
Crispi Jugurtini Vita,) in fol. per Jacobum de Marliano. (u) 1477.
Ejusdem in Ciceronem Invektiva, &)
Ciceronis in Crispum Responsio,)

Lau-

(m) Extat in Cœnobio FF. Minorum de Observantia apud Modoëtiam, caractere Romano nitidissimo, cum nonnullis abbreviationibus, absque Indicis, in charta optima. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Christophorum Waldarfer, labore, diligentiaque, ac impensa Juris Scholaris Domini Petri Antonii de Burgo, dicti de Castellano, Anno Domini MCCCCLXXVII., die verà XXVIII. mensis Martii.*

(n) Caractere nitidissimo, amplo margine, absque Præfatione, numeris paginarum &c. In calce: *P. Ovidii Nasonis Fastorum Liber sextus, & ultimus, impressus Mediolani per Magistrum Antonium Zarotum Parmensem, Anno Domini MCCCCLXXVII. die prima Aprilis.*

(o) Hujus Editionis meminit Maittaire fol. 127. In calce: *Operâ, & impensis Philippi Lavaniæ Civis Mediolanensis. MCCCCLXXVII. III. Idus Maji.*

(p) Duo exemplaria egomet vidi, unum in Collegio Braydeni S. J., alterum apud Eminentissimum S. R. E. Cardinalem Joachimum Besutium. Editio compacta est caractere minuto, & Gothico, absque titulo, numeris paginarum &c. Præcedit Epistola nuncupatoria Auctoris ad D. Gregoriam Beacque, quam supra edidi fol. CCCCLXII. In calce: *Impressum Mediolani Nonis Quintilibus MCCCCLXXVII., imperantibus illustrissimis, Excellentissimisque Principibus, Bona Matre, & Jo. Galeacio Maria Sfortia Vicecomite filio, Ducibus VL. De hoc Scriptore, ejusque Libro, fusc. egi in Hist. Liter. ad hunc Annum.*

(q) Editio hæc omnia refert, quæ excusa jam fuerant in altera Anni MCCCCLXXV., quam vide. In calce: *Anno Domini MCDLXXVII. III. Idus Septembris, regnantibus Bona Matre, & Jo. Galeacio Maria, piissimis Ducibus Mediolani, impressit Antonius Zarotus Parmensis, Artifice eximius.*

(r) Extat in Cœnobio FF. Minorum de Observantia S. Mariæ Gratiarum apud Modoëtiam, caractere Gothico, absque numeris paginarum, Indice &c. cum Genealogia splendidissima Francisci Ubaldi, & Angeli ejus filii, in fronte ejusdem Libri contexta. In calce: *Impressum Mediolani per Beninum, & Jo. Antonium fratres de Honate, favore, & impensa Juris Scholaris D. Petri Antonii de Burgo, dicti de Castellano, & D. Ambrosii de Caymis, Civium Mediolanensium, Anno Domini MCDLXXVII. die ultima Octobris. Ambrosius de Caymis, Mediolanensi nobilissima Stirpe progenitus, focum se dedit Petro Antonio de Castellano in edendis proprio ore Voluminibus, quæ ad Jurisprudentiæ facultatem spectantia, Mediolani excudebantur, eumque memoratum vidi in chronicis notis Typographorum usque ad Annum MCCCCLXXXIII.*

(s) Caractere Romano nitido, sed minuto, & abbreviato, cum lacunis, ad Græcum textum calamo inferendum. Hujus exemplar vidit etiam Venetiis sæpe laudatus Joannes Smith. In calce: *Impressum Mediolani, impensis Philippi Lavaniæ Anno Domini Milleesimo qua-*

trigesimo septuagesimo septimo, sexto Idus Novembris. Clauditur hæc Editio sequentibus Carminibus:

*Felices, quibus insonabis, aures
O nato ingenio, liber peratri,
Qui sis pondera ponderatæ omni,
Limatus studio, satis perenni,
Formatus venere, & politas, arte
Insignis, gravitate singularis,
Doctrinâ eximia, & que copiosus,
Tutus iudicio, & sua resurgens
Splendore eloquit. Quid ociosi
Ultra querimus? At nîbî per.
Huc, huc contulit omne pondus,
Vires ingenii profudit omnes.
Non estultior locus, quod usu
Edoctus juvenilitate retrahit,
Quæ quondam sibi ab ore devolarunt:
Gothi te modo possidere Tuli:
Nunc valgebere, nunc legere verus,
Nulla barbarie, ac modo inquinata
Assertor, plagiaris repulsi,
Ne fraudere tua, sua ipse laude,
Te Lavania dat palam Philippus,
Quis quædam minima ut paravit ara:
Deo gratias. Amen.*

Extat in Collegio Braydeni S. J.

(t) Extat in Cœnobio S. Mariæ Gratiarum apud Modoëtiam, caractere Gothico, sine numeris paginarum, Indice &c. In fronte legitur Epigramma:

*Inmola quem genuit, Doctor celebrande Joannes,
Es quoque qui Patria gloria celsa tua;
Vis dedit ingenii lumen te Juribus ardens;
Luna dacet noctis, tu quoque Juris iter.*

In calce: Impressum Mediolani, labore, & industriâ, diligentiaque, & impensâ Juris Scholaris D. Petri Antonii de Burgo, dicti de Castellano, per Magistrum Christophorum Waldarfer Alamanum Anno Domini MCCCCLXXVII. die XV. Novembris.

(u) Caractere Romano optimo. In calce: *Hæc Crispi Jugurtini Opera, quàm optime emendata, Mediolani fuerunt impressa, ductu, & impensâ Magistri Jacobi Marliani, Anno à Natali Christiano MCCCCLXXVII. XII. Kal. Decembris. Extat in Bibl. Comitum Philippi Archinti, cum in fine Tabula rerum in hoc Volumine contentarum.*

DLXVIII CATALOGUS LIBRORUM

- * Laurentii Vallæ Elegantiarum Opus, in fol. per Philippum Lavaniam. (x) 1477.
- S. Basilii Opus de Liberalibus Studiis, per Philippum Lavaniam. (y) 1477.
- * Fenestella de Magistratibus Romanorum, in 4. sine nomine Typographis. (z) 1477.
- * Gabrielis Paveri de Vita, & obitu Galeatii Sfortiæ, in 4. (a) 1477.
- M. T. Ciceronis Rhetorica, in fol. per Philippum Lavaniam. (b) 1477.
- Terentii Opera, in fol. per Antonium Zarotum. (c) 1477.
- Petri Pauli Vergerii Liber de ingenuis Moribus, in 4. per Philippum Lavaniam. (d) 1477.
- Georgii (Merulæ) Alexandrini in Libr. Galeotti de Homine, & in Sapphus Epistolam, in 4. sine nomine Typographi. (e) 1477.

ANNO MCCCCLXXVIII.

- * Valerii Maximi, Factorum, Dictorumque memorabilium, in fol. per Philippum Lavaniam. (f) 1478.
- * La Comedia di Dante Aldighieri, commentata, in fol. per Ludovicum, & Albertum Pedemontanos. (g) 1478.

Baldi

(x) Caractere Romano nitidissimo, cum Tabula in fine Alphabetice digesta, & sequentibus Carminibus:

*Prior Camillus, hostibus victis quondam
Romana felix signa retulit victor,
Et cum salutem nulla præferat virtus,
Nec spes honesta mortis, esset, nec vita,
Gallorum adauctas repulit solus vires,
Quibus ruentibus tunc est Capitolina
Arx occupata, & gloria vetus Romani
Romani vix exoleta nominis; Decus insigne
Jam deperibat, barbara victum fraude.
Alter Camillus jam imperantibus Gotbis
Pens occupatum præstinum eloquium, fracta
Virtute eorum, reddidit Latio nuper,
Vincens præmo, tibi trophæa sunt Roma,
Et rest tutum nomen Italum vita,
Facundia redit, altero descendente;
Barbarie abactâ, quam Philippo debebit
Studiosus omnis, qui vasa arte divulgat
Totum per orbem dulce præsidium, & certum.
Urbis Servator, Capitoline Tonantis,
Servatâ peperit nomen ab Arce sibi.
Qui Pannon, Numidas, Cætas domuere feroces,
A sibi devicta Gente tulere decus.
Eloquium, pulso qui retulit hoste, Latinum
Quod dignum merito nomen habere potest? Amen.*

In calce: *Impressum Mediolani, impensis Philippi Lavagnia Anno MCDLXXVII. prid. Kal. Septembris.* Extat quoque Auctoris peroratio; atque Operis Conclusio, ex qua non pauca ad Laurentium Vallam pertinentia erui possunt. Sequitur tandem *Index Alphabeticus Elegantiarum.*

- (y) Hujus Editionis me certiore fecit Vir doctissimus Lazarus Augustinus Cotta, Musæi Novariensis Auctor.
- (z) Hanc Editionem curatam fuisse à *Mafello Venia Benaventano*, qui hoc eodem Anno Dydim Crentensem vulgaverat, deceptusque fuit in adscribendo Fenestellæ hoc Libro, cum nondum Ars critica tunc invaluisset, opinatus sum in Hist. Liter. fol. CXCL, ubi quis fuerit verus Auctor, testimonio eruditorum recentium Scriptorum statui. Impressus est Liber iste, caractere Romano grandiori, nitido, sed inæquali. In calce: *Fenestella de Magistratibus Romanorum Opus clarissimum, ac perutilissimum, impressum Mediolani in Kal. mensis Februarii MCDLXXVII.*

(a) Extat apud Marchionem Theodorum Alexandrum Trivultium Mediolanensem, & apud me, in pergamenâ excusum, cum in calce hac nota manu scripta: *Kal. Martii MCDLXXVII.* Epigramma, quod in fronte Operis sui collocavit Paverus, legi potest in Hist. Liter. ad hunc Annum; continet autem brevi compendio vitam Galeatii Mariæ Sfortiæ, superiore Anno à conjuratis interfecti.

(b) Extabat in Biblioth. Serenissimi Principis Eugenii à Sabaudia.

(c) Apud Maittaire in Indice, verbo *Terentius*.

(d) In memorato Indice, verbo *Vergerius*.

(e) In Appendice Alphabetica ejusdem Maittaire post Indices, pag. 521.

(f) Caractere rotundo claroque, amplo margine, optimæ chartæ; Titulus, & Summæ Caput impressa sunt literis majusculis. In calce: *Hoc Opus impressum est Mediolani, arte, & impensis Philippi Lavagnia Anno Domini MCDLXXVIII. secundo Nonas Februarii.*

Auctor ad Librum suum.

*Ne palliatos afferas Liber scumbros,
Ne sis marinis penula altera & couchis,
Alacresve cordillas tuo tegas damno;
Dominus carebit, nec suas fugiet partes,
Memoranda tantum referet, illis hærebit.
Contextit illa: Tu tuas agas partes,
Tuearis ore nomen Auctoris magni,
Nec unde pudeat veneris palam ferro.
Mibi pudendus non es, & tibi non sum.
Miretur aliquis, quod loquaris Romanè,
Sic protinus agas: Dominus ex illo venit
Genere immerenti, quod jugum expulit collo,
Primosque Fasces, & Secures gestavit.*

Vidit hanc Editionem Venetiis Amicus meus Joseph Smith; servatur etiam in Biblioth. PP. S. Mariæ de Monte Carmelo hujus Urbis.

(g) Hujus Editionis servatur Exemplar in Biblioth. Ambr., optimo caractere. Alterum pergamenum, cum literis initialibus depictis, extat in Cœnobio Crementensi S. Augustini. Præcedit Epistola *Martini Pauli Nidobeati ad Guilielmum Marchionem Montisferrati*, qua laudes tanti Poætæ fusè explicat. Illam dedimus folio CCC-LXXI. Sequitur ipsius Nidobeati Elegia ad Lectorem, in laudem Dantis, quæ recusa fuit in Hist. Liter. ad hunc Annum, ubi de Nidobeato Novariensi, & Guidone Terzago Mediolanensi, hujus Commentarii Auctoribus,

- * Baldi de Perusio Commentum in secundo Decretalium, in fol. per Christophorum Waldarfer. (h) 1478.
- * C. Plinii Secundi Epistolæ, in fol. per Philippum Lavaniam. (i) 1478.
- * J. Cæsaris Commentaria, in fol. per Philippum Lavaniam. (k) 1478.
- * Virgilii Maronis Opera, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (l) 1478.
- * Institutionum Opus, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (m) 1478.
- * Prediche di F. Roberto, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (n) 1478.
- * Martialis Epigrammata, in fol. parvo per Philippum Lavaniam. (o) 1478.
- Nicolai Perotti Grammatica, in fol. per Dominicum de Vespolate, & Dionysium Paravicinum. (p) 1478.
- * T. Livii Historia, in fol. magno per Philippum Lavaniam. (q) 1478.
- * Bartholomæi de Caymis Confessionale, in 8. per Dominicum de Vespolate, & Jacobum de Marliano. (r) 1478.
- Missale Romanum, in fol. per Antonium Zarotum. (s) 1478.

Eusebii

toribus, pluribus differuimus. In calce: *Divæ BO. MA. cum dulci Nato JO. GZ. Ducibus felicis. Liguria valida pace regnantibus, Operi egregio manum supremam. Lud. & Albert. Pademontani, amico Joze, imposuerunt. Mediolani, Urbe illustri, Anno gratiæ MCDLXXVIII. V. ID. F.*

M. P. N. N. CUM GU. T. FA. CU.

Has literas, à nemine hætenus explicatas, enodare libet, ne alicui impostero negotium faceant: Martinus Paulus Nidobeatus Novariensis CUM GUIDONE Terzago FACIENDUM CURARUNT.

(h) Extat in Biblioth. PP. S. Mariæ Coronatæ hujus Urbis, caractere rotundo nitidissimo, & chartâ optimâ, absque Præfatione, numeris paginarum &c. cum titulo rubro atramento excusum. In calce: *Impressa (Lectura) Mediolani per Magistrum Christophorum Waldarfer Ratisponensem, impensa Juris Scholaris Petri Antonii de Burgo, dicti de Castellano, Anno Domini MCDLXXVIII. die XXI. Februarii. Ad laudem Omnipotentis Dei, & gloriolâ Virginis Mariæ Matris ejus; rubro pariter atramento.*

(i) Extat in Biblioth. Ambros. caractere optimo, sine Præfatione, numeris paginarum, Indice &c. In calce: *Anno Domini MCDLXXVIII. quarto Kal. Martias, Regnantibus Jo. Galeazio, & Bona Ducibus Mediolani, ibi impressum est hoc Opus per Philippum Lavaniam, Mediolani Civem, ad Omnipotentis laudem, & Studentium utilitatem.*

(k) Minutiori Romano, sed nitido caractere, absque titulis, numeris paginarum &c. In calce: *Anno Christi MCDLXXVIII. sexto Idus Aprilis Philippus Lavagnia Mediolanensis Commentaria Cæsaris imprimi fecit Mediani. Postremas paginas occupat Index, compactus à Raymundo Marliano, atque editus jam à Zaroto, anno superiore.*

(l) Caractere Romano nitido, sed minutiori, absque Præfatione, numeris paginarum, Indice &c. Vidi apud Reverendiss. P. Abbatem D. Joachimum Belfutium, nunc S. R. E. Cardinalem; quodlibet autem, Carmem majusculis literis excusum est. In calce: *Hoc P. V. M. Opus, Dei auxilio, & Alamanorum industriâ, impressum est feliciter Mediolani, impensis Magistrorum Leonardi Pachel de Engelftadt, & Ulrici Scinzenzeler, Anno MCDLXXVIII. tertio Idus Maji. Regnantibus Illusterrimis Mediolani Principibus Jo. Galeaz Mariæ Sfortia Vicescom. & Bona Ducissæ ejusdem Ducis Genitrice invictissimæ. Ad Omnipotentis laudem, totiusque Curie Cælestis gloriam, & Generis humani utilitatem. Amen.*

(m) Extat in Biblioth. Monacorum Congregat. Montis Oliveti apud S. Victorem hujus Urbis, in cujus calce leguntur sequentes notæ: *Hoc Institutionum Opus summe cum diligentia, per Spectabilem Virum D. Michaellem de Tonfis Legum Doctorem, Civemque Mediolanensem, emendatum, per prudentesque Viros Leonardum Pachel, Uldericumque Scinzenzeller ex industria Gente Theutonica, Patriæque Bavaria, in bujus mirabilis Opificii exercitio confocios; Mediolani impressum est, completum Tom. I.*

*tumque feliciter secundo Idus Octobres, Anno à Natali Christiano MCDLXXVIII Anno primo Ducatus Illustrissimi Principis Joannis Galeaz Mariæ Vicescomitis Ducis Mediolani, Papiæ, Angloriaque Comitum Michael Tonfus, illustri genere, Jurisprudentiæ laude, & Præfecturis in Patria gestis clarissimus, à Consiliis quoque Ducis Mediolanensis delectus, egregiam sui nominis memoriam apud Cives nostros reliquit. Primum hoc fuisse Opus ab ipso editum, arguo ex verbis, quæ in hujus Libri sine impressa leguntur: *Opera completo, referatur laus, & gloria Christo, ut nos conservet, aggressumque ad majora præbet.* Adscriptum fuisse Jurisperitorum Collegio Anno MCCCCLXXX, in ejusdem Chronico tradit Joannes Sironus. Obiit Anno MDVIII., ejusque, tamquam Proavi sui, meminere fratres Tonfi in Epitaphio Sepulchri, quod sibi ipsis, & posteris condidere in sacello extructo, ornato, dotato in Eccl. S. Angeli Mediolani Anno MDXCIII. Editionis hujus caracteres sunt quadrati, grandiores in-textu, in Commentariis verò minutiores.*

(n) Caractere Romano, nitidissimo, per columnas bipartito, absque Præfatione, numeris paginarum &c. adest tamen in calce Tabula Concionum; deinde clauditur Volumen his notis: *Qui finisce el Libro de la Prediche del Venerabile Messer Frate Roberto. Impresso per li discreti homini Magistro Leonardo, & Oldericco Teutonici, Compagni, nella inslyta Città de Milano nelli Anni del Signore MCDLXXVIII. a giorni III. Novembre. Regnante Joanne Galeaz Maria Sforza sexto Duca d'essa degnissima Città.*

(o) Lato margine, caractere Romano nitidissimo. Præcedit C. Plinii secundi Epistola ad Cornelium Priscum. In fine reperitur Epistola Georgii (Merulæ) Alexandrini ad Angelum Adrianum Oratorem Regium, in qua Emendationum suarum diligentiam testatur, ac nonnulla de Martialis Vita, & Operibus ingerit, ut eidem Angelo inorem gerat. Hanc vide supra fol. CCCCLXX. In calce: *Impressum Mediolani, impensis Philippi de Lavania, Civis Mediolanensis, Anno MCDLXXVIII. Extat in Biblioth. Archintea.*

(p) De hac Editione vide Maittaire fol. 134.

(q) Caractere Romano, optimo, absque titulis, numeris paginarum &c. Præmittitur eadem Epistola, quæ præfixa fuerat Editioni Romanæ à Jo. Antonio Alericenti Episcopo ad Paulum II. Pont. Max. necnon alia ad Marcum tit. S. Marci Cardinalem. In calce: *Opus impressum Mediolani, arte, & impensis Philippi Lavagnia An. Domini MCDLXXVIII. Extat in Biblioth. PP. Eremitarum S. Augustini, Cremæ.*

(r) Extat in Bibl. Ambr., caractere Gothico, sed nitidissimo. In calce: *Impressum Mediolani per Dominicum de Vespolate, & Jacobum de Marliano M. CCCC. LXXVIII. die XXI. Novembris. In hac Editione deest Epigramma, quod retuli, non sine risu, ad Ann. MCCCC. LXXIV. in mea Hist. Liter.*

(s) Vide Maittaire Tom. I. fol. 131. & Chevalerium fol. 112; a a a a a

- * Eusebii Conradi Responsio ad quemdam Fratrem Eremitam, in 4. per Pachel, & Scinczenzeler. (t) 1478.
- * Augustini Dati Isagogicon, in 4. per Pachel, & Scinczenzeler. (u) 1478.
- * S. Ambrosii Vita, in 4. per Pachel, & Scinczenzeler. (x) 1478.
- * Pauli Florentini Breviarium totius Juris Canonici, in fol. per Pachel, & Scinczenzeler. (y) 1478.
- Joannis de Sacro-bosco Tractatus de Sphæra, in fol. per Alexandrum Minutianum. (z) 1478.

ANNO MCCCCLXXIX.

- * Somma Pacifica, o sia Trattato della Scienza di confessare, di F. Pacifico Novarese, in 8. per Philippum Lavaniam. (a) 1479.
- * Supplementum Summæ, quæ Magistrutia, seu Pifanella vulgariter appellatur, in 4. grandiori, per Pachel, & Scinczenzeler. (b) 1479.
- * Confilia quatuor Alexandri de Nevo Vicentini contra Judæos foenerantes, in 4. per Pachel, & Scinczenzeler. (c) 1779.
- * Æsopi Vita, & Fabulæ è Græco in Latinum versæ, per Rimicium ad Reverendiss. P. D. Antonium, tituli S. Chryzogoni Presb. Card. &c. in 4. per Philippum Lavaniam. (d) 1479.
- * M. Tullii Ciceronis Rhetoricorum Libri, in fol. per Pachel, & Scinczenzeler. (e) 1479.

Pauli

(t) Hanc Editionem vidi Augustæ Taurinorum apud Amicum meum Vir. Clariss. Priorem Jordanum; in eadem vero adversus quemdam Fratrem Ordin. Eremitarum evincere conatur, S. Augustinum, nec Eremitam fuisse, nec instituisse Eremitanos, olim Fratres Guilielmitas appellatos. Hujus controversiæ seriem exposui in mea Hist. Liter. ad Annum MCCCCLXXIX.

(u) Extat in ornatissima Bibliotheca Archintea, caractere Romano quadrato, cum nonnullis abbreviaturis. In calce: *Hoc Opus impressum est Mediolani, opera, & artificio Leonardi, & Henrici Theutonici, & in imprimendum consortes Anno à Natali Christiano M. CCC. LXXVIII. imperante Illustriss. Duce Jo. Galeaz Maria, Anno Ducatus sui primo.*

(x) Libellum hunc vidi apud Abbatem D. Carolum Trivultium Mediolanensem.

(y) Extat apud PP. S. Mariæ Coronatæ hujus Urbis: In calce: *Impressum per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinczenzeller, Mediolani MCDLXXVIII.*

(z) Refertur à Maistaire in Indice ad hunc Annum, sed absque nomine Typographi; prælaudatus tamen Comes Antonius Simoneta Londini degens, Librum hunc adnotavit in suis adversariis, servatum in Bibl. Ducis Devonitæ, vulgo *Devonsbir*, & Typographum ibidem in calce descriptum reperit *Alexandrum Minutianum*. In eodem Indice Michaëlis Maistaire adnotatur Editio Mediolanensis *Sfortiadis Joannis Simoneta* in fol. per *Antonium Zarotum*, tanquam hoc Anno peracta, sed, ut arbitror, per errorem; ex Epistola namque *Francisci Philolphi*, datâ Anno MCCCCLXXIX., quæ subjungitur post hæc Commentaria, tanquam ab eodem recognita, priusquam in publicam lucem producerentur, clarè constat, minimè vulgata fuisse ante illum Annum.

(a) Servatur in Biblioth. Ambrosiana, caractere quadrato, minuto quidem, sed nitido. Dicitur ab Auctore Venerabili Patri *Vinceguerra*, à quo rogatus fuerat, ut hoc Opus conscriberet ad Animarum salutem, illudque se confecisse ait Anno MCDLXXIII. Anno II. Pontificatus Beatissimi Sixti IV. In calce: *D. O. M., ejusque gloriosissima Matri æternæ, B. Francisco, B. Benedicte, ceterisque Beatis, & prædestinatis, doctiss. F. Pacifici Novariensis Ordinis Minorum Observantia, Divini Verbi Preconis Apostolici clarissimi, per G. Brebiam in impressione recognitum, & Philippum de Lavagnia Mediolanensem impressum, utriusque ære Opusculum hoc Dei gratiæ anno Kal. Aprilis in vigilia Domini Incarnati.*

nis expletum est Anno 1479. Mediolani, Imperant. Dominis Bone Matre, & Jo. Galeaz nato, Vicecomitibus; Ducibus VI. Extat in fine Italicum Epigramma, sed aded rude, ut Lectorum oculis offerri non mereatur.

(b) Caractere Gothico; sed nitido, absque numeris paginarum &c. Auctor sibi proposuit alphabeticè explicare titulos rerum, de quibus agit, & ultimus eorundem est *Zelus*, post quem sic concludit: *Et hic Zelus me Fratrem Nicolaum de Ausmo, Ordinis Minorum indignum, pro aliquali simpliciorum subsidio ad hujus Supplementi compilationem promovit, quod favente Domino nostro Jesu Christo, expletum est apud nostrum locum prope Mediolanum, S. Mariæ de Angelis nuncupatum, & vulgariter S. Angeli, MCDXLIV. Novembris XXVIII. die Sabbati &c. Sequitur Tabula Capitulorum & Canones Pœnitentiales, extracti de verbo ad verbum è Summa Fratris Astensis Ord. Minorum, in cujus calce: *Impressum Mediolani per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinczenzeler MCDLXXIX. die XXII. Aprilis. Extat in Bibl. Ambros.**

(c) Caractere Gothico, sed nitido. In calce:

*Quod Pachel Insubribus pressum Leonardus, & ejus
Uldericus Socius ære peregit Opus.*

Mediolani Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, secundo Kalendas Majas.

(d) Caractere nitido, quadrato, absque numeris paginarum, Indice &c. Sequitur Epigramma, quod incipit:

Si placet bybernas libris, tibi fallere nosces,

Non alium quæres; ipse satisfaciam.

Æsopi invenies & dicta, & facta legendo,

Quæ risum mæsto cuique movere queant.

Es qui me è Græco voluit fecisse Latinum

Doctus erat. Lege me, non tibi vilis ero.

In calce: *Impressum Mediolani ad impensas Philippi Lavagnia Civis Mediolanensis, MCDLXXIX. die XXVI. mensis Junii.*

(e) Caractere rotundo, nitidissimo, absque titulis paginarum &c. In calce:

Qui cupit egregiè Ciceronis scire Libellos

Rhetoricos, frequens hæc legat artis opus.

- * Pauli Florentini, Divi Ordinis S. Spiritus de Urbe, Quadragesimale; in fol. per Pachel, & Scinczenzeler. (f) 1479.
- * Laurentii Vallensis, Viri Clariss., & de Lingua Latina benemeritis ad Joh. Tortellum Elegantiarum Opus, in fol. per Philippum Lavaniam. (g) 1479.
- Omellie vulgari di S. Gregorio Papa, in fol. parvo, per Pachel, & Scinczenzeler. (h) 1479.
- Fratris Jacobi de Cessolis Opusculum de ludo Scaccorum, seu de Moribus hominum, officiisque Nobilium. (i) 1479.
- * Baldi Lectura super prima, & secunda parte Digesti Infortiati, in fol. per Fratres de Honate. (k) 1479.
- * Eusebii Conradi, Mediolanensis, Canonici Regularis Congregationis Lateranensis, adversus F. quemdam blaeteronem Ordinis Eremitarum, Canonicorum Regularium lycophantam, & falsidicum Prædicatorem Responso pro venerabili, & erudito Dei Prædicatore Domino Dominico Can. Reg. &c., in 4. per Pachel, & Scinczenzeler. (l) 1479.
- * Johannis Simonetæ Commentaria Rerum gestarum Francisci Sfortiæ, in fol. per Antonium Zarotum. (m) 1479.
- * Pauli Florentini Expositio in Psalmos Pœnitentiales, per Zarotum. (n) 1479.
- Missale juxta Consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, in fol. per Antonium Zarotum. (o) 1479.

Salu-

M. Tullii Ciceronis Rhetoricum opus per spectabilem Virum D. Henricum de Cataneis J. U. Doctorem diligenter emendatum Mediolani, impressum per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinczenzeler, MCDLXXIX. die primo Septembris. Henricus de Cataneis, hic memoratus, Mediolanensis Patriæ, nobilitati sanguinis non modicam in Jurisprudentiæ facultate peritiâ adjunxit, atque in Collegium JCC. nostræ Urbis admissus fuit. Ejus meminit in suis ejusdem Collegii Chronicis Clariss. Jo. Sionus, artic. 236.

(f) Extat in Bibl. Ambr. caractere Gothico, minuto. Dicitur ab ipso Auctore Reverendiss. in Christo Patri, & Domino, Innocentio Romano, ejusdem Alma Religionis Generali Præceptori. Hanc Epistolam dedimus fol. CCCCLXXVII. Adest in fronte incisa imago Pauli Florentini cum his literis M. P. F. O. S. S., quas explicavimus in Hist. Liter. ad hunc Annum, ubi eodem Auctore sermonem habuimus. Sequitur Præfatio ad Lectorem, & Tabula Sermonum. In calce: *Quadragesimale hoc perutile impressum est Mediolani per prudentes Alamanos, Magistros Artis bujus, Uldericum Scinczenzeler, & Leonardum Pachel Socios, Anno Domini MCDLXXIX. die decimo Septembris.*

(g) Gesnerus asserit, hoc Opus scorsim primò Venetiis impressum ab Aldo; sed falsò, ut docent geminæ ejusdem Operis Editiones in Urbe nostra peractæ, altera Anno MCCCCLXXVII., altera hoc Anno, præter quamplures alias Romæ, Venetiis, Parisiis antea in publicam lucem productas. Carmina, quæ huic Libro subduntur, jam retulimus in prima Mediolanensi impressione; ista verò, caractere minuto Gothico, sed satis claro, confecta, his clauditur notis: *Impressum Mediolani, impensis Philippi Lavagnia, Anno Domini MCDLXXIX. pridie Kal. Novembris.*

(h) Caractere nitido, sine numeris &c., paginis per columnas impressis. In calce post Indicem Homiliarum: *Omellia vulgare di S. Gregorio, atilissimi a tutti i Fedeli, impresso a Mediolano, mediante la gratia di Dio, per li prudenti homini Leonardo Pachel, & Ulderico Scinczenzeller de Altamagna, per loro industria, & con summa diligentia emendate, nella Natività del nostro Signore Gesù Christo M. CCCC. LXXViii. a di XX. del mese de Augusto.* Clariss. Marchio Scipio Maphæus in suo Italico Tractatu, inscripto *Traduttori Italiani*, eas tantùm refert Editiones Homiliarum S. Gregorii, quæ Florentiæ Anno MDII., & Venetiis MDXLIII. publicam lucem aspexerunt, cum nostra antiquior sit Annis XXIII.

(i) Refert hanc Editionem Labbeus in Supplem. IX. fol.

352. Italicè editus est Florentiæ Anno MCCCCXCIII. sub nomine di *Jacomo Bovesole*, cujus exemplar servatur in Bibl. Ambr. Ejusdem Libri MS. exemplar antiquum extat apud D. Abbatem March. Aliprandum Vicecomitem, Mediolanensem. De Auctore hujus Operis vide Quetif & Heccard in Biblioth. Ord. Prædicatorum.

(k) Extat in Cœnobio S. Mariæ Gratiarum prope Modœtiam, caractere Gothico, sine numeris pignarum, Indice &c. In calce: *Mediolani suis primis correctis, & emendata, postmodum ibidem impressa laboribus, & impensis Nobilium Benini, & Jo. Antonii fratrum de Honate, & finita feliciter Anno MCCCCLXXViii. die XXVii. Maji.*

(l) Dicit Auctor Librum istum Domino Joanni de Cribellis Præposito Monasterii S. Petri de Ulmo. Hanc Epistolam lege supra fol. CCCCLXXVI. Adest in fine altera Epistola Nicolai Clavassensis Can. Regul. ad Eusebium Mediolanensem, integerrimum, & optimum Patrem, bujus Operis Auctorem, quam omisi, cum parvi momenti sit ad Literariam Eruditionem. Quid Liber iste complectatur, vide in mea Hist. Liter. ad hunc Annum. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel, & Uldericum Scinczenzeler Theutonicos, impensis Rev. Domini Johannis de Cribellis, Ecclesiæ S. Petri de Ulmo Præpositi dignissimi Anno Domini MCCCCLXXVIII., quindodécimo Kal. Augustas.*

(m) De hujus Operis Auctore Sermonem habui in Hist. Liter. ad hunc Annum: Epistolas verò, quæ in fronte leguntur, recusatas dedi fol. CCCCLXXII. & sequi ubi Chronicas notas impressionis addidi, quæ nomen Typographi Zaroti, & diem X. Kalendas Februarias referunt, sed Annus omittitur. Hunc ego credidi fuisse MCCCCLXXX., motus conjecturis in memorata mea Hist. productis. Nihilominus Opus hoc ad hunc Annum retuli, ut communem sequeretur opinionem. Hujus Historiæ autographon MStum extat apud Com. Antonium Simonetam.

(n) Præmittitur Epistola nuncupatoria ad Dominum Leonardum de Platis, Civem, & Canonicum Mediolanensem, quam recudimus fol. CCCCLXXXVIII. Adnexus est hic Liber Quadragesimali ejusdem Auctoris, superius indicato, quod in Archiatea Biblioth. servatur.

(o) Extat in Regia Biblioth. Parisiensi, Tom. I. fol. ultimo, ubi indicatur editum Mediolani ab Antonio Zaroto Anno MCDLXXIX. die XXVII. Septembris.

DLXXII CATALOGUS LIBRORUM

- Salustii Opera, per Antonium Zarotum. (p) 1479.
 De Nursia, Tractatus de Pœnitentia, in 4. sine nomine Typographi. (q) 1479.
 Pauli Florentini Breyiarium Juris Canonici, in fol. per Pachel, & Scinczenzeler. (r) 1479.

ANNO MCCCCLXXX.

- * Angeli de Perusio super secunda parte Digesti veteris, in fol. per Jo. Antonium de Honate. (f) 1480.
 * Vocabulista Ecclesiastico, ricolto, & ordinato dal Joanne Bernardo Savonesse Servanti di Santo Augustino, in 4. per Pachel, & Scinczenzeller. (t) 1480.
 Valerii Maximi Historia, in fol. per Pachel, & Scinczenzeler. (u) 1480.
 * Vita del glorioso Serafico Patre Miser S. Francesco, compilata per il Reverendissimo Patre, & Doctore eximio Miser Bonaventura Cardinale de la Sancta Matre Ecchiesa, in fol. per Philippum Lavaniam. (x) 1480.
 * Constantini Lascaris Bizantini Compendium octo Orationis partium, & aliorum quorundam necessariorum Græco-lat., in fol. absque nomine Typographi. (y) 1480.
 * Nicolai Perotti Grammatica, in fol. per Pachel, & Scinczenzeler. (z) 1480.
 * Titi Livii Historia, in fol. per Antonium Zarotum. (a) 1480.
 Æsopi Vita, & Fabulæ per Rimicium è Græco in Latinum versæ, in 4. per Philippum Lavaniam. (b) 1480.
 * Svetonii Vitæ Cæsarum, in fol. per Antonium Zarotum. (c) 1480.
 * Statuta Mediolani, in fol. impensâ Pauli de Suardis. (d) 1480.

Statuta

- (p) Refertur in Indice Annalium Michaëlis Maittaire.
 (q) Adnotatur in Appendice Alphab. ejusdem Maittaire post Indices pag. 541.
 (r) Ex Maittaire in Indice. In fronte legitur Epistola nuncupatoria ad Dominum Innocentium Romanum Ord. S. Spiritus Generalem Præceptorem, quam dedi in ferie Epistolarum fol. CCCCLXXXIX.
 (f) Extat in Cœnobio S. Mariæ Gratiarum prope Modoëtiam, caractere Gothico, sine numeris paginarum &c. Adest Tabula repertoria. In calce: *Impressi Mediolani per Jo. Antonium de Honate, vigore, & impensa Nobilium D. Petri Antonii de Castilione, & D. Ambrosii de Caymis Mediolanensium, quinto Idus Februarii MCCCC-LXXX.*
 (t) Caractere minuto, sed nitido, absque titulis, numeris paginarum &c. Profitetur Auctor in Præfatione, se ista ut plurimum hausisse ex Papia, & Mamotrecto. In calce: *Impressum fuit hoc Opus F. Joannis Bernardi Fortis Savonensis, Ord. S. Augustini, Mediolani per excellentes Opifices, Leonardum Pachel, & Uldericum Scinczenzeler, Anno Domini MCCCCLXXX. XII. Kal. Majas. De hoc Opere, ejusdemque Auctore differui in Hist. Liter. ad hunc Annum.*
 (u) Apud Maittaire, fol. 156. additis Chronicis notis: *Impressum Mediolani MCCCCLXXX. per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinczenzeler sextodecimo Kalendas Augustas.*
 (x) Caractere quadrato, sed nitido, absque nuncupatoria, numeris paginarum, Indice &c. In calce: *MCCCC-LXXX. a di XVII. del mese di Zenaro è stata impressa questa Opera in Casa de Messere Philippo de Lavagnia Cittadino de Milano, Deo gratias. Amen. Sequitur Tabula Capitulorum.*
 (y) Extat in Collegio S. Barnabæ Cleric. Regul. S. Pauli, & apud me, caractere grandiori optimo, Græco textu, & Latina versione sibi invicem per columnas respondentibus, absque titulo, numeris paginarum &c. In calce: *Hoc divinum Opus impressum est Mediolani III.*

- Kalendas Octobres MCCCCLXXX., & interpretatum per Venerabilem Virum utriusque Lingua doctissimum, & optimum, Johannem Monachum Placentinum De Joanne Monacho Placentino egi in Hist. meæ Liter. ad Ann. MCCCCLXXV., non secus ac de Constantino Lascari ad Ann. sequentem.*
 (z) Codex à me inspectus, est acephalus, caractere quadrato grandiori, & nitido, absque numeris paginarum. &c. In calce: *Hæc Nicolai Perotti Syoposini ad Pyrrhum Perottum Nepotem ex Fratre suavissimum, rudimentum Grammatices, per prudentes Vros Leonardum Pachel, Uldericumque Scinczenzeler, Theutonicos, impressa sunt Mediolani MCCCCLXXX. Pridie Kal. Octobres.*
 (a) Caractere Romano, optimo, lato margine, sine numeris paginarum &c. In calce: *Hæc tres T. Livii Decadas Petrus Justinus Philolpus quam diligentissimè recognovit: Impressit Mediolani Opifex consummatissimus Antonius Zarotus, operâ, & impensis Joannis Legnani X. Kalendas Novemb. regnantibus Mediolani Ducibus Bona, & Jo. Galeatio Maria Sporsia, Anno 1480. Refert hanc Editionem etiam Maittaire pag. 156.*
 (b) Hanc Editionem refert P. Orlandus signatam in calce his notis: *Ad impensas Philippi Lavagnia Civis Mediolanensis MCCCCLXXX. die IV. mensis Septembris.* Refertur etiam à Maittaire fol. 262., sed de ea nihil proferre possum, cum ipsam non viderim.
 (c) Caractere rotundo, optimo. Præcedit Vita ejusdem C. Svetonii Tranquilli, ex Domitio Calderino, & Xicco Polentone; dein subduntur Ausonii Carmina, cum rubrica Librorum. In calce: *Hoc Opus diligentè emendatum, impressum est Mediolani per Antonium Zarotum, operâ, & impensis Joannis Legnani, die XVI. Novembris Anno Domini MCCCCLXXX. Extat apud Amicum Joseph Smith.*
 (d) Servantur in Biblioth. Ambros., caractere Gothico, nigro-rubro, sed satis nitido, absque Præfatione, titulis, numeris paginarum &c. In calce: *Explicit Liber Statutorum inclite Civitatis Mediolani, ibidem, annuente Deo, diligenter impressus, operâ, & impensâ egregii Magistri Pauli de Suardis, Anno Domini MCD. LXXX.*

- * Statuta Datorum Mediolani. (e) 1480.
- Stephani Flisci de Soncino de Sententiis & Synonimis ad Rhetores, in 4. per Simonem Magnagum. (f) 1480.
- * Augustini Dati Senensis Isagogicus Libellus, sive Elegantiæ, in 4. absque Typographi nomine. (g) 1480.
- Henricus de Hesse, sive de Assia, contra Disceptationes, & contrarias Prædicationes FF. Mendicantium super Conceptione Mariæ Virg., & contra maculam S. Bernardo mendaciter impositam. (h) 1480.
- * Joannis de Mandevilla, Tractato delle cose più maravigliose &c., in 4. parvo, auspiciis Petri de Corneno. (i) 1480.
- Q. Curtii Historia, in fol. per Antonium Zarotum. (k) 1480.
- Propertius, Tibullus, & Catullus, in fol. sine nomine Typographi. (l) 1480.
- * Miracoli della Beatissima Vergine, per Philippum Lavaniam. (m) 1480.

ANNO MCCCCLXXXI.

- * Francisci Philephi Orationes, & nonnulla alia Opera, in 4. sine nomine Typographi. (n) 1481.
- * Pii II. PP. Epistolæ, in fol. per Antonium Zarotum. (o) 1481.
- * Gabrielis Paveri Fontanæ Placentini, in Georgium Merlanum, seu Merulam Invektiva, in 4. sine nomine Typographi. (p) 1481.

Bar-

LXXX. die XX. Decembris. An hic Paulus de Suardis Typographus Mediolanensis fuerit, incertum mihi est, cum nullum alium Codicem ejus, tamquam Impressoris, nomine signatum inspexerim. Quo circa eundem tantum pecuniam suppeditasse, ac in foro Mediolanensi versatum fuisse, opinatus sum in mea Hist. ad hunc Annum.

(e) Scorsim excusa hæc sunt in nostra Urbe, sed sine mentione loci, & Typographi. Unum eorumdem exemplar servat Bibl. Ambr. caractere grandiori Romano.

(f) Hanc Editionem refert P. Orlandus pag. 106., sed sine Chronicis notis, in calce impressis.

(g) Caractere Romano, nitido, & lato margine, absque titulis, numeris paginarum, Indice &c. Servatur in Bibl. Ambr. unum exemplar, sed acephalum. In calce: *Hoc Opus diligenter emendatum, impressum est Mediolani, operâ, & impensâ Johannis (Legnani) Mediolanensis, Librarii non vulgaris, Anno à Natali Christiano MCCCCLXXX Regnante Illustrissimo Duce Johanne Galeatio Maria Sfortia.*

(h) Referunt hanc Editionem Cornelius à Beughem pag. 71. & P. Orlandus pag. 342. Meminit etiam ejusdem Ludovicus du-Pin Bibl. Eccles. Seculo XV. pag. mihi 87.

(i) Amplior titulus hujus Libri legitur in fronte primæ pagine his verbis: *Tractato delle più maravigliose cose, e più notabile, che si trovano in le parte del Mondo, vedute, e collette sotto brevità in el presente Compendio, dal strenuissimo Cavalier Speron d'Oro Jobanne de Mandevilla, Anglico, nella Città de S. Albano &c. caractere Gothico, sed satis nitido. In calce: Explicit Johannes de Mandevilla, impressus Mediolani, ductu, & auspiciis Magistri Petri de Corneno, pridie Kalendas Augusti MCCCCLXXX Johanne Galeatio Maria Sfortia Vicecomite Duce nostro invictissimo, ac Principe jucundissimo.* Adest Præfatio brevis de omnibus Provinciis, Urbibus, Insulis &c. quæ peragravit idem Mandevilla, qui Jerosolymam invisit Anno MCCCXXII. Extat apud Clariss. Virum J. U. Doctorem Jacobum Magnagum, Varisensem. Servatur MS. exemplar hujus itineris in Bibl. Ambros. in fol. litera D. num. 46. In calce ejusdem Codicis MS. adest adnotatio, quæ testatur, Iter memoratum in Italicam linguam translatum fuisse Leodii Anno MCCCCLV., & paulo post etiam Latinam versionem accepisse, quâ linguâ descriptum est Exemplar nostrum Bibliothecæ Ambrosianæ. Antonius Verdier in Bibliotheca Scriptorum Gallicè impressa, refert Auctorem hujus Itineris sub *Tom. I.*

nomine *Johannis de Montevilla*; eumque ait obiisse Londini Anno MCCCCLXXII. Editum autem hoc Opus fuisse tradit Lugduni anno MCCCCLXXXVII. asserens, extare alterum Librum inscriptum *Lapidaria* seu de virtute & proprietate lapidum pretiosorum, qui lucem vidit pariter in eadem Lugdun. Urbe, sed sine Anno, & Typographo. De Petro Corneno, cuius operâ editus fuit hic Liber, nonnulla innui in adnotatione post Epistolam LXXXIV., datam fol. CXL.

(k) Extat hujus editionis Exemplar apud Comitem Scipionem Bosellum, quæ peracta indicatur, *impensis Johannis Legnani.*

(l) Refertur à Maittaire in Appendice alphabetica, post Indices pag. 548.

(m) Hujus Editionis Mediolanensis notitiam accepi ab Amico, sed sine indicatis Chronicis notis. Vidi postmodum alibi, icaractere Romano, sed non satis nitido. In calce: *Impressum Mediolani per Philippum Lavaniam MCCCCLXXX. die XXIII. Martii.*

(n) Extat in Bibliotheca Ambrosiana, sine loco, tempore, & nomine Typographi; cum tamen præcedat Epistola ejusdem Philephi, data ad *Ludovicum Mariam Sfortiam Bari Ducem, ac Ducalem primarium Locumtenentem*, ex ædibus suis Anno MCCCCLXXXI. clarè discimus Mediolani editum fuisse hunc Codicem ipso Anno. Epistolam memoratam integram dedi in Hist. mea Literariâ ad hunc annum, ubi de Francisco Philepho, atque hac Editione plura adnotavi.

(o) Servatur in Bibliotheca Ambrosiana hæc nitidissima editio, rotundo optimo caractere, absque numeris paginarum &c. Præcedunt Tituli Epistolarum, quæ in hoc divino Volumine continentur, num. LII. In calce legitur: *Has Pii II. Pont. Max. Epistolas, quàm diligentissimè castigatas per Petrum Augustinum Philephum impressit Mediolani Antonius Zarotus, operâ & impendio Johannis Legnani, Anno Domini MCCCCLXXXI. die XXXI. Maji.*

(p) Editionem istam pariter custodit Bibliotheca Ambrosiana, caractere rotundo optimo, sine titulo, numeris paginarum, & nomine Typographi. Signatur in calce annus, diesque, quibus hanc Invektivam complevit Fontana, nempe *MCCCCLXXXI. Kal. Aprilibus*, statimque subjungitur: *Hoc Opusculum, quod est non dictum, sed responsum, jocos, atque seriis refertum, Mediolani diligenter suis impressum, Anno salutis MCCCCLXXXI.*

bbbbbb

DLXXIV CATALOGUS LIBRORUM

- * Bartholomæi Platinae Dialogus de Flosculis quibusdam Linguae Latinae ad Laelium. Item Dialogus ad Lodovicum Agnellum de Amore, in 4. per Antonium Zarotum. (q) 1481.
- * Silius Italicus Punicorum, in fol. per Antonium Zarotum. (r) 1481.
- * Santo Brasca, Descrizione, o sia Relazione del suo Viaggio a Gerusalemme, in 4. per Pachel, & Scinzenzeler. (f) 1481.
- * Petri Apollonii Collatini, Presbyteri Novariensis, de Eversione Urbis Hierusalem Carmen heroicum, in 8. per Pachel, & Scinzenzeler. (t) 1481.

Voca-

LXXXI. quinto Kal. Junias; quo quidem die Solis fuit Eclipsis, non sine magno Fontana Auctoris discrimine, & Dux maximus, maximo Duci, Mabometbi magni Turcorum domini mortem nunciavit. Subsequuntur duo ejusdem Auctoris Epigrammata:

Domino Bernardo Justiniano.

Candidus ad te venit noster, Bernarde, Libellus,
Cum sis & Cygnis albior, atque nive.
Si te non citius celeravit visere, morbus
Causa fuit, qui me vexat, acerba nimis.
Si me dimissum faciat; te saepe revisam,
Et salvere tibi, magne Patrono, sejan.

Georgio Merlano, nunc Merula.

Se tibi pullatus Censor, Merlane, recepit
Cum sis & Merula nigrior, atque pice.
Si fuit hic tardus, causas adscribito vento,
Qui mihi me tollens nocte dieque furit.

Si tamen immitti tandem mitescere distas,
Quam miser indoleas, te nocuisse bonis;

Aufer enim, vindex Merulam sic quoque sequetur,
Ut nullo valeat maesta sedere loco.

Ne citò corde fleat, Merula jam parce gementi,
O Christe Omnipotens, tuque Phileise pater.

Tunc Merula dabitur quovis requiescere luco,
Vepribus, & spinis, arboribusque suis.

Quid in hac Invektiva contra Merulam contorserit Gabriel Paverus, reperi in mea Hist. Liter. ad hunc Annum, ubi sermonem habui de Francisco Philepho. Auctoris vero hujus Libri Familiam, Studia, & res gestas ad Ann. MCCCCLXXVII. palam feci.

- (q) Servatur in Bibl. Amb. caractere Romano, optimo, absque titulis, praefatione, numeris paginarum, & Indice. In calce: Bartholomæi Platinae Dialogum de Flosculis Linguae Latinae ad Laelium, una cum item Dialogo de Amore ad Lodovicum Agnellum, quam diligentissime castigatum per Petrum Augustinum Philalpbum, impressit Mediolani Antonius Zarotus, operâ, & impensâ Johannis Legnani, Anno salutis MCCCCLXXXI die XVIII. Augusti. Principio primi Dialogi interrogatus Platina à Laelio, quid de Valla Literatissimo homine sentiret? Respondet: Scripsit Valla, ne mentiar, acutè, & doctè multa, sed audacter nimium quod proponit, affirmat, & mordacitate plus, quam deceret, delictatur; multis enim ob levem causam diem capitis dicit. Fingit autem, se Librum Elegantiarum Vallæ, veluti Commentarij illustraturum, inquit; Longum esset recensere totum. Volumen de Elegantiâ Linguae Latinae ab eo (Valla) prescriptum, Tu, aperto Libro, ex ordine me qua voles interrogabis, & ego vicissim qua cogitavi necessaria esse duxero, tibi explicabo. In secundo Dialogo praclare dixerit de Amoris pravi damno, ac remedijs.

- (r) Caractere rotundo, cum aliquibus abretionibus, absque numeris paginarum, Indice &c. In calce: Hic Silius Italicus Coles, quamvis esset Romanus (Anno nescio, MCCCCLXXI) Impressorum negligentia multis in locis depravatus, recognitus est ab eodem Petro Justino Philalpbio (alias enim Editiones in nostra Urbe curaverat hoc Anno,) ut nonnullis Amicis suis obtinuerat, septimo Idus Novembris. Impressit autem Mediolani Antonius Zarotus, operâ, & impensâ Johannis Legnani Anno salutis MCCCCLXXX. PRIMO. LECTOR. BENEVOLE. VALE. PERPETVO.

(f) Extat apud me, caractere Gothico, absque numeris paginarum, Indice &c. Praecedit Auctoris Epistola ad Magnificum Dominum Antonium Landrianum, Ducalem Thesaurarium generalem, quam utpote corruptio sermone compositam, consulit omni. In fine adest Oratio, metro Italico ab eodem compacta, ac deinde Epistola Ambrosii Archiepiscopi Mediolanensis ad Sanctum Brascham, Ducalem Cancellarium, in hæc verba: „ Quamquam „ superiore Anno non mediocri angebar dolore ob „ difficilem, quam aggressurus eras, provinciam vi- „ sendam Terræ Sanctæ, cum propter ingentes scopu- „ los, & fluctuantia Maria, cum ob stomachi debili- „ tatem, quo te laborare reciprocantibus undis, non „ me fugiebat; tamen ed gratior, & jucundior exti- „ tit gloriosissimus in Patriam reditus tuus, quod pe- „ ricula undique imminabant. Idcirco agenda sunt „ Immortalis Deo optimo, maximoque gratis: ego „ vero pro virili mea agam, dum vita erit. Ceterum „ legi avidissime Opusculum, quod tumultuario (ut „ ajunt) strepitu, & inter remigantium clamores in „ transæ, edidisti, ex quo sane hæc parum volupta- „ tis suscepi. Et quamquam honorum operum est „ proprium, ut externo commendatore non egeant, sed „ gratiam suam ipsa testentur. Tamen jure omnes „ tibi debere fateor, quod in tranquillo, & tuto „ itinere possuat, tamquam in tabella picta, hoc San- „ ctum iter, hominumque mores, & regiones, & „ quæcumque in eis preciosiora sunt. Pro tot itaque „ laboribus, & vigiliis maritimis, & terrestribus, „ pro tantoque Christianis vitis munere donato, & „ gratulor, & simul gratias ago; quod sedentibus „ nobis ante oculos apposueris, in lucemque attuleris „ exquisitissima quæcumque, & compendioso hoc „ Opusculo omnia, ut nihil uberius, nihil lautius, „ nihil denique elimatius, dici, aut excogitari queat, „ attigisti. Quam ob rem, non dubito, tam lauda- „ bile compendium omnibus longè probatum iri. „ Plerosque etiam crediderim affuturos, qui tuo exem- „ plo adducti, abs te paratum sibi existimantes argu- „ mentum, hujus Itineris designationem longiore „ orationis ambitu extollere conabuntur. Verum ego „ illos operam, & oleum frustra sumpturos prævi- „ deo; acta enim agent, & præceptam sibi omnino „ in ea re opportunitatem agnoscent. Quare desi- „ nant, quoscumque moneo, quia Sanctus meus, „ omnium judicio, cumulatissime & præsentibus, & „ posteris satisfacit, ne, unde sibi laudem sperant, „ totius populi irrisionem, & Dei fortè indignatio- „ nem subeant, cujus nutu, & voluntate factum „ existimo, ut tibi Viro doctissimo, ac omnium or- „ stræ memoriæ laudatissimo, tam egregiè, & verissi- „ mè scribendi hujusce Itineris labores conservaren- „ tur, quo plus gratiæ, ponderis, & fidei apud mor- „ tales habituri forent. Vale, Familiae Braschorum „ ornamentum, & decus. Mediolani nono Kalendas „ Martias 1481. De nobilissimis hisce Civibus Me- „ diolanensibus, Brascha, & Archinto, nonnulla „ enuntiavi in Hist. mea Liter. ad hunc Annum. In- „ calce: Leonardus Pachel, & Uldericus Scinzenzeller, „ Theutonici, hortatu Ambrosii Archiepiscopi hoc Opusculum „ in lucem attulerunt Anno à Natali Christiano 1481. qua- „ to Kalendas Martias.

(t) Extat in Bibl. Cœnobii S. Ambrosii hujus Urbis, caractere Romano, optimo. In calce: Mediolani Anno Domini MCCCCLXXXI. quindecimo Kalendas Novembres Uldericus Scinzenzeller, necnon Leonardus Pachel ejus Socius, propria impensâ, & laudabili officio impressum edidit. Cum nomen Apollonii Collatini Romanam antiquitatem redoleos, plures in errorem adduxerit, qui Auctorem hujus Poematis Seculo VII. aut VIII. floruisse crediderunt, in mea Lit. Hist. ad hunc Annum, verum ejusdem cognomen, atque artem indicavi ex Museo Novariensi Lazari Augustini Cottæ; addens insuper testimonia Editionum nostrarum, quæ illum vixisse sub finem Seculi XV. evincunt.

- * **Vocabularius in Mamotrectum**, secundum ordinem Alphabeti, in 8. per Pachel, & Scinzenzeler &c.
Tractatus de Orthographia, seu pronunciatione vocum sacrarum, insert. (u) 1481.
- * **David Prophetæ, & Regis Melos, sive Psalterium Græco-Latinum Johannis Monachi Placentini**, in fol. sine nomine Typographi. (x) 1481.
- * **Tractato utilissimo circa la conservazione della sanitate**, composto per il Clarissimo, & Excellente Filosofo, & Doctore di Medicina Mef. Ugo Benzo di Siena, in 4. sine nomine Typographi. (y) 1481.
- * **Q. Curtii Libri de rebus gestis Alexandri Magni**, in fol. per Antonium Zarotum. (z) 1481.
- * **Angeli de Perusio, de Obligationibus**, in fol. sumptibus Castellionæi, & Lavaniæ. (a) 1481.
- * **Juvenalis, & Persii Satyræ**, in fol. per Antonium Zarotum. (b) 1481.
- * **Terentii Comœdiæ sex**, in fol. per Antonium Zarotum. (c) 1481.
- * **Dialogo di Mefere Sancto Gregorio Papa**, in fol. parvo, per Pachel, & Scinzenzeler. (d) 1481.
- Angeli de Aretio in primam & secundam partem Instit.**, in fol. (e) 1481.

Cor-

(p) Liber iste, qui continet significationem partium difficultum S. Scripturæ, & leges profundæ pro vocum sacrarum pronunciatione, teste Auctore Ephemeridum Venetarum Tom. XIII pag. 287. editus antea fuerat Moguntie Anno MCCCCLXX., deinde Venetiis à Nicolao Jenson Anno MCCCCLXXIX., quam editionem servat in sua ditissima Bibliotheca Excell. Comes Carolus Pertusatus Mediolanensis Senatus Præses. In calce: *Finis expositionum, & correctionum Vocabulorum Libri, qui appellatur MAMOTRECTUS, in quo quidem tam Biblia, quam aliorum plurimorum Librorum vocabula explanantur. Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller, Socios, Anno Domini MCCCCLXXXI. quarto Kalendas Septembris.* Auctori nomen fuit *Johannes Marchesinus*, Ordinis Minorum, de quo agit in sua Histor. Italica Academiæ Regiensi Joannes Guascus, ubi per errorem typographi legitur editum hoc Opus Mediolani Anno 1431. loco 1481. De hoc Libro plura differui in mea Hist. Liter. sub finem Anni MCCCCLXXX.

(x) Paginæ dividuntur per columnas, Græco textu, & Latina versione sibi invicem respondentibus. Characteres Græci rudes sunt, & inconcinni, quippe qui in Artem impressoriam pauld ante inducti; Latini verò facti nitidi. Huic editioni Johannes Monachus præposuit Epistolam nuncupatoriam *Reverendo Patri, & Domino, D. Lodovico DONATO, Episcopo Bergomensi*, quam supra edidi fol. CCCCLXXXI. In calce: *Impressum Mediolani Anno M. CCC. LXXXI. die XX. Septembris.*

(y) Extat apud me, ex dono humanissimi Comitis Antonii Simonetæ, caractere Gothico, sed satis nitido, absque Præfatione, numeris paginarum &c., sed cum Indice alphabetico in calce; post quem clauditur volumens his verbis: *Exactum est hoc Opus Mediolani, curâ, & diligentia Petri de Corneno Mediolanensis, MCCCCLXXXI. pridie Kalendas Junias, Johanne Galeatio Sfortia Vicecomite Principe nostro invictissimo dominante.*

(z) Editionis hujus duo vidi exemplaria, unum in Bibliotheca Monachorum Montis Oliveti apud Basilicam. S. Victoris Mediol., alterum penes J. C. C. Comitem Carolum Recalcatum, Rebus Capitalibus Regium. Præfectum in Provincia Mediolanensi, caractere Romano, absque Præfatione, numeris paginarum, Indice &c. In calce: *Hos novem Quinti Curtii Libros de rebus gestis Alexandri Magni Regis Macedonum, quam accuratissimè recognovit impressit Mediolani Antonius Zarotus, operâ, & impendio Johannis Legnani, Anno Domini MCCCCLXXXI. die XXVI. Martii.*

(a) Servatur in Bibl. S. Mariæ Gratiarum Ord. Minorum. de Observantia apud Modoëtiam, caractere Gothico, absque Præfatione, numeris paginarum, sed cum Indice in calce, post quem Typographus hanc subdidit adnotationem: *Quam plura elegantia Juris Civilis vo-*

lumina diligenter facta, accuratèque correctæ variis in locis impressa fuerunt; sed tantò Eruditissimorum Virorum studio, tantaque animi solertiâ Opus istud utilissimum, imprimisquæ omnibus necessarium, utpote apertum Juris elementorum documentum, peragratum, emendatumque fuit, ut inter cetera omnia non minus splendeat, quam Sol, & Luna inter cuncta Lumina Cæli; inter ea enim, quæ hoc nomine negant, argumenta, Libri ipsius lectio attestatur. Suscipite ergo firmo, & lato animo Opus ipsum elegantissimum, & dulci ejus doctrina ingenium vestrum enutrite, o Juris Romani studiosi; nam ut ceteris hic Liber, curâ, industriæque correctionis, & doctrinæ principatu præstat, sic vos studio, & vestra ex Libro eruditio habita, quibuscumque aliis eritis clariores, qui cum post alios Juris Commentarios novissimis temporibus iis, optimisque Auctoribus in Urbe, doctrinâ, studiisque uberrimâ, emendatus, impressusque fuerit, non nisi supra omnes alios potest dignitate florere; stampatus namque Mediolani fuit Millesimo quadringentesimo octuagesimo primo à Christi Natali Anna, Idibus Maji, Petri Antonii Castellionei Juris Alumni doctissimi, Philippique Lavagnæ, amplii, honestique Negotiatoris, nobilissimorum Mediolanensium Civium, sumptibus, & cura. Ad laudem Summi, & Æterni Dei.

(b) Caractere Romano nitidissimo, absque Præfatione, nuncupatoriâ, numeris paginarum &c. In calce: *D. Junii Juvenalis, & A. Persii Flacci Satyras quàm diligentissimè castigatas per Petrum Augustinum Pbilipbum, Antonium Zarotum Parmensis impressit Mediolani, impendio Johannis Legnani, Anno salutis MCCCCLXXXI. die XI Julii.*

(c) Exemplar hujus Editionis vidi in Bibl. Monachorum. Cisterciensium S. Ambrosii hujus Urbis, caractere Romano nitidissimo, absque titulis, numeris paginarum, Indice &c. Præcedit Vita Terentii, excerpta è dictis Francisci Petrarchæ. In calce: *Hoc Opus quàm diligentissimè recognitum, Johannes Legnanus imprimi curavit Mediolani, operâ, & impendio suo, per Antonium Zarotum Anno Domini MCCCCLXXXI. die XIII Martii.*

(d) Caractere rotundo, satis nitido, paginis in columnas divisus, absque numeris &c. cum Præfatione è Latino idiomate in Italicum conversa. In calce: *Questo divotissimo, & utilissimo Libro, chiammato Dialogo di Mefere Sancto Gregorio, insieme con la Vita sua, si è stampato a Mediolano per Magistro Leonardo Pachel, & Uldrico Scinzenzeller ne l'Anno del Signore M. CCC. LXXXI. a di nove di Marzo. Extat in Bibliotheca Archireca.*

(e) Extat hujus editionis exemplar Augustæ Taurinorum à Fr. Petro Paulo Quaglino mihi olim indicatum. Eandem refert Clariss. Marchio Scipio Maphæus, in Libro inscripto *Traduttori Italiani*, Typographi nomen omittens.

DLXXVI CATALOGUS LIBRORUM

- * Cornelii Celsi de Medicina, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (f) 1481.
- * Antonii de Prato-veteri Repertorium aureum in toto Juris Scripti Opere, in fol. per Philippum Lavaniam. (g) 1481.
- * Abubecri Rasis de Medicina, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (h) 1481.
- Jo. Francisci Pogii Florentini Facetiarum Libri quatuor, in 4. per Pachel, & Scinzenzeler. (i) 1481.
- Virgilii Maronis Carmina, per Pachel, & Scinzenzeler. (k) 1481.
- * Jo. Matthæi de Ferrariis Opera Medica, in fol. maximo, curâ Petri Antonii Castilionæi. (l) 1481.
- * Guaschi, seu Alexandri Grammatici Doctrinale, in fol. (m) 1481.

ANNO MCCCCLXXXII.

- * L. Catilinæ Gestorum, & Jugurtini Crispi Opus, in fol. per Pachel, Scinzenzeler. (n) 1482.
- * Ciceronis Epistolæ familiares, in fol. per Antonium Zarotum. (o) 1482.
- * Digestum Vetus Justiniani Imp. in fol. magno, per Beninum, & Jo Antonium de Honate. (p) 1482.
- * Digestum Novum Justiniani Imp. in fol. magno, per eosdem Fratres de Honate. (q) 1482.

Vir-

(f) Adest titulus Librorum in fronte cujusque paginæ cum Indice Caputum in calce. Signatur volumen his notis: *Impressum Mediolani per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller, diligentissimè emendatum Anno salutis MCCCCLXXXI.*

(g) Caractere Gothico, sine numeris paginarum, cum Indice alphabetico in calce; post quem subditur hæc adnotatio: *Impressum, atque emendatum, curâ & expensis Nobilium Virorum D. Petri Antonii de Castillione, & D. Ambrosii de Caymis. Explicit MCCCCLXXXI. decimo Kalendas Apriles. Extat in Cœnobio S. Mariæ Gratiarum Ord. Min. de Observantia prope Modoëtiâ.*

(h) Servatur in ornatissima Biblioth. Collegii Braydenis S. J., optimâ chartâ, minio exornatâ, caractere semi-Gothico, sed nitido, cum titulis in summitate cujusque paginæ, sed sine numeris. Præcedit Tabula Capitum, seu Tractatum decem, qui dividuntur in CCCCL Capitula. Subduntur experimenta Galeni, pluresque alii Tractatus, cum Tabulâ quarundam medicinarum. In calce: *Impressum Mediolani per prudentes Opifices Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller Theutonicos, Anno à Nativitate Domini Millefimo quadringentesimo octuagesimo primo XVI. Kal. Martias. Subsequitur Epigramma à Masello Venia Beneventano comp. & quod jam retuli in Hist. mea Lit. fol. CLXXXV.*

(i) Editionem hanc se vidisse P. Orlandus mihi per Literas significavit, subdens in calce adnotatum legi: *Mediolani summâ diligentia impressi. per hujus Opificii prudentes exactores Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller, Socios, ac Theutonicos, Anno Domini MCCCCLXXXI. XIII. Kal. Novembris.*

(k) Ex Maittaire in Indice.

(l) Servatur hujus Editionis Exemplar in Bibl. Archintea: In calce: *Secunda pars famosissimi Artium, & Medicinae Doctoris D. Johannis Matthæi ex Ferrariis de Gradi, impressa Mediolani, ductu, & auspiciis solertissimi Viri D. Petri Antonii de Castillione feliciter explicit Anno MCCCCLXXXI IV. Nonas Maji, Johanne Galeatio Vicecomite Duce nostro invictissimo, ac Principe felicissimo.*

(m) Caractere Gothico, abbreviato, sed nec infelici, absque Præfatione, numeris paginarum &c. Ita incipit:

*Scribere Clericulis parò Doctrinale novellis,
Pluraque doctorum sociabo scripta meorum;
Jamque legent pueri pro nugis Maximiani,
Qua Veteres socii volebant panderè caris &c.*

In calce: *Et sic finitur expositio doctrinalis compendiosa, & succineta per Dominum Magistrum Ludovicum de Guaschibus Artium Doctorem. Impressum Mediolani Anno Domini MCCCCLXXXI Plura de hoc Libro referre non vacat, cum nugis, ineptisque refertus sit. Vide quæ innui in Hist. mea Liter. fol. CCXXXVI.*

(n) Hujus Editionis Exemplar vidi in Cœnobio PP. Minorum S. Mariæ Gratiarum Viglevani, caractere minutorum Romano, satis nitido, absque Præfatione, numeris paginarum, Indice &c. In calce: *Hoc L. Catilinæ Gestorum, atque Vita; Jugurtini quoque Crispi Opus, Mediolani impressum est per Leonardum Pachel, unâ cum Ulderico Scinzenzeller ejus Socio, Anno Domini MCCCCLXXXII. nono Kalendas Februarii.*

(o) Caractere Romano, nitido, absque Præfatione, titulis, numeris paginarum &c. Unum Exemplar servatur Parmæ Doctor Dominicus Taravafius Sarzanensis, qui illud mihi humanissimè dono dedit. In calce: *In his autem Epistolis familiaribus M. Tullii Ciceronis castigandis, quanta fuerit cura, diligentiaque adhibita à Petro Justino Philelpho, tam in interpretatione Græcarum Literarum, quam Latinarum, tu Lector, qui has legeris, liquidd percipies; & quoniam est Opus omnibus perutile, Johannes Antonius Legnanus operâ suâ imprimi curavit. Mediolani per Antonium Zarotum II. Idus Februarias Anno salutis MCDLXXXII.*

(p) Extat in Cœnobio S. Mariæ Gratiarum apud Modoëtiâ, caractere Gothico, sine numeris, Indice &c. In calce: *Digestum Vetus Justiniani Imper. impressum Mediolani per Beninum, & Johannem Antonium de Honate, impensis Nobilium Virorum D. Petri Antonii de Castillione, & Ambrosii de Caymis Mediolanens. MCDLXXXII. septimo Kal. Apriles, Johanne Galeazio Maria Vicecomite, sexto Principe nostro invictissimo, ac Duce felicissimo.*

(q) Editio similis superiori, cum iisdem chronicis notis: *Impressum Mediolani &c. MCDLXXXII. octavo Kalendas Augusti, &c. ut supra.*

- * Virgilio Maronis Carmina, in fol. per Antonium Zarotum. (r) 1482.
- * Infortiatum, in fol. per Jo. Antonium de Honate. (f) 1482.
- * Sulpitii Verulani de Versuum scansione &c. ad Ciprianum Omagium Forliviensis Episcopi fratrem, in 4. per Antonium Zarotum. (t) 1482.
- * Institutionum Opus, in fol. per Jo. Antonium de Honate. (u) 1482.
- * Macri, de usibus Herbarum, in 4. per Antonium Zarotum. (x) 1482.
- * Quaresimale di Fra Roberto, in 8. per Antonium Zarotum. (y) 1482.
- * Volumen Juris Civilis, in fol. magno per Jo. Antonium de Honate. (z) 1482.
- * Bartholus super Extravagant. in fol. magno per eundem. 1482.
- * Nova Decretalium Gregorii PP. IX. Compilatio, in fol. magno per Jo. Ant. de Honate. (a) 1482.
- * Statutorum Mediolani Tabula, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (b) 1482.
- * Panegyrici Veterum, in 4. (c) 1482.

Missale

(r) Extat in Bibl. Archintea, caractere Romano, absque numeris paginarum &c. In calce: *P. Virgilio Maronis, Vatis eminentissimi, volumina hac summa cum diligentia emendata, Mediolani Antonius Zarotus imprimi curavit, impendio Johannis Legnani, Anno Domini MCDLXXXII. octavo Kalendas Majas.*

(f) Caractere Gothico, sine numeris paginarum, Indice &c. In calce: *Infortiatum pulchrioribus literarum caracteribus, insigniorique ipsius Artis ingenio impressum, ac per eximios Doctores enucleatius castigatum, emendatumque inquam Mediolani per Jo. Antonium de Honate, impensis Nobilium Virorum D. Petri Antonii de Castellione, & Ambrosii de Caymis Mediolanens. feliciter explicuit, Olimpiadibus Dominicis MCDLXXXII. sexto Idus Octobris, regnante Johanne Galeazio Sfortia Vicecomite, Mediolani Duce invictissimo Sexto.*

(t) Servatur in Bibl. Ambrosiana, caractere Romano nitido. In fronte legitur *Carmen Sulpitii ad Lectores*, & alterum ad *Aulum*. Additur Tetrasticon:

*Casalios latices, & amana vireta Sororum
Si peragrare cupis, jam tibi pando fores.
Me duce, mellifluo modulabere carmina cantu,
Et nestes Daphne, mi Cypriane, comam.*

In calce subnectitur sequens Epigramma:

*Me duce, Musarum choreas ingressa juvenis,
Qua fugis dulci carmina docta sono;
Seu te Mæonio delectat ludere cantu,
Sive per undenos nestere verba pedes;
Seu quoscumque juvas numeros contexere Phæbo,
Digna cano: obscænos non amat ille modos.
Et si non celebres me carmine; dicito saltem:
Hæc per Sulpitium plestra, lyramque gero.*

Antonius Zarotus Parmensis impressit Mediolani MCDLXXXII. die II. Novembris.

(u) Servatur in Cœnobio S. Mariæ Gratiarum apud Modoëtiam, caractere Gothico, sed nitido, absque titulis, numeris paginarum &c. In calce: *Institutionum Opus, magna cura, atque diligentia emendatum, ac caractere jucundissimo impressum Mediolani per Johannem Antonium de Honate, impensis Nobilium Virorum D. Petri Antonii de Castellione, & Ambrosii de Caymis Mediolanensium, explicuit feliciter, Olimpiadibus Dominicis MCDLXXXII. secundo Idus Octobris, regnante Johanne Gal. Sfor. Vic. Med. Duce VI.*

(x) Extat in Bibl. Collegii Braydensis S. J., & apud me, caractere Romano, grandiori, & chartâ nitidissimâ,

absque titulis, numeris paginarum &c. Opus est concinnatum heroico carmine, quod incipit:

Herbarum quasdam dicturus nomine vires &c.

Incipit alphabetico ordine ab *Arthemisa*, & profequitur, de aliis herbis non ineleganter canens, atque explicans earumdem vim medicam. In calce adest Tabula, indicans initium cujuscumque primi carminis, & postremò: *Antonius Zarotus Parmensis impressit Mediolani MCDLXXXII. die XIX. Novembris.*

(y) Caractere Romano nitidissimo. In medio cujusque paginae adest numerus foliorum. Præcedit Prologus ejusdem Roberti ad *Ferdinandum Regem Neapolis*. In calce: *Quaresimale del novello Paulo, Fra Roberto, facto ad complacentia de la sacra Majestà del Re Ferdinando. Impresso per Majestro Antonio Zaroto da Parma nel MCDLXXXII. a di XXI. de Novembre.* De Auctore hujus Libri mentionem egi in Hist. mea Liter. ad Annum MCDLXXXVI.

(z) Volumen hoc, quemadmodum & sequens, extat in Cœnobio S. Mariæ Gratiarum apud Modoëtiam, caractere Gothico satis nitido, absque numeris paginarum &c. cum iisdem notis Chronicis. In calce enim utriusque legitur: *Explicit Volumen Juris Civilis, perfectius, ac enucleatius castigatum, unâ cum Apparatu Feudorum, necnon unâ cum Apparatu famosissimi Legum Doctoris D. Bartholi super Extravaganti ad reprimendum; cum Libro quoque de Pace Constantia, simulque cum Commentariis D. Baldi super ipsa Pace. Impressum Mediolani per Jo. Antonium de Honate, impensis &c. ut supra, Olimpiadibus Dominicis MCDLXXXII. quarto Kal. Decembris &c. Adest Epigramma Matthæi Barlasina Mediolanens. Doctoris ad Petrum Antonium Castellionem, præstantem Virum, & Jurisperitum clarissimum, sed parum elegans.*

(a) Edita cum iisdem adnotationibus, ut supra, *Olimpiadibus Dominicis MCDLXXXII. tertiodecimo Calen. Januarii.*

(b) Servatur in Bibl. Ambr. Edita Anno MCDLXXXII. die ultimo Novembris, sine nomine Typographi.

(c) Servatur in Bibl. Ambr. in pergamena impressum exemplar, caractere optimo, & numeris Romanis ad singulas paginas positus. Præcedit Epistola nuncupatoria *Francisci Puteolani D. Jacobo Antiquario Ducali Secretario*, quam Lector invenies fol. CCCCLXXXIII. sed sine nota loci, temporis, & Typographi. Editionem tamen istam huic Anno assignavi, ductus conjecturis, quas retuli in Hist. mea Liter. ad hunc Annum, ubi de Francisco Puteolano sermonem habui; nec dubio locus esse potest, eam Mediolani paratam fuisse, cum Puteolanus in Urbe nostra tunc degeret, ut ibidem ostendi.

DLXXVIII CATALOGUS LIBRORUM

- * Missale Ambrosianum, in fol. per Christophorum Waldasser. (d) 1483.
- ANNO MCCCCLXXXIII.
- Nestoris Dionysii Novariensis, Ordinis Minorum, Dictionarium, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (e) 1483.
- Codex Justiniani, in fol. magno per Jo. Antonium de Honate. (f) 1483.
- * Bartholus de Saxo-ferrato super secunda parte Codicis, in fol. magno per Pachel, & Scinzenzeler. (g) 1483.
- Juvenalis Satyræ, cum Commentariis Calderini, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (h) 1483.
- * Nicolai Perotti Sypontini, Rudimenta Grammaticæ, in 4 per Antonium Zarotum: (i) 1483.
- * Angelus Aretinus in primam partem Institutionum, in fol. magno per Jo. Ant. de Honate. (k) 1483.
- * Ovidii Epistolæ Heroidum, cum Commentariis Antonii Volsci, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (l) 1483.
- * Ejusdem Fastorum, cum Commentariis Pauli Marfi, in fol. per Ant. Zarotum. (m) 1483.
- * Martialis Opera, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (n) 1483.

Codex

- (d) Extat in Bibl. Archintea. In calce: *Impressum Mediolani per Christophorum Ratisponensem Anno MCDLXXXII die XV. mensis Martii*. Hujus Editionis meminit Fontaninus in Tractatu de Corona ferrea pag. 69.
- (e) Vidit Editionem Lazarus Augustinus Cotta, Musæi Novariensis Auctor, apud Dominos de Avogadris, è quorum familia Auctor iste prodierat; ejusdem etiam meminit Scriptor Ephemeridum Venetarum Tom. X. pag. 250. Compacta fuit caractere minuto, rotundo, absque titulis, numeris paginarum &c Præcedit Auctoris Carmen ad *Illustrissimum Principem Lodovicum Sfortiam*. In calce: *Opus Mediolani impressum per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller de Alemania Socios Anno Domini MCDLXXXIII. pridie Nonas Januarias*. De Nestore Dionysio Sermonem habui in Hist. mea Lit. ad hunc Annum, nonnullos aliorum Scriptorum errores emendans.
- (f) Extat in Cœnobio S. Crucis PP. Reformatorum S. Francisci Urbis Comensis. In calce: *Impressum Mediolani per Job. Antonium de Honate Anno MCDLXXXIII die XXVI. Februarii*; cum iisdem notis superiori Anno relatis.
- (g) Extat in Cœnobio S. Mariæ Gratiarum Viglevani, *Impress. Mediolani MCDLXXXIII. nono Calendæ Aprilis &c.*
- (h) Hujus Editionis meminit Maittaire fol. 174., peracta Mediolani hoc Anno, die XVI. Aprilis.
- (i) Servatur in Cœnobio S. Petri Martyris Barlassinæ, Ord. Prædicat., caractere Romano rotundo mediæ formæ, nitidissimo, absque Præfatione, numeris paginarum, Indice &c. In calce: *Has Nicolai Perotti Sypontini regulas grammaticales impressit Mediolani Opifex consummatissimus Antonius Zarotus, impensâ Johannis Legnani Anno Sal. MCDLXXXIII. die XVIII. mensis Aprilis.*
- (l) Caractere minuto, sed nitido, absque titulis, numeris paginarum, Indice &c. In fronte habetur Epistola Antonii Volsci Privernatis ad Ludovicum Diadum, cum Vita Ovidii ab eodem conscripta. Additur Ovidii Sappho cum interpretatione Georgii (Merulæ) Alexandri, atque ejusdem Præfatione, & Epistola nuncupatoria ad Marcum Antonium Maurocemum. Sequuntur alia Ovidii Opera absque commentariis. In calce: *Mediolani per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller, Socios Alamannos, MCDLXXXIII. die XXVI. Maji.*
- (m) Extat in fronte Epistola nuncupatoria Pauli Marfi ad Georgium Cornelium M. Cornelii Equitis F. In calce legitur Roberti Ussi Ariminensis 3 C. Epigramma ad Paulum Marsum Piscinatem, Poëtam clarum, & Oratorem illustrem. Postremo loco adduntur sequentes notæ: *Religiosæ Literariæ Sodalitatis Viminalis, & universæ Academiæ Latinæ, ad vventium, posterorumque usum, Pauli Marfi Piscin. Poëta Romani fidelis Fastorum interpretationem Johannes Legnanus Mediolanensis Librarius ab Antonio Zarotbo Parmensi, Opifera eximio, magnâ operâ suâ, & impensâ imprimendum curavit Anno salutis MCDLXXXIII. Nonis Junii.*
- (n) Vidi apud D. Julium Jovium, caractere nitido Romano, & chartâ optimâ. Præfixa est Codici Epistola nuncupatoria Domitii Calderini ad Laurentium Medicæum. Additur Vita Martialis, & Epistola Plinii Secundi ad Cornelium Priscum, in qua de eodem Martiali agit. Commentaria postmodum textui hujus Poëtae adnectuntur. In calce: *Impressum Mediolani per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller Anno Domini MCDLXXXIII. die XV. Augusti*. Demum legitur Domitii Calderini Defensio, cum rectriminatione in Calumniatorem Commentariorum in Martialem, quonondum ediderat, ad Cornelium Patris Amplissimi Cardinalis Neapolitani Nepotem, de qua in superius memorata Præfatione locutus ad Medicæum fuerat; & postremò adest

Lucini Conagi Carmen.

Egregias docti novisse Palemonis Artes
 Si cupis, hoc moneo, percipe Lector Opus:
 Quaque tibi Veterum dispersa volumina tradunt,
 Grammaticæ studio digna Perottus habet.

- (k) Extat in Cœnobio S. Mariæ Gratiarum Viglevani, caractere Gothico, minuto, absque titulis, numeris paginarum &c. In calce: *Impressum Mediolani per Job. Ant. de Honate, impensis Nobilium Virorum D. Petr. Ant. de Castellione, & Ambrosii de Caymis, Olimpiadibus Dominicis MCDLXXXIII. decimo Kal. Maji.*

M. Lucidi Phosphori Epigramma in laudem Domitii Commentatoris.

Quisquis amat lepidum Vatem, Latiasque Camænas,
 Et vitam, & moras noscere quisquis amat:
 Ille me Domitij generosus usque labores
 Perlegat, excultis quos dedit ingenuis.
 Et quos, ut posset multis prodesse, peregit;
 Inque diæ varias officiosus habet.
 Vos nimium tetrica frontis, miserique Catones;
 Ite, procul vestrum ferte supercilium.

- * Codex divinatorum Decretorum, in fol. per Jo. Antonium de Honate. (o) 1483.
Prima pars Speculi Gulielmi Durandi, cum Additionibus Jo. Andreae Baldi, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (p) 1483.
- * Francisci de Accoltis de Aretio, Juris Responsa, in fol. per Antonium Zarotum. (q) 1483.
- * Breviarium Ordinis Humiliatorum, in 8. per Jo. Antonium de Honate. (r) 1483.
Arnoldi de Villanova Breviarium Practicæ Medicinæ, in fol. (f) 1483.
- * Hesiodus, in fol. per Antonium Zarotum. (t) 1483.
Platini Plati Carmina, in 4. per Antonium Zarotum. (u) 1483.
Terentii Comœdiæ. (x) 1483.

ANNO MCCCCLXXXIV.

- * Platini Plati Mediolanensis Carmina, seu Libellus de Carcere, in 4. sine nomine Typographi. (y) 1484.
- * Alexandri de Imola additiones ad Bartholum, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (z) 1484.
- * Phalaridis Epistolæ à Francisco Arretino in Latinum translatae, in 4. per Antonium Zarotum. (a) 1484.

Marii

*As tu docta cobars, & tu Romana propago;
Laudibus innumeris hunc celebrare Virum.
Tu quoque, qui fueras mutilus, mendosus, & asper,
A cunctis poteris nunc bene, Marco, legi.
Ecce tibi eximium partum est Interprete nomen;
Redde vicem, alternum divide, Marco, decus.
Ut si fortè labor fuit hic communis, & ipsa
Gloria communis vestra duobus eat.*

Altera Martialis editio cum Commentariis, eodem anno peracta, ponitur à P. Orlando pag. 364. sine Typographi nomine; an sit diversa, ignoro.

- (o) Extat in Bibl. Collegii S. Sepulchri, caractere Gothico, nigro-rubro, quadrato, ac nitidissimo, figuris insuper, & auro ornatus. Nulli inscriptus est Patrono, quod vix crediderim de tam insigni Opere, nisi fortè vetustate corrosa initialia Libri pagine, abjecta fuerint ab iis, qui nobiliori cortice vestiendum hunc Codicem curavere. In summa cujusque folii parte tituli leguntur cum numeris Romanis, quod vix illa ætate Mediolani usurpatum vidi. In calce: *Explicit divinus Decretorum Codex, accuratissime iterum emendatus, impressus Mediolani per Johannem Antonium de Honate, præstantiori literarum, ac figurarum caractere, impensis Nobilium Virorum, Dominorum Petri Antonii de Castellione, & Ambrosii de Caymis, Olimpiadibus Dominicis MCDLXXXIII, XIII Kal Septemb., regnante Johanne Galeazio Sfortia Vicecomite, Duce Mediolani Sexto.*
- (p) In calce: *Mediolani per Leonardum Pæbil MCDLXXXIII. IX. Septembris.* Extat in Bibliotheca Cœnobii Novocomensis S. Crucis PP. Reformatorum Ord. S. Francisci, nudâ mihi communicatâ ejusdem notitiâ,
- (q) Servatur in Cœnobio S. Mariæ Gratiarum apud Moëciam, caractere satis nitido, & perpolito, absque numeris paginarum &c. In calce: *Mediolani apud Antonium Zarotum MCDLXXXIII. X. Septembris.*
- (r) Extat in Bibl. Ambr., caractere Gothico minuto, sed nitidissimo. In calce: *Breviarium hoc sacra Humiliatorum Societatis, per Stephanum de Nottis sacrarum Literarum Magistrum eximium, ac Pontificii Juris Doctorem eximium, Sanctæ Trinitatis ipsius Ordinis Mediolani Præpositum, multis lucubrationibus quàm emendatissime castigatum, Philippus de Sanctis, Vicoboldoni Professor, ad sui Ordinis utilitatem, & commoditatem, & omnium Christianorum devotionem, summo cum labore, & industria fidelissime imprimi curavit per Johannem Antonium de Honate, Mediolani Anno à Dominica Nativitate*

MCDLXXXIII quarto Cal. Septembris, regnante Johanne Galeazio Sfortia Vicecomite Duce Sexto invictissimo. De hac Editione, non secus ac de origine Ordinis Humiliatorum, differui in Hist. mea Liter. ad hunc Annum.

- (f) Memoratur à P. Orlando, sine nomine Typographi, pag. 108. & 427.
- (t) Extat in Bibliotheca Archintea; deest ultima pagina, sed Annum, nomenque Typographi, ex alio fortasse exemplari desumpta restituit diligens calamus.
- (u) Servatur in memorata Bibl. Aschiense, & altera Braydenfi S. J. Libro huic perlustrando tempus defuit.
- (x) Hujus Editionis meminit Jo. Albestus Fabritius Tom. I. Bibl. Lat. pag. 34.
- (y) Servatur in Bibl. Ambr. caractere minuto, rotundo tamen, atque optimo. Præcedit Epistola nuncupatoria Platini ad *Magnificum Thomam Thebaldum Bononiensem, Equitem auratum, ac Ducalem Senatorem clarissimum*, cui primum etiam Epigramma inscripsit. Reliqua Carmina aut ad Sanctos, aut ad Ducem Mediolani, Amicoque, preces datas continent, quibus rogar, ut è carcere educatur. Succedunt Dystica ejusdem Plati, seu morales Sententiæ binis versibus expressæ. In calce: *Impressum Mediolani sexto Idus Januariæ MCCCCLXXXIV.* Vide quæ de hoc Auctore scripserim in Hist. mea Liter. ad hunc Annum.
- (z) Caractere Gothico, absque numeris paginarum, Indice &c. Extat in Bibl. Monachorum Congreg. Montis Oliveti apud S. Victorem hujus Urbis. In calce: *Excellentissimi, ac singularissimi Juris Pontificii, Casareique Monarchæ Domini Alexandri de Imola ad Bartholum Additiones, Leonardus Pachel, unâ cum Ulderico ejus Socio, diligentissime impressas in lucem dedit Mediolani die XXX. Januarii MCDLXXXIV.*
- (a) Extat in Bibl. Ambr. caractere parvo, sed optimo, absque titulis, numeris paginarum &c. Præcedit Proœmium ejusdem Francisci Arretini ad *Malatesam Novellum Principem*. Sequuntur Epistolæ ipsæ Phalaridis, quarum ultimæ IV. ab eodem Francisco postmodum inventæ & traductæ, *Alphonso Neapolis Regi* dicantur. In calce additur altera Epistola ejusdem Arretini ad præstantissimum J. C. Franciscum Pellatum Patavinum, Regium Consiliarium, qui ad se mitti has Epistolâs, recens translata, efflagitaverat. Demum succedunt notæ chronice: *Anno Domini MCCCCLXXXIV. III Kal. Majas, Impressum Mediolani per Magistrum Antonium Zarotum.*

DLXXX CATALOGUS LIBRORUM

- * Marii Philephi Epistolarium , in 4. per Pachel , & Scinzenzeler . (b) 1484.
- * Poësie Toscanæ di Cicco Asculano , dicto l'Acerba , in 4. per Antonium Zarotum . (c) 1484.
- * Joh. Antonii de S. Georgio Cardin. Alexandrini Commentaria super Volumina Decretorum , in fol. magno , per Uldericum Scinzenzeler . (d) 1484.
- * Summula Confessionum à Reverendis. Patre F. Antonio Archiepiscopo edita , in 4. impendio Johannis Legnani . (e) 1484.
- * Auli Flacci Persii Satyræ , in fol. per Ant. Zarotum . (f) 1484.
- * S. Augustini Sermones ad Fratres in Eremito , in 4. per Pachel , & Scinzenzeler . (g) 1484.
- * Bartholi de Saxo-ferrato super secunda parte Infortiati , in fol. magno , per Pachel , & Scinzenzeler . (h) 1484.
- Summa S. Antonini , in 4. per Uldericum Scinzenzeler . (i) 1484.
- * Gulielmi Duranti tertia & quarta pars Speculi , in fol. per Leonardum Pachel , & Uldericum Scinzenzeler . (k) 1484.

ANNO

(b) Servatur in Bibl. Ambr. caractere rotundo minuto, ac nitido. In calce:

*Qui cupis in paucis versari, & multa videre,
Hoc lege, quod Marius utile prompsit Opus:
Uberius sacro nil, dicas, fonte Philephi,
Et nihil utilius hoc opere esse putas;
Namque is Rhetorica breviter praecepit in Arte,
Præcepta exemplis munit inde datis.
Omne genus scripti, varius quo nititur usus,
Adjunxit solers hinc Mariana manus.
Tum genus in ternas partivit quodque figuras,
Infimus est, medius, aliiloquusque modus.
Argumenta Viri poterunt hinc sumere docti,
At juvenis totum vindicet usque Librum.
Omnia debemus Mario pro munere tanto:
Multum Mondello, quo duce vivit Opus.*

Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller Allamanos, Anno Domini MCCCCLXXXIV., tertio Calendas Majas, Domino Gaspare Calcographis assistente; nempe Gaspare de Lampugnani. De Mario Philepho in Hist. mea Liter. ad hunc Annum prolixum habui sermonem.

- (c) Caractere Romano minutiori, sed nitido, absque titulis, Præfatione, numeris paginarum &c. In calce Tabula Capitum in quatuor Libris comprehensorum; postremò: *Finit Opus Cecchi Asculani, impressum Mediolani per Magistrum Antonium Zarotum Parmensem, operâ, & impensâ Johannis Antonii Ghilii, regnante Illustrissimo Duce Johanne Galeatio Sfortia Vicecomite, Anno Domini MCCCCLXXXIV. die XVIII. Maji. Nobilis Ghilia Familia Mediolani usque ad nostra tempora floruit, sed de hoc Joh. Antonio, fortaffe Italica Poësis cultore, nullum aliud monumentum reperi.*
- (d) Caractere Gothico, sed satis nitido, absque numeris paginarum, quæ dividuntur per columnas. In calce: *Explicunt Commentaria super Decretorum Volumina, non minus utilia, quam optimo stilo correctâ, Reverendissimi in Christo Patris, & Domini, D. Johannis Antonii de S. Georgio, dicti de Placentia, Patricii Mediolanensis, aliàs Ecclesiæ Divi Ambrosii Mediolani Præpositi nuncupatâ, J. U. Doctoris, & Interpretis clarissimi, nunc peculiari virtute Cardinalis Alexandrini dignissimi.*

Mediolani impressa per Magistrum Uldericum Scinzenzeller, Anno salutis Dominicæ MCCCCLXXXIV. die XVII. Junii. Finit.

- (e) Hanc Editionem vidi Augustæ Taurinorum, penes P. Petrum Paulum Quaglinum, Bibliothecæ illius Urbis Præfectum. Caret Præfatione, & numeris paginarum, sed non deest Index Capitulorum. In calce: *Summula Confessionis à Reverendis. P. Fr. Antonio Archiepiscopo edita, cujus utilitatis prætextu, impendio Johannis Legnani, Mediolanensis Librarii, impressa ad laudem Dei, intemerataque Virginis Mariæ feliciter explicuit. Mediolani Anno Domini MCCCCLXXXIV. die XV. Augusti, Sixto Quarto Pontifice Maximo Romæ Petri Sedem gerente, & Joh. Gal. Sfortia Vicec. inclyto Principe Mediolani principante.*
- (f) Vidi apud Amicum D. Julium Jovium; absque Præfatione, numeris pagin. &c. Persii Satyras satis venusto caractere impressas, circumambiant Commentaria, minutioribus typis excusa. In calce legitur Epistola *Bartholomæi Fontii de mensuris, & ponderibus ad Franciscum Saxetum, cum Vita Persii; postremò: Magister Antonius Zarotus impressit Mediolani MCDLXXXIV.*
- (g) Servatur in Bibl. Ambr. caractere Romano rotundo, absque numeris paginarum &c. Præcedit Tabula Sermonum, cum quibusdam ad Augustinum pertinentibus, excerptis è Sigeberto, Beda, ex Chronica Viennensis Episcopi, & S. Antonini Archiepiscopi Florentini. In calce: *Impressum Mediolani per Teutonicos (Pachel, & Scinzenzeller Socios) impensis Reverendi Viri Domini Presbyteri Gasparis Lampugnani, Juris Pontificii periti, Dominicis Olimpiadibus MCDLXXXIV. tertio Nonas Junias.*
- (h) Caractere Gothico, absque numeris paginarum &c. In calce: *Impressum Mediolani per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller, MCDLXXXIV. quarto Nonas Octobres.*
- (i) Servat hanc Editionem Mediolanensem in selectissima privata sua Bibliotheca, singulari amicitia mihi conjunctus Sacerdos & Prior Jordanus Urbis Taurinensis. In calce: *Mediolani impressum per Magistrum Uldericum Scinzenzeller Anno MCDLXXXIV.*
- (k) Vidi in Bibliotheca PP. Capuccinorum Modoëtiæ satis nitido caractere, absque numeris pag. &c. In calce: *Impressa Mediolani per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller, impensis Dominorum Petri Antonii de Castellione, & Ambrosii de Caynis Anno Domini MCDLXXXIV. decimo Calendas Julias.*

ANNO MCCCCLXXXV.

- * Alexandri Tartagni Imolensis Consilia, in fol. impendio Johann. de Legnano. (l) 1485.
- * M. T. Ciceronis Epistolæ Familiæres, cum Commentariis, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (m) 1485.
- Horatii Carmina, in fol. per Antonium Zarotum. (n) 1485.
- * Juvenalis Satyræ cum Commentariis Calderini, per Antonium Zarotum. (o) 1485.
- * Salustii &c. Opera, in fol. parvo, absque nomine Typographi. (p) 1485.
- Homeri Batrachomyomachia, Græcè, in 4. sine nomine Typographi. (q) 1485.
- M. T. Ciceronis Rhetorica, per Antonium Zarotum. (r) 1485.
- Secunda Pars Digesti Novi, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (s) 1485.

ANNO MCCCCLXXXVI.

- * Devote Meditationi sopra la Passione del nostro Signore, cavate, & fondate originalmente sopra Mesero Bonaventura Cardinale de l'Ordine Minore sopra Nicolao de Lira, etiãndio sopra altri Doctõri, & Predicatori approbati, in 4. per Pachel, & Scinzenzeler. (t) 1486.
- * Horatii Flacci Venusini Opera cum Commentariis Acronis, & Porphirionis, in fol. per Antonium Zarotum. (u) 1486.

Johan-

- (l) Caractere Gothico, absque Præfatione, numeris paginarum &c. In calce: *Explicit novissimum, & numero quartum Consistorum Volumen excellentissimi Doctõris Domini Alexandri Tartagni Imolensis, Mediolani impressiõni traditum impensis per Magistrum Johannem de Legnano, undã cum Tabula contentorum in eo, ad laudem Auctoris, & Studentium commodum, Anno Domini MCDLXXXV. die secundo Augusti.*
- (m) Caractere Romano nitido, & illo Commentariorum, textum circumambientium, multo minutiore. Caret numeris paginarum, Indice &c. Præcedit Epistola Bonaccursii Pisani ad Johannem Franciscum Turrianum Ducalem Quæstorem, post quam altera Ubertini Clerici, cujus sunt Commentaria, ad Bonaccursium missa, cujus initium dedi in Hist. Lit. ad Annum MCCCCLXXXV., ubi de Bonaccursio Pisano sermo fuit. Extat in calce, ejusdem Ubertini Carmen ad Librum suum, & alterum Petri Antonii Platini ad Octavianum Vicomercatum J. C. Postremò: *M. T. Ciceronis Epistolarum Familiarium sextidecimi, & ultimi Primis, Mediolani impressarum per Magistrum Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller. VII. Kal. Septembris, Anno Domini MCDLXXXV. Mediolani. Extat in Cænobio PP. S. Mariæ Coronatæ hujus Urbis.*
- (n) Refertur hæc editio à Maittaire Tom. I. p. 180. In calce: *Impressum Mediolani MCDLXXXV. per Antonium Zarotum Parmensem, impensis Augustini Maria Conagi.*
- (o) Caractere quadrato, absque numeris paginarum &c. Vidi apud Amicum in Urbe Placentiæ.
- (p) Caractere quadrato, nitido, absque titulis, numeris paginarum, Indice &c. In calce: *Libello inscripta huic si quispiam noscere petat. Primò Jugurtini Crispi Libros duos, ejus esse attingere sciat. Secundò, Orationem Catilinae responsivam in M. T. Ciceronem: Tertio, Crispi Jugurtini Oratoris clarissimi Vitam. Quarto, ejusdem Crispi Salustii in M. T. Ciceronem, Invektivam. Quintò, M. T. Ciceronis in Crispi Jugurtini responsionem, sive Invektivam, qua finem eidem Libello præbet. Hoc Lucii Catilinae gestorum, atque Vita; Jugurtini quoque Crispi Opus, Mediolani impressum est Anno Domini MCDLXXXV. die IV. mensis Martii. Extat in Cænobio S. Mariæ Coronatæ hujus Urbis.*

- (q) Notitiam hujus Græci Libri apud nos impressi accepti ab Amico in Indice nobiliorum Editionum Mediolanensium, quas ipse collegerat; Liber autem iste dicitur ibidem excusus, literis rubris, ac nigris alternatim appositis, *Mediolani MCDLXXXV.*, sed non indicato Typographo.
- (r) Extat hic Liber in Cænobio PP. Eremitarum S. Augustini Urbis Cremonensis.
- (s) Extat in Cænobio PP. Ord. Præd. S. Petri Mart. Vigelevani. In calce: *Impressum per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller, prima die intrante Februario MCDLXXXV.*
- (t) Extant in Bibl. PP. Ord. Prædicatorum S. Mariæ Gratiarum hujus Urbis, caractere Gothico, absque Præfatione, numeris paginarum, Indice &c. In calce: *Impresso a Mediolano con summa diligentia per Leonardo Pachel, & Ulderico Scinzenzeller de Alamania nel MCDLXXXVI. a di XIV. de Februario.*
- (u) Caractere Romano, nitido, absque numeris paginarum, Indice &c. Præcedit Epistola *Alexandri Minutiani Apuli* ad Magnificum Virum *Bartolomeum Calceum Ducalium Secretorum Magistrum*, quam per compendium retuli in Hist. mea Lit. ad hunc Annum; præsertim verò ibidem ait, à se hanc provinciam fuisse susceptam, ut interpretationes insulas cujusdam, qui temerè Horatii carmina proximè ediderat, castigaret: cum tamen fileat nomen hujus Editoris, suspicatus sum, fuisse Augustinum Mariam Conagum, à quo superiore Anno prolata fuisse in lucem ejusdem Flacci Opera, restante Maittaire, adnotavi. In calce: *In Officina egregii Librarii Antonii Zaroti Parmensis. Impendio Alexandri Minutiani Appuli de Sancto Severo hæc Opera Mediolani impressa sunt Anno à Salutifero Virginis partu sexto & octogesimo supra millesimum & quadragesimum, quinto Idus Martias, Johannis Galeatii Mariae Sf. Vic. Sex. Med. Ducis inclyti Regnum felici gubernante auspicio Ludovico Maria Sf. Vic. invictis, ac sapientiss. Principe, cujus singulari prudentia, ocio, ac festu, (fortasse fastu) pace serè omnis fruitur Italia.*

DLXXXII CATALOGUS LIBRORUM

- * Johannis Simonettæ Commentaria Rerum gestarum Francisci Sfortiæ Mediolanensium Ducis, in fol. per Antonium Zarotum. (x) 1486.
- * Quaresimale di Fr. Roberto Lizio, in 4. per Antonium Zarotum. (y) 1486.
- * S. Augustini Retractationum Libri duo, in 4. per Antonium Zarotum. (z) 1486.
- * Vita di S. Catarina da Siena, in 4. per Joh. Antonium de Honate. (a) 1486.
- Statii Opera, in fol. per Antonium Zarotum. (b) 1486.
- Ovidii Saphus, & Persii Satyræ, in fol. per Antonium Zarotum. (c) 1486.

ANNO MCCCCLXXXVII.

- Angeli de Aretio J. U. D. perutilis in Practica communi Maleficiorum Tractatus, unâ cum elegantissimis additionibus Augustini de Francischi de Arimino, in fol. magno, per Pachel, & Scinzenzeler. (d) 1487.
- * Nicolai de Ubaldis de Perusio solemnis Tractatus, cum additione, in fol. magno, per Pachel, & Scinzenzeler. (e) 1487.
- * Valerii Maximi Liber Factorum, ac Dictorum memorabilium, ad Tiberium Cæsarem, cum Commentariis Omniboni Leonicensi, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (f) 1487.
- * Pii Papæ Secundi Epistolæ, in fol. per Antonium Zarotum. (g) 1487.
- Johannis Sermonettæ Disputata, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (h) 1487.
- Alexandri Tartagni de Imola Apostillæ super prima parte Digesti Veteris, in fol. magno, per Conradum Pachel. (i) 1487.

Marii

- (x) Extant in Bibl. Ambr., caractere Romano nitido, sed minutiori, absque titulis, numeris paginarum, Indice &c. In hac secunda editione omnia adamussim impressa sunt, quæ legebantur in prima Anni MCDLXXIX., præmissis eisdem Epistolis nuncupatoriis Francisci Pateolani ad Ludovicam Mariam Sfortiam, & Johannis Simonetta ad Johannem Galeatum Mariam Sfortiam. In calce: *Auspiciis, & jussu Illustrissimi Ludovici Sfortiæ Antonius Zarotus impressit Mediolani nono Kal. Octobris MCDLXXXVI.*
- (y) Extant in Conventu PP. Minorum S. Francisci Vique-riæ, caractere Romano, nitido, cum Prologo ejusdem Fr. Roberti ad Regem Neapolis, absque titulis, numeris paginarum &c. Additur Tabula Concionum, &c. in calce: *Antonius Zarotus Parmensis impressit operâ Johannis Legnani MCDLXXXVI. die V. Decembris. De Auctore hujus Quadragesimalis mentionem habui in Hist. mea Liter. ad hunc Annum.*
- (z) Extat apud me, caractere mediocri, nitido, absque Præfatione, numeris paginarum &c. Præcedit Tabula Capitum primi, & secundi Libri. In calce: *Impressum Mediolani, operâ, & studio Canonorum Regularium Lateranensium, commorantium in Monasterio S. Augustini, vel S. Mariae de Passione, posito in Suburbio Porta Tonsæ, per Magistrum Antonium Zarotum Parmensem MCDLXXXVI.*
- (a) Servatur in Bibl. Monachorum Congregationis Montis Oliveri Cœnobii S. Victoris hujus Urbis. In calce: *Finisse la Vita de la Vergine admirable Santa Caterina da Siena de l'Ordine de la Penitentie de Sancto Dominico, primo Patre, e Patriarca di Frati Predicatori. Impressa à Milano per Johanne Antonio de Honate ne lo Anno MCDLXXXVI. a dì XXVIII. de Martio.*
- (b) Nudum hujus Auctoris nomen, sine notis chronicis accipi, vix indicato Typographo, & Anno Editionis, locique, in quo servatur, Bibl. nempe PP. S. Mariæ Coronatæ hujus Urbis.
- (c) Ex eadem Bibl. alterum hoc Opus, significatum mihi fuit, nullâ aliâ expressâ notâ, nisi quod *impressis Antonii Zaroti* editum fuerit hoc Anno Mediolani.
- (d) Hanc Editionem refert P. Orlandus pag. 279. peractam die X. Februarii Anni MCDLXXXVII per Magistrum Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller.
- (e) Extat in Cœnobio S. Mariæ Gratiarum Viglevani, caractere Gothico, absque numeris paginarum &c. Præcedit Epistola nuncupatoria Nicolai de Ubaldis ad Cardinalem de Ursinis Episcopum Tusculanum, deinde Tabula Capitum. In calce: *Solemnis Tractatus cum excellenti additione, editus per R. P. ac clarissimum Virum J. U. Doct. D. Nicolaum de Ubaldis de Perusio, Sacri Palatii Apostolici Causarum Auditorem, explicit: impressusque Mediolani Anno Domini MCDLXXXVII. per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller die V. Maji. Notatur à P. Orlando pag. 425. Tractatus ejusdem Nicolai de successione ab Intestato, editus Mediolani hoc Anno; sed cum neque editionis diem, neque Typographum explicet, penes illum sit fides.*
- (f) Servatur in Bibl. S. Mariæ Coronatæ hujus Urbis, caractere Romano minuto, sed nitido. Præcedit Tabula Capitum, & Vita Valerii. In summitate cujusque paginæ adest numerus foliorum. In calce: *Opus Valerii Maximi, cum Omniboni Leonicensi Viri præstantissimi examinata interpretatione, explicit. Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller Theutonicos, Anno Domini MCDLXXXVII. die vero VII. Maji.*
- (g) Caractere optimo, absque titulis, numeris paginarum &c. In calce: *Has Pii II. Pont. Max. Epistolas quam diligenter castigatas, Antonius Zarotus impressit operâ, & impendio Joh. Petri Novariensis Anno Domini MCDLXXXVII. Octobris, omisso die.*
- (h) Hanc Editionem refert Maittaire pag. 202. completam hoc Anno die XXII. Novembris.
- (i) Expleta fuit hæc Editio hoc Anno die XIV. Septembris. Servatur exemplar in Bibl. PP. Reformatorum S. Francisci Cœnobii Novocomensis S. Crucis.

- * Marii Philippi novum Epistolarium, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (k) 1487.
- * Breviarium Ambrosianum, in fol. parvo, impendio Zentilini de Mayno. (l) 1487.
- * Virgilii Maronis Opera cum Commentariis Servii, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (m) 1487.

ANNO MCCCCLXXXVIII.

- * S. Ambrosii Opera cum ejusdem Vita, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (n) 1488.
- * Missale Ambrosianum, in fol. per Antonium Zarotum. (o) 1488.
- * S. Thomæ Aquinatis, & S. Bernardi Caravallensis Opuscula quædam, in 4. per Christophorum Valdarfer. (p) 1488.
- * S. Vincentii Ferrerii Sermones, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (q) 1488.
- * Alberti Magni Tractatus super Missus est, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (r) 1488.
- * Johannis Gerson de Imitatione Christi, in 8. per Leonardum Pachel. (s) 1488.

Juve-

(k) Extat in Bibl. Archintea. Editio hæc omnino conformis est alteri jam descriptæ Anno MCCCCLXXXIV. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeller Allamanum Anno Domini MCCCCLXXXVII. die XV. Decembris.*

(l) Hanc Editionem laudat Edmundus Marthene Tom. III. de Antiquis Ecclesiæ Ritibus col. 73. postremæ Editionis. Unum Exemplar in pergamena excusum servatur in Bibl. Reverendissimi Capituli Metropolitanæ Mediolanensis. In calce: *Impressum in Canonica D. Ambrosii, die XVII. mensis Decembris MCCCCLXXXVII. regnante Johanne Galeatio Maria Vicecomite, Duce Mediolani Sexto, labore, cura, & dispendio Zentilini de Mayno Ecclesiæ Majoris Mediolani Presbytero, & Cardinali nuncupato, & D. Ambrosii Ecclesiæ Mediolani Canonico, ac Bruzani Præposito, in mense Julii, XVI. Kal. Augusti.* Hinc conjicere licet, Zentilinum de Mayno, mente Julii Typographis imprimendum tradidisse hoc Breviarium, & Editionem fuisse absolutam sequente Decembri.

(m) Caractere Romano grandiori in textu, & minutiore in Commentariis, absque titulis, numeris paginarum &c. Præcedit Vita Virgilii. In fine Tabula Librorum, qui in hoc volumine continentur, quos inter reperitur *Elegia in Mecænatibus obitu*, quæ Maroni tribuitur, cum non sit ejus factus; & *Præsepe*, de qua vide Joh. Mariam Cattaneum in Commentariis Epistolarum Plinii. Eiusdem Virgilii Opuscula edita, fuere in hoc volumine caractere minutiore. In calce: *Impressum Mediolani per Leonardum Pachel, & Uldericum Scinzenzeller MCCCCLXXXVII.*

(n) Extat Exemplar unum penes J. C. D. Johannem Sitonum de Scotia, absque titulis, numeris paginarum &c. caractere tamen minuto, rotundo, ac nitido. Continet hæc Editio Vitam S. Ambrosii à Paulino scriptam: Libros de Officiis; Vitam S. Agnetis; Passiones SS. Vitalis, & Agricolæ, Prothasi, & Gervasii; de istorum inventione Epistolam ad Marcellinam Sororem; Orationem in Obitu Satyri fratris; de Resurrectione, ac Crucis Domini; & de bono Mortis. In calce: *Mediolani impressum per Magistrum Uldericum Scinzenzeler Teutonicum, operâ, & impensâ Domini Philippi Lavagnia Civis Mediolanensis, Anno Domini M. CCC. LXXXVIII. die verò XVII. Januarii.* Recusum quoque est Epigramma, supra à me productum, cujus initium *Nectar, & Ambrosiam &c.*

(o) Caractere optimo, sed Gothico. Præmittitur Calendarium. De hoc Lyturgico nostro Codice nonnulla differui in Hist. Liter. ad hunc Annum, ubi etiam aliqua retuli de Ecclesiâ S. Teclæ, & ejusdem Præposito Andrea de Bossis, cujus mentio habetur. In calce: *Laus Christo: pax vivis, & requies Defunctis. Amen. Explicit Missale secundum consuetudinem Sancti Ambrosii. Impressum Mediolani per Magistrum Antonium*

Zarotum Parmensem. Emendatum per Reverendum Dominum Presbyterum Andream de Bossis Præpositum S. Teclæ, qui suâ operâ, & impensâ imprimi curavit Anno Domini MCCCCLXXXVIII. Calendis Martii.

(p) Extant in Biblioth. Chartusæ prope Papiam, caractere minuto Gothico, absque titulis, numeris paginarum &c. In Tabula Opusculorum, indicantur: *Secundum S. Thomam de Aquino Expositio Orationis Dominicalis; Expositio Salutationis Angelica; Expositio Symboli; Tractatus de rationibus Fidei; Tractatus de duobus præceptis Charitatis; Expositio decem præceptorum; Tractatus de tribus Votis, & statu Religiosorum, editus à quibusdam præclaris Sacræ Theologiæ Professoribus, Ord. Prædicatorum. Secundum S. Bernardum Abbatem Claravallensem; Expositio super Antiphonam Salve Regina; Expositio super illud Evangelii Simile est Regnum Cælorum homini querenti bonas Margaritas.* In calce: *Impressum Mediolani per Christophorum Valdarfer Ratisponensem Anno Domini MCDLXXXVIII. die primo Martii.*

(q) Extant in Cœnobio S. Petri Martyris Viglevani, caractere Gothico, absque titulis, numeris paginarum &c. Præcedit Epistola Pauli Soncinatis ad Reverendum Patrem Fr. Calabrum, Ord. Prædicatorum in utraque Lombardia Vicarium Generalem. In calce: *Explicit per utiles, atque devotissimi Sermones de Sanctis Reverendi Patris S. Vincentii Ferrerii (ita) Ord. Prædicatorum, diligentissime emendati per venerabilem Fratrem N. ejusdem Ordinis Mediolanensem, qui præsens Opus imprimi curavit, impensis Aloysii de Segationibus fratris sui. Magister verò Uldericus Scinzenzeler Teutonicus impressit Mediolani Anno Domini MCCCCLXXXVIII. die III. Martii.*

(r) Servatur in Biblioth. Ambr. caractere minuto Gothico, cum Tabula Capitulum, sed absque numeris paginarum. In calce: *Excellentissimi, & sanctissimi Viri Domini Alberti Magni Episcopi Ratisponensis Ord. Prædicatorum in Evangelium Missus est Gabriel Angelus, aureum, & devotissimum Opus feliciter explicit, diligentissime emendatum per Venerabilem Fratrem Augustinum de Papiâ ejusdem Ord. Prædicatorum de Observantia. Aloysius verò de Segationibus suâ operâ, & impensâ imprimi curavit Mediolani ab Uldericum Scinzenzeler, Teutonicum, Anno Domini MCCCCLXXXVIII. die XVII. Aprilis.*

(s) Servatur Exemplar hujus editionis in Biblioth. Cœnobii PP. Minor. S. Francisci Oppidi Belgiojosi, caractere Gothico, cum titulis Librorum in fronte cujusque pagine, & Tabula Capitulum in fronte. In calce: *Johannis Gerson Cancellarii Parisiensis de Imitatione Christi, & de Contemptu Mundi Libri quatuor, unâ cum Tractatu de Meditatione Cordis, felici Numine finius. Impressum Mediolani, impensis Leonardi Pachel de Alamanis MCCCCLXXXVIII. mense Julii.*

DLXXXIV CATALOGUS LIBRORUM

- * Juvenalis Satyræ, cum Commentariis Domitii Calderini, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (t) 1488.
- * Ovidii Heroidum Epistolæ, cum Commentariis Antonii Volscii, & in Ibin, cum Commentariis Domitii Calderini, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (u) 1488.
- * S. Thomæ Aquinatis Opuscula, in fol. per Benignum, & Joh. Antonium de Honate. (x) 1488.
- * Pauli de Castro super prima parte Infortiati, in fol. per Johannem Antonium de Honate.
Ejusdem super secunda parte, in fol. per eundem.
Item super prima, secunda, & tertia, in fol. per eundem. (y) 1488.
- Antonii de Butrio super primo Libro Decretalium, in fol. (z) 1488.
- Quinto Curzio tradotto da Pietro Candido, in fol. (a) 1488.
- * Betino Tricio Pœma, & Sonetti, in 4. (b) 1488.
- * Quadriregio del Vescovo di Foligno Federico Domenicano, in fol. per Antonium Zarotum. (c) 1488.
- Albicii Sermones Quadragesimales de Contemptu Mundi, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (d) 1488.

Sido-

- (t) Caractere nitido Romano, grandiori in textu, minutiori in Commentariis, absque numeris paginarum, Indice &c. Præcedit Epistola Domitii Calderini ad Julianum Medicum. In calce: Impressum Mediolani per Uldericum Scinzenzeler MCCCCLXXXVIII. die XXX. Julii.
- (u) Extant in Cœnobio S. Mariæ Gratiarum prope Viglevanum. Præcedit Epistola Volscii ad Lodovicum Didum, & Ovidii Vita. In calce: Impressum Mediolani per Uldericum Scinzenzeler die VIII. Octobris MCCCCLXXXVIII.
- (x) Servantur in Bibliotheca Sacerdotum Oblatorum S Sepulchri, caractere Gothico minuto, rotundo, ac nitido; tituli, & paginarum numeri ubique adscribuntur. In fine Eticulus Opusculorum legitur, cum nota sequenti: *Explicit præclarissima Opuscula D. Thomæ Aquinatis, maxima cum diligentia castigata per Fratrem Paulum Soncinatem, ejusdem Ordinis, Vitæ regularis-professorem, Mediolanense impressa per Magistros Benignum, & Johannem Antonium de Honate, Anno salutifero Nativitatis MCCCCLXXXVIII.* (Omnia est altera litera C. per errorem Typographi, cum exprimi debuisset annus MCCCCLXXXVIII.) Præcedit Epistola ejusdem Pauli Soncinatis ad Reverendissimum in Christo Patrem, & Illustrissimum D. Dominum Ascanium Mariam Sfortiam Vicecomitem, tituli S. Viti Diaconum Cardinalem, ac dignissimum Bononiæ Legatum Apostolicum, quam dedimus fol. CCCCLXXXIX. Quandoquidem verò Codex iste primo loco refert Opusculum de Regimine Principum, opiniones varias recensit in Hist. mea Literaria ad hunc annum, quibus aliqui hunc Tractatum S. Thomæ vindicant, alii abjudicant, ibidem etiam de Paulo Soncinatate plura adnotavi.
- (y) Tria hæc Volumina vidi in Bibliotheca Patrum Minorum de Observantia S. Mariæ Gratiarum Viglevani, caractere Gothico, absque numeris paginarum, Chronica notæ eadem sunt, quæ in aliis Legalibus libris ab hoc Typographo editis, & jam relatis leguntur, anno tantum commutato.
- (z) Editio ista adnotatur in Incunabulis Typographiæ Cornelii à Beughem, sed nullo indicato Typographo.
- (a) Refert hæc editionem Cl. Marchio Scipio Maphæus, in libro inscripto: *Traduttori Italiani.* Ejusdem MS. Exemplar servat Biblioth. Ambros. quemadmodum adnotavi in Hist. mea Lit. ad hunc annum; ubi de Petro Candido Decembrio sermonem institui; qua occasione, novam opinionem de Q. Curtii ætate admodum controversa, ab eruditiss. Equite, & Co. Jo. Francisco Joseph Bagnolo, peculiari libro in lucem prolatam, exposui.
- (b) Quid Liber iste contineat, quisve fuerit Auctor ejus-

dem, in Hist. mea Liter. ad hunc annum comperum feci. Servatur in Bibl. Monachor. S. Ambrosii Mediolani, absque nomine Typographi.

(c) Caractere Semigothico, extat apud PP. S. Mariæ Coronatæ Mediolani. In calce: *Impressum Mediolani per Antonium Zarotum MCCCCLXXXVIII. Idibus Aprilis.* In postrema Editione hujus *Quadrægis*, peractâ in Urbe Fulgini Anno 1725, inserta est primo volumini Dissertatio Italica Reverendissimi Abbatis Camaldulensis D. Petri Canneti ad vindicandum hoc Opus verò ejusdem Auctori Federico Frezio, ex Ordine Prædic., Civi & Episcopo Fulginiensi. Ibidem præclarissimus ille Abbas miratur, memotati celebris Libri, sæpius in lucem editi retro actis temporibus, nullam legi mentionem non tantum apud Michaëlem Maittaire, Scriptorem longe à nostris Regionibus positum, sed etiam ab Italis ipsis, qui de Typographiæ origine, Librisque in nostris Urbibus impressis, sermionem sedulo instituerit; itaque sex ipse Editiones enumerat, labente seculo XV., ac sequentis initio in Italia paratas. Prima est *Perusia* Anni MCCCCLXXXI. typi *Magistri Stephani Arns Theutonici*; secundam enumerat, quæ *Bononia* lucem vidit Anno MCCCXCIV. per *Magistrum Franciscum de Ragazonibus*, reliquas quatuor usque ad Annum 1511., quæ *Florentiæ*, ac *Venetis* prodierunt, singillatim enuncians. Metropolis nostra alteram, etiam ipsi *Canneto* ignotam, proferre nunc potest, quæ *Bononiensem*, *Venetis*, & *Florentinas* ætate præcedit, ac secundo loco post *Perusinam* imposterum assignabitur. Quomodo compacta eadem sit, describere neque; cum à me denuo quaesitus rarus hic liber in memorata Bibliotheca, turbato voluminum ordine, diligentiam omnem eluserit; quapropter contentus esse debui iis adnotationibus, quas in *Adversaria* mea primò conjeceram.

(d) Refertur hæc editio à Johanne de la Caille in *Historia Artis impressoriæ, & Librariæ*, Gallicè scripta, pag. 32., ubi de Mediolano agit. Quis esset iste Albicius, Auctor *Quadragesimalium Concionum*, explorare non valui; suspicatus autem sum, non alium eum fuisse, quam *Bartholomeum de Pisis*, cujus *Quadragesimali*, edito Mediolani Anno MCCCXCVIII. idem titulus de *Contemptu Mundi* inscribitur, quemadmodum in Hist. mea Lit. ad illum Annum fufius exposui; tandem dubium omne abieci, cum *Lucam* VVadingum consulere in *Libro de Scriptoribus Ord. Minorum*; ab eo enim relatum inveni *Familiam Albisiam*, sive de *Albizis*, e qua prodierat *Bartholomeus de Pisis*. Itaque *La Caille* cognomine tantum Auctoris usus est in adnotandâ hæc Mediolanensi Editione. Hinc verò etiam percepi, non immeritò positam fuisse ab eodem VVadingo sub hoc Anno primam hujus *Quadragesimalis* impressionem, quam ego decennio post paratam contendi loco prædicto; nisi fortè deceptus à VVadingo fuerit idem *Johannes de la Caille* in ea ad hunc Annum statuenta.

Sidonii Apollinaris Poëmata & Epistolæ , cum Commentariis , in fol. (e) 1488.

ANNO MCCCCLXXXIX.

- * M. T. Ciceronis Rhetorica cum Commentariis Fabii Victorini, in fol. per Uldericum Scinzenzeler . (f) 1489.
- * Vocabulista Ecclesiastico di Fr. Gio. Bernardo , in 8. per Leonardum Pachel . (g) 1489.
- * Vita di S. Catarina da Siena , in 4. per Joh. Ant. de Honate . (h) 1489.
- * Stephani Dulcinii Scalensis Canonici , Nuptiæ Illustrissimi Ducis Mediolani Quinti , Joh. Galeaz Vicecomitis Sfortiæ , in 4. per Antonium Zarotum . (i) 1489.
- * Ludovici Pontani Consilia , & Allegationes , in fol. per Uldericum Scinzenzeler . (k) 1489.
- * SS. Hilarii , & Augustini de Trinitate , in fol. per Leonardum Pachel . (l) 1489.
- * Francisci Philelphi Exercitatuunculæ , in 4. per Antonium Zarotum . (m) 1489.

Alexan-

(e) Michaël Maittaire, qui hanc Editionem Mediolanensem refert pag. 208. describit eam ait in Bibl. VViriana pag. 71. subjungit tamen, à Fabricio in Bibl. Lat. Tom. I. pag. 636. Carmina, & Epistolæ Sidonii adnotari, primùm editas Mediolani fuisse Anno 1498. Hunc errorem ego ad illum Annum compertum feci in Hist. mea Lit., ubi detractum decennium ab Amnienfi per olicitantiam, patentibus argumentis evici.

(k) Servantur in Bibl. Cœnobii Monachorum Congr. Montis Oliveti apud S. Victorem hujus Urbis, mihiq; hanc notitiam communicavit Reverendiss. P. D. Cherubim Besutius, ejusdem Monasterii Abbas. Impressa fuerunt caractere semi-Gothico, abbreviato, sed nitido, absque titulis, numeris paginarum &c. In calce: *Explicit Consilia, & Allegationes Clariss. Viri D. Ludovici Pontani de Roma, ex multis locis in unum congesta. Impressa Mediolani per Uldericum Scinzenzeller Anno Domini M. CCCC. LXXXIX. die XXVIII. Aprilis.*

(f) Extat in Bibl. S. Mariæ Coronatæ hujus Urbis, caractere minuto Romano, nitido, absque titulis, numeris paginarum, Indice &c. In fronte legitur Præfatio *Marii Fabii Victorini*, cujus sunt Commentaria. In calce: *Mediolani per Uldericum Scinzenzeller Anno Domini MCCCCLXXXIX. die X. Februarii.*

(l) Extat in Bibl. Sacerdotum Oblatorum Collegii S. Sepulchri, caractere Gothico rotundo, & nitido. Tituli, & Librorum numeri singulis paginis inscripti sunt. Præcedit *Epistola Georgii Cribelli Presbyteri ad Reverendiss. in Christo Patrem Dominum D. Guidonem Antonium Archibaldum Mediolanensem Archiepiscopum dignissimum*, quam integram supra edidi fol. CCCXCIV. Adjiciuntur duo Epigrammata, alterum sub S. Hilarii nomine, alterum in laudem S. Augustini, sed parùm felicia. Hoc ultimum, quia brevius, referre non piget:

(g) Recusus hic Liber fuit, nono post Anno à prima editione, caractere rotundo, minuto, & satis nitido. Curata illa fuerat à Fr. Raphaële Pirogallo, cujus Epigramma retuli in Hist. mea Lit. ad Annum MCCCCLXXX. agens de Libri hujus Auctore. In calce: *Impressum Mediolani per solertem Opificem Magistrum Leonardum Pachel MCCCCLXXXIX. die XXIII. mensis Februarii.*

*In reliquis Scriptis omnes qui vincere doctos
Augustino soles, mente vigente nimis;
Vixisti te ipsum, miros dum cedis ad unguem
Ingenti studio de Trinitate Libros.*

(h) Vidi apud alibi laudatum Marchionem Carolum Re-calcatum. In calce: *Impressa a Milano per Jobanne Antonio de Honate, ne lo Anno del Signore MCCCCLXXXIX. a di XXVII. de Marzio.*

In calce Operum S. Hilarii: *Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel, Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi Millesimo quadringentesimo octuagesimo nono, septimo Idus Julii. Post Libros S. Augustini de Trinitate: Mediolani impressus &c. Anno, ut supra, septimo Kalendas Junii.*

(i) Extat in Bibl. Ambr., caractere rotundo, minori, absque numeris paginarum &c. Præcedit *Dulcinii Epistola ad Nicolaum Lucarum, Rhetorem Cremonesem*, quam per compendium retuli in Hist. mea Lit. ad hunc Annum, de Dulcinio agens. In calce: *Operâ, & impensâ spectabilis Viri D. Job. Antonii Corvini de Arrasio, Vir in hac Arte ingeniosissimus Antonius Zarotus Parmensis impressis Mediolani MCCCCLXXXIX. Idibus Aprilibus.* Rarum aded fuisse hunc Librum, restatus est Puricellus, ut, cum residua Trifani Calchi typis Mediolanensibus ederet, in quibus describebantur hæ Nuptiæ à celeberrimo illo Auctore, nullum aliud exemplar, perlustratis omnibus Bibliothecis, offendere poterit, præter memoratum Biblioth. Ambrosianæ.

(m) Extant in Bibl. Ambr., caractere minuto Gothico, sine numeris paginarum &c. In calce: *Impressum Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem, Anno Domini MCCCCLXXXIX. die XXIV. Julii.* De Literario hoc Francisci Philelphi fœtu, à nemine, quem viderim, adnotato, locutus sum in Hist. mea Lit. ad hunc Annum, ubi etiam partem Elegiaci Carminis retuli, quod *Petrus Salius Vercellensis* in Detractores Philelphi composuit, impressumque legitur in hac Editione.

DLXXXVI CATALOGUS LIBRORUM

- * Alexandri de Imola Apostillæ super secunda parte Codicis, in fol. magno, per Leonardum Pachel. (n) 1489.
- * Ejusdem Lectura in prima parte Digesti Novi,) in fol. per Leonardum Pa-
- * Ejusdem in secunda parte Digesti Novi,) chel. (o) 1489.
- * Ejusdem Apostillæ super secundo Digesti Veteris, in fol. per Leonardum Pachel. (p) 1489.
- * Ejusdem super secunda Infortiati, in fol. magno, per Jacobum de S. Nazario. (q) 1489.
- Manilii Astronomicon, P. Stephano Dulcinio emendante, per Antonium Zarotum. (r) 1489.
- * Augustini Dati Liber Isagogicus in Eloquentiæ præcepta, ad Christophorum filium, in 4. per Antonium Zarotum. (f) 1489.
- * Specchio della Croce, in 4. per Pachel, & Scinzenzeler. (t) 1489.
- * Ovidii Factorum cum Comment. Pauli Marfi, in fol. per Scinzenzeler. (u) 1489.
- * Pauli de Castro super prima parte Digesti Veteris, in fol. per Joh. Ant. de Honate. (x) 1489.
- Marii Philelphi Epistolare. (y) 1489.
- Alberti Magni Mariale, per Pachel, & Scinzenzeler. (z) 1489.
- * Bartholi de Perusio super prima parte Codicis, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (a) 1489.
- * Andreæ de Bartholomæo de Sicilia, secunda pars Confiliorum, in fol. per Philippum Lavaniam. (b) 1489.

ANNO MCCCCXC.

- * Lectura D. Bartoli de Saxoferrato, cum Apostillis Alexandri Imolensis, super prima parte Codicis, in fol. magno, per Conradum Pachel. (c) 1490.

Vite

- (n) Extant in Cœnobio S. Mariæ Gratiarum prope Viglevanum, caractere Gothico, absque Præfatione, numeris paginarum &c. In calce: *Finunt Apostilla Domini Alexandri de Imola super secunda parte Codicis, impressa per Magistrum Leonardum Pachel Anno MCCCCLXXXIX. die vigesimo primo mensis Augusti.*
- (o) Duo hæc Volumina extant in Cœnobio PP. Reformatorum S. Crucis prope Novocomum. In calce: *Mediolani per Leonardum Pachel Anno MCCCCLXXXIX. die XVII Junii.*
- (p) Servatur ibidem, adnotato Anno ut supra, die III. Octob.
- (q) Extat ibidem. In calce: *Mediolani per Magistrum Jacobum de S. Nazario de Ripa Anno Domini MCCCCLXXXIX.*
- (r) Adnotatur à Maittaire pag. 213. *Mediolani impressi., V. Idus Septembris.*
- (f) Caractere rotundo, qui ad Germanicum accedit, sed nitidissimo, absque titulis, numeris paginarum &c. In calce: *Hoc Opus diligenter emendatum, impressum est Mediolani per Antonium Zarotum, operâ, & impensâ Johannis Legnani Anno MCDLXXXIX. die IX. Septembris.*
- (t) Caractere Romano nitidissimo, præter morem hujusmodi Opificum, absque titulis, numeris paginarum &c. Continet Cap. LI., Christi patientis dolores, amoremque explicantia. Vidi apud Bibliopolam in hac Urbe. In calce: *Finisse el Libro, chiamato Specchio de la Croce, utilissimo a caduno Fidel Cristiano. Impresso a Mediolano per li prudenti Maestri Leonardo, & Ulrico Teutbonici, ne l'Anno del Signore MCDLXXXIX. die XVI. de Ottobre. Auctor hujus Libri fuit Dominicus Cavalca Ord. Prædic., Vir doctrinâ, & morum sanctimoniâ illustris, cujus mentionem egi in Hist. mea Lit. ad Annum MCCCCXCVII.*
- (u) Caractere rotundo Romano, grandiori in textu, minutiori in Commentariis. Omnia, ut in Editione præcedenti Anni MCCCCLXXXIII. In calce: *Literariæ Sodalitati &c Gabriel Conagus Civis Mediolanensis ab Ulderico Scinzenzeller Teutonico, suâ operâ, & impensâ imprimendum curavit, Anno salutis MCDLXXXIX. quarto Idus Novembris.*
- (x) Extat in Bibliotheca S. M. Gratiarum prope Viglevanum, caractere Gothico, absque numeris paginarum &c. cum Chronicis notis sæpe indicatis.
- (y) Refertur à Beughem in Incunabulis Typographiæ pag. 107., ubi loco *Marii* legitur per errorem, *Marii Philelphi, Francisci F.*
- (z) Adnotatur hæc Editio à Joh. Alberto Fabricio in *Bibl. Mediæ & Infimæ Latinit.* Tom. I. pag. 119.
- (a) Extat Viglevani in Cœnob. S. Petri Mart. Ord. Prædic., cum notis chronicis superius memoratis Anno *MCDLXXXIX. III. Nonas Maji.*
- (b) Extat in eadem Bibl. caractere rotundo abbreviato.
- (c) Extat in Biblioth. PP. Capuccinorum Modoëtiæ, caractere Gothico. In calce: *Lectura Domini Bartoli de Saxo ferrato, una cum Apostillis, seu additionibus D. Alexandri Imol., suis locis collocatis, studio & industria consummatiss. Jurisperit. D. Presbyteri Gasparis Lampugnani, finit. Impressum Mediolani per Magistrum Conradum Pachel, Anno MCDXC. die XXIII. Martii.*

- * Vite de Sancti Padri, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (d) 1490.
- * Aufonii Poëtæ Opera, in fol. per Scinzenzeler. (e) 1490.
- * Martialis Opera cum Commentariis Domitii Calderini, in fol. per Scinzenzeler. (f) 1490.
- * Alexandri de Imola Lectura, & Additiones Andreæ Barbatæ in Rubricam de Fide, in fol. (g)
- * Galeotti Martii de Homine, item) in fol. per Philippum de Mantegatis. (h) 1490.
- * Georgii Merulæ Adnotationes in Galeottum &c.)
- * Plauti Comœdiæ, in fol. per Scinzenzeler. (i) 1490.
- * Breviarium Ambrosianum, in fol. per Antonium Zarotum. (k) 1490.
- * S. Ambrosii Epistolæ &c., in fol. per Pachel. (l) 1490.
- * Traductione di Latino in Lingua Fiorentina de la Sforziada di Giovanni Simonetta ad lo Illustrissimo Lodovico Sforza Visconte, di Christoforo Landino, in fol. per Zarotum. (m) 1490.

Perfii

(d) Servantur in mea privata Biblioth., caractere Gothico quadrato minutiori, absque numeris paginarum, Indice &c. Infertum est huic Libro Pratum Spirituale, à S. Johanne Everato compositum, cui præfixa est Epistola Italica Pbei Belcâri, ad Rev. in Christo Patrem Eganum Benoniensem, & alios pauperes propter Jesum Christum, dictos Jesuatos. In calce: *Quivi se finiscono le Vite, & Exempi de li Santi, & Antichi Padre, diligentemente emendate, per gli discreti Compagni Leonardo Pachel, & Hulderico Scinzenzeller Teusbonici, studiosamente impresse a Mediolano ne l' Anno del Signore MCDLXXX. el primo de Augusto finite.*

(e) Præcedit Epistola Julii Emilii Ferrarii Novariensis, ad Magnificum Ambrosium Varisium Rosatum, quam integram superius dedimus fol. CCCXCIX. Sequitur Aufonii Vita, & Index Epigrammatum. In calce: *Explicunt ea Aufonii fragmenta, quæ invida, cuncta corrodens, vetustas ad manus nostras venire permittit. Mediolani impresse per Magistrum Uldericum Scinzenzeller, anno Domini MCDLXXX., die XV. Septembris.* De Julio Emilio Ferrario peculiarem mentionem habuimus in Historia Liter. ad hunc annum. Extat in Bibl. Archintea, cum hoc Epigrammate:

Τελοσ

Αυσηιος fueram solus: νῦν χεῖρα τεκος μῶ

Artificis χερσὶ καὶ τῆ καὶ οὐρα

Τούτ' ἴσον cum prisca queat renovare vetustas

Tum vides antiquis præferet Officiis.

(f) Caractere rotundo, nitido, absque titulis, numeris paginarum &c. Præcedit Domitii Calderini Epistola ad Job. Franciscum, Ludovici Principis Mantuani filium, & altera ejusdem ad Laurentium Medicum. Item Vita Martialis ab eodem Calderino scripta. Postremò, Defensio contra Calumniatores ad Corelium, Cardin. Neapolitani nepotem, cum Epigrammate M. Lucidi Phosphori in ejus laudem. In calce: *Mediolani per Uldericum Scinzenzeller MCDXC. die XX. Septembris.*

(g) Extat in Bibliotheca PP. Capuccinorum Modoëtæ, caractere Gothico, absque numeris pagg. &c. In calce: *Mediolani V. Novembris MCDXC.* Caret nomine Typographi.

(h) Caractere Romano, fatis nitido, absque titulis, numeris paginarum, Indice &c., sed cum marginalibus notis Rerum memorabilium. Præcedit Galeotti Epistola ad Johannem Archiepiscopum Striconiensem; deinde Georgii Merulæ Alexandrini Adnotationes contra eundem Librum ad Laurentium, & Julianum Medicum. Tum Galeotti Responso ad Federicum Ducom Urbini. In calce: *In hoc Volumine continentur hæc tria digna, & erudita Opuscula, scilicet Galeottus, de Homine, Georgius Merula in Galeottum; & rursus Galeotti refutatatio objectorum in Libro de Homine à Georgio Me-*

rula: Mediolani diligenter impresse per Magistrum Philippum de Mantegatis Anno à salutifera Christi Nativitate MCDXC. tertiodécimo Kalendas Decembres; impensis Presbyterorum Andreæ Lelii, & Francisci Tantii.

(i) Caractere Romano minutiori, nitido, absque titulis, numeris paginarum &c. Præcedit Epistola Georgii Merula ad Reverendiss. in Christo Patrem, & Dominum Jacobum Zeum Pontificem Patavinum. Deinde excerpta quædam ex Auctoribus gravissimis de Vita, Comœdiisque Plauti. Subnectitur alphabetica XX. Comœdiarum Tabula. Postremò additur Epistola Eusebii Scutarii Vercellensis ad Georgium Merulam præceptorem suum, quam supra edidi fol. DXLVI. In calce: *Plauti, XX. Comœdiæ, olim magna ex parte emendate per Georgium Merulam Alexandrinum, Virum doctissimum, nunc recognita per Eusebium Scutarium Vercell. juvenem Literarum studiosiss., impresse fuere in Officina egregii Mancipis Ulderici Scinzenzeller, ipsius, & Magistri Job. Legnani operâ, & impendio. Mediolani Anno salutis MCDXC. Kalendis Decembris, Johanne Galeatio Maria Sf. Vic. Sex. Duce felicissimo.*

(k) Extat in Bibl. Ambr. caractere optimo grandiori, rubro-nigro, in pergamena editum, auro & minio diligentissime ornatum, præcipue in literis initialibus, quæ Sanctorum icones depictas exprimunt. Præmittitur Kalendarium, & Epistola nuncupatoria Petri Casole, Mediol. Ecclesiæ Canonici Ordinarii, ad dignissimum, atque omni reverentia Venerandum Papam Guidonem Antonium Arcimboldum Mediolanensem Archiepiscopum, quam per compendium dedi in Hist. Liter. ad hunc Annum, ubi de Petro Casola sermonem institui. Additur Speculum matutinalis Officii juxta morem Beatissimi Ambrosii, editum à Beato Theodoro Ecclesiæ Mediolanensis Præsule, quod ego eidem vindicare conatus sum contra Puricellum, loco memorato. In calce: *Hoc Opus impressum fuit in Civitate Incluyta Mediolani, per Antonium Zarotum Parmensem, Anno sal. Christianorum MCDXC. in Kal. Aprilis, sub Illustrissimo Principe Johanne Galeatio Duce Mediolani Sexto felicissimo.* Singula folia numeris Romanis signantur.

(l) Caractere minuto, sed nitido. In fronte reperitur Ordo Epistolarum. In fine Georgii Cribelli Presbyteri Epigramma, quod supra dedi in Hist. mea Lit. ad hunc Annum. Sequitur ejusdem Cribelli Adnotatio ad Lectorem de ordine, & emendatione facta in hisce Epistolis evulgandis. In calce: *Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel MCDXC. die XVIII. Decembris.*

(m) Caractere optimo, absque numeris paginarum, Indice &c. Præcedit Epistola Francisci Philelphi in Italicum sermonem traducta. De Landino hujus Traductionis Auctore, vide quæ adnotavi in Hist. mea Liter. ad hunc Annum. In calce: *Questæ Sforziada traducta de sermone Literale in Lingua Fiorentina l' a impresse Antonio Zaroto Parmesano, ne li Anni del Signore MCDXC. Finit.*

DLXXXVIII CATALOGUS LIBRORUM

- * Persii Satyræ cum Commentariis Bartholomæi Fontii, in fol. per Scinzenzeler. (n) 1490.
- * Hieronymi Vicecomitis, Lamiarum, seu Striarum Opusculum, in 4. per Pachel. (o) 1490.
- * Dominicus Macaneus de Lacu Verbano, in 4. per Scinzenzeler. (p) 1490.
- Papiæ Vocabularium, in fol. sine Typographi nomine. (q) 1490.
- Virgilio Maronis Opera cum Commentariis Servii, Donati, Landini, & Calderini, in fol. per Scinzenzeler. (r) 1490.
- Ciceronis Rhetorica, & Philosophica Scripta. (s) 1490.
- * Sermone, e Tractato contra li defecti de molti, che hanno apparientia de Spirituali, sive Disciplina delli Spirituali, in 4. per Leonardum Pachel. (t) 1490.
- Guarini Veronensis Vocabularium, in fol. sine nomine Typographi. (u) 1490.
- S. Hieronymi Epistolæ, & alia Opuscula. (x) 1490.

ANNO MCCCCXCI.

- * S. Ambrosii Epistolæ, & alia Opuscula, in fol. per Antonium Zarotum. (y) 1491.
- * P. Terentii Afri Comædiæ cum Commentariis Donati, in fol. per Scinzenzeler. (z) 1491.
- * Æsopi Vita, & Fabulæ in Latinum traductæ, in 4. per Bernardinum de Castillione, & Philippum de Cassano. (a) 1491.

Masæi

- (n) Extant in Bibl. S. Mariæ Coronatæ hujus Urbis, caractere Romano nitido, grandiore in textu, minutiore in Commentariis. Præcedit *Proœmium Bartholomæi Fontii ad Laurentium Medicen.* Subsequitur Epistola ejusdem Fontii ad Franciscum Saxettum, & vita Persii. In calce: *Magister Uldertus Scinzenzeller Mediolani impressis MCDXC.*
- (o) Extat in Bibl. Ambr., caractere Romano cum pluribus abbreviationibus, absque titulis, numeris paginarum, Indice &c. Præcedit Epistola ejusdem Vicecomitis ad Illustrissimum Mediolani Ducem Franciscum Sfortiam, & altera inseritur post idem Opusculum, conscripta a Bono Aloysio de La Cruce Caravallis Monacho, ad Franciscum Bossium Amicum suam, quas supra dedimus fol. CCCCXCVII. In calce: *Explicit Lamiarum Tractatus Mag. Hieronymi Vicecomitis, Prædicatorum Ord. &c. Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel Anno Domini M. CCCC. XC. die XIII. mensis Septembris.*
- (p) Vidi apud P. Petrum Paulum Quaglinum Taurinensis Urbis Bibliothecarium, caractere minori, abbreviato, sed nitido. Præcedit Epistola Macanei ad Gasparem Vicecomitem, & altera Job. Jacobi Gbilini ad Macaneum, quas dedi fol. D & seq., eoque leguntur etiam in Musæo Novar. Lazari Augustini Cottæ. Adduntur *Questiuncula de Busti cinere, de Paganis &c.* In calce: *Quod bonum, faustum, felixque sit Impressum Mediolani florentis per Ultricum Scinzenzeller Anno MCDXC. Kal. Aprilis.* Nonnulla Opera Dominici Macanei recensui in Hist. mea Lit. ad hunc Annum, quæ Gotta ignoravit.
- (q) Ex Maittaire in Appendice Alphabetica post Indice pag. 542.
- (r) Apud P. Orlandum fol. 428.
- (s) Apud Beughem in Incunabulis Typographiæ, pag. 46.
- (t) Extat apud Eruditiss. Amicum meum, Canonicum Joh. Andream Iricum, caractere Gothico, abbreviato, sed nitido, absque titulis, numeris paginarum &c. Caret Auctoris nomine hic Liber, sed illum enunciant Scriptores Bibl. Ordinis Prædicatorum Tom. I. fol. 878., *Dominicum nempe Cavalcam*, ejusdem Ordinis, Virum doctrinâ, & pietate illustrem. Proponit sibi Au-

stor iste, tanquam basim, Epistolam S. Pauli ad Galathas: *Si vivimus, spiritu & ambulemus &c.* Exhibet deinde catalogum vitiorum, quæ Apostolus in hac Epistola reprehendit, deinde ad Capita descendit, in quæ Liber hic distribuitur; Apostolica autem libertate in eos invehitur, qui aut voto, aut vitæ sanctioris professione, Deo servientes, à recta via aberrant, & Religiosorum munus, ac nomen vitii deturpant. Demum remedia suggerit, ad vitia memorata abolenda. Refertur est hoc Opus solidâ doctrinâ. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel Anno Domini MCDXC. die XXVI. Mensis Aprilis.*

- (u) Refertur in Appendice Alphabetica Maittaire post Indices, pag. 522.
- (x) Servantur in Cœnobio Monachorum Cisterciensium Aquæ-frigide in Lacu Lario.
- (y) Extant in Bibl. Reverendissimi Capituli Metropolitanæ, & in Archintea, caractere rotundo, nitido, absque Præfatione, titulis, numeris paginarum &c. In calce: *Gloriosi, & irrefragabilis Ecclesiæ Catholice Doctoris, & Reverendissimi Ecclesiæ Mediolanensis Archiepiscopi, S. Ambrosii, de Epistolis: de vocatione omnium Gentium; de Edificatione Urbis Mediolani; de Isaac, & Anima; & de fuga Seculi, Opera, feliciter impressa sunt in inclita Civitate Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem Anno Domini MCDXCI. in Calendis Februarii.*
- (z) Extant Viglevani in Cœnobio PP. Capuccinorum, caractere grandiori in textu, & minutiore in Commentariis, cum numeris Romanis ad singulas paginas, absque Indice. In calce post Symbolum Scinzenzeller typographi: *Impressum Mediolani per Uldericum Scinzenzeller Anno Domini MCDXCI. die VIII. Julii.*
- (a) Extant in Bibl. Ambr. absque numeris paginarum, Indice &c. Præcedit Epistola nuncupatoria Rimicii Traductoris ad Reverendissimum Patrem Dominum Antonium Tit. S. Chrysogoni Presb. Card., & omnia sequuntur, quæ jam protulimus in præcedenti Editione Anni MCCCCLXXIX. In calce: *Impressum Mediolani per Bernardinum de Castillione, & Philippum de Cassano, Anno Domini MCDXCI. die III. mensis Octobris.*

- * *Mafæi Laudensis, de Educatione Liberorum, & eorum claris moribus Libri sex, in 4. per Leonardum Pachel. (b)* 1491.
- * *Lucani Pharsalia cum Commentariis Omniboni Vicentini, in fol. per Scinzenzeler. (c)* 1491.
- * *Svetonii Opera cum Commentariis M. Antonii Sabellici, in fol. per Scinzenzeler. (d)* 1491.
- Lucretii Opera cum Commentariis Omniboni Vicentini, in fol. per Scinzenzeler. (e)* 1491.
- Virgilio l'Eneide vulgarizzata, per Ugonem de Rugeriis. (f)* 1491.
- Francisci Philelphi Epistolæ, in 4. sine Typographi nomine. (g)* 1491.
- Quintiliani Institutiones cum Adnotationibus Baptistæ Regii, in fol. (h)* 1491.
- Secunda pars Digesti Novi cum Additionibus Alexandri de Imola, in fol. per Leonardum Pachel. (i)* 1491.

ANNO MCCCCXCII.

- * *Bonifatii Simonettæ Ord. Cisterc. de Christianæ Fidei, & Romanorum Pontificum Persecutionibus, in fol. per Antonium Zarotum. (k)* 1492.
- Angeli Capreoli Brixiani Libellus, Stella nuncupatus, in 4. per Leonardum Pachel. (l)* 1492.

Gui-

- (b) Extant pariter in Bibl. Ambr. caractere Gothico, sed nitido, sine titulis, numeris paginarum, Indice &c. Carent Præfatione, ac Epistola nuncupatoria. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel Anno M^oDXCI. die XVIII. Octobris.* Sequitur *Vita Mafæi Vegii*, quam tamen auctiorem edidi in Hist. mea Liter. ad hunc annum, ex Bollandistis desumptam. Ibidem quoque errorem detexi cujusdam Nicolai Bonæ-Spei Trecentis Campani, qui Anno MDVIII. Librum hunc Parisiensibus typis vulgavit sub nomine Francisci Philelphi.
- (c) Servatur in Cœnobio S. Mariæ Coronatæ hujus Urbis, caractere Romano nitido, grandiori optimo in textu, minutiori in Commentariis. In fronte cujusque paginæ signantur numeri Romani. Præcedit Epistola *Job. Britannici Brixiani ad Hieronymum Advocatum*, & *Jo. Taberii Brixiani ad Franciscum Barbarum*, cum duplici Lucani Vita. In calce: *Impressum Mediolani per Uldericum Scinzenzeller MCDXCI. die decimo Novembris*, cum Symbolo ejusdem Typographi. Integras Epistolas Joh. Britannici, & Taberii inferuit parti primæ præclarissimi sui Operis *De Brixiana Litteratura* Eminentissimus Quirinus pag. 116. & 118.; præcesserat namque altera Editio, Brixie elaborata Anno MCDLXXXVI. Typographus noster illius Exemplar, pro ut jacebat, typis commisit.
- (d) Extat Ticini in Cœnobio S. Jacobi, caractere Romano grandiori optimo, cum titulis Librorum in fronte cujusque folii. Præcedit Epistola *Sabellici ad Augustinum Barbadicum Venet. Principem, & Proœmium*. Postremò, Vita Svetonii, per eundem Sabellicum scripta, & alia à Xiccione Potentone. In calce: *Impressum Mediolani per Uldericum Scinzenzeller die XIX. Novembris MCDXCI.* cum ejus Symbolo.
- (e) Refertur à Maittaire pag. 310.
- (f) Hujus meminit Fontaninius in Libro inscripto Bibliotheca Italiana, ubi de Poëtis Græcis & Latinis in Italicam Linguam translatis agit, pag. 117. num. 16. An ille Hugo de Rugeriis typographus fuerit, an curator tantum editionis, mihi est incompertum, cum nullam de illo mentionem alibi invenerim.
- (g) Ex Maittaire in Appendice Alphabetica post Indices pag. 545.
- (h) Ex eodem Maittaire, ibidem, pag. 549.
- (i) Refertur à Gudeno in Sylloge Diplomatum pag. 438.
- (k) Quo ordine, quibusque rebus affluat hic Liber, omnium fermè scientiarum doctrinâ refertus, fusè in Hist. mea Liter. ad hunc annum exposui, ubi etiam retuli, quæ ad ejusdem Auctoris nobilem Familiam pertinent. Caractere Romano nitido, absque numeris paginarum, Indice &c. Ad Librorum initium præmissum est à Stephano Dulcinio, Scalensi Canonico Compendium rerum, quæ in iis pertractantur. In calce: *Hoc Opus impressum fuit in Inclita Civitate Mediolani per solertissimum Artis impressoria Magistrum Antonium Zarotum Parmensem, anno salutis Christianæ MCDXCII. in mense Januarii; sub Illustrissimo Jobanne Galeatio Sfortia Vicecomite, Duce Mediolani Sexto, felicissimo, Ludovicoque Patruo, Governatore moderatissimo.* Sequitur carmen *Jobannis Biffi* Presbyteri Mediolanensis in laudem Operis, & Auctoris. Epistolam nuncupatoriam memorati Stephani Dulcinii dedimus fol. DIV. Extat in Biblioth. Ambros., & apud Comitem Antonium Simonetam.
- (l) Caractere pulcherrimo, sine numeris, Indice &c. Extat in Cœnobio Cremonensi PP. Eremitarum S. Augustini. In Calce: *Venerabilis Viri Angeli Capreoli Brixiani, Ordinis Carmelit. de Observantia, Libellus merito Stella nuncupatus. Impress. Mediolani per Leonardum Pachel, Regnante Sereniss. Principe Job. Galeatio Sfortia Vicecomite Duce nostro, anno Domini MCDXCII. die VIII. Februarii.* Præfixum est in fronte Carmen Francisci Carrarii ad Lectorem.

DXC CATALOGUS LIBRORUM

- Guidonis de Monte Rochen, Manipulus Curatorum, in 4. per Leonardum Pachel. (m) 1492.
- * Donati Bossii Chronica, in fol. per Antonium Zarotum. (n) 1492.
- * Bernardini de Buftis, Thefauro spirituale, o sieno Canzoni divote, in 8. per Uldericum Scinzenzeler. (o) 1492.
- * Eiusdem, devota meditatio Passionis D. N. J. C., elegiaco carmine, & Officium Sanctæ Crucis, in 8. per eundem. (p) 1492.
- * Eiusdem, Officium gloriosissimi Nominis Jesu Christi, in 8. per eundem. (q) 1492.
- * Eiusdem, Elucidarium de Immaculata Conceptione, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (r) 1492.
- * S. Ambrosii Liber Pastoralis, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (f) 1492.
- * Soliloquii, & Manuale di S. Agostino, in 8. per Leonardum Pachel. (t) 1492.
- * Vita del Beatissimo Ambrosio in vulgare, in 4. sine nomine Typographi. (u) 1492.

Fabia-

- (m) Caractere Gothico: Extat in Bibliotheca memorati Cœnobii Cremenfis. In Calce: *Manipulus Curatorum, compositus à Guidone de Monte Rochen Sacr. Theologie Professore. Impressus Mediolani per Leonardum Pachel, Regnante Sereniss. Principe Job. Galeatio Sfortia Vicecomite Duce nostro, anno Domini MCDXCII. die VIII. Februarii.* Præcedit Epistola nuncupatoria ad Rev. in Christo Patrem, ac Dominum Raymundum divinâ providentiâ Sanctæ Sedis Valentis Episcopum. Liber iste ad instruendos Parochos in cura Animarum compactus, aded acceptus fuit, ut primo illo Typographiæ Seculo novem ejusdem Editiones in variis Urbibus peractæ recenseantur à P. Orlando pag. 340. Nostra tamen Mediolanensis incomperata ipsi fuit.
- (n) Optimo caractere, absque numero paginarum &c. Extat in Biblioth. Ambros., & apud me. Librum hunc, qui de Mediolanensibus præsertim rebus agit, descripti in Histor. mea Liter. ad hunc annum, plura enunciatis de ejusdem Auctore. Dicitur est hoc Opus Johanni Galeatio Mediolanensium Duci Sexto. Subsequitur in fine Catalogus Archiepiscoporum Mediolanensium usque ad Guidum Antonium Arcimbaldum, qui, Auctore vivente, Ambrosianam Ecclesiam moderabatur. In calce: *Hoc Opus impressum fuit in inclitya Civitate Mediolani per solertissimum Artis impressorie Magistrum Antonium Zarotum Parmensem, ad impensas probi Viri Donati Bossii Civis Mediolanensis, & Causidici accuratissimi, Auctorisque bujus pulcherrimi Operis, anno salutis Christiana MCDXCII. Calendis Martiis.*
- (o) Extat apud me caractere quadrato, & nitido. In fronte legitur Epistola elegiaca Fr. Samuelis de Castis, Ordinis Minorum, exhortatoria ad Auctorem, ut laudes Beatissimæ Virginis vernaculo metro componat, cujus fragmentum dedi in mea Hist. Lit. ad ann. MCDXCIV., agens de eodem Samuele. In calce: *Quæstia Opera devotissima si è appellata Thefauro spirituale, el quale è cavato nel Zardino de li Frati Minori. Impressa a Milano in Casa de Maestro Rigo Scinzenzeler ne l'anno del Signore MCDXCII. a di XVI. de Marzio.* Adest ejusdem Symbolum, & sequens Epigramma:
- Sæpe legens bujus pulcherrima metra Libelli
Virginis intacta præmia magna feret.
Turpia que vanos demulcent carmina sensus,
Jam nolet manibus vel tetigisse suis,
Thesaurumque isto latitantem cornet in agro,
Quo semper dives, atque beatus erit.
Cujus ut immensum valeat spectare nitorem,
Despiciet, Mundus quidquid avarus habet;
Desinet & nunquam diva præconia Matris
Inclitya, per cunctos magnificare dies.
Sicque suos sanctè postquam compleverit annos,
Virginis precibus calice regna petat.*
- Aliqua de hoc Bernardini de Buftis Opere scripti in Histor. mea Liter. ad hunc annum.
- (p) Servatur in mea privata Bibliotheca, caractere ut supra. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeler, anno Domini MCDXCII, decimo nono mensis Martii, adjecto Symbolo sui præli.*
- (q) Hic quoque Libellus extat apud me, eodem, quo supra, caractere. Sequitur Epigramma, cujus postrema carmina retuli in Histor. mea Liter. ad hunc annum, ex iis enim compertum fit, Auctorem hujus Officii fuisse Bernardinum de Buftis Civem Patricium Mediolanensem. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeler, anno Domini MCDXCII. die XX. Martii, cum Impressoris Symbolo.*
- (r) Caractere quadrato grandiori & nitido. Additur in fine Officium, & Missa Immaculatæ Conceptionis. In calce: *Impressum Mediolani per Uldericum Scinzenzeler, anno Domini MCDXCII. die septimo mensis Maji.* De Auctore hujus Operis egi in Histor. mea Liter. ad hunc annum.
- (f) Extat in Biblioth. Ambros., caractere Gothico nitido. De titulo hujus Libri aliqua addotavi in Histor. mea Liter. ad hunc annum, non secus ac de Opusculis in eodem excusis. Subsequitur admonitio ad Lectorem, his verbis: *Non mirabere Lector humanissime, si aliqua depravata invenis in primo Libro, & secundo de Fide; id enim defectu Exemplaris fuit: Nam postea emendationem codicem habuimus, ex quo hæc inferius adnotata decerpimus &c.* In calce: *Impress. Mediolani operâ & impensâ Vener. Presbyteri Andrea de Bossis Præpositi S. Teclæ; Magister vero Uldericus Scinzenzeler impressit MCDXCII. die XVI. Junii.* Adest ejusdem Symbolum, & Epigramma: *Nectar, & Ambrosianum &c.*
- (t) Extant apud me, caractere quadrato grandiori pulcherrimo, absque titulo, numeris paginarum &c. Caret nomine Traductoris; videtur tamen fuisse aliquis ex ejusdem Ordine; sanctum namque Augustinum appellat *Patrem nostrum*. Hujus Anonymi præcedit Prologus, in quo utilitatem pretiosissimi istius Operis commendat, & ob id, inquit, susceptum à se fuisse calammum, ut in eam linguam illud transferret, quæ etiam indoctis communis esset, & omnium manus subiret. Adjectus est in fine Tractatus valde pius de *Arte bene moriendi*, fortasse ab eodem Traductore compositus, & in VI. Capita divisus; complectitur namque Laudes mortis, Tentationes morientium, Actus præcipuarum virtutum per interrogationes, Præcepta ad bene moriendum, Exhortationem ad eadem sedulè exercenda, & Preces in mortis articulo. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel MCDXCII. die XII. Septembris.*
- (u) Eadem est, quam Paulinus contexit; servatur in Bibliotheca Archintea. In calce: *Impressum Mediolani anno MCDXCII. die XXI. Septembris, caractere semi-Gothico.*

- * Fabiani de Monte S. Savini Tractatus Contractuum, in fol. magno, sine nomine Typographi. (x) 1492.
- * Petri Apollonii Collatini Faſtorum majorum Libellus, in 8. per Philippum de Mantegatiis. (y) 1492.
- * Franchini Gaſuri Theorica Muſicæ, in fol. per Philippum Mantegatium. (z) 1492.
- * Petri Montis de dignoſcendis hominibus libri VI., in fol. per Antonium Zarotum. (a) 1492.
- Lorenzo (ſeu Lodovico) da Montichiello Cardinale, la Farſaglia di Lucano, tradotta in ottava Rima, in 4. ſine nomine Typographi. (b) 1492.
- Juvenalis Satyræ, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (c) 1492.
- Tractato vulgare del Canto figurato de Francesco Caza, in 4. per Leonardum Pachel. (d) 1492.
- Johann. de Agnania ſuper VI. Decretalium, in fol. ſine nomine Typographi. (e) 1492.
- Dulcinii Epistołæ, & Opuscula varia, ſine nomine Typographi. (f) 1492.

ANNO MCCCCXCIII.

- * Saluſtii Catilinaria &c. cum Commentariis Laurentii Vallæ, in fol. per Scinzenzeler. (g) 1493.

Iſocratis

- (x) Caractere Gothico nitido, cum titulis in fronte cujusque paginæ, abſque numeris pagg. Præf. &c. Extat in Cœnobio S. Mariæ Coronatæ. In calce: *Explicit Tractatus Contractuum celebris, utilis, & copioſus &c. Senis editus per celeberrimum J. U. Doctorem D. Fabianum de Monte Sancti Savini, digniſſimum Advocatum Concistorialem. Mediolani impreſſum, ad impenſas D. Petri Antonii de Caſtione, die tertio menſis Decembris, anno Domini MCDXCII.*
- (y) Extat in Biblioth. Monachor. S. Ambroſii Mediolani, caractere Romano nitido. Præcedit Epistoła nuncupatoria ad Reverendiſſ. in Chriſto Patrem Ardicinum la Porta Aleriensem Cardinalem Presbyterum, quam dedimus fol. DIV. In calce: *Explicit Libellus Majorum Faſtorum, impreſſus Mediolani per Magiſtrum Philippum de Mantegatiis, impenſa Pauli Taegii, qui ob ſingularum erga Auſtorem bujus Operis benivolentiam, illum non ultra paſſus eſt incognitum hominibus fore, Anno Domini MCDXCII. die XXII. Junii.*
- (z) Extat excuſa in fol. pergameno, caractere nitidiſſimo, cum initialibus literis, auro, & minio exornatis apud Comitum Donatum Sylvam. Præcedunt Tituli V. Librorum, dein Auſtoris Epistoła ad magnanimum, & pientiſſimum D. Ludovicum Mariam Sfortiam Vicecomitem, quam dedimus fol. DIII. Adjicitur Epigramma ad eundem, ſed parvi faciendum; ſequitur alterum Lancini Curtii, quod incipit: *Dicamus numeris Terſicore genus &c.* In calce: *Impreſſum Mediolani per Magiſtrum Philippum Mantegatium, diſſum Caſſanum, operâ & impenſa Magiſtri Johannis Petri de Lomacio, anno ſalutis MCDXCII. die XV. Decembris.*
- (a) Vidi in Biblioth. Patrum Excalceatorum S. Auguſtini Moedotiæ. Præcedit Tabula Capitum, & Epistoła G. Ayora Cordubensis, qui hunc librum Latinitate donavit, ad Illuſtriſſimam Eliſabeth Hiſpaniarum Reginam; ſubinde Prologus Petri Montis ad Joannem Hiſpaniarum Principem. Caractere Romano nitido, & chartâ optimâ, abſque numeris pagg. &c. In calce: *Antonius Zarotus Parmenſis Mediolani hoc Opus impreſſit, Milieſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, Sexto decimo Kalendaris Januarii.* Librum hunc florens etate composuit Petrus Montis Civis noſter, bello, & literis clarus; id enim ipſemet aſſerit in Præf. Voluminis editi Mediolani à Jo. Angelo Scinzenzeler anno MDXXII.,
- his verbis, *coſperam meæ juventutis tempore, poſt varia membrorum exercitia, aliquid de cognitione hominum inſcribere &c.* Cum verò memoratum Opus aggreſſus fuiſſet; in eadem Præfatione inquit, à ſe illud compoſitum labenti etate.
- (b) Refertur hæc editio à Cl. Marchione Scipione Maffeo in libro inſcripto *Traduttori Italiani.* Alteram editionem hoc eodem anno Romæ peractam adnotavit P. Orlandus fol. 368. ſed palmarem ejuſdem errorem in aſſignando anno, quo creatus ab ipſo creditur Cardinalis Auſtor iſte, innui in Hiſt. mea Lit. ad hunc annum, ubi aliqua de hoc Libro diſſerui. In calce: *Explicit Liber Lucani Cordubensis, Poëta Clarisſ. translatus per Rev. in Chriſto Patrem & Dominum L. de Montichiello, Cardinalem digniſſimum. Impreſſum Mediolani MCCCCXCII.* Clariorem notitiam de hoc Cardinali proferet Clarisſ. P. Quadrius S. J. in ſequentibus edendis Voluminibus ſuæ Hiſtorie della Poëſia Italiana &c.
- (c) Recenſetur hæc editio à Patre Orlando pag. 353.
- (d) Adnotavit hunc Librum Michaël Maittaire ad iſtum annum, hac notâ adjectâ: *Opera Magiſtri Job. Petri de Lomacio, Leonardus Pachel impreſſit Mediolani MCDXCII.* Ejuſdem meminit etiam Cornelius à Beughem pag. 44.
- (e) Dupinius in Biblioth. Eccleſiaſt. memorat hanc Editionem, ſeculo XV. fol. mihi 93. Item Cornelius à Beughem pag. 12., & Oudin. Tom. III. fol. 2750.
- (f) Ignorus mihi fuit hic Liber; ejuſque notitiam hauſi à Cornelio à Beughem, qui pag. 55. hoc tantum adnotat: *Mediolani MCDXCII.*
- (g) Adeſt in fronte hic titulus: *C. Criſpi Saluſtii Catilinaria cum Commentariis Laurentii Vallæ: item Portii Latronis Declamatio contra Catilinam: Saluſtii Bellum Jugurtinum: Ejuſdem varia Orationes, & Vita; Romæ per Pomponium emendata, ac Mediolani diligentiſſimè impreſſa.* Sequitur Epistoła Pomponii, caractere rotundo, nitido. In calce: *Anno Incarnationis Chriſti Jeſus Salvatoris Milieſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio, Januarii menſis die ultima, impreſſum Mediolani preſens eſt Opusculum, arte, & ingenio Ulderici Scinzenzeller, cum ejuſdem Symbolo.*

DXCII. CATALOGUS LIBRORUM

- * Isocratis Opera, Græcè, in fol. per Henricum Germanum, & Sebastianum de Pontremulo. (h) 1493.
- * Rithmi del Magnifico Mesere Gaspar Vesconte, in 4. sinè nomine Typographi. (i) 1493.
- * Vita de la preciosa Vergine Maria, e del suo unico Figlio Jesu Cristo, in 4. per Bernardinum de Castilliono, & Jacobum de Arixio. (k) 1493.
- * Interrogatorio, o sia Regola della Vita Christiana, in 8. per Uldericum Scinzenzeler. (l) 1493.
- * Dialogus, seu Lucidarium de nonnullis subtilissimis Quæstiunculis, in 4. per Philippum Cassanum de Mantegatis. (m) 1493.
- * Mariale de excellentiis Reginae Cœli, Fr. Bernardini de Bustis, in 4. per Leonardum Pachel. (n) 2493.

D. Lan-

(h) Extant in Bibl. Ambr., in pergamena, caractere quadrato, optimo. In calce hæc leguntur è Græco in Latinum versa: *Liber hic Isocratis Deo adjuvante, perfectus est Mediolani, emendatus à Demetrio Chalcondyla, Typis verò expressus. & editus ab Henrico Germano, & Sebastiano ex Pontremulo. Sumptus fecerunt Bartholomæus Scyafus, Vincentius Aliprantus, Bartholomæus Rozonus, Scriba Illustrissimi Ducis Mediolanensis; Anno à Christo nato millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, Januarii die vigesimaquarta.* Adjectum est Symbolum typographicum Ulderici Scinzenzeler, cum literis V. S. initialibus ejusdem nominis; quo circa puto Henricum Germanum non alium esse, quam Uldericum Scinzenzeler; in Epistola enim Italica Francisci Tantii Cornigeri, præfixa *Triumphis Francisci Petrarce*, editis Anno Domini MCCCCXCIV. iste Uldericus appellatur Henricus.

(i) Extant apud Clariss. Johannem Sitonum de Scotia, caractere Romano, optimo, absque numeris paginarum. &c. Præcedit Epistola ad Nicolaum Corrigiam, sermone Italico. Quis esset iste Nicolaus, vide Hist. meam Lit. ad hunc Annum, ubi de Gaspare Vicecomite, & Libro isto plura enuncjavi. Stephanus Dulcinus Canonicus Scalensis huic Operi Carmen addidit Anacreontica methodo ad normam Epigrammarum Italicorum, quemadmodum per ea tempora mos invaluerat, improbatus tamen à Crescimbenio, tanquam Italicae Poësis monstrum. Illud tamen hic referre ad specimen pravæ consuetudinis tunc vigentis, non importunum censeo:

*Cædro digne lini, aureæ o Libelle,
Quem totum Venus, & Cupido,
Cur est, quod timeas abire nido,
Divæ delicias ferens puella?
Non quales Veterum fuerè bella,
Et Phœdra, & Canace, & Lybissa Dido,
Aut quam arsit juvenis natans Abydo,
Nec quas falsidica canunt tabella.
Nostra hæc, cui Veneris nitent ocelli,
Cui planta Thetidis, manus Minerva,
Mellita est, proba, blandula, & pudica.
Sed prodi lepide, & sinus locelli
Effringe: baud metuas manus protervæ,
Ne te dilacerent; tegent amica
Nafonis inimica
Doctorum agmina; protegent camæna;
Et Phœbi lyra, nobilesq; avena.*

Sequitur ejusdem Dulcini Epigramma:

*Quantum Virgilius divino accedit Homero,
Petrarchæ tantum Gaspar Acidalio.
Consentur pariter, trutinæque locatus eadem
Occupat aequales lancis uterque gradus.
Maonides prior est, prior & Maro, uterque secundus:
Sic Gaspar prior est, sicque Petrarchæ prior.*

Subduntur alia Carmina in laudem Auctoris, Petri Apollonii Collatii, Dominici Macanei, Pauli Lanterii, Joh. Ant. Pegii, & Francisci Tantii, quæ non vacat recudere. Memorati Tantii monitionem ad Lectorem, quæ jacet in fine, descripti in Hist. Lit. ad Ann. MCCCCXCIV. In calce: *Mediolani, anno à salutarifero Virginis Partu MCCCCXCIII. quarto Kalendas Martias.*

(k) Extat apud me, sed acephala, caractere rotundo, & nitido, absque titulis, numeris paginarum &c. Ex apoeryphis, & sæculentis fontibus haustam esse piæ hanc Historiam deprehendi, cum passim temporum ordinem perturbet, & admirabilia, non vera sceleret. In calce: *Qui finisse la Vita de la preciosa Vergene Maria, e del suo unico Figliolo Jesu Christo benedetto. Stampata in la inclita Cita de Milano, per Bernardino da Castiono, & Jacomo di Arixi nell' Anno Mccccxxxxiiii. adì xxvii de Mazo.* Duo isti Impressores mihi ex improviso occurrere, cum in serie universæ Voluminum Mediolani hoc Seculo editorum, nullum aliud repererim, nomine eorundem signatum.

(l) Extat apud me, caractere Gothico, satis nitido, absque titulis, numeris paginarum &c. Additur Rosarium, seu rhythmicæ preces, vitam & mortem Christi Domini devotè exponentes. Auctor primi Opusculi ignoratur, secundi verò est Fr. Christophorus de Varisio, ex Ordine Minorum Observant. In calce: *Explicit devotissimum Opusculum, quare omnis Creatura habeat in se moralem vivendi modum, & finaliter gloriam Vitæ æternæ. Impressum Mediolani per Uldericum Scinzenzeller, die IX. Martii MCDXCIII.*

(m) Extat in Bibl. Ambr., caractere Romano, nitido, cum titulo in medio primæ paginæ, atque Indice Librorum, & Caputum. Præcedit Epistola Pantaleonis Cusani Can. Reg. ad Venerabilem Presbyterum Bernardinum Scarlionum, quam subsequitur Prologus Auctoris. Hæc omnia superius recudimus fol. DVI. Vide quæ de hoc Libro enuncjaverim in Hist. mea Lit. ad hunc Annum, ubi falsam esse opinionem ostendi, quæ Operis hujus Auctor dicitur Bernardinus Scarlionus, qui tantum curator Editionis fuit. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Philippum dictum Cassanum de Mantegatis, operâ, & impensâ Domini Presbyteri Bernardini de Scarlione Anno Domini Mccccxxxxiiii. die xii Martii.* Epigramma, quod subnectitur, à me relatum, Lector invenies loco proximè indicato.

(n) Extat in Bibl. Sacerdotum Oblatorum S. Sepulchri, caractere minuto, rotundo, satis nitido, absque numeris paginarum. Præcedit Epistola nuncupatoria Auctoris ad Alexandrum VI. Summum Pont., quam omittendam censui, utpote nihil ad Historiam pertinentem. Sequitur duplex Tabula, altera XII. Sermonum, altera alphabetica Reum. In medio primæ paginæ impressus est titulus jam enunciatus *Mariale* &c. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel, Anno Domini MCDXCIII. die XXI. Maji.* Adjicitur Epigramma:

*Hæc lege, Virginei quisquis zelator honoris,
Nosse cupis Domina gesta stupenda tua.
Hic sua sacratæ resonant præconia Vitæ,
Quàmque sit in superis glorificata Cboris.
Signata est hæc editio Symbolo Pachel Typographi.*

- * D. Lanfranchi de Oriano Tractatus de Arbitris, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (o) 1493.
- * Rime di Bernardo Belinzone Fiorentino, in 4. per Philippum de Mantegatiis. (p) 1493.
- * Georgii Trapezuntii Rhetorica &c., in fol. per Leonardum Pachel. (q) 1493.
- * Antonii de Canario Tractatus de Executione Instrumentorum, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (r) 1493.
- * Felini Sandei Comment. in Rubric. de Exceptionibus, Præscriptioni, Re judic., Appellation. &c., in fol. magno, per Uldericum Scinzenzeler. (f) 1493.
- * Johannis Biffi Presbyteri Mediolanensis Carmina in laudem Annuntiationis B. Virginis Mariæ, in 4. per Antonium Zarotum. (t) 1493.
- Nelli de Sancto Geminiano Civis Florentini Tractatus de Bannitis, in fol. (u) 1493.
- * Tertulliani Apologeticus, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (x) 1493.
- * Baldassare Taccone: Coronazione, e Sponsalizio de la Serenissima Regina Madonna Bianca Maria Sforza Augusta, descritta in ottava Rima, in 4. per Leonardum Pachel. (y) 1493.
- Plutarchi Vitæ, Græc., in fol. sine nomine Typographi. (z) 1493.
- Pomponii Epistola, ad Augustinum Maphæum, in fol. (a) 1493.

Joh.

- (o) Extat in Cœnobio S. Mariæ Coronatæ hujus Urbis, absque titulis, numeris paginarum &c. caractere Gothico. In calce: *Mediolani Impres. Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi MCDXCIII. die XV. Maji, per Uldericum Scinzenzeller, cum ejusdem Symbolo.*
- (p) Extant in Bibl. Ambr. caractere Romano, optimo, absque titulis, numeris paginarum &c. Præcedit Epistola Italica Presbyteri Francisci Tanti ad Illustrissimum Dominum Ludovicum Mariam Sfortiam Ducem Bari. De hoc Opere, ejusque Auctore sermonem habui in Hist. mea Lit. ad hunc Annum. In calce: *Impresso nella inclita Citate de Milano, nell' Anno della salutifera Nativitate del nostro Signore Jesu Christo mille quattrocento novanta tre, a di quindecim de Julio, per Maestro Philippo Mantegazi, detto el Cassano, alle spese de Gulielmo d. Rolandi di Sancto Nazaro, grato Alevo dell' Auctore dell' Opera.*
- (q) Extat in Bibl. Ambr., caractere minuto Gothico, absque Præfatione, numeris paginarum &c. Adjecta sunt: *Ejusdem de Artificio Ciceroniana Orationis pro Q. Ligario: Ascarii Pediani in Orationes Ciceronis Commentaria: Antonii Lusci Vicentini Expositio super XI. Ciceronis Orationes; & Xicconis Polentoni Patavini Argumenta super nonnullis Orationibus, & Invektivis Ciceronis, ad Jacobum de Alvarotis Legum Doctorem Patavinum. Epigramma, quod in calce hujus Editionis legitur, desumptum est ex altera Venetiis peractâ Anno MCCCCLXXVIII. per Vindelinum de Spira. In fine: Mediolani in libraria Leonardi Pachel Officina, Anno post natum Dominum Mcccclxxxiii. III. Cal. Augustas, Lud. Maria Sfortia, Jo. Gal. Nep. aurum Regnum felicissimè gubernante.*
- (r) Extat in Cœnobio S. Mariæ Coronatæ Mediolani, caractere Gothico, absque titulis, numeris paginarum &c. In calce: *Præclarissimus, & solemnissimus Tractatus de Executionibus Instrumentorum, Excellentissimi Utriusque Juris Doctoris, & magni Præfici, Domini Antonii de Canario composuit ab eodem Anno MCDXXXIII., impressus Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeller Annis Nativitatis Domini nostri Jesu Christi MCDXCIII. die XIX. mensis Augusti.*
- (f) Extat ubi supra, caractere Gothico, cum titulis in capite cujusque paginæ, sed absque numeris earumdem &c. Præmittitur Epistola nuncupatoria Auctoris ad Innocentium VIII. P. M. In calce: *Impressum Mediolani, per Magistrum Uldericum Scinzenzeller, sub Annis Domini Redemptoris nostri Jesu Christi MCDXCIII. die X. Septembris, cum ejus Symbolo.*
- (t) Extat in Bibl. Ambr., caractere rotundo, minuto, optimo. Præcedit Epistola Auctoris ad Illustriss. & Excellentiss. Principem Johannem Galeatium Sfortiam Vicecomitem &c. In calce: *Impressum Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem MCDXCIII. die X. Octobris, Regnante Joanne Galeatio Du. Se.*
- (u) Refertur ab Orlando hæc Editio, sine nomine Typographi, *Mediolani MCDXCIII. ad impensas D. Petri Antonii de Castilliano.*
- (x) Servatur in Bibl. locupletissima Excell. Com. Pertusati, Præsidis Senatus Mediolanensis, caractere latis nitido; dividitur in XLVI. Capita, sine ulla Præfatione, numeris paginarum &c. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeller, anno Domini MCDXCIII. die IV. mensis Decembris.*
- (y) Vidi apud Clariss. Joh. Sitonum de Scotia, caractere rotundo nitidissimo, absque numeris paginarum &c. Plura ex hoc libro decerpsi, inferenda Historiæ meæ Literariæ ad hunc annum, ubi etiam de Auctore disserui.
- (z) Adnotatus reperitur hic Liber in Indice Græcorum Voluminum Biblioth. Ambros. Mediolani editus hoc anno. Verum aut furto periit, aut negligentia custodum extra Ordinem latet, quemadmodum admonui in Hist. Liter. ad hunc annum.
- (a) Transmissa ad me fuit hujus Mediolanensis Editionis notitia à Fr. Augustiniano Petro Paulo Quaglino Taurinensis Bibliothecæ Præfecto; sed destituta Impressoris nomine, aliisque adnotationibus, quæ ad eandem pertinebant.

DXCIV CATALOGUS LIBRORUM

- Joh. Jacobi Cornali Placentini, Ode Dicolos, de norma bene, beatèque vendi, in 4. (b) 1493.
- Dionysii Nestoris, Vocabularium, in fol. per Pachel, & Scinzenzeler. (c) 1493.
- Quintiliani Declamationes. (d) 1493.
- Apollinaris Sidonii Poëmata, & Epistolæ. (e) 1493.
- * Vita di S. Giusto Paladino di Francia, scritta in ottava Rima, in 4. per Philippum de Mantegatiis. (f) 1493.
- * Margarita Decreti, seu Tabula Martiniana edita per Fratrem Martinum, Ordinis Prædicatorum, Domini Papæ Pœnitentiarium, & Capellanum, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (g) 1493.
- * Joh. Antonii de S. Georgio Commentaria super Decretal., in fol. per eundem. (h) 1493.

ANNO MCCCCXCIV.

- * Svetonii Opera cum Commentariis Philippi Beroaldi, in fol. per Leonardum Pachel. (i) 1494.
- * Racconto della Vittoria ottenuta presso a Parabiago l'Anno MCCCXXXIX. a di XXI. Febraro, in 4. per Philippum de Mantegatiis. (k) 1494.

Aurelii

- (b) Legitur hæc Editio in Appendice Alphabeticæ post Indices Michaëlis Maittaire pag. 514. Sed Typographus minimè indicatur, & tantùm nuncupata dicitur Nobili Adolefcenti Gabrieli Castellano.
- (c) Refertur à P. Orlando pag. 371.
- (d) Extat hic liber apud Com. Scipionem Bofellum, nudo tantùm hoc titulo ad me transmissio.
- (e) Recensetur hæc Editio à P. Orlando pag. 278., & à Maittaire in Indice; sed ægrè adducor, ut credam, verè Mediolani Sidonium prodidisse in lucem hoc anno, cum in eâ sim opinione, nonnisi anno MCDXCVIII. fuisse Mediolanensibus typis primò impressum, ut ad illum annum ostendi in mea Hist. Liter.
- (f) Servatur in Collegio Braydensi PP. Soc. Jesu, nitido caractere. In fronte primæ pagine hæc leguntur: " Qui comincia el libro de Sancto Justo Paladino de Franza, e della sua Vita, e come a elo li apparve la fortuna del Mondo; e como parlava con essa, e como lo fu interato dal Demonio de diversi modi de la nostra Fede Christiana. In calce: *Impressum Mediolani per Philippum, dictum Cassanum de Mantegatiis, Anno MCCCCXXXIII. a di XXVI de Aprile.* De hujus S. Justi vero nomine, rebusque ab illo gestis, egregiè distat Eruditissimus, mitique amicissimus P. Xaverius Quadri Tom. VI. aurei sui Operis, inscripti *Storia, e ragione d'ogni Poësia*, quem propediem in lucem emittet.
- (g) Vidi in Cœnobio S. Mariæ Coronatæ hujus Urbis, caractere Gothico, sed satis nitido. Editionem hæc tumultuariè adnotaveram, cum primò divitem illam antiquis impressis Codicibus Bibliothecam perlustrarem; cum verò secunda vice coravi, ut diligentius describeretur, extra locum positam intellexi, omnique labore quaesita nunquam occurrir; quapropter hæc tantùm chronicas notas, jam in adversaria mea relatas, subjicere licet: *Impressa Mediolani per Uldericum Scinzenzeler Anno MCCCCXXXIII. die VI. mensis Julii.* Ita subjungo ex altero exemplari antiquo, asservato in Bibl. Ambr. caractere Gothico, satis nitido, in fol. absque Anno, Loco, & Typographo. Præmittitur Tabula alphabetica rerum, de quibus agitur, totumque Opus eodem alphabetico ordine procedit. In margine conscriptæ leguntur quàm plures additiones vetusto caractere MSt.
- (h) Hunc Librum pariter invèni in superius memorata Bibliotheca, sed eadem mihi fors contigit, quam in proxima adnotatione enunciai; cum nonnisi Annum, & Typographum primò signaverim.
- (i) Præcedit Epistola nuncupatoria Beroaldi ad *Annibalem Bentivolum*, cum Vita Svetonii, ab eodem Beroaldo condita, & subjungitur Breviarium rerum memorabilium. Adduntur duo Epigrammata, primum *Job, Baptistæ Pii Bononiensis*:

*I Liber, Annibalis genio suffultus, & auro,
Nec tu nasutum Rinocerota time.
Invida doctiloquo poterit magis esse Philippe,
Quàm fieri possit emula posteritas.*

Secundi Auctor fuit *Ugerius Pontremulensis*:

*Venerit unde tibi Liber hic, si fortè requiris;
Credo mihi, Cælo nobile venit opus.
Vivet in æternum, vivet tua fama, Philippe:
Post cineres Virtus vivere sola facit.*

Hanc Editionem vidi apud Equitem Comensem Julium Jovium, Literarum amantissimum, sed in flore juventutis morte sublatum, caractere, & chartâ nitidissimis, absque numeris paginarum &c. In calce: *Commentarios hosce a Philippo Beroaldo diligenter compositos, impressit Leonardus Pachel Teutonicus, adhibita pro viribus solertiâ, & diligentia, ne ab archetypo aberraret Impressum Mediolani Anno salutis MDCXCIV, quarto Idus Januariæ, illustrissimo Johanne Galeaz, Mediolani Duce Sexio.*

- (k) Extat in Bibl. Monachorum Cisterciensium S. Ambrosii Mediolani, caractere nitido, cum nonnullis abbreviationibus. Hieronymus Raphaëllus, qui Historiam hujus Belli Anno MDCIX. Mediolani edidit, excerptam eandem à se ait ab hoc Opusculo, quod *Memoriale* appellat; attamen in assignando Anno peractæ pugne fallitur, fortasse deceptus à lapide, quem refert positum in Ecclesia Parabrugi, Anno MCCCXXXVIII. signatum. Verùm major habenda fides est Anonymo hujus Opusculi Auctori, qui sub initium testatur, omnia, quæ scripsit, relata ipse fuisse à Viris magnæ auctoritatis, & senio gravibus, qui Miraculo, & pugne interfuerant. Præterea Raphaëllus Inscriptionem, sub imagine Roberti, supremi Legionum Præfecti olim positam, nonnisi mutilam recitat; itaque illam, pro ut in hoc Libro legitur, integram dare opus censeo:

*Hic est magnanimus Miles De Robertus de Villanis,
qui cum Gentibus Armorum Marchionis Ferraris, &
Comitis Sabaudie, quarum erat Capitaneus generalis,
recuperavit Campum iam consuetum tempore, quo
Dominus Lodovicus de Vicecomitibus cum gentibus
suis castramentavit in partibus istis contra Magnificos
Dominos Vicecomites, Dominos Duces Mediolani.*

In calce: *Ne la inclita Città de Milano per Magistro
Philippo di Mantegazi, dicto el Cassano, nel anno del Signor
a di XV. de Febraro MCCCCXXXIII.*

- Aurelii Albutii Carmen de Antiqua Mediolanensium Victoria apud Parabiagum . in 4. per Philippum Mantegatium . (l) 1494.
- * Vita di S. Gio. Battista in terza Ritha , per Francesco Filelfo , in 4. per Philippum de Mantegatiis . (m) 1494.
- * Gregorii Ariminensis in secund. Sententiarum, admiranda Expositio , in fol. per Uldericum Scinzenzeler . (n) 1494.
- * Petri de Ancharano , Lectura solemnitas super Clementinis , in fol. magno , per Uldericum Scinzenzeler . (o) 1494.
- * Trionfi , e Sonetti del Petrarca , in fol. per eundem . (p) 1494.
- * Samuelis Cassinensis Liber Isagogicus , in 4. per eundem . (q) 1494.
- * Litaniarum , seu Rogationum Liber , secundum ordinem Ambrosianum , in 4. per Antonium Zarotum . (r) 1494.
- * Isagoges Petri Ravennatis , in 4. per Uldericum Scinzenzeler . (s) 1494.
- * Jo. Antonii de Sancto Georgio Commentaria super Decreto , in fol. per eundem . (t) 1494.

Sermoni

- (l) Hanc mihi notitiam communicavit Clariss. Joh. Sironus de Scotia. MS. Exemplar ejusdem poetici laboris servatur in Collegio PP. Somaſc. Sancti Petri in Monteforte Mediolani. Ex illo autem dignoscimus, Auctorem hunc, ortum & familiam habuisse in Valle Tellina. In calce: *Impressum Mediolani per Philippum Mantegatium, anno MCDXCIV.*
- (m) Extat in Bibl. Ambr. caractere Romano nitido, absque titulo, numeris paginarum &c. De hoc Libro sermonem habui in Hist. mea Lit. ad hunc Annum. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Philippum Mantegatium, dictum Cassanum, operis, & impensis Petri Justini Philelpbi, die VIII. mensis Martii MCDXCIV.*
- (n) Caractere Gothico, sine numeris paginarum &c. Præcedit Epistola Fratris Francisci de Busti, Ord. Minor., ad Magistrum, & generosum Dominum Ambrosium Rosatum, Ducalem Consiliarium. In ea laudat Petrum Lombardum, quod Magistri sententiarum novum natus divinitus fuerit, & gloriari debere ait Italianum, quod tantum Auctorem, Gentilem suum habuerit; omnes namque recentiores Theologi, propter ejus doctrinam incredibilem, Libros ab ipso compositos interpretari non erubescunt Postquam verò Sanctum Thomam, S. Bonaventuram, Ægidium, & Scotum enumeravit, hæc subjungit: *Occurrit nobis in presentia Gregorius Ariminensis, acutus sane Theologus &c. cujus Opus ne mendosum prodiret in lucem, castigandum, recognoscendumque in manibus sumpsimus, idque imprimendum Typographis demandavimus. Verum, cui hæc nostra Vigilia dedicari, consecrarique possent, Te unum maxime delegi, præterea neminem. Cui enim magis conveniunt, quam illi, quem Ludovicus Princeps cordatissimus, & sapientissimus, Gymnasiorum suorum Præfectum, moderatoremque constituit; & quem doctum, eruditum, & bonum Virum semper esse judicavit. In calce: *Explicit Scriptum super secundum Sententiarum, editum à Fratre Gregorio de Arimino, Ordinis Fratrum Eremitarum Doctore celeberrimo, per præstantissimum sacre Theologiæ Doctorem Magistrum Franciscum de Busti Laudensem, Ordinis Minorum, in almo Conventu Mediolani Regentem, maxima cum diligentia emendatum Impressum Mediolani, opo, ac impensa Magnifici Viri Domini Petri Antonii Castellioni Mediolanensis per Magistrum Uldericum Scinzenzeler anno salutis Dominice MCCCCLXXXIII. die XV. Martii.**
- (o) Vidi in Bibliotheca Monachorum Cassinensium S. Petri in Glaxiate Mediolani, caractere minuto Gothico. In calce: *Explicit Lectura solemnitas super Clementinis, edita per Excellentiss. Jur. Utriusque Interpretem D. Petrum de Ancharano, diligentissime castigata, & correctâ, per Excellentiss. Jur. Utriusque Interpretem D. Bernar-*
- dum Oliverium de Sanguinetto Finariensem. Impressa Mediolani per Magistr. Uldericum Scinzenzeler, anno salutis Dominice MCCCCLXXXIV. die XXIII. mensis Martii.*
- (p) Extant in Biblioth. Ambros. caractere non spernendo, cum Indice rerum memorabilium, & singulis paginis numero Arabico signatis, absque titulo in fronte. De hac Editione, & MSS. Operibus Petrarce in eadem Biblioth. servatis, sermonem institui in Hist. mea Literar. ad hunc annum. In calce: *Finisse li Sonetti di Messer Francesco Petrarca, impressi in Milano, per Magistro Uldericum Scinzenzeler nell' anno del Signore MCDXCIV. a di XXVI. de Marzo.*
- (q) Extat in suprascripta Biblioth. Ambros., caractere Gothico minuto, absque numeris paginarum, Indice &c. Præcedit Epistola Francisci Ruari Sacerdotis, ad Magnificum Dominum Gabrielem de Pirovano Medicum Ducalem, quam dedimus fol. DVII. De Auctore hujus Libri vide, quæ scripserim in Hist. mea Literar. ad hunc annum. In calce: *Impressum Mediolani, anno Christiana salutis MCDXCIV. die XXII. Aprilis. Deest nomen Typographi, sed ex Symbolo, Editioni apposito, dignoscimus, fuisse Uldericum Scinzenzeler.*
- (r) Caractere Gothico quadrato, nitido, absque titulo, Præfatione, numeris paginarum &c., servatur in eadem Biblioth. Ambros. In calce: *Impressum Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem, impensa Petri Casole Ordinarii Ecclesie Mediolanensis, MCCCCLXXXIV. die XXII. Aprilis, Regni Joanne Galeazio Duce Sen. De his Triduanis Rogationibus Dissertationem edidi in mea Hist. Liter. ad hunc annum.*
- (s) Vidi in Biblioth. PP. Minorum de Observantia Sanctæ Mariæ Pacis Mediolani, caractere Gothico, sine num. pagg., Indice &c. In calce: *Impressum Mediolani anno Christiana salutis MCDLXXXIV. die XXII. Aprilis. Locò nominis, adest Symbolum Impressoris; Uldericum Scinzenzeler.*
- (t) Servantur in Cœnobio PP. S. Mariæ Coronatæ Mediolani, caractere Gothico &c. In medio primæ pagine impressus est titulus; sequitur Tabula alphabetica materiarum. In calce: *Expliciunt Commentaria super Decretorum volumina &c. Jo. Antonii de Sancto Georgio, dicti de Placentia, Patricii Mediolanensis, aliàs Ecclesie Divi Ambrosii Mediolani Præpositi nuncupati, J. U. D., & Interpretis clarissimi, nunc Cardinalis Alexandrini, Mediolani impressa per Magistrum Uldericum Scinzenzeler anno salutis Dominice MCDLXXXIV. die XVIII. Junii.*

DXCVI CATALOGUS LIBRORUM

- * Sermoni morali di S. Bernardo sopra la Cantica, vulgarizati, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (u) 1494
- * Jo. Matth. ex Ferrariis de Gradi, super Avicennam, in fol. per Jacobum de Sancto Nazario. (x) 1494
- * Eiusdem, Expositiones super Avicennam, in fol. per eundem. (y) 1494
- * Antonii Rampegoli Figuræ Bibliorum, in 8. per Uldericum Scinzenzeler. (z) 1494
- * Petri Lazaroni Epithalamium in Nuptiis Blancae Mariæ Sfortiæ cum Maximiliano Romanorum Rege, in 4. per Antonium Zarotum. (a) 1494
- Bernardini de Buftis, Mariale, feu Sermones de omnibus Beatissimæ Virginis Festivitatibus, & Sabbatis Anni, in 4. (b) 1494
- Hermolai Barbari, Castigationes in Plinium, in fol. (c) 1494.
- * Hilarionis Monachi (S. Benedicti) Mediolanensis, Legendarium nonnullorum Sanctorum, Supplementum illius de Varagine, secundum Kalendarium Monasticum, in fol. per Jacobum de la Ripa de S. Nazario. (d) 1494
- Eiusdem Flores, excerpti ex Opusculis Sancti Bernardi Abbatis in laudem Virginis gloriosæ, collecti in unum, in fol. per eundem. (e) 1494.

Cice-

(u) Vidi in Biblioth. PP. Reformatorum Oppidi Belgiojosi. Exemplar tamen illud acephalum est; ultimus Sermo adnotatur octuagesimus septimus in Cantica; caractere Romano nitido, absque numeris paginarum. In calce: *Finiseno li morali Sermoni, fatti per il dicto Sancto Bernardo sopra la Cantica, impressi a Milano per Magistro Enrico Scinzenzeler Todesco, a di ultimo del mese di Zugno MCDLXXXIV.* Subjicitur Impressoris Symbolum. Clarifs. Marchio Scipio Maphæus, in Libro inscripto: *Traduttori Italiani*, nullam antiquiorem Editionem horum Sermonum protulit, quam illam. Florentiæ, anno sequenti peractam. Nostra hæc anterior neque ab Orlando enunciat.

(x) Caractere Gothico minuto, absque titulo, numeris paginarum &c. In calce: *Job. Matthai ex Ferrariis de Gradi, Expositiones super Tractatum de Urinis, & vigesimam secundam Fen tertii Canonis Domini Avicennæ, super quam nullus ante ipsum scripsit. Impressum Mediolani, per Jacobum de Sancto Nazario de Ripa, anno MCDXCIV. die XXVI. mensis Julii.*

(y) Exant apud Comitum Donatum Sylvam, caractere Gothico minuto, sed nitido, absque Indice, numeris paginarum &c. Præcedit Epistola nuncupatoria ad Illustrissimum Ducem Mediolani Franciscum Sfortiam Vicecomitem, quæ incipit: *Cum sepe mecum animo cogitarem, Illustrissime Princeps, quod non ea mihi esset fortuna conditio, vel rerum copia, quibus Reipublicæ gubernationem tuam multum juvare possem, me ad immortalem & inexhaustum nobis a summo Medicorum Principe Avicennæ thesaurum relictum, pro meo in Te amore, & summa veneratione converti &c.* Hæc deinde subjungit: *Quoniam in singulis Fen tertii Canonis, præter quàm in ultima per Eminentiſſi Doctorem Gentilem de Fulgineo, utilissimè præscriptum est; super ea ego & difficili, & utilissima, ingenii vires omnes intendere institui &c.* Concludit autem: *Si à te tali, ac tanto Principe, qui non minus rerum gerendarum summâ prudentiâ, quàm fortune successibus undique irradiatus es, probatus fueris, nemo certè erit, qui, quod ipse probaveris, summè collaudare non compellatur.* In calce: *Impressum Mediolani summo studio & diligentia per Jacobum de Sancto Nazario de la Ripa, anno MCDXCIV. die XVII. Novembris.*

(z) Caractere Gothico, absque Indice, numeris paginarum &c. Præcedit Tabulâ figurarum per Capita alphabeticè digesta. Subinde Epistola Raphaëlis de Peragallo, ad Rev. in Christo Patrem Fr. Hieronymum de Toriellis Ordin. Minor. Observantia Regularis, & eiusdem Responsio. Sequitur Prologus Auctoris Fratris Antonii Rampegoli de Janua, Ordinis memorati. In calce: *Explicit Liber. Bibliæ Figurarum. Impressum Mediolani per Magistr. Uldericum Scinzenzeler, anno salutis Dominicæ MCDLXXXIV. die VI. Septembris.* De hac Editione, ejusque Auctoribus, vide quæ annotavi in Hist. mea Literaria ad annum sequentem fol. CCCXCII.

(a) Servatur in Bibliotheca Ambrosiana, caractere minuto optimo. Præcedit Epistola Auctoris ad *Serenissimum Romanorum Regem, invictissimumque Imperatorem designatum, Maximilianum.* Petri Lazaroni patriam, & literarias res gestas enunciavi in Hist. mea ad hunc annum. In calce: *Impressum Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem, Anno Domini MCDLXXXIV. die primo Octobris.*

(b) Memorat hanc editionem Ludovicus Elies Dupin in Biblioth. Ecclesiast. Seculo XV. pag. mihi 112., nomen Typographi minimè enuncians.

(c) Refertur hic Liber à Joanne Alberto Fabricio in Bibl. Latina Tom. I. pag. mihi 405., & in altera mediæ & infimæ Latinitatis Tom. I. pag. 459. in Notis.

(d) Exat in Bibliotheca Ambrosiana, caractere quadrato grandiori, & nitido. Præcedit Tabula Sanctorum, quorum Vita describitur, in cujus fine hoc legitur Epigramma:

*Multorum vitas, mortes, & nomina, Lector,
Sanctorum, nostri cerne laboris ope.
Non Musas, non falsa Deum vocabula canto,
Nec vanas latebras hic Heliconis babes.
Nil fisci inseritur, tantum observatio facti
Panditur, ut Veterum pagina certa docet.*

Sequitur brevis Epistola Auctoris ad *Presidentem, & Desinitores Capituli generalis Monachorum de Observantia Divi Institutoris Benedicti.* In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Jacobum de la Ripa de Sancto Nazario, die XVI. Aprilis MCDLXXXIV.* Adest Titulus in fronte cujusque paginæ, sed sine numeris eardem. Emendandus est P. Orlandus, qui Auctorem hunc vocat *Hilarium*, cum ipsemet in Epistola nuncupatoria *Hilarionem* se nominet.

(e) Adnexum est hoc Opusculum, in nostro Codice, Vitis enunciatis Sanctorum, simul cum *Exhortatione S. Basilii Episcopi ad Monachos*, sed sine Chronicis notis in fine; indicantur tamen in tabula prævia, quam supra innuimus. Hippolytus Marraccius in sua *Bibliotheca Mariana*, præter memoratum Opusculum in laudem Beatissimæ Virginis, hæc alia subjungit: *De Conceptione gloriosa Virginis Mariae: De Visitatione ejusdem cum nonnullis B. V. miraculis: De Solemnitate B. V. Mariæ ad Nives, & de quodam ejus admirando miraculo, nec non & de Corona ejus aurea Stellarum XII. eidem Virgini quotidie persolvenda;* subdens: „*Prodierunt omnia Mediolani per Jacobum de la Ripa, anno à Virginis partu 1494. circa quod tempus Auctor enituit. Ex hisce libellis editis ne unum quidem exemplar mihi contigit perlustrare.*

Ciceronis Tusculanæ Quæstiones, in fol. (f)

1494.

Supplementum Pisanelle, in 8. (g)

1494.

ANNO MCCCCXCV.

- * Li due Amanti Paolo e Daria, Rime di Gaspare Vesconte, in 4. per Philippum Mantegatiam. (h) 1495.
- * L'Aquila di Leonardo Aretino, in fol. per Antonium Zarotum. (i) 1495.
- * Titi Livii, Decades, in fol. magn. per Uldericum Scinzenzeler. (k) 1495.
- * Fr. Michaëlis de Carchano, Sermonarium de commendatione Virtutum, & reprobatione vitiorum, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (l) 1495.
- * Petri Pauli Vergcrii Justinopolitani, de ingenuis moribus, & Liberalibus studiis Libellus, in 4. per eundem. (m) 1495.
- * Sancti Bernardi Sermones de tempore, & de Sanctis, in 4. per Leonardum Pachel. (n) 1495.

Ejusdem,

(f) Recensentur à suprascripto Jo. Alberto Fabricio in Bibliot. Latin. Tom. II. pag. mihi 131.

(g) Legitur hæc Editio relata à Scriptoribus Bibliothecæ Ord. Prædicatorum, ubi agunt de Bartholomæo de Pisis.

(h) Extant in Biblioth. Ambros. Romano optimo caractere. Fictam hanc Pauli, & Dariæ Historiam, Italicis descriptam Carminibus, & octo libris comprehensam dicavit Gaspar Vicecomes Ludovico Mariæ Sfortis Ducis Mediolani, multa congerens in prævia Italica Epitola, quæ tum ad laudem prædicti Ducis, tum ad Vicecomitum Familiæ gloriam spectant. Joannes Stephanus Vicomercatus, Papiensis Canonicus, eam publica luce donavit, mille impressis Exemplaribus (quorum in præsens vix aliquid superest,) ut ipsemet testatur in admonitione ad Lectorem, in qua præstantiam hujus Operis, Auctorisque, Magnifici Equitis Mediolanensis, & Ducalis Consiliarii Gasparis Vicecomitis summo opere commendat. In fine plura leguntur Epigrammata in laudem Auctoris adjecta, Stephani Campanæ, Petri Patij Florentini, Cæsaris Sacci Laudensis, Pauli Lanterij Præpositi Viglevanensis Unicum Bernardini Æmilii Novariensis Carmen proferam:

*Non te sollicitet sacer Libelle
Phama perpetuum docus vigentis,
Nam si quid Latius licet Camenis,
Hoc spondere potest Poëta solùm
Gaspar, qui Insubria refulget Urbe,
Ut Phæbus medio polo coruscat.
Quantum vivet honor sacer Petrarchæ,
Et nomen, cui tradidit Beatrix,
Tam te posteritas leget Dariam,
Paulum, ac ingenium mei Poëta,
Qui nullo meritis peribit avo.*

In calce: *Impresso per Magistro Philippo Mantegatio, dicto el Cassano, in la Excellentissima Citada de Milano, nell' anno MCDXCV., a di primo de Aprile. Prælusit Typographus titulo Excellentissima, quo donata est Metropolis Mediolanensis à Carolo VI. Imperatore. De Gaspare Vicecomite sermonem habui in Histor. mea Literar. ad Annum 1493.*

(i) Servatur apud Comitum Donatum Sylvam, caractere Romano nitido. Præcedit Tabula Capitum; cuilibet folio inest numerus Librorum, & Romanus paginarum. Dividitur in quinque Libros. In calce: *Qui finisse, laudando la Divina Gracia, la eccellente, & delectabile Opera, intitulata l'Aquila, composta per lo magnifico, & doctissimo homo, Miffer Leonardo Aretino, & da ipso curiosamente translata da latino, in vulgare sermone, ad laude, & gloria de quella felice.*
Tom. I.

memoria de Julio Cesare Augusto Imperatore dell' Potentissimi Romani, & impressa in Milano per Antonio Zaroto Parmesano, nel MCDXCV. a di LX. Aprile. Subditur Symbolum Zaroti, nempe crux quatuor punctis signata, cum literis initialibus Impressoris A. Z. Sequitur Difycon:

Stemmata virtutum sunt hæc dignissima laude,

Qua possessoris nomina clausa tenent.

(k) Extant in Biblioth. Archintea, caractere nitidissimo Romano. Præcedit Epistola Joan. Andreæ Aleriensis ad Summum Pontificem Paulum II. &c. Sequitur Epitome Decadam quatuordecim, ac subinde Epistola Alexandri Minutiani ad Bartholomæum Calchum à Secretis Ducalibus Primarium, quam dedimus fol. DVIII. In calce: *Impressit Uldericus Scinzenzeler, impensis Alexandri Minutiani ex quâ emendato exemplari, si cum cæteris conferes, quàm facillimè intelliges candidissime Lector, cui etiam librariorum culpam, quantum licuit, idem Alexander prestare conatus est: Mediolani pridie, quàm Ludovicus Maria Sforzia Anglus, Princeps sapientissimus, bujus incliti Imperii sceptrum, & Ducalia insignia, à Maximiliano Imperatore per Legatum acciperet. Anno salutis MCDXCV., die XXV. Maji.*

(l) Servatur in Biblioth. Ambros. optima charta, & caractere minuto, ad Gothicum accedente, sed nitido. Adest titulus Operis in fronte, & in capite cujuslibet paginæ, omittis tamen numeris earundem. Legitur in fine Epistola Raphaëlis Peragalli ad Rev. in Christo Patrem, Dominum Fratrem Hieronymum de Tornielis Ordin. Minor. Observantia Regularis, in partibus Cisterciensis dignissimum Vicarium Generalem, cujus compendium dedi in Histor. mea Liter. ad hunc annum, ubi etiam sermonem habui de Michaële de Carchano. In calce, post tabulam Sermonum: *Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeler anno Domini MCDXCV. die XI. Julii.*

(m) Caractere quadrato grandiori nitido, absque numeris, Præfatione, Indice &c. In calce: *Hoc opus impressum est Mediolani per Uldericum Scinzenzeler, anno Domini MCDXCV., die XXVII. Augusti.*

(n) Caractere rotundo nitido, cum titulo in fronte cujusque paginæ, absque numeris. Incisa est effigies ejusdem Sancti Abbatis, cum tabula sermonum, & admonitione ad Lectorem, quæ ita definit: *Quoniam autem in superiori Impressionis volumine quosdam in parte detruncatos, quamplures in totum defuisse conperimus, quos antiqui & emendati Ordinis Cisterciensis Codices habent, ut est sermo de Trinitate, & quamplures alii numero ferè viginti quinque, quos in hac Impressione suis locis & titulis imprimi curavimus. Multos præterea in dicto Volumine à Beati Bernardi Sermonibus adeo alienos invenimus, ut meritò alieni censeantur, idò eos in ultimam presentis Impressionis partem transfulimus. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel, anno Domini MCDXCV. die V. Octobris.**

hhhhh

DXCVIII CATALOGUS LIBRORUM

- * S. Bernardi, Epistolæ, & alii Tractatus, in 4. per Leonardum Pachel. (o) 1495.
- * Vite de Filosofi e delle loro elegantissime Sentenze, in 4. per Philippum de Mantegatiis. (p) 1495.
- * Vita, e Fioretti di S. Francesco, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (q) 1495.
- Marii Philelphi, Epistolare, in 4. (r) 1495.
- Alberti Profeni, Commentarius in Georgii Purbachii Theorias Planetarum. (s) 1495.
- Ovidii Heroidum, cum Comment. Antonii Volsci, & in Ibin, cum Comment. Domitii Calderini, in fol. (t) 1495.

ANNO MCCCCXCVI.

- * Stephani Burlifer, Formalitates secundum Viam Scoti, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (u) 1496.
- * Gregorii Britannici, Sermones Funebres vulgares, & literales. Item Sermones Nuptiales, in 8. per Leonardum Pachel. (x) 1496.
- * Baptistæ Fulgossii, Anteros, in 4. per eundem. (y) 1496.
- * Jo. Petri Ferrarîi, Practica, in fol. magno, per Uldericum Scinzenzeler. (z) 1496.

Joannis

- (o) Epistolæ prædictæ CCCI. numerantur, eodem impressæ caractere, cum tabula singularum. In calce hæc leguntur: *De Laude nova militis: de ordine vite, & morum institutione: de vita solitaria: de diligendo Deum: de libero arbitrio: de præcepto, & dispensatione, & quidam alii tractatus; quæ omnia in isto volumine continentur, & cum summa diligentia, per Magistrum Leonardum Pachel Mediolani impressa fuerunt, die XV. Decembris MCDXCV.*
- (p) Extant apud Dominum Abbatem Aliprandum Vicecomitem, caractere Gothico quadrato, absque numeris paginarum &c. Legitur in fronte: *Incomincia el Libro de la Vita de' Filosofi, & de te loro elegantissime Sentenze, extracto da D. (Dione) Labertio, & da altri antiquissimi Doctori.* In calce, post tabulam Philosophorum: *Impresso nell' Alma Cita di Milano, per Magistro Filippo de Mantegatiis, dicto el Cassano, nell' anno del Signore MCDXCV., a di XXI. del mese di Novembre.*
- (q) Vidi apud Amicum, caractere rotundo nitido. Præcedit Tabula Capitum, & imago incisa Sancti Francisci, stigmata recipientis, rudis tamen, prout ætas illa ferebat. Sequitur Prologus Correctoris Anonymi, in quo profertur, à se descripta fideliter fuisse hæc omnia, ab archetypo libro Sancti Bonaventuræ, atque ad literam in vernaculam linguam translata. Conqueritur, cæteras, quæ hæctenus proderant, gloriosissimi Patriarchæ Vitas, Impressorum negligentia ita depravatas fuisse, ut integra decissent Capra, & confuso ordine omnia susdeque miscerentur. Quocirca, ut sua venustas Operi redderetur, ait, à se cuncta suis locis esse aptata, juxta Vitæ Auctoris Exemplar, aliis etiam adjunctis Vitis plurium ejusdem Ordinis Sanctorum, & enunciatis Privilegiis, quæ Summi Pontifices Ordini memorato concesserant. In calce: *Impresso in Milano, per Magistro Uldericum Scinzenzeler, a di primo de Decembre MCDXCV., cum ejus Symbolo.*
- (r) Referuntur hæc editio in Typographicis incunabulis Cornelii à Beughem pag. 107., sine nomine Typographi.
- (s) Adnotatur in memoratis Incunabulis pag. 113. & à P. Orlando in Indice Alphabetico pag. 392. sine nomine Impressoris.
- (t) Refertur ab iisdem, ubi de Calderino, & Volscio agunt, locis prædictis, Typographi nomine omisso; Gesnerus hanc notam in Bibliotheca adjunxit: *Impressa Mediolani anno Domini MCDXCV.*

- (u) Caractere Gothico, absque numeris paginarum, titulis &c. Prima pagina hæc refert: *Magistri Stephani Burlifer, Doctoris Parisiensis, Formalitates, cum argumentationibus ad eas. In calce: Editum atque perfectum erat hoc Opus argumentationum, Mediolani MCDXCV. Impressum autem in eadem inclyta Urbe MCDXCVI., quinto Kal. Februarii ad honorem &c. Adjicitur Symbolum, ex quo nomen impressoris arguitur, nempe Uldericum Scinzenzeler. De hoc Libro per Dialogum contextu, disserui in mea Hist. Literaria ad annum MCCCCXCIV., referens Literarias res gestas Samuelis Cassinensis.*
- (x) Extant in Biblioth. Ambros. caractere Gothico minuitiori, absque numeris paginarum, in quarum tamen fronte impressi sunt tituli Sermonum. Præcedit Epistola nuncupatoria ad Reverendiss. in Christo Patrem Dominum, Dominum Paulum Zanæ Episcopum Brixiansem, cum ejusdem responsione. Utramque dedi in Hist. mea Liter., agens de hoc Libro sub initium præsentis anni. Sequitur in fine Epigramma ejusdem Britannici ad Lectorem, & Tabula Sermonum. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel die XIV. Martii, anno Domini MCDXCVI.*
- (y) Caractere Romano nitido, servatur in Biblioth. Ambr., absque Indice, numeris paginarum &c. Licet titulus cum Græca voce *Anteros*, idest *contra Amorem*, positus sit in medio primæ paginæ, Codex tamen impressus est lingua Italica per modum Dialogi. Præcedit Epistola Auctoris ad Jo. Franciscum Pufferulam Equitem Mediolanensem, in qua scribit, has esse primitias & tyrocinium studii sui. Sequitur Epigramma Platini Plati, quod recitavi in Hist. mea Liter. ad hunc annum, ubi de Baptistæ Fulgossio, & ejus Libris Sermonem habui, in calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel, anno Domini MCDXCVI. die X. Maji.*
- (z) Extat Viglevani, in Archivo Ecclesiæ Cathedralis, caractere Gothico, cum titulis in fronte cujusque paginæ, sed absque numeris earundem. Præcedit Tabula alphabetica. In calce: *Explicit perutilis & necessaria Practica Jo. Petri Ferrarîi Papiensis, impensâ Joannis de Lignano, Mediolani impressa per Magistrum Uldericum Scinzenzeler, & per Joannem Elingalium J. U. Professorem castigata, cum quibusdam additionibus consummatissimi Viri Domini Francisci de Curto, ex ejus originali extractis MCDXCVI. die XXVI. Maji.*

- * Joannis Florentini Liber, dictus del Maestro, e del Discepolo, in 4. per Henricum Scinzenzeler. (a) 1496.
- * Dyni de Mucello, Consilia, in fol. per eundem. (b) 1496.
- * De Antichristo Auctoritates Sanctorum Doctorum, in 4. per Philippum Mantegatiam, & Alexandrum de Pilizonis. (c) 1496.
- * Leonæ, seu Petri Leonis Vercellensis, Orationes, Epistolæ, & Epigrammata, in 4. per Gulielmum Signerre. (d) 1496.
- * Vita di Santa Marta, in 4. parvo, per Antonium Zarotum. (e) 1496.
- * Terentii Opera cum Commentariis Donati, in fol. parvo, per Uldericum Scinzenzeler. (f) 1496.
- * L. Annei Senecæ de quatuor Virtutibus, Opusculum, in 4. per Jacobum de S. Nazario de Ripa. (g) 1496.
- * Franchini Gafuri Practica Musicæ, in fol. per Gulielmum Signerre. (h) 1496.

Æneæ

- (a) Servatur in Bibliotheca Excell. Comitum Pertusati, Mediolanensis Senatus Præsidis, caractere Gothico, absque Indice, numeris pagg. &c. Compositus est hic liber in modum Carthaginiensis, Italica lingua. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Henricum Scinzenzeler MCDXCVI, die VIII. mensis Junii.* Henricus idem est, ac Uldericus; iste nempe Typographus vario nomine, Editionibus ab ipso peractis, se subscitebat.
- (b) Servantur in Biblioth. Monachorum Sancti Victoris Mediolani, caractere Gothico, absque numeris paginarum. In calce: *Explicunt egregia Consilia perspicacissimi J. U. Interpretis, Domini Dyni de Mucello, excerpta fideliter ab ejus Originalibus, que hactenus in lucem prodere: Cognita autem fuere, & visa à scientissimo Jureconsulto Domino Francisco Aretino, ut ipse attestatur in ea Impressione, qua Pisis facta est. Hac itaque Dei optimi nutu, per Uldericum Scinzenzeler operam, & artificium, & impensam Joannis de Legnano, Mediolani MCDXCVI. mensis Junii nata sunt.*
- (c) Extat hæc Editio apud Excell. Comitem Pertusatum, superius laudatum, caractere Gothico, Latine, & Italicè per columnas distincta, absque numeris paginarum, titulis &c. Inferuntur figuræ rerum, quas Antichristus peraget, sed valde rudes. In calce: *Impressum Mediolani, per Magistrum Filippo, ditto Cassano, & Alexandrum de Pilizonis del MCDXCVI., a di VI. de Lujo.* Typographus iste Mediolanensis Alexander de Pilizonis, mihi innotuit hac solâ Editione, proinde in Prolegomenis nullum de illo verbum feci.
- (d) Extat in Biblioth. Ambros., caractere Romano, & charta nitida, absque numeris pagg. Indice &c. Præcedit stemma gentilitium Auctoris, incisum in prima pagina. Sequitur Epistola ejusdem ad Reverendissimum Amedeum Romagnanum, Sancti Salvatoris Abbatem, quam dedi fol. DXIII. Dein Orationes, Epistolæ, & Epigrammata. De hoc Libro, ejusque Auctore plura locutus sum in Histor. mea Liter. ad hanc annum. In calce: *Finis Leonæ, cui si quid erroris, vel mutatione literarum inest invidè, non Auctori, sed Impressoribus id adscribere, edita Mediolani, & impressa per Magistrum Signerre Gallicum, Regnante divo Ludovico Sfortia Anglo, Duce invictissimo, anno Domini MCDXCVI. die XXVII. Julii.* Postremo loco, idem Petrus Leo mittit ad Ven. Dominum Presbyterum Antonium Berzertum, ex Burontii Nobilibus, auream, ut ipse ait, Tertulliani Epistolam de vita æterna, quæ sic incipit: *Beata est vita, cum id, quod hominibus optimum est, habetur, & amatur &c.* Sed aut Tertullianus, alter ab Africano, est, cui adscribitur hæc Epistola, aut eadem dici debet supposita, cum in ea nominentur Christostomus, Gregorius, Bernardus, qui quàm longè ab Africani ætate sint, nemo non videt.
- (e) Extat apud me, caractere rotundo, nitido, absque titulis, numeris paginarum &c., sed est acephala. Liber est refertus ineptiis anilibus, ac stylo Italico ita rudi, ut risum simul, ac fastidium creare possit. In calce: *Impressum in Milano per Magistrum Antonio Zarotto ne P Anno MCDXCVI. a di VI. de Augusto.*
- (f) Caractere minuto rudiori, cum titulo in fronte cujuslibet paginae, & numeris Romanis earumdem. In calce: *P. T. Afri Liber explicit. impressus Mediolani per Uldericum Scinzenzeler Anno Domini MCDLXXXVI. die II. Septembris, cum ejus Symbolo.*
- (g) Caractere semi-Gothico: Præcedit hæc Admonitio: „ Quatuor Virtutum species, multorum Sapientum, „ sententiis diffinitæ sunt, quibus humanus animus „ compositus, ad honestatem vitæ possit accedere. Ha- „ rum igitur prima est Prudentia. Secunda est Magna- „ nimitas. Tertia est Continentia. Quarta est Justi- „ tia. Singulæ igitur his officiis, quæ subter annexa „ sunt, honestum, ac bene morigeratum Virum effi- „ ciunt. In calce: *Impressum Mediolani per Jacobum de Sancto Nazario de Ripa, ad impensam Joannis Baptistæ de Caballis de Sonzino, Anno Domini MCDLXXXVI. die sexto mensis Septembris, regnante Duce Ludovico, cum Symbolo Typographi.*
- (h) Extat in Biblioth. Ambr. optimo caractere. In ea non tam florentes majusculæ literæ, sed etiam ornamenta affabrè incisa, pro rudi adhuc eorum temporum Arte, primas ambientia paginas occurrunt. Ipse Gafurus ibidem cernitur ex cathedra docens, & alibi, Musicæ praxim, cantumque stando promovens. Præcedit Epistola nuncupatoria ad Illustriss. & Excellentiss. Principem D. Ludovicum Mariam Sfortiam Anglum, Ducem Mediolanensium Invictissimum, quam superius dedi fol. DXIV. cum Carmine Lucini Conagi in laudem ejusdem Ludovici. In calce: *Practica Musica Franchini Gafuri Laudensis, quatuor Libris comprehensa fuit, Impressa Mediolani, operâ, & impensâ Joannis Petri de Lomatio, per Guglielmum Signer Rothomagensis, Anno salutis millesimo quatringsentesimo nonagesimo sexto, die ultimo Septembris, Alexandro Sexto Pont. Max., & Maximiliano Romanorum Rege semper Augusto, ac Ludovico Maria Sfortia Anglo, Invictissimo Mediolanensium Duce. felici auspicio regnantibus. De Auctore hujus Libri vide Hist. meam Liter. ad Annum MCDXCII.*

DC CATALOGUS LIBRORUM

- * Æneæ Silvii Epistolæ, & varii Tractatus, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (i) 1496.
- * Anonymi iudicium cum Tractatibus Planetariis, in 4. per Philippum de Mantegatiis. (k) 1496.
- * Francisci Curtii Consiliorum volumen primum, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (l) 1496.
- * Pauli de Castro, super prima, & secunda Digesti Veteris, in fol. per Leonardum Pachel. (m) 1496.

ANNO MCCCCXCVII.

- * Samuelis Casinensis Invectiva in Prophetiam F. Hieronymi, in 4. sine nomine Typographi. (n) 1497.
- * Maphæi Vegii Laudensis Opera, in fol. per Gulielmum Signerre. (o) 1497.
- * Nicolai Leonicensi Liber de Epidemia, quam Itali Morbum Gallicum, Galli verò Neapolitanum vocant, in 4. per Gulielmum Signerre. (p) 1497.

L. Apu-

- (i) Caractere rotundo, minuto, optimâque papyro, absque numeris paginarum &c. Adest titulus in medio primi folii; sequitur Tabula, seu ordo Epistolarum, num. CDXXII. Dein Epistola *Ambrosii Arcibinti* ad Lectorem, superiùs recusa fol. DXI. In calce: *Pii II. Pont. Max. cui ante summum Episcopatum, primum quidem Imperiali Secretario, tandem Episcopo, deinde Cardinali Senensi, Æneas Sylvius nomen erat, familiares Epistola, ad diversos in quadruplici ejus vita statu transmissa. Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeler, Anno Domini MCDXCVI. die X. Decembris, cum ejus Symbolo.*
- (k) Vidi apud Equitem Hispanum, caractere quadrato minutiori, sed nitido, absque Præfatione, numeris paginarum &c. In medio primi folii adest hic titulus: *Judicium cum Tractatibus Planetariis, compositum per quemdam hominem sanctissimum, & Propbetam, Anno Christi MXCVI.* Sequitur Index Capitulorum, & Judiciorum, quæ pertingunt usque ad Annum VII Millesimum. Clauditur Liber his verbis: *Anno Christi MXCVI. Henrico Imp in Alania, Philippo Rege Franciæ regnante in Francia, PP. Urbano II. Viro egregio. & bono, fuit passagium in triplicitate Lineæ.* In calce: *Laus Deo, & gloriosissima Virgini, Divoque Ambrosio.* Impressum Mediolani per Magistrum Pbilippum de Mantegatiis, Anno MCDXCVI. die XX. Decembris. Distribuitur in XI. Capitula, & VIII. Judicia.
- (l) Caractere satis nitido. In calce: *Famosissimi, ac copiosissimi Jurisconsulti Francisci Curtii Papiensis, ex proprio Exemplari excerptum Consiliorum Volumen primum, per Johannem Vinzalius Turrianum J. U. Scholarem, summa cum diligentia revisum, ac Uldericum Scinzenzeler artificio operoso, impressum Mediolani Anno MCDXCVI. die XX. Decembris.* Sequitur hæc admonitio: „ Ne in „ pœnam non parvam imprudenter incurras, o Bi- „ bliopola avidissime, scias obtentum esse ab Illustrissi- „ mo, & Sapientissimo Mediolani Principe Refcri- „ ptum, ne Curtiana Consilia ad decimum usque „ Annum, aut imprimi possint, aut alibi impressa „ importari venalia in ejus Districtu, sub pœna indi- „ gnationis Cæsareæ, & æris in eo contenta. Itaque, „ ne ignarus erres, te admonitum esse voluit Johan- „ nes Vinzalius. Vale „ „ Sequitur *Tabula Consiliorum Job. Vinzalii, Curtii Discipuli.*
- (m) Extat in Cœnobio S. Victoris hujus Urbis, caractere Gothico, cum titulo in fronte cujusque paginæ, absque numeris &c. In calce: *Explicit secunda pars Lect. Digesti Veteris D. Pauli de Castro, unâ cum prima, in qua additi sunt tituli duo, videlicet de postulando, & de bis, qui notan. infra, qui desunt in omnibus præteritis, impressi. Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel Anno à Nativitate Domini M. CCCC. XCVI. die verò XXiiii. Decembris, feliciter.*
- (n) Extat in Biblioth. PP. Minorum de Observantia in Cœnobio S. Angeli hujus Urbis, caractere Romano nitido. In calce: *Impressum in Alma Urbe Mediolani MCDXCVII. primo Aprilis.* De Samuele Casinensi egi in Hist. mea Liter. ad Annum MCCCCXCIV. Quis autem esset ille F. Hieronymus, contra quem Auctor iste calamum armavit, ibidem conatus sum indicare. Malè P. Orlandus pag. 403. adscribit Hieronymo Savonarolæ hunc Librum, præfenti Anno editum, tamquam ab eodem compositum, cum *Invectiva* sit contra ipsum.
- (o) Extant in Biblioth. Archintea, caractere satis nitido, absque numeris paginarum &c. Præcedit Epistola *Francini Gasori* ad *Jacobum Antiquarium* Ducalem Secretarium, ad quem etiam duas alias dirigit in decursu hujus Libri: Eas dedimus fol. DVIII. & seqq. Opuscula verò, Editioni huic inserta, sunt: *Disceptatio inter Terram, Solem, & Aurum: Dialogus Veritatis, & Pbilalitis: Astianax*, Carmine heroico: *Dialogus de Felicitate & Miseria: Carmen* Epicum, cui titulus *Excusatio à Scriptione Rerum gestarum Italiæ ad Antonium Pisanum.* Intermisceantur nonnulla ejusdem Maphæi Carmina, & Epistolæ nuncupatoriæ, necnon Epigrammata *Pantaleonis Meleguli* Laudensis, & Carmen Jambicum *Lancini Curtii.* In calce: *Massei Vegii Laudensis, Poëta, & Oratoris clarissimi Disceptatio Terra, Solis, & Auri; Liberque Pbilalitis, & Veritatis, necnon de Felicitate, & Miseria; Carmen quoque Astianax; atque describenda Rerum gestarum Historiæ excusatio.* Impressa Mediolani XIII. Maji 1497. per *Gulielmum Signerre Rotbomagensem, regnante Ludovico Maria Sfortia Anglo, Mediolanensium Duce Invietsissimo.* De hoc clarissimo Auctore plura adnotavi in Hist. mea Liter. ad Annum MCCCCXCI., ubi etiam ejusdem Vitam eruditè contextam à *Conrado Janingo S. J.*, atque editam in *Supplem. Junii ad Acta SS. Bollandi*, opportunum duxi recudere.
- (p) Extat apud Comitum Donatum Sylvam, caractere nitidissimo, absque numeris paginarum &c. In medio primi folii adest titulus Libri; sequitur Præfatio Auctoris ad Illustrum Virum *Job. Franciscum Mirandolensem, Concordiæ Principem*, quem vocat *non dissimilem à Jobanne Pico patruo suo.* Narrat ibidem Disputationes super hac re Ferrariæ habitas, & Opus alterum memorat, à se compactum, atque editum superioribus Annis de *Medicorum erroribus.* In calce: *Liber de Epidemia, sive Brossulas, finis.* Impressum Mediolani per Magistrum *Gulielmum Signerre Rotbomagensem, regnante Illustrissimo Principe Donato Ludovico Duce Mediolani, impensâ Magistri Jobannis de Legnano MCDLXXXVII. die IV. mensis Julii.*

- * L. Apuleji Opera ;)
Alcinoi Epitoma,) in fol. per Leonardum Pachel. (q) 1497.
- * Epistole mandate da Sancto Hieronymo ad Eustochia nobilissima Donna de
Roma, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (r) 1497.
- * Æsopi Vita, Latina, & Italica, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (s) 1497.
- * Bernardini de Bustis Defensorium Montis Pietatis, contra figmenta omnia æmu-
læ falsitatis, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (t) 1497.
- * Luciani de veris Narrationibus; Asino aureo; Philosophorum Vitis; Scipio;
Tyrannus; Schaphidium; Palinurus; Caron; Diogenes; Terpsion; He-
racles; Virtus Dea; In Amorem; Timon; in 4. per Uldericum Scin-
zenzeler. (u) 1497.

Alberti

(q) Communicavit mihi humanissime hujus editionis exem-
plar Vir Clariss. Joh. Sironus de Scotia, impressum
caractere Gothico, rotundo, & satis nitido, absque
numeris paginarum, sed cum titulo Librorum in
earumdem fronte. In medio primi folii adest titulus
Libri; subsequitur Epistola *Johannis Andrea Alerianis
Episcopi*; dein Tabula Librorum. In calce: *L. Apu-
lei Platonici, Madaurenis Philosophi, Metamorphoseos
Liber; ac nonnulla alia Opuscula ejusdem; necnon Epito-
ma Alcinoi in Disciplinarum Platonis; desinunt. Impres-
sum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel Anno
Domini MCDXCVII, die septimo Augusti.*

(r) Extat apud me, caractere Gothico quadrato, absque
titulis, numeris paginarum &c. In calce: *In questo
Libro se contiene le Epistole mandate da Sancto Hierony-
mo ad Eustochia nobilissima Donna de Roma, insieme
con la Regola, & modo de vivere per le Donne Reli-
giose, le quali sono da essere domandate Spose de Christo,
observando la Regola sopraddicta. Impressa in Milano per
Magistro Ulderico Scinzenzeller nel MCDXCVII. die
XV Junii.* Auctor Anonymus hujus Italica versionis,
in Prologo exponit causam suscepti laboris hujus; ait
enim, ab honestis quibusdam sceminis, ac Virgini-
bus, Latini sermonis ignavis; adductum se esse, ut
quæ S. Hieronymus ad Eustochium conscripsit, Itali-
câ linguâ donaret; & quia S. ille Doctor, Latine
scribens, nonnulla Sacræ Scripturæ loca innuit, quia
integrum textum exponat, profiteretur se manum ap-
posuisse, ut eadem extenderet, & infirmioris sexus
captui accommodaret; immo ut magis proficuum hoc
Opus redderet, ait se immutasse ordinem rerum, & suc-
cum omnem doctrinæ redegeisse in Capita, quæ XIII.
numerantur.

(s) Caractere Gothico, minuto, cum tabulis incisus tam in
fronte, quàm in contextu Libri, sed rudibus. Fabu-
læ per Epigrammata Latina, & Italica describuntur,
quorum Auctor est *Alsius Zucchius Summa Campa-
næ Veronensis*, & ab illius nomine Opus istud inscri-
bitur *Libellus Zuccherinus*. In calce: *Impressum Medi-
olani per Uldericum Scinzenzeler, Anno salutis Domini
MCDXCVII. die XXIII. Decembris.*

(t) Extat Exemplar hujus Operis in Cœnobio PP. Ere nita-
rum S. Augustini Cremæ, caractere Gothico. Caret hæc
Editio Impressoris nomine, Anno, & loco; sed ex
Symbolo adjecto Ulderici Scinzenzeler, & Typogra-
phus, & Mediolanum clarè indicantur; Annus verò
colligitur ab Epistola nuncupatoria Auctoris, quæ
præcedit, ad *Bernardinum Cardinalem Tituli Sanctæ
Crucis*, quæ data est *Mediolani pridie Kalendas Februa-
rii Anno 1497.* Et à me recusa fuit fol. DXVII. In
fine leguntur Epigrammata duo; alterum Auctoris,
*ad Reverendiss. in Christo Patrem F. Hieronymum Tor-
niellum &c. Vicarium Generalem Ordinis Minorum de
Observantia*, & alterum ejusdem *Tornielli*, quæ hic
recitare non incongruum putò:

*Lingua venenatis diffamat perfida verbis,
Quod Deus Omnipotens sanctificavit Opus.
Improba mens rabido vitiosum predicat ore,
Perfecta curam qui Pietatis habet.*

Tom. I.

*Insuper infando repletum dogmate Librum
Construxit, Montis gens inimica Pii.
Quocirca hunc toto diffundere in Orbe Libellum
Decrevi, monitis sicque parere tuis.
Ut fera mordacem rugiens compescere dentem
Cogatur, laqueis bis bene stricq̄ meis.
Tu verò Angelico divalis in Ordine Rector,
Ulla valet servus si tibi grata, jube.*

Responsio Tornielli;

*Gratulor impressum, Domino prestante, Libellum,
Bernardine, Pium quo tueatur Opus.
Ut per te Æterni Genitrix Sanctissima Regis
Conceptum voluit magnificare suum;
Sic Christus Sacri statuit præconia Montis
Eloquiis toto pandere in Orbe tuis.
Desinet invidiâ maledicere lingua furentis:
Cerberus obstruso nunc erit ore tacens.
Gaudia, pauperibus, capient, immensa benigni,
Magnaque, jam nullo dona vetante, ferent.
Tu verò, o juste, simul & Pietatis amator,
Divini curas undique Montis babe.*

Quæstionis de *Monte Pietatis*, per Italiam agitate plu-
rium Annorum spatium, initium, & exitum, per com-
pendium dedi in mea Lit. Hist. ad Annum MCCCC-
XCII., agens de *Bernardino de Bustis*.

(u) Extat apud Dominum Comitem Rugletium Aresium,
Equitem Mediolanensem, caractere rotundo, minuto,
& nitido. Sequitur Epigramma:

*Hæc lege plena jocis, immixtaque serâ ludo,
Quando relaxandi cura tibi est animi.
Luciano ex Græco plures fecere Latina;
Collecta hinc illinc, pressaque Bordo dedit.*

Hoc Tetrastricon legitur in Editione, triennio ante
Venetiis peracta, in qua postremum verbum tertii
Carminis emendatius excusum est *Latine*; antiqua
enim est oscitantia Typographorum, qui cum Opera
Auctorum, alibi impressa, rursus prælo subjiciunt,
eadem depravant, novis Marte suo additis mendis.
In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum
Scinzenzeler, Anno Domini MCDXCVII. die XXII.
Martii*, cum ejusdem Typographi Symbolo, absque
numeris paginarum, Indice &c.

iiii

- Alberti de Saxonia Commentaria in Libros posterior. Aristotelis, in fol. (x) 1497.
- Terentianus de Literis, Syllabis, & Metris, Carmen, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (y) 1497.
- Johannis de Anagnia Commentaria super V. Libr. Decretalium, in fol. (z) 1497.
- Joh. & Gasparis Cardel super Rubric. Decretorum Conciliat. (a) 1497.
- Jacobus de Cessolis de Ludo Scacchorum &c. cum Commentario, in fol. parvo. (b) 1497.
- Leggenda de' Santi, chiamata Lombardica. (c) 1497.
- * Specchio de la Croce di Fr. Domenico Cavalca, in 4. per Ant. Zarotum. (d) 1497.
- Aufonii Opera cum Præfatione Georgii Merulæ, in fol. (e) 1497.
- De Regum, Principumque omnium institutis, Liber F. Isidori Isolani Mediolanensis, Ordinis Prædicatorum, ac Congregationis Lombardiæ, in fol. per Mantegatos. (f) 1497.
- M. Tullii Ciceronis Epistolæ familiares, cum Commentar. Ubertini Clerici Crescentinatis, in fol. per Leonardum Pachel. (g) 1497.

ANNO MCCCCXCVIII.

- * Felini Sandei Commentaria super toto V. Decretalium, in fol. magno, per Uldericum Scinzenzeler. (h) 1498.

Fulgentii

(x) Refertur hæc Editio à P. Orlando pag. 107. ubi *Johannem Baptistam Aloyxianum* Typographum Mediolanensem facit. Ignotus nobis est iste Impressor, vereorque deceptum Orlandum fuisse in assignando præli labore viro docto, qui tantum Corrector fuerat; ut hoc afferam, in causa est altera Editio, quæ Venetiis prodiit hoc eodem Anno, in qua legitur Epistola *F. Jacobi Baptista de Aloyxiis, Ord. S. Augustini, ad Carolum Emilianum Adolescentem Eruditum, Patrium Venetum*, ubi à se emendatum inquit hoc Opus *Alberti*, seu *Albertini de Saxonia*, qui etiam *Albertus parvus* appellatur, Sacri Ordinis Eremitarum S. Augustini; inde enim P. Orlandus censuit, huic Aloyxianum fuisse Typographum in nostra Urbe. Servatur hic postremus Codex in Bibl. Ambr. editus *Venetis per Bonetum Locatellum Bergomensem Anno MCDXCVII. VII Idus Martias*; proinde Editio Mediolanensis posterior esse aliquibus mensibus illâ esse potuit.

(y) Adnotat hanc Editionem Maittaire pag. 347. cum hisce Chronicis notis: *Mediolani per Uldericum Scinzenzeler Anno MCDXCVII. pridie Nonas Februarii*; Fabricius Tom. I. Biblioth. Lat pag. mihi 795. primam omnium eam fuisse testatur, laudatque in hoc Auctore elegantiam, & amenitatem ingenii.

(z) Cornelius à Beughem pag. 12. & Ludovicus Ælies Dupin in Biblioth. Ecclesiastica pag. mihi 93. hanc editionem memorant.

(a) Etiam hoc Opus Mediolani editum, nudè referunt memoratus à Beughem pag. 41. & P. Orlandus pag. 307.

(b) Legitur apud eundem à Beughem, pag. 44.

(c) Extat in Bibliotheca, quæ olim spectabat ad Sereniss. Principem Eugenium à Sabaudia; sed cum illam non viderim, ignotum mihi est, quinam fuerit Auctor translationis Latine hujus Historiæ in Linguam Italianam.

(d) Hunc Librum Mediolani editum Anno MCDLXXXIX. suo loco retulimus; Altera hæc est editio, quæ sicin-

capit: *Questo Libro si chiama lo Specchio della Croce, compilato da Frate Domenico Cavalca da Vico, Pisano, de l'Ordine di S. Domenico, buono di sancta vita. Sequitur Præfatio, & Index Capitum* In calce: *Impresso in Milano per Antonio Zarotto Parmesano à di XV. de Lujo MCDXCVII* caractere abbreviato, sed nitido.

(e) Auctor Ephemeridum Literatorum, quæ Venetiis prodire, hanc Editionem adnotat Tom. XVII. pag. 303. Mediolani peractam hoc Anno. Eandem refert etiam Fabricius Tom. I. Biblioth. Lat. pag. mihi 795.

(f) Extat in Biblioth. PP. Eremitarum S. Augustini Cremsæ. In calce: *Finis Libri de Institutis Regum, Principumque omnium, editi à F. Isidoro de Isolani Mediolanensi, Ordinis Prædicatorum, ac Congregationis Lombardiæ, diligentique cura aevi Literis à Johanne Jacobo Bellono quàm emendatissime compati. Mediolani apud Mantegatos M. CCCC. XC. VII* An hæc sit editio aliqua, novis curis parata; an Joh. Jacobus Bellonus, mihi prorsus ignotus, Mediolanensi usus sit, ut alteram accuratorem prælo vulgaret, definire nequeo, cum Cremense exemplar minimè inspexerim.

(g) Transmissus ad me fuit ab Amico titulus hujus Libri; cum nota in calce adjecta: *Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel, anno Domini MCCCC-LXXXVII.*

(h) Extant apud Patres Augustinianos, caractere Gothico, sed satis nitido, cum titulo in fronte cujusque paginæ, sed absque numeris. In calce: *Impressa noviter in Inlyca Civitate Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeler, impensis Magistri Johannis de Legnano Mediolanensis, diligentissimeque emendata Anno à Natali Christiano MCDXCVIII. die XV. Februarii*, cum Symbolis Ulderici Scinzenzeler, & Johannis de Legnano, cujus impensis editus est hic Liber. Enunciatur Privilegium, ab Illustrissimo & Sapientiss. Mediolani Principe obtentum, ne ad decimum usque Annum, aut imprimi, aut vendi ab alio possint, *sub pena indignationis Casarea, & aris in eo contenta.*

- * Fulgentii Episcopi Cartaginiensis Mythologiarum Libri, cum Commentariis Joh. Baptistæ Pii Bononiensis, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (i) 1498.
- * Sidonii Apollinaris Poëma aureum, ejusdemque Epistolæ cum Commentariis Joh. Baptistæ Pii Bononiensis, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (k) 1498.
- * Indulgenze, e Corpi Sancti, che sono nella Città di Milano, e suo Comitato, in 16. sine nomine Typographi. (l) 1498.
- * Philippi de Monte Caleria, Ordinis Minorum, Quadragesimale, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (m) 1498.
- * Francisci Petrarce Poëtæ laureati de Vita Solitaria, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (n) 1498.
- * Æsopi Vita Latina, & Fabulæ, in 4. per Fratres de Signerre. (o) 1498.
- * Nicolai Perotti Cornucopiæ, seu Commentaria Linguae Latinæ, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (p) 1498.

M.

(i) Caractere minuto, sed nitido. Præcedit Epistola nuncupatoria Job. Baptistæ Pii Bononiensis ad Astinensium Mariam Bentivolum, cum Tabula Capitulæ. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeler, Anno Domini MCDXCVIII die XXIII. mensis Aprilis.* Præfigitur Privilegium Ludovici Mariae Sfortiæ Ducis Mediolani, quo prohibet per quinque Annos eorundem impressionem, sub pena viginti quinque aureorum &c. In eodem legitur data facultas Hieronymo Passirano de Asula cocamitendi præbo in hac Urbe sequentes Libros, nempe, *Sidonium Apollinarem cum Commentariis; Varroem de Lingua Latina emendatum cum Enarrationibus; Apician de Cibariis; Festum Pompejum cum Appendicibus, & Fulgentii Mythologias.* De Auctore hujus Libri, citra veritatem appellato Episcopo Cartaginiensi, egi in Hist. mea Lit. ad hunc Annum, ubi Hieronymum Passirani de Asula res gestas ad Studiorum Mediolanensium proventum enunciaui. Exat in Bibl. Collegii Braydenis, S. J.

Abbatibus Placentini, sub Anno Domini M. CCCC. LXXXVIIII., quarto Nonas Majas.

(l) Exat hujus editionis exemplar apud Clariss. Johannem Sitonum de Scotia, caractere semi-Gothico, sed nitido, absque numeris paginarum &c. Liber iste, licet parvus molis, pretio suo non caret, utpote valde utilis ad topographiam Ecclesiasticam Mediolanensem illius temporis dignoscendam. In calce: *Impressum est hoc Opusculum, tanquam tabula lapidea, operâ, & impensâ Presbyteri Johannis Petri Casorati, necnon Bernardini Pizoni Mediolanensium, Anno salutis MCDXCVIII., Nonis verò Julii completum.*

(m) Servatur in Biblioth. PP. Minorum de Observantia S. Angeli Mediolani, caractere quadrato, satis nitido. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeler Anno Domini MCDXCVIII., die XII. mensis Julii, cum Symbolo ejusdem.*

(n) Caractere Romano, & chartâ optimâ, absque numeris paginarum &c. Præcedit Epistola Francisci Caymi ad Ludovicum Mariam Sfortiam Mediolanensem Ducem Illustrissimam, quam dedi supra fol. DXXII. In calce: *Francisci Petrarce Poëtæ laureati ad Philippum, olim Episcopum Cavallicensem, dehinc Patriarcham Hierosolymitanum, & demum Cardinalem, Liber de Vita Solitaria explicit. Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeler Anno Domini MCDXCVIII die XIII. Augusti.* Sequitur Petrarce Epistola, de *Dispositione vite sue, ad Governatorem Patriæ, & carmina dum laboraret in extremis, ac ejusdem Epitaphium ab ipso dictatum.*

(o) Caractere Gothico, absque numeris paginarum &c. In fronte, & ad singula Capita incisæ sunt icones, ut in aliis editionibus jam relatis. In calce: *Impressum Mediolani, per Guillelmum de Signerre fratres Rathomagenos, Anno Domini millesimo quadragesimo nonagesimo octavo, die quindecimo mensis Septembris, Regnante Illustrissimo Domino Ludovico Duce Mediolani. Impensu Gothardi de Ponte.*

(p) Exat in Cœnobio S. Petri Martyris Barlassini, Ord. Prædicat., caractere rotundo, minutiori, cum abbreviationibus. Dicatur ab Auctore Liber iste *Illustri Principi Federico Duci Urbini, & Ecclesiastici Exercitus Imperatori invictissimo.* Sequitur Tabula alphabetica, deinde Epistola Job. Pompeji Corniani Brixienfis ad Magnificum Sebastianum Badoarum Patricium Venetum, & post hanc Perotti Epistola ad Ducem Urbini. In calce: *Explicit præclarum Opus Nicolai Perotti Eruditiss. Viri Cornucopiæ, seu Commentariorum Linguae Latinæ. Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeler, Anno Domini MCDXCVIII III. mensis Novembris.* Adest in fine Commentariolus ejusdem Perotti in C. Plinii Secundi Proœmium, in quo Job. Andream Episcopum Alerianensem, de duobus & viginti erroribus arguit, ad Antonium Moretum scribens. Alibi, non una vice, lucem jam viderat.

(k) Servatur in Bibl. Atchintea, & apud Cornitem Constantium de Abdia, Equitem Mediolanensem eruditissimum, caractere rotundo, grandiore in textu, minutiore in Commentariis, absque titulis, ac numeris paginarum. Præcedit *Balthassaris Tacconi, Dacalis Striba, ad Nicolaum Corrignum, Virum Illustrum, Carmen, in Monophyllaba desinens, in laudem Job. Baptistæ Pii.*

<i>Ipsa Pius, Latine Linguâ doctissimus, in</i>	quo
<i>Non minor eloqui pellucet Meonii</i>	vis,
<i>Ut jam Doctorem dici queat & pater, &</i>	dux,
<i>Defossas qui queris opes, ac sollicitas</i>	res,
<i>Emicat ingenio, quædam fulget vel radiis</i>	Sol,
<i>Repperit ingentes thesauros, divittas,</i>	&
<i>Sidonium Sidus, met sudans, ambrosiam,</i>	lac;
<i>Utque legant omnes, nunc nobis, & studiis</i>	dat.
<i>Tu Nicolaus, decus Musarum, quique hominum</i>	Res
<i>Diceris, exulta; illa ferox non Sidonium</i>	mors
<i>Absulit à nobis. Latetur Pegasidum</i>	grex,
<i>Atque Pium titulis ornemus perpetuis</i>	nos.

De Nicolao Corrignia hic memorato nonnulla retuli in Hist. mea Lit. ad Annum MCDXCIII. agens de Gaspere Viccomite. Sequitur Epistola Job. Baptistæ Pii ad Magnificum Johannem Franciscum Marianum, Equitem, Senatorem, & Jurconsultum, Mediolanensem Civem, quam per Compendium dedi in Hist. Lit. ad Annum MD., de eodem loquens. *Sebastiani Decii Epigramma, in fine positum, ibidem recitavi; inde enim non obscure colligitur, primam hanc fuisse Editionem.* In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeler. Impensu venerabilium Dominorum Presbyteri Hieronymi de Asula, necnon Joannis de*

- * M. T. Ciceronis Opera Omnia Vol. 2., in fol. grandiore, per Guilielmos fratres le Signerre. (q) 1498.
- * Alcuni Miracoli della B. Vergine Maria, in 4. per Leonardum Pachel. (r) 1498.
- * Magistri Bartholomæi de Pisis, Ordinis Minorum, Quadragesimale de contemptu Mundi, sive de Triplici Mundo, sensibili scilicet, microcosmo, & archetypo, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (f) 1498.
- * Statuta Civilia Mediolani, reformata à Ludovico Maria Sfortia Mediolani Duce, in fol. sine Typographi nomine. (t) 1498.
- Phalaridis, Apollonii, & Bruti Epistolæ Græcæ cum Latina interpretatione, per Johannem Bissolum, & Benedictum Mangium. (u) 1498.
- Macrobiani Saturnalium Libri VIII., in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (x) 1498.
- Cœlii Apicii de re Coquinaria, in fol. per Guilielmum Signerre. (y) 1498.
- * Samuelis Casinenfis de Immortalitate Animæ, in 4. sine nomine Typographi. (z) 1498.

ANNO MCCCCXCIX.

- * M. T. Ciceronis Epistolæ familiares cum Commentar. Uberti Crescentinatis, & Martini Philetici &c., in fol. per Leonardum Pachel. (a) 1499.

Vite

- (q) Caractere Romano optimo, absque Epistola nuncupatoria; in medio cujusque pagine adsunt Librorum tituli, & in margine cujusque folii, numeri Arabici. In calce primi Voluminis: *Horum Operum, qua de Arte Cicero conscripsit, & ad hanc usque ætatem pervenerunt, Alexandri Minutiani oblocatio fuit Redemptura Guillelmorum Fratrum. Librarii opifices perfecerunt Mediolani MCDXCVIII. in legitimo Ludovici Sfortia Angli, Principis Sapientissimi Ducatu. In calce secundi Voluminis: Impressit Alexander Minutianus nono Calendis Decembris 1498. in inclita Civitate Mediolani, Ludovici Maria Angli, legitimi Ducatus anno tertio. De hac editione felicissimè tentata, atque absoluta, biennii spatio, ab Alexandro Minutiano, mentionem egi in Hist. mea Lit. ad hunc Annum; ejusdem autem integrum exemplar extat apud Marchionem Paulum Æmiliium Olivarium, Senatorem Mediolanensem, & Marchionem Theodorum Alexandrum Trivultium Patricium Mediolanensem.*
- (r) Extant in Collegio Braydenfi S. J. absque præfatione, numeris paginarum &c., caractere semi-Gothico, sed nitido. In fine Tabula Capitum, num. LXII., quæ totidem Miracula continent. Postremò: *Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel, Anno Domini MCCCCLXXXVIII die VIII. mensis Decembris.*
- (f) Extat in Bibl. Ambr. caractere Gothico, cum impressis in vertice cujusque pagine titulis Sermonum, & dierum. Sequitur Epistola *Magistri Johannis Mapelli Mediolanensis ad Reverendiss. Patrem F. Julianum Miglensem, S. Theologiæ Professorem celeberrimum*, quam dedi fol. DXXIII. In fine adest Tabula Concionum, & deinde *Index rerum, extractus, & compilatus per Magistrum Johannem Mapellam Mediolanensem, ejusdem Ordinis*, per alphabetum. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeler, Anno Domini MCDXCVIII*, cum ejusdem Symbolo. Primam Mediolanensem Editionem hujus Quadragesimalis vide ad Annum MCCCCLXXXVIII.
- (t) Caractere optimo, & chartâ nitidissimâ, sed absque titulo in fronte. Signantur singulæ pagine numeris Arabicis. Præcedit Rubrica generalis; postmodum Diploma Ludovici Ducis, datum hoc eodem Anno die XX. Octobris *de reformatione, ac editione hujusmodi Statutorum*, de quibus jam disserui in Hist. mea. Liter ad Annum MCCCCLXXX. In calce: *Impressum Mediolani, die X. mensis Novembris MCDXCVIII.*
- (u) Refert hanc Editionem Michael Maittaire Tom. I. Annal. pag. 256. his verbis: *Anno proximo (idest 1498.) Mediolani prodierunt Phalaridis &c., sed cum subjungat, ex Edibus Bartholomæi Justinopolitani &c., cujus Epistolam Libro præfixam, & ad Petrum Contarenum Patricium Venetum scriptam ibidem recitat, vereor, ne per errorem, hanc editionem Urbi nostræ assignaverit. Nihilominus, cum Impressores ejusdem nominet Johannem Bissolum; & Benedictum Mangium. Carpens, qui ceterè Anno sequenti celeberrimum Lexicon Svidæ, nitidissimis Græcis Typis apud nos vulgare, opinari possumus, ad hanc Metropolim hoc Anno illos migrasse, & hæc Epistolæ, prout excusa fuerant Venetiis, Mediolanensi prælo subdidisse.*
- (x) P. Orlandus, in Appendice Additionum ad primam partem Libri sui de Origine Typographiæ, editionem hanc Mediolanensem enunciauit pag. 435.
- (y) Hieronymus Passiranus de Asula meditatus fuerat hunc Librum edere, illumque adnotaverat in supplici Libello, quem obtulerat Ludovico Maria Sfortiæ Mediolani Duci, ut suo Diplomate ejusdem impressionem ceteris Typographis per quinquennium vetaret, ut supra innui, notâ signatâ (b). Itaque hoc Anno Cœlium Apicium in lucem protulit, quem ego minime conspicxi, sed relatum invèni à Maittaire in Indice, *Signerre* Typographo indicato.
- (z) Vidi hanc Lucubrationem inter alia Opuscula ab eodem Auctore typis edita, quæ mihi à Modoëtienfi Oppido transmissa fuere. Præcedit Epistola nuncupatoria ad *Ludovicum Mariam Sfortiam Vicecomitem, Ducem Mediolani*, quam dedi fol. DXXI. Editionem istam memorat etiam Lucas VVadingus in Annalibus ad hunc Annum; quæ autem sit in hac re sententia Samuelis Casinenfis, indicavi in Hist. mea Lit. ad Annum MCDXCIV. agens de pio, doctoquo hoc Scriptore.
- (a) Vidi apud D. Aurelium Odescalum, Decurionem Novocomensem. In calce: *M. T. Ciceronis Epistola familiares, cum commenta Hubertini Crescentinatis, & Martini Philetici super Epistolis selectis, & Georgii Merula Alexandrini; addita etiam sunt nonnulla alia loca per Angelum Politianum interpretata: Impressa Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel, sub Annis à Nativitate Domini Jesu Christi Redemptoris nostri 1499. die XV. Januarii, regnante Ludovico Maria Sfortia Vicecomite, Mediolani Duce Septimo.*

- * Vite de' Santi Padri, vulgare, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (b) 1499.
- * Missale Romanum, in fol. per Leonardum Pachel, (c) 1499.
- * Lucani Pharsalia, cum Commentariis Omniboni Vicentini, & Joh. Sulpitii Verulani, in fol. per eundem. (d) 1499.
- * Petri Casolæ Rationale Cæremoniarum Missæ Ambrosianæ, in 4. per Alexandrum Minutianum. (e) 1499.
- * Missale Ambrosianum, in fol. per Leonardum Pachel. (f) 1499.
- * Ciceronis Operum, tertium, & quartum Volumen, in fol. per Alexandrum Minutianum. (g) 1499.
- Manilii Opera, in fol. per Antonium Zarotum. (h) 1499.
- * Ovidii Fastorum Libri cum Commentariis Marfi Piscinatis, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (i) 1499.

Svidæ

- (b) Caractere semi-Gothico, absque numeris paginarum &c. Servantur in Collegio Braydenfi S. J. In calce: *Stampate nell' Alma Città de Milano per Magistro Ulderico Scinzenzeler, nell' Anno del Signore Messer Jesu Christo MCDACLX. a di XVI. di Febuario.*
- (c) Extat in Bibl. Reverendis. Capituli Metropolitanæ, caractere grandiori quadrato, satis nitido. In calce: *Missale Romanum, vigilantibus studio revivum, emendatumque &c., per Venerabilem Presbyterum Leonem de Cappelis Laudensem, impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel, Anno Domini MCDXCLX. die XVI. Aprilis.*
- (d) Extat in Cœnobio PP. Capuccinorum Viglevani, caractere grandiori in textu, & minore in Commentariis, absque numeris paginarum &c. In calce: *Exatum hoc insigne, atque præclarum Opus Lucani, cum Joh. Sulpitii Verulani, Viri Clarissimi, Commentariis, à proprio Originali extractis, necnon Omniboni Vicentini, diligentissime emendatis, impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel, Anno Domini MCDXCLX. die quarto Maji.*
- (e) Extat in Bibl. Ambr., caractere rotundo, & nitido. Caret Indice, numeris paginarum &c. Præcedit Epistola Auctoris, Canonici Ordinarii Ecclesiæ Metropolitanæ, ad Clerum Mediolanensem, in qua instituti sui rationem reddit; laborem in colligendis *Ecclesiæ Mediolan. ritibus ad Officium tum diurnum, tum nocturnum*, à se antea peractum memorat (ediderat enim Breviarium Ambrosianum Anno MCDXC.); simulque laudes Mediolanensis pietatis, & suæ tenuitatis sinceram confessionem, præclaro modestiæ exemplo, inserit. Sequitur modus Missam celebrandi juxta institutionem S. Ambrosii, Mediolanensis Antistitis; deinde supradicti Ordinis explicatio per singulas Missæ partes adjicitur; clauditurque Opusculum, explicatione rituum, & Cæremoniarum Missæ pro Defunctis. In calce: *Ambrosius de Caponago impressit apud Alexandrum Minutianum MCDXCLX. Vigiliâ SS. Gervasii, & Prothasii, idest die XVIII. Junii.*
- (f) Caractere eodem, quo Romanum, superius relatam, ab hoc Typographo editum fuit. In fine legitur sequens Epigramma.
- Hoc castigatas correcto Codice Missas
Ambrosii cernas, quo reparata fides.
Hinc mores, Legesque pias, hinc scandere cælum
Condiscat populus, religione sacer.
Nicolaos, minimo constabunt, credite, dixit,
Presbyteri, ut spargat talis per populos.
thesauros igitur cupiens baurire salutis
Perpetua, hoc dignum saps retrahet Opus.*
- Quis esset hic Nicolaus, cujus impensâ, aut curâ, excusus videretur hic liturgicus Liber, prorsus laet. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel Anno Domini MCDLXXXIX., die XXVII. Augusti.*
- (g) De hac Editione, hoc Anno absoluta à memorato Typographo, differui in Hist. mea Lit. ad Annum superiorum. Dicavit postrema hæc Volumina Minutianus *Job Jacobo Trivultio, Regis Galliarum in hac Urbe Locumtenenti*, quam dedi fol. DXXV. In calce: *Mediolani MCDLXXXIX. Idibus Octobris, Alexander Minutianus. Jobanne Trivultio Regio Locumtenente in Insubria universali.*
- (h) Referuntur à Maittaire Tom. I. Annal. pag. 160. Præcedit Epistola Presbyteri *Stephani Dulcini, Scabala Canonici, ad Magnific. Rolandam Marchionem Pallavicinum, Equitem, & Senatorem illustrem*, cujus mentionem egi in Hist. mea Lit. ad Annum MCDLXXXIX. de Dulcinio agens. In calce docet prælaudatus Maittaire ita impressum legi: *Quinto Idus Novembris, sub Illustrissimo Principe Joh. Galeatio Duce Mediolani Sexto felicissimo, Presbyter Stephanus Dulcinus elegantissimum hoc Manilii Opus, pro ingenii imbecillitate, trecentis locis emendavit: quæ autem ambigua videbantur, intacta reliquit. Doctores reliquum addant; & nihil deinceps, candide Lector, desiderabis.* Mirum mihi visum fuit, quod hoc loco enuncietur Joh. Galeaz, tamquam Mediolani felicissimè imperans, cum quadriennio ante jam obiisset; quapropter censeo, aut Typographum officitanter impressisse quicquid in Editione Anni MCDLXXXIX. excusum erat, aut Michaëlem Maittaire, decennii numero per errorem addito, librum hunc præsentis Anno assignasse, atque ex una Editione, geminam effecisse. Nullum Manilii, à Dulcinio emendati, exemplar mihi licuit explorare, ut mendum detegerem; attamen cum videam, in prima impressione narrari à Maittaire, è prælo fuisse dimissum hoc Opus *V. Idus Septembris*, in secunda *V. Idus Novembris*, arbitror, postremam istam diei Epocham assignandam esse primæ editioni, cum Epistola nuncupatoria ad Rolandum Pallavicinum, cujus fragmentum ipse refert ad hunc annum, dicatur data, *Mediolani octavo Calendas Novembres*; ea enim præcedere procul dubio diem debebat, quo vulgatus est liber; atque hinc etiam dilucidior fit error, quem suspicor intercessisse; cum idem nonus dies, in utraque impressione, absoluto Typographico officio statuatur, id namque indicium est, confusam fuisse unam cum altera. Verum levia hæc, in tam vasto voluminum relatorum mole, minimè decus imminuunt Scriptoris prælaudati, de initiis ac progressu Typographiæ, supra omnem invidiam, benemeriti. Quin imò, ne in re obscura, quidquam certi ex sola ingenii mei conjectura proferrem, & venerationem meam illustri memorato Viro testarer, fideliter hoc loco Manilium sub illius fide adnotavi.
- (i) Caractere rotundo, nitido. Extant in privata Bibl. Marchionis Trotti, Equitis Mediolanensis. In calce: *Litærarie Sodalitati, Viminali, & universæ Academiæ Latinæ, ad Viventium, posterorumque usum Marfi Piscinatis, Poëtæ Romani, fidelissimam Fastorum interpretationem, Gabriel Conagus Civis Mediolanensis ab Ulderico Scinzenzeler Theutonico, suâ operâ, & impensâ imprimerdam curavit Anno salutis MCDXCIX. quarto Idus Novembris.* Subscriptio eadem est, quæ in Veneta Editione Anni MCDLXXV. legitur, mutato tantum nomine Correctoris, & Typographi, Mediolanensium.

Tom. I.

kkkkk

- * Svidæ Lexicon Græcum, in fol. per Johannem Bissolum, & Benedictum Mangium. (k) 1499.
- * Vita del Divo, & glorioso Confessore Sancto Niccola de Tollentino de l'Ordine de' Frati Heremitani di Sancto Augustino, facto al tempo del Beatifs. Papa Joanni XXII., in el quale liberò la Chiesa da grande Scisma &c., in 4. per Leonardum Pachel. (l) 1499.
- Melchioris Parmensis Dialogus de Anima. (m) 1499.
- Filoftrato dell' innamoramento di Troilo e Grifeide, in 4. per Uldericum Scinzenzeler. (n) 1499.

ANNO M.D.

- * Plautus integer, cum interpretatione Jo. Baptistæ Pii, in fol. per Uldericum Scinzenzeler. (o) 1500.
- * Petri Pauli Vergerii, de ingenuis moribus, in 4. per eundem. (p) 1500.
- * Antonii Mancinelli Carmina, in 4. per Petrum Martyrem Mantegatium. (q) 1500.
- * Ejusdem Opusculum de Scribendi, Orandique modo, in 4. per eundem. (r) 1500.
- * Ejusdem varia Opuscula, in 4. per eundem. (s) 1500.

Bar-

(k) Extat in Bibl. Ambr., caractere optimo. Editionem hanc descripsit luculento sermone Michaël Maittaire in *Annal. Typogr.* pag. 256. & seqq., Dialogum Græcum inter Bibliopolam, & Juvenem studii amantem de utilitate, & pretio hujus Libri, compositum à *Stephano Nigro*, integrum referens. De Auctore hujus Dialogi, qui Oratoriam Artem Mediolani publice docuit, differui in *Hist. mea Lit.* ad Annum MCDXCVI. Ante Svidam adest duplex Epigramma *Antonii Motta*: item Epistola Latina *Job. Mariae Cattanei* ad *Albertum Pium*. In fine verò leguntur Carmina *Job. Salandi*; hi autem omnes Discipuli fuerant *Demetrii Calchondyla*, cujus industriam, summitque laboribus absolutum est celeberrimum istud Opus, quod tunc temporis ita fuisse rarum ipsemet testatur in Epistola Græca ibidem impressa, ut qui in Italia, ac Græcia, inter MStos Codices illud teneret, thesaurum se possidere arbitraretur. *Demetrii Calchondyla* Familiam, & Literaria studia fusè indicavi, atque exposui, in *Hist. mea* memorata ad hunc Annum. In calce: *Anno ab Incarnatione MCDXCLX. die XV. Novembris, impressum Mediolani, impensâ, & dextertate D. Demetrii Calchondyli, Johannis Bissoli, Benedicti Mangii, Carpentum*, cum eorumdem Symbolo.

(l) Vidi Augustæ Taurinorum apud P. Petrum Paulum Quaglinum sæpius laudatum, caractere semi-Gothico per columnas distributo. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Johannem de Lignano, & Leonardum Pachel Anno Domini MCDXCLX.*

(m) Siccam hujus Libri notitiam inseruere suis Catalogis Cornelius à Beughem, & P. Orlandus, sine ullis annotationibus.

(n) Transmissus ad me fuit titulus hujus Libri à Bergomensis Urbe, utpote asservati in Biblioth. Co. Scipionis Boselli, relicto mihi desiderio palam exponendi, quomodo exaratus sit iste Codex, soluta ne Oratione, an Italico metro.

(o) Extat apud Com. Donatum Sylvam, Romano nitido caractere, absque numeris paginarum. Præcedunt Epigrammata in laudem Baptistæ Pii, contexta à Sebastiano Ducio, Jo. Alberto Marliano Mediolanensi Patricio, & Antonio Maria Calcarerra, pariter Mediolanensi Patricio: Dein Epistolæ duæ, altera Philippi Beroaldi ad Lectorem, & altera ejusdem Pii, ad Joannem Bentivolum Bononiæ Dictatorem. Sequuntur in fine Epigrammata Joanuis Salandi, & Alexandri Gabuardi de Turcella Parmensis. In calce: *Impressum Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeler, anno MCCCC., die XVIII. mensis Januarii.*

(p) Caractere quadrato, prorsus simili alteri Editioni, jam relatæ Anno 1495., absque numero paginarum, Indice &c. In calce: *Hoc Opus impressum est Mediolani per Magistrum Uldericum Scinzenzeler, anno Domini MCCCC., die IX. Martii.*

(q) Servantur apud Comitem Donatum Sylvam, caractere rotundo minutiori, sed nitido, absque numeris paginarum &c. Præcedit Auctoris Carmen, loco Epistolæ nuncupatoriæ, *Urso, Ursinae Domus Heroi clarissimo, Episcopo Thean. ac Gymnasi Almae Urbis Reitori quam optimo*. Sequitur Auctoris ejusdem Epistola ad Lectorem, data *Kal. Sextilibus Millesimo Quadragesimo Octogesimo Nono, Roma*. In calce: *Impressum Mediolani per Petrum Martyrem de Mantegatis, ad impensam Domini Johannis de Legnano, Anno à Nativitate Domini MCCCC. die X. mensis Junii, cum ejusdem Symbolo.*

(r) Infertum est Codici præcedenti, caractere eodem. Hoc Opusculum Mancinellus dicavit *Valerio Crispino Jurisconsulto eximio, Civique Veliterno quam optimo, & generoso*. In calce: *Impressum Mediolani per Petrum Martyrem de Mantegatis, cum ejusdem Symbolo.*

(s) Etiam hæc inserta vidi Volumini superius memorato, caractere eodem. Horum tituli sunt sequentes, nempe: *Elegantis Portus; Laurentii Vallensis Lima; in Ciceronis Rhetoricen ad Herennium Commentariolus; Domitii Palladii Sorani Carmen*. Legitur ibi Epigramma in laudem Mancinelli:

Mos Cynici laudandus erat, collecta docentis

Omnia discipulos sub brevitate suos;

Nec minus à cunctis decoratur laudibus ille,

Qui Trogi longum quam breve fecit Opus.

Et tibi, Flore, datur laudi subfuisse laborem

In Livj summa fertilitate pium.

Sic Mancinelli brevis celebranda docendi,

Cum pateant multis, quæ latuere diu.

Hæc editio curata fuit à Mancinello, quemadmodum testatur Adnotatio in calce impressa: *Reliqua rite manent, nec unquam ita rectè imprimuntur; Mancinellus enim astutus, dum imprimerentur. Impressum Mediolani per Petrum Martyrem de Mantegatis, sine Anno; fortasse, cum illum Typographus in primo Opere adnotavisset, hoc loco repetere non curavit. In eodem Codice adnexa reperitur altera Mancinelli elucubratio, de parentum cura in liberos, & de filiorum erga parentes obedientia.*

- * Bartolomeo Miniatore, Formulario d'Epistole vulgare, missive, & responsive, in 4. per Joh. Angelum Scinzenzeler. (t) 1500.
- * Luchinus de Aretio, Opusculum de Prologis, seu Procemiis &c., in 8. per Alexandrum Minutianum. (u) 1500.
- * Stephani Notii Opus remissionis à poena, & culpa, in 4. per Leonardum Pachel. (x) 1500.
- Varro de Lingua Latina. (y) 1500.
- Franchini Gaffuri Opus de Musica, seu Armonia Musicorum Instrumentorum, in fol. (z) 1500.
- * Eusebii Conradi, Mediolanensis, Canonici Regularis, Tractatus secundus de præsidentia Clericorum Regularium præ Monachis &c., in 4. (a) 1500.

Clau-

dientia, cujus memoriam omittendam non censui, quamvis fines mihi in hac re statutos editio ista prætereat; præsertim, cum desiderari hanc notitiam in Annalibus Maittaire viderim. In calce: *Impressa Mediolani per Johannem Angelum Scinzenzeler Anno Domini MDIV. die XXIX. Aprilis ad impensas Johannis Jacobi, & Fratrum de Legnano.*

(t) Extat in Biblioth. Ambros., caractere semi-Gothico. Præcedit Epistola nuncupatoria ad *Excelsum, & Illustrissimum Principem Ferraria Ducem*, barbaro illius temporis Italico sermone confecta. Adjicitur in fine etiam Formularium titulum. Eandem provinciam occupaverat jam *Marius Philadelphus* in suo Epistolario, ut vidimus; quapropter suspicor, ex eo fonte derivatum Italicum istud Opus. In calce: *Finisce et Libro, cbiato Formulario, stampato in Milano per Magistro Joanno Anzelo Scinzenzeler nel 1500. a di XXII. de Otoberio.*

(u) Extat in Bibl. Ambr., & in Cœnobio PP. Eremitarum S. Augustini in Cœlo-Aureo Papiæ, caractere & charta admodum nitidis, absque numeris pagg. &c. In fronte legitur sequens titulus: *Egregium, ac perutile Opusculum per Reverendam Patrem Fratrem Luchinum de Aretio Mediolanensem, Regularis Observantiae Sacri Ordinis Eremitarum S. Augustini, Congregationis Lombardiæ, compilatum, de Prologis, seu Procemiis, maternâ Linguâ accuratissimè conscriptis, deservientibus per tam Quadragesimam predicare volentibus. Quibus adjuncti sunt alii centum quinque, diversis materiis opportuni; bisque omnibus, vita comite, assistentibus Deo, Prædicationes sibi correspondentes applicare intendit. Hos si diligenter, fideliterque perlegeris, mira profectò te suavitate r'ficiant, maximamque afferent utilitatem.* Post titulum sequitur Epigramma ad Lectorem:

*Non hic Aristoteles, non est hæc vana poësis,
Sydera, nec numeros, te docet iste Liber;
Ast hæc mortales miseri revocantur ab orco,
Ad superosque polos, sanctaque regna Dei.
Ergo cui cura est, vitam instaurare malorum,
Et cupis exilium crimina cuncta pati;
Accipe sacundo, Lector, dictata Libello,
Quem modò Luchini dat tibi grata manus.
Luchinus, miserans tarda commercia lingua,
Doxoris partes sedulus hic peragit.
Arguit, hortatur, commendat, cuncta retundit.
Crimina, sancta, bona, (&c) facta nefanda virûps.
Tempore quod multo dudum docuere Magistri,
Atque avida quisquis quod sibi mente parat,
Hinc fluit: undanti labuntur flumina cursu,
Qui fluit, ad fontem jam properando veni.
Subinde Tetracon ad Emptorem.
Quod prece, nec pretio jam dudum contigit ulli,
Nec potuit Rbetor, Grammaticusque dare;
Nunc sibi quisque potest parvo conquirere sumptu
Hoc Opus impressum, nam patet ars novo.*

Prologis istis Latina Inscriptio ubique præponitur; reliqua Italico illius ætatis sermone digesta leguntur. Ex Arconata nobili Familia, de Arretio appellata, Mediolani prodiit Luchinus in lucem Anno MCCCCXXIV., teste Aloyfio Torello in *Seculis Augustiniani*, Vol. VII. fol. 523. qui ejusdem vitam per compendium refert, asserens, eundem Ordini suo adscriptum, non doctrinâ solum, sed singulari morum sanctimonia illustrem obisse, in nostra Metropoli, apud Fratres Sanctæ Mariæ Coronatæ (ut constans est traditio) Anno MDI. In calce: *Impressum Mediolani Anno Jubilei 1500. die 2. Novembris, industriâ, & impensâ Alexandri Minutiani, Oratoris facundissimi.*

(x) Extat in Bibl. Ambr., caractere Romano nitido, absque numeris paginarum &c. Præcedit Epistola ejusdem ad *Reverendiss. in Christo Patrem D. Johannem Antonium de Sancto Georgio, dictum de Placentia, Civem Mediolanensem &c. nunc Cardinalem Alexandrinum dignissimum.* De hoc Libro sermonem habui in mea Hist. Liter. ubi Auctoris prædicti res gestas illustravi ad Annum MCDLXXXIII. In calce: *Præmissum Opus composuit F. Stephanus ex Nottis, primò in alma Brayde Domo Ordinis Humiliatorum Mediolani professus, & nunc in Domo de Carugate ejusdem Ordinis, & Civitatis Præpositus, Artium, & Theologia Magister, ac Decretorum Doctor &c. Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel Anno Domini 1500. die primo Decembris.*

(y) Refertur à Michaële Maittaire pag. 367., & ab Joh. Alberto Fabricio Tom. I. Bibl. Latinæ pag. mihi 78., ubi hæc habet: *Mediolanensem Editionem (Varronis) Anni 1500 laudat dignus Vir vitâ longiore Tobias Gutberlesbus, Libro de Saliis pag. 131. Credi potest hic Liber, editus à Hieronymo Passirano de Afula, qui in Diplomate Ludovici Mariæ Sfortiæ Anno MCDXCVII. dato, die XXIII. Aprilis, superius enunciato, facultatem obtinuit, imprimendi Varronem de Lingua Latina emendatum cum enarrationibus, indictâ ceteris Typographis pœnâ, ne illum per quinquennium excuderent.*

(z) Adnotat hanc Editionem in *Incunabulis Typographicis* Cornelius à Beughem pag. 63.

(a) Extat in Bibl. Ambr., caractere quadrato, cum nonnullis abbreviationibus, absque numeris paginarum &c. caret notis Anni, loci, & Typographi; sed tempus eruitur ex primis Præfationis verbis: „Cum „ Anno superiori, videlicet MCCCCXCIX., essem à „ Patribus in Canonica S. Georgii de Brinate, reformationis gratiâ, designatus, & Reverendus Pater „ D. Sylvanus Venetus, Generalis Rector tunc esset, „ attulit ad me nescio quæ contra Ordinem nostrum „ scripta in modum Dialogi, ac alia plurium Doctorum „ notata in favorem Monachalis præsidentie, „ hortabaturque monendo, atque mandando, ut Doctorum consiliis, & collegiis, in favorem præsidentie Monachorum contra nos scribentibus, responderem &c. „ Mediolani autem peractam fuisse hujus Libri impressionem, compertum nobis facit Celsus de Rosinis in suo Lycæo Lateranensi, inquit, eodem hoc Anno MD. Eusebium Conradum obisse in Cœnobio S. Mariæ de Passione hujus Metropolis, ut jam admonui in Hist. mea Lit. Anno MCDLXXIX. agens de hoc Scriptore, nobilique Cive Mediolanensi.

DCVIII CATALOGUS LIBRORUM

- * Claudianus de raptu Proserpinæ, cum Commentariis Auli Jani Parrhasii, in fol. (b) 1500.
- * Georgius Merula de Antiquitatibus Vicecomitum, in fol. (c) 1500.
- Nonius Marcellus, &)
Festus Pompejus,) in fol. per Joh. Angelum Scinzenzeler. (d) 1500.
- Diomedis de Oratione, partibus Orationis, & vario Rhetorum genere, Libri tres, cum aliis Grammaticis, in fol. per Johannem Angelum Scinzenzeler. (e) 1500.

CATALOGUS LIBRORUM,

QUI MEDIOLANI SEculo XV. IMPRESSI FUERE,
ABSQUE ANNI, AUT TYPOGRAPHI, AUT LOCI NOTA:

- * Ludolphi Charthusiensis Meditationes Vitæ Jesu Christi, in fol. per Joh. Antonium de Honate, sinè Anno. (f)
- * S. Ambrosii Vita, ac quædam Opera, in fol. sinè nota loci, Typographi, & Anni. (g)
- * Eusebii Chronicon, in 4. magno, per Philippum Lavaniam, sinè loco, & Anno. (h)

Bonini

(b) Servatur in Bibl. Ambr., nullis signatis chronicis notis, caractere Romano, nitido, cum titulo Librorum in fronte cujusque paginæ, & numeris Romanis ad eandem indicandas. Huic anno Editionem istam assignavi, ex Epistola Libro præfixa ejusdem *Jani Parrhasii ad Cajum Catellianum Cottam, Mediolanensem Patricium*, data in hac Urbe Anno MD., eaque legi potest superioris impressa fol. DXXVI. In Hist. verò mea Liter. quicquid ad hanc Editionem spectat, exposui; quapropter eandem hic uberius describere supervacaneum reor. De hisce Commentariis iterum differam in postremo Mediolanensium Impressionum Catalogo, sine Anno, aut loco, aut Typographo.

(c) Extat in Bibl. Ambr. sine Loco, Anno, & Typographo. Cur autem Editionem istam Anno huic affixerim, vide Hist. meam Liter. ad hunc Annum. Geminas Epistolas, quæ in fronte leguntur, recudere necessarium duxi fol. DXXVIII. & seqq. cum in altera posteriore Anni MDGXXIX. prorsus expunctæ fuerint.

(d) Etiam hunc Librum Hieronymus Passiranus de Asula, imprimendum curavit cum *Appendicibus*; siquidem in Diplomate Ludovici Mariæ Sfortiæ, paulò antea memorato, recensetur *Festus Pompejus cum Appendicibus*, cui adjicere placuit *Nonium Marcellum*.

(e) Hujus Editionis notitiam per Amicum recepi, cum hac nota in calce: *Impressum Mediolani per Johannem Angelum Scinzenzeler, Anno Domini MD.* Eadem hæc verba excusa leguntur etiam in impressione, quam emendatiorem, amplioremque *Venetis* curavit per *Johannem Tacinum* Typographum *Michaël Pegulotus Camisius*, Regiensis, dicans illam *Clariss. Viro Federico Vallaresio, Patritio Veneto*, datâ ad ipsum Epistolâ Anno MDXXIX. quinto Kalendas Augusti; fortasse namque manifestum esse omnibus voluit Pegulotus, quanto locupletior foret novis Additamentis Editio Veneta, comparata cum illa, quæ Mediolani prodierat. Ceterum Gesnerus apud Fabritium Tom. I. Biblioth. Latinæ, pag. mihi 782. testatur, Veteres quosdam Grammaticos typis Mediolanensibus vulgatos fuisse, de *Sententia Parrhasii*, qui certè hoc Anno Humaniores Literas in Urbe nostra publicè docebat, quemadmodum adnotavi in mea Hist. Lit. ubi de Jano Parrhasio sermonem institui ad præsentem Annum.

(f) Minutiori Gothico caractere, sed rotundo, & nitido: in calce: *Explicit Liber de Vita Jesu Christi, non ille de Infantia Salvatoris apocriphus, sed ex serie Evangelicæ Historiæ collectus, Ven. Religiosi Landulphi almi Ordinis Cartusienfis, Viri doctissimi Evangelistarum, & Evangelii totius Anni Interpretatio, & Expositio, ac super ipsis Meditatio, Impressi Mediolani, impensis Nobilis Viri D. Petri Antonii de Castilione, ac opere, arteque Joannis Antonii de Honate.* Hunc Typographum cum suo fratre *Benigno*, torcularia in hac Metropoli fuisse Anno MCDLXXVII. diximus in Prolegomenis; quapropter inter primos ejusdem labores hunc fuisse, opinari possumus, cum sequentibus Annis typos suos frequentius impenderit, edendis Jurisprudentiæ Libris, ut ex superiore Catalogo Lector ediscere valebit.

(g) Caractere rotundo, nitido, qui *Antonii Zaroti* esse videtur. Hanc editionem affixi Anno MCDLXXVII. in Hist. mea Lit. ad illum Annum, cum eodem Anno in Pentecoste *Ambrosius de Cora*, cui, Dignitate *Vicarii* ornato, dicatus est à *Mafello Venia Beneventano* Liber iste, non amplius *Vicarii* munere fungeretur, sed in *Generalium Ordinis Eremitani S. Augustini, Præfectum* electus fuisset. Quòd autem Mediolani prodierit hic Codex, docet ipse *Mafellus* in Epistola nuncupatoria, quam dedi fol. CDLVII.

(h) Extat in Bibl. Ambr., caractere Romano, nitidissimo, & amplo margine, absque numeris paginarum &c. Curavit hanc Editionem *Boninus Mombricitus*, Civis Mediolanensis, nobilitate sanguinis clarus; idèque dubitari nequit, peractam fuisse in hac Metropoli. Typographum indicavit ipsemet Mombricitus in suo Epigrammate, fronti hujus Codicis affixo, in hæc verba:

*Historias quicumque suo cum tempore queris,
Hoc tibi non amplo Codice Lector babes.
Condidit Eusebius, tecumque Hieronyme, Prosper;
Matthæi pars est ultima Palmerii.
Omnibus ut pateant, tabulis impressit abenis
Utile Lavana Gente Philippus Opus;
Hæcenus hoc toto rarum fuit Orbe Volumen,
Quòd vix qui ferret tædia Scriptor erat.
Nunc ope Lavanæ numerosa volumina nostri,
Ere perexiguo qualibet Urbe Legunt.*

Sequun-

- * Bonini Mombratii ad Sanctiss. D. D. Sixtum IV. Summum Pontificem, de Dominica Passione, Libri quinque, in 4. per Antonium Zarotum, sine Anno. (i)
- * Caji Julii Solini, de Mirabilibus Mundi, in 4. sine Anno, Typographo, & loco. (k)
- * Hesiodi Ascraei Poetae Georgicon, à Nicolao de Valle è Græco in Latinum conversum, cum Theogonia à Bonino Mombratio in Heroicum Carmen tracta, in 4. sine loco, Anno, & Typographo. (l)

Vitæ

Sequuntur alia duo Epigrammata, à Mombratio pariter conscripta.

*Qui cupit anness prius abdita tempora Mundi
Noscere: transcriptos hos emat ære Libros.
Non calamo speret volucris, non condere penna,
Plurima qui temptet, menda patere solet.
Seu sibi prescriptam servet non linea sedem;
Sive sua reges, à statione cadent.
Semper in his eadem facies, idemque Libellis
Stat tenor, & proprios continet ordo locos.*

Alterum.

*Quidquid ab exortu, mundique recentibus horis,
Pene sub hos gestum creditur esse dies.
Codicis ex hujus certa ratione videbis;
Et sipe non multa, multa notanda feres.*

Circa Annum MCDLXXV. editum fuisse celeberrimum hoc Opus, vulgarior opinio est, cum Philippus Lavania nonnisi Anno MCDLXXIII. cœperit Mediolani Libros excudere, ut in Prologomenis docui, & inter primas Mombratii Typographicas curas editio ista recensetur.

- (i) Extat in Bibl. Ambr., caractere quadrato, nitido, absque numeris paginarum &c. In calce: *Opus impressum Mediolani per Antonium Zarotum Parmensem.* Præcedit Auctoris Epigramma ad Sixtum IV.

*Alter ab Insubribus Liber, Optime Maxime Præsul,
Te petit, hoc etiam pignus amoris habe.
Tu Franciscus eras, sacra mirabile nomen
Ante crucis; vestis & crucis instar erat.
Nunc autem Petri cum sis Successor, & heres,
Isque sui ligno more pependit Heri;
Cur est, quod timeam pendentem scribere Christum,
Et Cruce confixum multa nefanda pati?
Dedecus hæc olim, solisque Latronibus apta,
Nunc Regum mediis frontibus extat bonos.
Ex hac nostra Salus, veterisque redemptio culpa;
Ex hac ad Cæli sydera terra patet.
Annus, meque jube susceptum pergere munus;
Propositam Domini jam cano, Sixte, Crucem.*

Provestâ jam ætate confectum fuisse hoc Opus à Mombratio, docet initium Latini Poëmatis in hæc carmina:

*Qui nimis absumpsit primos juveniliter annos,
Et Cyrrham, & Musas, & vana vocabula, Phæbum
Inducens semper, nec iis aliquando quietus,
Omnia Christicola fortè inconcessa peregi;
Sed commonitus studia in contraria volvor,
Meque mihi invidio; juvat ad meliora redire,
Et justo Musas odio, Phæbumque loquacem
Sectari, tutèque illis indicere bellum &c.*

Quodnam esset opus illud, quod memorat à se dicarum Sixto IV., in principio superioris Epigrammatis, antequam alterum hoc ad illum transmitteret, divinare non valeo, cum nulla mihi occurreret Mombratii lucubratio, Summi illius Pontificis nomine signata. In fine additur ejusdem Poëma de planctu Virginis, ac demum hæc nota: *Opus impressum Mediolani, per Antonium Zarotum Parmensem.*

- (k) Extat Exemplar in Biblioth. Ambros. caractere rotundo, nitidissimo, absque numeris paginarum, Præfat., Indice &c. Editus fuit *Solinus* à Bonino Mombratio, & ab eo dicatus *Rev. in Christo Patri, & Domino Antonio Trivultio Juris Pontificii Doctore clarissimo &c.*, excuso in fronte Epigrammate, quod recitavi in Histor. mea Liter. ad annum MCCCCLXXIV. Hanc Editionem ibidem vocat Mombratius primitias sui laboris; quapropter opinari possumus, circa illum annum in lucem prodiiisse. Sequitur brevis Elegia ejusdem, de laudibus Solini:

Bonini Mombratii ad eundem D. Antonium Trivultium in C. Julium Solinum de Mirabilibus Mundi Præfatio.

*Dulcis, & eloquio brevis est Solinus aperto,
Quem legis, & dignus nam fuit ille legi.
Omnibus ostendit totum cum Gentibus Orbem,
Et quæ sint paucis cognita, multa docet.
Oppida, lustra, viros, gemmas, & flumina, monstrat,
Et quicquid mirum terra, vel æquor habet.
Si cupis Antoni, cunctarum ludrica rerum,
Parvi de specula disce patente Libri.
Hoc duce lustrandi parces nam sumptibus Orbis,
Nec metues longa certa pericla via.
Tutus ab impensa, longoque labore, videbis
Protinus ingenti quicquid in Orbe jacet.
Maxime, quo plus hæc, quàm te fore digna, Trivulci,
Crediderim, meritis sepe vocande tuis.
Occurrunt multi, quibus ocia nostra petuntur,
Mombratiâque parent nomen habere lyrâ.
Nemo, quod in populo famam se speret habere,
Digna licet divo Casare bella gerit;
Emula Lunari vel comparet oppida celo,
Aut titulis magnum vincat, & ære Mydam:
Si non ipse sibi famam scribendo pararit,
Aut babeat pro se qua memoranda canat.
Parcite; debetis Scriptoribus omnia Reges,
Et quæcumque supra nomina vulgus habet.
Tu simul bis famam, pyllos sperabis & amos.
Versibus & discet non moriendo mori.
Contemptas aliis dextro quod lumine Musas
Prospicis, & dignus dignas honore foves.*

- (l) Servatur iste Codex in Biblioth. Ambr. caractere crassiori, sed pulchro, absque titulis, numeris paginarum &c.

- * Vitæ Sanctorum à Bonino Mombritio collectæ, & alphabeticè digestæ, Volum. II. in fol. prægrandi, sine Anno, Typographo, & loco. (m)
- * Chirii Consulti Fortunatiani, & aliorum, Opuscula quædam, in 4. sine loco, Typographo, & Anno. (n)

Roga-

(m) Extant in Biblioth. Ambros. Romano optimo caractere Præcedit Epigramma ad Magnificum Virum, splendidissimumque Equitem auratum Cichum Simonettam, Illustr. & Excelsi Ducum Mediolani Secretarium:

Cicche salus Regum, Latia Moderator babena,
 Quique mei Tutor sis sine labe Ducis:
 Cicche potens rerum, rerum quo cardine postes
 Claudere nunc aditum, nunc aperire solent.
 Tu potes optata Mundo commercia pacis
 Reddere, tu validâ cogere bella manu.
 Mars tamen Italia vacat, Erigoneaque Cælo,
 Saturno rursus cum sensu lapsa redit.
 Est aliquid, quod Te legisse per ocia malim,
 Sanctorum Vitas, maxima gesta Virum.
 Invenies aliquid, quod & invenisse juvabit;
 Nil Ciccho, fateor, dignius esse meo.
 Nil petimus, quàm quòd nostro sis blandus amori,
 Et Mæcenatem me coluisse feras.

Ex hisce carminibus tempus eruitur, quo peracta est Mediolani, omnium ore celebrata hæc Editio, nempe illud, quod intercessit tutelam Jo. Galeatii à Ciccho susceptam, & annum MCCCCLXXX., quo miserri-
 mè Cicchus obiit, manu carnificis. De iniustâ, indignâque hac cæde aliqua adnotavi in Hist. mea Lit. ad annum MCCCCLXXV. Præcedit tabula alphabeticæ Sanctorum, quorum Vitæ in primo Volumine describuntur: Altera enim tabula sequenti præfigitur, indicatis ubique numeris Romanis paginarum, qui tamen ad eandem marginem minimè impressi sunt. Post relatam superius Epigramma, sequitur ejusdem Mombritii brevis Elegia:

Queris in hoc, qua sit farrago, volumine, Lector,
 Qua niveum Christi pascat, alatque gregem?
 Fabellas alii recitent, nugisque decoris
 Largitos perdant ad meliora dies.
 Aut sibi pro patria Decios occumbere narrent,
 Quique libens avido coxit in igne manum.
 Nos Christum, Christique Duces, clarissima Mundi
 Lumina, credidimus dignius esse legi.
 Sanctorum historias, animi quin pinguis carpis
 Pabula, vincentes & melimella dapes?
 Non tamen hinc unus spectatas Scævola flammis
 Vincit, & ardentem gaudet habere manum;
 Nec certè crudele nimis, vanumque duobus
 Exitium Decis, vix memoranda leges.
 Sæpe leges avidis objectos ignibus ultro
 Id genus, & ferrum sæpe jocando pati.
 Et non in pennis unum; numerosa videbis
 Agmina, carnifices ludere sæpe suos.
 Quoque magis cædi damnatos undique cernis,
 Christi, mira loquor, sit magis ausa Fides.
 Ut cum sæpe novas disiecto caudice vites
 Fæcundis spectas surgere palmitibus;
 Aut ubi prata gravi nuper sunt strata chlidro,
 Et raras junco vix habuere cutes;
 Sæpius arata gramen quòd falce recidis,
 Efficit umbrosam densior herba solum.
 Ergo tibi positis prudens certissima nugis,
 Purpureos inter Martyras acta lege.

Inter odoratas i virginitate catervas,
 Et Christum gemino disce preire choro.
 Perlege; te quid enim per longa exorsa moramur?
 Perlege: plus nugis dulcibus ista dabunt.
 Delicias quibus, & opes tempissime caducas,
 Læsus & innocuas sæpe referre vices,
 Cladibus in mediis cantatas dicere laudes,
 Et passo fieri victima digna Deo.

Cum Bibliothecas perlustrarem, aliqua mihi occurrerunt hujus Operis exemplaria, raritate suâ, maximo in pretio habita; verùm animadverti, ferè in omnibus deesse columnam unam, quæ claudit Vitam Sancti Nichasii, & Sororis ejus Eutropiæ; in paucis verò eandem inveni caractere eodem antiquo excusam. Inter hæc postrema, illud Bibliothecæ Ambrosianæ de integritate gloriari potest; consideranti autem mihi, quâ de causâ evenerit, ut alia exemplaria manca essent, alia integra; nullam verisimiliorem censui, nisi quòd Typographi serò admoniti de errore ab ipsis per ositantiam commisso, in reliquis, quæ adhuc venalia supererant, illum emendaverint, paginam omis-
 sam imprimendo. Neque arguendi sunt negligentis in hac re soli Mediolanenses Impressores; id enim mihi detegere contigit in Moguntinis Typographis, qui rarissimam Bibliothecæ Sacrorum Editionem in ea Urbe curaverunt anno MCCCCLXII. Siquidem cum diligentè evolverem Exemplar illius in pergamenâ excusum, ad Serenise. Principem Eugenium Viennam Austriæ transmittendum, reperi, finem unius pagine cum initio alterius minimè cohærere; quapropter ad examen deductis aliis Sacræ Scripturæ impressis Codicibus, compertum habui, peritum integram deesse, reliquo textu cum cæteris optimè consentiente. In calce nostræ Editionis, ante Vitam Sanctæ Monicæ, extra ordinem alphabeticum ibidem positam, legitur sequens Epigramma Bonini Mombritii ad eundem Cichum Simonettam, quod, ne longiori carminis descriptione Lectori molestus fierem, passim contraxi.

Parcite compositis, hæc ad scribenda, metallis.
 Parcite; sat magnum, cernitis, extat opus &c.
 Dives ab exemplo tot eris, mi Cicche, Bonorum:
 Quem non bi doceant, nil didicisse potest &c.
 Non adeò multos ducas, ut tædia gignant;
 Non adeò paucos, ne bonus esse queas &c.
 Interea tibi vivemus, natisque superstes,
 Auratos degas, ocia pulcra, dies.

(n) Extant in Biblioth. Ambros. caractere satis nitido, absque numeris paginarum, Indice &c Præcedit Epistola Francisci Puteolani, ad Jacobum Antiquarium, quam dedi pag. DXLIX. Ex ea verò clare dignoscimus, hanc Editionem Mediolani peractam fuisse, cum uterque in hac Urbe domicilium fixisset. In fronte primæ pagine legitur sequens titulus Opusculorum: Hoc in volumine aurea hæc Opuscula continentur: Chirii Consulti Fortunatiani, Rhetoricorum libri tres: Dialectica ejusdem: Computus ejusdem: Dionysii Halycarnassæ præcepta de Oratione nuptiali, per Theodorum Gazen Græco in Latinum traducta: Ejusdem præcepta de Oratione natalitia, ab eodem traducta: Similiter præcepta de componendis Epithalamis. Ante Dionysii Halycarnassæ Opera præmittitur Epistola Theodori Gazen Thessalonicensis, ad Lucinum de Medicis, cujus hortatu se hoc aggressum Opus ait, licet Græcus homo, & hospes in Latino sermone foret; data est autem Mantua Idibus Quintilis, absque anno. Adjicitur Oratio nuptialis, quam arbitror confectam fuisse ab eodem Theodoro, in nuptiis Ugutionis Contrajii Ferrariensis, & Camillæ, Filie Marci, habita in præsentia Excelsi Principis, quem minimè nominat. Brevissima est; idque factum ait Author, ob valetudinem Principis.

- * Rogationes, feu Litanæ Ambrosianæ Triduanæ, in 8. sine loco, Anno, & Typographo. (o)
- * Calimachi Cirenæi, Hymni, à Jacobo Crucio Bononiensi Latinitate donati, in 4. sine Anno, loco, & Typographo. (p)
- * Georgii Merulæ de Antiquitatibus Vicecomitum Libri X., in fol. sine loco, & Anno, per Alexandrum Minutianum. (q)
- * Duodecim Panegyrici Veterum, in 4. sine loco, Anno, & Typographo. (r)
- * Libro della Consolazione delle Medicine semplici &c. di Giovanni figliuolo di Messue, in fol. sine loco, per Magistrum Joh. Wurster de Campidona. (f)
- * Demetrii Calchondylæ Grammatica Græca, in 4. sine loco, Anno, & Typographo. (t)
- * Jafonis de Mayno Orationes tres Latinæ, in 4. sine loco, Anno, & Typographo. (u)

1475.

S. Ber-

(o) Servatur hic codex in Biblioth. S. Sepulchri Mediolani, caractere Romano grandiori nitidissimo, & charta optima, absque numeris paginarum, Indice &c. Præcedit Epistola Archangeli Ungardi Presbyteri, ad Rev. Patrem, ac Juris utriusque Doctorem eximium, Dominum Romanum de Barni &c., quam dedimus pag. DXXXIX. An iste Ungardus Typographicam artem exercuerit, differui in Prolegomenis cap IV. Cùm verò Romanus de Barni, Vicarii Generalis munus in hac Urbe gereret nomine Stephani Nardini, divina miseratione Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopi, & S. R. E. Cardinalis, tempus colligimus, quo impressus apud nos fuit iste Rogationum Liber, scilicet intra annos MCCCC-LXXIII., quo sacrâ purpurâ donatus fuit à Sixto IV. Nardinus, & LXXXIV. Seculi decimi quinti, qui postremus fuit ejusdem vitæ.

(p) Extat exemplar in Bibl. Ambr. caractere optimo Romano, absque numeris paginarum &c. Adest titulus in fronte cujusque pagine, sed sine numeris &c. Cur Mediolano hanc editionem adscripserim, vide fol DLI., ubi Epistolam huic Libro præfixam, quem Auctor dicitur Nobilissimo Equiti Domino Galeatio, olim Ambrosii Gasparis Vicecomitis filio, integram dedi. Cùm autem Ambrosius Gaspar, genitor Galeatii, obierit Anno MCDXCIX., & in titulo memoratæ Epistolæ, adverbium olim adjungatur, circa Annum MD. editus fuisse in hac Urbe Codex iste censendus est. In calce leguntur nonnulla Epigrammata in laudem Auctoris, confecta à Nicolao Murano Picensi, Alphonso Montoya Hispano, & Jano Monaco Placentino. Hoc postremum recitavi in mea Hist. Lit. ad Annum MCDLXXV., de laudato Monacho scribens. Subsequitur Epistola Johannis Baptista Pii ad Jacobum Crucium, in qua eum vocat Græcè, & Latine doctissimum. Adjectum item est huic Libro aliud Opusculum Annotationum in eosdem Hymnos, dicatum Magnifico, ac generoso Adolescenti Domino Hieronymo Vicecomiti, fratri Galeatii jam dicti.

(q) Extant in Bibl. Ambr., optimo caractere, absque numeris paginarum &c. Præmittuntur duæ Epistolæ, altera Alexandri Minutiani, qui hanc Historiam impressit, ad Ottonem Vicecomitem summe spei adolescentem; altera Georgii Merulæ ad Inclytum Principem Ludovicum Mariam Sfortiam. Utramque dedimus fol. DXXVIII., & seq. Subsequitur Defensio bujus Historie ab eodem Merula compacta contra eos, qui obloqui possent. Dein Catalogus Scriptorum, à quibus res suas mutuatus est idem Auctor; postremò Epitome hujus Historie, quæ in Matthæi Vicecomitis morte definit; atque Index rerum memorabilium, & Familiarum. Hanc Editionem affixi Anno MD., ductus conjecturis, quas exposui in Hist. mea Liter. ad illum annum.

(r) Extat hic Codex in Bibl. Ambr. nitidissimo caractere, excusus in pergamena, absque numeris paginarum, &c. Adest in fronte Tabula Orationum. Sequitur Epistola Francisci Puteolani ad Reverendum Dominum Jacobum Antiquarium Ducalem Secretarium, ex qua tempus eruitur, quo impressus fuit, idest Annus MCDLXXXII., quemadmodum evincere conatus sum in Hist. mea Lit. ad illum Annum. Ex eadem quoque conjeci, hanc fuisse primam Editionem Mediolanensibus typis in lucem eductam; siquidem Puteolanus de labore suo loquens, ait: *quo optimi, & eloquentissimi Viri (Plinii) pulcherrimum Opus, è situ in lucem efferatur.* Integram dedi fol. CDLXXXIII. Alteram editionem hujus Libri servat Bibl. Ambr., Mediolani procul dubio peractam, quamvis careat omnibus chronicis notis; siquidem in fine Tabule hæc leguntur: *Franciscus Puteolanus diligentissimè recognovit.* Adjecta sunt in præcedenti codice pergameno *Vita Julii Agricola, & Fragmentum Petronii Arbitri.*

(f) Extat apud Comitem Donatum Sylvam, caractere pulcherrimo, absque titulo, numeris paginarum, & Indice. Dividitur in duas partes; in prima describitur *Scientia universalis corrigendi Medicinas*; in altera, *particularis, de essentia, virtute, & correctione earumdem.* In calce: *Hic finitur Liber Joannis Mesue. Impressum per Magistrum Joannem Wurster de Campidona Anno MCCCCLXXXV. die vicesima quinta mensis Junii.* Quibus Argumentis Editionem hanc Mediolano vendicaverim, vide Hist. meam Liter. in Prolegomenis Cap. IV.

(t) Extat in Bibl. Ambr., caractere grandiori, nitidissimo, omnino simili Græcæ Isocratis Editioni, Mediolani peractæ. Grammaticam hanc editam fuisse ab eodem Calchondyla, statim ac in hanc Metropolim accessit fuit à Ludovico Maria Sfortia, testes sunt Jovius in ejusdem Elogio, & Zeltnerus apud Michælem Maittaire Tom. I. Annal. pag. 290., quemadmodum adnotavi in Hist. mea Lit. ad Annum MID., ubi de hoc insigni Viro Calchondyla apud nos mortuo sermonem habui.

(u) Extant in Bibl. Ambr. caractere Gothico. Prima Oratio habita fuit Romæ coram Alexandro VI. Pont. Max., nomine Johannis Galeaz, & Ludovici Mariæ Mediolani Principum Anno MCDXCII. Altera recitata Papiæ, in Ecclesia FF. Minorum in funere Hieronymi Torti, primam tenentis cathedram in Ticinensi Gymnasio, anno MCDLXXXIV. Postrema in nuptiis Blanca Mariæ Vicecomitis cum Maximiliano Romanorum Rege, anno MCDXCIII., quæ recusa fuit in Collectione Rerum Germanicarum Freheri Tom. II.

- * S. Bernardi Abbatis Carævallis Opuscula, in 4. sine Anno, & loco, per Uldericum Scinzenzeler. (x)
- * Æsopi Vita, & Fabulæ, Græco-Lat. in 4. per Bonaccursium Pisanum. (y)
- * Vocabularium Latino-Græcum à Johanne Monacho scriptum, à Bono Accursio Pisano editum, in 8. (z)
- * Lexicon Græco-Latinum, per Bonaccursium Pisanum, in fol. sine loco, Anno, & Typographo. (a)
- * Boni Accursii Pisani Index Locorum in Commentaria Cæsaris de Bello Gallico, & nominum, quæ iis prisca, nostraque ætas indidit, sine Anno, Loco, & Typographo. (b)
- * Claudiani, de raptu Proserpinæ, cum Commentar. A. Jani Parrhasii, in fol. sine Anno, loco, & Typographo. (c)
- Cornelius Nepos, sine Anno, & Typographo. (d)
- Cornelii Taciti Historiæ Augustæ Lib. XI. usque ad XXI. Actionum Diurnarium. Julii Agricolæ Vita: Dialogus de Oratoribus Antiquis: Libellus de Moribus, & Populis Germaniæ, in fol. sine Anno, loco, & Typographo. (e)
- * Cicero de Oratore, in 4. per Alexandrum Minutianum. (f)

Jacobi

- (x) Caractere Romano, nitido, sed aliquibus abbreviationibus insperso, absque titulo, Præfatione, & numeris paginarum. Deest mentio etiam Typographi, sed cum impressum in calce sit Symbolum Uldericum Scinzenzeler, manifestum fit, Editionem hanc Mediolani ex ejusdem prælo prodidisse. In fronte adest Catalogus Opusculorum, in hunc modum: *Meditationes devotissimæ; Liber de interiori domo, idest de Conscientia adificanda; Epistola de gubernatione Familæ, ad gratiosum, & felicem Militem, D. Raymundum Casiri Ambrosii; Oratio devotissima, quam fecit, quando imago Salvatoris, solutis brachiis de Cruce, amplexata est eum; Tractatus de vitæ ordine, & morum institutione; Speculum de honestate vitæ; Octo puncta, mediantibus quibus pervenitur ad perfectionem vitæ spirituales.*
- (y) Servatur hic Codex in Bibl. Clericor. Regular. Congregationis S. Pauli, in Collegio S. Barnabæ Mediolani, caractere optimo, sine numeris paginarum &c. Geminæ Bonaccursii Pisani Epistolæ in hac Editione leguntur ad *Magnificum Franciscum Turrianum*, altera ante Vitam Æsopi, altera ante Fabulas. Utramque dedimus supra fol. DXLIV. & seq. Per columnas distribuitur, in Græcam videlicet, & Latinam. In calce: *Bonus Accursius Pisanus impressit, qui non doctorum hominum, sed rudium, & puerorum gratiâ hunc laborem suscepit.* An verè Bonaccursius, Typographus Mediolanensis fuerit, disputavi in Prologomenis sub initium Capituli IV.
- (z) Extat in Bibl. Braydensi S. J. caractere Latino optimo, & Græco grandiori. Præcedit Epistola *Bonaccursii ad Clariss. Virum Antonium Bracellum, Jurisconsultum Primarium, ac Ducalem Senatorem.* Hanc dedimus fol. DXLV. Annus, & Typographus ignorantur, eo quod in memorato Codice postremæ perierint paginæ. De hac editione vide Hist. meam Liter. ad Annum MCDLXXV., ubi mentio fit de Bonaccursio Pisano, Mediolani edendis libris Græcis, & Latinis intento.
- (a) Extat in Bibl. S. Jacobi prope Papiam, caractere præclarissimo. Præcedit Epistola *Bonaccursii Pisani ad Job. Franciscum Turrianum, Ducalem Questorem*, superius recula fol. DXLIII. Hinc verò tempus arguimus, quo in lucem prodit infigne hoc Opus, idest post Annum MCDLXXX.; mortuo enim Cicero Simonetta, cui labores omnes suos Bonaccursius dicabat, sese ad *Franciscum Turrianum*, tamquam ad Mecænatem convertit, ut in notis ad eandem Epistolam exposuimus. Mediolani autem peractum fuisse hanc impressionem, aperte tradit memoratus Editor, inquit: *in hac felicissima Patria &c.* Scribens ad prælaudatum Turrianum Equitem Mediolanensem:
- (b) Refert hanc Editionem Michaël Maittaire Tom. I. Annal. pag. 387., adnotans, hunc Librum dicatum fuisse à Bonaccursio *Job Francisco Turriano Ducali Questori*, adeoque citra dubium Mediolani, ubi uterque degebat.
- (c) Extat in Biblioth. Ambros. & Braydensi, caractere Romano nitido, cum titulo Librorum in fronte cuiusque paginæ, & numeris Romanis ad marginem. Hanc Editionem memoravi tum in Hist. mea Liter. ad Annum MD., cui eandem affixi; tum in Catalogo præcedenti. Refert alteram nunc placet hinc Chronicis notis signatam: *Impressum Mediolani in adibus clariss. Viri Lucii Cotta, pridie Kal. sextiles MDI. dexterrate Guillemorum le Signerre Fratrum.* Dicavit illam Parrhasius *Jafredo Carolo*, datâ ad ipsum Epistolâ, quam superius leges fol. DXXVII. In ea Auctor profertur, retractatum novis curis à se hunc Poëtam, veluti Anguem deposita cum senectute pelle, renasci & juvenescere, nec erubescit Palinodiam canere de iis, quæ antea nimis præcipiti calamo typis vulgaverat. Vidi Editionem istam in folio pergameno excusam, optimo caractere, nec omittere volui quamvis Seculum XV. uno anno superet.
- (d) In hac Editione nihil mihi adnotandum relinquunt, cum Michaël Maittaire, Tom. I. Annal. pag. 378. etiam titulum Operis, Cornelio adscripti, præterierit, Urbem tantum, in qua peracta est, signans, his verbis: *Cornel. Nep. Mediolani.*
- (e) Huic Editioni, cujus meminit Maittaire in Annal. Typographicis Tom. I. pag. 381., præfigitur Epistola nuncupatoria *Francisci Puteolani ad Jacobum Antiquarium*, ex qua locus dignoscitur, ubi parata fuit; in ea enim scribens ad Mecænatem suum, Puteolanus hæc habet: *Multis vigiliis, intensissimoque studio recognitam, adjuvante Bernardino Lanterio, omnium Mediolanensium eruditissimo, ut eum parcissime laudem, sub tuo nomine nostris Impressoribus tradidimus.* Addit Maittaire, eandem Epistolam excusam fuisse Venetiis Anno 1497. quamobrem superiori tempore ad hunc Annum referri debet Editio Mediolanensis.
- (f) Vidi hunc Codicem, caractere Romano, minutiori, excusum, nullo adnotato Anno, & loco. In calce hæc leguntur: *Hoc excellentissimum de Oratore Opus, in quod Cicero quicquid in Eloquentia habuit iudicii, contulit; Alexander Minutianus impressit, ut Adolescentes, quos Rhetoricis initiaret sacris, ob Librorum inopiam non cessarent, quin eo interprete, & duce, ad sacratissimam hujus divine virtutis adyta penetrarent.* Hinc verò discimus, impressum fuisse hunc Librum, statim ac Minutianus in Urbe nostra Oratoriam Artem publice docere cepit, & multo ante quam universa Ciceronis Opera, sub finem hujus Seculi in lucem profertur.

- * Jacobi Foroliviensis illustris Philosophi, & Medici, in primum Librum Canonis Avicennæ, Expositio, in fol. magno, per Antonium Zarotum. (g)
- * Dialogo della Seraphica Vergine S. Cattarina da Siena, della Divina Providentia, con la sua Canonizzazione, & alcuni Tractati devoti, composti in sua lode, in 8. (h)
- M. T. Ciceronis Orationes omnes, Mediolani per Antonium Zarotum. (i)
- * Eiusdem Epistolæ familiares, in fol. (k)
- P. Ovidii Nasonis Opera omnia, in fol. per Antonium Zarotum, sine Anno, & loco. (l)
- Franchini Castillionæi Oratio in Nuptiis Francisci Sfortiæ, & Blancae Mariæ Vicecomitis. (m)
- * Terentii Comœdiæ, in 4. magno, sine Anno, per Pachel, & Scinzenzeler. (n)
- * Svetonii Tranquilli, de Viris Illustribus, in 4. sine Anno, loco, & Typographo. (o)
- * Æmilii Probi, de Viris Illustribus, in 4. sine Anno, loco, & Typographo. (p)

Jacobi

(g) Distributus est hic Liber per columnas, caractere Romano, nitidissimo, sed abbreviationibus frequenti, absque titulis, numeris paginarum &c. In calce hoc Dycticon legitur:

*Mira Parmensis Zarot me Antonius arte,
Anguigeri prima fecit in Urbe Ducis.*

(h) Hoc loco retuli hanc Editionem, cum Liber, quem evolvi apud Amicum, postremis paginis careat, è quibus Annus, locus, & Typographus adnotari potuisset. Impressum tamen fuisse Mediolani, vix ulla dubitandi occasio superest; siquidem in Epistola proœmiali hæc leguntur: *Alle Illustrissime, & Excellentissime Madama, & Duchesse, Madonna Isabella Consorte de lo Illustrissimo Signore Zuan Galeazzo Sforza, potentissimo Duca de Milano, & Madonna Beatrice Consorte de lo Illustrissimo Signor Ludovico Sforza, dignissimo Duca de Bari, singularissime de l'Ordine de S. Domenico de Predicatori Protettrice, & Benefactrice, Fratre N. del predicto Ordine de Observantia, & del Convento di S. Maria delle Grazie Professo, con umile raccomandazione, salute nel dolcissimo Salvatore, vera salute, Jesu Christo* Caractere Gothicus est, sed admodum nitidus, absque numeris paginarum &c. Præcedit S. Virginis Catharinæ imago, & Index alphabeticus rerum adnotabilium; sequitur Bulla Canonizationis Pii PP. II., & Carmina quædam, tum Latina, tum Italica, in laudem Seraphicæ hujus Virginis. De Anno Editionis id tantum proferre possum, superiorem fuisse morti *Beatricis Estensis*, quæ contigit Anno MCDXCVII.

(i) Notitiam hujus Editionis ad me Venetiis transmisit sepe laudatus *Joseph Smith*, nudâ hac notâ adjectâ: *Mediolani per Antonium Zarotum, sine Anno.*

(k) In calce signatur tantum locus impressionis, nempe **MEDIOLANI**, Anno, & Typographo omisiss; ex nitidissimis autem caracteribus facile eruitur, è præliis Antonii Zaroti prodiisse. Refertur etiam à Maittaire in Appendice Alphabetica post Indices pag. 511.

(l) Editionem hanc compertam mihi fecit superius memoratus *Joseph Smith*, cum hac nota in calce: *P. Ovidii Nasonis Opera omnia, diligenter emendata, Antonius Zarotus Parmensis, ad utilitatem juvenum, necnon & posterorum impressis.* Certè autem Mediolani peracta est, cum Typographus iste numquam pedem ab Urbe nostra retulerit; imò etiam post Seculum XV. Arti huic exercendæ illum apud nos intentum ostenderim, in Prolegomenis Capite quarto.

(m) Testis mihi est hujus Editionis *F. Paulus Morigia* in Libro inscripto: *Nobiltà di Milano*, pag. 208., ubi hæc habet: *Francbino (Castiglione) celebratissimo*

Oratore de' suoi tempi, fra le molte Orazioni, fece quella nelle Nozze di Francesco Sforza, e Bianca Maria, figlia di Filippo Maria Visconte Duca di Milano, che furono poi Duchè di Milano: la quale fu recitata da lui nella Chiesa di S. Sigismondo fuori di Cremona, con stupore di tutti i Principi, & Ambasciatori, & di tutti li assistenti; la quale fu stampata all'ora per soddisfazione de' dotti curiosi &c. Porro, quo tempore celebratæ sunt Nuptiæ memoratæ, idest Anno MCDXLI., nondum enata erat Ars Typographica; proinde intelligendus est *Morigia*, ampliori Annorum spatio; ita ut, non tunc, sed postmodum, idest circa annum septuagesimum Seculi XV. in gratiam doctorum hominum, tantique Viri laudem, typis commissa fuerit hæc Oratio. Porro iste *Francbino Castillionæus* claruit non tam eloquentiâ, sed etiam Jurisprudentiæ peritiâ, atque primus fuit inter VI. Patricios Viros, delectos à Republica Mediolanensi, ut institueretur Mediolani Generalis Studiorum Academia Anno MCDXLVII. Vide Curtii Hist. Medicorum Mediolan. pag. 280.

(n) Servantur in Bibl. Archintea, caractere Romano nitidissimo, lato margine, & chartâ optimâ, absque titulis, numeris paginarum, Indice &c. Præcedit *Terentii Vita, excerpta de dictis D. Francisci Petrarca.* In calce: *Hoc Opus est impressum Mediolani per Magistros Leonardum, & Oldovicum Socios, qui adhibita omni diligentia, ut in manus hominum quam emendatissimum veniret, curavit, ne Libri mendum usquam deprebensum, adolescentum animos à studio Literarum, ut plerumque contingit, deterreret.*

(o) Caractere satis nitido, sine numeris paginarum &c. *Gaspar Lampugnani*, Sacerdos Mediolanensis, pluribus aliis Editionibus in hac Urbe ab ipso paratis clarus, Librum hunc dicavit *Bonino Mombrizio*, ejusque Epistolam nuncupatoriam superius dedi fol. DXLII. Alteram Editionem hujusmet Operis, chronicis omnibus notis destitutam, curavit *Petrus Mellesius*, eamque inscripsit *Praclarissimo Viro Petro Possarulo, Ducis Infubrium Senatori*, &c., quod mirum est, iisdem usus est verbis in compingenda Epistola sua, quibus suam confecerat memoratus *Gaspar Lampugnani*, nonnullis tantum immutatis, quæ diversæ conditionis Viris, in Mœcœnates delectis, aptari indiscriminatim non poterant. Vide quæ scripserim de hac re in meis animadversionibus ad Epistolam Mellesii, fol. DXLVIII.

(p) Extat apud March. Theodorum Alexandrum Trivultium, caractere perpulchro, absque numeris paginarum &c. Præcedit Epistola *Petri Corneri (seu de Corneno) ad Magnificum, & Prastantissimum Legum enucleatorem, Dominum Theodorum Platum, Ducalem Consiliarium.* Hanc recudimus pag. DXL., cum aliis,

quæ

m m m m m

Tom. I.

DCXIV CATALOGUS LIBRORUM

- * Jacobi Bracellei, de bello Hispano, in 8. magno, sine Anno, loco & Typographo. (q)
- * Georgii Vallæ, Introductorium in Galenum de Medicinæ principiis, è Græco in Latinum conversum, in 4. sine Anno, loco, & Typographo. (r)
 Joh. Petri Vallæ, Commentaria in Plauti Comœdias; in 4. sine Anno, loco, & Typographo. (f)
- * Francisci Philelphi, Conviviorum Libri duo, in 4. sine Anno, loco, & Typographo. (t)
- * Plutarchi Apophtegmata, à Francisco Philelpho, è Græco in Latinum conversa, in 4. sine Anno, loco, & Typographo. (u)
- * Eiusdem Apophtegmata laconica, ab eodem Philelpho Latinitate donata, in 4. sine Anno, loco, & Typographo. (x)
- * Joh. Matthæi de Ferrariis de Gradi, Pars prima Commentarii textualis, cum ampliationibus, & additionibus materiarum ad Nonum Rhafis, ad Almanforem, adjuncto etiam textu, in fol. sine Anno, & Typographo. (y)
- * Petri Lazaroni Brixiani, Epitaphia XII. in Obitu Beatricis Estensis, Consortis Illustrissimi Ducis Mediolani Ludovici Mariæ Sfortiæ, in 4. sine Anno, loco, & Typographo. (z)

Johan-

quæ leguntur in calce. Agitata plurimum fuit inter eruditos Viros quæstio, quis verus Auctor fuerit Libri, de *Viris Illustribus*, cum alii *Emilio Probo*, alii *Suetonio Tranquillo*, alii *Cornelio Nepoti*, alii *Plinio Secundo* illum adscribant. Fabricii opinio est, Vitas hæc, fuisse ab *Aurelio Victore* compactas, quem admodum adnotavi ad Epistolam Petri Mellei superius memoratam fol. DXLVIII.

- (q) Servatur in Bibliotheca Comitum Antonii Simonetta, caractere nitido Romano, absque numeris paginarum &c. Præmittitur Epistola Maselli Venis Beneventani, ad *Illustrem, & humanissimum Principem, Philippum Mariam Sfortiam Viccomitem*, quam superius inter antiquas Epistolas nuncupatorias dedi fol. DXXXVIII. unâ cum Epigrammate, quod in hujus Libri calce jacet. De præstantissimo Viro Jacobo Bracelleo agit *Oldoinus in Athenæo Ligustico*.
- (r) Extat in Biblioth. Ambros., caractere ad quadratum accedente, sed nitido. Librum hunc dicavit Georgius Valla *Jacobo Antiquario Ducis Mediolanensis à Secretis*, illumque transtulit è Græco, in gratiam *Nicolai Antiquarii*, ejusdem Jacobi ex Fratre Nepotis, qui Medicinæ studiis tunc vacabat. Credi potest, editum fuisse hoc Opus Mediolani, cum Valla apud nos degeret, delectus à Francisco I. Sfortia, ad Filios suos humanioribus literis erudiendos. De doctissimo hoc viro nonnulla delibavi in notis ad Epistolam nuncupatoriam, recusam fol. DXXXVI.
- (f) Hanc Editionem non vidi, sed eam Mediolani peractam fuisse, antequam Seculum XV. laboretur, deprehendi ex Epistola præfixa hisce Commentariis, quæ recusa fuere Venetiis ab Aldo Manutio anno MDI., unâ cum aliis Bernardini Saraceni, & Joh. Baptiste Pii. Dicavit labores suos Joh. Petrus Valla, *Scaramucio Trivultio, Mediolanensi Patricio primario*, de quo vide adnotationes meas ad prædictam Epistolam Vallæ, fol. DXXXVII. ubi eandem integram dedi.
- (t) Servatur hic Codex in Biblioth. Ambros., caractere rotundo nitidissimo, absque numeris paginarum, Indice &c. Præcedit Elenchus errorum, qui in volumen memoratum irreperant, cum emendationibus: Dein Epistola *Joh. Francisci Marliani* ad Philelphum data ex Ticinensi Urbe anno MCCCCLXXVII., & altera *Leonardi Justiniani*, ad eundem, ita subscripta: *Venetis MCCCXLIII* Ex hac postrema dignoscimus, quo tempore Philelphus hæc Convivia exaraverit, cum nempe primò in hanc Urbem commigrasset; idque etiam clariùs compertum fit ex Præfatione ejusdem Philelphi, ad *Thomam Thebaldum*, cui convivium primum Mediolanense dicavit; siquidem in fine ita scribit: „In hoc ipse curriculo, ut in aliis aliis con-

„fuevi, versari volui hoc tempore, ubi quantum valuerim, Tu, qui non minus apud omnes ingenii præstantiâ, & judicandi gravitate vales, quam & auctoritate & gratia apud Philippum Mariam Anglum, & Regum omnium, & Principum decus, ac lumen, facile judicabis &c. „ Annum etiam, quo in lucem prodit Mediolani hæc Philelphi lucubratio, signare possumus ex prima Joh. Francisci Marliani Epistola jam memorata, quam diximus datam, *Ticini MCCCCLXXVII* Tunc enim è prælis dimissam illam fuisse, facile quisquis intelliget. Has Epistolas edidi fol. DXXXIV, & seq. Per dialogum confectus est liber iste, in quo Thebaldus, alique præclari Mediolanenses Cives ad colloquendum inducuntur.

- (u) Extant in Biblioth. Ambros. caractere, quem supra descripsimus, sine numeris paginarum, Indice &c. Dicavit Philelphus librum hunc *Magnanimo & Illustrissimo Principi Philippo Maria Anglo, Mediolanensium Duci*, Epistolâ hæc superius recusa est, fol. DXXXVII. Vide adnotationes meas ibidem.
- (x) Servantur in Biblioth. Ambros., eodem caractere impressa, quem diximus Præcedit Philelphi Præfatio ad Nicolaum V. Pontif. Max, quam dedi fol. DXXXIII. Hæc duo Opuscula edita sunt Mediolani, in unum collecta, simul cum aliis Francisci Philelphi, anno MCCCCLXXXI., quemadmodum opinatus sum in Histor. mea literar. ad eundem annum.
- (y) Extat in Cœnobio PP. Eremitarum S. Augustini Cremenfis Urbis, è qua hujus Libri noticia ad me transmissa fuit, indicato solum loco, nempe *Mediolani*. Recenset hanc Editionem, inter Opera hujus Auctoris, *Bartholomæus Curtius in Histor. Italica Medicorum Mediolanensium*, pag. 25., ubi eandem dicatam ab Auctore fuisse scribit, Duci nostro Galeatio Mariæ Sfortiæ, adedque prodire in lucem debuit ante annum MCCCCLXXVI., qui postremus fuit vitæ illius Principis. *P. Orlandus*, pag. 330. refert, primam ac secundam partem hujus Voluminis simul editas esse, Papiæ anno MCCCXCIV.
- (z) Extant in Biblioth. Ambros., inter Collectanea Rerum Brixianarum. Specimen dare placet carminum hæc occasione editorum ab Auctore, in laudem tum Conjugis Beatricis, tum Ludovici Mariæ. Incipit igitur signare annum & diem memorati obitus his Versibus:

Mille polo terris Phæbus detexerat annos,
 Tunc quater & centum fixerat axe rota,
 Nonaginta simul septemque addebat ad illos;
 Terna dies Jani, nox erat & media.

Dum

* **Johannis Archiepiscopi Cantuariensis, Fratris Ord. Minorum, Prospectiva communis, castigata per eximium Artium, & Medicinæ, ac J. U. Doctorem, ac Mathematicum peritissimum, D. Facium Cardanum Mediolanensem, in fol. sine Anno, & loco, per Petrum Cornenum. (a)**

*Dum mea Saturnus, Sidus lacrymabile terris,
Membra quatit, rabida Tygridis ore ferous:
Es Duce qua tanto florebam Diva Beatrix,
Sancta pudicitia quaque corona fui;
Imperii culmen, Natos & desero dulces,
Ora Ducis magni desero cara mei.
Quamvis grata mihi raperes tu lumina vita
Mors, tamquam ad Superos ducor amata meos &c.*

Obiit Beatrix ex infœlici partu, unâ cum edita tunc prole, in flore statis, annorum XXII., ut in reliquis carminibus testatur *Lazarus*. De hoc erudito Auctore, vide *Hist. meam Literar.* ad annum MCCCC-XCIV.

{ a) Extat penes Clarissimum J. C. Johannem Sitonum, de Scotia, caractere Gothico, grandiori in textu, minutiori in Commentariis, ambobus tamen satis nitidis, absque titulo, numeris paginarum &c. Apponuntur in margine mathematicæ figuræ, accuratissimè impressæ. Præcedit *Facii Cardani* Epistola nuncupatoria *Rev. in Christo Patri, Apostolicoque Protonotario, necnon Equiti aurato, & Comiti Palatino, Ambrosio Griffo, Artium, Medicinæque Doctore præstantissimo, ac Theologo peritissimo*, quam integram recitare opportunum duco, cum eam inter alias superius reculas non dederim: „ In tanta Librorum cujuscumque generis „ copia, divino quodam imprimendi artificio comparata, appetentes hujus clarissimæ Urbis Insulbrum „ Impressores novi quidquam in medium afferre, „ quod esset studiosis non mediocriter profuturum, „ persuasique, meâ operâ id effici posse, me illud efflagitantes convenerunt. Cupienti ergo mihi horum „ expectationi non deesse, remque pretio dignam, „ edere cogitanti, occurrit in primis *Prospectiva* „ Opus, cum ceteris Aristotelicis Libris planè intelligendis, tum ejusdem Methaurosum tertio maximè „ necessarium; nam, quæ oculi mirabiliter vident, „ occulta multorum ratio, unico ejus suffragio prospici, „ facileque dignosci potest. Itaque ne tanto profecti beneficio essent immunes, summo corrigendum labore suscepi, opus Viro etiam doctissimo, „ nedum mihi, grave futurum; tum quod ardua „ ejus est materia, consummatissimoque Mathematico „ indiget; tum quod in Librorum id genus raritate, „ exempla, nisi admodum depravata, non offendi. „ Accedebat ad castigatam Figurarum signationem, „ quæ Codice etiam bene emendato, vix deprehendi „ potest, ex casus positione quàm maxima difficultas, „ ex quo fortè factum est, ut in hunc usque diem, „ perinde ac res ignota latuerit; non quod Viros me „ longè doctiores defuisse putem, quorum doctrinâ „ exactissimè emendari potuisset; non enim mihi tantum „ arrogo; sed quod laboris pertecti, rem ipsam, „ licet maximè utilem, intactam reliquerunt, quam „ ego pro communi doctorum utilitate, summo meo „ incommodo corrigendam, imprimendamque esse

„ duxi. Verùm opinatus, huic meo incæpto Patronum, qui & literis, & auctoritate plurimum videret, vindicari oportere, te, *Ambrosio Griffo*, Virum & optimum, & doctissimum, animi vigore, & gravitate Camillo, scientiâ, atque facundiâ Appiis, Scipioni dexteritate, animique alacritate, Tito Quintio, monitis salutaribus, persimilem maximè delegi. Accipe igitur has laborum meorum primitias, qui tuo muniti præsidio, calumniatores, non formidabunt, multosque tibi viros devincunt, quando tuis auspiciis Opus se egregium consecutos esse animadverterint. Vale, meque mutuo amare. In calce legitur sequens Epigramma:

*Optime, qua fertur visus pars optima, Lector,
Fausi Corneni clauditur auspiciis,
Quem Petrus impressit parvo non are: Libellum
Hunc ens; tu doctum perlege Lector Opus.
Prima ego sum virtus, quid me Fortuna relinquit?
Impressa est omnis pagina, nostra vacat.
Ultima sim miror; quid enim sunt lumina? manca
Me sine, & est illis, me sine, nulla fides.
Et quis Aristotelem, senè me, cognoscere possit;
Scis Dea? cognovi; sed sua causa subest.
Magna ratis magno curanda est remige, doerat
Navita, nunc Facius talia damna levat.
Hoc Cardana Viro gaudet Domus, omnia novid
Unus: babent nullum secula nostra parem;*

Facius Cardanus, celeberrimi *Hieronymi* parens; ac publicus Mediolani Jurisprudentiæ Institutum, præstantissimus fuit in omni ferme Scientiarum genere, adscriptus Collegio Nobilium Jurisperitorum nostræ Urbis Anno MCCCCLXXXII. Vide prælaudatum *Curtium*, qui de illo agit in *Hist. Mediolanensium Medicorum* pag. 53., non secus ac de *Ambrosio Griffo* pag. 26., cujus nomini hoc Opusculum *Facius* inscripsit. Quod attinet ad meam institutum, cum asserat *Cardanus*, Librum hunc à se emendatum, *primicias* fuisse laborum suorum, circa eundem annum octuagesimum secundum Seculi XV., editum fuisse Opus istud Mediolanensibus Typis autumare facile possumus; siquidem *Petrus Cornenus*, cui hæc editio adscribitur, proferendis in lucem præclaris Operibus per illa tempora adlaborabat. Typographum eum fuisse, ex allato Epigrammate colligi potest; verùm, nullum ab eo vulgatum Codicem sub hoc nomine usquam invēni; proinde opinor, hoc verbum *impressit*, usurpatum fuisse ab eodem Corneno, hujus metricæ laudis Auctore, in gratiam Carminis faciendi, cum anno MCCCCLXXXI, ipsum, in *Libro Hugonis Bonzii*, ad illum annum relato, tantam Impressionis Correctorem viderim enunciatum.

GRadum hic tandem sistere, ac prorsus ab hac arena decedere animus erat, cum satis superque, pro imbecillis ingenii viribus, me defunctum munere, quod susceperam, arbitrarer. Attamen, in exitu hujus Operis, morari tantisper Lectorem necesse duxi, ut verba facerem de Libro quodam, à me relato in superiore Catalogo, ad annum MCCCCXCIX. cui inscriptus est titulus *Filostrato*, dell'Innamoramento di Troylo, e Grifeide. Servari eum intellexi, typis Mediolanensibus impressum, in Bibliotheca sæpius laudati Comitis Scipionis Boselli, Equitis Bergomensis; quandoquidem verò de indicata hujusmodi Editione, nihil præter nomen acceperam, professus ibidem sum, in ancipiti me hæere, soluta ne oratione, an metro excusum foret is liber. Equidem Eruditis omnibus viris compertum est, Opus istud è Poëtæ atque Oratoris celeberrimi Johannis Boccacii calamo profuxisse; mihi tamen nulla unquam illud pervolvendi copia fuit. Tandem, in percurrendis Manuscriptis Codicibus Bibliothecæ Ambrosianæ, incidi in Exemplar, quod eundem titulum præfert, Auctoremque libri pandit, Johannem Boccacium Florentinum, à quo, Italico Carmine, (nuncupato à Vernaculæ linguæ Poëtis, in ottava Rima,) confecta est metrica ea narratio. Codex noster eleganti caractere conscriptus, picturis passim, & auro exornatur: Præcedit rubro atramento præfixus titulus, in quo redditur ratio, cur huic Libro Philostrati nomen Auctor indiderit; illud namque hominem indicat, victum, dejectumque ab amore. Sequitur proluxa Epistola Italica ad Nympham suam, atque in ea Boccacius, pluram philosophicè disputans, adumbratam sub Troyli, & Grifeidis imagine, amoris sui infelicitatem deplorat. Fortasse autem hanc Historiam contexit in gratiam Mariæ, naturalis filia Roberti Regis Neapolis, quam impensè adamabat, referente Crescimbenio Vol. 2. Comment. par. 2. pag. 109., quemadmodum de eadem conscripserat duos alios Libros, la Fiammetta, & il Filocolo, ut Petrus Bayle adnotavit in Migno Dictionario, Gallicè vulgato, agens de Johanna I. Neapolis Regina, literâ N. Poëma hoc novem Libros, seu partes, complectitur; in calce verò hæc habet: Composto per lo valente Poeta, Messere Giovanni Boccaci da Certaldo. Alterum Boccacii Poëma Italicum in eodem nostro Codice legitur, appellatum Nymphale, atque iisdem splendidis ornamentis, & manu est conscriptum. In eo amorum seriem Africi cum Melsola Fæsulana, quæ fingitur Diana Nympha, eodem carminis metro, quo Philostratum edidit, Auctor narrat. Joh. Marius Crescimbenius Vol. 1. Commentariorum pag. 406., & Julius Negri in Historia de Florentinis Scriptoribus tradunt, Nymphale Boccacii translatum fuisse in octeni Carminis metrum à Ludovico Bartolo Tabellone Florentino, prorsus silentes, quid in eo contineretur. Porro geminam Comædiam elaboravit Boccacius; alteram de Nymphis Florentinis, quæ in omnibus antiquis Typographicis editionibus inscribitur, Nymphale d'Ameto, eaque prodiit confecta ab Auctore, partim soluta oratione, partim versibus, quos vocant Terzetti. Hæc procul dubio illa est, quæ sub Nymphalis nomine, novam à memorato Bartolo carminis formam recepit, sed (ut audio à peritissimo Rei poëticæ P. Xaverio Quadrio, sæpius à me, Bonisque omnibus commendato) numquam typis vulgata fuit: Aliam de Nymphis Fæsulanis, quam superius descripsi, quæque in Ambrosiana, paucisque aliis Bibliothecis, manu exarata servatur: Hæc postrema lusem & ipsa vidit, impressa in 4. sed sine anno, loco, & Typographo. Utramque accuratè distinxit Franciscus Sansovinus, qui Nymphale Ameti, impressum Venetiis per Gabrielem Jolium anno MDXLV., dicens nobilissimæ Matronæ Gasparæ Stampa, ita exorditur nuncupatoriam Epistolam: „ L'Ameto, divinisimo spirito, prodotto dalla gioventù del Boccaccio, come si può facilmente comprendere per lo stile, „ per l'invenzione, e per l'ordine delle parole, è di soggetto amoroso, tutto piacevole, e tutto pastorale. „ Quasi a questa imitazione si trova il Nymphale di Africo, e di Melsola, ma in ottava Rima del medesimo Autore ec. „ Hinc verò etiam discimus, quo tempore compacta fuerit hæc Comædia; cum nempe provecior ætate foret Boccacius. In calce MSi Codicis nostri hæc leguntur: Qui finisse il Libro, chiamato Nymphale, composto per lo valente Poeta, Messere Giovanni Boccaci da Certaldo, Fiorentino: scritto per mi Tomaso di Jacomo Lioni de la nobile Cita di Bollognia, questo dì VI. di Luglio sotto gli Anni Domini MCCCCXXX7. Reliqua illustris hujus Auctoris Opera, tum Latina, tum Italica, quæ tenet inter M^{os} Codices Ambrosiana Bibliotheca, sunt: Epistola Jo. Boccacii de Certaldo, de Florentia, Vatis celeberrimi, ad Franciscolum Generum D. Francisci Petrarce Poëtæ conspicui, super ejusdem morte, complorativa, & laudativa. Ejusdem de Viris Illustribus Liber, in pergamentis, caractere antiquo conscriptus. Epistola de Mefer Giovanni Boccacio, mandata a Mefer Pino Cittadino de Firenze, isbandito per ribello fuori di la Patria sua, confortandolo, & inducendolo ad patientia. Il Filocolo. La Fiammetta, e la Teseide con la Spositione di Pietro Andrea Bassi. Servatur ultima hæc in Ambrosiana, elegantissimo caractere descripta in prægrandi Folio pergamento, auro picturisque egregiè ornato. Adnexum est Teseidi in eodem nostro Codice Opus aliud, Italico sermone elaboratum à Petro Andrea Basso, atque hunc titulum gerens: Le Fatiche di Ercole, quod ab aliquibus Joh. Boccaccio perperam adscribitur; Auctor enim se ipsum prodit in Epistola Nuncupatoria ad Nicolaum Estensem filium Alberti, quæ legitur etiam in editione hujus Operis peracta Ferrariæ anno MCCCCLXXV. in fol. per Augustinum Carnerium. Proinde raritas Ferrariensis Impressionis (quam Ambrosiana Bibliotheca custodit) in causa esse potuit, cur falsò illius Auctor Boccacius censeretur. Demum subsequitur Rythmus Italicus Nicolai Malpili, quem integrum, & nobiliori forma expolitum edidit Crescimbenius Vol. III. Lib. III. Commentariorum Poëseos Italicæ in hæc verba: Spirto gentil da quel bel grembo sciolto ec. qui tamen non meminit Expositionis eidem adjectæ à Petro Andrea Basso, quam refert Codex noster, simul cum Epistola Commentariis præfixa, in qua Bassus inquit, Cantionem hanc fuisse olim à Malpilio exaratam, ut Nicolaum Estensem, juvenilibus amoribus irretitum, à dulcibus sed molestissimis iis laqueis extricaret; eam verò sibi ad oculos occurrisset, cum ad senectutem perductus, infamulatu Estensium Principum Chartas suas pervolveret, dignamque ab ipso habitam, ut recondita eruditio nis, profundique ingenii latens venustas illustraretur.

F I N I S.

I N D E X

R E R U M , E T N O M I N U M .

A

- A**bbatia S. Stephani de Cornu quando in Commendam translata . CCCCXC-VIII.
- Abbreviationes in editionibus Librorum quando usurpatae . LXXXIII.
- Abbreviatorum Collegium à quo institutum . CXL-IV. E.
- de Abdus , Co. Constantius , laudatus . CCLI. D. DCIII. & DCLVIII.
- Academia Animosorum pro Rhetoribus , & altera Arysophorum pro superioribus scientiis in Collegio , & Scholis Braydensibus . LVII. C.
- Academia Arcadam Coloniae Mediolanensis à quo condita . LXII. B. Ejus progressus , & laudes . LXIII. A.
- Academia , Aurorae appellata , pro Arte Pictoria . LIV. D. Altera Picturae , ac Sculpturae à Federico Card. Borromaeo instituta . ibid. Nomina celebriorum Virorum , qui ex eadem Academia prodire . LV. B. Quam frequentes habeat conventus ad nudi corporis delineationem . ibid. Præteritis annis decidit , postea restaurata revixit . ibid. D.
- Academia Equitum à Comite Carolo Archinto instituta . LX. E. Leges ab illo conditae . LXI. C.
- Academia Hermathenaica in Seminariensibus Lycæis quando , & à quo instituta . LVI. B.
- Academia Hypheliomacorum in Collegio Helvetico . LIX. A. Ejus Symbolum . ibid. B.
- Academia Ignitorum , vulgò degli Infocati , in Scholis S. Alexandri . LVIII. A.
- Academia Inquietorum , à quo condita . L. C. Ejus Symbolum . ibid. Quomodo deciderit . ibid. E.
- Academia Laboriosorum , vulgò de' Faticosi , in Collegio Clericorum Regul. Teat. LVIII. B. Viri insigniores in eadem . ibid. C. Ejus Symbolum . ibid. C. A Comite Joanne Borromaeo protecta , & aucta . ibid. D.
- Academia Mutii Sfortiae Caravaggii Marchionis . L. A.
- Academia Transformatorum quando Mediolani instituta . XLVII. A. Ejus Symbolum . ibid. B. Prima Academicorum opera Philippo Caroli V. filio dicata . ibid. C. Academici proprio nomine memorati . ibid. D. Quam apud exteros laudem meruerint . ibid. Inter eos primi qui . XLVII. B. Ejus exitus ignotus . ibid. E.
- Academia Perseverantium in Collegio Nobilium erecta . LVI. D.
- Academia à Petrarcha Linterni instituta . CCC-LXXIX. B. Viri illustres in eadem qui . ibid. C. Eorum opera insigniora . ibid. D. & E.
- Academia Clælia institutio . LXVII. C. Leges in XII. tabulis digesta . LXIX. C. Ejus Symbolum . LXXII. A. à quibus celebrata . ibid. B.
- Accursus , Bonus . V. Bonusaccursus .
- Achai exules , Romæ , & in Italia Philosophiam , & Rhetoricam docent . IV. A.
- Acuña , Ferdinandus , Siciliae Pro-Rex . CLXXVI. B.
- Adelgrausus Episcopus Loudensis . CCLXXXII. B.
- Adrianus , Angelus , ad eum Epistola Georgii Merula . DLXIX.
- Advocatus , Hieronymus , ad eum Epistola Jo. Britannici . DLXXXIX.
- Advocatus , Nicolaus , Cremonensis , Petri Leonis Præceptor . CCCCII. C.
- Aemilius , Paulus , Novariensis , ejus Carmen in Gasparis Vicecomitis laudem . CCCLXXXIX. D.
- Aeneas Sylvius . V. Pius II. Pont. Max.
- Agacia , Franciscus , Vercollensis , Petri Leonis Præceptor . CCCCII. C.
- Agapitus , Anconitanus Episcopus , Auctor Hymni in laudem S. Andreae Apost. CXLII. B.
- Alabanti , Antonius , Generalis Ord. S. Mariae Servorum . CCVII. D.
- Alamannus , seu Aldemannus , Ludovicus , Cardinalis Arelatensis , Bononiae Legatus . CLXXX. C.
- Alatus , Leo , ejus judicium de Suida Lexico . CC-CCXIX. B.
- Albergatus , B. Nicolaus , Cardinalis , à Poggio in funere laudatus . CXIX. A.
- Albertus , Carpenfis Princeps , ad eum Epistola Jo. Mariae Cattanei . CCCCXX. E.
- Albertus , Leander . V. Leander .
- Albicus , idem & Bartholomæus de Pisis . DLXXX-IV.
- Albicus , sive de Albizis , Bartholomæus , ejus Sermones de contemptu Mundi . CCCCXII. D.
- Albucius Novariensis , Rhetor Mediolani . VI. E.
- Albucius Silo Casuarum patronus quo tempore Mediol. XXV. A.
- Alciata , Margharita , Gasparis Vicecomitis mater . CCCLVII. D.
- Alciatus , Andreas , quid de Mediolano in suis Emblematis . II. A. Ubi notatus . ibid.
- Alcuinus Caroli Magni Præceptor , quomodo illum adhortatus sit , ut Scholas Parisiis conderet . XII. A.
- Alcyonius , Petrus , de Exilio . XVII. B.
- Aldinae Typographiae Symbolum . XCV.
- Alemannus , Nicolaus , Chalcondyla laudator . CCCCXXI. B.
- Alemannus , Ubertus , Scriptor Codicis Dantis . CXXXIII. D.
- Aleriensis Episcopus , Johannes Andreas , quid scribat de Typographia Romæ inchoata . LXXX-VII. IX. Ejus Epistola ad Paulum II. Pont. M. DXCVII.
- Alexander V. Pont. Max. à Josepho Brippio Carmine laudatus . CCCXL. C. Natione Græcus contra Lazarum Augustinum Cottam . ibid. D.
- Alexander VI. Pont. M. ejus Bulla de habitu S. Augustini simulacro insculpando . CLXXXIII. D.
- ab Alexandro , Alexander , ejus dies geniales . CC-XX. D.
- Alfina Matrona honestissima quæ fuerit . CXCI. E. Ejus Elogium . CXCII. A. CXCIV. D. CC-XXI. C.
- Aliprandus , Vincentius , laudatus . CVIII. DXCIII.
- de Aloyxsis , Jacobus Baptista , quis ille fuerit . DCII.
- Alphonfus Aragonum Rex , Epistola ad eundem Georgii Trapezuntii . CLVI. B.
- Alphonfus Burgensis Episcopus , ad ipsum Epistola Petri Candidi Decembrii . CCXCIV. E. CCC. B.
- Alphonfus Estensis , Oratio Philelphi in ejus nuptiis . CCXXII. E.

I N D E X

- Alphonsus Rex Neapolis, ad eum Epistola Poggii.* CXXVI. D. *Ejus Vita ab Antonio Panormita scripta.* CXXVI. E. *De eodem Victoria Philippi Mariae Mediol. Ducis.* DXXXII.
- de Alva, Petrus, ejus defensio Immaculatae Conceptionis B. V. Mariae.* CLXXIV. A.
- Alvarus, Franciscus, an primus detexerit originem Nili.* CXXIV. E.
- Aluisianus, Johannes Baptista.* CVII.
- Amalarius, ejus Tractatus de Officiis.* CCCXVII. D. *quando floruerit.* ibid.
- Amalafunza Regina Athalaricum filium tribus Gothis erudiendum tradit.* XXV. C. *A Gothis objugata ob politiore filii educationem.* XXVI. *Ejus Literae ad Senatum Romanum, quibus Theodatum laudat.* ibid. *Ab isto in exilium acta, ac tandem è vivis erepta.* ibid.
- Amanatus, Jacobus, Cardinalis Papiensis, ejus Epistola.* CX. & alibi.
- de Amboisa, Georgius, Cardinalis.* CCCXI. B.
- Ambrosiana Bibliotheca, in eam Codices MSS. insigniores Bibliothecae Metropolitanæ Capituli transferuntur.* CXXVI. B. V. *Bibliotheca.*
- S. Ambrosius in Bibliotheca Ecclesiastica Mediolanensi antiquorum Scriptorum Codices perlegit.* IX. C. *Cur à Masello Venia Avus Spiritualis vocetur.* CCCCLXVII. *Ejus Opera quaedam quando Mediol. primum edita.* CXLV. D. *Et à quo.* CLXXXI. C. CCCXX. A. CCCXXIX. A. CCCXLI. A. CCCCLXVII. *Ejus Vita à Petro Candido Decembrio scripta.* CCXCVI. C.
- B. Ambrosius, Fr. Eremita S. Mariae Florentiae, è Græco Vitae SS. Patrum in Latinum vertit.* DLXV.
- Amidanus, Vincentius, ejus Epistola ad Petrum Candidum Decembrium.* CCI. B. CCXCVI. C.
- ab Anania, Joannes, de anno Jubilæi.* CCLVI. E.
- S. Andreas Apostolus, de translatione ejus Capitis Dissertatio.* CXLII. C. *Hymnus in ejus laudem.* CXLII. B.
- de Angelis, Dominicus, de Salentinis doctrinam insignibus.* CCLXXX. B.
- Angelus Reatinus.* V. *Reatinus.*
- Angleria Comitum historia an fabulosa.* CCI. C.
- Anselmus, in Gallia Praeceptor insignis.* XXIX. D. *Quo anno obierit.* ibid.
- Antiquarius, Jacobus.* LXXVIII. *Ejus Epistola.* CXCIV. D. CXCVIII. D. *Eidem dicat Puteolanus Plinii Paneg.* CCXXXVII. *Quis ille fuerit, Elogium, & Opera.* CCXLII. A. & seqq. *Antonius Julianus ejus nepos.* CCXLIII. B. *Laudatores ejusdem.* CCXLIV. E. *Iterum ejus Epistola.* CCCCLXXXIII. *Et ad eum Franchini Gasurii.* DXVII. DXVIII. & DXIX. *Carmen Philippi Beroaldi in ejus laudem.* CCCXXXVII. E. *Ad ipsum Epistola Georgii Vallæ.* DXXVI.
- Antiquarius, Nicolaus, Jacobi ex fratre nepos.* CCCXIII. D. *Quando Mediolani sedem fixerit.* CCXLVIII. C.
- Antoniani Ordinis Fratres quando Mediolano recesserint.* CCCLIX. C.
- Apenigenus, Donatus, ad eum Epistola Francisci Petrarchæ.* CCCLXXIX. A.
- Appianus, Petrus, ejus Collectio Inscript.* XI. D.
- Aqua-frigida judicium quomodo ex Statutis Mediol. exequatur.* CCXII. B.
- Arabica Typographia à quo primum inventa.* LXXVIII.
- Arator S. R. E. Subdiaconus, Deuterii discipulus.* XVIII. A. *Laudatus à S. Ennodio.* ibid. *Mediolani probabilius natus.* XX. A. XXI. A. *Parentibus orbat, à Laurentio Mediolani Archiepiscopo suscipitur.* XX. C. XXI. D. *Ab Athalarico Rege magno in honore habitus.* XXIV. B.
- Arcadium Mediolanensium Colonia quando, & à quo instituta.* LXII. D. *Eorum Carmina ob natum Carolo VI. Cæs. Infantem, publica luce donata.* LXIII. D.
- Archintus, Ambrosius, ejus Opera.* CCXXXIV. E. CCXXXVII. C. *Ejus Epistola ad Sanctum Brascam.* VIII. & DLXXIV.
- Archintus, Co. Carolus, laudatus.* LXXXI. *Equitum Academiam aperit.* LX. E. *Leges condit.* LXI. C. *Bibliothecam in suis aedibus magno sumptu instruit.* ibid. E. V. *Bibliotheca.*
- Architectura ars, Mediolani florens Seculo XIV.* XXXII. D. *Veteri elegantiae, ac puritati restituta à Ludovico Sfortia.* XXXIII. B. *Quot celebres in hac arte Viri hinc emerferint.* ibid.
- Archivum Archinteum.* CLII. A.
- Archivum Canonorum S. Georgii in Palatio Mediol.* CCLXXXI. D.
- Archivum Ecclesiae Cathedralis Viglevani.* DXCVIII.
- Archivum Metropolitanum Mediol.* XI. B.
- Archivum Monasterii Cisterciensis Carvallis in agro Mediolan.* CCXIII. C.
- Archivum Officii Provisionum Mediol.* CCXC. C.
- Arciboldus, Guidus Antonius, Mediol. Archiep.* CLXXXIII. D. CCCXVI. C. CCCXXI. B. *Ad eum Epistola Georgii Cribelli.* CCCXCIV.
- Arciboldus, Jo. Angelus, Mediol. Archiep.* CCXVII. B.
- Arciboldus, Jo. Baptista, pingues redditus legat, pro erigendis publicis Scholis.* LVII. D.
- Arciboldus, Nicolaus, Episcopus Parmæ.* CLXXIX. B. CCXCVIII. B. *Ad eum Epistola Francisci Philelphi.* CXXVII. E.
- Ardoinus Eporedia Marchio ab Henrico I. Imperat. fractus.* CCLIII. B.
- Arefius, Comes Ruglerius, ejus Bibliotheca.* DCI.
- Aretinus, Carolus, ejus Elogium Sepulchrale pro Mapheo Vegio.* CCCXXXVII. E. *Quis ille fuerit contra nonnullorum assertionem.* ibid.
- Aretinus, Leonardus, Oratio Poggii in ejus funere.* CXIX. A. *A Josepho Brippio laudatus.* CCCXL. A. *Ad eum Epistola Poggii.* CXXVII. E. *Ejus testimonium de Chrysolora.* XXXV. C.
- de Arevalo, Rodericus, Commentator Bullæ Pii II. Pont. Max. contra Turcas.* CXLVI. A.
- Argelatus, Philippus, Societatis Palatinae primus Promotor.* LXV. D. *A Muratorio commendatus.* ibid. *Ejus Epistola prævia ad universum Opus Rerum Italicarum.* ibid. E.
- S. Arialdi Vita à quibus scripta.* XXIX. B. *Ejus Sermo ad Mediolanenses de Fejunio.* CCCLXXVII. D.
- Arisius, Franciscus, ejus Cremona literata.* CLIII. B. *Suppletur.* ibid. C.
- Arivabenus, Jo. Petrus, Philelphi discipulus.* CCXXIX. E. *Ad eum Epistola Platini Platti.* CCLXIX. D.
- de Arizis, Jacobus, Typographus Mediol.* DXCII.
- Arnaldus Presbyter, Magister Scholarum Mediolani.* XXVIII. E.
- Asinius Pollio Virgilii amicus, Mediolani cum eo amicitiam inist.* VI. B.
- Astesanus, Bartholomæus, alter à Bartholomæo Pisano.* CCCXI. D.
- de Asula, Passiranus.* V. *Passiranus.*
- Athalaricus Italiae Rex Mediolanensis Gymnasia commendat.* XXIV. B. *Eo regnante, Jurisprudentia Mediolani floruit.* XXV. A. *Scientiarum Magistris stipendia præstari edicto jubet.* XXVI. B.
- Atila Rex Humorum Latinam Linguam in Italia delere studet.* XVII. B. *Ejus irruptio in Italiam quando.* CCCLXXXIV. C. CCCLXXXVI. C.
- Attendulus, Co. Joannes, laudatus.* CCXC. B.
- Auctor Additamentorum ad Vossium.* LXXXIII. CX. CXCVIII. A. & sæpius.
- Auctor Libri de Viris illustribus quinam fuerit.* DCXIV.
- Auctores Historiæ Augusta qui.* CCCCLVII.

R E R U M , E T N O M I N U M .

Auctores Latini qui primum Mediolani lucem Typis viderint . LXXVIII. & LXXIX.
Auctores Ephemerid. literar. Ital. Ven. editi . CXC-VI. A. CXCVIII. A. & pluries . Quid sentians de Facetiis Poggii . CXVIII. A.
Averoldus , Altobellus , Polæ Episcopus . CCCXXVII. C.
Augustanorum familia Mediol. CCCCXIX. A. & B. S. Augustinus Rhetoricæ Præceptor ad Mediolanenses missus . XV. B. Auspicalem studiorum Oratorem ante Bautonem Consulem recitat . ibid. D. Ejus Statua , & Inscriptio in Scholis Palatinis posita . XVI. A. De habitu ejusdem Simulacro insculpendo Controversia Mediolani orta . CLXXXIII. A.
de Ausmo , sive Auximanus Nicolaus , ejus Supplementum Summæ Pisanellæ . DLXX. Eadem illustrat . CCCXI.
Ausonii Opera quando primum Mediol. edita . CCID. Ejus Carmen de laudibus Mediolani . XVI. E.
Ayora , G. , ejus Epistola ad Elisabetham Hispaniarum Reginam . DXCI.
de Azajolis , Nicolaus , ad eum dirigit Petrarcha Opus suum de Regimine Principum . CCCLXXV. A.
Azzoguidus , Balthassar , primus Typographus Bononiensis . LXXVII.

B

B*adoarus , Sebastianus , ad eum Epistola Jo. Pompeji Corniani . DCIII.*
Bagnolus , Comes Jo. Franciscus Joseph . CCXCII. D. Ejus opinio de ætate Q. Curtii . DLXXXIV.
Baldi opinio de Studiis Mediol. V. E.
Balsamus , Jo. Jacobus , ejus Epistola ad Ascaleonem Vallis . DLIII.
Baluzius , Stephanus , quid de Juliano Cesarino seniore Card. proferat . CXX. E.
Bandellus , Joannes , ejus Novellæ . CCCXIV. E.
Bandellus , Vincentius . CLXXII. B. & C. Ejus Operum editiones . ibid. D. Ipsius amore Ludovicus Maria Sfortia Mediol. Dux Prædia Sfortiadæ Cænobio Fratrum S. Mariæ Gratiarum dono contulit . ibid. Ejus infensa opinio contra Immaculatam Conceptionem B. M. Virginis . CCCL. D. CCCCLX.
Baptista Mantuanus , ejus Carm. CLXXI. D.
Baptisterium quando Mediol. erectum . CCCXIX. C.
Barbadicus , Augustinus , ad ipsum Epistola Sabcllici . DLXXXIX.
Barbarorum in Italiam incursionem . CCCLXXXIV. C.
Barbarus , Franciscus , ad eum Epistola Poggii . CXXVII. A.
Barbarus , Hermolaus , ejus Carmen in Sfortiadæ Villæ laudem , prope Viglevanum . CCCLVI. B.
Barbavara , Catharina , Uxor II. Jo. Simonettæ . CCIII. D.
Barbavara , Franciscus , à Josepho Brippio laudatus . CCCXL. A.
Barbavara , Fr. Jo. Ambrosius , ejus Dissertatio de Scriptis D. Thomæ . CCLXXXVII. C.
Barbus , seu Barbobus , aut Barbovius , Paulus Soncinas , V. Cl. CCLXXXVIII. B.
Barcellinus , Abbas Innocentius , ejus opinio de tempore , quo Dantes scripserit . CXXXIV. D.
Barianus , Nicolaus , Augustinianus , Tractatum edit contra Montem Pietatis . CCCLIII. A. Ejus Epistola ad Georgium Albanensem Episc. & Card. DXVI.
Barlaffina , Matthæus , ejus Carmen ad Petrum Antonium Castillionæum . DLXXVII.
Barnabas Interamnenis . V. Interamnenis .
Barni , Romanus , Vicarius Gen. Archiep. Mediol. CCCXLVIII. B. CCCLXXII. D. Ad eum Epistola Archangeli Ungardi . DXXXIX.

Bartholoccias , Julius , ejus Bibliotheca Rabbinnica . LXXVII. Notatus . CXXXI. A. Quid de Typographia Habraica Mediol. referat . LXXVII. & LXXVIII.
Bartholomæus de Pisis . V. de Pisis .
Bartholuccius , Guidus , Ord. Minor. ejus Epistola . CCCCXIII. A.
Barzizius , Gasparinus , ejusque filius Guinifortus , Rhetoricæ Magistri in Scholis Palatinis . XXXIII. E. XLI. A.
Barzizius , Guinifortus , Dantis Commentator . CXC. C.
Bassus , Petrus Andreas . DCXVI.
Bavesolus , Jacobus , idem & Jacobus de Cesolis . DLXXI.
Baumeister , Socius Joannis Wrster , Typographi Mediol. C.
de la Baune , Jacobus , Soc. Jesu , Paneg. & Orat. Plinii illustrator . CCXXXVII. B.
Bayle , Petrus , ejus Dictionarium Crit. CCCXXII. B. DCXVI. & alibi .
Beaque Georgius V. Cl. CXC. D. Ad ipsum Epistola Gabrielis Brebiæ . CCCCLXI.
Beatrix Uxor Ludovici Mariæ Ducis Mediol. Carmen in ejus obitu . CCCLXVIII. B.
Beccatellus , Ludovicus , Ragusinus Archiep. , Petrarchæ Vitam scripsit . CCCLXXXVIII. C. Notatur . ibid. E.
Bechetus , Jacobus , ejus Epistola Theodoro Plato . DXLI.
Bellarminus , Nicolaus , Epistola ad eundem Benedicti Britannici . CCCXCVI. D.
Bellarminus , Robertus , Card. ejus opinio de Libro D. Thomæ de Regimine Principum . CCLXXXVII. B. Ejus liber de Scriptor. Ecclesiast. CCCXVII. E.
Belincionus , Bernardus , quis ille fuerit , & Elogium . CCCLV. A. Illius Carmina Ludovico Mariæ Sfortiæ à Tantiò dicata . XXXVIII. D. Ejus Italicum Epigramma in laudem ipsius Lud. ibid.
Bellinzona , Veronica , Oratio in ejus nuptiis cum Corradino Marliano . CCCCI. A.
Bellonus , Joannes Jacobus . DCII.
Beltramus , Octavius , ejus Descriptio Regni Neap. CLIV. C.
Bentivolus , Annibal , Lucretiam Estensem in uxorem ducit . CCCXXXV. D. Ad ipsum Epistola Philippi Beroaldi . DXCIV.
Bentivolus , Antonius Maria , ad eum Epistola Jo. Baptistæ Pii . DCIII.
Bentivolus , Joannes , Bononiæ Dictator , Epistola Benedicti Britannici ad eundem . CCCXXXII. C.
Bentius , Hugo , de sanitate conservanda . DXL.
Bergomensis , Jacobus Philippus . V. Jacobus Philippus .
Bernardinus , tit. S. Crucis in Hierusalem , Cardinalis . CCCLIII. B. Ad eum Epistola B. Bernardini de Bustis . DXVII.
S. Bernardus Caravallensis quando Mediol. venerit . CCXLVIII. E. Monasterium Caravallis in Agro Mediolanensi an ab eo conditum . CCLI. B. An sit Fundator Ord. Humiliatorum . CCLII. A.
Bernardus Parmensis ex Ord. Min. Observ. Sepulchri D. N. J. Christi Custos . CCCCLXIV.
Beroldus Scriptor Mediolanensis XII. Seculi . XXIX. A.
Beroaldus , Philippus , senior Bononiensis , Mediolani docuit . XLI. B. Ejus Opera , & Elogium . CCXXXIV. B. Vita ejusdem à Bartholomæo Blanchino scripta . ibid. De ipso judicium Jo. Pici Mirandulani . ibid. D. Ejus Carmen . CCXXXVI. E. Quando Bononiam evocatus . CCCXXXVIII. B. Altera ejusdem Vita à Jo. Pino Tolosano scripta . ib. D. Iterum laudatus . CCCXXXIX. B. C. & D. Quid de ipso Nicæronus in suis Memoriis illust. Virorum . CC-

n a n n a CCXL.

I N D E X

- CCXL. A. *Epistola Angeli Politiani ad eundem*. CXCIX. E.
 Beroaldus, Philippus, junior, ad curandam Cornelii Taciti aucti editionem delectus. XLIV. E. & CIX.
 Berzetus, Antonius, ad eum *Epistola Petri Leonis*. DXCIX.
 Besutius, Cherubim, Abbas Congreg. Montis Oliveti. DLXXXV.
 Besutius, Joachimus, Cardinalis. CIV. DLXVII. & DLXIX.
 Beughem, Cornelius. LXXVIII. LXXXI. & XCI. *Ejus opinio de editione Mediol. Festi Pompeji Operum*. CXVII. A.
 Bevilaqua, Jo. Ambrosius, Architectus insignis. XLII. B.
Biblia Sacra pluribus linguis in lucem edita à quo. LXXVIII.
Biblia Sacra editionis Moguntinae, ubi manca. DCX.
Bibliotheca Ambrosiana à Cardinali Federico Borromeo condita. LI. B. *Celebriorum Auctorum iconibus ornata*. LII. A. *Quo tempore omnibus pateat*. ibid. C. *Quot millibus librorum referta*. ibid. D. *Ejus graphica delineatio à Lusitania Rege expetita*. ibid. LIII. A. *Quare Ambrosiana appelletur*. ibid. B. *Doctorum Collegium eidem adjectum*. ibid. C. *Linguarum Orientalium Præceptores illuc conducti*. LIII. *Typographia characterum Orientalium ibidem statuta*. ibid. *Gemina ejusdem aulae simulacris, ac picturis elegantissime ornata*. ibid.
Bibliotheca Ambrosiana ab Operis exordio, usque ad finem plurimis in locis laudata.
Bibliotheca Archintea libris, ornamentisque pretiosis referta. LXI. E. CCVIII. C. DLX. DLXI. DLXIV. DLXV. DLXVI. DLXVII. DLXIX. DLXX. DLXXI. DLXXV. DLXXVI. DLXXVII. DLXXVIII. DLXXIX. DLXXXIII. DLXXXVII. DLXXXVIII. DXC. DXCVII. DC. DCIII. & DCXIII.
Bibliotheca Auctoris. DLXII. DLXV. DLXXIV. DLXXV. DLXXVI. DLXXXVII. DXC. DXCII. & DCI.
Bibliotheca Barberina. XCI. & DLIX.
Bibliotheca Casarea Vindobonensis. LXXXVI.
Bibliotheca Cænobii S. Jacobi propè Papiam. DLXXXIX. & DCXII.
Bibliotheca Canoniorum Ecclesie Metropolitanæ Mediol. optimis libris referta, & quam antiqua. X. D. *Hic Franciscus Pizzolpassus Archiepiscopus Mediol. universos suos Codices legat*. IX. E. *Eorum nobilior pars in Ambrosianam transfertur*. X. E. *Eandem Franciscus Philelphus librorum suorum hæredem instituit*. ibid. & CCXXV. B. *S. Carolus Borromæus omnes suos libros eidem moriens relinquit*. ibid. CCXII. B. CCXXI. C. CCLII. A. CCLXXXI. C. DLXXXIII. DLXXXVIII. & DCV.
Bibliotheca Cler. Regul. S. Antonii Mediol. CCC. II. CCCC. E.
Bibliotheca Cler. Regul. S. Pauli Collegii S. Barnabæ Mediol. XCIV. CCCLXXI. D. DLXXII. & DCXII.
Bibliotheca Cler. Regul. Somaschensium S. Petri Montis-fortis Mediol. DXCV.
Bibliotheca Cænobii S. Mariæ Carminis Mediol. DLXII. DLXIII. & DLXVIII.
Bibliotheca Collegii Braydensis PP. Soc. Jesu Mediol. DXLVI. DLXIII. DLXVI. DLXVII. DLXXVI. DLXXVII. DLXXIX. DXCIV. DCIII. DCIV. DCV. & DCXII.
Bibliotheca Collegii Oblatorum S. Sepulchri Mediol. DLXXIX. DLXXXIV. DLXXXV. DXCII. DCXI.
Bibliotheca Domus Professæ S. Fidelis PP. Soc. Jesu Mediol. CCCLXVIII. B. *Ibi Codex MS. insignis Petri Lazaroni*. CCCLXIX. C.
Bibliotheca Ecclesiastica antiquitus Mediolani instituta. IX. C. *Eadem usus S. Ambrosius*. ibid. *Ejusdem reliquiæ in Archivo Canoniorum Basilicæ S. Ambrosii, & in Bibliotheca Monachorum Cisterciensium*. X. B.
Bibliotheca Fratrum Capuccinorum Modoëtia. CCC. LXXIII. B. DLXXX. DLXXXIV. DLXXXVI. & DLXXXVII.
Bibliotheca Fratrum Capuccinorum Viglevani. DLXXXVIII. & DCV.
Bibliotheca Fratrum Eremitarum S. Augustini in Cælo-aureo Papiæ. DCVII.
Bibliotheca Fratrum Eremitarum S. Augustini Congreg. Lombardiæ S. Mariæ Coronatæ Mediol. DLXIII. DLXIX. DLXX. DLXXXI. DLXXXII. DLXXXIV. DLXXXV. DLXXXVIII. DLXXXIX. DXC. DXCIII. DXCIV. DXCV.
Bibliotheca Fratrum Eremitarum S. Augustini Cremæ. CXVIII. B. DLX. DLXIII. DLXV. DLXVI. DLXVIII. DLXIX. DLXXXI. DLXXXIX. DXC. DCI. DCII. DCXIV.
Bibliotheca Fratrum Eremit. D. Marci Mediol. DL.
Bibliotheca Fratrum Eremitarum S. Augustini Excalceatorum in Conventu S. Andreae Modoëtia. DXCI.
Bibliotheca Fratrum Minorum S. Francisci Viquevia. DLXXXII.
Bibliotheca Fratrum Minorum S. Francisci Oppidi Belgiojosi. DLXXXIII. & DXCVI.
Bibliotheca Fratrum Minorum Observ. Curtis-majoris in agro Placentino. DLXI.
Bibliotheca Fratrum Min. Observ. S. Angeli Mediol. DC. & DCIII.
Bibliotheca Fratrum Minorum Observ. S. Mariæ Pacis Mediol. DLXI. & DXCV.
Bibliotheca Fratrum Minorum Observ. S. Mariæ Gratiarum Modoëtia. XCVII. DLXIV. DLXVII. DLXXI. DLXXII. DLXXV. DLXXVI. DLXXVII. & DLXXXIX.
Bibliotheca Fratrum Minorum Observ. S. Mariæ Gratiarum prope Viglevanum. DLXXXIV. DLXXXVII. DLXXXII. DLXXXIII. DLXXXIV. & DLXXXVI.
Bibliotheca Fratrum Reformatorum S. Francisci Comi. DLXXVIII. DLXXIX. DLXXXII. & DLXXXVI.
Bibliotheca Fratrum Ord. Prædicat. S. Petri Martyris Viglevani. DLXXXI. DLXXXIII. & DLXXXVI.
Bibliotheca Fratrum Ord. Prædicatorum S. Eustorgii Mediol. CCI. E.
Bibliotheca Fratrum Ord. Prædicatorum S. Mariæ Gratiarum Mediol. CVIII. CXXX. C. DLX. DLXXXI. & DLXXXII.
Bibliotheca Fratrum Ord. Prædicatorum S. Petri Martyris Barlassinæ. DLXXVII. & DCIII.
Bibliotheca Monachorum Carthusiæ prope Papiam. DLXV. & DLXXXIII.
Bibliotheca Monachorum Cassinensium S. Petri in Glaxiate Mediol. DXCV.
Bibliotheca Monachorum Cisterciensium S. Ambrosii Mediol. DLXXIV. DLXXV. DLXXXIV. DXCI. & DXCIV.
Bibliotheca Monachorum Cisterciensium Aquæ-frigida ad Lacum Larium. DLXXXVIII.
Bibliotheca Monachorum Congregationis Montis Oliveti S. Victoris Mediol. DLX. DLXII. DLXV. DLXIX. DLXXIX. DLXXXII. DLXXXV. DXCIX. & DC.
Bibliotheca Marchionum Fratrum Vicecomitum. DLXXI. & DXCVIII.
Bibliotheca Palatina, qua usus est Salmasius. LXXXIV.
Bibliotheca Regia Parisiensis. DLXXI.
Bibliotheca olim Serenissimi Principis Eugenii à S. baudia. DLXI. DLXV. DLXVIII. & DCII.
 Bi-

R E R U M , E T N O M I N U M .

- Bibliotheca insignis Co. Caroli Pertusati Senatus Præ-*
sidis. LXIII. B. DLXXV. DXCIII. & DXCIX.
Bibliotheca D. Petri Romæ. CCXXVII. E.
Bibliotheca Witiana. XCI. DLIX. & DLXXXV.
Bibliothecæ primò Mediolani conditæ antiquitas.
 VII. B. Huic C. Plinius centum annua Sestertia
 legavit, *ibid.* Ejus rei testimonium in marmore
 antiquo. *ibid.*
de Bibliothecis in genere Scriptores varii. LXXXI.
de Bibliothecis universalibus Scriptores. LXXXIV.
Biocanus, Locus non longè à Mediol. CCCXVII. B.
Biffius, Joannes, Pœta insignis. XXXIX. B. Bar-
 tholomæum Chalcum Elegiaco carmine laudat.
ibid. Ludovicum Mariam Sfortiam carminibus
 commendat. *ibid.* E. CLXXXIX. C. CCCXVI.
 C. & alibi. Ejus Carmen contra Fœneratores,
 & in laudem Montis Pietatis. CCCLIII. D.
 Alia ejusdem Carmina, Parentes, & Elogium.
 CCCLXII. A.
Biffius, Joannes Andreas, Sculptor eximius. LIV.
de la Bigne, Margarinus, ejas Bibliotheca SS. PP.
 CCXXXII. D. Notatus. DIV.
Biragus, Gabriel, Ducalis Chirurgus. CCCXXVII. A.
Biragus, Lampuginus, ad eum Epistola Petri Can-
didi Decembrii. CCXCV. B.
Bissolus, Joannes, Typographus Mediolanensis. CVI.
 Ejus Symbolum. CVII.
Blanca Maria Ducissa Mediol. Epistola Pii II. Pont.
Max. ad eandem. CXLIII. C.
Blanca Vicecomes, Sabaudia Ducissa. CCCII. D.
 Carmen Italicum in ejus laudem. *ibid.* E.
Blanchinus, Bartholomæus, Vita Philippi Beroal-
di senioris Scriptor. CCCXXXIV. B.
Blondus, Flavius, quid de Typographia Mediol. as-
serat. LXXIX.
Boccacius, Joannes, Auctoꝝ Libri Innamoramento
di Troilo, e Grifeide. DCXVI. Ejus Opera.
ibid. Falsò eidem tribuitur Liber inscriptus: Le
 Fatiche d'Ercole. *ibid.* Dantis Commentator.
 CXC. C.
Boëclerus, Jo. Henricus, ejus Comment. in Historia
Friderici III. CXXXV. B.
Boëmus, Martinus. V. Martinus.
Bona, Cardinalis, ejus Catalogus Auctoꝝ de di-
vina Psalmodia. CCCXIX. C.
Bonaspei, Nicolai, error notatus. DLXXXIX.
 Carmen. CCCXXX. A.
Boninus Mombricius. LXXXVIII. Ejus Opera edita
 & inedita. CXLVI. E. & seqq. Ejus Epistola
 ad Candidum Decembrium. CXLVIII. E. Ejus
 Carmen. CLXXV. D. Ad eum Epistola Decem-
 brii. CCXCVI. C. Ad eum Epistola Gasparis
 Lampugnani. DXLII. Ejus Epigramma. DL-
 IV. Alterum. DLXV. Iterum de ipso. DVIII.
 Ejusdem alia Epigrammata. *ibid.* DCIX. &
 DCX.
Bona Sfortia Galeacii Maria Ducis Mediol. Uxor.
 CL. A.
Bononia, an ibi primùm Typographia Hæbraica
enata sit. LXXVII.
Bononienses Franciscum Philelphum ad Lecturam in
eor. Gymnasio magno stipendio conducunt. CC-
 XXVII. A. Et Joannem Baptistam Pium. CC-
 CCXXXII. C.
Bononiensis, Jacobus. V. Jacobus.
Bononius, Philippus, D. Bassiani Abb. Commenda-
tarius. CCCIL. B.
Bontalentus, Bernardinus, Girandula, aliorumque Ma-
chinarum ignearum Inventoꝝ. CCCXXXVI. B.
Bonvicinus de Ripà, Mediolanensis, Elegiaco car-
mine libellum de vita Scholastica composuit.
 XXX. D. Ab Ericio Puteano laudatus. *ib.* E.
 & XXXI. A.
Bonusaccursus Pisanus, quis ille fuerit, ejusque lite-
rarii labores. XCIV. CLXII. E. Ejus Epistola.
 CCLXXIII. E. CCCCLIV. CCCCLXXV. &
 CCCCLXXX. Alia ad Ciccum Simonettam.
- CCCCLIV. CGCCLVI. CGCCLVII. & CCCC-
 LVIII. Ad Jo. Franciscum Turrianum. DXLIII.
 DXLIV. & DXLV. Et ad Antonium Bracel-
 lium. *ibid.*
Borromæa, Comitissa Clelia, Academiam instituit.
 LXVII. C. Variis linguis, ac disciplinis excul-
 ta. LXVIII. A. Non solum Italis, sed exteris
 etiam doctissimis Viris sapientiæ, ac munificen-
 tiæ famâ notissima. *ibid.* B. Quam ob causam
 Academiam suam instituerit. C. Antonium
 Vallifnerium Vir. Clariss. ad se evocat. LX-
 IX. C. Item Joh. Cribellum C. R. S. Mathe-
 maticæ Professore. *ibid.* Leges pro eadem Aca-
 demia in XII. capita distributæ. *ibid.*
Borromæa, Elisabeth, Epitalamium in ejus Nuptiis.
 CLXXXIX. B.
Borromæus, Carolus Sanctus, Card. Vid. S. Carolus.
Borromæus, Federicus Card. Vid. Federicus.
Borromæus, Comes Joannes, Academia Laborioso-
rum Protectoꝝ. LVIII. D. Novam Aulam ad
 ejus commodum erigere decreverat. *ibid.*
Borromæus, Vitalianus, ad eum confugit Fran-
iscus Puteolanus. CCXXXVIII. B.
Borfettus, Ferrarius, ejus Hist. Ferrariae. CXL-
 VI. E.
Borsus Estensis, Mutinae Dux, Epistola Pii II. Pont.
Max. ad eundem. CXLIII. C. Quid de ea sen-
 tiat Cl. Muratorius. CXLIV. C.
Bosca, Petrus Paulus, de Origine, & statu Biblio-
thecæ Ambrosianæ. IX. A. & sæpius.
Bosellus, Comes Scipio, Legionum Gallicarum Lo-
cumtenens Marefcallus, ejus Bibliotheca. DL-
 XII. DLXXXIII. DXCIV. & DCVI.
Bossia, Catharina, Petri Candidi Decembrii Uxor.
 CCCIV. D.
Bossius, Andreas, iterum edi curat Missale Ambro-
sianum. CCXC. C. Et Opera Sancti Ambrosii.
 CCCXLI. A.
Bossius, Donatus, ejus silentium de Arte Typogra-
phica Mediol. CXV. A. Ejus Chronicon. CC-
 XX. & sæpius. Ejus Elogium. CCCXLI. C.
Bossius, Franciscus, ad eum Epistola Boni Aloysii
de la Cruce. CCCXXVI. E. CCCXCXVII.
Bossius, Hieronymus, celebres Mediolanensium Scho-
larum Præceptores commemorat. XL. E.
Bossius, Hieronymus, Generalis Canonicorum Late-
ranensium. CCVI. A.
Bossius, Matthæus, ejus Epistola ad Donatum Bos-
sium. CCCXLII. C.
Boxbius, quid dicat de inventione Typographiæ.
 LXXXV.
Bracellus, Antonius, Senator Mediol. CXC. C.
 Vir Clariss. CCCCLXV. Ad eum Epistola
 Bonaccursii Pisani. DXLV.
Bracellius, Jacobus, de Bello Hisp. CLXXXV. D.
 DXXXVIII.
Bramantes Architectus insignis. XXXII. E. Mona-
 sterii S. Ambrosii Mediol. reedificationem deli-
 neat. CCCLXI. C.
Brasca, Sanctus, quis ille fuerit, & illius Opera.
 CCXXXIII. C. Ejus Epistola ad Antonium Lan-
 drinianum. DLXXIV.
Braydenses Scholæ Patrum Soc. Jesu, quo anno aper-
tæ. XLIX. B. Quot in illis Scientiarum Clas-
 ses. *ibid.*
Brebbia, Gabriel, ejus literarii labores. CLXXX-
 IX. E. Ejus Epistola ad Georgium Beaque.
 CCCXLII.
Breviarium Ambrosianum quando primùm typis editum
Mediol. CLXII. C. Quando recusum. CCLX-
 XXI. C. CCCXVII. C.
Breviarium Ord. Humiliatorum, quando primùm
Mediolani editum. CCLIII. E. De ipso Epistola
 Federici Cardinalis Borromæi ad Moniales ejus-
 dem Ord. Mediol. CCLIV. CCLV. &c.
Bricherius Columbus, Joannes, edendam promittit
Hist. Belli Finariensis Marii Philelphi. CC-
 LXVI. D. Brisp-

I N D E X

Brippius, Alexander, Oratio in ejus Nuptiis cum
Lucretia Vicecomite . CCCCI. A.
Brippius, Joseph, Carmen Maphæi Vegii in ejus
laudem . CCCXXXVIII. C. Quis ille fuerit,
Opera, & Elogium . CCCXXXIX. E.
Britannicus, Damianus . CCCXCV. D. & E.
Britannicus, Benedictus, alter à Gregorio . CCC-
XCV. B. DIX.
Britannicus, Gregorius, quis ille fuerit, Ætas,
Opera, & Elogium . CCCXCV. A. Ejus Epi-
stola ad Paulum Zane Brixia Episc. DIX. Et
istius ad eum . DX.
Britannicus, Joannes, V. Clariss. CCCXCVII. A.
Ejus Commentaria . ibid. B. Ejus Epistola ad
Hieronymum Advocatum . DLXXXIX.
Brito, Gulielmus, ejus Vocabularium Bibliæ . CC-
XVI. E.
Brixienfis, Paulus . Vid. Paulus .
de Brossano, Franciscus, Franciscæ filia Petrarchæ
maritus . CCCLXXVIII. E.
Brunsfeldius, Otto, Medicus . CLIV. D.
Buccardus, Pylades, Brixienfis . CXCIX. D. Pii
Bononiensis, & Bernardi Saraceni insectator .
CCCCXXXIII. A. Ab Eminentiss. Quirino no-
tatus . ibid. C.
de Burgo, Petrus Antonius, de Castillione vocatus .
XCVI. XCIX. & CIII. Quis ille fuerit . DLXII.
Non Typographus . DLXIII. V. de Castillione .
Burlifer, Stephanus, ejus Formalitates . DXX.
Busca, Antonius, Pictor Mediol. celebris sua ætate .
LV. E.
Bussola, Dionysius, Sculptor sua ætate celebris .
LV. E.
de Bustis, Amizo . CCCL. A.
de Bustis, B. Bernardinus, ejus Opera, & Elogium .
CCCL. A. Defensor Montis Pietatis . CCC-
LIII. B. Ejus Epistola . DXVII.
de Bustis, Franciscus, ejus Epistola ad Ambrosium
Rosatum . DCXV.
de Bustis, Laurentius . CCCL. B.
Bustus, Augustinus, Sculptor eximius . LV. B.
LVI. B.
Butius, Carolus, Architectus insignis . LIV. D.
Buxtorfus, ubi notatus . LXXVII.

C

Aballus, Fr. Seraphinus . CCLXXXVII. D.
Cabatus, Ludovicus, Oratio in ejus Nuptiis cum
Jacobina Longuignana . CCCCI. A.
de Cacciis, Thomas . CCXCIII. A.
Caecilius Statius Comædiarum Scriptor, XXIV. D.
Patria Mediolanensis . ibid. Romam ob Literas
ediscendas pergit . ibid. E.
Caesarinus, Julianus Card. senior, Oratio Poggii
in ejus laudem . CXIX. A. & B. A quibus aliis
celebratus . ibid. Ejus Acta . CXX. C. Ad eum
Epistola Isottæ Nogarolæ . CXXI. C.
de la Caille, Joannes . LXXXI.
de Caimis, Ambrosius, laudatus . CIII. & DLXVII.
Caimus, Bartholomæus, quis ille fuerit, & ejus
Opera tam edita, quàm inedita . CLIX. C. &
seq.
Caimus, Franciscus, ejus Epistola ad Ludovicum Me-
diol. Ducem . DXXII.
Caimus, Jo. Baptista, laudatus . CCXXI. B.
Calcaterra, Jo., Ducalis Quæstor, ad eum Epistola
Petri Candidi Decembrii . CCXCVI. C.
Calchondyles, Basilius, Demetrii filius . CCLXX-
VIII. A.
Calchondyles, Demetrius, Græcam linguam Medio-
lani docet . XXXIX. B. XLIII. E. CCLXX-
IX. B. Laudatus . CVII. Simultates cum Poli-
tiano habet . CCCCXXI. B. Ejus filii . ibid. C.
Ejus Opera, & Elogium . CCCCXX. C.

Calderinus, Domitius, ejus Commentaria in Martialem
parùm facienda . CXCVII. D. Ejus, ob eadem,
simultates cum Georgio Merula . CCCCXX. Ejus
Epistola ad Laurentium Medicum . DLXXVIII.
Alter . DLXXXVII.
Calestanus, Mons, ubi . CLXXII. A.
Calixtus III. Pont. Max. CLXXX. C.
Calliphilus, Bernardinus Robiatinus, ejus Carmen .
CLXXVII. E.
Calmet, Augustinus, ejus Comment. in S. Scripturam .
CCCCLXIII.
Calogierà, Angelus, ejus Opusculorum Collectio .
CLIV. D.
Cambiagus, Christophorus, ab Ubertino Clerico lad-
datus . CCLXXXIII. D.
Campana Ecclesiæ S. Bartholomæi Mediol.; error an-
norum in ipsa impressorum . XC.
Campana, Stephanus . CCCLXXXIX. Ejus Epigram-
ma . DXVII.
Campanus, Jo. Antonius, Episcopus Teramensis .
LXXXII. Jacobi Antiquarii Præceptor . CC-
XLII. B. Nicolai IV. Pont. Max. Capellanus,
ejus Epistolæ . CCCCLIII.
de Camulio, Baptistina, Uxor Petri Candidi Decem-
brii . CCCIV. E.
Canetus, Petrus, Abbas Camaldulensis . XII. Ejus
Dissertatio . DLXXXIV.
du-Cangii Glossarium mediæ, & infimæ latin. CLII.
D. CCXVI. E.
Canobius, Paulus, publicum Gymnasium condit . XL-
VIII. B. Quæ magisteria ibidem decreverit . ib.
Præceptorum electionem cui demandaverit . ib. C.
Harum Scholarum aula magno sumptu erecta .
ibid.
**Canonica à Magno Trivultio extructa in Vestibulo
Basilicæ S. Nazarii** . CCCLXIII. E.
de Caponago, Ambrosius, Typographus Mediol. CXI.
Capra, Bartholomæus, Mediol. Archiep., ad eum
Epistola Maphæi Vegii . CCCCVI. A.
Capranicus, Dominicus . CXXIX. B.
Caracciolus, Antonius, de Ecclesiæ Neapolitanæ Mo-
numentis . CLIV. C.
Caravagial, Bernardinus, Cardinalis . CCCLIII. E.
Carbo, Ludovicus, emendator Librorum . XCVIII.
Ejus Carmen . ibid.
de Carcano, Antonius, Mediol. Typographus Papiæ .
CXIII.
de Carcano, B. Michaël, ejus Patria, Parentes,
Gesta, Opera, & Elogium . CCCXC. D, CC
CCLXIV.
Cardanus, Facius, ejus Epistola Ambrosio Griffio .
DCXV.
Cardanus, Hieronymus, Mathematicam Mediolani
docet . XL. C.
Cares, Oppius, Grammaticus . IV. D.
de Caretto, Galeottus Marchio, ejus Bellum cum Ge-
nuens. à Mario Philelpho descriptum . CCLX-
VI. B.
de Caretto, Joannes, Montisferrati Marchio . CC-
LXVI. C.
S. Carolus Borromæus literas promovet . L. A. & B.
Primo se ipsum, ac familiares suos erudire ni-
titur . ibid. Scholas publicas Patribus Soc. Jesu
regendas committit . ibid. Moriturus, libros suos
Bibliothecæ Metropolitani Capituli dono dedit .
XI. B. Epistola ad eundem Petri Galefmi . CL-
XXI. D. Breviarium Ambrosianum restaurat,
& corrigit . CCCXVI. B. Quando jejunii tem-
pus pro triduanis Rogationibus indixerit . CCC-
LXXXVI. C. Jejunii in triduanis Rogationibus
restitutor . CCCLXXXVII. B.
Carolus M. Imperator literas in Gallia, & in Italia
restaurat . XXVII. E.
Carolus VIII. Gallia Rex, ad eum Epistola Bonifa-
cii Simonetta . CCCXLIII. D.
Carolus III. Sabaudia Dux, Oratio in ejus Nuptiis
cum Beatrice Portugallensi . CCCCI. A.

Car-

R E R U M, E T N O M I N U M.

- Carpanus**, Horatius, Commentator Statutorum Mediol. CCXVI. C.
- de Carraria**, Franciscus, Patavii Dominus, ad eum dirigit Petrarca Opus suum inscriptum Clarissimorum Virorum Epitomen. CCCLXXV. D.
- Carrarius**, Franciscus, ejus Carmen. DLXXXIX.
- Casale S. Evasii**, quando ei datus Episcopus. CC-LXXV. D.
- Casaubonus**, Isaacus. LXXXI. Chronologia Polybii ab eo digesta. II. B. IV. A. Notatus. XIII. A. & LXXXIV.
- Casellius**, Ludovicus, Borsii Mutinae Ducis à Consil. CCXCIII. A. CCXCIV. B. CCXCVI. D.
- Casola**, Petrus, quis ille fuerit, ejus Opera, & Elogium. CCCXV. B. De Ritibus Ambrosianis optimè meritis. CCCLXXXII. B.
- Casoratus**, Jo. Petrus. DCIII.
- Cassanus**, seu de Cassanis, Philippus. Vid. Mantegatius, seu de Mantegatius, Typographus Mediol. CV.
- Cassarinus**, Antonius, quis ille fuerit, & ejus similitates cum Petro Candido Decembrio. CCXCV. B.
- de Cassinis**, Samuel, quis ille fuerit, ejus Patria, & Opera. CCCXXVII. E. CCCLXXI. D. Ejus Carmen. CCCLXXII. D. Ejus Epistola. DXX. DXXI. DXXII. & DXL.
- Castellanus**, Gabriel. DXCIV.
- Castellus**, Franciscus, de rebus Ecclesiasticis Mediolanensium optimè meritis. CCCIX. A.
- Castillionæus**, Antonius, laudatus. CIII.
- Castillionæus**, Balthassar, Oratio in ejus funere. CLXXX. B.
- Castillionæus**, Bonaventura, de Gallorum Insubrum antiquis Sedibus. IV. A. & B.
- Castillionæus**, Branda, Cardinalis. CLXXX. B.
- Castillionæus**, Guarnerius, Vir erud. CCXCVIII. B.
- Castillionæus**, Joachimus, ejus Oratio in funere Margaritæ Mirabilis, Jo. Simonettæ Uxor. CCIII. C.
- Castillionæus**, Jo. Jacobus, Barenfis Episcopus, ei cura Mediol. à Ludovico Sfortia commissa. CC-XLVI. C.
- Castillionæus**, Petrus Antonius, ad ipsum Carmen Matthæi Barlassina. DLXXVII.
- de Castillione**, Benedictus, Typographus Mediolanensis. DXCII.
- de Castillione**, Bernardinus, Typographus Mediol. CV.
- de Castillione**, seu de Burgo, Fratres, Typographi Mediol. CIII.
- de Castillione**, seu de Burgo, Nicolaus, unus ex iis, qui Societatem Typographicam Mediol. primum inierunt. CCCCL.
- de Castillione**, Petrus Antonius. CVII. Ejus Societas cum aliis pro prima Mediol. Typographia instituenda. CCCCLVII.
- Castronovata**, Bona, Oratio in ejus Nuptiis cum Michæle Marliano. CCCCI. A.
- Castrum-novum ad Scripiam in Derthonensi ditone**. CLXXII. B.
- Catalogus Librorum Mediolani editorum ab anno M-CCCCLXV. ad MD. DLVI. Vid. Libri.**
- de Cattaneis**, Henricus, quis ille fuerit. DLXXI.
- Cattaneus**, Jo. Maria, ejus Epistola Alberto Pio missa. DXXIV. Altera. DCVI. Calchondylæ laudator. CCCXX. D.
- Cattaneus**, Petrus, idem & Petrus Novariensis, & Petrus Apollonius Collatinus. DIV.
- B. Cattarina Senensis**, Oratio Pii II. Pont. Max. in Canonizatione ejusdem. CXL. B.
- Cavalca**, Dominicus, ejus labores literarii, & Elogium. CCCXCIX.
- Ceba**, Nicolaus, ad ipsum Philelphi Epistola. CC-XXIII. C.
- Cellarius**, Christophorus, de Studiis literariis Romanorum. IV. D. Ejus testimonium de Mediol. Novas Athenas vocato. XII. B.
- de Cellis**, Antonius, Philosophus. CCLXVIII. D.
- de Cermenate**, Baptista. CCC LII
- Cerrutus**, Gerardus, Orator L. ... Mediol. ad Bononienses. CCLXIX. D.
- Ceva**, Thomas, Soc. Jesu, V. Cl. LXIII. E. LXVIII. E.
- Chalcus**, Bartholomæus, Ducalis Secretarius. CL-XXXIV. D. Ejus literarii labores. CLXXXV. A. CCIV. E. CCLXXVII. B. CCCXXXV. C. Geminas Scholas Mediolani restaurat. XXXIX. B. A Bissio Elegiaco carmine laudatus. ibid. C. & CVII. Ad eum Epistola Maselli Veniæ Beneventani. CCCCLXVI. Et Alexandri Minutiani. DVIII. Ubi notatus. LXXX.
- Chalcus**, Severinus, ejus Epistola ad Joannem Cribellum. CCCCLXXVI.
- Chalcus**, Tristamus, ejus silentium de Arte Typographica Mediol. CXV. D. Ejus Epistola ad Stephanum Porcherium (Poncherium) Episc. Parisiens. & Senatus Mediol. Præsid. DLII. Altera ad Catellianum Cottam. CCCXXVII. D. Ejus Hist. Patriæ. VII. B. & alibi.
- Chevallierius**, Andreas, de Origine Typographiæ. LXXVII. LXXVIII. LXXXI. LXXXII. LXXIV. LXXXV. XCI. & sæpissimè. Notatus. XCV.
- Chronica Notæ in calce antiquarum editionum quando posita. LXXXV.**
- Chrysoloras**, Emmanuel. CI. Græcam linguam Mediolani docet. XXXV. C. A Leonardo Arétino, & Candido Decembrio laudatus. ibid.
- Chrysolorina**, Theodora, Uxor prima Francisci Philelphi. CCXXIV. B.
- Cibus**, Jo. Baptista, Cardinalis, postea Innoc. VIII. Pont. Max. benignè Bonifacium Simonettam excipit. CCCXLIV. D. & E.
- Cincius**, Romanus. CXXVIII. E.
- Cistercienses**, Monachi Grisei appellati. CCLI. A.
- Clarevallensis**, Nicolaus. V. Nicolaus.
- Clavus Sacer** quando in Templum max. Mediol. in-latus. CCXC. E.
- Clerici Regulares S. Pauli**, vulgò Barnabitæ, quo anno Scholas aperuerint. LVII. B. Quando Gymnasia superiorum scientiarum publicè instituerint. ibid. C. Academiam Ignitorum, Italicè Infocati, in illis erigunt. LVIII. A. Alterum Nobilium Adolescentium Collegium condunt. LXVI. C.
- Clerici Regulares**, Teatini appellati, in eorum Collegio Academiam Laboriosorum, Italicè de' Faticosi, constituunt. LXVIII. A.
- Clericus**, Hubertinus, Crescentinas. CLXVII. E. Ejus Epistola. CLXVIII. A. & CCCIII. E. Ejus Carmen. CLXXVIII. B. Ejus Opera, & Elogium. CCLXXIII. D.
- Codex primus Italiæ impressus**, qui. LXXXVII.
- Codices Græci Mediolani antiquitus Typis dati**. CII.
- Codices Sacri pessimè antiquitus impressi**. LXXXIV.
- Codicum MSS. Editores varii**. LXXXI.
- Coenobium**, & Ecclesia Canonorum Regularium Lateranensium Casoreti, à quo instituta. CCCL-XXX. C.
- Coenobium S. Mariæ de Angelis** quando erectum Mediolani, & quando dirutum. CLX. A.
- Cola Montanus**, quando Mediolanum venerit, & ejus labores literarii. XCVI. Gesta, & mors. CL-VIII. A. & seqq. Ejus Societas cum aliis pro Typographia Mediol. CCCXLVII. Ad eum Epistola Georgii Trapezuntii. CCCCLVI.
- Collatius**, seu Collatinus, Petrus Apollonius. Vid. Petrus.
- Collegium Alumnorum à Federico Card. Borromæo in Clericorum Seminario conditum**. LIII. A.
- Collegium antiquum Mediolani pro institutione juven-tusis**. XVIII. E.
- Collegium Chalcorum**. XLVIII. E.

I N D E X

- Collegium Doctorum Bibliotheca Ambrosiana* . LIII. B. Aureum numisma pectori appensum gerunt . ibid. Inter Canonicos Basilicæ S. Ambrosii adscripti . X. B.
- Collegium Dugnanum* . XLVIII. D.
- Collegium Helveticum* , quo anno erectum . LIX. E. Academia Hypheliomacorum ibi instituta . LX.
- Collegium Medicorum Mediolanensium* ; ejus antiquitas , ac nobilitas . XXXI. D.
- Collegium Nobilium Jurisperitorum* , quanti in præsentiarum splendoris . XLIV. C. Ei demandata electio Præceptorum in Scholis Canobianis . XLVII. D.
- Collegium Nobilium à S. Carolo Borromæo institutum* . XLIV. C. Ibi erecta Academia Perseverantium . LVI. B.
- Collegium alterum Nobilium* , à Patribus Barnabitis quando conditum . LXVI. C. Imperiale appellatum . ibid. C. Ejus Alumni auream Aquilam affixam pectori gestant . ibid.
- Collegium S. Simonis à quo conditum* . XLVIII. C. Quot Gymnasia in illo instituta . ibid.
- Collegium Trilingue à Federico Card. Borromæo erectum* . LII. C.
- Colonia Arcadum Mediolanensium* , quo anno , & à quo condita . LXI. E.
- Coloniensis* , Joannes . Vid. Joannes .
- Comes* , Franciscus , Spoletanus , Bononia Prætor . CLXXX. C.
- Comes* , Roglerius , J. C. CCCI. A.
- Comus* , Ignatius Maria , V. Cl. quid sentiat de patria Matthæi Sylvatici . CLIV. C.
- Conagus* , Augustinus Maria . CCLXXVI. B.
- Conagus* , Gabriel . CCLXXVII. C.
- Conagus* , Lucinus . CCLXXVII. C. Ejus Carmen . DXV. Alterum ad Ludovicum Mariam Sfortiam dirigit . XLI. D.
- Conceptionis Immaculatæ B. M. Virginis Defensio à quibus peracta* . CLXXIV. A. & B.
- Concilium Chalcedonense* , ad ipsum Epistola Synodica S. Eusebii Mediol. Archiep. CCCLXXXIV. D.
- Concilium Herdense* . CCXCI. B.
- Conformatum S. Francisci cum Vita Christi quis Librum scripserit* . CCCCXIII. C.
- Constantinus Palæologus Græcorum Imperator* . CCLXVI. C.
- Consuetudines Mediolanenses quando primùm collectæ* . CCIX. D.
- Consulum Romanorum Edicta contra Rhetorum Scholas* . IV. E.
- Conti* , Nicolaus , Venetus , ejus Itinerarium . CXXIII. B.
- Contrarius* , Ugutio , ejus in ejus Nuptiis . CCXXXIX. C. & D.
- Controversia inter Canonicos Lateran. & FF. Eremit. S. Augustini de habitu imponendo istius S. Doctoris Simulacro* . CLXXXIII. A. & CCIV. D.
- Coranus* , Ambrosius , Generalis Ord. Eremitarum . CLXVIII. E. CLXXXI. D. Ejus Opera . CLXXXII. CLXXXIII. C. & CCCCLXIX.
- Corius* , Bernardinus , ejus silentium de Arte Typographica Mediol. CXV. D. Ejus hist. Mediol. CXX. A. & centies .
- Cornelius Fronto* , Rhetor , & Grammaticus . XII. B.
- Cornelius* , Georgius , ad eum Epistola Pauli Marfi . DLXXVII.
- Cornerus* , Petrus , ejus Epistola Theodoro Plato , & Elogium . DXL.
- Cornianus* , Pompejus , ejus Epistola ad Sebastianum Badoarum . DCIII.
- Corradus* , Eusebius . CLXXXIII. B.
- Corradus* , Petrus , Tudertinus , Bonon. Prætor . CLXXX. C.
- Corrigia* , Nicolaus , ejus Epistola ad Petrum Candidum Decembrium . CCXCIV. D. Vicecomes quoque appellatus . CCCLVIII. B. Ei Rythmos suos dicat Gaspar Vicecomes . ibid. Quis ille fuerit .
- ibid. C. Ejus Elogium . ibid. D.
- Corvinus de Aretio* , Jo. Antonius . DLXXXV. Ejus Epistola ad Stephanum Dulcinum . CCCIX. E. & CCCX. A.
- Cosmus Cremonensis laudatus* . LXXIX.
- Costerus* , Laurentius . LXXXV.
- Cotta* , Catellianus , Epistola ad eundem Tristani Calchi . CCCCXXVII. E. A Petro Bayle plagii damnatus . CCCCXXVIII. C. Ejus Opera , & Elogium . ibid. D. Ad eum Epistola Jani Parrhasii . DXXVI.
- Cotta* , Jo. Stephanus , V. Cl. CCCXXIII. B. Ejus Elogium , & Opera . ibid.
- Cotta* , Lazarus Augustinus , ejus Musæum Novæ . CCXXXII. E. & pluries . Notatus . CXLIX. A.
- Cozza* , Laurentius , Card. ejus de Jejunio Ecclesiastico liber . CCCLXXXV. B.
- Crassus* , Franciscus , notatus in Libro de origine Juris Mediol. CCXIV. A. & D.
- Crassus* , Petrus , ejus Epistola ad Petrum Antonium de S. Georgio . DLXIV.
- Crassus* , Thomas , Scholas sui cognominis Mediolani instituit . XL. A. Quinque Præceptores stipendio conducendos jubet . ibid.
- Cremonensis* , Cosmus . Vid. Cosmus .
- Cremonensis* , Stephanus . Vid. Stephanus .
- Crescentinas* , Hubertus . Vid. Hubertus .
- Crescimbenius* , Joannes Marius , Annales Arcadum . construit . LXII. C. Ejus Comm. de Ital. Poësi . CXCVI. A. Notatur . CCXC. A. & DXVI. Malè de Stephani Dulcinii Carminebus judicat . DXCII.
- Crestonus* , Joannes , Vir doctus , variorum Operum editor . LXXVI. CLXVII. C. Ejus Elogium . CLXIX. B. CLXXVIII. C. CCXVIII. A.
- Cretenis* , Demetrius , ejus laudes . 4. 5. Cl. Primus qui Typographiam Græcam Mediol. intulerit . CLXXIII. C. Ejus Editiones . CLXXIV. E. Nunquam à Fabricio in suam Bibliothecam Græcam inlatus . CLXXV. A.
- Cribellus* , Georgius , ejus editio Operum S. Hilarii . CCCXVI. E. Quis ille fuerit , ejus literarii labores , & Elogium . CCCXX. A. Ejus Epistola ad Guidonem Antonium Arcimboldum Archiep. Mediol. CCCCXCIV. Operam S. Augustini editor . ibid.
- Cribellus* , Joannes , Somaschensis , V. Cl. LVIII. E.
- Cribellus* , Joannes , Præpositus S. Petri de Ulmo . CCVI. B. Ad eum Epistola . CCCCLXXVI.
- Cribellus* , Leodrisus , quid de eo sentiant Auctores , & Cl. Sironus . 7. 9. CXLV. A. Ad eum Epistola Philelphi . CCXXVIII. A.
- Crippa* , Goffredus , ejus emptio cujusdam Prædii pro domo Braydæ . CCLIII. A.
- Crispus* , Bernardinus , V. Cl. CCLXXII. E.
- Crispus* , Jo. Baptista , Ceranus appellatus , Pictor insignis . LIV. E.
- Cropellus* , Joannes , Soncinas , ejus Carmen . CCCXCVII. E.
- Crotus* , Jacobus , ejus Oratio in funere Nicolai Lucari . CCXXXVIII. D.
- Crucejus* , Andreas , Literas , & Astronomiam Mediolani publicè proficitur . XL. C.
- Crucejus* , seu de la Cruce , Bonus Aloysius , Monachus Caravallensis . CCCXXVI. E. CCCXXVII. B. CCCXLIV. A. Ejus Epistola ad Franciscum Bossium scripta . CCCCXCVII.
- Crucejus* , seu de la Cruce , Franciscus , Primicerius Ecclesiæ Mediol. CXLIX. A. CCCXIX. E.
- Crucejus* , Jacobus , Bononiensis , ejus Epistola . CLXIX. C. CLXXXIII. B. DL. DLII. & DLXI.
- Crucejus* , Joseph Cajetanus , Cler. Regul. Teat. Vir doctus . CCCII. C. CCCCV. E.
- de Curte* , Ottobonus , Dantis Comædiæ Commentator . CXXXVII. B.
- Curcius* , Bartholomæus , ejus Opus Notizie de' Medici Milanesi . DLXI. & sæpius .

Cur-

RERUM, ET NOMINUM.

Curtius, Lancinus, ejus Epigrammata. XLII. E. XLIII. A. & seqq. *Alterum.* CCCLXX. & alibi saepius. *Ejus Epitaphium pro Francisco Puzolano.* CCLX. B. *Petro Leoni Carminibus infensus.* CCCCIII. B.
de Cusa, Nicolaus, Cardinalis, ejus Opuscula. CCCXI. A.
Cusanus, Augustinus, Cardinalis, ad eum Epistola Guidi Bartholucci Ord. Min. CCCCXIII. A.
Cusanus, Pantaleo, ejus Epistola ad Bernardinum Scarlionem. CCCLV. D. & DVI.
de Custodibus, Jo. Angelus, laudatus. XCVII. Iterum. CCCCLII.
Cypellarius, Franciscus Bernardinus, Buxetanus, ejus Carmen. CLXXXVI. B.

D

DAmianus de Mediolano, Typographus Venetiis. CXII.
Dantis Operum, quot Exemplaria MSS. custodiat Bibliotheca Ambrosiana. CXXXII. A. *Ejus aetas.* CXXXIV. D. *Quando Comedia illius Mediol. edita.* CXCIV. A. *Ejus Commentatores, qui.* ibid. C. CXCVI. A.
Dardanus, Aloysius, Epistola ad eundem Pyladis Buccardi. XXXIII. A. CCC. E.
Datus, Andreas Christophorus. DLXII.
Davalus, Alphonsus, Mediolanensis Provinciae Moderator. XLVI. D.
Davalus, Inichus, Siciliae Magn. Camerar. ad ipsum Epistola Decembrii. CCCII. D.
Decembria, Catharina, Petri Candidi mater. CCCIV. C.
Decembria, Constantia, filia adoptiva Petri Candidi. CCCIV. D.
Decembriorum familiae Necrologium. CCCIV. C.
Decembrius, Candidus Antonius, Petri Candidi fil. CCCIV. D.
Decembrius, Candidus Maria, Petri Candidi fil. CCCIV. C.
Decembrius, Modestus, Petri Candidi frater. CCCIV. C.
Decembrius, Paulus Valerius, Petri Candidi frater. CCCIV. C.
Decembrius, Petrus Candidus, Emmanuelem Chrysoloram, Graecae Linguae Magistrum, laudibus cumulat. XXXVI. A. *Libros de Republica a se compositos Hermenfredo Gloucestrensi Duci dicat.* ibid. B. *Ab eodem Epistolam in gratiarum actionem recipit.* C. *Philippi Mariae Vicecomitis vitam scripsit.* D. *Nonnulla de ipso.* II. *Ejus judicium de Francisco Philelpho.* CLXXVII. D. *Contra eundem Philelphi satyra.* CLXXIX. B. *Ejus Opera, & Elogium.* CCXCI. D. CCXCIII.
Decembrius, Ubertus, Petri Candidi pater. CCCIV. C. *A Josepho Brippio laudatus.* CCCXL. B. *Ejus de Studiis Mediol. opinio.* VI. A.
Decius, Hieronymus. CCCCIV. C.
Decius, Sebastianus, ejus Epigramma. CCCCXV. II. C.
Demetrius Chalcondyles. Vid. Chalcondyles.
Demetrius Cretensis, alter a Demetrio Chalcondyla. CCCCXXIII. E. CCCCXXIV. A. *Ejus Epistola.* CCCCLXI.
Devonia Dux, ejus Bibliotheca. DLXX.
Deuterius Grammaticus, publicus Mediolani Praeceptor. XVII. D. *Quam nobiles discipulos Auditores habuerit.* XVIII. A.
Diclys Cretensis, nomen fictum. CXCI. B.
Ditmarus, ejus Historia. CCLIII. C.
Doctores Bibliothecae Ambrosianae adscripti inter Canonicos Basilicae S. Ambrosii. X. B. *Aureum numisma pectori appensum gerunt.* LII. B.
Domitius Tarvisinus. CLXXXIII. B.

Donatus, Hieronymus, ad eum Epistola Politiani. CCXXXVIII. D.
Donatus, Joannes, Patricius Venetus. CCXX. C.
Donatus, Ludovicus, Episcopus Bergomensis, ad eum Epistola Jo. Crestoni. CLXX. A. & CCCCLXXXI.
Ducas, Demetrius, idem & Demetrius Cretensis. 5.
Ducius, Sebastianus, ejus Carmen. DCVI.
Ducum Mediolanensium gesta a Petro Lazaronio Veribus descripta. CCCLXIX. D.
Duellum a Barbaris in Italiam inventum. CCX. C. *Quousque Mediolani in usu fuerit.* ibid. D. *Quomodo ex Consuetudinibus.* ibid. CCXI. A. & seqq.
Dulcinus, Stephanus, ejus Carmen. CXI. *Quis ille fuerit, ejus Opera, & Elogium.* CCCVII. A. *De ejusdem doctrina Testes qui.* CCCXIV. D. *Ipsius Epistola ad Ludovicum Mariam Sfortiam Vicecomitem Mediol. Ducem.* DII. *Et ad Joannem Baptistam Ferrum.* DIV. *Ejus Carmen in laudem Bernardini Lanterii.* CCXL. D. *Ejus testimonium de Sacro Clavo.* CCXCI. A.
Dupinius, ejus Bibliotheca Scriptor. Ecclesiasticor. CLXXXIII. B. DLXXXIII. DXCI. & DXCVI.

E

Eccardi, & Quetif Bibliotheca Scriptorum Ord. Praedicator. CCLXXXVII. D. & saepius. *Notati.* CCCCIX. C.
Eccardus, Jo. Georgius, de genuino Stemmate Desiderii Regis. CCCVII. D.
Ecclesia Aestiva Mediol. quae. CCXC. C.
Ecclesia S. Jo. ad Fontes Mediol. quando dejecta. CCCXIX. D.
Ecclesia S. Mariae Gratiarum Mediol. quando, & a quibus aedificata. CCLXXXVIII. D.
Einser, Hieronymus, a Secretis Ducis Misniae, Opus Bonifacii Simonettae recudendum Basileae curat. CCCXLIV. C.
Elisabeth, Hispaniarum Regina, ad eam Epistola G. Ayora. DXC.
Emendatores celebres Librorum Seculi XV., qui. LXXXII.
Emmanuel Chrysoloras. Vid. Chrysoloras.
S. Ennodius, Ticinensis Episcopus, Mediolani perorat. VI. C. *Deuterium Grammaticum laudat.* XVII. C. & D. *Schola ab ipso memorata, Mediolani, non Papias vigeant.* XVIII. D. *Ejus vita, & encomia a Sirmundo collecta.* XXI. A. *An Mediolani, an in Gallis natus.* ibid. B. *Ejus domus apud Aedem S. Victoris Martyris.* ibid. C. *Quibus laudibus Mediolanensem Urbem cumulaverit.* ibid. D. *Argumenta, quibus Mediolanensis Civis probatur.* ibid. E.
Episcopi antiquitus Papae titulo inscribebantur. CCXXVI. C. *Usquequo perduravit haec appellatio.* ibid. D. & E.
Epistola Libris editis Mediol. primo Typographiae Seculo olim praefixa. CCCCXXXVII. & seqq.
Epitaphium Francisci Petrarchae in obitu Franciscus ejus filiae. CCCLXXXVIII. D.
Erycius Puteanus. Vid. Puteanus.
Estensis, Beatrix, Nicolai Corrigia Vicecomitis mater. CCCLVIII. D.
Estensis, Beatrix, Tristani Vicecomitis Uxor. CL. B.
Estensis, Emmanuel, Marchio S. Christinae, Vir eruditus. CCCXIV. C.
Estensis, Lucretia, Herculis Ferrariensis Ducis filia, Annibali Bentivolo nupta. CCCCXXXV. D.
Estensis, Marchio Nicolaus, Oratio in ejus funere a Petro Candido Decembrio habita. CCXCVI. C.
Eugenius IV. Pont. Max. CXXIII. D. An iter suum Nicolaus Conti scripserit ex ejus mandato. CXIV. A. & DXIX. *Scribam, & Datarium Maphaem*

I N D E X

phaum Vegium creat. CCCXXXIV. E. CCCCVIII. E. *Ad eum Apologia Laurentii Vallæ*. 10.
Eugenius Princeps à Sabaudia, ejus *Bibliotheca*. DLXV. DLXVIII. & DCII.
Eusebius, *Mediol. Archiep.*, ejus *Synodica Epistola*. CCCLXXXIV. D.
Eustachia, *Platini Plati Uxor*. CCLXXII. E.
Eustachius, *Philippus*, *Arcis Tricicii Præfectus*. CCXC. C.

F

F*abri*, *Jacobus*, ejus *Præfatio in Psalterium Ambrosianum*. CLXXI. B.
Fabricius, *Jo. Albertus*, *quid sentiat de Typographia Mediol.* LXXXVI. VII. CIII. CXVI. B. *Ejus de eadem falsa opinio*. DLVII. *Ejus Bibliotheca Latina*. LXXXI. & pluries. *Ejus Bibliotheca Græca*. CIII. *Ibi notatus*. CCXXXIX. C. *Laudatus*. CCCX. CCCXCIX. CCCXVII. CCCXCIX. & alibi.
Faccius, *Bartholomæus*, ejus *Codex MS. Florentiæ*. 5. *Ejus Carmen contra Laurentium Vallam*. 10.
Falconus, *Joseph*, ejus *Chronicon Carmelitanum*. CLXIX. B.
Falcuccius, *Nicolaus*, *an idem & Nicolaus Nicolaus*. CCC. C.
Fausti, *Poëta Foroliviensis*, *Carmen*. CCCLXIII. C.
Faustus, *Sebastianus*, ejus *versio in Ital. Linguam Operis Joannis Simonettæ*. CCIV. B.
Federicus, *Cardinalis Borromæus*, *Bibliothecam publicam suo ære instituit*. LI. A. *Quam Ambrosianam appellat*. *ibid.* D. *Huic Collegium Doctorum adjungit*. *ibid.* Ob hoc à *Justo Lipsio laudatus*. LIII. D. *Linguarum Orientalium Præceptores mercede conducit*. LII. D. *Typographiam characterum Orientalium ibi collocat*. *ibid.* C. *Quam fuerit studio deditus*. *ibid.* E. *Pictorum, Sculptorumque Academiam instituit*. LIV. D. *Ad illius commodum varia simulacra, picturasque magno ære comparat*. LV. A. *Leges pro eadem Academia ab ipso conditæ*. *ibid.* C. *Ejusdem Operum tum Editorum, tum Manuscriptorum Elenchus*. LXXII. *Ejus Epistola ad Moniales Ordinis Humiliatorum*. CCLIV. D.
Federicus Gonzaga, *Mantua Marchio*, *Marium Philelphum ad se evocat*. CCLXIV. B.
Federicus, *Urbini Dux*, *ad eum Epistola Nicolai Perotti*. DCIII.
Fernandez, *Valentinus*, ejus *de Indiis Relatio*. CXIV. B.
Fernus, *Michaël*, *Operum Jo. Antonii Campani editor*. CCXLII. B. CCLVIII. C. *Ejus de Legationibus Ital. Principum ad Alex. VI. Pont. Max.* CCCLVIII. E.
Ferrarius, *Julius Æmilius*, *Historiæ Interpres in Scholis Mediolanensibus*. XLIV. D. *Ejus Epistola ad Ambrosium Varisum Rosatum*. CCL. D. CCCXCIX. *Ejus ætas, Opera, & Elogium*. CCCXXII. D.
Ferrerius, *Sebastianus*, *Quæstor Mediol.* CIX.
Ferrus, *Jo. Baptista*, *Vicarius Generalis Archiep. Mediol.* CCCXII. B. CCCXLIV. A. *Ad ipsum Epistola Stephani Dulcini*. DIV.
Festi Pompeji Opera quando primum Mediol. impressa. CXVII. A. & D.
Finariensis Belli hist. à Mario Philelpho scripta. CCLXVI. A. *Eam recudere promittit Jo. Bricherius Columbus V. Cl.* *ibid.* D.
Fixiraga, *Catharina*, *Franchini Gasurii mater*. CCCXLVI. B.
Flaccus, *Andreas Dominicus*, *Auctor Belli Trojani, sub nomine Dictis Cretensis*. CXCI. B. & E.
Flagrius Manlius Mediolanensis, Valentiniani Cæsaris Præceptor. XV. E.

de la Flamma, *Gualvaneus*, ejus *Chronicon*. V. D. & pluries. *Ejus testimonium de Humiliatorum Ordine*. CCLI. B. *Notatus*. *ibid.* D.
Fliscus de Soncino, *Stephanus*, ejus *Epistola ad Jo. Melioratinum*. CCCCLXXXII.
Florentinus, *Paulus*. *Vid. Paulus*.
Fonsaninius, *Justus*, ejus *Bibliotheca Italica*. DLXXXIX.
Fontius, *Bartholomæus*, *quid de Francisco Philelpho scripserit*. CCXX. B.
Fortis, *Jo. Bernardus*, *quis ille fuerit, & ejus literarii labores*. CCXVI. E. CCXVIII. B.
de Franchis, *Dominicus*, *Canonicus Torvisinus*. CCIV. D.
Francisca Petrarca filia, *Epitaphium à patre dictatum in ejus obitu*. CCCLXXVIII. D.
Franciscus I. Mediol. Dux. CLXXV. D. *Ejus Vita à Petro Candido Decembrio scripta*. CCXCVI. C. *Et à Puteolano*. CCCCLXXII.
Franciscus Sfortia, *Mediolani Dominus*, *Sapientes mirificè diligit*. XXXVII. B. *Ejus colosseum Simulacrum à Ludovico filio erectum*. CCCLV. D. CCCLXII. D.
Franciscus Dantis filius. CXCV. C.
Franciscus de Parma. *Vid. de Parma*.
Francus, *Paulus Hieronymus*. CCCXIII. C.
Fratres S. Bernardi nuncupati, *qui*. CCLII. D.
Frecavallus, *Augustinus*, *Philosophus Cremensis*. CCLXVIII. D.
Fregosius, *Antonius Phileremus*, ejus *Carmen Ital.* CXI. *Ejus Opus Italic. cui titulus Cerva Bianca*. CXII.
Freberus, *Marquardus*. LXXXIV. *Ubi notatus*. *ibid.*
Frezius, *Federicus*, *an fuerit Auctor Quadriregii*. DLXXXIV.
Fridericus III. Imper. Oratio Æneæ Silvii, postea Pii II. Pont. Max. in ejus Coronatione. CXXVI. E.
Frobeniana Typographia, ejus *Symbolum*. XCV.
Fulgentius, *Placiades*. *Vid. Placiades*.
Fulgosius, *Baptista*, *quid de Paulo ejus patruo sentiat*. CXLIV. A. & B. *Item de Platino Plato*. CCLXII. B. *Ejus Apostrophe*. DXII. *Ejus gesta, ætas, Opera, & Elogium*. CCCXCVIII. A. *Carmen Platini Plati in ejus laudem*. CCCXCIX. C.
Furietus, *Alexander*, *editor Operum Barziziorum*. XXXIII. E. XXXIV. E.
Fuscarinus, *Ludovicus*. CCXXII. A.

G

G*afurius*, *Bettinus*, *Franchini pater*. CCCLXVI. B.
Gafurius, *Franchinus*, *qui*, ejus *Opera, & Elogium*. CCCXLIV. E. *Ejus similitudo cum Jo. Scutario*. CCCXLVIII. D. & E. *Ejus lepidum Epigramma*. CCCXLVIII. E. *Aliud in laudem Maphæi Vegii*. CCCXLIX. B. *Istius Opera edit.* CCCCV. A. *Epistola ipsius ad Ludovicum Marianum Mediol. Ducem*. DIII. & DXIV. *Et ad Jacobum Antiquarium*. DXVII. DXVIII. & DXIX.
Gagneus, *Joannes*, *editor Poëmatum Collatii*. CCXXXII. D.
Galassius, *Franciscus*, *primus Archiepiscopus Canonicorum à Magno Trivultio institutorum*. CCCLXIV. A. *Epigramma in ejus laudem*. *ibid.* D.
Galez Maria Sfortia Vicecom. Mediol. Dux, *de ejus Vita, & obitu Carmen Gabrielis Paveri Fontana*. CLXXXVIII. D. *Et Puteolani*. CCLX. A. *Quo anno interfectus*. XLV. E. CLXXX. A. & DLIII.

Ga-

R E R U M, E T N O M I N U M.

Galeaz II. *Vicecomes literarum patronus*. XXXII. B. *Bibliothecam condit*. *ibid.* C. *Petrarcham ad hanc Urbem vocat*. *ibid.*
Galeottus Martius. *Vid.* *Martius*.
Galesmus, *Petrus*. IX. B. & *sæpius*. *Ejus Epistola ad S. Carolum Borromæum*. CLXXI. D.
Gallaratus, *Jo. Franciscus*, *Bernardini Corii consanguineus*. CXI.
Gallaratus, *Jo. Petrus*. CCLXXXI. B.
Galli Ludovicum Mariam Sfortiam Mediolani Ducem captivant, & *in Gallias mittunt*. XLVI. B. *Multos libros Mediolani ac Ticini asservatos in Gallias transferunt*. *ibid.*
Gallianus, *Jo. Baptista*, *Pictor non incelebris*. L. IV. C.
Gallicus, *Gulielmus*, *plures cum hoc nomine in Bibliotheca Scriptorum Ord. Prædicatorum*. CC. CCIX. D.
Gallina, *Jo. Franciscus*, *Francisci Philelphi amicus*. CCXXVII. B.
de Gallis, *Franciscus*. CCCCLII.
de Gambara, *Co. Petrus*. CLXXIII. C. *Epistola Anonymi ad eundem*. CCCCLIX.
Gamurrinus, *Eugenius*, *ejus Hist. geneal. familiar. Tusciæ, & Umbriæ*. CCCXXXVIII. B.
Garlaschum *Oppidum non longè à Viglevano*. CC. LXXI. B.
Garzonus, *Joannes*, *Bononiensis*, *ejus Epistola ad Vincentium Bandellum*. CLXXII. E.
Gastonis Fuxensis Sepulchrum insigne Mediol. LV. C.
Gattus, *Antonius*, *Historiæ Gymnasi Ticinensis Auctor*. XXXII. E. *Contra ipsum liber Jo. Pauli Mazzucchelli*. CCCXV. A.
Gaza, *Theodorus*, *ejus similitates cum Trapezuntio*. CLVI. D. *Ejus Epistola ad Luchinum de Medicis*. DCX. *Ejus Oratio in Nuptiis Ugutionis Contrarii*. *ibid.*
Generinius, *Franciscus*, *Horologiorum Inventor*. C. CCLX. E. CCCLXI. A.
Genuensis, *Simon*, *Epistolæ ad eundem*. CCCCLIII.
de S. Georgio, *Guidus*, *Co. Blandrati*. CCLXXV. A.
de S. Georgio, *Jo. Antonius*, *Cardinalis*. CCLVI. E. *Ejus Tractatus de Appellationibus, Novocomi impressus anno 1474*. XCI.
Georgius Albanensis Episcopus, & Cardinalis. CCC. LIII. A. *Epistola ad eundem Nicolai Bariani*. DXVI.
Georgius, *Dominicus*, *V. Clariss.* CXXVI. A.
Georgius Trapezuntius. *Vid.* *Trapezuntius*.
Gerglinius, *Simonius*, *Epistola ad eund.* CCXCIII. B.
Germanus, *Henricus*, *Typographus Mediol.* CV.
Gesnerus, *Conradus*, *in ejus Bibliotheca notatur*. X. C. *Typographiam Mediolanensem imitatur*. LX. XVII. *Iterum notatur*. DLXXI.
Ghedalia Rabbi, *ejus testimonium de Typographia Hebraica Soncinesi*. LXXVII. & LXXVIII.
Ghilinus, *Camillus*, *in Latinum Baptistæ Fulgosi Opus transtulit*. CCCC. B.
Ghilinus, *Jo. Jacobus*, *ejus Epistola ad Dominicum Maccaneum*. DI.
Ghilius, *Jo. Antonius*. DLXXX.
Giannius, *Archangelus*, *ejus Annales Servorum*. B. V. M. CCVII. C. & *alibi*.
Gigæus, *Antonius*, *Arabici Lexici Auctor*. LII. D.
Giraldus, *Lilius Gregorius*. CXLIX. D. *Ejus judicium de Francisco Philelpho*. CLXXVII. D. & CLXXXII. B. *Ubi notatus*. CCLXV. B.
Girandula festivum Spectaculum quando introductum. CCCCXXXV. D. *Ejus descriptio*. CCCCXXV. A. *Quis fuerit illius Inventor*. *ibid.*
Girardinus, *Bartholomæus*, *ejus Epigramma*. CC. II. C.
Golschde, *Bartholomæus*. LXXXII.
Gondenbach, *Joannes*, *Præceptor Franchini Gafurii in Arte Musica*. CCCXLVI. B.
Gonzaga, *Carolus*, *Mediol. libertatis Tutor*. CL. XXX. E.

Tom. I.

Gonzaga, *Franciscus*, *Cardinalis*, *Bononiæ Legatus*. XCIX. & CCXLIV.
Gonzaga, *Ludovicus*, *Mantua Marchio*. XCIX. & CLXXXVIII. D. *De Mediolano benemeritus*. CLXXXIX. B.
Gotbi Italiam populantur. XXV. C. *Literas, ac liberales artes odio habent*. *ibid.* *Delere etiam penitus student*. C. *Mediolanum capiunt, ac vastant*. XXVII. A. *Quot Civium millia ibi necaverint*. *ibid.*
Græcæ linguæ studium ab Emmanuele Chrysolora Mediolani institutum. XXXV. D. *Tum à Demetrio Calchondyla*. XXXIX. & XLIII. E.
Græci Romanos literas docent. III. D. *Plures ex eis Mediol. morantur*. *ibidem*. *Nonnulla Oppida in Insubribus condunt*. III. E. IV. A. *Eorum Colonia Novocomum à C. Cæsare deducta*. *ibid.*
Græcorum characterum Typographia Mediolani enata. IV. C. & XLV. E.
Grævius, *Jo. Georgius*, *ejus Antiquitates Italicae*. III. C.
Grammatica Græca primò Mediolani impressa. XLV. E.
Grammatici antiqui qui. IX. D.
Grancolas, *Joannes*, *ejus Comment. in Brev. Romanum*. CCXCI. D.
Gregorius Tiphernas. *Vid.* *Tiphernas*.
Grillus, *Boccuccius*, *de differentiis pulsuum*. CL. IV. D.
Griphus, *Ambrosius*, *ad eum Epistola Facii Cardani*. DCXV.
Griphus, *Leonardus*, *Episcopus Eugubinus*, *Francisci Philelphi discipulus*. CCXXIX. D.
Grimanus, *Dominicus*, *Cardinalis*, *ejus ditissima Bibliotheca*. CXXVII. A.
Grolierius, *Joannes*, *à Secretis Regis Franciæ*. CC. LXXVIII. D.
Gronovius, *Jo. Federicus*, *ejus Prolegomena in Tit. Livium*. CXVII. B.
Gruterus, *Janus*, *ejus Thesaurus Criticus*. CXC. VII. E.
Gualvaneus de la Flamma. *Vid.* *de la Flamma*.
Guarinus, *Baptista*, & *Alexander fil. à Cl. Marebio-ne Maphæo vindicati*. LXXXIV.
Guasceus, *Joannes*, *ejus Historia Academiae Regii Lepidi*. CCXVII. C.
Gudenus, *ejus Sylloge diplomatum*. DLXXXIX.
Guidettus, *Franciscus*, *Florentinus*. CCXCII. B.
Guido Capitaneus Portæ Orientalis Mediol. Sanctum Bernardum adjuvat in fundatione Monasterii Caravallis. CCLI. B.
Gulielmus, *Marchio Montisferrati*. CXCIV. D. *Ad ipsum Epistola Martini Pauli Nido-beati*. CC. CCLXXI.
Gutenbergius, *Joannes*, *primus Artis Typographicæ Inventor*. LXXXV.
Gymnasia publica in Mediol. Provincia. VI. A. *Seculo XII. patebant*. XXVII. E.

H

H *Adrianus Imperator multa commoda contulit Urbibus Imperio subditis*. XIV. D. *Athenas restaurat, & Hadrianopolim nuncupat*. *ibid.*
Hebraici characteres in Oppido Soncini primum fusi. XLV. E.
Ham, *Udalricus*, *primus Romæ Typographus*. LX. XXVII. *Gallus Latine vocatus*. *ibid.*
Harlemum Urbs in Belgio, inventæ Artis Typographicæ gloriam sibi vendicat. LXXXV.
Henricus. *Vid.* *Germanus*.
Henricus Imperator, *contra ipsum Papæ tumultus*. CCLIII. B.
Hercules Estensis, Ferrariæ Dux, *ejus Vitam inchoavit scribere Petrus Candidus Decembrius*. CCCIII. D.

PPPPP

He-

I N D E X

**Heriberti Mediolani Archiepiscopi tempore Ecclesie-
sticæ Scholæ florebant . XXX. B.**
Hermenfredus, Dux Gloucestrensis . XXXVI. B. Eid.
**Candidus Decembrius libros suos de Republica
dicat . ibid. C. & CCXCIX. C. Responsum ac
grates reddit . ibid. D.**
**Henschenius, Godefridus, Scriptor Vitæ S. Lazari
Archiep. Mediol. CCCLXXXVII. E.**
Hieronymus Pragensis flammis damnatus. CXXVLE.
**S. Hilarii Opera à Georgio Cribello edita . CCC-
XXI. B.**
**Hippolyta, Francisci Mediolani Ducis filia, literis
exculta . XXXVII. E.**
**Hippolyta Sfortia Vicecomes Capuæ, Calabriaque
Domina . CL. E.**
**Historiæ Augustæ Scriptores quando primùm Medio-
lani editi . XLV. D. LXXVIII. LXXXV. C-
XV. A. CCCCLVI. DLVII. & DLIX. Eorun-
dem variæ editiones . LXXXVIII.**
**Historiæ studium Mediolani quàm antiquum . XX-
X. C. Sub Ludovico Maria Sfortia insignes ha-
buit Magistros . XLIV. E.**
**Hodius, Humphredus, de Græcis illustribus &c. 5.
de Honate, Joannes Antonius, & Benignus Fratres,
Typographi Mediolanenses . CIII.**
**Horatii Opera, Mediol. à Zaroto edita anno 1470.
CXVI. C.**
**Horologia gestatoria parva quando primùm inventa .
CCCLX. B. & CCCLXI. A.**
Hugo II. Cypri Rex . CCLXXXVIII.
**Humiliatorum Ordinis origo, & Leges . CCXLVII.
D. & seqq. In III. classes divisus . CCLIII. D.**

I

**Jacobus, Bononiensis, Lucani Commentator . C-
XII.**
**Jacobus, Dantis filius, ejus Carmina . CXXXIV.
A. & B.**
Jacobus, Masini Comes . CCCCIV. C.
**Jacobus Paulinus Cancellarius Perusinus, ad eum
Epistola Jacobi Antiquarii . CCXLVII. B.**
**Jacobus Philippus Bergomensis, ejus Chronicon . C-
XXV. & centies. Quid de Facetiis Poggianis
sentiat . CXVIII. A.**
**Jafredus, Carolus, Præses Senatus Mediol. ad eum
Epistola Jani Parrhasii . CCCCXXX. A. & D-
XXVII.**
**Janningus, Conradus, Soc. Jesu, Vitæ Maphæi
Vegii editor . CCCXXXI. A. & CCCXXX-
VII. C.**
**Janus Monachus Placentinus, ejus Carmen . CLX-
IX. E. & DCXI.**
**Janus Parrhasius V. Cl. ejus Uxor, filia Demetrii
Chalcondyla . CCCCXXI. D. Ejus Elogium .
ibid. D. Antea Jo. Paulus de Parisio vocatus .
CCCCXXII. A. A quibus laudatus . ibid. B.
Causa sui discessus è Mediolano . CCCCXXII.
C. Ejusdem de Chalcondyla filiis deploratio . ib.
D. Iserum laudatus . CCCCXXVI. E. Qui eum
Carminibus celebrarunt . CCCCXXVIII. E. Ejus
Epistola ad Catellianum Cottam . DXXVI. Et
ad Jafredum Carolum . DXXVII.**
**Jenson, Nicolaus, primus Typographus Venetiis .
LXXXI. Statuâ marmoreâ dignus . LXXXVIII.**
**Imbonatus, Carolus Joseph, in ejus Bibliotheca Rab-
binica notatus . CCLXXX. E.**
**Immobilia vexilla, in æde Minervæ Mediolani ser-
vata . III. A.**
**Imoff, Jacobus Gulielmus, ejus Tabulæ Genealog.
DXXXVII.**
**de Imola, Benvenuto, Dantis Interpres . CXXX-
III. C. & CXCV. Quid de ipso Cl. Muratorius.
ibid. D. & E.**
**Infortunatus, Pomponius, Vitæ Lucani Scriptor .
DLXVI.**

**Innocentius II. Pont. Max. S. Bernardum Pisas ve-
cat . CCL. D.**
**Innocentius III. Pont. Max. Ordinem Humiliatorum
confirmat . CCXLIX. D. CCLI. D.**
**Innocentius VIII. Pont. Max. DXCIII. Ejus Decre-
tum contra Fr. Ambrosium Coranum . CLXXX-
IV. A.**
Innocentius Romanus . Vid. Romanus .
**Inscriptio antiqua de Mediol., Novas Athenas appel-
lato . XI. E.**
**Interannensis, Fr. Barnabas, Ord. Min. primus
Montem Pietatis excogitavit . CCCLII. D. &
DXVI.**
**Invectiva Poggii in Philelphum MSS. in Ambr. C-
XXVIII. B.**
de Invitiatis, Joannes Nicolaus . CCCCIV. C.
**Joannes XII. Pont. Max. quando Ottonem I. Imper.
coronâ insigniverit . CCLXXXII. C.**
**Joannes Andreas Aleriensis Episc. de Literis, & Ty-
pograph. optimè meritis . LXXXII. LXXXVI.
CXVI. A. & sæpius . Ejus Epistola ad Paulum
II. Pont. Max. LXXXVII. Alia ad Sixtum IV.
Pont. Max. LXXXIX.**
**Joannes Archiepiscopus Strigonienfis, ad ipsum Epi-
stola Galeotti Martii . CCCXXVIII. A. & D-
LXXXVII.**
**Joannes Colonienfis Typographus Venetiis . LXXXI.
S. Joannes Everatus, ejus Pratum Spirituale . DL-
XXXVII.**
**Joannes Franciscus, Mantuæ Marchio, ad eum Ora-
tio Poggii . CXXVIII. A.**
**Joannes Galeatius I. Mediol. Dux, doctos Viros ma-
gno in honore habet . XXXII. D. Architectonica
Artis in proprio Palatio Academiam aperit,
ibid. E. Ejus Epitaphium Bernardini Belincioni.
CCCLVII. A. Ejus Testamentum, & Mausoleum .
CCCLIX. C. Epistola ad eundem Petri
Lazaroni . CCCLXVIII. D. Altera Joannis Si-
monetta . CCCLXXIV. Ejus renovatio Statuto-
rum, & in eisdem reverentia Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ . CCXIV. D. Ejus Decretum favore
Ecclesiæ æstivæ . CCXC. D.**
**Joannes Maria Vicecomes, Mediolani Dux, Pala-
tinas Scholas in Palatium Oldradi Treffeni trans-
fert . XXXIII. A.**
**S. Joannes de Meda primus Sacerdotium in Ordinem
Fratrum Humiliatorum inducit . CCXLIX. E.**
**Joannes Monachus Placentinus, Vir doctus . CLX-
VI. E. & CCCCLXVIII. Ejus Epistola . CCCC-
LXXXI.**
**Joannes Palæologus Imperator Græcorum . CCXX,
VI. B.**
**Joannes Petrus Lucensis Auditor Philelphi . CCXX-
IX. D.**
**Joannes Philippus Novariensis, ejus Chronicon . CC-
VI. C.**
**Joannis Vicecomitis Archiepiscopi, & Domini Me-
diol. Statuta quando condita . CCXV. B.**
Johannolus Architectus insignis . XXXII. E.
**Jordanus Prior Taurinensis, ejus Bibliotheca . DL-
XX. & DLXXX.**
**Josephi Hebræi Codex pretiosissimus in Bibliotheca
Ambrosiana . X. B.**
**Jovius, Benedictus, ejus Epistola . CX. Ejus Ope-
ra à Co. à Turre Rezzonici Comensi Patricio
brevis edenda . CCXLI. A. Ejus Carmina in lau-
dem Bernardini Lanterii . CCXL. E. & CC-
XLI. D.**
**Jovius, Julius . DLXXVIII. DLXXX. & DXC-
IV.**
**Jovius, Paulus, ejus Elogia . CCXXV. B. & sæ-
pius .**
Iricus, Joannes Andreas . DLXXXVIII.
Ifacus, Stephanus . CCCIV. C.
Ifolanus, Isidorus . CCCCCLXXXIX.
**Italia à Barbaris vexata . CCCLXXXIV. B. Secu-
lo V. æræ Christianæ bellis laceffita . XVII. A.
XXV.**

R E R U M , E T N O M I N U M .

XXV. C. *A Longobardis occupata* . XXVII. C.
Judaei qui primum Typographiam Hebraicam Soncini condiderunt . LXXVII. Ideoque Soncinates vocati . *ibid.*
Jages quid ? CCLXXXIII. A.
Julius Aemilius Mediolani docet . XXXIX. B.
Jurisprudentia, Athalarico regnante, Mediolani floruit . XXV. A. Seculo XII. *ibidem* exculta . XXX. D.
Justinianus, Augustinus, Episcopus Nebiensis . LXVIII. & CLXXXV. E.
Justinianus, Bernardus, Venetus Senator . CCXXIX. D. *Ad eum Carmen Gabrielis Paueri Fontanae* . DLXXIV.
Justinianus, Leonardus, ejus Epistola Francisco Philelpho . DXXV.
Justinianus, Petrus, Patricius Ven. CCLXVIII. D.
Juvenalis Commentatores . CXII.
Juvenatium, Langobardia Oppidum . XXIII. B.

L

L **Abbeus**, Philippus, ejus Bibliotheca Parisiensis . LXXXII.
Lactantius Firmianus. Ejus Opera, ubi, & quando primum Typis tradita . LXXXVI. XC. & DLVII.
Lamola, Joannes, Bononiensis, ad eum Epistola Antonii Panormitae . 6.
Lampugnatus, Franciscus, Epitalamium in ejus nuptiis . CLXXXIX.
Lampugnatus, Gaspar . DLXXXVI. Ejus Epistola Bonino Mombrizio . DXLII. Ejus Elog. *ibid.*
Lanterius, Bernardinus, Vir doctus . CCXXXIX. D. Carmen Stephani Dulcini in ejus laudem . CCXL. D. Alterum Benedicti Jovii . CCXLI. A. *Idem & Paulus* . *ibid.* B. & CCCLXXXIX. C.
Lanterius, Paulus, ejus Carmen . DXCII. & DXCVII.
Landinus, Christophorus, V. Ch. CCIV. B. Ejus litterarii labores Mediol. CCCXXI. D. *Accusatus, & defensus* . CCCXXII. C.
Landrianus, Antonius, Ducalis Thesaurarius . CCXXXIV. A. *Ad eum Epistola Sancti Brascae* . DLXXIV.
Landrianus, Gerardus, Cardinalis, MS. Bruti de claris Oratoribus Inventor . LXXIX. *Ad eum Epistola Maphae Vegii* . DXIX.
Landrianus, Jacobus, Fratrum Humiliatorum Magister Generalis . CCLIV. A. *Ubi de eodem fit mentio* . CCLVII. E.
Landrinus, Hieronymus, Praepositus Fratrum Humiliatorum, ei demandata cura Mediol. à Lud. Sfortia . CCXLVI. A. CCCLXXIII. B. & DXX.
Landrianus, Joseph, J. C. C. laudatus . XCVII.
Landolphus, à S. Paulo appellatus, Mediolanensis Scriptor, Lugdunum proficiscitur . XXIX. D.
Landus, Corradus, Placentinus . CCCVII. B.
Laneus, Jacobus, Bononiensis, Dantis Comediae Commentator . CXXXIII. B. CXC. C. & CCCLXXI.
Lapis antiquissimus, in quo Mediolanum Novarum Athenarum nomine decoratur . XI. E. *An ad Mediolanum, vel ad alteram Graeciae, aut Liguria Urbem spectet Inscriptio* . XII. D.
Lapus Florentinus, Francisci Philelphi discipulus . CCXXIX. D.
Lascaris, Constantinus, ejus Opera MS. quae in Bibliotheca Ambrosiana servantur . CLXXVI. D. *Ejus adventus Mediol., & labores litterarii* . CLXXV. B. *Exceptus à Francisco I. Sfortia Mediol. Duce* . CLI. D.
Lascaris, Joannes . CCLXXVIII. A. *Legatus ad Venetos* . CCLXXIX. B.
Latina lingua elegantia in Italia destructa, regnan-

tibus Langobardis . XXVII. D. *Quo tempore restaurata* . XXXII. B.
Lavana, familia inter nobiles Mediol. XCVII.
Lavana, Philippus, Mediol. Typographus . LXXXI. & XCVII.
Lazaronus, Petrus, ejus Patria, Carmina, & Elogium . CCCLXVII. A. *Ejus insignis Codex MS. CCCLXIX. C. Ad ipsam Carmen Lancini Curtii* . CCCLXX. B. *Ejus Carmen* . DCXIV.
S. Lazarus Archiep. Mediol. primus Rogationum tri-duanarum institutor . CCCLXXXIII. B. *Ejus Vita à Godefrido Henschenio scripta* . CCCLXXXVII. E.
Laander, Albertus, ejus Descriptio Italiae . CCLXIV. B. & alibi.
Leges, & Consuetudines antiquae Mediol. quae . CCX. CCXI. CCXII. & CCXIII.
Leinatus, Stephanus, ejus Homiliarium Ambrosianum . IX. A.
Leo X. Pont. Max. Litterarum, & Litteratorum Patronus, & Pater . CIX. *Ejus indignatio contra Minutianum, & cum illo reconciliatio* . *ib.* *Ejus Constitutio de erigendo Monte Pietatis* . CCCLIII. C. *Janum Parrhasium Romam evocat* . CCCLXXX. E. & CCCCXXXI. A.
Leo, Augustinus, Theologus . CCCC. E.
Leo, Petrus, quis ille fuerit, Opera, & Elogium . CCCC. E. *Ejus querela cum Lancino Curtio, & Alexandro Minutiano* . CCCCIII. B. *Et cum Juliano Montano Ludimagistro* . *ibid.* C. *A quibus laudatus* . *ibid.* *Ejus Epistola ad Amedeum Romagnanum* . DXIII.
Leo, Petrus alter, J. C. Cl. CCCC. E.
Leonardus, Nicolaus, Physicus Cl. CCCXCIV. D.
Leonellus, Regis Angliae filius, Violantae Vicecomitis maritus . CCCLXXIX. C.
Leonellus, Marchionis Nicolai Estensis filius . CCXCVI. C.
de Leonibus, Veronica Lucia, puella quatuor annorum Elegiam recitat in nuptiis Caroli III. Sabaudiae Ducis . CCCC. B.
Leonicenus, Omnibonus, ejus Epistola de Venetis Typis . LXXXI.
Leonius, Thomas, Bononiensis . DCXVI.
Liber Josephi Hebraei de Antiquitate Judaica, ex cortice Niliaco, dono datus à Monachis Cisterciensibus Card. Federico Borromaeo . X. C. *Servatur in Bibliotheca Ambrosiana* . *ibid.*
Librarii Consulii, Tribunitii, Quastorii, & Ducales quandoque appellati . XCIII.
Libri Mediolani editi ab anno MCCCCLXV. ad MD. ordine alphabetico, ut sequitur, dispositi . DLIX.

A

Abubecri Rasis de Medicina . 1481. DLXXVI.
 de Accoltis, Francisci, Juris Responsa . 1483. DLXXXIX.
 Acerba . Vid. Cicco Asculano .
 Acronis Commentaria in Horatium . 1474. DLXI.
 Aelii Spartiani Vita Adriani Imp. 1475. DLXII.
 Aemilii Probi de Viris illustribus, sine anno. DCXIII.
 Aeneas Silvius Piccolom. Vid. Pius II.
 Aesopi Vita, & Fabulae . 1479. DLXX.
 Aesopi Vita, & Fabulae . 1480. DLXXII.
 Aesopi Vita, & Fabulae . 1491. DLXXXVIII.
 Aesopi Vita, & Fabulae . 1498. DCIII.
 Aesopi Vita, & Fabulae, sine anno. DCXII.
 Aesopi Vita . 1497. DCI.
 Aesopi Vita à Rimicio scripta . 1476. DLXV.
 B. Alberti Magni Tractatus super Missus est . 1488. DLXXXIII.
 B. Alberti Magni Mariale . 1489. DLXXXVI.
 Albicii Sermones Quadragesimales . 1488. DLXXXIV.
 Albucius, Aurelius, de Victoria Parabiaghi . 1494. DXXCV.
 Alcinoi Epitoma . 1497. DCI.
 Alexandri de Imola Lectura . 1490. DLXXXVII.
 Alexandri de Imola Apostille in II. part. Cod. 1489. DLXXXVI.
 Alexandri de Imola Lectura in I. & II. Digesti novi . 1489. *ibid.*
 Alexandri de Imola in II. Digesti vet. ut supra. Ale.

I N D E X

Alexandri de Imola in II. Infort. 1489. DLXXXVI.
 Alexandri de Imola Additiones ad Bartholum . 1484. DLXXXIX.
 S. Ambrosii Opera . 1488. DLXXXIII.
 S. Ambrosii Epistolæ . 1490. DLXXXVII.
 S. Ambrosii Epistolæ, & alia Opusc. 1491. DLXXXVIII.
 S. Ambrosii Liber Pastoralis . 1492. DXC.
 S. Ambrosii de Officiis, & Opuscula . 1474. DLX.
 S. Ambrosii Vita, *sine anno*. DCVIII.
 S. Ambrosii Vita . 1478. DLXX.
 de Anagnia, Joannes, in V. Decretal. 1497. DCII.
 de Anagnia, Joannes, in VI. Decretal. 1492. DXCI.
 de Ancharano, Petri, Lectura super Clementinis . 1494. DXCV.
 Angeli de Perusio in II. digest. Vet. 1480. DLXXII.
 Angeli de Perusio de Obligationibus . 148. DLXXV.
 Angeli de Ubaldis, in primo digest. 1477. DLXXVII.
 Anonymi Judicium de Planetis . 1496. DC.
 de Antichristo . 1496. DXCIX.
 Antonii Archiep. Summula . Vid. Summula .
 S. Antonii Summa . 1484. DLXXX.
 Apicii, Cœlii, de Re Coquinaria . 1498. DCIV.
 Apollonii, Petri, Collatini, de Everfione Urbis Hierusalem. 1481. DLXXIV.
 Apollonii Epistolæ . 1498. DCIV.
 Apuleji, Lucii, Opera . 1497. DCI.
 Arator Subdiaconus, de insignibus Apostolorum A&ibus . 1469. DLIX.
 Aretini, Angeli, in Institut. 1483. DLXXVIII.
 Aretini, Angeli, in I. & II. Institut. 1481. DLXXV.
 Aretini, Angeli, Pract. Maleficior. 1487. DLXXXII.
 Aretino, Leonardo, l'Aquila. 1495. DXCVI.
 de Aretio, Luchinus, de Prologhis . 1500. DCVII.
 Ariminenfis, Gregorii, in II. Sententiar. Comment. 1494. DXCV.
 de Affia . Vid. de Hesse.
 S. Augustini Confessiones . 1475. DLX.
 S. Augustini Retractationes . 1486. DLXXXII.
 S. Augustini Sermoes . 1484. DLXXX.
 S. Augustini Soliloquia, & Manuale . 1492. DXC.
 S. Augustini de Trinitate Lib. 1489. DLXXXV.
 Aufonii Opera . 1490. DLXXXVII.
 Aufonii Opera . 1497. DCI.

B

Bandellus, Jo. Vincentius, de veritate Conceptionis B. M. Virginis . 1475. DLXIII.
 Baldi de Perusio Lectura super primo Decretalium . 1476. DLXIV.
 Baldi in II. Decretal. 1478. DLXIX.
 Baldi in I. & II. Digest. Inf. 1479. DLXXI.
 Baldi in IV. Cod. 1477. DLXVII.
 Baldi in V. VI. VII. VIII. & IX. Cod. 1476. DLXIV.
 Barbari, Hermolai, Castigationes in Plinium . 1494. DXCVI.
 Bartholi, Lectura . 1490. DLXXXVI.
 Bartholi super I. Codicis . 1489. DLXXXVI.
 Bartholi super II. Cod. 1483. DLXXVIII.
 Bartholi super II. Infortiat. 1484. DLXXX.
 Bartholi super Extravagant. 1482. DLXXVII.
 de Bartholomæis, Andreæ, II. pars Confiliorum . 1489. DLXXXVI.
 S. Bassii de liberalibus studiis, & ingenuis moribus . 1474. DLX.
 S. Bassii de liberalibus Studiis . 1477. DLXVIII.
 Bellinzoni, Bernardo, Rime . 1493. DXCIII.
 Benzo, Ugo, della Conservazione della Sanitate . 1481. DLXXV.
 S. Bernardi Epistolæ . 1495. DXCVIII.
 S. Bernardi Opuscula . 1488. DLXXXIII.
 S. Bernardi Opuscula, *sine anno*. DCXII.
 S. Bernardi, Sermones de Tempore, & de Sanctis . 1495. DXCVII.
 S. Bernardo Sermoni sopra la Cantica . 1494. DXCVI.
 Biffi, Joannis, Carmina . 1493. DXCIII.
 Boccaccio, Gio., il Decameron . 1476. DLXV.
 Boccaccio, Gio., il Filocolo . 1476. DLXIV.
 Bonaccursii Pisani, Lexicon Græco-latinum, *sine anno*. DCXII.
 Bonaccursii Pisani, Index Locorum in Commentaria Casaris, *sine anno*. DCXII.
 S. Bonaventura Vita di S. Francesco . 1480. DLXXII.
 Bonini Mombritii de Dominica Passione, *sine anno*. DCIX.
 Bonini Mombritii Vitæ Sanctorum, *sine anno*. DCX.
 Bossii, Donati, Chronica . 1492. DXC.
 Brasca, Santo, Relazione del suo Viaggio a Gerusalemme . 1481. DLXXIV.
 Bracellei, Jacobi, de Bello Hispanico, *sine anno*. DCXIV.
 Brebiæ, Gabriellis, Commentaria in Psalmos . 1477. DLXXVII.
 Breviarium Ambrosianum . 1475. DLXVIII.
 Breviarium Ambrosianum . 1487. DLXXXIII.

Breviarium Ambrosianum . 1490. DLXXXVII.
 Breviarium Ordinis Humiliatorum . 1483. DLXXXIX.
 Britannici, Georgii, Sermones funebres . 1496. DXCVIII.
 Bruti Epistolæ . 1498. DCIV.
 Burlifer, Stephani, Formalitates . 1496. DXCVIII.
 de Bussis, Bernardini, Defensorium Montis Pietatis . 1497. DCI.
 de Bussis, Bernardini, Mariale . 1493. DXCIII.
 de Bussis, Bernardini, Mariale . 1494. DXCVI.
 de Bussis, Bernardini, Meditatio Passionis Domini nostri Jesu Christi . 1492. DXC.
 de Bussis, Bernardini, Officium Nominis Jesu Christi . 1492. ibid.
 de Bussis, Bernardini, Elucidarium Immaculatæ Conceptionis . 1492. ibid.
 da Busso, Bernardino, Tesoro Spirituale . 1492. DXC.
 de Butrio, Antonii, in I. Lib. Decretal. 1488. DLXXXIV.

C

de Caepolla, Bartholomæi, Cautela . 1475. DLXII.
 de Caepolla, Bartholomæi, de Servitutibus . 1475. DLXII.
 Caefaris, C. Julii, Commentaria . 1477. DLXVI.
 Caefaris, C. Julii, Commentaria . 1478. DLXIX.
 Calchondylæ, Demetrii, Grammatica Græca, *sine anno*. DCXI.
 Caimi, Bartholomæi, Confessionale . 1478. DLXIX.
 Caimi, Bartholomæi, Interrogatorium . 1474. DLXL.
 Calimachi Hymni, *sine anno*. DCXL.
 de Canario, Antonius, de Executione Testamentorum . 1493. DXCIII.
 Capreoli, Angeli, Libellus, Stella nuncupatus . 1492. DLXXXIX.
 de Carcano, Michaëlis, Sermonarium . 1495. DXCVII.
 Cardel, Jo. & Gasp. super Rubric. Decretor. Conciliat. 1497. DCIL.
 Cafolæ, Petri, Rationale Cæremon. Missæ Ambrosianæ . 1499. DCV.
 de Cassinis, Samuelis, de Immortalitate Animæ . 1498. DCIV.
 de Cassinis, Samuelis, Invectiva in Prophetiam Fr. Hieronymi . 1497. DC.
 de Cassinis, Samuelis, Liber Isagogicus . 1494. DXCV.
 Castillonæi, Francisci, Oratio in Nuptiis Francisci Sfortisæ, & Blancæ Mariæ Vicecomitis, *sine anno*. DCXIII.
 de Castro, Pauli, in I. part. Digest. vet. 1489. DLXXXVI.
 de Castro, Pauli, super I. & II. Digest. Vet. 1496. DC.
 de Castro, Pauli, super I. II. & III. partem Infortiati . 1488. DLXXXIV.
 S. Catarina da Siena Dialogo della Divina Provvidenza, *sine anno*. DCXIII.
 Catilinæ Oratio in Ciceronem . 1477. DLXVII.
 Cavalca, Domenico, Specchio della Croce . 1497. DCII.
 Caza, Francesco, del Canto figurato . 1492. DCI.
 de Cefolis, Jacobi, de Ludo Scaccorum . 1479. DLXXI.
 de Cefolis, Jacobi, de Ludo Scaccorum . 1497. DCII.
 Cicco Asculano, Possio . 1484. DLXXX.
 Ciceronis Opera omnia . 1498. DCIV.
 Ciceronis in Crispum Responso . 1477. DLXVII.
 Ciceronis Epistolæ famil. *sine anno*. DCXIII.
 Ciceronis Epist. famil. 1476. DLXVI.
 Ciceronis Epist. famil. 1477. DLXVI.
 Ciceronis Epist. famil. 1482. DLXXVI.
 Ciceronis Epist. famil. 1485. DLXXXI.
 Ciceronis Epist. famil. 1497. DCII.
 Ciceronis Epist. famil. 1499. DCIV.
 Ciceronis de Officiis . 1474. DLXI.
 Ciceronis de Officiis . 1476. DLXIV.
 Ciceronis Orationes, *sine anno*. DCXIII.
 Ciceronis de Oratore, *sine anno*. DCXII.
 Ciceronis de Oratore . 1477. DLXVII.
 Ciceronis Rhetorica . 1474. DLXI.
 Ciceronis Rhetorica . 1477. DLXVIII.
 Ciceronis Rhetorica . 1479. DLXX.
 Ciceronis Rhetorica . 1485. DLXXXI.
 Ciceronis Rhetorica . 1489. DLXXXV.
 Ciceronis Rhetorica . 1490. DLXXXVIII.
 Ciceronis Tusculanæ Quæstiones . 1494. DXCVII.
 Claudianus de Raptu Proserpine, *sine anno*. DCXII.
 Claudianus de Raptu Proserpine . 1500. DCVIII.
 Collatini, Petri Apollonii, Facti majores . 1492. DXCI.
 Consolazione delle Medicine semplici . 1475. DLXII.
 Cornali, Jo. Jacobi, Ode Dicolos de norma bonæ, beatæque vivendi . 1493. DXCVI.
 Cornelii, Celsi, de Medicina . 1481. DLXXVI.
 Cornelii Taciti Historia, *sine anno*. DCXII.
 Cornelius Nepos, *sine anno*. DCXII.
 Corradi, Eusebii, de præcedentia Canonorum Regularium . 1500. DCVII.
 Corradi, Eusebii, Responso ad quemdam Fr. Eremitam . 1478. DLXX.
 Corradi, Eusebii, Responso ad quemdam Fratrem Eremitam . 1479. DLXXI.
 Critpi

RERUM, ET NOMINUM.

Crispi Jugurtini Vita . 1477. DLXVII.
 Crispi Jugurtini Lib. II. 1477. DLXVII.
 Crispi Jugurtini in Cic. Inveſtiva . 1477. DLXVII.
 Curtii , Franciſci , Conſilia . 1496. DC.

D

Dante col Commento di Benvenuto da Imola . 1473. DLX.
Dante , Comedia , col Commento di Nidobeato . 1478.
 DLXVIII.
 Dati , Auguſtini , Liber Ifagogicus . 1475. DLXII.
 Dati , Auguſtini , Liber Ifagogicus . 1478. DLXX.
 Dati , Auguſtini , Liber Ifagogicus . 1480. DLXXXIII.
 Dati , Auguſtini , Liber Ifagogicus . 1489. DLXXXVI.
 Decretorum Codex . 1483. DLXXIX.
 Dialogus , ſeu Lucidarium in nonnullis ſubtiliſſimis
 Queſtionibus . 1493. DXCVI.
 Diſtis Cretenſis de Bello Trojano . 1477. DLXVI.
 Digeffum novum . 1482. DLXXVI.
 Digeffi novi pars II. 1485. DLXXXI.
 Digeffi novi pars II. 1491. DLXXXIX.
 Digeffum Vetus . 1482. DLXXVI.
 Diomedes de Oratione , & partibus ejus . 1500. DCVIII.
 Dionis , Opera . 1476. DLXVI.
 Donati Comm. in Terentii Comœdias . 1476. DLXV.
 Dulcinii , Stephani , Nuptiæ Jo. Galeatii Vicecomitis
 Sfortiæ . 1489. DLXXXV.
 Dulcinii Epiftolæ , & Opuscula . 1492. DCXI.
 Durandi , Gulielmi , I. & II. Pars Speculi . 1483. DLXXXIX.
 Durandi , Gulielmi , III. & IV. Pars Speculi . 1484.
 DLXXX.

E

Epiftolæ illuſtrium Virorum . 1469. DLIX.
 Eusebii Chronicon , ſine anno . DCVIII.
 Eutropii Hiſtoria Romana . 1475. DLXII.

F

Federico Veſovo di Foligno , il Quadrivoglio . 1488.
 DLXXXIV.
 Feneſtella de Magiſtratibus Romanor. 1477. DLXVIII.
 de Ferrariis de Gradi , Jo. Matthæi , Comment. ad IX.
 Rafis , ad Almanſorem , ſine anno . DCXIV.
 de Ferrariis de Gradi , Jo. Matthæi , ſuper Avicennam .
 1494. DXCVI.
 de Ferrariis de Gradi , Jo. Matthæi , Opera Medica .
 1481. DLXXVI.
 Ferrarii , Jo. Petri , Practica . 1496. DXCVIII.
 Feſtus Pompejus de Verborum ſignificatione . 1470.
 DLIX.
 Feſtus Pompejus . 1471. DLIX.
 Feſtus Pompejus . 1500. DCVIII.
 Filoſo , Francheſco , Vita di S. Gio. Battista , in Verſi .
 1494. DXCV.
 Filoſtrato dell' Innamoramento di Troilo , e Griſeida .
 1499. DCVI.
 Flifeus , Stephanus , de Sententiis , & Synonymis .
 1480. DLXXXIII.
 Fortunatiani , Chirii Conſulti , Opuscula , ſine anno .
 DCX.
 Fulgentii Mythologiarum Lib. 1498. DCIII.
 Fulgoſii , Baptiſtæ , Anteros . 1496. DXCVIII.

G

Gafuri , Franchini , Theorica Muſicæ . 1492. DXCI.
 Gafuri , Franchini , Practica Muſicæ . 1496. DXCIX.
 Gafuri , Franchini , Opus de Muſica . 1500. DCVII.
 Galeotti Martii de Homine . 1490. DLXXXVII.
 de S. Geminiano , Nellus , de Bannitis . 1493. DXCVI.
 de S. Georgio , Jo. Antonius , Commentaria ſuper Decre-
 tal. 1493. DXCVI.
 de Sancto-Georgio , Jo. Antonii , Commentaria in Vol.
 Decretor. 1484. DLXXX.
 de S. Georgio , Jo. Antonii , Commentaria ſuper De-
 creto . 1494. DXCV.
 Gerſon , Joannes , de Imitatione Chr. 1488. DLXXXIII.
 Gio. Bernardo Vocabuliſta Eccleſiaſtico . V. Vocabuliſta .
 S. Gregorio Dialogo . 1481. DLXXXV.
 S. Gregorio Omelie . 1479. DLXXI.
 Gregorii Papæ IX. Decretalia . 1482. DLXXXVII.
 Guarini Vocabularium . 1490. DLXXXVIII.
 Guaſchi , ſeu Alexandri Grammatici , Doctrinale .
 1481. DLXXXVI.

Tom. I,

H

Hefiodi Opera . 1483. DLXXIX.
 Hefiodi Georgicon , ſine anno . DCIX.
 de Heſſe , ſive de Affia , Henricus ; ſuper Conceptione
 B. Mariæ Virginis . 1480. DLXXXIII.
 S. Hieronymi Epiftolæ . 1490. DXXXVIII.
 S. Hieronymi , & aliorum Epiftolæ . 1475. DLXIII.
 S. Hieronymo Epiftolæ ad Eufocbia . 1497. DCI.
 S. Hilarii de Trinitate Lib. 1489. DLXXXV.
 Hilarionis Monachi , Legendarium Sanctorum . 1494.
 DXCVI.
 Hilarionis Monachi , Flores in laudem B. V. Mariæ .
 1494. DXCVI.
 Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores . 1465. DLIX.
 Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores . 1475. DLXII.
 Homeri Batracomyomachia . 1485. DLXXXI.
 Horatii Opera . 1470. DLIX.
 Horatii Opera . 1474. DLXI.
 Horatii Opera . 1475. DLXIII.
 Horatii Opera . 1476. DLXV.
 Horatii Opera . 1477. DLXXVII.
 Horatii Opera . 1485. DLXXXI.
 Horatii Opera . 1486. DLXXXI.

I

Jacobi Foroliviensis in I. Lib. Can. Avicennæ Comm.
 ſine anno . DCXIII.
Indulgentiæ , e Corpi Santi , ebe ſono in Milano . 1498.
 DCIII.
 Infortiatum . 1482. DLXXVII.
 Inſtitutionum Opus . 1478. DLXIX.
 Inſtitutionum Opus . 1482. DLXXVII.
Interrogatorio , o ſia Regola della Vita Criſtiana . 1493.
 DXCVI.
 Jo. Archiepiſcopi Cantuarienſis , Proſpectiva , ſine
 anno . DCXV.
 Jo. Florentini , il Maeftro , ed il Diſcepolo . 1496.
 DXCVI.
 Iſocratis Opera . 1493. DXCVI.
 Iſolani , Iſidori , de Regum , & Principum Inſtitutis .
 1497. DCII.
 Juſtini Hiſtoria . 1474. DLXI.
 Juſtini Hiſtoria . 1476. DLXIV.
 Juſtiniani Codex . 1483. DLXXXVIII.
 Juvenalis Satyræ . 1483. DLXXXVIII.
 Juvenalis Satyræ . 1485. DLXXXI.
 Juvenalis Satyræ . 1488. DLXXXIV.
 Juvenalis Satyræ . 1492. DXCI.
 Juvenalis , & Perſii Satyræ . 1474. DLXI.
 Juvenalis , & Perſii Satyræ . 1476. DLXV.
 Juvenalis , & Perſii Satyræ . 1481. DLXXXV.

L

Lafcaris , Conſtantini , Compendium octo Orationis
 partium . 1480. DLXXXII.
 Lafcaris , Grammatica Græca . 1476. DLXIII.
 Lazaroni , Petri , Epithalamium in Nuptiis Blancæ
 Mariæ Sfortiæ . 1494. DXCVI.
 Lazaroni , Petri , Epitaphia XII. in obitu Beatrix
 Eſtenſis , ſine anno . DCXIV.
Leggenda de' Santi . 1497. DCII.
 Leonicieni , Nicolai , de Epidemia Lib. 1497. DC.
 Leoniceus de Verſu heroico . 1473. DLX.
 Leonis , Petri , Orationes , Epiftolæ , & Epigram-
 mata . 1496. DXCVI.
 Litaniarum , ſeu Rogationum Liber . 1494. DXCV.
 Lodolphi Chartuſienſis Meditationes Vitæ Jeſu Chriſti ,
 ſine anno . DCVIII.
 Lucani Pharfalia . 1477. DLXVI.
 Lucani Pharfalia . 1491. DLXXXIX.
 Lucani Pharfalia . 1499. DCV.
 Luciani Opera . 1497. DCI.
 Lucretii Opera . 1491. DLXXXIX.

M

Maccaneus , Dominicus , de Lacu Verbano . 1490.
 DLXXXVIII.
 Macri de Uſibus Herbarum . 1482. DLXXVII.
 Macroſii Saturnalia . 1498. DCIV.
 Maſei Laudeniſis de Educatione Liberorum . 1491.
 DLXXXIX.
 Mancinelli , Antonii , Carmina . 1500. DCVI.
 Mancinelli , Antonii , de ſcribendi , orandique modo .
 1500. ibid.
 Mancinelli , Antonii , varia Opuscula . 1500. ibid.
 de Mandevilla , Gio. , Trattato delle Coſe più maraviglioſe .
 1480. DLXXXIII.
 Mani-

qqqqq

I N D E X

Manilii Astronomicum . 1489. DLXXXVI.
 Marci Servii Honorati Expositio Virgil. 1475. DLXIII.
 Margarita Decreti . 1493. DXCIV.
 Marlianus, Joannes, de Caliditate . 1474. DLXI.
 Martialis Opera . 1478. DLXIX.
 Martialis Opera . 1483. DLXXVIII.
 Martialis Opera . 1490. DLXXXVII.
 Martinus Ord. Prædicatorum . Vid. Margarita.
 de Mayne, Jafonis, Orationes III. sine anno. DCXI.
 Meditazioni sopra la Passione di nostro Signore . 1486. DLXXXI.
 Melchioris Parmensis, Dialogus de Anima . 1499. DCVI.
 Merula, Georgius, Adnotationes in Galeotum . 1490. DLXXXVII.
 Merula, Georgius, de Antiquitatibus Vicecomitum, sine anno. DCXI.
 Merula, Georgius, de Antiquitatibus Vicecomitum . 1500. DCVIII.
 Merula, Georgius, de Homine Lib. 1477. DLXVIII.
 Meue de Consolatione Medicinarum . 1473. DLX.
 Maniatare, Bartolomeo, Formulario d' Epistole . 1500. DCVII.

N

Nestoris, Dionysii, Dictionarium . 1483. DLXXVIII.
 Nestoris, Dionysii, Vocabularium . 1493. DXCIV.
 de Nevo, Alexandri, Consilia . 1479. DLXX.
 Nonius, Marcellus . 1500. DCVIII.
 Nottii, Stephani, Opus remissionis à pœna, & culpa. 1500. DCVII.
 de Nursia, Tractatus de Pœnitentia . 1479. DLXXXII.

O

Offredi, Apollinaris, Comment. in Lib. Aristotelis . 1474. DLXI.
 de Oriano, Lanfrancus, de Arbitris . 1493. DXCIII.
 Ovidii, Opera omnia, sine anno. DCKIII.
 Ovidii Epistolæ Heroïdum . 1474. DLXII.
 Ovidii Epistolæ Heroïdum . 1483. DLXXVIII.
 Ovidii Epistolæ Heroïdum . 1488. DLXXXIV.
 Ovidii Epistolæ Heroïdum . 1495. DCCVIII.
 Ovidii Fastorum Libri . 1477. DLXVII.
 Ovidii Fastorum Libri . 1483. DLXXXVIII.
 Ovidii Fastorum Libri . 1489. DLXXXVI.
 Ovidii Fastorum Libri . 1499. DCV.
 Ovidii Metamorphoses . 1475. DLXI.
 Ovidii Metamorphoses . 1477. DLXVII.
 Ovidii Saphus . 1486. DLXXXII.

P

Panegyrici Veterum, sine anno. DCXI.
 Panegyrici Veterum . 1482. DLXXVII.
 Papiæ Vocabularium . 1476. DLXV.
 Papiæ Vocabularium . 1490. DLXXXVIII.
 Parmensis Melchior . Vid. Melchior .
 Paveri Fontanæ, Gabrielis, in Georgium Merulam . Investiva . 1481. DLXXXIII.
 Paveri Fontanæ, Gabrielis, Vita, & obitus Galeacii Sfortiæ . 1477. DLXVIII.
 Pauli Diaconi Hist. Romana . 1475. DLXII.
 Pauli Florentini Breviarium Juris Canonici . 1478. DLXX.
 Pauli Florentini Breviarium Juris Canonici . 1479. DLXXXII.
 Pauli Florentini Expositio in Psalmos Pœnitentiales . 1479. DLXXI.
 Pauli Florentini Quadragesimale . 1479. DLXXI.
 Pauli Veneti Summulæ . 1474. DLX.
 Pauli Veneti Summulæ . 1476. DLXV.
 Perotti, Nicolai, Cornucopia Linguae Latinæ . 1498. DCIII.
 Perotti, Nicolai, Grammatica . 1478. DLXIX.
 Perotti, Nicolai, Grammatica . 1480. DLXXXII.
 Perotti, Nicolai, Grammatica . 1483. DLXXVIII.
 Persii Satyræ . 1484. DLXXX.
 Persii Satyræ . 1488. DLXXXII.
 Persii Satyræ . 1490. DLXXXVIII.
 Petrarca, Canzone, e Trionfi . 1473. DLX.
 Petrarca, Trionfi, e Sonetti . 1494. DXCIV.
 Petrarca, de Vita Solitaria . 1498. DCIII.
 Phalaridis Epistolæ . 1484. DLXXIX.
 Phalaridis Epistolæ . 1498. DCIV.
 Philelphi, Francisci, Conviviorum Lib. II. sine anno. DCCIV.
 Philelphi, Francisci, Epistolæ . 1491. DLXXXIX.
 Philelphi, Francisci, Exercitatuunculæ . 1489. DLXXXV.
 Philelphi, Francisci, Orationes &c. 1481. DLXXXIII.
 Philelphi, Francisci, Satyræ . 1476. DLXV.
 Philelphi, Marii, Epistolare . 1489. DLXXXVI.
 Philelphi, Marii, Epistolare . 1495. DCCVIII.

Philelphi, Marii, Epistolarium . 1484. DLXXX.
 Philelphi, Marii, novum Epistolarium . 1487. DLXXXIII.
 Pii II. Pont. Max. Epistolæ . 1473. DLX.
 Pii II. Pont. Max. Epistolæ . 1481. DLXXXIII.
 Pii II. Pont. Max. Epistolæ . 1487. DLXXXII.
 Pii II. Pont. Max. Epistolæ . 1496. DC.
 de Pifis, Bartholomæi, Quadragesimale . 1498. DCIV.
 Plati, Platini, Carmina . 1483. DLXXIX.
 Plati, Platini, Carmina . 1484. DLXXIX.
 Platina, Bartholomæi, de Flosculis linguae Latinæ &c. 1481. DLXXXIV.
 Plauti Comœdiæ . 1490. DLXXXVII.
 Plauti Comœdiæ . 1500. DCVI.
 Plinii II. Epistolæ . 1478. DLXIX.
 Plutarchi Apophthegmata, sine anno. DCCIV.
 Plutarchi Apophthegmata laconica, sine anno. ibid.
 Plutarchi Vitæ . 1495. DCCIII.
 Poggii, Jo. Francisci, Facetiæ . 1472. DLX.
 Poggii, Jo. Francisci, Facetiæ . 1477. DLVI.
 Poggii, Jo. Francisci, Facetiæ . 1481. DLXXVI.
 Pomponii Epistola ad Augustinum Maphæum . 1491. DCCIII.
 Pomponii Melæ Cosmographia . 1471. DLIX.
 Pontani, Ludovici, Consilia, & Allegationes . 1489. DLXXXV.
 de Prato-Veteri, Antonii, Repertorium Juris . 1481. DLXXXVI.
 Predicbe di Fr. Roberto . Vedi Roberto .
 Propertius, Tibullus, & Catullus . 1480. DLXXXIII.
 Prufeni, Alberti, Commentaria in Georgii Peurbachii Theoriam Planetar. 1495. DCCVIII.
 Psalterium Græco-Latinum . 1481. DLXXV.

Q

Q. Curtii Opera . 1475. DLXIII.
 Q. Curtii Opera . 1480. DLXXXIII.
 Q. Curtii Opera . 1481. DLXXV.
 Q. Curzio tradotto da Pietro Candido . 1488. DXXXIV.
 Quintiliani Declamationes . 1493. DCCIV.
 Quintiliani de Institutione Oratoria . 1476. DLXIV.
 Quintiliani de Institutione Oratoria . 1490. DLXXXIX.

R

Racconto della Vittoria ottenuta presso a Parabiago . 1494. DCCIV.
 Rampegoli, Antonii, Figura Biblior. 1494. DCCVI.
 Rafis . Vid. Abubecri .
 Roberto Predicbe . 1478. DLXIX.
 Roberto Quaresimale . 1482. DLXXXVII.
 Roberto Lizio Quaresimale . 1486. DLXXXII.
 Rogationes, & Litanie Ambrosianæ, sine anno. DCCXL.
 Ravennatis, Petri, Isagoges . 1494. DCCV.

S

de Sacro Bosco, Joannes, de Sphæra . 1478. DLXX.
 Sandei, Felini, in V. Decretal. 1498. LCIIL.
 Sandei, Felini, de Exceptionibus . 1493. DXIIL.
 Salustii Opera . 1474. DLXI.
 Salustii Opera . 1476. DLXV.
 Salustii Opera . 1479. DLXXII.
 Salustii Opera . 1482. DLXXVI.
 Salustii Opera . 1485. DLXXXI.
 Salustii Opera . 1493. DCCI.
 de Saxonia, Alberti, in Lib. posteriores Aristotelis Comm. 1497. DCIIL.
 Senecæ de quatuor Virtutibus . 1496. DCCIX.
 Serapionis Liber de Simplicibus &c. 1473. DLX.
 Sermonettæ, Joannis, Disputata . 1487. DLXXXII.
 Sermoni, e Trattato contro li difetti di molti, che anno apparenza di spirituali . 1490. DLXXXVIII.
 Sidonii Apollinaris Poëmata, & Epistolæ . 1488. DLXXXV.
 Sidonii Apollinaris Poëmata . 1493. DCCIV.
 Sidonii Apollinaris Poëmata . 1498. DCIIL.
 Sillii Italici Punicorum Lib. 1481. DLXXIV.
 Simonetta, Bonifacius, de Christianæ Fidei, & Romanorum Pontificum persecutionibus . 1492. DLXXXIX.
 Simonetta, Gio., la Sforziade tradotta in Italiano da Crisoforo Landino . 1490. DLXXXVII.
 Simonettæ, Joannis, Commentaria Rerum gestarum Francisci Sfortiæ . 1479. DLXXI.
 Simonettæ, Joannis, Commentaria Rerum gestarum Francisci Sfortiæ . 1486. DLXXXII.
 Solinus, Cajus Julius, de Memorabilibus Mundi, sine anno. DCCIX.
 Somma Pacifica . 1479. DLXX.
 Specchio della Croce . 1489. DLXXXVI.
 Statii Opera . 1486. DLXXXII.
 Sta-

R E R U M, E T N O M I N U M.

Statuta Civilia Mediol. 1498. DCIV.
 Statuta Mediolani . 1480. DLXXII.
 Statuta Dationum Mediolani . 1480. DLXXIII.
 Statutorum Mediolani Tabula . 1482. DLXXVII.
 Svetonii Opera , sine anno . DCXIII.
 Svetonii Opera . 1480. DLXXII.
 Svetonii Opera . 1491. DLXXXIX.
 Svetonii Opera . 1494. DCIV.
 Suidæ Lexicon . 1499. DCVI.
 Sulpitii Verulani de Verfuum Scanfione . 1482. DLXXVII.
 Summa Pisanella . 1479. DLXX.
 Summula Confessionis Antonii Archiepiscopi . 1484. DLXXX.
 Supplementum Pisanellæ . 1494. DLXXVII.
 Sylvatici, Marthæi, Pandectæ Medicinæ . 1474. DLXII.
 Symonis Genuensis Synonyma . 1473. DLX.

Vita di S. Cattarina da Siena . 1489. DLXXXV.
 Vita di S. Francesco . 1477. DLXVI.
 Vita , e Fioristi di S. Francesco . 1495. DXCVIII.
 Vita di S. Giusto Paladino Re di Francia . 1493. DXCVI.
 Vita di S. Marta . 1496. DCIX.
 Vita di S. Nicola da Tolentino . 1499. DCVI.
 Vita di Maria Vergine , e di Gesù Cristo . 1493. DXCVI.
 Vite de' Filosofi . 1495. DXCVIII.
 Vite de' Santi Padri . 1476. DLXV.
 Vite de' Santi Padri . 1490. DLXXXVII.
 Vite de' Santi Padri . 1499. DCV.
 Vocabularium Latino-Græcum , sine anno . DCXII.
 Vocabularium in Mamotrecum . 1481. DLXXV.
 Vocabulista Ecclesiastico . 1480. DLXXII.
 Vocabulista Ecclesiastico . 1489. DLXXXV.
 Volumen Juris Civilis . 1482. DLXXVII.

T

Taccone , Baldassarre , Coronazione , e Sposalizio della Regina Bianca Maria Sforza . 1493. DCXIII.
 de Tarenta , Valastus , de Epidemia , & Peste . 1473. DLXIII.
 Tartagni , Alexandri , Apofillæ in I. part. Digest. vet. 1487. DLXXXII.
 Tartagni , Alexandri , Confilia . 1485. DLXXXI.
 Terentianus de Literis , Syllabis , & Metris . 1497. DCII.
 Terentii Comœdiæ , sine anno . DCXIII.
 Terentii Comœdiæ . 1470. DLIX.
 Terentii Comœdiæ . 1474. DLXII.
 Terentii Comœdiæ . 1477. DLXVIII.
 Terentii Comœdiæ . 1481. DLXXV.
 Terentii Comœdiæ . 1483. DLXXXIX.
 Terentii Comœdiæ . 1491. DLXXXVIII.
 Terentii Comœdiæ . 1496. DCIX.
 Tertulliani Apologeticus . 1493. DCXIII.
 S. Thomæ Aquinatis Opuscula . 1488. DLXXXIII.
 S. Thomæ Aquinatis Opuscula . 1488. DLXXXIV.
 Titi Livii Historia . 1478. DLXIX.
 Titi Livii Historia . 1480. DLXXII.
 Titi Livii Historia . 1494. DXCVII.
 Trapezuntii , Georgii , de partibus Orationis . 1472. DLX.
 Trapezuntii , Georgii , de partibus Orationis . 1474. DLX.
 Trapezuntii , Georgii , Rhetorica . 1493. DXCVII.
 Triccio , Batino , Poema , e Sonetti . 1488. DLXXXIV.

V

Vallæ , Georgii , Introductorium in Galenum , sine anno . DCXIV.
 Vallæ , Jo. Petri , Commentaria in Plautum , sine anno . DCXIV.
 Vallæ , Laurentii , Elegantiæ . 1475. DLXIII.
 Vallæ , Laurentii , Elegantiæ . 1477. DLXVIII.
 Vallæ , Laurentii , Elegantiæ . 1479. DLXXI.
 Valerii Maximi Opera . 1475. DLXIII.
 Valerii Maximi Opera . 1478. DLXVIII.
 Valerii Maximi Opera . 1480. DLXXII.
 Valerii Maximi Opera . 1487. DLXXXII.
 Varo de Lingua Latina . 1500. DCVII.
 de Ubaldis , Angeli . Vid. Angeli .
 de Ubaldis , Nicolai , Tractatus solemnis : 1487. DLXXXII.
 Vegii , Maphæi , Opera . 1497. DC.
 Vergerii , Petri Pauli , de ingenuis moribus , & liberalibus studiis . 1474. DLX.
 Vergerii , Petri Pauli , de ingenuis moribus &c. 1477. DLXVIII.
 Vergerii , Petri Pauli , de ingenuis moribus &c. 1495. DXCVI.
 Vergerii , Petri Pauli , de ingenuis moribus &c. 1500. DCVI.
 Vicecomes , Hieronymus , de Lamiis . 1490. DLXXXVIII.
 de Villanova , Arnaldi , de Arte cognoscendi Venenæ . 1475. DLXIII.
 de Villanova , Arnaldi , Breviarium Medicinæ . 1483. DLXXIX.
 S. Vincentii Ferrerii Sermones . 1488. DLXXXIII.
 Virgilii Opera . 1474. DLXI.
 Virgilii Opera . 1476. DLXVI.
 Virgilii Opera . 1478. DLXIX.
 Virgilii Opera . 1481. DLXXVI.
 Virgilii Opera . 1482. DLXXVII.
 Virgilii Opera . 1487. DLXXXIII.
 Virgilii Opera . 1490. DLXXXVIII.
 Virgilio : l' Eneide vulgarizzata . 1491. DLXXXIX.
 Visconte , Gaspere , Ritbmi . 1493. DCXIII.
 Visconte , Gaspere , li due Amanti Paolo , e Daria , Ritme . 1495. DXCVII.
 Vita del Beatissimo Ambroflo : 1492. DXC.
 Vita di S. Cattarina da Siena . 1486. DLXXXII.

Licerius Firminus in Mediolanensibus Scholis eruditus . XVIII. A.
 de Lignamine , Jo. Philippus , Messanensis Eques , Typographiæ Romanæ Præses . CXXXI.
 de Lignano , Jacobus , Librorum emendator . CXIII.
 Laudatus . ibid. & CXIV.
 de Lignano , Joannes , Typographus Mediol. CIV. CVI. CXI. CXIII. & CXVI. C.
 Liguria , quibus limitibus contineretur sub posterioribus Romanorum Imperatoribus . XX. C.
 Lindenbruch , Fridericus , ejus Animadversiones in Statium . CLXIV. A.
 Linternum , sive Linfernum , Pagus , quarto lapide à Mediolani distans , ubi Petrarcha morabatur . CCCLXXIX. B.
 Liprandus Presbyter Mediolanensis . XXVIII. E.
 Litaniarum Libellus editus à Petro Casola . CCC-LXXXVII. D.
 Literæ Seculo V. Æræ Christianæ à Barbaris penè deletæ . XVII. B. & XXVII. A. Sub Vicecomitibus , ac Sfortiis Principibus florent . XXX-II. B. & C. Seculo XVI. Bellis vigentibus decidunt . XLVI. C. Postea reviviscunt . LI. A.
 de Lizio , Robertus , quis ille fuerit , ejus Opera , & Elogium . CCLXXX. B.
 Livius Andronicus , quo tempore Romæ docuerit . III. B.
 Lobo , Hieronymus , Soc. Jesu , ejus Iter Abyssiniæ . CXXV. A.
 Locatellus , Bonettus , Typographiæ addictus . LX-XXII.
 Lollius , Cornelius , ejus Additamentum ad Pierium Valerianum de infelicitate Literatorum . CC-XXXI. C.
 Lollius , Gregorius , ejus Epistola ad Cardinalem Papiensem . CXXIX. B. Ad alios . CCXXX. A. B. & C. Ejus supposita merces . 7. Defenditur . ib.
 le Long , Jacobus , ejus Bibliotheca Sacra . CLX-XV. A.
 Longuignana , Jacobina , Oratio in ejus Nuptiis cum Ludovico Cabiato . CCCC. A.
 Longuignanus , Ambrosinus . CCCC. A.
 Lotharii I. Capitulare de studiis promovendis . XX-VIII. A.
 Lubinus , Augustinus , ejus Notitia Abbatiarum Italiae . CCXLIII. B.
 de Luca , Ptolomæus . CCLXXXVII. D.
 Lucani Commentatores . CXII.
 Lucarus , Nicolaus , Cremonæ Rhetor . CCXXX-VIII. D. & CCCVII. B. Ejus Orationes II. CCCXCVII. D.
 Lucensis , Jo. Petrus . Vid. Jo. Petrus .
 Lucius , Petrus , ejus Bibliotheca Carmelitica . CL-XVIII. C.
 Ludovicus XII. Francorum Rex Statuta Mediolanensia approbat . CCXVI. C. Ei dicatum Opus Jacobi Antiquarii . CCXLV. B.
 Ludovicus Maria Sfortia Mediol. Dux , Literatos Viros benignè recipit . XXXVIII. B. Musica Gymnasium Mediolani aperit , & Franchinum Gymnasium cantus Magistrum mercede conducit . XX-XIX. D. Liberales Artes colit . XLV. B. Historiâ magnopere delectatur . ibid. C. Ob hoc à Phi.

I N D E X

- Philippo Beroaldo seniore præcipue laudatus .* ibid. & CCCCXXXIV. E. *In doctos Viros admodum liberalis .* XLV. C. *Captivus in Galliam ducitur .* XLVI. B. *A Biffio Elegiaco carmine laudatus .* ibid. C. *Item à Lucino Conago , Epigrammate hic recuso .* XLI. D. & DXV. *Architectura , Picturaque Academiam condit .* XLII. A. *Leonardum Vincium Florentiâ Mediolanum evocat .* ibid. *Ejus laudes .* CCXVI. B. & C. CCXXI. A. *Sancti Ambrosii Monasterium magnificè per Bramantum extruit .* CCCLXI. C. *Demetrium Chalcondylam Mediolanum evocat .* CCCCXXI. C. *Ad eum Epistola Francisci Puteolani .* CCCCLXXII. *Et Stephani Dulcini .* DII. *Et Franchini Gafuri .* DIII. & DXIV. *Epistola ad eum Georgii Merula .* DXXIX.
- Ludovicus Siculus Francisci Philelphi discipulus .* CCXXX. B.
- Lues teterrima Mediolanum affligit .* CCLXXIII. B.
- Lupicinus , S. Ennodii ex sorore nepos , Deuterii discipulus .* XVI. E.
- Lupius , Matthias , ad eum Epistola Antonii Panormita .* 6. XVIII. A.
- Lupus , Christianus , ejus Dissertatio de Controversia inter Canonicos Regulares Lateranenses , & FF. Eremitanos .* CCCCLXXVI.
- Luscus , Antonius , à Josepho Brippio laudatus .* CCCXL. A.
- Luscus , Lelphus , ad eum Epistola Antonii Panormita .* 6.
- M
- M***Abillonius , Joannes .* LXXXVII. *Ejus Iter Ital .* CCXCIII. C. *Ejus Analecta .* CCCXLI. A. *De Liturgia Gallicana lib .* CCCLXXXV. E.
- Maccaneus , Dominicus , ejus Elogium , & Opera .* CCCXXV. B. *Ejus Epistola ad Gasparem Vicecomitem .* D. *Altera Jo. Jacobi Ghilini ad eundem .* DI. *Ejus Carmen .* DXCIII.
- Mæcius , Sebastianus , ejus Dissertatio de Scriptis D. Thomæ .* CCLXXXVII. D.
- Magister Puerorum olim in Ecclesia Ambrosiana .* CLXI. E.
- Magliabecus , Antonius , V. Cl .* CCC. D.
- Magnagus , Simon , Typographus Mediol .* CIV.
- Magnerius , Philippus , Vir doctus , Ord. Prædic .* CCCXXVII. A.
- Mahumetes Turcarum Princeps , Epistola Pii II. Pont. Max. ad eundem .* CXLIII. C.
- Majoragus , M. Antonius , Palatini Gymnasti Magister .* XLVI. D. *Davalo Mediol. Moderatori Bibliothecam publicam condendam frustra sused .* ibid. *Orationes recitat pro Candidatis Academiae Transformatorum .* XLVII. B. *Ejus Oratio de mutatione nominis .* CCCCXXII. A.
- Maître , Michiël , Annalium Typographicorum Auctor .* XLV. E. LXXVI. CC. CCLXXIX. A. & centies . *Notatus .* XCIV. CCCCXXIII. D. & CCCCXXIV. D. *Quid de Historia Typographica Mediol. sentiat .* LXXVI. & XCIV. *Quid de Typographia Arabica .* LXXVIII. *Quid de Italica .* LXXXII. *Quid de Hebraica Venetiis .* LXXXVIII. *Quid de editione Mediolanensi Horatii Operum .* CXVI. C.
- Malatesta , Carolus , Invektiva contra eundem ob eversum Virgilii simulacrum .* 7.
- Malatesta , Novellus .* Vid. Novellus .
- Malatesta , Robertus , Oratio in ejus Nuptiis .* CCLXIII. D.
- Malcozigia , sive Malcorrigia Jacobus , Mediolani Prætor , primus fuit , qui Viros doctos selegit ad colligendas Consuetudines Mediolan .* CCIX. E. & CCX. B.
- Malegulus , Pantaleo , ejus Compendium Vitæ Franchini Gafurii .* CCCXLVI. A.
- Malisperius , Paschalis , Dux Venetorum , ad eum Epistola Francisci Philelphi .* CCLXV. A.
- Mamotrectus , Libri sic appellati , quis Auctor .* CCXVII. B.
- Manfredina , Anna , cum filiis à Turcis capta .* CCXXIV. C.
- Mangius , Benedictus , Typographus Mediol .* CVI. *Ejus Symbolum .* CVII.
- Mangonus , Fabius , Architectus insignis .* LIV. D.
- Manilii Versus , favore Mediol. interpretati .* XIII. C.
- Manni , Dominicus Maria , ejus Liber de Florentinis Inventis .* CCCLX. D. CCCCXXXV. A.
- Mantegatis familia , ejus Juspatronatus Monasterii Campi-mortui .* CCVI. E.
- Mantegatis , Joseph , Abbas Commendatarius .* CCVII. A.
- de Mantegatis , Petrus Martyr , Typographus Mediol .* CXII.
- Mantegatis , seu de Mantegatis , Philippus , dictus Cassanus , seu de Cassano , Typographus Mediol .* CV.
- Manutius , Aldas , non primus Inventor Typographia Græcæ .* LXXVI. *Laudatus .* CCLXXIX. C. *Jacobum Antiquarium commendat .* CCXLIV. D.
- Mapellus , Joannes , editor Sermonum Bartholomæi de Pisis .* CCCCXII. B. C. & D. CCCCXIII. C. CCCCXIV. *Ejus Epistola ad Joannem Miglensem .* DXXIII.
- Maphæus , Marchio Scipio , ejus opinio de prima Typographia Hebraica in Italia .* LXXXVII. LXXXIV. & XCVIII. *Ejus Critica Diplomatica .* X. B. *Ejus Verona illustrata .* XCIX. *Primus Opera Marii Philelphi in lucem prodit .* CCLXV. D. *Opinio ejusdem de Characteribus antiquarum Impressionum .* XCVIII. *Ejus Liber , cui titulus Traduttori Italiani .* CCXLIII. A. DLXXV. DLXXXIV. & DXCI. *Editionem Mediolanensem Homeliarum S. Gregoriæ Italico sermone non vidit .* DLXXI. *Nec illam Sermonum D. Bernardi in Canticam .* DXCVI. *Ejus Vindicia pro Commentatoribus Catulli .* LXXXIV.
- Maraccius , Hippolytus , ejus Bibliotheca Mariana .* DXCVI.
- Marcellus , Jacobus Antonius , Patr. Ven .* CCXIX. B. *Consolatio Philelphi ad eundem .* CLXXXIV.
- Marcellus , Valerius , Oratio Philelphi in ejus obitu .* CCXIX. B. & alibi .
- Marchesinus de Regio , Joannes , Auctor Mamotrecti .* CCXVII. B.
- Marcus Lucidus Phosphorus .* Vid. Phosphorus .
- Marcus , Paulus , Venetus , ejus Historia Orientalis .* CXXIV. C.
- Maria , Roberti Regis Neapolis filia naturalis .* DCXVI.
- Mariana , Joannina , Epithalamium in ejus Nuptiis .* CLXXX. B.
- Marlianus , Corradinus , Oratio in ejus Nuptiis cum Veronica Bellinzona .* CCCC. A.
- Marlianus , seu de Marliano , Jacobus , Typographus nobilis Mediol .* CII.
- Marlianus , Joannes , Francisci Tanti Præceptor .* CCLXXXI. E.
- Marlianus , Joannes , quis ille fuerit .* DLXI. *Annus ejus mortis .* ibid.
- Marlianus , Jo. Albertus , ejus Carmen .* DCVI.
- Marlianus , Jo. Franciscus , Senatus Mediol. Præses .* CCLXXVII. D. *Ejus Epistola .* CLXIII. C. *Alia ad Franciscum Philelphum .* DXXV. *Alia ad eundem .* CCCCXXXI. C.
- Marlianus , Michiël , Oratio in ejus Nuptiis cum Bona Castronovata .* CCCC. A.
- Marlianus , Raymundus , Vir doctissimus .* CXCII. D. *Ejus Elogium .* ibid. E.
- Maronus , Jo. Baptista , Scholas publicas suo evercondendas mandat .* LX. A.

Mar-

RERUM, ET NOMINUM.

- Marsilius Ficinus, ejus Epistola Carolo Aretino.* CCCXXXVIII. B.
- Marsus, Paulus, ejus Epistola ad Georgium Cornelium.* DLXXVIII. Ad eundem Carmen Roberti Ursi. *ibid.*
- Martene, Edmundus, de antiquis Ecclesiae Ritibus.* CCXCI. B. CCCXIX. A. & DLXXXIII.
- Martialis Commentatores aliqui.* CXII.
- la Martiniere, Bruzen, ejus testimonium de appellatione Novarum Athenarum favore Mediol. XII. D.*
- Martinus, Matthias, ejus Elogium Dionysio Nestorio.* CCLIX. A.
- S. Martinus, quando Mediolanum confugerit.* LX-XX.
- Martinus V. Pont. Max.* CCCXXXIV. B. CCCXXIX. B. & CCCCVI. B.
- Martinus Boëmus Philippi Beroaldi senioris discipulus.* CCCCXL. B.
- Martinus Cella-veteris Abbas.* CCCXLIV. C.
- Martius, Galeottus, quis ille fuerit, ejus Opera, & Elogium.* CCCXXVIII. A. Inter eum, & Georgium Merulam similitates. CCCXXVIII C.
- Marsorellus, Baldus, Rhetoricæ Præceptor.* CLI. A.
- Masellus Venia Beneventanus.* Vid. Venia.
- Masnagus, Jacobus, J. C.* DLXXIII.
- Matthias Pannoniæ Rex.* CCCXVII. B.
- Maturantius, Franciscus, Jacobi Antiquarii affinis.* CCXLV. E.
- Maximilianus I. Imper. ejus Nuptiæ cum Blanca Maria Sfortia.* CCCLXII. A. & CCCLXVII. C.
- de Mayo, Zentilinus, quis ille fuerit.* DLXXXIII. Editor Breviarii Ambrosiani. CCLXXXI. D.
- Maynus, Lancellottus, ejus Oratio.* CL. D.
- Mazenta, Guidottus, ad eum Epistola Pii Bonon.* CCCCXXI. D.
- de Mazorinis, Laura Magdalena, Francisci Philelphi tertia Uxor.* XI. C. & CCXXI. E.
- Mazza, Antonius, de Rebus Salernitanis.* CLIV. C.
- Mazzucchellus, Jo. Paulus, idem & Justus Vicecomes.* CCCXV. A.
- Medicæ Domus Literarum, Literatorumque Patrona.* LXXXII.
- Medicinæ Ars, quo Seculo Mediol. floruerit.* XX-XI. A. Seculo XVI. quot fuerint hujus Artis Professores. *ibid.* C.
- de Medicis, Laurentius.* CCXXXIII. B. Oratio Poggii in ejus funere. CXIX. A.
- de Medicis, Luchinus.* CCXXXIX. B. Ad eum Epistola Theodori Gaza. DCX.
- Mediobarbus, Jo. Antonius, Cler. Reg. Somaschensis, Arcadam Mediol. Coloniam condit.* LXII. C. Ejus Oratio Panegyrica ad Ludovicum XIV. Galliarum Regem quam celebris. *ibid.* D.
- Mediolanenses, quam ab antiquo studia coluerint.* I. A. Ad Simmachum Legatos mittunt, ut Rhetoricæ Præceptorem illis concedat. XV. B. Vexillum Libertatis erigunt. CLXXX. C.
- Mediolanensium Principum devotio erga Immaculatam Conceptionem B. M. Virginis.* CCCLII. A.
- de Mediolano, Damianus, Venetiis Typographus.* CXII.
- Mediolanum quomodo Linguâ Celticâ vocatum Alciati sententiâ.* II. B. Novarum Athenarum nomine decoratum. IV. E. Ibi Aquæductus Adriani Imp. XII. C. Num ibi sexto ab U. C. Seculo liberales Artes floruerint. V. A. & B. Quando habere incæperit Studium generale, juxta sententiam Gualvani Flammæ. *ibid.* D. Id sequentibus ætatibus viguisse probatur. *ibid.* E. Liguria Metropolis. XX. C. Sub Witige Gothorum Rege dirutum. XXVII. A. Quot Civium millia ab illo deleta. *ibid.* C. Literarum cultus penitus ab hac Urbe extirpatus. *ibid.* D. Quam cito renasci cæperit sub Regibus Francis. XXVIII. D. In ejus quoque Provincia XII. Seculo Gymnasia patebant. XXIX. A. Sub Principatu Vicecomitum Scientiarum cultu exornatum. XXXII. A. & seqq. Mortuo Philippo Maria Vicecomite libertatis vexilla erigit. XXXVI. D. Ibi Gymnasia universarum Scientiarum publica auctoritate instituta. *ibid.* B. Seculo XII. patebant. XXVII. E. Musica Gymnasium à Ludovico Maria Sfortia ibidem apertum. XXXIX. B. Celebres Magistros in qualibet facultate semper habuit. XL. D. Quo tempore in hanc Urbem penetraverit Ars Typographica. XLV. D. LXXVII. Græca Grammatica primò ibi impressa. XLVI. A. Ibi primùm forsàn ante quàm alibi Impressio Librorum in Italia peracta. XLV. D.
- Mebus, Laurentius, laudatus. 5. Ejus Collectio Epistolarum.* CCXCII. E.
- Mela, Pomponius.* Vid. Pomponius.
- Meleguli, Pantaleonis, Epigrammata.* DC.
- Melioratinus, Joannes, ad ipsum Epistola Stephani Flisci de Soncino.* CCCCLXXXII.
- Mellens, Petrus, ejus Epistola Petro Pusterla.* D. XLVII.
- Meltius, Joannes, Ducalis Quaestor, & V. Clariss.* CXC. C. & CCCCLXV.
- Mentelius, Jacobus, quid sentiat de Origine Typographiæ.* LXXXV.
- Mentelius, Joannes.* *ibid.*
- Mercurius ab Insubribus cultus.* III. D.
- Merula, Georgius, Rhetoricæ Artis Magister.* XL-III. E. Mediolanensem Historiam scribit. XLV. A. Ejus adventus Mediol. CLIII. A. Dictus Merlanus ob despectum à Gabriele Pavero Fontana. CLXXXVI. D. Ejusdem literarii labores, & Elogium. CXCVII. C. CC. D. & CCCCXXV. A. Ejus Epistola Angelo Adriano. CCCCCLXX. Ejus silentium de Arte Typographica Mediol. C. XV. D. Ejus Epistola ad Ludovicum Mariam Sfortiam Vicecomitem Mediol. Ducem. DXXIX. Ad eum Epistola Eusebii Scutarii. DXLVI.
- Meursius, Joannes, ubi notatus.* XIII. A.
- Michelinus, Architectus Seculi XIV.* XXXII. E.
- Middendorpius, Jacobus, de Academiis totius Orbis.* XL. D.
- Miglensis, Julianus, ad eum Epistola Fr. Joannis Mapelli.* CCCCXII. C. & DXXIII.
- Millinus, Jo. Baptista, Cardinalis.* CLXXXIX. B. De Mediolano benemeritus. *Ibid.*
- Minerva, Scientiarum Patrona.* III. A. Et Medicina. *ibid.* C. In Græcia culta. *ibid.* Victoria nomine appellata. *ibid.* Eidem Templum Mediolani olim erectum. III. A. A Gallis Cisalpinis magno in honore habita. *ibid.* C. Sub Victoria nomine à quibus nuncupata. III. C.
- Minoës, Cludius, Commentator Emblematarum Alciati.* II. A.
- Minus Vanni Aretinus, ejus Carmina.* CXXXIV. E.
- Minutianus, Alexander, Typographus Mediol.* CVII. Ejus laudes. *ibid.* & seqq. Impressor Historiæ Cornelii Taciti, eodem anno, quo Romæ Philippus Beroaldus. CIX. Alia Opera ab eo typis tradita. CX. Rhetoricam Mediolani docet. XLIII. E. Inde Historiæ Professor in Scholis Palatinis. XLIV. E. Alii ejus literarii labores, & Elogium. LXXXII. CCLXXVII. A. CCCCXV. A. & CCCCXXV. A. Ejus opinio de Astarte Dea contra Baptistam Pium. CX. Annus ejus mortis incertus. *ibid.* Ejus Epistola ad Bartholomæum Chaleum. DVIII. Ad Jo. Jacobum Trivultium. DXXV. Et ad Ottonem Vicecomitem. DXXVIII.
- Minutianus, Vincentius, Alexandri fil.* CX.
- Mirabilia, Margarita, Joannis Simonetta Uxor.* CCIII. C.
- Missæ Ambrosiana quando, & à quo instaurata.* CCCXIX. D.
- Missale Ambrosianum in Pergameno Seculi IX. pendens Auctorem.* CCCLXXXVI. B.

I N D E X

Missale Ambrosianum quando primum Mediolani Typis editum . LXXIX. & CLXI. C. *A quo recusum* . CCXC. C. & CCXCI. C.
Molanus, Joannes . CCCCXVIII. A.
Mollerus . LXXXVII. & LXXXVIII.
Mombritius, Boninus . Vid. Boninus .
Monachi Cistercienses Cœnobii Mediolanensis apud Basilicam S. Ambrosii, Bibliothecam, & Archivum egregiè instruunt . X. C.
Monasterium S. Ambrosii à Ludovico Maria Mediol. Duce per Bramantum extructum . CCCLXI. C.
Monasterium Caravallis à S. Bernardo fundatum . CCLI. B.
Manasterium primum conditum Mediolani . LXXX.
Modœtia Liguria Oppidum vocata . XXI. C.
Mondellus, Ludovicus . LXXXIII. *Ad eundem Epistola Marii Philelphi* . CCCCLXXXVIII. *Epistolarium ejusdem Marii Philelphi edendum curat* . CCLIX. B. *Ejus Epistola Octaviano Ubaldino* . CCCCLXXX. V. & CCCCLXXXVIII.
Mengitoris, Antonius, ejus Bibliotheca Sicula . 6. *S. Monica Corporis translatio quando facta* . CCCXXXIV. D. & CCCC. B.
Mons Pietatis à quo primum excogitatus . CCCLII. D. *Quæstio de eodem* . CCCLIII. A.
Montanus, Colla . Vid. Colla .
Montanus, Julianus, ejus similitates cum Petro Leone . CCCCIII. C.
Montanus, Morellus . Vid. Morellus .
de Monte Sansovino, Franciscus, Monachus Camaldulensis . CCCCX. A.
Montfaucon, Bernardus, ejus Iter Italic. DLXVI. *Ejus Paleographia Græca* . ibid.
Monticellus, seu Montichiellus, Jo., Cardinalis, Lucani Pharsalam in Italicum idioma vertit . CCCLIV. A. *Quis ille fuerit, variorum opinio* . ibid. D.
Montichiellus, Dominicus, ejus translatio Epistolarum Ovidii in Italicam linguam . CCCLIV. D.
Montius, Philippus, Cardinalis laudatus . CCCLIV. D.
Montoya, Alphonsus, ejus Epigramma . DCXI.
Morellus Montanus Cola pater . CLVIII. A.
Moretus, Matthæus, publicus Bononiæ Professor . XCIX.
Motta, Antonius, Chalcondyla discipulus, ejus Epigramma . CCCXXIII. C. & DCVI.
Muranus, Nicolaus, ejus Epigramma . DCXI.
Muratorius, Ludovicus Antonius, Vir Clariss., Rerum Italic. Collectionem meditatur . LXIV. B. *Ope Philippi Argelati Societatem Palatinam promoventis, tale Opus aggreditur* . LXV. A. *Eandem Societatem laudibus cumulat* . ibid. B. *Ejus Antiquitates Estenses* . CCCIII. E. *Ejus Dissertatio de Origine Monasteriorum* . LXXX. *Alter de Origine Statutorum Italiæ Urbium* . CCIX. C. *De Duello* . CCXI. C. *Ejus Anecdota Latina, & Græca* . CXXIX. C.
de Mures, Rufinus . CCXXI. B.
de Muriano, Michaël, Abbas Camaldulensis . CCXVIII. D.
Musurus, Marcus, Patavii Professor . CCLXXIX. B.

N

Nardinus, Stephanus, Mediol. Archiep. XCII. *Rogationum triduanarum restaurator* . CCCLXXXII. C.
de S. Nazario de Ripa, Jacobus, Typographus Mediol. CV. *Symbolum ejusdem* . ibid.
Nazarius, Fr. Jo. Paulus, ejus Dissertatio de Scriptis D. Thomæ . CCLXXXVII. D. *Notatus* . CCLXXXVIII. A.
Neapolis, illuc qui primus Typographicam Artem intulerit . LXXXII.

Neapolitanus, Petrus . Vid. Petrus .
Necrologium familiæ Decembriorum . CCCIV. C.
Nerlius, Bernardus, ejus Epistola . CCCCXXIV. B.
Nestorius, Dionysius, quis ille fuerit, & ejus Opera . CCLVIII. B.
Niceronus, Jo. Petrus, quid in suis Memoriis illustrium Literatorum Virorum de Philippo Beroaldo seniore proferat . CCCCXL. A.
Nicodemus, Leonardus, ejus Additamenta ad Bibliothecam Neapolitanam Toppii . CCIV. B.
Nicolaus V. Pont. Max. Oratio Poggii in ejus funere . CXIX. A. *Ei inscripsit Poggius Opus de Varietate fortunæ* . CXXII. D. CXXVI. E. & CCXXI. A. *Franciscum Philelphum benigne excipit* . CCXXVII. D. & CCXCIV. A. *Maphæi Vegii cultor eximius* . CCCXXXV. B. *Ad eum Epistola ejusdem Francisci Philelphi* . DXXII.
Nicolaus, Antonius, ejus Bibliotheca Hispanica . CXXIV. C. *Notatus* . CXLVI. B. & CLXXIV. B.
Nicolaus Caravallensis, Canon. Regul. ejus Epistola ad Eusebium Corradum . CCVII. A.
Nicolus, Nicolaus, nonnulla de eodem . 7. *Oratio Poggii in ejus funere* . CXIX. A. CXXVIII. E. & CCC. B. *Ad ipsum Carmina Josephi Brippii* . CCCXXXIX. E.
Nidobæus, Martinus Paulus, Dantis Commentator . CXC. B. *An verum ejus Cognomen hoc fuerit* . CXCVI. D. *Ejus Carmen* . ibid. E. *Ejus Epistola ad Marchionem Montisferrati* . CCCCLXX.
Nierembergius de Exceptionibus Concilii Tridentini . CLXXIV. A.
Niger, Julius, de Scriptoribus Florentinis . CXC. V. B. CCC. C. & sæpius .
Niger, Marlianus . CCLXXVIII. A.
Niger, Petrus, de Conditionibus veri Messie . LXXVIII. *Ejus Patria, Opera, & Elogium* . CCCLXXIX. A. & DCVI. *Ipsius declaratio filiorum Demetrii Chalcondyla* . CCCCXXIII. A.
Nobiles Mediolanenses sub disciplina Cisterciensium Monachorum olim in Scientiis eruditi . CCLI. A.
Nogarola, Isotta, ejus Epistola MSS. in Bibliotheca Ambrosiana . CXXI. E.
de Nogarolis, Leonardus, Officium Immaculatae Conceptionis B. M. V. ab ipso compositum . CCCLI. A.
Nosocomium magnum Mediolani à quo institutum . CCCXCI. B.
Notius, Stephanus, FF. Humiliatorum Præpositus . CCLIV. A. *Ejus literarii labores* . CCLVI. D. *Ubi de ipso fit mentio* . CCCLXXXIII. B.
de Novaria, Jo. Baptista, Generalis Ordinis Eremitarum . CCCCX. A.
Novariensis, Bernardinus Æmilius, ejus Carmen . DXCVII.
Novariensis, Jo. Petrus, quis ille fuerit, ejus Opera, & Elogium . CCLXXXI. B.
Novellinus, Balthassar, ejus Epistola . CCCCIV. C.
Novellus, Malatesta, Casenæ Princeps . CLXXIX. A.
Novocomum deducta à C. Casare Colonia Græcorum . IV. D.

O

Oblatorum Congregatio à S. Carolo instituta . XLIX. E. *Eorum laudes* . L. A. *Seminariorum, ac Collegiorum cura iisdem commissa* . ibid.
Octavianus Augustus an confirmaverit Mediolanensibus privilegium, ut haberent Studium Generale . V. D.
Octavius Teucer Doctor eximius in Gallia Togata . IV. D. *Ode.*

R E R U M , E T N O M I N U M .

Odesbaleus, *Aurelius*. DCIV.
Oepingius, *Theodorus*, ubi *Alciatum derideat*. II. A.
Officium Nominis Jesu à quo compositum. CCCLI. C.
Officium Immaculatae Conceptionis B. V. M. à quo editum. CCCLI. A. *A Sixto IV. Pont. Max. approbatum*. ibid. B.
Offredus, *Apollinaris*, quando *Mediol. venerit*, & *ejus Opera*. CLIII. B. *Ejus Epistola ad Philippum Mariam Mediolani Ducem*. CCCCLIV.
Offredus, *Petrus*, *ejus Epigramma in laudem Jasonis Mayni*. CCCCLIV.
Oldoinus, *Augustinus*, in *Athenæo Ligustico notatus*. CXXX. C. & CXXXI. B. CXLVII. E. CCXLII. D. CCCLXXIV. A. & CCCC. D.
Oldradus, *Alphonsus*, *primus in Academia Muti Sfortia Orationem habet*. L. D.
Olivatus, *Marchio Paulus Æmilius*, *Senator Mediol.* CCCXVI. C. & DCIV.
Oppius Cares in Gallia Togata Præceptor. ibid.
de Orco, *Ambrosius*, *Dionysii Paravisini Socius*. XCI. & CI.
Ordo S. Spiritus ubi inchoatus, & *quò translatus*. CCVII. A.
Orlandus, *Pellegrinus Antonius*, *ejus Hist. Typographica*. CIII. CVII. & pluries. *Notatus*. CCCXI. D. CCCLIV. C. DLXIII. & DCII. *Ejus Hist. Scriptor. Bononiens.* CCCXXXIV. D. DXXXVII. & DLIX. *Quid sentiat de editione Facietiarum Poggii*. CXVIII. A.
Orphanotrophium S. Martini Mediol. XLVIII. E.
de Orsonibus de Cremona, *Gabriel*. XCVI. *Ejus Societas cum aliis de prima Typographia Mediol. instituenda*. CCCCLVII.
de Osnago, *Ursina*, seu *Oreusina*, *secunda ex III. Uxoribus Francisci Philelphi*. CCXXIII. A. & CCXXVII. B.
Otto I. Imper. quando *Romæ coronatus*. CCLXXXII. C.
Otto V. Vicecomes, *ad eum Epistola*. CVIII.

P

Paccibus, *Jo. Franciscus*, *Academiae Pictorum Mediolani adscriptus*. LV. E.
Pachel, *Conradus*, *Typographus Mediol.* CV.
Pachel, *Leonardus*, *Typographus Mediolanens.* CIV. *Ejusdem Symbolum*. ibid.
Pacificus Novariensis, *ejus Summa*. CXCI. A.
Paganus, *Urbanus*, *Prior Monasterii S. Petri Glasfatenfis V. Clar.* CXC. B. & CCCCLXV.
Palatina Societas, *quo anno instituta*. LXIV. B. *A Cl. Muratorio laudata*. LXV. B.
**Palatina Mediolanenses Scholæ S. Augustino Rhetorica Artis Magistro gloriantur. XVI. B. *Quando restituta*. XXVIII. *Ibidem posita marmores S. Augustini Statua*. XVI. A. *In Palatium Oldradi Treffeni translata*. XXXIII. B. *Quot celebres Præceptores habuerint*. XLIV. A. *Ibi adhuc quatuor publica Gymnasia perdurant*. ibid. D.
Palearius, *Gabriel*, *Secretarius Ducalis*. CXC. C. & CCCCLXV.
Paleottus, *Camillus*. CCCXXXIV. C.
Pallavicinus, *Jo. Ludovicus*, *Senator Mediol.* CCXXI. A.
Pallavicinus, *Rolandus*, *Mediol. Senator*. CCCXI. A. *Ad eum Epistola Stephani Dulcini*. DCV.
Pancirolo, *Octavius*, *de Thesauris absconditis Urbis Romæ*. CCCXXXV. D. *Ejus verum nomen*. ibid.
Pannartz, *Arnoldus*, *primus Romæ Typographus*. LXXXI. *Et primus Mediolani*. LXXXI. LXXXVII. LXXXIX. XC. & CXI. A.**

Panormita, *Antonius*, *Scriptor Vitae Alphonsi Regis Neapolis*. CXXVI. E. *Plura de eodem*. 5. & 6. *Ejus Opera MSS. ibidem*.
Papa titulus olim Episcopis attributus. CCCXVI. C. & CCCCXLIV.
Papebrochius, *Daniel*, *in Exegeti Archiepiscoporum Mediol. notatus*. CCL. A.
Paravisinus, *Dionysius*, *Typographus Mediol.* XLV. E. & CI. *De impressione literarum Græcarum Mediol. optimè meritus*. LXXVI. & CCCLXIII.
de Parma, *Franciscus*, seu *Franchinus*, *Archiepiscopus Mediol. Missæ Ambrosianæ restaurator*. CCCXIX. D.
Parmensis, *Bernardus*, *Min. Observ. V. Cl.* CXC. B.
Parbasius, *Janus*. Vid. *Janus*.
Parthenius, *Catulli Commentator*, à *Cl. Marchione Maphæo laudatus*. LXXXIV.
Parthenius S. Ennodii ex sorore nepos. XVII. E.
Parthenopæus, *Andreas*, *Commentator Dantis*. CXC. C.
Parvus, *Gulielmus*, *Catalogi Bibliothecæ Francisci I. Gallie Regis conditor*. CCCXIV. B. *Ignotus Quetiso*, & *Eccardo in eorum Bibliotheca*. ibid. D.
Passiranus de Asula, *Hieronymus*, *quis ille fuerit*, *ejus Opera*, & *Elogium*. CCCXVI. E. DCIII. DCIV. & DCVIII.
Patavinus, *Bartholomæus*, *Eremitanus*. CCV. A.
Paterius, *Vir nobilis*, *Deuterii discipulus*. XVII. E. *Ejus patri ænea Statua in Foro Trajano posita*. XVIII. A.
Patus, *Petrus*, *ejus Epigramma*. DXCVII.
Paverus Fontana, *Gabriel*, *quis ille fuerit*, *ejus Carmen*. LXXXIII. & XCVI. C. *Ejus Elogium*. CLXXXVII. A. *Ejus similitates cum Georgio Merula*. ibid. D. *Et cum Francisco Puteolano*. CLXXXVIII. D. *Alterum ejus Carmen*. ib. E. *Laudatus*. CCXXIV. C. & alibi. *Ejus Invektiva in Philelphum*. CCXX. E. *Ejus Societas cum aliis inita de Typographia primùm Mediol. inchoanda*. CCCCLVII. *Emendator Codicis Christophori Landini, in quo Sfortiades Jo. Simonetta in Ital. versa continetur*. CCCXXII. A. *Alia ejus Carmina*. DLXXIV. *Alia contra Franciscum Puteolanum*. CCXXXVIII. A.
Paulinus, *Jacobus*. Vid. *Jacobus*.
Paulus II. Pont. Max. *ad eum Epistola Jo. Andrea Aleriensis Episcopi*. LXXXVII. & DXCVII. *Ad eum scribit Philelphus contra Pium II. Pont. Max.* CCXXXI. A.
Paulus Brixianus, *Min. Observ.*, *V. Cl.* CXC. B. & CCCCLXIV.
Paulus Florentinus ex Ordine Servorum B. M. Virg. *quis ille fuerit*, & *quænam Opera Typis dederit Mediol.* CCVII. A. & seqq. *Ex Attavantium familia fuisse asseritur*. CCIX. B. *Ejus Epistola*. CCCCLXXVII. CCCCLXXVIII. & CCCCLXXIX.
Paulus, *Janus Archiepiscopus*, *Epistola Pii II. Pont. Max. ad eundem*. CXLIII.
Paulus Soncinas. Vid. *Soncinas*.
Paulus Venetus, *nonnulla de ipso*. II. A. & C. *Quis ille fuerit*. CXLVII. C.
Pays, *Petrus*, *Soc. Jesu*, *primus Ortum Nili detexisse creditur*. CXXV. A.
Pedemontani, *Ludovicus*, & *Albertus Fratres*, *Typographi Mediol.* CIII.
Pegii, *Jo. Antonii*, *Carmen*. DXCII.
Pegolottus, *Michaël*. DCVIII.
Pelatus, *Franciscus*, *ad eum Epistola Francisci Arctini*. DLXXIX.
de Pembrock, *Comes*, *ejus Bibliotheca Londini*. DLXVI.
Penottus, *Gabriel*, *Hist. Tripart.* CCVI. B. & sæpius.
Pentius de Leuco, *Jacobus*, *Venetii Typographus*. CXIII. Pera-

I N D E X

- Peragallus**, *Raphaël*, CCXVIII. D. *Editor Sermo-
num B. Michaëlis de Carcano*. CCCXCII. A.
& D.
- Peregrinatio Cleri Mediol.** per Urbem pro triduanis
Rogationibus quando decurtata. CCCXCIX. B.
- Pertusatus**, *Comes Carolus*, *Senatus Præses*, suis in
ædibus Arcadum Mediol. Coloniam recipit. LX-
III. B. *Ibique Viridarium exornat*. *ibid.* & L-
XXXI. *Insignis ejus Bibliotheca*. *ibid.* DLXXV.
DXCIII. & DXCIX.
- Pessina**, *Antonius*, *Epistolæ ad eundem Francisci
Philelphi*. CLXXXII. B.
- Petrarcha**, *Franciscus*, à *Galeatio II. Vicecomite
Mediolanum accitus*. XXXII. B. *Decennio ibi-
dem moratur*. *ibid.* *Ejusdem Operum variæ edi-
tiones*, & MSS. CCCLXXIV. B. *De Literis
Mediol. summè meritis*. *ibid.* C. *Commentatores
Carminum ejusdem*. *ibid.* D. *Ejus Carmen ge-
nuinum de morte Lauræ*. CCCLXXVII. D. *In
Virgilio Codex*, ejus manu exaratus. *ibid.* In
Bibliotheca Ambrosiana servatur. CCXCIV. B. *Ejus
Epitaphium in obitu Franciscæ ejus filie*.
CCCLVIII. D. *Ubi sepulchrum elegerit, si Me-
diol. obiisset*. CCCLXXX. A.
- S. Petri de Ulmo**, *Cænobium*, quando in *Commen-
dam redactum*. CCCCLXXVI.
- Petrina**, *Gaspar Antonius*, ejus *Hist. Chronologica
S. Bernardi*. CCL. D.
- Petrinus**, *Joannes*, *Architectus insignis*. XLII. B.
- Petronius**, *Bartholomæus*, *Puerorum familie Sfor-
tiæ Mediol. Ducum Præceptor*. CCCLXIX. A.
- Petrus Apollonius**, *Collatinus*, CCXXXII. D. *Quis
ille fuerit*. *ibid.* E. *Ejus literarii labores*. CC-
XXXIII. A. *Ejus Carmen*. DXCII. *Idem & Pe-
trus Novariensis*. DIV.
- Petrus Dantis filius**. CXCV. E.
- Petrus Neapolitanus**, *FF. Ord. Minor. Observ. Vi-
carius Generalis*. CXC. A. & CCCCLXIV.
- Phædrus**, *Thomas*, ejus *Carmen*. CCCXXVIII. E.
- Philelphicæ Stirpis genealogica series**. CCLXV. C.
- Philelphus**, *Federicus Franciscus*, *Francisci filius*.
XI. B.
- Philelphus**, *Franciscus*, *plura de eo*. 6. & 7. *Ejus
silentium de Arte Typographica Mediol.* CXV.
D. *In eum Invektivæ Poggii*. CXXVIII. B. *Ejus
Uxor*, & *filiis naturales quinam*. CCXII. A.
Legitimi. CCXXIV. B. *Romam evocatus à Six-
to IV. Pont. Max.* *ibid.* *Ejus Testamentum*.
CCXXII. CCXXIII. & CCXXIV. A. & B. *Pauper
decessit*. CCXXV. B. *Opus eidem malè at-
tributum*. CCCXXX. C. *Alterum à Crescimbenio
minimè relatum*. CCCLXXI. A. *Ejus Epi-
stola ad Jo. Simonettam*. CCCCLXXV. *Alia
ad Bonaccursum Pisanum ejus discipulum*. C-
LXIII. A. *Alia ad abios*. CLXVI. C. *Ejus Sa-
tyræ*. CLXXVI. D. *Ejus Opera*, & *Elogium*.
CCXIX. A. *Ejus Pœma*. CLXXVIII. D. *Ejus
Epistola ad Philippum Mariam Mediol. Ducem*.
DXXII. *Ad Nicolaum V. Pont. Max.* DXXIII.
Ad ipsum Epistola Jo. Francisci Martiani. D-
XXIV. *Et Leonardi Justiniani*. DXXV. *Alia
ejusdem Francisci ad Petrum Justinum Philel-
phum*. *ibid.* *Et ad Theodorum Plattum*. DXLI.
Ejus mors malè à pluribus relata. LXXXIII.
*L'bro suos Metropolitanæ Bibl. Mediol. postremis
tabulis legat*. XI. A. *Emmanuellem Chrysoloram
laudat*. XXXV. E. *Mediolani docet*. XXVII. D.
Ejus Vita à Jo. Henrico Foppio edita. 7. *Et à
Lancellotto Academia Parisiensis Socio*. *ibid.*
- Philelphus**, *Marius*, ejus *Gesta*, *Elogium*, & *Opera*.
CCLX. D. *Ejus Epistola ad Fr. Ludovi-
cum Mondellum*. CCCCLXXXVIII. *De ipso
fallitur Leander Albertus in sua Italiae descri-
ptione*. LXXXIII. & CCXXIV. C. *Versus de
eodem*. *ibid.* D.
- Philelphus**, *Petrus Justinus*, seu *Augustinus*, *quis
ille fuerit*, & *ejus literarii labores*. CXCI. E.
- CXCII. A. & CCXXI. C. *Ejus Epistola ad Jo.
Simonettam*. CCCCL. *Et ad Franciscum Phi-
lelphum*. DXXV.
- Philibertus**, *Sabaudia Dux*. CCXXI. B.
- Philippineus**, *Bartholomæus*, *Varallensis*, ejus *Car-
men*. CCCCI. B.
- Philippus Maria Vicecomes**, *Mediol. Dux*, *Vir sa-
piens*. XXXIII. B. CLXXX. C. & CCXXVII.
A. *Ab Apollinari Offredo laudatus*. XXXIII. B.
& CCCCLIV. *Ejus Vita à Candido Decembrio
scripta*. XXXIII. C. *Ad eum Epistola Maselli
Venie*. DXXXVIII. *Altera Francisci Philel-
phi*. DXXII. *Sine legitima prole moritur*. *ibid.*
Oratio Pii II. Pont. Max. in ejus funere. CX-
XXVI. B.
- Philosophi Romæ pulsî**. IV. E. V. A. & seqq.
- Phosphorus**, *M. Lucidus*, ejus *Epigramma*. DLX-
XVIII. & DLXXXVII.
- Picinellus**, *Philippus*, ejus *Athenæum Mediolanense*.
3. *Ubi notatus*. CCCXCXVII.
- Picininus**, *Nicolaus*, ejus *Epitaphium*. CLXXXIX.
E.
- Piccolomineus**, *Jacobus*, *Card. Vid. Amanatus*.
- Pictores celebriores ex Academia Mediol. producti**.
LV. A.
- Pictura Academia**. *Vid. Academia Pictorum*.
- Pictura insigniorum Auctorum in Aula Bibliothecæ
Ambrosianæ**. LV. B.
- Picus**, *Jo. Franciscus*, *Mirandula Princeps*. DC.
- Picus Mirandalanus**, *Franciscus*, ejus *Opus Scrix
inscriptum*. CCCXXVII. C.
- Pinus**, *Joannes*, *Vita Philippi Beroaldi senioris
Scriptor*. CCCXXXVIII. D. & CCCXXXIX-
IX. D.
- Pirovanus**, *Gabriel*, *Medicus Ducalis celebris*. CC-
CLXXI. E. *Ad eum Epistola Francisci Ruerii*.
DVII. *Oratio Philippi Beroaldi in ejus nuptiis*.
CCCXXXVI. B. *Ejus laudes*. *ibid.* D.
- Pisanus Bonaccursus**, seu *Bonus Accursus*. *Vid.
Bonaccursus*.
- de Pisis**, *Bartholomæus*, ejus *Opera*, & *Elogium*.
CCCCXI. A. *Auctor Libri Conformitatum San-
cti Francisci cum Vita Christi*. CCCCXIII. B.
& C. *Liber iste quando Mediolani editus*. CCC-
XIV. A. *Quis fuerit ejus genitor*. *ibid.* C. *Ex
Albizia Florentina familia dicitur*. DLXXXIV.
- Pisus**, seu *Cacapistus*, *Gerardus*, *Consul Mediol.*
CCXIII. C.
- Pius II. Pont. Max.** CCXXVIII. C. *Ejus Epistola
ad Philippum Mariam Mediolani Ducem*. CXXI.
A. *Nonnulla de eodem*. CXXIX. A. & B. & C.
Ejus Opera Mediolani edita, & *quæ in Biblio-
theca Ambrosiana custodiuntur MSS.* CXXXV.
A. & seqq. *Series ipsius Orationum*, quas edere
promisit Cl. Muratorius. *ibid.* C. *Auditor extitit
Francisci Philelphi*. CCXXX. A. *Contra
eundem ad Paulam II. scribit idem Philelphus*.
CCXXXI. A. & DXI. *Impium ejusdem Epita-
phium*. *ibid.* *Perhumaniter Marium Philelphum
recipit*. CCLXIII. B.
- S. Pius V. Pont. Max.** *Ordinem Humiliatorum ex-
communicat, ac delet*. CCXLIX. A.
- Pius Albertus**, *ad eum Epistola Jo. Mariae Catta-
nei*. DXXIV.
- Pius**, *Jo. Baptista*, *Bononiensis*, ejus *literarii la-
bores*, & *Elogium*. CCCXXXI. B. *De eo quid
Fovius*. CCCXXXII. A. *A Pyllade Buccardo
Brixiano malè habitus*. CCCXXXIII. A. *Ab
Eminentiss. Quirino defensus*. *ibid.* B. *A Luca
Olcbinensi Canonico laudatus*. *ibid.* D. *A Paulo
III. Romam evocatus*. CCCXXXIV. B. *Car-
men Balthassaris Sacconi in ejus laudem*. DC-
III. *Ipsius Epigramma*. DXCIV.
- Pizzolpassus**, *Franciscus*, *Archiep. Mediol.* CXX-
VI. B. CXXIX. C. & CCC. A. *Herodem libro-
rum suorum Bibliothecam Metropolitanam relin-
quit*. XI. A.

RERUM, ET NOMINUM.

- Pizzolpassus**, Michael, in Bibliotheca S. Ambrosii Mediolani antiquos Codices reperit. IX. C. & E.
- Pizzonus**, Bernardinus. DCIII.
- Placentinus**, Janus. Vid. Janus.
- Placentinus**, Joannes. Vid. Joannes.
- Placiades**, Fulgentius, quis ille fuerit. CCCCXV. III. A. & B.
- Plantiniana Typographia Symbolum**. XCV.
- Plantavitius**, ubi fallitur. LXXVII.
- Platinus**, Petrus Antonius, ejus Carmen ad Octavianum Vico mercatum. DLXXXI.
- Plattorum familia origo videnda**. CCVIII. E. CC-CCLXXVIII.
- Plattus**, Anastasius, Platini frater. CCLXX. & CCCLXXI. E.
- Plattus**, Christophorus. CCIX. A.
- Plattus**, Georgius. CCVIII. C. Oratio Francisci Philelpi in Nuptiis ejusdem. ibid. D. & CC-LXXI. E.
- Plattus**, Leonardus, Canon. Regul. Mediol. CCVIII. C. Ad eum Epistola Pauli Florentini. CCC-LXXVIII.
- Plattus**, Ludovicus. CCIX. A.
- Plattus**, Martinus. ibid.
- Plattus**, Platinus, ejus Epistola. CCLXIII. D. Ejus Scripta, & Elagium. CCLXVIII. E.
- Plattus**, Theodorus, J. C. CCVIII. D. & CCLXXI. E. Ad eum Epistola Petri Cornoni. DXL. Ad eum Epistola Jacobi Becheti. DXLL. Et Francisci Philelpi. ibid.
- Plattus**, Thomas, domum suam in Lycæum commutat. XL. B. Quas scientias ibidem perpetuo tradi jussit. ibid. Nosocomium majus heredem, instituit. ibid.
- C. Plinius** sesteria centum pro tutela Bibliothecæ Mediolanensis ex Testamento dari jubet. VII. C. Id antiquo marmore, & plurium Scriptorum testimonio probatur. ibid. D. Ejus de Scholis Mediol. assertio. VI. D.
- Pœta celeberrimi ex antiquis Gymnasis Mediol. pro ducti**. VI. B.
- Poggii Florentini laudes**. 9. Facetia ejusdem quando Mediol. editæ. CXVII. E. Quid de ipsis sentiant Vossius, & alii. ibid. & CXVIII. B. Alia ejusdem Opera MSS. in Bibliotheca Ambrosiana servata. CXVIII. C. & D. & CXXI. B. Et edita. CCCV. C. Quid de Nicolai Conti itinere sentiat. CXXIV. D. Item de Ortu Nili. CX-XV. B. & C.
- Polybii Chronologia à Casaubono digesta**. II. B.
- Politianus**, Angelus, Franciscum Puteolanum laudat. CCXXXVIII. D. Ejus Epistola ad Franciscum Casam. CCCLX. E. Cum Chalcondyla similitates habet. CCCCXXI. B.
- Pomponius**, Letus. Vid. Letus.
- Pomponius Mela de Situ Orbis** quando primum Mediol. editus. CXVII. D. & CXVIII. B.
- Pontremulensis Ugerius**. Vid. Ugerius.
- de Pontremulo**, Sebastianus, Typographus Mediol. CV.
- Ponzonus**, Fr. Dominicus, Min. Observ. Vir doctus, ejus Carmen. CCLII. D.
- Porca**, Brunaxius, Mediol. Prætor, primus qui in unum Corpus Consuetudines Urbis colligere jussit. CCIX. D.
- Porcherius**, Stephanus, Episc. Parisiensis, & Præses Senatus Mediol. ad eum Epistola Tristani Chalchi. DLII.
- Porrus**, Petrus Paulus, Arabico Idiomate primus Impressor in Italia. LXXVIII. Et Typographus Genus. CXIV.
- de la Porta**, Ardisius, junior, Cardinalis. CC-XXXIII. A. Ad eum Epistola Petri Apollonii Collatini. DIV.
- Præstinarius**, Marcus Antonius, Sculptor celebris. LV. B.
- Prætus**, Antonius, Gallie Cancellarius. CCLXX-VIII. A.
- Priara**, Camilla, Ugucionis Contrarii Uxor. CC-XXXIX. C.
- Psalteriorum Codex rarissimus in Bibliotheca Cesarea Vindobonensi**. LXXXVI.
- Psalteriorum Davidicorum versio Ambrosiana, non eadem ac Romana**. CLXIX. B.
- Psalterium Davidicum pentaglotum primò editum, & Genus excusum**. LXXVIII. & CXIV.
- Pucinallus**, Placidus, ejus Chronicon Monasterii S. Petri Glaxiæ. CXC. C. & pluries.
- Pucorius**, Benedictus, ejus Additiones ad Mamoxenium. CCVIII. D.
- Puricellus**, Jo. Petrus, ejus Dissertatio Nazariana. IX. D. CCLXX. E. & alibi. Monumentorum ad Ordinem Humiliatorum spectantium Collector eximius. CCXLIX. A. Ejus opinio de tempore institutionis Rogationum triduanarum improbata. CCCLXXXVI. D.
- Pusterla**, Jo. Franciscus, eidem Opus suum dicitur Baptista Fulgosi. CCCXCVIII. D.
- Pusterla**, Petrus, ad eum Epistola Petri Mellei. D- XLVII. & DXLVIII.
- Puteanus**, Erycius, de Rhetoribus, & Scholis Palatinis. V. A. Ubi notatus. ibid.
- de Puteo**, Christophorus, Marii discipulus. CCLX-VII. D.
- Puteolanus**, Franciscus. LXXXIII. Pætonus à Gabriele Pavero Fontana vocatus. Ibidem. Ejus similitates cum eodem. CLXXXVII. D. Ejus Epistole. CCXX. B. CCCCXXI. & ceteris. Quis ille fuerit, & ejus Opera. CCXX-XVII. A. Ad eum Epistola Jacobi Antiquarii. CCCCXXXIII. Et cetera ejusdem ad Bonum-accursium Pisanum. CCCCXXXV.
- Puvius**, Petrus, Florentinus. CCCLXXXIX. C.

Q

- Quadreregii Episcopi Fulginatis, editiones varie**. DLXXXIV.
- Quadrius**, Franciscus Xaverius, Soc. Jesu, ejus Opus della Storia, e della Ragione d'ogni Roesia. CCCLV. A. CCCLXI. E. DXC. & D- XCIV.
- Quagliinus**, Petrus Paulus, Civitatis Taurinensis Bibliothecarius. DLXXV. DLXXX. DLXXX-VIII. DXCIII. & DCVI.
- Quetif**, & Eccard, eorum Bibliotheca Scriptorum Ordinis Prædicatorum. Vid. Eccard.
- Quirinus**, Antonius Maria, Card. V. Clariss. ejus Vindicia Pauli II. Pont. Max. CXCH. C. Ejus Opus de Literatura Brixiana. CXCIX. A. C- CXVI. A. CCCXC VII. C. CCCCXXXIII. B. DLXI. & DLXXXIX. Ejus Diatriha prælimi-naris. CCCXCIV. D.

R

- Rabbi**, Ghedalia. Vid. Ghedalia.
- Rampegolus**, Antonius, Auctor Bibliæ Figurarum. CCCXCII. C.
- Ramusius**, Jo. Baptista, ejus Opus Ital. de Naviga-tionibus. CXXIII. C.
- Raphaellus**, Hieronymus, ubi notatus. DXCIV.
- Raphalengius**, Franciscus, ubi notatus. XCV.
- Rattus**, Bartholomæus, Ducalis Scriba. CXC. C. & CCCCLXV.
- Raymundus Soncinas Baptista Fulgosi Præceptor**. CCCC. A.
- Raymundus**, Valentis Episcopus, ad ipsum Epistola Guidonis de Monte Rochen. DXC.
- Reatinus**, Angelus, J. C. ad ipsum Epistola Petri Candidi Decembris. CCXCV. A.

ffff

Re.

I N D E X

Realeatus, *Marchio Carolus*. DLXXV. & DLXXV.
Recanatus, *Jo. Baptista*, *V. Cl. ejus Observationes contra Lenfant*. CCXIX. E. *Editor Operum Poggii*. CXIX. A. CXXIII. A. & CCCIV. A.
de Regio, *Marchesinus*. Vid. *Marchesinus*.
Remorum Urbs antiquo literarum cultu insignis. X. II. B.
Renatus, *utriusque Siciliae Rex, honorifice excipit Marium Philadelphum*. CCLXI. D.
Renda, *Hieronymus, ejus Bibliotheca Sicula*. CLXXV. D.
Resa, *Antonius, Collector Statutorum Mediol.* CCXV. C. *Adscriptus Academia à Petrarca instituta*. CCCLXXIX. D.
Rezzonici de Turre, *Antonii Josephi, Adolescentis publicum in re literaria experimentum*. LXVII. A. *Laudatus*. CCXLI. A.
Rboudensis, *Antonius, ejus similitudo cum Antonio Panormitano. 6. Ejus Epistola ad Petrum Candidum Decembrium*. CCXCV. A.
Rhetores Mediolanenses celebriores proximè præteriti ævi. XLI. B.
Rhetorum Scholæ quando Romæ sublata. IV. E.
Riccardus Carmelita Dantis Commentator. CXC. C.
Ricimerus Patricius Romanus Mediol. residens. XXI. B.
de Ripa, *Fr. Bonvicinus*. CCLI. C.
Ripamontius, *Joseph, in Lectione, seu brevi Vita S. Lazari notatus*. CCCLXXXIV. D.
Ritus Ambrosianus. CLXI. D. CCXCI. B. CCCVIII. B. CCCXV. B. CCCXVIII. C. & CCCLXXXII. B.
Ritus Gentilium Mediolani quando primum abolitus. LXXX.
Robertellus, *Franciscus, de morali disciplina*. CCXX. C.
Rocca, *Angelus, ejus Bibliotheca Apostolica*. LXXXII. *Notatus*. LXXXVII. *Quid de Arte Typographica scribas*. LXXXII. & LXXXV.
Rocius, *Nicolaus Georgius, Ducalis Scriba*. CXC. C. & CCCCLV.
de Rogationibus Triduanis Mediolanensis Ecclesie Disseratio. CCCLXXXII. B. *Quis earum primus Institutor*. CCCLXXXIII. A. *Qua de causa Mediolani instituta*. CCCLXXXIV. C. & CCCLXXXVII. A. *Ubi persoluebantur*. CCCLXXXV. C. *Et quando*. *ibid.* D.
Roma, quando illuc Ars Typographica inlata fuerit. LXXXVII.
Romagnanus, *Amadeus, Episcopus Montisregalensis*. CCCXXVI. B. *Ad eum Epistola Petri Leonis*. DXIII.
Romanus, *Hieronymus, ejus Chronicon Fratrum Eremitarum*. CCXVIII. B.
Romanus, *Innocentius, Epistola Pauli Florentini ad eundem*. CCCCLXXVII. & CCCCLXXXIX.
de Rosate, *Albericus*. CXXXIII. B.
Rosinus, *Celsus, ejus Lycaum Lateranense*. CCV. A. & pluries.
Rosinus, *Joannes, ejus Antiquitates Romanae*. CC-CCXIX. C.
Rot, *Adamus, Typographia addictus*. LXXXII.
Rotharis Langobardorum Rex Leges condit. XXVII. C.
Roverella, *Bartholomæus, Archiepiscopus Ravennæ*. CXLI. A.
Rezzonus, *Bartholomæus*. DXCIII.
Rubeus de Vercellis, *Joannes, ubi notatus*. LXXVII.
Rabrenus, *Marcus Antonius, Mediol.* CCCXXIX. A. *Ejus laudes Carmine expressæ*. *ibid.* C.
Raurus, *Franciscus, primus Mediolani edit Logica præcepta Samuelis Casinensis*. CCCLXXI. E. *Ejus Epistola ad Gabrielem Pirovanum*. *ibid.* & DVII.
Rufa, *Polymena, Uxor secunda Francisci Sfortia*. C-CCII. C.

Rusta, *Nicolaus, Collegii Helvetici Alumnus, à Hæresicis necatus*. LIX. D.
de Rusconibus, *Georgius*. CXII.
Ruffinger, *Sixtus, primus qui Neapolim Typographiam intulit*. LXXXII.

S

de Sabaudia, *Renatus, magnus Francia Magister*. CLXXXV. E.
Sabaudus, *Joannes, Chalcondyla discipulus, ejus Carmina*. CVII. & DCVI.
Sabellicus, *Marcus Antonius, ejus judicium de Francisco Philelpbo*. CLXXVII. D. *Ejus liber de Latina lingua reparatione*. CCLXV. C.
Sabellus, *Jo. Baptista, Cardinalis, Jacobum Antiquarium à Secretis habuit*. CCXLII. C.
Sacherius, *Hieronymus, Soc. Jesu, V. Clar.* LXVIII. E.
Sachsel, *Georgius*. LXXXII.
Saccus, *Casar, Laudensis*. CCCLXXXIX. C. *Ejus Carmina*. CXI. & DXCVII.
Sallius, *Petrus, ejus Carmen*. CCCV. D. *Aliud in detractores Philelpbi*. DLXXXV.
Salmasius, *Claudius, antiqui Marmoris Mediol. vindex*. XIV. B. *Primos Mediol. Typographos retinet*. CXVI. A. *Ejus testimonium de Historia Augusta prima editione Mediolanensi*. LXXXVII. LXXXVIII. & DLIX.
Salviatus, *Leonardus, de lingua Italica Comment.* CXCVI. A. *Ejus Adnotationes. in eadem*. CCCIX. C. & CCCX. D.
Salvius, *Julianus, J. C. Mediol.* XXV. A.
de Sancta Rosa, *Franciscus Urbanus*. CLXXX. B.
de Sancto-petro, *Bernardinus, laudatus*. CVIII.
de Sanctis, *Polycarpus, edendi Auctor Breviarium Ord. Humiliatorum*. CCLIII. E.
Sandeus, *Felinus, de anno Jubilæi*. CCLVI. E. *Ejus Epitome de Regno Siciliae*. LXXXIV.
Sangallus, *Ludovicus, ejus Oratio in funere Petri Craffi*. CXLVIII. B.
Sanseverinus, *Co. Jo. Franciscus, Orator ad Alexandrum VI. Pont. Max.* CCCLVIII. D.
Saracenus, *Bernardus*. DXXXVII. *A Pyllade Bucardo male habitus*. CCCXXXIII. A. *Ejus Epistola*. DCXIV.
Sauberii, *Joannis, ejus Bibliotheca Norimbergensis*. LXXX.
de Savionibus, *Marchesinus, Mediolanensis, Typographus Venetiis*. CXII.
Savonarola, *Hieronymus, à Fr. Samuele de Cassinis improbat*. CCCLXXXIII. D. *Opus ei attributum*. *ibid.* E. & DX. *Ejus visiones*. CCCLXXIV. A.
Saxius, *Franciscus Hieronymus, Auctoris frater*. XC.
Saxius, *Joseph Maria, Canonicus S. Georgii in Palatio*. CCLXXXII. B.
Scaligerus, *Joseph, notatus*. XIII. C. XIV. A. LXXVII. & LXXVIII.
Scarlionus, *Bernardinus, ad eum Epistola Pantaleonis Cusani*. CCCLXV. D. CCCLXVI. C. & DVI.
Schiner, *Matthæus, Cardinalis Sedunensis, ad eum Epistola Jo. Biffi*. CCCLXIII. D.
Schoëfer, *Petrus, unus à primis Typographia Inventoribus*. LXXXII.
Schola in Ecclesia Mediolanensi constituta. XXIX. E. *Quo Seculo floruerint*. XXX. A.
Schola Maronæ, quando condita. LX. A.
Schola Palatina. Vid. *Palatina*.
Scinzenzeler, *Joannes Angelus, Typographus Mediol.* CIV. CV. & CXI.
Scinzenzeler, *Uldericus, Typographus Mediol.* CIV. *Ejus Symbolum*. *ibid.* CV. *Etiâ Henricus dicitur*. DXCIII.

Scot-

R E R U M , E T N O M I N U M .

- Scottus, Octavianus, Modoëtiensis, Typographus Venetiis.** CVI. & CXIII. *Laudatus.* *ibid.*
- Scriptores varii de Bibliothecis, & Typographiis.** LXXXI.
- Scriptores varii de Bibliothecis universalibus.** LXXXIV.
- Sculptura Academia.** *Vid. Academia Piëtorum.*
- Scutarius, Eusebius, ad eum Epistola Leonis Vercellensis.** CXCVIII. C. *Nonnulla de eod. ib.* E. CXCIX. A. *Ejus Epistola Georgio Merula.* D. XLVI.
- Scutarius, Joannes, Bononiensis, ejus similitudo cum Franchino Gafurio.** CCCXLVIII. D. & E.
- Scyafus, Bartholomæus.** DXCIII.
- Selmus I. Imper. Turcarum.** CCXXXIV. A.
- de la Selva, Antonii Prati, Magni Cancellarii, filii quinam.** CCLXXVIII. E.
- Seminarium Clericorum à S. Carolo conditum.** IL. C. *Ibi Academia Hermathenaica à Federico Card. Borromæo instituta.* LVI. A.
- Sericus, Lombardus, Petrarchæ familiaris.** CCCL. B.
- Sertorius, Jo. Thomas, ejus Epistola, & Carmen.** CCCXXVI. D.
- de Sessa, Joannes Baptista, Mediolanensis, Typographus Venetiis.** CXII.
- Severus, Vir nobilis, Deuterii discipulus.** XVIII. B.
- Sfondratus, Bartholomæus, ad eam Epistola Francisci Philelphi.** CEXXIV. B.
- Sfondratus, Cælestinus, Cardinalis, ejus Innocentia vindicata.** CLXXIV. A.
- Sfortia, Alexander, Pisauri Dominus.** CLXXIX. A.
- Sfortia Vicecomes, Anna Maria, Oratio Philelphi in ejus Nuptiis.** CCXXII. E.
- Sfortia, Ascanius, Cardinalis.** CCXXXVII. C. CCLXXXIV. A. CCLXXXVII. A. & sapius. *Ad eum Epistola Pauli Soncinatis.* CCCCLXXXIX. *Franciscum Puteolanum Mediolanum evocat.* CCXXXVII. D.
- Sfortia, Blanca Maria, ejus nuptiæ cum Maximiliano I. Imper. CCCLXII. A. CCCLXVII. C.**
- Sfortia Columna, Mutius, Caravaggi Marchio, ejus Academia.** L. A.
- Sfortia, Co. Franciscus, Orator ad Alexandrum VI. Pont. Max.** CCCLVIII. E.
- Sfortia, Jo. Galeacius, Mediol. Dux, Opusculum Philelphi pro ejus educatione.** CLXXIX. E.
- Sfortia, Lucia.** CLXVI. B.
- Sfortiaci, Principes Mediolani, literas fovent.** XXXVII. C. *Sub eorum Principatu inducta in hanc Urbem Ars Typographica.* XLV. C.
- Sfortiada Prædia Cænobio S. Mariæ Gratiarum à Ludovico Maria Sfortia Mediol. Duce dono data.** CLXXII. E.
- Sculus, Ludovicus.** *Vid. Ludovicus.*
- Sigismundus Austriae Dux, Oratio Pii II. Pont. Max. contra eundem.** CXXXIX. E.
- Sigismundus Imper. CCXXVI. C. Ejus ingressus Romam, & Coronatio.** CXXVII. D.
- de Signerre, Gulielmus, cum ejus Fratres, Typographi Mediol. CVI. Et figurarum calatores.** *ibid.*
- Simmaebus Romanae Urbis Præfatus, ad illum Legatio Mediolanensium, ut eis Rhetoricæ Præceptorem assignet.** XV. B.
- Simon Genuensis, quale ejus Cognomen.** CXXX. C. *Ejus Operum editiones Mediol. peractæ.* CXXXI. B. *Vid. Genuensis.*
- Simonetta, Angelus, laudatus.** CCIII. D.
- Simonetta, Co. Antonius, laudatus.** LXXXI. CC. CCXXXVIII. D. & DLIX. *Ejus Bibliotheca.* DLXII. DLXVI. DLXX. DLXXI. DLXXV. DLXXXIX. & DCXIV.
- Simonetta, Bonifacius, ejus Liber de Persecutionibus Christianorum.** CCCIV. A. CCCVII. A. DIV. & DV. *Ejus Patria, Parentes, & Elogium.* CCCXLIII. B. & seqq. *Carmino laudatur à Jo. Biffio.* DLXXXIX.
- Simonetta, Ciccus, laudatus.** CCIII. D. *Franciscum Puteolanum tuctur.* CCXXXVII. D. *Ad eum Epistola Bonaccursii Pisani.* CCCCLIV. CCCCLVI. CCCCLVII. CCCCLVIII. & CC. CCLXXV. *Et Candidi Decembrii.* CCXCIII. E. & CCXCVI. B. *Et Marii Philelphi.* CCLXIV. C. *Ei dicat Hieronymus Vicecomes Opus de Obligatione Papali &c.* CCCXXVII. D. *Ejus filii Bonaccursii Pisani discipuli.* CCCCLXXV. *Epistola ad eundem Hieronymi Vicecomitis.* CC. CCXCVII. *Ejus Origo, Gestæ, & Elogium.* CLXIV. D. & E. *Ad eum Epigramma Bonini Mombrittii.* DCX.
- Simonetta, Hiacyntus.** CCCXLV. A.
- Simonetta, Jacobus Antonius.** CCCXLV. A. *Ejus laudes.* DV.
- Simonetta, Joannes, Ducalis Secretarius.** CXCII. C. & CXCIV. A. *Ejus Opera, Gestæ, & Elogium.* CCIII. A. *Præfatio ejus Hist.* CCCCLXXIV. *Ad eum Epistola Petri Justinii Philelphi.* CCCCLXI. *Et Francisci item Philelphi.* CCCCLXXV.
- Simonetta, Joannes Antonius.** CCCXLV. A.
- Simonetta, Margarita.** CCCXLV. A.
- Simulacrum marmoreum Deiparæ à Præstinario exsculptum, quo pretio à Federico Card. Borromæo emptum.** LV. B.
- Siscennius, Jacchus, antiquissimus Doctor.** IV. D.
- Sitonus de Scotia, Joannes, Vir Cl. ejus Chronicon Collegii Medicorum.** XXXI. E. *Ejus opinio de Leodrisio Cribello.* CXLV. A. & centies citatus. *Ejus Bibliotheca.* DLXXXIII. DXCIII. DCI. DCIII. & DCV.
- Sixtus IV. Pont. Max. CXVI. A. Laurentium Medicum excommunicat.** CLVIII. C. *Carmen B. Bernardini de Bustis in ejus laudem.* CCCL. E. *Silentium jubet inter Canonicos Lateranenses, & FF. Eremitanos in controversia de habitu S. Augustini.* CLXV. CLXVI. A. B. C. & D. CLXXXIII. B. & C. CCXX. E. CCLXXX. C. DCIX. & alibi.
- Sixtus Senensis, ejus Bibliotheca Sancta.** CCXVII. C. & alibi.
- Smith, Joseph, laudatus.** CXVII. D. & DLXI. *Ejus Bibliotheca.* DLXIII. DLXIV. DLXV. DLXVII. DLXVIII. DLXXII. & DCXIII.
- Societatis Typographicae Mediol. instituta sub initium hujus Artis publicæ Tabula.** CCCXLVII.
- Solinus de Mirabilibus Mundi à Mombrittio editus.** CXLVII. C. *Ejus exemplaria MSS. in Ambrosii.* *ibid.* D.
- Soncinus, Paulus, quis ille fuerit, ejus Opera, & Elogium.** CCLXXXVII. A. *Barbus, de Barboibus, aut Barbovius vocatus.* CCLXXXVIII. B. *Ejus Epistola ad Cardinalem Ascanium Sfortiam.* CCCCLXXXIX.
- Soncinus Raymundus.** *Vid. Raymundus.*
- Soncinum Oppidum Mediolanensis Dittonis.** XLVI. A. *Ibi primò incepta Hebraica Typographia.* *ibid.* LXXVII.
- Sparhemius, Ezechiel, ejus Dissertatio de Vestæ in Prytanis Græcorum, & apud Romanos cultu.** III. E.
- Spatarius, Joannes, Bononiensis, ejus similitudo cum Franchino Gafurio.** CCCXLVIII. E. *Jo. Vaginarium ab emulo vocatus.* *ibid.*
- Spineta Saguna Marchio, ejus Victoria de Genuensibus.** CCLXVI. C.
- de Spira, Joannes, & Vindelinus fratres, primi Typographi Venetiis.** LXXXI. & LXXXIX.
- Squarciaficus, Hieronymus, Petrarchæ Commentator.** CCCLXXIV. D.
- Squassus, Joannes, an Typographus Mediolanensis.** XCIII. & XCIV.
- Statius, Cæcilius.** *Vid. Cæcilius.*
- Statius Trogus Catalaunus, idem & Lazarus Augustinus Cotta.** CCCXXV. B.
- Statuta Mediolanensia quando primùm edita.** CCIX. C. *Iterum sub Ludovico Maria Sfortia Mediol. Duce.* CCXVI. B.

I N D E X

Statutorum Italiae Urbium origo. CCIX. C.
Stella, Franciscus, Architectus insignis. XLII. B.
Stephaniana Typographia Symbolum. XCV.
Stephanus Cremonensis, ejus Opera, & Elogium.
 CCLXXVII. D.
*Stricbius, Lombardus, Petrarchae discipulus, & Vi-
 sarus illustrium Virorum istius Continuator*.
 CCCLXXVI. C.
Struvius, Burchardus Golephius, ubi notatus. L-
 XXVI.
Studiorum Mediolanensium antiquitas. IV. C. Quo
 tempore florere coeperint. IV. A.
*Suardus, Paulus, primus Statutorum Mediol. edi-
 tor*. CIV. & CCIX. C. *Quis ille fuerit*. CC-
 XVI. A.
Suardus, Paulus alter, Brixianus. CCXVI. A.
*Sublacense Conobium, Ars Typographica quando illuc
 translata*. LXXXVI. & CXV. A.
Suttonius de illustribus Grammaticis. IV. C.
Suida Lexicon Variorum, de ipso iudicium. CC-
 CCXIX. D.
Summa Casuum Conscientiae variis titulis edita.
 CCCCXI. B.
Swenheim, Conradus, primus Roma Typographus.
 LXXXI. LXXXVII. LXXXIX. XC. & CX-
 VI. A.
Sylvus, Co. Donatus, laudatus. LXXXI. XCIX. &
 CXIII. *Ejus Bibliotheca*. DLXII. DXC. DXC-
 VI. DXCVII. DC. DCVI. & DCXI.
Sylvaticus, Matthaeus, ejus Patria. CLIV. A.
Symbola variorum Typographorum. XCV. CIV. CV.
 & CVII.

T

T*abula foederis inchoi inter primos Typographos
 Mediol.* CCCCXLVII.
*Taconus, Balthassar, quis ille fuerit, & ejus Elo-
 gium*. CCCLXI. E. *Ejus Carmen*. DCIII.
*Taciti, Cornelii, primi V. Libri, ubi, & quando
 reperti*. CIX.
Taegius, Comes Ambrosius, Collegium condit. XL-
 VIII. C.
*Taegius, Paulus, editor Fastorum majorum Colla-
 tii*. CCXXXIII. B.
*Tafurius, Bernardinus, ejus Opus de Scriptorebus
 Neapol.* CLIV. C.
*Tantius, Anselmus, ejus traductio in Italicam lin-
 guam Boetii de Consolatione Philosophiae*. CCC-
 LXXX. C.
*Tantius Corniger, Franciscus, ejus Inscriptio Sepul-
 chralis pro Bernardino Belincione*. CCCLV. C.
Carminum istius editor. ibid. D. *Ea dicat Ludo-
 vico Maria Sfortia*. XXXVIII. D. *Ejus editio
 Carminum Petrarchae*. CCCLXI. B. *Ejus Paren-
 tes, Opera, & Elogium*. CCCLXXX. A. *A
 quibus laudatus*. CCCLXXI. B. & C. *Ejus Epi-
 stola*. DV. *Ejus Carmen*. DXCII.
*Tantius, Petrus, Conobii, & Ecclesiae S. Mariae
 Misericordiae Casorati institutor*. CCCLXXX.
 B.
Taravassus, Dominicus, Doctor Sarzanensis. DL-
 XXVI.
Tarvisinus, Dominicus. Vid. Dominicus.
*Tassinus, Antonius, ad eum confugit Franciscus Pu-
 teolanus*. CCXXXVIII. A.
Tattus, Aloysius, ejus Annales Comenses. VIII. D.
 & alibi.
*Taurella, Anastasia, Jo. Ludovici Pallavicini Se-
 natoris Uxor*. CCCXI. A.
Tertulliani Epistola supposititia. DXCIX.
*Terzagus, Guido, Dantis Operum editor, & Com-
 mentator*. CXCIV. A. CCCCXXI.
Teucer, Octavius, Grammaticus. IV. D.
*Thebaldus, Thomas, Bononiensis, Ducalis Mediol.
 Senator*. CCLXIX. A. *Epistola Francisci Philel-
 phi ad eundem*. DCXIV.

Theodatus Athalarici Gothorum Regis successor. XX-
 VII. D.
*Theodoricus Gothorum Rex, Literas, bonasque Ar-
 tes promovet*. XXVI. A. *A S. Eanodio lauda-
 tus*. ibid. B.
*Theodorus Archiep. Mediol. Speculi Matrimonialis Offi-
 cii Auctor*. CCCXVII. D. & CCCXVIII. A.
*Tbodeschibus, Stephanus Federicus, Oratio de ejus
 funere*. CLXXX. B.
Thomasinus, Ludovicus, ejus Tractatus de Jejunio.
 CCCLXXXV. A. *Notatur*. ibid. B.
Thomasius, Petrus, Philosophus, & Medicus. C-
 XXVIII. C. *Ad eum Epistola Philelphi*. CC-
 XXIV. C.
*Ticinenses Schola à Galeatio II., ejusque filiis, pri-
 vilegiis aucta*. XXXII. C.
Ticinensis Urbs Mediolanensium imperium detrahit.
 XXXVII. A.
*Tiphernas, Gregorius Bartholomaeus, Calchi Prae-
 ceptor*. CLXXXVI. B.
de Tonss, Michael, Librorum emendator. CIV.
Ejus Elogium. DLXIX.
*Torchius, Hieronymus, ejus Historia Ordinis Hami-
 liatorum*. CCLI. C.
Torellus, Aloysius, ejus Secula Augustiniana. CL-
 XIX. A. CCXVIII. E. & saepius.
Tornicellus, Georgius, Cuneatus Episcopus. CCC-
 XXVI. C. & CCCXCII. A.
*Tornicellus, Hieronymus, Vicarius Generalis Ord.
 Min. Observ.* CCCXI. B. *A Samuele de Cassi-
 nis laudatus*. CCCLXXXIII. C.
Tornicellus, Hieronymus, ejus Carmen. DCI.
Trapezuntius, Andreas, Georgii filius. CLV. B.
Ejus Epistola. CCCCLV. & CCCCLVI.
*Trapezuntius, Georgius, ejus Opera edita, & MSS.
 in Ambrosiana*. CLV. B. C. D. & E. CLVI.
 A. & c. *Ejus similitates cum Theodoro Gaza*. C-
 LVI. D. & CLVII. B. *Ejus laudes*. 10. *Ejus
 Liber de partibus Orationis quando Mediolani
 editus*. CXVIII. B. & CKLV. *Ejus Epistola*.
 DLX.
*Trebanus, Aurelius, ejus similitates cum Mario Phi-
 lelpho*. CCLXVI. E. & CCLXVII. A. *Quis
 ille fuerit*. CCLXVIII. A. *Ejus Carmen*. ibid.
 D.
Tressenus, Oldradus, Mediol. Prator. XXXIII. B.
Trevifanus, Bernardus, Patric. Ven. CCLXV. D.
*Triccus, Bettinus, quis ille fuerit, ejus Carmina,
 & Elogium*. CCLXXXIX. A.
*Trithemius, ejus opinio de Typographica Artis na-
 tali*. LXXXVI.
*Trivianus, Matthias, Praeceptor Jo. Galeacii Sfor-
 tia*. CLXXX. A. & CCCII. C.
*Trivultius, Marchio Theodorus Alexander, lauda-
 tus*. LXXXI. *Ejus Bibliotheca*. DLXVIII. D.
 CIV. & DCXIII.
Trivultius, Antonius, Cardinalis. CXLVII. D.
*Ejus Oratio in Nuptiis Jo. Galeacii Vicecomitis
 Mediol. Ducis, & Isabella Aragonia*. CC-
 XV. B. *Ad eum Epigramma Bonini Alombritii*.
 DCIX.
Trivultius Abbas D. Carolus. DLXV. & DLXX.
*Trivultius, Jo. Jacobus, ad eum Epistola Platini
 Platti*. CCLXIX. A. *Sub eodem arma capit idem
 Plattus*. ibid. E. *Ad eum Epistola Minutiani*.
 DXXV. *Ei Mediolani cura à Ludovico Sfortia
 commissa*. CCXLVI. C. *Ab Alexandro Minu-
 tiano celebratus*. CCCCXVI. A. *Ejus Inscriptio
 CCCLXIV. B. Codex insignis Francisci Petrar-
 chae olim ad eum spectans, nunc in Bibliotheca
 Ambrosiana*. CCCLXXV. A.
Trivultius, Scaramuccia, Cardinalis. DCXIV. *Ad
 eum Epistola Jo. Petri Valla*. DXXXVII. *Ejus
 Elogium*. ibid.
Trophus, Modestiensis, Architectus insignis. XLII.
 B.
*Trottus, Marchio Laurentius Galeatius, ejus Biblio-
 theca*. XCVIII. & DCV. Tu-

RERUM, ET NOMINUM.

Tudertinus, Antonius, Auditor Philelpbi . CCX-
XIX. D.
Tureas, an Tureos dicendum sit? CCXXVI. A.
de la Torre Rezzonicus, Co. Antonius Joseph, lau-
datus . CX. Vide Rezzonici .
Turrianus, Jacobus Antonius, ad eum Epistola Ste-
phani Dulcini . CCCXI. E.
Turrianus, Jo. Franciscus, Ducalis Quaestor, &
Vir literatissimus . CLXVII. A. & B. CCLX-
XIV. B. & E. Ad eum Epistola Bonaccursii Pi-
sani . DXLIII.
Turrianus, Jo. Vinzolius . DC.
Typographi nobiles, & eruditi Mediolanenses . XC-
II. XCIII. & XCIV. Eorum Insignia . XCV.
& XCVI. Et variorum in aliis Regionibus .
ibid.
Typographi Mediolanenses antiquitus etiam Sacerdo-
tes . XCIII.
Typographi primi in Italia qui . CXVI. A.
Typographia, ubi primum in Italia resederit . XLV.
D. & E.
Typographia Arabica cui in Italia debeatur . LXX-
VIII.
de Typographia Arabica, quid Michael Maittaire
sentiat . LXXVIII.
de Typographia Hebraica quid Christophorus Wol-
phius . LXXVIII.
Typographia Hebraica, post Soncinum, in quas
Italiae Urbes inlata . LXXVII. & LXXVIII.
Typographia caractere Gothico in Italiam quando
introducita . LXXXIII.
Typographia idiomate Graeco quando in Italia nata .
CI.
Typographia literis Graecis quando Mediol. coepa .
CLXXIV. C. & CCCLXVI. D. In hac Urbe
antequam Moguntia inchoata . LXXXVI. Quan-
do Venetiis . ibid.
de Typographia Venetiis habita, quid offerat Mait-
taire . LXXXVIII. Quid Omnibonus Leonice-
nus . LXXXI.
Typographica Ars quando in Angliam inlata .
XCI.
Typographica Ars à Viris nobilibus, & doctis exer-
cita . CVIII. & alibi .
de Typographica Arte quid Angelus Roccha . LXX-
XII.
de Typographica Arte Trithemii judicium . LXXXI.
Typographiae Incunabula quando Mediolani coepa .
CXV. A. Quando ad Sublacense Canobium
translata . ibid.
de Typographiae Inventoribus . LXXXV.
Typographiae natalis quando statuitur . LXXXV.
de Typographiae utilitate studiis literariis . LXXX.
de Typographiis Scriptores varii . LXXXI.
Typographorum variorum Nomina . LXXXII.

V

Valerianus, Pierius, de infelicitate literatorum.
CCXXXI. C. & CCCXXII. C.
Valla, Ascaleon, ejus Epistola ad Boninum Mom-
britium . CLII. C. & DLIII.
Valla, Georgius, ejus Epistola ad Jacobum Anti-
quarium . DXXXVI. Ejus Elogium . ibid.
Valla, Jo. Petrus, Georgii filius . DXXXVI. Ejus
Epistola ad Scaramucciam Trivultium . DXXX-
VII.
Valla, Laurentius, nonnulla de ipso . 10.
de Valnexio, Ambrosius, Sacri Palatii Notarius .
CCLXXXVI. E.
Vanderburchius, Adrianus, editor Poëmatum Petri
Apollonii Collatii . CCXXXII. E.
Vanni, Minus . Vid. Minus .
de Varisio, Jo. Aloysius, Mediolanensis, Typogra-
phus Venetiis . CXII.
Tom. I.

Varisius, Marebesus, Orator Ducis Mediol. ad
Rempubliam Venetam . CCLXII. D.
Varisius Rosatus, Ambrosius, ad eum Epistola Ju-
lii Emilii Ferrarisi . CCXXII. D. & CCC-
XCIX. Et Bonifacii Simonetta . CCCXLIV. B.
Ubalinus, Octavianus, Ducis Urbini Germanus .
CCLIX. C. Ad ipsum Epistola Ludovici Mon-
delli . CCCCLXXXV. Et istius ad Mondellum.
CCCCLXXXVII.
Ubalus, Franciscus, celeberrimi J. C. Angeli filius.
DLXVII.
Vegius, Mapheus, ejus Elogium, & Opera . CCC-
XXIX. B. Ejus Vita à Fanningo Soc. Jesu edi-
ta . CCCXXXI. B. Ejus Epigramma in laudem
Josephi Brippii . CCCXXXVIII. C. Iterum de
ipso nonnulla . CCCCIV. B. Ejus Epistola ad
Bartholomæum Capram . CCCCVI. A. Altera
ad Cardinalem Gerardum Landrianum . DXIX.
Velatus, Jo. Jacobus, ad eum Epistola Petri Leo-
nis . CCCIII. A.
Veneta Respublica Marium Philelpbum ad erudien-
dam Juventutem evocat . CCI XII. C.
Venetiis quando Typographia verè inchoata fuerit .
LXXXVIII. Quando verò Græca . LXXVI.
Venetorum origo . CLXXXI. A.
Venetus, M. Paulus . Vid. Marcus .
Venetus, Paulus . Vid. Paulus .
Venia, Masellus, Beneventanus, ejus editio Ope-
rum S. Ambrosii . CLXVIII. E. & CLXXXI. C.
Ejus de Ambrosio Corano, Vita, & laboribus li-
terariis . CLXXXII. E. Ejus Elogium, & Ge-
sta . CLXXXIV. B. & C. Ejus Carmen . CL-
XXXV. B. & C. Ejus Epistola ad Bartholo-
mæum Chalcum . CCCCLXVI. Altera ad Am-
brosium Coranum . CCCCLXVII.
Vercellensis, Antonius, Min. Observ. Vir Clariss.
CXC. B. & CCCCLXIV.
Verdier, Antonius, ejus Bibliotheca Scriptorum
Gallicè impressa . DLXXXIII.
Verecundus Grammaticus S. Augustini amicus . XV.
E.
Vergerius, Petrus Paulus, nonnulla de ipso . 7.
CCCXCIII. Ejus Opera, & MSS. Codd. in Am-
brosiana . CCCXCIII. A.
Vermis, Antonia, Sfortia Mediol. Ducis II. Uxor.
CL. B.
Vermis, Aloysius . CL. B.
de Vespolate, Dominicus, Typographus Mediol. CII.
Vestales à S. Ambrosio sablata . LXXX.
Ugerius Pontremulensis, ejus Epigramma . DXCIV.
Ughellus, Ferdinandus, ubi in Italia sacra notatus.
CCLXXXII. D.
Vibius, Ballionus, ejus Sepulchralis Inscriptio pro
Jacobo Antiquario . CCXLVII. B.
Vibius, Jo. Maria, ad eum Epistola Jacobi Anti-
quarii . CCXLV. D.
Viccomes, Abbas Aliprandus . CXII. Vid. Biblio-
theca Fratrum Marchionum Vicecomitum .
Viccomes, Marchio Annibal, Arcis Jovis Præfe-
ctus . CCVI. D.
Viccomes, Azzo, novam Collectionem Statutorum
Mediol. peragi jubet . CCXIV. B.
Viccomes, Blanca, Sabaudia Ducissa, Carmen in
ejus laudem . CCCCII. E.
Viccomes, Bartholomæus, Episcopus Novariensis .
CXXIX. B. Ad eum Epistola Maphei Vegii .
CCCXXXVII. B.
Viccomes, Elisabeth, Theodori Platti Uxor . CC-
VIII. D.
Viccomes, Eugenius, Abbas Commendatarius S. Pe-
tri de Ulmo . CCVI. D.
Viccomes, Franciscus, Vir Clariss. CCC. D. Ad
eum Epistola Petri Candidi Decembrii . CCXC-
IV. D.
Viccomes, Franciscus Bernardinus, Mediolani cu-
ra ei à Ludovico Sfortia commissa . CCXLVI.
C.

cccc

Vice.

INDEX RERUM, ET NOMINUM.

- Vicecomes, Galeacius, Ambrosii Gasparis filius.* DCXI.
- Vicecomes, Galeacius, Gasparis filius, ad eum Epistola Jacobi Cruceji Bononiensis.* DL. & DLII.
- Vicecomes, Gaspar, Dux Mediolanens. exercituum.* CCLXXXVIII. D.
- Vicecomes, Gaspar, quis ille fuerit, Opera ejusdem, atque Elogium.* CCCLVII. E. *A quibus celebratus.* CCCLXXXIX. B. *Ejus Poëmata.* CCXXXIII. A. *Ad eum Epistola Dominici Maccaanei.* CCCCC.
- Vicecomes, Hieronymus, quis ille fuerit, ejus Opera, & Elogium.* CCCXXVI. E. & CCCXXVII. A. *Ejus Epistola ad Franciscum Sfortiam Vicecomitem.* CCCXCIV.
- Vicecomes, Justus, idem & Jo. Paulus Mazzuchellus.* CCCXV. A.
- Vicecomes, Lucretia, Oratio in ejus Nuptiis cum Alexandro Brippio.* CCCCCI. A.
- Vicecomes, Margarita.* CCXC. C.
- Vicecomes, Otto, ad eum Epistola Alexandri Minutiani.* DXXXVIII.
- Vicecomes, Otto.* CCCCXXV. B.
- Vicecomes, Tristanus, Epithalamium in ejus Connubio cum Beatrice Estensi.* CL. B.
- Vicecomitum Familiae origo fabulosa.* CCCXLI. E. & CCCLXII. A.
- Vicomercatus, Jo. Stephanus, editor Carminum Gasparis Vicecomitis.* CCCLXI. C. & DXCVII.
- Vicomercatus, Octavianus, Carmen Petri Antonii Platini ad eundem.* DLXXXI.
- Vicomercatus, Octavius, ejus Epistola ad Petrum Candidum Decembrium.* CCXCIV. D.
- Victorinus, Marius Fabius, ejus Comment. in Rhetor. Cic.* DLXXXIV.
- de Villa-Dei, Alexander, ejus Grammatica improbata.* CCXXXV. C. *A quibus.* ibid. D.
- de Villanis, Robertus, Armorum Dux Marchionis Ferrariae, ejus Inscriptio.* DXCIV.
- Vimfelingius, ejus Epitome Rer. German.* LXXXII.
- Vincenzia, quando primum Typographia Graeca illuc inlata.* LXXVI.
- Vincius, Leonardus, à Ludovico Maria Sfortia Mediolanum accitus, ac stipendio donatus.* XLII. A. *Architectura, Picturaeque artes restaurat.* ibid. C. *Quot celebres discipulos habuerit.* ibid. D. *Auctor Colosseii Simulachri Francisci I. Mediol. Ducis.* CCCLVI. C. *Ejus Virtus, & Elogium.* CCCLVII. C. & CCCLXII. D.
- Violanta Galeacii II. Mediol. Ducis filia, Leonelli Ducis Clarentia Uxor.* CCCLXXIX. C.
- Viperarum Anatome in Aede Comitissa Clelia Borromea peracta.* LXVIII. C. *Varia circa easdem experimenta.* ibid. D.
- Virgilius Maro Mediolani studet.* VI. B. *Id pluribus argumentis probatur.* ibid. C. & D. *Codicem ipsius Operum manu Petrarchae exaratum castodis Bibliotheca Ambrosiana.* CCXCIV. C. & CCCLXXVII. B.
- Virgilius, Polydorus, quid de Typographia in Italiam introducta proferat.* LXXXVII. Ubi notatus. ibid.
- Virunius, Ponticus, ejus Liber de Miseria Literatorum.* DXX.
- Vitellius, Cornelius, ubi Georgium Merulam arguat.* CXCIV. D. *Nonnulla de eodem.* CC. B. *de Vitriaco, ejus Hist. Occident.* CCLI. A.
- Ungardus, Archangelus, Libri Litaniarum triduarum editor.* XCIII. CCCLXXII. D. & CCCLXXXIII. A. *Ejusdem Epistola ad Romanum Barni.* XCIII. & DXXXIX.
- Vossius, Isaacus, ubi notatus.* DLIX.
- Urbes Jo. Galeacio Vicecomiti subditae quanam.* C. CCXLII. B.
- de Ursinis, Hieronymus, ejus Tractatus de Venetiarum origine.* CLXXXI. B.
- Ursus, Robertus, ejus Epigramma ad Paulum Marsum.* DLXXVIII.
- Wadinghus, Lucas, ejus Annales Ord. Minorum.* CCXVII. C. & saepius.
- Waldarfer, seu Baldarfer, Christophorus, Typographus Mediol.* XCI. XCVII. & XCVIII.
- à Vulpria, Laurentius, Horologiorum Inventor.* CCCLX. D.
- Wolphius, Christophorus, quid de Typographia Hebraica in Ital. scribat.* LXXVIII.
- Wrster, Joannes, Typographus Mediol.* XC. *An. primum Bononiae.* XCIX.

X

- X** *Enophon, Philelphus, Marii frater.* CCLXIII. A.
- Ximenius, Franciscus, Cardinalis, quando Biblia Polyglotta editionem meditata sit.* CLXXV. A.

Z

- Z** *Abarella, Franciscus, Cardinalis, Oratio Poggi in ejus funere.* CXIX. A.
- Zane, Paulus, Episcopus Brixianus.* CCCXCV. C. *Epistola ad eundem Gregorii Britannici.* DIX. *Et istius ad eundem.* DX.
- Zarotus, Antonius, Typographus Mediol.* XCIV. *Ejus Symbolum, seu Tessera Typographiae.* XCV. *Primus Impressor Sacrorum Codicum, vulgò Misfalius, tum Romani, tum Ambrosiani Ritus.* LXXIX. LXXXI. & XCIV. *Ejus Societas cum aliis inita pro prima Typographia Mediol.* CC. CCXLVII. & CCCCLXI. *Ejus Consociorum Nomina.* XCVI. *Quis ille fuerit.* XCIV. CIII. & CVII. *Primus, qui suum nomen in libris Mediolani editis impresserit.* CXVI. B.
- Zeltnerus, Joannes Conradus, Auctor Catalogi Veterorum, qui praefuerunt editionibus.* LXXXII. *Ejus opinio de adventu Mediolanum Demetrii Chalcondyla.* CCCCXXI. C.
- Zenus, Jacobus, Episcopus Patav.* CXCVIII. E. *Ad ipsum Epistola Georgii Merulae.* DLXXXVII. & DXCVIII.
- Zucchius, Actius, Veronensis, Auctor Libri inscripti Zuccherino.* DCI.

F I N I S .

**BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM
MEDIOLANENSIVM.
TOMI PRIMI PARS ALTERA.**



Tom. I.

*

SYLLABUS

SCRIPTORUM MEDIOLANENSIIUM

PER COGNOMINA DIGESTUS.

A

<p>de ABDUA Ferrandus, seu Ferdinandus. Columna 1. & 1931.</p> <p>de ABDUA Georgius 3.</p> <p>de ABDUA Joannes Antonius 3.</p> <p>ABIATES Forrerius . V. Forrerius .</p> <p>ACTIUS Felix 3.</p> <p>de ADVOCATIS Camillus 4. & 1931.</p> <p>de ADVOCATIS Joannes Baptista 4.</p> <p>de ADVOCATIS Lucius Joseph 4.</p> <p>AEMILIANUS Pomponius 1711.</p> <p>AELIUS, five ELENIS Angelus 5.</p> <p>AELIUS Dionysius 5.</p> <p>AELIUS Franciscus 6.</p> <p>AELIUS Joannes Jacobus 6. & 1931.</p> <p>AFFAITATUS Antonius Maria 6.</p> <p>AGRATUS . V. GRADUS .</p> <p>AGRIPPA Camillus 7. & 1931.</p> <p>AGUDIUS Carolus 7. & 1932.</p> <p>AGUDIUS Carolus Antonius 8.</p> <p>AGUDIUS Ludovicus Maria 8.</p> <p>AICARDUS Faustinus 9.</p> <p>AIROLDUS Carolus Antonius 1829.</p> <p>AIROLDUS Carolus Franciscus 10.</p> <p>AIROLDUS Hippolytus 11.</p> <p>AIROLDUS Joannes Ambrosius 11.</p> <p>AIROLDUS Joannes Petrus 11.</p> <p>AIROLDUS Paulus 12.</p> <p>AIROLDUS Thaddæus 1711.</p> <p>de ALAMANNIS Aramaninus 13.</p> <p>ALAMANNUS Basilius 13. & 1932.</p> <p>ALAMANNUS Cosmus 13. & 1933.</p> <p>ALAMANNUS Joseph 14. & 1933.</p> <p>ALBANUS Ignatius 14. & 1933.</p> <p>ALBANUS Scipio 14.</p> <p>ALBERGANTUS Hector 15. & 1933.</p> <p>ALBERGONUS Eleuterius 16. & 1933.</p>	<p>ALBERTALLUS Antonius 17.</p> <p>ALBIATUS Thomas 17.</p> <p>ALBICANTES Joannes Albertus 17. & 1934.</p> <p>ALBICANTES Julius Cæsar 18. & 1934.</p> <p>B. ALBINUS 19. & 1934.</p> <p>de ALBOGASIO . V. AFFAITATUS .</p> <p>ALBUTIUS Antonius 19.</p> <p>ALBUTIUS Aurelius 20.</p> <p>ALBUTIUS Joannes Petrus 20.</p> <p>ALBUTIUS Paulus 21.</p> <p>ALCHISIUS Angelus Maria 1712.</p> <p>ALCIATUS Andreas 22. & 1935.</p> <p>ALCIATUS S. Arialdus 27.</p> <p>ALCIATUS Benedictus 28.</p> <p>ALCIATUS Franciscus 28. & 1936.</p> <p>ALCIATUS Jacobus 1829.</p> <p>ALCIATUS Joannes Paulus 30. & 1936.</p> <p>ALCIATUS Melchior 31. & 1936.</p> <p>ALCIATUS Petrus Antonius 32.</p> <p>ALCIATUS Terentius 32.</p> <p>ALEXANDER II. Pont. Max. 33. & 1936.</p> <p>ALEXANDER V. Pont. Max. 1938.</p> <p>ALIPHER Franciscus 38.</p> <p>ALIPHER Jacobus 39.</p> <p>ALIPHER Jacobus alter 1713.</p> <p>de ALIPRANDIS Ambrosius 39.</p> <p>de ALIPRANDIS Arasmus 40. & 1938.</p> <p>de ALIPRANDIS, five LIPRANDUS Paulus 40.</p> <p>de ALIPRANDIS Simon 1714.</p> <p>AMBIVERUS Franciscus 40.</p> <p>de AMBROSIIS Franciscus Antonius 1714. & 1943.</p> <p>S. AMBROSIUS 41. & 1939.</p> <p>AMBROSIUS alter 44.</p> <p>AMBROSIUS alter 44.</p> <p>AMBROSIUS alter 1715.</p> <p>AMBROSIUS alter 44. & 1940.</p> <p>AMICUS, seu de AMICIS Bernardus Maria 44.</p> <p style="text-align: right;">AMI-</p>
---	---

S Y L L A B U S

AMIDANUS Nicolaus .	45.	ANONYMUS XXIX.	1718.
ANARDUS Livius .	45.	ANONYMUS XXX.	1718.
ANDREAS .	1830.	ANONYMUS XXXI.	1718.
ANGELICUS.	46. & 1940.	ANONYMUS XXXII.	1719.
ab ANGELIS Dositeus . V. BOZIUS Jo. Baptista .		ANONYMUS XXXIII.	1720.
de ANGLERIA Antonius .	46.	ANONYMUS XXXIV.	1720.
de ANGLERIA Boschinus .	1830.	ANONYMUS XXXV.	1720.
de ANGLERIA Gaspar .	1716.	ANONYMUS XXXVI.	1721.
de ANGLERIA Petrus Martyr .	47. & 1941.	ANONYMUS XXXVII.	1721.
ANNONUS Constantius .	1830.	ANONYMUS XXXVIII.	1722.
ANNONUS Franciscus Maria .	1716.	ANONYMUS XXXIX.	1722.
ANNONUS Joseph Maria .	48.	ANONYMUS XL.	1723.
ANNONUS Paulus Antonius .	1831.	ANONYMUS XLI.	1723.
ab ANNUNCIATONE Leander . V. PERE- GUS Petrus .		ANONYMUS XLII.	1724.
ANONYMA .	1717.	ANONYMUS XLIII.	1724.
ANONYMUS I.	49.	ANONYMUS XLIV.	1724.
ANONYMUS II.	49.	ANONYMUS XLV.	1831.
ANONYMUS III.	49.	ANONYMUS XLVI.	1831.
ANONYMUS IV.	49.	ANONYMUS XLVII.	1831.
ANONYMUS V.	50.	ANONYMUS XLVIII.	1832.
ANONYMUS VI.	50.	ANONYMUS XLIX.	1832.
ANONYMUS VII.	50.	ANONYMUS L.	1832.
ANONYMUS VIII.	51.	ANONYMUS LI.	1832.
ANONYMUS IX.	51.	ANONYMUS LII.	1833.
ANONYMUS X.	51.	ANONYMUS LIII.	1833.
ANONYMUS XI.	52.	ANONYMUS LIV.	1833.
ANONYMUS XII.	52.	ANONYMUS LV.	1833.
ANONYMUS XIII.	52.	ANONYMUS LVI.	1833.
ANONYMUS XIV.	52.	ANSPERTUS .	56.
ANONYMUS XV.	53.	ANTIMIANUS Aycardus .	58.
ANONYMUS XVI.	53.	ANTONIUS .	59.
ANONYMUS XVII.	53.	APPLANUS Constantius .	59. & 1943.
ANONYMUS XVIII.	54.	APPLANUS Joannes Baptista .	1834.
ANONYMUS XIX.	54.	APPLANUS Raphaël .	1834.
ANONYMUS XX.	54.	de ARACIEL Joseph Ruiz .	60.
ANONYMUS XXI.	54.	ARATOR .	60.
ANONYMUS XXII.	55.	ARCAGNANUS Petrus .	62.
ANONYMUS XXIII.	55.	ARCHINTA Margharita .	1834.
ANONYMUS XXIV.	55.	ARCHINTUS Alexander .	63.
ANONYMUS XXV.	56.	ARCHINTUS Alexander alter .	1725.
ANONYMUS XXVI.	56.	ARCHINTUS Carolus .	64.
ANONYMUS XXVII.	56.	ARCHINTUS Carolus alter .	65.
		ARCHINTUS Carolus Antonius .	68.

AR-

S C R I P T O R. M E D I O L.

ARCHINTUS Hieronymus .	69.	ARNULPHUS .	101. & 1948.
ARCHINTUS Horatius .	69.	ARNULPHUS alter .	102.
ARCHINTUS Joannes Ambrosius .	1726.	ARRIGONUS Attilius .	1836.
ARCHINTUS Joannes Baptista .	69.	ARRIGONUS Horatius .	103.
ARCHINTUS Joseph .	70. & 1943.	ARRIGONUS Petrus Jacobus .	103.
ARCHINTUS Joseph alter .	70.	ARRIGONUS Petrus Paulus .	103.
ARCHINTUS Octavius .	71.	ARRIGONUS Petrus Paulus alter .	104.
ARCHINTUS Philippus .	73. & 1943.	ARRIGONUS Petrus Paulus alter .	1836.
ARCHINTUS Philippus alter .	75. & 1945.	ARRIGONUS Pompejus .	104.
ARCHINTUS Philippus alter .	76.	de ARSAGO Nicolaus .	106.
ARCHINTUS Romulus .	77.	de ARSAGO Stephanus .	106.
ARCIMBOLDUS Antonellus .	78.	ARZONICUS Joseph .	106.
ARCIMBOLDUS Jacobus .	1835.	ARZONIUS Paulus .	107.
ARCIMBOLDUS Joannes .	79.	ASSANDER Bartholomæus .	107.
ARCIMBOLDUS Joannes alter .	1835.	ATTENDULUS BOLOGNINUS. V. BOLOGNINUS .	
ARCIMBOLDUS Joannes Angelus .	80. & 1945.	AVERARIUS Antonius .	108.
ARCIMBOLDUS Nicolaus .	82.	AVOGADRUS. V. de ADVOCATIS.	
ARCIMBOLDUS Octavianus .	82.		
ARCIMBOLDUS Vido Antonius .	83.	B	
ARCONATUS Carolus .	1835.		
ARCONATUS Hieronymus .	83. & 1946.	de B ADAGIO Anfelmus . V. Alexander II. Pont. Max.	
ARCONATUS Joannes Baptista .	84. & 1946.	de BADAGIO S. Anfelmus .	111.
ARCONATUS Luchinus .	84. & 1946.	de BADAGIO Arialduus .	1729.
ARCONIUS Franciscus .	85.	de BADAGIO Lanfrancus .	1729.
ARDEMANIUS Joannes Baptista .	85.	BALDINUS Bernardinus .	112.
ARENA Albertus .	1727.	BALESTRERIUS Michaël .	114.
ARESINUS Joseph Maria .	1728.	BALLIANUS, seu BALBIANUS Camillus .	114.
ARESINUS Petrus Franciscus .	1836.	de BALSAMO Blanca .	1837.
ARESIUS Augustinus .	86.	BALSAMUS Annibal .	115.
ARESIUS Bartholomæus .	86.	BANFIUS Julius .	1837.
ARESIUS Bartholomæus alter .	88.	à S. BARBARA Ambrosius Maria . V. SOLARIUS Joannes Dominicus .	
ARESIUS Benedictus .	89.	BARBARUSSA Paulus Æmilius .	116.
ARESIUS Joannes Franciscus .	89.	BARBAVARA Carolus .	1729.
ARESIUS Julius .	89.	BARBAVARA Franciscus .	116.
ARESIUS Marcus .	91.	BARBAVARA Joannes Ambrosius .	117.
ARESIUS Paulus .	92. & 1946.	BARBAVARA Joseph .	1837.
de ARETIO . V. CORVINUS .		BARBAVARA Ludovicus .	118.
de ARGENTIS Bartholomæus .	94.	BARBAVARA Marcus .	119.
ARIBERTUS .	95.	BARBAVARA Marcus alter .	120. & 1947.
ARISTA Joseph .	97.	BARBOVIUS Augustus .	1838.
ARLUNUS Bernardinus .	98.	BARBOVIUS Barnabos .	120.
ARLUNUS Jacobus .	100.	BARCA Joseph .	121.
ARLUNUS Joannes Petrus .	100. & 1948.		

Tom. I.

**

BAR-

S Y L L A B U S

BARCA Petrus Antonius .	121.	BENZONUS Hieronymus .	137.
BARELLA Christophorus .	122.	BERETTA Augustinus .	138.
BARELLA Joannes Baptista .	122.	BERETTA Gaspar .	1735.
BARIOLA Aloyfius .	122. & 1947.	BERETTA Joannes Gaspar .	139. & 1950.
BAROFFIUS Caefar .	1838.	BERETTA Ludovicus .	141.
BAROFFIUS Timotheus .	123.	BERGAMIUS Caefar .	141. & 1949.
BARZIUS Joannes Paulus .	123.	BERNA Jacobus Maria .	142.
BASCIUS Joannes Baptista .	124.	de BERNADIGIO Benedictus .	143.
à BASILICA PETRI Carolus .	124. & 1947.	de BERNADIGIO Conradus .	143.
à BASILICA PETRI Hieronymus .	127. & 1947.	de BERNADIGIO Laurentius .	143.
à BASILICA PETRI Hieronymus alter .	128.	BERNARDINUS .	1843.
à BASILICA PETRI Petrus .	129.	BEROLDUS .	144.
BASSUS Aurelius .	129.	BERTARELLUS Alphonfus .	1737.
BASSUS Carolus Andreas .	129.	BERTARELLUS Joannes Augustinus .	145.
BASSUS Hieronymus .	1730.	BERTOLIUS Bernardinus .	146.
BASSUS Joannes Baptista .	1838.	BERTRARDUS .	147.
BASSUS Martinus .	130.	BERTUCCIUS Basilius .	147.
BATTALEA Aaron .	1731. & 2043.	BESANA Joannes Antonius .	1844.
BATTALEA Caefar .	130.	BESTA Jacobus Philippus .	148.
BATTALEA Franciscus Maria .	1731.	BESUTIUS Alphonfus .	1737.
BATTALEA Hieronymus .	1732.	BESUTIUS Antonius Georgius .	148.
BAZETTA Carolus Thomas .	1839.	BESUTIUS Hiacyntus .	149. & 1950.
BAZETTA Franciscus .	131. & 1948.	BESUTIUS Horatius .	1844.
BAZETTA Franciscus Christophorus .	1839.	BESUTIUS Joannes .	1738.
BAZETTA Horatius .	1840.	BESUTIUS Joannes Baptista .	149.
BAZETTA Joannes Baptista .	132.	BESUTIUS Joannes Franciscus .	150. & 1950.
BEBULCUS Carolus .	1841.	BESUTIUS Joannes Jacobus .	151. & 1951.
BEBULCUS Marcus Antonius .	1842.	BESUTIUS Joannes Petrus .	152. & 1951.
BEBULCUS Michaël .	132. & 1948.	BESUTIUS Octavianus .	153.
BEBULCUS Pacificus .	132.	BESUTIUS Petrus .	154. & 1951.
BECCARIA Carolus Franciscus .	133.	BESUTIUS Princivallis .	153.
BELLABUCCA Benedictus .	134.	BIFFUS Ambrosius .	154.
BELLABUCCA Joannes Angelus .	134.	BIFFUS Hieronymus .	155.
BELLAGATTA Angelus Antonius .	1733.	BIFFUS Joannes .	155. & 1951.
BELLANUS Carolus Hieronymus .	1842.	BIFFUS Joannes Ambrosius .	158. & 1951.
BELLANUS Joannes Dominicus .	1843.	BIFFUS Joseph .	1738.
de BENALIIS Joannes .	134.	BIFFUS Roglerius .	158.
de BENALIIS Joseph .	135.	BIGAROLUS Joannes Baptista .	159.
BENDONUS Antonius .	1734.	BILLIUS, seu de BILLIIS Andreas .	159. & 1952.
BENEDICTA .	1734.	BILLIUS Joannes Baptista .	161.
§. BENEDICTUS .	136.	BIMIA Benedicta .	162.
BENIGNUS .	137. & 1949.	BIMIUS Franciscus .	162.
BENZONUS Donatus .	137.	BIMIUS Joannes Baptista .	163.

Bl.

S C R I P T O R. M E D I O L.

BIMIUS Joannes Petrus .	163. & 1952.	BOLOGNINUS ATTENDULUS Caesar .	187.
BIMIUS Matthaeus .	164. & 1952.	BONACINA Augustinus .	187.
BIMIUS Paulus .	165.	BONACINA Martinus .	188.
BIMIUS Paulus Hieronymus .	166.	BONACURSUS .	189.
BINAGUS Laurentius .	167.	BONARDUS Franciscus .	1846.
BINAGUS Matronianus .	1844.	BONAVILLA Petrus Nicolaus .	189.
de BINASCO B. Gandulphus .	167.	BONESANA Franciscus .	189. & 1957.
BINASCUS Malachias .	168. & 1952.	BONETTUS Elifæus .	190.
BINASCUS Philippus .	168.	BONFANTUS Andreas .	1846.
BIRAGUS Cornelius Franciscus .	169. & 1954.	BONIPERTUS Lanfrancus .	1846. & 2045.
BIRAGUS Franciscus .	170.	de BONITATIBUS Joannes Bonus .	1740.
BIRAGUS Lampus , seu Lampuginus .	170.	BONOCULUS Joannes Baptista .	1741.
BIRAGUS Lampus , seu Lampuginus alter .	171.	BONSIGNORIUS BUSTUS Bartholomeus .	1847.
BIRAGUS Ludovicus .	1844.	BONSIGNORIUS Petrus Maria .	1847.
BIRAGUS Petrus Franciscus .	172.	BONVICINUS Marcus Antonius .	1847.
BIRAGUS Prosper .	172.	BONUS Andreas .	190.
BIRAGUS Renatus .	173.	BORDONUS Flavius .	1845.
BIZOZERUS Benedictus .	174.	BORROMÆA Hippolyta .	191.
BIZOZERUS Carolus Benedictus .	175.	BORROMÆUS Andreas .	191.
BIZOZERUS Dominicus .	175. & 1954.	BORROMÆUS S. Carolus .	192. & 1958.
BIZOZERUS Hieronymus .	1845.	BORROMÆUS Federicus .	196. & 1960.
BIZOZERUS Joannes Baptista .	176. & 1955.	BORROMÆUS Gibertus .	201.
BIZOZERUS Paganinus .	1739.	BORROMÆUS Vitalianus .	202.
BIZOZERUS Philippolus .	1740.	BORRONUS Ambrosius .	202.
BIZOZERUS Simplicianus .	176.	BORSA Alexander Maria .	203. & 1960.
BLAGUAZONUS Antonius .	177. & 1955.	BORSA Sebastianus .	203.
BLANCHINUS Joannes Baptista .	177. & 1955.	BORSANUS , seu de BORSANO Simon .	204.
BLANCONUS Hieronymus .	179.	BOSCA Petrus Paulus .	204. & 1960.
BLANCUS Aurelius .	179.	BOSSIUS Aegidius .	206.
BLANCUS Cæsar .	1845.	BOSSIUS Aegidius Maria .	207.
BLANCUS Dominicus .	1845.	BOSSIUS Aloyfius .	207. & 1960.
BLANCUS Eusebius .	179.	BOSSIUS Ambrosius .	207. & 1960.
BLANCUS Hercules .	180.	BOSSIUS Andreas .	1847.
BLANCUS Joannes Ambrosius .	181.	BOSSIUS Antonius .	208.
BLANCUS Paulus Æmilii .	181.	BOSSIUS Bernardinus .	1848.
BOFFA Joannes .	181.	BOSSIUS Cambius .	208.
BOLDONUS Joannes Nicolaus .	182. & 1956.	BOSSIUS Camillus .	209.
BOLDONUS Nicolaus .	183. & 1956.	BOSSIUS Carolus .	209.
BOLDONUS Octavius .	183. & 1956.	BOSSIUS Donatus .	211. & 1961.
BOLDONUS Sigismundus .	185. & 1956.	BOSSIUS Fabritius .	211.
BOLLINUS Jacobus .	185.	BOSSIUS Franciscus .	212. & 1961.
BOLOGNA Hilarius .	185.	BOSSIUS Franciscus alter .	213.
BOLOGNA Joannes Baptista .	186. & 1956.	BOSSIUS Franciscus alter .	1848.

BOS-

S Y L L A B U S

BOSSIUS Hieronymus .	213. & 1962.	BRIPPIUS Sfortia .	1851.
BOSSIUS Hieronymus alter .	214.	BRIPPIUS Sfortia alter .	1852.
BOSSIUS Hieronymus alter .	1741.	à S. BRITIO Mauritius . V. CERRUS Carolus Antonius .	
BOSSIUS Jacobinus .	214.	de BROSSANO Franciscus .	1743.
BOSSIUS Jacobus .	215. & 1962.	BRUGORA Galeatus .	231.
BOSSIUS Jacobus alter .	1742.	BRUNELLUS Gregorius .	232.
BOSSIUS Joannes .	216.	BRUNUS Illuminatus .	233.
BOSSIUS Joannes Albertus .	217.	BUELLIUS Dominicus .	233.
BOSSIUS Joannes Angelus .	217.	BUGATTUS Gaspar .	234. & 1963.
BOSSIUS Joannes Antonius .	1742.	BULLA Joannes Ambrosius .	1852.
BOSSIUS Joannes Baptista .	218.	BULTRAPHIUS , seu BOLTRAPHIUS Adofadus .	236.
BOSSIUS Joannes Galeaz .	218.	BURATTUS Bonaventura .	1744.
BOSSIUS Marcus .	218.	BURRIGOTIUS Joannes Marcus .	237.
BOSSIUS Marcus Antonius .	219.	BURRINUS Jacobus .	1853.
BOSSIUS Marcus Antonius alter .	1743.	BURRUS Branda .	237.
BOSSIUS Paulus .	220.	BURRUS Caesar .	238. & 1963.
BOSSIUS Simon .	220. & 1962.	BURRUS Christophorus .	238. & 1964.
BOSSIUS Tiburtius .	1849.	BURRUS Dominicus .	239.
BOSSIUS Tofabos .	220.	BURRUS Franciscus Joseph .	240.
BOTTA Augustus .	221.	BURRUS Joannes Antonius .	241.
BOZZUS Joannes Baptista .	221.	BURRUS Ottolinus .	241.
BRACCIUS Joannes .	221.	BURRUS Petrus Georgius .	241.
BRAMBILLA CARMINATUS. V. CARMINATUS BRAMBILLA Placidus .		BURRUS Virginius Joseph .	242.
BRAMBILLA Hieronymus .	222.	BUSCA Gabriel .	242.
BRAMBILLA Hieronymus alter .	222. & 1962.	de BUSSERO Ambrosius .	243.
BRAMBILLA Petrus Maria .	222.	de BUSSERO Gottofredus .	243.
BRAMICELLUS Gulielmus .	223.	de BUSSERO Honuphrius .	1853.
BRASCA Erasmus .	224.	BUSSERUS Joseph Ludovicus .	244.
BRASCA Philippus .	223. & 1962.	de BUSTIS B. Bernardinus .	244. & 1964.
BRASCA Sanctus .	225.	de BUSTO Alexander . V. CRESPIUS.	
BREBBIA Gabriel .	225.	de BUSTO Joannes Baptista .	1853.
BREBBIA Joannes Baptista .	1850.	de BUSTO Joannes Petrus .	1854.
BRIANTUS Alexander Maria .	227.	BUTTINONUS Joannes Maria .	246.
BRIPPIUS Aloysius .	227.	BUTTINONUS Petrus Paulus .	247.
BRIPPIUS Dionysius .	1851.	BUTTINTROCHIUS Joannes Baptista .	248.
BRIPPIUS Franciscus .	228.	BUZZIUS Jacobus Philippus .	245.
BRIPPIUS Franzius , seu Franzinus .	228.	BUZZIUS Matthaesus .	1854.
BRIPPIUS Guidus Antonius .	1851.		
BRIPPIUS Hieronymus .	229.		
BRIPPIUS Joannes .	230.		
BRIPPIUS Joseph .	230. & 1963.		
BRIPPIUS Joseph alter .	231.		

CABAL-

S C R I P T O R. M E D I O L.

C

C ABALLINUS Joannes Baptista .	249.	CANEVESIUS Oldebrandus .	259.
CABIATUS Joannes Evangelista .	249.	CANEVESIUS Timotheus .	269. & 1965.
CABIATUS Joseph .	251.	à CANOBIO Evangelista .	270.
CACAPISTUS Gerardus .	251.	à CANOBIO Franciscus .	271.
CACCIA Federicus .	252.	CANOBIUS Ambrosius .	271.
CACCIA Franciscus , five Jo. Franciscus .	253.	CANOBIUS Antonius .	271.
CACCIA Michaël Angelus .	254.	CANOBIUS Caesar .	272.
CACCIATOR Alexander .	254.	CANOBIUS Paulus .	273.
CACCINUS Carolus Antonius .	1855.	de CANTIANO Andreas .	273.
CAEPOLLA Balthassar .	1748.	CANTIANUS Benedictus .	274.
CAESARIANUS Caesar .	255. & 1963.	CANTIANUS Stephanus Antonius .	274. & 1965.
CAGATOSSICUS Albertus .	256.	CANTONUS Angelus .	275.
CAGNOLUS Joannes Petrus .	256.	CANTONUS Joannes Baptista .	275.
CAIMUS Bartholomaeus .	257.	CANTONUS Petrus .	276. & 1966.
CAIMUS B. Bernardinus .	258.	CANTOVA Joannes Antonius .	276.
CAIMUS Franciscus .	1855. & 2045.	CAPELLA Galeatius. V. CAPRA .	
CAIMUS Hieronymus .	259.	CAPELLUS Philippus .	277.
CAIMUS Marcus Antonius .	260.	CAPIS Joannes .	277.
CAIMUS Zaccarias .	261.	de CAPITANEIS Aloyfius .	278.
CALCUS . V. CHALCUS .		de CAPITANEIS Camillus .	278.
CALDARIA Polydorus . V. à CARAVAGIO.		de CAPITANEIS Christophorus .	279.
CALIMERUS Ambrosius .	262.	de CAPITANEIS Daniel .	280.
à CALIO Hieronymus . V. BLANCONUS Hieronymus .		de CAPITANEIS Joannes .	280.
CALVENZANUS Joannes Antonius .	263.	de CAPITANEIS Joannes alter .	281.
CALUSCHUS Hieronymus .	263.	de CAPITANEIS Joannes alter .	282.
CALUSCHUS Thaddaeus .	264.	de CAPITANEIS Thomas .	282.
CALVUS Sebastianus .	1856.	de CAPITANEIS de ARSAGO Henricus .	1857.
CAMBIAGUS Christophorus .	265.	de CAPITANEIS de FIGINO Camillus .	1857.
CAMBIAGUS Jacobus .	1745.	CAPRA Aloyfius .	283.
CAMBIAGUS Joannes Paulus .	1855.	CAPRA Balthassar .	284.
CAMERARIUS Aloyfius .	265.	CAPRA Bartholomaeus .	284. & 1966.
CAMERARIUS Ugo .	266.	CAPRA Bartholomaeus alter .	285.
CAMERONUS Carolus Antonius .	1746.	CAPRA Bartholomaeus alter .	1747.
CAMPATIUS Archangelus .	1856.	CAPRA Franciscus , seu Franciscolus .	286.
de CAMPONIBUS Christophorus .	1857.	CAPRA , seu CAPELLA Galeatius .	286.
CANALIS Bartholomaeus .	266.	CAPRETTUS Clemens .	1858.
de CANARO Antonius .	267. & 1965.	CAPRETTUS Joannes Antonius .	289.
CANDIANUS Angelus .	267. & 1965.	CARANZA Nicolaus .	1858.
CANEPARUS Joannes Maria .	268.	de CARATE Albertus .	290.
CANEVESIUS Joannes Antonius .	268.	de CARATE Hieronymus .	290.
Tom. I.		de CARATE B. Leo .	291. & 1967.
		de CARAVAGIO Polydorus .	291.
		de CARAVAGIO Thomas .	1746.
		* * *	
		de CA-	

S Y L L A B U S

de CARAVAGIO Vincentius .	292.	CARPANUS Andreas .	1859.
CARAVAGIUS Joannes Andreas .	292.	CARPANUS Horatius .	323.
CARAVAGIUS Petrus Paulus .	293.	CARPANUS Jacobus Antonius .	1860.
CARAVAGIUS Petrus Paulus alter. 294. & 1967.		CARPANUS Jacobus Philippus .	1860.
CARAVAGIUS Tiburtius .	295.	CARPANUS Joannes .	324.
CARCANUS Ambrosius .	296.	CARPANUS Petrus Vincentius .	324.
CARCANUS Archileus .	296.	CASA-BLANCA Anthelmus .	325.
CARCANUS Bernabos .	297.	CASANOVA Andreas .	325.
CARCANUS Christophorus .	298. & 1967.	CASATUS Cherubinus .	326.
CARCANUS Desiderius .	299. & 1967.	CASATUS Comes .	326. & 1971.
CARCANUS Donatus .	299.	CASATUS Curtius .	329.
CARCANUS Gabriel .	1858.	CASATUS Danesius .	329.
CARCANUS Gaspar .	299.	CASATUS Franciscus .	330.
CARCANUS Ignatius .	300.	CASATUS Gabriel .	1860.
CARCANUS Joannes Baptista .	301.	CASATUS Horatius .	330. & 1971.
CARCANUS Jo. Baptista alter. 302. & 1968.		CASATUS Joannes Paulus .	331.
CARCANUS Jo. Baptista alter .	302.	CASATUS Joseph .	332.
CARCANUS Julius Caesar .	303. & 1968.	CASATUS Nicolaus .	332.
CARCANUS B. Michaël .	303. & 1968.	CASATUS Paulus .	1861.
CARCANUS Petrus .	306.	CASATUS Rocchus .	333.
CARCASSOLA Carolus .	306.	CASATUS Scipio .	1861.
CARDANUS Facius .	307.	CASNEDI Carolus Antonius .	334.
CARDANUS Hieronymus .	307. & 1969.	CASNEDI Franciscus Maria .	334.
CARDANUS Hieronymus alter .	1859.	CASOLA Petrus .	335.
CARDANUS Joannes Baptista .	316.	CASORATUS Joannes Baptista .	336.
CARDANUS Milo .	317.	CASSAGUS Matthaeus .	336.
GARENTIUS Theophilus .	318.	à CASSANO Georgius .	337.
CARERA Antonius Princivallis .	318.	à CASSANO Thomas .	337.
CARINUS Antonius .	319. & 1970.	CASSINA Ardicus , seu Ardericus .	338.
CARISIUS Antonius .	319.	CASSINA Michaël Angelus .	338.
CARISIUS Joannes Baptista .	320. & 1970.	CASSINA Raphaël .	338.
CARLIUS Venturianus .	1859.	de CASSINIS Samuel .	339. & 1971.
CARMENUS Joannes Franciscus .	321. & 1970.	de CASTANO Augustinus .	339. & 1947.
CARMINATUS Paulus .	321.	CASTELLANUS Albertus .	339.
CARMINATUS BRAMBILLA Placidus .	322. & 1971.	CASTELLETTA RHAUDENSIS Victoria .	340.
à CARNAGO Ignatius .	322.	de CASTELLETTO Petrus .	340.
CAROCCIUS Tiburtius .	323.	CASTELLUS Benedictus .	341.
à S. CAROLO Anastasius . V. BECCARIA Franciscus .		CASTELLUS Franciscus .	341.
à S. CAROLO Bartholomaeus . V. BASCIUS Joannes Baptista .		CASTELLUS Franciscus alter .	344.
à S. CAROLO Joannes Ambrosius . V. de NOBILIBUS Christophorus .		CASTELLUS Ludovicus Augustinus .	344.
		CASTILLIONAEUS Aemilianus .	345.
		CASTILLIONAEUS Aloysius .	345.

CA-

S C R I P T O R. M E D I O L.

CASTILLIONAEUS Angelus .	346.	CASTILLIONAEUS Romeus .	384.
CASTILLIONAEUS Balthaffar .	1861.	CASTILLIONAEUS Sabbas .	385.
CASTILLIONAEUS Bartholomaeus .	347.	CASTILLIONAEUS Sigismundus .	386.
CASTILLIONAEUS Bonaventura .	348.	CASTILLIONAEUS Titus Hieronymus	
CASTILLIONAEUS Branda .	350. & 1974.	Sempronius .	387.
CASTILLIONAEUS Branda alter .	353.	CASTILLIONAEUS Valerianus .	387.
CASTILLIONAEUS Branda alter .	354.	CASTILLIONAEUS Victorius .	1862.
CASTILLIONAEUS Branda Franciscus .	354.	CASTILLIONAEUS Vincentius .	393.
CASTILLIONAEUS Camillus .	355.	CASTILLIONAEUS Zacharias .	393.
CASTILLIONAEUS Christophorus .	355.	CASTOLDUS Joannes Jacobus .	393.
CASTILLIONAEUS Clemens .	357. & 1974.	à CASTRO BESUTIO Balthaffar .	1748.
CASTILLIONAEUS Fabricius .	1748.	de CASTRO-SEPRIO Philippus .	395.
CASTILLIONAEUS Franchinus .	357.	CASULIUS Franciscus .	396.
CASTILLIONAEUS Franciscus Abundius .	358. & 1974.	CATTANEUS Aurelius .	396.
CASTILLIONAEUS Gaufridus. V. Coele-		CATTANEUS Carolus Ambrosius .	397.
stinus V. Pont. Max.		CATTANEUS Carolus Joseph .	1749.
CASTILLIONAEUS Gotifredus. 360. & 1974.		CATTANEUS Flavius .	397.
CASTILLIONAEUS Guarnerius .	361.	CATTANEUS Franciscus .	398.
CASTILLIONAEUS Hieronymus .	363.	CATTANEUS Georgius .	1750.
CASTILLIONAEUS Hieronymus alter .	365.	CATTANEUS Henricus .	1862.
CASTILLIONAEUS Joachimus .	365.	CATTANEUS Jacobus .	398.
CASTILLIONAEUS Joannes .	366. & 1975.	CATTANEUS Joannes Andreas .	399.
CASTILLIONAEUS Joannes alter .	367. & 1975.	CATTANEUS Joannes Baptista .	400.
CASTILLIONAEUS Joannes alter .	369.	CATTANEUS Joannes Maria .	401.
CASTILLIONAEUS Joannes Antonius .	370.	CATTANEUS Joseph .	401.
CASTILLIONAEUS Joannes Antonius alter. 369.		CATTANEUS Julius Caesar .	402.
CASTILLIONAEUS Joannes Baptista .	372.	CATTANEUS Prosper .	403.
CASTILLIONAEUS Joannes Baptista alter .	372.	CATTANEUS Sebastianus .	403.
CASTILLIONAEUS Joannes Franciscus .	373.	CATTAPESTA Gerardus .	405.
CASTILLIONAEUS Jo. Franciscus alter .	374.	CATTENAGUS Bassianus .	406.
CASTILLIONAEUS Jo. Honoratus. 374. & 1975.		de CAVALLERIIS Ambrosius .	406.
CASTILLIONAEUS Jo. Jacobus. 375. & 1975.		CAVALLERIUS Bartholomaeus .	1862.
CASTILLIONAEUS Joannes Stephanus .	377.	CAVALLERIUS Bonaventura .	406. & 1975.
CASTILLIONAEUS Joseph Antonius. 378. & 1975.		CAVATIUS Carolus Hieronymus .	407.
CASTILLIONAEUS Landulphus .	379.	CAVENAGUS Ambrosius .	408.
CASTILLIONAEUS Marcellus .	380.	CAZZOLA Philippus .	1752.
CASTILLIONAEUS Matthaëus .	380.	CAZZULUS Joannes Antonius .	409.
CASTILLIONAEUS Nicolaus .	381. & 1975.	CENTORIUS de HORTENSIIS Afca-	
CASTILLIONAEUS Petrus .	381.	nus .	409. & 1975.
CASTILLIONAEUS Petrus Maria .	381.	de CERMENATE Joannes .	410.
CASTILLIONAEUS Philippus .	382.	de CERMENATE Joannes Andreas .	411.
CASTILLIONAEUS Pompejus .	383.	de CERMENATE Joannes Petrus .	411.

CER-

S Y L L A B U S

CERNUSCUS . V. CISNUSCULUS .		COLLIUS Franciscus .	441.
CERRONETTUS Joannes Baptista .	1863.	COLLIUS Franciscus alter .	443.
CERRUS Carolus Antonius .	412.	de COMITIBUS Adrianus . V. MAJORAGIUS .	
CERRUS Joannes Angelus .	413.	de COMITIBUS Alexander .	443.
CÉSARINUS . V. CICEREJUS .		de COMITIBUS Ambrosius .	444.
CESATUS Philippus Maria .	414.	de COMITIBUS Antonius .	444.
CEVA Carolus Franciscus .	415. & 1976.	de COMITIBUS Blasius .	445.
CEVA Christophorus .	416.	de COMITIBUS Franciscus .	1863.
CEVA Joannes .	417.	de COMITIBUS Joseph Carolus Franciscus .	446.
CEVA Thomas .	417. & 1976.	de COMITIBUS Primus .	447.
CHALCUS Bartholomaeus .	420.	de COMITIBUS Roglerius .	449. & 1978.
CHALCUS Franciscus Maximilianus .	422.	de COMITIBUS FONTANA Jo. Baptista .	445.
CHALCUS Jacobus .	422. & 1977.	COMUS , feu de CUMIS Augustinus .	450.
CHALCUS Ludovicus Maria .	423.	CONAGUS Lucinus .	1864.
CHALCUS Severinus .	423. & 1977.	de CONCOREGIO Arditio .	1753.
CHALCUS Sigismundus .	424.	de CONCOREGIO Conradus .	450.
CHALCUS Trifstanus .	425. & 1977.	de CONCOREGIO Daniel .	1864.
CHIAPPANUS Angelus Pius .	427.	de CONCOREGIO Gabriel .	1753. & 2043.
CHOEREZ Antonius .	428. & 1978.	de CONCOREGIO Joannes .	451. & 1978.
CHRISTIANUS Hieronymus .	429.	de CONCOREGIO Raynaldus .	452. & 1979.
CHRISTOPHORUS .	429.	de CONCOREGIO Roglerius .	453.
CICEREJUS Franciscus .	429.	CONFALONERIA Angela Flaminia .	1864.
CICEREJUS Marcus Maphaeus .	431.	CONFALONERIUS Alexander .	1865.
CIGNARDUS Joseph Maria .	432.	CONFALONERIUS Antonius .	453.
CIGNARDUS Julius .	432.	CONFALONERIUS Celfus .	454.
CINQUANTA Benedictus .	433.	CONFALONERIUS Conradus .	454.
de CIRNIANO Villanus .	433.	CONFALONERIUS Hieronymus .	1755. & 2043.
CISNUSCULUS Franciscus Antonius .	434.	CONFALONERIUS Joannes Aloyfius .	454.
CISNUSCULUS Joseph .	1752.	CONFALONERIUS Joannes Ambrosius .	1867.
CISNUSCULUS Pafinus .	434.	CONFALONERIUS Jo. Augustinus .	455. & 1979.
CITTADINUS Franciscus .	434.	CONFALONERIUS Jo. Baptista .	455. & 1980.
CITTADINUS Hieronymus .	435.	CONFALONERIUS Julius Caesar .	456.
CITTADINUS Paulus .	436.	CONFALONERIUS Valerius .	1755.
CIVEGNA Joannes Baptista .	437.	CONRADUS . V. CORRADUS .	
CIVELLUS, feu CLAVELLUS Franciscus .	437.	CONSONIUS Aegidius .	456.
à S. CLAUDIA . V. de COMITIBUS Joseph .		CONSTANTIUS .	458.
de CLERICIS Carolus Franciscus .	1751.	CONSTANTIUS alter .	459.
de CLERICIS Jacobus Antonius .	438.	CONTURBIUS Joannes Jacobus .	1757.
de CLERICIS Joannes Franciscus .	439.	COPPINUS Aquilinus .	461. & 1980.
de CLERICIS Joannes Paulus .	439.	CORBETTA Gualterius .	462.
à CLUSIO Joseph Maria .	440.	CORBETTA Hilarion .	463.
COELESTINUS IV. Pont. Max.	440.	CORBETTA Maurus .	464.
COGLIATUS Joseph .	1863.	CORBETTA Mutius .	464.
		COR-	

S C R I P T O R. M E D I O L.

CORBETTA Simplicius .	1757.	CRASSUS Franciscus .	492. & 1981.
CORBUS . V. CORVUS .		CRASSUS Franciscus alter .	494. & 1982.
CORIUS Alexander .	1867.	CRASSUS Joannes Baptista .	495.
CORIUS Bernardinus .	465.	CRASSUS Mapheus .	1762.
CORIUS Carolus .	468.	CRASSUS Niger .	495.
CORIUS Haymon .	468.	CRASSUS Palius , feu Palia .	496.
CORIUS Hieronymus .	469.	CRASSUS Petrus .	496.
CORIUS Joannes Baptista .	1867.	CREMONA Antonius .	497.
CORIUS Joannes Jacobus .	470.	CREMOSANUS Marcus .	498. & 1982.
CORIUS Julius Caefar .	470.	CRESCENTINUS Angelus Benedictus .	498.
CORIUS Marcellinus .	1758.	CRESCENTINUS Gulielmus .	499.
CORIUS Petrus Franciscus .	470.	CRESCIUS Joannes Franciscus .	500.
CORIUS Vermundus .	471.	CRESPIUS Alexander .	500.
CORNACCIOLUS Carolus .	471.	CRESPIUS Joannes Antonius .	501.
CORNENUS Petrus .	1868.	CRESPIUS Petrus Augustinus .	502.
CORNEUS Joannes Baptista .	472.	CRESPIUS CASTOLDUS Petrus Anto- nius .	501.
CORNEUS Joannes Baptista alter .	474. & 1980.	CRETENSIS Franciscus .	1763.
CORONA Tobias .	478.	CREVENNA Joannes Baptista .	1763.
CORRADUS Alphonfus .	1869.	CREVENNA Petrus Antonius .	503.
CORRADUS Eusebius .	478.	CRIBELLUS Alexander .	504.
CORRADUS Joseph .	479.	CRIBELLUS Ambrosius Lucas .	1764.
CORRADUS Marius .	480. & 1980.	CRIBELLUS Bernardus .	505.
CORRIGIUS Conradus .	481.	CRIBELLUS Georgius .	505. & 1982.
CORTESELLA Jacobus .	481.	CRIBELLUS Hieronymus .	507.
CORVINUS Joannes Antonius .	1869.	CRIBELLUS Jacobus Antonius .	1765.
CORVINUS de ARETIO Luchinus .	1759.	CRIBELLUS Julius Caefar .	1871.
COSTA Carolus .	1869.	CRIBELLUS Lambertus . V. Urbanus III. Pont. Max.	
CORVUS , feu CORBUS Martinus .	482.	CRIBELLUS Leodrifus .	507.
COTTA Anastafia .	1870.	CRIBELLUS Leodrifus alter .	511. 1982. & 1983.
COTTA Cattrellianus .	483. & 1980.	CRIBELLUS B. Lucas .	513.
COTTA Cornelia .	485.	CRIBELLUS Palladinus .	1871.
COTTA S. Herlembaldus .	486.	CRIBELLUS Paulus .	513.
COTTA Joannes Stephanus .	486.	CRIBELLUS Philippus .	514.
COTTA Lucius Hadrianus .	1870.	CRIBELLUS Quintilianus .	1871.
COTTA Malconventus .	487.	CRISOLANUS . V. GRYSOLANUS .	
COTTA Marius .	1870.	CRIPPA Santarcangelus .	514.
COTTA Petrus .	489.	CROTTUS Hieronymus .	515.
COTTA Pomponius .	489. & 1981.	CRUCEJUS Alphonfus .	515.
COTTONIUS Octavius .	1870.	CRUCEJUS Annibal .	516. & 1983.
CRASELLUS Gifredus , feu Gofredus , five Gufredottus .	490.	CRUCEJUS Bonus Aloyfius .	1872.
CRASSUS Antonius .	1762.	CRUCEJUS Christophorus Maria .	517.
CRASSUS Bartholomaeus .	491. & 1981.	****	CRU-
<i>Tom. I.</i>			

S Y L L A B U S

CRUCEJUS Claterius .	518.	DEGANUS Joannes Baptista .	1765.
CRUCEJUS Diomedes .	519.	DEGANUS Valerianus .	555. & 1985.
CRUCEJUS Eusebius .	519.	DELFINONUS Leonardus .	555.
CRUCEJUS Fernandus .	520.	DEUTERIUS .	556.
CRUCEJUS Flaminius .	520.	DIANUS Ubertus .	557.
CRUCEJUS Franciscus .	521. & 1983.	DIONESANUS Eugenius .	557.
CRUCEJUS Joannes Andreas .	523.	DIONESANUS Vincentius .	1766.
CRUCEJUS Leo .	325.	S. DIONYSIUS .	557.
CRUCEJUS Leo alter .	524.	DISCORDIA Galdinus .	559.
CRUCEJUS Leonardus .	525.	de DOMIS Mauritius .	560.
CRUCEJUS Manfredus .	526.	DONATUS Hieronymus .	1767.
CRUCEJUS Pius .	525.	DOSSENA Cosmus .	1873.
CUCHINUS Carolus Ambrosius .	526.	DOSSENA Ferrandus .	561.
CUNEUS Gabriel .	527.	DRAGHETTUS Sylvester .	561.
CURIONUS Dominicus Maria .	527.	DRALLUS Carolus Andreas .	562.
CURIONUS Franciscus .	528.	DRALLUS Joannes Andreas .	1768.
CURTIUS Augustinus .	528.	DUGNANUS Celsus .	562.
CURTIUS Bartholomaeus .	529 & 1983.	DUGNANUS Fabius Franciscus .	563.
CURTIUS Franciscus .	531.	DUGNANUS Hieronymus .	564.
CURTIUS Lancinus .	531.	DUGNANUS Leo .	565.
CUSANUS Aloysius .	534.	DUGNANUS Jacobus .	1768.
CUSANUS Antonius , seu Jo. Antonius .	534.		
CUSANUS Augustinus .	535.	E	
CUSANUS Guido .	538.	ab ECCLESIA Franciscus .	1873.
CUSANUS Joseph .	539.	ab ECCLESIA Jacobus Maria .	567.
CUSANUS Octavius .	541.	ab ECCLESIA Innocentius .	567. & 1987.
CUSANUS Octavius alter .	1872.	ab ECCLESIA Seraphinus .	569.
CUSANUS Pantaleo .	1874.	EDERUS Petrus Jacobus .	569. & 1988.
de CUSTODIBUS Octavianus .	1766.	ELEAZARNUS , five ELEAZARIUS	
de CUTICIS Jacobus .	541.	Paulus .	569.
D		à S. ELIA Cassianus . V. PALLAVICINUS	
DANIEL .	543.	Joannes Baptista .	
DARDANONUS Joannes Baptista .	543.	à S. ELIA Gervasius . V. BIZOZERUS Ca-	
DARDANONUS Sebastianus .	1873.	rolus Benedictus .	
DATHEUS .	544.	ELIUS . V. AELIUS .	
DATIUS .	545.	EMMANUEL .	570.
DAVERIUS Jacobinus .	546.	S. ENNODIUS Magnus Felix .	570.
DAVERIUS Joannes Christophorus .	546.	ERIBERTUS . V. ARIBERTUS .	
DECEMBRIUS Angelus .	547. & 1985.	ESTENSIS Hippolytus .	575.
DECIUS Lancellottus .	548.	ESTENSIS Hippolytus alter .	577.
DECIUS Philippus .	549. & 1985.	S. EUSEBIUS .	579.
		de EUSTACHIIS Philippus .	581.
		S. EUSTORGIUS .	582.
		FABA-	

S C R I P T O R. M E D I O L.

F

F ABAGROSSA Octavianus .	585.	FERRARIUS Raphaël .	609.
FAGEUS Hyacinthus .	587.	FERRARIUS Zacharias .	616.
FAGEUS Joannes Baptista .	587.	FERRUFINA Margarita .	617.
FAGEUS Sebastianus .	588.	FERRARIUS de GRADI Joannes Mat- thaeus .	608. & 1990.
FAGNANUS Joannes Marcus .	588.	de FIDELIBUS Balthassar .	618.
FAGNANUS Raphaël .	589. & 1987.	de FIDELIBUS Franciscus .	619.
FANTONUS Jacobus Antonius .	591.	de FIDELIBUS Leo .	620.
FANTONUS Theodorus .	591.	FIGINUS Aloyfius .	621.
FARAUDUS Prosper .	592. & 1987.	FIGINUS Joannes Petrus .	620.
FARISELLUS Petrus .	593.	FIGINUS Julius Caesar .	622.
FASOLIUS Damianus .	593.	FIGINUS Oddus Hieronymus .	623.
FASSATIUS Joannes .	1769.	FIGINUS Petrus .	624. & 1991.
FAUSTUS . V. FLAVIUS FAUSTUS.		de la FLAMMA Gualvaneus .	625.
à FERNO Angelus .	594.	FLAVIUS Faustus .	629.
à FERNO Michaël .	1770.	FLORENTIA Franciscus .	633.
FERNUS Bernardinus .	1770.	FLORIANUS .	633.
FERNUS Flaminius .	1771.	FLORUS Georgius .	633.
FERNUS Michaël .	596 & 1988.	FONTANA Donatus .	635.
FERNUS de BRUSATORIBUS Bernar- dinus .	594. & 1987.	FONTANA Franciscus .	636.
FERRARIA Maria .	1875.	FONTANA Joannes Baptista . V. de CO- MITIBUS .	
FERRARINUS Joseph Maria Felix .	2046.	FONTANA Joannes Maria .	636.
FERRARIUS Ambrosius .	597.	FONTANA Octavius .	637.
FERRARIUS Antonius Maria .	597.	FOPPA Julius .	637.
FERRARIUS Bartholomaeus .	598.	FOPPA Vincentius .	638.
FERRARIUS Bartholomaeus alter. 598. & 1990.		FORMENTUS Joannes Baptista .	638.
FERRARIUS Basilius .	599.	FORNARA Joseph Maria .	639.
FERRARIUS Carolus Joannes Baptista .	1875.	FORRERIUS ABBIATUS Franciscus Maria .	640.
FERRARIUS Cherubinus .	600.	FORRERIUS ABBIATUS Joannes .	642.
FERRARIUS Franciscus .	601. & 1990.	FORRERIUS ABBIATUS Joannes alter. 1876.	
FERRARIUS Franciscus Bernardinus .	602.	FORRERIUS ABBIATUS Matthaëus .	642. & 1992.
FERRARIUS Francus .	603.	FOSSATUS Joannes Baptista .	1876.
FERRARIUS Hieronymus .	605.	FOSSATUS Joannes Franciscus .	643. & 1992.
FERRARIUS Jacobus .	605.	FOSSATUS Paulus .	644.
FERRARIUS Joannes Ambrosius .	1875.	FRANCINETUS Robertus .	1877.
FERRARIUS Joannes Antonius .	606.	à S. FRANCISCO Alexander . V. VALOTTA Ludovicus .	
FERRARIUS Joannes Donatus .	607. & 1990.	à S. FRANCISCO Matthias . V. de REGIBUS.	
FERRARIUS Joseph .	609.	à S. FRANCISCO Paschasius . V. de COMITI- BUS Joseph Carolus .	
FERRARIUS Octavianus .	609. & 1990.		
FERRARIUS Octavius .	611. & 1991.		

FRAN-

S Y L L A B U S

FRANCISCUS	644. & 1992.	GAMBALOITA Joannes Philippus .	666.
FRANCISCUS alter	645.	GAMBARELLUS Augustinus .	667.
FRANCIUS Franciscus	1771.	GANDINUS Ludovicus .	1879.
FRANCIUS Joannes Baptista .	645.	GARBAGNATUS Hieronymus .	1880.
FRANZONUS Marcus Antonius .	646.	GARBICELLUS Joachimus .	668. & 1993.
FRASCONUS , seu FROSCONUS Fer-	1878.	GARIBOLDUS Carolus Hyacinthus .	669.
nandus		GARIBOLDUS Stephanus Franciscus .	1880.
de FRESCAROLO Angelus	646.	GARIMBERTUS Federicus .	1880.
FRIDERICIUS Hieronymus	646.	GASTORELLUS Genesius .	670.
FRIGERIUS Severinus	648. & 1992.	GATTICUS Hieronymus .	670. & 1994.
FRISONUS Laurentius	1772.	GATTUS Joannes Dominicus .	671. & 1994.
FROVA Hieronymus	1772.	GAVANTUS Bartholomaeus .	672.
		GAVARDUS Federicus Nicolaus .	674. & 1994.
		GELOSUS Sylvius .	675.
G		de S. GEORGIO . V. SANGEORGIUS Joan-	
B. GABRIEL	649.	nes Antonius .	
GADDIUS Joannes Franciscus .	649.	GEORGIUS	676.
GAGLIARDI Joannes Antonius .	652.	GEORGIUS alter	677.
GAGLIARDI Ubertus	653.	GERENZANUS Carolus Joseph .	677.
GAGLIARDI de ROTA Antonius .	650. & 1993.	GEROSA Franciscus .	677.
S. GALDINUS	653.	GESSAGA Carolus Antonius .	1773.
de GALANTE Beltramus	655.	GESSATUS Gulielmus .	1775.
GALLARANA Caecilia	655.	GESSATUS Jacobus .	678.
GALLARANUS Facius	656.	GHERARDINUS Alexander .	678.
GALLARATA Francisca Camilla .	1877.	GHERARDINUS Joannes Philippus .	679.
GALLARATA Maynolda Parthenia .	656.	GHERARDUS Ubaldus .	1775.
à GALLARATO Antonius . V. MASERA .		GHILINUS Camillus .	680.
à GALLARATO Archangelus	658.	GHILINUS Hieronymus .	681.
GALLARATUS Alphonfus	658.	GHILINUS Joannes Jacobus .	681.
GALLARATUS Antonius	1877.	GHIOLDUS Carolus .	1776. & 1944.
GALLARATUS Caesar	659.	GHIRINGHELLUS Ubertus .	684.
GALLARATUS Carolus	660.	de GHISULPHIS Philippus .	685.
GALLARATUS Carolus alter	661.	GIBELLINUS Archangelus .	685.
GALLARATUS Hieronymus	1773.	GIDONUS Fulgentius .	1881.
GALLARATUS Joannes Antonius Actius .	661. & 1993.	GIGGAEUS Antonius .	685.
		GILETUS Petrus Paulus .	686.
GALLARATUS Joannes Thomas .	662.	GIROLDELLUS Isidorus .	686.
GALLASSUS Germanus	663.	GIRONUS Beltraminus .	687.
GALLICANUS Gregorius	663.	GIULINUS Faustinus .	687.
GALLIMBERTUS Joannes Baptista .	664.	GIULINUS Georgius .	688.
GALLINONUS Maphaeus	665.	GLUSSIANUS Andreas .	690.
GALLINONUS Theophilus	664. & 1993.	GLUSSIANUS Antonius .	1776.
GALLUS Stephanus Franciscus .	1878.	GLUSSIANUS Bonagratia .	1777.
		GLUS-	

S C R I P T O R. M E D I O L.

GLUSSIANUS Franciscus .	690.
GLUSSIANUS Franciscus alter .	691.
GLUSSIANUS Jacobus .	692.
GLUSSIANUS Joannes Baptista .	692.
GLUSSIANUS Joannes Petrus .	693.
GLUSSIANUS Joseph .	696.
GLUSSIANUS Julius Caesar .	697.
GLUSSIANUS Nicolaus .	1881.
GNOCHUS Hilarion .	1881.
GOANUS Petrus Franciscus .	1882.
GORANUS Carolus .	698.
de GORGONZOLA Carolus .	698.
GORIUS Joannes Petrus .	699.
GORLA Simplicius .	699.
de GRADIBUS Antonius .	699.
de GRADIBUS Joannes .	700. & 1995.
de GRADIBUS Jo. Matthaeus . V. FERRARIUS Jo. Matthaeus .	
de GRADIBUS Paulus .	701.
GRADIGNANUS Carolus Maria .	702.
GRADIGNANUS Joseph Maria ,	702.
de GRANDIS Lazarus .	702.
GRATTAROLA Marcus Aurelius .	703. & 1996.
GREGORIUS XIV. Pont. Max. .	704. & 1996.
GRIMALDUS Joannes Petrus .	1777.
GRYPHIUS Antonius .	1882.
GRYPHIUS Desiderius .	1883.
GRIPHIUS Albertus .	707.
GRIPHIUS Ambrosius .	708.
GRIPHIUS Leonardus .	709. & 1996.
GRYSOLANUS Petrus .	712.
GRYSONIANUS Benignus .	713.
de GRITTIS Matthaeus .	713.
GUAZZUS Franciscus Maria .	713.
GUENZATUS Blasius .	714.
de GUERCII Joannes Bartholomaeus .	714.
GUFFANTUS Joseph .	715.
GUIERIDUS .	716.
GUSSALLUS Vivianus .	716.

H

H ELIODORUS .	1777.
HENRICUS .	717.
ab HERBA Bonaventura .	1883.
HIERONYMUS .	717.
HILARION .	717.
HILDOVINUS .	718.
HOMODEUS Aloyfius .	719.
HOMODEUS Aloyfius alter .	719.
HOMODEUS Joannes .	721. & 1995.
HOMODEUS Signorolus .	721.
HOMODEUS Signorolus alter .	723.
HONORATUS .	723.
de HORTENSIIS . V. CENTORIUS .	
ab HORTO Obertus .	724.
ab HORTO Otho .	725.
HOSIUS Carolus Caesar .	725.
HOSIUS Felix .	726. & 1995.
HOSIUS Franciscus .	729.
HOSIUS Gulielmus .	730.
HOSIUS Hieronymus .	730. & 1995.
HOSIUS Orosius .	731.
HOSIUS Stanislaus .	732. & 1996.
HOSIUS Theodatus .	735. & 1998.

I

J ACOMETTUS Carolus .	1883.
à JESU MARIA Angelus . V. STAMPA Georgius .	
ILLUMINATUS A MEDIOLANO . V. BRUNUS Illuminatus .	
IMBONATUS Carolus Joseph .	737. & 1997.
INGRESSUS Thaddaeus .	737.
INNOCENTIUS Bernardinus .	738.
JOANNES .	739.
JOANNES alter .	741.
JOANNES Aloyfius .	741.
JOANNES Baptista .	742.
à S. JO. BAPTISTA Jo. Thaddaeus . V. MONTIUS Dominicus Antonius .	
JOANNINUS .	742.

JOAN-

S Y L L A B U S

JOANNINUS Joannes Baptista .	743.	LAMPUGNANUS Ubertus .	769.
à S. JOSEPH . V. RIPA Ifidorus .		LANDRIANUS Bernardinus .	770.
à S. JOSEPH . V. STAURENGUS Christo- phorus Maria .		LANDRIANUS Caesar .	771.
ISIMBARDUS Augustinus .	2048.	LANDRIANUS Gerardus .	771.
ISOLA Sampson .	744.	LANDRIANUS Ignatius .	774.
ISOLANUS Ifidorus .	744.	LANDRIANUS Joannes Baptista .	1885.
de JUDICIBUS Antonius .	747.	LANDRIANUS Joannes Fabritius .	775.
de JUDICIBUS Brocus .	747.	LANDRIANUS Jo. Franciscus .	775. & 1999.
de JUDICIBUS Caesar .	747. & 1997.	LANDRIANUS Paulus Antonius .	776.
de JUDICIBUS Eriprandus .	749.	LANDULPHUS .	777.
de JUDICIBUS Petrus .	749.	LANDULPHUS alter .	778.
JULIANUS Marcus Salvius .	750.	LANDUS Horatius .	780. & 1999.
de JULIIS Julius .	752.	LANDUS Hortensius .	781. & 1999.
JULIUS .	752. & 1998.	LANDUS Joseph .	1885.
JULIUS alter .	754.	LANFRANCUS .	783.
		LANGLOIS Antonius .	783.
L		LANTERIUS Hilarion .	784. & 1999.
L AFFORIUS Simon .	755.	LANTERIUS Paulus Bernardinus .	786. & 2000.
LAMPUGNANA RHAUDENSIS Corne- lia .	755.	de LAUDE Arfilius .	786.
LAMPUGNANUS Astulphus .	756.	de LAUDE Emmanuel .	787.
LAMPUGNANUS Augustinus .	756. & 1997.	de LAUDE Josephus Septimius .	788.
LAMPUGNANUS Caesar .	760.	de LAUDE Oldradus .	789.
LAMPUGNANUS Carolus .	1883.	de LAVELLO Angelus .	1886.
LAMPUGNANUS Fabritius .	760.	S LAURENTIUS .	789.
LAMPUGNANUS Franciscus .	760.	LAZARONUS Petrus .	790. & 2000.
LAMPUGNANUS Franciscus alter .	762.	S. LAZARUS .	790.
LAMPUGNANUS Gaspar .	1884.	LEANDER .	791.
LAMPUGNANUS Georgius .	762.	LEAZARIUS, seu LEAZARNUS Paulus .	791.
LAMPUGNANUS Gulielmus .	763.	LEDESMA Alexius .	792.
LAMPUGNANUS Hieronymus .	763.	LEGNANUS Gaspar .	793.
LAMPUGNANUS Jacobus .	764.	LEGNANUS Hieronymus .	794.
LAMPUGNANUS Jacobus alter .	765.	LEGNANUS Joannes .	795. & 2000.
LAMPUGNANUS Joannes .	765.	LEGNANUS Joannes Petrus .	799.
LAMPUGNANUS Julius Caesar .	766.	LEINATIUS Joannes Stephanus .	800.
LAMPUGNANUS Laurentius .	766. & 1999.	LETI Gregorius .	800.
LAMPUGNANUS Litta .	767.	de LEUCO B. Paganus .	803.
LAMPUGNANUS Petrus Martyr .	767.	B. LIPRANDUS, seu LUITPRANDUS .	803.
LAMPUGNANUS Philippus .	767.	LITTA Alexander .	804.
LAMPUGNANUS Pompejus .	768.	LITTA Alphonfus .	805. & 2001.
LAMPUGNANUS Princivallus .	768.	LITTA Alphonfus alter .	807.
		LITTA Carolus Stephanus .	808.
		LITTA Joannes Baptista .	809.

LIT-

S C R I P T O R. M E D I O L.

LITTA Laurentius .	810.	MAINERIUS . V. MAYNERIUS .	
LITTA Marcus .	811.	MAJORAGIUS Hadrianus .	838.
LOMATIUS Joannes Jacobus .	1886.	MAJORAGIUS Marcus Antonius .	839. & 2003.
LOMATIUS Joannes Paulus .	812. & 2002.	MALABARBA Joannes .	843.
LOMBARDUS Hieronymus .	813.	MALDURA Carolus Emmanuel .	1781.
LONGUS Georgius .	813.	MANARA Camillus .	844.
LONGUS Honorius .	814.	MANARA Idelphonfus .	844.
LONGUS Martinus .	1886.	de MANDELLO Anselmus .	845.
à S. LUCIA Jacobus . V. CATTANEUS Joseph .		de MANDELLO Tatius .	846.
LUCINUS Joannes Franciscus .	814.	MANGONIUS Carolus Franciscus .	846.
LUCIONUS Thomas .	1779. & 2044.	MANLIUS Conradus .	848.
LUINUS Bernardinus .	815.	MANLIUS Flagrius .	848.
LUINUS Joannes Antonius .	815.	MANLIUS Theodorus .	1782. & 2044.
LUINUS Nicolaus .	816.	MANNIUS Ludovicus .	849.
LUPUS Joannes Antonius .	816.	MANONUS Carolus .	850.
LURANUS Hieronymus .	817.	MANRIQUIUS Andreas .	1888.
LURASCUS Georgius .	817.	S. MANSUETUS .	851.
LUTIUS Horatius .	818.	MANTEGATIA Boschinus .	852.
		MANTEGATIA Franciscus .	853.
M		MANTEGATIA Joannes Chrysoftomus .	853.
M ACCANEUS Dominicus .	819. & 2001.	MANTEGATIA Stephanus .	854.
MACINAGUS Antonius Maria .	1887.	MANZONA JUSTA Francisca .	1783.
MACINAGUS Ludovicus .	820.	MAPELLUS Joannes .	855. & 2004.
MADDIA Maria Rosa Felix .	1779.	MARASCA Carolus Caesar .	855.
MADDIUS Carolus Maria .	822. & 2001.	MARASCA Nicolaus .	856.
MADDIUS Gabriel .	823.	MARCALDUS Franciscus .	856. & 2004.
MADDIUS Laurentius .	824.	MARCELLINUS Ablaticus .	857.
MADDIUS Ludovicus .	824.	MARCELLINUS Preveda , seu Presbyter .	857.
MADDIUS Michaël .	825. & 2002.	MARCHESONIUS Carolus Matthaeus .	858.
MADDIUS Valerianus .	827.	MARCHESONIUS Joannes Petrus .	858.
MADERNUS Alexander .	827.	MARCONUS Michaël Franciscus .	859.
MADERNUS Alexander alter .	828.	MARGARITONUS Nicolaus .	1889.
MADERNUS Dominicus .	828.	à S. MARIA Cyrillus . V. CRIPPA Staurengus .	
MADRIGNANUS Archangelus .	829. & 2002.	à S. MARIA Joachimus . V. GARBICELLUS Franciscus .	
de MAGISTRIS Joannes .	1887.	MARINONUS Diamans .	859.
MAGNAGUS Ambrosius .	1888.	MARINONUS Marcus .	1785. & 2045.
MAGNINUS .	830.	MARINONUS Petrus Martyr .	1786.
MAGNUS Andreas .	1888.	MARLETINUS Joannes .	860.
MAGNUS Christophorus .	831.	MARLIANUS Albertus .	860.
MAGNUS Franciscus Bernardinus .	831.	MARLIANUS Aloyfius .	861. & 2004.
MAGNUS Thomas .	832.	MARLIANUS Aloyfius alter .	1889.
MAGNUS Valerianus .	833. & 2003.		

MAR-

S Y L L A B U S

MARLIANUS Bartholomaeus .	863.	MAZZETTUS Joseph Maria .	901.
MARLIANUS Bernardinus .	864.	MAZZUCHELLUS Jacobus .	1890.
MARLIANUS Fabritius .	865.	MAZZUCHELLUS Joannes Paulus .	902.
MARLIANUS Joannes .	866.	MAZZUCHELLUS Joannes Paulus alter .	1890.
MARLIANUS Joannes alter .	868.	MAZZUCHELLUS Oliverius .	904.
MARLIANUS Joannes alter .	869.	MEAZZA Hieronymus .	904.
MARLIANUS Joannes Franciscus .	870.	de MEDA Joannes . V. OLDRADUS Joannes .	
MARLIANUS Michaël .	872.	MEDA Bartholomaeus .	1890.
MARLIANUS Petrus Antonius .	873.	MEDA Joannes Augustinus .	906.
MARLIANUS Petrus Franciscus .	1889.	MEDA Philippus .	907.
MARLIANUS Raymundus .	875.	MEDA Philippus alter .	908.
MARLIANUS Tullius .	877.	MEDICES Joannes Angelus . V. Pius IV.	
MARLIANUS Ugo .	877.	Pont. Max.	
MARMORI Marcellinus .	877.	MEDICES Joannes Jacobus .	909. & 2005.
MARTELLUS Petrus Maria .	878.	MEDICES Manfredus .	911.
MARTIGNONUS Joannes Franciscus .	1787.	de MEDICIS Christophorus .	1790.
MARTIGNONUS Joannolus .	878.	MEDIOBARBUS Antonius .	1891.
MARTIGNONUS Paulus Hieronymus .	878.	MEDIOBARBUS Jo. Antonius .	912. & 2006.
MARTINELLUS Georgius Maria .	879.	MEDULLA Claudius .	913.
MARTINENGHUS Joannes Baptista .	880.	de MELIORIBUS Victorius .	913.
S. MARTINIANUS .	880.	MELLIAVACCA Benedictus .	914. & 2007.
MARTINOLUS Petrus .	882.	MELLIAVACCA Franciscus Maria .	914.
MASERA Antonius .	882.	MELLIAVACCA Innocentius .	915.
de MASSA Antonius .	883.	MELTIUS Bartholomaeus .	915.
MASSATIUS .	1788.	MELTIUS Camillus .	916.
S. MATERNIANUS . V. S. MARTINIANUS .		MELTIUS Ferdinandus .	1790.
MATTHIAS .	883.	MELTIUS Hieronymus .	918.
MAURUS Cyprianus .	884.	MELTIUS Joannes .	919.
MAURUS Mauritius .	885. & 2004.	MELTIUS Ludovicus .	920.
MAYNERIUS Bartholomaeus .	885.	MELTIUS Ludovicus alter .	1891.
MAYNERIUS Jacobus .	886.	MENABENUS Apollonius .	921.
MAYNERIUS Petrus .	886.	MENABENUS Basilius .	1891.
MAYNERIUS Petrus alter .	887.	MENCLOTIUS Gaspar .	1791.
MAYNUS Jason .	887. & 2004.	MENDRISIUS Andreas .	1892.
MAYNUS Jason alter .	892. & 2005.	MENDRISIUS Hieronymus .	923.
MAZENTA Faustinus .	893.	MERONUS Paulus Joseph .	924.
MAZENTA Guidotus .	894. & 2005.	B. MICHAEL .	925. & 2007.
MAZENTA Guidus .	895. & 2005.	à S. MICHAELE . V. BEBULCUS Michaël .	
MAZENTA Joannes Ambrosius .	897.	MILANUS Joseph .	926. & 2007.
MAZENTA Ludovicus .	898.	MILLEFANTIUS Caesar .	927.
MAZENTA Ludovicus alter .	900.	MINUTIUS Jacobus .	928.
MAZZA Joannes Dominicus .	1890.	MIRABILIA Joannes Stephanus .	929.

MI-

S C R I P T O R. M E D I O L.

MIRABILIA Jo. Stephanus alter .	930.	MONTORFANUS Paulus Angelus .	1895.
MIRABILIA Joseph Maria .	930. & 2007.	MONTORFANUS Raphaël .	1792.
MISSALIA Marcus Antonius .	932.	MORASCUS Carolus .	959.
MISSERONUS Michaël .	933.	MORELLUS Michaël Angelus .	1896.
de MIXIGIA Gutetus .	1892.	MORESINUS Gabriel .	959.
à MODOETIA Andreas .	934.	MORESINUS Stephanus .	960. & 2009.
à MODOETIA B. Antonius .	934.	MORIGGIA Bonincontrus .	961.
à MODOETIA Bernardinus .	935.	MORIGGIA Caesar .	1896.
à MODOETIA Christophorus . V. PICINEL- LUS Christophorus .		MORIGGIA Gaspar .	961.
à MODOETIA Jacobus .	2049.	MORIGGIA Gherardus .	962.
à MODOETIA Joannes .	1893.	MORIGGIA Jacobus Antonius .	963.
à MODOETIA Joannes Baptista .	935.	MORIGGIA Joannes .	964.
à MODOETIA Maximus .	1893.	MORIGGIA Joannes alter .	965.
à MODOETIA . V. PYLEUS .		MORIGGIA Julius Caesar .	965.
à MODOETIA Troffus .	936.	MORIGGIA Paulus .	966.
MODRONUS Lucas Maria .	936.	MORONUS Bartholomaeus .	968.
MODRODUS Ludovicus .	937.	MORONUS Bernardinus .	969. & 2010.
MODRONUS Paulus Franciscus .	937.	MORONUS Hieronymus .	970.
MOLTRASIUS Nicolaus .	938.	MORONUS Joannes .	972. & 2010.
MOMBRITIUS Boninus .	939 & 2007.	MORONUS Joannes Christophorus .	975.
MONDELLUS Ludovicus .	1894.	MORONUS Nicolaus .	975.
MONELIA Paulus Antonius .	941.	MORONUS Pontianus .	976.
MONETA Antonius .	1895.	MORONUS Thomas .	1793.
MONETA Carolus .	941. & 2008.	MOZZONUS Afcanius .	976.
MONETA Carolus alter .	942.	MOZZONUS Bartholomaeus .	977.
MONETA Joannes Petrus .	943 & 2008.	MUGGIANUS Dominicus .	978.
MONETA Ludovicus .	945.	MUTIUS Pius .	979.
MONETA Raphaël .	946.	MUTONUS Angelus .	983. & 2010.
MONTANUS Joannes .	946.	MUTONUS Nicolaus .	984.
MONTANUS Joannes Baptista .	947.	MUTONUS Philippus .	985.
MONTIUS Caesar .	948. & 2008.	S. MYROCLES .	985.
MONTIUS Dominicus Antonius .	1791.		
MONTIUS Franciscus .	950.	N	
MONTIUS Hieronymus .	950.	NARDINUS Stephanus .	987.
MONTIUS Joannes .	952.	de NASO Matthaeus .	989.
MONTIUS Joannes alter .	952.	S. NATALIS .	990.
MONTIUS Marcus Antonius .	953. & 2009.	à NATIVITATE Joseph Angelus . V. BUS- SERUS Joseph Ludovicus .	
MONTIUS Paulus .	955.	NAVA Joannes .	991.
MONTIUS Petrus .	956. & 2009.	à S. NICOLAO Archangelus . V. MOLTRA- SIUS Nicolaus .	
MONTIUS Princivallus .	957.	de NIGRIS Caesar .	1992.
MONTIUS Urbanus .	957.	de NIGRIS Gherardus . V. CACAPISTUS .	

Tom. I.

de NI-

S Y L L A B U S

de NIGRIS Jacobus Philippus . 992.
 de NIGRIS Paula Antonia . 993.
 de NIGRONIBUS Veronica . 1793.
 de NOBILIBUS Christophorus . 995.
 de NOTTIS , feu NOTTIUS Stephanus . 995. & 2009.

NOVATUS Hieronymus . 996.
 NOVATUS Joannes Baptista . 997.
 NOVATUS Petrus . 998.
 NOVATUS Petrus alter . 998.

O

ODDONUS Joannes Baptista . 999. & 2011.
 OLDANUS Nicolaus . 1795.
 OLDEPERTUS . 999.
 OLDERICUS . 1000.
 OLDRADUS Alphonfus . 1001.
 OLDRADUS B. Joannes . 1002.
 OLDRADUS Joseph . 1003.
 OLDRADUS Oldradus . 1004.
 OLDRADUS Oldradus alter . 1004.
 OLDRADUS Petrus . 1005.
 OLDRADUS Vitalianus . 1006. & 2011.
 OLGIATUS Antonius . 1006.
 OLGIATUS Hieronymus . 1007.
 OLIVATIUS Georgius . 1795. & 2045.
 OPPICELLUS Jacobus Philippus . 1008. & 2011.
 de OPRENO Joannes . 1008.
 ORDEUS Afcanius . 1009.
 ORIGONUS Antonius Maria . 1010.
 ORIGONUS Carolus Joseph . 1010. & 2011.
 ORIGONUS Joseph . 1011.
 ORIGONUS Octavianus . 1012.
 ORIGONUS Petrus Aloyfius . 1012.
 ORRIGONUS Thomas . 1798.
 ORMANICUS Petrus Paulus . 1013. & 2011.
 OROBONUS Antonius . 1013.
 ab ORTO . V. ab HORTO .
 OSIUS . V. HOSIUS .
 OSSA Manfredus . 1014.

P

PACEDIANUS Nicolaus . 1015.
 de PADO Diomedes . 1895.
 de PADO Nicolaus . 1897.
 PAGANUS Caesar . 1017. & 2011.
 PAGANUS Cajetanus . 1018.
 PAGANUS Johannolus . 1018.
 PAGANUS Joannes . 1897.
 PAGANUS Urbanus . 1797.
 PAGGIUS Matthaeus . 1019.
 PAGNANUS Carolus . 1019.
 PAGNANUS Jo. Franciscus . 1020. & 2012.
 PALLAVICINUS Hortentius . 1021.
 PALLAVICINUS Joannes Baptista . 1022.
 PALLAVICINUS Placidus . 1023.
 PALLAVICINUS Rolandus . 1897.
 PALLAVICINUS Stephanus . 1024.
 PANCERUS Franciscus . 1024.
 PANCERUS Joannes Antonius . 1025.
 PANIGAROLA Alexander . 1026.
 PANIGAROLA B. Archangela . 1027.
 PANIGAROLA Augustinus . 1028.
 PANIGAROLA Christophorus . 1029.
 PANIGAROLA Franciscus . 1029. & 2012.
 PANIGAROLA Jacobinus . 1036.
 PARAVICINUS Alexander . 1037.
 PARAVICINUS Alexander alter . 1799.
 PARAVICINUS Angelus Maria . 1037.
 PARAVICINUS Augustinus . 1038.
 PARAVICINUS Balthassar . 1038. & 2013.
 PARAVICINUS Bonaventura . 1799.
 PARAVICINUS Cassianus . 1039.
 PARAVICINUS Christophorus . 1898.
 PARAVICINUS Joannes Matthaeus . 1040.
 PARAVICINUS Joannes Paulus . 1041.
 de PARAZO Joannes . 1041.
 PARONA Caesar . 1042. & 2013.
 PARONA Hieronymus . 1898.
 PARONA Joannes Baptista . 1898.
 PARUCCONUS Matthaeus . 1042.

PASI-

S C R I P T O R. M E D I O L.

PASINUS Adeodatus .	1043.	PETRASANCTA Franciscus alter .	1901.
de PASQUALIBUS Georgius .	1043.	PETRASANCTA Joannes Petrus .	1067.
PASTA Joannes .	1044.	PETRASANCTA Ludovicus .	1067.
PATELLANUS Camillus .	1045. & 2013.	PETRASANCTA Marfilius .	1068.
PATELLANUS Carolus .	1045.	PETRASANCTA Paulus .	1068. & 2015.
PAVERUS Antonius Maria .	1046.	PETRASANCTA Petrus .	1069.
B. PAULINUS .	1047.	PETRASANCTA Richardus .	1069.
PAULINUS alter .	1048.	PETRASANCTA Vincentius .	1069.
à S. PAULO Augustinus . V. BERTARELLUS Joannes Augustinus .		à S. PETRO Aquilinus . V. SERTORIUS Caesar .	
PECHIUS Caesar .	1049.	PETRUS .	1070.
PECHIUS Christophorus .	1759.	PEZIUS Franciscus .	1801.
PECHIUS Joannes Ambrosius .	1050.	PHILARGUS Petrus . V. Alexander V. Pont. Max.	
PECHIUS Joannes Baptista .	1049.	à S. PHILIPPO Angelus Maria . V. QUADRIUS .	
PECORELLUS Albertus .	1051.	PHILIPPUS .	1071.
PEDROLUS Fidelis .	1052.	PICINELLUS Caesar .	1073.
PEDROLUS Julius Caesar .	1899.	PICINELLUS Christophorus .	1073. & 2015.
PELLITIONUS Joannes Franciscus .	1052.	PICINELLUS Franciscus .	1074.
PELLIZARIUS Franciscus Maria .	1899.	PICINELLUS Philippus .	1075. & 2016.
PELLIZARIUS Nicolaus .	1053. & 2013.	PICIUS Joannes Petrus .	1092.
PELOTTUS Antonius .	1054. & 2013.	PICIUS Marius .	1077.
PERAGALLUS Raphaël .	1899.	PICIUS Octavianus .	1079.
de PEREGO Caesar .	1900.	PICOLPASSUS Franciscus .	1081.
de PEREGO Camillus .	1054.	PICTORIUS Andreas .	1084.
de PEREGO Leo .	1055.	PINUS Carolus .	1085.
de PEREGO Ludovicus .	1056.	PIOLA Desiderius .	1085. & 2016.
de PEREGO Paulus .	1900.	PIOLTELLUS Petrus Franciscus .	1086.
de PEREGO Petrus .	1057. & 2014.	PIONNUS Aloysius .	1086. & 2016.
de PEREGRINIS Peregrinus .	1058.	PIONNUS Joannes Andreas .	1901.
PEREGROSSUS Petrus .	1059.	de PIOPERA Stephanus .	1804.
PERLASCA Alexander .	1060.	PIROGALLUS Philippus .	1087.
PERLASCA Franciscus .	1061.	PIROLA Thomas .	1087.
PERLASCA Octavianus .	1062.	PIROVANUS Aloysius .	1088.
PEROTTUS Julius .	1061.	PIROVANUS Carolus .	1902.
PERUGIA Carolus Maria .	1063.	PIROVANUS Gabriel .	1089.
PESSINA Antonius .	1063.	PIROVANUS Obertus .	1089. & 2016.
PESSINA Sebastianus .	1065.	PIROVANUS Philippus .	1090. & 2016.
PETRASANCTA Attilius .	1800.	PIUS IV. Pont. Max.	1091. & 2017.
PETRASANCTA Bartholomaeus .	1065.	PLANTANIDA Aloysius .	1095.
PETRASANCTA Carolus .	1065. & 2014.	PLANTANIDA Joannes Baptista .	1096.
PETRASANCTA Fabritius .	1900.	PLANTANIDA Joseph .	1096.
PETRASANCTA Franciscus .	1066.	PLANTANIDA Julius .	1902.

de PLA-

S Y L L A B U S

de PLATEA Carolus Bartholomaeus .	1097.	PROSERPIUS Carolus .	1131.
de PLATEA Franciscus .	1099.	PROSERPIUS Federicus .	1132.
PLATUS Anaftafius .	1100.	PROSERPIUS Joannes Baptista .	1132.
PLATUS Domitius .	1100.	S. PROTASIUS :	1132.
PLATUS Flaminius .	1101.	PURICELLUS Alexander .	1133.
PLATUS Georgius .	1104.	PURICELLUS Franciscus .	1134.
PLATUS Hieronymus .	1105. & 2018.	PURICELLUS Joannes Petrus .	1135.
PLATUS Joannes Thomas .	1106.	PURICELLUS Petrus .	1142.
PLATUS Petrus Antonius .	1107.	PURINELLUS Angelus .	1143.
PLATUS Platinus .	1107. & 2019.	PUSTERLA Alexander .	1144.
PLATUS Theodorus .	1109.	PUSTERLA Andreas .	1805.
POGIANUS Julius .	1110. & 2019.	PUSTERLA Angilbertus .	1144.
POPEUS Flavius . V. FOPPA Julius .		PUSTERLA Antonius .	1145.
PORCARA Carolus Maria .	1903.	PUSTERLA Bartholomaeus .	1147. & 2019.
PORRONUS Annibal .	1111.	PUSTERLA Basilius .	1903.
PORRUS Alexander .	1113.	PUSTERLA Bonifortus .	1147.
PORRUS Bernardus .	1115.	PUSTERLA Camillus .	1148.
PORRUS Branda .	1115.	PUSTERLA Fabricius .	1148. & 2019.
PORRUS Camillus .	1116.	PUSTERLA Gulielmus .	1148.
PORRUS Daniel .	1117.	PUSTERLA Joannes Franciscus .	1904.
PORRUS Franciscus Bernardinus .	1117.	PUSTERLA Joseph .	1150.
PORRUS Gregorius .	1118.	PUSTERLA Petrus .	1151. & 2020.
PORRUS Hieronymus .	1119.	PUTEOBONELLUS Bernardus .	1152.
PORRUS Hippolytus .	1119.	PUTEOBONELLUS Franciscus .	1152. & 2020.
PORRUS B. Joannes Angelus .	1120.	PUTEOBONELLUS Jacobus .	1153.
PORRUS Joannes Baptista .	1122.	PUTEOBONELLUS Joannes Claudius .	1153.
PORRUS Joannes Baptista alter .	1903.	PUTEOBONELLUS Manfredus .	1154.
PORRUS Joannes Franciscus .	1123.	PUTEUS Emmanuel .	1155.
PORRUS Julius .	1123.	PUTEUS Ghezera .	1156.
PORRUS Ludovicus .	1124.	PUTEUS Jacobus .	1904. & 2046.
PORRUS Petrus Paulus .	1125.	PUTEUS Julius .	1156.
PORRUS Petrus Paulus alter .	1125.	PUTEUS Melchior .	1157.
PORTA Bernardinus .	1126.	PUTEUS Ubertus .	1157.
PORTA Joannes Baptista .	1126.	PUTEUS de PEREGO Carolus .	1155.
PORTABOS Seraphinus .	1127.	PYLEUS .	1157.
PRAESTINUS Franciscus .	1804.	PYRABOS Jacobus .	1158.
PRANDONUS Paulus .	1128.	PYRABOS Jacobus alter .	1159.
PRANDONUS Paulus Antonius .	1128.		
PRATA Joannes Andreas .	1129.		
PRATA Ifaias .	1130.		
PRATA Marcus .	1130.		
de PRIMIS Petrus Franciscus .	1131.		

QUA-

S C R I P T O R. M E D I O L.

Q

QUADRIUS Angelus Maria. 1161. & 2019.
 QUADRIUS Joannes Petrus. 1162.
 QUATTROCASE Celfus. 1163.
 QUESTA Marcus Aurelius. 1164.
 QUINCTIUS Federicus. 1805.
 QUINTIANUS Joannes Franciscus. 1164.

R

RABBIA Floravantes. 1165.
 RABBIA Hieronymus. 1166.
 RABBIA Joannes. 2048.
 RABBIA Joannes Baptista. 1167.
 RACCHETUS Christophorus. 1167.
 RADAELLUS Andreas. 1168. & 2021.
 RADAELLUS Angelicus. 1169.
 RADAELLUS Franciscus Antonius. 1169.
 RADAELLUS Joseph. 1807.
 RAINERIUS. V. RAYNERIUS.
 RAINOLDUS. V. RAYNOLDUS.
 RAINONUS. V. RAYNONUS.
 RAMELLUS Augustinus. 1170.
 RAMPINUS Carolus Stephanus. 1171.
 RAMPINUS de S. ALOSYO Henricus. 1172.
 RAMPONUS Antonius. 1173.
 RAMPONUS Hieronymus. 1173.
 RANCATUS Carolus. 1174. & 2021.
 RANCATUS Hilarion. 1175.
 RAPHAEL. 1182.
 RAPHAEL alter. 1182.
 RAPHAELLIUS Hieronymus. 1183.
 RASINUS Balthassar. 1184.
 RASIUS Joseph. 1183.
 RASORIUS Salvator. 1808.
 RASTELLUS Alphonfus Maria. 1185.
 RATAGGIUS Ambrosius. 1185.
 RATTUS Bartholomaeus. 1905.
 RAVENATINUS Georgius. 1186.
 RAVERTA Camillus. 1186.
 RAVERTA Octavianus. 1187.
 RAUL Sire. V. RHAUDENSIS Sire.
 de RAYMUNDIS Petrus Franciscus. 1905.

Tom. I.

RAYNERIUS Antonius Franciscus. 1187. & 2021.
 RAYNERIUS Hieronymus. 1189.
 RAYNOLDUS Alphonfus. 1190.
 RAYNOLDUS Bernardus. 1905.
 RAYNOLDUS Georgius. 1191.
 RAYNOLDUS Joannes Baptista. 1191. & 2022.
 RAYNOLDUS Joannes Baptista alter. 1193.
 RAYNOLDUS Joannes Jacobus. 1194.
 RAYNOLDUS Philippus. 1195. & 2022.
 RAYNONUS BARIZALDUS Joannes. 1195.
 RAYNONUS Thomas. 1196.
 RECALCATUS Ambrosius. 1808.
 RECALCATUS Antonius. 1810.
 RECALCATUS Bartholomaeus. 1810.
 RECENATES Antonius. 1197.
 REDENASCUS Franciscus. 1812.
 REDENASCUS Franciscus alter. 1813.
 REGIUS Matthias. 1197.
 REGIUS Theodorus. 1198.
 REGNA Antonius. 1198.
 REGNA Caesar. 1199.
 REGNA Carolus Joseph Maria. 1200.
 REGNA Gorhardus. 1200.
 REGNA Hieronymus Antonius. 1813.
 REGNA Thomas. 1201. & 2021.
 RENOLIUS Franciscus Xaverius. 1202.
 de REPOSSIS Petrus. 1203.
 RESTA Antonius, seu Antoniolus. 1203. & 2022.
 RESTA Joannes. 1204.
 RESTA Joannes Baptista. 1205.
 RESTA Joannes Jacobus. 1206.
 RESTA Lanzallottus. 1814.
 RESTA Lazarinus. 1208.
 RESTA Marcellinus. 1209.
 RESTA Michael. 1209.
 RESTA Sebastianus. 1210.
 RHAUDENSIS Alexander. 1211. & 2022.
 RHAUDENSIS Antonius. 1213. & 2023.
 RHAUDENSIS Camilla. 1215.
 RHAUDENSIS Camillus. 1216.
 RHAUDENSIS Franciscus Maria. 1216.
 RHAUDENSIS Gulielmus. 1217.

RHAU-

S Y L L A B U S

RHAUDENSIS Jacobus .	1217.	ROVIDIUS Caesar .	1247.
RHAUDENSIS Joannes .	1218. & 2024.	ROVIDIUS Joannes .	2051.
RHAUDENSIS Joannes Andreas .	1220. & 2024.	ROZZONUS Bartholomaeus .	1250. & 2025.
RHAUDENSIS Paganus .	1220.	ROZZONUS Hieronymus .	1251.
RHAUDENSIS Paulus .	1221.	ROZZONUS Pomponius .	1253.
RHAUDENSIS Petrus .	1222.	RUBEUS Antonius .	1254.
RHAUDENSIS Sire , feu Sirus .	1223.	RUBEUS Joannes Baptista .	1255.
RICCIUS Alphonfus .	1815.	RUBEUS Leo .	1908.
RICHINUS Franciscus Maria .	1224.	RUBINUS Franciscus .	1256.
RICHINUS Claudius .	1224.	RUBINUS Nicolaus .	1256.
RINCIUS Caesar .	1225.	RUBINUS Petrus Jacobus .	1258.
RINCIUS Marcus Marcellus .	1226.	RUBINUS Valentinus .	1259.
RIPA Bonvicinus .	1226. & 2024.	RUFFINUS Gulielmus .	1259.
RIPA Christophorus .	1228.	RUFFUS Virginius . V. Virginius .	
RIPA Hieronymus .	1229.	RUGERIUS Franciscus .	1260. & 2026.
RIPA Isidorus .	1229.	RUGINELLUS Balthassar .	1261.
RIPA Melchior .	1906.	RUGINELLUS Julius Caesar .	1261.
RIPA Polydorus .	1230.	RUGINIUS Franciscus .	1262.
RIPALTA Franciscus Maria .	1906.	RUSCA Antonius .	1263. & 2026.
RIPAMONTIUS Joseph .	1230. & 2024.	RUSCA Franciscus .	1264.
de RIPARIA Caesar .	1232.	RUSCA Joannes Baptista .	1264.
RISIUS Odoardus .	1232.	RUSCA Robertus .	1265.
RIVOLA Franciscus .	1233.	de RUSCONIBUS Ambrosius .	1266.
RIVOLTELLA Ardicio .	1816.	RUSNATUS Augustinus . V. de CASTANO .	
RIZOLIUS Gulielmus .	1234.	RUSTICUS .	1267.
RIZOLIUS Vicecomes .	1817.	RUSTICUS Elpidius .	1268.
ROBALDUS .	1236. & 2024.		
de ROBIATE Petrus .	1239.	S	
ROBIUS Albertus .	1239.	SACCUS Caesar .	1269.
ROBIUS Benedictus .	1240.	SACCUS Joannes Baptista .	1269. & 2025.
ROBOALDUS . V. ROBALDUS .		SADARINUS Franciscus .	1272. & 2025.
RODELLUS Romanus .	1240.	de SALA Paulus .	1273.
ROMA Julius . V. URSINUS de ROMA .		SALMATIA Antonius .	1273.
à S. ROSA Jo. Federicus . V. PUTEUS Julius .		SALODIUS Paulus .	1274.
de ROSALES Didacus Ordonius .	1241.	SALVATERRA Joannes .	1275. & 2025.
de ROSALES Gaspar .	1242.	SALVATERRA Joannes Maria .	1907.
à S. ROSALIA Bonaventura . V. BENALIUS Franciscus Xaverius .		SALVATORINUS Joannes Baptista .	1275.
ROSANUS Ginefus .	1243.	SALVATORINUS Joannes Jacobus .	1276.
ROSSIGNOLUS Bernardinus .	1244.	SALVIUS Julianus . V. JULIANUS .	
ROTIUS Anfelmus .	1818.	SAMARUGA Hieronymus .	1277.
ROVELLUS Carolus Franciscus .	1244. & 2025.	SANBENEDICTUS Benedictus .	1277.
ROVIDIUS Alexander .	1246.	SANBENEDICTUS Franciscus .	1278.
		SANBENEDICTUS Maria Angelus .	1278.
		de SAN-	

S C R I P T O R. M E D I O L.

de SANCTO PETRO Aloyfius .	1910.	SEPTALA Senator alter .	1332.
SANGEORGIUS Jo. Antonius .	1279. & 2025.	SERATICUS Nicolaus .	1333.
SANSONIUS Antonius .	1283. & 2026.	SERAZONUS Manfredus .	1334.
SANSONIUS Hieronymus .	1283.	SERAZONUS , feu de SERAZONIBUS Nicolaus .	1910.
SANSONIUS Hieronymus alter .	1284.	SERBELLONUS Cherubinus .	1335.
SANSONIUS Paulus .	1283. & 2026.	SERBELLONUS Franciscus .	1336.
SANTAUGUSTINUS Augustinus .	1909.	SERBELLONUS Gabrius .	1336.
SANTAUGUSTINUS Thomas .	1287. & 2026.	SERBELLONUS Jo. Antonius .	1338. & 2030.
de SAPIA , feu de SAVIA Anricus .	1289.	SERBELLONUS Sigismundus .	1339.
de SAPORITIS Gulielmus .	1289.	SERENIUS Alexius .	1340.
à SARTIANO B. Albertus .	1290. & 2027.	SERENIUS Basilius .	1341. & 2030.
de SAVIA . V. de SAPIA .		SERENIUS Joannes .	1343.
SAULUS B. Alexander .	1293. & 2028.	SERENIUS Maximus .	1343.
SAXIUS Franciscus Hieronymus .	1295.	SERENIUS Vincentius .	1344.
SAYTA Almericus .	1297.	SERONUS Horatius .	1345.
SAYTA Jacobus .	1297.	SERPONTUS Bernardus .	1345. & 2031.
SCACCABAROZZIUS Ambrosius .	1819.	SERPONTUS Georgius .	1346.
SCACCABAROZZIUS Henricus .	1298.	SERTORIUS Bartholomæus .	1346.
SCAMNUS Angelus .	1300.	SERTORIUS Caesar .	1347.
SCANTIUS Joannes Franciscus .	1300.	SESSA Franciscus Bernardinus .	1348. & 2031.
SCARAMPA Camilla .	1301.	SESSA , feu SESSIUS Gerardus .	1349.
SCARAVAGIUS Joannes Baptista .	1302.	SESSA Paula .	1351.
SCLAFENATUS Augustinus .	1819.	SESSIUS . V. SESSA Gerardus .	
SCLAFENATUS Camillus .	1303.	SETA Hippolytus .	1910.
SCLAFENATUS Jo. Baptista .	1304. & 2030.	de SEXTO Guidotus .	1351.
SCOTTUS Bernardinus .	1305.	de SEXTO Joannes Baptista .	1352.
SCOTTUS Bernardinus alter .	1306 & 2030.	de SEXTO Matthias .	1353.
SCROSATUS Caesar .	1307.	SFONDRATA Angelica Agatha .	1353. & 2031.
SEPTALA Ambrosius .	1308.	SFONDRATA Antonia Maria .	1355. & 2032.
SEPTALA Benedictus .	1308.	SFONDRATA Paula .	1356.
SEPTALA Carolus .	1309.	SFONDRATA Paula Antonia .	1357.
SEPTALA Claudius Franciscus .	1311. & 2029.	SFONDRATUS Coelestinus .	1358. & 2032.
SEPTALA Franciscus Maria .	1312.	SFONDRATUS Franciscus .	1361. & 2033.
SEPTALA Henricus .	1312.	SFONDRATUS Joannes .	1365.
SEPTALA Hieronymus .	1316.	SFONDRATUS Nicolaus . V. Gregorius XIV.	
SEPTALA Joannes Baptista .	1318.	SFONDRATUS Paulus .	1366.
SEPTALA Joannes Georgius .	1318.	SFONDRATUS Paulus alter .	1367.
SEPTALA B. Lanfrancus .	1319.	SFONDRATUS Paulus alter .	1911. & 2046.
SEPTALA Ludovicus .	1321.	SFONDRATUS Paulus Aemilius .	1368.
SEPTALA Ludovicus alter .	1322.	SFORTIA Ascanius Maria .	1371. & 2033.
SEPTALA Ludovicus alter .	1327.	SFORTIA Blanca Francisca .	1375.
SEPTALA Manfredus .	1328. & 2029.	SFORTIA Gabriel .	1376.
SEPTALA S. Senator .	1330.	SFOR-	

S Y L L A B U S

SFORTIA Galeacius Maria .	1378. & 2033.	SOVICUS Theodorus .	1429. & 2036.
SFORTIA Hippolyta Maria .	1380. & 2033.	de SPADACINE Annibal .	1430.
SFORTIA Joannes Galeaz Maria .	1381.	SPANZOTUS Franzius .	1430.
SFORTIA Ludovicus Maria .	1383.	SPAROLETTUS Joannes Andreas .	1431.
SFORTIA Mutius .	1387. & 2034.	SPECIANUS Caesar .	1914.
SFORTIA Philippus Maria .	1388.	SPINULA Publius Franciscus .	1431.
SFORTIA Sfortia Maria .	1389. & 2034.	SPREAFICUS Gabriel Maria .	1433.
SICCUS Horatius .	1389.	SPREAFICUS Jacobus .	1916.
SICCUS-BORELLA Joannes Baptista .	1391.	SPREAFICUS Isidorus .	1434.
SICCUS-COMNENUS Marcus Antonius .	1391.	STAMPA Ambrosius .	1434.
SIMONETTA Alexander .	1392. & 2034.	STAMPA Angelus .	1435.
SIMONETTA Bartholomaeus .	1394.	STAMPA Guidus .	1437. & 2036.
SIMONETTA Franciscus .	1395.	STAMPA Hermes .	1438. & 2036.
SIMONETTA Jacobus .	1398. & 2035.	STAMPA Jacobus Maria .	1438.
SIMONETTA Jacobus Philippus .	1400. & 2035.	STAMPA Jacobus Maria Hieronymus .	1439.
SIMONETTA Joannes Jacobus .	1911.	STAMPA Joannes .	1440.
SIMONETTA Ludovicus .	1403.	STAMPA Veronica .	1440.
SIMONETTA Petrus Paulus .	1404.	STATIUS Coecilius .	1441.
SIMONETTA Scipio .	1405.	STATIUS Franciscus .	1443.
S. SIMPLICIANUS .	1407.	STAURENGUS Christophorus Maria .	1444.
de SIRTURIS Hieronymus .	1412.	STRABELLIUS Bernardinus .	1916.
SITONUS Bartholomaeus .	1413.	STRAPPAROLA Joannes Franciscus .	1445.
SITONUS Camillus .	1414.	STRATA Aloyfius .	1445.
SITONUS Camillus alter .	1414.	STRATA Carolus Hieronymus .	1446.
SITONUS Hieronymus .	1417.	STUPPANUS Joannes Petrus .	1446.
SITONUS Joannes Baptista .	1417.	SUARDA Camilla .	1447.
SITONUS Joannes Franciscus .	1419.	SUARDUS Bartholomaeus .	1447.
SITONUS Sebastianus .	1420.	SUARDUS Paulus .	1448.
SOCIACUS Benedictus .	1420.	SUBALIUS Hieronymus Franciscus .	1449.
SOLARIUS, five de SOLARIO Amizio .	1422.	SULBIAGUS Franciscus .	1449.
SOLARIUS Joannes Dominicus .	1423. & 2035.	de SUMMA Carolus Joseph .	1450.
SOLARIUS Isidorus .	1424.	de SUMMA Guido .	1450.
SOREXINA Gabriel .	1912.	SYLVA Bonagrata .	1451.
SOREXINA Menadragus .	1424.	SYLVA Christophorus .	1452.
SOREXINA Petrus .	1425.	SYLVATICUS Joannes Baptista .	1452.
SORMANUS Andreas .	1426.	SYLVATICUS Matthaeus .	1454.
SORMANUS Franciscus .	1820.	SYLVESTER .	1455. & 2036.
SORMANUS Hieronymus .	1426.	SYLVESTER alter .	1456.
SORMANUS Laurentius .	1427.	SYRUS .	1456.
SORMANUS Paulus Antonius .	1820. & 2045.		
SOSSAGUS Benedictus . V. SOCIACUS .			
SOVANIUS Joannes Melchior .	1912.		
SOVICUS Michael .	1428.		

TA-

S C R I P T O R. M E D I O L.

T

T ABERNA Brunorus .	1459. & 2035.
TABERNA Caesar .	1460.
TABERNA Ferdinandus .	1460.
TABERNA Franciscus .	1461. & 2035.
TABERNA Franciscus alter .	1462.
TABERNA Guido .	1463.
TABERNA Joseph .	1463.
TABERNA Ludovicus .	1464.
TABERNA Matthaeus .	1465. & 2036.
TADINUS Alexander .	1466.
TADINUS Hilarion .	1469.
TADINUS Joannes Baptista .	1469.
TADINUS Julius Caesar .	1470.
TAËGIUS Ambrosius .	1470.
TAËGIUS Bartholomaeus .	1472. & 2036.
TAËGIUS Franciscus .	1473.
TANTIUS Anselmus .	1476.
TANTIUS Corniger Franciscus .	1477. & 2035.
TATTUS Hieronymus .	1821.
TATTUS Julius .	1479.
TENCA Galeatius .	1821.
TERZAGUS Aloysius .	1479.
TERZAGUS Augustinus .	1480. & 2037.
TERZAGUS Guido .	1822.
TERZAGUS Hieronymus .	1481.
TERZAGUS Jacobus Philippus .	1482. & 2037.
TERZAGUS Lucilius .	1483.
TERZAGUS Paulus Maria .	1485.
TERZAGUS Ubertus .	1917.
TESTA Franciscus .	1918.
TETTAMANTIUS Caesar .	1486.
THADO .	1487.
THEODORUS .	1488.
THOESCHIUS Antonius .	1489.
THOMAS .	1490.
TIGNOSIUS Angelus Franciscus .	1490.
TIGNOSIUS Raphael .	1491.
TINCTORIUS B. Gerardus .	1492.
TINELLUS Petrus Hieronymus .	1493.

Tom. I.

TIRELLUS Albertus .	1494.
TOLENTINUS Christophorus .	1494.
TOLENTINUS Joannes .	1495.
TONNIUS Joannes .	1496.
TONSUS Benedictus .	1497.
TONSUS Joannes .	1499.
TONSUS Michael .	1502.
TONSUS Tonfus .	1503.
TORCHIUS Hieronymus .	1503.
TORNIELLA Livia .	1505.
TORNIELLUS Carolus .	1506. & 2037.
TOSCANUS Jo. Aloysius .	1506. & 2037.
TOSCANUS Joannes Matthaeus .	1506.
TOSCANUS Laurentius .	1509. & 2038.
TOSCANUS Matthias .	1823.
TOSCANUS Raphael .	1511. & 2038.
TRADATUS Augustinus .	1511.
TRICCIUS Bettinus .	1511.
TRICCIUS Joseph .	1513.
TRICCIUS Paulus .	1513.
à TRIVILIO Franciscus .	1513.
à TRIVILIO Joannes .	1514.
TRIVIOLUS Bartholomaeus .	1514.
TRIVULTIA Domitilla .	1515.
TRIVULTIUS Antonius .	1517.
TRIVULTIUS Augustinus .	1519.
TRIVULTIUS Claudius .	1521.
TRIVULTIUS Franciscus .	1521.
TRIVULTIUS Hieronymus .	1522.
TRIVULTIUS Joannes Antonius .	1523.
TRIVULTIUS Joannes Georgius .	1523.
TRIVULTIUS Joannes Jacobus .	1524. & 2038.
TRIVULTIUS Scaramuccia .	1529. & 2039.
TRIVULTIUS Theodorus .	1530.
TRIVULTIUS Theodorus alter .	1532.
TRONUS Petrus Martyr .	1533.
TROTTUS Joannes Aloysius .	1534.
TROTTUS Joannes Baptista .	1536.
TROTTUS Jo. Baptista alter .	1537. & 2040.
à TURRE Carolus .	1538. & 2040.
TURRIANUS Andreas .	1540.
TURRIANUS Cassonus .	1541.

***** TUR-

S C R I P T O R. M E D I O L.

VICECOMES Joannes Baptista alter .	1616.	de VICOMERCATO Joannes Andreas .	1666.
VICECOMES Joannes Baptista alter .	1616.	de VICOMERCATO Joannes Baptista .	1666.
VICECOMES Joannes Baptista alter .	1619.	de VICOMERCATO Octavius .	1667.
VICECOMES Joannes Baptista alter .	1620.	de VICOMERCATO Pinamons .	1668.
VICECOMES Joannes Baptista alter .	1621.	de VICOMERCATO Stephanardus .	1669.
VICECOMES Joannes Galeacius .	1621. & 2042.	de VICOMERCATO Thaddaeolus .	1671.
VICECOMES Joannes Maria .	1628. & 2042.	VICOMERCATUS Joannes Antonius .	1923.
VICECOMES Joannes Maria alter .	1629.	VIDEMARIUS Joannes .	1672.
VICECOMES Joannes Maria alter .	1629.	VIGNATUS Bonagratia .	1672.
VICECOMES Joannes Petrus .	1630.	de VILIACO Joannes .	1673.
VICECOMES Joseph .	1631.	VILLA Joannes Baptista .	1673.
VICECOMES Joseph Maria .	1632. & 2042.	VILLA Joseph .	1674.
VICECOMES Leander .	1633.	VILLANUS Franciscus .	1675.
VICECOMES Luchinus .	1633.	VILLANUS Joannes .	1675.
VICECOMES Ludovicus Maria .	1634.	VILLANUS Octavius .	1676.
VICECOMES Manfredus .	1635.	VINCEMALA Hercules .	1676.
VICECOMES Matthaeus .	1635.	VINCEMALA Joannes Baptista .	1678.
VICECOMES Mauritius .	1635.	VINCEMALA Joannes Jacobus .	1678.
VICECOMES Modestus .	1636.	VINCEMALA Joseph .	1679.
VICECOMES Nicolaus Maria .	1637.	VINCEMALA Ludovicus .	1679.
VICECOMES Octavius .	1637.	VINCEMALA Octavius .	1680.
VICECOMES Otho .	1638. & 2042.	VINCENTIUS .	1681. & 2042.
VICECOMES Petrus Franciscus .	1922.	VIOTTUS Joannes Baptista .	1681.
VICECOMES Petrus Georgius .	1641.	VIRGINIUS Rufus .	1682.
VICECOMES Philippus .	1642.	UNGARDUS Archangelus .	1924.
VICECOMES Philippus Maria .	1645. & 2042.	URBANUS III. Pont. Max. .	1687. & 2043.
VICECOMES Prosper .	1649.	URSINUS Carolus Franciscus .	1690. & 2044.
VICECOMES Pyrrhus .	1924.	URSINUS de ROMA Julius .	1692.
VICECOMES Rogerius .	1651.	URSIUS Polycarpus .	1694.
VICECOMES Theobaldus Maria .	1651.	USBRAGERIUS Jacobinus .	1695.
VICECOMES Tiburtius .	1653.	WIFREDUS .	1695.
VICECOMES Ubertinus .	1653.	VULPIUS Petrus Maria .	1696.
VICECOMES Vercellinus Maria .	1654.		
VICECOMES Zacharias .	1659.	Z	
VICECOMES de ARAGONIA Galeacius .	1603. & 2041.	ZAPPA Joannes Baptista .	1697.
VICECOMES BORROMAEUS Vitalia-	1657.	ZAVATARIUS Joannes Baptista .	1697.
nus .		ZENALIUS Joannes Petrus .	1698.
VICECOMES BORROMAEUS Vitalia-	1658.	ZENUS Franciscus .	1699.
nus alter .		ZERBUS Joannes Antonius .	1700.
de VICOMERCATO Antonius .	1660.	ZUCCHETTUS Joannes .	1925.
de VICOMERCATO Benedicta .	1660.	ZUCCHIA Anna Maria .	1825.
de VICOMERCATO Franciscus .	1661.	ZUCCHINETTUS Dominicus .	1701.
de VICOMERCATO Franciscus Bernardi-	1663.	ZUCCHIUS Bartholomaeus .	1702. & 2043.
nus .		ZUCCHIUS Caesar Augustinus .	1705.
de VICOMERCATO Joannes .	1664.	SYLLA-	

S Y L L A B U S
SCRIPTORUM EXTERORUM,
SED MEDIOLANENSIBUS ADJICIENDI,
PER COGNOMINA DIGESTUS.

A NTIQUARIUS Jacobus .	Col. 2055.	MENOCHIUS Jacobus .	Col. 2128.
ASELIUS Gaspar .	2058.	MERCORUS Julius .	2131.
BAYPHIUS Bartholomaeus .	2059.	MERULA Gaudentius .	2132.
BARZIZIUS Gasparinus .	2061.	MERULA Georgius .	2134.
BARZIZIUS Guinifortus .	2064.	de NIGRIS Stephanus .	2137.
BELLONUS Carolus .	2066.	OLDOINUS Tydeus .	2137.
BELLONUS Paulus .	2066.	OLDOINUS Ziliolus .	2139.
BERSANUS Bartholomaeus .	2068.	PARAVICINUS Fabricius .	2141.
BONETTUS Petrus Paulus .	2069.	PARAVICINUS Petrus Paulus .	2141.
BORGOGNI Gherardus .	2070.	PERBONUS Hieronymus .	2142.
BORSERIUS Hieronymus .	2071.	PHILALTHAEUS Lucillus .	2144.
BOSCALINUS Jacobus .	2072.	PICENARDUS Octavianus .	2146.
BRACHIUS Jacobus .	2074.	PICENARDUS Sigismundus .	2147.
CALVINUS Julius Caesar .	2075.	PORRUS Protasius .	2148.
CALVUS Maximilianus .	2075.	PUTEUS Jacobus .	2146.
CAMUTIUS Andreas .	2075.	ROSSIGNOLUS Carolus Gregorius .	2149.
CARENA Caesar .	2077.	ROSSIGNOLUS Gregorius .	2151.
CAROELLUS Placidus Aloysius .	2078.	RUBEUS de ARAGONIA Augustinus .	2152.
CASTILLIONAEUS Balthassar .	2081.	RUBINUS Alexander .	2153.
CATTANEUS Papyrius .	2086.	SALAZARIUS Didacus .	2153.
CERESOLUS Carolus Franciscus .	2087.	SEMENTIUS Joseph Hieronymus .	2155.
CHALCONDYLES Demetrius .	2090.	SICCUS Nicolaus .	2158.
CLARUS Julius .	2093.	SIMONETTA Bonifacius .	2160.
de COLLA Martinus .	2095.	SIMONETTA Cicchus .	2163.
CROTTA Petrus Joseph .	2098.	SIMONETTA Joannes .	2169.
DECEMBRIUS Petrus Candidus .	2099.	SPECIANUS Joannes Baptista .	2172.
DECEMBRIUS Ubertus .	2106.	STAMPA Joannes Petrus .	2174.
DONDEUS Joseph .	2109.	STAMPA Joseph Maria .	2175.
DULCINUS Stephanus .	2109.	TACCO , seu TACCONUS Balthassar .	2177.
FERRARIUS Julius Æmilius .	2111.	TORNIELLA Julia .	2178.
GALESINUS Petrus .	2113.	TORNIELLUS Augustinus .	2179.
GOSELINUS Julianus .	2119.	TRANCHEDINUS Franciscus Antonius .	2180.
LEO Petrus .	2123.	TREVISIUS Andreas .	2181.
MAYNOLDUS GALARATUS Jacobus .	2123.	VALLA Georgius .	2181.
MEDIOBARBUS BIRAGUS Franciscus .	2127.	VIGNATUS Ludovicus .	2185.

SYLLA-

SYLLABUS SCRIPTORUM MEDIOLANENSIIUM

PER NOMINA DIGESTUS.

A

<p>AARON Battalea . Col. 1731. & 2043.</p> <p>ABLATICUS Marcellinus . 857.</p> <p>ADEODATUS Pafinus . 1043.</p> <p>ADOSADUS Bultraphius , feu Boltraphius . 236.</p> <p>ADRIANUS. V. HADRIANUS .</p> <p>AEGIDIUS Boffius . 206.</p> <p>AEGIDIUS Confonius . 456.</p> <p>AEGIDIUS MARIA Boffius . 207.</p> <p>AEMILIANUS Castillionaeus . 345.</p> <p>ALBERTUS Arena . 1727.</p> <p>ALBERTUS Cagatofficus . 256.</p> <p>ALBERTUS de Carate . 290.</p> <p>ALBERTUS Castellanus . 339.</p> <p>ALBERTUS Gryphius . 707.</p> <p>ALBERTUS Marlianus . 860.</p> <p>ALBERTUS Pecorellus . 1051.</p> <p>ALBERTUS Robius . 1239.</p> <p>B. ALBERTUS de Sartiano . 1290. & 2027.</p> <p>ALBERTUS Tirellus . 1494.</p> <p>B. ALBINUS . 19. & 1934.</p> <p>ALEXANDER II. Pont. Max. 33. & 1936.</p> <p>ALEXANDER V. Pont. Max. 35. & 1938.</p> <p>ALEXANDER Archintus . 63.</p> <p>ALEXANDER Archintus alter . 1725.</p> <p>ALEXANDER à Busto . V. ALEXANDER Crespius .</p> <p>ALEXANDER Cacciator . 254.</p> <p>ALEXANDER de Comitibus . 443.</p> <p>ALEXANDER Confalonarius . 1865.</p> <p>ALEXANDER Corius . 1867.</p> <p>ALEXANDER Crespius . 500.</p> <p>ALEXANDER Cribellus . 504.</p> <p>ALEXANDER à S. Francisco . V. LUDOVICUS Valotta .</p> <p>ALEXANDER Gherardinus . 678.</p>	<p>ALEXANDER Litta . 804.</p> <p>ALEXANDER Madernus . 827.</p> <p>ALEXANDER Madernus alter . 828.</p> <p>ALEXANDER Panigarola . 1026.</p> <p>ALEXANDER Paravicinus . 1037.</p> <p>ALEXANDER Paravicinus alter . 1799.</p> <p>ALEXANDER Perlasca . 1060.</p> <p>ALEXANDER Porrus . 1113.</p> <p>ALEXANDER Puricellus . 1133.</p> <p>ALEXANDER Pufferla . 1144.</p> <p>ALEXANDER Rhaudensis . 1211. & 2022.</p> <p>ALEXANDER Rovidius . 1246.</p> <p>B. ALEXANDER Saulus . 1293. & 2028.</p> <p>ALEXANDER Simonetta . 1392. & 2034.</p> <p>ALEXANDER Tadinus . 1466.</p> <p>ALEXANDER Vicecomes . 1589. & 2040.</p> <p>ALEXANDER MARIA Borfa . 203. & 1960.</p> <p>ALEXANDER MARIA Briantus . 227.</p> <p>ALEXIUS Ledesma . 792.</p> <p>ALEXIUS Serenius . 1340.</p> <p>ALMERICUS Sayta . 1297.</p> <p>de S. ALOSIO . V. HENRICUS Rampinus .</p> <p>ALOYSIUS Bariola . 122. & 1947.</p> <p>ALOYSIUS Boffius . 207. & 1960.</p> <p>ALOYSIUS Brippius . 227.</p> <p>ALOYSIUS Camerarius . 265.</p> <p>ALOYSIUS de Capitaneis . 278.</p> <p>ALOYSIUS Capra . 283.</p> <p>ALOYSIUS Castillionaeus . 345.</p> <p>ALOYSIUS Cufanus . 534.</p> <p>ALOYSIUS Figinus . 621.</p> <p>ALOYSIUS Homodeus . 719.</p> <p>ALOYSIUS Homodeus alter . 719.</p> <p>ALOYSIUS Marlianus . 861. & 2004.</p> <p>ALOYSIUS Marlianus alter . 1889.</p> <p>ALOYSIUS Pionnus . 1086. & 2016.</p>
---	---

S Y L L A B U S

ALOYSIUS Pirovanus .	1088.	AMBROSIUS Stampa .	1434.
ALOYSIUS Plantanida .	1095.	AMBROSIUS Taëgius .	1470.
ALOYSIUS de S. Petro .	1910.	AMBROSIUS Varifius .	1572.
ALOYSIUS Strata .	1445.	AMBROSIUS LUCAS Cribellus .	1764.
ALOYSIUS Terzagus .	1479.	AMBROSIUS MARIA à Sancta Barbara . V. JOANNES DOMINICUS Solarius .	
ALOYSIUS Varifius .	1571.	AMIZIO Solarius , five de Solario .	1422.
ALPHONSUS Bertarellus .	1737.	ANASTASIA Cotta .	1870.
ALPHONSUS Befutius .	1737.	ANASTASIUS à S. Carolo . V. FRAN- CISCUS Beccaria .	
ALPHONSUS Corradus .	1869.	ANASTASIUS Platus .	1100.
ALPHONSUS Crucejus .	515.	ANDREAS .	1830.
ALPHONSUS Gallaratus .	658.	ANDREAS Alciatus .	22. & 1935.
ALPHONSUS Litta .	805. & 2001.	ANDREAS Billius, feu de Bibiis .	159. & 1952.
ALPHONSUS Litta alter .	807.	ANDREAS Bonfantus .	1846.
ALPHONSUS Oldradus .	1001.	ANDREAS Bonus .	190.
ALPHONSUS Raynoldus .	1190.	ANDREAS Borromaeus .	191.
ALPHONSUS Riccius .	1815.	ANDREAS Boffius .	1847.
ALPHONSUS Vicecomes .	1589.	ANDREAS de Cantiano .	273.
ALPHONSUS MARIA Raftellus .	1185.	ANDREAS Carpanus .	1859.
S. AMBROSIUS .	41. & 1939.	ANDREAS Cafanova .	325.
AMBROSIUS alter .	44. & 1940.	ANDREAS Gluffianus .	690.
AMBROSIUS alter .	44.	ANDREAS Magnus .	1888.
AMBROSIUS alter .	44.	ANDREAS Manriquiùs .	1888.
AMBROSIUS alter .	1715.	ANDREAS Mendrifius .	1892.
AMBROSIUS de Aliprandis .	39.	ANDREAS à Modoëtia .	934.
AMBROSIUS Biffius .	154.	ANDREAS Pictorius .	1084.
AMBROSIUS Borronus .	202.	ANDREAS Pufferla .	1805.
AMBROSIUS Boffius .	207. & 1960.	ANDREAS Radaëllus .	1168. & 2021.
AMBROSIUS de Buffero .	243.	ANDREAS Sormanus .	1426.
AMBROSIUS Calimerus .	262.	ANDREAS Turrianus .	1540.
AMBROSIUS Canobius .	271.	ANDREAS Vicecomes .	1590.
AMBROSIUS Carcanus .	296.	ANGELA FLAMINIA Confaloneria .	1864.
AMBROSIUS de Cavalleriis .	406.	ANGELICA AGATHA Sfondrata .	1353. & 2031.
AMBROSIUS Cavenagus .	408.	ANGELICUS .	46. & 1940.
AMBROSIUS de Comitibus .	444.	ANGELICUS Radaëllus .	1169.
AMBROSIUS Ferrarius .	597.	ANGELUS Aelius , feu Ellenfis .	5.
AMBROSIUS Griphius .	708.	ANGELUS Candianus .	267. & 1965.
AMBROSIUS Magnagus .	1888.	ANGELUS Cantonus .	275.
AMBROSIUS Rataggius .	1185.	ANGELUS Castillionaeus .	346.
AMBROSIUS Recalcatus .	1808.	ANGELUS Decembrius .	547. & 1985.
AMBROSIUS de Rufconibus .	1266.		
AMBROSIUS Scaccabarozzius .	1819.		
AMBROSIUS Septala .	1308.		

AN-

S C R I P T O R. M E D I O L.

ANGELUS à Ferno .	594.	ANONYMUS XVII.	53.
ANGELUS de Frescarolo .	646.	ANONYMUS XVIII.	54.
ANGELUS à Jesu Maria . V. GEORGIUS Stampa .		ANONYMUS XIX.	54.
ANGELUS de Lavello .	1886.	ANONYMUS XX.	54.
ANGELUS Mutonus .	983. & 2010.	ANONYMUS XXI.	54.
ANGELUS Purinellus .	1143.	ANONYMUS XXII.	55.
ANGELUS Scamnus .	1299.	ANONYMUS XXIII.	55.
ANGELUS Stampa .	1435.	ANONYMUS XXIV.	55.
ANGELUS ANTONIUS Bellagatta .	1733.	ANONYMUS XXV.	55.
ANGELUS BENEDICTUS Crescentinus .	498.	ANONYMUS XXVI.	56.
ANGELUS FRANCISCUS Tignosius .	1490.	ANONYMUS XXVII.	56.
ANGELUS JOSEPH Verganus .	1586.	ANONYMUS XXIX.	1718.
ANGELUS MARIA Alchifius .	1712.	ANONYMUS XXX.	1718.
ANGELUS MARIA Paravicinus .	1037.	ANONYMUS XXXI.	1718.
ANGELUS MARIA à Sancto Philippo . V. ANGELUS MARIA Quadrius .		ANONYMUS XXXII.	1719.
ANGELUS MARIA Quadrius .	1161. & 2019.	ANONYMUS XXXIII.	1720.
ANGELUS PIUS Chiappanus .	427.	ANONYMUS XXXIV.	1720.
ANGILBERTUS Pusterla .	1144.	ANONYMUS XXXV.	1720.
ANNA MARIA Zucchia .	1825.	ANONYMUS XXXVI.	1721.
ANNIBAL Balsamus .	115.	ANONYMUS XXXVII.	1721.
ANNIBAL Crucejus .	516. & 1983.	ANONYMUS XXXVIII.	1722.
ANNIBAL Porronus .	1111.	ANONYMUS XXXIX.	1722.
ANNIBAL de Spadacine .	1430.	ANONYMUS XL.	1723.
ANONYMA .	1717.	ANONYMUS XLI.	1723.
ANONYMUS I.	49.	ANONYMUS XLII.	1724.
ANONYMUS II.	49.	ANONYMUS XLIII.	1724.
ANONYMUS III.	49.	ANONYMUS XLIV.	1724.
ANONYMUS IV.	49.	ANONYMUS XLV.	1831.
ANONYMUS V.	49.	ANONYMUS XLVI.	1831.
ANONYMUS VI.	50.	ANONYMUS XLVII.	1831.
ANONYMUS VII.	50.	ANONYMUS XLVIII.	1832.
ANONYMUS VIII.	50.	ANONYMUS XLIX.	1832.
ANONYMUS IX.	51.	ANONYMUS L.	1832.
ANONYMUS X.	51.	ANONYMUS LI.	1832.
ANONYMUS XI.	51.	ANONYMUS LII.	1833.
ANONYMUS XII.	52.	ANONYMUS LIII.	1833.
ANONYMUS XIII.	52.	ANONYMUS LIV.	1833.
ANONYMUS XIV.	52.	ANONYMUS LV.	1833.
ANONYMUS XV.	52.	ANONYMUS LVI.	1833.
ANONYMUS XVI.	53.	ANRICUS de Sapia , feu de Savja .	1289.
	53.	ANSELMUS de Badagio . V. ALEXAN. DER II, Pont. Max.	

S. AN-

S Y L L A B U S

S. ANSELMUS de Badagio alter .	111.	ANTONIUS Moneta .	1895.
ANSELMUS de Mandello .	845.	ANTONIUS Olgiatus .	1006.
ANSELMUS Rotius .	1818.	ANTONIUS Orobonus .	1013.
ANSELMUS Tantius .	1476.	ANTONIUS Pelottus .	1054 & 2013.
ANSELMUS de Valvafforibus .	1563. & 2039.	ANTONIUS Pessina .	1063.
ANSPERTUS .	56.	ANTONIUS Princivallis Carera .	318.
ANTHELMUS Casa-Blanca .	325.	ANTONIUS Pusterla .	1145.
ANTONELLUS Arciboldus .	78.	ANTONIUS Ramponus .	1173.
ANTONIA MARIA Sfondrata .	1355. & 2032.	ANTONIUS Recalcatus .	1810.
ANTONIOLUS Resta . V. ANTONIUS .		ANTONIUS Recenates .	1197.
ANTONIUS .	59.	ANTONIUS Regna , five Reyna .	1198.
ANTONIUS Albertallus .	17.	ANTONIUS , seu ANTONIOLUS Resta .	1203. & 2022.
ANTONIUS Albutius .	19.	ANTONIUS Rhaudensis .	1213. & 2023.
ANTONIUS de Angleria .	46.	ANTONIUS Rubeus .	1254.
ANTONIUS Averanus .	108.	ANTONIUS Rufca .	1263. & 2026.
ANTONIUS Bendonus .	1734.	ANTONIUS Salmatia .	1273.
ANTONIUS Blaguazonus .	177. & 1955.	ANTONIUS Sanfonius .	1283. & 2026.
ANTONIUS Bossius .	208.	ANTONIUS Thoëfchius .	1489.
ANTONIUS de Canaro .	267. & 1965.	ANTONIUS Trivultius .	1517.
ANTONIUS Canobius .	271.	ANTONIUS de Vicomercato .	1660.
ANTONIUS Carinus .	319. & 1970.	ANTONIUS FRANCISCUS Raynerius .	1187. & 2021.
ANTONIUS Carifius .	319.	ANTONIUS MARIA Affaitatus .	6.
ANTONIUS Choërez .	428. & 1978.	ANTONIUS MARIA Ferrarius .	597.
ANTONIUS de Comitibus .	444.	ANTONIUS MARIA Macinagus .	1887.
ANTONIUS Confalonarius .	453.	ANTONIUS MARIA Orignonus .	1010.
ANTONIUS Craffus .	1762.	ANTONIUS MARIA Pavarus .	1146.
ANTONIUS Cremona .	497.	ANTONIUS MARIA Venuftus .	1583. & 2040.
ANTONIUS , seu JOANNES ANTONIUS Cufanus .	534.	ANTONIUS MARIA Vicecomes .	1592.
ANTONIUS Gagliardi de Rota .	650. & 1993.	APOLLINARIS Vicecomes .	1921.
ANTONIUS à Gallarato . V. ANTONIUS Mafera .		APOLLONIUS Menabenus .	921.
ANTONIUS Gallaratus .	1877.	AQUILINUS Coppinus .	461. & 1980.
ANTONIUS Giggæus .	685.	AQUILINUS à S. Petro . V. CAESAR Sertorius .	
ANTONIUS Gluffianus .	1776.	ARAMANINUS de Alamannis .	13.
ANTONIUS de Gradibus .	699.	ARASMUS de Aliprandis .	40. & 1938.
ANTONIUS Gryphius .	1882.	ARATOR .	60.
ANTONIUS de Judicibus .	747.	B. ARCHANGELA Panigarola .	1027.
ANTONIUS Langlois .	783.	ARCHANGELA GABRIELLA Viceco- mes .	1592.
ANTONIUS Mafera .	882.	ARCHANGELUS Compatius .	1856.
ANTONIUS de Maffa .	883.		
ANTONIUS Mediobarbus .	1891.		
B. ANTONIUS à Modoëtia .	934.		

AR-

S C R I P T O R. M E D I O L.

ARCHANGELUS à Gallarato .	658.	AUGUSTINUS Tradatus .	1511.
ARCHANGELUS Gibellinus .	685.	AUGUSTINUS Trivultius .	1519.
ARCHANGELUS Madrignanus .	829. & 2002.	AUGUSTUS Barbovius .	1838.
ARCHANGELUS à S. Nicolao .	V. NICOLAUS Moltrafius .	AUGUSTUS Botta .	221.
ARCHILEUS Carcanus .	296.	AYCARDUS Antimianus .	58.
ARDICIO de Concoregio .	1753.	B	
ARDICIO Rivoltella .	1816.	BALTHASSAR Caepolla .	1745.
ARDRICUS, feu ARDERICUS Caffina .	338.	BALTHASSAR Capra .	284.
S. ARIALDUS Alciatus .	27.	BALTHASSAR Castillionaeus .	1861.
ARIALDUS de Badagio .	1729.	BALTHASSAR à Castro Befutio .	1748.
ARIBERTUS .	95.	BALTHASSAR de Fidelibus .	618.
ARNULPHUS .	101. & 1948.	BALTHASSAR Paravicinus .	1038. & 2013.
ARNULPHUS alter .	102.	BALTHASSAR Rafinus .	1184.
ARSILIUS de Rhaude .	786.	BALTHASSAR Ruginellus .	1261.
ASCALEON à Valle .	1919.	BAPTISTA Vastamilus .	1577.
ASCANIUS Centorius de Hortensius .	409. & 1976.	BARTHOLINUS de Valvafforibus .	1564.
ASCANIUS Mozzonus .	976.	BARTHOLOMAEUS .	1447.
ASCANIUS Ordeus .	1009.	BARTHOLOMAEUS Arefius .	86.
ASCANIUS MARIA Sfortia .	1371. & 2033.	BARTHOLOMAEUS Arefius alter .	88.
ASTULPHUS Lampugnanus .	756.	BARTHOLOMAEUS de Argentis .	94.
ATTILIUS Arrigonus .	1836.	BARTHOLOMAEUS Affander .	107.
ATTILIUS Petrasancta .	1800.	BARTHOLOMAEUS Bonfignorius Butus .	1847.
AUGUSTINUS Arefius .	86.	BARTHOLOMAEUS Caimus .	257.
AUGUSTINUS Beretta .	138.	BARTHOLOMAEUS Canalis .	266.
AUGUSTINUS Bonacina .	187.	BARTHOLOMAEUS Capra .	284. & 1966.
AUGUSTINUS de Castano .	339. & 2047.	BARTHOLOMAEUS Capra alter .	285.
AUGUSTINUS Comus, feu de Cumis .	450.	BARTHOLOMAEUS Capra alter .	1747.
AUGUSTINUS Curtius .	523.	BARTHOLOMAEUS à Sancto Carolo .	V. JOANNES BAPTISTA Bafcius .
AUGUSTINUS Cufanus .	535.	BARTHOLOMAEUS Castillionaeus .	347.
AUGUSTINUS Gambarellus .	667.	BARTHOLOMAEUS Cavallerius .	1862.
AUGUSTINUS Ifimbardus .	2048.	BARTHOLOMAEUS Chalcus .	420.
AUGUSTINUS Lampugnanus .	756. & 1997.	BARTHOLOMAEUS Craffus .	491. & 1981.
AUGUSTINUS Panigarola .	1028.	BARTHOLOMAEUS Curtius .	529. & 1983.
AUGUSTINUS Paravicinus .	1038.	BARTHOLOMAEUS Ferrarius .	598.
AUGUSTINUS à S. Paulo .	V. JOANNES AUGUSTINUS Bertarellus .	BARTHOLOMAEUS Ferrarius alter .	598. & 1990.
AUGUSTINUS Ramellus .	1170.	BARTHOLOMAEUS Gavantus .	672.
AUGUSTINUS Santauguffinus .	1909.	BARTHOLOMAEUS Marlianus .	863.
AUGUSTINUS Sclafenatus .	1819.	BARTHOLOMAEUS Maynerius .	885.
AUGUSTINUS Terzagus .	1480. & 2037.		

Tom. I.

S Y L L A B U S

BARTHOLOMAEUS Meda .	1890.	BENEDICTUS Sociacus .	1420.
BARTHOLOMAEUS Meltius .	915.	BENEDICTUS Tonfus .	1497.
BARTHOLOMAEUS Moronus .	968.	BENIGNUS .	137. & 1949.
BARTHOLOMAEUS Mozzonus .	977.	BENIGNUS Gryfonianus .	713.
BARTHOLOMAEUS Petrasancta .	1065.	BERNABAS Barbovius .	120.
BARTHOLOMAEUS Pusterla .	1147. & 2019.	BERNABOS Carcanus .	297.
BARTHOLOMAEUS Rattus .	1905.	BERNARDINUS .	1843.
BARTHOLOMAEUS Recalcatus .	1810.	BERNARDINUS Arlunus .	98.
BARTHOLOMAEUS Rozzonus .	1250. & 2025.	BERNARDINUS Baldinus .	112.
BARTHOLOMAEUS Sertorius .	1346.	BERNARDINUS Bertolius .	146.
BARTHOLOMAEUS Simonetta .	1394.	BERNARDINUS Boffius .	1848.
BARTHOLOMABUS Sironus .	1413.	B. BERNARDINUS de Buftis .	244. & 1964.
BARTHOLOMAEUS Taëgius .	1472. & 2036.	B. BERNARDINUS Caimus .	258.
BARTHOLOMAEUS Triviolus .	1514.	BERNARDINUS Corius .	465.
BARTHOLOMAEUS à Valle .	1559.	BERNARDINUS Fernus .	1770.
BARTHOLOMAEUS Vicecomes .	1594. & 2041.	BERNARDINUS Fernus de Brusfatori-	
BARTHOLOMAEUS Zucchius .	1702. & 2043.	bus .	594. & 1987.
BASILIIUS Alamannus .	13. & 1932.	BERNARDINUS Innocentius .	738.
BASILIIUS Bertuccius .	147.	BERNARDINUS Landrianus .	770.
BASILIIUS Ferrarius .	599.	BERNARDINUS Luinus .	815.
BASILIIUS Menabenus .	1891.	BERNARDINUS Marlianus .	864.
BASILIIUS Pusterla .	1903.	BERNARDINUS à Modoëtia .	935.
BASILIIUS Serentius .	1341. & 2030.	BERNARDINUS Moronus .	969. & 2010.
BASSIANUS Cattenagus .	406.	BERNARDINUS Porta .	1126.
BELTRAMINUS Gironus .	687.	BERNARDINUS Roffignolus .	1244.
BELTRAMUS de Galante .	655.	BERNARDINUS Scottus .	1305.
BENEDICTA .	1734.	BERNARDINUS Scottus alter .	1306. & 2030.
BENEDICTA Bimia .	162.	BERNARDINUS Strabellius .	1916.
BENEDICTA de Vicomercato .	1660.	BERNARDUS Cribellus .	505.
S. BENEDICTUS .	136.	BERNARDUS Porrus .	1115.
BENEDICTUS Alciatus .	28.	BERNARDUS Puteobonellus .	1152.
BENEDICTUS Arefius .	89.	BERNARDUS Raynoldus .	1905.
BENEDICTUS Bellabucca .	134.	BERNARDUS Serpontus .	1345. & 2031.
BENEDICTUS de Bernadigio .	143.	BERNARDUS MARIA Amicus , feu de	
BENEDICTUS Bizozerus .	174.	Amicis .	44.
BENEDICTUS Cantianus .	274.	BEROLDUS .	144.
BENEDICTUS Castellus .	341.	BERTRANDUS .	147.
BENEDICTUS Cinquanta .	433. & 1958.	BETTINUS Triccus .	1511.
BENEDICTUS Melliavacca .	914. & 2007.	BLANCA de Balsamo .	1837.
BENEDICTUS Robius .	1240.	BLANCA FRANCISCA Sfortia .	1375.
BENEDICTUS Sanbenedictus .	1277.	BLANCA MARIA Vicecomes .	1593.
BENEDICTUS Septala .	1308.	BLASIIUS de Comitibus .	444.
		BLA-	

S C R I P T O R . . M E D I O L I .

BLASIUS Guenzatus .	714.	CAESAR Lampugnanus .	760.
BONACURSUS .	189.	CAESAR Landrianus .	771.
BONAGRATIA Gluffianus .	1777.	CAESAR Marasca .	855.
BONAGRATIA Sylva .	1451.	CAESAR Millefantius .	927.
BONAGRATIA Vignatus .	1672.	CAESAR Montius .	948. & 2008.
BONAVENTURA Burattus .	1744.	CAESAR Moriggia .	1896.
BONAVENTURA Castillionaeus .	348.	CAESAR de Nigris .	992.
BONAVENTURA Cavallerius .	406. & 1975.	CAESAR Paganus .	1017. & 2011.
BONAVENTURA ab Herba .	1883.	CAESAR Parona .	1042. & 2013.
BONAVENTURA Paravicinus .	1799.	CAESAR Pecchius .	1049.
BONAVENTURA à Sancta Rofalia .		CAESAR de Perego .	1900.
V. FRANCISCUS XAVERIUS Benalius .		CAESAR Picinellus .	1073.
BONIFACIUS Vicecomes .	1595.	CAESAR Regna .	1199.
BONIFORTUS Pusterla .	1147.	CAESAR Rincius .	1225.
BONINCONTRUS Moriggia .	961.	CAESAR de Riparia .	1232.
BONINUS Mombritius .	939. & 2007.	CAESAR Rovidius .	1247.
BONVICINUS Ripa .	1226. & 2024.	CAESAR Saccus .	1269.
BONUS ALOYSIUS Crucejus .	1872.	CAESAR Scrofatus .	1307.
BOSCHINUS de Angleria .	1830.	CAESAR Sertorius .	1347.
BOSCHINUS Mantegatia .	852.	CAESAR Specianus .	1914.
BRANDA Burrus .	237.	CAESAR Taberna .	1460.
BRANDA Castillionaeus .	350. & 1974.	CAESAR Tetramantius .	1486.
BRANDA Castillionaeus alter .	353.	CAESAR AUGUSTINUS Zucchius .	1705.
BRANDA Castillionaeus alter .	354.	CAMBIUS Boffius .	208.
BRANDA Porrus .	1115.	CAMILLA Rhaudensis .	1215.
BRANDA FRANCISCUS Castillionaeus .	354.	CAMILLA Scarampa .	1301.
BROCUS de Judicibus .	747.	CAMILLA Suarda .	1447.
BRUNORUS Taberna .	1459. & 2035.	CAMILLUS de Advocatis .	4. & 1931.
BRUTIUS Vicecomes .	1595.	CAMILLUS Agrippa .	7. & 1932.
C			
CAECILIA Gallarana .	655.	CAMILLUS Ballianus , feu Balbianus .	114.
CAESAR Baroffius .	1838.	CAMILLUS Boffius .	209.
CAESAR Battalea .	130.	CAMILLUS de Capitaneis .	278.
CAESAR Bergamius .	141. & 1949.	CAMILLUS de Capitaneis de Figino .	1857.
CAESAR Blancus .	1845.	CAMILLUS Castillionaeus .	355.
CAESAR Bologninus Attendulus .	187.	CAMILLUS Ghilinus .	680.
CAESAR Burrus .	238. & 1963.	CAMILLUS Manara .	844.
CAESAR Caefarianus .	255. & 1963.	CAMILLUS Meltius .	916.
CAESAR Canobius .	272.	CAMILLUS Patellanus ,	1045. & 2013.
CAESAR Gallaratus .	659.	CAMILLUS de Perego .	1054.
CAESAR de Judicibus .	747. & 1997.	CAMILLUS Porrus .	1116.
		CAMILLUS Pusterla .	1148.
		CAMILLUS Raverta .	1186.

CA-

S Y L L A B U S

CAMILLUS Rhaudenfis .	1216.	CAROLUS AMBROSIUS Cuchinus .	526.
CAMILLUS Sclafenatus .	1303.	CAROLUS ANDREAS Bassus .	126.
CAMILLUS Sitonus .	1414.	CAROLUS ANDREAS Drallus .	562.
CAMILLUS Sitonus alter .	1414.	CAROLUS ANTONIUS Agudius .	8.
CAROLUS Agudius .	7. & 1932.	CAROLUS ANTONIUS Aioldus .	1829.
CAROLUS Archintus .	64.	CAROLUS ANTONIUS Archintus .	68.
CAROLUS Archintus alter .	65.	CAROLUS ANTONIUS Cameronus .	1746.
CAROLUS Arconatus .	1835.	CAROLUS ANTONIUS Cafnedi .	334.
CAROLUS Barbavara .	1729.	CAROLUS ANTONIUS Cerrus .	412.
CAROLUS à Basilica Petri .	124. & 1947.	CAROLUS ANTONIUS Geffaga .	1773.
CAROLUS Bebulchus .	1841.	CAROLUS BARTHOLOMAEUS de Platea .	1697.
8. CAROLUS Borromaeus .	192. & 1958.	CAROLUS BENEDICTUS Bizozerus .	175.
CAROLUS Boffius .	209.	CAROLUS CAESAR Hofius .	725.
CAROLUS Carcaffola .	306.	CAROLUS EMMANUEL Maldura .	1781.
CAROLUS Corius .	468.	CAROLUS FRANCISCUS Aioldus .	10.
CAROLUS Cornacciolus .	471.	CAROLUS FRANCISCUS Beccaria .	133.
CAROLUS Costa .	1869.	CAROLUS FRANCISCUS Ceva .	415. & 1976.
CAROLUS Gallaratus .	660.	CAROLUS FRANCISCUS de Clericis .	1751.
CAROLUS Gallaratus alter .	661.	CAROLUS FRANCISCUS Mangonius .	846.
CAROLUS Ghioldus .	1776. & 2044.	CAROLUS FRANCISCUS de Varifio .	1570.
CAROLUS Goranus .	698.	CAROLUS FRANCISCUS Urfinus .	1590. & 2044.
CAROLUS de Gorgonzola .	698.	CAROLUS HIERONYMUS Bellanus .	1842.
CAROLUS Jacomettus .	1883.	CAROLUS HIERONYMUS Cavatius .	407.
CAROLUS Lampugnanus .	1883.	CAROLUS HIERONYMUS Strata .	1446.
CAROLUS Manonus .	850.	CAROLUS HYACINTHUS Gariboldus .	669.
CAROLUS Moneta .	941. & 2008.	CAROLUS JO. BAPTISTA Ferrarius .	1875.
CAROLUS Moneta alter .	942.	CAROLUS JOSEPH Cattaneus .	1749.
CAROLUS Morafcus .	959.	CAROLUS JOSEPH Gerenzanus .	677.
CAROLUS Pagnanus .	1019.	CAROLUS JOSEPH Imbonatus .	737. & 1997.
CAROLUS Patellanus .	1045.	CAROLUS JOSEPH Origonus .	1010. & 2011.
CAROLUS Petrasancta .	1065. & 2014.	CAROLUS JOSEPH à Summa .	1450.
CAROLUS Pinus .	1085.	CAROLUS JOSEPH MARIA Regna .	1200.
CAROLUS Pirovanus .	1902.	CAROLUS MARIA Gradignanus .	702.
CAROLUS Proferpius .	1131.	CAROLUS MARIA Maddius .	822. & 2001.
CAROLUS Puteus de Perego .	1155.	CAROLUS MARIA Perugia .	1063.
CAROLUS Rancatus .	1174. & 2021.	CAROLUS MARIA Porcara .	1903.
CAROLUS Rovellus .	1244. & 2025.	CAROLUS MATTHAEUS Marchesonius .	858.
CAROLUS Septala .	1309.	CAROLUS OCTAVIANUS Vianus .	1920.
CAROLUS Torniellus .	1506. & 2037.	CAROLUS STEPHANUS Litta .	808.
CAROLUS à Turre .	1538. & 2040.	CAROLUS STEPHANUS Rampinus .	1171.
CAROLUS Vicecomes .	1597. & 2041.		
CAROLUS AMBROSIUS Cattaneus .	397.		

CA-

SCRIPTOR. MEDIOL.

CAROLUS THOMAS Bazetta .	1839.	CLAUDIUS Trivultius .	1521.
CASSIANUS à Sancto Elia . V. JOAN- NES BAPTISTA Pallavicinus .		CLAUDIUS FRANCISCUS Septala .	1311. & 2029.
CASSIANUS Paravicinus .	1039.	CLEMENS Caprettus .	1858.
CASSONUS Turrianus .	1541.	CLEMENS Castillionaeus .	357. & 1974.
CATTELLIANUS Cotta .	483. & 1980.	COECILIUS Staius .	1441.
CATHARINA Vicecomes .	1599.	COELESTINUS IV. Pont. Max. .	440.
CELSUS Confalonarius .	454.	COELESTINUS Sfondratus .	1358. & 2032.
CELSUS Dugnanus .	562.	COMES Cafatus .	326. & 1971.
CELSUS Quattrocase .	1163.	CONRADUS de Bernadigio .	143.
CHERUBINUS Cafatus .	326.	CONRADUS de Concoregio .	450.
CHERUBINUS Ferrarius .	600.	CONRADUS Confalonarius .	454.
CHERUBINUS Serbellonus .	1335.	CONRADUS Corrigius .	481.
CHRISTOPHORUS .	429.	CONRADUS Manlius .	848.
CHRISTOPHORUS Barella .	122.	CONSTANTIUS .	458.
CHRISTOPHORUS Burrus .	238. & 1964.	CONSTANTIUS alter .	459.
CHRISTOPHORUS Cambiagus .	265.	CONSTANTIUS Annonus .	1830.
CHRISTOPHORUS de Camponibus .	1857.	CONSTANTIUS Applanus .	59. & 1943.
CHRISTOPHORUS de Capitaneis .	279.	CORNELIA Cotta .	485.
CHRISTOPHORUS Carcanus .	298. & 1967.	CORNELIA Lampugnana Rhaudensis .	755.
CHRISTOPHORUS Castillionaeus .	355.	CORNELIUS FRANCISCUS Biragus .	169. & 1954.
CHRISTOPHORUS Ceva .	416.	CORNIGER . V. FRANCISCUS Tantius Corniger .	
CHRISTOPHORUS Magnus .	831.	COSMUS Alamannus .	13. & 1933.
CHRISTOPHORUS de Medicis .	1790.	COSMUS Doffena .	1873.
CHRISTOPHORUS à Modoëtia . V. CHRISTOPHORUS Picinellus .		CRISOLANUS . V. GRYSOLANUS .	
CHRISTOPHORUS de Nobilibus .	995.	CRISTOREDUS Pecchius .	1799.
CHRISTOPHORUS Panigarola .	1028.	CURTIUS Cafatus .	329.
CHRISTOPHORUS Parravicinus .	1898.	CYPRIANUS Maurus .	884.
CHRISTOPHORUS Picinellus .	1073. & 2015.	CYRILLUS à Sancta Maria . V. STAU- RENGUS Crippa .	
CHRISTOPHORUS Racchettus .	1167.		
CHRISTOPHORUS Ripa .	1228.	D	
CHRISTOPHORUS Sylva .	1452.	DAMIANUS Fafolius .	593.
CHRISTOPHORUS Tolentinus .	1494.	DANESIUS Cafatus .	329.
CHRISTOPHORUS à Varisio .	1828. & 2046.	DANIEL .	543.
CHRISTOPHORUS Vicecomes .	1600.	DANIEL de Capitaneis .	280.
CHRISTOPHORUS MARIA Crucejus .	517.	DANIEL de Concoregio .	1864.
CHRISTOPHORUS MARIA Stauren- gus .	1444.	DANIEL Porrus .	1117.
CLANTERIUS Crucejus .	518.	DATHEUS .	544.
CLAUDIUS Medulla .	913.	DATIUS .	545.
CLAUDIUS Richinus .	1224.	DESIDERIUS Carcanus .	299. & 1967.

Tom. I.

II *

DE-

S Y L L A B U S

DESIDERIUS Gryphius .	1883.
DESIDERIUS Piola .	1085. & 1016.
DEUTERIUS .	556.
DIAMANS Marinonus .	859.
DIDACUS Ordonius de Rofales .	1241.
DIOMEDES Crucejus .	519.
DIOMEDES de Pado .	1895.
S. DIONYSIUS .	557.
DIONYSIUS Aelius .	5.
DIONYSIUS Brippius .	1851.
DOMINICUS Bizocerius .	175. & 1954.
DOMINICUS Blancus .	1845.
DOMINICUS Buellius .	233.
DOMINICUS Burrus .	239.
DOMINICUS Maccaneus .	819. & 2001.
DOMINICUS Madernus .	828.
DOMINICUS Muggianus .	978.
DOMINICUS de Valvafforibus .	1565.
DOMINICUS Zucchinettus .	1701.
DOMINICUS ANTONIUS Montius .	1791.
DOMINICUS MARIA Curionus .	527.
DOMITILLA Trivultia .	1515.
DOMITIUS Platus .	1100.
DONATUS Benzonus .	137.
DONATUS Boffius .	211. & 1961.
DONATUS Carcanus .	299.
DONATUS Fontana .	635.

E

E LEUTERIUS Albergonus .	16. & 1933.
ELPIDIUS Rusticus .	1268.
EMMANUEL .	570.
EMMANUEL de Laude .	787.
EMMANUEL Puteus .	1155.
ERASMUS Brasca .	224.
ERIPRANDUS de Judicibus .	749.
EVANGELISTA à Canobio .	270.
EUGENIUS Dionesanus .	557.
S. EUSEBIUS .	1 579.
EUSEBIUS Blancus .	279.
EUSEBIUS Corradus .	478.
EUSEBIUS Crucejus .	519.

EUSTHACHIUS à S. Ubaldo : V. ALE- XANDER Cacciator .	581.
S. EUSTORGIUS .	581.

F

F ABIUS Varifius .	1920.
FABIUS FRANCISCUS Dugnanus .	563.
FABRITIUS Boffius .	211.
FABRITIUS Castillionaeus .	1748.
FABRITIUS Lampugnanus .	760.
FABRITIUS Marlianus .	865.
FABRITIUS Petrasancta .	1900.
FABRITIUS Pufferia .	1148. & 2019.
FABRITIUS Vicecomes .	1600.
FACIUS Cardanus .	307.
FACIUS Gallaranus .	656.
FAUSTINUS Aicardus .	9.
FAUSTINUS Giulinus .	687.
FAUSTINUS Mazenta .	893.
FAUSTUS Flavius .	629.
B. FEDERICUS Borromaeus .	196. & 1960.
FEDERICUS Caccia .	252.
FEDERICUS Garimbertus .	1880.
FEDERICUS Proferpius .	1132.
FEDERICUS Quinctius .	1805.
FEDERICUS à Valle .	1559. & 2039.
FEDERICUS Vaffallus .	1577.
FEDERICUS Vicecomes .	1601. & 2041.
FEDERICUS NICOLAUS Gavardus .	674. & 1994.
FELIX Actius .	3.
FELIX Hofius .	725. & 1995.
FERDINANDUS Meltius .	1790.
FERDINANDUS Taberna .	1466.
FERNANDUS Crucejus .	520.
FERNANDUS Frasconus, feu Profconus .	1878.
FERRANDUS, feu FERDINANDUS de Abdua .	1. & 1931.
FERRANDUS Doffena .	561.
FIDELIS Pedrolus .	1052.
FLAGRIUS Manlius .	848.
FLAMINIUS Crucejus .	520.

FLA-

SCRIPTOR. MEDIOL.

FLAMINIUS Fernus .	1771.	FRANCISCUS Collius .	441.
FLAMINIUS Platus .	1101.	FRANCISCUS Collius alter .	443.
FLAVIUS Boldonus .	1845.	FRANCISCUS de Comitibus .	1863.
FLAVIUS Cattaneus .	397.	FRANCISCUS Craffus .	492. & 1981.
FLAVIUS Popeus . V. JULIUS Foppa .		FRANCISCUS Craffus alter .	494. & 1982.
FLORAVANTES Rabbia .	1165.	FRANCISCUS Crestensis .	1763.
FLORIANUS .	633.	FRANCISCUS Crucejus .	521. & 1983.
FRANCHINUS Castillionaeus .	357.	FRANCISCUS Curionus .	528.
FRANCISCA Manzona Justa .	1783.	FRANCISCUS Curtius .	531.
FRANCISCA CAMILLA Gallarata .	1877.	FRANCISCUS ab Ecclesia .	1873.
FRANCISCOLUS de Bressano .	1743.	FRANCISCUS Ferrarius .	601. & 1990.
FRANCISCUS .	644. & 1992.	FRANCISCUS de Fidelibus .	619.
FRANCISCUS alter .	645.	FRANCISCUS Florentia .	633.
FRANCISCUS Aelius .	6.	FRANCISCUS Fontana .	636.
FRANCISCUS Alciatus .	28. & 1936.	FRANCISCUS Francius .	1771.
FRANCISCUS Alipher .	38.	FRANCISCUS Gerola .	677.
FRANCISCUS Ambiverus .	40.	FRANCISCUS Gluffianus .	690.
FRANCISCUS Arconius .	85.	FRANCISCUS Gluffianus alter .	691.
FRANCISCUS Barbavara .	116.	FRANCISCUS Hofius .	729.
FRANCISCUS Bazetta .	131. & 1948.	FRANCISCUS Lampugnanus .	760.
FRANCISCUS Bimius .	162.	FRANCISCUS Lampugnanus alter .	762.
FRANCISCUS Biragus .	170.	FRANCISCUS Mantegatia .	853.
FRANCISCUS Bonardus .	1846.	FRANCISCUS Marcaldus .	856. & 2004.
FRANCISCUS Bonifana .	189. & 1957.	FRANCISCUS Montius .	959.
FRANCISCUS Boffius .	212. & 1961.	FRANCISCUS Pancerus .	1024.
FRANCISCUS Boffius alter .	213.	FRANCISCUS Panigarola .	1029. & 2012.
FRANCISCUS Boffius alter .		FRANCISCUS Perlasca .	1061.
FRANCISCUS Brippius .	228.	FRANCISCUS Petrasancta .	1066.
FRANCISCUS , seu JO. FRANCISCUS Caccia .	253.	FRANCISCUS Petrasancta alter .	1901.
FRANCISCUS Cairnus .	1855. & 2045.	FRANCISCUS Pezius .	1801.
FRANCISCUS à Canobio .	271.	FRANCISCUS Picinellus .	1074.
FRANCISCUS , seu FRANCISCOLUS Capra .	286.	FRANCISCUS Picolpassus .	1081.
FRANCISCUS Cafatus .	330.	FRANCISCUS de Platea .	1099.
FRANCISCUS Castellus .	341.	FRANCISCUS Praestinus .	1804.
FRANCISCUS Castellus alter .	344.	FRANCISCUS Puricellus .	1134.
FRANCISCUS Casulius .	396.	FRANCISCUS Puteobonellus .	1152. & 2020.
FRANCISCUS Cattaneus .	398.	FRANCISCUS Redenascus .	1812.
FRANCISCUS Cicerejus .	429.	FRANCISCUS Redenascus alter .	1813.
FRANCISCUS Cittadinus .	434.	FRANCISCUS Rivola .	1233.
FRANCISCUS Civellus , seu Clavellus .	437.	FRANCISCUS Rubius .	1256.
		FRANCISCUS Rugerius .	1260. & 2026.
		FRANCISCUS Ruginius .	1262.

FRAN-

S C R I P T O R. M E D I O L.

GALEACIUS Vicecomes de Aragonia .	1603. & 2041.	GERVASIUS à S. Elia . V. CAROLUS BENEDICTUS Bizozerus .	
GALEACIUS MARIA Sfortia .	1378. & 2033.	GHERARDUS de Nigris . V. GERAR- DUS Cacapistus .	
B. GANDULPHUS de Binasco .	167.	GHERARDUS Moriggia .	962.
GASPAR de Angleria .	1716.	GHEZERA Puteus .	1156.
GASPAR Beretta .	1735.	GIBERTUS Borromaeus .	201.
GASPAR Bugattus .	234. & 1963.	GIFREDUS , feu GOFREDUS , feu GU- FREDOTTUS Craffellus .	490.
GASPAR Carcanus .	299.	GINESIUS Gastorellus .	670.
GASPAR Lampugnans .	1884.	GINESIUS Rofanus .	1243.
GASPAR Legnanus .	793.	GOFREDUS Craffellus . V. GIFREDUS .	
GASPAR Menclotius .	1791.	GOTHARDUS Regna .	1200.
GASPAR Moriggia .	961.	GOTIFREDUS Castillionaeus .	360. & 1974.
GASPAR de Rofales .	1242.	GOTTOFREDUS de Buffero .	243.
GASPAR Vicecomes .	1604.	GREGORIUS XIV. Pont. Max. 704. & 1996.	
GASPAR Vicecomes alter .	1605.	GREGORIUS Brunellus .	232.
GAUFRIDUS Castillionaeus . V. COELE- STINUS IV. Pont. Max.		GREGORIUS Gallicanus .	663.
GEORGIUS .	676.	GREGORIUS Leti .	800.
GEORGIUS alter .	677.	GREGORIUS Porrus .	1118.
GEORGIUS de Abdua .	3.	GUALTERIUS Corbetta .	462.
GEORGIUS à Caffano .	337.	GUALVANEUS de la Flamma .	625.
GEORGIUS Cattaneus .	1750.	GUARNERIUS Castillionaeus .	361.
GEORGIUS Cribellus .	505. & 1982.	GUFREDOTTUS Craffellus . V. GIFREDUS.	
GEORGIUS Florus .	633.	GUIDO Cufanus .	538.
GEORGIUS Giulinus .	688.	GUIDO de Summa .	1450.
GEORGIUS Lampugnans .	762.	GUIDO Taberna .	1463.
GEORGIUS Longus .	813.	GUIDO Terzagus .	1822.
GEORGIUS Lurascus .	817.	GUIDOTUS Mazenta .	894. & 2005.
GEORGIUS Olivarius .	1795. & 2045.	GUIDOTUS de Sexto .	1351.
GEORGIUS de Pasqualibus .	1045.	GUIDUS Mazenta .	895. & 2005.
GEORGIUS Platus .	1104.	GUIDUS Stampa .	1437. & 2036.
GEORGIUS Ravenatinus .	1186.	GUIDUS ANTONIUS Brippius .	1851.
GEORGIUS Raynoldus .	1191.	GUIFRIDUS .	716.
GEORGIUS Serpontus .	1346.	GULIELMUS Bramicellus .	223.
GEORGIUS Vallaguffa .	1558. & 2039.	GULIELMUS Crescentinus .	499.
GEORGIUS Verzellonius .	1585.	GULIELMUS Gessatus .	1775.
GEORGIUS MARIA Martinellus .	879.	GULIELMUS Hofius .	730.
GERARDUS Cacapistus .	251.	GULIELMUS Lampugnans .	763.
GERARDUS Cattapesta .	405.	GULIELMUS Pusterla .	1148.
GERARDUS Landrianus .	771.	GULIELMUS Rhaudensis .	1217.
GERARDUS Sessa , vel Sessius .	1349.	GULIELMUS Rizolius .	1234.
S. GERARDUS Tinctorius .	1492.	GULIELMUS Ruffinus .	1259.
GERMANUS Gallaffus .	663.		

S Y L L A B U S

GULIELMUS de Saporitis .	1289.	HIERONYMUS Castillionaeus .	363.
GUTETUS de Mixigia .	1892.	HIERONYMUS Castillionaeus alter .	365.
H			
H ADRIANUS Majoragius .	838.	HIERONYMUS Christianus .	429.
HAYMON Corius .	468.	HIERONYMUS Cittadinus .	435.
HECTOR Albergantus .	15. & 1933.	HIERONYMUS Confalonarius .	1755. & 2043.
HECTOR Vicecomes .	1607.	HIERONYMUS Corius .	469.
HELIODORUS .	1777.	HIERONYMUS Cribellus .	507.
HENRICUS .	717.	HIERONYMUS Crottus .	515.
HENRICUS de S. Alofyo Rampinus .	1172.	HIERONYMUS Donatus .	1767.
HENRICUS de Capitaneis de Arfago .	1857.	HIERONYMUS Dugnanus .	564.
HENRICUS Cattaneus .	1862.	HIERONYMUS Ferrarius .	605.
HENRICUS Scaccabarrozzius .	1298.	HIERONYMUS Fridericius .	646.
HENRICUS Septala .	1312.	HIERONYMUS Frova .	1772.
HERCULES Blancus .	180.	HIERONYMUS Gallaratus .	1773.
HERCULES Vincemala .	1676.	HIERONYMUS Garbagnatus .	1880.
S. HERLEMBALDUS Cottà .	486.	HIERONYMUS Gatticus .	670. & 1994.
HERMES Stampa .	1438. & 2036.	HIERONYMUS Ghilinus .	681.
HIERONYMUS .	717.	HIERONYMUS Hofius .	730. & 1995.
HIERONYMUS Archintus .	69.	HIERONYMUS Lampugnanus .	763.
HIERONYMUS Arconatus .	83. & 1946.	HIERONYMUS Legnanus .	794.
HIERONYMUS à Basilica Petri. 127. & 1947.		HIERONYMUS Lombardus .	813.
HIERONYMUS à Basilica Petri alter .	128. & 1947.	HIERONYMUS Luranus .	817.
HIERONYMUS Baffus .	1730.	HIERONYMUS Meazza .	904.
HIERONYMUS Battalea .	1732.	HIERONYMUS Meltius .	918.
HIERONYMUS Benzonus .	137.	HIERONYMUS Mendrisius .	923.
HIERONYMUS Biffus .	155.	HIERONYMUS Montius .	950.
HIERONYMUS Bizozerus .	1845.	HIERONYMUS Moronus .	970.
HIERONYMUS Blanconus .	179.	HIERONYMUS Novatus .	996.
HIERONYMUS Boffius .	213. & 1962.	HIERONYMUS Olgiatus .	1007.
HIERONYMUS Boffius alter .	214.	HIERONYMUS Parona .	1898.
HIERONYMUS Boffius alter .	1741.	HIERONYMUS Platus .	1105. & 2018.
HIERONYMUS Brambilla .	222.	HIERONYMUS Porrus .	1119.
HIERONYMUS Brambilla alter. 222. & 1962.		HIERONYMUS Rabbia .	1166.
HIERONYMUS Brippius .	229.	HIERONYMUS Ramponus .	1173.
HIERONYMUS Caimus .	259.	HIERONYMUS Raphaëllius .	1183.
HIERONYMUS Caluschus .	263.	HIERONYMUS Raynerius .	1189.
HIERONYMUS de Carate .	290.	HIERONYMUS Ripa .	1229.
HIERONYMUS Cardanus .	307. & 1969.	HIERONYMUS Rozzonus .	1251.
HIERONYMUS Cardanus alter .	1859.	HIERONYMUS Samaruga .	1277.
		HIERONYMUS Sanfonius .	1283.
		HIERONYMUS Sanfonius alter .	1284.
		HIERONYMUS Septala .	1316.

HIE-

S C R I P T O R. M E D I O L.

HIERONYMUS de Sirturis .	1412.	HORATIUS Landus .	780. & 1999.
HIERONYMUS Sironus .	1417.	HORATIUS Lutius .	818.
HIERONYMUS Sormanus .	1426.	HORATIUS Seronus .	1315.
HIERONYMUS Tattus .	1821.	HORATIUS Siccus .	1389.
HIERONYMUS Terzagus .	1481.	HORATIUS Varifius .	1575.
HIERONYMUS Torchius .	1503.	HORTENSIUS Landus .	781. & 1999.
HIERONYMUS Trivaltius .	1522.	HORTENSIUS Pallavicinus .	1021.
HIERONYMUS Tuttavilla .	1918.		
HIERONYMUS de Valvassoribus .	1566.	I	
HIERONYMUS Vicecomes .	1607.	JACOBINUS Boffius .	214.
HIERONYMUS Vicecomes alter .	825.	JACOBINUS Daverius .	546.
HIERONYMUS ANTONIUS Regna .	1813.	JACOBINUS Panigarola .	1036.
HIERONYMUS FRANCISCUS Suba- lius .	1449.	JACOBINUS Usbragerius .	1695.
HIERONYMUS FRANCISCUS Vice- comes .	1608.	JACOBUS Alciatus .	1829.
HIACYNTUS Befutius .	149. & 1950.	JACOBUS Alipher .	39.
HIACYNTUS Fageus .	587.	JACOBUS Alipher alter .	1713.
HILARION .	717.	JACOBUS Arciboldus .	1835.
HILARION Bologna .	185.	JACOBUS Arlunus .	100.
HILARION Corbetta .	463.	JACOBUS Bollinus .	185.
HILARION Gnochus .	1881.	JACOBUS Boffius .	215. & 1562.
HILARION Lanterius .	784. & 1999.	JACOBUS Boffius alter .	1742.
HILARION Rancatus .	1175.	JACOBUS Burrinus .	1853.
HILARION Tadinus .	1469.	JACOBUS Cambiagus .	1745.
HILDOVINUS .	718.	JACOBUS Cattaneus .	398.
HIPPOLYTA Vela .	1581.	JACOBUS Chalcus .	422. & 1977.
HIPPOLYTA MARIA Sfortia .	1380. & 2033.	JACOBUS Cortesella .	481.
HIPPOLYTUS Airoidus .	11.	JACOBUS de Cuticis .	541.
HIPPOLYTUS Estensis .	575.	JACOBUS Dugnanus .	1758.
HIPPOLYTUS Estensis alter .	577.	JACOBUS Ferrarius .	605.
HIPPOLYTUS Porrus .	1119.	JACOBUS Gessatus .	678.
HIPPOLYTUS Seta .	1910.	JACOBUS Guffianus .	692.
S. HONORATUS .	723.	JACOBUS Lampugnans .	764.
HONORATUS Vicecomes .	1608.	JACOBUS Lampugnans alter .	765.
HONORIUS Longus .	814.	JACOBUS à Sancta Lucia . V. JOSEPH Cattaneus .	
HONUPHRIUS de Buffero .	1853.	JACOBUS Maynerius .	886.
HORATIUS Archintus .	69.	JACOBUS Mazzucchellus .	1890.
HORATIUS Arrigonus .	103.	JACOBUS Minutius .	928.
HORATIUS Bazetta .	1840.	JACOBUS à Modoëtia .	2049.
HORATIUS Befutius .	1844.	JACOBUS Puteobonellus .	1153.
HORATIUS Carpanus .	323.	JACOBUS Puteus .	1904. & 2046.
HORATIUS Cafatus .	330. & 1971.	JACOBUS Pyrabos .	1158.

JA-

S Y L L A B U S

JACOBUS Pyrabos alter .	1159.	JOANNES Arciboldus .	79.
JACOBUS Rhaudenfis .	1217.	JOANNES Arciboldus alter .	1835.
JACOBUS Sayta .	1297.	JOANNES de Benaliis .	134.
JACOBUS Simonetta .	1398. & 2035.	JOANNES Befutius .	1738.
JACOBUS Spreaficus .	1916.	JOANNES Biffus .	155. & 1951.
JACOBUS Turrianus .	1542.	JOANNES Boffa .	181.
JACOBUS ANTONIUS Carpanus .	1860.	JOANNES Bonus de Bonitatibus .	1740.
JACOBUS ANTONIUS de Clericis .	438.	JOANNES Boffius .	216.
JACOBUS ANTONIUS Cribellus .	1765.	JOANNES Braccius .	221.
JACOBUS ANTONIUS Fantonus .	591.	JOANNES Brippius .	230.
JACOBUS ANTONIUS Moriggia .	963.	JOANNES Capis .	277.
JACOBUS ANTONIUS Turrianus .	1543.	JOANNES de Capitaneis .	280.
JACOBUS MARIA Berna .	142.	JOANNES de Capitaneis alter .	281.
JACOBUS MARIA ab Ecclesia .	567.	JOANNES de Capitaneis alter .	282.
JACOBUS MARIA Stampa .	1438.	JOANNES Carpanus .	324.
JACOBUS MARIA HIERONYMUS Stampa .	1439.	JOANNES Castillionaeus .	366. & 1975.
JACOBUS PHILIPPUS Besta .	148.	JOANNES Castillionaeus alter .	367. & 1975.
JACOBUS PHILIPPUS Buzzius .	245.	JOANNES Castillionaeus alter .	369.
JACOBUS PHILIPPUS Carpanus .	1860.	JOANNES de Cermenate .	410.
JACOBUS PHILIPPUS de Nigris .	992.	JOANNES Ceva .	417.
JACOBUS PHILIPPUS Oppicellus .	1008. & 2011.	JOANNES de Comitibus Fontana .	445.
JACOBUS PHILIPPUS Simonetta .	1400. & 2035.	JOANNES de Concoregio .	451. & 1978.
JACOBUS PHILIPPUS Terzagus .	1482. & 2037.	JOANNES Faffatius .	1769.
JASON Maynus .	887. & 2004.	JOANNES Forrerius Abbiatus .	642.
JASON Maynus alter .	892. & 2005.	JOANNES Forrerius Abbiatus alter .	1876.
IDELPHONSUS Manara .	844.	JOANNES Homodeus .	721. & 1995.
IGNATIUS Albanus .	14. & 1933.	JOANNES de Gradibus .	700. & 1995.
IGNATIUS Carcanus .	300.	JOANNES Lampugnanus .	765.
IGNATIUS à Carnago .	322.	JOANNES Legnanus .	795. & 2000.
IGNATIUS Landrianus .	774.	JOANNES de Magistris .	1887.
ILLUMINATUS Brunus .	233.	JOANNES Malabarba .	843.
INNOCENTIUS ab Ecclesia .	567. & 1987.	JOANNES Mapellus .	855. & 2004.
INNOCENTIUS Melliavacca .	915.	JOANNES Marletinus .	860.
JOACHIMUS Castillionaeus .	365.	JOANNES Marlianus .	866.
JOACHIMUS Garbicellus .	668. & 1993.	JOANNES Marlianus alter .	868.
JOACHIMUS à Sancta Maria. V. FRAN. CISCUS Garbicellus .		JOANNES Marlianus alter .	869.
JOANNES .	739.	JOANNES de Meda . V. JO. Oldradus .	
JOANNES alter .	741.	JOANNES Meltius .	919.
		JOANNES à Modoëtia .	1893.
		JOANNES Montanus .	946.
		JOANNES Montius .	952.
		JOANNES Montius alter .	952.

S C R I P T O R . M E D I O L .

JOANNES Moriggia	964.	JOANNES AMBROSIUS Bulla	1852.
JOANNES Moriggia alter	965.	JOANNES AMBROSIUS à Sancto Carolo	
JOANNES Moronus	972. & 2010.	V. CHRISTOPHORUS de Nobilibus	
JOANNES Nava	991.	JOANNES AMBROSIUS Confalonarius	187.
B. JOANNES Oldradus	1002.	JOANNES AMBROSIUS Ferrarius	1879.
JOANNES de Opreno	1008.	JOANNES AMBROSIUS Mazenta	1897.
JOANNES Paganus	1897.	JOANNES AMBROSIUS Pechius	1050.
JOANNES de Parazo	1041.	JOANNES AMBROSIUS Turrianus	1544.
JOANNES Paffa	1044.	JOANNES ANDREAS Caravagius	292.
JOANNES Rabbia	2048.	JOANNES ANDREAS Cattaneus	399.
JOANNES Raynonus Barizaldus	1195.	JOANNES ANDREAS de Cermenate	411.
JOANNES Rhaudensis	1218. & 2024.	JOANNES ANDREAS Crucejus	523.
JOANNES Rovidius	2051.	JOANNES ANDREAS Drallus	1768.
JOANNES Salvaterra	1275. & 2025.	JOANNES ANDREAS Pionnus	1901.
JOANNES Serenius	1343.	JOANNES ANDREAS Prata	1129.
JOANNES Sfondratus	1365.	JOANNES ANDREAS Rhaudensis	1220.
JOANNES Stampa	1440.		& 2024.
JOANNES Resta	1204.	JOANNES ANDREAS Sparolettus	1431.
JOANNES Tolentimus	1495.	JOANNES ANDREAS de Vicomercato	1666.
JOANNES Tonnius	1496.	JOANNES ANGELUS Arcimboldus	80.
JOANNES Tonfus	1499.		& 1945.
JOANNES à Trivilio	1514.	JOANNES ANGELUS Bellabucca	134.
JOANNES Vicecomes	1610.	JOANNES ANGELUS Boffius	217.
JOANNES Vicecomes alter	1615.	JOANNES ANGELUS Cerrus	413.
JOANNES Vicecomes alter	1615.	JOANNES ANGELUS Medices	
JOANNES de Vicomercato	1664.	V. PIUS IV. Pont. Max.	
JOANNES Videmarius	1672.	B. JOANNES ANGELUS Potrus	1120.
JOANNES de Viliaco	1673.	JOANNES ANTONIUS de Abdua	3.
JOANNES Villanus	1675.	JOANNES ANTONIUS Befana	1844.
JOANNES Zucchettus	1925.	JOANNES ANTONIUS Boffius	1742.
JOANNES ALBERTUS Albicantes	17.	JOANNES ANTONIUS Burrus	241.
	& 1934.	JOANNES ANTONIUS Caccinus	1855.
JOANNES ALBERTUS Boffius	217.	JOANNES ANTONIUS Calvenzanus	263.
JOANNES ALOYSIUS	741.	JOANNES ANTONIUS Canevesius	268.
JOANNES ALOYSIUS Confalonarius	454.	JOANNES ANTONIUS Castillionaetus	370.
JOANNES ALOYSIUS Toscanus	1506.	JOANNES ANTONIUS Cazzulus	409.
	& 2037.	JOANNES ANTONIUS Corvinus	1869.
JOANNES ALOYSIUS Trottus	1534.	JOANNES ANTONIUS Crespius	501.
JOANNES AMBROSIUS Airoidus	11.	JOANNES ANTONIUS Ferrarius	606.
JOANNES AMBROSIUS Archintus	1726.	JOANNES ANTONIUS Gagliardi	652.
JOANNES AMBROSIUS Barbavara	117.	JOANNES ANTONIUS ACTIUS Galla-	
JOANNES AMBROSIUS Biffus	158. & 1951.	ratus	662. & 1993.
JOANNES AMBROSIUS Blancus	181.		

Tom. I.

S C R I P T O R. M E D I O L.

JOANNES BAPTISTA Parona .	1898.	JOANNES CHRISTOPHORUS Daverius .	546.
JOANNES BAPTISTA Pechius .	1049.	JOANNES CHRISTOPHORUS Mantega-	853.
JOANNES BAPTISTA Plantanida .	1096.	tia .	
JOANNES BAPTISTA Porrus .	1122.	JOANNES CHRISTOPHORUS Moronus .	975.
JOANNES BAPTISTA Porrus alter .	1903.	JOANNES CLAUDIUS Puteobonellus .	1153.
JOANNES BAPTISTA Porta .	1126.	JOANNES DOMINICUS Bellanus .	1843.
JOANNES BAPTISTA Proferpius .	1132.	JOANNES DOMINICUS Gattus .	671. & 1994.
JOANNES BAPTISTA Rabbia .	1167.	JOANNES DOMINICUS Mazza .	1890.
JOANNES BAPTISTA Raynoldus .	1191. & 2022.	JOANNES DOMINICUS Solarius .	1423. & 2035.
JOANNES BAPTISTA Raynoldus alter .	1193.	JOANNES DONATUS Ferrarius .	607. & 1990.
JOANNES BAPTISTA Resta .	1205.	JOANNES EVANGELISTA Cabiatus .	249.
JOANNES BAPTISTA Rubeus .	1255.	JOANNES FABRITIUS Landrianus .	775.
JOANNES BAPTISTA Rufca .	1264.	JOANNES FEDERICUS à Sancta Rosa ,	
JOANNES BAPTISTA Saccus .	1269. & 2025.	V. JULIUS Puteus .	
JOANNES BAPTISTA Salvatorinus .	1275.	JOANNES FRANCISCUS Arefius .	89.
JOANNES BAPTISTA Scaravagius .	1302.	JOANNES FRANCISCUS Befutius .	150. & 1950.
JOANNES BAPTISTA Sclafenatus .	1304. & 2030.	JOANNES FRANCISCUS Carmenus .	321. & 1970.
JOANNES BAPTISTA Septala .	1318.	JOANNES FRANCISCUS de Clericis .	439.
JOANNES BAPTISTA de Sexto .	1352.	JOANNES FRANCISCUS Crescius .	500.
JOANNES BAPTISTA Siccus-Borella .	1391.	JOANNES FRANCISCUS Castillionaeus .	373.
JOANNES BAPTISTA Sitonus .	1417.	JOANNES FRANCISCUS Castillionaeus	
JOANNES BAPTISTA Sylvaticus .	1452.	alter .	374.
JOANNES BAPTISTA Tadinus .	1469.	JOANNES FRANCISCUS Foffatus .	643. & 1992.
JOANNES BAPTISTA Trottus .	1536.	JOANNES FRANCISCUS Gaddius .	649.
JOANNES BAPTISTA Trottus alter .	1537. & 2040.	JOANNES FRANCISCUS Landrianus .	775. & 1999.
JOANNES BAPTISTA Veranus .	1584.	JOANNES FRANCISCUS Lucinus .	814.
JOANNES BAPTISTA Vertua .	1587.	JOANNES FRANCISCUS Marlianus .	870.
JOANNES BAPTISTA Vicecomes .	1615.	JOANNES FRANCISCUS Martignonus .	1787.
JOANNES BAPTISTA Vicecomes alter .	1616.	JOANNES FRANCISCUS Pagnanus .	1020. & 2012.
JOANNES BAPTISTA Vicecomes alter .	1615.	JOANNES FRANCISCUS Pellitionus .	1052.
JOANNES BAPTISTA Vicecomes alter .	1619.	JOANNES FRANCISCUS Porrus .	1123.
JOANNES BAPTISTA Vicecomes alter .	1620.	JOANNES FRANCISCUS Pufferla .	1904.
JOANNES BAPTISTA Vicecomes alter .	1621.	JOANNES FRANCISCUS Quintianus .	1164.
JOANNES BAPTISTA de Vicomercato .	1666.	JOANNES FRANCISCUS Scantius .	1300. & 2028.
JOANNES BAPTISTA Villa .	1673.	JOANNES FRANCISCUS Sitonus .	1419.
JOANNES BAPTISTA Vincemala .	1678.	JOANNES FRANCISCUS Strapparola .	1445.
JOANNES BAPTISTA Viottus .	1681.	JOANNES GALEAZ Boffius .	218.
JOANNES BAPTISTA Zappa .	1697.		
JOANNES BARTHOLOMAEUS de			
Guerciis .	714.		

S Y L L A B U S

JOANNES GALEAZ Vicecomes .	1621. & 2042.	JOANNES PAULUS Alciatus .	30. & 1936.
JOANNES GALEAZ MARIA Sfortia .	1381.	JOANNES PAULUS Cambiagus .	1855.
JOANNES GASPAR Beretta .	139. & 1956.	JOANNES PAULUS Cafatus .	331.
JOANNES GEORGIUS Septala .	1318.	JOANNES PAULUS de Clericis .	439.
JOANNES GEORGIUS Trivultius .	1523.	JOANNES PAULUS Lomatus .	812. & 2002.
JOANNES HONORATUS Castillionaeus .	374. & 1975.	JOANNES PAULUS Mazzucchellus .	902.
JOANNES JACOBUS Aelius .	6. & 1931.	JOANNES PAULUS Mazzucchellus alter .	1890.
JOANNES JACOBUS Befutius .	151. & 1951.	JOANNES PAULUS Paravicinus .	1041.
JOANNES JACOBUS Castillionaeus .	375. & 1975.	JOANNES PAULUS Velatus .	1581.
JOANNES JACOBUS Castoldus .	393.	JOANNES PETRUS Aioldus .	11.
JOANNES JACOBUS Conturbius .	1757.	JOANNES PETRUS Albutius .	20.
JOANNES JACOBUS Corius .	470.	JOANNES PETRUS Arlunus .	100. & 1948.
JOANNES JACOBUS Ghilinus .	682.	JOANNES PETRUS Befutius .	152. & 1951.
JOANNES JACOBUS Lomatus .	1886.	JOANNES PETRUS Bimius .	163. & 1952.
JOANNES JACOBUS Medices .	909. & 2005.	JOANNES PETRUS de Bufo .	1854.
JOANNES JACOBUS Raynoldus .	1194.	JOANNES PETRUS Cagnolus .	256.
JOANNES JACOBUS Resta .	1206.	JOANNES PETRUS Cantova .	276.
JOANNES JACOBUS Salvatorinus .	1276.	JOANNES PETRUS de Cermenate .	411.
JOANNES JACOBUS Simonetta .	1911.	JOANNES PETRUS Figinus .	620.
JOANNES JACOBUS Trivultius .	1524. & 2038.	JOANNES PETRUS Gluffianus .	693.
JOANNES JACOBUS Valerius .	1549.	JOANNES PETRUS Gorius .	699.
JOANNES JACOBUS Vincemala .	1678.	JOANNES PETRUS Grimaldus .	1777.
JOANNES MARCUS Burrigotius .	237.	JOANNES PETRUS Legnanus .	799.
JOANNES MARCUS Fagnanus .	588.	JOANNES PETRUS Marchefonius .	858.
JOANNES MARIA Buttinonus .	246.	JOANNES PETRUS Moneta .	943. & 2008.
JOANNES MARIA Caneparus .	268.	JOANNES PETRUS Petrasancta .	1067.
JOANNES MARIA Cattaneus .	401.	JOANNES PETRUS Pitius .	1902.
JOANNES MARIA Fontana .	636.	JOANNES PETRUS Puricellus .	1135.
JOANNES MARIA Salvaterra .	1907.	JOANNES PETRUS Quadrius .	1162.
JOANNES MARIA Vicecomes .	1628. & 2042.	JOANNES PETRUS Stuppanus .	1446.
JOANNES MARIA Vicecomes alter .	1629.	JOANNES PETRUS Vicecomes .	1630.
JOANNES MARIA Vicecomes alter .	1629.	JOANNES PETRUS Zenalius .	1698.
JOANNES MATTHAEUS Ferrarius de Gradi .	608. & 1990.	JOANNES PHILIPPUS Gambaloita .	666.
JOANNES MATTHAEUS de Gradi . V. JOANNES MATTHAEUS Ferrarius .		JOANNES PHILIPPUS Gherardinus .	678.
JOANNES MATTHAEUS Paravicinus .	1040.	JOANNES STEPHANUS Cotta .	486.
JOANNES MATTHAEUS Toscanus .	1507.	JOANNES STEPHANUS Castillionaeus .	377.
JOANNES MELCHIOR Sovanius .	1912.	JOANNES STEPHANUS Leinatus .	800.
JOANNES NICOLAUS Boldonus .	182. & 1956.	JOANNES STEPHANUS Mirabilia .	929.
		JOANNES STEPHANUS Mirabilia alter .	930.
		JOANNES THADDAEUS à S. Joanne Baptista . V. DOMINICUS ANTO- NIUS Montius .	

S C R I P T O R . M E D I O L .

JOANNES THOMAS Gallaratus .	662.	JOSEPH Vallianus .	1560.
JOANNES THOMAS Platus .	1106.	JOSEPH de Valvafforibus .	1567. & 2040.
JOANNINUS .	742.	JOSEPH Vicecomes .	1631.
JOANNOLUS Martignolus .	878.	JOSEPH Vincemala .	1679.
JOANNOLUS Paganus .	1018.	JOSEPH Villa .	1674.
à S. JOSEPH . V. CHRISTOPHORUS MA- RIA Staurengus .		JOSEPH ANGELUS à Nativitate . V. JOSEPH LUDOVICUS Bufferus .	
à S. JOSEPH . V. ISIDORUS Ripa .		JOSEPH ANTONIUS Caprettus .	289.
JOSEPH Alamannus .	14. & 1933.	JOSEPH ANTONIUS Castillionaeus .	378. & 1975.
JOSEPH Archintus .	70. & 1943.	JOSEPH CAROLUS FRANCISCUS de Comitibus .	446.
JOSEPH Archintus alter .	70.	JOSEPH LUDOVICUS Bufferus .	244.
JOSEPH Arista .	97.	JOSEPH MARIA Annonus .	48.
JOSEPH Arzonicus .	106.	JOSEPH MARIA Arefinus .	1728.
JOSEPH Barbavara .	1837.	JOSEPH MARIA Cignardus .	432.
JOSEPH Barca .	122.	JOSEPH MARIA à Cluffio .	440.
JOSEPH de Benaliis .	135.	JOSEPH MARIA Fornara .	639.
JOSEPH Biffus .	1738.	JOSEPH MARIA Gradignanus .	702.
JOSEPH Brippius .	230. & 1963.	JOSEPH MARIA Mazzettus .	901.
JOSEPH Brippius alter .	231.	JOSEPH MARIA Mirabilia .	930. & 2007.
JOSEPH Cabiatus .	251.	JOSEPH MARIA Vicecomes .	1632. & 2042.
JOSEPH Cafatus .	332.	JOSEPH MARIA FELIX Ferrarinus .	2046.
JOSEPH Cattaneus .	401.	JOSEPH RUIZ de Araciel .	60.
JOSEPH Cifnufculus .	1752.	JOSEPH SEPTIMIUS de Laude .	288.
JOSEPH à S. Claudia . V. JOSEPH CA- ROLUS FRANCISCUS de Comitibus .		ISAIAS Prata .	1130.
JOSEPH Cogliatus .	1863.	ISIDORUS Giroldeus .	686.
JOSEPH Corradus .	479.	ISIDORUS Ifolanus .	744.
JOSEPH Cufanus .	539.	ISIDORUS Ripa .	1229.
JOSEPH Ferrarius .	609.	ISIDORUS Solarius .	1424.
JOSEPH Gluffianus .	696.	ISIDORUS Spreaficus .	1434.
JOSEPH Guffantus .	715.	JULIA Varifia .	1919.
JOSEPH Landus .	1885.	JULIUS .	752. & 1998.
JOSEPH Milanus .	925. & 2007.	JULIUS alter .	754.
JOSEPH Oldradus .	1003.	JULIUS Arefius .	89.
JOSEPH Origonus .	1011.	JULIUS Banfius .	1837.
JOSEPH Plantanida .	1096.	JULIUS Cignardus .	432.
JOSEPH Pufferla .	1150.	JULIUS Foppa .	637.
JOSEPH Radaëllus .	1807.	JULIUS de Juliis .	752.
JOSEPH Rafius .	1183.	JULIUS Moriggia .	965.
JOSEPH Ripamontius .	1230. & 2024.	JULIUS Perottus .	1061.
JOSEPH Taberna .	1463.	JULIUS Plantanida .	1902.
JOSEPH Triccius .	1513.		

Tom. I.

S Y L L A B U S

JULIUS Pogianus .	1100. & 2019.	LAURENTIUS Toscanus .	1509. & 2038.
JULIUS Porrus .	1123.	LAZARINUS Resta .	1208.
JULIUS Puteus .	1156.	S. LAZARUS .	790.
JULIUS Tattus .	1479.	LAZARUS de Grandis .	702.
JULIUS Verga .	1586.	LEANDER .	791.
JULIUS Ursinus de Roma .	1692.	LEANDER Vicecomes .	1633.
JULIUS CAESAR Albicantes .	18. & 1934.	B. LEO de Carate .	291. & 1967.
JULIUS CAESAR Carcanus .	303. & 1968.	LEO Crucejus .	523.
JULIUS CAESAR Cattaneus .	402.	LEO Crucejus alter .	524.
JULIUS CAESAR Confalonarius .	456.	LEO Dugnanus .	565.
JULIUS CAESAR Corius .	470.	LEO de Fidelibus .	620.
JULIUS CAESAR Cribellus .	1871.	LEO de Perego .	1055.
JULIUS CAESAR Figinus .	622.	LEO Rubeus .	1908.
JULIUS CAESAR Gluffianus .	697.	LEODRISIUS Cribellus .	507.
JULIUS CAESAR Lampugnanus .	766.	LEODRISIUS Cribellus alter .	511. 1982. & 1983.
JULIUS CAESAR Pedrolus .	1899.	LEONARDUS Crucejus .	525.
JULIUS CAESAR Ruginellus .	1261.	LEONARDUS Delfinonus .	555.
JULIUS CAESAR Tadinus .	1470.	LEONARDUS Gryphius .	709. & 1996.
		B. LIPRANDUS , feu LUITPRANDUS .	803.
		LITTA Lampugnanus .	767.
		LIVIA Torriella .	1505.
		LIVIUS Anardus .	45.
		LUCAS Cribellus .	513.
		LUCAS MARIA Modronus .	936.
		LUCHINUS Arconatus .	84. & 1946.
		LUCHINUS Corvinus de Aretio .	1759.
		LUCHINUS Vicecomes .	1633.
		LUCILIUS Terzagus .	1483.
		LUCINUS Conagus .	1864.
		LUCIUS HADRIANUS Cotta .	1870.
		LUCIUS JOSEPH de Advocatis .	4.
		LUDOVICUS Barbavara .	118.
		LUDOVICUS Beretta .	141.
		LUDOVICUS Biragus .	1844.
		LUDOVICUS Gandinus .	1875.
		LUDOVICUS Mannius .	849.
		LUDOVICUS Macinagus .	820.
		LUDOVICUS Maddius .	824.
		LUDOVICUS Mazenta .	898.
		LUDOVICUS Mazenta alter .	900.
		LUDOVICUS Meltius .	920.

L

L AMBERTUS Cribellus . V. URBANUS III. Pont. Max.

LAMPUS , feu LAMPUGINUS Biragus .	170.
LAMPUS , feu LAMPUGINUS Biragus alter .	171.
LANCELOTTUS Decius .	548.
LANCINUS Curtius .	531.
LANDULPHUS .	777.
LANDULPHUS alter .	778.
LANDULPHUS Castillionaeus .	379.
LANFRANCUS .	783.
LANFRANCUS de Badagio .	1729.
LANFRANCUS Bonipertus .	1846. & 2045.
B. LANFRANCUS Septala .	1319.
LANZALOTTUS Resta .	1814.
LAURENTIUS .	789.
LAURENTIUS de Bernadigio .	143.
LAURENTIUS Binagus .	167.
LAURENTIUS Frifonus .	1772.
LAURENTIUS Lampugnanus .	766. & 1999.
S. LAURENTIUS Litte .	810.
LAURENTIUS Maddius .	824.
LAURENTIUS Sormanus .	1427.

LU.

SCRIPTOR. MEDIOL.

LUDOVICUS Melius alter .	1891.	MARCUS Barbavara alter .	120. & 1947.
LUDOVICUS Modronus .	937.	MARCUS Boffius .	218.
LUDOVICUS Mondellus .	1894.	MARCUS Cremofanus .	498. & 1982.
LUDOVICUS Moneta .	945.	MARCUS Litta .	811.
LUDOVICUS de Perego .	1056.	MARCUS Marinonus .	1785. & 2045.
LUDOVICUS Petrasancta .	1067.	MARCUS Prata .	1130.
LUDOVICUS Porrus .	1124.	MARCUS ANTONIUS Bebulcus .	1842.
LUDOVICUS Septala .	1321.	MARCUS ANTONIUS Bonvicinus .	1847.
LUDOVICUS Septala alter .	1322.	MARCUS ANTONIUS Boffius .	219.
LUDOVICUS Septala alter .	1327.	MARCUS ANTONIUS Boffius alter .	1743.
LUDOVICUS Simonetta .	1403.	MARCUS ANTONIUS Caimus .	260.
LUDOVICUS Taberna .	1464.	MARCUS ANTONIUS Franzonus .	646.
LUDOVICUS Vallotta .	1561.	MARCUS ANTONIUS Majoragius .	839. & 2003.
LUDOVICUS Vincemala .	1679.	MARCUS ANTONIUS Miffalia .	932.
LUDOVICUS AUGUSTINUS Castellus .	344.	MARCUS ANTONIUS Montius .	953. & 2009.
LUDOVICUS MARIA Agudius .	8.	MARCUS ANTONIUS Siccus-Comne- nus .	1391.
LUDOVICUS MARIA Chalcus .	423.	MARCUS AURELIUS Grattarola .	703. & 1996.
LUDOVICUS MARIA Sfortia .	1381.	MARCUS AURELIUS Questa .	1164.
LUDOVICUS MARIA Vicecomes .	1634.	MARCUS MAPHAEUS Cicerejus .	431.
LUMBARDUS Turrianus .	1545.	MARCUS MARCELLUS Rincius .	1226.
M		MARCUS SALVIUS Julianus .	750.
M AGNINUS .	830.	MARGARITA Archinta .	1834.
S. MAGNUS FELIX ENNODIUS .	570.	MARGARITA Ferrufina .	617.
MALACHIAS Binafcus .	168. & 1952.	MARIA Ferraria .	1875.
MALCONVENTUS Cotta .	487.	MARIA ANGELUS Sanbenedictus .	1278.
MANFREDUS Crucejus .	526.	MARIA ROSA FELIX Maddia .	1779.
MANFREDUS Medices .	911.	MARIUS Corradus .	480. & 1980.
MANFREDUS Offa .	1014.	MARIUS Cotta .	1870.
MANFREDUS Puteobonellus .	1154.	MARIUS Picius .	1077.
MANFREDUS Serazonus .	1334.	MARSILIUS Petrasancta .	1068.
MANFREDUS Septala .	1328. & 2029.	S. MARTINIANUS .	880.
MANFREDUS Vicecomes .	1635.	MARTINUS Baffus .	130.
S. MANSUETUS .	851.	MARTINUS Bonacina .	188.
MAPHAEUS Craffus .	1762.	MARTINUS Corvus , feu Corbus .	482.
MAPHAEUS Gallinonus .	665.	MARTINUS Longus .	1886.
MARCELLINUS Corius .	1758.	MARTINUS Turrianus .	1547.
MARCELLINUS Marmoris .	877.	MASSATIUS .	1788.
MARCELLINUS Resta .	1209.	MATRONIANUS Binagus .	1844.
MARCELLUS Castillionaeus .	380.	MATTHAEUS Bimius .	164. & 1952.
MARCUS Arefius .	91.		
MARCUS Barbavara .	119.		

MAT.

S Y L L A B U S

MATTHAEUS Butius .	1854.	MICHAEL ANGELUS Caffina .	338.
MATTHAEUS Castillionaeus .	380.	MICHAEL ANGELUS Morellus .	1896.
MATTHAEUS Forrerius Abbiatus .	642. & 1992.	MICHAEL FRANCISCUS Marconus .	859.
MATTHAEUS de Grittis .	713.	MILO Cardanus .	317.
MATTHAEUS de Nafò .	989.	MODESTUS Vicecomes .	1636.
MATTHAEUS Paruconus .	1042.	MUTIUS Corbetta .	464.
MATTHAEUS Paggius .	1019.	MUTIUS Sfortia .	1387. & 2034.
MATTHAEUS Sylvaticus .	1454.	MUTIUS Varifus .	1576.
MATTHAEUS Taberna .	1465. & 2036.	S. MYROCLES .	985.
MATTHAEUS Valerius .	1553. & 2039.		
MATTHAEUS Vicecomes .	1635.	N	
MATTHIAS .	883.	S. NATALIS .	990.
MATTHIAS Regius .	1197.	NICOLAUS Amidanus .	45.
MATTHIAS de Sexto .	1353.	NICOLAUS Arciboldus .	82.
MATTHIAS Toscanus .	1823.	NICOLAUS de Arfago .	106.
MAURITIUS à Sancto Britio .		NICOLAUS Boldonus .	183. & 1956.
V. CAROLUS ANTONIUS Cerrus .		NICOLAUS Caranza .	1858.
MAURITIUS de Domis .	560.	NICOLAUS Cafatus .	332.
MAURITIUS Maurus .	885. & 2004.	NICOLAUS Castillionaeus .	381. & 1975.
MAURITIUS Vicecomes .	1635.	NICOLAUS Gluffianus .	1881.
MAURUS Corbetta .	464.	NICOLAUS Luinus .	816.
MAXIMILIANUS Vianus .	1588.	NICOLAUS Marasca .	856.
MAXIMUS à Modioëtia .	1893.	NICOLAUS Margaritonus .	1889.
MAXIMUS Serenius .	1343.	NICOLAUS Moltrafius .	938.
MELCHIOR Alciatus .	31. & 1936.	NICOLAUS Moronus .	975.
MELCHIOR Puteus .	1157.	NICOLAUS Mutonus .	984.
MELCHIOR Ripa .	1906.	NICOLAUS Oldonus .	1795.
MENADRAGUS Sorexina .	1424.	NICOLAUS Pacedianus .	1015.
B. MICHAEL .	925. & 2007.	NICOLAUS de Pado .	1897.
MICHAEL Balestrerius .	114.	NICOLAUS Pellizarius .	1053. & 2013.
MICHAEL Bebulcus .	132. & 1948.	NICOLAUS Rubinus .	1256.
MICHAEL Carcanus .	303. & 1968.	NICOLAUS Seraticus .	1333.
MICHAEL à Ferno .	1770.	NICOLAUS Serazonus , feu de Serazo-	
MICHAEL Fernus .	596. & 1988.	nibus .	1910.
MICHAEL Marlianus .	872.	NICOLAUS MARIA Vicecomes .	1637.
MICHAEL Maddius .	825. & 2002.	NIGER Craffus .	495.
MICHAEL Mifferonus .	933.		
MICHAEL Resta .	1209.		
MICHAEL Sovicus .	1428.		
MICHAEL Tonfus .	1502.		
MICHAEL ANGELUS Caccia .	254.		

OBER.

SCRIPTOR. MEDIOL.

O

O BERTUS ab Horto .	724.
OBERTUS Pirovanus .	1089. & 2016.
OCTAVIANUS Befutius .	153.
OCTAVIANUS de Custodibus .	1766.
OCTAVIANUS Fabagrossa .	585.
OCTAVIANUS Ferrarius .	609. & 1990.
OCTAVIANUS Orignonus .	1012.
OCTAVIANUS Perlasca .	1062.
OCTAVIANUS Picius .	1079.
OCTAVIANUS Raverta .	1187.
OCTAVIUS Archintus .	71.
OCTAVIUS Boldonus .	183. & 1956.
OCTAVIUS Cottonius .	1870.
OCTAVIUS Cufanus .	541.
OCTAVIUS Cufanus alter .	1872.
OCTAVIUS Ferrarius .	611. & 1991.
OCTAVIUS Fontana .	637.
OCTAVIUS Vicecomes .	1637.
OCTAVIUS de Vicomercato .	1667.
OCTAVIUS Villanus .	1676.
OCTAVIUS Vincemala .	1680.
ODOARDUS Rifius .	1232.
ODDUS HIERONYMUS Figinus .	623.
OLDEBRANDUS Canevesius .	269.
OLDEPERTUS .	999.
OLDERICUS .	1000.
OLDRADUS de Laude .	789.
OLDRADUS Oldradus .	1004.
OLDRADUS Oldradus alter .	1004.
OLIVERIUS Mazzucchellus .	904.
OROSIUS Hofius .	731.
OTHO ab Horto .	725.
OTHO Vicecomes .	1638. & 2042.
OTTOLINUS Burrus .	241.

P

P ACIFICUS Bebulcus .	132.
PAGANINUS Bizozerus .	1739.
B. PAGANUS de Leuco .	803.
PAGANUS Rhaudenfis .	1220.
PAGANUS Turrianus .	1547.
PALIUS , seu PALIA Crassus .	496.
PALLADINUS Cribellus .	1871.
PANTALEO Cufanus .	1879.
PARTHENIA Gallarata Maynolda .	656.
PASCASIUS à Sancto Francisco .	
V. JOSEPH CAROLUS de Comitibus .	
PASINUS Cifnufculus .	434.
PAULA Sessa .	1351.
PAULA Sfondrata .	1356.
PAULA ANTONIA de Nigris .	993.
PAULA ANTONIA Sfondrata .	1357.
PAULINUS .	1047.
B. PAULINUS .	1048.
PAULUS Airoidus .	12.
PAULUS Albutius .	21.
PAULUS de Aliprandis , five Liprandus .	40.
PAULUS Arefius .	92. & 1946.
PAULUS Arzonus .	107.
PAULUS Bimius .	165.
PAULUS Bimius alter .	165.
PAULUS Boffius .	220.
PAULUS Canobius .	273.
PAULUS Carminatus .	321.
PAULUS Cafatus .	1861.
PAULUS Cittadinus .	436.
PAULUS Cribellus .	513.
PAULUS Foffatus .	644.
PAULUS de Gradibus .	701.
PAULUS Leazarius , five Leazarnus .	791.
PAULUS Montius .	955.
PAULUS Moriggia .	966.
PAULUS de Perego .	1900.
PAULUS Petrasancta .	1068. & 2015.
PAULUS Prandonus .	1128.

S Y L L A B U S

PAULUS Rhaudensis .	1221.	PETRUS Gryfolanus .	712.
PAULUS de Sala .	1273.	PETRUS de Judicibus .	749.
PAULUS Saladius .	1274.	PETRUS Lazaronus .	790. & 2000.
PAULUS Sanfonius .	1285. & 2026.	PETRUS Martinolus .	882.
PAULUS Sfondratus .	1366.	PETRUS Maynerius .	886.
PAULUS Sfondratus alter .	1367.	PETRUS Maynerius alter .	887.
PAULUS Sfondratus alter .	1911. & 2046.	PETRUS Montius .	956. & 2009.
PAULUS Suardus .	1448.	PETRUS Novatus .	998.
PAULUS Triccus .	1513.	PETRUS Novatus alter .	1998.
PAULUS AEMILIUS Barbaruffa .	116.	PETRUS Oldradus .	1006.
PAULUS AEMILIUS Blancus .	181.	PETRUS Philargus . V. ALEXANDER V.	
PAULUS AEMILIUS Sfondratus .	1368.	Pont. Max.	
PAULUS ANGELUS Montorfanus .	1895.	PETRUS de Perego .	1057. & 2014.
PAULUS ANTONIUS Annonus .	1831.	PETRUS Peregrossus .	1059.
PAULUS ANTONIUS Sormanus .	1820. & 2045.	PETRUS Petrasanctus .	1069.
PAULUS ANTONIUS Landrianus .	776.	PETRUS Puricellus .	1142.
PAULUS ANTONIUS Meneglia .	941.	PETRUS Pufferla .	1151. & 2020.
PAULUS ANTONIUS Prandonus .	1128.	PETRUS de Repossis .	1203.
PAULUS BERNARDINUS Lanterius .	786. & 2000.	PETRUS Rhaudensis .	1222.
PAULUS FRANCISCUS Modronus .	937.	PETRUS de Robiare .	1239.
PAULUS HIERONYMUS Bimius .	166.	PETRUS Sorexina .	1425.
PAULUS HIERONYMUS Martignonus .	878.	PETRUS de Valvafforibus .	1568.
PAULUS JOSEPH Moronus .	924.	PETRUS ALOYSIUS Orignonus .	1012.
PAULUS MARIA Terzagus .	1485.	PETRUS ANTONIUS Alciatus .	32.
PAULUS NICOLAUS Varifius .	1576.	PETRUS ANTONIUS Barca .	121.
PEREGRINUS de Peregrinis .	1058.	PETRUS ANTONIUS Castillionaeus .	381.
PETRUS .	1070.	PETRUS ANTONIUS Crespius Castoldus .	501.
PETRUS Arcagnanus .	62.	PETRUS ANTONIUS Crevenna .	503.
PETRUS à Basilica-Petri .	129.	PETRUS ANTONIUS Marlianus .	873.
PETRUS Befutius .	154. & 1951.	PETRUS ANTONIUS Platus .	1107.
PETRUS Cantonus .	276. & 1966.	PETRUS AUGUSTINUS Crespius .	502.
PETRUS Carcanus .	306.	PETRUS FRANCISCUS Arefinus .	1836.
PETRUS Casola .	335.	PETRUS FRANCISCUS Biragus .	172.
PETRUS de Castelletto .	340.	PETRUS FRANCISCUS Corius .	470.
PETRUS Castillionaeus .	381.	PETRUS FRANCISCUS Goanus .	1882.
PETRUS Cornenus .	1868.	PETRUS FRANCISCUS Marlianus .	1889.
PETRUS Cotta .	489.	PETRUS FRANCISCUS Pioltellus .	1086.
PETRUS Craffus .	456.	PETRUS FRANCISCUS de Primis .	1131.
PETRUS Farifellus .	593.	PETRUS FRANCISCUS de Raymundis .	1905.
PETRUS Figinus .	624. & 1991.	PETRUS FRANCISCUS Vicecomes .	1922.
		PETRUS GEORGIUS Burrus .	241.
		PETRUS GEORGIUS Vicecomes .	1641.

PE-

S C R I P T O R. M E D I O L.

PETRUS HIERONYMUS Tirellus .	1493.	PHILIPPUS de Ghisulphis .	685.
PETRUS JACOBUS Arrigonus .	103.	PHILIPPUS Lampugnanus .	767.
PETRUS JACOBUS Rubinus .	1258.	PHILIPPUS Meda .	907.
PETRUS JOSEPH Ederi .	569. & 1988.	PHILIPPUS Meda alter .	908.
PETRUS MARIA Bonfignorius .	1847.	PHILIPPUS Mutonus .	985.
PETRUS MARIA Brambilla .	222.	PHILIPPUS Picinellus .	1075. & 2016.
PETRUS MARIA Castillionaeus .	381.	PHILIPPUS Pirovanus .	1090. & 2016.
PETRUS MARIA Martellus .	878.	PHILIPPUS Pirogallus .	1087.
PETRUS MARIA Vulpius .	1696.	PHILIPPUS Raynoldus .	1195. & 2022.
PETRUS MARTYR ab Angleria .	47. & 1941.	PHILIPPUS Vicecomes .	1642.
PETRUS MARTYR Lampugnanus .	767.	PHILIPPUS MARIA Cefatus .	414.
PETRUS MARTYR Marinonus .	1786.	PHILIPPUS MARIA Sfortia .	1388.
PETRUS MARTYR Tronus .	1533.	PHILIPPUS MARIA Vicecomes .	1645. & 2042.
PETRUS NICOLAUS Bonavilla .	189.	PINAMONS de Vicomercato .	1668.
PETRUS PAULUS Arrigonus .	103.	PIUS IV. Pont. Max.	1091. & 2017.
PETRUS PAULUS Arrigonus alter .	104.	PIUS Crucejus .	525.
PETRUS PAULUS Arrigonus alter .	1836.	PIUS Mutius .	979.
PETRUS PAULUS Bosca .	204. & 1960.	PLACIDUS Carminatus Brambilla .	322. & 1971.
PETRUS PAULUS Buttinonus .	247.	PLACIDUS Pallavicinus .	1023.
PETRUS PAULUS Caravagius .	293.	PLATINUS Platus .	1107. & 2019.
PETRUS PAULUS Caravagius alter .	294. & 1967.	POLYCARPUS Ursius .	1694.
PETRUS PAULUS Giletus .	686.	POLYDORUS de Caravagio .	291.
PETRUS PAULUS Ormanicus .	1013. & 2017.	POLYDORUS Ripa .	1230.
PETRUS PAULUS Porrus .	1125.	POMPEJUS Arrigonus .	104.
PETRUS PAULUS Porrus alter .	1125.	POMPEJUS Castillionaeus .	383.
PETRUS PAULUS Simonetta .	1404.	POMPEJUS Lampugnanus .	768.
PETRUS VINCENTIUS Carpanus .	324.	POMPONIUS Aemilianus .	1701.
PHILIPPUS .	1071.	POMPONIUS Cotta .	489. & 1981.
PHILIPPUS Archintus .	73. & 1943.	POMPONIUS Rozzonus .	1253.
PHILIPPUS Archintus alter .	75. & 1945.	PONTIANUS Moronus .	976.
PHILIPPUS Archintus alter .	75.	PREVEDA , seu PRESBYTER Marcellinus .	857.
PHILIPPUS Binafcus .	168.	PRIMUS de Comitibus .	447.
PHILIPPUS Bizozerus .	1740.	PRINCIVALLUS Befutius .	153.
PHILIPPUS Brasca .	223. & 1962.	PRINCIVALLUS Lampugnanus .	768.
PHILIPPUS Capellus .	277.	PRINCIVALLUS Montius .	957.
PHILIPPUS Castillionaeus .	382.	PROSPER Biragus .	172.
PHILIPPUS de Castro Seprio .	395.	PROSPER Cattaneus .	403.
PHILIPPUS Cazzola .	1752.	PROSPER Faraudus .	592. & 1987.
PHILIPPUS Cribellus .	514.	PROSPER Vicecomes .	1649.
PHILIPPUS Decius .	549. & 1985.	S. PROTASIUS .	1132.
PHILIPPUS de Eustachiis .	581.		

PU.

S Y L L A B U S

PUBLIUS FRANCISCUS Spinula .	1431.
PYLEUS à Modoëtia .	1157.
PYRRUS Vicecomes .	1924.

Q

QUINTILIANUS Cribellus .	1871.
--------------------------	-------

R

RAPHAEL .	1182.
RAPHAEL alter .	1182.
RAPHAEL Applanus .	1834.
RAPHAEL Cassina .	338.
RAPHAEL Fagnanus .	589. & 1987.
RAPHAEL Ferrarius .	615.
RAPHAEL Moneta .	946.
RAPHAEL Montorfanus .	1792.
RAPHAEL Peragallus .	1899.
RAPHAEL Tignosius .	1491.
RAPHAEL Toscanus .	1511. & 2038.
RAYMUNDUS Marlianus .	875.
RAYNALDUS de Concoregio .	451. & 1979.
RENATUS Biragus .	173.
RICHARDUS Petrasancta .	1069.
ROBALDUS .	1236. & 2024.
ROBERTUS Francinetus .	1876.
ROBERTUS Rufca .	1265.
ROBOALDUS . V. ROBALDUS .	
ROCCHUS Cafatus .	333.
ROGERIUS Vicecomes .	1651.
ROGLERIIUS Biffus .	158.
ROGLERIIUS de Comitibus .	449. & 1978.
ROGLERIIUS de Concoregio .	453.
ROLANDUS Pallavicinus .	1897.
ROMANUS Rodellus .	1240.
ROMEUS Castillionaeus .	384.
ROMULUS Archintus .	77.
RUFUS Virginius . V. Virginius .	
RUSTICUS .	1267.

S

SABBAS Castillionaeus .	383.
SALVATOR Raforius .	1808.
SAMPSON Ifola .	744.
SAMUEL de Cassinis .	339. & 1971.
SANCTUS Brasca .	225.
SANTARCANGELUS Crippa .	514.
SCARAMUCCIA Trivultius .	1529. & 2039.
SCIPIO Albanus .	14.
SCIPIO Cafatus .	1861.
SCIPIO Simonetta .	1405.
SCIPIO Vegius .	1579. & 2040.
SEBASTIANUS Borfa .	203.
SEBASTIANUS Calvus .	1856.
SEBASTIANUS Cattaneus .	403.
SEBASTIANUS Dardanonus .	1873.
SEBASTIANUS Fageus .	588.
SEBASTIANUS Pessina .	1065.
SEBASTIANUS Resta .	1210.
SEBASTIANUS Sitonus .	1420.
S. SENATOR Septala .	1330.
SENATOR Septala alter .	1332.
SERAPHINUS ab Ecclesia .	569.
SERAPHINUS Portabos .	1127.
SEVERINUS Chalcus .	423. & 1977.
SEVERINUS Frigerius .	648. & 1992.
SFORTIA Brippius .	1851.
SFORTIA Brippius alter .	1852.
SFORTIA MARIA Sfortia .	1389. & 2034.
SIGISMUNDUS Boldonus .	185. & 1956.
SIGISMUNDUS Chalcus .	424.
SIGISMUNDUS Castillionaeus .	386.
SIGISMUNDUS Serbellonus .	1339.
SIGNOROLUS Homodeus .	721.
SIGNOROLUS Homodeus alter .	723.
SIMON de Aliprandis .	1714.
SIMON Borfanus , feu de Borfano .	204.
SIMON Boffius .	220. & 1962.
SIMON Lafforius .	755.
S. SIMPLICIANUS .	1407.
SIMPLICIANUS Bizozerus .	176.

SIM-

S C R I P T O R. M E D I O L.

SIMPLICIUS Corbetta .	1757.	THEODORUS Trivultius alter .	1532.
SIMPLICIUS Gorla .	699.	THEOPHILUS Carentius .	318.
SIRE Raul . V. SIRUS Rhaudensis .		THEOPHILUS Gallinonus .	664. & 1993.
SIRUS Rhaudensis .	1223.	THOMAS .	1490.
STANISLAUS Hofius .	732. & 1996.	THOMAS Albiatus .	17.
STEPHANARDUS de Vicomercato .	1669.	THOMAS de Capitaneis .	282.
STEPHANUS de Arfago .	106.	THOMAS de Caravagio .	1746.
STEPHANUS Mantegatia .	854.	THOMAS à Cassano .	337.
STEPHANUS Morefinus .	960. & 2009.	THOMAS Ceva .	417. & 1976.
STEPHANUS Nardinus .	987.	THOMAS Lucionus .	1779. & 2044.
STEPHANUS de Nottis , feu Nottius .	995. & 2009.	THOMAS Magnus .	832.
STEPHANUS Pallavicinus .	1024.	THOMAS Moronus .	1793.
STEPHANUS de Piopera .	1804.	THOMAS Orignonus .	1798.
STEPHANUS ANTONIUS Cantianus .	274. & 1965.	THOMAS Pirola .	1087.
STEPHANUS FRANCISCUS Gallaratus .	1878.	THOMAS Raynonus .	1196.
STEPHANUS FRANCISCUS Gariboldus .	1880.	THOMAS Regna .	1201. & 2021.
SUPRAMONS de Varifio .	1571.	THOMAS Santaugustinus .	1287. & 2026.
SYLVESTER .	1455. & 2036.	TIBURTIUS Boffius .	1849.
SYLVESTER alter .	1456.	TIBURTIUS Caravagius .	295.
SYLVESTER Draghettus .	561.	TIBURTIUS Caroccus .	323.
SYLVIUS Gelofus .	675.	TIBURTIUS Vicecomes .	1653.
SYRUS .	1456.	TIMOTHEUS Baroffius .	123.
		TIMOTHEUS Canevesius .	269. & 1965.
		TITUS HIERONYMUS SEMPRONIUS Castillionaeus .	387.
		TOBIAS Corona .	478.
		TONSUS Tonfus .	1503.
		TOSABOS Boffius .	220.
		TRISTANUS Chalcus .	425. & 1977.
		TROFFUS à Modoëtia .	936.
		TULLIUS Marlianus .	877.
			V
		VALENTINUS Rubinus .	1259.
		VALERIANUS Deganus .	555. & 1985.
		VALERIANUS Maddius .	827.
		VALERIANUS Magnus .	833. & 2003.
		VALERIANUS Castillionaeus .	387.
		VALERIUS Confalonarius .	1755.
		VALERIUS Maximus .	1555.
		VALPERTUS .	1562.
		UBALDUS Gherardus .	1775.

S Y L L A B U S

UBERTINUS Vicecomes .	1653.	VINCENTIUS .	1681. & 2042.
UBERTUS .	1578.	VINCENTIUS à Caravagio .	292.
UBERTUS Diamus .	557.	VINCENTIUS Castillionæus .	393.
UBERTUS Gagliardi .	652.	VINCENTIUS Dionesanus .	1766.
UBERTUS Ghiringhellus .	684.	VINCENTIUS Foppa .	638.
UBERTUS ab Horto . V. OBERTUS .		VINCENTIUS Petrasancta .	1069.
UBERTUS Lampugnans .	769.	VINCENTIUS Serenius .	1314.
UBERTUS Puteus .	1157.	VIRGINIUS JOSEPH Burrus .	242.
UBERTUS Terzagus .	1917.	VITALIANUS Borromæus .	202.
S. VENERIUS .	1582.	VITALIANUS Borromæus Vicecomes .	1657.
VENTURIANUS Carlius .	1859.	VITALIANUS Borromæus Vicecomes alter .	1658.
VERCELLINUS MARIA Vicecomes .	1654.	VITALIANUS Oldradus .	1004. & 2011.
VERMUNDUS Corius .	471.	VIVIANUS Guffallus .	716.
B. VERONICA de Nigronibus .	1793.	URBANUS III. Pont. Max. .	1687. & 2043.
VERONICA Stampa .	1440.	URBANUS Montius .	957.
UGO Camerarius .	266.	URBANUS Paganus .	1297.
UGO Marlianus .	877.	WIFREDUS .	1695.
VICECOMES Rizzolus .	1817.		
VICTORIA Castelletta Rhaudensis .	340.	Z	
VICTORIUS Castillionæus .	1862.	ZACCARIAS Caimus .	261.
VICTORIUS de Melioribus .	913.	ZACCARIAS Ferrarius .	616.
VIDO de Valvassoribus .	1568.	ZACCARIAS Viccomes .	1659.
VIDO ANTONIUS Arcimboldus .	83.		
VILLANUS de Cirniano .	433.		

SYLLABUS

SCRIPTORUM EXTERORUM,

SED MEDIOLANENSIBUS ADJICIENDI,

PER NOMINA DIGESTUS.

A ALEXANDER Rubinus .	Col. 2153.	JACOBUS Puteus .	Col. 2146.
ANDREAS Camucius .	2075.	JOANNES Simonetta .	2169.
ANDREAS Trevisius .	2181.	JOANNES BAPTISTA Specianus .	2172.
AUGUSTINUS Rubeus de Aragonia .	2152.	JOANNES PETRUS Stampa .	2174.
AUGUSTINUS Torniellus .	2179.	JOSEPH Dondeus .	2109.
BALTHASSAR Castillionaeus .	2081.	JOSEPH HIERONYMUS Sementius .	2155.
BALTHASSAR Tacco , seu Tacconus .	2177.	JOSEPH MARIA Stampa .	2175.
BARTHOLOMAEUS Berfanus .	2068.	JULIA Torniella .	2178.
BARTHOLOMAEUS Bayphius .	2059.	JULIANUS Gofelinus .	2119.
BONIFACIUS Simonetta .	2160.	JULIUS Clarus .	2093.
CAESAR Carena .	2077.	JULIUS Mercorus .	2131.
CAROLUS Bellonus .	2066.	JULIUS AEMILIUS Ferrarius .	2111.
CAROLUS FRANCISCUS Ceresolus .	2087.	JULIUS CAESAR Calvinus .	2075.
CAROLUS GREGORIUS Rossignolus .	2149.	LUCILLUS Philaltheus .	2144.
CICCHUS Simonetta .	2163.	LUDOVICUS Vignatus .	2185.
DEMETRIUS Chalcondyles .	2090.	MARTINUS de Colla .	2095.
DIDACUS Salazarius .	2153. ⁸	MAXIMILIANUS Calvus .	2075.
FABRICIUS Paravicinus .	2141.	NICOLAUS Siccus .	2158.
FRANCISCUS Mediobarbus Biragus .	2127.	OCTAVIANUS Picenardus .	2146.
FRANCISCUS ANTONIUS Tranchedinus .	2180.	PAPYRIUS Cattaneus .	2086.
GASPAR Afelius .	2058.	PAULUS Bellonus .	2066.
GASPARINUS Barzizius .	2061.	PETRUS Galefinus .	2113.
GAUDENTIUS Merula .	2132.	PETRUS Leo .	2123.
GEORGIUS Merula .	2134.	PETRUS CANDIDUS Decembrius .	2099.
GEORGIUS Valla .	2181.	PETRUS JOSEPH Crotta .	2098.
GHERARDUS Borgogni .	2070.	PETRUS PAULUS Bonettus .	2069.
GREGORIUS Rossignolus .	2151.	PETRUS PAULUS Paravicinus .	2141.
GUINIFORTUS Barzizius .	2064.	PLACIDUS ALOYSIUS Caroëllus .	2078.
HIERONYMUS Borferius .	2071.	PROTASIUS Porrus .	2148.
HIERONYMUS Perbonus .	2142.	SIGISMUNDUS Picenardus .	2147.
JACOBUS Antiquarius .	2055.	STEPHANUS Dulcinus .	2109.
JACOBUS Boscalinus .	2072.	STEPHANUS de Nigris .	2137.
JACOBUS Brachius .	2074.	TYDEUS Oldoinus .	2137.
JACOBUS Maynoldus Galaratus .	2123.	UBERTUS Decembrius .	2106.
JACOBUS Menochius .	2128.	ZILIOLOUS Oldoinus .	2139.

SYLLABUS SCRIPTORUM MEDIOLANENSIVM

ORDINE CHRONOLOGICO DISPOSITUS.

ANTE AERAM VULGAREM.

Anno 168. Coecilius Statius .

SECCULO CHRISTI PRIMO.

- 20. Valerius Maximus .
- 91. Philippus .
- 97. Virginius Rufus .

SECCULO SECUNDO.

134. Marcus Salvius Julianus .

SECCULO TERTIO.

- 293. Julius .
- 295. S. Myrocles .

SECCULO QUARTO.

- 355. S. Dionysius .
- 356. S. Protasius .
- 388. S. Ambrosius .
- 394. Anonymus XXIX.
- 399. Flagrius Manlius .

SECCULO QVINCTO.

- 400. S. Simplicianus .
- 400. Theodorus Manlius .
- 400. Deuterius .
- 409. S. Venerius .
- 417. B. Paulinus .
- 435. S. Martinianus .
- 449. S. Lazarus .
- 464. Rusticus .
- 465. S. Eusebius .
- 480. Anonymus I.
- 480. S. Senator Septala .
- 493. Faustus Flavius .

SECCULO SEXTO.

- 500. Constantius .
- 510. S. Laurentius Litta .
- 518. S. Eustorgius II.
- 520. Elpidius Rusticus .
- 521. S. Magnus Felix Ennodius .
- 556. Arator .
- 570. S. Honoratus .
- 570. Anonymus II.

Tom. I.

Anno 578. Florianus .

580. S. Laurentius II.

SECCULO SEPTIMO.

- 660. Constantius alter .
- 680. S. Manfuetus .

SECCULO OCTAVO.

- 735. S. Benedictus .
- 739. Theodorus .
- 764. S. Natalis .
- 790. Datheus .

SECCULO NONO.

- 804. Petrus Oldradus .
- 814. Oldepertus .
- 868. Anspertus .
- 869. Thado .
- 876. Anonymus III.

SECCULO DECIMO.

- 906. Andreas de Cantiano .
- 937. Hildovinus .
- 949. Oldericus .
- 950. Ambrosius alter .
- 961. Angilbertus Pusterla .
- 969. Valpertus .

SECCULO UNDECIMO.

- 1027. Landulphus Castillionaeus .
- 1045. Aribertus , seu Eribertus .
- 1060. Syrus .
- 1066. S. Arialdus Alciatus .
- 1071. Vido de Valvaffloribus .
- 1073. Alexander II. Pontifex Max.
- 1076. S. Herlembaldus Cotta .
- 1080. Datus .
- 1080. Wifredus .
- 1080. Ambrosius Biffus .
- 1085. Landulphus .
- 1086. S. Anselmus de Badagio .
- 1096. Arnulphus .
- 1096. Araulphus alter .

S Y L L A B U S

SECULO DUODECIMO.

SECULO DECIMOTERTIO.

- Anno 1101. Anselmus de Valvafforibus .
 1113. B. Liprandus , seu Luitprandus .
 1119. Petrus Gryfolanus .
 1123. Beroldus .
 1130. Franciscus Serbellonus .
 1131. Anonymus XXX .
 1137. Landulphus alter .
 1144. Robaldus , five Roboaldus .
 1146. Ubertus .
 1148. Martinus Corvus , five Corbus .
 1150. Guido de Summa .
 1150. Joannes .
 1159. B. Joannes Oldradus .
 1161. Thadaeus Ingressus .
 1162. Aloysius Camerarius .
 1162. Gulielmus Gessatus .
 1162. Jacobus Gessatus .
 1167. Niger Crassus .
 1170. Ablaticus Marcellinus .
 1170. Albertus Cagatofficus .
 1170. Anonymus XLV .
 1170. Anselmus de Mandello .
 1170. Brocus de Judicibus .
 1170. S. Galdinus .
 1170. Litta Lampugnanus .
 1170. Obertus ab Horto .
 1170. Petrus Rhaudensis .
 1170. Pyleus .
 1170. Rogerius Vicecomes ,
 1170. Sirius Rhaudensis , five Sire Rhaul .
 1170. Tosabos Bossius .
 1170. Ugo Marlianus .
 1171. Carolus de Gorgonzola .
 1171. Malconventus Cotta .
 1172. Clanterius Crucejus .
 1172. Eriprandus de Judicibus .
 1172. Leo Crucejus .
 1173. Preveda , seu Presbyter Marcellinus .
 1176. Obertus Pirovanus .
 1177. Gerardus Cacapistus .
 1180. Pinamons de Vicomercato .
 1185. Ugo Camerarius .
 1186. Ardicio Rivoltella .
 1187. Urbanus III. Pontifex Max.
 1195. Adofadus Bultraphius , five Boltraphius .
 1195. Milo Cardanus .
 1195. Manfredus Puteobonellus .
 1197. Ubertus Terzagus .
 1198. B. Albinus .

- Anno 1200. Gulielmus Pusterla .
 1200. Jacobus Pyrabos .
 1200. Manfredus Vicecomes .
 1200. Paulus Sala .
 1200. Philippus Lampugnanus .
 1201. Massatius .
 1203. Ardicus , seu Ardericus Cassina .
 1203. Manfredus Ossa .
 1204. Dominicus Burrus .
 1204. Oldebrandus Canevesius .
 1207. S. Gerardus Tinctorius .
 1210. Arialdu de Badagio .
 1210. Lanfrancus de Badagio .
 1211. Gerardus Sessa .
 1216. Albertus Marlianus .
 1216. Gifredus Crassellus .
 1216. Otho ab Horto .
 1216. Petrus de Judicibus .
 1217. Amizio Solarius , five de Solario .
 1217. Fernandus Crucejus .
 1217. Gaspar Menclotius .
 1217. Leonardus Crucejus .
 1217. Menadragus Sorexina .
 1217. Vicecomes Rizolius .
 1220. Anonymus IV .
 1226. Anonymus V .
 1227. Anonymus VI .
 1230. Andreas à Modoëtia .
 1231. Henricus Septala .
 1232. Bernardus Puteobonellus .
 1234. Tatius de Mandello .
 1241. Coelestinus IV. Pontifex Max.
 1241. Gulielmus Rizolius .
 1241. Paganus Turrianus .
 1244. Gotifredus Castillionaeus .
 1247. Ubertus Puteus .
 1249. Jacobus Mazzucchellus .
 1249. Petrus Farifellus .
 1250. Guidotus de Sexto .
 1250. Gulielmus de Saporitis .
 1250. Lanfrancus .
 1250. Oldradus Oldradus .
 1250. Petrus à Basilica-petri .
 1251. Albertus Arena .
 1251. Jacobus Cortesella .
 1251. Leodrifus Cribellus .
 1257. Bonaccursus .
 1257. Joannes Bartholomaeus de Guerciis .
 1257. Gutetus de Mixigia .
 1257. Leo de Perego .
 1260. Bertrandus .
 1260. B. Gandulphus de Binafco .
 1260. Guifridus .

Anno

SCRIPTOR. MEDIOL.

Anno 1262. Emmanuel .
 1262. Matthaeus de Grittis .
 1263. Martinus Turrianus .
 1264. Georgius à Cassano .
 1264. Gerardus Catapesta .
 1264. B. Lanfrancus Septala .
 1264. Villanus de Cirniano .
 1268. Ghezera Puteus .
 1269. Joannes Boffa .
 1270. Joannes de Opreno .
 1270. Mutius Corbetta .
 1271. Galdinus Discordia .
 1272. Conradus de Concoregio .
 1276. Franciscus Lampugnanus alter .
 1277. B. Paganus de Leuco .
 1279. Gottifredus de Buffero .
 1284. Bonifortus Pusterla .
 1287. Comes Cafatus .
 1287. Anricus de Sapia , five de Sabia .
 1289. Jacobus Pyrabos alter .
 1290. Philippus de Castro-Seprio .
 1293. Henricus Scaccabarotius .
 1293. Joannes Lampugnanus .
 1294. Guidus Stampa .
 1295. Otho Vicecomes .
 1295. Petrus Peregroffus .
 1298. Stephanardus de Vicomercato .

SECULO DECIMOQUARTO.

Anno 1300. Bartholinus de Valvafforibus .
 1302. Bonvicinus Ripa .
 1304. Joannes alter .
 1305. Magninus .
 1306. Conradus Corrigius .
 1308. Franciscus Fontana .
 1313. Ubertinus Vicecomes .
 1318. Cassonus Turrianus .
 1320. Joannes Moriggia .
 1321. Raynaldus de Concoregio .
 1324. Ardicio de Concoregio .
 1329. Paulus Aliprandus , five Liprandus .
 1336. Benedictus Alciatus .
 1337. Joannes de Cermenate .
 1339. Aycardus Antimianus .
 1340. Aramaninus de Alamannis .
 1340. Joannes Serenius .
 1340. Paulus Leazarius , seu Leazarnus .
 1340. Simon Laforius .
 1343. Lombardus Turrianus .
 1344. Gualvaneus de la Flamma .
 1348. Arafmaus de Aliprandis .
 1348. Astulphus Lampugnanus .
 1348. Jacobinus Boffius .
 1348. Joannes Villanus .
 1349. Luchinus Vicecomes .

Anno 1350. Antonius , seu Antoniolus Resta .
 1350. Bonincontrus Moriggia .
 1350. Signorolus Homodeus .
 1351. Beltraminus Gironus .
 1351. Conradus de Bernadigio .
 1351. Franciscus , five Franciscolus Capra .
 1351. Franciscus Sulbiagus .
 1351. Franzius , five Franzinus Brippius .
 1351. Franzius Spanzotus .
 1351. Jacobinus Panigarola .
 1351. Jacobinus Usbragerius .
 1351. Joannolus Paganus .
 1351. Laurentius de Bernadigio .
 1351. Leo Dugnanus .
 1351. Ottolinus Burrus .
 1351. Pafinus Cifnusculus .
 1351. Palius , seu Palia Craffus .
 1351. Petrus de Robiate .
 1351. Philippus Capellus .
 1351. Philippus Cazzola .
 1354. Joannes Vicecomes .
 1354. Boschinus Mantegatia .
 1354. Matthaeus Paggius .
 1355. Paulus Eleazarnus , seu Eleazarius .
 1356. Brutius Vicecomes .
 1356. Manfredus Serazonus .
 1358. Ruglerius Biffus .
 1360. Joannes Baptista .
 1360. Anonymus VII .
 1360. Matthaeus de Naso .
 1360. Petrus Maynerius .
 1370. Albertus de Carate .
 1370. Georgius de Palqualibus .
 1370. Jacobus de Cuticis .
 1371. Ambrosius Scaccabarozius .
 1374. Joannes Befutius .
 1376. Philippolus Bizozerus .
 1377. Andreas Turrianus .
 1377. Christophorus de Medicis .
 1381. Simon Borfanus , five de Brofano .
 1383. Joannes Legnanus .
 1385. Oldradus Oldradus alter .
 1386. Ambrosius Septala .
 1387. Bernardinus .
 1388. Matthaeus Sylvaticus .
 1389. Christophorus Ripa .
 1389. Franciscus Francius .
 1389. Jacobinus Daverius .
 1389. Joannolus Martignonus .
 1390. Franciscolus de Brofano .
 1390. Tullius Marlianus .
 1391. Anonymus VIII .
 1396. Guido Taberna .
 1397. Joannes de Capitaneis .
 1399. Anonymus IX .

S E-

S Y L L A B U S

SECULO DECIMOQUINCTO.

- Anno 1400. Ambrosius Boffius .
 1400. Anonymus X.
 1400. Anselmus Rotius .
 1400. Antonius Recenates .
 1400. Bernardinus à Modoëtia .
 1400. Franciscus alter .
 1400. Petrus Arcagnanus .
 1400. Petrus à Castelletto .
 1400. Troffus à Modoëtia .
 1402. Antonius de Angleria .
 1402. Antonius Pellottus .
 1402. Joannes Galeacius Vicecomes .
 1402. Paulus Arzonus .
 1402. Petrus Sorexina .
 1402. Ubertus Lampugnanus .
 1404. Antonius Gluffianus .
 1404. Petrus Maynerius alter .
 1405. Joannes de Capitaneis alter .
 1408. Antonius Confalonarius .
 1409. Joannes Castillionaeus .
 1410. Alexander V. Pontifex Max.
 1410. Lazarinus Resta .
 1412. Antonius de Vicomercato .
 1412. Signorolus Homodeus alter .
 1413. Thomas à Cassano .
 1420. Sylvester .
 1421. Joannes de Viliaco .
 1422. Paulus Bimius .
 1423. Sebastianus Dardanonus .
 1424. Georgius Lurascus .
 1425. Christophorus Castillionaeus .
 1425. Georgius Vallaguffa .
 1425. Manfredus Crucejus .
 1425. Petrus Castillionaeus .
 1426. Beltramus de Galante .
 1426. Paganinus Bizozerus .
 1427. Thadaeolus de Vicomercato .
 1430. Joannes Franciscus Pagnanus .
 1430. Hieronymus .
 1430. Thadaeus Airoidus .
 1431. Lanzallottus Resta .
 1433. Bartholomaeus Capra .
 1433. Boschinus de Angleria .
 1435. Andreas Billius , feu de Billis .
 1435. Franciscus Barbavara .
 1435. Franciscus Boffius .
 1435. Joachimus Castillionaeus .
 1436. Daniel de Concoregio .
 1437. Jacobus Boffius .
 1438. Joannes de Concoregio .
 1439. Joannes Jacobus Ghilinus .
 1439. Philippus Cribellus .
 1440. Antonius Cremona .
 1440. Antonius Pessina .
- Anno 1440. Georgius Lampugnanus .
 1440. Gulielmus Lampugnanus .
 1440. Petrus de Valvafforibus .
 1442. Ignatius Landrianus .
 1443. Branda Castillionaeus .
 1443. Franciscus Picolpassus .
 1443. Petrus Befutius .
 1443. Stephanus de Arfago .
 1444. Jacobus Arciboldus .
 1445. Gerardus Landrianus .
 1447. Philippus Maria Vicecomes .
 1448. Alexius Serenius .
 1448. Donatus Carcanus .
 1448. Jacobus Dugnanus .
 1448. Petrus Antonius Alciatus .
 1450. B. Albertus de Sartiano .
 1450. Ambrosius de Cavalleriis .
 1450. Ambrosius Lucas Cribellus .
 1450. Anonymus XI.
 1450. Anonymus XXXII.
 1450. Antonius de Canaro .
 1450. Christophorus Picinellus .
 1450. Christophorus à Varisio .
 1450. Gabriel de Concoregio .
 1450. Gulielmus Ruffinus .
 1450. Henricus Rampinus de S. Alosyo .
 1450. Joannes Homodeus .
 1450. Joannes Montanus .
 1450. Joseph Brippius .
 1450. Maphaeus Crassus .
 1450. Maphaeus Gallinonus .
 1450. Marcus Marinonus .
 1450. Margarita Ferrufina .
 1450. Paulus Foffatus .
 1450. Philippus de Ghifulphis .
 1450. Raphaël .
 1450. Romanus Rodellus .
 1450. Simon de Aliprandis .
 1450. Vincentius Castillionaeus .
 1451. Augustinus Comus , feu de Cumis .
 1451. Joannes Marlianus alter .
 1453. Anonymus XXXI.
 1454. Bernabos Carcanus .
 1454. Hieronymus Vicecomes .
 1454. Nicolaus Amidanus .
 1455. Petrus Cotta .
 1456. Orosius Hofius .
 1457. Andreas Vicecomes .
 1457. Gabriel Carcanus .
 1457. Gabriel sfortia .
 1457. Thomas Moronus .
 1458. Bartholomaeus Vicecomes .
 1458. B. Leo de Carate .
 1458. Sigismundus Castillionaeus .
 1458. Ubertus Ghiringhellus .
 1459. Nicolaus Arciboldus .

Anno

S C R I P T O R. M E D I O L.

Anno 1460. Albertus Gryphius .
 1460. Antonius Crassus .
 1460. Antonius Rhaudensis .
 1460. Baptista Vastamilius .
 1460. Conradus Manlius .
 1460. Franciscus ab Ecclesia .
 1460. Franciscus Petrafancta .
 1460. Guarnerius Castillionaeus .
 1460. Joannes Castillionaeus alter .
 1460. Joannes Malabarba .
 1460. Joannes Montius .
 1460. Joannes de Parazo .
 1460. Lampus , five Lampuginus Biragus .
 1460. Petrus de Repoffis .
 1460. Raphaël alter .
 1461. Bartholomaeus Moronus .
 1462. Angelus Decembrius .
 1462. Franchinus Castillionaeus .
 1463. Antonius Canobius .
 1463. Leodrifus Cribellus alter .
 1463. Nicolaus de Arfago .
 1464. Ambrosius de Buffero .
 1464. Christophorus .
 1464. Georgius Platus .
 1464. Jacobus Alciatus .
 1468. Antonius de Gradibus .
 1468. Balthassar Rafinus .
 1468. Blanca Maria Vicecomes .
 1468. Jacobus à Modoëtia .
 1468. Joannes Carpanus .
 1468. Joannes de Vicomercato .
 1469. Benedictus de Bernadigio .
 1470. Bartholomaeus Rattus .
 1470. Joannes de Capitaneis .
 1470. Jo. Matthaeus Ferrarius de Gradi .
 1470. Nicolaus Luinus .
 1470. Octavius de Vicomercato .
 1470. Petrus Pusterla .
 1470. Placidus Carminatus Brambilla .
 1470. Scipio Cafatus .
 1472. Archangelus Ungardus .
 1472. Franciscus Trivultius .
 1474. Benignus .
 1474. Cambius Bossius .
 1474. Christophorus Cambiagus .
 1474. Joannes Aloysius Toscanus .
 1475. Guido Terzagus .
 1475. Henricus Cattaneus .
 1475. Jacobus Puteobonellus .
 1476. Aloysius Strata .
 1476. Galeacius Maria Sfortia .
 1476. Hieronymus Olgiatus .
 1477. Gabriel Brebbia .
 1477. Joannes Jacobus Simonetta .
 1478. Franciscus Crucejus .

Tom. I.

Anno 1478. Joannes à Trivilio .
 1478. Joannes Meltius .
 1479. Andreas Carpanus .
 1479. Hieronymus Donatus .
 1479. Sfortia Sfortia .
 1480. Ambrosius Calimerus .
 1480. Anonymus XII.
 1480. Guidotus Mazenta .
 1480. Hieronymus Vicecomes alter .
 1480. Leo Crucejus alter .
 1480. Petrus Cornenus .
 1480. Urbanus Paganus .
 1481. Anonymus XIII.
 1481. Paulinus alter .
 1481. Petrus Carcanus .
 1482. Leonardus Gryphius .
 1483. Joannes Marlianus .
 1483. Joannes Montius alter .
 1483. Thomas de Capitaneis .
 1484. Gaspar de Angleria .
 1484. Stephanus Nardinus .
 1485. Branda Castillionaeus alter .
 1485. Maurus Corbetta .
 1485. B. Michaël Carcanus .
 1485. Petrus Martyr Lampugnanus .
 1485. Raymundus Marlianus .
 1486. Jacobus Antonius Turrianus .
 1487. Anonymus XIV.
 1487. Anonymus XV.
 1487. Ludovicus Mondellus .
 1487. Princivallus Lampugnanus .
 1488. Hyppolita Maria Sfortia .
 1488. Joannes de Concoregio .
 1488. Nicolaus Serazonus, feu de Serazonibus .
 1488. Paulus Bernardinus Lanterius .
 1489. Joannes Ambrosius Aioldus .
 1489. Philippus Maria Sfortia .
 1489. Roglerius de Comitibus .
 1490. Andreas Bossius .
 1490. Bartholomaeus Meltius .
 1490. Boninus Mombritius .
 1490. Bonus Aloysius Crucejus .
 1490. Donatus Bossius .
 1490. Gaspar Lampugnanus .
 1490. Hieronymus Cribellus .
 1490. Joannes Ambrosius Aioldus .
 1490. Joannes Christophorus Daverius .
 1490. Joannes Philippus Gambaloita .
 1490. Laurentius Lampugnanus .
 1490. B. Michaël .
 1490. Nicolaus Seraticus .
 1490. Petrus Lazaronus .
 1490. Platinus Platus .
 1490. Theodorus Sovicus .
 1490. Thomas de Caravagio .

* 18

Anno

S Y L L A B U S

- Anno 1491. Joannes Arcimboldus .
 1491. Nicolaus de Pado .
 1492. Franciscus Maria Septala .
 1492. Georgius .
 1492. Joannes Boffius .
 1493. Ambrosius Gryphius .
 1493. Antonius de Canaro .
 1493. Dionysius Aelius .
 1493. Manfredus Medices .
 1493. Marcus Boffius .
 1493. Paganus Rhandensis .
 1493. Pantaleo Cufanus .
 1494. Anonymus XXXIV.
 1494. Bartholomaeus Caimus .
 1494. Joannes Galeaz Maria Sfortia .
 1494. Petrus Craffus .
 1495. Andreas Sormanus .
 1495. B. Antonius à Modoëtia .
 1495. Hieronymus Battalea .
 1495. Lancellortus Decius .
 1496. B. Bernardinus Caimus .
 1496. Constantius Applanus .
 1496. Lucinus Conagus .
 1496. Matthias de Sexto .
 1496. Severinus Chalcus .
 1496. Theodorus Platus .
 1497. Branda Castillionaeus alter .
 1497. Samuel de Cassinis .
 1497. Veronica de Nigronibus .
 1497. Vido Antonius Arcimboldus .
 1498. Anonymus XVI.
 1498. Anonymus XXXIII.
 1498. Joannes Antonius Corvinus .
 1498. Joannes Antonius de Vailate .
 1498. Joannes Baptista Casoratus .
 1499. Aloyfius Capra .
 1499. Anonymus XVII.
 1499. Anonymus XVIII.
 1499. Andreas Magnus .
 1499. Gaspar Vicecomes .
 1499. Jacobus Alipher alter .
 1499. Joannes Baptista Castillionaeus .
 1499. Joannes Jacobus Vincemala .
 1499. Rolandus Pallavicinus .

SECULO DECIMOSEXTO.

- Anno 1500. Angelus de Lavello .
 1500. Andreas Bonfantus .
 1500. Anonymus XLVI.
 1500. Antonius Gryphius .
 1500. B. Bernardinus de Buffis .
 1500. Bernardinus Luinus .
 1500. Bettinus Triccus .
 1500. Caesar Saccus .

- Anno 1500. Dionysius Aelius .
 1500. Dominicus Maccaneus .
 1500. Domitilla Trivultia .
 1500. Eusebius Corradus .
 1500. Georgius Ravennatinus .
 1500. Gherardus Moriggia .
 1500. Gulielmus Rhandensis .
 1500. Henricus .
 1500. Hieronymus Luranus .
 1500. Hieronymus Sanfonius .
 1500. Hieronymus Tuttavilla .
 1500. Jacobus Arjunus .
 1500. Joannes Albertus Boffius .
 1500. Joannes Baptista Scaravagius .
 1500. Joannes Mapellus .
 1500. Joannes Moriggia aliter .
 1500. Joannes Petrus Cagnolus .
 1500. Joannes Thomas Platus .
 1500. Julius de Julis .
 1500. Matthias .
 1500. Petrus .
 1500. Petrus Figinus .
 1500. Petrus Antonius Platus .
 1500. Stephanus de Nottis , seu Nottius .
 1500. Stephanus de Piopera .
 1501. Luchinus Arconatus .
 1501. Luchinus Corvinus de Aretio .
 1502. Erasmus Brasca .
 1502. Gabriel Morefinus .
 1502. Sanctus Brasca .
 1503. Joannes Petrus Figinus .
 1503. Octavianus Arcimboldus .
 1504. Raphaël Peragallus .
 1505. Ascanius Maria Sfortia .
 1506. Anastafius Platus .
 1506. B. Joannes Angelus Porrus .
 1507. Petrus Casola .
 1507. Stephanus Pallavicinus .
 1507. Thomas Raynonus .
 1508. Alphonfus Riccius .
 1508. Ambrosius de Aliprandis .
 1508. Antonius Trivultius .
 1508. Bartholomaeus Chalcus .
 1508. Fabricius Marlianus .
 1508. Ludovicus Maria Sfortia .
 1508. Michaël Tonfus .
 1509. Angelus Candianus .
 1509. Antonius de Judicibus .
 1509. Bartholomaeus à Valle .
 1509. Franciscus à Trivilio .
 1509. Franciscus Zenus .
 1509. Joannes Antonius Sangeorgius .
 1509. Petrus Montius .
 1510. Bartholomaeus Petrasanctus .
 1510. Christophorus de Camponibus .

Anno

SCRIPTOR. MEDIOL.

- | | |
|---|--|
| <p>Anno 1510. Jacobus Chalcus .
 1510. Thomas .
 1510. Vincentius Foppa .
 1511. Antonius Averarius .
 1511. Hieronymus Terzagus .
 1511. Hilarion Lanterius .
 1511. Lancinus Curtius .
 1512. Bartholomaeus Meda .
 1512. Bernardinus Moronus .
 1512. Diomedes de Pado .
 1512. Gabriel Pirovanus .
 1512. Jacobus Cambiagus .
 1512. Joannes Biffus .
 1512. Joannes Antonius Befana .
 1513. Bartholomaeus Suardus .
 1513. Bernardinus Corius .
 1513. Hieronymus Bossius .
 1513. Joannes Jacobus Castillionaeus .
 1513. Leo de Fidelibus .
 1513. Lucas Cribellus .
 1513. Marcellinus Marmorii .
 1513. Michaël Fernus .
 1513. Richardus Petrasancta .
 1514. Joannes Baptista Vincemala .
 1514. Joannes Petrus Petrasancta .
 1515. Anonymus XIX.
 1515. Benedicta de Vicomercato .
 1515. Christophorus de Capitaneis .
 1515. Joannes Petrus Arlunus .
 1515. Joseph Cufanus .
 1515. Tristanus Chalcus .
 1516. Bernardinus Arlunus .
 1516. Blanca Francisca Sfortia .
 1516. Marfilius Petrasancta .
 1517. Ambrosius Taëgius .
 1517. Anonymus XXXV.
 1517. Antonius, seu Jo. Antonius Cufanus .
 1517. Joannes Tolentinus .
 1517. Veronica Stampa .
 1518. Carolus Barbavara .
 1518. Gabriel .
 1518. Jafon Maynus .
 1518. Joannes Ambrosius Archintus .
 1518. Joannes Antonius Vicomercatus .
 1518. Joannes Jacobus Trivultius .
 1519. Anonymus XXXVI.
 1519. Archangelus à Gallarato .
 1519. Benedicta Bimia .
 1529. Benedictus Bellabucca .
 1519. Hieronymus Ripa .
 1519. Joannes Andreas Prata .
 1519. Joannes Stephanus Castillionaeus .
 1520. Archangela Gabriella Vicecomes .
 1520. Archangelus Madrignanus .
 1520. Bartholomaeus Ferrarius .</p> | <p>Anno 1520. Bartholomaeus Marlianus .
 1520. Caesar Caesarianus .
 1520. Camilla Scarampa .
 1520. Carolus Pagnanus .
 1520. Franciscus Tantius Corniger .
 1520. Georgius alter .
 1520. Georgius Cribellus .
 1520. Hippolytus Estensis .
 1520. Horatius Siccus .
 1520. Joannes de Gradibus .
 1520. Petrus Novatus .
 1520. Petrus Martyr de Angleria .
 1520. Polydorus de Caravagio .
 1521. Aloysius Marlianus .
 1521. Bartholomaeus Simonetta .
 1521. Joannes Jacobus Lomatius .
 1521. Lampus, five Lampuginus Bitagus alter.
 1522. Aaron Battalea .
 1522. Ambrosius Varifius .
 1522. Isidorus Holanus .
 1524. Facius Cardanus .
 1524. Joannes Franciscus Matlianus .
 1524. Ludovicus Septala .
 1524. Michaël Marlianus .
 1524. Petrus Cantonus .
 1525. Aloysius Pirovanus .
 1525. Anselmus Tantius .
 1525. Archangela Panigarola .
 1525. Bernardinus Landrianus .
 1525. Bernardus Cribellus .
 1525. Franciscus Taëgius .
 1525. Franciscus Testa .
 1525. Joannes Antonius Trivultius .
 1525. Joannes Stephanus Cotta .
 1525. Ludovicus de Perego .
 1525. Paulus Cittadinus .
 1526. Paulus Suardus .
 1527. Scaramutia Trivultius .
 1528. Benedictus Tonsus .
 1528. Hieronymus Cittadinus .
 1528. Joannes Antonius Castillionaeus .
 1528. Paulus de Gradibus .
 1529. Augustinus Panigarola .
 1529. Hieronymus Castillionaeus .
 1529. Hieronymus Moronus .
 1530. Anonymus XXXVII.
 1530. Augustinus Paravicinus .
 1530. Balthassar de Fidelibus .
 1530. Bartholomaeus Rozzonus .
 1530. Christophorus Panigarola .
 1530. Joannes Baptista Deganus .
 1530. Joannes Petrus Vicecomes .
 1530. Joseph Cifnusculus .
 1530. Margarita Archinta .
 1530. Thomas Pirola .</p> |
|---|--|

Anno

S Y L L A B U S

- | | |
|---|---|
| <p>Anno 1530. Vivianus Guffallus .
 1531. Nicolaus Castillionaeus .
 1535. Camillus Ghilinus .
 1535. Matthaeus Vicecomes .
 1535. Philippus Decius .
 1535. Scipio Vegius .
 1536. Antonius Mediobarbus .
 1536. Coecilia Gallarana .
 1536. Jacobus Minutius .
 1535. Bernardinus Porta .
 1535. Camillus Agrippa .
 1537. Galeatius Capra , sive Capella .
 1537. Petrus Petrasancta .
 1537. Ferrandus, sive Ferdinandus de Abdua .
 1537. Gualterius Corbetta .
 1537. Lucilius Terzagus .
 1538. Hilarion Corbetta .
 1539. Ascaleon à Valle .
 1539. Jacobus Simonetta .
 1540. Anonymus XX.
 1540. Camilla Suarda .
 1540. Hippolyta Vela .
 1540. Joannes Baptista Confalonarius .
 1540. Joannes Baptista Sclafenatus .
 1540. Romaeus Castillionaeus .
 1540. Titus Hieronymus Sempronius Castil-
 lionaeus .
 1540. Vincentius Dionesanus .
 1541. Julius alter .
 1542. Carolus Bebulchus .
 1542. Hieronymus Ferrarius .
 1542. Joannes Franciscus Gaddius .
 1543. Tonsus Tonsus .
 1544. Caesar Moriggia .
 1544. Franciscus Caimus .
 1544. Franciscus Craffus alter .
 1544. Hippolyta Porromaea .
 1544. Joannes Georgius Septala .
 1544. Joannes Marcus Burigotius .
 1544. Joannes Nava .
 1545. Aurelius Albutius .
 1545. Blanca de Balsamo .
 1545. Paulus Cribellus .
 1546. Aegidius Bossius .
 1546. Jacobus Philippus Simonetta .
 1546. Joannes Paulus Alciatus .
 1547. Ambrosius Recalcatus .
 1547. Andreas Gluffianus .
 1547. Anonymus XXI.
 1547. Augustus Botta .
 1547. Paulus Petrasancta .
 1548. Augustinus Trivultius .
 1548. Diamans Marinonus .
 1548. Hieronymus Porrus .
 1548. Joannes Andreas de Vicomercato .</p> | <p>Anno 1548. Ludovicus Petrasancta .
 1549. Andreas Mendrisius .
 1550. Almericus Sayta .
 1550. Ambrosius Ferrarius .
 1550. Andreas Alciatus .
 1550. Benedicta .
 1550. Camillus Rhaudensis .
 1550. Camillus Agrippa .
 1550. Franciscus .
 1550. Franciscus Lampugnans .
 1550. Franciscus Sfondratus .
 1550. Hieronymus Bassus .
 1550. Hieronymus Novatus .
 1550. Joannes Albertus Albicantes .
 1550. Joannes Baptista Archintus .
 1550. Joannes Baptista Brebbia .
 1550. Joannes Baptista Civegna .
 1550. Joannes Franciscus Martignonus .
 1550. Joannes Maria Buttinonus .
 1550. Joannes Paulus Lomatius .
 1550. Joannes Raynonus Barizaldus .
 1550. Ludovicus Porrus .
 1550. Marcus Litta .
 1550. Marius Cotta .
 1550. Matthaeus Cassagus .
 1550. Octavianus Picus .
 1550. Petrus Novatus alter .
 1550. Petrus Puricellus .
 1550. Princivallus Montius .
 1550. Publius Franciscus Spinula .
 1550. Quintilianus Cribellus .
 1550. Sylvius Gelosus .
 1551. Seraphinus ab Ecclesia .
 1552. Bernardus Porrus .
 1552. Hieronymus Torchius .
 1553. Cattellianus Cotta .
 1553. Joannes Antonius Ferrarius .
 1554. Caesar Bologninus Attendulus .
 1554. Sabbas Castillionaeus .
 1555. Bonaventura Castillionaeus .
 1555. Franciscus Mantegatia .
 1555. Hieronymus Rozzonus .
 1555. Joannes Angelus Arciboldus .
 1555. Joseph Brippius alter .
 1555. Marcus Antonius Majoragius .
 1555. Paula Antonia de Nigris .
 1555. Philippus Pirogallus .
 1556. Catharina Vicecomes .
 1556. Hieronymus Benzonus .
 1556. Joseph Plantanida .
 1556. Julius Porrus .
 1557. Dionysius Brippius .
 1557. Joannes Ambrosius Bulla .
 1557. Joannes Franciscus Strapparola .
 1557. Joannes Jacobus Medices .</p> |
|---|---|

Anno

S C R I P T O R . M E D I O L .

- | | |
|--|---|
| <p>Anno 1557. Paulus Canobius .
 1557. Philippus Castillionaeus .
 1558. Ambrosius Cavenagus .
 1558. Antonellus Arciboldus .
 1558. Jacobus Maria Stampa .
 1558. Joannes Baptista de Vicomercato .
 1558. Livia Torniella .
 1558. Petrus Antonius Marlianus .
 1558. Philippus Archintus .
 1558. Tiburtius Caravagius .
 1559. Joannes Baptista Castillionaeus alter .
 1559. Marcus Antonius Caimus .
 1560. Anastasia Cotta .
 1560. Angelus à Ferno .
 1560. Camillus de Advocatis .
 1560. Floravantes Rabbia .
 1560. Franciscus Bernardinus de Vicomercato .
 1560. Hieronymus Mendrisius .
 1560. Hieronymus Lombardus .
 1560. Hieronymus Raynerius .
 1560. Hortensius Landus .
 1560. Jacobus Cattaneus .
 1560. Jacobus Philippus Carpanus .
 1560. Jason Maynus alter .
 1560. Joannes Aloysius Trottus .
 1560. Joannes Baptista Cardanus .
 1560. Joannes Baptista Veranus .
 1560. Joannes Franciscus Pusterla .
 1560. Joannes Jacobus Aelius .
 1560. Joannes Jacobus Salvatorinus .
 1560. Mauritius Maurus .
 1560. Michaël Resta .
 1560. Nicolaus Mutonus .
 1560. Pacificus Bebulcus .
 1560. Paula Sessa .
 1560. Paulus Triccus .
 1560. Stephanus Morefinus .
 1560. Ubaldus Gherardus .
 1561. Franciscus Taberna .
 1561. Nicolaus Oldanus .
 1562. Anonymus XXIII .
 1562. Caesar Gallaratus .
 1562. Joannes Baptista Corneus .
 1562. Joannes Baptista Craffus .
 1563. Joannes Petrus de Cermenate .
 1564. Anonymus XXII .
 1564. Basilius Alamannus .
 1564. Marius Picus .
 1565. Cornelia Cotta .
 1565. Franciscus Villanus .
 1565. Joannes Fassatus .
 1565. Octavianus Raverta .
 1565. Petrus Paulus Arrigonus .
 1565. Pius IV. Pontifex Max .
 1565. Princivallus Befutius .</p> | <p>Anno 1566. Franciscus Craffus .
 1566. Jacobus Maria Berna .
 1566. Joannes Baptista Bimius .
 1566. Virginius Joseph Burrus .
 1567. Alexander Archintus .
 1567. Joannes Baptista Befutius .
 1567. Nicolaus Pacedianus .
 1568. Franciscus Abundius Castillionaeus .
 1568. Hieronymus Garbagnatus .
 1568. Ludovicus Simonetta .
 1569. Constantius Annonus .
 1569. Gabriel Casatus .
 1569. Joannes Antonius Canevesius .
 1569. Petrus Georgius Vicecomes .
 1570. Alphonfus Vicecomes .
 1570. Anonymus XXXVIII .
 1570. Anonymus XLVII .
 1570. Antonius Maria Venustus .
 1570. Aurelius Cattaneus .
 1570. Bernardinus Bossius .
 1570. Christophorus Vicecomes .
 1570. Franciscus à Canobio .
 1570. Franciscus de Vicomercato .
 1570. Gaspar Legnanus .
 1570. Ginesius Rosanus .
 1570. Hieronymus Bossius alter .
 1570. Hieronymus Hofius .
 1570. Hieronymus Tattus .
 1570. Jacobus Maynerius .
 1570. Joannes Brippius .
 1570. Joannes Stephanus Leinatus .
 1570. Laurentius Maddius .
 1570. Prosper Biragus .
 1570. Vincentius .
 1570. Vincentius Petrasancta .
 1570. Zaccharias Ferrarius .
 1571. Anonymus XXIV .
 1571. Anonymus XLVIII .
 1571. Branda Porrus .
 1571. Hector Vicecomes .
 1571. Joannes Ambrosius Barbavara .
 1571. Michaël Sovicus .
 1572. Ambrosius Canobius .
 1572. Camilla Rhaudensis .
 1572. Franciscus Curtius .
 1572. Hippolytus Estensis alter .
 1572. Joannes Antonius Cazzulus .
 1572. Joseph Alamannus .
 1572. Martinus Bassus .
 1572. Parthenia Gallarata Maynolda .
 1572. Pompejus Castillionaeus .
 1573. Bartholomaeus Taëgius .
 1573. Bernardinus Rossignolus .
 1573. Horatius Arrigonus .
 1574. Alexander Cribellus .</p> |
|--|---|

S Y L L A B U S

- | | |
|---|---|
| <p>Anno 1574. Camillus de Perego .
 1574. Paulus Albutius .
 1575. Christophorus Magnus .
 1575. Cosmus Alamannus .
 1575. Fabricius Lampugnani .
 1575. Joannes Franciscus Scantius .
 1575. Ludovicus Biragus .
 1575. Paula Sfondrata .
 1575. Theophilus Gallinonius .
 1575. Aloysius de Capitaneis .
 1576. Hieronymus Cardanus .
 1575. Ludovicus Gandinus .
 1576. Philippus Binafcus .
 1577. Annibal Balsamus .
 1577. Annibal Crucejus .
 1577. Antonius Sanfonius .
 1577. Franciscus de Comitibus .
 1579. Joannes Maria Caneparius .
 1577. Lanfrancus Bonipertus .
 1577. Leander Vicecomes .
 1578. Camillus de Capitaneis .
 1578. Franciscus Castellus .
 1578. Joannes Matthaëus Toscanus .
 1578. Joannes Paulus Barzius .
 1578. Malachias Binfcus .
 1579. Ascanius Centorius de Hortensius .
 1579. Franciscus Civellus , five Clavellus .
 1579. Franciscus Curionus .
 1579. Stanislaus Hofius .
 1579. Thomas Albiatus .
 1579. Pomponius Cotta .
 1580. Ambrosius Magnagus .
 1580. Angelus Muttonus .
 1580. Antonius de Comitibus .
 1580. Antonius Franciscus Raynerius .
 1580. Caesar Rincius .
 1580. Camillus Boffius .
 1580. Franciscus Alciatus .
 1580. Gabrius Serbellonus .
 1580. Galearius Brugora .
 1580. Horatius Lutius .
 1580. Joannes Moronus .
 1580. Joannes Ambrosius Ferrarius .
 1580. Joannes Angelus Cerrus .
 1580. Joannes Antonius Luinus .
 1580. Joannes Petrus Aioldus .
 1580. Julius Pogianus .
 1580. Petrus Martyr Tronus .
 1580. Robertus Francinetus .
 1580. Thomas Albiatus .
 1580. Tiburtius Vicecomes .
 1581. Anonymus XXV.
 1581. Camillus Castillionaeus .
 1581. Camillus Porrus .
 1581. Gaspar Bugattus .</p> | <p>Anno 1581. Hieronymus Brambilla alter .
 1581. Hieronymus Crottus .
 1581. Marcus Maphaeus Cicerejus .
 1582. Alexander Paravicinus alter .
 1582. Jo. Baptista de Comitibus Fontana .
 1582. Marcus Antonius Boffius .
 1583. Carolus Antonius Bebulchus .
 1583. Franciscus Arconius .
 1583. Hieronymus Monnius .
 1583. Joannes Petrus Albutius .
 1583. Renatus Biragus .
 1584. Anonymus XXXIX.
 1584. S. Carolus Borromaeus .
 1584. Franciscus Boffius .
 1584. Hieronymus Caluschus .
 1584. Jacobus Gluffianus .
 1584. Jacobus Turrianus .
 1584. Joannes Paulus de Clericis .
 1584. Joannes Petrus Befutius .
 1584. Marcellus Castillionaeus .
 1584. Angelus Castillionaeus .
 1585. Antonius .
 1585. Gothardus Regna .
 1585. Gabriel Bufca .
 1585. Hercules Vincemala .
 1585. Hilarion Tadinus .
 1585. Hippolytus Seta .
 1585. Joannes Baptista Raynoldus .
 1585. Marcus Antonius Missalia .
 1585. Octavianus Ferrarius .
 1585. Scipio Simonetta .
 1585. Theophilus Carentius .
 1586. Dominicus Buellius .
 1587. Bernardus Bertolius .
 1587. Joannes Baptista Crevenna .
 1587. Joannes Baptista Formentus .
 1587. Joannes Baptista Septala .
 1587. Paulus Sfondratus .
 1587. Philippus Raynoldus .
 1588. Archileus Carcanus .
 1588. Brunorus Taberna .
 1588. Joannes Arciboldus alter .
 1588. Joannes Franciscus Landrianus .
 1588. Mutius Varifius .
 1588. Petrus Franciscus Biragus .
 1589. Alexander Corius .
 1589. Barth lomaëus Capra alter .
 1589. Gaspar Moriggia .
 1590. Alexander Pufferla .
 1590. Anna Maria Zucchia .
 1590. Anonymus XLIX.
 1590. Antonius Moneta .
 1590. Antonius Rubeus .
 1590. Appolonius Menabenus .
 1590. Augustinus Cufanus .</p> |
|---|---|

Anno

SCRIPTOR. MEDIOL.

Anno 1590. Augustinus Ramellus .
 1590. Bartholomaeus Maynerius .
 1590. Basilius Alamannus .
 1590. Benignus Grysonianus .
 1590. Bonagratia Vignatus .
 1590. Facius Gallaranus .
 1590. Francisca Camilla Gallarata .
 1590. Franciscus Cicerejus .
 1590. Franciscus Perlasca .
 1590. Germanus Gallaffus .
 1591. Gregorius XIV. Pontifex Max.
 1590. Heliodorus .
 1590. Hieronymus Frova .
 1590. Hieronymus Platus .
 1590. Joannes Ambrosius Pechius .
 1590. Joannes Antonius Boffius .
 1590. Joannes Antonius Lupus .
 1590. Joannes Baptista Porrus .
 1590. Joannes Baptista Porrus alter .
 1590. Joannes Baptista Salvatorinus .
 1590. Joannes Baptista Vicecomes alter .
 1590. Joannes Franciscus Porrus .
 1590. Joannes Jacobus Aelius .
 1590. Joannes Petrus Aioldus .
 1590. Joannes Petrus Stuppanus .
 1590. Joseph Ferrarius .
 1590. Julius Moriggia .
 1590. Julius Verga .
 1590. Maria Ferraria .
 1590. Peregrinus de Peregrinis .
 1590. Raphaël Applanus .
 1590. Raphaël Toscanus .
 1590. Sfortia Brippius .
 1590. Thomas Orrigonus .
 1590. Urbanus Montius .
 1591. Caesar Rovidius .
 1591. Joannes Antonius Serbellonus .
 1591. Joannes Baptista Cerronettus .
 1592. B. Alexander Saulus .
 1592. Aloyfius Varifius .
 1592. Bartholomaeus Recalcatus .
 1592. Basilius Menabenus .
 1592. Fabius Varifius .
 1592. Nicolaus Boldonus .
 1592. Octavianus Fabagrossa .
 1592. Prosper Vicecomes .
 1593. Afcanius Mozzonus .
 1593. Augustus Barbovius .
 1593. Caesar Regna .
 1593. Hieronymus Castillionaeus alter .
 1593. Joannes Antonius Aëtius Gallaratus .
 1593. Paulus Salodius .
 1593. Primus de Comitibus .
 1594. Alphonfus Oldradus .
 1594. Andreas Casanova .

Anno 1594. Angelus Cantonus .
 1594. Augustinus Bonacina .
 1594. Desiderius Carcanus .
 1594. Franciscus Panigarola .
 1594. Hieronymus Rabbia .
 1594. Jacobus Boffius .
 1594. Joannes Antonius Zavatarius .
 1594. Joannes Petrus Marchesonius .
 1594. Joannes Vicecomes alter .
 1594. Joseph Cafatus .
 1594. Petrus Paulus Porrus .
 1594. Vincentius Serenius .
 1595. Aloyfius Terzagus .
 1595. Evangelista à Canobio .
 1595. Gaspar Vicecomes alter .
 1595. Horatius Carpanus .
 1595. Gabriel Cunaeus .
 1596. Arcangelus Campatius .
 1596. Augustinus Tradatus .
 1596. Zaccarias Caimus .
 1597. Franciscus Cretensis .
 1597. Joachimus Garbicellus .
 1597. Pomponius Rozzonus .
 1598. Caesar Bergamius .
 1598. Joannes Baptista Caballinus .
 1599. Fabritius Vicecomes .
 1599. Marcus Antonius Boffius .
 1599. Prosper Cattaneus .

SECULO DECIMOSEPTIMO.

Anno 1600. Aloyfius Plantanida .
 1600. Angelus Franciscus Tignoffus .
 1600. Anonymus L.
 1600. Angelus Purinellus .
 1600. Antonius Maria Paverus .
 1600. Appollinaris Vicecomes .
 1600. Augustinus Gambarellus .
 1600. Balthassar Castillionaeus .
 1600. Bernardinus Baldinus .
 1600. Bernardinus Fernus .
 1600. Bernardinus Marlianus .
 1600. Camillus Patellanus .
 1600. Carolus Gallaratus .
 1600. Desiderius Piola .
 1600. Franciscus Montius .
 1600. Georgius Florus .
 1600. Joannes Antonius Burrus .
 1600. Joannes Baptista Tadinus .
 1600. Joannes Franciscus Carmenus .
 1600. Joannes Philippus Gherardinus .
 1600. Isaias Prata .
 1600. Julia Varifia .
 1600. Julius Caesar Tadinus .
 1600. Laurentius Toscanus .
 1600. Livius Aicardus .

Anno

S Y L L A B U S

<p>Anno 1600. Matthaeus Castillionaeus . 1600. Paulus de Perego . 1600. Petrus Paulus Simonetta . 1601. Ambrosius Stampa . 1601. Camillus de Advocatis . 1601. Franciscus Cittadinus . 1601. Joannes Tonsus . 1601. Guido Cufanus . 1602. Antonia Maria Sfondrata . 1602. Octavianus Befutius . 1603. Celfus Confalonarius . 1603. Fabricius Petrasancta . 1603. Franciscus, five Jo. Franciscus Caccia . 1603. Joannes Antonius de Abdua . 1603. Joannes Christophorus Moronus . 1603. Paula Antonia Sfondrata . 1603. Petrus Franciscus Marlianus . 1604. Gulielmus Bramicellus . 1604. Julius Plantanida . 1604. Matronianus Binagus . 1604. Paulus Moriggia . 1604. Scipio Albanus . 1605. Alexander Rovidius . 1605. Ignatius Albanus . 1605. Joannes Matthaeus Paravicinus . 1606. Alexander Litta . 1606. Alphonfus Raynoldus . 1606. Hieronymus Sanfonius alter . 1606. Jacobus Philippus Besta . 1606. Joannes Baptista Fageus . 1607. Aloysius Castillionaeus . 1607. Antonius Blaguazonus . 1607. Balthassar Caepolla . 1607. Caesar Specianus . 1607. Galeacius Vicecomes . 1607. Honorius Longus . 1607. Joannes Vicecomes alter . 1608. Anonymus LI. 1608. Bernardinus Scottus . 1608. Bernardus Raynoldus . 1608. Franciscus Gluffianus . 1608. Joannes Franciscus Sitonus . 1608. Joannes Jacobus Castoldus . 1608. Michaël à Ferno . 1608. Paulus Aioldus . 1609. Caesar Parona . 1609. Carolus Hieronymus Bellanus . 1609. Cúrtius Cafatus . 1609. Georgius Vercellonius . 1609. Hieronymus Raphaëlius . 1609. Jacobus Maria ab Ecclesia . 1609. Sebastianus Cattaneus . 1610. Alphonfus Gallaratus . 1610. Ambrosius de Rusconibus . 1610. Anonymus LII.</p>	<p>Anno 1610. Faustinus Aicardus . 1610. Franciscus Gerofa . 1610. Franciscus Bernardinus Magnus . 1610. Jacobus Bollinus . 1610. Joannes Baptista Martinengus . 1610. Joannes Baptista Saccus . 1610. Joannes de Magistris . 1610. Joseph Archintus . 1610. Joannes Petrus Zenalius . 1610. Raphaël Montorfanus . 1610. Zacharias Vicecomes . 1611. Antonius Regna . 1611. Eleuterius Albergonus . 1611. Franciscus Ambiverus . 1611. Georgius Longus . 1611. Horatius Seronus . 1611. Joannes Ambrosius Biffus . 1611. Joannes Stampa . 1611. Sampson Ifola . 1612. Franciscus Aelius . 1612. Franciscus Simonetta . 1612. Jacobus Antonius Carpanus . 1612. Joannes Baptista Bossius . 1612. Joannes Marcus Fagnanus . 1612. Marcus Marcellus Rincius . 1613. Ambrosius alter . 1613. Angelus Scannus . 1613. Flaminius Platus . 1613. Guidus Mazenta . 1613. Gabriel Verrus . 1613. Joannes Baptista Vicecomes alter . 1613. Joannes Franciscus Befutius . 1613. Joannes Jacobus Resta . 1613. Julius Caesar Corius . 1613. Julius Caesar Figinus . 1613. Modestus Vicecomes . 1613. Polydorus Ripa . 1614. Caesar Tettamantius . 1614. Franciscus Bimius . 1614. Joannes Antonius Crespius . 1614. Melchior Alciatus . 1614. Paulus Aemilius Barbaruffa . 1614. Sebastianus Resta . 1615. Carolus à Basilica-petri . 1615. Gaspar Carcanus . 1615. Jacobus Alipher . 1615. Petrus Antonius Crespius Castoldus . 1615. Pomponius Aemilianus . 1615. Vincentius de Caravagio . 1616. Aurelius Bassus . 1616. Flaminius Fernus . 1616. Hieronymus Trivultius . 1616. Joannes Baptista Applanus . 1616. Joannes Baptista Viottus . 1616. Octavius Cottonius .</p>
--	---

Anno

SCRIPTOR. MEDIOL.

Anno 1616. Petrus Martyr Marinonus .
 1616. Pompejus Arrigonus .
 1617. Angelus Aelius , five Ellenfis .
 1617. Antonius Albertallus .
 1617. Dominicus Maria Curionus .
 1617. Franciscus Ferrarius .
 1617. Franciscus Petrasancta alter .
 1617. Franciscus Picinellus .
 1617. Joannes Baptista Billius .
 1617. Ludovicus Meltius .
 1617. Ludovicus Taberna .
 1617. Marcus Antonius Bonvicinus .
 1617. Pompejus Lampugnans .
 1617. Vitalianus Vicecomes Borromaeus .
 1618. Andreas Bonus .
 1618. Andreas Manriquis .
 1618. Anonymus XLII .
 1618. Carolus Pirovanus .
 1618. Cherubinus Casatus .
 1618. Franciscus Aelius .
 1618. Julius Caesar Guffianus .
 1618. Leo Rubeus .
 1618. Ludovicus Maddius .
 1618. Paulus Aemilius Sfondratus .
 1618. Victoria Castelletta Rhaudensis .
 1619. Anonymus XXVI .
 1619. Augustinus Beretta .
 1619. Desiderius Gryphius .
 1619. Ferdinandus Taberna .
 1619. Joannes Baptista Bologna .
 1619. Joannes Thomas Gallaratus .
 1620. Antonius Salmatia .
 1620. Antonius Thoëschius .
 1620. Bernardinus Fernus de Brusatoribus .
 1620. Bonaventura Burattus .
 1620. Cornelia Lampugnana Rhaudensis .
 1620. Christophorus Sylva .
 1620. Damianus Fasolius .
 1620. Joannes Baptista Bonoculus .
 1620. Joannes Baptista Proserpius .
 1620. Joseph Milanus .
 1620. Julius Tattus .
 1620. Marcus Aurelius Grattarola .
 1620. Octavianus de Custodibus .
 1620. Petrus Antonius Barca .
 1620. Petrus Martinolus .
 1620. Raphaël Ferrarius .
 1621. Blasius Guenzatus .
 1621. Carolus Andreas Bassus .
 1621. Joannes Baptista Montanus .
 1621. Joannes Baptista Sylvaticus .
 1621. Michaël Misseronus .
 1621. Paulus Aemilius Blancus .
 1621. Petrus Franciscus Goanus .
 1621. Sebastianus Fageus .

Tom. I.

Anno 1622. Ambrosius Borronus .
 1622. Jacobus Antonius de Clericis .
 1622. Joannes Georgius Trivultius .
 1622. Mutius Sfortia .
 1622. Paulus Sanfonius .
 1622. Raphaël Cassina .
 1623. Albertus Pecorellus .
 1623. Benedictus Sociacus .
 1623. Jacobus Ferrarius .
 1623. Joannes Ambrosius Confalonarius .
 1623. Joannes Andreas Pionnus .
 1623. Joannes Petrus Guffianus .
 1623. Ludovicus Mazenta alter .
 1623. Petrus Jacobus Arrigonus .
 1623. Raphaël Fagnanus .
 1624. Alexander Confalonarius .
 1624. Anonyma .
 1624. Joannes Andreas Cattaneus .
 1624. Petrus Franciscus de Primis .
 1625. Caesar de Riparia .
 1625. Cherubinus Ferrarius .
 1625. Flaminius Crucejus .
 1625. Franciscus Ruginius .
 1625. Franciscus Sanbenedictus .
 1625. Joannes Franciscus Pellitionus .
 1625. Tiburtius Caroccus .
 1625. Valerius Confalonarius .
 1626. Balthassar Capra .
 1626. Bonaventura Paravicinus .
 1626. Dominicus Zucchinettus .
 1626. Franciscus Bernardinus Sessa .
 1626. Hieronymus de Carate .
 1626. Joannes Stephanus Mirabilia .
 1626. Petrus Vincentius Carpanus .
 1626. Salvator Raforius .
 1627. Alexander Rhaudensis .
 1627. Ambrosius Ratagius .
 1627. Bartholomaeus Affander .
 1627. Camillus Ballianus , five Balbianus .
 1627. Camillus Sclafenatus .
 1627. Donatus Fontana .
 1627. Hieronymus Caimus .
 1627. Julius Arefius .
 1627. Tobias Corona .
 1628. Aloysius Bariola .
 1628. Celfus Dugnanus .
 1628. Albertus Tirellus .
 1628. Federicus Vassallus .
 1628. Joannes Baptista Bizozerus .
 1628. Joannes Baptista Gallimbertus .
 1628. Joannes Franciscus de Clericis .
 1628. Joseph Maria Arconius .
 1628. Julius Caesar Ruginellus .
 1628. Laurentius Frifonus .
 1628. Ludovicus Mazenta .

* 20

Anno

S Y L L A B U S

- | | |
|---|---|
| <p>Anno 1628. Maximus Serenius .
 1629. Anonymus XLI.
 1629. Antonius Georgius Befutius .
 1629. Aquilinus Coppinus .
 1629. Hieronymus de Sirturis .
 1629. Horatius Cafatus .
 1629. Laurentius Binagus .
 1629. Michaël Angelus Cassina .
 1629. Octavius Vincemala .
 1629. Petrus Maria Castillionaeus .
 1629. Simon Boffius .
 1630. Alexander Gherardinus .
 1630. Aloysius Boffius .
 1630. Antonius Albertallus .
 1630. Antonius Gallaratus .
 1630. Bartholomaeus Zucchius .
 1630. Basilius Serenius .
 1630. Benedictus Septala .
 1630. Carolus Torniiellus .
 1630. Carolus Moneta .
 1630. Eugenius Dionesanus .
 1630. Eusebius Crucejus .
 1630. Christophorus Carcanus .
 1630. Federicus Borromaeus .
 1630. Federicus à Valle .
 1630. Ferdinandus Meltius .
 1630. Franciscus Bernardinus Vela .
 1630. Franciscus Biragus .
 1630. Franciscus de Platea .
 1630. Franciscus Rubinus .
 1630. Franciscus Rugerius .
 1630. Franciscus Maria Guazzus .
 1630. Franciscus Maria Rhaudensis .
 1630. Gabriel Sorexina .
 1630. Gregorius Gallicanus .
 1630. Hieronymus Septala .
 1630. Hieronymus Sitonus .
 1630. Hippolytus Airoidus .
 1630. Joannes Andreas Drallus .
 1630. Joannes Antonius Calvenzanus .
 1630. Joannes Antonius Castillionaeus alter .
 1630. Joannes Baptista Vertua .
 1630. Joannes Baptista Villa .
 1630. Joannes Rovidius .
 1630. Joseph Alamannus .
 1630. Joseph Landus .
 1630. Joseph Oldradus .
 1630. Julius Foppa .
 1630. Ludovicus Vincemala .
 1630. Marcus Antonius Montius .
 1630. Maria Angelus Sanbenedictus .
 1630. Melchior Ripa .
 1630. Melchior Puteus .
 1630. Michaël Angelus Caccia .
 1630. Nicolaus Pellizzarius .</p> | <p>Anno 1630. Joannes Baptista Oddonus .
 1630. Paulus Rhaudensis .
 1630. Petrus Franciscus Corius .
 1630. Prosper Farraudus .
 1630. Robertus Rufca .
 1630. Sigismundus Boldonus .
 1630. Stephanus Mantegatia .
 1630. Theodorus Fantonus .
 1630. Timotheus Baroffius .
 1631. Alexander Panigarola .
 1631. Angelica Agata Sfondrata .
 1631. Aurelius Blancus .
 1631. Camillus Sitonus .
 1631. Camillus Raverta .
 1631. Christophorus Maria Crucejus .
 1631. Felix Hofius .
 1631. Joannes Capis .
 1631. Joannes Aloysius Confalonierius .
 1631. Joannes Petrus Bimius .
 1631. Joannes Petrus Grimaldus .
 1631. Martinus Bonacina .
 1632. Antonius Boffius .
 1632. Antonius Giggaeus .
 1632. Christophorus Burrus .
 1632. Jacobus Lampugnanus .
 1632. Jacobus Puteus .
 1632. Philippus Archintus alter .
 1633. Antonius Princivallus Carera .
 1633. Joannes Baptista Arconatus .
 1633. Joseph Vicecomes .
 1633. Ludovicus Septala alter .
 1634. Benedictus Cinquanta .
 1634. Cosmus Alamannus .
 1634. Joannes Forrerius Abbiatus .
 1634. Joannes Sfondratus .
 1634. Sebastianus Pessina .
 1635. Angelus Stampa .
 1635. Caesar Canobius .
 1635. Carolus Antonius Agudius .
 1635. Joannes Ambrosius Mazenta .
 1636. Caesar Lampugnanus .
 1636. Hector Albergantus .
 1636. Isidorus Solarius .
 1636. Mauritius de Domis .
 1636. Senator Septala alter .
 1637. Angelicus Radaëllus .
 1637. Caesar de Perego .
 1637. Innocentius ab Ecclesia .
 1637. Joannes Baptista Vicecomes .
 1637. Paulus Hieronymus Martignonus .
 1637. Petrus Paulus Buttintrochis .
 1637. Sebastianus Borfa .
 1638. Andreas Piëtorius .
 1638. Antonius Ramponus .
 1638. Bartholomaeus Gavantus .</p> |
|---|---|

Anno

SCRIPTOR. MEDIOL.

Anno 1638. Benedictus Castellus .
 1638. Carolus Jacomettus .
 1638. Joannes Baptista Vicecomes alter .
 1638. Joannes Franciscus Crescius .
 1638. Octavius Cufanus .
 1638. Ludovicus Barbavara .
 1638. Matthaeus Parucconus .
 1638. Philippus Vicecomes .
 1639. Anonymus XLIII.
 1639. Caesar Taberna .
 1639. Ferrandus Doffena .
 1639. Hercules Blancus .
 1639. Joannes Augustinus Confalonarius .
 1639. Joannes Baptista Plantanida .
 1639. Joseph Barca .
 1638. Julius Cignardus .
 1640. Basilius Pusterla .
 1640. Caesar Millefantius .
 1640. Caesar Scrofatus .
 1640. Franciscus Bernardinus Porrus .
 1640. Franciscus Brippius .
 1640. Flavius Boldonus .
 1640. Franciscus Collius .
 1648. Franciscus Puteobonellus .
 1640. Hieronymus Parona .
 1640. Hippolytus Porrus .
 1640. Jacobus Lampugnanus alter .
 1640. Joannes Baptista Ardemanus .
 1640. Joannes Baptista Landrianus .
 1640. Joannes Baptista Trottus .
 1640. Joannes Franciscus Castillionaeus alter .
 1640. Joannes Jacobus Conturbius .
 1640. Joannes Petrus Legnanus .
 1640. Julius Caesar Albicantes .
 1640. Leonardus Delfinonus .
 1640. Martinus Longus .
 1640. Nicolaus Caranza .
 1640. Octavianus Perlasca .
 1640. Octavius Villanus .
 1640. Odoardus Rifius .
 1640. Paulus Joseph Meronus .
 1640. Petrus Maria Martellus .
 1640. Philippus Pirovanus .
 1640. Polycarpus Ursius .
 1640. Severinus Frigerius .
 1640. Valentinus Rubinus .
 1641. Cornelius Franciscus Biragus .
 1641. Hieronymus à Basilica-petri .
 1641. Hieronymus Brippius .
 1641. Jacobus Philippus Butius .
 1641. Joseph Ripamontius .
 1641. Paulus Casatus .
 1641. Terentius Alciatus .
 1642. Diomedes Crucejus .
 1642. Franciscus Casatus .

Anno 1642. Joannes Baptista Cantonus .
 1643. Caesar Blancus .
 1643. Carolus Moneta alter .
 1643. Domitius Platus .
 1643. Donatus Benzonus .
 1644. Bonagratia Gluffianus .
 1644. Bonaventura Cavallerius .
 1644. Henricus de Capitaneis de Arfago .
 1644. Paulus Arefius .
 1645. Alexander Archintus .
 1645. Antonius Orobonus .
 1645. Bartholomaeus Bonsignorius Bustus .
 1645. Franciscus Florentia .
 1645. Honoratus Vicecomes .
 1645. Joannes Paulus Velatus .
 1645. Matthaeus Valerius .
 1645. Petrus Paulus Ormanicus .
 1646. Matthaeus Bimius .
 1646. Petrus Franciscus Pioltellus .
 1647. Carolus Antonius Archintus .
 1647. Emmanuel à Laude .
 1647. Hermes Stampa .
 1647. Hieronymus Gatticus .
 1647. Paulus Sfondratus alter .
 1648. Caesar Landrianus .
 1648. Franciscus Praestinus .
 1648. Joannes Baptista Novatus .
 1648. Paulus Nicolaus Varifius .
 1649. Carolus Bossius .
 1649. Cherubinus Serbellonus .
 1649. Christophorus Parravicinus .
 1649. Fabius Franciscus Dugnanus .
 1649. Fabricius Bossius .
 1649. Georgius de Abdua .
 1649. Hieronymus Confalonarius .
 1649. Joannes Baptista Raynoldus alter .
 1649. Ludovicus Meltius alter .
 1650. Adeodatus Pafinus .
 1650. Aegidius Consonius .
 1650. Alexander Puricellus .
 1650. Alexius Ledesma .
 1650. Angela Flaminia Confalonaria .
 1650. Angelus de Frascarolo .
 1650. Annibal de Spadacine .
 1650. Anonymus LIII.
 1650. Anonymus XLIV.
 1650. Benedictus Mellivacca .
 1650. Benignus Grysonianus .
 1650. Caesar Montius .
 1650. Caesar Picinellus .
 1650. Carolus Carcaffola .
 1650. Carolus Emmanuel Maldura .
 1650. Carolus Joseph Orignonus .
 1650. Carolus Proserpius .
 1650. Claudius Righinus .

Anno

S Y L L A B U S

- | | |
|--|--|
| <p>Anno 1650. Claudius Trivultius .
 1650. Dominicus Blancus .
 1650. Eusebius Blancus .
 1650. Felix Aëtius .
 1650. Franciscus Casulius .
 1650. Franciscus Cattaneus .
 1650. Franciscus Rivola .
 1650. Franciscus Rusca .
 1650. Franciscus Statius .
 1650. Franciscus Taberna alter .
 1650. Franciscus Maria Forrerius Abbiatus .
 1650. Franciscus Maria Richinus .
 1650. Franciscus Maximilianus Chalcus .
 1650. Gulielmus Crescentinus .
 1650. Hieronymus Christianus .
 1650. Hieronymus Gallaratus .
 1650. Horatius Landus .
 1650. Hieronymus Legnanus .
 1650. Hieronymus Franciscus Subalius .
 1650. Joannes Marlianus alter .
 1650. Joannes Antonius Gagliardi .
 1650. Joannes Baptista à Modoëtia .
 1650. Joannes Baptista Rubeus .
 1650. Joannes Baptista Rusca .
 1650. Joseph Rafius .
 1650. Marcellinus Resta .
 1650. Maximilianus Vianus .
 1650. Oliverius Mazzucchellus .
 1650. Petrus Paulus Porrus alter .
 1650. Philippus Meda .
 1650. Sebastianus Sitonus .
 1650. Sigismundus Serbellonus .
 1650. Theodatus Hofius .
 1650. Thomas Regna .
 1650. Tiburtius Bossius .
 1650. Ubertus Gagliardi .
 1650. Vitalianus Oldradus .
 1650. Zaccarias Cattillionaeus .
 1651. Ascanius Ordeus .
 1651. Bartholomaeus Sertorius .
 1651. Caesar Baroffius .
 1651. Franciscus Redenascus .
 1651. Georgius de Abdua .
 1651. Hyacinthus Fageus .
 1651. Joannes Jacobus Valerius .
 1651. Michaël Balestrerius .
 1651. Jacobus Philippus Terzagus .
 1652. Benedictus Cantianus .
 1652. Hieronymus Corius .
 1652. Julius Ursinus de Roma .
 1652. Lucius Joseph de Advocatis .
 1653. Hieronymus Lampugnanus .
 1653. Jacobus Philippus de Nigris .
 1653. Joannes Franciscus Foffatus .
 1653. Julius Banfius .</p> | <p>Anno 1653. Julius Caesar Cattaneus .
 1654. Balthassar à Castro-Befutio .
 1654. Caesar Burrus .
 1654. Joannes Resta .
 1654. Joannes Baptista Pecchius .
 1654. Joannes Petrus Moneta .
 1654. Paulus Sfondratus .
 1655. Antonius Rusca .
 1655. Franciscus Gluffianus alter .
 1655. Joannes Andreas Crucejus .
 1655. Joannes Maria Vicecomes alter .
 1655. Ludovicus Beretta .
 1655. Nicolaus Cafatus .
 1655. Simplicius Corbetta .
 1655. Victorius Castellionaeus .
 1656. Basilius Ferrarius .
 1656. Carolus Agudius .
 1656. Carolus Ghioldus .
 1656. Daniel de Capitaneis .
 1656. Franciscus Maria Pellizarius .
 1656. Hadrianus Majoragius .
 1656. Hieronymus Dugnanus .
 1656. Joannes Ambrosius Blancus .
 1656. Octavius Archintus .
 1657. Angelus Benedictus Crescentinus .
 1657. Joannes Dominicus Mazza .
 1657. Petrus Augustinus Crespius .
 1657. Theodorus Trivultius .
 1658. Aloysius de Sancto Petro .
 1658. Christophorus Barella .
 1658. Faustinus Mazenta .
 1658. Franciscus Hofius .
 1658. Jacobus Rhaudensis .
 1658. Joannes Baptista Vicecomes alter .
 1658. Joseph Radaëllus .
 1659. Camillus Meltius .
 1659. Joannes Petrus Puricellus .
 1659. Oddus Hieronymus Figinus .
 1659. Pius Mutius .
 1660. Alexander Perlasca .
 1660. Alexander Porrus .
 1660. Aloysius Cufanus .
 1660. Anonymus XXVII .
 1660. Bassianus Cattenagus .
 1660. Bernardinus Innocentius .
 1660. Branda Burrus .
 1660. Caesar Battalea .
 1660. Carolus Archintus .
 1660. Franciscus Antonius Radaëllus .
 1660. Franciscus Maria Casnedi .
 1660. Ignatius à Carnago .
 1660. Jacobus Burrinus .
 1660. Joannes Paganus .
 1660. Joannes Augustinus Bertarellus .
 1660. Joannes Baptista Foffatus .</p> |
|--|--|

Anno

S C R I P T O R. M E D I O L.

Anno 1660. Joannes Baptista Parona .
 1660. Joannes Jacobus Raynoldus .
 1660. Joannes Petrus Quadrius .
 1660. Joseph Triccius .
 1660. Ludovicus Maria Chalcus .
 1660. Marcus Antonius Siccus-Comnenus .
 1660. Paulus Antonius Annonus .
 1660. Paulus Antonius Sormanus .
 1660. Sfortia Brippius alter .
 1660. Thomas Magnus .
 1660. Valerianus Castillionaeus .
 1660. Vitalianus Borromaeus .
 1661. Alexander Tadinus .
 1661. Joannes Baptista Dardanonus .
 1661. Joannes Donatus Ferrarius .
 1661. Julius Caesar Lampugnans .
 1661. Ludovicus Macinagus .
 1661. Valerianus Magnus .
 1662. Carolus Caesar Marasca .
 1662. Carolus Stephanus Litta .
 1662. Joannes Rhaudensis .
 1662. Joannes Maria Fontana .
 1662. Joseph Maria Cignardus .
 1662. Stephanus Franciscus Gariboldus .
 1663. Georgius Serpontus .
 1663. Hilarion Rancatus .
 1663. Matthias Regius .
 1664. Angelus Pius Chiapanus .
 1664. Nicolaus Margaritonus .
 1665. Andreas Radaëllus .
 1665. Carolus Antonius Agudius .
 1665. Carolus Patellanus .
 1665. Carolus Vicecomes .
 1665. Gregorius Brunellus .
 1665. Jacobus Maria Hieronymus Stampa .
 1665. Illuminatus Brunus .
 1665. Joannes Angelus Bossius .
 1665. Joannes Baptista Gluffianus .
 1665. Octavianus Orignonus .
 1665. Petrus Franciscus Arefinus .
 1665. Stephanus Antonius Cantianus .
 1666. Attilius Petrasancta .
 1666. Augustinus Lampugnans .
 1666. Hippolytus Aioldus .
 1666. Honuphrius de Buffero .
 1667. Augustinus Terzagus .
 1667. Clemens Castillionaeus .
 1668. Benedictus Sanbenedictus .
 1668. Carolus Hieronymus Cavatius .
 1668. Hieronymus Somaruga .
 1668. Marius Corradus .
 1668. Octavius Fontana .
 1669. Alexander Madernus .
 1669. Carolus Corius .
 1669. Dominicus Muggianus .

Anno 1669. Elifaeus Bonettus .
 1669. Franciscus Bernardinus Ferrarius .
 1669. Hieronymus Bizozerus .
 1669. Jacobus Spreaficus .
 1669. Ludovicus Maria Agudius .
 1669. Petrus Hieronymus Tirellus .
 1669. Petrus Paulus Giletus .
 1670. Aemilianus Castillionaeus .
 1670. Alphonfus Befutius .
 1670. Alphonfus Maria Rastellus .
 1670. Anonymus LIV .
 1670. Anthelmus Casa-blanca .
 1670. Antonius Carifus .
 1670. Antonius Maria Orignonus .
 1670. Augustinus Curtius .
 1670. Carolus Morascus .
 1670. Cassianus Paravicinus .
 1670. Carolus Rancatus .
 1670. Carolus Caesar Hofius .
 1670. Carolus Joannes Baptista Ferrarius .
 1670. Conradus Confalonarius .
 1670. Federicus Proferpius .
 1670. Franciscus Sadarinus .
 1670. Hieronymus Ghilinus .
 1670. Hilarion .
 1670. Horatius Befutius .
 1670. Jacobus Sayta .
 1670. Jacobus Philippus Oppicellus .
 1670. Joannes Maria Cattaneus .
 1670. Joannes Nicolaus Boldonus .
 1670. Joannes Zucchettus .
 1670. Matthaeus Taberna .
 1670. Mauritius Vicecomes .
 1670. Petrus Aloysius Orignonus .
 1670. Vercellinus Maria Vicecomes .
 1671. Alexander Simonetta .
 1671. Augustinus Santaugustinus .
 1671. Franciscus Gradignanus .
 1671. Gulielmus Hofius .
 1671. Hieronymus Biffus .
 1671. Joannes Andreas de Cermenate .
 1671. Joannes Baptista de Busto .
 1671. Maximus à Modoëtia .
 1671. Palladinus Cribellus .
 1671. Vitalianus Vicecomes Borromaeus alter .
 1672. Anonymus LV .
 1672. Carolus Lampugnans .
 1672. Hieronymus Meltius .
 1672. Joannes Baptista Rabbia .
 1672. Timotheus Canevesius .
 1673. Anonymus LVI .
 1673. Bartholomaeus Ferrarius alter .
 1673. Joannes Franciscus Lucinus .
 1673. Leander .
 1674. Bartholomaeus Arefius .

S Y L L A B U S

Anno 1674. Franciscus Maria Annonus .
 1674. Hilarius Bologna .
 1674. Joseph Maria Gradignanus .
 1674. Petrus Paulus Arignonus alter .
 1674. Sebastianus Calvus .
 1674. Seraphinus Portabos .
 1675. Bartholomaeus Triviolus .
 1675. Isidorus Giroidellus .
 1675. Philippus Picinellus .
 1676. Caesar Sertorius .
 1675. Joannes Videmarius .
 1676. Isidorus Spreaficus .
 1676. Paulus Antonius Prandonus .
 1676. Romulus Archintus .
 1677. Alexander Crespius .
 1677. Aloysius Brippius .
 1677. Flavius Cattaneus .
 1677. Hieronymus Ramponus .
 1677. Joannes Baptista Cattaneus .
 1677. Ludovicus Moneta .
 1677. Petrus Joseph Ederi , feu Ederius .
 1678. Aloysius Marlianus alter .
 1679. Alphonfus Litta .
 1679. Bartholomaeus Cavallerius .
 1679. Carolus à Turre .
 1679. Gibertus Borromaeus .
 1679. Haymon Corius .
 1679. Hieronymus Cardanus alter .
 1679. Hieronymus de Fridericis .
 1679. Joannes Honoratus Castillionaeus .
 1679. Joannes Ambrosius Turrianus .
 1679. Joannes Paulus Mazzucchellus alter .
 1679. Julius Perottus .
 1680. Archangelus Gibellinus .
 1680. Bartholomaeus Canalis .
 1680. Carolus Gallaratus alter .
 1680. Carolus Andreas Drallus .
 1680. Gabriel Maria Spreaficus .
 1630. Genesius Gastorellus .
 1630. Horatius Varifius .
 1680. Joannes Andreas Sparolettus .
 1680. Joannes Maria Vicecomes alter .
 1680. Ludovicus Maria Agudius .
 1680. Ludovicus Mannius .
 1680. Manfredus Septala .
 1680. Nicolaus Moronus .
 1680. Octavius Boldonus .
 1681. Valerianus Maddius .
 1681. Antonius Pusterla .
 1681. Augustinus Isimbardus .
 1681. Cyprianus Maurus .
 1681. Emmanuel Puteus .
 1681. Joannes Baptista Sionus .
 1682. Aloysius Pionnus .
 1682. Carolus Septala .

Anno 1682. Joseph Arzonicus .
 1682. Octavius Ferrarius .
 1682. Theodorus Regius .
 1683. Andreas Borromaeus .
 1683. Attilius Arignonus .
 1683. Carolus Franciscus Airoidus .
 1683. Carolus Octavianus Vianus .
 1683. Joannes Baptista Bozzus .
 1683. Joannes Baptista Siccus-Borella .
 1683. Ludovicus Augustinus Castellus .
 1683. Matthaeus Forrerijs Abbiatus .
 1684. Annibal Porronus .
 1684. Antonius Choërez .
 1684. Bartholomaeus Canalis .
 1684. Carolus Goranus .
 1684. Hieronymus de Valvassoribus .
 1684. Joannes Galeaz Bossius .
 1684. Joannes Baptista Carifius .
 1684. Joannes Maria Vicecomes .
 1684. Nicolaus Guffianus .
 1684. Raphaël Moneta .
 1685. Alexander Madernus alter .
 1685. Aloysius Homodeus .
 1685. Blasius de Comitibus .
 1685. Franciscus Alipher .
 1685. Fulgentius Gidonus .
 1685. Paulus Antonius Landrianus .
 1686. Antonius Bendonus .
 1686. Joseph Maria Mirabilia .
 1686. Hieronymus Brambilla .
 1686. Petrus de Perego .
 1686. Sigismundus Chalcus .
 1687. Brunorus Taberna .
 1687. Caesar Augustinus Zucchini .
 1687. Joannes Baptista Barella .
 1687. Vermundus Corius .
 1688. Antonius Gagliardi de Rota .
 1688. Cajetanus Paganus .
 1688. Carolus Antonius Cerrus .
 1688. Joannes Salvaterra .
 1688. Joannes Baptista Zappa .
 1688. Joseph Orignonus .
 1688. Nicolaus Marasca .
 1688. Petrus Paulus Caravagius .
 1688. Valerianus Deganus .
 1688. Vitalianus Oldradus .
 1689. Aloysius Figinus .
 1689. Dominicus de Valvassoribus .
 1689. Joannes Rabbia .
 1689. Simplicius Gorla .
 1690. Antonius Maria Macinagus .
 1690. Balthassar Ruginellus .
 1690. Bonaventura ab Herba .
 1690. Bartholomaeus Mozzonus .
 1690. Carolus Petrasancta .

Anno

SCRIPTOR. MEDIOL.

Anno 1690. Christophorus Racherus .
 1690. Christoredus Pecchius .
 1690. Claudius Franciscus Septala .
 1690. Franciscus Maria Battalea .
 1690. Gaspar de Rosales .
 1670. Joannes de Benalius .
 1690. Joannes Baptista Corneus alter .
 1690. Joannes Petrus Piccius .
 1690. Joseph Maria Mazzettus .
 1690. Joseph Taberna .
 1690. Julius Caesar Carcanus .
 1690. Julius Caesar Pedrolus .
 1690. Lazarus de Grandis .
 1690. Ludovicus Modronus .
 1690. Marcus Antonius Franzonus .
 1690. Michaël Angelus Morellus .
 1691. Hieronymus à Basilica-petri alter .
 1691. Joannes Baptista Joanninus .
 1691. Joannes Paulus Cambiagus .
 1691. Marcus Cremofanus .
 1691. Paulus Franciscus Modronus .
 1692. Angelicus .
 1692. Franciscus Collius alter .
 1692. Galeatius Tenca .
 1692. Hortensius Pallavicinus .
 1692. Joseph Arista .
 1692. Petrus Maria Brambilla .
 1693. Alexander Paravicinus .
 1693. Bartholomaeus Capra alter .
 1693. Federicus Vicecomes .
 1693. Franciscus Joseph Burrus .
 1693. Hilarion Gnochus .
 1693. Joannes Andreas Caravagius .
 1693. Joannes Andreas Rhaudensis .
 1693. Joseph Guffantus .
 1693. Joseph Pusterla .
 1693. Philippus Mutonus .
 1694. Alexander Maria Briantus .
 1694. Camillus de Capitaneis de Figino .
 1694. Celsus Quattrocasse .
 1694. Joseph Antonius Caprettus .
 1694. Paulus Angelus Montorfanus .
 1694. Rocchus Casatus .
 1695. Carolus Manonus .
 1695. Franciscus Maria Melliavacca .
 1695. Joannes Baptista Bigarolus .
 1695. Joseph Maria Vicecomes .
 1695. Paulus Maria Terzagus .
 1695. Aegidius Maria Bossius .
 1696. Carolus Benedictus Bizozerus .
 1696. Carolus Franciscus Ursinus .
 1696. Coelestinus Sfondratus .
 1696. Julius Caesar Confalonarius .
 1696. Ludovicus Septala alter .
 1696. Marcus Arefius .

Anno 1697. Bartholomaeus de Argentiis .
 1697. Joannes Castillionaeus alter .
 1697. Octavius Vicecomes .
 1697. Ubertus Dianus .
 1698. Benedictus Robius .
 1698. Carolus Antonius Caecinus .
 1698. Fabricius Pusterla .
 1698. Hector Albergantus .
 1699. Augustinus de Castano .
 1699. Caesar Pechius .
 1699. Carolus Antonius Aioldus .
 1699. Carolus Maria Maddius .
 1699. Federicus Caccia .
 1699. Hiacyntus Besutius .
 1699. Joannes Baptista de Advocatis .
 1699. Joannes Baptista Blanchinus .
 1699. Joannes Baptista Resta .
 1699. Joannes Jacobus Besutius .
 1699. Matthaeus Butius .
 1699. Petrus Paulus Bosca .

SECULO DECIMO OCTAVO.

Anno 1700. Albertus Robius .
 1700. Alexander Cacciator .
 1700. Antonius Carinus .
 1700. Balthassar Paravicinus .
 1700. Carolus Pinus .
 1700. Carolus Franciscus Ceva .
 1700. Carolus Joseph Imbonatus .
 1700. Carolus Joseph Maria Regna .
 1700. Carolus Maria Perugia .
 1700. Carolus Matthaeus Marchesonus .
 1700. Christophorus Tolentinus .
 1700. Danesius Casatus .
 1700. Federicus Quinctius .
 1700. Fidelis Pedrolus .
 1700. Horatius Archintus .
 1700. Joannes Baptista Carcanus alter .
 1700. Joannes Baptista Francius .
 1700. Joannes Dominicus Gattus .
 1700. Joannes Petrus de Busto .
 1700. Joseph Gluffianus .
 1700. Joseph Vincemala .
 1700. Marcus Aurelius Questa .
 1700. Pontianus Moronus .
 1700. Thomas Santaugustinus .
 1701. Barnabas Barbovius .
 1701. Gregorius Leti .
 1701. Franciscus Bonardus .
 1701. Joannes Antonius Zerbus .
 1701. Joseph Villa .
 1701. Petrus Paulus Arignonus .
 1701. Theobaldus Maria Vicecomes .
 1702. Antonius Maria Vicecomes .
 1702. Augustinus Arefius .

Anno

S Y L L A B U S

Anno 1702. Carolus Maria Porcara .
 1702. Federicus Garimbertus .
 1702. Hieronymus Arconatus .
 1703. Angelus Maria Quadrius .
 1703. Carolus Costa .
 1703. Gaspar Beretta .
 1703. Paulus Prandonus .
 1703. Stephanus Franciscus Gallaratus .
 1704. Alexander Maria Borfa .
 1704. Joannes Baptista Bazetta .
 1704. Joannes Baptista Corius .
 1704. Joannes Jacobus Corius .
 1705. Basilius Bertuccius .
 1705. Carolus Ambrosius Cattaneus .
 1705. Franciscus Redenasus alter .
 1705. Hieronymus Franciscus Vicecomes .
 1705. Joannes Antonius Mediobarbus .
 1705. Joannes Baptista Carcanus alter .
 1705. Isidorus Ripa .
 1706. Aloysius Homodeus alter .
 1706. Carolus Franciscus Beccaria .
 1706. Franciscus Christophorus Bazetta .
 1706. Joannes Baptista de Sexto .
 1706. Joseph Biffus .
 1706. Nicolaus Moltrasius .
 1707. Caesar Paganus .
 1707. Hieronymus Meazza .
 1707. Joseph Maria Fornara .
 1708. Camillus Sitonus alter .
 1708. Jacobus Antonius Moriggia .
 1708. Joseph Corradus .
 1708. Joseph Cogliatus .
 1708. Joseph de Valvassoribus .
 1709. Camillus Manara .
 1709. Franciscus Bonafana .
 1710. Angelus Joseph Verganus .
 1710. Hieronymus Bossius alter .
 1710. Hieronymus Sormanus .
 1710. Joannes Ceva .
 1710. Matthias Toscanus .
 1710. Paulus Montius .
 1710. Simplicianus Bizozerus .
 1710. Thomas Lucionus .
 1711. Carolus Antonius Casnedi .
 1711. Fabricius Castillionaeus .
 1711. Franciscus Pancerus .
 1711. Francus Ferrarius .
 1711. Joannes Baptista Buttintrochius .
 1711. Joannes Paulus Paravicinus .
 1711. Joseph Ruiz de Araciel .
 1712. Antonius Massa .
 1712. Bartholomaeus Arefius alter .
 1712. Benedictus Bizozerus .
 1712. Bernardinus Strabellius .
 1712. Branda Franciscus Castillionaeus .

Anno 1712. Dominicus Bizozerus .
 1712. Joannes Paulus Casatus .
 1712. Joseph Archintus alter .
 1712. Petrus Franciscus de Raymundis .
 1712. Philippus Archintus alter .
 1712. Raphaël Tignofius .
 1713. Antonius Masera .
 1713. Bernardus Serpontus .
 1713. Carolus Bartholomaeus de Platea .
 1713. Innocentius Melliavacca .
 1713. Joannes Baptista Vicecomes alter .
 1713. Petrus Franciscus Vicecomes .
 1714. Carolus Ambrosius Ambiverus .
 1714. Claudius Medulla .
 1714. Joannes Baptista Pallavicinus .
 1714. Joannes Maria Salvaterra .
 1714. Joannes Paulus Mazzucchellus .
 1714. Joseph Cabiatus .
 1714. Michaël Bebulcus .
 1715. Albertus Castellanus .
 1715. Ambrosius de Comitibus .
 1715. Bartholomaeus Castillionaeus .
 1715. Carolus Franciscus Mangonius .
 1715. Carolus Franciscus Rovellus .
 1715. Christophorus de Nobilibus .
 1715. Christophorus Maria Staurengus .
 1715. Federicus Nicolaus Gavardus .
 1715. Franciscus Antonius Cifnusculus .
 1715. Galeacius Vicecomes de Aragonia .
 1715. Joseph Vallianus .
 1715. Joseph Maria Arefinus .
 1715. Marcus Barbavara .
 1715. Paulus Carminatus .
 1716. Antonius Maria Affaitatus .
 1716. Antonius Maria Ferrarius .
 1716. Joannes Bonus de Bonitatibus .
 1716. Pius Crucejus .
 1717. Franciscus Castellus alter .
 1717. Joannes Antonius Cantova .
 1717. Nicolaus Rubinus .
 1717. Victorius de Melioribus .
 1718. Carolus Franciscus de Varisio .
 1718. Joannes Claudius Puteobonellus .
 1718. Joannes Evangelista Cabiatus .
 1718. Joannes Chrysofostomus Mantegatius .
 1719. Antonius Albutius .
 1719. Faustinus Giulinus .
 1719. Joannes Baptista Bascius .
 1720. Alexander de Comitibus .
 1720. Camillus Putterla .
 1720. Carolus Hyacinthus Gariboldus .
 1720. Carolus Joseph Cattaneus .
 1720. Clemens Caprettus .
 1720. Franciscus Xaverius Renolius .
 1720. Horatius Bazetta .

Anno

SCRIPTOR. MEDIOL.

Anno 1720. Joannes Antonius Pancerus .
 1720. Joannes Dominicus Solarius .
 1720. Joseph Antonius Castillionaeus .
 1720. Thadaeus Caluschus .
 1721. Antonius Maria Affaitatus .
 1721. Carolus Antonius Cameronus .
 1721. Hieronymus Archintus .
 1721. Joannes Franciscus Aresius .
 1721. Joseph Barbavara .
 1721. Paulus Bossius .
 1722. Alexander Vicecomes .
 1722. Augustinus Sclafenatus .
 1722. Bernardus Maria Amicus, five de Amicis .
 1722. Bonifacius Vicecomes .
 1722. Carolus Franciscus de Clericis .
 1722. Carolus Joseph Gerenzanus .
 1722. Jacobus Antonius Fantonus .
 1722. Petrus Maria Vulpius .
 1723. Antonius Olgiatus .
 1723. Marcus Barbavara alter .
 1723. Michael Maddius .
 1723. Petrus Nicolaus Bonavilla .
 1723. Petrus Paulus Caravagius alter .
 1724. Caesar de Judicibus .
 1724. Joannes Forrerius Abbiatus .
 1724. Joseph Ludovicus Bufferus .
 1724. Theodorus Trivultius alter .
 1725. Angelus Maria Parravicinus .
 1725. Hieronymus Antonius Regna .
 1725. Joseph Septimius à Laude .
 1725. Philippus Maria Cefatus .
 1725. Pyrrhus Vicecomes .
 1726. Bernardinus Scottus alter .
 1726. Christophorus Ceva .
 1726. Franciscus Sormanus .
 1726. Hieronymus Blanconus .
 1726. Idelphonfus Manara .
 1726. Joannes Baptista Porta .
 1726. Joseph Maria à Clusio .
 1726. Ludovicus Vallotta .
 1727. Georgius Giulinus .
 1727. Georgius Maria Martinellus .
 1727. Gregorius Porrus .
 1727. Octavius Cufanus alter .
 1728. Alphonfus Litta alter .
 1728. Benedictus Aresius .
 1728. Carolus Joseph à Summa .
 1728. Cosmus Doffena .
 1728. Petrus Antonius Crevenna .
 1728. Petrus Jacobus Rubinus .
 1730. Alphonfus Crucejus .
 1730. Carolus Arconatus .
 1730. Carolus de Perego Puteus .
 1730. Georgius Cattaneus .
 1730. Guidus Antonius Brippius .
 1730. Ignatius Carcanus .

Tom. I.

Anno 1730. Joannes Stephanus Mirabilia alter .
 1731. Carolus Maria Gradignanus .
 1731. Carolus Thomas Bazetta .
 1731. Franciscus Hieronymus Saxius .
 1731. Jacobus Antonius Cribellus .
 1731. Julius Puteus .
 1731. Nicolaus Maria Vicecomes .
 1731. Paulus Hieronymus Bimius .
 1732. Carolus Archintus alter .
 1732. Franciscus Bossius alter .
 1732. Lucius Hadrianus Cotta .
 1732. Ludovicus Maria Vicecomes .
 1732. Michael Franciscus Manonus .
 1732. Paulus Antonius Monelia .
 1732. Petrus Maria Bonsignorius .
 1733. Angelus Maria Alchifius .
 1733. Bonagratia Sylva .
 1733. Dominicus Madernus .
 1733. Philippus Meda alter .
 1733. Santarcangelus Crippa .
 1734. Alphonfus Bertarellus .
 1734. Bartholomaeus Craffus .
 1734. Carolus Stephanus Rampius .
 1734. Georgius Raynoldus .
 1734. Laurentius Sormanus .
 1735. Bartholomaeus Sironus .
 1735. Carolus Hieronymus Strata .
 1735. Daniel Porrus .
 1735. Joannes Petrus Gorius .
 1735. Julius Caesar Cribellus .
 1736. Alphonfus Corradus .
 1736. Didacus Ordonius de Rosales .
 1736. Joannes Gaspar Beretta .
 1736. Sylvester Draghettus .
 1737. Arfilius à Laude .
 1737. Carolus Cornacciolus .
 1737. Joannes Augustinus Meda .
 1737. Joseph de Benaliis .
 1737. Joseph Cattaneus .
 1737. Joseph Carolus Franciscus de Comitibus .
 1737. Thomas Ceva .
 1738. Bartholomaeus Curtius .
 1738. Franciscus Puricellus .
 1738. Joannes Dominicus Bellanus .
 1738. Maria Rosa Felix Maddia .
 1738. Sylvester alter .
 1740. Antonius Langlois .
 1740. Bartholomaeus Pusterla .
 1740. Franciscus Antonius de Ambrosiis .
 1740. Joannes Baptista Litta .
 1740. Joannes Baptista Trotty alter .
 1741. Carolus Antonius Gessaga .
 1742. Angelus Antonius Bellagatta .
 1743. Antonius Recalcatus .
 1742. Fernandus Frasconus, seu Frosconus .
 1742. Georgius Olivatus .

S Y L L A B U S

- Anno 1741. Joannes Antonius Verdanus .
 1742. Marcellinus Corius .
 1742. Andreas Fusterla .
 1743. Dominicus Antonius Montius .
 1743. Francisca Manzona Justa .

- Anno 1743. Franciscus Pezius .
 1743. Franciscus Maria Ripalta .
 1744. Joannes Melchior Sovaquius .
 1744. Joseph Felix Maria Ferrarius .

S Y L L A B U S SCRIPTORUM EXTERORUM SED MEDIOLANENSIBUS ADJICIENDI, ORDINE CHRONOLOGICO DISPOSITUS.

SECULO DECIMOQUINCTO.

- Anno 1427. Ubertus Decembrius .
 1429. Gasparinus Barzizius .
 1444. Petrus Candidus Decembrius .
 1450. Guinifortus Barzizius .
 1457. Jacobus Boscalinus .
 1480. Cichus Simonetta .
 1480. Georgius Merula .
 1486. Augustinus Rubeus de Aragonia .
 1486. Jacobus Puteus .
 1490. Gaudentius Merula .
 1490. Georgius Valla .
 1490. Ziliolus Oldoinus .
 1491. Joannes Simonetta .

SECULO DECIMOSEXTO.

- Anno 1500. Bonifacius Simonetta .
 1508. Stephanus Dulcinus .
 1511. Demetrius Chalcondyles .
 1512. Jacobus Antiquarius .
 1513. Julius Aemilius Ferrarius .
 1520. Balthassar Tacco, sive Tacconus .
 1521. Petrus Leo .
 1529. Balthassar Castillionaeus .
 1535. Protasius Porrus .
 1540. Hieronymus Perbonus .
 1540. Julia Tornietta .
 1540. Stephanus de Nigris .
 1545. Joannes Baptista Specianus .
 1546. Tydeus Oldoinus .
 1560. Nicolaus Siccus .
 1560. Petrus Paulus Paravicinus .
 1570. Lucillus Philaltheus .
 1575. Julius Clarus .
 1577. Bartholomaeus Baphius .
 1578. Andreas Camutius .
 1580. Sigismundus Picenardus .
 1585. Maximilianus Calvus .
 1587. Julianus Gofelinus .
 1590. Petrus Galefinus .

SECULO DECIMOSEPTIMO.

- Anno 1500. Gherardus Borgogni .
 1603. Jacobus Menochius .
 1612. Jacobus Maynoldus Gallaratus .
 1622. Augustinus Tornietus .
 1625. Paulus Bellonus .
 1626. Gaspar Aelius .
 1626. Hieronymus Borserius .
 1627. Papyrius Catraeus .
 1629. Didacus Salazarius .
 1629. Ludovicus Vignatus .
 1630. Alexander Rubinus .
 1640. Andreas Trevisius .
 1640. Octavianus Picenardus .
 1659. Caesar Carena .
 1664. Julius Caesar Calvinus .
 1667. Joseph Dondeus .
 1669. Julius Mercorus .
 1678. Joannes Petrus Stampa .
 1682. Carolus Bellonus .
 1683. Carolus Franciscus Ceresolus .
 1690. Franciscus Antonius Tranchedinus .
 1691. Petrus Paulus Bonettus .
 1695. Fabricius Paravicinus .
 1697. Franciscus Mediobarbus Biragus .

SECULO DECIMO OCTAVO.


- Anno 1706. Joseph Hieronymus Sementius .
 1707. Carolus Gregorius Rosignolus .
 1707. Bartholomaeus Berfanus .
 1715. Gregorius Rosignolus .
 1720. Placidus Aloysius Carcellus .
 1734. Joseph Maria Stampa .
 1737. Jacobus Brachius .
 1743. Martinus de Colla .
 1743. Petrus Joseph Crotta .



BIBLIOTHECA SCRIPTORUM MEDIOLANENSIVM.

I.

de ABDUA FERRANDUS, seu FERDINANDUS.



Mihimetipfi gratulor, quod fors initium hujus Operis proferat à præstantissima Abduensi Familia, memor beneficiorum, singularisque erga me benevolentia Eminentissimi olim Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalis Ferdinandi de Abdua, ab eo usque tempore, quo Pontificiam Legationem in Patria mea carissima peregre obibat; dolendum interea est, nullum ad me pervenisse doctrinæ monumentum tanti Viri in omnibus fere studiis versatissimi, præter suam omnibus numeris laudandam Constitutionem de Bononiensi Archivo iterum instaurando ab ipso, me pluries præsentem, summo studio elaboratam, atque Typis datam Anno MDCCVI. penes Typographum Cameralem in 4.

Ab altero interim Ferdinando celeberrimo inchoamus Palamedis à Secretioribus Consiliis sub Maximiliano Sfortia Mediolani Duce filio, Equite aurato, Oratoria, atque Poëtica facultate percelebri. Magistrum habuit Clarissimum Marcum Antonium Majoragium, de quo pluries sermo erit in hac nostra Bibliotheca, & quod rarum est, postquam Ferdinandus studiorum cursum Patavii expleverat, Academiam ipsam celebratissimam administravit, ibique sequens in marmore Elogium sibi excitari meruit, à Schradero & Sitono Viris præclarissimis relatum:

Tom. I.

A

FERDINANDO ABDVENSIS
MEDIOLANEN. PATRICIO,
EQVITI, ET IVRECONSVLTO,
QVI BIENNIVM
IN HAC FLORENTISSIMA CIVITATE
GYMNASIARCHVS FVIT,
PROPTER EIVS FELICISSIMAM
ADMINISTRATIONEM
POSITVM EST
ANNO DOMINI MDXXXVII.

De ipso supersunt:

- I. Ferdinandi Abduensis Mediolanensis Patritii, Equitis Illustris. Senatus Veneti, & celeberrimi, ac florentissimi Gymnasii Patavini Rectoris, ad omnes Juris Civilis interpretes, ac ejus disciplinæ studiosos, contra jurisprudentiæ vituperatores Oratio: quâ manifestè declarat, Leges plurimum Medicinæ, Philosophiæque artibus anteferendas esse. *Bononia apud Bonardum. 1566. in 4.*
- Extat etiam ad calcem libri, cui Titulus: Joannis Baptistæ Pellegrini Bononiensis adversus Medicinæ calumniatores Apologia. 4. *Bononia 1582.*
- II. Ferrandi Abduensis J. C. Mediolanensis Explicationum Libri II. quorum primus est in Pandectas, secundus in alias Juris Civilis partes ad Pium IV. P. M. *Lugduni apud Gripbium 1561. in 8.* in qua Editione adfunt plura Variorum Carmina, de quibus suo loco. Extat etiam in Tomo II. Everardi Ottonis Thesaurus Juris Romani, pag. 497.
- III. Oratio ad Britannos, quos adhortatur ut Philippo Austriae, Regi suo, diadema tandem imponant. *Mediolani, apud Mofcbenum 1557. in 4.*
- IV. Oratio ad Cæsarem, qua ei suadet, ut parentis sui merita aliquo beneficio compensare velit. *ibidem.*
- V. Oratio ad Senatum Venetum habita, cum Franciscus Donatus in Principatum lectus fuisset, cui Gymnasium Patavinum summopere commendat. *Mediolani, apud Mofcbenum 1558. in 4.*
- VI. Epigrammata nonnulla, quæ diversas amplectuntur sententias. *Venetis, apud Aldi filium 1646. in 8.*

B

A

VII.

- VII. Carmen ad Christophorum Madrucium Cardinalem, & Principem Tridentinum. 4. *Excudebant Mediolani Hieronymus, & Valerius Metii, Vincentii filii. Anno 1563. Kal. Novembris.*
- VIII. Carmen aliud Latinum: extat in lib. cui Titulus: Tempio alla Divina Signora Donna Giovanna d'Aragona, fabbricato da più gentili spiriti, ed in tutte le lingue principali del Mondo. *Venezia 1555. in 8.*
- IX. Carmen ad Hieronymum Montium: extat in fronte Orationis istius habitæ in funere Mutii Sfortiæ, *Editionis Venetæ 1557. in 4.*
- X. Epigramma in laudem Pomponii Cottæ, quod refert Sitonius pag. 99. Oravit in ejus Cooptatione in Collegium J. CC. Franciscus Alciatus, postea S. R. E. Card. de quo plura dicenda sunt. Ipsum laudant præter supramemoratos Sitonius in suo Jurisperitorum Collegii Chronico pag. 99. & 496. atque Schraderus in Monument. Italiæ Lib. IV. Crescimbenius in libro, cui Titulus: De Commentarij all' Istoria della volgar Poesia, Vol. IV. Lib. II. Artic. 61. pag. 138. Ruscellus, atque Picinellus in suo Athenæo, pag. 188., qui Epigramma Bernardini Baldini in laudem Auctoris nostri profert:

I I.

de ABDUA GEORGIUS.

Georgius de Abdua Eques S. Joannis Hierosolymitani, filius Joannis Antonii, & Constantiæ Alciatæ Hornatæ. Obiit Anno MDCLXI. die XXII. Novembris, ætatis suæ LXV. Ære suo ædificavit Nosocomium ad usum Presbyterorum, quod nunc extat in fronte antiqui Nosocomii Fratrum Hospitalitatis Sancti Joannis de Deo in hac Urbe; In eadem Æde ultimos absolvit dies, atque morte correptus sepultus est in Ecclesia Sancti Satyri in Sepulcro Gentilitio.

De eo legitur:

- I. *Mofo, e regola circa la forma di lavorare le Miniere d'argento, ed oro con l'argento vivo, ed Invenzioni nuove, trovate dal Cavalier F. Georgio d'Adda, in foglio, stampato senz'anno, e Stampadore. Extat etiam Autographus apud Marchionem Joseph de Abdua, inter Patronos meos non secundum MS. in fol. una cum*
- II. *Epistolis duabus pariter MSS. ad Philippum IV. Hisp. Regem datis Mediolani, una die XIV. Julii MDCXLIX. altera XV. Martii MDCL.*

I I I.

de ABDUA JOANNES ANTONIUS.

Joannes Antonius de Abdua, filius Jacobi, & Franciscæ Scarogninæ Fundatorum Seminarii Clericorum in Oppido Varalli, Diocesis Novariensis. Obiit Anno MDCIII. die V. Februarii, ætatis suæ ann. XLIII. Et sepultus est in Ecclesia Sancti Satyri in Sepulcro Gentilitio.

Ejus Scripta sunt:

- I. *Joannis Antonii de Abdua in Causa contra se per Senatum Excellentissimum decisa super puncto immisionis nominum Mortuorum in Urnam fortis faciendæ pro hæreditate &c. Sine anno, loco, & Typographo, fol.*
- II. *Discorsi sopra la disposizione delle Capelle del Sagro Monte di Varallo, (Celebre est Santuarium in agro Novariensi) in cui si contengono varj progetti toccanti il medesimo Santuario. MS. in fol. giusta molis extat apud Marchionem Josephum de Abdua.*

ABIATES FORERIUS vide FORERIUS.

I V.

ACTIUS FELIX.

Felix Actius Mediolanensis Christophori filius, inter Lateranenses Canonicos conscriptus, humanas literas sub Joanne Baptista Crescio eximio Oratore didicit: Philosophiam Ticini sub Gregorio Taberna Mortariensi, Theologiam verò Cremonæ sub

A Joanne Francisco Bozzetto Cremonensi. Ante XXI. ætatis annum ad Philosophicam assumptus est Cathedralis, quam per octennium rexit. Pluribus etiam in Urbibus sacris concionibus operam dedit magna cum eloquentiæ laude. Immatura morte præreptus anno ætatis suæ XXXIII., de se conceptam spem fefellit anno MDCL.

Reliquit impressos:

- I. *Il Sole Politico. Discorso fatto nel Senato di Lucca il IV. Sabato di Quaresima. 1645. Lucca, per Baldassarre del Giudice in 4.*
- II. *Panegirico al P. Abate D. Andrea Fossa, Generale de' Canonici Lateranensi, in 4.*
- III. *Plures alios Panegyricos atque Orationes MS. apud suos. Id testantur Picinellus pag. 185., & Rosinus in Lic. Lateran. Lib. VI. pag. 502., qui etiam subdit hoc Carmen:*

AUSONII GALLI TRANSLATUM.

Prudenter, comis, oreque juvenili senex,
Cui felle nullo, melle multo mens madens
Ævum per omne nil amarum miscuit:
Ocelle nostri, Acti, bone pectoris;
Te concionantem non Ulixes relinqueret,
Liquit canentes qui melodas virgines.
Facunde nulli Rhetorum cedens stylo,
Et disputator ad Cleanthen Stoicon,
Et Epirate Cinea memos magis;
Consilia nullus mente tam pura dedit,
Vel altiore conditu tepit data.

V.

de ADVOCATIS CAMILLUS.

C **F**amilia de Advocatis, vulgo *Avogadri*, florentissima semper fuit in hac Metropoli; dolendum est quod nec de isto, nec de duobus sequentibus mihi aliud datum sit, præter quam nudum quasi nomen; Accipiat igitur, Lector humanissimus, quidquid in Collectione tam magna de aliquibus Viris etiam si doctis, reperire potui, licet parum de ipsorum genere, atque re litteraria ad nos pervenerit.

- I. *Oratio de studio litterario, præcipuè in Artibus Liberalibus restaurando. Mediolani, sine anno, & Typographo, in 4.*
- II. *Epigrammata ad Franciscum Cittadinum Episcopum, cum Collegium Nobilium Juris Consultorum ingrederetur.*
- III. *Carmen de Sacerdotii dignitate. Extant in Hb. VI. Epigrammatum Ignatii Albani, qui & ipsi Camillo Patrio Mediolanensi Adolescenti Optimo, ac studiosissimo eundem librum dicavit.*

V I.

de ADVOCATIS JOANNES BAPTISTA.

D **J**oannes Baptista de Advocatis, Ordinis Servorum Frater, & Sacræ Theologiæ Magister, diu in Ticinensi Universitate Philosophiam professus est. Scripsit:

- I. *Orationes XXXI. in Laureas Philosophicas & Medicas, quæ MSS. servantur in Biblioth. Conventus S. Dionysii Servorum B. M. V. Mediolani; ubi Religiosissimus Pater vitæ decessit anno MDCXCIX. die septima Novembris, anno ætatis suæ LXV. Ita P. Mazzucchellus in suis Schedis.*

V I I.

de ADVOCATIS LUCIUS JOSEPH.

E **L**ucius Joseph de Advocatis in Congregationem Somaſchenſem se contulit adhuc juvenis, ubi Philosophicis, atque Theologicis Studiis Operam ita dedit, ut in Collegio S. Majoli Papiæ per biennium Philosophiam, & in altero S. Mariæ Secretæ Mediolani, ubi etiam Præpositus fuit, per annos tres Theologiam docuerit: Inde Concionator egregius effectus, in pluri-

pluribus Italiae Civitatibus, atque in ipsa Roma verbum Dei peregre protulit; unde merito Abbas Picinellus conqueritur, quod Auctor noster suum integrum Quadragesimale per viginti vices Auditoribus summo cum plausu dictum nunquam Typis dare voluerit; igitur tres tantum ejusdem Panegyres impressae adfunt, videlicet:

- I. La Palma, Panegirico per S. Simone, detto nella Cattedrale di Trento, in 8.
- II. La Fenice, Panegirico per S. Carlo. Milano, nella Stampa Archiepiscopale 1652. in 8.
- III. Altro in lode della Lingua per S. Antonio di Padova, detto nella Chiesa di S. Francesco di Milano. Ivi, presso il Monza 1652. in 12.
- IV. Quadragesimale integrum MS. apud Suos. Sic idem Picinellus in suo Athenæo, pag. 401.

VIII.

AELIUS, sive ELLENSIS ANGELUS.

Angelo Aelio, sive ab Ello in Brianteis Collibus, Mediolanensis Ducatus Vico, natalis Soli obscuritas nihil omnino obfuit, quominus liberalibus Studiis imbutus clarum satis locum inter Infubres Eruditos nancisceretur. Minorum Observantium Iustitiam amplexus in eo annos aliquot probatissimis, & Religioso Viro dignis moribus præfulgens tradidit. Mediolani diem clausit extremam anno Redemptionis MDCXVII. Hæc sunt quæ à sui Ordinis Viris accepimus; cæterum post se reliquit:

- I. Specchio Spirituale del principio, e fine della Vita Umana; diviso, e distinto in quindici Ragionamenti, ed in cento cinquanta Dubbj principali, con altri di nuovo aggiunti dall'istesso Autore, e sue risoluzioni fatti tra il Maestro, e suo Discipolo in Dialogo, per il R. Fr. Angelo Elli da Milano, Minor Osservante, da varj e diversi Dottori raccolto. Opera non meno dilettevole ad ogni curioso intelletto, che utile a' Lettori. Prima Edizione Brescia 1590. in 8. II. Milano presso il Lantoni 1624. III. Tarvigi 1664. IV. Milano 1715.
- II. Tabule veritatum Religionis Catholicæ, quas in linguam Gallicam vertit M. Saultier Secretarius Principis Condæi. Parisiis 1625.
- III. Indices quatuor copiosissimi super quatuor Volumina. Peibarti. Temsvartii.
- IV. Magnum Rosarium Sacerdotum, & Clericorum pro Confessionibus, Concionibus, & Ordinibus suscipiendis. Mediolani, apud Bidellum 1614 in 4., & ibid. apud Medam 1620. in 4.
- V. Rosarium Confessorum. Cremona, apud Zanmiam 1594. in 8.
- VI. Lucidissima, atque profundissima Sequentia Defunctorum. Ita VVaddingus in suo Cathalogo Scriptorum Ord. Min. pag. 22. & 23. Abbas Picinellus in suo Athenæo pag. 34.

IX.

AELIUS DIONYSIUS.

AELII, qui dicuntur etiam Elli, nescio an ab Oppido Ello, Plebis Incini, Ducatus Mediolanensis in montibus, ut dixi, Brianteis sic vocati, frequenter inter litteratos Viros Mediolanenses enumerati reperiuntur; de Dionysio isto nihil ex temporis injuria nobis superest, nisi pauca Carmina, idest:

- I. Ad Presbyterum Joannem Biffium Poëtam ornatissimum Epigrammata duo, Latinum unum, alterum Italicum. Extant inter Epigrammata Biffii, de quo infra. In calce alterius Epigrammatis latini ejusdem Biffii sic habetur: Vale Poëta sublimis. V. Id. Julii 1493.
- II. Carmen latinum satis longum, atque elegans, in laudem Sanctissimæ Virginis Mariæ. Est in MSS. Bibliothecæ Canoniorum Lateranensium Mediol. fig. 174. in 4. Extant Lancini Curtii ad eundem Epigrammata quatuor, duo scilicet lib. XI. fol. 16., alii duo lib. XV. fol. 68. & 69.

X.

AELIUS FRANCISCUS.

Inter Poëtas sui temporis non ignobiles à pluribus etiam Franciscus Aelius recensetur, & nobis datum est varia ejusdem Opuscula reperire, quæ diligentiam Picinelli effugerunt.

- I. La Sirena del Mar Tireno. Milano, presso il Lantoni 1612. in 12.
- II. Saavedra di Gervantes de' Travagli di Perfile, e Sigifmonda, tradotto dal Castigliano da Francesco Ello, Venezia, presso il Fontana 1626. in 12.
- III. Idilj. Extant in libro, cui titulus: Idilj di diversi ingegni illustri del Secol nostro, raccolti dal Bidelli 1618. Sono l'Endimione -- La Ruggiada -- La Sirena del Mar Tireno, Stanze in lode della Signora Virginia Ramponi, divise in due parti. Ex his quædam seorsim impressa sunt.
- IV. Variæ Poësie Italiane. Extant ad calcem Poëmarum Scipionis Cellæ.
- V. Un Sonetto di Francesco Ello sopra la Maffiede d'Agostino Terzago. Est in fine Carminum ipsius, pag. 345. Benedictus Follatus in laudem nuptiarum Auctoris nostri cum nobili Fœmina Epigramma contextuit, quod est in libro VII. ejusdem. Mariangelus Sanbenedictus ei dicavit Auctarium ad Grammaticam Philosophicam Pascasii Grosippi, sive Gasparis Scioppii. Vide Hieron. Borserium in suo Supplemento ad Morigiam Cap. 12., & Athenæum Picinelli pag. 210.

XI.

AELIUS JOANNES JACOBUS.

DE Jo. Jacobo Aelio nulla memoria posteris forsitan superesset, nisi fors mihi obtulisset invisere ditissimam Bibliothecam Illustrissimorum DD. Fratrum Marchionum Gregorii, & Eriprandi Vicecomitum, de qua frequenter mihi sermo erit cum debita laude eorumdem humanitatis, & erga literatos Viros amoris. Vidi igitur:

- I. Epistolarum Latino Sermonem Volumen integrum ad Varios, nempe: Francisco Alciato. Princivallo Besutio. Sebastiano Labuli Præceptorum. Petro Francisco Calcho. Annibali Crucejo, plures eruditione Sacra & Profana, Græca atque Latina refertæ. Primo Comiti. Annibali Vicecomiti. Jo. Baptista Fossano. Jo. Petro Fossano. Christophoro Tantio, plures eruditissimæ. Bernardo Cribello. Polydoro Crasso Præceptorum. Decio Archinto. Romulo Archinto. MS. in 4. servatur in Bibliotheca Dominor. FF. Marchionum Vicecomitum supradictor.
- II. Epistolæ aliæ plures ad præfatum Christophorum Tantium lectu dignissimæ. Adfunt ibidem MSS. in Codice inscripto Rerum ad Alciatos spectantium, de quo suo loco. Extant ad eundem varia Carmina Francisci Civelli in ipsius Carminum lib. VI., ut dicemus in articulo ad ipsum spectante.

XII.

AFFAITATUS ANTONIUS MARIA.

Antonius Maria ab Albogasio dictus, quia in ipso loco Ducatus Mediolanensis prope Vallem solidam natus, a conspicua Affaitata Cremonensi familia originem duxit, & Capuccinorum Ordinem ingressus, adeo erga se liberalem naturam sensit sanè peculiari, qua præditus erat, comitate, ac dicendi gratia, utpote qua primo alloquio, ne dicam intuitu, omnium facilimè benevolentiam sibi vindicaret, & ad suæ conversationis desiderium alliceret. Mirifica erat persuadendi gratia, præsertim cum morti addi.

addictos ad patibulum caritatis ergo comitaretur. Non eodem studio aliquis alius Præfecturas unquam quæsit, quo hic repudiabat, subditorum humilitatem cuiuscumque dignitatis fastigio præferens. Doctrinam ipsius testantur, & plura MSS., quibus præproperâ morte raptus non ultimam manum impoluit, & infra scripti in lucem editi Codices:

- I. Fiori Istorici, ovvero Compendio d'Erudizioni virtuose, e Fatti illustri d'Uomini Grandi, Antichi, e Moderni, Sagri, e Profani, e loro Detti memorabili. *Milano, per Marc' Antonio Pandolfo Malatesta 1711. Tom. I. in fol.*
 - II. Fiori Istorici ec. ristampati con copiosa aggiunta di varie altre Erudizioni, Fatti, e Detti ec. accompagnata da Indice distinto, e vasto. *Milano, appresso Carlo Giuseppe Quinto 1732. in 4.*
 - III. Memoriale Catechistico per le Religiose Claustrali di qualunque Ordine. *Milano, presso Giuseppe Pandolfo Malatesta 1716. in 4.*
 - IV. Il Patriarca Davidico, spiegato nella Vita, e Santità eminente di S. Giuseppe, Sposo di Maria sempre Vergine, esposto in cinque Libri, con Novena estratta dalla Vita del medesimo. *Milano, presso Francesco Agnelli 1716. in 8.*
 - V. Il Caritativo Assistente in pratica. Metodo per confortare, ed aiutare i condannati a morte ad un felice passaggio. *Tom. I. in 8. Milano, per Giuseppe Ricchino Malatesta 1719.*
 - VI. Il semplice Ortolano in Villa, e l'accurato Giardiniero in Città. *Milano, presso gl' Eredi di Domenico Belagatta 1726. in 8.*
- Obdormivit in Domino in Conventu Capuccinorum Immaculatæ Conceptionis Mediolani die XXVI. Aprilis An MDCCXXI. Religionis XLV., ætatis suæ circa LXI. Ita à suis.

AGRATUS, vide GRADUS.

XIII.

AGRIPPA CAMILLUS.

Inter primarios Seculi Decimifexti Architectos locum meritò sibi acquisivit Camillus Agrippa Mediolanensis, nam cum anno salutis nostræ MDXXXV. Romæ moraretur, & erigendus esset insignis Obeliscus in Sancti Petri Platea, quod inter gesta Summi Pontificis Gregorii XIII. Patriæ meæ, atque Orbis integri decoris, ante omnium oculos usque ad miraculum adscribitur, ingenii sui Auctor noster specimen dedit. Nec solummodo in ipsa Mathematicarum Scientiarum parte, sed etiam in Nautica, atque in aliis Philosophicis disciplinis, & quod mirum est, in Armis tractandis doctissimum se præbuit, ut ex subsequenter ejus Operibus facile dignoscitur.

- I. Trattato di trasportar la Guglia in su la Piazza di San Pietro. *Roma 1583., & iterum 1584.*
- II. Nuove Invenzioni di Camillo Agrippa Milanese sopra il modo di navigare. *Roma, per Domenico Gigliotti 1595. in 4.*
- III. Dialogo sopra la generazione de' Venti, Baleni, Tuoni, Fiumi, Laghi, ec. *Roma, appresso Bartolomeo Bonfadino, e Tito Diani 1584. in 4.*
- IV. Trattato di Scienza d'Arme. *Venezia in 4.* De eo Floravantes Martinellus in libro: *Roma ricercata, Giornata prima: Illustris. Fontaninius, dell' Eloquenza Italiana, terza Edizione pag. 709., & Picinellus in Athenæo pag. 100.*

XIV.

AGUDIUS CAROLUS.

Abbas D. Philippus Picinellus in articulo Caroli Agudii mentionem agit de Nicolao Auctoris nostri Avunculo, & S. Carolo Borromæo apprime caro, quo pluries in rebus agendis idem Sanctus usus est. Nepos fuit etiam Carolus noster Candidæ singularis pietatis foeminae inter Moniales Ordinis Capuccinorum Sanctæ Praxedis Mediolani bis Abbatissæ, & cui supradictus S. Carolus sanitatem miraculo restituit, dum mortali morbo ægrotaret, uti refert Jo. Petrus Gluffianus in ejusdem Sancti Vita. Poësi se devovit Scriptor noster, etsi in infelicissimum Sæculum inciderit; ut longa series Opusculorum ipsius facile demonstrat.

- A I. Il Guerriero animoso. Epitalamio nelle Nozze di Giulio Cesare Visconte, e di Teresa Fedeli. *Milano, presso il Cardi, 1656. in 4.*
- II. Le Fortune Amoroze. Epitalamio per le Nozze del Conte Gianbattista Follati, e Donna Maria Cattarina Pozzi. *Milano, presso il Ramellati, senz' anno, in 4.*
- III. Il Trionfo delle Saette di Cupido. Epitalamio nelle Nozze di Pietro Vico, e Camilla Ponti. *Milano, presso il Gbifolli, 1656. in 4.*
- IV. Il Verbano festante, Canzone Epitalamica nelle Nozze del Conte Antonio Borromeo, e Donna Elena Visconti. *Milano, presso il Ramellati, 1657. in 4.*
- V. La Pace supplicante. Idillio, e Sonetti per la pace fra Luigi XIV. Re di Francia, e Filippo IV. Re delle Spagne. *Milano, 1659. in 4.*
- VI. Il Sole fra' mortali nell' apparenza di Gesù Bambino: Idillio Sacro per S. Antonio da Padova; con varj Sonetti dello stesso. *Milano, presso il Ramellati, 1662. in 4.*
- B VII. Teatro d'Amore, Epitalamio nelle Nozze di Ludovico XIV., e Maria Teresa di Spagna. *Milano, per il Monza, 1660. in 4.*
- VIII. Epitalamj per le Nozze del Sig. Principe Trivulzio, e Principessa Giuseppa Maria Teresa Guevara. *Milano, per il Gariboldi, 1668. in 4.*
- IX. La Lite amorosa nelle Nozze del Co. Pompeo Litta, ed Elena Visconti, Poema. *Milano, presso il Ramellati, 1663. in 4.*
- X. Le nuove glorie d'Amore per le Nozze del Signor D. Giuseppe Maria Imbonati, ed Anna Clelia Sorbellona. *Milano, presso l' Agnelli, 1673. in 4.*
- XI. Plura Carmina Italica sparsim edita. Infra scripta MSS. servari olim penes ipsum, refert Picinellus.
- XII. La bella Penitente.
- XIII. La Caccia amorosa.
- XIV. Descrizione di varie Acconciature.
- XV. Descrizione di luogo forense.
- XVI. Il Giudizio di Paride.
- C XVII. L'Adone, Idillio. Idem Picinellus pag. 103.

XV.

AGUDIUS CAROLUS ANTONIUS.

Carolus Antonius Agudius frater fuit Ludovici Mariæ, inter viros insignes Ord. Prædicator. à partu Virginis Anno MDCXXXV. de quo parum infra dicemus: Ætatis suæ vix XXV. annor. in Collegio Braydenfi hujus Urbis coram Eminentiss. Cardinali Theodoro Trivulzio laurea in disciplinis Philosophicis donatus est, atque eandem Romæ in Theologia, atque in Jurisprudencia paullo postea accepit. Vir certè spectatæ virtutis; nam munere functus Consiliarii Regii in Regno Neapolitano, nec non Auditoris celeberrimi S. R. Ecclesiæ Cardinalis Joannis de Lugo, Episcopatum Castellatenensem in eodem Regno Neapolitano obtinuit meritò ab Innocentio X. Summo Pontifice die XXI. Novembris Anno MDCL., ubi sanctissimè vixit usque ad MDCLXXIII., quo mortalitatem deposuit. Parum de eo habemus, videlicet:

- I. Poema Eroico in lode del Marchese Gio. Pirovano, Questore del Maestrato, Cavaliere di S. Giacomo. *Milano 1635. in 4.*
- II. Didonis ob Æneæ fugam collacrymantis Querimonie. Poëma ad Joannem Pirovanum Equitem S. Jacobi, & Magistratus Ordinarii Quæstorem. *Mediolani, apud Jo. Baptistam Colonium, sine anno in 4.*
- III. L'Infante Fortunato dell' Immacolata Concezione. Orazione Postuma detta nella Real Capella di Napoli. *Milano, per il Monza, 1680. in 4.* De eo Ughellus in Italia Sacra T. IX. novæ editionis Col. 158., & Picinellus pag. 105.

XVI.

AGUDIUS LUDOVICUS MARIA.

Ludovicus Maria Agudius Mediolani natus, austrius Carmelitarum Nudipedum Institutum. adolescens amplexus est, sicque profecit ac emicuit, ut inter Italiæ primi nominis Theologos, & Sacros Oratores Seculo XVII. haberetur. Scilicet postquam Philosophiam nondum Sacerdotio inauguratus docuerat, mox Theologiæ suis legendæ operam dedit Neapoli, & Bononiæ, suosque Sodales ita instituit,

ruit, ut horum plures celeberrimam doctrinâ famam sibi compararint. Tum ad paræniticam & exegeticam conversus, à primariis Italiæ Civitatibus quasi certatim vocabatur, qui conciones per Quadragesimam haberet; nam Comi, Veronæ, Mediolani in S. Stephani, Venetiis in SS. Apostolorum, Græcii in Stiria, Neapoli in Sanctissimæ Annunciatæ, sed & Venetiis ter à Senatu invitatus in Sancti Marci summo plausu, & fructu Apostolico munere functus est. Tandem verò XXIX. annis in Carmelo transactis, variisque in eo functus honoribus & muniis, Prioris, Vicarii Provincialis, Definitoris, Visitatoris, ex Summi Pontificis indulgentia ad Sacrum Ordinis FF. Prædicatorum transit Institutum Anno MDCLXIX., quod Mediolani in S. Mariæ Gratiarum professus est de consensu Procuratoris, & Vicarii tunc Generalis F. Petri Mariæ Passerini. Cum adhuc apud Carmelitas militaret in lucem dedit sequentia:

- I. Carmelus Sapiens, sive de Scriptoribus utriusque Instituti, Excalceati, & mitigati.
- II. Anima Bibliothecæ, sive Indicum liber, quo quidquid ex innumeris prope Auctoribus de unaquaque re ex proposito, & professo scriptum fuit, facili methodo indicatur.
- III. De Justitia, & Jure.
- IV. De Restitutione.
- V. De Contractibus.
- VI. De Censuris in communi, & in particulari.

Post suum verò in Ordinem Prædicatorum transitum, edidit:

- VII. Fontes Salvatoris, sive de Sacramentis in genere, & specie Tractatus Scholastico-moralis. *Mediolani 1676. in 4., & Lugduni, ex Typ. Jacobi Lanier 1683. in 4.*
- VIII. La Selce infranta, o sia il disingannato, e trionfato Ebreo. Orazione in genere giudiciale, detta nel Duomo di Verona, a cui fu obbligata intervenire la Nazione Ebraea. *Milano, presso il Monza 1680. in 4.*
- IX. Il Celeste Pellegrino. Orazione in genere deliberativo, detta nel Duomo di Gorizia, e dedicata a Monsignor Ciceri Vescovo d'Alessandria, e poi di Como, *in 4. come sopra.*
- X. L'Onnipotenza Epilogata. Panegirico per S. Antonio da Padova, detto in Bologna. *Milano, presso il Monza 1679. in 4.*
- XI. Il Pericoloso Governo. Orazione in genere deliberativo, detta in S. Marco di Venezia. *Milano, presso il Monza 1681. in 4.*
- XII. L'Apostolo di Roma. Panegirico di S. Filippo Neri. *Milano, in 4. come sopra.*
- XIII. La Colonna di fuoco. Panegirico di Santa Teresa. *Milano, presso il Monza 1682. in 4.*
- XIV. La Pioggia d'oro. Panegirico di Santa Maria Maddalena. *Milano, presso il Monza 1680. in 4.*
- XV. La Stella. Orazione per S. Tommaso da Villanuova. *Milano, presso il Monza 1682. in 4.*
- XVI. L'Anatomia della lingua, Orazione detta nella Metropolitana di Milano alla presenza del Sig. Cardinale Alfonso Litta. *Milano, presso il Monza 1680. in 4.*
- XVII. Il Minimo Massimo. Panegirico per S. Raimondo da Pennaforte, detto nel Duomo di Tivoli alla presenza del Cardinal Santa Croce, Vescovo di quella Città. Dedicato a Francesco Reina, Canonico della Metropolitana di Milano. *Saluzzo, presso Niccolò Valavri 1682. in 4.*
- XVIII. L'America Sacra. Panegirico per Santa Rosa, detto in Piacenza l'Anno MDCLXXVII. *Milano, presso il Vigone 1678. in 4.*

Prælo parata habebat:

- XIX. Quadragesimale integrum,
 - XX. Panegyres pro omnibus Sanctis in toto anni cursu.
 - XXI. Sermones, sive Homiliarium è pricis Ecclesiæ Patribus collectum.
- Ex Quetif, & Eccard, Scriptores Ordinis Prædicatorum, T. II pag. 687. & Bibliotheca magna Ecclesiastica, *Genevæ impressa 1734. T.L. & Picinello pag. 394.*

XVII.

AICARDUS FAUSTINUS.

IN Libris Conventus FF. Carmelitarum Congregationis Mantuanæ S. Joannis ad Concham hujus Urbis mihi perhumaniter ab eisdem communicatis legi de Faustino Aicardo Mediolanensi in ipsam. *Tom. I.*

nobilissimam Religionem ingresso Anno MDLXIV. die XIIX. Februarii, præter Philosophiam ac Theologiam peregre imbuto, quod plurimum excelluerit in Jure Canonico, adeout multoties suum iudicium in gravissimis difficultatibus cum laude dederit; Concionatorem etiam eximium in variis Italiæ Civitatibus fuisse ipsum confirmant ejus Opera. Senex factus piè evolavit ad Superos Anno nostræ reparationis MDCXVI. die XXVIII. Aprilis.

- I. Quadragesimale integrum Italico idiomate, *MS. in fol. Extat apud suos.*
- II. De Sacramentis in communi, *MS. in fol. ibidem.* Mirum est quod de Auctore nostro ullum verbum faciunt nec Fellina, nec Vaghus, etsi ipsum à Picinello relatum pag. 180 facile videre potuerint.

XVIII.

AIROLDUS CAROLUS FRANCISCUS.

Carolum Franciscum Airolidum Nobilis apud Infubres Familiæ germen non uno commendandum nomine, Mediolanenses immatura morte sublatum semper dolebunt. Nam Scientiarum ornamentis excultus, atque in Pontificis Romani Aula summa cum laude versatus, Archiepiscopus Edeffenus creatus est. Plures pro S. R. E. Legationes obivit; nam primum ad Italiæ, tum ad Catholicos Germaniæ Principes, & Belgas Internuncius, postremò ad Magnum Hetruriæ Ducem, tandemque ad Venetam Rempubliam Nuncii Apostolici munus sustinuit. Reversus in Patriam XLVI. ætatis suæ, salutis verò Anno MDC-LXXXIII. præreptam sibi ad honores amplissimos viam, superveniente morte Divinæ voluntati parens, lætus aspexit. Insigni quoque humilitatis exemplo Tumulo suo Elogium imponi interdixit, quod tamen fraterna non tulit pietas, nam ante Aram D. Michaëli Sacram, quam Sancti Joannis Boni dicimus, ob ibi cultas tanti Archiepiscopi reliquias, hoc Marmor appositum legitur:

CAROLO FRANCISCO AIROLDO
EDESSAE ARCHIEPISCOPO,
AD ITALIAE,
ET CATHOLICOS GERMANIAE PRINCIPES
PONTIFICIO LEGATO,
AD BELGAS INTERNUNCIO,
APVD MAGNUM ETRVRIAE DVCEM,
HINC APVD REMP. VENETAM NVNCIO,
HVMANIS OMNIBVS IN PATRIA
PIE' DEFVNCTO
NONIS APRILIS ANN. SAL. MDCLXXXIII.
CVM AETATIS AGERET XLVI.
MONVMENTVM HOC,
QVOD IPSE INANI GLORIAE
STARE VETVIT,
D. CAESAR AIROLDVS FRATER,
COMES LEVCI,
ET DOMINVS VILLARVM BELASHI,
MEDIOLANENS. STATVS,
ET EXERCITVVM
THESAVRARIVS GENERALIS,
AD PERPETVAM AMORIS MEMORIAM
PONI IVSSIT.

Plura fortè scripsit, quæ exciderunt hoc tantum superstitè, sed lectu dignissimo.

- I. Relazione mentre era Internunzio di Fiandra l'Anno MDCLXX, scritta al Cardinal Barberino, nella quale mentre fu in Londra, lo ragguaglia pienamente dello stato della Religione, della stima ed opinione in cui vi si trova la Corte di Roma ec. Extat inter MSS. Comitum Didaci Rubini Mediol. mihi peramanter communicatos.

XIX.

AIROLDUS HIPPOLYTUS.

Hippolytus Airoidus Mediolani natus, & qui inter Regios Cancellarios seipsum adscribit, jure merito in hac collectione locum tenet pro ejus labore in colligendis, digerendisque optimo studio Senatus Mediolanensis Placitis, atque Decretis, cum eorundem Summariis, brevibusque notis marginalibus adjectis in Volumine tituli subsequenti:

- I. Hippolytus Airoidus Regius Cancellarius, Ordines Senatus magis memorabiles, ejusque decreta scitu digniora ab Anno MDCXXX. ad MDCLXVI. congesti. In eodem MS. adest etiam Allegatio Senatoris Boneti, de Præcedentia inter Senatum, & Consilium Secretius occasione Ingressus Regine Mariæ Annæ. MS. fol. *justa molis*. Extat apud Marchionem Gasparem de Rosales; cum Epistola nuncupatoria ejusdem Airoidi ad Gasparem Marchionem de Rosales seniore Regii Fisci tunc Patronum, postea Senatorem. Data XXII. Januarii MDCLXVII.

XX.

AIROLDUS JOANNES AMBROSIVS.

Inter Airoidæ Familie eruditos Viros recensendus est merito Joannes Ambrosius, qui circa finem Decimiquinti Sæculi floruit, & Jurisperitorum commodis insudans, insigne Volumen inferius memorandum compilavit. Aegerimè profectò fero, nihil ad me pervenisse de tanti Viri gestis, quem tamen excidere pati non possum pro mea in doctos observantia, & eorum lucubrationes colligendi studio. In Archintæa igitur Bibliotheca inter reliquos MSS. Codices Airoidi quoque nostri sequens visitur diligentissimè scriptus hoc titulo:

- I. Collectio Decretorum Civilium — quæ sic incipit — Hæc est Rubrica præsentium Decretorum Civilium mei Johannis Ambrosii de Ayroldis de Robbiate, & per me compilata de Anno MCDLXXXIX. septima Indictione. Auctographus in fol. pagg. 874. litteris Rubro-nigris. Extant etiam in eodem Codice plurima Ducum Mediolanensium, atque Summorum Pontificum Decreta ad leges ipsius domini spectantia, nec non Constitutiones Synodales Cassoni Turriani Archiepiscopi Mediolanensis editæ An. MCCCXI. de quibus suo loco, uti etiam Consilium Signoroli de Homodeis, cujus sermo nobis erit inferius.

XXI.

AIROLDUS JOANNES PETRUS.

Cur Joannes Petrus Airoidus sibi addat nomen *Marcellini* ignoro, nam Patrem habuit Cæsarem, ut ipsemet testatur in Epistola nuncupatoria suæ editionis Orationum, atque Præfationum Majoragii, ut infra videbimus, in qua etiam nobis ostendit locum, ubi lucem vidit primam: Scilicet in Mandelli Oppido Mediolanensis Ducatus ad ripas Larii. Nepos fuit Auctor noster celeberrimi Antonii Comitum in litteris græcis, latinisque versatissimi, cujus exemplo Joannes Petrus virtutum assæcla Patavii laureâ in Medicina, atque Philosophia acceptâ, Venetias se contulit, ibique inter primarios Medicos magnum sibi nomen acquisivit, atque ab eodem Veneta Airoida Familia originem suam agnoscit. Nec solum Medicinæ operam dedit, sed & aliis liberalibus artibus præsertim latini sermonis eloquentiæ, ut in alia ipsius Epistola nuncupatoria nobis ostendit, de qua infra.

Inter alia cordi ei summopere fuit fama sui illustris, doctissimique affinis Marci Antonii Majoragii, cujus mentio sæpe à nobis facienda est, nam nostro debemus accuratissimas editiones tanti Viri Operum, præter alia, quæ nunc Lectori profero.

- I. In Dialogum de Partitione Oratoria M. T. Ciceronis; Majoragio Auctore. *Venetis apud Franciscum Senesim* 1587. in 4. cum Epistola nuncupatoria Airoidi ad Pompejum Trissinum Academicæ Olympicæ Principem.
- II. Marci Ant. Majoragii Commentarius in dialogum seu lib. primum de Oratore ad Q. Fratrem M. T. Cic. nuper adeo in eloquentiæ studio gratiam accurata Jo. Petri Ayroidi Marcellini Mediolanensis, Medici, ac Philosophi Veneti, opera, atque industria in lucem prolatus. Hanc Editionem dedicavit Vespasiano Gonzagæ Duci primo Sablonetæ, ac in ipsa de studiis suis sic loquitur: „ atque utinam mihi „ quoque daretur, ut præter medendi laborem, & eas „ Medicinæ practicæ difficultates, quæ animum meum „ alioqui cupidissimum, & incitatissimum perturbant „ quidem, ac retardant, sed non omnino retrahunt, „ ornatiore dicendi ratione &c.
- III. Orationes etiam atque Præfationes Majoragii edidit *Venetis per Antonium Bonifacium* 1582. in 4. necnon eas nuncupavit Nicolao Sfondrato postea Summo Pontifici, & Comiti Paulo ejus Fratri. Ibique memoriam agit de proprio Parente, atque de loco suorum natalium sic scribendo: „ Nec minus „ felicitatis obtinuit Mandellum patria mea charissima „ ma &c. & infra „ atque hoc quidem vestrum „ vandi generis humani incredibile studium ego „ que pro mea erga vos observantia non semel, neque „ pauco cum meo commodo sensi: idemque CÆSARI „ patri meo cum magno familiæ nostræ ornamento ex- „ periri antea contigit. Eandem Epistolam nuncupatoriam ego legi inter illas Cicerei, quas Manuscriptas adservant in suo Museo Fratres Marchiones Vicecomites aliquibus in locis ab edita dissimilem.
- IV. Francisci Valesii Commentaria in varios Galeni libros recens publicata Opera, & industria Jo. Ayroidi Marcellini. *Venetis apud Franciscum de Francis*, & Jo. Bapt. Ciottum 1592. in fol. & iterum 1594.
- V. Fr. Valesii in Libros Hypocratis de morbis popularibus, & in ejusdem Aphorismos: in libros de alimento: in lib. Prænotionum: de victus ratione in acutis &c. edente ipso Ayroldo, ut supra.
- VI. Joannis Petri Ayroidi Marcellini Consilia de Floribus. Extat MS. in Regia Parisiensis Biblioth. num. 6333. ex Montfaucon. Biblioth. MSS. Tom. II. pag. 761. Ejus Academicum Insigne refert Camillus Camilli p. p. pag. 87. Agunt de eo Mercklinus de Scriptis Medicis p. 656. in verbo Francisci Valesii, Bartholomæus Curtius in libro cui titulus: *Memorie Istoriche intorno a' Medici Scrittori Milanesi* pag. 122., atque Picinellus p. 456.

XXII.

AIROLDUS PAULUS.

Paulus Airoidus Mediolanensis in præclarissimum Fratrum Prædicatorum Ordinem adscriptus, per omnes gradus, & consuetos Scholæ agones ad magistratum evectus apud S. Victoris Olivetanos Monachos Lectoris onus annis aliquot cum laude sustinuit: deinceps in sacris libris concione ad populum exponendis curam omnem, & operam adhibuit, atque Mediolani primum in Templo, quod vulgo Rosa dicitur quinquennio integro, tum postea in Basilica primaria Comensi Sacræ Scripturæ publicas habuit, eruditissimasque prælectiones, tanto auditorum plausu, ut Episcopus illius Urbis Philippus Archintus, de quo locuturi suo loco sumus, eisdem interesse continuo voluerit, audireque docentem, & dicentem semper amaverit. Inter alias hujus Religiosissimi Viri dotes humilias singularis excelluit, ob quam solo intuitu supradicti Illustris. Comensis Episcopi aliorumque eruditione præstantium Virorum permittit, ut Typis tantum producerentur sequentia.

- I. Lezioni sopra l'Orazione Dominicale. *Milano, presso il Piccaglia*, 1608. in 8. Paratum habebat prælo Volumen alterum.
- II. Lezioni sopra li Sette Salmi, aliosque plures MSS. qui in scriniis forsan suorum adservantur. Videndi Quetif & Eccard Scriptores Ordinis Prædicatorum T. II. pag. 366. atque Picinelli *Athenæum* p. 445.

XXIII.

XXIII.

de ALAMANNIS ARAMANINUS.

Aramanus de Alamannis nobili familia Mediolani ortus anno MCCCXL. juxta Clar. Sitoni testimonium Jurisconsultorum Collegium ingressus, Jurisprudenciam usque adeo coluit, ut cum Patriæ Statuta in unum essent Corpus redigenda, atque correctione opus esset, anno MCCCLI. Indictione IV. electus fuerit inter XI. Viros Jurisperitos Statutorum Patriæ compilatores, & correctores. Hæc MSS. servantur in Ambrosiana, Cod. fol. sign. B. n. 19. atque vulgata sunt eodem anno Indictione IV. die Martis XXII. Martii sub dominio Jo. Vicecomitis Mediolani Principis, & Archiepiscopi, quo jubente Statuta ipsa sunt compilata, ut loco suo dicendum.

- I. Statuta Patriæ correctæ, compilata, & in ordinem digesta.

XXIV.

ALAMANNUS BASILIUS.

Maximum omni ævo quidem erit decus Alamannorum Mediolanensis familiæ, inter suos habuisse Benedictum singulari laude dignissimum, nam illius opera, atque præsidio doctissimi PP. è Societate Jesu in hac celeberrima Metropoli primam sedem suam fixere anno Christi MDLXIV., atque tanti Viri Liberi quinque se eidem præstantissimæ Societati addixere. Basilius inter ipsos enumeratur, qui in Collegio Braydensi summa cum laude emicuit non solum pietate insignis, sed & litteris, & præsertim in Philosophicis, atque Theologicis studiis, quorum Præceptor doctissimus evasit, & etiam latina Poësi delectabatur, ut novus Ovidius passim à pluribus tunc vocaretur; scripsit igitur:

- I. Tragedias plures, atque
II. Pastoralia in Universitate Braydensi representata, nec nou
III. Elegias, &
IV. Epigrammata, de quibus Volumen integrum effici potuisset.
Ita Picinellus in suo Athenæo pag. 73.

XXXV.

ALAMANNUS COSMUS.

Basilius Alamanni Cosmus Frater in supralaudatam Societatis Jesu familiam ingressus est anno MDLXXV. qui ejus ætatis erat sextus decimus, & ita pietate, quæ est in primis à Deo petenda, singulariter claruit, ut collectis quotquot potuit Viris sanctitate celebribus, in eorundem honorem toties orationem Dominicalem quotidie recitaret. Narratur quod Cosmus in hypocondriacum morbum lapsus à S. Aloysio Gonzaga explicatione cujusdam Psalmi divinitus facta ad pristinam hilaritatem fuerit restitutus. Vir fuit doctissimus, atque Operum S. Thomæ ita peritus, ut & doctrinam suis discipulis explicaverit, atque Commentariis illustratam in publicam lucem scriptis emisserit. Tandem fenex factus spiritum Deo reddidit die XXIV. Maji, anni MDCXXXIV. extant de ipso.

- I. Summa totius Philosophiæ, & D. Thomæ Aquinatis Doctoris Angelici doctrinæ. In prima parte agitur de Logica & Physica. In secunda de Cælo, atque de generatione & corruptione. In tertia de Anima & Metaphysica. *Primum Papiæ apud Rubeum 1618. tom. 5. in 4. inde ab eodem Typographo iterum annis 1622 & 1624. denuo impressa. Postea Parisiis bis recusa à Carolo Rouillard 1639. in 4. & 1640. in fol. pluribus additionibus illustrata.*
II. Opuscula Theologica MSS.
Ita in Biblioth. Scriptor. Soc. Jesu P. Alegambe, & Borserius in Supplemento ad Moriggiam c. 12. necnon Picinellus pag. 53.

A

XXVI.

ALAMANNUS JOSEPH.

Primus ex Filiis Benedicti Alamanni, de quo cum laude jam diximus, fuit Joseph, cujus exemplum quattuor ejusdem Fratres sequuti sunt se Deo vovendo in amplissima Societate Jesu anno MDLXXII. Rhetoricam, atque Philosophiam docuit peregre indeque Concionator præclarissimus effectus est, & ita in omnibus prudenter se gessit, ut ad regenda suæ familiæ plura Collegia meruerit eligi. Ad septuagesimum quartum usque ætatis annum pervenit, & piissimè obiit in Civitate Astensi anno MDCXXX. habemus de ipso.

B

- I. Historiam miraculosæ imaginis B. M. Virginis Montis-regalis, vulgò Mondovì.
II. Orazione nella Coronazione del Doge di Genoa Davide Vacari. *Milano, presso il Ponzio 1588. in 4.*
III. De Christiana Sapientia ad Principes Gentiles fol. t. 2. MSS. servantur Taurini in Colleg. PP. ejusdem Societatis.
Alegambe Biblioth. Maraccius in Bibliotheca Mariana. p. p. pag. 816. & Picinellus p. 363.

XXVII.

ALBANUS IGNATIUS.

Oppidum Merate in montibus Bryanthæis natales dedit Ignatio Albano, atque forsan loci amœnitas, atque aëris perfectio Musas amandi in causa ei fuit; ideo Poëta singularis evasit, nec aliud de eo reperire mihi licuit nisi, quod ordinem clericalem profitebatur, atque Cardinali Federico Borromæo fatis carus exstitit. Id ostendunt plura ejusdem Carmina sparsim edita, & postea fere omnia in unum collecta: adsunt ergo.

C

- I. Ignatii Albani Carminum Libri VI. variis temporibus editi, nempe *Mediolani 1586. Typis Moscbeni in 4. penes Pontium & Piccaleam 1603. in 4. apud Comum 1605. item in 4.*
II. De Laudibus B. Caroli Borromæi S. R. Eccl. Card. amplissimi, & Archiep. Mediol. Poëma, in quo recensentur omnes Archiepiscopi Mediolanenses à S. Barnaba, usque ad Federicum Borromæum S. R. E. Cardinalem ampliss. *Mediolani apud Franciscum Paganellum 1602. in 4. Hoc Poëma & subsequencia non leguntur inter alia Ignatii Carmina.*
III. Argo in adventu Jacobi Mainoldi Sac. Senatus Mediolanensis Præsidis Poëma. *Mediolani apud Medam sine anno in 8.*
IV. Lachrymæ in funere Card. Vicecomitis Patricii Mediol. *Mediolani apud Medam 1604. in 4. In hoc libro adest Epistola Ericii Puteani ad Albanum.*
V. Carmina varia in Tomo primo Carminum illustrium. Poetar. Italarum. *Florentiæ apud Tartinos & Francos pag. 45.*
VI. Alia Opuscula latina. Ita Picinellus.
VII. Emendavit, & auxit librum cui titulus Varron Milanæ; Ita Comus Impressor. in Epistola nuncupatoria ejusdem libri ad Herculem Galleratum.
Vide Borserium c. 12. & Picinellum supradictum pag. 378.

D

E

XXVIII.

ALBANUS SCIPIO.

ET Medicus primi nominis, & Sacerdos, nec non Imperialis, Ducalisque Collegiæ S. Mariæ Scalenfis hujus Urbis Canonicus fuit Scipio Albanus, qui etiam Prothonotariatus Apostolici honore insignitus à pluribus laudatur non solum ob Poësim, ut in ejus quæ supersunt Carminibus facile videre est, sed etiam pietate, & doctrina maximè in rebus Theologicis nobis eruditissimus demonstratur. Excessit e vivis anno MDCIV. die XXIV. Septembris. De ipso damus:

- I. Vita del Venerabile Girolamo Miani Fondatore della Religione Somaasca. *Venezia presso i Sessa 1600 in 8. Milano nella Stamperia Archiepiscopale 1603. in 4. con agzion-*

- aggiunte dello stesso Autore. *Iserum apud Pontiam* 1607. 4. editio ignota Bartholomæo Curtio.
- II. *Exasticon* ad Jo. Paulum Lanatium, Reperitur post Vitam istius pag. 556.
- III. *Epigrammata tria*. I. Illust. Hieronymo Abdue J. C. Mediol. Francisco Fratri. II. ad Magnificos S. Sepulchri Fabricæ Præfectos. III. ad Ignatium Albanum. Confobrinum. Extant in libro IV. *Epigrammatum Ignatii* supradicti.
- Ejus cum laude meminit Petrus Paulus Boscha in *Martyrolog. Mediol.* in notis ad diem VIII. Februarii n. 2. Bartholomæus Curtius in suo libro de *Scriptoribus Medicis Mediolanensibus* pag. 127.

X X I X.

ALBERGANTUS HECTOR.

ET si celeberrimus Lazarus Augustinus Cotta locum dederit in suo Museo Novariensi Hectori Alberganto; ego inter Scriptores Mediolanenses ipsum restituo rationibus Lectori meo jam in Præfatione prolatis, & præsertim quia propè Vicemeniæ, Italicè *Omegna*, Oppidum Mediolanense originem habuit, ut ipsemet testatur in suo libro inscripto *il Disinganno* pag. 150. ubi sic legitur: *Morto Alessandro V. Sommo Pontefice della Terra di Crusnalto Pieve d'Omegna mia Patria*; Sed pace istius alioquin Viri docti, Alexander V. natione fuit græcus, ut ostendemus suo loco.

Pluribus atque præclaris dotibus ornatum Auctorem nostrum demonstrat supralaudatus Cotta, nam Oratorem, Poëtam, atque Musicæ peritum adhuc adolescentem asserit fuisse. Porro ad vitam Ecclesiasticam conversus, Philosophiæ, necnon Theologiæ operam dedit, deinde humaniores litteras in Seminario Insulæ Sancti Julii, usque ad annum MDCXXXVI. docuit, ibique in adventu Antonii Tornielli Episcopi Novariensis pereruditam habuit Orationem. Romam inde profectus Lauream in utroque Jure, atque in facultate Theologica obtinuit, postea ab Epistolis Cardinali Palottæ, atque Præfuli Pico Archiepiscopo Amalphantano per aliquot temporis spatium ita intervixit, ut ipse Picus secum eum voluerit in Regno Neapolitano. Paulo post ab Episcopo Novariensi Torniello pœnes se revocatus fuit, & peracta de ejus mandato suæ Diœcesis Visitatione Præposituram S. Sixti in Urbe Comensi obtinuit, ubi etiam non solum à secretis duorum Episcoporum Comensium existit, scilicet Caraffini, atque Turriani, sed munus etiam Provicarii Generalis cum laude gessit, & quod in ejus honorem plurimum semper erit, Academia Velocium in ea Urbe ipsum Institutorem anno MDCLV. agnovit. Ex subsequens ejus scriptis facile videre est studiis non solum sacris, sed amœnioribus semper vacasse. Auctor noster ad senectutem usque, pietate in egenos ita excelluit, ut omni tempore pauperum Pater vocaretur merito, nam post erogatas in eorum subsidium, quotquot potuit facultates, Montem Virginem erigere etiam decreverit in Patria anno MDCLXIX. die XXIII. Septembris, cui postea nomen dedit Hospitalis B. M. Virginis, leges pro reeta ipsius gubernatione ipsemet scribente. Obiit in Patria omnium mœrore anno MDCXCVIII. Octobris decima die, atque in funere eum laudavit Carolus Antonius Caccinus, de quo nobis erit mentio in *Scriptoribus brevioris notæ*. De his est Auctor:

- I. *Il Triumvirato Fanciullesco*. Drama recitativo del Martirio de Santi Alfeo, Fidelfio, e Cirrejo. *Napoli* 1649.
- II. *Canzonette Spirituali*. Terzetti, che si cantano alla Dottrina Christiana nella Città d'Amalfi. *Napoli* 1644.
- III. *La Madregna*. Vita della B. Panacea. *Milano* 1649.
- IV. *Ordo habendi Congregationes Urbanas, & Plebanas* &c. *Comi* 1651.
- V. *Registro* di quanto devono pubblicare li Parochi al suo popolo tutte le Feste. *Como* 1653.
- VI. *Decreti, e Statuti generali* per le Collegiate, Parochiali, Vice-Parochiali, Monasterj di Monache, e Confraternità. *Como* 1669.

- VII. *De Politia, & Nitore Ecclesiastico*. *Novaria* 1646.
- VIII. *Sinodo Sexta* di Como celebrata da Monfig. Ambrogio Torriano l'anno 1672. *Como* 1674.
- IX. *Problema Accademico sopra la Musica*. *Como* 1656.
- X. *Registro compendiofo de Decreti, Editi, & altri Avvisi Parochiali* &c. *Como* 1658.
- XI. *Epicedium* in obitu Illustriss. & Reverendiss. D. D. Lazari Caraffini Episcopi Comens. habitum in Cathedrali inhumato cadavere. *Comi* 1665.
- XII. *Allegationes in utroque Jure*.
- XIII. *Frammenti Poetici nell'una, e l'altra lingua fatti in diverse contingenze* da Hettore Alberganti Accademico, fra li *Veloci* di Como, l'Honorato, MS.
- XIV. *Hæreticarum virtutum fallax gratia, & vana pulchritudo personata*. *Contentio Theologica, & redargutio in triumphum* &c. à Carolo Francisco Petronio exhibitum die XX. Aprilis MDCL. MS. in fol. cum Indice & approbationibus prælo paratis, vidi ego in Ambros. sign. G. 67. in fol.
- XVII. *Il Condesino* (Romanzo di se medesimo, che da Secondino si anagrammatizò in Condesino) libri sette sotto nome d'Alberto Gatinrete MS.
- XVIII. *Volume di lettere diverse in trentanove anni di Secretaria del Cardinale Pallotta, dell' Arcivescovo Pichi d'Amalfi, delli Vescovi di Novara Antonio Tornielli, e di Como Caraffino, e Torriano* MS.
- XIX. *Il Disinganno*. Discorso Controversiale, e Politico sopra la Dichiarazione del Clero Gallicano della Potestà Ecclesiastica pubblicata in Parigi a' XXIV. Gennajo MDCLXXXII. diviso in due parti con varie notizie storiche, e curiose. *Milano* 1688. in 4.
- XX. *Il Peregrinante solitario mai solo*. Vita di San Benigno Abb. della Serenissima Casa de' Medici Granduchi di Toscana &c. MS.
- XXI. *Orazione recitata d'ordine del Consiglio della Riviera di San Giulio all' Illustriss. e Reverendiss. Antonio Torniello Vescovo di Novara, Conte d'essa Riviera* &c. MS.
- Ex Cotta Museo Novariens. pag. 106.

X X X.

ALBERGONUS ELEUTERIUS.

Inter Minores Conventuales Sancti Francisci doctrinâ, ac præclarissimis aliis dotibus ita se efformavit Eleuterius Albergonus, ut post obtenta in Religione prima ministeria, usque ad Mediolanensis Provincialis dignitatem, Consultor S. Officii, atque in Ecclesia majori suæ Patriæ Pœnitentiarius efficeretur. Demum à Deo in Apostolicis prædicationibus summæ facultatis donum obtinuit, ut in ejus scriptis omnium oculis semper apparebit; unde merito à Pontifice Max. Paulo V. pronunciatum fuit Episcopus Montis Marani die XXIX. Octobris anni MDCXI. quam Ecclesiam sanctè gubernavit per annos XXV. De eo legitur:

- I. *Trattato della gratitudine, dell' ingratitude, dell' allegrezza salutevole, e dell' umiltà per l'esposizione delli 3. primi Versi del Canticò della B. Vergine*. *Milano presso il Pontio* 1598. in 8.
- II. *Concordanza degli Evangelj correnti con il Canticò della B. Vergine, esposto nelle cinque Lezioni delle stesse Domeniche nella Città di Genova*. *Milano presso il Pontio* 1594. in 8.
- III. *Resolutio Doctrinæ Scoticæ*. *Patavi apud Paulum Mæjettum* 1593. in 4. & *Lugduni* 1643.
- IV. *Sermoni fatti nell' occasione delle 40. hore*. *Milano presso il Pontio* 1598. in 8.
- V. *Connexio Evangeliorum Quadragesimalium, & Psalmorum*. *Roma* 1631. in 4.
- VI. *Prediche per le Domeniche dell' Avvento, e Santo Natale, dette in S. Pietro di Roma*. *Roma* 1651., & *Napoli presso il Savio lo stesso anno* in 4.
- VII. *Cinque Prediche nelle quali concorda gli Evangelj Romano, ed Ambrogiano*. *Roma* 1631. in 8.
- Ughellus Italia Sacra novæ edit. T. 8. p. 343. *Morigia della Nob. d'Italia* lib. 3. c. 30. Borserius c. 12. Picinellus p. 168. & Jo. Franchinus in *sacr. Bibliothica* pag. 165. Ejus Epistola nuncupatoria Marchioni Guido Cusano, quæ est in fronte libri, *Concordanza Evangelica*, ext. in libro 3. *Collectionis Epistolarum ejus generis Comini Venturæ*. Vide etiam Picinell. pag. 168.

XXXI

XXXI.

ALBERTALLUS ANTONIUS.

Antoni^{us} Albertallus Patria Mediolanensis, quinto vitæ suæ elapso lustro se Deo, & Carthufiensi consecrat ordini in Asceterio prope Ticinum, S. Præcursoris vota emittens die sacro, anni vigesimi à Sæculo sexto decimo, Priore D. Andrea Piëtorio; Vicarii munere functus, Procuratoris donatur officio, in quo consummatus obiit tertio Idus Julii MDCXXX. Ante Religionis ingressum plura scripsit, scilicet:

- I. Lucubrationes Rhetoricas anno MDCXVII.
- II. Logicales disputationes in Prædicabilia Porphyrii, & in universam Aristotelis Logicam anno MDCXVIII.
- III. Librum Epigrammatum, aliarumve compositionum Rhetoricarum. Omnes MSS. extant in Bibl. Carthufiensi prope Papiam. Ita accepi ab humanissimo P. D. Paulo Maria Bonhomio, qui non solum Scriptores sui Ordinis mihi libentissimè communicavit, sed & alios MSS. Mediolanensium in Bibliotheca supradicta adservatos, cui ipse præsidet.

XXXII.

ALBIATUS THOMAS.

Nullum istius Grammaticæ Præceptoris monumentum mihi reliquit oblivio, atque incuria eorum, quibus cordi non est de propriis memoriis in gratiam posteritatis relinquere: Titulum tantum Opusculorum ejusdem damus, quæ perlecta certe ad erudiendos juvenes pro more sæculi multum proficua agnoscuntur.

- I. Thomæ Albiati Mediolanensis in accidentia partium Orationis, & Constructionis Regulas Introductio &c. Unacum aureo de Moribus Opusculo Catoni adscripto per eundem Albiatum melius effecto. *Mediolani per Franciscum Magrarium 1567. in 8.*
- II. Pars secunda. *Mediolani per Pacificum Pontium 1570. in 8. continet etiam.*
- III. Varia Epigrammata ejusdem Albiati.
- IV. Thomæ Albiati Mediolanensis pura Syntaxis, five Grammatica linguæ latinæ. *Mediolani apud Piccaleam 1579. in 8.*

XXXIII.

ALBICANTES JO. ALBERTUS.

Multum laboris impendendum mihi fuit in secernenda vera à falsis de duobus istius cognominis Scriptoribus, nempe Jo. Alberto, de quo agimus, & Julio Cæsare, de quo infra, nam Viri alioquin doctissimi, nempe Crescimbenius, Armellinus in sua Bibliotheca Benedictino-Cassinensi, Belfortius in Chronologia Cœnobiorum Montis Oliveti, & si diis placet, Picinellus, atque Auctores Diarii Italici nomina, & Opera istorum sæpe confuderunt, nam sæpius etiam solo titulo d'Albicante varia Opuscula inscripta reperiuntur. Tandem inspectis accurate temporibus, nec non Epistolis nuncupatoriis, mihi visum est de eis ita separatim dicendum. Nomen Joannis Alberti nobis ostendit Paulus Moriggia in libro III. Nobilitatis Mediolanensis pag. 252. sic. *Gio. Alberto Albicante hæc composito diversi Poemata, scripsit contra Pietro Aretino, e si veggono molti versi de' suoi; quæ verba excrispsit Fontaninus suppresso nomine Moriggia in libro de' Commentarj intorno all'istoria della volgar Poesia, Vol. IV. lib. II. Art. 66. pag. 101. & mirum est, quod etiam nomen Albicantis hujus non viderit. Accipiat igitur Lector noster, ea quæ ad Poetam istum sæculi XVI. certè non spernendum spectant, & majora de ejus Vita cupiat, quæ mihi invenire non licuit.*

- I. De l'Albicante Historia de la Guerra del Piemonte. *Stampata in Milano per M. Gio. Antonio da Castiglione alli X. di Dicembre MDXXXVIII. in 4. liber paucis notus.*
- II. Al gran Marchese del Guasto, Notomia d'Amore del famoso Albicante Furibondo (ignotum est cur sibi hunc titulum imponat.) *Bressa per Ludovico Tom. I.*

A

Britannico, ad istanza di Messer Giovanbattista Verini Fiorentino, che stà in Milano al Malcantone, al segno del Ballone, MDXXXVIII. in 8. Poema in ott. rima. In libro cui titulus: Il Tempio alla Divina Sign. Donna Giovanna d'Aragona, fabricato da tutti i più gentili Spiriti &c Stampato in Venezia per Francesco Rocca 1565. in 8. adit.

- III. Carmen Italicum, vulgo Sonetto dell' Albicante a p. 110. Aliud est.
- IV. In altero libro inscripto, *La Zucca del Doni, Stampato in Venezia 1551. pag. 50.*
- V. Lettera dell' Albicante al Doni con la quale gl' invia un Sonetto per il Duca Cosmo, data Milano 11. Maggio 1547. con la risposta del Doni in lode del detto Sonetto, e dell' altre sue Opere dat. in Roma 21. Maggio lo stesso anno.
- VI. Trattato dell' intrar in Milano di Carlo V. C. sempre Augusto, con le proprie figure degli Archi, e per ordine li Nobili Vassalli e Prencipi, e Nobili Signori Cesarei, fabricato, e composto per l'Albicante, dedicato all' Illustrissima ed Eccellentissima Signora Donna Giovanna d'Aragona di Colonna, e con Privilegio di S. M. *Stampato da Andrea Calvo 1541. in 4. Poema in ott. rima.*
- VII. Il sacro, e divino Spofalizio del gran Philippo d'Austria, e della sacra Maria d'Inghilterra, con l'unione, ed obbedienza data alla Cattolica Chiesa, sedente Sommo Pontefice Giulio III. dedicato all' Illustriss. ed Eccellentiss. Sig. il Sig. Duca d'Alba, fabricato in ottava rima per l'Albicante Furibondo. *Milano per il Moscbeni 1555. in 4. Poema ut supra ignotum Crescimbenio.*
- VIII. Intrada in Milano di D. Filippo d'Austria Re di Spagna, dell' Albicante. *Venezia sine Impressoris nomine 1549. in 4. Poema & istud ignoravit Crescimbenius. Epistola Italica Annibalis Cari ad eundem extat in lib. cui tit. „ Lettere di diversi Uomini illustri raccolte da diversi libri, in Treviso presso Fabricio Zanetti 1603. in 8. Extat altera Epistola satis erudita Annibalis Cari ad Albicantem in libro cui titulus: Lettere di diversi Autori Eccellenti. Venez. 1556. in 8.*

E

C

D

F

XXXIV.

ALBICANTES JULIUS CÆSAR.

Albicantes alter, cui nomen fuit Julius Cæsar, atque Patria Mediolanum, in lucem venit Anno MDXLV. die vero XXVI. mensis Decembris, nec non in nobilissima Olivetanorum familia professionem emisit Anno MDLXI. ubi plura, & ad litteras, & ad pietatem, atque ad suæ Religionis decus indefinenter fecit, ideo in primum Abbatem Monasterii Vicoboldoni eligi meruit, Anno MDXCI. deinde Visitatoris generalis munus obtinuit millesimo nonagesimo nono anno, usque dum citius, quam ejus ætas, suorum desiderium, bonorumque omnium virorum vota exoptabant, excessit e vivis millesimo sexcentesimo secundo nostræ reparationis anno. Extant de eo:

- I. Le gloriose Gesta di Carlo V. Imperadore cominciando dalla sua Coronazione. *Roma presso il Zanetti 1567. in 8. Hic fuit liber, qui, male ipsius titulo a variis prolato, Scriptores, quos in Vita alterius Albicantis indicavi, sefellit, cum tribuendo Albicanti sine nomine, etsi Moriggia illud aperte scripserit, verè nullum in titulo Auctoris nomen legitur, sed solummodo in fronte Præfationis ad Lectorem est scriptum l'Albicante a' Cortesi Lettori, ibi inter Monachos Olivetanos se dicit ingressum jam ab octo ferè annis, atque in suis scriptis invenisse hoc Poëma, quod est in Terzetti, uti nos dicimus, in sæculo a se inchoatum, necnon rogantibus amicis ad finem perductum, & Typis concessum. Memini me vidisse hoc idem Poëma certè non spernendum, atque tractasse in quodam Codice MS. in 4. qui servabatur Bononiæ in Biblioth. olim Co. Cornelii de Pulpis Viri præstantissimi litterarum, atque Litteratorum cultoris eximii.*
- II. Esercizj Spirituali. *Roma per il Zanetti 1580. in 8. Ista edidit intuitu Eminentiss. Cardinalis Antonii Garaffæ, sicuti in Epistola nuncupatoria ad eundem legitur.*
- III. Trattato della mansuetudine del Salvatore del Mondo, dedicato al Cardinale Antonio Caraffa. *Milano presso il Pozzio 1689. in 4. De isto Auctore cum laude scripserunt præter Moriggiam lib. 3. atque Bogserium c. 12. Belfortius etiam in Chronol. Cœnobior. Montis Olivet. pag. 125. & 137. Armellinus in Bibliotheca Benedictin. Cassinens. in Appendice pag. 44. atque Picinellus pag. 157.*

C

XXXV.

XXXV.

ALBINUS.

Albinus S. R. E. Cardinalis Episcopus Albanensis, Mediolani natus, junior Institutum Canonico-regularium Ordinis Divi Augustini in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Crescentiaco, quarto ab Urbe lapide, amplexus, illic cum applausu aliquandiu, ac celebritate nominis vixit. Hinc à Summo Pontifice Lucio III. Romam, ob eximiam in agendis rebus Ecclesiasticis industriam vocatus, ut negotiis Sedem Apostolicam atque Ecclesiam spectantibus incumbere. Tantâ probitate, tamque publicâ prudentiæ laude sibi commissis negotiis Albinus curas adhibuit, ut vigilantissimi hominis meritum idem Lucius III. Cardinalitia dignitate compensaverit. Factus igitur primum Diaconus Cardinalis Anno MCLXXXII. mense Decembri, tituli Sanctæ Mariæ Novæ, tum postea Sanctæ Crucis in Hierusalem, denique & promotus à Clemente III. est ad Episcopatum Albanensem Anno MCLXXXIX., vel juxta Ughellum MCXCVIII. Ad hunc scripsit de Actis Concilii Rhemensis Gauridus Clarevallensis Monachus, apud Baronium, ex eodem Ughello. Eum inter Beatos recenset Bosca in suis Notis ad Martyrologium Mediolan. Kal. Novembris. Extat de ipso:

I. Collectio Canonum MS. in Bibliotheca Vaticana à pluribus relatus.

Ex Oudin de Scriptoribus Eccl. T. II. pag. 1581., & Ughello Ital. Sac. T. I. in Episcopis Albanensibus num. 37., nec non agunt de Albino Aubertus in Historia generali Cardinalium. T. I. ad annum 1182. folio 207. cum aliis: Augustinus Oldoinus in Vitis, & Rebus Gestis Romanorum Pontificum, & Cardinalium T. I. ad annum 1181. col. 1117., editionis Romanæ 1676. quatuor Vol. in folio. Item in Athenæo Romano, quo scripta Romanorum Pontificum, & Cardinalium publicè exponitur littera Albinus pag. 46. editionis Perusinae 1716. in 4. Carifius in suo Theatro Sacro, atque noster Picinellus p. 8.

ab ALBOGASIO, vide AFFAITATUS.

XXXVI.

ALBUTIUS ANTONIUS.

Antonius Albutius Mediolanensis Congregationis Oblatorum Sanctorum Ambrosii & Caroli in Seminario Clericorum, divinas humanasque litteras edoctus, annos non paucos in altero Seminario, quod Canonica dicitur, Sacrarum Exercitationum Præfecturam gessit. Tum inter Doctores Ambrosiani Collegii adicitus, Bibliothecæ itidem Ambrosianæ præficitur. Eam Provinciam diù gessit, atque interim Oratoriæ facultatis, qua exellebat, plura dedit testimonia in primariis hujus Urbis Basilicis; quemadmodum & Eruditorum commodis insudans Indicem Voluminum in ipsa Bibliotheca servatorum per materiarum seriem inchoaverat, quod tamen Opus imperfectum reliquit. Translatus inde ad Summensis Oppidi Præposituram, & Vicarii, quem Foraneum vocant, munere decoratus, cum commissum sibi Populum vigilanter rexisset Anno MDCCXIX. mortalitatem deposuit. Typis dedit:

- I. Carlo Borromeo il gran Santo. Panegirico di Antonio Albuio, detto in Duomo il di IV. Novembre MDCLXXXVIII. Milano, per il Camagni in 4.
- II. Ad Josephum Archintum Mediol. Archiep. Gratulatoria. in fol. Mediolani, apud Gagliardum 1699.
- III. Panegirico per la Coronazione Solenne dell' Immagine miracolosa della B. V. presso S. Celso.
- IV. Altro per la nascita dell' Arciduca Leopoldo.
- V. Prediche, Sermoni, e Panegirici MSS. Extant apud Canonicum Angelum Auctoris fratrem, de quibus plura Volumina effici potuisse.

A

XXXVII.

ALBUTIUS AURELIUS.

Satis dixisse de Aurelio Albutio, si & amicissimum Andreæ Alciati, & ab eo laudatum fuisse, dixero, omnibus forsan videbor; sed utinam à Picinello plura de ejus Vita didicissemus, nam ille inter alia de Diplomatum Caroli V. Cæsaris Auctori nostro donatis nudam tantum indicationem nobis profert; nisi de eo solum intelligere voluerit, de quo infra. Florebat interim Aurelius medio sæculo XVI. at cum Parisiis degeret, ibi erudito Carmine Alciatum invitavit ad rumores bellicos, à quibus etiam illis temporibus affligebatur Italia, fugiendos, Emblemate fructus Perfici, qui pluries in variarum regionum campis immixtus melior efficitur, quod Emblemata est inter ea Alciati CXLIII. Ab Operibus istius Auctoris, & impressis, atque à nobis fortuito repertis MSS. satis apparet optimum Jurisconsultum, & eximium Poëtam fuisse; en ergo quid habemus.

- I. Christianarum Institutionum lib. III.
- II. Hymnorum lib. I.
- III. Decem Virginum Vitæ, & Jobi liber.
- IV. Jobi Poëtæ lib. I.
- V. Apologia adversus Petrum Stellam, & Longovalium Legum Doctores.
- VI. Ex Psalterio in Officium de Mortuis.
- VII. Ex Psalterio in Officium B. M. Virginis, omnia uno Volumine, ad Matthæum Gibertum Episcopum Veronensem dicatum. Mediolani, apud Pontium 1540. in 4. In Privilegio Caroli V. pro impressione hujus libri, de quo forsan ut supra Picinellus, ita legitur *Opus varium, amabile, & ab iis, qui se Christianos profitentur, diurna, & nocturna manu versandum &c.*
- VIII. Heroïdum Epistolarum libri IV. Mediolani ex Officina Antonii Brugenfis 1542. Kalendis Martii. Et iterum Venetiis 1544.
- IX. Aurelii Albutii Oratio Funeris in morte Joannis Jacobi Trivultii.
- X. Carmen satis longum in morte ejusdem MS. fol. pag. 9. in Biblioth. FF. Marchion. Vicecomitum.
- XI. Interpretatiunculæ in Alciati Philargyrum. MS. in fol. de quo suo loco. Extat ibid.
- XII. Carmen in laudem Andreæ Alciati MS. fol. pag. 4. & Carmen Alciati ad Albutium pag. 5. ibid. In libro V. Epigrammatum Alciati extant ad Albutium Carmina tria, quorum uni titulus est. In Laudem Aurelii Albutii, qui Psalms Carmine complexus est. Extant ibid. Præter Alciatum, & Picinellum Bonaventura Castillonæus est inter laudatores hujus Albutii, ipsum vocando Poëtam egregium, & ita Joannes Thuillius in Commentariis Emblematum Alciati, cujus Epigramma in honorem Albutii juvat hic referre:

Carmine, quo cecinit divina poemmata Psaltes,
Quo sua damnavit tempora mæstus Job.
Hoc recreat, retinetque pias Albutius aures,
Et mentem ad superos religione trahit.
Dii tibi dent quæcumque optas, seu vincere cantu
Davida, seu questu vis superare Jobum.

XXXVIII.

ALBUTIUS JOANNES PETRUS.

Optimo sanè consilio Abbas Picinellus nobis Vitam exhibuit Joannis Petri Albutii, quam ex integro exscripsit Curtius in suo libro de Scriptori Medici Milanesi, utinam melius de ejus Operibus nos erudivisset, scilicet, utrum impressis, an MSS. & quo in loco reperiantur. Fuit igitur Auctor noster alterius Jo. Petri Albutii, ac Juliæ Daveriæ filius, Vir ab omnibus laudatissimus ob morum elegantiam, virtutumque ferè omnium ornamentum, nam & Theologus & Philosophus, nec non Historicus, Poëta, Orator, linguarum Latinæ, Græcæ, atque Hebraicæ peritissimus nobis demonstratur ab ejusdem Vitæ Scriptoribus; sed præsertim Medicus præclarissimus, ut dilucidè in Operibus quæcumque ab eo concinnata supersunt, invenitur. Ætatis sue

E

suæ annor. juveniliū XXV. mandante Francisco II. Sfortia Mediolani Duce, primū Rhetoricam, inde Logicam Papiæ docuit, ibique per spatium quadraginta annor. idē munus exercuit, quod videtur pugnare contra temporū seriem, quæ in Lapide Sepulchrali Scriptoris nostri, infra edendo, legitur, nam demortuus ætatis annor. LXXV debuit legisse per spatium annorum L. Animadvertendum igitur est, Gymnasium Ticinense bellorum causā pluries fuisse iis temporibus interruptum, ut rectè notat supra laudatus Bartholomæus Curtius.

Fama tanti Viri ipsū in alias regiones pluries vocari fecit pro fanitate reddenda variis Principibus, scilicet Octavio, atque Alexandro Parmæ & Placentiæ Ducibus, Christiænæ Regis Daniæ filiæ, ac Ducis Francisci II. Sfortiæ Viduæ Fridburgum usque, nec non Baviaræ, & Auriæ Ducibus, plurimisque S. R. E. Cardinalibus, inter quos enumerantur Borromæus, Sorbellonus, Alterius, & ab Ecclesiâ: ideo mirum non est, si ferè omnes illius Ævi Viri docti, nempe Cardanus, Giraldus, aliique eum multi fecere, atque ipsius iudicium in eorum Operibus edendis exoptavere. Papiæ vitæ suæ finem habuit die XIV. Februarii Anni MDLXXXIII., & ejus corpus Mediolanum delatum in S. Eustorgii Templo summo cum honore sepultum fuit, inscripta sequenti Epigraphe, & Oratione erudita eum commendante Archilleo Carcano.

IO. PETRO ALBUTIO

INTER PVBLICOS MEDICINAE PROFESSORES

CELEBRATISSIMO.

IN TICIN. ACADEM. HOR. VESPER.

LECTORI PRIMARIO

VIRO INGENVO PIO MODESTO

ET LIBERALI

PATRIAE ET PRINCIPIBUS MVLTIS

MEDICINAE CAUSA SVMME CARO

QVI ANNOS VIXIT LXXV.

PVBLICE DOCVIT XL.

ET AETERNO MEDICINAE DAMNO OBIT

IO. FRANCISCVS

PATRI B. M. SIBI ET SVIS

POSVIT

ANNO DOMINI CIOCC.

Scriptit juxta Picinellum :

I. Lætionum Libros II.

II. Consiliorum Medicinalium Lib. I.

Videndi Moriggia Lib. 3. C. 7. Jo. Petrus Crescentius in suo Amphiteatro p. p. Picinellus pag. 318., atque Curtius p. 87., qui nobis præclarum testimonium de tanto Scriptoris exhibet in Opere Martini Henrici S. Columbani, quod est Laudensis Oppidum agri Medici, sic inscripto: „Pulcherrimarum Quæstionum Medicarum „Tomus primus, quarum secunda Albutio nostro dicata est his verbis: „Ad Joannem Petrum Albutium „Præceptorem suum; Medicum undequaque in litteris „admirandum, in Gymnasio Ticinensi publicè profitementem &c.

In laudem ejusdem extat etiam Epigramma Antonii Cerui Novariensis inter Carmina illustrium Poëtarum Italorum T. 6. p. 375.

XXXIX.

ALBUTIUS PAULUS.

POëtam eruditissimum Sæculi decimifexti Paulum Albutum Mediolanensem suspiciendum quidem ex operibus doctissimis, lectuque dignissimis novi, at diligentiam meam dira fefellit oblivio virtutis hostis

inensa. Pauli Opera suppeditavit mihi humanitas Canonorum Ordinariorum hujus Metropolitanæ Templi, ex cujus Bibliotheca MSS. ditissime referta non pauca haurire licuit, quæ in hunc librum congregarem. Et oh utinam quemadmodum Carmina invenire datum fuit, ita & Vatis ipsius acta offendissem posteris indicanda! Hoc tantum Lectores optimos monitos volo, abusum Albutii nostri nomine Lutherianum quemdam, ut suspicatur Jo. Fabricius in Hist. Biblioth. Tom. IV. pag. 269. in fronte Epistolæ ad Societ. Jesu Anno MDCXI. conscriptæ, à me etiam in Bibliotheca Ambrosiana Typis Lutetiæ Parisiorum anno 1574. in 4. inspectæ, in qua invehitur in Pontificiam Potestatem, de Clericorum conjugio, similibusque agit. Atque ut fucum faceret incautis, initio Societatem laudat ob operam, quam præstat in reducendis litterarum studiis, & pietatem, bonosque moribus in aliorum mentibus implantandis. Cujus Epistolæ mentio extat in Tom. I. magnæ Biblioth. Ecclesiasticæ Genevæ editæ pag. 232. Quomodo enim fieri potuit, ut Vir piissimus, & D. Carolo Borromæo, cui sua Carmina inscripsit, percarus, vix elapso ab ejus obitu anno trigesimo, à vera Fide deficiens Eterodoxis adhæreret? Sed jam de tam patenti impostura satis. Superfunt igitur sequentia Albutii Carmina Latina vario metri genere composita; quorum singula capita per ordinem digessi, ut melius judicet de nostro Auctore meus Lector.

- I. Epistola nuncupatoria ad Cardinalem Borromæum, est Carminibus expressa.
- II. In adventu Illustriss. ac Reverendiss. Caroli Borromæi. Epifodion.
- III. Paupertas, an divitiæ ad salutem conferant. Idyllium.
- IV. Cur boni affligantur, mali tolerantur. Idyllium.
- V. An, & quando Christiano mors metuenda. Idyll.
- VI. An, & quomodo diligantur inimici. Idyll.
- VII. Tres hominis hostes. Idyll.
- VIII. Fides. Idyll.
- IX. Spes. Idyll.
- X. Charitas. Idyll.
- XI. Humanæ vitæ naufragium. Idyll.

MS. in 4. sign. K. num. 86. Ext. ut supra inuimus.

XL.

ALCIATUS ANDREAS.

SI animus fuisset ea omnia referre, quæ ad Vitam, atque ad Opera Andreæ Alciati spectantia sub oculis habui, nec volumen sufficeret, nec forsitan Lectoris patientiam mererer, tanta essent dicenda de præclarissimo Viro istius urbis, imò totius Italiæ decore, atque ornamento. Quod igitur à pluribus ipsius vitæ Scriptoribus excerpti, ac quidquid mihi ejusdem, aut impressum, aut MS. ad manus venerit, quo brevius fieri poterit, hîc exhibeo. Non ex Joanne pecunioso negotiatore, ut Pancirolus, aliique malè scripserunt, sed ex Ambrosio in patria Decurione, & pro ipsa ad Rempublicam Venetam Oratore, & Matre Margarita Landriana nobilissima fœmina, ferè nullo dolore in Pago Alzate, in sinibus agri Mediolanensis Comumversus, natus est Andreas noster die prima Maji Anno MCDXCII. Jano Parrasio Præceptore Mediolani humanis litteris excultus fuit; deinde Ticinum studiorum legalium causâ missus Jasonem Maynum præcipuè audivit, & Bononiæ Carolum Ruinum: Demum Anno MDXIV. vix XXII. ætatis annum egressus, Civilis, Pontificique Juris insignibus primū ornatus, statim Advocatus in foro evasit; novo apud nostros scribendi genere Paradoxa, Disputationes, & Prætermissa in publicum emisit: ista nuncupavit Jacobo Minuto Regio Senatus Mediolani Consiliario: Disputationes vero Joanni de Sylva Regi Senatus Præsidi, & Paradoxa Joanni de Prato Regio Mediolanensi Consiliario, quæ omnia Barbaris frustra insectantibus, aut ineptis litteratoribus mordentibus, maximam eidem prima in juventute laudem compararunt.

Itaque Ticini professor, postea Avenione Jus Civile docuit cum D. scutorum stipendio, ut ex ejus Episto-

hs

lis à Gudjo relatis pag. 76. Anni MDXVIII. colligitur. Verùm, cùm idem stipendium exigere non potuisset, Mediolanum rediit mense Octobri Anno MDXXII. & ibi commoratus est, usque ad MDXXVIII. quo ad Bituriges magnâ discipulorum affluentia, & famâ amplo MCC. aureorum stipendio à Rege Francisco est evocatus, ubi celebri disputatione peracta, de Verborum significatione ante omnia titulum explicuit, & Dissertationem de singulari certamine typis dedit, eamque ipso Regi Francisco dicavit. Semel à Delphino auditus CD. aureorum numismate, quod illi ejus urbis cives obtulerant, pro insigni munere donatus est. Liberalis Princeps Pompejum Magnum imitatus est, qui Rhodi, & Athenis singulis artium liberalium professoribus talentum donavit.

Cæterùm vix quinque elapsis annis Andreas in Galliis amplius degere non potuit; siquidem à Francisco II. Mediolani Duce sub pœna publicationis bonorum vocatus, domum reverti coactus est, ubi Senatoria dignitate honestatus, & pingui stipendio donatus aliquot annos Ticini docuit, donec ob ingruens bellum intermisso Papiæ gymnasio, Bononiam vocatus anno MDXXXII. mille ducentorum aureorum stipendio per quadriennium ibi Professor extitit. Exinde eodem pretio Ticinum revocatus, celeberrimam eam Academiam instituit, qua rursus post biennium propter resurgentia bella intermissâ, ab Hercule II. Ferrariam cum MCCCL. aureorum salario conductus; illud quoque gymnasium antea destitutum frequentissimum reddidit. Tanta enim erat ejus nominis celebritas, ut quòcunque illum plurimi auditores sequerentur.

Interea contigit, Paulum III. Pont. Ecclesiæ urbes invisentem eò proficisci, ubi Alciatum comiter exceptum, & ab omnibus Præsulibus non sine magna admiratione spectatum, ad Ecclesiasticos honores, & tum, & aliàs sæpius invitavit. Sed cùm temerè profitendi munus deferendum non esse arbitraretur, solo Protonotariatus honore contentus ab aliis abstinuit. Cæterùm post quadriennium, quàm Ferrariam venit, restitutâ Ticinensi Academiâ, in qua insigni usus est Mercurii Caduceo inter gemina Amaltheæ cornua, addito lemmate Græco, quod in ejus sepulchro legitur, eò reverti compulsus, Mediolani iterum Senatoriam, & Palatinam dignitatem à Carolo V. obtinuit.

Narratur, Francisco Galliarum Rege in ipsius scholam eum audiendi causa introëunte, Alciatum Orationem ex tempore dixisse, quæ res mirum Viri ingenium, & promptissimam facundiam apertè demonstravit. Veteres Jurisconsultos imitatus, Responsa reddebat brevissima, quæ duobus tantùm aut tribus Juribus nitebantur. In opulenta causa cùm CCC. aureos recepisset, pluresque Mariano Socino numeratos fuisse audivisset: Meliorem, inquit, habuerunt negotiatorem, quàm Jurisconsultum. Rarò in publico Auditorum argumenta audivit, aut ea paucis verbis diluit. Et cùm semel de simili, quam prælegens solverat, quæstione interrogaretur, unico verbo respondit, idem, & discessit.

Æstivi caloris impatientia à prandio raro gravioribus studiis incumbere consueverat, sed vel aleæ lusu, vel Poætæ, aut alicujus historiographi lectione detinebatur. Matrem diu habuit superstitem, qua defuncta, Collegium Studiosorum Ticini instituere voluit: sed à petulantibus juvenibus injuriâ affectus, mutata voluntate. Franciscum Alciatum, postea S. R. Ecclesiæ Cardinalem, quamquam longa cognatione remotum, sed magnæ spei juvenem, quem apud se aluerat, & sustentaverat, nominis, ac professionis hæredem reliquit, uti nos de eo loquentes brevè clariùs dicemus.

Andreas verò plurimis, laudatissimisque operibus editis, ut infra, ex cibo, quem largiorem sumere consueverat, morbum contraxit, & cum LVIII. Ætatis annum non excederet, Papiæ obiit Anno MDL. Prid. Id. Januarii, & in S. Epiphaniæ templo, atque in Mausolæo marmoreo penè regio, cum hoc Epitaphio sepultus fuit.

A

D. O. M.

MΗΔΕΝ ANDREAE ALCIATO ΑΝΔΡΟΣ
ΑΝΑΒΛΑ. ΜΕΔΙΟΛ. ΙΒΡΕΟΝ. ΔΙΚΑΙΟΥ
ΛΟΜΕΝΟΣ: ΚΑΡΠΟΥ ΚΑΡΠΟΥ
COM. PROTH. APOST. ΟΥΚ ΑΠΟΑ
CAES. QVE SENATORI. ΑΤΤΑΙ:

QVI OMNIVM DOCTRINARVM
ORBEM ABSOLVIT.

PRIMVS LEGVM STVDIA

ANTIQVO RESTITVIT

DECORI.

VIXIT ANN. LVII.

MEN. VIII. DIES III.

OBIT PRIDIE IDVS

IANVARI.

M. D. L.

FRANCISCVS ALCIATVS

I. C. H. B. M. P. P.

Vir fuit corpulentus, proceræ staturæ, patentibus, & prominentibus oculis, latis, & crassioribus labiis, ac fusci coloris.

C

Extat Constantii Landi Explicatio in Sepulchrum Andreae Alciati pag. 118. eruditione Græca, & Latina referta. MS. in fol. in Biblioth. DD. Marchionum Fratrum Vicecomitum.

Subsequentium virorum doctissimorum Orationes habemus in ejus funere, nempe:

Alexandri Grimaldi Antipolitani Alciati discipuli Oratio, quam dixit in Cathedrali Papiensi, & ibi impressa. Anno MDL. in 4.

Georgii Trivultii Oratio in mortem Andreae Alciati. Epigraphæ sepulchrali, & Carmina. MSS. in fol. pagg. 11. Extant in Biblioth. DD. Fratrum Marchionum Vicecomitum.

Stephani Pallavicini Oratio in mortem Andreae Alciati. MS. in fol. pagg. 8. Extat ibidem.

D

Habeat nunc Lector seriem Operum Andreae Alciati, sicuti legitur in editionibus Lugdunensi, & Basileensi anno 1581., nec à me expectet scire quot vices alibi, & seorsim sint in publicum prolata, nam hoc ferè impossibile, & proflus inutile mihi videretur. Postea dabo alia Auctoris nostri Opera, quæ non reperuntur in supradictis, atque aliis Collectionibus, necnon plurima adhuc inedita, quorum notitia, ni fallor, non parvi erit faciendâ.

- I. De Verborum significatione libri IV.
- II. Comm. in Titulum Pandectarum de Verborum, & rerum significatione.
- III. Dispunctionum libri IV.
- IV. Annotationes in III. posteriores Institutionum Justiniani Libros.
- V. Prætermisorum libri II.
- VI. Parergon, seu obiter dictorum libri XII.
- VII. De Magistratibus, Civilibusque, & Militaribus officiis lib. I.
Hoc opus perfectiùs recusum fuit in Tomo I. pag. 325. novi Thesauri Antiquitatum Romanarum Alberti Henrici de Salengre, Hagæ Comitum MDCCXVI.
- VIII. De Ponderibus, & Mensuris.
- IX. Claudii Galeni de Ponderibus, & Mensuris liber. Andrea Alciato Interprete.
- X. Oratio I. Habita Avenione in laudem Juris Civilis II. Ticini.
- XI. III. Ferrariæ.
- XII. Annotationes in Cornelium Tacitum:
- XIII. Paradoxorum Juris Civilis lib. IV.
- XIV. De Summa Trinitate, & Fide Catholica:
- XV. De Sacrosanctis Ecclesiis, & Privilegiis earum.
- XVI. De Edendo.
- XVII. De in Jus vocando.

XIX.

- XIX.** De Pactis.
XX. De Transactionibus.
XXI. Finium Regundorum.
XXII. De Quinque pedum præscriptione liber.
XXIII. De eo quod interest liber.
XXIV. De Rebus creditis.
XXV. Depositi, vel contra.
XXVI. De Verborum obligationibus.
XXVII. De Stipulationum Divisionibus, **Tractatus.**
XXVIII. Declamatio Minutio transmissa.
XXIX. De Singulari certamine liber.
XXX. Consilium in materia Duelli.
XXXI. In aliquot Justiniani Codicis Titulos Commentaria.
XXXII. De Officio Judicis Ordinarii.
XXXIII. De Judiciis.
XXXIV. De Jurejurando.
XXXV. De Præscriptionibus.
XXXVI. De Præsumptionibus.
XXXVII. In aliquot titulos, & Leges Pandectarum, seu Digestorum Commentaria.
XXXVIII. Oratio habita Bononiæ dum cooptatus fuit in locum Pauli Parisii anno MDXXXVII.
XXXIX. Alia anno MDXXXIX.
XL. Prælectio ibidem anno MDXL. habita. Hæc tria habentur autographa in Cod. MS. Bibliothecæ Ambrosianæ sign. D. n. 173. in fol. Emblemata.
XLI. Emblemata.
XLII. Oratio habita in præsentia Francisci Valefi Gallorum Regis.
Tractatus de Duello in Italicum Sermonem translatus fuit, & pluries typis commissus, sicuti & Emblemata; nam tres habentur editiones Gallicæ, præter aliam versionem Italicam. Lugduni impressam anno MDLI. apud Rovillum, nimirum Bartholomæi Anuli, Joannis le Feure, & Claudii Minos, qui postremus illa commentatus est. Sanctius Brocens Hispanicè ea vertit, & commentationibus illustravit. Pignorius vero sapiens noster Italus in proprium Idioma similiter traduxit, & commentaria addidit. Denique Joannes Thuilius Friburgi Professor cum horum omnium notis, ac propriis, additis etiam iis Friderici Morelli Typis ibidem dedit. Habentur impressa Patavii MDC-LXI. in 4. & continent Emblemata 212.
Que sequuntur partim sunt vulgata extra prædictas editiones, & partim sunt MSS. ut infra:
XLIII. Consiliorum Libri IX. Basileæ 1582. & alibi pluries. Vol. II. in fol.
XLIV. Consilium Juridicum. Extat in Consiliorum Collectione ad causas ultimarum voluntatum Zilletti. Vol. II. pag. 136.
XLV. Allegatio, seu Consilium in causa Monasterii S. Salvatoris Ticini pro lecto Padi in fol. Typis Papiensibus. Extat in Archivo prædicti Monasterii.
XLVI. Consilium ad instantiam Filiorum quondam Ludovici, & Federici Taurellorum super quodam Decreto diei V. Julii MCDXLV. sub Philippo Vicecomite emanato. Servatur Autographum MS. apud J. C. Collegiatum Dominum Josephum de Landriano.
XLVII. Lectura ab eo habita anno MDXXXV. Ticini. Extat MS. in fol. in Bibliotheca Gymnasii Patavini. Ex Tomafino.
XLVIII. De Formula Romani Imperii libri II.; qui habentur impressi Basileæ 1559., *Offenbaci 1610. & Francofurti*, reperiuntur etiam MSS. in Codice sign. B. n. 3. in Bibliotheca Ambrosiana.
XLIX. De Re Nummaria compendiosa ratiocinatio. Extat in eodem Codice Ambrosiano ab edita diversa.
L. Rei Vestiarie vocabula aliquot explicata. In eodem.
LI. De Narantio Cedrone, Adamio, Limone, aliisque Arborum speciebus. In eod.
LII. Rerum Patriæ, seu Historiæ Mediolanenses libri IV. Primus edidit Mediolani Joannes Baptista Bidellius, denuo recusi sunt magnificè in Tomi secundi parte prima Thesauri Antiquitatum Italicæ Joannis Georgii Grævii. *Lugduni Battavorum 1704.*
LIII. Fragmentum de Templis Portæ Ticinensis MS. in Ambrosiana sign. B. n. 3., & in altero sign. A. n. 136., qui erat Caroli à Basilica Petri Episcopi Novariensis.
LIV. Fragmentum de Templo S. Eustorgii. In eisdem MSS.
LV. De Tribus Magis, in eisdem.
LVI. De S. Petro Martyre, in eisdem.
LVII. De Porta Ticinensi, in eisdem.
LVIII. De Templo S. Laurentii, in eisdem.
LIX. De Antiquitate Insulariæ, & Origine Mediol. in eisdem.
Tom. I.

- A** **LX.** Mediolanensium Monumentorum Inscriptiones MS. in fol. in Ambrosiana sign. D. n. 425. Copiosiores verò in altero Codice sign. B. n. 4.
LXI. Epistola Rufino Cribello Sacerdoti optimo, sive Commentarius in Inscriptionem Plinio positam, ex schedis Ambrosianis, & alterius Fegii in agro Mediolanensi repertæ, e MS. ejusdem Biblioth. edidit Clariss. Muratorius in Tom. II Thesauri Veterum Inscrip. pag. 732. & seq. Extat etiam MS. in Bibliotheca Monachorum Cisterciensium S. Ambrosii Mediol. in fol. num. 71.
LXII. Tractatus contra Vitam Monasticam. Extat in libro, quem typis dedit Antonius Matthæus Antecessor Leidensis, cum Sylloge Epistolarum Clarissimorum Virorum &c. in 8. *Lugduni Battavorum 1708. apud Henricum Stuart.* Citat. in Tom. 43. Journal de Scavans 1708. 12.
LXIII. Phylargyrus Comœdia Act. V. ad cujus calcem, adfunt interpretatiuncula paginarum 24. Aurelii Albutii.
LXIV. Nubes antiqua Fabula ex Aristophane, ad calcem extant Gualterii Corbettæ Annotationes pagg. 18. Quæ duo Alciati nostri Poëmata styllum Plautinum redolent. Leguntur in Cod. MS. in fol. optimè notæ in Biblioth. DD. Marchionum Gregorii, & Eriprandi Vicecomitum.
LXV. Consilium favore Domni Francisci de Tovar Præfecti Castellaniæ Castri Gulleræ, contra Fiscum cum Auctoris Subscriptione, & Sigillo. Extat ibid.
LXVI. Fragmenta Rerum ad Vicecomites pertinentium, MS. ibid.
LXVII. Responsio ad Annotationes Benedicti Jovii ad Historiam suam, MS. fol. pagg. 19. Eidem MS. annexa legitur Benedicti Jovii Paraphrasis, de Numeris ad Andream Alciatum, MS. pagg. 12. Ibid.
LXVIII. Epigrammatum liber V. adhuc ineditus, inter quæ duo ad Aurelium Albutium, satis proluxa. Ad Bartholomæum Simonettam. In obitu Ripæ. In mortem Gualterii Corbettæ. Hieronymi Archinti. M. Antonii Dugnani &c. MS. ibidem.
LXIX. Epistolæ plures Latinæ, ad Franciscum Alciatum, aliosque. Reperiuntur in MS. Cod. cui titulus: Variæ litteræ ad Alciatos in Biblioth. prædicta FF. Marchionum Vicecomitum.
LXX. Epistolæ XXVI. ad Franciscum Calvum. Extant in Gudii Epistolis pag. 75.
LXXI. Epistola ad M. Ant. Majoragium, ibid. pag. 113.
LXXII. Epistola ad Aonium Palearium, de Oratione ab ipso edita in L. Murenam in responsonem ad Ciceronem, cum Alciati judicio, multa etiam legali eruditione referta. Data Ticini Kal. Octobris. Extat inter Epistolas Palearii. *Basileæ pag. 210. in 8.*
LXXIII. Carmina Latina ad Joannem Biffium. Extant inter Carmina Biffii.
LXXIV. Epigrammata varia. Extant in Libro, cui titulus Carm. Illust. Poët. Ital. Tom. I. pag. 53.
LXXV. De Plautinorum Carminum ratione libellus, & Lexicon Plautinum. Ita asserit Clarissimus Fabricius in Biblioth. Latina, in editione Plauti. *Basileæ, apud Hervagium 1568. in 8.*
De Operibus ab eo adhuc adolescente factis. Vide Baillet Jugemens des Scavans. Tom. V. Art. XXXIX. pag. 42. in quo etiam citat Levizanum ad calcem I. libri Sylvæ Nuptialis, ubi ait: Alciatum adhuc adolescentem scripsisse non solum plures libros in Jure Civili, sed etiam sequentes:
Historiam Mediolanensem usque ad tempora Caroli Magni.
Libros V. Epistolarum.
Libros III. de Laudibus Juris Civilis.
Libros III. Epigrammatum.
Comœdiam de Nubibus Aristophanis Versibus Latinis reddidit.
Opera, quorum partem vidimus, jam dedimus; de reliquis vero Fides sit penes Levizanum.
Valerii Deciani Apologiam pro Responsis Jurisconsultorum adversus Alciatum testatur se vidisse MS. Laude Pompeja P. D. Gaspar Beretta in suis Schedis.
Epistolæ Virorum illustrium, quæ leguntur ad Alciatum nostrum scriptæ, & magis dignæ, quæ hic referantur, sunt:
Volumen integrum Epistolarum Francisci Alciati, postea S. R. Ecclesiæ Cardinalis, ad Andream, cum ipsius Responsionibus. Extat in Bibliotheca DD. FF. Marchionum Vicecomitum.
Petri Cardinalis Bembi ad Alciatum Epistolæ V. inter familiares latinas, editionis Venetæ pag. 270. & seqq.
Cardinalis Sadoleti Epistolæ IV. ad Alciatum inter Epistolas

folias ipsius Sadoleti. *Lugduni editas* 1560. pag. 70. 72. 74. 371.

Sed & Laudatores Alciati quis unquam enumerare potest? Nos vidimus optimum Carmen Ferdinandi Abduensis post suam Orationem, de qua diximus ab Aldo editam An. 1546. In Tomis Carminum illustrium Pœtar. Italor. *editionis Florentinae*, passim occurrunt Pœmata ad Alciatum nostrum, nempe in II. pag. 336. Ext. Achillis Bocchii Bononiensis ad Alciatum Epigram. In III. Aliud Antonii Ceruti pag. 388. In IV. Carmen Hieronymi Faleti pag. 190. in VIII. Alterum Georgii Rubini pag. 182. atque in XI. Francisci Vintæ pag. 235

Vitam autem Auctoris nostri ex professo scripserunt Guido Pancirolus, Cattellianus Cotta, Gravina, Isaacus Bularius, Myreus, Petrus Bayle, aliique plures, quibus addimus in gratiam nostrorum Ghilinum, & Picinellum.

X L I.

ALCIATUS ARIALDUS.

Sanctus Arialdus Alciatus, qui de Alzate dicitur, Nobili genere, Bezone patre, in Vico Cutiaco, Ducatus Mediolanensis natus, à teneris annis Clericali adscriptus militiæ, & sub optimis Præceptoribus sacras, humanasque Litteras edoctus, in Gallias ad Parisiensem Academiam se contulit, ubi usque adeo profecit, ut Collegas omnes longo intervallo post se relinqueret. Reversus in Patriam, & inter Decumanos Canonicos cooptatus, tum ad Sacrum Diaconatus Ordinem promotus, Divini Verbi præcoximius adversus Clericos tunc temporis perditissimis moribus involutos strenuè decertavit. Postmodum cum Landulpho de Cottis Metropolitanæ Ecclesiæ Ordinario à Mediolanensibus ad Concilium à Stephano Papa celebratum missus, cum Landulphus comes ejus non ultra Placentinam Urbem progredi potuisset ab impio quodam ibi percussus, Arialdus Romam tendens Clericos à recto tramite devios coram Summo Pontifice accusavit; Interim à Vidone Archiepiscopo Mediolanensi in Synodo Provinciali apud Fontanetum habita Arialdus absens cum Landulpho excommunicationis telo feritur, Pontifex verò Maximus, frustra conantibus adversariis, inter quos erat Dionysius Cardinalis, Synodalem Sententiam abrogavit, hortatus Arialdum, ut à veri prædicandi munere nunquam cessaret. Ad componendas verò Cleri Mediolanensis Controversias tres Viros sanctissimos Hildebrandum Cardinalem, qui fuit postea Gregorius PP. Septimus, Petrum Damiani Ostiensem, & Anselmum de Badagio Lucensem Episcopos Legatos Pontifex misit. In Sancti Petri Damiani verba jurans Arialdus cæteris exemplo prævit, atque ita se subscripsit: *Ego Arialdus dictus Diaconus de Capella Mediolanensis Archiepiscopi*. Simoniacos tanquam Hæreticos fugiendos docens, cum hi adversus eum, & Landulphum arma moverent, Herlembaldum ipsius Landulphi fratrem defensorem elegit, quem etiam secum Romam ad Alexandrum Secundum adduxit, qui Herlembaldum tradito Sacro Vexillo defensorem Ecclesiæ nominavit. Vido quoque Archiepiscopus armis sumtis in Arialdum insurrexit, qui tamen à fidelibus Arialdi fautoribus victus est; quapropter iratus Urbem Interdicto subjecit, donec Arialdus in ea maneret. Igitur fugere coactus; nocte clam Mediolano exiit, & Romam perrecturus violenter raptus, & traditus Archiepiscopi militibus, ad Verbanum Lacum traductus, in quadam ejusdem Lacus Insula prope Angleriam, barbarè interemptus veritatis Martyr occubuit. Corpus ejus faxis ingentibus alligatis in profundum demergitur; inde tamen post menses decem emergens non sine miraculo, integrum & suaviter olens Mediolanum translatus, primum apud Sanctum Celsum, tum in Sancti Dionysii Basilicam illatum est ab Anselmo IV., in cujus Tumulo hi conscripti sunt versus:

A HOC MAUSOLEO REVERENTER CONDITA DIGNO,
HIS GEMINIS CAUSIS ARIALDUS PASSUS AB ISTIS,
MARTYR IN ECCLESIA LEVITA RECONDITUR
ISTA.
TRANSTULIT ANSELMUS PASTOR VENERABILE
CORPUS.
SANCTOS THESAUROS VENERARE PER OMNIA
CHAROS,
HOS PUGILES CHRISTI, GENS INCLYTA MEDIO-
LANI,
DE CUJUS SANCTI SUNT ISTI SANGUINE NATI.

Et in pavimento Chori Sancti Dionysii sunt scripti isti versus ad honorem Beati Arialdi Martyris:

B MARTYR ET LEVITA JACET HIC ARIALDUS IN
URNA.
TRUNCATUS MORITUR, SED VITÆ DONA ME-
RETUR.

Passus est Arialdus V. Kalendas Julii Anno Domini MLXVI., eumque Alexander II. SS. Martyrum Fastis adscripsit Anno sequenti.

Exstant in ejus Vita à Beato Andrea Vallombrosano Sancti Discipulo, quam post Puricellum vulgarunt Bollandistæ ad diem XXVII. Junii, variæ Sancti Martyris Orationes:

- I. Est in Capite Primo, in qua plura præfatus de Verbi Divinitate damnat Sacerdotum nuptias.
II. Est in Capite V. in qua improbat jejunium inter Pascha, & Pentecostem.
C III. Est in Capite VI. in qua suadet Populo, ne de hostibus suis vindictam sumat.
IV. Altera Oratio adversus Guibertum, & Ambrosium, in qua probat ex testimonio Sacræ Scripturæ Sacerdotes non uxorandos.

Extat hæc ultima in Lib. III. Cap. 24. Hist. Mediol. Landulphi Senioris, de quo suo loco.

Habentur ad Arialdum, ejusque Collegas Epistolæ duæ Sancti Petri Damiani in Lib. V. Epistolarum ejusdem.

Præter supra recensitos Auctores peculiari libro Sancti Arialdi gesta profecutus est prædictus Puricellus, de quo infra.

Ejus quoque Vitam scripsit Landulphus de Sancto Paulo cujus notitiam & nos dabimus, & Andreas Alciatus celeberrimus J. C. de quo supra.

Meminerunt Sancti Arialdi præter Mediolanenses Carolus Sigonius, Baronius, Philippus Ferrarius, Leonardus Coquejus, & alii plures.

X L I I.

ALCIATUS BENEDICTUS.

Primus ego nobilissimæ antiquissimæque Alciatorum Familiæ Scriptorem hunc addo ex Anonymi Chronico Humiliatorum Ordinis, quod extat in Biblioth. Ambrosiana. Ibi legitur in Capitulo XXXIII. quod Benedictus Alciatus, sive de Alzate, prius fuit Præpositus Mirasolis, & Anno MCCCXXI. electus est Generalis Octavus sui Ordinis, quem optimè rexit usque ad Annum MCCCXXXVI. Successit in hoc munere Jacobo Lomeno Generali VII. Habemus ipsius:

- I. Constitutiones Ordinis Fratrum Humiliatorum ab eo conditæ & promulgatæ in domo de Galgari, dum esset Præpositus Generalis Anno MCCCXXXII.

Extant in Cod. MS. Biblioth. Ambr. supradictæ sign. C. 74 fol.

X L I I I.

ALCIATUS FRANCISCUS.

Franciscus Alciatus natus est Anno MDXXXII. Kal. Februarii, Martini Bernardino geniti, & Susanæ parentibus, magni Andreae gentilis, qui ejusdem Lega-

Legalia Opera posthuma in lucem eduxit. Græcis, Latinisque politionibus literis apprime versatus, in Ticinensi Academia primarius Anagnostes Divo Carolo Borromæo in Jure civili prævit Præceptor, Jurisque lauream contulit. Posthæc à Pio IV. Romanam evocatus U. S. Referendarius, & ad Bohemiam Regem Internunciatus creatus est. Episcopus subinde Claramontanus, dein Arienfis, hinc Civitatenfis Antistes in Beneventana Provincia renunciatur die V. Septemb. MDLXI. Anno demum MDLXII. die XII. Martii ab eo Pontifice S. R. E. Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu, S. Carolo potissimum. id precante, pronunciatus, ex priori titulo ad alium Presb. S. Lucæ in Septifolio, mox ad titul. S. Susannæ transit. Unus ex Interpretibus Sacri Concilii Tridentini, ex Episcoporum, & Regularium rerum Præsidibus, pro Divo Carolo Borromæo Major Pœnitentiarius, Philippi II. Hispaniarum Regis, & Carthusiensium penes Sum. Pontificem patronus, officia maxima Sedi Apostolicæ præbens Vaticanam Purpuram propria virtute illustravit. Insignem Bibliothecam construxit, in qua, testante Ciaconio, extabant plura ejus ingenii monumenta MSS. Romæ verò meliorem vitam nactus est, XIII. Kalend. Maji Anno MDLXXX. ætatis LVIII. Quiescit ibidem in Ecclesia D. Mariæ Angelorum, hoc apposito Cenotaphio.

D. O. M. S.

ET MEMORIAE FRANCISCI ALCIATI
MEDIOLANEN.

TIT. S. MARIAE IN PORTICV,
S. R. E. PRESB. CARD.

VIRTUTE, HUMANITATE

OFFICIO I. V. SCIENTIA,

AC CAETERIS OMNIBVS DISCIPLINIS

FLORENTISSIMI,

CARTHUSIENSIS FAMILIAE PROTECTORIS.

VIXIT ANN. LVIII. MENS. II. DIES XVIII.

OBIIT AN. SALVT. MDXXC. XIII. KAL. MAII

VIRTUTE VIXIT

MEMORIA VIVIT

GLORIA VIVET

Qui Cardinalem nostrum magni Andreæ Senatoris filium dixere, valde allucinati sunt; siquidem Martini filium, præter alios Auctores, testatur Franciscus Civellius ejusdem Cardinalis coævus, ac concivis, qui etiam de eodem cecinit, lib. pr. suor. Pœmatum pag. 347. ad Martinum Alciatum:

*Martine magne Præfulis inclyte
Pater, Susanna conjuge cum bona, &c.*

Scripta ejusdem, quæ extant, sunt:

- I. Volumen Epistolarum Cardinalis Francisci Alciati ad S. Carolum Borromæum cum Responsonibus ejusdem Sancti, ab anno 1568. ad 1577. MS. in fol. sign. F. num. 82. in Ambrosiana Bibliotheca.
- II. Epistolæ Francisci Alciati Latinæ plusquam 120., magna ex parte autographæ ad varios Principes & Magnates, Virosque illustres Mediolanenses. Inter primos III. ad Pium IV. Pont. Max. Ad Philippum Austriacum Hispan. Regem. Inter secundos ad Hieronymum Montium Senatorem, IV. Ad Gaudentium Merulam Magistrum suum, II. Ad Franciscum Martinionum, plures. Ad Andream Alciatum, plurimæ. Ad Senatores Dolenses, II.

Refertur sunt Eruditione Græca & Latina. Extant MSS. in Biblioth. Fratrum Marchionum Vicecomitum.

- III. Scripsit etiam Litteras Italica Lingua Gabrieli Flammaro, quæ in lucem editæ inveniuntur inter Epistolas Virorum illustrium, atque à Bartholomæo Zucchio inter suas impressas Anno 1595. Venetiis, sicuti tres ad eundem. Item aliæ Italicæ in libro, cui titulus: Lettere di Girolamo Catena. Roma 1589. in 8. T. I. pag. 41. 43. & 45.
- IV. Allegationes plures. Extant in MS. pag. 440. cui titulus: Litteræ ad Alciatos, & eorum ad alios in Bibliotheca supra dicta Vicecomitum.
- V. Epularis Controversia prima de Prandio ad Ludovicum Cæsum Antistitem Carevallensem Ærarii Pontificis Maximi X Virum Auctoris manu marginalibus notis locupletata, fol. imperial pagg. 16.
- VI. Consultationes ejusdem Authographæ. Extant omnes in altero MS. magnæ molis in eadem Bibliotheca.
- VII. Oratio Francisci Alciati in cooptatione Pauli Camilli Grassi, fol. pag. 12. MSS. ibid.
- VIII. Alia in cooptatione Ferdinandi Abduensis pag. 12. ibidem.
- IX. Consilium in materia peculiari.
- X. Configij in materia di duello.
- XI. Orazioni varie. De istis tribus ultimis articulis fides sit Picinello pag. 199. Alexandri Pusterulæ Oratio in laudem Cardinalis Alciati, pag. 11. Extat ibid. Pomponii Cottæ Oratio pro cooptatione ejusdem in Collegio Jurisconsultorum. Ibid. Helicæ Nolani Apologia pro Medicis Hebreis ad Franciscum Alciatum S. R. E. Præthonotarium, MS. p. 28. Ibid. Plures Epistolæ ad eundem Franciscum Alciatum. Joannis Baptistæ Robii. Carmina plura ipsius Robii, Antonii Philotei, de Homodeis, Floravantis Rabbie, Alexandri Cabiati, Ægydii Bossii, Alexandri Pusterulæ, Aurelii Albutii, aliorumque Virorum illustrium tam Italicorum, quàm Britannorum, atque Belgarum, Italico, Latino, atque Græco sermone in laudem Francisci, atque Andreæ. Extant in dicto MS.

Hæc nos invenimus de præstantissimo illius Ævi Viro, cujus Acta collegimus ex Ciaconio, Ughello, Eggs Purpura docta, Sitono, Auberto Myræo, Jano Nicio Erithreo, aliisque.

XLIII.

ALCIATUS JOANNES PAULUS.

Profectò de isto Joanne Paulo Alciato, cujus mentionem nullibi apud nostros reperi, sermonem non habere mihi mens fuit, nam si vere Mediolanensis, nec Italiæ, nec Patriæ, neque tam illustri Familiæ decus profectò affert, sicuti & forsitan huic meæ Collectioni. Sed cum de eo agatur prolixè in Tomo primo magnæ Bibliothecæ Ecclesiasticæ Typis Genevensibus editæ anno 1734. pag. 234. piaculo Criticos mihi tributuros fore censui, si ipsum infelicitatum reliquissim: Accipiat igitur Lector quod ad litteram exscripsi ab eodem libro penes quem tantum fidem esse desidero. Joannes Paulus Alciatus nobilis Italus, aliis Pedemontanus, aliis rectius, ut videtur, Mediolanensis, sectâ Socinianus, fuit è societate illorum Italicorum, qui Sec. XVI. circa A. MDXLVI. relicta patriâ, Ecclesiæ Reformatae sese adjunxerunt; sed qui postea Trinitatem in dubium revocantes, Protestantibus ipsis non minus quàm Pontificiis odio fuerunt. Aliquando stipendia fecit Alciatus; Genevæ innovare cœpit, una cum Medico quodam Georgio Blandrata, & Causidico Matth. Griboldo, quibus socium se dedit Valent. Gentilis; contra quem adeo rigide egerunt Genevenses, ut alii sibi caventes discesserint. Poloniam ergo petierunt Alciatus noster, & Blandrata, ubi hæreses suas prospero satis successu disseminarunt. Ad se Gentilem allegerunt, quem in opido Gajo (Gallicè Gex) incarceratum redemerat Alciatus. E Polonia in Moraviam transisse dicunt. Saltem Dantiscum secessit noster, ibique Socinianum obiisse colligitur ex Epistolâ Martini Ruari (qui & ipse Socinianus) ad Abrah. Calovium scriptâ Gedano seu Dantisci A. MDCXL. III. Non. April. quæ est quadragesima septima Cent. I. Epist. hujus Ruari, editæ Am-

Amstelod. 1477. ubi hæc refert: Tu nosti Alciatum in hac urbe, vitam per aliquot annos, Christiano ritu, singulari cum pietate exegisse, & moriturum animam Christo servatori commendasse. Quod porro testimoniis confirmat, & nonnulla alia de eo ibidem narrat; v. g. Cracoviæ à pueris, quia Arianus habebatur, vehementer aggressum, ridiculo schemate evasisse, cum se non Arianum, sed Marianum esse diceret, quod cum illi quid sibi vellet quærerent, respondisse, credere se Jesum Christum Dei vivi, & Mariæ filium. Illi non minore stupore, quam malitiâ oppressi, audito venerando Mariæ nomine incolumem dimiserunt. Atque hic verificatur dictum S. Anselmi de Excellentia Virginis, cap. VI. *Velocior est nunquam Salus invocato nomine Maria, quam invocato nomine Jesu*. Dixerunt aliqui Alciatum transiisse ad Turcas, ac Mahomedismum amplexum fuisse, & inter eos vitam finisse; sed meram fabulam esse variis argumentis comprobant doctis. Bælius. Pulsus è Polonia cum Sociis à Sigismundo Augusto periit an. Christi MDLXI. Ita Hoffman. Lexicon Universalis.

I. Epistolas duas Husterlitzii dederat A. 1564. & 1565. ad Gregorium Pauli, in quibus eum ab hac sententiâ abstrahere conatur, quod Christus extiterit antequam ex Maria nasceretur, & acerrimè dogmati vulgari de Trinitate restitit.

Porro scripsisse eum, præter hæc, plura de simili materia, innuit cum Stanisl. Budzinius Hist. Eccles. Polon. cap. 27. tum Andr. Dudithius in Epist. ad Theod. Bezam.

Alciatum vocat Calvinus adversus Valent. Gentil. (p. 659. Traët. Theolog.) hominem non stolidi tantum ac vesani ingenii, sed planè phreneticum ad rabiem usque: *Beze verò Epist. LXXXI. idem ferme audit homo ----- planè phreneticus & vertiginosus.*

Conf. Sandii Biblioth. Anti-Trinit. p. 27. Bælium p. m. 139. &c.

X L I V.

ALCIATUS MELCHIOR.

Meritò inter Alciatos ob sanguinis nobilitatem, ac scientiarum doctrinam locum meruit Melchior, qui Patrem habuit præstantissimum Johannem Paulum Alciatorum Collegii Institutorem eximium, matremque Franciscam ex Comitibus Balbianis nobilissimam. Litteris humanioribus non solum operam dedit Melchior noster, sed etiam Legalibus solidioribusque studiis, ita ut Professor Papiensis Gymnasii efficeretur, ubi summa cum laude vespertinis horis Jus Civile interpretatus est magna Auditorum affluentia. Anno vero MDCXIV. fato cessit, sicut Picinellus asseruit, sed Cl. Sitonus eum mortuum dicit Anno MDCXVIII. in quodam Territorio Ticinensis loco, qui Turris Corvorum nomine appellatur, & Papiæ inde sepultus in Templo S. Mariæ Carmeli.

Opera ejusdem refert dictus Picinellus in Athenæo pag. 424. sed nullo indicato juxta morem loco atque anno nec Impressore; ad nostras venit manus tantummodo primum.

I. De Præcedentia inter Feudatarium Cæsarei, Pontificii-que Juris Doctorem, & Feudatarium habentem annexam Comitatus, & Marchiæ dignitatem. *Ticini, apud Vianum 1600. in 4.*

II. De acquirenda Possessione.

III. In Cæsareas Constitutiones Status Mediolani.

IV. De novi Operis Nunciatione.

V. De Ordine graduum Status Mediolani.

VI. Carmina Italica; extant in libro, cui titulus: *Componimenti diversi per il Dottoramento nelle Leggi di Gianfrancesco Sorbellone. Pavia, 1599. in 12.*, & alibi.

Sum laudarunt Polydorus Ripa egregius J. C. Antonius Maria Spelta, Henricus Farnesius, Bernardinus Baldinus. Videndi etiam Ghilinus, Crescentius, Melchior Ripa, Claris. Sitonus pag. 191. art. 800.

X L V.

ALCIATUS PETRUS ANTONIUS.

TAm pauca de Petro Antonio Alciato habemus, ut si non adessent tot merita illustrium aliorum istius clarissimæ Familiæ Virorum, forsitan ab Athenæo Picinelli ipsum cum aliis expungendum duxissem. Verum præ oculis mihi fuit, quod in fronte hujus Operis præfatus sum, scilicet memoriam servare Virorum doctrinæ præstantium Sæculo XVI. antiquiorum, & si de ipsis parum invenire nobis licuerit; nam plura fortè temporis edacitas abstulit. Retinui igitur hunc nostrum, & si de ipso aliud Lectoribus exhibere non possim, nisi quod fuit Matthæi filius, & Juris peritis Collegii Nobilium hujus Urbis adscriptus anno MCDLXVIII. Claruisse etiam in oratoria facultate asserit Sitonus anno MCDXLVIII. ex infra scriptis, quos enumerat, Auctoribus; In Picinelli Athenæo pag. 456. ita legitur breviter de scriptis ejusdem, nulla addita indicatione, qua certè opus esset. Scripsit:

I. Alcune eleganti Orazioni.

De eo ut supra ex Siono loquuntur Moriggia pag. 30. c. 7. Lucas Contilis in Insignibus Academiæ Assidator. Papiæ pag. 67.

Alciatus in Patriæ Antiquis Monumentis.

Crescentius in Amphiteatro p. 1.

X L V I.

ALCIATUS TERENCEUS.

EX Athenæo Romano Claris. Mandosii excerpere non audeo Terentium Alciatum, utpote qui Romæ natus ab omnibus asseratur, hunc tamen nullatenus à Scriptoribus Mediolanensibus expungendum esse censui; nam etsi ignarus, qua forte fortuna natales suos habuerit in ea Urbe; certum tamen est ipsum fuisse è celeberrima Alciatorum Mediolanensium familia, ut omnes, qui de eo agunt, testantur. In lucem venit igitur Terentius Anno MDLXX. & prius, quam inter PP. Societatis Jesu cooptaretur, quod contigit Anno MDXCI. mense Martio, Juris prudentiæ se addixerat. Tam egregiè, tam prudenter se gessit in clarissimo ordine suprascripto, quod eum sui multum probare, nam Collegium Romanum tredecim annorum spatio rexit, atque ibi Philosophiam, & Theologiam per V. annos integros docuit. Officium Directoris Pœnitentiariæ in Vaticano exercuit, ac vices Superioris Domus Professæ summa cum laude sustinuit. Præfuit etiam uti delegatus Romanæ Provinciæ IX. Congregationi generali suæ Societatis, & dum mors eum è vivis eripuit, molesto apoplexiæ morbo die XII. Novembris Anni MDCLL., Pro Provincialis munere fungebatur. Nec solummodo inter suos singularem, justamque existimationem sibi adeptus fuerat, sed tota plaudente Roma ipse inter Qualificatores Sancti Officii Congregationis enumerabatur, atque in altera Rituum sacrorum officium Consultoris obtinuit. Eum tanti fecit Summus Pontifex Urbanus VIII. ut Provinciam perarduam Operum confutandorum celeberrimi Fratris Pauli Sarpi, vulgò Soave, ipsi demandaverit; sed eo morte prævento, vitam cum documentis non paucis jam collectis ab Alciato, ad præstantissimum Virum Sfortiam Palavicinum transtulit. Male autem Cl. Bayle arguit Morerium, quod inter Opera nostri Auctoris enumeret etiam Acta Concilii Tridentini inchoata, nam ex eo, quod infra proferam ex doctissimo Allatio, plura certè Alciatus jam scripserat ad hanc historiam pertinentia: Cætera illius edita, atque MSS. Opera sunt, ut infra, ex quibus hic aliqua à me inspecta, digna sunt profectò tanto Viro, pro cujus laude sufficit indicare, Urbanum VIII. Sum. Pont. ipsum dixisse purpurâ dignum.

I. Ora-

- I. Oratio in morte Christi Domini ad Clementem VIII. Sum. Pontif. Extat inter Orationes PP. Societatis Jesu, Roma editas apud Mascardum Anno 1641. pag. 247.
- II. Vita del B. Pietro Fabro primo Compagno di S. Ignazio, traddotta dal latino, che scrisse Niccolò Orlandino. Roma, per il Zanetti 1629. in 8. Hanc sub nomine *Erminii Taciti* edidit Alciatus.
- III. In primam, & secundam partem Divi Thomæ explanationes scriptæ Anno MDCXX. & MDCXXI. MS. in 4. extant in Bibliotheca PP. Hæremitar. S. Augustini Conventus S. Marci Mediolani.
- IV. De beatifica visione, necnon alii Tractatus Theologici MSS. 4. extant ut supra.
- V. Historiæ Concilii Tridentini à veritatis hostibus evulgatæ Elenchus.

De eo sic Laurus in Orchestra: „ Ad quos aditum, si me ducem recusaris, aperiet tibi Terentius Alciatus, eruditorum, & ipse, quantum agnovi, urbanissimus, cujus amabile ingenium, & in tradendis sanctioris Philosophiæ præceptis industriam plusquam fraternè exosculeris.

Et Victorellus in Opere Ciacconii in Vita Pii IV. col. 169. „ Veram Concilii Tridentini Historiam eruditè, & cultè scribit Theologus clarissimus Terentius Alciatus Soc. Jesu, refelletque mendacia Auctoris non pii, cujus libros ingenui hominis oculis indignos M. Antonius de Dominis, dum Catholicæ Religionis defensor esset, excudi curavit.

Binas ad eum dedit Epistolas Italicas eruditione Ecclesiastica plenas Jacobus Sirmundus, prima data est Parisiis XIV. Augusti MDCXXXV. Altera XVI. Octobris MDCXLVI. Extant in Tomo IV. operum Var. Sirmond. pagg. 679. & 683.

Ex Albatii Apibus Urbanis pag. 238., & Lexicis Bayle, & Morerii.

Vide de eo Janum Nicium Ærithreum in sua Pinacotheca Imm. Illust. Viror. 8. Lipsiæ 1712. pag. 445. Sfortiam Palavicinum in sua hist. Concil. Trid. atque Picinellum p. 501.

XLVII.

ALEXANDER I.

Inter Summos Pontifices, de quibus gloriari potest Mediolanum secunda Roma, adest Anselmus de Badagio, vulgo Baggio, Vico prope Mediolanum extra Portam Vercellensem, Patre Anselmo Viro Patritio, & in ipsa Urbe Primario natus; Is dudum Canonicus Regularis in Monasterio Lateranensi electus fuit Episcopus Lucensis Anno MLVI. Interfuit Romano Concilio sub Nicolao II. Annis MLIX., & MLXI., & una cum D. Petro Damiani legationem obivit ad Mediolanenses pro correctione Cleri. Defuncto Nicolao ut in Propylæo Papebrochius pag. 196. coronatus est in Dominica die XXX. Septembris MLXI. assumpto nomine Alexandri Secundi. Ejus gesta referunt copiosè Sanctus Antoninus, Sanctus Gregorius VII. in suis Epistolis, Ciacconius, Oldoinus, Cardinalis Nicolaus Aragoniæ, & Severinus Binius in Script. Rer. Ital. Tom. III. pag. 302. & 599. Platina, & alii plures. Quatuor celebravit Concilia Romæ, & Mantuæ, quæ habes in Tom. VII. Conciliorum cum notis Biniis. Defunctus est anno MLXXIII. die XX. Aprilis, sepultus est XXII. ejusdem mensis in Ecclesia Vaticana. Stella tamen, Platina, & Rasponus, ut notat Papebrochius loc. cit. in Lateranensi sepultum dicunt, nullo adducto, quo id confirmet, Epitaphio vel Monumento.

Scriptit Epistolas quamplures, quarum aliqua desumptæ ex Codicibus Bibliothecarum Vaticani, Cassini, & S. Victoris Parisiensis, hæ sunt:

- I. Una ad Mediolanenses, illos ad virtutum exercitia excitans, iisdemque orationem Dominicam interpretatur.
- II. Alia ad Heraldum Norvegiæ Regem, illum hortans ad obedientiam Adalberto Hamburgensi Archiepiscopo præstandam.
- III. Una ad Suenonem Danorum Regem, qua exigit censum, quem majores ejus persolvere consueverant.
- IV. Una ad Petrum Dalmatiæ, & Slavoniæ Archiepiscopum, cum qua illi Pallium mittit.
- V. Una ad omnes Episcopos de Rebus in Concilio Romano gestis.

Tom. I.

- VI. Una ad Episcopos Daniæ pro Synodo celebranda.
- VII. Quatuordecim ad VVilhelmum, seu Gervasium Archiepiscopum Rhemensem de Simoniaciis, deque vitis Clericorum extirpandis.
- VIII. Duæ ad VVilhelmum Regem Anglorum pro exactione denarii S. Petri, & pro Lanfranco Archiepiscopo.
- IX. Una ad S. Annonem Archiepiscopum Coloniensem, qua concedit illi privilegium immunitatis pro Monasterio Sigebergensi.
- X. Una ad Landulphum in Corsica, qua illi vetat, nisi cum uxoris consensu, Monasticam vitam ingredi, & votum continentiæ emittere.
- XI. Una ad Archiepiscopos Galliæ, qua mandat, ut Petro Damiani Ostiensi Episcopo Sedis Apostolicæ Legato obediant.
- XII. Scripsit ad Constantinum Aretinum, ad Lambertum Bononiensem, & ad Ubaldum Cremonensem Episcopos; ad Everardum Archipresbyterum Ferrariensem, & ad Gerardum Ecclesiæ Pisanæ Canonicum, concessionisque factas à Prædecessoribus suis Ecclesiis Aretinæ, Bononiensi, Cremonensi, Ferrariensi, & Pisanæ comprobavit: quin etiam Capuæ cum esset, vetera Romanorum Pontificum in Ecclesiam Salernitanam beneficia instauravit.
- XIII. Epistolas plures dedit Lucensis Ecclesiæ Clero, & Populo, quibus illos ad optimam vivendi rationem reducere studuit: litteras misit ad Petrum Præpositum Spoletanæ Ecclesiæ, quibus ratam habuit Andrea Episcopi donationem factam eidem Ecclesiæ Spoletanæ. Cum autem à Petro Damiani litteras accepisset, ad eum prolixioris officii plenam Alexander Epistolam rescripsit, illud ab eo exigens, ut quia jam non liceret ipsius frui verbis, saltem litteras legere concederetur. Præter Petrum Damiani Alexandro scripserunt Lanfrancus Archiepiscopus Cantuariensis, Celerus, & populus Florentinus.
- XIV. Extant etiam Epistolæ aliæ n. XLV. cum fragmentis aliquot in Concil. Labbei Tom. IX. & novissima Coleri editione Veneta Tom. X. Inscriptiones singularum dedit Fabricius Tom. XI. Biblioth. Græcæ pag. 585. ad quem Lectorem nos remittimus.
- XV. Aliam Epistolam ad Monachos Rivipolenses exhibet Aguirrius Tom. III. Conciliorum Hispaniæ pag. 231. & ad Aquilinum Abbatem Monasterii S. Joannis Binnatensis in Aragoniæ Regno pag. 245.
- XVI. Aliam ad Udonem Archiepiscopum Trevirensis, de penitentia Sacerdotis incautosi perpetuam. Extat in Martene, & Durand. Vet. Script. & Monum. Collect. Tom. I. pag. 480.
- XVII. Aliam ad Joannem Abricensis Episcopum. Extat in Conciliis Rhotomagensibus Bessin. pag. 76.
- XVIII. Aliam ad Stephanum Trojanum Episcopum. Extat in Ughell. Ital. Sacr. Tom. VII. pag. 536.
- XIX. Aliam Decretalem pro Ecclesia Piscariensi. Extat in Spicilegio Dachery.
- XX. Constitutionem in Lateranensi Synodo edidit, qua Monachis pedem è claustris efferre, & Civitates peragrare prohibuit, Canonicos verò in communi vivere, & nil proprii habere jussit: utque Lateranensis Basilicæ Canonicos ad antiquum institutum revocaret, Romam Lucenses Canonicos, Congregationis S. Fridiani, vocavit, quibus Ecclesiam S. Mariæ Antiquam olim, nunc Novam dictam concessit.
- XXI. Confirmatio Donationis Andrea Episcopi Spoletani. Extat in Ughell. Ital. Sacr. Tom. I. part. II. pag. 442.
- XXII. Bullæ III. Extant in Bullario Margarini Tom. I. pag. 8. Tom. II. pag. 103.
- XXIII. Bulla Floriacensibus de Corpore S. Benedicti. Extat in Biblioth. Jo. à Bosco Tom. II. pag. 241.
- XXIV. Diplomata varia. Extant in Ughell. Tom. 1. 3. 4. 7.

Male à Ludovico Jacob nuncupatus fuit Radagius in sua Bibliotheca Pontificia pag. 6.

In Tomo V. Rerum Ital. Scrip. pag. 76. legitur Anonymi Scriptoris narratio celeberrimæ Consecrationis, & Dedicacionis Ecclesiæ Cassinensis ab Alexandro II. P. M. factæ ex MS. Cod. 47. Biblioth. Cassinen.

In ejus Commendationem plura, extant impressa in Tomo V. Rerum. Italicar. pag. 76. & seqq.

Præter Auctores supra memoratos, de ejus Vita, & Operibus observandi sunt Chronica Sigiberti, & Abbatis Upergensis, Bosca in Martyrologio Mediolanensi ad diem I. Novembris, qui Beatum ipsum appellat, Joannes Franciscus Besurius in Historia Pontificali Mediolanensi, atque Carisius in suo Theatro.

E

XLVIII.

XLVIII.

ALEXANDER V.

Petro Philargo, licet patriâ Cretenſi, quidquid e contra varii ſenſerint, inter quos Cl. Cotta, qui in ſuo Muſæo Novarienſi locum huic Pontifici dedit, forſan ob id, quod nos monuimus ſcripſiſſe. Hectorem Albergantum in ſuo libro, cui titulus, *il Diſinganno*, in hac Collectione Scriptorum Mediolanenſium locum feci, utpote iſtius Metropolis non tantum ſummè benemerito, quippe qui dignitatem Ducalem à Vincislao Cæſare impetravit, necnon quia pietate, doctrina, ac prudentia Eccleſiam Archiepiſcopalem optime rexit, atque obtentis novis redditibus auxerit. Ipſum ergo ex plurimis testimoniis in Infula Cretenſi natum affirmamus. Præſtantiffimæ indolis adoleſcens, & pauper cuidam Ordinis Sancti Franciſci Religioſo, in eadem Infula obviam factus, ab ipſo receptus, & educatus, Franciſcanum tandem amplexus eſt Inſtitutum: litteriſque Græcis, & Latinis optime inſtructus, doctrina, & probitate tantum profecit quantum exitus inde probavit: ipſius Ordinis Gymnaſia, præcipuè Oxoniènſe & Pariſienſe, circumiens, in ultimo laurea decoratus, Mediolanum venit, ubi Joannes Galeatius Vicecomes Inſubriæ Regulus Viri prudentiam, & virtutem expertus, inter ſui regiminiſ Conſiliarios primarium locum ei contulit, rerumque ſummam pœnes ipſum repoſuit. Devinctus itaque Principis animus benemerenti gratum ſe præbuit, Placentinæ ſiquidem, Vicentinæ, & Novarienſis Eccleſiæ Inſulis inſigniri curavit. Hinc à præſato Joanne in Bohemiam ad Cæſarem Vincislauum miſſus laudabiliter ita ſe geſſit, ut eidem Ducis Mediolanenſis titulum, atque inſignia impetrarit, nullo jure Regio, nullaque Superiore auctoritate ſibi reſervata. Plurima ſuæ Novarienſis Eccleſiæ privilegia, ſibiſque Principis Imperii nomen reportavit. Mox Patriarcha Gradenſis, ut aliqui volunt, tandem Archiepiſcopus Mediolanenſis effectus, talis, ac tantus erat in Galeatii oculis, ut vivens primùm Ducatus Adminiſtrum voluerit, & moriens

A Filiorum Tutorem inſtituerit, multaque Prædia ejus intuitu Eccleſiæ Mediolanenſi reliquerit. Dum ſolerti prudentia inter ſeditioſorum turbas, & fluctuantis Populi viciffitudines ſacro, civiliſque Mediolanenſium regimini incumbit, ab Innocentio VII., qui Viri integritatem, & ſcientiam noverat, Romam evocatus, Presbyter Cardinalis tituli Baſilicæ duodecim Apoſtolorum renunciatur. Anno ſequenti Legatus à Latere ad Inſubres, Liguriam, aliasque Regiones, deinde ad præſatos Mediolanenſium motus ſedandos Viterbio emandatur. In Piſano tandem Concilio (privatis ex Synodi ſententia Gregorio XII., & Benedicte XIII., ob mutuam eorum collusionem) anno Domini MCDIX. die XXVI. Junii omnium ſuffragiis, nullo reclamante, in Summum Pontificem eſt electus, & Alexandri V. ſibi nomen impoſuit. Ita in Actis ejus Seſſione XVIII. legimus.

B Jam conſtitutus in folio, prout erat ingentis animi, magna quæque moliebatur, ut Eccleſiæ unionem conſolidaret, & corruptos hominum mores, ortosque ex nimia temporis licentia abuſus extirparet; diris Ladislaum Regem devovit, Regno Neapolitano privavit, & Diadema ad Ludovicum Andegavenſem tranſtulit. Ut Sigifmundo Hungarorum Regi à Turcis victo, opemque imploranti, & Rhodianis Militibus ad Terræ Sanctæ recuperationem, aſpirantibus ſuppeditas ferret, miſſis nunciis, & litteris omnes Reges, & Principes Europæos ad ſacram militiam excitavit. Huſſitarum hæreſim in Boëmia ſerpentem compreſſit, aliasque multas Fidei injurias litteris, & ſumptibus in aliquot Galliæ Provinciis vindicavit. Religionum ſciſſuris, aliſque malis occurrit, Viros doctrina, pietateque claros præmiis aſſecit, & præ cæteris, multos ex Ordine Minorum Episcopaliſ Inſulis inſignivit. Ampliora meditabatur, at morte præventus, cum in Summi Pontificatus apice menſes decem, & dies octo ſediſſet, anno Domini MCDX. die Sabbati, V. Nonas Maji, noctis ſequentis hora quinta, Bononiæ Vita deceſſit ætatis ſuæ anno LXXI., ibique ſepultus eſt in Eccleſia S. Franciſci Fratrum Minorum Conventualiſ in elegantiffimo marmoreo Tumulo, ubi ſequentia leguntur Carmina:

SUMMUS PASTORUM ALEXANDER V. ET OMNIS
SCRIPTURAE LUMEN, SANCTISSIMUS ORDO MINORUM
QUEM DEDIT, ET PROPRIO CRETENSIS NOMINE PETRUS,
MIGRAVIT ANNO MCCCCX.

PETRO PHILARGO CRETENSI

VIRO. INSIGNI. ORATORI. GENTIUM. CONCIONATORI. FACUNDISSIMO.
CONSILIARIO. DUCUM. DISPUTATORI. ACERRIMO. PARIſIIS. PUBLICE.
THEOLOGIAM. PROFITENTI. IN. QUATTUOR. SENTENTIARUM. LIBROS.
SCRIPTORI. LUCULENTISSIMO. QUI. EX. ORDINE. MINORUM. AD. EPI-
SCOPATUM. VINCENTIÆ. NOVARIÆ. ARCHIEPISCOPATUM. MEDIOLA-
NENSEM. CARDINALATUM. ET. TANDEM. AD. SUMMI. PONTIFICATUS.
APICEM. EVECTUS. ET. ALEXANDER. QUINTUS. APPELLATUS. BONONIÆ.
MORITUR. ANNO. SALUTIS. MCCCCX. PONTIFICATUS. SUL. MENSE. OCTA-
VO. JOANNES. BAPTISTA. PAGANUS. DE. ZANETINIS. BONO. PIETATIS
IMPULSUS. DUM. PLURA. IN. HOC. TEMPLO. DIVINO. CULTUI. PARARET.
EIDEM. DIVO. CULTORI. HOC. MAUSOLEUM. REPARAVIT. ANNO. MDLXXX-
VIII. DIE. XX. SEPTEMBRIS.

L Tam eximii viri habentur ſcripta, quæ infra damus. Commentaria in quatuor libros Magiſtri ſentent. quæ extare MSS. Oxoniæ in Bibliotheca Bodlejienſi, Cremonæ, apud Auguſtinianos Piſauri, Aſſiſi, & Patravii in illa Sancti Antonii, apud Franciſcanos Conventuales, & in Biblioth. Regiæ Gallor. Cod. 685. affirmant Ludovicus Jacobus à Sancto Carolo, VVadingus, Cave de Scriptoribus Eccleſ. p. X. T. II. Extant etiam Tolofæ in Bibliotheca Collegii Fuxenſis, manu propria Fr. Petri Fuxenſis Cardinalis, qui Collegium extruxit, conſcripta. Reperiuntur, & in Biblioth. Sereniſſimi Ducis Mutinæ,

E ut aſſerit Cl. Cotta; ſed inſignis eſt MS. in Biblioth. Ambroſiana ſic inſcriptus. Lectura Petri de Candia ſuper quatuor Libros Sententiarum. In fine ſic legitur. „Explicit Lectura Venerabilis Doctoris Petri de Candia ſuper quartum Sententiarum, ac ſcripta per me Joannem de Auguſta anno Domini 1420. Feria quarta poſt Dominicam: Letare. Jerusalem. Codex MS. in fol. pergam. ſign. A. 123. litteris rubronigris cum miniaturis, & auro. In prima littera libri primi adest Protome Pontificis, veſtibus Minorum induci, quibus ſuperpoſita Chlamys Sacra, quam Pluviale dicimus, & Tiarum

- ram in capite gestat, dextera benedicit, sinistra-
clavem portat. Subest Stemma Gentilitium, in quo
Sol circumpositis stellis septem ex auro, parma-
verò ipsa coloris est hiacynthini.
- II.** Quodlibeta quondam MS.
- III.** Conclusiones in Collegio habitæ. Servantur MSS. in
Colleg. Emmanuelis Cantabrigiæ.
- IV.** Sermones varii, inter quos ille, quem dixit in prima
Sessione supradicti Concilii, atque primus fuit post
suam in Summum Pontificem electionem: incipit.
Eris unum ovile, &c.
- V.** Sermo fulgidi S. Theol. Magistri Domini Petri de
Candia Novariensis Antifutis in assumptione digni-
tatis Ducalis Jo. Galeatii Protoducis Mediolani.
Thema: *Eccis testem Populis dedi eum, Ducem, & pra-*
ceptorem gentibus: MS. in Biblioth. Ambrosiana
sign. B. n. 116.
- VI.** Sermo in Coronatione Ducis Mediol. anno MCCCXCV.
cujus initium: *Magnificavit Dominus Misericordiam*
suam: Memoratur in Epistola Gregorii Azanelli ad
Andriolum de Arifis Ducalem Cancellarium,
Dat. Mediol. X. Septembris ejusdem anni, in qua
describit Coronationem prædictam, quæ MS. extat
in Missali Membranaceo, & præclare picto dono
dato Basilicæ S. Ambrosii à Joanne Galeatio.
- VII.** Epistolæ ad diversos, & Decreta apud Binium, Bi-
gneum, Contelotium, Didacum de Lequile Hierarch.
Francis. Tom. I. pag. 96. & in Biblioth. PP. Bignei
Tom. 6. edit. 2. e 4. Quibus nos addimus sequentes
Epistola Antonio de Luca Secretario Apostolico, in
qua dolet Petrum tunc Cardinalem à Gregorio
Pontifice defecisse. Data Vincentiæ VII. Julii
MCDVIII. cum responsione ejusdem Petri. Data
Bononiæ eodem anno.
Petri Cardinalis Mediolanensis Epistola ad Regem
Romanorum, in qua eum hortatur, ut subtra-
hat obedientiam utrique Pontifici contendenti,
scripta nomine Collegii Cardinalium. Dat. ut supra.
Altera eodem nomine & ejusdem argumenti ad Re-
gem Angliæ. Dat. ut supra.
Altera ad Archiepiscopum Cantuariensem ejusdem
argumenti, & eodem nomine.
Altera ad Ducem Mediolani, ut subtrahat obedi-
entiam Gregorio XII. Pseudopapæ, nomine ut su-
pra. Dat. Florentiæ eodem anno.
Altera nomine proprio ad A. Cardinalem Prænesti-
num, in qua gratulatur ei, quod propter justi-
tiam persecutionem passus sit, & narrat quid &
ipse vicissim à Gregorio patiat, suadetque, ut
pro subtractione obedientiæ Oratores ad Florenti-
nos mittantur. Data est ut supra.
Altera ejusdem ad Hermolaum Bragadinum civem
Venetum, in qua explicat qua ratione recens
creatos à Gregorio Cardinales in Epistola ad Du-
cem Mediolani bestias appellavit. Dat. ut supra.
Noviter in Collect. Monument. Martene, & Du-
rand. Tom. VII. posita.
Alia ad Florentinos, datæ Senis Anno MCDXCIX.
die VII. Octobris. Ego eas legi inter Uberti De-
cembrii Epistolas, in MS. Bibliothecæ Ambrosianæ
sign. B. n. 123. in fol. cum Responf. Florentino-
rum, ejusdem mensis, Indictione VIII.
Epistola ad Fratrem Poncium Feugeyronis Ordinis
Minor. Inquirentem in Gallia, ut errores evellat,
& Schismaticos reducat. Data Pisis III. Kal.
Septemb. MCDIX. Extat apud VVading. Tom. IX.
Alia ad Petrum Cardinalem S. Sufannæ Apostolicæ
Sedis Legatum, ut Fratri Poncio sumptus largè
suppeditet. Data ibidem IV. Kal. Octob. eodem
anno. Extat ibid.
- VIII.** Tractatus de Immaculata Deiparæ Virginis Concep-
tione à Petro de Candia editus. In Monumentis
antiquis Seraphicis pro Immac. Conceptione. Lo-
vanii MDCLXV. hic Tractatus etiam memoratur
ab Hippolyto Maraccio Biblioth. Marianæ Tom. I.
pag. 233.
- IX.** Constitutio Apostolica in favorem Immaculatæ Con-
ceptionis MS. ibid.
- X.** Regulæ Cancellariæ. MS. est in Biblioth. Vaticana.
- XI.** Obligationes MS. ibid.
- XII.** Oratio ad Ladislaum Cæsarem, cujus fragmenta re-
citat Isidorus Isolanus in Panegyri. de laudibus
Mediolani p. 13.
- XIII.** Privilegium, aut Bulla Sabbatina, de qua disputant
Jo. Launojus, & Daniel à B. V. Maria juxta For-
naram Anno Memorab. Tom. II pag. 626. & alibi.
- XIV.** Nonnulla historica, ut colligitur à Blondo Ital. Illust.
Regeft. VII. prope finem.
- XV.** Generale Indultum, de quo scripsit Andreas Billius.
- XVI.** Bulla pro Mendicantibus. Ext. in Seculis Augusti-
niana Taurelli T. 6. ad An. MCDIX. & in An-
nal. VVadingi t. 5. pag. 26.
- XVII.** Confirmatio Concilii Pisani: Extat in Concilii
Labbei T. XI. p. II. pag. 2303.
- XVIII.** Diploma anni MCDV. die XX. Junii, quo Vicarium
suum in Spiritualibus Generalem confirmat Fran-

- ciscum de Creppa Ord. Minor. de quo suo loco.
Habetur MS. in Collectione Diplomatum D. Ni-
colai Sormani, Ambros. Colleg. Doctoris.
- XIX.** Libellus supplex oblatus Papæ Alexand. V. cum
Responsione. Continet Articulos Reformationis
faciendæ. Ext. in Actis Concilii Pisani in Tomo
VII. Collect. Monumentor. Martene, & Durand.
- XX.** Replicatio Domini Alexand. Papæ V. ad Ambascia-
tam factam sibi per D. Episcopum Cerviensem ex
parte Caroli de Malatestis, ibidem.
- XXI.** Prefationes Ambrosianæ Petri Archiep. Mediolani,
qui postea Alex. V. Papa fuit. MS. Archivi Basi-
licæ S. Petri; ex Montfaucon Biblioth. Bibliothe-
carum MSSrum Tom. I. pag. 158.
- Pœnes me extat ad eundem Epistola Innocentii Papæ
VII. Dat. Romæ X. Kal. Jan. sui Pontif. anno I.
ex MS. Cod. Biblioth. Riccardinæ Florentiæ, ope Cl.
Viri Jo. Lamii Præfati, & mei amicissimi, in qua ita
ait Pontifex: „ Non sub ea generalitate, qua cæte-
ros, Apostolico favore prosequimur, sed adfectu spe-
cialissimo circa te gerentes internæ considerationis in-
tuitum, ac maturitatem Consilii, elegantiam morum,
„ profunditatem scientiæ, quibus personam tuam polle-
re conspicimus, diligentius intuentes, quandoquidem
„ existimantes, quod tu in maximis gerendarum rerum
„ exercitiis nedum expertus, verum etiam, ut ita di-
„ xerimus, amodo tritus existis; Fratritatem tuam
„ rogamus, & hortamur in Domino, eidem nihilomi-
„ nus per Apostolica scripta mandantes, quatenus com-
„ positus illic, utcumque poteris, rebus tuis, illicet in Dei
„ nomine itineri te accingas, quacumque excusatione
„ postposita, quanto citius id fieri poterit, profecturus.
„ Optamus etenim tecum communicare imminentes
„ Ecclesiæ Romanæ necessitates innumeras, & dietim
„ non aliter, quam Lernæ Hydræ capita renascentes,
„ ut illud nobis super his, & aliis occurrentibus ca-
„ sibus Consilium præbeas &c.
- His respondit Litteris Joannes de Capitaneis de Crispis
Mediolanensis, ut loco suo dicemus. Juvat hic ex Jo-
annis Synchroni verbis sequentibus „ Qui in Oriente
„ natus est „ iterum recentiorum errore emendare,
„ qui Petro natale solum in Italia fingunt.
- Plura Petri Opuscula periisse arguo ex verbis ejusdem Jo-
annis „ Sed & illius opera prius legantur, quæ prius
„ in primitivis penè puer scripsit, quibusque senes facti
„ utuntur. Quid enim si Epistolas, si si cætera
„ Opuscula, quæ Græcarum, atque Latinarum Littera-
„ rum doctissimus composuit, numerare voluero, quæ
„ numero carent &c.
- Inter Epistolas Uberti Decembrii Cod. MS. Ambros. sign.
B. 123. fol. adest una ad quendam Hippolytum ad
Religionis de Observantia Ordinem converso: ubi hæc
leguntur „ Habes ante Te Imperatoris tui speculum,
„ Franciscum loquor, qui Vexilla Crucis, virtutum
„ omnium ostentat, & monstrat. Habes alium vices
„ ejus gerentem, qui nunc vivit, ad cujus exemplum
„ potes in omnibus virtutum exemplis progredi, mun-
„ di unicum hujus jubar, & radium, Reverendissimum
„ videlicet Patrem nostrum Fratrem Petrum Cretensem
„ &c. In margine autem eodem characterè sic legitur:
„ à quo Petrus Candidus nomen sumpsit.
- Alia Epistola ejusd. Uberti Decembrii ad Alexandrum V.
nomine Ducis Mediol. Latina dat. p. Julii MCDIX.
cui subjecta est altera privata pro se. Extat inter Epi-
stolas Decembrii MS. pluries memorandas locis suis.
- In Poëmate pag. 4. MS. Josephi Briprii Scriptoris coevi
ad eundem lectu digno, Patria noscitur Alexandri;
ait enim:
„ Princeps summe Patrum Te Te sibi Græcia talem
„ læterur genuisse Virum &c.
- De eo loco suo dicendum.
Extat ad eund. Oratio Gasparini Barzizii, in Cod. MS.
Ambrosianæ sign. L. n. 69.
- Ex Codicillo Jo. Galeatii XXV. Augusti MCDII. inter
Tutores, Curatores, & Defensores Filiorum suorum
enumeratur P. D. D. Petrus de Candia Archiepisco-
pus Mediolani.
- Eum Beatum vocat Bosca in notis Martyr. Mediol. ad
diem I. Novembris.
- Scribunt de eo Ludovicus Jacob in sua Biblioth. Pon-
tif. pag. 11. ubi phires citat de eo agentes; quo-
rum aliqui extant in Collectione Scriptorum
Rerum Italicarum, Acta Ecclesiæ Mediolanensis,
VVadingus, alique Scriptores de Ordine FF Minor.
præter Elogium, quod de ipso habetur in eorundem
Martyrologio, innumerique alii.

X L I X.

ALIPHER FRANCISCUS.

Mirabuntur forsitan aliqui, me locum dedisse in hac
Bibliotheca Francisco Aliphero, de quo nullam
habemus memoriam, nisi eam, quæ in fronte Operis
illius visitur, atque etiam ob librum ipsum parum pri-
mo aspectu faciendi; sed cuique legenti melius di-
gno-

gnoscendum patebit, quantum ad Historiam illius temporis sit ille proficiuus, nec non optime scriptus, ideo non rejiciendum duxi, addita etiam ratione, quod non selectiora, & præstantissima Opera præberi tantum institui.

- I. Discorso Panegirico, & Istorico dedicato a Don Gregorio Caraffa gran Maestro di Malta Principe di Rodi &c. in occasione della riportata Vittoria contro Turchi nella Morea, e dell'acquisto di Corone; di Francesco Alfieri Milanese Segretario del Conte, e Commendatore Don Fabrizio Sorbellone. *Milano per il Zanetti 1685. 4.*

L.

ALIPHER JACOBUS.

Jacobus Alipher Hieronymi, & Claræ Moronæ filius, in Collegio Jurisconsultorum nobilium censeatur Anno MDLXXX. In patria Proprætor, Anno MDCII. & MDCIX. Urbis Præfectus, hinc Regius, Ducalisque Senator Mediol. Provinciæ: Prætoris factes Ticinenses adeptus est. In Sacello B. V. Mariæ sine labe conceptæ Franciscani Templi Mediol. situs est. Tanto patri pientiss. filii hoc eulogium adhibere:

IACOBŌ ALIPHERO
HIERONYMI, ET CLARÆ MORONÆ F.
PATRICIO, AC I. C. COLLEG. MEDIOL.
CAVSARVM PATRONŌ CLARISSIMO,
IVDICVM AEQVISSIMO,
DIFFICILIMIS REIPVB. TEMPORIBVS
ANNONÆ BIS PRAEFECTO
PROVIDENTISSIMO,
REGIO SVMMAE INTEGRITATIS SENATORI,
QVI CVNCTIS HIS HONORIBVS
CVM OMNIVM LAVDE PERFVNCTVS
IN PRAEFECTVRA TICINENSI
MORTALITATEM, OMNIBVS MOERENTIBVS,
EXVIT.
VIXIT ANNOS LXIX.
OBIT PRID. KAL. IVNII MDCXV.
IOH. ANDREAS, ET MARTINVS I. C.
EX EOD. COLLEG.
PARENTI OPT. MOESTISS. PP.

Ejus sunt:

- I. Relatio Historica de Feudis Domini Mediolanensis, & de eorum proventibus. Mediolani 1612. sine Typographi nomine in fol.
II. Allegationes XXII. sunt in Collectione Benalliana a P. D. Gaspare Berretta scrutatæ. Una vero in Archivo Monasterii S. Salvatoris Ticinensis Impressa in Cod. A. Alia MS. in Tom. 4. Parodian. Aliasque plures ego vidi in Archintea.
Vide Sison. Art. 655. & Land. pag. 217.

L I.

de ALIPRANDIS AMBROSIUS.

Ambrosius de Aliprandis Belorini patriæ Decurionis filius, Ducalis Consiliarius Consilii Justitiæ, Anno inde MDII. Ludovico XII. Francorum Rege Mediolanensem Ducatum obtinente, Regius Ducalisque Senator. Cooptatus fuit in nobiliss. J. C. C. Colleg. anno MCDLVI., & à vivis discessit anno MDVIII.

- I. Jurium Municipalium, quibus hæc Urbs utitur, reformationi operam dedit.
II. In ejus, & Quatuor Collegarum in eo Opere laudem Lancinus Curtius Sylvarum suarum lib. 1. pag. 18. non inelegans Carmen cecinit.
Ex Sison. pag. 48. Artic. 192.

A

Rasmus de Aliprandis Salvarini J. C. Collegiati filius, & ipse in Collegio suorum numeratur Anno MCCCXLVIII. juris prudentiæ gloriâ præstantissimus, Eques auratus, Capitaneus, Comes Palatinus, sacrique Imperialis Palatii Auditor.

- I. Sub Carolo IV. Cæsare jura municipalia haud facili negotio à se, & Collegis in unum redacta correxit, & approbavit.
II. Una cum aliis adhibitus est etiam à Joanne Vicecomite Archiepiscopo ad compilandum Juris Municipalis Mediolanensis Codicem.
Agit de eo Sison. pag. 29. Artic. 29.

L I I I.

ALIPRANDUS, sive LIPRANDUS PAULUS.

Inter Scriptores Rerum Italicarum, quas Ludovicus Antonius Muratorius litteratorum nostrorum facile princeps collegit, atque in Volumine XII. reperitur Bonincontrus Moriggia celeberrimus rerum Modoëtiensium Chronologus, ex quo colligimus Paulum Aliprandum, sive Liprandum eo loco natum fuisse, nec non prudentem Virum, eloquentemque evasisse, ut ipsis verbis Moriggiæ utar. Floruit ille sub initium Sæculi XIV., atque duæ præstantissimæ ejusdem Orationes supersunt, quas Anno MCCCXXIX. dixit, & superlaudatus Moriggia nobis servavit.

- I. Prima nomine duodecim de Secreto Consilio Communis Modoëtiæ in Castro ejusdem oppidi coram Duce Tech, quem Ludovicus Imperator per Litteras datas Lucæ die secunda Aprilis, Imperii sui Anno II. Dominum, & Vicarium Modoëtiæ constituerat, in qua oratione meminit Theodelindæ Reginæ in Templo Divi Johannis sepultæ.
II. Altera responderet Boschino de Mantegatiis, & Pagano de Mandello Nunciis Azzonis Vicecomitis Mediolani Domini.

L I V.

AMBIVERUS FRANCISCUS.

Franciscus Ambiverus ex antiqua origine, atque ex natalibus Triviliis, ab ipsa pueritia litteris adiectus in Rhetorica, in Philosophia, in Juris scientia mirum in modum profecit. Inde Novarium vocatus, ut Canobianas scholas regeret, totum se juventuti formandæ, erudiendæque addidit. Itaut non solum DCC. scutorum stipendio ab ipsa Civitate donatus fuerit, sed & ibi Lauream Philosophicam in Prætorio publicè per manus Jo. Baptistæ Vicecomitis, tunc ipsius Officium Potestatis gerentis, ei summo cum honore collata fuerit, ideo Clar. Cotta in suo Novariensi Museo Ambiverum, etsi Triviliensem, intulit. Erat ille solida pietate instructus, tantaque comitate morum, ut omnium animos caperet, ipsaque civium juventus ab illo formata omnibus accepta erat. Tantam autem Ambiverus ingessit existimationem sui, ut nunc etiam post annos ultra centum, qui Novariæ dant litteris operam, ad Ambiverum dicantur accedere. Itaque publico ejus civitatis decreto civibus adscriptus est, addita facultate insignium Civitatis suis interferendorum. Integritatem hominis illud maxime declarat, quod Auctor fuerit Patrum Societatis Jesu ad regendas Canobianas scholas Novariam advocandorum, quibus libentissimè suam Rectoris dignitatem, mercedemque fati splendidam dimisit, juris interpretandi unica sibi facultate servata. Ea autem fama de illo erat, ut Taurinum, Vercellas, Mediolanum ad solemnes Principum laudes in eorum maximè parentali-

E

salibus, aut etiam sponsalibus obeundas advocaretur. Tantus vir morte præreptus est cum annum ageret vix quadragesimum. Nam cum Trivilium venisset gravi febre oppressus in Phrenesim incidit, unde non custoditus præcipitem se se in puteum dedit. De eo præclaram Cotta mentionem facit in Scriptoribus Novariensibus, qui ejus etiam Opera typis excusa recenset.

Calvus inter Scriptores Bergomenses eum ponit, quia Trivilienses Civium Bergomatum privilegio fruuntur.

- I. De Illustris. & Reverendis. Joanne Emo Episcopo Bergomi Carmina. *Bergomi apud Cominum Venturam*, 1611.
- II. De D. Mariæ Romanæ Virg. & Mart. laudibus Carmina Latina, & Italica. *Ibid.* 1613.
- III. Componimenti volgari, & latini nell' immatura morte del Sig. Francesco Continelli. *In Bergamo per il Ventura* 1613.
- IV. Affetti Poetici. *Ivi* 1614.
- V. Michaelis Tornielli in tenella ætate prodigia quædam. *Novaria per Hieronymum Sefallum* 1616.
- VI. Orazione per la Visitazione della S. Sindone &c. recitata nelle Scuole Canobiane. *Ibid.* 1619.
- VII. Oratio in funere Jacobi Antonii Brusati, J. C. ex Decur. Civ. Novar. *Ibid.* 1620.
- VIII. Tractatus de perfecta juvenilis ætatis disciplina tripartitus. *Ibid.* 1621.
- IX. Vaticinationes Virgilianæ de Jo. Baptista Vicecomite Borromeo. *Novaria* 1622. in 4.
- X. Orazione nell' esequie celebrate in Borgomanero al Signor Marchese D. Alfonso d'Este. *Novara*, 1624. Ex Cotta Museo Novariensi pag. 117., & Calvi Scriptorib. Bergom., ut supra.

L V.

S. AMBROSIUS.

Nemo est, qui historiam sacram, profanamque scripserit, & nullus unquam erit, qui de S. Ambrosio Mediolanensi Archiepiscopo sermonem non habuerit; ideo in tanti Viri memoria præfenti Collectione inferenda dubius extiti, à quonam aliquid inter tot ejus Vitæ Scriptores excerpere deberem. Selegi igitur doctissimos Casimirum Oudinum, & Jo. Albertum Fabritium, utpote qui omnes alios Ambrosii Acta referentes invisere, & pauca hæc de eo dicere mihi visum est. Sanctus Ambrosius Mediolanensis Archiepiscopus, unus, & primus ex quatuor Ecclesiæ Doctoribus, ob Augustinum ad Catholicam veritatem appellatum insignis fuit; anno ætatis quadragesimo à tribunalibus raptus Anno Christi CCCLXXIV. ad Episcopatum Mediolanensem promotus fuit; vir intrepido in munere pastoralis animo præditus, & invicta fortitudine, cum in propugnanda fide, tum in tuenda disciplina Ecclesiastica: fide quidem adversus Arianos, & Justinam Imperatricem ipsi faventem: disciplina, in causa Maximi Tyranni, quem ob illam Gratiano Imperatori necem à communionis consortio segregavit: & in causa Imperatoris Theodosii, quem ob cædem Thessalonicensem publicæ addixit poenitentiae. Doctrinam ipsius, & scripta, veteres laudarunt, inter quos maxime Sanctus Augustinus, qui ejus autoritate adversus Pelagianos pugnat libro I. contra Julianum cap. 3. ubi inquit: „ Adhuc audi „ alium excellentem dispensatorem, quem veneror „ ut patrem, in Christo enim per Evangelium ipse „ me genuit, & eo Christi ministro lavacrum regenerationis accepi. Beatum loquor Ambrosium, „ cujus pro Catholica fide gratiam, constantiam, „ labores, pericula, sive sermonibus, sive operibus, & ipse sum expertus, & mecum non dubitat orbis prædicare Romanus. Ipse Pelagius hæresiarcha apud Sanctum Augustinum libro *de Gratia Christi* cap. 43. magnis laudibus S. Ambrosium extulit, inquiens: „ Ambrosius Episcopus, in cujus „ præcipue libris Romana elucet fides, qui Scriptorum inter Latinos flos quidam speciosus enituit, „ cujus fidem, & purissimum in Scripturis sensum, ne „ inimicus quidem ausus est reprehendere. Alterum Tom. I.

Ambrosii Elogium juvat hic addere ex ore ipso Theodosii Magni Imperatoris ita loquentis: *Episcopus dignum nullum vidi, quam Ambrosium.* Gloriosus ad Ecclesiam Catholicam defendendam perfunctus laboribus, præclarisque libris conscriptis, obiit die IV. Aprilis, anno Christi CCCXCVII. ætatis suæ LXIV. Episcopatus XXII. Morti vicinus ad Amicos conversus, *non sic vixi, inquit, ut pudeat me inter vos vivere, sed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus.* Memoria hujus Sancti recolitur in Martyrologiis die IV. Aprilis. Jacet ejus Corpus sub Ara Maxima Basilicæ Mediolanensis ab ipso conditæ, & Divis Martyribus Protasio, & Gervasio dicatæ, quæ à Conditore Ambrosiana nuncupatur. Aram ipsam ob tantæ Doctores, & Martyrum cum ipso jacentium reverentiam, Angelbertus II. Mediolanensis Archiepiscopus solidis aureis laminis, gemmisque contextit.

Ex Ænodii Ticinensis scriptis in laudem D. Ambrosii hoc Epigramma transcribere duxi.

Egit quod docuit, meritis, & honore superstes
 Ambrosius vates moribus, ingenio.
 Roscida regifico cui fulsit murice lingua,
 Vere suo pingens germina, quæ voluit.
 Serta redimitus gestabat lucida fronte,
 Distinctum gemmis ore parabat opus.
 Instituit populus gestu, probitate, pudore;
 Fovit respiciens, pertulit, admonuit.
 Vocis ut officium postrema pericula poscunt,
 Sic teneras culpas, qui tacet, insequitur.
 Succintus gladiis, clypei de pondere tutus
 Pectora clauderat textilibus chalybis.
 Ensis habet vires vitiorum sector, & hostis:
 Vipera non tangit squammea terga viri.

Extat lib. I. Carm. num. XV. edit. Sirmundi.

Sequitur in Oudino Dissertatio de operibus Sancti Ambrosii, illorumque variis editionibus, quas omnes referre hic prorsus incongruum erit, nam, & ibi, & in omnium D. Ambrosii Operum editione celeberrima à Monachis Benedictinis è Congregatione Sancti Mauri Parisiis summa cum laude facta Anno 1686. & nunc iterum nobis promissa, quam enixè expectamus, habentur. Ideoque Indicem solum Lectoribus exhibeo, quem clarissimi Monachi protulere, addito Elencho Tractatum nonnullorum, qui Sancto Ambrosio tribuuntur.

- I. Hexameron libri sex.
- II. De Paradiso liber unus.
- III. De Cain, & Abel libri duo.
- IV. De Noë, & Arca liber unus.
- V. De Abraham libri duo.
- VI. De Isaac, & Anima liber unus.
- VII. De Bono Mortis liber unus.
- VIII. De Fuga sæculi liber unus.
- IX. De Jacob, & Vita beata libri duo.
- X. De Joseph Patriarcha liber unus.
- XI. De Benedictionibus Patriarcharum liber unus.
- XII. De Elia, & Jejunio liber unus.
- XIII. De Nabuthe Jezraelita liber unus.
- XIV. De Tobia liber unus.
- XV. De Interpellatione Job, & David libri quatuor.
- XVI. Apologia Prophetæ David.
- XVII. Apologia altera Prophetæ David.
- XVIII. Enarrationes in Psalmos XII.
- XIX. Expositio in Psalmum CXVIII.
- XX. Expositio Evangelii secundum Lucam lib. X. comprehensa.
- XXI. De Officiis Ministrorum libri tres.
- XXII. De Virginitate ad Marcellinam Sororem suam libri tres.
- XXIII. De Viduis liber unus.
- XXIV. De Virginitate liber unus.
- XXV. De Institutione Virginis liber unus.
- XXVI. De lapsu Virginis consecratæ.
- XXVII. De Mysteriis liber unus.
- XXVIII. De Sacramentis libri sex.
- XXIX. De Poenitentia libri duo.
- XXX. De Fide libri quinque.
- XXXI. De Spiritu Sancto libri tres.
- XXXII. De Incarnationis Dominicæ Sacramento lib. unus.
- XXXIII.

F

XXXIII.

- XXXIII. Fragmentum Ambrosianum ex Theodoro de-
sumptum.
XXXIV. Epistolæ in duas classes distributæ.
XXXV. De excessu Fratris sui Satyri libri duo.
XXXVI. De Obitu Valentiniani Consolatio.
XXXVII. De Obitu Theodosii Oratio.
XXXVIII. Hymni aliquot Ambrosiani.

Clariss. Joannes Bollandus in Tom. II. A& SS.
Januarii ad pagg. 265. & 351. intulit, & San-
cto Ambrosio tribuit:

- XXXIX. Acta Sancti Sebastiani M. ex pluribus veteribus
MSS. &
XL. Vitam Sanctæ Agnetis V. & M.

Tractatus verò supposititii, sunt:

- I. De XLII. Mansionibus Filiorum Israël.
II. Commentaria in Epistolas III. B. Pauli.
III. De Trinitate, aliàs In Symbolum Apostolorum.
IV. De Fide Orthodoxa contra Arianos, aliàs De Filii
Divinitate, & Consubstantialitate.
V. De Dignitate Sacerdotali.
VI. Ad Virginem devotam.
VII. Sermones in Adventu Domini I. De Natali Do-
mini Adveniente I. De Natali Domini IV. De
Kalendis Januarii I. De S. Epiphania V. Et alii
XXIV. infra annum.
VIII. Sermones de Diversis XI.
IX. Sermones de Sanctis XVII.
X. Epistolæ IV.
XI. Precationes II. ante Missam.
XII. Berengarii Expositio in Apocalypsiā.
XIII. De Pœnitentia.
XIV. De Spiritu Sancto.
XV. Concordia Evangelistarum Matthæi, & Lucæ.
XVI. De dignitate conditionis humanæ.
XVII. Exorcismus.

De ejus Sancti Vita scripsit Paulinus ejus Notarius ad B.
Augustinum. Anonymus Græco idiomate in Latinum
postea converso. Gallicè Godefridus Hermand, *Parisi-
sis* 1679. in 4. Eandem pariter dedere Monachi Be-
nedictini è Congregatione S. Mauri, ex ejus Scriptis
collectam, & secundum Chronologicum ordinem
digestam.

De pluribus editionibus Operum Sancti Doctoris nostri
differit ex professo, ut diximus, Oudin pag. 674.
Tom. I. Præter primam sine loco, anno, & Typo-
grapho, quam nunquam vidi, profert secundam Me-
diolanensem anno 1490. Tom. IV. in fol. cura Pres-
byteri Georgii Cribelli, quam servat Bibliotheca Ar-
chintea, ubi etiam plura Opuscula ejusdem Sancti An-
tistitis seorsim Mediolani impressa, annis videlicet
1470. & 1474. reperiuntur, qua de re agit in Histor.
Typogr. sua Clar. Saxius.

Sæpe in exteris linguâs Hispanicam, scilicet, atque Galli-
cam translata sunt quædam Sancti Ambrosii Opuscula,
quorum Indicem hic contexere supervacaneum duxi-
mus. Nonnulla etiam Italicè reddita sunt; cum tamen
diligentissima inquisitione facta, pauca hic Mediolani
reperierimus, habeant Lectores, quæ invenire licuit;
& nobis non impudent, si plura non damus.

- I. L'Esamerone di S. Ambrogio traddotto in volgare Fio-
rentino da Francesco Cattani da Diaceto, con Note.
Firenze, per il Torrentino, 1560. in 8.
II. Gli Uffizj di S. Ambrogio traddotti in volgare Fio-
rentino da Francesco Cattani da Diaceto, con le Annotazio-
ni del medesimo. *Firenze, per il Torrentino, 1558. in 4.*
III. Delle Vergini Libri III. di S. Ambrogio a Marcellina
sua Sorella traddotti in Italiano dal Canonico Gian-
Andrea Irico. MS. pænes eundem, propediem edend.

Extat ad Sanctum Ambrosium eruditissima Epistola San-
cti Basilii Casareæ Cappadociæ Archiepiscopi, cogno-
mento Magni, qua ejus respondet Litteris, quibus
rogatus fuerat, ut Sancti Dionysii quondam Medio-
lanensis Antistitis in exilio defuncti, Corpus ad se
transmittendum curaret; Laudat miris encomiis Am-
brosium, ejusque electionem mirabilem à Tribunalibus
ad Infulas vocat. Habetur in Tom. III. Operum
ejusdem S. Basilii, num. 197. pag. 287. edit. Monach.
S. Mauri 1730.

Ex Oudin de Scriptor. Ecclesiast. t. 1. pag. 655. & seqq. & Fa-
brit Bibliotheca Medii Ævi t. 1. Videnda est etiam Go-
fridi Henschenii exercitatio singularis de anno, & die
mortis S. Ambrosii in t. 1. Actor. SS. Bollandi pag. 18.

LVI.

AMBROSIUS.

Ambrosius Presbyter Mediolanensis circa annum
DCCCCL. floruit. Virum hunc in sacris Canoni-
bus peritissimum fuisse liquet ex unica, quæ superest:

- I. Epistola ad Attonem Vercellensis Ecclesiæ Antistitem.
quam una cum ejusdem Episcopi aliquot Operibus ex
MS. Biblioth. Vaticanæ, publici Juris fecit D. Lucas
Dacherius in suo Spicilegio Edit. Paris. 1723. Tom. I.
pag. 430. num. 7:
Eâ respondet Attoni, à quo consultus fuerat de conjugio
eorum, qui spiritali cognatione ob susceptos in Ba-
ptismate Filios juncti sunt; & citatis Canonum, &
Legum placitis sententiam suam pandit. Quanti eum
faceret tantus Episcopus patet è verbis, quibus claudit
Epistolam ad ipsum datam. „ Omnipotens Dominus
„ Vestram prudentiam nobis conservare dignetur, ut ab
„ ea regulati, recto tramite incedere valeamus. Con-
„ sultit etiam in iisdem Litteris Ambrosium de quibus-
dam aliis Canonibus Orientalium Patrum, quod ar-
gumentum certissimum est Eruditionis Ambrosii, à
quo hæc petere non indignabatur Atto in Canonum
Scientia versatissimus, ut ejus Capitulare, de quo in-
fra dicendum, ostendit.

LVII.

AMBROSIUS alter.

Ambrosius à Mediolano cum annos aliquot in
Ordine Hæremitarum S. Augustini transgressisset,
ad Capuccinorum Institutum migravit. Sæpe Defini-
toris munere functus totius Provinciæ regendæ onus
suscepit. Vir fuit silentii amantissimus, & in Deipa-
ram Virginem piissimus. Verbum Dei magno cum
animarum lucro plures annos disseminavit; magnâ
apud omnes sanctitatis famâ clarissimus. Eum Fon-
tium Comes pro Catholico Rege Infubriæ Moderat-
or Theologum suum, & Confessarium elegit. Me-
ritis, & annis plenus Mediolani in Cœnobio sui Ordini-
nis prope Portam Orientalem quievit in Domino An-
no MDCXV. edidit:

- I. Commentaria Erudita, & pia super Orationem Domini-
cam, & nonnulla alia.
II. Quadragesimale integrum intellexi extare MS. apud Suos.
Hæc testatur Sylvester à Mediol. In Annal. Capucc. part.
I. Appendicis ad Tom. III. pag. 67. & seq. num. 39.

LVIII.

AMBROSIUS alter.

Alterum Ambrosium Mediolanensem mihi offert
Jo. Gherardus Vossius in Libro III. de Histori-
cis Latinis, sic scribendo: „ Ambrosius Mediola-
„ nensis fecit prolixum admodum

- I. Chronicon Ordin. Prædicat. idque *maximis vigiliis, labo-
ribusque*: ut de eo ait Leander Albertus lib. IV. de
Vitis illustribus Ordin. Prædicator. Qui ex ejus Scri-
ptoris fontibus se agellos suos irrigasse ibidem fate-
tur. Atque etiam Baptista Fulgofius inter eos reponit,
quos in Collectaneis suis sequitur Auctores.

LIX.

AMICUS, seu de AMICIS, BERNARDUS MARIA.

Bernardus Maria de Amicis diem vidit primam
Mediolani Anno MDCLXXII., atque pietate
ductus nobilissimam Religionem Monachorum Mon-
tis Oliveti ingressus est anno MDCXCIII. ibique se stu-
diis ita dedit, ut nomen suum inter nostros Scriptores
inferi meruerit, non solum ex iis, quæ Typis tradi-
dit, sed à pluribus quæ ab ingenio suo erant speran-
da, si mors nimis propere nobis eum non rapuisset
Anno MDCCXXII. En quid de eo habemus.

- I. Vita di S. Francesca Romana. *Venezia 1715.*
II. Vite de' Santi Benedettini traddotte dalla lingua Fran-
cese, nell' Italiana, dum è vivis excessit Typis Venetis
imprimebantur.

LX.

L X.

AMIDANUS NICOLAUS.

Nicolaus Amidanus patriâ Cremonensis, Jurisprudentiæ laude clarissimus, apud Cardinalem Panormitanum gravissimum, & doctissimum Jurisconsultum aliquando versatus, ab Eugenio IV. Summo Pontifice ex Urbe Mantua, in cujus Cathedrali Canonatu potiebatur, Anno MCDXXXV. Romam vocatus, Urbem ipsam undecim annorum spatio tanta cum laude rexit, ut Apostolicæ Sedis

A tanquam oraculum coleretur. Anno MCDXLVI. ad Placentinas Infulas evectus, die postmodum XXVI. Mensis Maji MCDLIII. à Nicolao V. ad Mediolanensem sedem translatus est. Præfuit huic Ecclesiæ vix annum integrum. Cum excessisset è vivis Anno MCDLIV. XVII. Kal. Aprilis, in Choro Metropolitana conditus fuit, adjecta Tumulo Marmorea ejus Effigie, atque sequenti inscriptione, quæ omnia Divus Carolus Archiepiscopus, quod novæ substructioni ibidem erigendæ impedimento essent, amoveri jussit; dolendum est quod de tanto Viro solum nobis ætas servaverit memoriam in Epistolis Æneæ Sylvii, postea Pii II. Sum. Pont. ut infra.

NICOLAO AMIDANO ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI
QUI OBIIT ANNO CHRISTI NATALIS MCCCCLIV.
XVII. KAL. APRILIS VINCENTIUS FRATRI
HOC P. M.

ROMAM PONTIFICIS, QUI NOMINE REXIT, ET IDEM
ANTE PLACENTINA PRÆSUL IN URBE FUIT:
DE HINC CATHEDRA AMBROSII RESIDENS AMIDANUS, IN URNA
NUNC NICOLAUS INEST, PULCHRA CREMONA, TUUS.
ILLE ANIMO INVICTUS DOCTA PROBITATE, FIDEQUE,
ÆQUABAT PRISCOS ET PIETATE PATRES.
IMPIA MORS NIMIUM PASTOREM TOLLERE NOBIS
HEU PROPERAS, QUALEM SÆCULA NULLA FERENT.

I. Extat ejus Epistola ad Æneam Sylvium, data Basileæ anno MCDXLIII., in qua se excusat de taciturnitate diuturna. Habetur n. 182. lib. I. inter Epist. Æneæ Sylvii.

Extant etiam Æneæ Sylvii ad eundem Epistolæ duæ, quarum prima, quæ est octava libri I., respondet litteris Amidani, & amicitiam suam cum eo testatur. In altera autem, data ad eundem jam Canonicum Mantuanum, ipsum hortatur ad rescribendum. Est XXVIII. libri primi.

Agunt de eo Antonius Campius, Ludovicus Cavatellius, Arisus, Ludovicus Jacob. in Bibliotheca Pontificia, Acta Ecclesiæ Mediolanensis, & alii.

L X I.

ANARDUS LIVIUS.

DE Livio Anardo Mediolanensi Viro, etsi sæculo XVII. floruerit, nullum inveni, qui mihi aliquid dixerit, aut indicaverit pro meo instituto exponendum: Nam ægrè fero Lectori meo aliud exhibere non posse, nisi nudum titulum Operis manuscripti, in quod offendi, dum mihi à pluribus laudato Josepho Antonio Saxio Bibliothecæ Ambrosianæ Præfecto dignissimo benigniter datum fuit præclarissimos, & numero, & pluribus aliis de causis Codices ibi à nunquam satis celebrato S. R. Eccl. Card. Federico Borromæo investos scrutari, sed uti in dies plura, quæ aliis invenire datum non fuit, reperiuntur, Auctori inter Astronomos Mediolanenses enumerando meliora, quam ego profero aliquibus addere benignior fortasse fors suppeditabit. En Operis titulum.

I. Livii Anardi Patricii Mediolanensis Mathematicorum Schematum Cœlestium Volumen primum, continens figuras CLXVIII. Nativitatum varior. illust. Viror. præcipuè Mediol. Sæculi XVI. & XVII. MS. in fol. sign. D. pag. 271.
Extat ut supra in Ambrosiana.

L X II.

ANGELICUS.

DE Angelico isto nil aliud mihi à suis Fratribus Reformatis Ord. Sancti Francisci suppeditatum fuit, nisi quod Provincialatum optime gessisset, atque in Conventu Hierosolymitano Montis Sion nuncupato ad superos evolasset Anno MDCXCII. die V. Julii; ideo ejus versio ex Hispanica, in linguam Italicam Historiæ Syriacæ Provinciæ, aut est opus Auctoris posthumum, aut altera editio prævit illa, quam damus.

- I.** Istoria Cronologica della Provincia di Siria, e Terra Santa scritta in Spagnuolo dal Padre Giovanni di Calorra, traddotta in Italiano dal Padre Angelico da Milano Minor Reform. Guardiano, e Custode di Terra Santa. Venezia per Antonio Tuani 1694. in 4.
II. Fioretti Istorici del P. Angelico da Milano Riformato di S. Francesco. Milano 1689. in 8.
Hæc à Suis.

ab ANGELIS DOSITHEUS.
Vide BOZZUS JO. BAPTISTA.

L X III.

de ANGLERIA ANTONIUS.

Oppidum insigne Angleria nomine ad Lacus Verbani marginem situm, in historiis præsertim Mediolanensibus passim occurrit, atque plures Viros in litteris famâ dignos protulit; etsi nonnulli allucinati sint inter eos enumerando Scriptores ab Angleria Hetruriæ Vico originem trahentes, similitudine nominis forsan in errorem adducti. Hoc idem animadvertit etiam Petrus Bayle in Lexico Critico ad articulum Angeli Caninii, & Hieronymi Magii, qui Angleria orti perperam Angleriensis à Bailletto, Lancellotto, & Nicolao Antonio appellati sunt. De Antonio nostro, cujus cognomen non habemus, Sitonus memoriam tantum reliquit in suo Theatro Equestris Nobilitatis, idest quod inter XII. Officii Pro-

L Judicium factum per Magistrum Antonium de Angleria
 in Astrologia præstantissimum, de cujus scientia non
 est dubitandum. Anno MCDXLIV. MS. in 4. Sign I.
 n. 6. in Ambrosiana.

L X I V.

ab ANGLERIA PETRUS MARTYR.

Inter eruditos Viros, qui Angleriam natalibus hone-
 starunt, ut jam diximus, principem locum tenet
 Petrus Martyr, de quo varii scripsere, & mihi datum
 est ex his plura colligere, quæ sufficerent ad plenam
 istius Auctoris cognitionem præstandam, hæcenus
 desideratam. Ipsemet Patriam suam pluribus locis in
 Operibus infra enunciandis profitetur, sed de ejus co-
 gnomine, in nullo præterquam in Rosini Licæo La-
 teranenſi Lib. II. pag. 117. lego fuisse ex familia Se-
 renia, nescio tamen quibus tabulis fretus id asserat.
 Ex Auctoris nostri Epistolis diligenter inspectis di-
 dici, habuisse duos fratres Jo. Baptistam unum, mili-
 tem Venerum, Georgium alterum Modoëtiæ Guber-
 natorem anno MDXLVII. Jo. Baptistæ mortuo anno
 MDXVII. plurimas idem Petrus Martyr Epistolas di-
 rexit. Ex titulo libri de Orbe novo editionis Parisiensis
 MDLXXXVII. & ex Epistola Ludovici Mariani Tu-
 detensis Episcopi, quæ est inter eas nostri Angleriensis,
 discitur dignitate Senatoria fuisse insignitum, nam-
 huic est inscriptio : „ Ad Petrum Martyrem de An-
 „ gleria, conterraneum, & Affinem, necnon Cæsa-
 „ reum Senatorem : data est anno MDXX. Prothono-
 tarius item Apostolicus, Prior Archiepiscopatus Gra-
 natensis, atque à Consiliis Rerum Indicarum Hispa-
 nicis, Regum Ferdinandi, & Elisabethæ, necnon
 Liberiorum Rerum magister, in ipsis Epistolis
 nobis ostenditur. Legationem ad Camponem Gaurum
 Memphiticum Regem suscepit, atque peregre
 integerrimèque eam descripsit ut infra : „ Sed tum,
 (sic Paulus Jovius inquit) „ importunè discessit,
 „ quum Ferdinandi Cortesii, in altero ad Occiden-
 „ tem Orbe invento, subactoque, inusitatæ fœlicita-
 „ tis victorias scripturus esse videretur. En ejus do-
 ctissima Opera, sed prius audiamus quid Matthæus
 Toscanus de eo cecinerit :

*Quas Stephanus, aut Ptolemæus, aut Strabo, aut Mela
 Terras nequivere gradu adire, nec scriptis,
 Angleria illas arduus penetravit,
 Laborque libris explicavit æternis.
 Labor vetusta laude Cosmographorum
 Hoc clarior, quo proferens solis metas
 Plagam ampliorem pervagatus est Orbis.*

- I. Libri tres de Legatione Babylonica ex Urbe Granata
 ad Soldanum Babylonicum. *Hispani 1500. in fol.*
 Eiusdem libri Italica Versio Caroli Passi sub titulo
 delle cose notabili dell' Egitto. *Typis Venetis anno
 1564. in 8.*
- II. Epistolarum Libri XXXVIII. ab an. MCDLXXXVIII.
 ad MDXXV. Compluti primam viderunt lucem 1530.
 in fol. meliorem vero ex editione Elzeviriana *Amste-
 lodami 1670. in fol.* Subjunctis Ferdinandi de Pulgar
 Epistolis per eadem tempora scriptis, Latine, vel Hi-
 spanicè, cum notis Juliani Magonis, & libro itidem
 Hispanicè ab eodem Pulgaro ad Reginam Elisabe-
 tham de claris Hispaniarum Viris.
- III. Decades Octo de Rebus Oceanicis, & Orbe novo ;
 Prima editio fuit solummodo trium decadum *Basi-
 les apud Jo. Oporinum 1533. in fol.* completa vero
Parisiis 1536. fol. & iterum anno 1587. sub hoc ti-
 tulo. De Orbe novo Decades 8. diligenti temporum
 observatione, & utilissimis annotationibus illustratæ,
 labore, & industria Richardi Hackluyti *Parisi. anno
 1587. in 4.*
- IV. De Insulis nuper inventis, & incolarum moribus.
*Basilea, apud Oporinum 1533. fol. & Colonia 1574. in
 8.* Qui liber Gallica lingua scriptus reperitur sic
 Pier Martyr Histoire des Isles nouvellement trou-
 vées &c. à Paris chez Sim. de Colines 1532. in 4.
 Itum Petrus Savorgnanus una cum Ferdinandi

- Cortesii Epistolis inter Opera sua edidit *Basilea
 1532. in fol.*, & seorsim Italicè, *Venet. 1588. in 8.*,
 adest etiam in libro : Navigazioni del Ramusio T. I.
 pag. 1., atque cum Joanne de Parvo in suo novo
 Orbe : ex his quidem Indicis Lucubrationibus deri-
 vasse videtur Italicum Opus, Istoria delle Indie
 Occidentali cavata dalli scritti di Pietro Martire ;
 prodiit anno 1534. in 4.
- V. Janus, Machus, Pluto furens, Carmina, necnon
 Hymni & Epigrammata, extant in prima decade
 Rerum Oceanicar. curante Ælio Antonio Nebrif-
 fensi, *Hispani 1500. in fol.*
 - VI. Carmen extemporale in bellantes ex imperandi cupi-
 dine, legitur in Epistola 556.
 - VII. Carmina alia in morte Fratris, ac contra Gallos.
 Extant in ejusd. Epistolis annor. MDXLVII. &
 MDXLVIII.
 - VIII. Epistola latina ad Comitem Jo. Moronum, quæ non
 legitur inter editas, data Tridenti Frid. Kal. No-
 vemb. an. MDXXV. Extat inter Epistolas MSS.
 ejusdem Moroni, de quo suo loco.
 De hoc Petro, & ejus scriptis diligentius præ cæteris
 tractavit Nicéronus To. XXIII. Memoires des Hom-
 mes illustres pag. 202. & seq. Possunt etiam consuli
 Jovius pag. 206. elog. Nicolaus Antonius Tom. II.
 Biblioth. Hispan. pag. 362. & seq. Vossius pag. 671.
 Morlierius in libro, cui titulus : Essais de littérature
 Tom. II. pag. 228. Lafor à Varea, Draudii Biblio-
 theca Classica pag. 1011. Conradus Gesnerus, An-
 tonius Possevinus, Trithemius, Picinellus etsi pa-
 rum satis de eo pag. 463., & tandem Fabricius in
 Biblioth. Ecclesiastica, & melius in illa Medii Ævi,
 quam utinam Viro doctissimo ad umbilicum perdu-
 cere datum fuisset. Vagæus in Chronico Hispaniæ
 Cap. IV. male arguit Auctorem nostrum, eo quod
 quædam scripsisset, quæ parum cum Ecclesia Ro-
 mana conveniunt, quod falsum est ; forsitan Pe-
 trum Martyrem Mediolanensem cum Petro Marty-
 re Florentino confundit.

L X V.

ANNONUS JOSEPH MARIA.

Inter Codices MSS. quos ego inspexi in Bibliothe-
 ca Fratrum Carmelitarum Congregationis, quam
 Mantuanam vocant, atque S. Joannis in Concha in hac
 Urbe, inveni optimas Conciones Quadragesimales
 P. Magistri Josephi Mariæ Annoni Mediolanensis ejus-
 dem Ordinis, aliquibus quarum perlectis, dignas certè
 judicavi, quæ oblivioni minimè relinquuntur, eo ma-
 gis, quod de ipso sanè digno Concionatore, nec Fe-
 lina, nec Vaghus in suorum historiis verbum fa-
 ciunt. Florebat anno MDCXXVIII. uti legitur in
 Libri titulo, qui est :

- I. Quaresimale intiero MS. in fol. paginar. 616.
 Extat in Bibliotheca supradicta.

ab ANNUNTIATIONE LEANDER.
 Vide PEREGUS PETRUS.

IN SEQUENTES ANONYMOS
 MONITUM.

Animus mihi primùm fuerat sequentes Anonymos,
 quorum ad me Opera pervenerunt, in calce
 hujus Bibliothecæ Lectoribus optimis dare; cum vero
 Clarissimi Viri, qui similia Volumina edidere, Ano-
 nymos suos hoc loco duxerint collocandos; ego quo-
 que, mutato consilio, eorum exempla sequi decrevi.
 Id unum moneo, quotquot hîc à me recensentur
 aliquo certo indicio Mediolanenses fuisse cognitos,
 eosque distributos, ordine chronologico temporis,
 quo scripserunt, servato : tamen dolendum maxi-
 me fit eorum excidisse nomina ; æqui tamen, boni-
 que consulturos laborem hunc qualemcumque nostrum
 speramus omnes, quibus cordi est Eruditorum etiam
 ignotorum monumenta, lucubrationesque percurrere,
 & temporis potius edacitatem, quam conatus meos
 caufaturos, si plura desiderentur, quæ fortè aliquan-
 do clariora elucescent.

L X V I.

ANONYMUS I.

A Nonymorum Mediolanensium antiquissimus censendus videtur, qui sequens Opus conscripsit:

I. Tractatus de Conflictu Vitiorum, & Virtutum.

In fine se Mediolanensem testatur his verbis:
 „ Ecce, ut ad vicinos nostros veniamus, Protasius, &
 „ Gervasius in propria hac Mediolanensi Civitate,
 „ propriaque Domo manentes, ac per annos decem.
 „ Monachorum vitam exercentes, ita perfecti sunt,
 „ ut Martyres fierent.

Ambrosiani Ritus hominem fuisse indicant verba, nam ex hujus Ecclesiae consuetudine Protasius Gervasio præponi solet, cum secus in Romana servetur, cujus rei rationem habemus apud Puricellum Dissert. Ambros. n. 97. Cum autem meminerit Auctor Regulæ Sancti Benedicti, ex eodem Instituto eum fuisse suspicamur, & in Cœnobio, quod olim extabat apud Ecclesiam, nunc Parochialem Sancti Protasii, cui cognomen ad Monachos, Cœnobitis inde translatis ad Basilicam Sancti Simpliciani. Opus istud rudioribus Sæculis adscribebatur Divo Augustino, & extat in Appendice Tomi IX. ejus Operum n. 19.

L X V I I.

ANONYMUS II.

Celebris est apud Infubres Sancti Victoris Mart. memoria, cui præter alias in hac Urbe dicata est vetustissima Basilica, Portiana nuncupata. Hujus Martyris gesta Anonymus Mediolanensis conscripsit hoc titulo:

I. Vita Sancti Victoris Martyris.

Codex MS. in Pergameno, quem extare apud Monachos Congregationis Montis Oliveti, apud Basilicam Portianam Mediolani degentes, eoque uti in anniversaria ejusdem Sancti Martyris solemnitate asserit Puricell. Dissert. Ambros. n. 19. huncque sibi suppeditatum scribit à Joanne Francisco Tessera ejusdem Monasterii Abbate, quem plurimum commendat.

L X V I I I.

ANONYMUS III.

A Nonymum Scriptorem, cujus opus nunc recensimus, Sæculo sexto post Christum floruisse existimavit clarissimus Papebrochius in Dissertatione sua accuratissima, quam in Tomo septimo Maji præposuit Chronologiæ Mediolanensium Episcoporum. Veruntamen Eruditissimus Muratorius in Præfatione operis Anonymi nostri, editi Tom. I. Scriptorum Rerum Italicarum parte secunda pag. 199. arbitratus est, Auctorem Sæculo nono, vel saltem decimo, vixisse pluribus adductis rationibus, quas ibi in medium profert, & quò Lectorem candidum libentissimè amandamus.

I. Opusculum de Situ Civitatis Mediolani, una cum Vitis priorum Archiepiscoporum Mediolanensium, quod ex MS. Codice Bibliothecæ Ambrosianæ Membranaceo signato P. n. 246. edidit Muratorius, ut supra.

L X I X.

ANONYMUS IV.

Hujus operis testimonio utitur Gualvaneus Flamma in Chronica Ordinis Prædicatorum ad annum MCCXXVII. fol. 253. pag. 1. dicens: „ Et dicit „ quidam Canonicus antiquissimus Sancti Nazarii, Tom. I.

A „ quod Beatus Dominicus Canonicam Sancti Nazarii, ubi Canonici habitum regularem deferebant, ingressus est: qui ipsum Beatum Dominicum in habitu regulari, quasi unum de ipsis, honorificè suscepit.

Ex Puricell. Dissert. Nazar. Cap. 109. n. 19.

L X X.

ANONYMUS V.

Gratam posteris operam impendunt quicumque Patriæ Monumenta litteris tradere satagunt, & temporis edacitatem fallentes, quæ forsitan oblivione delerentur, accuratè custodiunt. Hos inter non spernendus Mediolanensis Anonymus, qui sequens Volumen elaboravit.

I. Chronica, seu Memoriarum pertinentes ad Civitates Domini Mediolanensis ab anno MCLXVII. ad annum MCCLXVIII. MS. in 4. Chartaceus.

Extat in Bibliotheca Fratrum Marchionum Vicecomitum.

L X X I.

ANONYMUS VI.

Pro inveterata Ecclesiarum omnium consuetudine Mediolanensis quoque Sanctorum Gesta colligere, & in unum Volumen redigere ab antiquissimis temporibus studuit. Hujus rei argumentum dat quod hic subdimus Anonymi nostri Opus:

I. Martyrologium Sanctorum Mediolanensium.

Illud MS. fuisse in Cœnobio S. Francisci Mediol. testatur Baldeffanus in Historia SS. Martyrum Mauritii, & Sociorum libro I. & II., ubi asserit etiam testimonium ipsius Martyrologii de Sancto Innocentio, cujus corpus colitur Canturii in Ecclesia Sancti Jacobi, & ex eo Petrus Paulus Bosca in Martyrolog. Mediolan. ad diem XV. Septembr. n. 3. Addit idem Bosca in notis ad diem XIV. ejusdem mensis, scriptum videri hunc Codicem forsitan sub finem Sæculi XIII. cum in eo fiat mentio Gofredi de Buffero, qui fuit Parochus Rodelli, & Vitas Sanctorum scripsit Anno MCCXX. de quo suo loco.

Hunc etiam Codicem pluries in Martyrologio ipso citat idem Bosca, in notis præcipuè ad diem XXX. Septembris, ubi asserit, se in hoc Codice vidisse Acta Sanctæ Sophiæ à Joanne Presbytero Mediolanensi conscripta, de quo infra dicemus.

L X X I I.

ANONYMUS VII.

Præclara Antistitum Mediolanensium Acta plures profecuti sunt Scriptores sparsim in hac Bibliotheca commendandi, quos inter memorandus etiam Anonymus sequentis libri Auctor.

I. Commemoratio hujus Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Episcoporum, quantum in hoc Sæculo vixerunt, aut ubi sepulti sunt.

Incipit à Sancto Barnaba, desinit in Guilielmo Pusterla, quem dicit obiisse Avenione, & sepultum in Domo Fratrum Prædicatorum. Ideo scriptus videtur hic liber anno circiter MCCCLXI.

Ex Archivo Imperialis Capituli S. Ambrosii intulit in collectionem suam Diplom. Mediolanens. Nicolaus Sormanus Biblioth. Ambr. Doctor, qui hunc, & alios Scriptores nobis perhumaniter communicavit.

G LXXIII.

LXXIII.

ANONYMUS VIII.

FLoruit Sæculo XIV. Anonymus Poëta Mediolanensis ignotus, certè Crescimbenio, Fontaninio, aliisque doctissimis Viris, qui de Poësi Italica, ejusque Professoribus ex instituto differuerunt. Scripsit ille Carmine Italico Opus sequens anno MCCCXCI. barbaro quidem pro more sæculi stylo, sed censoria virga sui temporis vitia castigat.

I. Poëma Italicum paginarum VII. in cujus calce sic legitur:

*E se di chi r' a fatta alcun se lagna,
Digli che stà alla Pietra cagna
In Milano
E fatta sotto l'anno de MCCCXC uno
Inditione quarta decima,
Per man d' uno,
Che non decima denari,
Peroche gli sono sì salvaggj, e contrarj,
Che non se ponno domesticare,
Ne stare con lui.
A dirlo contra Vui
El se giama della Terra che fronteggia Cantù.
Amen finis.*

Extat in Bibliotheca Monachorum Cisterciensium S. Ambrosii Mediolani, in Codice cui titulus: Collectiones Varie, in fol. sign. n. 15.

LXXIV.

ANONYMUS IX.

Proprio, & peculiari Ritu præditum fuisse Humiliatorum Ordinem apud Insubres quondam florentissimum testantur Sacri Liturgici Codices, & impressi, & manuscripti in hujus Urbis Bibliothecis obvii. Id etiam præstat Anonymus noster, qui ejusdem cœtas fuisse videtur

I. Martyrologium ad usum Fratrum Humiliatorum.

MS. in Pergameno, caractere fatis antiquo, inchoatum à vigilia Nativitatis Domini. Hunc Codicem citat Puricellus Dissertat. Nazar. Cap. 48. n. 13., asserens, eum sibi suppeditatum fuisse ab ejusdem Ordinis Monialibus in Monasterio Sanctæ Catharinæ cognomento ad Braydam degentibus. Eum citat sæpe in Martyrologio suo Bosca, præcipuè in notis ad diem I. Novembris, ubi ait nunc illud servari in Bibliotheca Ambrosiana. Scriptorem Mediolanensem fuisse multa evincunt, præcipuè verò quòd hujus Ecclesiæ Ambrosianæ Festivitates proprias recenset; inter quas illud non omittendum, Inventionem SS. Nazarii, & Celsi enunciari Pr. Id. Junii.

LXXV.

ANONYMUS X.

ET Jurisprudentiæ, & Eruditionis ornamentis ex cultus fuit Anonymus, cujus hic damus Codicem plurimi certè faciendum, ut ex Librorum argumentis Lector agnoscat. Is continet:

I. De Monarchia Libros XI.

Idest:

De Principibus.
De Consiliariis Principum.
De Castellanis.
De Officialibus.
De Milite.
De Bello.
De Crimine lesæ Majestatis.
De Confederationibus Principum; & Conventionibus.
De Privilegio, & Rescripto.
De Dignitate.
De Fisco.

A

Opus est inscriptum Philippo Mariæ Vicecomiti, & in Epistola Nuncupatoria Auctor se dicit à Senatu Mediolanensi Lectorem Juris Imperatorii Ticini electum, & per octo annos ibi mansisse, postea ad Urbem Senensem translatum pro eodem munere, spe redeundi ad Mediolanensem Patriam.

MS. in fol. Pergameno cum miniaturis, Sæculi XIV. circiter. Extat in Bibliotheca Fratrum Marchionum Vicecomitum.

LXXVI.

ANONYMUS XI.

Ambrosianos Ritus nedum prosa, verum etiam Carmine Mediolanenses exponere curarunt, nam Anonymus quidam scripsit:

I. Carmen prolixum Italicum, vulgò *Terzetti*.

Illud è veteri MS. Archivi Confessionis, vulgò *Scuroli* Basilicæ Ambrosianæ, sibi ab amico suppeditatum, inseruit Jo. Petrus Puricellus Monument. Basilicæ Ambrosianæ n. 51. Plenum est eruditione ad Ambrosianos Ritus veteres cognoscendos utilissima, & narrat beneficentiam Angelberti Archiepiscopi in Ambrosianum Altare, quod laminis aureis, gemmisque ornavit, ut alibi diximus. Stylum redolet Sæculi XV. ineuntis.

LXXVII.

ANONYMUS XII.

Quo anno Scriptor Anonymus Annales inferius indicandos concinnarit, & in vivis extiterit, apud Clarissimum Muratorium, qui Opus ipsum in Tomo XVI. Scriptorum Rerum Italicarum pag. 642. vulgavit, Lector inveniet. Etenim in Præfatione clarissimis argumentis evincit, non ante annum MCDLXXX. scribendæ historiæ manum admovisse; neque Petrum de Sorexina Civem Mediolanensem, & in Civitate Papiensi Sacræ Theologiæ Lectorem, vel Fratrem Gualvaneum della Flamma, vel Petrum Azarium Novariensem hujus historiæ Auctores dicendos. Tanti viri sententiam nos quoque amplectentes Anonymum unice Mediolanensem dicemus, cujus liber sic inscribitur:

D

I. Annales Mediolanenses ab Anno MCCXXX. usque ad Annum MCDII. ab Anonymo Auctore litteris consignati. Extant loco citato.

LXXVIII.

ANONYMUS XIII.

Pietatis eximie censendus est Auctor Anonymus noster, qui sequens Opus conscripsit ad Mediolanensium devotionem in sacra Patriæ loca Divinis Theauris locupletata excitandam. Non parvi momenti fuisse existimamus, cum illius testimonio clarissimus Puricellus non uno loco dicta sua confirmet, ut data Voluminis Inscriptione dicemus.

E

I. De Indulgentiis, quæ concessæ sunt nostræ Urbis Ecclesiis: deque Corporibus Sanctorum in ea, ejusque Diocesi quiescentibus.

Fuit apud Puricellum, ut ipse testatur Dissertat. Nazarianæ cap. 127. n. 1., cujus etiam Fragmenta septem in eodem capite inserta leguntur.

Conscriptus fuit Anno MCDLXXXI., ut, eodem Puricello teste, legebatur fol. 27. pag. 2. ejusdem MS.

LXXIX.

ANONYMUS XIV.

Anno MCDLXXXVII. Helvetii, qui jam triennali bello Insubriam afflixerant, ingenti clade affecti sunt à Mediolanensis Ducis exercitu; ut pluribus narrat

narrat Bernardinus Corius Histor. Mediol. part. VI. Anonymus quidam hujus belli narrationem suscepit, quam infra dabo. Coævum se, & Mediolanensem multis in locis patefacit, idcirco inter Scriptores nostros merito commemorandus; præcipue quod elegantissime & prorsus latina phrasi conscripserit. En illius titulum:

- I. Historia Belli Helvetici cum Oratione ad Populum Mediolanensem Bernardi Cribelli ad arma capienda ipsum suadentis.
MS. in 4. optimæ notæ in Pergameno cum Miniaturis. Extat in Bibliotheca Fratrum Marchionum Vicecomitum.

LXXX.

ANONYMUS XV.

Pluribus in locis Auctor se Mediolanensem ostendit, & diligentissimi Scriptoris nomen justè sibi meruit, nam rejectis vetustissimorum sæculorum fabulis, solidiora ab Auctoribus emunctæ naris excerptit; dignus itaque est ut legatur præsertim ab anno MCDXX. usque ad finem.

- I. Chronica della Città di Milano dalla Fondazione fino all' Anno MCDLXXXVII. MS. in fol. Autog. pagg. 500. Extat in Biblioth. Cœnobii Sanctæ Mariæ Gratiarum Ord. Min. Observ. Modoëtis.

LXXXI.

ANONYMUS XVI.

Si omnes, etsi Anonymos, à quibus Cathalogi, aut Chronica Archiepiscoporum Mediolanensium scripta fuere Lectoribus meis exhibere instituissem, nimio tedio forsitan eos affecissem; digniores ideo, antiquioresque selegi, inter quos merito adest noster pluribus de causis:

- I. Chronica Archiepiscoporum Mediolanensium à S. Barnaba ad Hippolytum Estensem, idest ad an. MCDXCIII. Codex MS. Chartaceus, ut videtur, Autographus litteris initialibus rubris; extat in Bibliotheca Ambrosiana sign. A. num. 98. in fol. In fine adest.
II. De progenie Dominorum Vicecomitum de Mediolano, & unde venerunt, secundum Chronicam antiquissimam.
Desinit in Vita Joannis Vicecomitis Archiepisc. & Domini Mediol. his verbis: „ Regnavit igitur Joannes „ Archiepiscopus annis decemseptem circa. Hic à Clemente VI. Pontifici excommunicatus, & aliis gravioribus Sententiis innodatus, tandem Sedis Apostolicæ extitit filius. Factus est Archiep. Mediolan. anno „ MCCCXLIX. de mense Februarii. Auctor videtur unus & idem duorum Opusculorum, ac saltem si duo, æqualis ætatis se produunt.

LXXXII.

ANONYMUS XVII.

Inter Eruditos nostros Anonymos Scriptorem infra scripti Operis recensere decrevi, eo quod, tametsi breve Chronicon concinnaverit, nihilominus solertissimum, atque in colligendis suæ ætatis monumentis, illustriumque Virorum Actis satis diligentem se demonstrat. Non enim ex mole, sed ex eruditione, cum doctis omnibus, Libros pluris æstimandos arbitror. Hujusmodi est quod coævus iste litteris tradidit, nempè:

- I. Chronicon Rerum Mediolanensium à die VIII. Martii anni MCDLXVI. ad diem VIII. Septembris ann. MCDXCIX. In contextu se indicat Mediolanensem. MS. fol. in Cod. sign. D. n. 45. Extat in Biblioth. Metropolitanæ Mediolanensis.

LXXXIII.

ANONYMUS XVIII.

Quantæ utilitatis sit Codex Anonymi Mediolanensis à me hic memorandus, præsertim ad antiquitatis servandam memoriam, ex solo titulo Lector agnoscat. Hoc unum moneo, dignum esse Opus, quod vetustatis amatores, & maxime politici regiminis, quo vetustiores utebantur, sciendi cupidi, diligenti perquisitione voluent. Illud est:

- I. Rubrica Intratarum Illustrissimi, & Excellentissimi D. D. nostri Ducis Mediolani, Papiæ, Angleriaque Comitatus, ac Cremonæ Domini, anni scilicet MCDLXIII. Incipit à Mediolano, Papiæ, Cremona, Placentia, Parma, Laude, Cumis, Novaria, Alexandria, Terdona &c. una cum omnibus expensis annualibus. MS. Pergam. in 4. justæ molis. Extat in Biblioth. Canonico. Lateranensium S. Mariæ Passionis Mediolani. In fronte hoc legitur: *Custodiatur diligentissime.*

LXXXIV.

ANONYMUS XIX.

Anonymis nostris Mediolanensibus adteximus & sequentem, in quo nihil præter corruptum ejus sæculi idiotismum Lector damnabit; liber verò ipse ob Ecclesiasticam Eruditionem lectu non est indignus:

- I. Tractato utilissimo alle Anime devote, cioè delle Indulgentie, & Corpi Santi, che sono nelle Giesse de la Citade de Milano: etiam in alcuni altri lochi, che sono nel Comitato de la dicta Citade: come si trova per li antiqui Registri, & Privilegj autentici.
Eum citat Puricellus Dissert. Nazar. cap. CXXXV. n. 1. & dicit Impres. anno 1515.
Ibi etiam reperiuntur varia ex hoc libro fragmenta ab eodem Puricello recitata; idque argumento est non contemnendæ Eruditionis Scriptorum fuisse, utpote qui à tanto Viro laudari, & citari meruerit.

LXXXV.

ANONYMUS XX.

Vixisse videtur Anonymus Mediolanensis Scriptor sequentium Operum ad Ritus Ambrosianos veteres cognoscendos utilissimorum, ante Divi Caroli tempora, nam postremo loco pag. IX. reperitur Ordo processionis ad feretrum, seu Castrum Doloris, ubi recensentur omnia Canonicorum hujus Urbis Collegia, sed nulla ibi mentio Canonicorum Sancti Thomæ in Terra Amara, quos in Urbem introduxit Sanctus idem Cardinalis Archiepiscopus Anno MDLXXIV. ex Gluffiano in Vita Sancti Caroli lib. 3. cap. 5.

- I. Missa solemniss, quæ in præsentia Pontificis celebratur more Divi Ambrosii. MS. in fol. paginarum 18.
II. De Matutinis pro Defunctis cum Officio, quod post Missam agitur, & cum Missa Pontificali more Ambrosiano. MS. in 4. pag. 12.
Extant apud Canonicum Jo. And. Iricum, Autographa, & eodem caractere conscripta.

LXXXVI.

ANONYMUS XXI.

Si titulum sequentis Operis, & phrasim, qua conscriptus est, inspiciamus, nihil decoris in eo reperietur. Si verò Monumenta in ipso obvia considerentur, non indignus censetur ejus Auctor, qui Scriptoribus nostris inferatur; multa enim continet ad rerum Mediolanensium notitiam pertinentia. Illud interim Horatianum juvat hic monitum titulo præmittere:

Spektatum admissi risum teneatis amici.

- I. Historia come sù instituita, e consecrata la Giesfa de Madonna S. Maria in Monte dal glorioso Doctore Sancto Am-

Ambrosio Archievescovo de Melano, con la legenda de la Beata Catherina Palantina prima Infitutrice, ed Abbadesa del Monastero de S. Maria in Monte a lode del tremente, e magno Iddio. Impressa ne la inclita Città di Melano per Messere Gottardo da Ponte, che stà nella contrata de Sancto Satiro per mezzo il Barbero de la Dovana, nell' anno del Signore 1547. a dì 18. de Settembre, in 4.

LXXXVII.

ANONYMUS XXII.

SÆculo illo foelicissimo, quo Sanctus Carolus Borromæus, nedum Italiæ, sed totius Ecclesiæ decus, Mediolanensibus sacra Jura dixit, plures florere Viri doctissimi, quos sparsim in hoc opere laudamus, quosque Præful ille optimus, & exemplo, & præmiis ad doctos labores invitabat. Hos inter non contemnendus videtur Anonymus quidam Operis inferioris memorandi Auctor. Eum ideo inter Infubres Scriptores damus, quod non uno loco se patriam Mediolanensem fuisse profiteatur. En opus ipsum:

I. Archiepiscoporum Mediolanensium Vitæ, usque ad Sanctum Carolum Borromæum. MS. in fol. sign. Q. n. 122. in Biblioth. Ambrosiana.

In fine adek notula Archiepiscoporum Mediolanensium, qui in Sanctorum album sunt relati, numero XXXII.

LXXXVIII.

ANONYMUS XXIII.

EOs inter Scriptores, quorum Codicibus usus est Claris. Vir. Joannes Petrus Puricellus ad texendam eruditissimam Nazarianæ Basilicæ Dissertationem, de qua cum laude alibi sermo erit, locum sanè non humilem obtinuit Anonymus quidam Poëta, qui Arderici Archiepiscopi gesta Carmine heroico profectus est. Eum, quod, ut infra dicemus, se Mediolanensem declarat, hinc collocamus una cum Operis sui titulo, qui sequens est:

I. Divi Arderici Cottæ Archiepiscopi Mediolanensis Historia
Incipit:

„ Pontificem canimus Cottam, natumque, patremque.
Decimum Carmen ita se habet:

„ Seu duo circumdent Urbem quod flumina nostram.

Ex quo eruimus Auctorem Mediolanensem fuisse, cum ibi de hac Urbe verba faciat.

In fine sic legitur:

Impressum Arimini, apud Astulphum de Grandis Veronensem. Anno Domini MDLXII.

Extat memoria apud Puricell. in Dissert. Nazar. Cap. 84. n. 6.

LXXXIX.

ANONYMUS XXIV.

Quisquis ille fuerit Mediolanensis Anonymus, qui Urbis suæ monumenta in unum collegit, debita certè commendatione apud posteros non est fraudandus. Ego certè, cui cordi est eruditorum Virorum à temporis edacitate memoriam vindicare, dignum duxi ignotum licèt hinc inferere, ut vivat ingenio, qui nomine periit. Scripsit ergo, Typisque vulgavit sequens Opus:

I. Compendio delle Cronache della gran Città di Milano in 8 Milano per li Fratelli Meda 1571.

XC.

ANONYMUS XXV.

Religiosum Virum fuisse, atque in Monasterio Sancti Celsi hujus Urbis quondam Monachorum Cluniacensium, nunc Congregationis Rhenanæ

A Canonicorum Regularium, qui Salvatoris nomine sunt insigniti, vitam duxisse Anonymum istum, satis clarè ex contextu Operis apparet, cui titulus:

I. Codex MS. multa continens ad Monasterii S. Celsi hujus Urbis statum, & ad nonnullorum ibidem Canonicorum Congregationis Rhenanæ Professionem pertinentiam, ex cujus folio 52. fragmentum recitat Puricellus Dissertat. Nazar. Cap. 136. n. 2. In quo Auctor Codicis se Mediolanensem esse prodit his verbis: „ Nota „ ancora, che nella detta nostra Chiesa è il Corpo di „ S. Celfo &c. Hinc citat hujus Codicis Scriptor librum alium Anonymi, undè hausit memoriam inventionis Corporis S. Celsi sub Ara maxima ejusdem templi anno MDXXI. die XX. Aprilis reperti, cum aliis SS. reliquiis, cui memorie hæc verba subjecta erant: „ & etiam ego Ambrosius Brasca, & Joannes Baptista „ filius aderamus.

B Hunc Codicem in Celsiani Monasterii Archivo extantem sibi suppeditasse Jo. Bapt. Madernum ejusdem Cœnobii Abbatem Regularem, quem plurimum commendat, testatur idem Puricell. loc. cit. n. 1.

Aliud ejusdem libri fragmentum recitat idem Puricellus loco citato cap. 151. n. 5. ubi Auctor narrat inventionem Corporum SS. Martyrum Basilidis, Cyrini, & Naboris factam mense Aprili anno MDLXXXI. ex quo patet, Scriptorem usque ad hæc tempora vixisse.

XCI.

ANONYMUS XXVI.

Conscriptum fuit sequens Opus, ut ibi notatur, anno MDCXIX. die XII. Decembris, & referuntur est purissima eruditione circa Acta Sanctorum, quorum festa in Ambrosiana Ecclesia celebrantur, examinantur enim notæ Chronologicæ, & alia, quæ in singulis lectionibus ejusdem Breviarii vel corrigenda videbantur, vel in dubium revocari poterant. Sanè Mediolanensem Auctor se centies ostendit:

I. Animadvertenda in nova Breviarii Ambrosiani editione. MS. in fol. Extat apud Canonicum Jo. And. Iricum. Autograph.

XCII.

ANONYMUS XXVII.

Omnia hæc Opuscula uno, eodemque caractere conscripta sunt, & quidem Autographa, cumque in his sæpius mentio fiat Sancti Caroli, conscripta creduntur circa medium Sæculi XVII. Porro Author se pluries Mediolanensem prodit; & peritissimus fuisse videtur tam sacrorum Rituum, quam Ecclesiasticæ Historiæ. En ejus scripta:

I. Dissertazione intorno al Tempio di S. Ambrogio di Milano.

II. Altra sopra il Sagro Chiodo, che si venera nella Metropolitana.

III. Raccolta di alcune Notizie degli Atti di S. Anna Madre della B. V.

Extant MSS. in fol. apud præfatum Canonicum Jo. Andream Iricum.

XCIII.

ANSPERTUS ARCHIEPISCOPUS.

Anspertus Confalonarius vocatus ex Oppido Blassano prope Modoëtiam, filius Arbutii nobilis Mediolanensis, & Garidrudæ, ut ex ejus Testamento, B. Bono Thadono successit ex Archidiacono, Anno DCCCLXIX. die XXV. Julii, ab Adriano Papa confirmatus est. In lib. Successorum S. Barnabæ singularis pietas Ansperti erga pauperes commendatur, & ibi sic legitur: „ Archiepiscopus Anspertus in teterima „ peste, quæ suo tempore omnem Italiam, populumque Mediolanensem præcipuè invalerat, pestilenti „ lue tabescentes perpetuo studio visitasse, eisque „ Sacramenta omnia ministrasse fertur, idque ipsum „ officium ejus exemplo, & jussu, Parochi etiam „ accuratè præstitisse dicuntur. Ille omni Europa, „ Italia,

Italia, & Urbe, ditioneque Mediolanensi præsertim pestilentia morbo vexata, atque afflicta, tum ea ipsa officia præstitisse, tum cibum etiam, ac victum tabe languentibus manu sua ministrasse commemoratur. Accidisse hanc in Italia pestis luem an. DCCC-LXXIV. Ansperto Præfule, scribit Tristanus Calvus. Post hæc Anspertus anno DCCCLXXVI. Carolum Calvum coronavit Papiæ, à quo quædam Castella in Papiensi Comitatu recepit: Diploma de eadem re ex Ambrosiano Archivo retulit Puricellus. Idem Anspertus anno

A DCCCLXXX. Carolum Crassum Ludovici Germaniæ Regis filium, & in Regno Successorem, Regni insigniis exornavit Papiæ. Eximium ejusdem Caroli Crassi privilegium Ambrosiano Cœnobio concessum, post suam coronationem adfert citatus Auctor ex originali num. 131. Sancto Satyro D. Ambrosii Fratri Templum excitavit, & Xenodochium, ac Sacella plura in Oppido Blassono erexit. Apud Ambrosianam Basilicam sepultus jacet, ubi in majori facello ad sinistram hæc Carmina leguntur:

HIC JACET ANSPERTUS, NOSTRÆ CLARISSIMUS URBIS
ANTISTES, VITA, VOCE, PUDORE, FIDE.
ÆQUI SECTATOR, TURBÆ PRÆLARGUS EGENÆ:
EFFECTOR VOTI, PROPOSITIQUE TENAX.
MOENIA SOLLICITUS COMMISSÆ REDDIDIT URBI
DIRUTA: RESTITUIT DE STILICONE DOMUM.
QUOT SACRAS ÆDES, QUANTO SUDORE REFECIT:
ATRIA VICINAS STRUXIT ET ANTE FORES?
TUM SANCTO SATYRO TEMPLUMQUE, DOMUMQUE DICAVIT,
DANS SUA SACRATO PRÆDIA CUNCTA LOCO;
UT MONACHOS PASCANT ÆTERNIS OCTO DIEBUS,
AMBROSIUM PRO SE QUI SATYRUMQUE ROAGENT.

OBIT ANNO INCARNATIONIS DOMINI DCCCLXXXII. VII. IDUS DECEMBRIS,
INDICTIONE XV.

REXIT EPISCOPATUM SUUM ANNIS TREDECIM, MENSIBUS QUINQUE, DIEBUS DUODECIM.

PRÆSUSULIS ANDREAS PRÆFATI CAPTUS AMORE
HOC LEVITA SIBI CONDECORAVIT OPUS.

De eo superest:

- I. Formula, qua usus est Anspertus anno DCCCLXXVI. cum in Conventu Ticinensi Carolum Calvum in Regem Italiae elegit, ex sedis suæ vetustissimo Privilegio, quam refert ex Actis ejusdem Synodi Ticinensis Sigonius ad eum annum.
 - II. Consultatio ad Jo. Papam VIII. super electionem Josephi Episcopi Astensis; memoratur in Epistola XII. ejusdem Pontificis ad Anspertum.
 - III. Epistola eidem Pontifici scripta, meminit idem in litteris Anselmo Mediolanensi Archidiacono datis.
 - IV. Relationes ab Ansperto transmissæ ad Apostolicam Sedem pariter meminit supramemoratus Pontifex in Epistola ad Antonium Episcopum Brixiensem.
 - V. Testamentum ab ipso Ansperto scriptum, servatur in Archivo S. Ambrosii signatum tempore Caroli Regis quondam Hlodovici anno ejus Regni in Italia primo. XI. mensis Novembris, Indictione III.
- Extant ad eum Epistolæ Joannis Papæ VII.
- In prima, respondet super negotio Abbatis cujusdam, qui nullo comprobato crimine à Regii Cœnobii Præpositura depulsus fuerat.
- In secunda, nunciat eidem Ansperto, & Joanni Ravennati, & VValperto Aquilejensi Archiepiscopis, se excommunicasse Adelardum Episcopum Veronensem, quod Nonantulanum Monasterium invasisset.
- In tertia, vocat Anspertum, & Antonium Episcopum Brixiensem ad Synodum Ravennæ celebrandam.
- In quarta, monet Anspertum, ut quantocius cum Suffraganeis ad Synodum in Gallia tenendam accedat, & queritur de perfidia Lamberti Comitis Spoletini.
- In quinta, & sexta, monet eum, ut sibi cum omnibus Episcopis suis Papiam occurrat.
- In septima, vocat eum ad Synodum Romæ celebrandam, ubi de Imperatoris electione agetur, & jubet ne quemquam Regem excipiat, antequam ipse Imperatorem elegerit.
- In octava, & nona, denuo ad Synodum vocat, & præcipit, ne cum Francorum Regibus Italiam ingressuris placitum faciat.
- In decima, & undecima, denuo ad Synodum vocat.
- In duodecima, confirmat Ordinationem Josephi Episcopi Astensis.
- Extant omnes in Tom. XXIV. edit. Reg. Paris. Concil. Privilegium eidem Ansperto ab eodem Carolo Calvo concessum anno primo Imperii sui Indictione nona, extat apud Puricell. in Monum. Basilicæ Ambros. num. CXXVIII.
- Agunt de eo Ughellus, atque Puricellus in Dissert. Nazar. cap. 83. num. 2. & seq. nec non Fabritius Boffius, de quo suo loco.

Tom. I.

B

X C I V.

ANTIMIANUS AYCARDUS.

A Ycardus Antimianus ex oppido Camodea Novariensis Diocesis, translato ad Sedem Aquilejensem Cassano Turriano, Anno MCCCXVII. IV. Kal. Octobris à Joanne XXII. ad Mediolanensem Sedem promotus est. Eum ex ordine Minorum fuisse probat Cotta in Museo Novariensi pag. 33. ex Epitaphio Caraveræ ejus Matris, quod extat in Claustro Divi Francisci Novariæ, prope januam Sacrarii. Ob reconditam doctrinam, morumque probitatem Joannis Pontificis judicio dignus habitus est, qui ad tantam dignitatem assumeretur. Obstante magno Matthæo Vicecomite, ejusque filiis Mediolani tunc temporis dominantibus, vix tandem Anno MCCCXXXIX. ad Ecclesiam suam accedere permissus, ut multis probat Camillus Sitonius, sub nomine Manilii Scotti, in apparatu pro illustrando Archiepiscoporum Mediolanensium Catalogo. Matthæum ipsum cum filiis fidelium communionem semovit. Cum concionem haberet ad populum, plures ærumnas Mediolanensibus impendentes quasi afflatus numine prænucciasse narratur. Exulem decessisse in Urbe Roma Anno Domini MCCCXXXIX. die XI. Augusti, & sepultum in Araceli nonnulli contendunt; sed in Catalogo Beroldi MS. Biblioth. Metropolit. legitur: *Obit Mediolani in Canonica Sancti Ambrosii die XII. Augusti MCCCXXXIX.* Addit Flamma eum jacere ad Sanctum Franciscum, sive ut alia MSta habent, sepultum apud Minores. Id confirmat sepulchralis Urnæ operculum è candido marmore in duas partes divisum, quod è Templo translatum, extat Parieti insertum non longè à janua Sacrarii Divi Francisci hujus Urbis, in quo Aycardi Icon anaglyptico opere insculpta Minorum vestibus, & Pontificalibus ornamentis decorata conspicitur:

- I. Extant acta Synodi, quam habuit in Pago Borgolio prope Alexandriam, quæ ex originali archivi Vaticani exhibet Ughellus tomo IV. in Archiepiscopis Mediolanensibus n. 102. Scripsit ad eum litteras Joannes XXII. dat. Avenione XI. Kal. Januarii Pontificatus sui Anno VI., in quibus dolet de Matthæi Vicecomitis adversus Ecclesiam conatibus.
- II. Aycardi Oratiunculam Modoëtis habitam ad confirmandos eos, qui Ecclesiasticas partes armis propugnabant adversus

H

versus

versus Vicecomites, refert Ripamontius Libro II. Hist. Mediolanensis non longè ab initio.

- III. Binæ ejus Litteræ ad Lanfrancum Mossetam Præpositum S. Ambrosii, quarum prima data est Alexandriæ in domo Fratrum Minorum Anno MCCCXXXVII. die XXVI. Martii pro Hospitali Pauperum sub titulo Sanctæ Catherinæ ad Pontem Fabrorum nuper constructum, reservato sibi, & Camera Archiepiscopali censu annuo unius libræ cæræ per ejusdem Hospitalis administratorem singulis annis in festo Sancti Ambrosii, in signum subjectionis persolvendo. Altera verò dat. ibid. Anno MCCCXXXIX. die XIX. Aprilis, pro Monialibus Sanctæ Mariæ in Valle, sive de Montano, pro commutatione quorundam prædiorum.

Se eas vidisse asserit Puricellus Dissertat. Nazar. Cap. 116. num. 13.

- IV. Epistolæ duæ Benedicti XII. datæ Avenione XV. Kal. Januarii Pontificatus sui Anno II., & X. Kal. Martii Anno III., in quarum prima agit de exactione pecuniarum pro expeditione Hierosolymitana; in alia verò de excommunicatione Matthæi Vicecomitis, cum responsionibus, quas habes apud Ughellum loc. cit. ex Regestis Vaticanis.

Extant Synodi Borgolienensis irritatoris litteræ Benedicti XII. de quibus dicendum infra in Joanne Vicecomite Archiepiscopo.

Agunt de eo Ripamontius, Corta, VVadingus, & alii, præter supra citatos.

X C V.

ANTONIUS.

Quod de Antonio Mediolanensi Ordinis Capucinarum profero, non suis, sed humanissimo Patri Bonhomio alibi à me memorato, & Bibliothecæ Carthusiensis prope Papiam custodi debeo, nam is, ut mihi faveret sollicitus in scrutandis MSS. ibi fervatis, uti pluries Lector in hoc Opere videbit, quæ sequuntur, invenit de isto, ut ipsemet testatur, verè eximio Concionatore erga finem sæculi XVI. florente; nec mihi datum fuit plura invenire ad eundem spectantia. Ejus Opera sunt:

- I. Un libro di varie Prediche fatte nel 1573. nel di cui fine ha una Predica per S. Homobono Cremonese.
- II. Quaresimale fatto in Genova l'Anno 1585.
- III. Altro Quaresimale trascritto da Alfonso Beccaria.
- IV. Due Sermonarj di varie Prediche.
- V. Altro libro di varie Prediche fatte in varie Feste. Omnes MSS. in Biblioth. Carthusiæ prope Papiam, ut supra innui.

X C V I.

APPLANUS CONSTANTIUS.

Constantius Applanus Mediolani nobili natus sanguine inter Canonicos Regulares Lateranenses cooptatus, cum Oratoris munere Congregationis suæ nomine apud Apostolicam Sedem fungeretur, in eam incidit tempora, quibus Sixtus PP. IV. Lateranensem Basilicam Sæcularibus Canonicis tradidit. Plurimum igitur laboravit apud eundem Pontificem, eique ob eruditionem notissimus simul, atque gratissimus dignus habitus est, qui primus omnium Sanctæ Mariæ de Pace Diplomate Pontificio Canonicæ hujus Urbis præficeretur Præpositus, Pontificalibus etiam insigniis decoratus. Rexit etiam Abbas Monasterium S. Petri de Pado Cremonæ. Bis quoque Visitatoris munere functus est. Obiit ætatis suæ sexagesimo sexto, non absque sanctitatis fama. Quæ vidi de ipso accipe:

- I. Soliloquia Virorum. Liber Constantii Applani Mediolanensis Canonici Regularis, in quo Collocutores sunt Constantius, & Animus, de humani arbitrii libertate, & potestate, ad Cardinalem Ascanium Sfortiam Vicecomitem. In fine sic legitur: „Opus insigne, ac prope Angelicum „ Reverendi P. D. Constantii Applani Mediolanensis, Canonici Regularis, sacræ paginæ acutissimi interpretis, „ impressum exactissima opera, studioque exquisitissimo „ Caroli de Darleriis Cremonensis Impressoris egregii in „ inelyta Urbe Cremona, Anno Domini MCDXCVI. „ IV. Non. Octobris feliciter explicit. Imperante verò „ faustissimo, ac sapientissimo Ludovico Sfortia Anglo „ Mediolani Duce, anno felicissimi Principatus ejus secundo. Extat in Biblioth. Canonice. Lateranensium Mediolani. Male Picinellus in suo Athenæo de isto Opere duo fecit, & male etiam Aubertus Myræus in Biblioth. Eccles. sæculi XVI. num. 9. illud dixit Mediolani impressum,

A Soliloquia ista composuit, dum Abbas esset S. Petri de Pado.

- II. Joanni Augustino Fratri omnium amantissimo Constantius Applanus Sal. Epistola ascetica de Mundi fallaciis, sive Tractatus pagin. 20. MS. autograph. in Biblioth. eadem inter Miscellanea Cod. sign. 132.

Loquuntur de eo præter supradictum Picinellum pag. 154. Rosinus in Lyceo Later. lib. 3. pag. 236. Pennotus in Hist. Tripart. lib. 3. cap. 55. num. 2. Antonius Possevinus in Apparatu Sacro. Carifus in Theat. Sacro. Jo. Philippus Novar. Chron. lib. 6. cap. 33.

X C V I I.

de ARACIEL JOSEPH RUIZ.

B Joseph Ruiz de Araziel Didaci junioris, & Theresæ Blancæ Vicecomitis filius, Mediolani natus est, origine verò Hispanus, & ex Urbe vulgò Calaborra, ad Iberum sita, nunc Castellæ veteris, olim Navarræ, clara ex stirpe profectus. Porro Didacus item Didaci senioris, & Laurentiæ Diaz Gonzalez filius, ut Revisionem (Hispanicè *Veedoriam*) generalem exercituum Proprietarii loco moderaretur, anno MDCXLVI. in Italiam trajecerat.

Joseph noster studiorum suorum, adolescens adhuc, emenso curriculo, Juris utriusque cognitionis laudem promeritus, laurea que donatus, in causarum Patroni munere IX. annorum spatio celebri omnium plausu, & acclamatione in foro Mediolanensi se exercuit. Postmodum Auditoris Generalis exercituum amplo officio in virtutis præmium an. MDCXCIII. ei collato, anno MDCXCIX. in ampliori Regii Advocati Fiscalis generalis gradu locatus, ibique indefesso labore defunctus per annos XII. meritisque undique onustus, ad amplissimam Regii Ducalis Senatoris dignitatem est evectus Cæsareo Diplomate III. Novembris MDCCXI. Composuit

- I. Consultationes decem pro nova Regula Mercimonii. MS. fol. cum esset Præses Congregationis super Mercimonium.
- II. Allegationum juris edita Volumina duo in fol. Mediol. ab anno MDCLXXXIV. ad MDCXCIII.
- III. Vota Fiscalia in X. Volumina magnæ molis in fol. digesta; extant apud Dominum Marchionem Didacum Auctoris filium autographa.
- IV. Allegationes Fiscales Tom. tres fol. MSS. ab anno MDCXCIX. ad MDCCXI. Extant apud eundem.

D Omnia quoque scrutatus est Cl. Beretta, ut in suis schedis.

Lectorem hic denuo Monitum volo, me certè in animum non induxisse Viro huic, aliàs doctissimo, locum in hac Collectione assignare ob Allegationes, atque Vota Fiscalia ab eo scripta, nam si & hoc facere voluissem de aliis, quotquot enumerandi essent, Viris in Causis patrocinandis, penè de innumeris sermonem facere oporteret; nam juxta morem Fori Mediolanensis, in quacumque etsi parvi momenti causa, tam civiliter, quam criminaliter agenda, plures Allegationes imprimuntur hinc inde, quas post sententiam prolatam frequenter nemo magni facit: numerus tamen, atque doctrina, quæ illucescit in tanto Viro singularis, me duxit, ac pene coëgit, ut oblivioni illius nomen, & scripta non amandarem, præsertim cum præter forenses quoque labores alias tractarit materias.

X C V I I I.

ARATOR.

E Aratorem Mediolanensem fuisse Civem, nullum meliorem proferre testem Lectoribus meis ego possum, quàm Cl. Josephum Antonium Saxium Collegio, atque Bibliothecæ Ambrosianæ Præfectum in libro de Studiis Litterariis Mediolanensium, quem iterum in fronte hujus Operis recusum volui; in ipso jam visum fuit, quibus solidioribus argumentis contra Georgii Josephi Eggs in sua Purpura doctæ, aliorumque Eruditorum sententiam Saxius noster propugnet Aratoris Patriam. Cum ille dicatur natio-

ne

ne Ligur, plures arbitrati sunt natum fuisse in ora, quæ Mari Mediterraneo proximior est; sed veriùs lucem vidit in Urbe Mediolani, eo quia ab omnibus Liguriæ Metropolis appellatur. Libenter igitur & ego Scriptoribus Mediolanensibus Aratorem addo, uti ipsorum, immo totius Ecclesiasticorum Auctorum Coetus honorem & decus. Quicquid à pluribus fide dignissimis Auctoribus, ut infra demonstrabimus, de Aratore nostro variis in libris reperi, quo ad brevius possum exhibeo. Natus igitur inter Mediolanenses Cives, & parentibus orbat, à Sancto Laurentio Archiepiscopo Mediolani susceptus fuit, uti affirmat Ennodius in nona dictione, sive Suaforia. Magistrum habuit Deutherium, qui Scholas Mediolanenses tunc erudiebat. Inde Advocati munere functus, ab Athalarico Rege inter domesticos, & privatos renunciatus Anno DXXXIV. Sed & diù antea insignis existit, quippe qui ante Annum DXXVII. pro Dalmatis ad Theodoricum Regem Legatione functus sit, ac feliciter eam confecerit, ut colligimus ex Epistola XII. Libri VIII. Cassiodorii. Relicta deinde Aula sacris Ordinibus initiatus est, ac inter Subdiaconos Ecclesiæ Romanæ Cardinales cooptatus. Miris laudibus eloquentiam, & facundiam ejus deprædicat Athalaricus in rescripto, quo Comitivæ dignitatem ei largitur: „ Genitoris tui, inquit, facundia, & moribus adjuvaris, cujus te eloquium instituere potuit, etiam si libris veterum non vacasses. Erat enim, ut scimus, egregiè litteris eruditus O beatum Magistrum foelicissimumque discipulum, qui affectuosè didicit, quod aliis doctorum terror extorsit! Romanum, denique eloquium non suis regionibus invenisti; & ibi te Tulliana lectio disertum reddidit, ubi quondam Gallica lingua resonavit. Ubi sunt, qui litteras Latinas Romæ, non etiam alibi asserunt esse discendas? Soluta est quippe vis illa sententiæ: „ mittit & Liguria Tullios suos. Pangendi sacri Carminis, hoc est Musas ad Divina convertendi, in causa fuit Parthenius fororis Ennodii filius, Vir Illustris. Idcirco cum Apostolorum Actuum Arator versibus hexametris reddidisset, opusque suum primum Floriano Abbati, ut ex ipsius Elegiis patet, postea Vigilio Papæ obtulisset (quod juxta Auberti sententiam fuit die XVI. Aprilis, sed Trithemii, & Labbei XVI. Decembris Anni DXLIII.), id ipse in Galliam misit ad Parthenium, qua de re in præstanti Codice Aratoris, qui servatur in Bibliotheca Rhemensi, extat Epistola ejusdem ad Parthenium Elegiacis versibus contexta. Oblatum igitur fuit Auctoris nostri Opus suprascripto Papæ Vigilio ante Confessionem Sancti Petri, multis Episcopis, & Viris doctis præsentibus, ipsumque jubente Pontifice magna ex parte coram omnibus recitavit. Hora labente Pontifex Venerabili Surgentio, Scholæ Notariorum Primicerio, in Scrinio locandum tradidit, ut ejus lectio vacante tempore perficeretur. Interim Viri docti obnixè Summum rogabant Antistitem, quatenus librum ex integro coram eis legi præciperet; quod cum fieri jussisset in Ecclesia Sancti Petri ad Vincula, Religiosorum, & nobilium Laicorum magna turba convênit, atque ipso Aratore recitante, distinctis verbis, ambo libri quatuor vicibus sunt auditi, nam uno die pars libri tantummodo legebatur, propter assiduas repetitiones, quas auditores cum multiplici favore postulabant.

In Codice antiquissimo Aratoris, qui extat Cantabrigiæ in Collegio Sanctissimæ Trinitatis, adnotatum est, recitationem factam fuisse his diebus: prima, Idibus Aprilis; secunda, XV. Kal. Majas; tertia, VIII. Id. Majas; quarta verò, die III. Kal. Juniarum; tertium Proconsule Basilio V. C. Indictione septima. Hic exclamat Joannes Trithemius in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis apud Fabricium: „ ubi nunc „ his temporibus tale studium litterarum? ubi amor „ scientiæ salutaris? &c. Fato cessit Arator Anno DLVI. Sexto decimo, seu ultimo Pontificatus Vigili: Justiniano Augusto Cæsare imperante. Ita in Monumentis Vaticanis. Extant de ipso:

A I. **Expositio Metrica Actuum Apostolorum libri II.** Quot Codices insigniores hujus Operis ego observaverim in variis Europæ Bibliothecarum Catalogis reperiri, non expectent à me Lectores, nam ipsis tædio nimio essem: pretiosiores tantum juvat indicare, qui sunt. Duo in Bibliotheca Vaticana signati 169. & 1665. Unus in Colbertina num. 4306. cum glossis. Duo in Laurentiana Medicea in Pluteis XXIII. & XXXIII. Alter in Bibliotheca Cathedralis Patavinæ, teste Thomafino. Vetustissimus reperitur, ut diximus, in Bibliotheca Collegii Sanctissimæ Trinitatis Cantabrigiæ, atque alter non minus æstimandus in Bibliotheca Rhemensi, cui præfixa est hæc Inscriptio:

Beato Domino Petro adjuvante, oblatas hic Codex ab Aratore Illustri ex Comite Domesticorum, ex Comite Privatorem, Viro Religioso S. R. E. Sedis Apostolica, Sancto, atque Apostolico Viro Papa Vigilio: Susceptus ab eo die VIII. Id. April.

B Alios habent Codices Bibliotheca Regis Angliæ, Paulina Lipsiensis, aliæque brevitatis gratiâ à nobis ommissæ. Prima editio à Beughem in Incunabul. Typog. pag. 17. & ex Fabricio, Mediolanum ornat Anno MCDLXIX. ut vidimus ex Cl. Saxio; atque millies hoc Opus suis seorsim recufum, & præsertim inter alia SS. PP. Opera. Novam promisit ipse Fabricius emendatorem in sua Bibliotheca Latina Medii Ævi Tom. I. pag. 346. ex memorato Codice Cantabrigiensi. Animus ei erat Aratori præmittere Acta Apostolorum Græcè, & Latine expressa è Codice Laudiano ad editionem Thomæ Hearne Oxonii MDCCXV. in 8.

II. Epistola ad Florianum Abbatem, ut vidimus.

III. Alia ad Vigiliam Papam.

IV. Alia Epistolæ memorantur à Thomafino in Biblioth. Patav. pag. 25.

V. Alia de Oblatione, & recitatione, Versuum narrationem continens. Memoratur in Biblioth. MSS. Labbei T. I. pag. 668.

C VI. Alia ad Parthenium, de qua jam dictum, & memoratur in Biblioth. Sixti Senensis, atque impressa Colonia Agrippina 1618. in 8.

Quædam alia Aratorem scripsisse ait Trithemius, quæ tamen se non vidisse fatetur.

Mirum est, post tot Editiones Historiæ Evangelicæ Aratoris, Adrianum Baillettum in Opere aliunde laudando, cui tit. Jugemens des Sçavans. Tom. III. pag. 302. art. 122. scripsisse ipsam adhuc latitare.

De Aratore, ejusque præclaro Volumine hos habet versus Venantius Fortunatus:

*Sortis Apostolicæ, quæ gesta vocantur, & actus,
Facundo eloquio Vates sulcavit Arator.*

D Ad ipsum referunt quidam Ennodium Episcopum, ejus contemporaneum recurrente ejus Natali die, hoc Distichon dedisse:

*Jure colis proprium Natalem pulcher Arator,
Quem si non coleres, numquid Arator eris?*

Clariss. Sirmundus nobis dedit III. Epistolas ab Ennodio Aratori nostro scriptas.

Aratoris Elogium ab Ufuardo in suo Martyrologio conscriptum pr. Kal. Julii nequitiam expungendum contendit Bovilartus Benedictinus Presbyter contra Sollerium Jesuitam in sua Ufuardi editione Parisiensis Anno MDCCXVIII.

Eum, præter citatos, commendant in primis Cl. Sirmundus, Du-Pinius sæcul. VI. Bellarminus, Giaccionius, Ughellus, Baronius, Ludovicus à Sancto Paulo, Eggs Purpura docta, Barthius in Adversariis, Puricellus, aliique.

X C I X.

ARCAGNANUS PETRUS.

Petrus Arcagnanus ex illustri Mediolanensi familia, æque nobilibus virtutum incrementis ede venit, ut inter Minores Sancti Francisci Religiosos scientiis omnibus ornatissimus efficeretur. Sancti Officiū Tribunal in Inquisitorem electus cum ipse regeret, probitate morum, ac doctrinæ splendore omnes ad admirationem trahebat. Verum à supremo Numine potius, quam ab hominibus visus est ad illud munus evectus, cum tunc quam maximæ hærefes grassarentur. Qua de re ad eas eliminandas, profigandasque vigiliis, orationibus, ac voluminibus pro tuenda Fide elaboratis se paravit. Factum est autem, ut odio, ac rabie concitati nefarii Hæreti-

reticorum Fautores, quippe qui plurimum illum posse, ac præstare intelligebant, evaginati gladiis strenuum Christianæ Militiæ propugnatorem aggredi intentarent, jamque sacrilegas ad necem usque violenter manus inficiebant; at quamquam plurimum vapulaverit, & acerbo vulnere multatus sit, adhuc extremum vitæ periculum non obivit; ii siquidem alios metuentes, à nece inferenda, quam ipse libenter pro Christi Fide amplectebatur, abstinerunt. Acceptum vero immane vulnus sæpe numero ipsum doloribus affligebat; at is immotus stetit, donec laboribus fractus Cælum conscendit, in componendis libris, quibus fidei dogmata tuebatur, in sustinendis Ecclesiæ Legibus nunquam fatigatus, & semper constans.

I. Tractatus Varios composuisse asserit Picinellus pag. 457. teste Paulo Moriggia in libro tertio Nobilitatis Mediolanensis cap. 30. sed nec à suis, nec alibi ego clariorem notitiam accepi.

C.

ARCHINTUS ALEXANDER.

Nunc ad viros doctos præstantissimæ, atque Nobilissimæ familiæ Archinteæ transeamus, ad quam me trahit meum erga ipsam singulare obsequium, nec non tantorum beneficiorum memoria nunquam peritura. Ab Alexandro igitur incipimus J. C. Coll. atque Patricio Mediolanensi, Christophori Urbis Decurionis, & Magdalene Turrianæ filio. Pluribus in Patria honoribus merito fuit decoratus, nam & Cæsareus Locum Tenens penes Urbis Præfectum exiit anno MDXXIX. & Auditor Magistratus Annonæ anno MDXXXV., demum Patriæ suæ Præfecturam gessit anno MDXLVII. Tanti illum habuit Carolus V. Imperator, ut Feudo Blandrateni ipsum donatum voluerit, Diplomate dato die II. Martii anno MDXXXVI. quod legitur in libro, cui titulus: *Epilogati racconti dell' Antichità e Nobiltà della famiglia Archinta*. In eo Diplomate, præter cætera legitur: „ Et Primogenitos suo ordine „ vocandos titulo, ac honore Comitum, ac Baronum Sacri Romani Imperii, & præfati Domini „ Mediolanensis, ut de cætero dictis nomine ac dignitate fruantur, &c. Postea Magistratus Redditiuum Ordinariorum Mediolanensis domini Quæstor efficitur anno MDLXIII. Quæ plura mihi essent addenda de tanti Viri dotibus Lector excipiet infra in Epistola nuncupatoria ad Sanctissimum Cardinalem Carolum Borromæum per Canonicum Ghiringhellum scripta, & quæ in fronte Operis Auctoris nostri reperitur: satis mihi dixisse videbor, ipsum gloria forsan nulli minorem obiisse, quod moleste accidit anno MDLXVII. Sobole præstantissima, Romulo nempè Novariensi, Christophoro Salutiarum, atque Philippo Comensi Præfulibus post se relictâ. De ipsius operibus superest:

- I. Alexandri Archinti Jurisconsulti de Prædestinatione.
- II. De Beatæ Mariæ Magdalene Pudicitia, ac Virginitate. Extant MSS. in Biblioth. Metropolitana Cod. sign. G. num. 61 in fol. cum Epistola nuncupatoria M. Ant. Ghiringhelli Canonici S. Georgii in Palat. ad Card. Borromæum Non. Novembris MDLXV., in qua hæc de Alexandro: „ Nobilis J. C. Vir integerrimus, „ cuius singularem virtutem, eximiaque animi dotes „ ut omnibus innotescant (Ghiringhellus) cupiebat. „ Duodeviginti liberorum Pater, & Rerum divinarum „ apprime eruditus ea erat humilitate, ut opera ipsa „ vulgare nollet, additque Ghiringellus eum, si hoc opus edendum suspicatus esset, numquam permissurum. Orat S. Carolum, ut apud Auctorem pro se intercedat, ubi moleste ferat hæc publicari. Extant etiam in Archintea cum Præfatione Theodori Trivultii Canon. Ord. ad Eminentiss. Archintum. Dat. Mediolani Id. Augusti MDCCIII. Reperitur quoque in Biblioth. Ambrosiana Cod. sign. D. n. 136. in fol.
- III. Dialogus, in quo Philippo Patruo, ac Pompilio Nepote differentibus, quis sit Villicus iniquitatis, ex sextodecimo capite Lucæ, quam diligentissimè explicatur.

IV. Dialogus alter, in quo eisdem in eos, qui pro Salvatore Servatorem scribunt, colloquentes facit. Omnes in supracitato Codice Ambrosiano diligentissimè scripto, in cuius fine sic legitur:

M D C L X X I V.

„ Decimo quinto Kal Maji. Librum hunc à Gentili suo „ Viro doctissimo scriptum, Comes Horatius Archintus munificentissimus, & rei litterariæ amantissimus „ Bibliothecæ Ambrosianæ donavit, Petro Paulo Bosca „ Præfecto. De ipso Sitonius pag. 100. Art. 417. Picinell. pag. 9. aliique.

C I.

ARCHINTUS CAROLUS.

Carolus Archintus Christophori J. C. Colleg. & Annæ Panigarolæ genitus, Tainati Comes, Herbæ, & Terrarum adjacentium in Plebe Incini Toparcha, ex LX. Patriæ Decurionibus, eidemque Præfectus Anno MDCXXXIX. Fuit etiam à consultationibus S. Officii, atque Judex in Prætorio Mediolan. ad signum cum Galli, tum Equi: Hinc Vicarius Capitanei Justitiæ, mox rerum capitalium Præfectus in Mediolanen. Dominio, & Regii Exercitus Provisor Generalis: Quæstor subinde Magistratus Extraordin. Redditiuum; dein Regius, Ducalique Senator Mediolanen. Provinciæ. Duabus Legationibus egregiè peractis clariss. exiit hic Carolus: primam egit Anno MDCXXXIX. dum Urbis Præfecturam gerebat, ut supra, ad Romanum Pontificem Urbanum VIII. pro juribus Regii tuendis; alteram in Comitibus Ratisponensibus pro Rege Catholico ad negotia Mediolanensis Ducatus tractanda, quod accidit Anno MDCLX. Excessit è vivis Anno MDCLXV. sed prius sibi sepulcrum paravit, uti è sequenti Inscriptione, quæ in Templo Divi Michaëlis Oppidi Canturii legitur:

FAMILIAE ARCHINTEAE

REGIO LONGOBARDORVM ORTV

MANFREDI MAGNIFICA PIETATE INSIGNI

S. R. E. PRAESVLVM VIGILANTIA

MILITARI DVCVM FORTITVDINE

FIRMATAE:

CAESAREIS REGIIS

DVCALIBVS PRIVILEGIIS

PATRITIS DIGNITATIBVS

PLVRIBVSQVE LEGATIONIBVS ILLVSTRI,

COMES OCTAVIVS ARCHINTVS

MEDIOLANENSIS PATRICIVS DECVRIO

COMES CAROLVS ARCHINTVS I. C. COLLEG.

DECVRIO, ET VRBIS PRAEFECTVS

AETERNAE FELICITATI INAVGVRATI

IN HAC DIVI MICHAELIS AEDE

ALEXANDRI ET HORATII ARCHINTI

REGIORVM QVAESTORVM LIBERALITATE

RESTAVRATA

GENTILI IVREPATRONATV AVCTA

SVB HOC CANTVRIENSI COELO

ARCHINTEAE GENTI PROPITIO

MONVMENTVM VV. PP.

AN. MDCXXXIX.

Extant de eo:

- I. Oratio ab ipso habita ad Dietam Ratisponens. quam memorat Gudius inter suas Epistolas pag 163.

II.

- II. Epistolæ VI. ad Hilarionem Rancatum cum ejus responsis, Annis MDLXI., LXII., & LXIII. extant in Tom. XXIII. MSS. Rancati, de quo suo loco. Rancati quoque Instructio ad eundem in Germaniam proficiscentem pro Rege Catholico, jubente Summo Pontifice conscripta, ext. in Tom. II. MSS. Rancati.
- III. Consultationes plures editæ, quas refert P. D. Gaspar Berretta se vidisse in Collectione Parodiæ Papiæ, & in aliis penes J. C. C. Mediol.
- Agunt de ipso Cavatius in Alleviament. Status Mediolani in principio; Sitonius pag. 208. Art. 898. &c.

C II.

ARCHINTUS CAROLUS alter.

Quid ego de præclarissimo Viro, meoque eximio Patrono Comite Carolo Archinto dicturus sim curiosè à Lectoribus expectari optimè scio, nam nec ipsis, neque mihi videtur tam breviter, tam modè de ipso loqui posse, quin integram Panegyricum eidem contexere cogar; sed ex meo instituto hic non est locus, immo verius vires ingenioli mei satis non sunt ad omnes tanti Viri dotes, ad ipsius animi magnitudinem, necnon ad tot, & tam singularia beneficia mihi collata dignè, ut par esset, enarranda. En ergo quid de ipso in hoc opere scribendum duxi.

Ex celeberrimo Senatore Comite Philippo Archinto, de quo mihi sermo erit, atque ex Comitissa Camilla Stampa ortus est Carolus noster die XXX. Julii, anni MDCLXIX. primisque doctrinis imbutus fuit in Universitate Braydenfi sub clarissimis Viris in nostra Collectione summa cum laude memorandis, scilicet Carolo Ambrosio Cattaneo, necnon Thoma Ceva, ambobus è Societate Jesu, hujusque Urbis perpetuis ornamentis. Tum reliquis Philosphiæ studiis, atque Mathesi in altera Universitate Patrum ejusdem Societatis, scilicet Ingolstadiensi, fuit eruditus; ideo mirum non est, si & dum vixit æquus rerum æstimator Comes Carolus, & dum ultimum diem clausit, erga tam insignem Societatem amoris, atque venerationis testimonia tam præclara dederit. Quantum postea ad hominem rectè efformandum juvat Orbem peragrarè optimè cognovit nobilissimus Vir; ideo Galliam, Germaniam, Belgium, atque totam Italiam non cursim, sed tanto temporis spatio, quantum sufficit ad agnoscendos mores, leges, litterarum studia, atque publica negotia cujuscunque Provinciæ, & Principum Aulas, diligenter perlustravit. Romæ verò diuturnam moram traxit varietate forsitan doctissimorum Virorum, Civium, & Exterorum, ex tot regionibus eò affluentium ductus; hos omnes enixè semper coluit, frequentibus colloquiis cunctorum in se eruditionem derivabat. Eos inter in primis memorandus Sanctissimus Pontifex BENEDICTUS XIV. in Petri Cathedra nunc feliciter sedens, tunc Prosper Lambertinus. Inde verò Procerum, & omnium Romanæ Aulæ Prælatorum præstantium Virorum amorem secum trahens, Patriæ se restituit anno MDCC., ubi in primis ei cordi fuit studia prosequi, & litteras ita colere, ut tota Civitas, & maximè Nobilium ordo in ipsis proficere posset. Legatur, quæso, quid de ipsius Academiæ institutione scribit Cl. Saxius in Libro de Studiis Litterariis Mediolanensium, quidque Auctores Diarii Italici Venetis Typis dati. Plura iis addere non est opus, quorum memoria adhuc viget. Pro me loquetur insignis Bibliotheca prope Regia, quam me adjuvante in suis Ædibus extruxit, eandemque in dies auget Comes Philippus virtutum Patris hæres, & utinam ipsius Catalogus, in quo construendo tantum temporis, improbique laboris infumsi, aliquando lucem, pro bono Reipublicæ litterariæ, videat. Loquentur omnes, qui de universis ferè doctrinis tam facili, quam dulci methodo Comitem Archintum nostrum differere audiverunt, nam si de rebus sacris sermo est, totam Ecclesiasticam historiam, Concilia, & Dogmata præmanibus habebat, notitiamque rerum hoc seculo con-

Tom. I.

troversarum avidè perquirebat, excipiebatque, ut facillè agnosci potest ex integris Collectionibus Opusculorum, quotquot in lucem prodibant de V. Propositionibus Jansenii, de Sinarum ritibus, de Bulla Unigenitus, & similibus. Si de Philosophicis, Physicis, Mathematicis, Medicis, atque Anatomicis rebus, & ad Historiam naturalem pertinentibus agamus, nemo est, qui ipsum peritissimum fuisse etiam ex suis Manuscriptis non agnoscat, ita ut in variis morborum generibus tam justa prognostica dederit, ut Professoribus ipsis admirationi non semel esset. Chymicam quoque Artem infalutaram non dimisit, ac pròinde in Patriæ Nosocomio pro rebus ad ipsam spectantibus perpetuam delegationem obtinuit; immo secreta istius, nullis parcendo impensis, tentavit. Quid mirum, si Vir tot scientiis insignitus, totque aliis singularibus animi, & corporis dotibus exornatus, ab omnibus tam suis, quàm exteris adamanter frequentaretur, & ita sollicitè quæreretur, ut penes eum nunquam interruptus extiterit concursus Virorum, Eruditorum, Affinium, Amicorumque?

Patria hæc sua tanti ipsum semper fecit, ut in ferè omnibus civicis Magistratibus eum delegerit, in quibus prudenter, probèque se gessit. Principum oculis multiplex ejus virtus ita effulsit, ut Leopoldi Imperatoris invictissimi à Cubiculis extiterit, necnon à Regibus Hispaniarum Carolo II., & Philippo V. Aurei Velleris. Eques creatus, atque in Hispanorum Magnatum honores adscitus fuerit: Governatores etiam hujus Mediolanensis Domini operâ ipsius in pluribus arduis negotiis usi fuerunt. Silendum interea non est, quod huic Mæcenati gloriæ semper erit, scilicet ejus sollicitudini, ac præcipuis beneficiis mihi collatis, Orbem Litterarium debere editionem in hac Urbe factam magni Operis, cui titulus: RERUM ITALICARUM SCRIPTORES, nam me humanissimè in propriis ædibus accepto, & ipsius suasionibus Nobilium aliquot Virorum Palatina Societate confecta, ingens labor, sub auspiciis olim clementissimi, ac generosissimi Cæsaris CAROLI VI. inchoatus, jam ad umbilicum perducitur. Plura hîc addere de Comite Carolo Archinto mihi datum non est, nisi quod omnes boni adhuc vident, quantum Patria, Litteræ, Amici, Clientesque, inter quos ego primus, in ipso amiserunt, dum mors inopportuna nobis ipsum eripuit die XVII. Decembris, anno MDCCXXXII. En quod de ipsius Scriptis nobis superest: Plura verò ille meditatus est, ut ex variis opusculis nondum completis dignoscitur, sed ad sui ingenii demonstrandam vim satis erit videre quid præmanibus haberet. A rebus Philosophicis, & Mathematicis incipiamus, nam his Comes Carolus fuit semper summopere addictus, uti facillè agnoscitur ex Instrumentis Mathematicis præcipuorum Italiæ, Galliæ, & Britanniæ Opificum, in eximia sua Bibliotheca miro ordine dispositis:

- I. Ragionamenti IV. della Storia Filosofica. Sunt verè summa eruditione referti, & ab ipso in supradicta Academia Nobilium Virorum magno cum plausu dicti. MSS. in fol. autographi apud Suos.
- II. Sylva pro Dissertationibus Philosophicis. MS. in 4. autographus. Ibid.
- III. De Rerum existentia contra Scepticos Disputatio. MS. in fol. autographus. Ibid.
- IV. Manuductio ad Cartesianam Philosophiam, sive Animadversiones in Renati Des-Cartes Methodum rectè gerendæ rationis. MS. in 4. autographus incomplet. usque ad num. XXII. tantum. Ibid.
- V. Disquisitiones Physiologicæ de natura aëris, & aquæ, sive de elatere, & gravitate aëris, & aquæ, Tractatus Physico-Mathematicus. MS. in 4. Ibid.
- VI. Demonstrationes Mathematicæ in ordine ad Spheram. MS. in 4. Ibid.
- VII. Tractatus de Horologiis. Extat in supradicto Volumine, in 4.
- VIII. In Mechanicos Tractatus de Machinis, atque earum in attollendis ponderibus facultate. MS. in 4. lb.
- IX. Tractatus ad Geometriam practicam Isagogicus. Extat in eodem Volumine. MS.

I

X. Ad

- X. Ad Geographiam introductio . MS. in eodem , cum figuris delineatis in uno quoque Tractatu .
- XI. Chiave Geometrica, Astronomica, e Geografica, per la quale s'apre un facile adito alle principali scienze Matematiche, con inserta la spiegazione degli Elementi d'Euclide, divisa in cinque Libri. MS. in 4. iustæ molis, unâ cum variis figuris. Ib.
- XII. Elementa Geometrica è Gallico in Latinum Sermone translata . MS. in 4. imperfect. Ibid.
- XIII. Annotationes Horographice tam univversales, quam particulares. MS. in 4. iustæ molis, cum figuris. Ibid.
- XIV. Annotationes Geometricæ tam Theoricæ, quam Practicæ, quibus aliæ circa Arithmeticam superadduntur . MS. in 4. Ibid.
- XV. Instructio Summaria pro Trigonometria, sive pro doctrina sinuum tangentium, & secantium. MS. in 4. iustæ molis, cum figuris. Ibid.
- XVI. Artis Aquariæ pars prima, complectens Hydrotechniam, & Hydrostaticam. MS. in 4. non complet. cum figuris. Ibid.
- XVII. Tractatus de Sphæra, libri II. MSS. in 4. cum figuris. Ibid.
- XVIII. De Architectonica Tractatus. Agit potissimum de Architectura Militari. MS. in 4. iustæ molis, cum figuris. Ibid.
- XIX. Praxis pro construendis Horologiis Solaribus . MS. in 4. cum figuris. Ibid.
- XX. Annotationes Cosmographicæ in veterem, & novam Astronomiam P. Joannis Baptistæ Riccioli Soc. Jesu, sive in ejusdem novum Almagestum. Analysis. MS. in fol. autogr. adhuc incomplet.
- XXI. Memorie d'Architettura sopra li dieci libri di Vitruvio, cavate da' Commentarj di Monsieur Perrault. Liber primus tantum. MS. in fol. autogr.
- XXII. Pensieri Metafisici esposti in varj Dialoghi tra Demetrio e Filalete. MS. in fol. incomplet. Ibid.
- XXIII. La Chimia fondata su la ragione, scritta in Latino da Michele Etmulero, ed ora portata in Italiano. MS. in 4. autogr. sed ultro non progreditur post caput VII. Ibid.
- XXIV. Compendium Anatomicum, sive brevis Historia corporis humani. MS. in 4. Ibid.
- XXV. De Usu & Constructione Quadrantis. MS. in 4.

In aliis Scientiis, quæ scripsit, sunt:

- XXVI. Notæ in III. IV. & V. Librum Historiarum Arnulphi Mediolanensis. Extant in Tomo quarto Rerum Ital. Script. ab eodem Comite Carolo elaboratæ, atque ipso dictante à me scriptæ, occasione, qua Comes Albericus ejus filius, nunc Archiepiscopus Nicænus, & ad Magnum Hetruriæ Ducem Apostolicus Nuncius, Romam proficiscens perficere non potuit, nisi illas, quas ad libros I. & II. jam composuerat.
- XXVII. Progetto della nuova Conferenza da farsi sopra le Scienze, ed Arti. MS. in fol. Ibid.
- XXVIII. Regole stabilite per la suddetta Conferenza. MS. in fol. Ibid.
- XXIX. Ragionamento primo, e secondo sopra la Sacra Scrittura, ovvero Dissertazioni preliminari all'esposizione di quella. MSS. in fol. Vol. II. cum notis, & additionibus marginal. Auctoris manu. Ib.
- XXX. Tabulæ præcipua Scientiarum, & Artium Capita digesta per ordinem representantes, cum Præfatione ad Lectorem autographa, in qua ait primo hujus sæculi anno, cum Româ in patriam rediisset, cogitasse ad imitationem florentissimum in Urbe Academicarum, eruditorum Virorum Cœtum apud se colligere, qui statim diebus de variis Litterariis rebus disceptarent. Cùmquæ deinde schedulas suas evolveret, incidisse in Tabulam Mathesis universæ, quam multos ante annos in Universitate Ingolstadiensi Theſibus Mathematicis propugnandis præfixerat, dum ibi liberalibus disciplinis vacaret. Hoc aspectu incitatum se reliquas Scientias in Tabulas redegeſſe, non sine magno labore. Eas diu Typis tradere distulisse, sed nunc instituta in hac Urbe Palatina Societate sub auspiciis Invictissimi Cæsaris, has velut Prodromum secundæ editionis Scriptorum primæ Notæ, in lucem proferre meditabatur. Tabulæ præfixæ sine numero sunt hoc titulo: Cosmographiæ, sive humanæ sapientiæ præcipuæ partium Iconismus. Tabula univversalis Scientiarum Profanarum. Tabula Cosmographiæ, sive humanæ Sapientiæ, ejusque præcipuarum partium œconomica derivationis Iconismus. Tabula I. seu Supplementum scientiæ corporum. continet Physicam. Tabula II. præcipuas Matheseos universæ partes in certum ordinem redactas exhibet. Tabula III. agit de divisionibus Historiæ Profanæ. Tabula IV. agit de Medicina.

Tabula V. est Supplementum secundæ pro Mathematica.

Tabula VI. est Supplementum secundæ pro Mundo Cœlesti, seu de Astronomia.

Tabula VII. continet Ethicam, sive Moralem.

Tabula VIII. Jus Civile Romanorum.

Tabula IX. Theosophiæ, sive Sacrarum Scientiarum Programma, de Theologia ejusque divisionibus.

In his omnibus tanti Viri elucet ingenium; mirum enim dictu est, quàm rectè, eruditèque, & ex ordine Scientiarum omnium divisiones præcipuas promit, adeo ut uno velut intuitu sub oculis legentium quidquid diuturni studii labore in Scholis discitur, hisce tabulis conspiciatur expositum.

Hic addere juvat, quod ab Amico, me præſente, Tabulæ istæ pluribus precibus fuerunt emanibus Comitis Caroli ob ipsas summâ cum voluptate invisendas ereptæ, atque Paravium secum delatæ, pluribusque mensibus, nec sine impatientiæ Auctoris ibi detentæ; tandem ipsis recuperatis, post mortem Comitis Caroli, extra expectationem, Typis magna ex parte apparuerunt Venetiis, nulla de tanto Auctore mentione habita, & adhuc desideratur, quod superest.

XXXI. Carmina plura Latina, quæ partim leguntur in variis Edibus suburbanis Archintorum, & partim apud me ex tempore ab ipso Comite composita.

XXXII. Repertorium Miscellaneum, sive Annotationes Historicæ, Chronologicæ, Geographicæ, Theologicæ, Dogmaticæ, Criticæ, Opus incompletum. MS. in 4. Ibid.

Ei dicavit P. Magister Julius Franciscus Salmoirago Ordinis Min. Kalendarium sui Ordinis pro anno MDCCXXXII. impress. Brixia, apud Rizzardum, in 8. eruditissimis Ecclesiasticis notis additis. In nuncupatoria sic de eo ait: „ Gravitatem studiorum tuorum, morumque probitatem tot inter sæculares curas, & mundi illecebras sæpè sæpius expertus sum, atque admiratus &c.

Item Liber, cui titulus: „ In Medicinæ fundamenta ab exemplari Londinensi Taurini corruptè recusa Castigationes accessit-criticæ à Jacobo Antonio de Lupis Comiti Carolo Archinto dicatæ. Venetiis, 1722. in 8. necnon Jo. Baptistæ Albritius primum Volumen: *Nouvelle Letterarie*: Anni MDCCXXXIX. eidem Comiti Carolo nuncupavit. Sed nimis longi essemus, si omnes Epistolæ nuncupatorias, & meas, & aliorum pluribus occasionibus ei factas hic referre statuissemus; satis erit ipsum laudatum observare à Ludovico Antonio Muratorio in sua Præfatione generali præfixa magno Operi: *Rer. Ital. Script.* à Josepho Antonio Saxio, ut monuimus, à Bartholomæo Curtio in *Scriptoribus Medicis*, pag. 195. & à pluribus aliis laudatis Viris.

C III.

ARCHINTUS CAROLUS ANTONIUS.

Patrem habuit Carolus Antonius Archintus Comitem Octavium, atque inter fratres Comitem, Horatium, de quibus summa eum laude quamprimum nobis erit agendum. In prænobili Congregatione Canonicorum Regularium Lateranensium adscriptus fuit Archintus iste, in qua eum ad studia, & maximè ad artem oratoriam se contulisse testatur opera, quæ de ipso invenire nobis fuit concessum, ut infra. Doctrinâ non minus, quàm morum probitate, necnon summâ prudentiâ ita optimè excelluit, ut suorum æstimationem, & Abbatis dignitatem merito obtinuerit. Hæc sui ingenii monumenta partim adolescens, partim verò in senectute Typis dedit;

Quæ sunt:

- I. Encomiastica Oratio in laudem Alexandri Troili Abbatis Generalis Lateranensis. *Ravenna, apud Petrum Paulum de Paulis, 1647. in 8.*
- II. Oratio Panegyrica Theodoro Fantono Visitationi Generali Lateranensium. 8. Exrat in Bibliotheca Scriptorum S. Mariæ Passionis. Vivebat Fantonus Anno MDCLXIX.
- III. La Scrittura Politica, Discorso fatto nella Sala dell'Excellentissimo Senato di Lucca il quarto Sabbato di Quaresima nel MDCLXXXII. dal P. Abate D. Carlo Antonio Archinto Canonico Regolare Lateranense. *Lucca, per Giacinto Paci, 1682.* De eo Picinellus, qui Orationem tantum in laudem Fantoni enunciat in suo, *Athenseo*, pag. 106.

C IV.

CIV.

ARCHINTUS HIERONYMUS.

Hieronymo Archinto Comes Philippus Mediolanensis Senator, & Josephi Cardinalis Archiepiscopi Germanus, Pater fuit, Mater verò Camilla Stampa. Patruum exempla secutus, tam sedulam litteris navavit operam, ut, cum non contemnendis progressibus fecisset, in Juris Consultorum Collegium fuerit cooptatus Anno MDCXCVI. Clericali militiæ initiatus, Abbas Commendatarius S. Mariæ de Vico Novocomensis Diocesis, tum Præpositus item Commendatarius S. Mariæ Braydensis, à Clemente XI. inter Prælatos Domesticos recensitus, U. S. Referendarius, & Ravennæ Prolegatus creatur. Tum Tharsensi Archiepiscopatu ornatus ad magnum Hetruriæ Ducem Nuncius mittitur; Hinc ad Tractum Rheni, aliasque inferioris Germaniæ partes cum Potestate Legati à Latere; postremò ad Regem Poloniæ ablegatur. Quo munere vix suscepto, quinquagesimo circiter ætatis anno, Varfaviæ quievit Anno MDCCXXI. Kal. Octobris, de ipso tantum inveni, ut infra:

- I. Esposizione del Concilio di Trento. MS. in fol. apud Comitum Stampam Soncini Marchionem.
 - II. Epistolarum de gravissimis Ecclesiæ rebus agentium Volumina IV. Extant autographæ apud Comitum Philippum Archintum Auctoris Nepotem.
- Ei dicavit Franciscus Metternich Colonienfis Historiam Concilii Trident. ad Eminentiss. Sfortia Pallavicino Italicè conscriptam, à se in Latinum conversam; ibique recusam; Anno MDCCXVII.

CV.

ARCHINTUS HORATIUS.

Parentes habuit Horatius noster Comitem Octavium, de quo infra, & Georginam Paronam ex familia Comitum Sancti Martini de Alladio in regionibus Pedemontanis, & Sabaudicis præclarissima, atque in patria inter LX. Decuriones adscriptus, non solum supremus viarum Ædilis extitit cum laude, sed pluribus aliis ornamentis præcipuè militaribus decoratus fuit; nam præter Tribunitiam Potestatem unius cohortis, Commissarius Generalis Militum Cathaphractorum in tota Insubria efficitur, ut ex nonnullis documentis ex integro relatis in libro, cui titulus: „Epilogati Racconti dell' Antichità, e Nobiltà della Famiglia Archinta. Uxorem duxit Catherinam Fossanam, ex qua genuit Hieronymum Metropolitanæ Mediolanensis Basilicæ Primicerium, quem postea Anno MDCCIII. Clemens XI. Pont. Max. Episcopum Civitatis Viglevani creavit. Nos inter Scriptores Mediolanenses libenter ipsum collocamus, etsi unicam ejusdem Orationem latinam habeamus, quæ tam bene fuit ab omnibus accepta, ut bis typis recudi meruerit, hoc titulo:

- I. Comitis Horatii Archinti de Tribus Magis Oratio habita ad Federicum Cardinalem Borromæum. *Mediolani sine anno, & Tyrographo &c. Editio altera, apud Biddellum 1628.*
Ad eundem extant Carmina Francisci Civelli.
Agit de ipso Sitonius pag. 236. Artic. 1116.

CVI.

ARCHINTUS JOANNES BAPTISTA.

Etiam me filente loquerentur de Joanne Baptista Archinto Christophori Patriæ Decurionis, & Magdalenzæ à Turre filio, inter alios duo celebratissimi Viri, Remigius nempe Florentinus, atque Paulus Jovius, ut videbimus. Illius pater optimus narratur prædixisse filiis, dum morti proximus erat, quid eis futurum esset, plura documenta memoratu digna, ipsis relinquendo, quæ referuntur in sæpe relato libro:

A „Racconti della Nobiltà, ed Antichità della Famiglia Archinta; dolendum interea est, quod de nostro Joanne Baptista nullum aliud ingenii monumentum nobis ætas reliquerit, præter illud, revera celebratissimum, quod dedit occasione suæ legationis ad Carolum Quintum Cæsarem pro Patria sublevanda à teterimis damnis, quibus belli causâ affligebatur. Tam rectè, tam doctè, tam efficaciter Archintus oravit, ut Imperator nihil præ oculis habere voluerit, nisi in tanto Cive, etsi forsân nimis liberè loquente, justum dolorem; ideoque clementer ejusdem petitionibus annuit, ut videre est in supradictis Auctoribus: Elucubravimus itaque:

I. Orazione di Gio. Battista Archinto a Carlo V. Imperadore.

B Integram refert Remigius Florentinus in suo Libro, cui titulus: „Orazioni di varj Eccellenti Uomini. Videndus etiam Paulus Jovius in sua Historia. Lib. XXXVII.

CVII.

ARCHINTUS JOSEPH.

Celebris J. C. Collegiatus Josephus Archintus Bartholomæi, & Margaritæ Terzagæ filius, Anno MDXCIV. Urbis Præfecturam obtinuit, hinc Regius Capitaneus Justitiæ, mox Quæstor Magistratus Reddituum Ordinariorum efficitur; demum à Philippo III. Hispaniarum Rege Senator in toto Mediolanensi dominio declaratur, Diplomate dato Matrini, Anno MDCVI. die XXV. Novembris, in quo munere perduravit cum omnium laude usque ad Annum MDCX. qui suæ vitæ ultimus numeratur. Extat ejusdem mnemofynon in peristylio Regii Officii Capitanei Justitiæ Mediol. in hanc formam:

IOSEPHVS ARCHINTVS I. C. C.

AB AN. MDLXXXIII. CITRA ADVOCATVS
APVD SENATVM EXCELLENTISS.

EX PRAEFECTIS HVIVS FABRICAE,
EX CONSVLTORIBVS S. INQVIGATIONIS,
VICARIVS PROVISIONVM ANNO MDXCIV.

D RERVVM CAPITALIVM PRAEFECTVS
ANNO MDXCVIII. ET MDXCVIII.
QVAESTOR REDDIT. EXTRAORD.

FACTVS EST.

Scriptit:

- I.** Compendium omnium Ordinationum factarum per Senatam Excellentissimam Mediolani Annis MDXCVIII. & MDXCIX. ad Relationem Egregii Domini Capitanei Justitiæ Comitis Josephi Archinti, ab eodem collectæ, & ad Ducem Feriæ Mediolani Gubernatorem nuncupatæ. *Mediolani, apud Malatestam in 4.*
- II.** Epistolæ plures ad Cardinalem Federicum Borromæum. Anno MDXCVIII. extant in Collectione Epistolarum ejusdem Cardinalis in Bibliotheca Ambrosiana. Benedictus Sociacus ipsum Carmine laudavit in suo libro pag. 94.
De eo Sitonius pag. 162. Artic. 650.

CVIII.

ARCHINTUS JOSEPH alter.

Josephum Archintum nobilissimæ Gentis non unum decus Carolus, & Catharina Aresia genuere, die XVI. Aprilis MDCLI. Ab ipsa infantia optimis disciplinis excultus, & ex fermè totius Europæ Provinciarum inspectione doctior, in Colleg. J. CC. Mediol. adscitus anno MDCLXXVI. in Apostolica Aula sub Innocentio XI. tale morum specimen dedit, ut Protonotariis participantibus annumeratus, Abbas Commendat. S. Jo. de Vertemate Novocomensis, & S. Jo. delle Vigne Laudensis Dioc. Prælatum domesticum, Utrius-

Utriusque signat. Referendarius, Bononiæ Prolegatus fuerit constitutus. Hoc munere, quod præclarissimè gessit, prælusisse visus est ampliori; post sexennium enim Archiepiscopus Thessalonicensis inauguratus, ad Magnum Hæturicæ Ducem Sanctæ Sedis Apocri-farius missus, postmodum ab Alexandro VIII. ad Venetos Legatus, & ab Innocentio XII. ad Catholicum Regem Nuncius destinatur. Quam optimè tot sibi commissa negotia Archintus perfecit, postremus hic Pontifex patefecit; defuncto enim Federico Caccia S. R. E. Cardinali, & S. Mediol. Eccl. Archiepiscopo, non alium successorem præter Josephum dedit, anno MDCXCIX. die XVIII. Maji, cui etiam eodem anno die XIV. Novembris sacram donavit Purpuram, adjecto titulo Sanctæ Priscæ. Ad celebrandas Philippi V. Catholici Regis, cum Sabauda Principe Nuptias eum legavit Nicæam Provinciæ cum potestate Legati de Latere Clemens XI. Sibi commissam Ecclesiam vigilantia singulari rexit, & Clericalis disciplinæ vindex acerrimus nihil non egit, ut Levitarum mores ad omnem virtutis formam componeret. Migravit è Vita die IX. Aprilis MDCCXII. conditusque est apud Philippum ex eadem Gente Archiepiscopum in Metropolitana, atque in sacello Sanctæ Catharinæ Senensi sacro; cum hac Epigraphæ:

IOSEPH TITVL. S. PRISCAE
PRESBYTER CARDIN.

LEGATVS DE LATERE EX ARCHINTA

FAMILIA SECVNDVS MEDIOLAN.

ARCHIEP. VITA FVNCTVS

V. ID. APRILIS MDCCXII.

AETATIS SVAE AN. LXI.

CORPVS PROPE AVOS

SPEM IN PRECE VESTRA DEPOSVIT.

Tanti Antistitis habetur apud Posteros:

- I. Oratio de Spiritu Sancti Adventu. *Roma per Ignatium de Lazaris 1674. in 4.*
- II. Relatio Legationis à Latere, qua Philippum V. Hispaniarum & Indiarum Regem Nicæam in Provincia, cum Sabaudicæ Ducis filia matrimonio junxit. Extat MS. apud Joannem Maximilianum Stampam Marchionem Soncini.
- III. Epistolæ plures de gravissimis Ecclesiæ negotiis, cum esset Nuncius Apostolicus Florentiæ, Venetiis, & Matriti ad varios conscriptæ, signanter vero ad Philippum Fratrem suum, è quibus non pauca volumina confici possent. Extant autographæ apud Nepotem Comitem Philippum Archintum.
- IV. Acta Visitationis Oppidi Abbiati-Craffi, quæ in Volumine magnæ molis fol. redegit Canonicus Porrus, de quo suo loco.
Ei adhuc Prolegato Bononiensi Gregorius Rosignolus Novariensis Cler. Regul. S. Pauli dicavit Opus suum inscriptum: „Novissima Praxis Theologico-legalis in universas de sponsalibus controversias. *Mediolani apud Conradum 1684. in fol.*
Jam Card. & Archiep. dicavit Ludovicus M. Sinistrari de Ameno ex M. Obs. Refor. Opus de Delictis & Pœnis edit. *Venet. Tom. 2. apud Albricium 1700. in fol.*
Eidem inscripsit Clar. Saxius Dissertationem suam eruditissimam de Sanctis Martyribus Protasio, & Gervasio in prima editione.
Eum funebri Oratione laudavit Joannes Baptista Sutus Metropolitanæ nunc Ordinarius, & Theologus. Edita est *Mediolani 1712. apud Bellagattam in 4.*
Funebrem pompam adornavit, & edidit Franciscus Saxius ejusdem Basilicæ Canonicus Ordinarius, de quo dicemus.

CIX.

ARCHINTUS OCTAVIUS.

Quamdiu Litterarum, necnon venerandæ Antiquitatis amor, non solum Mediolani, sed in toto Orbe erudito perdurabit, semper atque semper de Octavio Archinto ex Quæstore Horatio, atque

A Eleonora Tonfa genito erit cum laude dicendum. Vir iste percelebris sanguinis splendori, animi sui magnitudinem adiecit in colligendo, ut infra videbimus, quidquid ad ornamentum decoremque Patriæ spectans invenire potuit; ideoque merito in ipsa omnes Civicos honores obtinuit, nam inter LX. Decuriones adscriptus anno MDCXIII. Viarum Ædilis extitit anno MDCXXXI. necnon à Cardinali Albornotio, aliisque subsequentiis domini Mediolanensis Gubernatoribus in gravissimarum rerum administrationem adscitus, peregre semper se gessit, adeo ut à Rege Catholico in Barati Comitem anno MDCXLII. evehctus, plura alia suæ familiæ splendori addiderit, inter quæ jus electionis, quam vocant, Capellani Ecclesiæ S. Christophori in Oppido Canturii, ubi memoriæ causâ hoc legitur monumentum:

AEDEM HANC

D. CHRISTOPHORO SACRAM
COMES OCTAVIVS ARCHINTVS
PATRICIVS MEDIOLANENSIS
ET DECVRIO

PERPETVO PATRONATVS IVRE
FAMILIAE POSTERITATIQUE SVAE
ADIVNXIT

C Majorum suorum genio Comes noster indulgens, antiquitatum Infubricarum amator præcipuus innumeras priscae Romanæ ætatis reliquias, eruditas nempe Inscriptiones, quibus opus suum nunc ornat Cl. Muratorius, marmoreas, æneasque Statuas, nec non celebrium Europæ Pictorum Tabulas propria in Domo undique magno sumtu collegit, ideo ipsam Templum Antiquitatis æternæ alii nuncuparunt, quemadmodum justiori titulo nuncupanda erit & illa Co. Philippi, de quo in Vita eximii illius Patris locuti sumus; nam ob ea omnia, quæ ad Comitum Octavium spectabant, hæreditario jure sibi collata, splendidissimæ Bibliothecæ, pretiosis Mathematicæ Artis Instrumentis, necnon aliis, quæ penes ipsum & nos, & exteri admirantur, adjecta, nescio ubi Musæum simile reperiri possit; interim Vir noster nunquam moriturus, parato sibi sepulcro, uti vidimus in Inscriptione posita in pene Regio Oratorio Archinteo Oppidi Canturii, cum de Vita Comitum & Senatoris Caroli ageremus, è vita migravit anno MDCLVI. die XIII. Junii. Superfunt autem de ipso:

- I. Epilogati Racconti delle Antichità e Nobiltà della Famiglia Archinta, e de' suoi Privilegi, aggiuntavi una breve esposizione degl' antichi marmi, che ne' Palagi di questa Famiglia si leggono; (ipso Auctore etiam nomine supresso). *Milano per li Malatesta 1648. in fol.*
- II. Descrizione più esatta di tutte le lapidi da' suoi Antenari, e da lui raccolte, con la loro spiegazione, e notizia di dove furono levate, e di quanto per la più gran parte d'esse furono pagate. MS. in fol. cum delineatione exactissima eorundem marmorum atque egregiè scriptus. Extat penes Hæredem, ut supra.
- III. Mediolanensium Familiarum Monumenta collecta ab eod. Volumina III. in fol. Ibid.
- IV. Insignia Familiarum Mediolani Vol. I. in fol. Ibid.
- V. Inscriptiones aliæ collectæ ab eod. Vol. I. in fol. in quo singillatim per Familias Mediolanenses distributæ sunt, & quæ sparsim reperiuntur in Templis, locisque publicis Urbis Mediolani, & locorum adjacentium. MS. in fol. Ibid.
- VI. Exemplaria Documentorum ob admissionem in Collegium Jurisperitorum Mediolani pro Familia Archinteæ. Ibid.
- VII. Exemplaria Privilegiorum Archintorum. Ibid.
- VIII. Collectanea Inscriptionum veterum, præcipuè Alciati, Jovii, Casarini, Mazochii, & Jo. Antonii Castilionei. Ibid.
- IX. Decreti Ducali, e Gridarii dal principio del governo del Duca di Terranuova fino all'anno MDCLIV. Ib. Collegit etiam libros Dierum Utilium Collegii Jurisperitorum Mediolanensium per annorum CLXXVIII. cur-

curriculum, usque ad annum MDCLV., quæ quidem collectio non parum juvare potest inquirentibus Familiarum Patriæ antiquitates.

Ejus cum laude meminerunt Ripamontius in Præf. lib. I. Decad. IV. Hist. Mediol. pag. 8. Alciatus in Monum. Patriæ, Sitonius pag. 132. Artic. 557. & supralaudatus Ludovicus Antonius Muratorius pluribus in locis sui Theauri novi Vet. Inscript., Typis Palatinis magnifice impressi, atque alibi.

C X.

ARCHINTUS PHILIPPUS.

DE Philippo Christophori Archinti jam laudati, atque Magdalenz Turrianæ filio, memoriæ traditur, suo natali die, scilicet tertio Julii Anni MD. rosam ex fere arido stipite in paternæ Domus viridario floruisse, unde hæc illi fuit Insigne Academicum, adjecto lemmate: *Florui in Arido*. Papiæ studiis Legalibus vacavit, ibique laureâ donatus, ipsam denuo, anno ætatis suæ vigesimo, recepit in Patria, necnon more cæterorum illustrium Familiæ suæ Virorum in cœtum J. C. C. Nobilium cooptatus fuit. Locum inde inter celebriores Causarum Patronos breviter obtinuit, atque in rebus publicis tam graviter, tam strenuè se gessit, ut favore Mediolanensium suorum Oratoris munere functurus expediri meruerit anno MDXXVII. ad Carolum V. Imperatorem, cui feliciter Patriam reconciliavit, quamvis alii ante ipsum Oratores in Hispanias profecti, inauditi fuissent dimissi. Iterum subsequenti anno MDXXIX. ad ipsum Cæsarem Barcinone degentem mittitur, à quo tam benigniter fuit exceptus, ut à Consiliis suis Imperator ipsum vocaverit, & quod magni est faciendum, plura favore Collegii Jurisperitorum Mediol. Privilegia obtinuerit, inter quæ recensentur Exemptiones ab oneribus extraordinariis, & Facultas tribuendæ laureæ in omnibus scientiis. Non parum Archinto nostro debuit Franciscus II. Sfortia in rebus suis difficillimo tempore gerendis cum Antonio de Leyva tunc Exercitus Cæsarei in Insubria Moderatore supremo; quamobrem pluribus honoribus, beneficiisque ab eodem Duce cumulatus, inter quæ Senatoria dignitate, ut asserit Gluffianus Lib. I. Cap. XXIX. in Vita ejusdem; aliis etiam auctus fuit ab invictissimo Cæsare pro Quæstionibus Montisferati tam prudenter, tam opportunè compositis, ut denuo ad se vocatum anno MDXXXV. Neapolim Legatum Cæsareum ad Summum Pontificem Paulum III. destinaverit; quo in munere virtutes eximie Philippi nostri ante omnium oculos ita colluxerunt, ut ipse Summus Antistes, permittente Cæsare, almæ Urbis Governatorem illum declaraverit, aliisque Ecclesiasticis dignitatibus decoraverit, quas inter Episcopali Infula Burgi S. Sepulchri; nec post multum Vicarius Generalis Episcoporum omnium Episcopi effectus est; inde currente anno MDXLIX. ad Salutiarum Episcopatum transiit. Non tantum in rebus pacis, verum etiam in bellicis vir iste aptissimum se præstitit, eo quia militibus pro Camerini Ducatu Ecclesiæ dominio iterum subjiciendo paratis præfuit, sed re sine armorum periculo ab ipso composita, primus ille Pontificius Moderator ibi est constitutus. In negotiis difficilioribus ministrandis tam clarum sibi nomen adeptus est Philippus, ut ad congressum Nicæ habitum cum Carolo Imperatore, Regeque Galliarum Francisco, Summus Pontifex hunc comitem & adiutorem secum duxerit; præterea, ut Apostolicæ Sedis nomine Universalis Concilio Tridentino Bononiam causâ pestis translato præesset, dato diplomate jussit anno MDXLII. In tam magnis, immo maximis dignitatibus Successor Pauli Julius PP. III. Philippum confirmavit, sed & eundem Legatum de latere Venetias destinavit anno MDLV. Post triennium à novo Pontifice Paulo IV. Archiepiscopatum Mediolanensem obtinuit. Nos quoad brevius potuimus Acta ipsius Volumine integro, à Gluffiano, ut innuimus, exarata, hic tantummodo indicavimus; id unum

Tom. I.

A prætermittendum minimè est, quòd isto adjuvante atque adnitente non tam Sfondrata, quàm Medicea Nobiles Mediolan. Familiæ Pontificatus summi honore fuerint insignitæ. Hoc etiam tanti Viri gloriam in dies magis augebit, quòd nempe ipso protegente S. Ignatius Loyola ei amicissimus, difficultates omnes sibi objectas superaverit ob instituendam, firmandamque suam de toto Orbe optimè meritam Societatem Jesu. Id unum summopere Patria hæc suadoluit, quòd sibi datum non fuerit tantum Archiepiscopum in sinu recipere, ut anxius optabat votis, nam adversante quodam Calabro Oeconomo, in possessionem non venit, sed è vivis abiit Bergomi anno MDLVIII. die XXI. Junii. Hujus exuviæ auctoritate Pontificia Mediolanum translata ab Alexandro fratre quiescunt in hac Ecclesia Metropolitana cum marmorea ejusdem effigie, atque Inscriptione ab ipso adhuc vivente dictata, scilicet:

HIC EST TITVLVS MONVMENTI

PHILIPPI ARCHINTI

ARCHIEPISCOPI MEDIOLANI

VIXIT ANNOS LXII. MENSES XI. DIES XII.

OBIIT XI. KAL. IVL. MDLVIII.

Supramemoratus illius Frater hos versus addere instituit:

C ORE GRAVIS, LINGUAQUE POTENS, JURISQUE PERITUS

TRAXIT AB ANTIQUA NOBILITATE GENUS.

PONTIFICISQUE VICES ROMANA GESSIT IN AULA
LEGATI HINC VENETA MUNUS IN URBE OBIT.

ALEX. ARCHINTUS J. C. C. FRATRI B. M. P.

Hæc scripsit:

- D**
- I. De Fide, & Sacramentis Libri II. editi primùm *Romæ apud Antonium Baldum 1545. in 4. postea Ingolstadtii 1546. in 4. & Augusta Taurinorum 1549. in 4.*
 - II. Oratio ab eo habita Romæ in funere Isabellæ Romanor. Imperatricis, quæ obiit die 5. Maji an. 1539.
 - III. Attestatio de ordine in Urbe observari solito in Processionibus, in quibus Canonici Regulares Monasterii S. Mariæ de Pace præferuntur Monachis Monasterii S. Pauli. Extat in libro, cui titulus: Allegationes diversorum in causa præcedentiæ ortæ in Concilio Tridentino inter Canonicos Lateranenses, & Monachos Cisterciens. *Cremonæ 1567. in fol.*
- In libro X. historiarum Mediolanensium Ripamontii extant Epistolæ duæ Decurionum ipsius Urbis ad Catholicum Regem Philippum petentium, ut liceat Philippo Archinto Archiepiscopatus possessionem inire. Ibidem etiam reperiuntur Litteræ ejusd. Regis ad Philippum ipsum Archintum, & aliæ ad Jo. Figueroam tunc Mediolani Producem super eo negotio.
- In Tomo IV. Carminum Illustr. Poëtar Italor. pag. 254. adest epigramma Ludovici Fenaroli Brixiani de Philippo Archinto Governatore Urbis.
- Alterum etiam legitur in ipsius laudem Francisci Clavelii pag. 8.
- Marcus Antonius Litta in libello de Urbe Mediolani sic de eo cecinit:

*Fulget in Archinto Ciceronis lingua Philippo;
In jure equalis Scævola prisce tibi est.*

E Hujus celeberrimi Præsulis volumina doctissima magno undique sumptu collecta anno MDLXXXIX. à Carolo Archinto ejusdem nepote dono missa sunt Philippo Secundo Hispaniarum Regi, qui gratum animum testaturus, ad Carolum ipsum litteras conscripsit, in quibus Philippum Archiepiscopum plurimum commendat. Datæ sunt die XXV. Aprilis anno MDLXXXIX. Et extant in Archivo Fratrum Comitum Archintorum autographæ.

Agunt de ipso præter Jo. Pet. Gluffianum ut supra, Fr. August. ab Ecclesia in Theatro mulierum litteratarum in Candida Archintra pag. 116. Gaudentius Merula in bello Erasmano pag. 3. Moriggia p. 117. Jo. Franciscus Befutius in hist. Pontificali Mediol. num. 123. Picinellus in Atheneo pag. 189. &c.

C X I.

ARCHINTUS PHILIPPUS alter.

Philippus Archintus Alexandri Extraordinariorum Reddituum Magistratus Quæstoris, ut supra innuimus, & Hippolytæ Crucejæ filius, cum legalibus studiis ab ipsa penè pueritia sedulam navasset operam, in ornatissimum Jurisperitorum Collegium anno MDLXXV. in Patria est cooptatus, cujus etiam cœtus Illustrissimi nomine, una cum Equite Hieronymo Vicecomite Mediolanensium Legato, Romam profectus Gregorio XIV. Pontificiam dignitatem recens adeptam gratulatus est. Archintum benignè excepit Pontifex, tum quod jam pridem ei notus esset, tum etiam grata recordatione Philippi Patru, cujus paulò antè meminimus. Igitur in ipsa Urbe Clericali Militiæ nomen dedit, & Utriusque Signaturæ Referendarius, atque Sanctæ Mariæ Allemanorum extra Bononiam Archipresbyter à Gregorio creatus est. Clemens verò VIII. Philippum cum Cardinali Platto (quem loco suo memorabimus) Mediolani degentem, & nec cogitantem anno MDXCIV. ob perspectam Virtutem Episcopatu Comensi dignum censuit. Inopinanti Diploma Apostolicum sub data diei VI. Augusti oblatum est, & XXVI. Novembris ejusdem anni Pastoralis Regiminis onus suscepit. Interfuit anno sequenti Concilio Provinciali Aquilejensi, quod Barbarus Patriarca Utini celebravit. Ab eodem Clemente inter præstantissimos Antistites unus ipse cum Claudio Rangono Episcopo Placentino selectus est, ut B. Caroli Borromæi in album Cœlitum referendi sanctitatem Apostolico nomine, & judiciali potestate libraret. Eidem D. Carolo, cujus Canonizationi interfuerat, totius Archintæ Gentis Patrocinium Philippus commendavit, magnifico extructo Templo, auro, picturis, sacrisque Reliquiis insigni, cujus primarium lapidem fundamentis injecit die X. Aprilis MDCXIV. innumeroque confluyente populo itatis ceremoniis dedicavit anno MDCXVII. Id testatur lapis in ipso Templo positus, in quo legitur:

S. CAROLO

CVIVS INCOMPARABLEM SANCTITATEM
AVCTORITATE APOSTOLICA EXAMINAVIT
QVEMQVE IN SVVM

AC FAMILIÆ ARCHINTORVM
PATRONVM ADOPTAVIT
PHILIPPVS ARCHINTVS EPISCOPVS
COMENSIS

AC SVMMI PONTIFICIS ASSISTENS
SACELLVM HOC A FVNDAMENTIS
EXTRVXIT MDCXVII.

In Urbe Novocomo Templum Societatis Jesu Sanctis Prædecessoribus suis Felici, & Amantio consecravit; Cathedralē Basilicam pretiosis muneribus auxit; Episcopales Ædes ampliavit, magnoque cum animarum lucro, & Catholicæ Religionis incremento Diœcesim lustravit, signanter verò Comitatum Clavennæ, & Vallem Tellinam, ubi jam à sæculo nullus Antistes gregem conspexerat, adhibitis etiam Societ. Jesu alumnis, quem præclarissimorum Virorum cœtum semper meritò fovit. Tandem eâ Ecclesiâ prudentissimè administratâ ad annos XXVI. fractus laboribus Aurelio Nepoti Dignitatem resignavit anno MDCXXI. cum prius pluribus Synodis celebratis Ecclesiasticam disciplinam, & mores populi corrigere fatigisset. Obiit in senectute bona Canturii anno MDCXXXII. die XXV. Novembris; non autem anno MDCXXI. ut perperam Ughellus scribit, qua

A de re testes habemus Tabulas ultimæ voluntatis, quas conscribi mandavit anno MDCXXIX. die XXXI. Januarii. Ejus Corpus, ut Testamento mandaverat, in Cathedrali Comensi conditum jacet. Utriusque Philippi memoria in Parochiali Canturii his verbis concepta legitur:

ILLVSTRI MEMORIAE
PHILIPPI ARCHINTI
ARCHIEPISCOPI MEDIOLANI
PHILIPPI ARCHINTI
EPISCOPI COMENSIS
QVORVM PRIMVS
BASILICAM
SECVNDVS ALTARE MAIVS
D. MICHAELI ARCHANG.
SOLEMNI RITV
CONSECRAVIT
NEPOTES POSVERE.

Habemus de eo:

- I. Orationem, quam nomine Collegii J. Consultor. Nobil. Mediolanensium dixit Gregorio XIV. in ejus assumptione ad Pontificatum, de qua mentio est in Libro: Epilogati Racconti della Nobiltà, ed Antichità della Famiglia Archinta.
 - II. Acta plura Synodalia quorum meminit Ughellus in Italia Sacra T. V.
 - III. Acta pro Canonizatione S. Caroli Borromæi; Volumen fol. MS. autogr. extat in sacrario supra dicti Sacelli in opp. Canturii penes Suos.
 - IV. Plures Epistolas ad Federicum Cardinalem Borromæum de negotiis Ecclesiasticis tractantes, & de quibus integrum Volumen fieri potest, ext. autographæ in Bibliotheca Ambrosiana inter Epistolas supradicti Card. Federici.
 - V. Concilium Provinciale Aquilejense primum celebratum anno MDXCVI. jussu Philippi Archinti Episcopi Comensis anno MDXCVIII. in Synodo Diœcesana promulgatum: huic acceperunt nonnullæ Constitutiones Pontificiæ. Comi, apud Hieronymum Trovam, 1599 in 4.
- De ipso videri possunt præter Ughellum supradictum in Tomo V. Ital. Sac. Ballarin. Chron. Novocom. T. III. p. 147. Gratarola hist. Canoniz. S. Caroli c. 26. p. 112. Sitonius pag. 157. Art. 631.

C X I I.

ARCHINTUS PHILIPPUS alter.

Senatoris Philippi Archinti Paronæ Marchionis, S. R. Imperii, ac Tainati Comititis, Herbæ & Terrarum adjacentium in Plebe Incini Toparchæ, ex Dynastis Albizati, & Patriæ Decurionis adhuc penes omnes non tam Mediolanenses, sed etiam exteros viget memoria, utpote prudentia, virtute, muneribusque pluribus egregiè functis clarissimi. Ex Comite atque Senatore Carolo, necnon Co. Catharina Aresia natus est anno MDCXLIX., atque more suorum Gentilium litteris, & maxime Jurisprudentiæ summopere deditus Collegium Nobilium Jurisconsultorum ingressus est anno MDCLXX., nec multo post Quæstor Magistratus Extraordinariorum reddituum, & Regius Ducalisque Senator Mediolanensis domini eligitur: Provinciam Cremonensem dignitate Prætoria ita optimè rexit, ut à Viro laudatissimo Francisco Arisio meruerit his verbis laudari in sua Cremona litterata pag. 340. „Hic ille est inter omnes totius „Insubriæ Procere sapientiâ Princeps, avita nobilitate nemini secundus, in quo ingenium, eruditio, rerum usus, ac omnia summa, serie dumtaxat, intacta perspicuntur. Quæ ex integro verè esse optimè agnovit Rex Hispaniarum Carolus II. ideo ipsum anno MDCLXXVII. Legatum misit ad Leopoldum Romanorum Imperatorem pro rebus gravissimis

vissimis tractandis, à quo cum honore susceptus est, atque in fere omnibus difficillimo eo tempore negotiis peragendis auditus magnum sibi nomen acquisivit. Inde ipse Rex Carolus totam Belgii Provinciam regendam sub Alexandro Farnesio Parmæ & Placentiæ Principe ei demandavit. Historiarum profectò illius Ævi Scriptores de Senatore Archinto tam frequenter, tam magnis cum elogiis scripsere, ut mihi plura supervacaneum hinc addere videatur. Accedit ad tanti Viri laudes, Fratrem habuisse Josephum Archintum Archiepiscopum Theffalonicensem, ac postea Mediolanensem, necnon S. R. E. Cardinalem, in hac Collectione loco suo memoratum. Clarissimus noster Philippus obiit in Patria anno MDCCXX. Hæc vidi de eo, nempe:

- I. Il Soglio di Salomone eretto nel Tempio della Virtù per lo ricevimento nell' Università di Brera del Sig. Cardinale Luigi Omodeo del Co. Filippo Archinto. *Milano, presso il Monza, in 8. sine anno.*
 - II. Diario di tuttociò, che gli è occorso alla Corte di Vienna, durante la sua incombenza d' Inviato alla medesima di Carlo II. Re di Spagna. Vol. VI. justæ molis magna ex parte ipsius manu scripta, & lectu dignissima, nam negotia politica illius temporis non solum ab ipso cum Austriacis, sed & cum aliis, tam inferioris, quam superioris Germaniæ Principum Ministris habita, etiam in rebus ad Pacem Noviomagensem, & ad revolutiones Hungaricas spectantibus, clarissimè enuntiat; præterea de pluribus aliis politicis atque bellicis rebus tractandis occasionem sibi præstitam, & exitum declarat.
 - III. Epistolæ plures autographæ ad Principes, & S. R. E. Cardinales, & præsertim ad Ducem Parmæ, & Placentiæ, cum eorum responsionibus item autographis Vol. XII. fol. Extant apud suos.
- Præter Arisium supracitatum de eo loquitur Sironus pag. 230. Art. 1037.

CXIII.

ARCHINTUS ROMULUS.

Romulum Archintum Alexander jam memoratus, atque Hippolyta Cruceja prole foelicissimi Jugales genuere. Abbatia Sancti Bartholomæi in Urbe Ticino decoratus, post emensos Ecclesiasticos gradus tanto virtutum, & scientiæ splendore clarus apparuit, ut cedente Cardinali Sorbellonio Episcopo Novariensi à Gregorio XIII. anno MDLXXIV. ad eam regendam Ecclesiam assumptus fuerit. Episcopatus possessionem inivit die XXVI. Maji ejusdem anni; Synodum convocavit, in qua optima, & utilima decreta inferius memoranda condidit. Clericorum Seminarium ex Concilii Tridentini sanctione erexit, datis etiam optimis Præceptoribus, qui alumnos ad Ecclesiasticam eruditionem formarent. Audito Sanctum Carolum Borromæum brevi Diocesim Novariensem illustraturum, sibi commissum gregem ad tanti Viri adventum paraturus, universas plebes fervente Æstate, tanta celeritate percurrit, ut concepto morbo lentè consumptus, vix expleto regiminis biennio, die IV. Septembris MDLXXVI. è vivis excesserit, inter populi gemitus elatus, atque in Cathedrali Basilica tumulatus cum hoc Elogio:

ROMVLO ARCHINTO ALEX. F.
MEDIOLANENSI
VIRO PRVDENTIA ET PIETATE SINGVLARI
EPISCOPO NOVARIAE
VBI POPVLVM SVAE FIDEI COMMISSVM
VNICI AMAVIT
MORIBVS RELIGIOSIS EXCOLVIT
PRAECEPTIS AD DEI CVLTVM
PERVTVILIBVS INSTRVXIT
OMNIBVS TRISTE SVI DESIDERIVM
RELIQVIT
VIXIT ANN. XLIV. MENS. VII. DIES XV.
HIPPOLYTA MATER FILIO
ET FRATRES QVINQVE FRATRI B. M. P.
MDLXXVI.

De ipso hæc scripta extant:

- I. Decreta edita, & promulgata in Synodo Diocesana Novariensi habita Anno MDLXXVI. die XXVIII. Februarii. *Novariæ 1576.*
 - II. Della Dottrina Cristiana, con molti avvertimenti a' Curati, e Confessori. Ita Carolus à Basilica Petri.
 - III. Quædam vulgari Sermone certis diebus promulganda.
 - IV. Edicta à B. Carolo edita ad suam Diocesim rectè accomodata.
 - V. Leges pro Seminario ab ipso instaurato.
- Agunt de eo Cotta in Museo Novariensi, Carolus à Basilica Petri in Novaria Sacra, Ughellus Tom. IV. Ital. Sacræ in Novariensibus, Siron. pag. 100. Art. 417. Picinell. pag. 483. & alii.
- Ad cum extant Litteræ Jo. Jacobi Ælii, de quo diximus.

CXIV.

ARCIMBOLDUS ANTONELLUS.

Familia Arcimbolda pluribus de causis inter primarias hujus Urbis inscribitur, sed magis eo quia quatuor ei dederit Archiepiscopos, ut nos brevi indicabimus. Frustra in Lando, atque in aliis de isto Senatore Antonello Arcimboldo ea quæsvi, quæ ad meum institutum implendum apta fuissent. Ex Picinello præter verba plura, profus inutilia, nil excerpere mihi licuit, nisi quod studiis operam dedit Papiæ, & inter Academicos Affidatos locum non infimum obtinuerit: Illi etiam Protonotariatus Apostolici honorem tribuit, sed & munere Senatorio insignitum fuisse eruitur ex Epistola nuncupatoria ejusdem in fronte libri ab ipso editi, S. Basilii Magni de vera, & incorrupta Virginitate ad Cardinalem Moronum, ut infra, nec non à duobus Epigrammatis P. Francisci Bulgari J. C. in laudem Auctoris in hoc ipso Volumine existentibus, quæ hinc referre non injucundum duximus.

I.

*Eja parcite disputare tandem,
Quæ sit regula recta transferendi
Græcorum in Latium Vetusta scripta.
Arcimboldius en Senator omnem
Uno, quem modo cernitis, libello
Litem mirificè resolvit istam.
Quisquis passibus hunc sequetur æquis
Vertendi genus optimum tenebit.*

II.

*Si quis me roget, ac det optionem,
Utrum Græca mihi, an Latina malim,
Hæc de Virginitate scripta vera:
Et quod sentio liberè profari
Possim pace bona omnium bonorum:
Nec optem ora licet diserta Magni,
Nec Jani sterilem locutionem,
Nec ullum alterius licentiosum
Vertendi genus, & periculosum:
Sed unum mihi seligam libellum,
Quem nunc edit hic optimus Senator;
Qui reddit Latio decus vetustum
Et fastus simul Atticos retundit.*

Hunc inter vivos esse desiisse asserit Picinellus Anno MDLVIII. Ego plura inveni ab ipso, & ad ipsum scripta, quæ aut non vidit Picinellus supralaudatus, aut malè descripsit:

- I. D. Basilii M. Homiliæ IIX. Antonello Arcimboldo vertente. *Mediolani, apud Vincentium Girardonium. 1569. in 4.*
- II. S. Patris nostri Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ de vera, & incorrupta Virginitate liber ad Leotojum Episcopum Melitensem Antonello Arcimboldo interprete. *Mediolani per Petrum Gotbardum. Pontium 1573. in 4.*
- III. D. Basilii de gratiarum actione Homiliæ duæ, Latine redditæ ab Antonello Arcimboldo; ita refert Lasor à Varea. Id opus hunc habet titulum: S. Basilii Magni de gratiarum actione liber è Græco in Latinum translatus ad Hieronymum Montium, in quo describit

- ferit de Eloquentia Græcorum æquè ac Latinorum. *Mediolani, apud Vincentium Girardonium, sine anno, 4.*
- IV. Gregorii Nazianzeni Homeliæ IV. E Græco in Latinum transtulit Antonellus Arcimboldus; ita idem Lafor, ut supra.
- V. Varia S. Jo. Chrysofomi Opuscula in Latinum versa.
- VI. Orationes.
- VII. Varia Opuscula. De istis tribus ultimis articulis fides sit penes Picinellum, quibus addit
- VIII. Catalogum Hæreticorum. *Mediolani 1554.* Librum hunc ego non vidi, sed in Fabritii Bibliotheca Medii Ævi Tomo primo ita legi: „ Arcimboldi Mediolanensis „ Catalogus Hæreticorum citatur à Cangio, eum- „ demque Handreichius tribuit Archiepiscopo Medio- „ lanensi hujus nominis, atque lucem vidisse Anno „ MDLIV., & quia neque Fabritius se vidisse hunc „ librum testatur, subjungit: „ Nescio an referendus „ sit ad Vidonem Antonium Arcimboldum, qui Ec- „ clesiæ Mediolanensi præfuit ab Anno MCDLXXX- „ VIII. ad MCDXCVII., vel Jo. Angelo Arcimbol- „ do tribuendus Legato Leonis X. in Germaniam, „ Patronoque Jo. Tenzelii, ac deinde Episcopo No- „ variensi, ac denique ab Anno MDL. ad MDLV. „ Mediolanensi Archiepiscopo. Mea sententia, usque- „ dum clariora mihi proferantur, stat pro Jo. Ange- „ lo auctore Operis supradicti.
- Extant ad eum Epistolæ Francisci Ciceræi, cum quibus mittit Orationes, quæ filiorum Antonelli studiis infer- vian, datæ mense Majo MDLXXVI. de hoc MS. videat Lector in Articulo Fr. Ciceræi.
- Scribunt de isto Jo. Jacobus Frisus in sua Bibliotheca; Crescentius in parte prima Amphitheatri; Moriggia lib. 3. cap. 4. Abbas Ghilinus in suo Theatro pag. 2. Picinellus pag. 41.

C X V.

ARCIMBOLDUS JOANNES.

Joannes de Arcimboldis Nicolai J. C. Vicarii Pro- visionum, dein Præsidis Senatus Mediolanensis, & Ursinæ Canossæ filius, in patria Senator, Præses Magistratus Ducal. Intratarum, à Secretioribus Consiliis Galeatii Mariæ Sfortiæ Mediol. Ducis, cujus nomine ad Florentinos, Venetos, Francorum Regem, Cæsarem, ac Summum Pontificem sæpius legationes obivit: dein sublata Brifeide ejus uxore, ex qua Aloysium sustulit anno MCDLXVIII., à Paulo II. Novariensis Episcopus, postea à Sixto IV. dum à Galeatio Duce, ut supra innuimus, Legatus ad eum missus fuerat an. MCDLXXIII. die VII. Maji S. R. E. Presb. Cardinalis primo Titul. SS. Nerei, & Achillæi, deinde S. Praxedis creatus: demum ad Archiepiscopatum Mediolanensem ab Innocentio VIII. an. MCDLXXXIV. translatus, ab ipso Pontifice ad Cæsarem, ad Hungaros, atque Bohemos Legatus missus est, necnon ipsos Bohemos obsequentes Pontifici reddidit. Perusiæ ac Umbriæ Provinciis pro S. Rom. Ecclesia præfuit. Ecclesiam Mediolanensem maximis donis auctam restauratamque egregiis legibus communivit, quam deinde senio confectus, & purpura sua contentus contulit in Fratrem Vidonem. Cœnobium vero S. Ambrosii Majoris Ord. S. Bened. quod in Commendam habuit, sublata dissolutionis vitæ licentiâ, ad disciplinam veterem correptum quarto ante obitum anno Ascanio Sfortiæ Diacono Cardinali resignavit. Romæ obiit anno MCDXCI. die II. Octobris, non ut per errorem legitur in Sirono anno MCDLXXXVIII. die I. Septembris, sicut infra recensibimus, conditus in Ecclesia S. Augustini sine ulla Inscriptione. Mediolani tamen celebris ejus memoria extat in Metropolitana: idest in sequenti Elogio, quod expressum legitur penes sacrarium in parte Septentrionali:

IOANNI ARCIMBOLDO
PRESBYTERO CARDINALI
AVO PATERNO LEGITIMO
ET GVIDO ANTONIO ARCIMBOLDO
PATRVO MAGNO
ARCHIEPISCOPI MEDIOLANI
ET SIBI IOANNES ANGELVS ARCIMBOLDVS
AB EPISCOPATV NOVARIENSI
CVI XXIV. ANNOS PRAEFVERAT
AD ARCHIEPISCOPATVM MEDIOLANENSEM
TRANSLATVS
V. E.
IDEM ANNOS LXX. NATVS
MORTEM OBIIT VIII. IDVS APRILIS
MDLV.

Scriptit atque in lucem edidit:

- I. Statuta Plebis Gaudiani anno MCDLXIX.
- II. Statuta Ripariæ S. Julii annis MCDLXXIII. & MCDLXXXII.
- III. Statuta pro Cleri Reformatione.
- IV. Homiliæ.
- V. Orationes.
- VI. Catalogus Hæreticorum. *Mediolani 1514. impressum. juxta Eggs Purpura docta, & 1554. juxta Picinel. ut vidimus in Antonello Arcimboldo, nos vero Jo. Angelo Arcimboldo adjudicamus.*
- VII. De Ponderibus, Mensuris, & Monetis libri III. ita Eggs ut supra.
- Extant ad eundem plura Elogia Majoragii, necnon Epistolæ Cardinalis Papiensis, inter quas gratulatoria pro sacra Purpura ei collata, data est die X. Maji anni MCDLXXXIII.
- Matthæi Bossi Epistola Johanni data, quæ est 90. editio- nis veteris Bononiensis MCDXCIII.
- Inter Epistolas Francisci Philelphi Editionis Venetæ anni 1502. in fol. extant nonnullæ Joanni Arcimboldo No- variensi Episcopo scriptæ, à pag. 244. ad 262.
- Extant ad eundem Epistolæ X. latinæ Petri Martyris de Angleria ab anno MCDLXXXVIII. ad MCDXCI.
- Alia item latina ad Ascanium Vicecomitem de morte Arcimboldi eodem anno, ex quibus clarè eruitur non obiisse anno MCDLXXXVIII. ut Sironus.
- In Libro cui titulus Bonifacii Simonetæ Abb. Cisterc. Per- secutionum Christianarum Historia, Pontificumque Commentarii, impresso *Mediolani 1492.* Extat Episto- la XV. Libri IV. ad Aluifium Arcimboldum Auro- rum Interpretem, in qua ita de nostro Joanne ejus Patre: „ Fœlicem Sacerdotis natum: ut te Aluifum „ solemnibus nuptiis ortum arbitramur. Genitor tuus „ nunc inter Cardinales affabilitate, maturitate, sapientia lucifer alter: & inter consummatissimos Viros lu- „ minare majus, te etiam in prima lanugine animæ „ & corporis decore nulli secundum ritum, pompaque „ jugali genuit. Illius conjugem te viro entiam vidi „ & patris tui in Gymnasio Papiensi præconia, ac in „ regia Ducis munera ob illius virtutem celebrata no- „ vi &c.
- De ipso præter Sironum pag. 49. art. 102. atque Eggs Purpura docta, innuunt Ughellus, Ciacconius, Maz- zuchellus in suis schedis, aliique.

C X V I.

ARCIMBOLDUS JO. ANGELUS.

Joannes Angelus Arcimboldus nobilis Mediolanensis, Novariensis electus Episcopus anno MDXXV. die XX. mensis Decembris, sequenti anno inauguratus fuit die XXII. mensis Martii à Cardinale de Monte in Ecclesia S. Praxedis. Hic Aloysii Senatoris filius fuit, qui à teneris annis optimis disciplinis filium instituendum curavit, quique laurea donatus Maximiliano deinde Duci maximo usui fuit. Post Mediolani amissionem cum Sedunensi Cardinali Roman. concessit, factusque à Leone X. Apostolicus Referendarius, & in Germaniam Legatus, indeque reversus

in

in Patriam, mittente Francisco Sfortia, in Hispaniam profectus est, ut Adriano VI. ejusdem nomine novum Pontificatum gratularetur. Clemens VII. unice illum amavit, à quo retulit Episcopatum cum Senatoria potestate. Rexit Novariensem Ecclesiam usque ad Annum MDL. Deinde ad Archiepiscopatum Mediolanensem translatus est à Julio III. Pontif. Max. Anno eodem, die V. Februarii. Plura jura Novariensis Ecclesiae, quæ eidem bellorum injuria ademerat, recuperavit, curavitque, ut à Carolo V. Imperatore vetera Privilegia præteritorum Cæsarum confirmarentur, Diplomate dato Placentiæ Anno MDXXIX., in quo honorifico titulo Consiliarii, Principisque Sacri Imperii insignitur. Diem clausit extremum Anno MDLV. ut in Elogio sepulchrali, quod supra dedimus in Joanne Arcimboldo.

Ea, quæ scripsit, sunt:

- I. Novas Constitutiones Mediolanensis domini collegit, atque correxit.
 - II. Statuta Ripariæ S Julii.
 - III. Joannis Angeli Arcimbaldi Ordinationes pro Clero, & sua Diocesi Dat. XIII. Julii Anni MDL. in fol. sine Typog. & loco, extant in Biblioth. Metrop. Mediol. in Cod. signat D. num. 45. in fol.
 - IV. Ejus Diploma diei XX. Junii MDLIII. quo transfert in Metropolitanam ab Ecclesia destructa S. Theclæ Societatem Sanctæ Catharinæ, quæ nunc est Sacratissimi Corporis Domini. Extat in Collectione Diplom. Mediol. Sormani.
 - V. Catalogus Hæreticorum. Mediolani 1554. de quo Opere jam diximus.
- Entrata Pontificale fatta il primo Giugno MDL. in Milano dal Reverendissimo Monsignor Gio. Angelo Arcivescovo. MS. Autog. fol. Extat apud Canonicum Jo. Andream Iricum.
- Habentur ad eum Carmina duo Marii Picii Ordinis Humiliatorum, in quorum primo describit locum Ottacii,

QUEM GENUS, ET PROAVI, SED PLUS PROBITASQUE FIDESQUE
EXTULIT, ET GEMINI JURIS UTRUMQUE DECUS
ARCIMBOLDUS IN HAC TUMBA NICOLAUS HONESTA
MEMBRA SEPULTA DEDIT, SYDERA MENTE PETENS.
PRINCIPIS ANGUIGERI CONSULQUE, PATERQUE SENATUS,
INCLYTUS INGENIO, RELIGIONE PIUS.
SANA FIDES, PROBITAS, PIETAS, SAPIENTIA, VIRTUS
SURREPTUM HUNC TERRIS COMPOSUERE POLO.
OBIIT ANNO DOMINI MCCCLVIII
DIE ULTIMO APRILIS.

Hoc de eo superest tantum:

- I. Nicolai Arcimbaldi J. C. & Ducalis Consiliarii ad Candidum Decembrium Epistolæ latinæ ab anno MCDLIV. ad MCDLVIII. cum Decembrii responsionibus.
- Extant in MS. Epistolarum Decembrii in Biblioth. Ambrosiana. In MS. ejusdem Biblioth. Ambrosiana in 4. sign. M. 44. adfunt Versus in laudem Nicolai Arcimbaldi, Cosmæ Raymondii, & Ambrosii Cribelli, anno MCDXXXVI. scripti.
- Francisci Philelphi ad Nicolaum Arcimbaldum Versus Lyrici contra negantes Christianorum fidem; sunt in MS. in fol. in Ambr. sign. C. n. 64. & in 4. L. n. 64. cum Epist. Lat. dat. Mediol. XV. Kal. Decemb. MCDXLIX.
- Inter Epistolas ejusd. Francisci Philelphi Editionis Venetæ anni MDII. in fol. extant Epistolæ Nicolao Arcimboldo Jure Consulto pagg. 10. 34. 65. 73. 78. 79. 80. 86. 96.
- Lancinus Curtius Primam Sylvam Libri tertii scribit ad Joannem Jacobum Caniolam, & Nicolaum Arcimbaldum Mediolanens. pag. 59. editionis Mediolanensis, anni 1521.
- Inter etiam Epistolas Aeneæ Sylvii extat XLVII. fine data, Nicolao de Arcimboldis Doctori præstanti, ac Ducali Consiliario.
- Altera autem numero CCXCII. data Romæ XXII. Octobris ann. MCDLVII.
- Altera numero CCCLXXIII. data Romæ IV. nonas Decembris ann. MCDLVII.
- Innuat ipsum Sitonus ut supra pag. 49. art. 202. atque Curtius in Epistola ejusd. Sitioni ad calcem Operis de Scriptoribus Medicis Mediol. pag. 280.

Tom. I.

quod erat Cœnobium ejusdem Ordinis ad Portam Vercellensem. Alterum est de reditu Arcimbaldi ex Dania anno MDXIX. Extant in MS. Picii de quo innui.

Item ad eundem Carmina, atque Epistolæ Latinæ Joannis Biffii, de quibus suo loco.

Ipsam laudant Ughellus in Italia Sacra, Moriggia, Landus, Crescentius, Carolus à Basilica Petri, Sitonus, Cotta in Museo Novar. atque Mazzuchellus in suis Schedis.

CXVII.

ARCIMBOLDUS NICOLAUS.

Quantum sint faciendi homines, qui saltem de suorum memoria aliquid posteris relinquunt, facile agnoscitur ab iis, qui frustra inde perquirunt monumenta aliqua Lectoribus offerenda in suis Collectionibus. Ita mihi contingit, dum de Nicolao Arcimboldo Viro procul dubio doctissimo nunc sum locuturus; nil enim de ipso reperi, quod aliquibus dignum forsitan videatur, ut inter Scriptores Mediolanenses ipse collocetur; Sed tot illustres habeo Testes de hujus Viri doctrina, ut infra videbitur, quod ipsum recensere satius duxerim. Ex Cl. Sitiono didici, fuisse Nicolaum istum non solum Juris Consultum, atque Provisionum Officii Vicarium, sed & Senatus Mediolanensis Præsidentem, imo sub anno MCDXLIX. ejus nomen legitur inter sex Viros, quibus à Magnificis DD. Capitaneis, & Defensoribus illustris, & excellentiæ Mediolanensis Provinciæ demandatum fuit Officium conficiendi Catalogum Lectorum in Patria juxta varias scientiarum classes, eique honorarium stipendium assignandi.

In Sacello Divi Bernardini Franciscanæ Ædis Mediol. hocce ejus tumulo inciso Carmine aliàs commendabatur:

CXVIII.

ARCIMBOLDUS OCTAVIANUS.

Octavianus (aliis Octavius) de Arcimboldis Aloysii J. C. Coll. Senatoris filius, Andreae Episcopi Novariensis ex fratre nepos, vir Græcis, Hæbraicis, Latinisque litteris præstantissimus, anno MCDXCV. sub Alexandro VI. in Romana Curia Utriusque Signaturæ Referendarius, Abbas Commendatar. Præposituræ S. Theodori Civitatis Papiæ, nec non Prothonotarius Apostolicus, anno inde MDIII. mense Octobris à Pio III. Sum. Pont. Mediolanensis Archiepiscopus creatus est. Verum antequam Ecclesiæ sibi creditæ possessionem iniret, suis Civibus Archiepiscopum ostensum magis, quam datum mors immatura Romæ sustulit, ætatis suæ anno XXXII. ibidemque funeratus est. De eo superfunt:

- I. In Collectione Carminum, vulgo Sonetti, degli Accademici Trasformati di Milano. Ivi per M. Antonio Borgia nel 1548. del mese di Decembre, extant Octaviani Arcimbaldi Carmina Italica n. 6.
 - II. Epigramma latinum ejusdem in laudem Isidori Clari Monachi: Extat ad calcem libri, cui titulus: de Modo divitias adhibendi hominis Christiani. Mediolani 1540. in 4.
- Ei dum adhuc esset Prothonotarius Apostolicus, Octavianus de Floravantis Mirandulanus dicavit opus suum inscriptum: Viridarium Illustrium Poëtarum. Venetiis apud Bernardinum Vitalis 1497.
- Ughellus, atque Sitonus pag. 72. art. 315. ejus meminere.

L.

CXIX.

CXIX.

ARCIMBOLDUS VIDO ANTONIUS.

Vido Antonius Arciboldus Nicolai Senatus Mediolanensis Præsidis, & Ursinæ ex Comitibus Canossæ filius, cessione Joannis Cardinalis fratris sui Archiepiscopatum Mediolanensem adeptus est anno MCDLXXXVIII. IV. Kal. Maji. Hic antequam sacris initiaretur, Senator, ac Præses fuerat in patria sub Galeatio Duce, cui ille ob singularem prudentiam, atque facundiam carissimus, ad Reges plures atque Principes Legatus ab eo missus est. Politioribus litteris, & legum præsertim peritia insignis fuit. Cum clarissimo Viro Jacobo Trivultio pietatis ergo usque in Palæstinam peregrinatus est. Vix ad Ecclesiæ suæ regimen accesserat, Archiepiscopales Ædes restauravit, auxit, & pretiosa suppellectili exornavit. Templo suo Metropolitano ædificando maximam pecuniæ vim legavit. Plura fecisset, si in meliora tempora incidisset, nam Rex Gallorum Carolus VIII. pro acquirendo Regno Neapolitano, pacem Italiæ tunc inturbavit. Decessit anno Christi MCDXCVII. die XVIII. Octobris. Jacet in Tumulo Marmoreo in Templo Maximo ad Aram Divæ Techlæ, ubi Joannis fratris sui, & Joannis Angeli Arcimbol-di nepotis, ejusdem Ecclesiæ Antistitum, superest insignis memoria, quam in Jo. Arcimbol-do Lectori exhibuimus. Scripsit:

- I. Orationem, quam habuit Romæ nomine Ludovici Sfortiæ ad Innocentium VIII. Pont. Max. ut refert Ludovicus Jacob. à S. Carolo in Bibl. Pontif.
- II. Alias Orationes.
- III. Testamentum ab ipso scriptum die VII. Octobris MCDXCVII. Extat in Collectione Diplom. Mediol. amicissimi Sormani.
Ei dicantur S. Hilarius de Trinitate à Georgio Cribello Presbyt. MCDLXXXIX.
Item Breviarium Ambrosianum à Petro Casola MCDXL. Vide Clar. Saxii Hist. Typogr.
Extant ad eundem Carmina, & Epistola Latina Joannis Biffi, de quibus suo loco.
Videndi Ciacconius, Ughellus, Sitonius, & Mazzuchellus in suis Schedis.

CXX.

ARCONATUS HIERONYMUS.

Hieronimus Arconatus Societatis Jesu, filius unicus amplissimi Equitis Comitum Caroli Arconati, natus est Mediolani XIII. Kal. Maji Anno MDCLXXV. Illibata morum, vitæque integritate, perspicacissimo ingenio, matura prudentia dilectissimus omnibus, studuit in Nobilium Collegio minoribus Scientiis & naturali Philosophiæ, laudemque singularem excellentis doctrinæ obtinuit. Magnas spes caducarum rerum Evangelicæ humilitati & paupertati postposuit. Ingressus est Societatem Jesu III. Idus Octobris Anno MDCXCII. Post minores facultates in Collegio Braydensi docuit biennio Rhetoricam, cum singulari auditorum emolumento & amore. Jamque Cælo maturus in vere adolescentiæ summo omnium luctu excessit e vivis V. Kal. Februarii Anno MDCCII.

Extat ejus Vita typis edita statim post ejus mortem apud Josephum Pandulphum Malatestam, hoc titulo: Raguaglio della morte, e virtù di Girolamo Arconati, figlio del C. Carlo, ec.
Vulgatæ pariter sunt ejusdem

- I. Hieronymi Arconati Soc. Jesu Prolusiones posthumæ in gratiam Rhetorum Braydensium, Mediol. apud Josephum Pandulphum Malatestam. Anno 1702. Ita à Suis.

CXXI.

ARCONATUS JOANNES BAPTISTA.

Jo. Baptista Arconatus alterius Jo. Baptiste sub Christianis. Majestate Regii Stabuli Præfetti, ac Feudatarii Jo. Gaspari geniti filius, Regius Feudatarius Plebis Dayraghi: in Collegio J. C. C. Mediolanensium conscriptus fuit Anno MDXCVII., Anno MDCXIV. Urbis Præfectus: hinc Judex Prætorius Mediol. ad Signum Equi, mox quadriennio rerum capitalium Præfectus, Consultor Officii S. Inquisitionis, dein Quæstor Magistratus Ordinariorum Reddituum, Regius, Ducalique subinde Senator, & Præfectus Generalis Annonæ: demum Præses gravissimi Magistratus Sanitatis in Mediol. Dominio. Vivere desit Anno MDCXXXIII.

Horatius Landus in Senatus Mediolanensis Historia vocat Jo. Bapt. Arconatum Virum summæ integritatis & amoris in Patriam, atque hæc subdit: „ Jo. Baptista Arconatus per hæc tempora, quo magis ætas sæviret, olim Annonæ Præses integerrimus, „ eruditissimus Senator cum omnium lacrimis est „ elatus.

Superfunt:

- I. Joannis Baptiste Arconati Senatoris Mediolanensis Epistolæ variæ Latinæ ad diversos - nempe: Antonio Galliæ Senatori. Hiacynto Vignato. Joanni Baptiste Sacco; aliisque, partim editæ, partim MSS. in fol. Extant in Biblioth. PP. Hæremit. Discalc. apud SS. Cosmum, & Damianum Mediolani.
- II. Allegationes plures. Extant in Collectionibus penes J. C. C. Mediolanenses. Inter Epistolas Sigismundi Boldoni extant plurimæ Jo. Bapt. Arconato Senatori; una scilicet Anno MDCXXV. XI. Kal. Majas; altera V. Decemb. MDCXXVI., binæ Anno MDCXXVIII., una VIII. Kal. Decemb., altera VII. Id. Jan. Sitonius pag. 83. art. 756., atque Landus supra memoratus lib. 6. pagg. 225. & 260.

CXXII.

ARCONATUS LUCHINUS.

Luchinus Arconatus ab aliis Aretinus dictus, Mediolani nobili natus genere Congregationi Hæremitarum S. Augustini, quæ de Lombardia dicitur, se addixit anno MCDXLVI. Cum adhuc in sæculo degens egregiam humanis studiis navasset operam, ad Divina in Religione positus se convertit. S. Pauli præsertim Epistolas, & Sancti Augustini Volumina tam firmiter memoriæ commendarat, ut ex utrisque, cum opus erat, quidquid libuisset protinus recitaret. Inter eximios ætatis suæ Divini Verbi ministros habitus, in primariis Italiæ Urbibus sacrum munus Concionatoris magna cum nominis sui fama, & animarum lucro exercuit. S. Mariæ Coronatæ Cœnobium in Patria ampliavit, & in Savonensi Bibliothecam erexit. Visitatoris, Præsidis, & Definitoris munere sæpe functus annis MCDLXXXVI., & MCDXCVII. Vicarius Generalis totæ Congregationi præfuit. A Bartholomæo de Pallazolio Generali Vicario Romam pro gravissimis Ordinis sui negotiis missus, revocationem Brevis, quo Alexander VI. anno MCDXCVII. die VIII. Martii Congregationem fere deleverat, impetravit. Id accidit die XXVI. Januarii MCDXCVIII. Tandem obiit senio confectus, septuagesimo septimo ætatis suæ, Christi vero anno MDI. cum transeisset in Ordine annos quinquagintaquinque. Eum inter Beatos numerant Herrera, Taurellus, aliique Ordinis Scriptores, & in Theatro Augustiniano hoc elogio decoratur: „ B. Luchinus Mediol. „ post religionis significationes, nomine miraculo- „ rum ingens, atque sanctitate clarus.

In laudem ejusdem pro libro de Proœmiis editum fuit hoc Epigramma :

*Luchinus miserans tarda commercia lingua
Doctōris partes sedulus hic peragit.
Arguit, hortatur, commendat, cuncta retardat
Crimina, sancta, bona, facta nefanda virum.*

Scriptit :

- I. De Prologis, seu Proœmiis materna lingua &c. *Mediol.* 1500.
- II. Conciones per totam Quadragesimam, & anni Dominicas. Ex Donato Calvi.
- III. Summa Moralis, Canonica, atque Dogmatica. MS. autographus ingentis molis optimè scriptus, in 4. extat in Biblioth. FF. Hæremitar. S. August. in Conventu S. Mariæ Coronaræ Mediolani à me inspecta.
- IV. Sermones Latini. MS. autograph. litteris rubronigris, in 4. Ibid.
Manipulus Episcopalis Officii, & Regiminis Auctore Dominico Tit. S. Crucis in Hierusalem Presb. Card. & Pœnitentiario, necnon Ecclesiæ Firmanæ administratore, scriptus à F. Luchino Mediol. anno MID. in Patria MS. optimæ notæ, in 4. extat Ibid.
Legitur Vita ejusdem apud Donatum Calvi in lib. suo, cui titulus: Memorie storiche della Congregazione Osservante di Lombardia dell'Ordine Eremitano di S. Agostino part. I. pag. 128. & sequentibus.

C X X I I I.

ARCONIUS FRANCISCUS.

Franciscus à Mediolano nuncupatus, ex Ordine Fratrum Capuccinorum, ejusdem Provinciæ Minister Provincialis, ac in Romana Curia Procurator Generalis, natus est Mediolani Anno MDXX. Patre Joanne Arconio Cretenfi, nobili Jurisconsulto, Habitumque Religionis Seraphicæ suscepit anno ætatis suæ XIII. Vir fuit valde doctus, singularis prudentiæ, profundæ humilitatis, ac altissimæ contemplationis, Apostolico spiritu à Deo imbutus, gratiæque cœlestis ubertate in prædicando ditatus, universas ferè Italiæ Civitates peragravit, in quibus innumera animarum lucra reportavit; tamque ingens de vitæ illius sanctitate, sermonis efficacia, cœlesti doctrina apud Populos fama fuit, ut non immerito novus Italiæ Apostolus fuerit appellatus. Summopere carus extitit Clementi VIII. Pont. Max. Vitam clausit Romæ Anno MDLXXXIII. post XLV. Religionis. Acerrimus agnoscitur Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ propugnator, ejusque venerationem mirificè propagavit. Quapropter etiam scripsit.

- I. Volumen, in quo doctissimè tractat de Immunitate ejusdem Virginis Deiparæ ab omni peccati originalis macula.
De ipso Pagnotius in libro de Maria Triumphante pag. 328. & Boverius in Annalibus Capuccinorum. T. II. ad ann. 1583.

C X X I V.

ARDEMANIUS JOANNES BAPTISTA.

Quo floruerit tempore, vel quibus è parentibus originem traxerit Jo. Baptista Ardemanus frustra quæsi à Patre Abbate Picinello, qui tantùm, nos docuit ipsum Theologiæ laurea insignitum, & Apostolici Protonotarii honore decoratum, Capellanum item, & Magistrum Chori in Regia Collegiata Scalensi hujus Urbis extitisse. Eum Musas summo studio coluisse indicat liber Picinello ignotus à me infra dandus; atque utinam ad manus nostras pervenisset alterum hujus Auctoris Opus, de Astronomia, ab eodem Picinello relatum, ut melius Lectorem nostrum quantum Ardemanus in ea scientia valuerit instrueremus. Musicam etiam inter ejus ornamenta sæpè relatus Picinellus enumerat: alterum tamen Ardemanium ab ejus Athenæo expungendum.

duximus, sicut & alios hujus artis, cum ibi ob Musicæ peritiem tantummodo commendetur. De Joanne Baptista verò hæc damus:

- I. Opus Astronomicum, quod Picinellus asserit eum composuisse occasione Academiæ Cassinensium Inquietorum vocatæ.
- II. Carmina latina, quæ vidimus in libro, cui titulus: Academiæ Animosorum plausus in laurea Philosophicæ Joannis Mariæ Sicci de Aragonia. *Mediol.* in 4. Vid. Picinellum in Athenæo pag. 269. ubi citat Borserium in supplemento Cap. XII.

C X X V.

ARESIUS AUGUSTINUS.

In Augustino Aresio, quem Alexander junior Juris-Conf. Coll. genuit, avita sanguinis nobilitas virtutis splendoribus ornata coruscavit; nam & ipse Jurisprudentiæ laude clarissimus Collegio Juris-Consultorum aggregatus Anno MDCLXVI. dignus est habitus, qui legales scientias in Palatino Gymnasio Fori Candidatis publicè traderet. Patriam Præfectus rexit Anno MDCLXXXIX., deinde Prætoris vices cum laude gessit. Terris valedixit Anno MDCCII. Superfunt:

- I. Repertorium Juris exactissimè compactum ex quampluribus Auctoribus, nec non cum Senatus Excellentissimi Mediolanensis Decisionibus, inceptum Anno MDCLXVI., & perfectum Anno MDCLXXX. MS. in fol. Autog. Vol. II. ingentis molis. Extat in Biblioth. Comitum Marci Aresii.
- II. Allegationes plures apud J. C. C. Mediolan. De ipso Sison. Art. 1019. pag. 227.

C X X V I.

ARESIUS BARTHOLOMÆUS.

Bartholomæus Aresius Comitum Julii J. C. Coll. Senatus Mediolanensis Principis, & Margaritæ Legnanæ filius, in lucem venit anno MDXC. XI. Kal. Novembris. Ex LX. Patriæ Decurionibus, Eques Calatravensis, deinde Senator creatus est anno MDCXLI. die XXIX. Martii. Mox Magistratus Ordinariorum Reddituum Præses, & ex Secretiori Consilio; Regius subinde Consiliarius, ac Regens in Supremo Italicarum Rerum Consistorio apud Regem Catholicum. In tumultu Cremonensi difficilimis temporibus cum Comite de Haro Domini Mediolanensis Moderatore particeps imperii datus: demum Excellentissimi Senatus Præses efficitur die XVII. Novembris anno MDCLX. Apud Barlassinam in agro Mediolanensi Comum versus magnificentissimo opere, & sumptu Templum, & Cœnobium PP. Ordinis Prædicatorum Divo Petro Martyri dicavit, ubi invictus ille Fidei testis vulneribus ab impiis confossus victor occubuit; anno vero MDCLXXIV. mundo valedixit. In sacra Æde D. Victoris ad Corpus Mediolani situs est hisce duobus Elogiis clarissimus:

COMES BARTHOLOMÆVS ARESIVS

POST OMNES TOGAE GRADVS

IN PATRIA EMENSOS

APVD CATHOLICAM MAIESTATEM REGENS

ET MEDIOLANENSIS SENATVS PRAESES

AGNITA RERVH HVMANARVM FIDE

SPEM DIVINARVM AMPLEXVS

HOC SACELLVM

FAMILIAE CINERIBVS CONDENS

CONSCIENTIAM MORTALITATIS

AETERNITATIS EXPECTATIONEM

POSTERITATIS PIETATEM

EXCITABAT ANNO SAL. MDCLXIX.

CO.

COMITEM BARTHOLOMAEVM ARESIVM
 EX SVPR. ITAL. CONS. APVD C. M.
 REGENTEM
 MAGIST. ORD. DEIN EXC. SENATVS
 PRAESIDEM
 RELIGIONE IN DEVM FIDE IN REGEM
 IVSTITIA IN CIVES
 CHARITATE IN PATRIAM
 MVNIFICENTIA IN PRINCIPES
 LIBERALITATE IN PAVPERES
 IN OMNES BONAS ARTES FAVORE
 INGENIO SAPIENTIA MAGNITVDINE ANIMI
 TEMPLORVM COENOBIORVM
 PALATIORVM MAGNIFICENTIA
 VITAE MODESTIA SPECTATISSIMVM
 HVIC TVMVLO
 A SENATORE MARCO ANTONIO AVO
 NEPOTIBVS PARATO
 CO. LVCRETIA HOMODEA VXOR
 COM. IVLIA ET COM. MARGARITA FILIAE
 MEMORIA VIRTVTVM DOLOREM
 LENIENTES
 COELO RESTITVENDVM COMMITTEBANT
 AN. MDCLXXIV. AETATIS EIVS LXIV.

De hujus Viri certe magni nominis gestis illustribus, plura addere non duximus, Lectorem nostrum ad vitam ipsius Coloniae impressam anno MDCLXXXII. per Franciscum à Turre (cujus Auctorem aliqui volunt Annibalem Porronum, de quo suo loco dicendum) remittentes. Ecce quod de hoc Aresio damus:

- I. Volumen amplum, cui titulus: Centuria decisionum Senatus Mediolanensis, Praeside Aresio, ipso collectore, in fol. MS. Extabat in Bibliotheca quondam Senatoris Jo. Galeatii Vicecomitis.
- II. Allegationes, & Relationes in Causis coram Senatu cum variis Ordinationibus. MS. in fol. magnae molis Autographus. Extat in Bibliotheca Comitum Marci Aresii.
- III. Allegationes Juris, partim editae, & partim MSSae. Reperiuntur in collectionibus Archintea, Aresiana, Parodiana, Aresiniana, aliisque.
- IV. Collectio Sententiarum, atque Decretorum Magistratus Redditiuum Ordinariorum ab Anno MDCXXXII. ad MDCLV. per materiarum seriem, & alphabetico ordine disposita. MS. ingentis molis, atque optimae notae in fol. Extat apud Marchionem Gasparem de Rosales.
- V. Collectio altera Relationum causarum coram se agitarum ab Anno MDCXLIX. ad MDCLXXIII. cum Votis Fisci, in fol. Tom. IV. MSS. Autographi ingentis molis. Extant in Bibliotheca supradicti Comitum Marci Aresii.
- VI. Repertorium Juris ordine alphabetico dispositum. MS. Autographum magnae molis. Ibid.
- VII. Tractatus acutissimus, & prudentissimus, quo probatur, Regem Catholicum non teneri Magno Etruriae Duci, juxta pacta Senensia, milites in auxilium mittere, memoratur in Auctoris vita, de qua supra pag. 108.
- VIII. Epistola ad Governatorem Mediolani data die XXI Junii MDCLXII. in qua agit de negotiis politicis, & bellicis eo tempore Italiam vexantibus, praecipue de jurgiis inter Ducissum, & Principes Sabaudiae. Extat in ejus vita, ut supra pag. 95.
- IX. Lettera autografa al Governadore di Milano sopra la Refa del Castello della medesima Città. Dat. Milano MDCXLIII. XXVI. Maggio. Extat MS. in Cod. fig. G. num. 573. inter impressos Bibliothecae Ambros.
- X. Ricordi dati dal Presidente Bartolomeo Aresio sopra gli abusi da levarsi, ed altri da corregersi, ed

A

alcuni raccordi anche politici per la sicura difesa dello Stato di Milano, e per la di lui conservazione. MS. in fogl. pagg. 16. Adest in Biblioth. Monachorum Cisterciensium S. Ambrosii Mediolani.

- XI. In Opere Ludovici Vismarii de essentia Possessionis adest Praefatio Bartholomaei Aresii.

Orationem in Laurea eidem collata dixit Henricus Arfagus Ripalta J. C. & pub. Professor in Universitate Ticinensi, quae *Typis Ambrosianis edita fuit Anno 1630. in 4.*

Franciscus Severinus Mediolanensis à Secretis Senatus, Orationem dixit in ejus funere. *Mediolani, apud Montiam 1675. in 4.*

Panegyricus Comiti Bartholomaeo Aresio dictus a Carolo Proserpio. *Mediolani 1654. in 4.*

Hieronymus Bossius ei Hendecasyllabon cecinit: Extat inter ejus Musas successivas pag. 4.

B

Ei dicatum est Opusculum Jo. Ruitz de la Cuna de origine, auctoritate, dignitate, honoribus, & Privilegiis Regii Fisci Parroni, deque praecedentia adversus Secretarios. *Mediol. 1636. in fol.*

Inter Carmina Augustini Terzaghi extat Carmen in Lauream Comitum Bartholomaei Aresii pag. 158.

Lancellotus Gallia ei, cum esset Praefes Magistratus Ordinarium, dicavit an. MDCLIII. Commentarium in consuetudinem Alexandrinam.

Angelus Stephanus Garonus ei, cum esset Capitaneus Justitiae, anno MDCXXXVIII dedit Commentarium in Titulum de Meretricibus, & Lenonibus nov. Constit. lib. 4. tit. 15.

Altobellus Pisanus ei, cum esset Praefes Mag. Ord., ann. MDCXLVII. dicavit Angeli Stephani Garoni Commentaria de continuanda possessione defuncti in heredem.

Bernardinus Innocentius ei dicavit suum Tractatum de successione Municipali, *Mediolani 1666.*

C

De eo vide Horatium Landum de obsidione Cremonensium pag. 56. & alibi. Vide Galeatium Gualdum Prioratum in relatione Status pag. 187. ac Sitonum pag. 206. art. 892.

C X X V I I.

ARESIVS BARTHOLOMAEVS alter.

NE dum forensibus studiis claruit Aresia Familia, sed etiam Viros protulit aliis excultos disciplinis. Hoc probat in primis Bartholomaeus alter, qui perfectioris Vitae studio Cisterciensis Instituti Regulam amplexus est anno MDCLIX. In celeberrimo Sanctae Crucis in Hierusalem Monasterio Romae facris addictus studiis non paucos ibi transegit annos. Hinc aliis regendis jam maturus Abbatialem dignitatem in Locediensi Coenobio promeruit, quod etiam munus in aliis sui Ordinis Asceteriis laudabiliter exercuit. Neque tamen ab amoenioribus studiis abhorruit, nam inter Academicos Coloniae Arcadiae Mediolanensis, aliosque hujusmodi eruditorum Coetus conscriptus, plurima Italica, atque Latina Carmina non semel magno cum Auditorum plausu recitavit. Meritis annisque onustus mortalitatem exiit salutis humanae anno MDCCXII. Haec composuit, quae subjungimus:

D

- I. Insignis Basilicae, & Imperialis Coenobii S. Ambrosii Majoris Mediolani Abbatum Chronologica series ab initio fundatae Abbatiae ad haec usque tempora per compendium deducta. *Mediolani 1674. apud Ramellatum in 4.*

E

In calce ejusdem libri adfunt Privilegia, & quamplurima Diplomata ad dictum Monasterium spectantia ab eodem collecta, & edita.

- II. Poesie variae Italianae sopra varj Soggetti. Vol. IV. in 4. MSS. adfunt in Biblioth. Monachor. Cisterciens. S. Amb. Mediol. n. 169. & seqq.
- Aresium, & ejus Chronologicum Opus laudat Bosca in Martyrol. Mediol. in notis ad diem IX. Maji num. 2. sicuti & Illustrissimus Fontaninus in suo libro de Corona ferrea edit. Romanae anni 1719. pag. 57. ubi multum commendat Collectionem Aresii supradictor. Privilegior. ac Diplomatum, quae in lucem edidit, ut diximus.

CXXVIII.

ARESIUS BENEDICTUS.

Benedictus Aresius Marci, & Annæ Castellæ filius natus die XXIV. Martii anno MDCLXXIII. ex LX. Decurionibus Civitatis Mediolani non solum in Juris peritia, sed & in Philosophicis, Mathematicis, sacris, atque profanis litteris versatissimus, ideo locum inter Academicos, quos *della Crusca* vocant, meruit obtinere. Bibliothecam insignem in Ædibus suis apud hæredes adhuc extantem condidit. Amicissimus etiam erat celeberrimi Philosophi Laurentii Magalotti, cujus Epistolas Philosophicas, antequam Typis excuderentur, ipse habuit. Obiit Quæstor Reddituum Ordinariorum anno MDCCXXVIII. die III. Augusti. Scripsit:

- I. Vocabulario delle voci, e Frasi Italiane più usitate, e che non si trovano negli altri Vocabolarj. Vol. VII. MSS. in 4.
- II. Raccolta di cose memorabili, e detti più sentenziosi, e politici cavati da varj Autori. T. II. MSS. in 4. Hoc Opus inchoavit Co. Præses Julius Aresius, & continuavit Benedictus noster.
- III. Tractatus de motu ex Galileo, Cartesio, Marfeno, aliisque. MS. in fol. Extant omnes in Bibliotheca ejusdem, nunc Comitum Marci.
- IV. Dell' Animaſtica, o ſia Metaſtica Diſſertazioni IV. in Academia Co. Caroli Archinti expoſitæ. MSS. in fol. extant apud Co. Maximilianum Jo. Stampam Marchionem Soncini.

CXXIX.

ARESIUS JOANNES FRANCISCUS.

Erravit profectò quicumque inter armorum strepitus Musas filere arbitratus est; etenim Joannes Franciscus Aresius Comitum Benedicti, & Annæ Carcanæ filius, quamvis Martialibus addictus laboribus, studia semper enixè profecutus est. Urbibus Cremonæ, Alexandriæ, Novariæ, & Marchionatui Finarii cum imperio præfuit. Regis Catholici nomine apud Helveticam Rempub. Oratoris munus exercuit. Insigni Militiæ Sancti Jacobi, quam de Spatha nuncupant, adscriptus, Germanorum Peditum Chiliarca, insuper in Betico adversus Lusitanos bello, atque in Mamertino, Cathalaunico, & Belgico Infubrum lectissimæ Legionis Tribunus, tum exercituum Generalis Præfectus, postremo rei tormentariæ Moderator extitit. Inter tot, tamque diversa bellica munera pluribus exarandis Codicibus dedit operam, tam ad militiam, quam ad res alias pertinentibus. Terris ereptus est in Patria anno salutis MDCCXXI. ætatis suæ anno LXXVIII. atque conditus in Templo Monialium Sanctæ Claræ Regulam profitentium. Quos scripsit libros Lector accipe:

- I. Alcune regole Militari; lectu sunt dignæ, atque prælo paratæ, MS. in 4.
- II. Pratica, e Massime della Guerra del Sig. Cavagliere de la Valliere, da lui tradotte dal Francese l'anno MDCCXIV. MS. in fol. autog. justæ molis.
- III. La Filotea di Don Francesco de Quevedo, trasportata dallo Spagnolo, MS. in fol.
- IV. Dilucidazione di alcune difficoltà, che sono insorte sopra il libro della fantia, e degli obblighi della vita Monastica, trasportato dall'Idioma Francese nell'Italiano, MS. in fol. justæ molis, qui jam prælo paratus erat.

Extant omnes in Biblioth. Comitum Marci Aresii.

CXXX.

ARESIUS JULIUS.

Comes Julius Aresius Marci Antonii J. C. Coll. Senatoris, & Hippolytæ de Claris Julio Senatore genitæ filius, Pauli integerrimi æque ac literatissimi Derthonensis Episcopi frater, de quo dicturi sumus, necnon Præsidis Bartholomæi Pater. Jurispe-

Tom. I.

A ritorum Mediolanensium Collegio adscriptus anno MDXCVI. ex LX. patriæ Decurionibus, Reg. Ducal. Quæstor Magistratus Extraordinar. Reddituum, hinc Senator efficitur, Magistratus Ordinariorum Reddituum subinde Præses, & ex Secretiori Principis Consilio, demum Excellentiss. Mediolanen. Provinciæ Senatus Princeps anno MDCXV. Tot dignitatibus insignitus, necnon à tantis eruditione Clarissimis Viris laudatus, ut videbimus infra, nobis præripit plura in ipsius dignam commendationem addere. Vivere desiit anno MDCXXVII. atque superstes suorum pietas hoc illi elogium inscripsit in Templo D. Victoris ad Corpus Mediol.

D. O. M.

HIC IACET

COMES IVLIVS ARESIVS

MARCI ANTONII SENATORIS F.

IVRISCONS. EX COLLEGIO

REDDITVVM EXTRAORD. QVAESTOR

DEINDE SENATOR

MOX REDDIT. ORDINAR. MAGISTRATVS

PRAESES

ET CONSILII SECRETI CONSILIARIVS

POSTREMO SENATVS MEDIOLANENSIS

PRAESES

QVI HVC OMNES ACCEDITIS

DEVOTAS PRO EO EFFVNDITE AD DEVM

PRECES

COMES BARTHOLOMAEVVS CAESAR

LVDOVICVS ET FRANCISCVS MARIA

ILLIVS FILII

ET IOH. BAPTISTA QVARTERIVS

EORVM TESTAMENTARIVS TVTOR

ET CVRATOR

IVXTA IN TESTAMENTO

AD EXCITANDAS FIDELIVM ORATIONES

PRAESCRIPTA

OBIIT DIE V. FEBR. MDCXXVII.

AETATIS SVAE LV.

Hæc de ipso habemus:

- I. Notæ seu Decreta Senatus Mediolani ab ipso collecta & ordine materiarum disposita. MS. in fol. ingentis molis. Extat apud Marchionem Gasparem de Rosales.
- II. Constitutiones Domini Mediolanensis in ordinem redactæ à Jacobo Carraneo Senatus Secretario. *Mediolani* 1541. fol. cum pluribus adnotationibus tam marginalibus, quam ad calcem scriptis manu ejusdem Præsidis. Extant in Bibliotheca pluries laudata Co. Marci Aresii.
- III. Statuta Mediolani cum appositionibus Cattelliani Cottæ. *Mediolani* 1552. in fol. cum adnotationibus MSS. Præsidis Aresii tam sparsim in libro, quam ad calcem paginarum 80. minutissime scriptis manu ejusdem. Extat in ead. Biblioth. in qua vidi etiam insignem alium MS. eidem Præfidi Aresio perquam carum, ut ibi legitur, sic inscriptum: Raccolta bellissima di scritte Ducali dall'anno MCCLXXXVIII. fino al MDXXV. attinenti alle gravezze imposte dai Duchi, regolamento della loro Corte, dell'Entrate, e spese annue della Camera, al regolamento per il sale, per il sussidio Ecclesiastico &c. poste in ordine da Alessandro Giuffani Archivista del Magistrato Ordinario, di cui sono li Sommarj, Indici, ed una lettera scritta al sodetto Sig. Presidente, li XX. Novembre MDCXCV. MS. in fol. magnæ molis.

M

IV.

- IV. Repertorium juris ditissimum alphabetico ordine dispositum in fol. Vol. IV. ingentis molis. MS. autographus. Extat ibidem.
- V. Opus Legale super omnes Titulos Juris tam Cæsarei, quam Pontificii, necnon de Jure publico. Vol. VI. MSS. in fol. ingentis molis. Extat ut supra.
- VI. Carmina aliquot Italica, extant in lib. cui tit. Le Muse Toscane di diversi nobilissimi ingegni di Gerardo Borgogni. Bergamo 1549. per Comin Ventura. in 4.
- VII. Allegationes plures ejusdem reperiuntur in ferè omnibus collectionibus jam enunciatis, inter quas ex schedis P. D. Gasparis Berettae, de quo suo loco, cognovi lectu dignas esse quæ sequuntur:
Motivum contra Fiscum pro Barone VVolphango Germano, incipit: in *Bonomiensis Fœdere* pag. 8. extat in Parodiana Tom. I. Fiscalium.
Allegatio pro Fratribus Cribellis in materia Testamentaria, incipit *Casus propositus* 15. Jun. 1601. apud Soliv. Tom. XXII.
- VIII. Consultatio de Præcedentia Magistratus Ordinarii, & Extraordinarii. Extat in Collectione Comitum & Quæstoris Ludovici Archinti.

Videndæ sunt Annibalis Guaschi ad eundem Epistolæ Italicae XI. Extant inter Epistolas Guaschi editas *Mediolani apud Pontium, & Piccaleam* 1601.
Ejusdem Guaschi ad Aresium alia duæ Epistolæ, in quarum prima respondet aliquibus dubiis de pace hostibus in scriptis data, quæ Julius Guaschus scripserat contra ejus Epistolam in primo volumine contentam. Extant inter Epistolas Guaschi editas *Alexandria apud Felicem Motium* 1607.
In Libro Epistolarum Sigismundi Boldoni *Mediolani* 1631. *Typis Ludovici Montis* extant ad eum Epistolæ V.
Ei nuncupavit Bossius Epistolarum ad Jo. Bap. Saccum. Senatus à Secretis librum singularem. Anno 1617.
Benedicti Sociaci Epigr. ad Julium Aresium Quæstorum Principem, cum ei libellus *Momi* titulo inscriptus dicaretur. Ext. lib. 4. pag. 147.
Francisci Rubini gratiarum actio ad Jul. Aresium *Mediolani Præsidem*. 1628. in 4.
Hieronymus Bossius in Musis *Juvenil.* Epig. 42. pag. 26. cum esset Præses Senatus ad eum dedit.
Joannes Petrus Surdus ei, cum adhuc esset Quæstor, dicavit *Decisiones Mantuani Senatus*. 1606.
Extant ad eum Epistolæ quinque Stephani Guatii Epist. lib. V.
Bartholomæus Regius ei Senatori dicavit *Libellum Momi, & Viator*. 1613.
Cum Laurea donatus esset Ticini, plura in ejus laudem Carmina Latina, & Italica Jo. Bapt. Massarengus Parmensis edidit.
In Funere Julii Aresii Senatus Præsidis Sigismundi Boldoni Epigrammata quinque.
Extant ad eundem Carmina plura in Collectione Gherardi Borgognii eidem dicata 1599.
Laudatur in pluribus Epistolis à P. Abbate Grillo. *Ven.* 1608. in 4. & à Sitono pag. 180. art. 746.

CXXXI.

ARESIIUS MARCUS.

Marcus Aresius Com. Benedicti ex LX. Urbis Decurionibus, de quo egimus, & Annæ Carcanæ filius, Equitis Joann. Francisci Germanorum peditum Chiliarchi, quem paulo antè laudavimus, frater, Comes Barlassinæ, Regius Feudatarius Plebis Sevesi, etiam ipse ex LX. patriæ Decurionibus, J. C. C. Collegio adscriptus anno MDCLVII. ejusdemque Proprætor, mox anno MDCLXIX. Urbis Præfectus, à consultationibus S. Officii, ex Regiis Vicariis Generalibus, hinc Judex Prætorius sub signo Equi: post hæc in Supremo Italicarum rerum Consilio Regens apud Catholicam Majestatem: Magistratus subinde Ordinariorum Reddituum Mediolanen. domini Præses. Vir in magnis, atque arduis negotiis à Carolo II. Hispaniarum Rege Catholico, necnon ab ejusdem in hoc dominio Mediolanensi Governatoribus pluries semper foeliciter adhibitus; obiit anno MDCXCVI. Hæc reperi de ipso:

- I. Memorabilia Magistratus Reddituum Ordinariorum ab anno MDCXXXVII. ad MDCLX. Tomi V. ingentis molis in fol. apud Comitum Marcum Aresium Auctoris Nepotem.
- II. Vocabularium Juris Criminalis. MS. in fol. ingentis molis autogr. Extat in Biblioth. Comitum Marci Nepotis supradicti.

- III. Relationes Causarum eorum se agitatarum, cum Votis Fisci, & Decisionibus Senatus. MS. in fol. Tom. II. ingentis molis autogr. ab anno MDCLXXIII. ad MDCXCVI. Ibidem.
- IV. Lettere di varj negozj Politici scritte a più persone dall'anno MDCLXXXIII. al MDCLXXXV. Extant ibid.
- V. Allegationes Fiscoales III. apud Benaliam, aliæque plures in Jure Civili, & Criminali in Collectione Archinteæ à me inspectæ.
De eo agit Sitonus pag. 221. art. 980.

CXXXII.

ARESIIUS PAULUS.

Paulus Aresius, in sæculo autem Cæsar, M. Antonio, & Hippolyta de Claris, ut innuimus in Vita Comitum, & Præsidis Julii ejus Fratris, nobilibus Parentibus anno MDLXXIV. Mediolani natus, nondum quartum decimum attingens annum Clericus Regularis Theatinus effectus est. In hoc vivendi genere ita se gessit, ut in eo nihil desiderari potuerit, quod pietatem religiosam non redolere videretur. In litterarum studiis brevi temporis spatio coætaneos suos anteivit, evasitque Philosophus, Theologus, ac verbi Dei declamator eximius. Paulus V. Pontifex Maximus, defuncto Dossena Præfule religiosissimo, Derthonensem exhilaravit Ecclesiam, cum die VI. mensis Julii anno MDCXX. Aresium declarasset Episcopum, quam ille doctrinæ gloria, virtutum fama, & honestate vitæ non minus antecessore suo Dossena illustravit. Hominis doctissimi, probique Præfulis nomen adeptus, perhonorificè à primis nostri ævi Scriptoribus celebratur. Plura volumina Academicarum concertationum in lucem emisit, unde verbi Dei Concionatores tamquam ex ditissimo penu divina possunt eruere, quæ salubriter populo explicentur. Cætera sui clarissimi ingenii monumenta nos infra Lectoribus exhibebimus. Quatuor & viginti annos Derthonensem rexit Ecclesiam: senio tandem, studiorumque labore fessus, in Urbani VIII. Pontif. Max. manibus Episcopale munus deponere magnopere exoptans, misit nuncium anno MDCXLIV. pauloque post è vivis exemptus est die XIII. Junii, funeratus in Cathedrali, tantâ populorum frequentia, ut per aliquot dies extincti Præfulis cadaver infepultum eorum piam curiositatem vix explere potuerit. Hic est Operum ejus catalogus:

- I. Velitationes in Cantica Cantorum. *Mediolani, ex Typographia Job. Petri Cardi* 1640. in 4.
- II. Velitationes in Apocalypsum. Opus posthumum, quod edidit Paulus Sfondratus Gregorii XIV. Pont. Max. pronepos, cum Auctoris Vita. *Mediolani, ex eadem Typograph.* 1647. in fol.
- III. Della Tribulazione e suoi remedj. *Venezia presso Pietro Paolo Tozzi* 1627. in 4. & *Colonia per Gio. Busco* 1663. Opus etiam latinitati donatum per Petrum VVemers Strict. *Observ. Carm.* editio secunda. *Antuerpia* 1647. *Colonia* 1665. Tom. 2. in 4.
- IV. In Aristotilem de generatione, & corruptione ad Philippum Hispaniarum Regem. *Mediolani apud Hieronymum Bordonium* 1627. in 4.
- V. De Aquæ transmutatione in sacrificio Missæ. *Derthona* 1622. in 8. & *cum additionibus Antuerpiæ apud Martinum Nutium* 1628. in 12.
- VI. Arte del Predicar bene. *Venezia* 1611. presso Bernardino Giunti, Gio. Battista Ciotti, e compagni in 4.
- VII. Imprese sacre, ita distinctæ:
Libro primo della natura dell' imprese. *Milano per l'Erede di Pacifico Ponzio, e Gio. Battista Piccaglia* 1625. in 4.
Libro secondo (impresæ XV.) *Milano per gl'Impressori Archiepiscopali* 1625. in 4.
Libro terzo (impresæ XXX.) *Milano per gl'Impressori Archiepiscopali* 1625. uno tantum volumine cum supradicto in 4.
Libro quarto volume primo (impresæ LXXVI.) in lode di Cristo Signor nostro, e d'altri Santi, e Beati. *Tortona per Pietro Giovanni Calenzano, ed Eliseo Viola compagni* 1630. in 4.
Libro quarto volume secondo (impresæ CXXI.) fatte in lode de' Santi Pontefici, e de' Beati Confessori. *Tortona per li suddetti* in 4.
Libro quinto (impresæ CLII.) in lode della Beatissima Vergine. *Tortona per li suddetti* 1630. in 4.
Libro sexto volume primo (impresæ CLXXIII.) in

in biamo di Satanasso. Tortona, per li suddetti, 1634. in 4.

Libro sesto volume secondo (imprese CC.) in biamo di Satanasso. Tortona, per li suddetti, 1635. in 4.

Libro settimo, la Retroguardia delle sacre imprese. Ivi, per Pietro Gio. Calenzano, 1640. in 4.

La l'enna rasfiata, aggiunta al primo Tomo delle impre: Milano, 1666. in 4.

Hoc opus ex integro in Latinam linguam redditum fuit à P. Cajetano Nemnich Religionis Teatinorum summo, atque impressum Francofurti annis 1701. & 1702. Tom. 2. in fol., præmissa elegantibus Præfatione Salisburgi data.

VIII. Panegyri Sacre partim seorsim, partim simul, sed non omnes collectæ, atque Mediolani edita, primum apud Iudovicum Montiam, postea per Franciscum Mogagnan annis 1644. & 1659. Ideo has singillatim recensere statui.

1. In lode di S. Carlo Borromeo Cardinale di S. Præfate Arcivescovo di Milano, detto nel Duomo di Milano, il quarto giorno di Novembre 1610. in occasione della Festa del Santo, e della nuova della sua Canonizzazione, che la notte precedente s'ebbe.

2. In lode del Cuore di S. Carlo Cardinale Borromeo, fatto in Roma nella Chiesa del medesimo Santo, ove si conserva il detto Cuore, nel giorno Festivo di Lui, l'anno 1617. alla presenza del sacro Collegio. Roma, appresso Giacomo Mascardi, 1617. in 4.

3. In lode del medesimo, fatto in Roma la sera del giorno Festivo di Lui, nella Cappella di N. S. Papa Paolo V. in S. Maria Maggiore, l'anno 1617. come sopra.

4. In lode di S. Corrado Piacentino, fatto nel Duomo di Piacenza l'anno 1616. a dì 19. Febbrajo giorno Festivo di Lui, correndo la Feria sexta dopo le Cæteri. In Piacenza in 4., ed in Tortona, appresso Nicolò Viola, 1621. in 4.

5. In lode de' Santi Ignazio, e Francesco Xaverio, fatto nella Festa, che per la Canonizzazione de' detti Santi si celebrò nella Chiesa di S. Fedele de' PP. della Compagnia di Gesù, il giorno 17. Aprile 1622. Tortona, presso il Viola, 1622. in 4.

6. In lode de' i suddetti fatto nella Festa, che per la Canonizzazione d'essi Santi si celebrò in Castelnovo sua Diocesi da' PP. della Compagnia di Gesù li 17. Maggio 1622. come sopra.

7. In lode della Beata Chiara di Montefalco, fatto nella di lei Solennità, nella Chiesa de' Padri Agostiniani detta la Trinità di Tortona, l'anno 1624. Tortona, in 4.

8. In lode del B. Andrea Avellino della Religione de' PP. Teatini, fatto in S. Siro di Genova, Chiesa de' Padri dell' istessa Religione, celebrandosi la sua Festa, li 10. Novembre 1625. In Tortona, appresso Pietro Gio. Calenzano, ed Eliseo Viola 1626. in 4.

9. In lode della B. Vergine Maria, fatto nella Chiesa delle Vigne di Genova, la sera del Sabbato giorno 15. di Novembre dell' anno 1625. come sopra.

10. In lode delli XXIII. Martiri del Giappone seguaci del Serafico P. S. Francesco fra' Minori Osservanti, fatto nella Chiesa della Pace in Castelnovo in occasione della Festa, che si celebrò degl' istessi Beati, li 5. Febbrajo 1628. come sopra.

11. In lode de' III Martiri del Giappone, Religiosi della Compagnia di Gesù, fatto in Castelnovo nell' occasione della Festa, che ivi si celebrò degl' istessi Beati Martiri, li 6. Febbrajo 1628. come sopra.

12. In lode della Beata Rita, con occasione della sua Beatificazione, che si celebrò nella Chiesa della Santissima Trinità de' PP. Eremitani della stessa Città di Tortona, la Domenica terza dopo Pasqua, l'anno 1629. in 4. come sopra.

13. Panegirico fatto nel Duomo di Tortona, il giorno 28. Maggio 1643. con occasione del Castello reso la sera avanti, alla presenza dell' Eccellentiss. Sig. Co. di Sirvela, Governatore dello Stato di Milano, e d'altri principali Guerrieri, che in quest' impresa impiegati si erano. Ivi, come sopra, e Milano, 1643. in 4.

14. Panegirico fatto in Genova, nella Chiesa de' PP. della Compagnia di Gesù, nella Translazione di molte Reliquie, e Corpi Santi, che si celebrò li 12. Luglio 1643. Genova, in 4.

15. Panegirico fatto ne' Funerali del Cattolico e Potentissimo Re di Spagna Filippo Terzo, nella Cattedrale di Tortona. Ivi, appresso Nicolò Viola, in 4.

16. In lode dell' Eminentiss. e Reverendiss. Sig. Cardinale Federico Borromeo Arcivescovo di Milano, nelle sue esequie, nel Duomo di Milano, l'anno 1631. In Milano, per Gio. Battista Cerri, 1631. in 8.

17. Panegirico fatto nell' occasione dell' incoronazione del Sereniss. Doge di Genova Alessandro Giustiniano. Ivi, ed in Venezia, appresso Gio. Alberti. 1611. in 4.

18. Panegirico de' Cavaglieri della gran Croce fatto in lode de' XXIII. Martiri del Giappone, seguaci del Serafico Padre S. Francesco fra' Minori Osservanti, nella Chiesa di S. Maria delle Grazie in Voghera, con l' occasione della Festa, che si celebrò degl' istessi Beati, il giorno 17. di Settembre del 1628., in Tortona per Pietro Gio. Calenzano, ed Eliseo Viola compagni in 4. Hæc cum aliis non reperitur in collectione, utpote dissimilis ab indicato numero X.

IX. Guida dell' Anima orante. In Pavia per Gio. Andrea Moggi, 1645. in 12. Genova, appresso Francesco Mescchino, 1662. Venezia, Verona ec.

X. Constitutio Synodalis edita in prima Diocesana Synodo. Derthona apud Nicolaum Violam, 1623. in 4.

XI. Lettera à Sebastiano Baldi. Extat in Liceti Responsis ad quæstia per Epitolas, Tom. IV. pag. 136.

XII. Conciones Latine MSS. in fol. magnæ molis, extant in Biblioth. Ambr. sign. C. num. 191.

Ipsium laudavit in funere Joseph Calciatus, ex Canonicis Lateranensibus disertissimi Oratione, Derthona edita per Violam in 4., & Præfidi Julio dicata.

Elogium ejus ab Aloysio Novarino conscriptum Tom. II. Opusculorum exscripsit Ughellus Tom. IV. in Episcopis Derthonensibus num. LXXXIV. Extat aliud in Libro, cui titulus: Elogj d' Uomini Letterati, scritti da Lorenzo Grasso. Venezia, presso Combi, e Lanau, 1666. in 4. parte seconda.

Inter Carmina Augustini Terzaghi extat Carmen ad Paulum Aresium pag. 46. atque ejusdem Pauli ad Auctorem, ibidem.

De Paulo Aretio scripserunt Ughellus in Episc. Derthonens. T. 4. Morosius Polistor. litterar. lib. 6. c. 4. Le Long. Biblioth. sacra p. 613. Biblioth. Magna Eccl. Genevæ edit. T. 1. pag. 544. Borserius c. 12. Petrus Paulus Bosca de orig. Biblioth. Ambrosianæ, Picinellus pag. 447. &c.

Miramur Nicolaum Toppium in Bibliotheca sua Neapolitana pag. 232 Edit. Neapol. anni MDC-LXXVIII. inter eruditos suos Paulum Aresium recensere, eum in Diocesi Cajetana ortum afferendo, Placentinis primum Infulis, tum Neapolitanis, & sacra Purpura insignem; ideoque succensere Hieronymo Ghilino, quod in Theatro suo Part. 1. fol. 182. Mediolanensem fuisse dicat. Fefellit Virum similitudo nominis. Aresii nostri cum Paulo de Aretio Clerico Regulari è Congregatione Teatina, qui verè Cardinalis fuit ex Episcopatu Placentino ad Neapolitanum translatus die VI. Novembris MDLXXIV. Unum tamen Toppio indulgendum non videtur; illud est, quod Paulum de Aretio defunctum anno MD-LXXVIII. Sancto Carolo Borromæo adhuc vivente, ut ex epitaphio ab Ughello citato in Tom. VI. Ital. Sacre in Neapol. num. CI. clarissimè patet, in vitam revocat, ut anno MDCX. Sanctum Carolum in Basilica Metropolitana Mediolanensi erudita Oratione commendaret. Præstitit id verè Aresius noster, ut loco suo jam dictum: quod verò nos hic admittimus de Pauli patria, & Toppii sphalmate, jam adverterant Collectores Bibliothecæ Magnæ Ecclesiasticæ Genevæ impressæ anno 1734.

C X X X I I I

De ARGENTIS BARTHOLOMÆUS.

EX Alexandro de Argentis, atque Barbara Capiga Mediolanensibus inter vivos anno MDCIII. coepit esse Bartholomæus noster, qui studiis humanioribus, indeque Philosophicis, & Theologicis operam seriò dedit in Seminario Clericorum hujus Metropolis, atque laureâ in præscriptis facultatibus acceptâ vitam Ecclesiasticam amplexus est in Oblatorum Collegio SS. Caroli & Ambrosii. Charus fuit Cardinali Federico Borromæo, necnon Philippo & Carolo Archinto, nam eorum primo datus fuit in Nobilium Collegio ad ipsum in Rhetorica erudiendum; secuu-

secundus autem, qui Ecclesiam Comensem Episcopus regebat, cum à sacris confessionibus voluit usque ad vitæ finem; tertius vero hujus Viri consilia, ac doctrinam sic perpensavit, ut eundem in Legationibus Romana atque Germanica, de quibus in ipsius Vita sermonem habuimus, socium adsciverit, inde in Scholis Palatinis Mediolanensibus publicus professor evasit. Pluries Scriptor noster Verbum Christi egregie disseminavit; nam in Metropolitana Mediolanensi Ecclesia de Salomonis Templo, ac de Legibus in Monte Sinai evulgatis publicè ac religiosè per biennium differuit, nec tantummodo in Patria, sed Comiti etiam egregii Concionatoris nomen promeruit. Animarum quoque curam habuit Canturii in Ecclesia principali ipsius Oppidi S. Michaëli dicata, & deinde Mediolani in altera, quam S. Viti ad Pasquiro- lum vocant. Tandem annorum meritorumque plenus obiit die XIV. Augusti MDCXCVII. Hæc damus ad ipsum spectantia:

- I. Orazione nelle esequie del Cardinale Cesare Monti, celebrate nel Duomo di Milano. *Ivi, nella Stamperia Arcivescovile, 1650. in 4.*
 - II. La Nube, Panegirico per S. Antonio di Padova. *Milano, per il Monza, 1652. in 4.*
 - III. Ragionamento in lode dell' Eminentiss. Sig. Cardinale Alfonso Littra nelle dimostrazioni d' allegrezza fatte nella Chiesa di S. Tommaso in Terra amara per la Porpora allo stesso conferita. *Milano, in 4.*
 - IV. Panegirico per la Canonizzazione di S. Francesco Borgia in 4. Eam dixit in Ecclesia PP. Societatis Jesu hujus Urbis S. Fideli dicata coram omnibus Magistratibus, atque cum ingenti viror. dictor. concursu, à quibus tantum laudis accepit, ut illico Lector in Scholis Palatinis, sicut diximus, effici meruerit.
 - V. De Regno Italico ab Urbe condita usque ad Ottonem Vicecomitem Mediolani Archiepiscopum & Dominum. MS. qui cum aliis Argenti nostri extabat penes Petrum Crassum S. Laurentii Basilicæ Canonicum, atque in Scholis Palatinis Professore publicum, nunc, ut asseritur, apud suos Canturii.
- Ipsam laudant Bosca in libro de Origine & Statu Bibliothecæ Ambrosianæ, atque Picinellus in Athenæo pag. 64.

CXXXIV.

A R I B E R T U S.

ERibertus, five melius Aribertus, Gariardi, & Berlingæ de Antimiano filius, nobili natus genere, vitæ sancto Arnulpho Mediolanensi Archiepiscopo, in ejus locum sufficitur anno MXIX. Post obitum Henrici Augusti contendit Italiam Optimatibus in publico Concilio, quis in Regem Italiæ eligeretur, ipse in Germaniam solus contendit, ubi Conradum Cæsarem salutavit, cui etiam, cum Mediolanum advenisset, solemni ritu in Ambrosiana Basilica Coronam imposuit anno MXXIV. sed cum postea inter Eribertum, atque Conradum ingens orta esset simulas, Augustus eum in Vincula conjecit, quasi Majestatis reum Aquilejensi Patriarchæ tradidit custodiendum, intruso in ejus Cathedram Ambrosio Metropolitanæ Ordinario. Elapsus ex Aquilejensi cu-

stodia Eribertus Mediolanum rediit iagno populi gaudio exceptus. Interfuit Romanæ Snodo sub Benedicto VIII. atque Henricum II. Conado suffectum coronavit. Henrico postmodum ipso Mediolanum obsidente, ne Urbis videret exitium, Modotiam se recepit, ubi S. Joannis Basilicæ sacrum Codicem aureis contectum laminis donavit, qui tunc quoque in ejusdem Templi Cimelio asservatu his ornatus Carminibus:

HUNC EVANGELICUM TIBI DAT RO MUNERE
TEXTUM

PRÆSUL ERIBERTUS, CHRISTE, TUIS FAMULUS
FULGEAT ECCLESIE SANCTI SUBLAUDE JOANNIS:
TOLLERE QUI TENTAT, PERPETUO PEREAT.

Anno Christi MVII. erat Custos Ecclesiæ Sancti Vincentii apud Canturium ex Puricell Dissert. Ambros. n. 18. Refert Carolus à Basilica Petri in fragmentis Hist. Med. Inscriptionem ibi positam, in qua legitur:

VI. NONAS JULII

TRANSLATIO CORPORIS SANCTI ADEODATI
PRESBITERI,
ET DEDICATIO IPSIUS ECCLESIE
TEMPORE DOMNI ERIBERTI DE ANTIMIANO
SUBDIACONI SANCTÆ MEDIOLANENSIS ECCLESIE
ET CUSTODIS IPSIUS ECCLESIE.

Quam etiam dat Placidus Pucinellus in Libro, cui titulus: Memorie Antiche di Milano &c. pag. 26.

Monasterium Sancti Dionisii olim extra Portam Orientalem construxit, in quo etiam extat ejus effigies antiquissima ex Ære ducta ad pedes Christi Domini è Cruce pendens cum his litteris: ARIBERTVS INDIMNVS ARCHIEP.

D Satyri Templum consecravit, & Sancti Monz Archiepiscopi Corpus in Ædem D Vitalis transfudit. Basilicam Sancti Vincentii extra Ticinensem Portam, illatis Sanctorum Martyrum Quirini Episcopi, Nico-medis Presbyteri, & Abundii Diaconi Corporibus nobilitavit. Plures Insularum Urbes armorum vi domuit; Arduinum, Berengarium, & Ugonem Comitum bello superavit, Ticinensem Antistitem coram se Crucem deponere coëgit, quæ plures Episcopos sibi obsistentes devicit, & in officio continuit. Vir fuit magnæ fortitudinis & fidei, litteris apprime cultus, à Benedicto VIII. Pontifice Maximo magno in honore habitus, insignibus donis cumulatus, egregiisque titulis decoratus. Mediolanensem Ecclesiam annos circiter septem supra viginti administravit; cum autem gravi morbo urgeretur, jamque finem vitæ instare sentiret, sumpris Divinis Mysteriis ploranti Clero dixisse fertur: „ nolite contritari: quia ad „ pedes Beati Ambrosii Patris mei ascendo. Quibus dictis quievit in Domino XVI. Januarii anno MXLV. Ejus Corpus jacet in Basilica prædicta Sancti Dionysii, hoc adjecto Carmine:

HIC IACEO PVLVIS CUI QVONDAM CLARVIT ORBIS
TVNC HERIBERTVS ERAM NIMIOQVE DECORE VIGEBAM
OFFICIO PLACIDI FVNGEBAR PRAESVLIS ARCHI
NVNC TVMVLOR SERVVS SERVORVM CHRISTE TVORVM
PRO MERITIS HORVM TIBI DIGNE COMPLACITORVM
SANGVINE QVAESO TVO MIHI TV MISERERE REDEMPTO
HVC VENIENS LECTOR SIBI DIC IGNOSCE REDEMPTOR
ET VIVENS VITA REQVIESCAT SEMPER IN IPSA

OBIIT ANNO DOMINICAE INCARNATIONIS MXLV. XVII. DIE MENS. IANVARIJ,
INDICTIONE XIII.

De ipso habemus:

L. Extat

- I. Extat ejusdem Ariberti Testamentum ab ipso scriptum anno salutis MXXXIV. Incipit:
 „ In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Chunradus Dei gratia Imperator Augustus, anno Imperii ejus VII. mense Martii Indictione secunda.
 „ Ego Aribertus Dei gratia S. Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, & filius bonæ memoriæ Gariardi, qui fuit de loco Antemniano, & vixit Lege Longobardorum, pauperibus dixi &c. in fine: „ Ego Aribertus Dei gratia Archiepiscopus à me facto subscripsi.
- Continet insigne hoc vetustatis Monumentum plurimam ad Ecclesiasticam Mediolanensem Historiam utilia, & scitu dignissima, atque idcirco æquum duximus illud non prætereire silentio, præcipuè cum ex ipso contextu pateat, non à Tabellione, sed ad ipsomet Antistite conscriptum fuisse.
- Habetur apud Ughellum in Archiepiscopis Mediolanensibus n. 60. qui illud exscripsit e Monumentis Puricelli n. 224. apud quem aliud ejusdem Testamentum reperies n. 245.
- II. Legitur ibidem Donatio ab Ariberto facta Cœnobio Tolentini anno MXL. in Castro Cassano.
- III. Ariberti Erectio Monasterii S. Dionysii, in qua constituitur Abbatem, Monachos XII. & Hospitale pro pauperibus. Incipit „ Ego Aribertus Omnipotentis Dei misericordiâ Ambrosianæ Ecclesiæ Archiepiscopus pro salute animæ meæ, necnon magni H. (hoc est Henrici) Imperatoris Augusti, atque totius Urbis vivorum, & Defunctorum Fidelium, Ecclesiam, in qua Beatissimorum Confessorum Dionysii, & Aurelii sacra Corpora requiescunt &c. subscriptio est hæc: „ *Aribertus Dei gratia Archiep. SS.* Ad sunt quoque subscriptiones variorum Presbyterorum, & Diaconorum. dat. est anno MXXXIII.
- IV. Ejusdem Donatio anno MXXXV. mense Martio Ecclesiæ sive Plebi Sancti Victoris Varisii duorum prædiorum sit. in Castro Blenni, & Bimii superioris. Subscrip. „ *Ego Aribertus Dei gratia Archiep. à me facto SS.*
- V. Ejusdem anno MXLII. mense Aprili Donatio facta XII. Decumanis S. Mariæ Hyemalis Castri, & Latifundiorum Monualli, in fine sic legitur: *Sign. man. isto Domni Ariberti Archiepiscopi qui ac car. judicati, & offerionis, ut supra, fieri rogavit, set propter infirmitatem suam, quam abebat, scribere minime potuit.*
- Extant apud Nicolaum Sormanum Ambrosianæ Bibliothecæ Doctorem in ea, quam prælo paratam habet, Diplomatum Mediolanensium Collectione.
- VI. Ejus Diploma pro Monasterio Sancti Ambrosii extat apud Puricell. in Monum. Basil. Ambros. n. 222. & existimat datum anno MXXXII.
- Agunt de eo præter Historicos Mediolanenses, Epidanus Sancti Galli Monachus in Annalibus, VVippo in Vita Conradi Regis, Sigonius Libro VIII. Rubeus in Hist. Ravennate anno MXL. Hermannus Contract. ann. MXXXVII.

C X X X V.

ARISTA JOSEPH.

IN Ducatu Mediolanensi ad fines, & in Diocesi Novariensi oppidum situm est, cui nomen Castellum, quod etiam ab annis propinquitate *supra Ticinum* dicitur. Ibi in Majori Ecclesia Capellani munere functus est annos aliquot Joseph Arista Sacerdos, & doctrina, & morum integritate commendabilis. Hic anno MDCXCII. secum recogitans plurimum prodesse posteris Virorum pietate illustrium gesta colligere, Francisci Aristæ Patru sui, quem ob singularem prorsus vigilantiam in oppidanis ejusdem Pagi regendis, cum ibi Parochiali officio fungeretur, omnium memoria dignum populus ille semper existimabit, ipsius Acta compilavit hoc titulo:

- I. La Vita, e Fatti di Francesco Arista. Extat in Miscell. Novariens. MSS. in Biblioth. Ambros. illatis à Clar. Cotta.
- Ibi etiam aliud Aristæ Opus reperi, cui titulus:
- II. Modi indicativi di Battesimo imperfetto in sei Casi nel genere di Allevatrici. MS in 4.
- Porro Francisci Aristæ Vitam scripsit etiam Stephanus Franciscus Gallus, de quo loco suo dicendum.
- Josephum istum commendat Cotta in suo Musæo Novar. pag. 196. ob rationes alibi adductas.

C X X X V I.

ARLUNUS BERNARDINUS.

ARlunum, sive Ara Lunæ, Oppidum est in agro Mediolanensi XIV. ab Urbe lapide Novariam versus. Ab ipso Familia Arluna, sive Arulena, originem traxit, & quidem nobilem, & antiquitate præstantem, ut videre est ex libro Bernardini nostri, qui autographus servatur in Bibliotheca Monachorum Cisterciensium S. Ambrosii, ut infra. Parentes illius fuere Bonifortus, sive Guinifortus, uti legitur in Matricula Physicorum Civium ex Collegio Mediolanensi ab Anno MCCCLXVII. ad MCDXLIX. à MS. quem servat Bibliotheca FF. Eremitarum Nudipedum SS. Cosmæ & Damiani hujus Urbis eruta per Cl. Jo. de Sionis de Scotia, atque in Curtii libro de Scriptoribus Medicis Mediolanensibus inserta pag. 286. Ad Annum igitur MCDLIII. die XVI. Junii nomen est Guiniforti de Arluno: nec non Agnetis Tancix Bernardini Parentum, cujus mentio est in lapide ipsius Boniforti hinc adtexenda. Vir certe fuit noster in primis annis Sæculi XVI. non tantum Oratoria Poëticaque facultate celeberrimus, verum etiam Mediolanensium rerum Scriptor accuratissimus, & sui temporis laudatissimus, ut testatur Elogium marmore sculptum in facello D. Bernardi ad S. Ambrosii Majoris hujus Urbis sequentibus notis:

BERNARDINVS ARLVNVS I. C.

ABSOLVTISSIMVS

EXQVISITISSIMAQVE MORVM ELEGANTIA

CONSPICVVS

MVLTA DE IVRE CAESAREO

LVCVLENTER SCRIPSIT

SED PERIERE OMNIA

AB HISPANIS COPIIS DISPERSA

ET PLERAQVE ALIA

PER HVNC IPSVM GRAVITER

EXCOGITATA

NON OMNIA TAMEN VIRTVTIS HVIVS

MONVMENTA INTERIERVNT

NAM EXTANT ADHVC PRAECLARI

HISTORIARVM LIBRI

QVI CVM MVLTI MODO REPERTIS

PER EVNDEM INSIGNITER CONTEXTIS

DEI OPT. MAX. NVTV

BREVI IN LVCEM VENIENT.

Et quidem prælo parata erat ejus Patriæ historia, ut suo loco Lectorem monebimus. Patavii Lauream in Jure tam Civili, quam Canonico obtinuit, postquam ipsis studiis operam dedisset in Ticinensi Universitate à bellis ætate nostri Scriptoris deturbata. Opera illius, quæ præ manibus habuimus, accipiet Lector humanissimus, & prius aliud Monumentum, quod extat in supradicto Sacello S. Bernardi, in quo de Parentibus Bernardini hujus, atque de fratre Jo. Petro à nobis infra memorando, memoria posteris commendatur.

BONIFORTVS ARLVNVS
 SPLENDIDIS NATALIBVS PROCREATVS
 MEDIOLANIDVCIBVS ACCEPTESSIMVS FVIT
 QVIPPE QVI ET ANIMI VIRTUTE
 ET CELEBRI LITERATVRA FLORVIT
 CAETERVM EX AGNETE TANCIA
 INSIGNI MATRONA
 LIBEROS SVSCEPT HAVD DEGENERES
 IOH. BAPTISTAM HIERONYMVV
 IOH. FRANCISCVV BERNARDINVM
 IOH. PETRVV
 AT CONDITI SVNT
 IPSE BONIFORTVS
 CVM CONIVGE HONESTISSIMA
 ET IOH. BAPTISTA ET BERNARDINVS
 IN DIVI BERNARDINI TEMPLO.

- I. De bello Veneto Libri VI. ab Anno MD. ad MDXVI. MS. in fol. paginar. 926. Ext. in Bibliotheca Ambrosiana signat. A. num. 107.
 Impressi verò fuerunt in Thesauri Antiquitatum Italiae Tomo V. parte IV. Lugd. Battavor. per Vander Aa, ex MS. Cod. Francisci Strycher Consulis Hollandiae apud Venetos. Auctor Opus suum nuncupavit Andree Gritti Duci, atque Senatui Veneto.
- II. Historia Patriae. Ita inscribitur. „ Illustrissimo ac „ sapientissimo Principi Francisco Sfortiae II. Mediolani Duci exoptatissimo, Bernardinus Arlunus Juris Consultus, Patritius Mediolanensis salutem p. d. Præmittitur Marci Antonii Majoragii in Historiam Bernardini Arluni ad Mediolanenses Cives Præfatio. Incipit Auctor à fundatione Urbis Mediolani, usque ad Annum Christi MD. Tomus I, qui prælo paratus erat, imò Præfatio Majoragii extat jam impressa. MS. in folio pag. 330. reperitur in Bibliotheca Ambrosiana signat. A. num. 114.
 Tomus alter ejusdem Historiæ ab Anno MD., usque ad captionem Francisci I. Galliarum Regis MS. in folio pagg. 792. præter Præfationem ad Carolum V. Imperatorem pagg. 57. Extat ibidem. Tomus III. profequitur Historia usque ad Auctoris tempora. MS. in fol. Extat ibid. sign. A. num. 140.
 Franciscus ejus frater etsi ætatis annorum LXXV. editionem totius Operis meditabatur, ut asserit Majoragius in sua Præfatione, imò incœpta fuit *Basilæ per Jo. Oporinum. in fol. ut videre est in Ambrosiana.*
- III. Panegyricus Carolo V. nuncupatus cum Præfatione Augustissimo Sanctissimoque Senatui Sfortiaco. MS. in folio pag. 79. in Bibliotheca supradicta signatus D. num. 136.
- IV. Carmen Heroicum in idem argumentum, pag. 9. In eodem Codice, atque in altero signato item D. num. 139., sed omnia longè diffusiora leguntur in Codice manuscripto in folio Bibliothecæ Monachorum Cisterciensium S. Ambrosii Mediolani, atque in simili apud FF. Marchiones Vicecomites, in quibus gesta Caroli V. mirificè illustrantur.
- V. De Caroli V. ad Civitatem Mediolanensem adventu Carmen gratulatorium MS. in folio; extat in duabus supradictis Bibliothecis Monachorum Cisterciensium, atque Marchionum Vicecomitum.
- VI. Panegyricus ad Franciscum I. Galliarum Regem Carmine Heroico MS. in folio pagg. 62. signatus D. num. 101. Extat in Bibliotheca Ambrosiana.
- VII. Panegyricus alter præcedente copiosior, Auspiciatissimo & Invidiissimo Galliarum Regi Francisko Mediolani Duci. MS. in folio in Pergameno satis elegans, cum miniaturis, pagg. 80. in Bibliotheca Ambrosiana signatus D. num. 273. in folio.
- VIII. Panegyricus alter eidem Regi dictus, pagg. 34. Extat in Codice memorato.
- IX. De ejusdem Regis adventu Carmen Panegyricum., pagg. 19. Extat in eodem Codice.
- X. Carmen Heroicum ad Ludovicum XII. Franciæ Regem. MS. in folio, pagg. 255. Extat in duobus MSS. supradictis Bibliothecæ Ambrosianæ signatis D. num. 101., & D. num. 139.
- XI. Oratio ad Senatum Mediolanensem. MS. in folio, pagg. 65. in Cod. ut supra.
- XII. Carminum sylvæ, cui præmittitur Epistola Illustrissimo ac Reverendissimo D. D. Georgio de Ambasia, tituli Sancti Sixti, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali Archiepiscopo Rothomagensi &

A

- Apostolico Legato; MS. in 4. in pergameno optimæ notæ cum miniaturis. Extat in supradicta Bibliotheca Ambrosiana signatus D. num. 133.
- XIII. Epistola ad Paulum Tægium contra Lutherum. Extat in duobus MSS. sæpe laudatæ Bibliothecæ Ambrosianæ, pagg. 96. signatis A. num. 9., atque C. num. 101. in folio.
- XIV. Dissertatio Legalis eruditissima ad Senatum Sfortiacum. Extat MS. in folio tam in Bibliotheca Monachorum Cisterciensium, quam Marchionum Vicecomitum.
- XV. De Familia Arulena, idest Arluna, liber singularis Auctoris manu conscriptus; quo autem anno discernere licet, cum ipse dicat, se scripsisse regnante Gallo, & Regni ejus Consule decimo. MS. in folio. Extat in Bibliotheca supradictorum Monachorum Sancti Ambrosii Majoris Mediolani.
- XVI. Panegyricus Illustrissimo, ac Sapientissimo Principi Antonio Leyvæ Cæsareo in Cisalpina Gallia Gubernatori. MS. in folio pagg. 118. Extat in Ambrosiana signatus A. num. 115.
 Laudatur à Jacobo Frisio, atque à Conrado Gesnero in eorumdem Bibliothecis, nec non à Hieronymo Borserio in Supplemento cap. 12., sed non diligenter, ut etiam à Picinello pag. 84., qui addit, Bernardinum Arlunum scripsisse etiam quædam alia Opuscula, nescio tamen quibus tabulis fultus.

B

CXXXVII.

ARLUNUS JACOBUS.

Plura sunt, quæ Jacobum Arlunum posteritati commendant, ut in eruditorum nostrorum album referri dignus censeatur. Primum enim in amplissimum J. C. C. Collegium cooptatum fuisse testatur Petrus Crescentius in secunda parte Amphitheatri Romani Nobilit. Mediol. quæ nondum Typis edita extat MS. in Biblioth. Fratrum Marchionum Vicecomitum, ex quo præclarissimo volumine plurima in hanc nostram Bibliothecam derivavimus. Id fugit Clariss. Sizonum; nullibi enim Jacobum recenset inter J. C. C. Mediolanenses. Tum oratoria Facultate excelluit, Musas etiam singulari cum laude cohit, atque Philosophicas Disciplinas professus, ipsas publicè tradidit in Ticinensi Academia. Opera ejus sunt:

C.

- I. Orationes, &
 II. Carmina.

Hæc apud suos MSS. extitisse, laudatus Crescentius asserit; nosque licet hac ætate ubi delitescant ignoremus, nihilo tamen fecius tam eruditi Hominis memoriam debita laude fraudare noluimus.

CXXXVIII.

ARLUNUS JOANNES PETRUS.

D

DE Archiatro Ducali Jo. Petro Arluno, atque inter Medicos Mediolanenses fama dignos recensendo, aliquid diximus in Bernardino ejus fratre ex Boniforto, atque Agnesia Tancia nato. Ejus Corpus jacet in facello gentilitio S. Bernardi in Ecclesia Monachorum Cisterciensium Sancti Ambrosii Majoris Mediolani, hoc supra Tumulum ejusdem inscripto Epitaphio:

D. O. M.

INVIDISTIS HVNC PARCAE NOBIS

IO. PETRVV ARLVNVM

VIRVM MEDICAE FACVLTATIS

PERITISSIMVM

CELEBERRIMVM PROBATISSIMVM

PERINSIGNIS ITEM DOCTRINAE

PROBITATIS

AC LAVREAE PATRIS

ATQVE FRATRVM QVATVOR MAIESTATE

PRAEVLGENTEM

AN CANDIDAS HVIVS LITERAS

CVM MORIBVS SANCTISSIMIS ADAMANTES

AD CVMVLVM VESTRAE FELICITATIS

EVEXISTIS IN COELVM?

Illu-

E

Illustriorem hunc faciunt Opera ejusdem Typis data, & à pluribus relata, à nobis verò, si Diis placeat, in meliorem ordinem redacta, videlicet:

- I. Joannis Petri Arluni Mediolanensis, de faciliiori alimento Commentarius tripartitus, Jacobo Philippo Sacco Mediolanensis Senatus Præsidi dicatus.
- II. De Balneis Commentarius ad Scipionem Vegium. Ducalem Prothophysicum. In ipso Auctor differit, an Balnea convenient pro salute reddenda Francisco II. Sfortis Mediolani Duci. Duo hæc Opuscula præter editionem, de qua infra, cum subsequenti- bus, Typis data fuerunt *Basilæ anno 1533. apud Michasilem Ifingrinium in 8.* ex qua editione deceptus fuit Picinellus pagg. 319. de uno tantum Arluno duos nobis exhibendo.
- III. Vinum ne mixtum an meracum obnoxii junctarum doloribus magis conveniat?
- IV. De Lortii difficultate Commentariolus, Equiti Jacobo Trivultio, qui eodem morbo laborabat, inscriptus.
- V. De articulari morbo, quem podagram vocitant, Commentarius: ipsum ego vidi MS. hoc titulo in Bibliotheca Monachorum Cisterciensium in Cœnobio Clarevallensi, IV. ab Urbe Mediolanensi lapide. Joannis Petri Arluni egregii Medico-Physici Mediolanensis ad præcavendam podagram, medendamque Commentarii. MS. in fol. sign. L. & Venerando ac Reverendo Patri Domino Pacifico Priori Ceretano ab Auctore dicati; pagg. 46.
- VI. De spirandi difficultate, quam Græci Asthma vocitant, Commentarius, Philiberto S. Martini Comiti nuncupatus.
- VII. De feminis fluore, ut ajunt, involuntario, qui à Græcis Gonorrhœa dicitur, Commentarius.
- VIII. De febre quartana ad Juris-Consultum Joannem Baptistam Panigarolam Commentarius.
- IX. De suffusione, quam cataractam appellitant, Commentarius.
- A num. IV. ad ultimum Opuscula hæc impressa existunt *Mediolani apud Gotbardum Pontium*, non Gothelfum, ut male Mangetus in sua Bibliotheca Scriptorum Medicorum, anno 1732. T. IV. in folio. Omnia vero primùm uno Volumine pariter in folio impressa fuerunt, *Mediolani, per Zanetum de Castilione, ad impensas D. Joannis Jacobi, & frat. de Lignano, anno Danini 1515. die 18. Aprilis.*
- X. Tractatus de peste MS. in Bibliotheca Ambrosiana.

Carmine Latino laudatus fuit à Benedicto Patelano Ducali Secretario, quod integrum refert Curtius pag. 69. Loquuntur etiam de eo præter supraddictum Curtium in suo de Scriptoribus Medicis Mediolanensibus libro pag. 68. atque Joannem Jacobum Mangetum in laudata Bibliotheca Scriptorum Medicorum pag. 183. Tom. I. Moriggia in historia Mediolani Cap. 59. Gesnerus, atque Gallus in eorundem Bibliothecis, necnon Picinellus in suo Athenæo pag. 319.

Extat Lancini Curtii Sylvarum Liber quartus, Editionis Mediolanensis 1521. fol. 76. ad Bonifortum, filiosque Arlunates Mediolanenses, idest ad Joannem Petrum, & Bernardinum, quibus primam Oden dicat.

CXXIX

ARNULPHUS.

ARnulphus, qui hujus nominis III. Mediolanensem rexit Ecclesiam, ex Capitaneis Portæ Argenteæ, quæ & Orientalis dicitur, suffragante Populo Anno MXCIII. Anselmo III. susceptus, & ab Henrico Cæsare per annulum, & baculum confirmatus, mox tanquam illegitimè creatus, ab Apostolicæ Sedis Legato deponitur. Ille ad Claustrum confugiens, humilimè calamitatem pertulit, & ea Sanctitatis famâ claruit, ut Urbanus II. cum in Gallias tendens Mediolano transfret, huic Ecclesiæ adhuc Pastore carenti, educatum e Monasterio Antistitem dederit Anno MCXCV. & in Placentina Synodo consecrationis munus ipsi à Patribus impertiendum decreverit. Pontificem ipsum secutus Arnulphus Concilio Claramontensi interfuit. Reversus in Patriam ad recuperandam Hierosolymam eloquentissimis Concionibus sæpius habitis Insubrum animos incitavit, adeo ut plura hominum millia Cruce suscepta, Duce Othone Vicecomite, in Syriam se contulerint. Ab Urbano Pontifice ad Henricum Augustum pro gravissimis Ecclesiæ negotiis Legatus, tam arroganter exceptus est, ut inde concepto mœrore ad Sedem suam reversus obierit, fama sanctè

Agestarum rerum illustris VIII. Kal. Octob. Anno MXCVI. Jacet in Basilica Portiana, quam fortunis, & privilegiis auxit. Hæc habet de ejus Sepulchro Ughellus. Acta verò Mediolanensis Ecclesiæ in Tabula Archiep. Med. eum sepultum dicunt in Monasterio Clivateni. Cum autem in utroque Monasterio Congregationis Montis Oliveti Monachi degant, inde forsitan dubium circa Arnulphi Tumulum ortum credimus, quod solvere nostri non est instituti.

Præter alia, quæ periisse dolemus, hujus Archiepiscopi supersunt:

I. Conciones ad Populum dictæ, ut Crucem susciperet pro sacro Bello. Has refert Ughellus, & alii.

II. Erectio Canonice Sancti Gemuli de Ganna, & pro Ecclesia S. Victoris Arcidiati, nunc Arcizati, II. Novembris MXCV. data.

B III. Ejusdem Donatio Sanctæ Mariæ Græcæ (nunc Sancti Sigismundi) facta Canonicis Sancti Ambrosii Mense Augusto MXCVI. quam Donationem confirmavit Anselmus IV. Hæc Monumenta inseruit suæ Collectioni Diplomaticæ eruditus Sormanus, quæ ut Typis mandetur enixè desideramus.

Nescio an de isto loqui voluerit Picinellus pag. 55. ubi historiam sui temporis scripsisse innuit, sed & tempora, & acta istius Archiepiscopi enormiter confundit, ut mihi liceat etiam asserere, supraddictam historiam Arnulphi subsequenti male Archiepiscopo isti attributam Picinellum nobis dedisse.

CXL.

ARNULPHUS alter.

ARnulphus Mediolanensis Historiographus, eadem ætate, videlicet sæculo undecimo, quo Landulphus senior scripsit, cujus mentionem habebimus suo loco, floruit. Idem ipse in libro I. cap. 7. se fuisse pronepotem fratris Arnulphi Archiepiscopi, qui tempore Ottonis Magni in Cathedra Mediolanensi sedit, profitetur. Primus qui publici juris fecit hujus Arnulphi historiam, fuit clarissimus Leibniti- us in collectione Scriptorum Brunsvicensium Tom. 3. pag. 717. *Hanoveræ 1710.* in fol. quam accepit beneficio Joannis Sitoni de Scotia Juris Consulti Mediolanensis. Auctor certè est magni faciendus, nam res mediæ sæculi undecimi scitu dignissimas nobis tradit, ideoque Ludovicus Antonius Muratorius inter eruditos nostri ævi facilè princeps ipsum denuò evulgavit in Tomo IV. Rerum Italicarum Scriptor. cum variantibus lectionibus ex duobus Bibliothecæ Metropolitanæ Capituli, quorum vetustior est in literis rubronigris signat. E. n. 24., atque ab altero Ambrosianæ Codicibus manuscriptis me insudante excerptis, necnon notis historicis illustratum, quarum primi, & secundi libri Auctor est Albericus Archintus, nunc Archiepiscopus Nicœnus, & apud magnum Etruriæ Ducem Apostolicus Nuntius; reliquæ vero conscriptæ fuerunt à Comite Carolo Patre, uti in Vita ejusdem jam diximus, suppressis licet nominibus; en titulus:

I. Arnulphi Mediolanensis Historiographi rerum sui temporis libri V.

E Ipsos dedit etiam Grævius in Tomi primi parte secunda Antiquitatum Italiæ. MSS. verò in pluribus aliis Bibliothecis reperiuntur, & præsertim in Regia Parisiensi Cod. 10430.

De ipso diffusè differunt Muratorius supralaudatus in sua Præfatione, Casimirus Oudinus in Commentario de Scriptoribus Ecclesiæ antiquis Tom. II. pag. 704. atque Puricellus in Vita S. Ariali, contra quem Arnulphus plurimum invexit, favore Clericorum conjugat. sed postea Palinodiam in se reversus cecinit: Videndus etiam est Tristanus Chalcus, & si libet, Picinellus pag. 56. qui quatuor tantum hujus historici libros innuit, loco quinque, uti revera sunt.

C X L I.

ARRIGONUS HORATIUS.

Horatus Arrigonus, Pompeji Cardinalis eximii frater, de quo infra, Patrem habuit Joannem Jacobum, qui erat Patruelis frater Fabii Confeudatarii Broni, & Petri Pauli Senatus Mediolani Præfidi: Matrem autem Eugeniam Tharam. In Legalibus studiis ita se exercuit, ut Jurista magni nominis merito claruerit, necnon inter Advocatos Concistoriales locum habuerit, legum peritia suo ævo nulli secundus. Catholicæ Majestatis Jura ipsum defenforem obtinuerunt in alma Urbe anno MDLXXIII.

- I. Statuta Romana in ordinem redegit anno MDLXXX.
 - II. Consilia nonnulla ejusdem habentur impressa in Operibus Farinaccii.
- Ita ex Carthario in Sylabo Advocatorum Concistorialium, & ex Mandosii Bibliotheca Romana Tom. I.

C X L I I.

ARRIGONUS PETRUS JACOBUS.

AN Petrus Antonius Arrigonus ex nobili hac Familia oriundus fuerit, ignoro, nam nullâ diligentia posthabita, aliud invenire mihi fors non obtulit, nisi quod Rhetoricam professus fuerit in Collegio S. Simonis Mediolani adhuc vigente, ut videre est in libro, quem nunc profero. Parum certè de isto, sed ob elegantiam latini sermonis, & in argumenti gratiam, minime omittendus:

- I. Petri Jacobi Arrigoni S. T. D. & in Academia Nobilium Sancti Simonis Politiorum Litterarum Interpretis, Oratio de Plebe ad studia sapientiae non admittenda. *Mediol. apud Pontium, & Piccaleam 1623. in 4.*
- II. Carmen ad Joannem Antonium Castillionæum, extat in lib. cui titulus: Florilegium Antiquit. Mediolan. ejusdem Castillionæi, de quo suo loco dicendum.

C X L I I I.

ARRIGONUS PETRUS PAULUS.

ANno Domini MDXLI. die III. Octobris, Caroli V. Imperatoris jussu vulgatæ sunt Novæ Constitutiones Mediolanensis Domini, quarum compilationi VIII. ex Collegio Jurisconsultorum Patres interfuisse compertum est, inter quos Petrus Arrigonus Æmilii Ducal. Collateralis Generalis ex Simone Ducalium Arcanorum Magistro nati, & Margaritæ Mantegatiæ filius, Simonis junioris Vallis Saxinæ Toparchæ ex fratre nepos, in Mediol. Provincia generalis Advocatus Fiscalis, dein Quæstor Reddituum, mox Senator, Cremonæ Prætor, ac Placentiæ Gubernator: hinc Regens in Supremo Italicarum rerum Consilio apud Hispanos designatus, post omnes togæ gradus, & honores emensos, Excellentiss. Mediolanensis Senatus Præses creatur anno MDLIII. quod munus maxima cum prudentiæ, doctrinæ, & integritatis fama annorum XIII. curriculo administravit. Tanta porrò fuit hujus amplissimi Viri potestas, & auctoritas, ut Excellentiss. titulo ab omnibus vocaretur; quam appellationem cæteris exinde, qui subsequuti sunt, Præsidibus est adeptus, quasi uni dumtaxat in Provincia dandus esset, qui cæteros excelleret, Moderatori scilicet Provinciæ: ita Ruginel. de Senatorib. glos. 3. cap. 2. num. 47. Ex hac Vita migravit anno MDLXV. Quiescit in suo facello gentilitio in Æde Divi Marci, hoc appposito Epitaphio:

A

AEMILIO ARRIGONO PATRI
PETRO PAVLO ARRIGONO FRATRI
PRAESIDI SENATVS
VNO OMNIVM CONSENSV
PATRI PATRIAE
MARIVS ARRIGONVS POSVIT
ET SIBI ET SVIS
ANNO MDLXIX. XII. KAL. FEBR.

B

- I. Novæ Constitutiones domini Mediolanensis compilatæ, & in meliorem ordinem ab eo redactæ.
 - II. Allegationes variæ partim MSS. partim editæ in Collectionibus Archintea, Aresiana, & aliis.
- Ei nuncupavit Marcus Litta librum suum: De Urbe Mediolanensi; de quo alibi sermo recurret, ubi etiam eum hoc Carmine laudavit:

*Justitia Defensor eras fortissimus olim,
O Latii splendor maxime Marce Cato;
Verum Arrigonus præstat, quo Præsede junctam
Æquo Justitiam quisque videre potest.*

Ex Sison. par. I. pag. 10. artic. 39. & parte II. pag. artic. 403.

C X L I V.

ARRIGONUS PETRUS PAULUS alter.

C

Petri Pauli Arrigoni, de quo in præcedenti Articulo verba fecimus, clarissimum nomen, & virtutis laudem hæreditario quodam jure Petrus Paulus alter hinc memorandus ante paucos annos renovavit. Hunc Mediolani genuit Jacobus, & tam paternæ sollicitudine educandum curavit, ut post humaniores litteras Jurisprudentiæ vacans, & laureæ honore decoratus, Regii Fiscii tutelam maxima omnium cum laude administrandam susceperit. In eo munere præbuit eruditionis, atque integritatis specimen, ut Regius, Ducalisque Senator Infubricæ Provinciæ renunciatus, non infimum locum inter amplissimos Patres obtinuerit. E vivis abiit circa annum MDC-LXXIV. ut asserit Cl. P. D. Gaspar Beretta in suis schedis, & plura scripsisse, quæ deperdita sunt, ipse nos docet. Ego vero ante paucos annos emittanti Viri MSS. ut infra ad novam Editionem instaurandam amplificandamque Novarum Constitutionum aptissimos, videlicet:

D

- I. Adnotationes ad novas domini Mediolanensis Constitutiones, additis Excellentissimi Senatus decisionibus, atque Decretis suis in locis optimè collocatis Vol. VII. in 4. MSS.
 - II. Allegationes plures penes J. C. Solivetam, atque in aliorum Collectionibus.
 - III. Vota Fiscalia. Vol. IV. in fol. MSS.
- Ita ex supramemorato Patre D. Gaspare Beretta, & Sisono pag. 403.

C X L V.

E

ARRIGONUS POMPEJUS.

Pompejus Arrigonus Joannis Jacobi, de quo egimus in Horatio parum supra, ex LX. Decurionibus Patritii Mediolanensis, & Eugeniz Taræ Romanæ nobilium parentum filius, male in Epitaphio sepulcrali, & à Mandosio Romanus dicitur, nam nec Patria, nec tam nobilis Arrigona Mediolanensis Familia, ipsum ammittere debet, eo quia fortuito Romam natale solum anno MDLII. agnovit. Perusiz primùm, tum Bononiæ, mox Patavii Pontificii Civilisque Juris studia amplexus, Doctor renunciatus, in patriam redux arcanæ jurisprudentiæ attigit. A Gregorio XIII. Advocatus Concistorialis constitutus fuit, deinde Vicecomite causarum Apostolici Palatii Auditore ad Mediolanensis Ecclesiæ Infulam promotus; Gregorius idem Pompejum in relato causarum

munere successorem designaverat, sed morte præ-
 vento rem perficere non valente; Gregorius XIV.
 adimplevit. Postea in cœtu Auditorum sacræ Rotæ
 Romanæ adscribitur anno MDXCI., & à Clemente
 VIII. Cardinalis Diaconus efficitur Titulo Sanctæ
 Mariæ in Aquiro, hinc anno MDXCVII. ad illum
 Sanctæ Balbinæ transfuit. Leo X. Datarii munus ei
 credidit, quod confirmavit Paulus V. Fuit etiam cau-
 sarum Philippi II. Catholici Regis in Urbe patronus:
 mox Archiepiscopus Beneventanus ab eodem Pontifice
 anno MDCVII. institutus. In Neapolitano suburbio, quo
 aëris mutandi causa concesserat, Summo Antistiti, atque
 omnibus charus supremum diem obiit die IV. Apri-
 lis anno salutis MDCXVI. ætatis LXIV. Corpus Be-
 neventum relatum, in Metropolitana Ecclesia, ut
 ipse in ultimis tabulis jusserat, terræ mandatum est,
 cum hoc Epitaphio:

MEMORIAE

POMPEII S. R. E. PRESBYTERI CARDINALIS
 ARRIGONI ROMANI
 HVIVS ECCLESIAE ARCHIEPISCOPI OPTIMI
 ET OPTIME MERITI
 VIRI MAGNI
 RARA ANIMI ET INGENII VI
 RELIGIONE PRVDENTIA AC IVRIS
 RERVMQVE MVLTARVM INTELLIGENTIA
 EXIMIA

SACRI CONSISTORII ADVOCATI
 ROTAE AVDITORIS

EX HIS ALIISQVE PVBLICIS MVNERIBVS
 AD AMPLISSIMVM ORDINEM

A CLEMENTE VIII. PONT. MAX. EVECTI
 GRAVISSIMIS QVIBVSQVE NEGOTIIS
 SPECTATI

IVLIA ET CLARIX

CYRIACVS ET ANTONIVS ROCCHII
 DIOMEDES ET IO. PETRVS VARESII HAERED.

AVVNCVLO BENEMERENTISSIMO
 POSVERVNT

VIXIT ANNOS LXIII. MENSEM I. DIES II.

OBIIT DIE IV. APRILIS MDCXVI.

SORORIS FILII HAEREDES INSTITVTI

VNA CVM MARMOREO TVMVLO
 CENOTAPHIVM POSVERE.

Damus de ipso quæ sequuntur:

- I. Oratio coram Sixto Quinto P. M. pro annuerando inter Divos B. Didaco Complutensi in publico Confessorio habita & impressa extat in libello pro Canonizatione ejusdem B. Didaci à Petro Galefinio typis evulgato.
- II. Sermo habitus, cum Roma Nicolaum Sfondratum, & Augustinum Velerium purpureis Galeris à Gregorio XIII. exornatos aspexit coram eodem Pontifice, teste Francisco Mucantio in Diariis.
- III. Decisiones Rotæ Romanæ. Extant MSS. in Archivo ipsius Tribunalis, & penes varios eruditos J. C. C.
- IV. Infantia; recensentur à Francisco Pegna sacri Palatii Auditore in Vita ejusdem S. Didaci.
- V. Litteræ latino idiomate evulgatæ, sunt cum illis Joannis Baptistæ Lauri.
 Ad illum sunt litteræ Fratris Bartholomæi à Saluthio, ac Tolomæi plures.
 Laudatur à Petramellario, à Filliuccio, à Joanne Delphino, à Cardinale Bentivolo, ab Ughellio, Mandosio in Bibliotheca Romana T. I. Morerio in Lexico, Sintono pag. 184. art. 757. aliisque.

Tom. I.

CXLVI.

De ARSAGO NICOLAUS.

Clarissimus Bartholomæus Curtius, optimè duxit ad calcem sui libri, cui titulus: „Notizie Istorie, riche intorno a' Medici Scrittori Milanesi; Typis Mediolanensibus anno MDCCXVIII. commissi, Epistolam addere Joannis de Sironis de Scotia, in qua hujus Viri doctissimi diligentia legitur pag. 286. Matricula Dominorum Physicorum, Civium Mediolani Collegiatorum, à nobis alias relata, ab anno MCCCLXVII. ad MCDLIX. Ibi nomen habemus magistri Nicolai de Arsago sub anno MCDL. die IX. Februarii: Ego verò in evolvendis MSS. Bibliothecæ FF. Augustinianensium S. M. Coronatæ hujus Urbis, offendi in Codicem Epistolarum variorum Auctorum Sæculi XV. latino sermone conscriptarum in folio, ubi leguntur:

I. Litteræ Latinæ de eruditione in præfagiendis morbis tractantes Nicolai Arsaghi Physici, & Astrologi Mediolanensis, ad Guidum de Pratis de Crema, cum responsionibus istius, datæ Id. Maji MCDLII. quod parum forsitan Lectoribus videbitur, sed temporum injuriam nobis alia ejusdem Opera eripuisse facile conjici potest. Vidi etiam

Candidi Decembrii Epistolam Latinam ad Nicolaum Arsagum Physicum, & Astrologum, dat. Id. Junii MCDLXIII. satis eruditam, quæ extat inter Epistolas MSS. Decembrii in Biblioth. Ambrosiana.

CXLVII.

De ARSAGO STEPHANUS.

EX Arsago, supra etiam memorato, quod est Oppidum Mediolanensis ditionis in confiniis Bergomensibus, habemus hunc Stephanum, de quo in alibi laudato Codice MS. Rerum ad FF. Humiliatos spectantium, scripsit Anonymus hic à nobis danda. In Capitulo igitur XXXIII. indicatur electio F. Stephani de Arsago in Generalem Humiliatorum, Comitibus ipsius Ordinis Senis habitis, jubente Eugenio IV. Summo Pontifice. Fuit antea Præpositus Comensis, inde assumpto Generalatus munere anno MCDXXXV. ipsum tenere coactus est confirmatione intercedente per annos IX. sed inde spontè officium abdicavit. Tanti fecerunt Sui Virum istum omnibus numeris laudandum, ut Capitulum Generale in eum commissum fecerit pro electione alterius Generalis, qui extitit F. Philippus Cribellus anno MCDXLIII. Memoratur Stephanus noster inter Generales decimus septimus, successitque Fratri Andreæ Vicecomiti. Scripsit:

I. Constitutiones Ordinis FF. Humiliatorum editas anno MCDXXXVIII. dum esset Magister Generalis in Capitulo de Vicoboldono.
 Extant in Cod. Biblioth. Ambros. sign. C. 74. in fol.

CXLVIII.

ARZONICUS JOSEPH.

Joseph Arzonicus, Minorum Conventualium Frater, litteris & pietate maximè claruit. Ad sexennium Mediolani gessit Studiorum Regentis munus in Conventu S. Francisci. Nec Philosophiâ tantum ac Theologiâ, verumetiam Juris Canonici, & Civilis scientiâ excelluit religiosissimus Pater. Unde plurimi ad ipsum, ac præcipui ex Patritiis Mediolanensibus consiliorum gratiâ consuebant. In enunciando quoque Dei Verbo non mediocrem sibi famam comparavit, adeo ut Venetiæ, Patavium, Augusta Taurinorum, aliæque Urbes per Italiam ipsum lubentissimè audierint. Anno verò MDCLXXI. exeunte Aprili, renunciatus est Provincialis in Comitibus habitis Laude Pompeja, quo in munere nihil magis

O

cordi

cordi habuit, quàm ut optimè juvenes instruerentur, ne unquam vel pravis moribus, vel ignorantia, Franciscani Ordinis existimationi obessent. Desiit in vivis esse anno MDCLXXXII. anno ætatis suæ circiter quinquagesimo, Typisque dedit Mediolani anno MDC-LIX. Italicâ Linguâ

- I. Orationem, quam habuit die III. Decembris MDC-LVIII. in funere Reverendissimi P. Magistri Hieronymi Mariæ Puricelli Generalis Ordinis Servorum. B. M. V.
 II. Elogia, Inscriptiones, & Emblemata à se composita; extant in eodem libro, quem dicavit Principi Trivultio. Arzonici meminit cum laude Franchinus in sua Biblioth. pag. 334.
 Ex schedis Mazzucchellianis.

C X L I X.

A R Z O N U S P A U L U S.

PAulum Arzonum Civem Mediolanensem Juris prudentia semper apud posteros clarum efficit, sed honoribus quoque civicis enituit anno MCCC-LXXXV. inter Decuriones Patriæ recensitus. Ipso etiam anno Jurisperitorum Collegio ob Nobilitatis splendorem, ac virtutis meritum aggregatus, tum ex XII. Provisionum Præfectis Officio ad altiora conscendens, Ducalis Fiscus tutelam suscepit, & paucos post annos in Principum Consiliarium electus est. In vivis esse desit anno reparatæ humanitatis MCDII.

- I. Consilia, quæ scripsit hic Auctor, extant inter Consilia ultimæ voluntatis Joh. Baptistæ Ziletti Tom. I. pag. 44.
 II. Consilia alia plura ejusdem Baldus testatur se vidisse in Tomo I. Consilior. n. 327.
 Ex Sitono pag. 32. art. 44. Videndus est etiam liber, cui titulus: Memorie Istoriche della Casa Arcioni di Casimiro Frescot in 4. Parma 1693. quem præ manibus non habui.

C L.

A S S A N D E R B A R T H O L O M Æ U S.

AD annum MDCIII. Bartholomæus Curtius inter suos Medicinæ Scriptores Bartholomæum Assandrum collocat, qui lauream in supradicta professione suscepit, deinde in numerum Medicorum Collegii cooptatus fuit anno MDLXX. Carus extitit omnibus, non tantum suis, quàm Mediolanensis domini Moderatoribus, ita ut Joannes Baptista Sylvaticus eum vocet virum decora facie, lectissimis moribus, & incomparabili quadam animi prudentia præditum. Juvat etiam hinc addere verba sequentia ipsius Sylvatici: „ Zachariæ Caymo Summo Philosopho, nostrique temporis altero Socrate, jam usque ab adolescentia amico usus est, & consultore, à quo ingeniosis artibus, & Philosophicis præceptis adhuc plenius imbutus fuit. In Academia Inquietorum in ædibus Mutii Sfortiæ Columnæ Caravagii Marchionis, die decima mensis Junii anno MDXCIV. erecta, non solum fuit adscriptus, sed in ipsa sui ingenii monumenta plurima dedit, uti legitur in libro Cl. Saxii de Studiis Litterariis Mediolanensium. Protophysico Zaccariæ Caymo præfato suffectus est, & in ipso munere ita se gessit, ut tantæ dignitati pristinum splendorem restituerit, quemadmodum diffusè asserit Sylvaticus supra laudatus in sua Oratione, quam dixit occasione cooptationis in Collegium Assandri nostri, & diffusè legitur in pag. 167. operis Curtii. Inter Decuriones Patriæ numeratur, ac deinde maligna febris correptus occubuit die tertia Novembris anni MDCXXVII. sepultusque jacet in Templo Sancti Angeli Fratrum Minorum Observantium. S. Francisci hujus Urbis, ubi hoc Eulogion visitur:

A

BARTHOLOMÆO ASSANDRIO
 E MEDICORVM COLLEGIO
 E LX. DECVRIONIBVS
 ATQVE PROTOPHYSICO
 QVAM DIGNITATEM A PHILIPPO II.
 REGE CATHOLICO IN SE COLLATAM
 INTEGRE VIGILANTERQVE
 SVSTINVIT ANNIS XXX.
 PROVINCIÆ GVBERNATORIBVS
 OB ANIMI CANDOREM
 ET INSIGNEM PERITIAM VNICE CARO
 AB IISDEM HONORIBVS
 AC DONIS EXORNATO
 HORATIVS FILIVS
 INTER DECVRIONES IN LOCVM PATRIS
 SVFFECTVS M. P.
 VIXIT ANNOS LXXXII.

Ejus Lucubrationes, quarum notitiam habemus, sunt sequentes:

B

- I. Remedia ad morbos desumpta ex animalibus, & eorum partibus. MS. testatur penes se servasse Bartholomæus Curtius in suo Opere pluries memorato pag. 167.
 II. Divinæ Dantis Comœdiæ Interpretationem aggressus est in Academia Mediol. Mutii Sfortiæ Columnæ Marchionis Caravagii. Ita Saxius de Studiis Litterar. Mediol.
 III. Inter Epistolas Juliani Gofelini editas Mediolani MDXCII. extant Assandri Epistolæ tres ad Franciscum Melchiorum de ejusdem Gofelini morte. In ea quæ data est XVIII. Martii MDLXXXVII. rogat Melchiorum, ut petat à Joanne Ambrosio Figino Gofelini imaginem pingi, his additis carminibus:

*Tor Pingordiggia al Tempo, agli anni l'ale,
 I lumi, el moto al Sol, l'ombre all'aurora
 Figin, se puote il tuo penel far guerra, &c.*

Extant in eodem libro plures Epistolæ Gofelini ad Assandrum.

D

Qui plura cupit, supradictatum Curtium adeat.

ATTENDULUS BOLOGNINUS.
 Vide BOLOGNINUS.

C L I.

A V E R A R I U S A N T O N I U S.

E

Religionem Carmelitanam Congregationis Mantuanæ, ut vocant, illustravit Antonius Averarius, sive de Averaria, Mediolanensis, qui in Patria doctrinis imbutus inter suos Cœnobitas S. Joannis ad Concham plurimum excelluit: Magistrum etiam habuit clarissimum Baptistam Mantuanum, adeo ut sacrarum litterarum cognitione, atque in humanioribus disciplinis mirificè ornatissimus evaserit. Concionator etiam egregius pluribus in locis effulsit: idcirco, post varia suæ Religionis munera, merito in Conventu Mutinensi die X. Maji anni MDXI. in Vicarium Generalem suæ Congregationis Mantuanæ electus fuit; singulari scientia præditus, ac vitæ exemplo eluxit. Doctissimus Fabritius in sua Bibliotheca latina Medii Ævi ultimum nostrum Averarii annum, signat MDIX. Scripsit:

- I. Sermones quinquaginta de virtutibus. Mediolani 1509. in 4.
 Picinellus autem notavit anno MDXL., sed si Auctor noster e vita migravit anno MDIX. juxta Fabritium, de quadam editione posthuma Picinellus locutus


cutus est; ego verò nullam vidi.
 II. Artium Epitomen.
 III. Epistolas.
 IV. Carmina.

Ita Picinellus in suo Athenæo pag. 43. qui testem adducit Joannem Jacobum Frisium in sua Bibliotheca. De eo agunt Vaghus pag. 116. atque Felina

A

pag. 110. necnon Aubertus Miræus apud Fabricium in Bibliotheca Ecclesiastica T. II. pag. 119.

AVOGADRUS, vide de ADVOCATIS.



B

De BADAGIO ANSELMUS.
Vide ALEXANDER II.

CLIII.

De BADAGIO ANSELMUS alter.

Sanctus Anselmus de Badagio, quod Oppidum distat ab Urbe Mediolano passus quatuor mille, Alexandri II. Pontificis Nepos, & claro sanguine genitus à Patruo in Summum Pontificem electo Lucensi Ecclesie præfectus est. Defuncto Alexandro, Gregorio VII. adhæsit, ejusque consuetudine ad perfectiorem vitam amplectendam accensus, depositis Lucensibus Insulis, in Monasterium Sancti Benedicti de Padolryone in agro Mantuano à Comitissa Mathilda luculentissime eo hortante dotato, se abdidit. Inde à Gregorio, licet invitatus, ad Episcopalem Cathedralam revocatus. Gregem suum, & Clerum præcipue optimis moribus instruens, Canonicos Ecclesie Majoris ad Regularem vitam juxta sacras Leges revocare fategit. Sed, perditorum hominum conspiratione, Civitate expulsus, ad Mathildam Comitissam se contulit, eique fuit à confessionibus. Legatione functus est Gregorii nomine ad Mediolanenses, deinde ab eodem Pontifice Legatus destinatur ad absolvendos Schismaticos poenitentes, qui in Langobardie Provincia vivebant, à quo etiam Pontificius Vicarius est renunciatus. Canonum collectionem concinnavit, quam deinde Gratianus Monachus absolvit. Rogatu Mathildis plura scripsit, quæ infra dabimus. Eum Gregorius VII. moriens Summo Pontificatu dignum asseruit. Multis etiam vivens miraculis claruit. Anno demum MLXXXVI. Romani Sede vacante, Episcopatus sui anno XIII decimo Kal. Aprilis in Civitate Mantuana sanctissime obiit. Ejus Corpus in Ara maxima Cathedralis ad hunc usque diem integrum visitur, atque memoria die XVIII. Martii juxta Martyrologium Romanum celebratur. Colitur etiam in pluribus aliis Ecclesiis, ut habemus in Commentario ejus actis præfixo apud Bolland. Tom. II. SS Martii pag. 647. n. 4. Vitam ejus à Scriptore domestico, & coevo exaratum habemus loco citato.

Scripsit Anselmus :

- I. Collectionem Canonum, quam deinde Gratianus absolvit, ut diximus, cujus exemplum MS. extat in Bibliotheca Vaticana, & in Archivo Basilicæ S. Petri. Ex Montfauconio Biblioth. MSS. T. I. pag. 156.
- II. Commentarium egregium super Psalmos, & Hieremiam Prophetam.
- III. Apologeticum contra Guibertum Antipapam lib. II.
- IV. Rhythmos de Gestis, & Passione Christi.
- V. Meditationes in Orationem Dominicam. Hæc duo Opuscula edidit Henricus Canisius in VI. Tomo Antiq. Lætionum.
- VI. Epistolæ plures ad diversos.
- VII. Nonnulla Authentica Instrumenta propria ejus manu conscripta. Ea in Archivo Episcopali Lucensi asservari testatur Bolland. loco cit.
- VIII. Meditationem in Salutationem Angelicam.
- IX. Meditationem piissimam super *Salve Regina* columnis octo.

Hæc meditatio tribuitur S. Bernardo in Edit. Veneta. 1568. Tom. II. Operum ejus. Utrum rectè, videat cordatus Lector, inquit Possévinus in Apparatu. Ita Hippolytus Maraccius Biblioth. Marianæ Tom. I. pag. 108 & sequenti.

De Miraculis in ejus obitu patratis extat apud Ciacconium Epistola Ubaldi Episcopi Mantuani ad Mathildam Comitissam.

Superest ad eum Epistola Gregorii VII. data Caput Kal. Sept., quam refert Ughellus.

Plurimum de eo testimonia habet Bolland. loco citato §. 2.

A Ejus etiam Vitam reperiri in lib. cui titulus: „Vetera monumenta contra Schismaticos, jam olim pro Gregorio VII., aliisque nonnullis Pontificibus Romanis conscripta; quæ primus omnium vulgavit Vir Cl. Sebastianus Tengnagel Cæsareus Bibliothecarius, Ingolstadtii anno MDCXII. testatur Puricell. in Monument. Basil. Ambros. num. CCLXXVIII.

Agunt etiam de ipso Johannes Trithemius, & Bellarminus de Script. Ecclesiasticis, Picinellus pag. 39. Hippolytus Donefmundus in Hist. Eccles. Mantusæ P. 2. aliique.

Plura de eo habet Petrus Paulus Bosca in Martyrol. Med. XV. Kal. Aprilis, & in noris ad eandem diem, ubi nonnullos citat Scriptores doctrinam, & sanctimoniam tanti viri commendantes.

De ejus obitu extant Carmina in lib. II. cap. III. Vita Mathildis à Donizone conscriptæ. Tom. V. Script. Rer. Ital. pag. 368. & seqq. unde hæc exscripsimus :

B Mensis ut advenit, qui primus in ordine capit,
Ejus in octavo decimoque die Dominator
In Cælis regnans Anselmum vexit ad ætra.
Huic similis credo fuit hoc in tempore nemo:
Officium duplex Monachorum, Pontificumque
Nucleo, dis completus; corpus macerabat ut bossem;
Catholicus, cælebs, pius, & sobrius fuit aquo;
De cujus verè tristatur morte fideles,
Schismatici gaudent; erat bis contrarius autem,
Quem sibi commissum per Gregorium Comitissam,
Ut decuit, dignè sepelivit mæssa benignè.
Artus Anselmi condidit Mantua terris,
De quo, quod gliscit, monstrasti, Christe, Mathildis;
Nam virtute tua fecit miracula plura;
Servulus iste tuus de Sanctis esset unus,
Catholica parti fuit indicium probitatis,
Schismatice parti signum quasi debilitatis.
Inde triumphando gaudet Comitissa precando;
Hujus enim patris precibus putat auxiliari,
Cumque daret tumba sancti miracula multa,
Proderet ut multis post nos per secula futuris,
Justitia cultrix ea partim fingere jussit,
Quæ simul est vitam Capellani sibi dicant;
Tertius existens ab eo Lucensis & ille
Rangerius Rector distavit eam sibi metro,
Distavit pulchrum nuper librumque secundum,
Qui baculi litem diffinit, misti eique,
Principum cujus sit hic, & non hostet ullus
Lector, sed noscat, quod cætera sint metra docta.

C Fallitur Ciacconius, & Oudinus, qui Anselmum nostrum patriam Mantuanum fuisse scribunt; Auctor enim ejus Vitæ coævus Cap III n. 14 ipsum disertè Mediolanensem fuisse ait: qui tamen nusquam meminit de ejus Cardinalatu, ut etiam Baronius, Florentinus, aliique accurati Scriptores; sed neque Panvinus eum inter Cardinales ab Alexandro creatos recenser; licet Ciacconius eum Presbyterum Cardinalem ab Alexandro Patruo creatum dicat, neque Gregorius VII. eum Cardinalem appellat in Inscriptione Epistolæ citatæ.

CLIV.

BALDINUS BERNARDINUS.

Non Intra, ut malè Picinellus scripsit, ortus est Bernardinus Baldinus anno MDXV., sed Sunæ Oppido ad ripas Lacus Verbanus, uti melius legitur in Museo Novariensi Lazari Augustini Cottæ, necnon in Scriptoribus Medicis Bartholomæi Curtii. Vir certè singularis ingenii fuit, & totus literis deditus; nam non solum in Universitate Papiensi publicum Professore egit, sed etiam in Mathematicis, in Philosophicis, atque in Poëticis facultatibus, mirificè emicuit. Fuit ideo tam omnibus charus, ut etiam annorum plenus, scilicet octuaginta quinque, obierit anno MDC. die XII. mensis Januarii, à bonarum literarum cultoribus adhuc desideretur. Nepotem habuit Franciscum Imperatorium, qui & ipse in Scholis

Scholis Ticinensibus publicus fuit Medicinæ professor, & quem Bernardinus in suis Carminibus laudavit. In Templo Parochiali Sancti Bartholomæi hujus Urbis tumulum habuit Baldinus noster, de quo Cæsar Millefantius Canonicus Scalensis hoc Epitaphium conscripsit:

PARVVLVS IN PARVA BALDINVS CONDITVR VRNA
PARVA VELVT VIVO RESQVE DOMVSQVE FVIT
VTQVE VIRI SPATIO MENS ÆQVA CAPACIOR OMNI
SIC IN COELESTI SEDE PATENTE VIGET.

Plurima scripsit, scilicet:

- I. *Problemata excerpta ex Commentariis Galeni in Hippocratem. Venetiis, 1587.*
- II. *Regole di misurar il camino fatto da' naviganti, e di sapere il luogo, ove sono ridotti a tutte le ore.*
- III. *Dialogi duo, in quorum uno agitur de multitudine rerum, atque de unitate ejus quod est; in altero verò de materia omnium disciplinarum. Ad Jo. Baptistam Baldinum J. C. & patrualem jucundissimum. Mediolani, apud Antonium de Antoniis, 1558. in 8.*
- IV. *Epistolæ variae, in quibus cum aliarum artium præcepta, tum Philosophiæ potissimum illustrare contendit. Mediolani, apud eundem, 1558 in 8.*
- V. *De Bello à Christianis, & Othomanicis gesto. Mediolani, apud Pontium, 1571. in 4.*
- VI. *De Bello Othomanicorum ad Manes gesto. Mediolani, apud eundem, 1572. in 4.*
- VII. *Carmina varia. Mediolani, apud eundem, 1574 in 4.*
- VIII. *Carminum Appendix, Cæsar Millefantii J. C. & Scalensis Canonici studio, & operâ in lucem edita. Mediolani, apud Paganellum, 1600. in 4.*
- IX. *Descrizione dell' aspro Inverno dell'anno MDLXXI. sunt carmina Italica.*
- X. *In Pestilentiam libellus. Mediolani, apud Pontium, 1577. in 4.*
- XI. *De Deis fabulosis antiquarum gentium. Mediolani, apud fratres Pontios, in 4.*
- XII. *De Stellis, iisque, qui in Stellas, & Numina conversi dicuntur homines. Ad Johannem Thomam Odescalum, & Galeatium Brugoram Senatores Regios. Venetiis, ex Officina Dominici Guerrei, & Joannis Baptistæ fratrum, 1579. in 4.*
- XIII. *De Arte Poëtica Aristotelis, versibus exposita. Mediolani, apud Pontium, 1576. in 4.*
- XIV. *Oeconomica Aristotelis, versibus exposita. Mediolani, apud Metium, 1578. in 4.*
- XV. *Octo libri Physicorum Aristotelis versibus expressi. Mediolani, in 4.*
- XVI. *Ejusdem Operis Appendix. Ibidem, in 4.*
- XVII. *Discorso intorno all' utilità delle scienze, ed arti. Al Signor Conte Alfonso della Somaglia. Milano, appresso Gianbattista Colonio, 1586. in 4.*
- XVIII. *Dialogus de præstantia, & dignitate Juris Civilis, & artis Medicæ. Ad Nicolaum Sfondratum, Cardinalem amplissimum, prima editio. Mediolani, apud Pontium, 1559. in 4., secunda verò apud Joannem Baptistam Colonium, 1587. in 4.*
- XIX. *Lusus, ad Marcum Antonium Baldinum fratris filium. Mediolani, apud Pacificum Pontium, 1586. in 4.*
- XX. *Deorum Consilium: Poëma MS. in 4 extat in Cod. Bibliothecæ Ambrosianæ signat. N. n. 176.*
- XXI. *Carmina varia ipsius Baldini sparsim edita, quæ aut non sunt in Collectione num. VII. à nobis enunciatâ, nec in Appendice, aut ab ipsis diversa, uti diligenter observavimus. Longum nimis esset omnibus hic referre, nam in ferè omnibus Collectionibus, necnon in plurimis libris tempore Baldini nostri editis, Carmina ejusdem reperiuntur: Nos verò hæc tantum indicare contenti sumus. Carmina per Toscanum collecta, & Tom. II. Carminum illustrium Poëtarum Italicorum inserta pag. 212. Carmen in laudem Sigismundi Foliiani ad calcem Epistolarum ejusdem typis Mediolanensibus, 1579. Item Carmina duo, quæ sunt in libro, cui titulus: „Il Tempio alla Divina Signora D. Giovanna d'Aragona.“ Venezia, 1555. in 8.*
- XXII. *Epistolæ variae Latine, atque Italice cum Carminibus item Latinis, & Italicis, ad Cardinalem Federicum Borromæum, annis MDXCIV., & MDXCV. unâ cum ipsius responsionibus. Vidimus MSS. inter Epistolas Cardinalis Federici in Bibliothecâ Ambrosiana.*
- XXIII. *Commentarius in libellum de Sphæra Procli.*
- XXIV. *In Communis Optices librum. Hæc duo Opera memoravit Conradus Gesnerus in Biblioth. sua. Tom. I.*

Extant ad eum Epistolæ duæ Juliani Gofelini in ejus literis editis Mediolani, 1592. Foliatus supradictus ei dicavit librum Carminum suorum, & à Francisco Civello pluribus Carminibus laudatus fuit. Insigne Academicum Baldini reperitur in libro, cui titulus: „Imprese illustri di Camillo Camilli par. I. pag. 25.

Videndi sunt Paulus Moriggia lib. III. cap. XXI. Abbas Ghilinus in suo Theatro, Parte II., Picinellus in Athenæo pag. 85., atque Curtius pag. 101.

C L V.

BALESTRERIUS MICHAEL.

Michael Balestrerius Mediolanensis Monasticum-plexum institutum, & in statu laicali Chartusianorum leges secutus, à studiis tamen liberalibus etiam inter claustra non cessavit. Professus est die VI. Januarii MDCXXVI. sub Patre Don Augustino Garzonio, & cum annos plures religiosissimè transgisset. piè, ut vixerat, obiit anno MDCLI. in Chartusia Padulæ in Regno Neapolitano.

Opera hæc conscripsit:

- I. *Arithmetica.*
 - II. *Geometrica tam practica, quàm rationalis.*
 - III. *Practica per construere gli Orologj da Sole.*
 - IV. *Modo di misurar terreni.*
- Extant MSS. in Biblioth. Chartusianæ prope Papiam.

C L V I.

BALLIANUS, seu BALBIANUS, CAMILLUS.

Camillus Balliani, vel Balbiani (utroque enim modo scriptum ejus agnomen lego apud varios) de Mediolano etiam aliquando à patria simpliciter dictus, nobili stirpe ortus, adolescens vergente sæculo XVI. apud S. Eustorgium Ordini Prædicatorum nomen dedit, Virque evasit apud suos eruditione, & facundia commendatus. Sacræ Theologiæ lauream per omnes Scholæ agones adeptus, variis suæ Religionis Conventibus, & præcipuè illi Sancti Petri Martyris dicto, præfuit, demum in Provincia sub eodem nomine in Comitibus generalibus Romæ anno MDCL. habitatoris munere jam anno MDC. fungebatur Derthonæ, inde Alexandriam anno MDCIII., & demum Taurinum translatus, Sancti, ut vocant, Officii ubique jura, sacramque doctrinam egregiè tutatus est. Vixit etiam anno MDCXXVII. Serenissimo Sabaudia Ducis in primis acceptus, ejusque Ecclesiastes ordinarius.

Ejus hæc habentur ingenii monumenta:

- I. *Oratio Venetiis ex tempore in Ecclesia SS. Joannis, & Pauli habita, die Festo SS. Trinitatis, dum Comitibus generalia ab Ordine Prædicatorum agerentur, anno MDXCII. pro gratis dictæ Civitati agendis. Mediolani, apud Jo. Baptistam Colonium, 1592. in 4.*
 - II. *Oratio in laudem S. Hyacinthi Confessoris Ord. Prædicatorum in Templo S. Eustorgii dicta XVII. Kal. Septemb. die ipsi Sancto dicata, anno MDXCIV. Hanc ordine quintam inferuit, ac edidit Bzovius in suo Serto gloriæ S. Hyacinthi. Venetiis, apud Zalterium, 1598. in 4. à pag. 203. ad 213., & Mediolani, apud Madam, 1594. in 4. editio igitur Eccardo, & Quercetio in Scriptoribus Ord. Prædicatorum.*
 - III. *Ragionamenti sopra la sacra Sindone di N. Signor Gesù Cristo fatti da F. Camillo Balliani Milanese dell' Ord. de' Pred. Dottore di Sacra Teologia, Inquisitore di Torino, nuovamente ristampati, e divisi in tre parti. Torno, per Lodovico Pizzamiglio, 1627. in 4.*
- Prima pars jam prodierat ibid. Duci Sabaudia nuncupata die XXV. Aug. MDCX., hæcque habet: Ragionamento 1. fatto il Venerdì dopo la quinta Domenica di Quaresima l'anno MDCVIII., 2. il primo Venerdì dell'anno MDCIX. 3. il Venerdì Santo MDCIX. 4. il giorno della Festa MDCIX. 5. il primo Venerdì di Quaresima MDCX. 6. il Venerdì Santo MDCX. 7. nella Festa MDCX.

Secunda pars adjecta, & eidem Duci nuncupata typis prodit *Ibidem*, 1618. hæc habens: Ragionamento 8. detto il quinto Venerdì di Quaresima MDCXIV. 9. il quarto Venerdì di Quaresima XXX. di Marzo MDCXII. 10. La sera del Sabato Santo MDCXIV. 11. Del B. Amedeo III. Duca di Savoia. 12. Della Sindone, e del B. Amedeo.

Tertia pars rursus adjecta, & Seren. Margaritæ à Sabaudia nuncupata, prodit *ibidem* 1624. nella qual si tratta insieme della Sindone, & del Beato Amedeo detto, e della B. Margarita di Savoia, Marchesa di Monferrato, Monaca dell'Ordine di S. Domenico. Ragionamento 13. Il sesto Venerdì di Quaresima. 14. Della Sindone, e del B. Amedeo. 15. Della Sindone, e della B. Margarita, & alibi pluries repetitæ editiones.

IV. De Religione Oratio Latina ad Cives Novarienses, in Comitibus S. Petri Martyris, anno MDXCIV. *Mediolani, apud Medam, in 4* hæc ignota fuit Eccardo, & Querifio in *Scriptor. Ord. Prædicator.*

Ejus cum laude meminerunt Paulus Moriggia della Nobiltà di Milano lib. 3. cap. 29. Philippus Picinellus in *Athenæo Mediolanensi* pag. 101. à quo Balbiani dicitur, & Hieronymus Mercuri Doctor Medicus lib. 3. *de gli errori popolari* sub nomine Scipionis à se edito in Epistola nuncupatoria ad F. Joannem Ambrosium Barbavaram, ubi eum *da Milano* simpliciter nuncupat, addens ipsum tum in Hispania agentem à Philippo III. Rege Catholico ad reedificandam S. Eustorgii Basilicam, reficiendumque ex integro Cœnobium plura obtinuisse beneficia, primumque novæ S. Petri Martyris Provinciæ, anno supra allato, Priorem Provinciale datum, quæ eundem sub varia appellatione hominem evincunt. Meminit etiam, sed leviter Fontana in *Theatro inter Inquisitores Terdonenses*. Videndi Eccard & Querif. *supradicti* Tom. II. *Scriptor. Ord. Prædicat.* pag. 447.

CLVII.

BALSAMUS ANNIBAL.

Anibal Balsamus J. C. Mediolanensis in publico Palatino Gymnasio Philosophiæ præcepta juvenibus tradidit, quod ipse testatur in Sermone de Ente, quem infra indicabimus, ab eo habito die secunda Novembris MDLXXVII. Hæc ea sunt, quæ de Annibalis nostri actis reperimus; Opera verò ab ipso conscripta hic recensemus; quorum plurima inveni MSta in Bibliotheca Ambrosiana;

Scilicet

- I. Annibalis Balsami dubia aliquot in posteriora circummentem Averois.
- II. De Anima.
- III. De Rerum Principiis.
- IV. Paraphrasis Themistli in posteriores Aristotelis Resolutiones.
- V. De Imitatione Ciceronis.
- VI. De consonantia Græci, & Latini Idiomatis, omnia in uno Volumine MS. autographo in fol. signat. D. num. 211. in Biblioth. Ambros.
- VII. De Ente Rationis, Sermo habitus publicè anno III. suæ lecturæ, MDLXXVII. Mediolani die II. Novembris.
- VIII. De triplici Anima Hominis vegetativa, sensitiva, & intellectiva.
- IX. De objectu sensus.
- X. De primo objectu intellectus. In altero Codice MS. in fol. Bibliothecæ Ambrosianæ signat. S. num. 101.

à SANCTA BARBARA AMBROSIUS.
Vide SOLARIUS JOANNES DOMINICUS.

CLVIII.

BARBARUSSA PAULUS ÆMILIUS.

Paulus Æmilius Barbarussa in Oppido Trivillii natus Eremitarum Institutum in Congregatione Lombardiæ suscepit. In præcipuis Italiæ Urbibus summo plausu Conciones habuit. Eum Federicus Cardinalis Borromæus Archiepiscopus Mediolanensis in primis dilexit, ejusque operâ in gravissimis suæ Diœcesis negotiis usus est. Serius studius amœna quoque permi-

scuit, Poësim præsertim, atque Historiam. Per varios honorum gradus ad Vicarii Generalis Congregationis suæ officium ascendit, electus ad id muneris in Comitibus habitis anno MDCXII. in Cœnobio Mediolanensi S. Mariæ Coronatæ. Religiosis virtutibus claudit, facundia, comitate, & oris majestare conspicuus. Obiit Trivillii die XIV. Decembris anno MDCXIV.

Edidit:

- I. Scala di Giacobbe ad istruzione de' Predicatori.
- II. Scudo, o Specchio de' Predicatori, Ragionamenti XXV.
- III. Rime Spirituali, e Morali.
- IV. Canzone Eroica per il Glorioso Serafico S. Francesco. Extat in libro, cui titulus: „Sette Canzoni di sette famosi Autori in lode del Serafico Padre S. Francesco, e del Sacro Monte della Verna, raccolte da Fra Silvestro de' Poppi Minore Offervante. „ *In Fiorenza, appresso Gianantonio Cuneo, e Raffaello Grossi, 1656. in 4.*
- V. Minervæ Corona tribus insignita gemmis inventa indagatione F. Pauli Æmilii Barbaruffæ. MDLXXXIV.
- VI. Quatuor Temporum, Æstatique temperamentorum mystica Theoria. MDLXXXIV.
- VII. Opus de B. Maria Virgine super Cantica Canticorum Salomonis, quod etiam extitisse MS. Mediolani in Bibliotheca S. Mariæ Coronatæ testatur H. polytus Maraccius Biblioth. Marian. part. I. pag. 209.
- VIII. Divini Amoris Encornia, ad Rev. Benignum de Cremona.
- IX. Definitiones XCVI. edidit pro reformatione, & regimine Congregationis suæ, dum esset Vicarius Generalis.
- X. Canzoni VIII. Spirituali in versi sciolti. *Pavia, presso il Viani, 1594. in 4.* P. Thomæ de Rubis Priori Conventus S. Mariæ Coronatæ Mediolani dicatæ; in Epistola nuncupatoria asserit, usque adeo protraxisse editionem horum Carminum, eo quia illi cordi erant nonnulli Sermones, & quod jam Typis dederat librum: „La Scala di Giacobbe,“ aliaque Opera Poëtica promittet.
- XI. Rime. Extant in libro inscripto: „Nuovo Concerto di Rime Sacre composte da più eccellenti Poeti d'Italia sopra i principali Misterj della Vita, e Morte di Cristo N. S. e della Regina de' Cieli, nuovamente raccolte, e date in luce dal Rev. Don Eugenio Petrelli, Veneziano. „ *In Venezia, appresso Antonio Pinelli, 1616. in 12.* Eum Italico laudavit Carmine Abbas Angelus Grillus, & Aurelius Corbellinus ejusdem Ordinis. Idem Grillus in literis ad eum datis eloquentiam ipsius laudat. Communis Ventura ei nuncupavit partem secundam Collectionis Epistolarum diversorum. Agit de eo Calvi in *Monumentis Historicis Congregat. Eremitarum Lombardiæ* pag. 425 & sequentibus.

CLIX.

BARBARAVA FRANCISCUS.

Familia Barbavara Mediolanensis nobilem originem suam agnoscit à pluribus jam sæculis, uti probant Diplomata nonnullorum Imperatorum vetustissima, pluries pro Viris illustribus hujus gentis in Collegio Nobilium Jurisconsultorum Mediolanensium cooptandis exhibita. Franciscus noster Jacobi Ducalis Consiliarii, atque Cremonæ Gubernatoris filius claudit sæculo XV., ut è scriptis ejusdem infra enunciandis clarè apparet. Philippi Mariæ Vicecomitis Mediolani Ducis in Civitate Parmensi Locumtenens cum omnimoda facultate, ejusdemque Ducis Consiliarius extitit; Vir Senatoria dignitate insignitus, atque Orator, necnon cum plena sui Principis potestate ad Eugenium IV. Summum Pontificem missus, atque in ipso munere interfuit Synodo Basileensi anno MCCCCXXXVIII quod forsitan ignotum adhuc esset, nisi fortuna nobis obtulisset reperire Orationem ipsius MS., ut infra:

- I. Oratio ab ipso facta, & pronunciata nomine Ducis Mediolani in sacrosancta Generali Synodo Basileensi in Spiritu Sancto legitimè congregata, die XIV. mensis Martii MCCCCXXXVIII. Extat in MS. in fol. pergameno variarum rerum ad dominium Ducale Mediolanens. spectant. in Biblioth. FF. Marchionum Gregorii, & Eriprandi Vicecomitum, sign. K. num. 3.
- II. Epi-

- II. Epistola Latina ad Antonium Panormitam, cui nunciat electionem de ipso factam pro scribendo favore Ducis Mediolani. Legitur in MS. Ambros. infra citando.
- Responsio Synodalis Concilii Basileensis ad schedulam protestationis contra processum Papæ factæ per Franciscum de Barbavara Oratorem Ducis Mediolani, Data in Congregatione Generali XIII. Kal. Octobris MCDXXXVIII. Extat in Collect. Reg. Concil. Tom. XXX. pag. 461. & sequentibus.
- Epistola Gasparini Barzizii ad Franciscum Barbavaram in morte Zanini Riccii Ducalis Consilarii. Est in MS. Biblioth. Ambros. sign. M. n. 4. in fol.
- Inter Epistolas Francisci Philephi, *Editionis Veneta anni 1502. in fol.* Extat Epistola Francisco Barbavara directæ pag. 27.
- Epistola Latina Bartholomæi Capræ Archiepisc. Mediolanensis ad ipsum, de quo suo loco. Extat in MS. Biblioth. Ambros. fol. sign. H. num. 49.
- Epistola pagg. 10. ad eundem scripta ab Antonio Panormita, in qua queritur de Satyris contra se ab inimicis evulgatis, ajens se plusquam mille latinas litteras scripsisse, & Commentaria in Plautum, & duas Orationes ad Januenses hortatorias, ut Philippo Mediolani Duci suppetias in bello ferrent: Guarnerium etiam Castillioneum summis laudibus ipse celebrat. Extat in supradicto MS. Bibliothecæ Ambrosianæ.

C L X.

BARBAVARA JOANNES AMBROSIVS.

Joannes Ambrosius ille est, qui in sæculo Rochus, Conventus PP. Ordinis Prædicatorum Sancti Eustorgii Mediolani alumnus, clarum Barbavariæ gentis nomen & genus, eruditione singulari, religioneque per omnem Italiam multò reddidit illustrius, quem Carolus ipse Sanctissimus Cardinalis Borromæus elegit ideo sibi Theologum, suæque etiam arbitrum conscientie habere voluit Sabaudie Dux. Quippe quam Parisiis in Gymnasio ipsius Ordinis Sancti Jacobi inter æquales eminens audierat, ad suos reverfus Taurini annis pluribus ingenti fama docuerat Theologiam, rude donatus in ea, laureatusque Magister, publicoque stipendio Patavii, annos tredecim à MDLXI. ad MDLXXIII. publicus Professor divinarum litterarum aggregatus, uti Thomasinus lib. III. c. III. Gymnasii Patavini pag. 283. Cognominem habuit fratris germani filium, ejusdem Conventus S. Eustorgii professum F. Joannem Ambrosium Barbavaram sacre Theologiæ Magistrum, & Provinciæ S. Petri Martyris Priorem Provinciam, cui F. Hieronymus Mercurii, & ipse ex Prædicatorum Ordine librum suum tertium:

„ Degli errori popolari d'Italia, nuncupavit, quam in Epistola sic cum Barbavarorum gentis, tum nostri Johannis Ambrosii patrum gloriam extollit: „ Camillo vostro Padre conobbi io in Milano, gentilhuomo così civil, honorato, e prudente, che invero ben mostrava esser legitimo ramo della nobilissima pianta Barbavara, e Rocco suo figlio, e vostro zio fu quel famoso Theologo della nostra Religione, detto Maestro Gio. Ambrogio Barbavara, il quale in Parigi, ed in Padova manifestò al Mondo quanta fosse la felicità del suo ingegno, e la profondità della sua dottrina: poichè come nella Università di Parigi, essendo Studente, non ritrovò mai o Frate, o Secolare, che con ragion si potesse pareggiare a lui, così essendo in Padova Teologo pubblico della Ser. Signoria di Venezia, non ebbe pari non solo in esso Studio, ma neanche in Italia, e quasi in tutto l'Ordine, di che io ne son oculato testimonio, perchè in quel tempo fui suo discepolo, e studente formale nello Studio di Padova: e perciò meritamente, quando fu Teologo del Cardinal di Trento in Roma, così fece stupire in poco tempo la Corte Romana, per le sue rare virtù, come si fece schiava in sua vecchiezza la Corte di Torino, dove ferviva per Teologo pubblico dello Studio ec. Quæ Mercurius scribebat die XII. Julii MDCIII.

Plura laudantur ejus scripta, quorum aliqua in lucem edita prodierunt, reliqua vero Manuscripta, nec omnia vidit Clarissimus Cotta, ut in suo Musæo

A Novariensi, nec celeberrimi Patres Eccard. & Quetif. de ipsis edocti fuere:

- I. De laudibus Divi Thomæ Oratio. *Venetis 1548. sic Simlerus.*
- II. In septem Psalmos Pœnitentiales dictos Paraphrasim, quam Plagiarium alterius Ordinis nomine post mortem Auctoris excusam fuisse; narrat Pius in Scripturis Ordinis Prædicatorum, ut testantur supradicti Eccard. & Quetif.
- III. Oratio in laudem Beatæ Mariæ Virginis elegantissima. *Ita Rovetta.*
- IV. Tractatus de Sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis, quem idem Rovetta asserit typis datum fuisse, nullo indicato loco: Nos vero eum vidimus Manuscriptum in Codice Bibliothecæ Ambrosianæ signato D. n. 372. in fol., sicuti & Paraphrasim, five Commentaria in Davidicum Psalterium, ut supra.
- V. In primum Sententiarum Relectiones habitæ ab anno MDLXVIII. ad MDLXXII. extant in duobus Codicibus Manuscriptis ejusdem Bibliothecæ Ambrosianæ sign. D. n. 366. & 367.
- VI. Relectiones in secundum, tertium, & quartum Sententiarum, extant in tribus Codicibus MSS. in supradicta Bibliotheca Ambrosiana signatis D. n. 378. 379. 380.
- VII. Relectiones de prædestinatione, & reprobatione. MS. in fol. ejusdem Bibliothecæ sign. D. n. 372.
- VIII. Tractatus num Monachi habentes consuetudinem eligendi suum Priorem, vel Abbatem jure Constitutionum suarum, possint ab eorum Præsidente Generali cogi ad certam, vel certas Personas eligendas. Extat in MS. ejusdem Bibliothecæ.
- IX. Tractatus de legibus, ibidem.
- X. De Potestate Papæ, & Concilii: Relectiones apud Canonicos Regulares anno MDLXIX., in quibus etiam potestatis Ecclesiasticæ origo altius repetitur, & disputatur, ibidem.
- XI. Utrum relationes sint in Deo realiter, ibidem.
- XII. De Mauris rebaptizandis, ibidem.
- XIII. In librum Ethicorum Aristotelis adnotationes, ibid.
- XIV. Censura Opusculorum, quæ sub D. Thomæ Aquinatis nomine hæcenus prodierunt, ad Reverendum Patrem Magistrum Seraphinum Caballum Brixensem Ordinis Sancti Dominici, Generalem in Romana Curia Procuratorem, ibidem.
- XV. In XXVII. Quæstion. partis primæ summæ D. Thomæ, ubi quæritur primò utrum detur processio in Divinis, ibidem.
- XVI. De Sacramento Eucharistiæ in genere, & in communi. MS. in fol. in eadem Bibliotheca sign. D. n. 374.
- XVII. De Religione secundum D. Thomam, ibid.
- XVIII. Conclusiones in Psalmum XCIII. MS. in 4. supradictæ Bibliothecæ sign. S. n. 362.
- XIX. Joannis Ambrosii Barbavarii Mediolanensis Ordinis Prædicatorum Disputatio de Beatitudine, Nobilissimo, atque ornatissimo D. Joanni Vincentio Pinnello VI. Kalend. Aprilis MDLXIX. MS. in quarto in supra memorata Bibliotheca sign. N. 193.

Extant Epistolæ Francisci Cicerei ad eundem mittentis Folia primæ impressionis Operum M. Antonii Majoragii, ut ea Patavii cum Auctoris Imagine imprimenda curet. Ea sunt de Rhetorica Majoragii ejusdem. Dat. Mediol. mense Junio MDLXXI. MS. Biblioth. Vicecomitum, necnon Epistolæ aliæ Annibalis Guaschi Alexandrini ad ipsum leguntur in editionibus earumdem 1601., & 1607.

Ad eundem etiam extant Carmina plura P. Francisci Spinulæ inter ipsius Pœmata, quorum suo loco mentio fiet: In ipsis vocatur Theologus Mediolanensis à Cypri Archiepiscopo accersitus.

De eo legendi Michael Pius lib. I. cap. 67. pag. 243. Annibal Guasus, Thomas Garzonius, Jos. Simlerus, Ambrosius Gozzeus pag. 145. Altamura ad ann. MDXLV., & Picinellus in Athenæo pag. 256.

Cotta etiam in suo Musæo Novariensi pag. 146. necnon Auctores Diarii Italici *Venetis* Impressi in T. X. pag. 242. Primus Comes ipsum laudat in sua Nuncupatoria Operum Rhetoricorum Majoragii.

C L X I.

BARBAVARA LUDOVICUS.

Infulatus Canonicorum hujus Metropolitanæ Ecclesiæ, qui Ordinarii dicuntur, Coetus plures semper protulit Viros & pietate, & doctrina insignes. Ex his non paucos in hoc Opere cum laude memoratos Lector reperiet; atque hæc præsertim Ludovicum Barbavaram Octaviani Patritii Mediolanensis, & Lu-

ciae Mazentæ filium, cum aliis Ecclesiastico Viro dignis scientiis præditum, tum etiam Mathematicis disciplinis clarissimum. Cancellarii quoque Archiepiscopalis munus non sine prudentiæ commendatione plures annos exercuit. Neque tamen studiorum oblitus hæc in eruditorum commoda elaboravit. Ipsum amissimus anno MDCXXXVIII. Clariss. Cotta parè nimis de ipso, & de ejus Operibus scripsit, ut Lector facile cognoscet in Musæo Novariensi:

- I. Tabula Sinuum rectorum ad singula secunda expansa, posito sinu toto partium 100000. usque ad gradum trigesimalum. MS. in 4. in Bibliotheca Ambrosiana. signatus G. n. 784.
- II. Tabula tangentium ad prima & secunda quadrantis scrupula expansa, posito radio sine sinu toto partium 100000. ibidem MS. in 4. G. n. 785.
- III. Tabule positionum generalium MSS. partim in 4. partim in fol. signat. G. n. 780. 781. 782. 783.
- IV. Alia Tabula numerica MSS. sign. G. n. 752. ad 758.
- V. Neocanon Trigonometricus sinuum tangentium, & secantium ad partes radii 100000000. MS. in 4. ibid. sign. G. n. 786.
- VI. Nova localium numerorum Tabula; mirum dictu quam facilem, & expeditum reddat calculum in quarta portionalis indagazione, absque ulla vel multiplicatione, vel divisione, quam etiam si libeat mediam unam, tum duas supeditabit quadratarum cubicarum, extractione radicum non adhibita. &c. MS. in 4. ibid. G. 787.
- VII. De dispositione atque ordine novi Canonis Trigonometrici. MS. ibid. sign. G. n. 788. in 4. Ex Cotta, & à Suis.

CLXII.

BARBAVARA MARCUS.

Marcus Barbavara Octaviani Equitis, Ducaliumque arcanorum Magistri, & Blancæ Vicecomitis filius, Gravelonæ, ut sui antiquissimi Antecessores Confeudetarius, Collegium Nobilium Jurisconsultorum Mediolanensium ingressus est Anno MDXII. deinde Patriæ Præfectus, postea Magistratus Reddituum Extraordinariorum Quæstor, & per quadriennium Civitatis Novariæ Prætor extitit. Suorum nomine bis Legatus ad Carolum V. Imperatorem missus, à quo Senatoria dignitate insignitus, Cremonensem Præturam, maximâ cum laude administravit. Demum Anno MDL. ab eodem Cæsare Præses Excellentiss. Senatus Insubrici in demortui Sacci locum susceptus est. Prohibuit officii brevitatis (nam solum ferè per biennium hoc obivit munus) quominus tanti viri virtus magis eluceret, ut par erat. Sed qualis futurus esset, si vitam produxisset, egregium specimen cursum eo tempore dedit; nam de eo utrum prudentiâ, doctrinâ, an integritate præstantior extiterit incertum prædicatur. E vivis excessit Anno MDLII. Prid. Non. Decemb. omnium mœrore. Compilavit, atque in meliorem formam redegit:

- I. Novas Constitutiones Mediolanensis Domini, necnon
 - II. Novas Leges pro Regimine Civitatis Viglevani Anno MDXLIII. invisit, correxit, ordinavit, quæ ipso referente à Senatu Mediolanensi approbatæ fuerunt.
 - III. Ejus esse Observationes ad Statuta Mediolani, quæ sub nomine Horatii Carpani circumferuntur, testatur in suis schedis Clar. Sitonus.
- De ipso Julius Cæsar Ruginellus de Senatoribus. Cotta in Musæo Novariensi pag. 317. Sitonus pag. 86 Artic. 373. Ægidius Sacchetti in Viglevano Illustrato pag. 86.
- Marcus Antonius Natta, ei dicavit, dum erat Præses, VIII. Orationes Papiæ MDLII., atque in Epistola nuncupatoria, uti etiam discipulus Jasonis Mayni celeberrimi laudatur.

Octaviani hujus Marci Patris frater fuit Scipio J. C. C. & Senator, de quo Sitonus meminit, cujus inscriptionem sepulchralem in Ecclesia Sanctorum Angelorum existentem, exscripsit Franciscus Cicereus, his conceptam verbis, quam in gratiam hujus tam illust. Familæ hic adjectam volumus:

ALIVM VOBIS QVAERITE MEDIOLANENSES
SCIPIONEM SI POTESTIS

HIC ILLE BARBAVARA TANTI NOMINIS
SEPVLTVS EST

CVM EO IVSTITIA ET INTEGRITAS

D . A . R . MDV.

EIDIB. N. AETAT. LXIII.

O . B . F . P . M . P .

CLXIII.

BARBAVARA MARCUS alter.

EX Ludovico Barbavara Equite insignis militaris Ordinis Sancti Stephani, atque ex Lucretia Besutia natus est Mediolani Marcus Barbavara, ex Feudetariis Gravelonæ. Hunc Clericali ordini adscriptum, & in J. C. Collegium coopratum anno MDCLXXVII. Protonotariatus Apostolici dignitas exornavit. Mox in Basilica Sancti Nazarii, quam in Brolio dicimus, Doctoralem Præbendam adeptus, haud ita multo post insigni Canonicorum ejusdem Basilicæ Ordini Præpositus datus est. Vitam cum morte commutavit anno redempti Orbis MDCCXXIII. atque nobis hæc argumenta pietatis, studiorumque suorum reliquit:

- I. Il Configliere Fedele, che insegna fuggire l'occasione pericolose di perder l'anima; opera utilissima per tutti i fedeli Cristiani, composta da Marco Maria Barbavara Preposito, e Paroco dell'insigne Chiesa Collegiata e Parochiale di S. Nazaro Maggiore di Milano. Milano, nella Stampa di Giacomo Belgiani, 1709. in 8.
 - II. Raccolta di divote orazioni, ed avvisi salutari, e di varie istruzioni per ben Confessarsi e Comunicarsi. Milano, per Giuseppe Pandolfo Malatesta, 1706. in 8.
 - III. Jura Parochialia Præpositi S. Nazarii. Vol. I. in fol.
 - IV. Dissertatio Juridica de Campanis, occasione cujusdam diffensionis inter ipsum & Capitulum S. Nazarii, de non pulsandis tribus Campanis. MS. in fol. testatur se vidisse J. C. Coll. Joseph Landrianus mei amicissimus, & cui pro hac mea Collectione multum debeo. Utinam vero, non Dissertatio, sed Lex daretur contra abusum intollerabilem de nimia, atque importuna Campanarum pulsatione.
- Vide Siton. pag. 234. art. 1069.

CLXIV.

BARBOVIUS BARNABAS.

EX Victoria à Puteo Conjuge præclarissima suscepto Comes Hieronymus Barbovius hujus Metropolis Decurio Barnabam Filium Jurisprudentiâ insignem, de quo nunc dicendum occurrit. Fratrum etiam suorum honoribus emicat Auctor noster; Theodori scilicet Equitis Commendatarii Sancti Jacobi, & pro Sacra Catholica Majestate supremi rei tormentariæ Præfecti in Provincia Calabria, atque Emmanuelis Equitis Calatravensis Ordinis, & Statoris Majoris. Barnabas verò Regius Feudetarius, ex Jurisperitis Collegiatis anno MDCXXXVIII. admittus, inter LX. Patriæ Decuriones & ipse electus est. Præfecturam quoque Urbis annis MDCLII. MDCLX. & MDCLXXVII. peregre administravit. Posthæc inter Patres Conscriptos Regii, Ducalique Insubrici Senatus adscitus, doctrina, & meritis celeberrimus migravit è vivis currentis sæculi anno primo. Sepultus in Tumulo suorum Ecclesiæ S. Nazarii in Brolio ubi legitur hæc brevis Epigraphe Barnabæ Avi:

SEPVLCRVM BERNABOVIS BARBOVIS

AC SVORVM

MDLXXXIV.

De

bus munera omnia, usque ad Lombardiæ Provincia-
latus gradum obtinuit, necnon à Federico Cardinali
Borromæo Pœnitentiarius in Metropolitana Ecclesia,
atque Sancti Officii Consultor electus fuit. Specie
venerabili donatus, necnon in consultandis causis
versatus, atque facundissimus extitit. Plurimi ipsum
fecit Gregorius XV. Pontifex Maximus, sed nun-
quam, licet vocatus, ad Urbem accedere voluit. In-
ter vivos desit esse anno MDCXXVIII. die trige-
sima Aprilis. Existunt de ipso:

- I. Summarium Bullarum Sancto Officio deservientium. *Mediolani 1620. in 8.*
- II. Flores Directorii Inquisitorum, cum Tractatu de sollicitatione Pœnitentium &c. *Mediolani apud Pontium & Picaleam 1625 in 8.*
- III. Flores Commentariorum Francisci Pegnæ in Directorium Inquisitorum.
- IV. Nonnulla Consilia Foro Conscientiæ satis utilia.
- V. Aphorismata pro utroque Foro, ad Senatorem Marcum Antonium Montium. *Mediolani 1628.*
Eum laudavit Augustinus Terzagus Carmine latino, in suo libro, cui titulus: Poësis; Abbas Ghilinus in sui Theatri parte prima; Thomas Herrera in Alphabeto Augustiniano; Picinellus pag 402., atque Philippus Vicecomes in suo MS. de Conventu Sancti Marci à me inspecto.

CLXX.

BAROFFIUS TIMOTHEUS.

Timotheus Baroffius in lucem editus an. MDLXI. sub Joanne Castagnerio Soc. Jesu, universam Aristotelis Logicam didicit, item sub eodem Philosophiæ Professore publico Physica deinde percepit commentaria. Exacto Philosophiæ curriculo veræ virtutis appetens studium, Carthusiensium Ordinem amplexus est anno MDLXXXVII. sexto Idus Septembris, vota ejus suscipiente P. D. Stephano Barreggio Mediolanensi. In Comitibus Generalibus habitis anno MDXCIII. dignus Procuratoris Officio existimatus est, quod sibi eodem anno fuit impositum; anno vero MDXCVI. electus est Prior Mediolanensis Carthusiæ, quam Garignani dicimus; anno autem MDC. ipso Prioratu se abdicavit; biennio inde in officio Procuratoris transacto, à suis consodali-
bus Pastor, & Pater omnium votis eligitur, & confirmatur anno MDCII., senio tandem confectus, supernæ bravium vocationis, ut speramus, obtinuit, anno à partu Virginis trigesimo sexcentesimo supra-
millesimum, septimo Kalendas Augusti.

Eruditissimi nomen litterariis sibi vindicavit fœ-
tibus, quorum sunt ex multis:

- I. Cursus Philosophicus tribus Voluminibus comprehensus, quæ MSS. servantur in Biblioth. Carthusiæ Papiensis.
- II. Fragmentum Theologicum Morale, utrum percussio in Clericum facta joco delictum dicatur occultum, cum læsio enormis est occulta &c. MS. in fol.
De P. D. Timotheo Baroffio Mediolanensi habet Epigramma unum fol. 251., & Odam duodecimam Benedictus Sociacus in suo Opere Poëtico, impresso in Ambrosiani Collegii Typographia. 1616.
A Suis.

CLXXI.

BARZIUS JOANNES PAULUS.

Musarum Cultorem eximium, & non infimæ notæ Vatem Joannem Paulum Barzium Mediolanensem Patritium, Regium Robecchi Feudeta-
rium, Franciscus J. C. & Patriæ Decurio ex Joanna Capharda Conjuge suscepit. Tam sedulò in percipiendis liberalibus disciplinis insudavit, ut brevi æquales superans; Carminum suavitate, & elegantia omnium admirationem excitavit. In hujusmodi pan-

gendis ad annum usque MDLXXVIII. pervenit, quo desiderium sui Patriæ, atque Viris eruditis reliquit; hæc autem Opera ipsum posteris commendant:

- I. La strage degl' Innocenti; Poema in terza Rima. *Venezia per la Sessa, 1551. in 4.*
- II. Carmina V. elegantissima, quæ leguntur in aureo libro, cui titulus: „Sonetti degli Accademici Trasformati di Milano. Ivi presso Marco Antonio Borgbi; 1548. in 8.
- III. Plura etiam illius Carmina tam Italico, quam Latino Sermone conscripta habentur sparsim in Collectionibus pro laureis Papiensibus, & alibi.
Ita è schedis Mazzuchellianis, atque ex aliis Cl. Sitoni.

CLXXII.

BASCIUS JOANNES BAPTISTA.

Carmelitarum Religionem, quam Excalceatorum vocant, professus fuit F. Bartholomæus Maria à Sancto Carolo, in sæculo autem Joannes Baptista Bascius, Mediolani natus anno MDCL. die II. Junii. Etiam in juventute singulari pietate emicuit; deinde studiis sedulo deditus in Operibus Sanctorum Patrum perlegendis præcipue insudavit; ideo Theologus, Canonista, atque Examinator Synodalis in Diœcesi Placentina per multos annos extitit. Eminentissimus quoque Cardinalis Cusanus pluries à consiliis ipsum voluit, non solum in rebus ad suam Ecclesiam Ticinensem spectantibus, sed etiam in aliis dum Bononiensi Legatione fungeretur. Excessit è vivis Religiosus optimus die trigesima prima Octobris anni MDCCXIX.: scripta ejusdem quam plura deperdita sunt, neque nobis datum est aliud proferre, quam sequens satis proficuum volumen sacra-
Eruditione refertum, & sic inscriptum:

- I. La Scuola di Verità aperta alle sacre Vergini. *Pavia. presso li Fratelli Gradignani. 1714. in 4* quam supradicto Eminentissimo Cardinali Augustino Cusano dicavit. Hæc à suis accepimus.

CLXXIII.

à BASILICA PETRI CAROLUS.

Cognomen à Basilicâ Petri facilè creditur pervenisse ad hanc nobilissimam Familiam Mediolanensem à loco sic vocato, & ad Lambrum flumen. Papiam versus (vulgò *Bescapè*) feliciter sito. Ab Angelo à Basilicâ Petri, atque Isabella Gluffiana ortus est Carolus noster, Anno MDL. nomine Johannis Francisci ei donato, quod postea in suo ab hoc sæculo exitu in Carolum mutavit. Celeberrimus Marcus Antonius Majoragius in literis Græcis, atque Latinis ei fuit optimus Magister, Papiæ deinde egregius disciplinis operam dedit, ibidemque laureâ decoratus Anno MDLXXIV. paulo post in Juris Consultorum Nobilium Collegio receptus fuit. Divus Carolus Borromæus Anno MDLXXVI. Metropolitanæ Templi Canonicum Ordinarium ipsum constituit, ejusque operâ in suæ Ecclesiæ administratione usus est usque ad Annum MDLXXVIII., in quo manu ipsius Sancti Archiepiscopi habitum Clericalem Barnabitarum, ut vocant, publicè induit, cumque nuncupasset vota, idem Sanctus Carolus in Hispaniam eum misit, ut apud Regem Mediolanensis Ecclesiæ gravis momenti negotia expediret. Noster verò, de cujus sanctimonia, & virtute Rex optime conficius erat, feliciter omnia juxta Sancti Caroli mentem ad finem perduxit. Mediolanum reversus, S. Barnabæ Collegii Præfectus est acclamatus, deinde Præpositus Generalis etiam ter cum laude effectus est. Romam postea Anno MDXCII. pro Collegio ibi noviter efformando, ordinandoque concessit. Cujus cum Clemens VIII. Pontifex Maximus merita in-
spe-

spexisset, Novariensem Antistitem, die XVIII. mensis Februarii, Anni MDXCIII. illum adlegit. Novariam ingressus est solempni pompâ mense Majo Anni ejusdem, semperque præsens sibi creditum gregem curavit, ubi publicis Romanæ Ecclesiæ non detineretur negotiis, ut tunc accidit, quando à Pontifice supradicto iussus Derthonæ per aliquod tempus moratus est, cum Regiis Administris de gravissimis illius Ecclesiæ rebus tractaturus. Institit indefessè ut Sanctus Carolus in Sanctorum numerum referretur: Uno verbo Ecclesiam Novariensem præter voluntatem sibi creditam consiliis, prædicatione, optimisque legibus ad Christianam pietatem informavit: Diocesim sæpius solers Visitator lustravit, vitia correxerat, abusus sustulit, optimam vivendi formam præscripsit, plures Synodos celebravit, denique per nonnullos annos optimi Pastoris perfunctus Officio graviter infenscens, sanctè, ut vixit, decessit Anno MDCXV. Petrus Georgius Odescalchus Viglevanensis Episcopus ornatissimum latinum Sermonem in ejus funere dixit. Sepulcrum ejusdem visitur in Ecclesiâ Divi Marci, atque in Sacello Sanctæ Febronæ, quod ob eximiam in eadem Virginem, ac Martyrem pietatem suam magnificentissimè construxerat, hoc apposito Epitaphio:

CAROLVS BASILICAPETRI
EX COLLEG. IVRISCONS. MEDIOL.
CONGREG. CLER. REGVLAR. S. PAVLI
TERTIVM PRAEPOSIT. GENER.
S. CAROLI PERPETVVS ALVMNVS
A QVO ET GRAVISS. DE REBVS
AD REGEM CATHOLICVM LEGATVS
NOVARIAE EPISCOPVS
VIR PRVDENTIA VITAE SANCTITATE
DOCTRINA ECCLESIASTICA DISCIPLINA
REBVS PRO ECCLESIA PRAED. GESTIS
AC SCRIPTIS
INSIGNIS
HIC PENES CHARISS. FILIOS
SACELLO EXTRVCTO ET EXORNATO
VIVENS SIBI HOC MONVMENTVM
STATVIT
VIXIT ANN. LXV. IN EPISC. XXII.
OBIIT PRID. NON. OCTOBR. MDCXV.
PRAEF. HOSP. CHARIT. NOVARIAE HAER.
PAREN. BENEF. P.

Humilitatis vero eximiae specimen dedit Carolus noster; nihil enim Tumulo suo inscribendum mandaverat præter hæc verba:

CAROLVS EPISCOPVS NOVARIAE
CVIVS CORPVS HIC QVIESCIT
PRECVM TVARVM SVFFRAGIA PETIT

Porro dignus Præsul iste habitus est, non solum, ut à Populis precibus, ac votivis Tabellis invocaretur, ab Episcopis veluti lucidissimum exemplar ob oculos ad imitandum haberetur, verumetiam à Maximis Pontificibus: Clemente VIII., Pauloque V. summis extolleretur laudibus, & meritò etiam, pro ejus scriptis memoriâ æternâ dignis, quæ sunt:

- A
- I. De Metropoli Mediolanensi. *Mediolani primum Anno 1575., deinde 1596., & 1598., & apud Malatestam; 1628. in fol.* Clarissimus Grævius hoc opus inseruit in Tomi primi parte secunda Antiquitatum Italix.
- II. Libro di alcuna Chiese di Milano. *Milano 1576.*
- III. De obitu Caroli Card. Sanctæ Praxedis Epistola. *Mediolani, apud Tinum; 1584. in 8.*
- IV. Della morte di S. Carlo a Monf. Seg. Vescovo di Piacenza. *Brescia, per il Sabbio; 1584. in 4.* Riportata da Paolo Emilio Marcobruno nella Raccolta pag. 204.
- V. Specchio delle Persone illustri del P. Alfonso di Madrid, traddotto dalla lingua Spagnola, ed accresciuto. *Milano 1585.*
- VI. De Regulari disciplina Monimenta Patrum &c. *Mediolani, apud Pontium; 1588.*
- VII. De Vita, & rebus gestis Caroli S. R. E. Card. Archiep. Mediolani lib. VII. *Ingolstadt; 1597.* Editio secunda. *Brixia, apud Marchetum; 1613. in 4.*
- B
- VIII. Della Vita di S. Carlo libri sette, traddotti da lui in volgare, e pubblicati sotto nome di Luca Vandoni. *Bologna; 1614. in 8.*
- IX. Scritti pubblicati nel suo governo dall' Anno MDXCIII. fino al MDCIX. *Novara, per il Sessalo, reimpressi per ordine del Vescovo D. Giulio Maria in Milano; 1660.*, postea distribuiti dal Sommo Pontefice Innocenzo XI. a tutti li Vescovi da lui creati.
- X. Novaria, seu de Ecclesia Novariensi. *Novaria, apud Sessalum; 1612.*
- XI. Lettere di governo Episcopale a' suoi Vicarij Foranei dall' Anno MDXCIII. al MDCXIII. *Novara, per il Sessalo; 1613. in 4.*
- XII. Commentarii Canonici. *Novaria, per Sessalum; 1615. in 8.* Extant etiam in Hieronymi Gattici Cathena Aurea Allegationum pro Ecclesia. *Bononia; 1622. in 4. Tom. II. p. 136.*
- C
- XIII. Historiæ Ecclesiæ Mediolanensis lib. pr. *Novaria, apud Sessalum; 1615. in 4.*
- XIV. Fragmentum Historiæ Mediolanensis. *Mediolani, apud Malatestam; 1628. in fol.*
- XV. Editti per le Sacre Ordinazioni. *Novara; 1602.*
- XVI. Instruzione intorno al predicare la parola di Dio ec. *Milano; 1600.*
- XVII. Avvertenze, ed Ordini dati a' Predicatori ec. *Novara; 1597.*
- XVIII. Liber Congregationum Sacerdotium Ecclesiæ Novariensis. *Novaria; 1597.*
- XIX. La Regola delle Confraternità de' Disciplinati, accomodata alla Diocesi di Novara. *Vercelli; 1608.*
- Sequentes MSS. custodiuntur in Collegio S. Marci Novariæ, atque alibi, ut infra:
- D
- XX. Commentariorum de Antiquitatibus Ecclesiasticis ab anno salutis CCCXXI. usque ad CCCLXXV. MS. in fol.
- XXI. Commentariorum de Rebus Ecclesiæ ab Resurrectione Christi ad interfectionem Petri, & Pauli. MS. in fol.
- XXII. Compendio del Sacro Vecchio Testamento con varie considerazioni. MS. in fol.
- XXIII. Epistola di S. Paolo a' Romani volgarmente spiegata. MS. in fol.
- XXIV. De Concordia Evangelistarum, MS. in fol.
- XXV. Della sacra Sindone visitata insieme con S. Carlo l'anno MDLXXXII. MS. in fol.
- XXVI. Commentarii de Eccl. Mediolanen. ab obitu S. Caroli ad annum MDCXIII. MS. in fol.
- XXVII. Successi circa la mutazione della Sedia fatta dal Duca di Terranova al tempo di Gasparo Visconte Arcivescovo di Milano l'anno MDLXXXV. MS. in fol.
- XXVIII. Delle Opere di S. Carlo al Re Cattolico Filippo II. l'anno MDLXXXIV. MS. in fol.
- XXIX. Della Riforma della Chiesa, Trattato. MS. in fol.
- XXX. De Episcopali munere ad Bernadinum Moram. Episcopum Aversanum. MS. in fol.
- XXXI. De ritibus Ecclesiæ Mediolanensis lib. MS. in Bibl. Ambros. sign. Q. 461. in fol.
- Hunc Codicem ex Archetypo magna ex parte à se transcriptum, & in Ambrosiana Bibliotheca collocatum testatur Bosca in Martyrol. Mediol. in Notis ad diem XI. Februarii, ubi prolixum ex hoc opere testimonium citat. Exrat etiam penes Advocatum Porrum Mediolanensem.
- XXXII. Dell' onore dovuto agli Ecclesiastici, Discorso. MS. in fol.
- XXXIII. Dell' onore dovuto a' Vescovi, al March. Muzio Sforza l'anno MDCXI. MS. in fol.
- XXXIV.

- XXXIV. Dell' Osservanza Regolare, alle Monache della Provincia di Milano l'anno MDLXXXIII. MS. in fol.
- XXXV. De regimine animarum Oratio in Concil. Provinc. IV. habita.
- XXXVI. Della morte, Orazione. MS. in fol.
- XXXVII. Galateo Spirituale de' costumi del buon Cristiano. MS. in fol.
- XXXVIII. De Choreis, libellus. MS. in fol.
- XXXIX. La Vita di Santa Chiara, scritta alle Monache Capucc. di Santa Prassede di Milano. MS. in fol.
- XL. La Vita di S. Bernardino da Siena, a Suor Angela Cecilia Bascapè ec. MS. in fol.
- XLI. La Vita di Gio. Carabò, traddotta dalle Opere di Tommaso da Kempis. MS. in fol.
- XLII. Della Vita di S. Ambrogio, Dialogo. MS. in fol.
- XLIII. De' danni della Giurisdizione Ecclesiast. MDCIII. MS. in fol.
- XLIV. Parere sopra le Controversie della Giurisdizione. MS. in fol.
- XLV. Per rimediare a' danni della Giurisdizione Ecclesiastica, l'anno MDCIX. MS. in fol.
- XLVI. Che sia da trattar accordo con la Podestà laica. MDCVII. MS. in fol.
- XLVII. De Ecclesiastica Jurisdictione restituenda, ad Senatum Mediolanensem. MDCXII. MS. in fol.
- XLVIII. Della causa di Riviera. MDCXIII. MS. in fol.
- XLIX. Registri di lettere dall' anno MDLXX. sino ch' entrò in Religione. Tom. I. MS. in fol.
- L. Registri dall' anno MDLXXXVI. fino al MDXCIII. Tomi VII. MSS. in fol.
- LI. Registri nel tempo del suo Vescovado, cioè dall' anno MDXCIII. fino al MDCXV. Tomi XXVI. MSS. una delle quali lettere è stampata fra quelle del Zucchi P. II. pag. 9.
- LII. Raccolta delle lettere di S. Carlo; Tomi IV. MSS. in fol.
- LIII. Officia propria Sanctorum Eccl. Novarien. MS. in fol.
- LIV. Statuta Ripariæ S. Julii MDCII. MDCIV. MDCVI. MSS. in fol.
- LV. Regola della Compagnia de' Morti fondata in S. Gaudenzio di Novara; ivi. 1613.
- LVI. De Archiepiscopis Mediol. MS. in Bibl. Ambros. signat. M. n. 168. in 4.
- LVII. Annotationes in lib. I. Histor. Mediol. Andreae Alciati, MSS. extabant apud Joannem Baptistam Blanchinum.
- LVIII. Oratio habita in Capitulo Generali sui Ordinis anno MDLXXIX. coram Sancto Carolo Borromeo, atque Patribus. MS. in Bibliotheca Collegii Sancti Barnabæ Mediolani.
- LIX. Discorso sopra le Reliquie di S. Genesio, e la sua Vita tratta dal Beato Paolino. MS. in 4. ibidem.
- LX. Moltissime lettere sue, tanto Latine, che Italiane scritte à S. Carlo sopra cose Ecclesiastiche, con le risposte dello stesso Santo, extant in Collectione amplissima Epistolarum Sancti Caroli Borromæi in Bibliotheca Ambrosiana.
- LXI. Epistolæ ejusdem, extant etiam uno Volumine in 4 MSS. in Archivo Romano Præpositi Generalis Congregationis Sancti Pauli.

Reperiuntur ad eundem Epistolæ plures Francisci Panigarolæ in Collectione Epistolarum ipsius, de qua suo loco.

Ipsium laudarunt Ughellus in Italia Sacra T. IV. Cotta in suo Musæo pag. 90. Carmine Latino Bernardinus Baldinus, Moriggia, Joannes Petrus Puricellus in Vita Laurentii Littæ, Joannes Baptista Carifus in suo Theatro Sacro, Picinellus in Athenæo pag. 107. Sironus pag. 155. art. 625., atque præ omnibus Innocentius ab Ecclesia, qui Vitam Caroli nostri integro Volumine Typis dedit.

CLXXIV.

à BASILICA PETRI HIERONYMUS.

Hieronimo à Basilica Petri Genitor fuit Christophorus Mediolanensis Patritius, Regiusque Feudetarius. Ab ineunte ætate liberalibus primum litteris, tum Legalibus Disciplinis operam dedit, ideoque anno MDXCII. Jurisconsultorum in Patria Collegio aggregatus, haud ita multo post Regius Generalis Vicarius renunciatur. Rebus deinde capitalibus Præfectus tanta cum æquitatis, & prudentiæ

commendatione id muneris exercuit, ut in Insubria sacro Senatu sedem meritò adeptus fuerit. Tum Cremonensi Urbi Prætor datus legum vindex acerrimus impositam sibi provinciam optimè gessit. Annus illi emortualis fuit MDCXLI.

Valerius in Collectaneis Inscriptionum Mediolanensium pag. 183., in Templo D. Michaelis ad Clusam Mediol. hocce memorati Joh. Francisci Hieronymi nostri Patris mnemofynon refert:

CHRISTOPHORO BASILICAPETRI

HUMANITATI EIUS

SVAEQVE SVORVMQVE POSTERORVM

CONSVLENTES

IO. FRANCISCVS ET HIERONYMVVS F.

POSVERVNT

IDIVS MARTII MDCXXIII.

Habemus de eo:

- I. Consilium in Controversia Jurisdictionali cum Ecclesiasticis. Mediolani; 1599. sine Typographo, in fol.
 - II. Discursus Jurisdictionalis pro detentione Presbyteri ejusdem à Religione. Med. 1610. in fol.
 - III. Allegationes ferè C. Extant in Collectionibus Archinæta, Benaliana, Aresiniana, Soliveta, &c. omnimoda eruditione refertæ.
- Ex Schedis P. D. Gasparis Beretta, & ex Sirono, pag. 176. Art. 722.

CLXXV.

à BASILICA PETRI HIERONYMUS alter.

In Hieronymo à Basilica Petri Mediolanensi dubitari merito potest an præstantior eruditione Ecclesiastica singularis pietas fuerit. Sub Præceptoribus optimis humanas, atque divinas scientias edoctus, & in Theologicis præsertim, in quibus Condiscipulum habuit Petrum Paulum Boscam, sicut ipse testatur in Martyrol. Mediol. in notis ad diem II. Januarii, ut Deo arctius se jungeret Congregationem Oratorii Sancti Philippi Nerii toto Orbe clarissimam in Urbe Neapoli amplexus est. In eo Sacerdotum Cœtu, qui ex professio in animarum salutem curandam incumbit, fedulus Evangelii Operarius plures vixit annos, ibique diem clausit extremam. Ægrè interim fero ob locorum distantiam nihil amplius de gestis ejus ad me perlatum fuisse. Opera vero ab ipso exarata, & Typis credita recensere; nimirum:

- I. Effemeridi sacre, in cui giorno per giorno si registrano le azioni de' Santi, le Vite de' quali non sono state scritte dalli Surio, Fiamma, Lipomano, Vigliea, Ribadenera, nè da altri tali Collettori; cavate dagl' Atti de' Santi, che si stanno unendo dal Bollando, Eschenio, Papebrochio, e da altri della Compagnia di Gesù, da Girolamo Bascapè Milanese, della Congregazione dell' Oratorio di Napoli, dal mese di Gennaio a tutto Maggio. Napoli. Nella Stamperia Arcivescovile. 1688. al 1691. Tomi V. in 4.
- II. Le sagre Metamorfosi, ovvero Conversioni segnalate d' Idolatri, Ebrei, ed Eretici. Napoli. 1680. nella Stampa Arcivescovile. Tomi III. in 8.
- III. Metamorfosi funeste, o castighi di Dio contro gli ostinati. Como sopra. 1686. in 8.

Edoceri sanè cuperem, an Vir præstantissimus Sanctorum Acta à Claris. Collectoribus, qui post Bollandum in hoc Opere tam doctè insudant, conscripta in posterioribus mensibus fuerit profecutus; id enim Litterariæ Reipublicæ utilitatis & commodi plurimum asferre posset.

CLXXVI.

à BASILICA PETRI PETRUS.

Antiquissimæ Nobilissimæque Familiæ à Basilica Petri non parum honoris addere mihi videor in Petro hujus cognominis hic adtexendo, Poëta nempe sæculi XIII. adhuc omnibus ignoto. Bibliotheca Archintea ipsum mihi suppeditavit in sequenti insigni MS. in fol. pergameno iustæ molis litteris rubro-nigris, figurisque pluribus pro more sæculi coloribus variis optimè pictis, unicuique capiti præfixis:

I. Historia del vecchio, e nuovo Testamento. MS. in fol. ut supra.

In fine ejusdem sic legitur:

*In mille ducento sexanta, e quattro
Questo libro si fo fatto
Et de Junio si era lo prumer di
Quando questo dito se fenì.
Et era in secunda diction
In un Venerdì abassando lo Sol.*

Auctor vero se ipsum cognomine, ac Patriâ sæpe in Opere prodit, signanter autem in fine Codicis, ubi ante Carmina recitata, scribit:

*Petro de Barsegapè ke era un Fanton
Si à fatto sto sermon
Si il compillio, e si la scripto
Ad honor de Jbu Xpo.*

Lectoribus fortè jucundum erit nascentem apud Insu- bres Italicam Poësim in Petro nostro audire, & rudibus lineamentis efformatam, sive potius informem contemplari in Volumine conscripto eo anno, qui Dantis nativitatem præcessit; ideoque Operis ipsius initium hic dabimus, uti specimen quoddam Auctoris ingenii:

*Come Deo a fatto lo Mondo
E como de terra fo lo homo forme
Cum el descendè de cel in terra
In la Vergene regal Polzella
E cum el sostene passion
Per nostra grande salvation
E cum verà el di del ira
La oserà la grande roina
Al peccator darà grameza
Lo justo avrà grande alegrezza
Ben e raxon ke l'omo intenda
De que traita sta legenda.*

CLXXVII.

BASSUS AURELIUS.

Aurelius Bassus antiqua civilique familia in oppido Trivilio natus, ac litteris instructus, Augustiniano Ordini nomen dedit admodum adolescens. Eam vitæ rationem amplexus, cum pietate ac prudentia floreret, Philosophiæ, ac Theologiæ studiis totus incubuit. Inde juventuti sui ordinis erudiendæ addictus, ita se probatum exhibuit, ut religiosis præfecturis illustratus ad extremum sui Ordinis Præpositus supremus fit renunciatus. In eo munere egregium sibi nomen usque ad mortem comparavit, quæ illi Romæ contigit Anno MDCXVI. Scripsit plura, quæ deperdita sunt, nec superest aliud, quàm:

I. Historia S. Mariæ de Populo, quæ Typis Romæ excusa est. Ita intellexi ab Amico, doctissimoque Viro Canonico Barizaldo.

CLXXVIII.

BASSUS CAROLUS ANDREAS.

Inter Sacerdotes Oblatos Mediolani nuncupatos, qui in Congregatione Sanctorum Ambrosii & Caroli pro Ecclesia Mediolanensi summo studio, ac pietate continuò laborant, enumeratur Carolus Andreas Bassus honestissimis parentibus Mediolani natus. Studiis Ecclesiasticis, ac præcipue Theologicis, ita

Tom. I.

A se dedit, ut Præposituram Ecclesiæ Anglieriensis primum, deinde Tritienis ad fines Bergomenses meritò obtinuerit. Virtutes, moresque incomparabiles ipsius agnovit non solum Comes Gibertus Borromæus, postea Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, sed & omnes etiam Pontificiæ Curia Præfules; nam dum in Urbe Carolus noster moram traxit, cum supradictò Borromæo, qui socium ipsum voluit in rebus spiritualibus agendis, pluries adhibitus fuit. Mediolanum verò reversus, atque senex factus, vitam cum morte commutavit, atque in Ecclesia subterranea Templi S. Sepulchri tumulatur.

Inveniuntur de ipso Opera subsequentiâ impressa, fatis laudata:

- B**
- I. Curator Animarum; Libri quatuor, Sancto Carolo Borromæo dicati. *Mediolani, apud Pontium, & Picaleam. 1618. in 4.*
 - II. De Officio Canonici. *Mediolani, apud Pontium, & Picaleam. 1621. in 4.*
 - III. Praxis Quotidianarum Exercitationum.
 - IV. La Monaca perfetta ritratta dalla sacra Scrittura, & esempj de' Santi Padri. *Milano, per li Pontio & Piccaglia. 1627. in 4.*
 - V. La Compagna fedele, per la figliola mentre stà nella casa de' parenti, per ritornarsene al Monastero a pigliar l'habito Monacale. *Milano, nella Stamperia Arcivescovile. 1632. in 8.*
- Memoria ejus habetur in supplemento Borferii cap. 12. in Bibliotheca Mariana Hypoliti Maracii parte prima pag. 261. atque in Athenæo Abbatis Picinelli pag. 105. ubi legitur hoc Epigramma Benedicti Socciaci ad Andream Bassum Præceptorem suum.

*Natura secreta mihi dum Basse recludis,
Et mentem æthereis inseris usque plagis;
Silvestrem mutas animum, moresque profanos,
Aspectu Cæli me propiore beas.
Sic tu cum magni Chironis gesseris instar,
Me potes Æacidem dicere jure tuum.*

CLXXIX.

BASSUS MARTINUS.

Non tantum hujus Metropolis, quàm totius Italiæ, immo Europæ Templum Maximum Architectonicæ Artis perpetuo erit miraculum. De ipso pluries, atque pluries in libris à Viris in hac professione eruditissimis disputatum est, & quod hujus Urbis honor, lucrumque semper erit, forsitan ab aliis non observatum, dignum est, quod à continuatione tam magnifici ædificii, Ars ipsa Architectonica, & quod plus est Statuaria, hac occasione mirificè servatur in dies. Martinus Bassus itaque Mediolanensis in ædificatione hujus magni Templi edoctus librum scripsit, cujus raritas multum Auctoris nomen commendat, & auget:

- D**
- I. Dispareri in materia d' Architettura, e Prospettiva, con pareri d' eccellenti, e famosi Architetti, che li risolvono. *Brescia, per Francesco Marchetti. 1572. in 4.*
 - II. Oratiuncula latina ab ipso Basso habita in Capitulo Fabricæ Templi ejusdem, extat in supradictò libro.
 - III. Epistola latina ejusdem ad Templi Majoris Mediolani Præfectos. *Ibidem.*
- E**
- In eodem libro extant etiam Epistolæ Italicæ. I. nempe Andreae Palladii data Venetiis die III. Julii anno MDLXX. I. Jacobi Barozzii data Capreolæ XXVIII. Augusti. I. Georgii Vassari sine data, omnes Martino Basso scriptæ. Est in Athenæo Picinelli pag. 414.

CLXXX.

BATALEA CÆSAR.

Cæsar Battalea Mediolanensis inter Canonicos Lateranenses magna eruditionis laude floruit. Philosophiæ operam dedit Cremonæ sub Gregorio Taberna Mortariensi; tum Bononiæ sub eodem Præceptore Theologiæ vacavit. Expleto Studiorum curriculo in Monasterio Casoreti, secundo ab Urbe Me-

R

dio.

diolano lapide, Philosophiam docuit; tum in Templo Sancti Joannis Bononiæ in Monte nuncupato sacris Concionibus habendis initium dedit. Idem postea præstitit Mediolani, & Brixia in sui Ordinis Ecclesiis; tum Cremonæ, Bergomi, Venetiis, Lucæ, & alibi. Id cum Regii Lepidi perageret à Paulo de Coccapanis ejusdem Urbis Episcopo Theologus suus constituitur: carus fuit etiam Cardinali Theodoro Trivulzio, atque Serenissimo Estensium Duci Francisco. Hinc ad Abbatiales Infulas S. Mariæ Gratiarum Regienfis Urbis assumtus est, translatus inde ad Abbatias Sanctæ Mariæ Casoreti, atque Crescenzagi; Anno demum MDCLX. dum esset Præpositus Sancti Georgii Bernatensis, obiit ætatis suæ Anno LV.

Scriptit:

- I. Librum Panegyrum Sanctorum Ordinis sui numero triginta sex, ut testatur Rosinus in Lyceæ Lateranen. lib. III. pag. 221. Hæc vero vulgata sunt.
 - II. La Sagra Torre del Faro, Panegirico di Santa Catarina Vergine e Martire, recitato in Brescia nell' Accademia degli Erranti. *Brescia, presso il Rizzardo 1641.*
 - III. L'Esemplare, ed il Diadema del Principe, Predicafatta alla Serenissima Repubblica di Luca nel quarto Sabato di Quaresima. *Luca, presso il Giudici. 1640. in 4.*
 - IV. L'Archimede Sacro, Predica come sopra. *Ivi, 1647. presso lo stesso.*
 - V. Il Diadema del vero Principe, Panegirico detto nel Senato di Luca, l'anno MDCXL. *Ivi, presso lo stesso, in 4.*
 - VI. Il Concerto del buon Governo, Orazione detta nell' aprirsi de' Tribunali nel Duomo di Milano, l'anno 1650. *presso il Monza, in 4.*
 - VII. La Lingua Immorale, Panegirico per S. Antonio di Padova. *Milano, presso il Monza. 1651. in 12.*
 - VIII. Il Carbonchio fra le ceneri, Panegirico per S. Antonio di Padova. *Milano, per il Monza. 1653. in 12.*
 - IX. Li Tesori del niente, Panegirico per il Beato Gaetano da Tiene.
 - X. Il Briareo della Chiesa, Panegirico per S. Nicola da Tolentino.
 - XI. Fiori singolarissimi dell' Eloquenza. *Milano, presso il Monza. 1654. in 12.*
- Præter supradictum Rosinum, de ipso scripsit Picinellus in suo Athenæo pag. 135.

CLXXXI.

BAZZETTA FRANCISCUS.

Celebris elapsi sæculi Jurisconsultus Mediolanensis Franciscus Bazetta Christophori filius memoratur à Cotta in suo Musæo Novariensi, utpote Omegnæ natus, idest in Diœcesi Novariensi, sed Mediolanensis agri in ditione, ideo hic jure merito inferendus. Nisi Vir iste alia scripsisset, quam eruditissimam, prudentissimamque Dissertationem à me visam, atque summa cum voluptate lectam penes Amicum, qui nomen suum in hoc loco, ut opus erat, recensere mihi prohibuit, videlicet de modo auferendi franchigias in ditionibus Principum, atque Rerumpublicarum, ut nec fures, nec homicidæ Asylum invenirent, sequenti titulo; inter meliores nostros Scriptores numerandus esset. Abiit è vivis anno MDCXLVI. En ejus operum tituli:

- I. Allegationes Juris plurimæ, de quibus II. aut III. Volumina efformari possunt. Extant in Collectionibus Mediolanensibus, Papiensibus, atque Novariensibus.
 - II. Dissertatio de modo tollendi Asyla in dominiis Principum, atque Rerumpublicarum pro gravissimorum delictorum Reis. MS. in fol. pagg. 250.
 - III. Astreo-daphnis, sive Astreæ Triumphus. MS. penes Hieronymum Boffum.
- Ita Cotta in suo Musæo Clafs. IV. n. 755. atque è schedis P. D. Gasparis Berettæ.

CLXXXII.

BAZZETTA JOANNES BAPTISTA.

Joannes Baptista Bazzetta Ordinis Minorum Strictioris Observantiæ, quos Reformatos appellamus, in Oppido Omegnæ ad ripas Lacus Sancti Julii in Ducatu Mediolanensi ortus est. Ut Sacri Montis Varalli custodia suæ Provinciæ Religiosis Viris demandata facta, testaque servaretur, & posteris nota essent sui Ordinis in eo celeberrimo loco regendo Jura, anno MDCCIV. insignem Codicem conscripsit, quem typis mandare statuerat. Is est:

- I. Codex Diplomaticus, in quem congestæ sunt omnes Tabulæ publicæ, & monumenta ad Sacrum Varalli Montem spectantia, ab anno MCDXCIII. ad MDCCIII. servatur in Archivo Cœnobii sui.
- Ex Cotta in addendis ad Musæum Novariense pag. 135. MS. mihi perhumaniter communicatus à gentilissimo J. C. Onuphrio Cotta Auctoris Filio, & utinam in lucem aliquando ad laudem Novariensium, & Litteratorum suorum producat.

CLXXXIII.

BEBULCUS MICHAEL.

Nomen Michaëlis in Fontis Baptismate Bebulco nostro Mediolanensi impositum fuit, dum lucem vidit die V. Februarii anno MDCXLIV. in hac Urbe; Caroli verò à S. Michaële nomen adeptus est, dum sacrum Carmelitarum Exealceatorum induit habitum, quod contigit anno MDCLXII. die V. Martii. Tanta pietate præditus, tot virtutibus excultus evasit, ut ipsius Religio suas omnes præcipuas dignitates ipsi donaverit. Fuit nempe Prior, Definitor, atque Provincialis Vicarius, & non tantummodo suis, sed etiam Eminentissimo Cardinali Ruffo, aliisque Principibus summopere carus evasit. In Insula Melitensi, in Urbe Cremona, atque in Patria munus Sancti Officii Consultoris, summa cum laude sustinuit, atque ejus vota à Viris doctis cum summa exultatione accepta semper fuerunt, uti Doctrinis Theologicis & Ecclesiastica eruditione referta. Dolendum interea est, quod ejusdem scripta sint deperdita, ideo aliud nobis non remanet, præter librum Typis datum ut infra. Decessit Placentiæ anno MDCCXIV. die XIV. Octobris:

- I. Orationi sacre da lui dette in varj luoghi. *Piacenza, per Leandro Bazachi. 1702. in 12.* Ita à Suis accepti.

CLXXXIV.

BEBULCUS PACIFICUS.

Pacificus Bebulcus satis clara Familia Mediolani ortus in Ordinem Humiliatorum coopertus, jam labentis Congregationis suæ apud Apostolicam Sedem Procuratoris Generalis munus aliquot annos gessit. Hujus Viri ingenium ad Musas præsertim proclive eo mirabilius eluxit, quo cæteri ejusdem Ordinis alumni ab antiquo majorum suorum splendore deficientes pejora sectabantur. Pii IV. Pontificis Maximi, cujus loco suo occurret mentio, temporibus floruit; ad quem sequens Poëma conscripsit, ex quo tamquam ex ungue Leonem illius ingenium agnoscere licet. Nec dubium quin plura conscripserit, quæ tamen omnia cum Ordine ipso interiisse dolemus:

- I. Ad Pium IV. Pontificem Maximum Poëma latinum satis elegans, atque prolixum Pacifici Bebulci totius Classis Humiliatorum Procuratoris Generalis. MS. in fol. Extat in Biblioth. FF. Marchionum Vicecomitum.

Patrem

Patrem habuit Pacificus Joannem, cujus Elogium extans in Templo Sancti Joannis ad Concam multa nos inducunt, ut hic promamus:

O. D. S.

IO. BEBVICO MEDIOL. PATRICIO
SVMMO INTER INSVBRES MERCATORI
AC QVAESTORI REGIO
NEC NON NOBILISS. MATTHAEAE MARLIANAE

POSTERISQVE SVIS
FRANCISCVS QVAESTOR REGIVS
ET FRATRES SVPERSTITES
FILII PIENTIS. B. M. POSVER.

DEFVNCTAM VXOREM XI. KAL. OCT.
CONIVX INGEMVIT
ET PROX. MENSE ID. NOV. AN. MCCCCC.
VIDVITATIS IMPATIENS
ILLAM SEQVVTVS EST
ILLE ANN. LXX. MEN. VII.
HAEC ANNO XLVII. MENSE X. AET. SVAE
FELICIQVE IN CONNVBIO
ANN. XXXVI. MENS. IV. VIXERE
L. F. R. R. D. M. DEPOS. FVER.

CLXXXV.

BECCARIA CAROLUS FRANCISCUS.

A Thanafius à S. Carolo, Ordinis Excalceatorum. S. Augustini, in Sæculo Carolus Franciscus Beccaria filius Nicolai & Julæ Pestalotiae Mediolanensium Religionis habitum induit in Conventu Sanctorum Cosmæ & Damiani Turbici ad ripas Ticini Novariam versus, die XXXI. Maji MDCXLVIII. ibique solemnia Professionis vota emisit die III. Junii MDCXLIX. Vir fuit multiplicis litteraturæ, & acerrimi ingenii. Diu magnâ sui nominis famâ concionatus est è suggestu, & Cremonæ, ubi aliquando commoratus est, S. Inquisitionis Consultor fuit. Vixit tamen vitam penè omnem Mediolani in Conventu Sanctorum Cosmæ & Damiani, ibique Philosophiam ac Theologiam suos docuit Fratres; plurima scripsit, licèt adversa valetudine laboraret, summæ eruditionis, ibique decessit die VI. Octobris, anni MDCCVI. ætatis verò suæ LXXVI.

- I. De sacro Annulo Pontificali, & de Christi Capitis inclinatione in Cruce.
- II. De Annulo signatorio S. P. Augustini. Pars prima.
- III. De Christi Capitis inclinatione in Cruce, & de Annulo signatorio S. P. Augustini. Pars secunda.
- IV. De Annulis Litteratis. Pars prima.
- V. De Annulis Litteratis. Pars secunda.
- VI. De Annulo Magico.
- VII. De Annulis Miscellanea. Tomi III.
- VIII. De Majoriano Imperatore.
- IX. De Horologiis Solaribus.
- X. De Barbantismo.
- XI. Miscellanea de Oculis.
- XII. De Eunuchis.
- XIII. De Regibus Langobardorum.
- XIV. De Familia Vicecomitum Ducum à Regibus Langobardis derivata, quod certatim D. Theclæ devoti fuerint.
- XV. De Salutationibus.
- XVI. De Saltationibus.
- XVII. De Jurejurando.
- XVIII. Miscellanea de B. V. M. & ejus Immaculata Conceptione.
- XIX. De Corde & Latere Christi & Capitis inclinatione in Cruce.
- XX. De oculorum damnis.
- XXI. De origine Reformationis FF. Eremitarum Discalceatorum Ordin. S. Augustini.
- XXII. Discorsi sopra la Passione di Cristo.
- XXIII. Discorsi sopra il Santo Chiodo.
- XXIV. Novitas proscripta, & Antiquitas vindicata.
- XXV. De Infamiis Priscorum Gentilium.

- A XXVI. Apologia Augustinianensis, sive Defensorium Doctrinæ S. P. Augustini.
- XXVII. De Annulis Sacris.
Quæ omnia MSS. sunt in Biblioth. Conventus SS. Cosmæ & Damiani Mediolani.
A Suis, atque ex schedis Mazzuchellianis hæc desumpti.

CLXXXVI.

BELLABUCCA BENEDICTUS.

Patrem habuit Franciscum Benedictus Bellabucca Physicus Collegiatus Mediolanensis, & Nepotem Benedictum alterum Equitem Hierosolymitanum. Medicus fuit noster, atque summopere carus Francisco secundo Mediolanensium Duci, necnon inter Decuriones Patriæ enumeratus anno MDXIII. regnante Maximiliano Sfortia VIII. Infubrum Domino. Ejus memoria reperitur usque ad annum MDXXXIX. Typis dedit:

- I. Diarium calculatum per D. Benedictum Bellabuccam. Artium & Medicinæ Doctorem, Civem Mediolanensem &c. Mediolani, per Magistrum Gotardum de Ponte 1507.
Ita Curtius sæpè laudatus in suo Libro pagg. 55. & 274. necnon Sironus in Libro de Legibus Nobilitatis impresso Mediolani anno 1724. in fol. ad pag. 119.

CLXXXVII.

BELLABUCCA JOANNES ANGELUS.

Familiam Bellabuccam inter Nobiles Mediolanenses reperio pluribus in libris, & signanter in Scriptoribus Medicis hujus Urbis, ut innui, à Bartholomæo Curtio collectis ad annum Christi MDVII. & MDXIII. ubi varios istius Gentis Viros doctos recenset, qui forsân consanguinei fuerunt Jo. Angeli nostri eodem tempore florentis, & Institutum S. Augustini Eremitarum Congregationis, ut vocant Lombardiæ, sequentis. Nil præter verba prorsus inutilia de ipso nobis protulit Picinellus, qui etiam nomen Angeli tantum ei dedit, nec mihi à suorum Scriptoribus ultra ejus opus editum ediscere contigit; in alterum vero offendi inter MSS. Codices Bibliothecæ Ambrosianæ ut infra:

- I. Viridarium Sacræ Scripturæ. Venetiis, 1519. in 4.
- II. Elcctuarium Spirituale Fratris Jo. Angeli Bellabuccæ Mediolanensis Ordinis Eremitarum S. Augustini Observantium Congregationis Lombardiæ, Libri V. in Capibus XL digesti. MS. in fol. justè molis in Bibliotheca Ambrosiana, signatus C. n. 95. Sæculo XV. circiter exaratus.
Picinellus pag. 3. asserit mentionem ipsius fieri ab Antonio Possentino in Apparatu sacro.

CLXXXVIII.

de BENALIIS JOANNES.

Ob duas Editiones libri istius Joannis Benalii, necnon ob res historicas, atque politicas in isto contentas, non omittendum duxi illius nomen in hac mea Collectione, etsi nil aliud quàm ex istius Præfatione sui Operis excerpere potuerim, nisi quod à Leopoldo I. Romanorum Imperatore, cujus memoria erit semper fastidissima, uti Secretarius Zifræ quam vocant, missus fuerit Auctor cum Comite Caprara meæ Patriæ clarissimo lumine ad fines designandos cum Othomannorum Imperio. En ergo titulus:

- I. Relazione del Viaggio fatto a Constantinopoli, e ritorno in Germania del Conte Alberto Caprara di Gio. Benaglia Milanese. Roma primùm, deinde Mediolani, apud Agnellum. Sine anno.

CLXXXIX.

CLXXXIX.

de BENALIIS JOSEPH.

Joseph Benalius Mediolanensis Patritius ex Francisco, & Margarita Cayma Parentibus anno MDCXLVIII. inter vivos cœpit esse. Liberalibus disciplinis eruditus Jurisprudentiæ animum applicuit, indeque Regii Fisci Patroni munus obivit anno MDCCXVII. Susceptum ex Cæcilia Ottolina Uxore unigenitum Franciscum prædicto anno morte sublatum, tempore, quo Patri simillimus Regiam Comensem Præturam administrabat, ita doluit, ut tamen Divinæ voluntati piissimè acquiesceret. Amisit paulò post, anno scilicet MDCCXXIII. dilectissimam sibi Conjugem. Studiis semper intentus ad extremum usque senium, annum videlicet ætatis suæ LXXXVII. qui erat salutis humanæ trigessimus septimus supra millesimum septingentesimum. Prædictæ Uxori suæ sepulchrum paravit, ubi & ipse sedem sibi destinaverat extremam, sed mutato consilio jacet in Ecclesia S. Caloceri, ubi veneratur imago B. M. V. miraculis clara, ejus solummodo Familiæ insignibus appositis. Ego tamen ad tanti Viri memoriam Inscriptionem Monumenti antedicti, quod est in Sancti Angeli PP. S. Francisci Observantiæ hoc titulo hîc exhibere duxi:

SEPVLCRVM

A MAIORIBVS DE BENALIIS

ANTIQVITVS POSITVM

IOSEPH I. C. REGII FISCO PATRONVS
CAECILIAE OTTOLINAE VXORI CARISS.

SIBIQ. AC POSTERIS

RESTAVRABAT

AN. SAL. MDCCXII.

Vir fuit singularis Eruditionis, ut testantur ea quæ scripsit, atque edidit, quæ sequuntur, nempe:

- I. Relazione Istoria del Magistrato delle Ducali Entrate Straordinarie nello Stato di Milano, composta da Giuseppe Benaglia. *Milano, per il Malatesta. 1711. in fol.*
 - II. Elenchus Familiarum in Mediolani dominio Feudis, Jurisdictionibus, Titulisque insignium, colligente J. C. Domino Josepho Benalio. *Mediolani, apud Malatestam. 1714. in fol.*
In eodem libro dat Catalogum Regii Fisci Patronorum ab anno MCCCLXXXV. ad MDCCIX. adductis ad plura Operis loca Diplomatum opportunis.
 - III. La Gerarchia della Città, e Stato di Milano. MS. in fol. ingentis molis. Extat apud Michaëlem Parainum, qui Opus ipsum profequitur.
 - IV. Teatro Genealogico della Nobiltà di Milano. MS. in fol. magnæ molis. Extat apud D. Rochum Lonatum Ordinarium Metropol.
 - V. La Verità Smascherata, o sieno osservazioni sopra la Nobiltà di Milano. MS. in fol. Extat penes Principem Antonium Meltium, & apud Tribunalum Militum Urbanorum Comitum Constantium Mariam. Abduam.
 - VI. Paraphrasis Relationis historicæ de Magistratu Extraordinario Mediolani: Poëma. Extat editum inter Novar. Miscellanea Lazari August. Cottæ in Ambros. Tomo XVI.
 - VII. Genealogiæ à Collegio J. PP. Mediolani excerptæ Connubiis, Dignitatibus, Officiis usque ad totum annum MDCCXIV. per documenta, & animadversiones dilucidatæ, & in IX. partes distributæ. Auctore Sophejo Labenio, (idest Josepho Benalio) Volumina IX. in fol. magnæ molis ab ipso Auctore dono data Petro Antonio Crevennæ Præposito S. Mariæ Scalensis, de quo nos suo loco agemus; & nunc servantur pænes Josephum Mariam Crevennam Regium Feudatarium atque Petri Antonii ex Fratre Nepotem, & hæredem.
- Hoc Opus prælo jam erat paratum, imò titulus ipse impressus visitur cum Auctoris Præfatiuncula.

Inter alios Josephum nostrum laudarunt Auctores Ephemerid. Ital. *Venetis impress. anni 1711. Tomo IX. pag. 463.*

CXC.

BENEDICTUS.

Decessor Benedicti in Sede Mediolanensi fuit S. Mansuetus, mortuus post annum DCLXXX. die XIX. Februarii, de quo infra. Post Mansuetum, inquit, Ughellus Tomo IV. Italiæ Sacræ, promotus est S. Benedictus, Mediolanensis, quem Toppius in Bibliotheca Neapol. pag. 42. Amiterni natum fuisse contendit. Cum doctrinâ, tum sanctimoniâ clarus emicuit. Hunc suæ jurisdictionis acerrimum defenforem gravis lis coram Pontifice Romano exercuit. Cum enim contenderet Ticinensem Episcopum Mediolanensi throno subesse, ille verò contra niteretur, se ad arbitrium Romani Pontificis ex antiquo jure immediate spectare, felicior litis eventus pro Ticinensi stetit. Benedictus verò cum causâ cecidisset, reversus est Mediolanum, ubi S. Benedicti Cœnobium ædificavit, quod hoc tempore infelici connubio junctis mulierculis est pro domicilio, ac sepimento pudoris, vulgo *il Soccorso*. Benedictus è vivis exemptus est anno sui Pontificatus XLIII., vel, ut alii volunt XLVII., quinto Idus Martii anno DCCXXXV., sepultusque est in Basilicâ Ambrosianâ, & in numerum Sanctorum relatus. *Ista sunt ejus Opera:*

- I. Docta, & erudita Commentaria. Meminit horum post Morigiam in Nobilit. Mediol. & Picinellum in Athenæo; Toppius loc. cit.
- II. Ceadoaldi Anglo-Saxonum Regis epitaphium compluribus versibus exaratum, qui abjuratâ idololatriâ, ad Christum se converterat, sacroque Fonte à Sergio Pontifice ablutus fuerat, defunctusque paulò post, apud S. Petrum cum prædicto epitaphio est tumulatus.
Missale Mediolanense, ad morem Sanctissimi Domini & Pontificis Ambrosii anno MDLX. excusum, refert in Calendario præfixo ad XI. diem Martii memoriam S. Benedicti Episcopi & Confessoris, quem postmodum Martyrologio suo inscripsit Galestinus his verbis: „Mediolani S. Benedicti Episcopi, qui Ecclesiâ Mediolanensi ad Dei voluntatem pie administratâ, miraculis clarus, & virtutum laude in omni Italiâ florens, quievit in Domino. In Martyrologio Germanici Canisti secundâ editione, S. Benedicti Episcopi Mediolanensis cultus notatur: quod etiam fit in Martyrologio Romano. Illustre testimonium de eo præbet Paulus Diaconus lib. 6. de Gestis Langobardorum cap. 29. „Tunc quoque (scilicet tempore Regis Ariperti) venit Benedictus Archiepiscopus Mediolanensis Romam, & causam egit pro Ecclesiâ Ticinensi. Sed victus est, eo quod à præcis temporibus Ticinenses Episcopi à Romanâ fuerant Ecclesiâ consecrati. Fuit autem idem venerabilis Benedictus Archiepiscopus, Vir egregiæ Sanctitatis, de quo per universam Italiâ bonæ opinionis fama flagravat.
De Epitaphio Regis Ceadoaldi à S. Benedicto conscripto agit pluribus Puricell. Dissert. Nazar. Cap. LXXII. num. X. citans Bedam lib. IV. Hist. Gentis suæ cap. XV. & XVI. Paulus Diaconus lib. VI. Hist. Langobard. cap. XV. Ordericus Vitalis Monachus Uticen. lib. I. Hist. Eccles. pag. 364. juxta edit. Parisien. MDCCXIX. in Volum. inscripto: Historiæ Normannorum Scriptores antiqui. Vide Bollandum in Tom. II. Martii.
Brautius Episcopus Sarsinæ in Martyrologio Poëtico eum Elogio isto veneratur:

*Hic Benedictus erat factis & nomine Præsul;
Maxima qui cessit post benefacta senex.*

Acta S. Benedicti collegit Benedictus Lentinus Tricariensis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, & vulgavit hoc titulo: „Breve Compendio della vita, e morte del gloriosissimo Arcivescovo di Milano S. Benedetto Crispo Protettore, ed Avvocato de' litiganti, e tribulati. *Napoli, per Francesco Mollo. 1674. in 12. Ex Toppio pag. 43.*

C X C I.

BENIGNUS.

IN Pago agri Bergomatis, cui nomen *Sanctus Alexander*, Coenobium est sub Sanctæ Mariæ Gratiarum titulo, quod nunc incolunt Minores Stricteris Observantiæ Reformati dicti. Suspicio nobis est olim prætulisse Titulum Virginis Deiparæ ab Angelo salutatæ, & Minorum Ordini addictum fuisse Benignum Mediolanensem; tamen quibus Parentibus lucem viderit, quove anno desideratus fuerit, quantumvis diligentissimè perquisiverim, adhuc me latet. Patriam tamen suam, atque ætatem ipse apertissimè significat iis verbis, quæ post titulum ejus, quod scripsit, Operis subjiciam. Hunc, ne virtuti laus debita denegetur, tamen nomine tenus tantummodo posteris notum, hisce paginis inferere statui; veratissimus enim fuisse videtur in Sanctorum Patrum Operibus, & præcipuè Sancti Augustini, è cujus scriptis non pauca in Volumine infra indicando, ad Beati Hieronymi commendationem pertinentia recenset. Illud hujusmodi titulum præfert:

I. Del Transito, e de li dignissimi Miracoli del glorioso, e eccellente Doctore Miser Sancto Jeronimo. Codex MS. papyraceus literis rubro-nigris autograph. justæ molis in 4. servatur in Archintea.

In fine sic legitur: „ Finito è lo libro del transito, e deli dignissimi miracoli del glorioso, e eccellente Doctore Miser Sancto Jeronimo. Laus sit tibi Christe. del MCDLXXIV. a di 14. di Febuario nel Convento de la Nunciata di Sancto Alexandro, e ne la cella chie appresso a la presone: a hore XIII. che fu compiuto di scrivere, e de mia propria mano. Fr. Benignus Mediolanensis. „ *Errores Orthographicos, ut jacent, excripsimus.*

C X C I I.

BENZONUS DONATUS.

Mediolanensem fuisse Donatum Benzonom fati indicat Familia ipsa in hac Metropoli nostro sæculo florens, quæ nobis in præsens exhibet Reverendissimum Præfulem Ludovicum Benzonom, virtute, pietate, humanitateque clarissimum, post Generalem Carmelitarum Ordinis Præfecturam ad Eleusinum Episcopatum assumptum. Cæterum Donatus Ecclesiasticis præcipuè addictus studiis, Clericorum commodis infudans, Volumen infra scriptum edidit, quod unum de eo inveni:

I. Della Hinnodia Ecclesiastica libri III. di Annaçleto Secchi fatti in volgare da Donato Benzoni. *Milano, per Gio. Pietro Cardì. 1643. in 8.*

C X C I I I.

BENZONUS HIERONYMUS.

Melius Lectores meos instruere non posse mihi videor de Hieronymo Benzono, quàm ejus verba transcribendo ad litteram, uti leguntur in Epistola nuncupatoria sui Operis ad Pium V. Pontificem Maximum; sunt enim quæ sequuntur:

„ Essendo io nato di humil padre nella mirabil Città di Milano, ed essendo andata la nostra Casa „ più volte in sinistro, & rovina: tanto per le continue guerre, quanto per altri accidenti della iniqua fortuna sempre nimica nostra: & non potendo „ il padre mio allo studio sostentarmi, mi mandò di „ età giovanile in varie Provincie, Francia, Spagna, „ Alemagna, ed altre Città d'Italia. E così „ in tutti questi luoghi udì la fama de' nuovi Regni „ trovati, e da ingegni mirabili scoperti, con tanta „ abbondanza di ricchezze, che io della gran meraviglia del dire mi accesi ancora di una voglia „ estrema d'andarvi, onde mi posi in viaggio, e

Tom. I.

A „ là pervenni. Nelli quali Reami, Provincie, Isole, „ Mari, e Terre son dimorato per ispazio d'anni „ XIV. sopportando molti travagli, e fatiche senza „ numero, come narra la mia historia. Ritornando „ poi in Italia &c., & paulò supra asserit se iter suum inchoasse anno MDXLI, ac rediisse in Patriam anno MDLVI.

I. La Historia del Mondo Nuovo di M. Girolamo Benzoni Milanese, la qual tratta dell' Isole, & Mari nuovamente ritrovati, e delle nuove Città da lui proprio vedute, per acqua, e per terra in quattordici anni. Con Privilegio dell' Illustrissima Signoria di Venezia, per anni XX. *In Venezia, appresso Francesco Rampazetto. 1565. in 8. con figure.*

B Tanti hunc librum fecerunt eruditi, quod & pluries, & variis in locis recusus fuit, ut ex Bibliotheca Latina Medii Ævi Clarissimi Fabritii ego hausi, videlicet Hieronymi Benzoni Descriptio novi Orbis, sive Historiæ rerum ab Hispanis in India Occidentali gestarum libri III. ex Italico Sermone Latine cusa cum annot. & descriptione expeditionis Gallorum in Floridam. *Geneva. 1578. in 8. Francof. 1594. in fol. & iterum Latine cum aliis 1599. in fol. ibid. cum tabulis ære incisus per Theod. Bry. 1596. in fol. & Germanicè. Francof. 1613. & Gallicè sub titulo: Histoire Nouvelle de nouveau Monde, traduite d'Italien par Urbain Chauveron. à Geneva. 1579. in 8. & Belgicè per Carolum Vormander. Amstelod. 1650. in 4. Extat etiam in Parte IV. V. & VI. Descriptionis Americæ. Francofurti; annis 1594. 1596. 1599. 1602. & 1633.*

C Lafor à Varea Auctorem nostrum aliquando citat vero ejus nomine usus, aliàs verò sub nomine Henrici, sed non rectè, sicuti & uno in loco ei tribuit libros III. Rerum Brasilianarum, atque in altero Canariæ Insularum Descriptionem, verius, ut opinor, unus est supracitatus ejus liber, in quo agitur de rebus à Lafore à Varea distinctius relatis.

C X C I V.

BERETTA AUGUSTINUS.

Augustinus Beretta, qui in Scriptoribus Ord. Præd. male Baretus dicitur, patriâ Mediolanensis, & Conventus S. Eustorgii alumnus, Sacræ Theologiæ Magister, in Galliis diutius commoratus est, & primo quidem Avenione Joannis Francisci Bordini Romani, è S. Philippi Neri Congregatione Archiepiscopi Avenionensis Theologus, & Ecclesiastes, fortè etiam ejus Successoris F. Stephani Dolce Urbeveterani quinta April. MDCIX. ex Ordine Prædicatorum assumpti. Jam antea, nempe ab anno MDLXXX. Lutetiam Parisiorum se contulerat, ubi lingua Italica prædicando non parum inclaruit, adeo ut Regina Franciæ Catharina Medicea in Sacello Regio Palatii Borbonii, quod incolebat, eum pluries audierit concionantem. Idem imitata est altera Franciæ Regina Maria Medicea, quæ Ludovico XIII. Rege ejus filio tum puero, Regni regens, sæpius eum è suggestu dicentem in eodem Sacello audivit, ac inter Concionatores Regios adscivit. Bruxellas etiam adiit, ac in aula Principum Belgii cum plausu concionatus est. Sermones verò suos Italice pronunciatos, alios idiomate proprio, alios ab amico se instante Gallice verfos edidit, ut sequuntur:

E I. Doctes & rares Sermons sur les Evangils & Festes de l'Avent, avec quelques autres non moins excellens que profitables.

II. Deux belles & admirables Oraisons a la louange de S. Charles Borromée, composez en Italien, & prechez en divers temps en la Royale Chapelle de Bourbon, & autres lieux, & traduits fidelement en François par commission de l'Auteur, *Paris, apud Franciscum Huby. 1617. in 8. ambo in uno Volumine.*

III. Tresor des plus excellentes vertus, qui conduisent l'ame au Ciel, recueillé des choses plus remarquables prechées en divers Carêmes par le R. P. Augustin Beretti de l'Ordre des Freres Precheurs en Italien, & traduit &c. *ut supra. Paris, apud Dionysium Moreau. 1618. in 8.*

IV. Quatre excellens & doctes Sermons de l'Ascension, Pentecôte, Trinité, & Misericorde de Dieu prechez à Paris par &c. *ut supra. Paris, apud Moreau. 1619. in 8.*

S

V.

- V. Predica della Immacolata Concezione della B. Maria Vergine, recitata nella Capella Regia di Borbone innanzi alla Regina Madre Cattarina de' Medici, il dì VIII. Decembre MDLXXXII. *Parisis, per Dion. Langlois. 1582. in 4.*
- VI. Panegirico di S. Carlo Borromeo, fatto li IV. Novembre MDCXIV., e recitato nella Chiesa del Collegio di Marmourtier dal P. Agostino Beretti dell'Ordine de' Predicatori. *Parif. per Dion. Langlois. 1614. in 4.*
- VII. Orazione in lode di S. Carlo Borromeo, fatta nel dì della sua Festa nel Collegio &c. *ut supra. Parif. 1616. in 4.*
- VIII. Discorso delle lagrime di Maria Vergine nella morte di N. S. Gesù Cristo. *Antuerpia, apud Morettum. 1620. in 4.*
- IX. Vago Giardino di rose corrispondenti a' Sacri Misterj del SS. Rosario, con le istruzioni necessarie ed Indulgenze. Aggiuntovi un facilissimo modo di saperli ben confessare. *Avenione, apud J. Bramerau. 1606. in 12.*
- X. Discorsi morali sopra i sette Salmi del P. Innocenzio Cybo: ut Gallice a Joanne Baudion redderentur, curavit. *Mirum, illustrem hunc verbi Dei Præconem Italis etiam nostratibus fuisse incognitum, ita scribunt Eccard & Quetif in Tomo II. Scriptorum Ordinis Prædicator. pag. 414.*

C X C V.

BERETTA JOHANNES GASPAR.

DE hoc Viro Clariss. mihi que dum vixit apprimè charo nullum ferè verbum addere institui ad id, quod legitur in Armellini Bibliotheca Benedictino-Cassinenfi, nisi quod, & Societas mea Palatina, & tota Mediolani Civitas, immo Respublica ipsa Litteraria mecum plurimum amiserunt in homine isto Studiis, amicisque tantummodo nato: en ergo quod refert de ipso supradictus Armellinus, brevius juxta meum institutum, & si quid opus erit addendo: Joannes Gaspar Beretta Gasparis Architecti militaris celeberrimi, ac Magistri Castrorum Filius, Mediolani natus, ibidem in Monasterio S. Petri in Glasfiate Deo se per sacra Vota dicavit anno MDC-LXXVI. die XVII. Junii. Hic acri præditus ingenio, in qualibet scientia, cui operam dedit, insigniter profecit, præsertim in Scholasticis facultatibus, Ecclesiasticâ Eruditione, sacra profanaque Historia. Apud Cœnobium S. Benedicti Agri Mantuani Philosophiam, ac Theologiam docuit; deinde cognitâ jam, vulgatâque ejus doctrinâ, publicus Philosophiæ Professor in percelebri Ticinensi Gymnasio electus fuit, quo literario munere ad postremam ferme vitæ suæ periodum perfunctus est. Cum autem anno MDCXCV. fama percrebuisse in Urbe Ticinensi Corpus SS. Ecclesiæ Doctoris Augustini reperit fuisse in perantiqua S. Petri in Cœlo-aureo Basilica, ubi olim à Luitprando Longobardorum Rege, ex Sardinia redemptum, collocatum fuerat; ipseque Jo. Gaspar una cum aliis Theologis, & eruditis Viris ad idem Corpus examinandum, recognoscendumque deputatis ab Illustriss. Episcopo Laurentio Trotto, verum id esse, ipsumque Corpus D. Augustini pronunciaffet, insurrexit inter alios ex Canonicis Regularibus Lateranensibus Joseph Maria Bellini Canonicus Regularis, & dubia quædam protulit super Reliquiis repertis dicti S. Doctoris. Jo. Gaspar ad se potissimum eorumdem dubiorum solutionem pertinere arbitratus, præstitit fanè id copiose, erudite, nervose, numerisque omnibus, qui argumenti gravitatem decebant. Denuo satis acriter insurrexit idem Bellinus; sed Gaspar minimè respondendum putavit, quamvis ad calcem libri sui antea scripsisset: *Nondum finis*, fatius ducens librum, & silentium suum eruditorum, ac prudentum judicio relinquere, quam Adversarii novas objectiones referre. At veram fuisse Jo. Gasparis sociorumque sententiam rei eventus comprobavit; nam ann. MDCCXXVIII. die XVI. mensis Julii Illustrissimus Franciscus Pertusatus Episcopus Ticinensis, Delegatus

A Apostolicus, Juris ordine, cæterisque solemnitatibus fervatis, definivit, ac sententia sua declaravit: Satis constare Corpus inventum in Confessione S. Petri in Cœlo-aureo hujus Civitatis Papiæ die prima Octobris anni MDCXCV., & nuper per nos recognitum, ac Sigillo nostro munitum, esse Corpus Sancti Augustini Ecclesiæ Doctoris.

Post verò supradictam sententiam, denuò disceptatum est de hoc argumento inter clarissimos Viros, Justum nempe Fontaninum Ancyrantum Archiepiscopum, atque Ludovicum Antonium Muratorium Serenissimi Ducis Mutinæ Bibliothecarium. Porro Beretta per annos triginta Lectorem Publicum in Regio Ticinensi Archigymnasio egit: cumque fuisset ab Excellentissimo Mediolanensi Senatu emeritus declaratus, paucis post mensibus Apoplexi correptus, summa Bonorum, Litteratorum, Amicorumque, inter quos ego non ultimus, mœstitia, obiit in hoc Monasterio Divi Petri Inghassiatensis die I. anni MDCCXXXVI. ætatis suæ LXXV.

Plura scripsit, atque sub alienis, sive confictis nominibus evulgavit Beretta noster, in quibus nomen suum semper abscondit, multa etiam paraverat, quæ ab omnibus anxie expectabantur, eorumque elenchum hic referre juvat:

- I. Licus Chronologico-Juridicus ad discutiendas tenebras, sive dubia, quibus rationes pro Tumulo, & Reliquiis nuper compertis die I. Octobris anno MDCXCV. in Confessione S. Petri in Cœlo-aureo Papiæ ventilantur; expressa à P. D. Josepho Maria Bellini Patavino, in Congregatione Lateranensi Canonico, & Sacræ Theologiæ Lectore, eisdem iterum editis, ac ex integro hic ad Antigraphi fidem pro sacrorum officium M. D. Aurelii Augustini Ep. & Doct. ac Regii Ticini Protectoris identitate vindicanda, atque illustranda, *Idibus Augusti anno 1700. deest locus impressiois; sed impressus fuit Mediolani in Ducalis Palatii Typographia; librum etiam Auctor ipse amplissimo Senatori Marchioni Cæsari de Paganis, tunc Ticini Prætori dicavit.*
- II. Quadragesimales Conciones, atque Orationes Panegyricæ ab ipso scriptæ, ac recitatæ, ut asserit supradictus Armellinus.
- III. In Historiam rerum Laudensium Othonis, & Acerbi Morenæ ejus filii adnotationes. Extant una cum illis Cl. Josephi Antonii Saxii in T. VI. Rerum Italicarum Scriptores nostræ Editionis pag. 956.
- IV. De Italia Medii Ævi. Dissertatio Cronographica, pro usu Tabulæ Italiæ (ab eo pariter adornatæ) Græco-Langobardico-Francicæ, ut à Græcis & Langobardis ad Carolum M. translata: Medii Ævi nominibus Regionum, Urbium, Fluminum, & Montium opportunè appositis, atque illustratis. *Isago ad Geographiam universalem, ejusdem Ævi antiquioribus originibus intermixtis, Auctore Anonymo Mediolanensi, Regio Ticini Lectore, SOCIETATE PALATINA curante, cum duplici Indice locorum, & materiarum ad calcem. Prodiit hæc Dissertatio in T. X. Rerum Italicarum, & etiam seorsim in fol. anno MDCCXXVIII. ipsamque recudendam esse quam primum putamus, non solum ab aliquibus mendis ab Auctore novi Diarii Litterarii Veronensis rectè animadversis emendatam, sed ab aliis perperam ab ipso Censore usque adeo offensis vindicatam, cura, ac studio doctissimi Viri, mei item Amicissimi. Primis vero Censuris, quæ in lucem venerunt, vivente Beretta, ipse expeditè responsum dedit, edito statim sequenti Opere.*
- V. In Dissertationem Italiæ Medii Ævi Censurâ III. Viterbiensis, Veneta, & Brixiana, cum responsis III. pro Anonymo Mediolanensi. Belli Diplomatici Historia tertio præmissa, parvaque Mantissa emendationum & additionum ad calcem subjecta, Palatinis Sociis cuncta curantibus. *Mediolani. 1729. ex Ædibus Societatis Palatinæ. Cum Indice Rerum Latino-Italicarum pro commodiori usu promiscuo. Necnon mea Epistola ad Lectorem. Volumen in 4. Aggressus etiam fuerat ingens Opus in tres partes distribuendum, quod minime absolvit, quamvis materiam, seu ut dicunt Sylvam collegerit, nempe.*
- VI. Metropoleon Civilium universi Orbis antiqui Barbari, Judaici, Græci, geminique Romani Peregrinis plenissima, cum perpetuis Vindicis in Novatores; Prodrumus, ad Insuubrum Sacri Senatus Historiam Politico-Litterariam. II. Mediolanum Metropolis Civilis, Hoc est summi Magistratus perpetua Sedes. Sive Insuubrum Sacri Senatus Historia Politica. III. Insuubrum Sacri Senatus Historia Litteraria, hoc

hoc est Scriptorum ex Ordine Senatorio Acta, & scripta edita, vel anecdota: Cæterorumque hæcenus cognitorum à I. Duce nostro ad hoc tempus, eruditio plerumque per testes ostensa.

Scribere etiam meditabatur sequentia.

VII. Prodomo Ticinense agli Anni memorabili della Regia Città di Pavia, e del suo antico Principato: dove in XII. discorsi tratta.

1. De' Primi Abitatori delle nostre Contrade Traspadane avanti i Toschi. 2. Da chi fu data al Vico Ticino la forma di Città Barbara. 3. Se Colonia Romana: quando Municipio, e di quale Tribu. 4. Dell'età del suo Protovescovo S. Siro, controversa ne' tempi presenti. 5. Quando, e perchè detta Pavia. 6. Cronologia riformata de' suoi Re Langobardi. 7. Apologia del legittimo loro Regno contra G. V. 8. Se la Sede del Langobardico Regno fosse da qui altrove trasferita da Ottone III. 9. Se per questa Città sia fatto l'Epigramma Leonino ora al Ponte del fiume Ticino. 10. Quando, e da chi fabbricossi questo Ponte. 11. Reliquie di sue Antichità, Bronzi, Marmi Romani, Greco-Barbari, Gotici, Langobardici, e de' tempi posteriori, Torri &c. illustrati &c. 12. Suoi Cittadini illustri per dignità Ecclesiastiche, e per Magistrati Civili fuori della Patria, per Uffici Militari, e per eccellenza nelle Arti.

VIII. Anni memorabili della Regia Città di Pavia, e dell' antico suo Principato, tratti dagli Annalisti, e Storici piu Classici delle cose d'Italia.

IX. Pavia erudita, ovvero Raccolta de' suoi Scrittori, del suo antico Principato, giunti sin' ora alla notizia d'un suo Cittadino.

X. Scriptorum Academiæ Ticinensis collectanea binis Dissertationibus.

XI. De Scholis Papiæ, & de hujus Academiæ præmissis. Laudaverunt Auctorem, præter Marianum Armellinum supradictum in sua Bibliotheca Benedectino-Cassinenfi, Par. II. pag. 38. Auctores Ephemeridum Litter. Italiæ Anni MDCCCL. T. III. pag. 350. Ludovicus Antonius Muratorius in Tomis supracitatis Rerum. Italicarum Scriptorum, Josephus Antonius Saxius strictioribus amicitia vinculis eidem obstrictus, aliique.

C X C V I.

BERETTA LUDOVICUS.

Ludovicus Beretta, Ordinis Servorum Frater, ac Sacræ Theologiæ Magister præstantissimus, floruit circa annum MDCL. Tam grandi rerum agendarum usu præcelluit, ut ad ejus consilia princeps Mediolanensis Nobilitas confugeret. Diu Philosophiæ publicus Professor fuit in Universitate Ticinensi. Verum nimio annorum pondere oppressus, & amore Patriæ vehementissimè impulsus ad Excellentissimum Mediolanensem Senatam per fugit, ut sibi locus fieret legendi Græcas ac Latinas litteras in Gymnasio Palatino. Illico voti sui compos factus est, & ad perennem beneficium memoriam habuit, ediditque Orationem, quam innuemus.

Obiit P. Lud. Beretta an. MDCLV. die XX. Decembris in Conventu S. Mariæ Servorum Mediol. Inter celebriores Italiæ Concionatores maximum locum habuit, & in Eccles. Metropol. Mediol. Quadragesimales Sermones dixit, qui servantur apud suos, tanto plausu, ut ob memoriam ejus Venerandæ Fabricæ Præfecti erexerint Statuam S. Philippi Benitii in parte superiori Metropolitanæ.

I. Oratio in cooptatione ad Gymnasii Palatini Academicos coram Excellentissimo Mediolanensi Senatu habita, eidemque dicata. Mediol. apud Carolum Camagnum.

II. Quaresimale compito, extat MSS. in fol. T. II. apud Suos.

III. Prælectiones habitæ in Scholis Ticinensibus. Vol. II. MSS. in fol. Ex schedis Mazzuchellianis.

C X C V I I.

BERGAMIUS CÆSAR.

Joannes Petrus Giusianus in Vita D. Caroli Borromæi memoriæ tradit nomina plurium eo tempore Medicorum Mediolanensium fama dignorum, in-

ter quos enumerat Cæsarem Bergamium, quem Curtius ad annum MDXCVIII. non omisit in sua Collectione Artis Medicæ Scriptorum Mediolanensium, nil aliud præterea nobis de ipso Cive suo proferendo, nisi ipsius Opera, quæ sunt:

I. Rationalis discussio de præcautione à calculis Renum; & à lapillis vesicæ, Cæsare Bergamio Physico Mediolanensi Auctore. Ad Illustriss. atque Excellentiss. D. Johannem Fernandez Vellafchium, Hispaniarum, Castellæ, & Legionis Comestabilem. Mediolani, apud Somascbum. 1585. editio Cl. Curtio ignota, & Mediolani, apud Hieronymum Bordonum, & Petrum Martyrem Locarnum Socios. 1605. in 4.

II. Physici Cæsaris Bergamii Decisio universalis super minoratione materiæ morbificæ in principio morbi faciendâ, & quo ordine, pro studiosis Tyronibus. Mediolani, apud Franciscum Paganellum. 1598. in 4.

B III. Cæsaris Bergamii de præservativa Podagræ Artrytidis Sciaticæ. Mediolani, apud Bordonum. 1604. in 4. quam editionem Curtius non vidit, & Venetiis. 1605. in 4.

IV. Andree Bergamii vidi Carmina plura Italica vulgo Sonetti in variis Collectionibus Mediolanens. & Ticinens. Vide Curtium supra laudatum pag. 136.

C X C V I I I.

BERNA JACOBUS MARIA.

Jacobus Maria Berna, in sæculo Joannes Antonius Aronenfis ad Verbanum, Divini Spiritus impulsu focium & alumnum se dedit B. Zacchariæ de Cremona, & in Congregatione S. Pauli Clericorum Regul. professus est anno MDLVI. Vir severioris disciplinæ, humilitatis, cæterarumque Virtutum, imprimis verò charitatis eminens cultor. Vota emisit in manibus Petri Befuti. Matthæus Priulus Vicentinus Episcopus eum advocavit, & per biennium ferè secum detruit, Clericalem, & Regularem disciplinam, ac sacrarum Virginum pietatem egregiè promoventem. Sub Nicolao Sfondrato tunc Episcopo Cremonensi, & postmodum Summo Pontifice assumpto nomine Gregorii XIV. ab Aloysio à Basilica Petri Humiliatorum apud ædem D. Jacobi ea ætate Præposito expetitus, cum Paulo Maletta anno MDLXVI. suæ Congregationis Collegium in ea Urbe fundavit. Inde S. Carolo Cardinale intercedente ad confessiones audiendas, & moderanda studia Joannis Francisci Bononii Nobilis Cremonensis Nonantulæ Abbatis Viri ingenio, & pietate præstantissimi Nonantulam petiit. Is postea Abbas ipso S. Carolo curante ad Vercellensem Cathedram evectus, Apostolicas Legationes in Germania per annos plures sanctissimè gessit. Mediolanum reversus Berna Pietatis officia enixius est profectus. Tempus quod à Divinis Officiis aliisque Religiosis operibus ipsi vacuum erat, sacris studiis, & piis libris è Latina in Italicam linguam convertendis impendebat. In his fuere complura Dionysii Carthusiani de variis hominum officiis Opuscula ab ipso edita, quæ ad piam populæ Eruditionem gratis largiebatur. Cum Socio suo Cornelio Crucejo juvene annorum XXVI. Sacerdote primus fuit Berna, qui grassante lue anno MDLXVI. in Urbe Mediolano, audito D. Caroli Sermone ad Regularium Sacerdotum Cœtum, pestilentia tactorum servituti se devovit. Qui ambo in eo charitatis munere Sacramentis muniti, & D. Caroli benedictione donati, contractum post morbum quinto & decimo die ad æterna præmia convolarunt. Eorum corpora in pestilentium loco sepulturæ mandata, post alterum annum in commune Patrum Polyandrum in Divi Barnabæ Templo propriis arcis inclusa illata sunt. Hæc scripsit:

I. Traduzione nel Volgare d'alcune Opere Spirituali di Dionigi Cartusiano. Milano. 1568. in 8.

II. Sermones varii de Sanctis. MSS. in Biblioth. Cisterc. Nonantulæ se vidisse testatur Amicus meus Abbas Vandonus.

A Suis.

C I C.

C I C.

de BERNADIGIO BENEDICTUS.

DE antiquissimâ, præclarissimâque Familiâ Bernadigiâ præter Laurentium, atque Conradum inferius memorandos anno MCCCLXXXVIII. Petrum invenio hujus cognominis, qui dignitatem Decurionis agebat sub Galeatio Vicecomite Mediolanensium Duce, atque Antonium Bernadigium à Capitaneis, ac Defensoribus Reipublicæ Mediolanensis, cum quinque aliis anno MCDXLVI. electum ad instruendam primam Academiam pro publico Mediolanensi Studio: Hæc autem leguntur in Epistola Lazari Augustini Cottæ ad calcem Operis sæpè laudati Bartholomæi Curtii: Hac de causa tres istius Bernadigiorum cognominis à loco Bernadigium vocato propè Modoëtiâ assumpsi, etsi parum de ipsis reperire mihi fors obtulerit, sed præcipuè de Benedicto, qui Cancellarius extitit Ducis Mediolani, Galeatii nempe, dum bellum iste gerebat contra Florentinos. In MS. Bibliothecæ Ambrosianæ signato D. n. 223. in fol. legitur invectiva Florentinorum contra arma Domini Ducis Mediolani transmissa per Ser Collutium, quam sequitur:

- I. Responsio ad eandem Invectivam per D. Benedictum de Bernadigio Cancellarium Illustriss. & Excellentissimi Domini Ducis Mediolani. Est Carmen Latinum pagg. VI. Extat ut supra.

C C.

de BERNADIGIO CONRADUS.

Magni faciendus est Conradus de Bernadigio Patrius Mediolanensis, cum non solum Jurisprudentiæ ornamentis fulgeat, sed etiam anno MCCCLIV. in Collegium J. C. adscitus Majoris Patriæ Consilii Decurio creatus fuerit. Inter XII. etiam Viros publici commodi Provifores enumerabatur, atque anno MCCCLI. Statutorum Mediolani promulgationem Consilio suo firmavit. A Principibus summo in honore habitus Imperatorii Marescalli dignitatem obtinuit. Francisco Petrarchæ amicissimus fuit, ut ex infra dandis Lector agnosceret. Obrulerunt enim se mihi, quæ hic recenseo.

- I. Ad Dominum Franciscum Petrarcham Conradus de Bernadigio Imperatoris Magni Marescallus Generalis de dispositione Vitæ, quam sequitur Epistola D. Francisci Petrarchæ Poëtæ laureati ad Dominum Conradum de Bernadigio de Mediolano, sive Marescallum Serenissimi Domini Imperatoris, quæ est pagg. XI. in 4. Laudatur Conradus uti Juris Peritus atque in Patria Consultissimus. Extat in MS. Bibliothecæ Ambrosianæ signato D. n. 223. in fol.
- II. Statuta Patriæ recensuit, atque approbavit. Vide Sironum pag. 28. Artic. 25. ubi non Conradus, sed Conradinus dicitur.

C C I.

de BERNADIGIO LAURENTIUS.

Laurentius de Bernadigio Juris Utriusque Doctor sua ætate magni nominis, atque unus ex Decurionibus Patriæ Mediolanensis ad Pontificem Maximum anno MCCCL. Legatus, ut Mediolanum ipsum Interdicto solveretur, quo obstrictum fuerat eo quia Ludovico Bavaro cum Vicecomitibus adhæssisset. Non solum ex Clarissimo Sirono Statuta Patriæ anno MCCCLVIII. cum quinque aliis Juris Peritissimis Collegis, recensuit, correxit, atque in meliorem ordinem redegit, sed munus istud habuit etiam sub Joanne Archiepiscopo, & Mediolani Principe, uti ego legi in secunda parte Amphitheatri Romani Crescentii, quæ Manuscripta, ut diximus, servatur

A in Bibliotheca Fratrum Marchionum Vicecomitum. Laudatur ergo ob

- I. Statuta Mediolanensia bis correctâ, ampliata, & ad meliorem ordinem redactâ, annis videlicet MCCXLVIII. & MCCCLI.
- Ira Sironus pag. 23. Artic. 31. Corius Historiæ Mediol. part. III. anno MCCCLI. Crescentius in secunda parte Amphitheatri Romani. MS.

C C I I.

BEROLDUS.

Beroldus Mediolanensis Ecclesiæ Custos, & Ciceronius paulo post Olrici Archiepiscopi tempora, videlicet circa annum Domini MCXXIII. floruit: ait enim ipse in Opusculo, cujus initium est: „ In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Incipit „ Ordo Mediolanensis Ecclesiæ: qualiter unicuique „ sit agendum juxta officium suum; nuper in tempo- „ re Domini Olrici Archiepiscopi Subdiaconi cum Cu- „ stodibus convenerunt &c. Hujus Viri ingenium eo clarius elucet, quo barbaro sæculo eum scripsisse compertum est; tantique habentur ejus Lucubrationes apud Ambrosiani Ritus Cultores, ut in Eruditorum gratiam eas non breviter, sed pro Tractatum numero diligenter hic enumerandas existimaverim. Librum scripsit, qui ab Auctoris nomine Beroldus communiter appellatur, ubi quidquid viderat, aut audiverat, & scriptum repererat de ritu, Ceremoniis, & prærogativis Ecclesiæ Mediolanensis se collegisse testatur ad pag. 388. Scriptor autem Codicis, Presbyter Joannes Boffa, de quo infra, Rector fuit Ecclesiæ Sancti Viti annis MCCLXVII. MCCLXVIII. & MCCLXIX. sicuti legitur in paginis 371 388. atque in ultimâ quæ est 400.

- I. Psalterium secundum Translationem SS Venerabilis Patris nostri Ambrosii S. Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopi à fol. 1. ad 68.
- II. Breviarium secundum Institutionem Sancti Ambrosii à fol. 69. ad 327. Ibi fol. 80. remissive adnotatur qui debeant, & quando prandere cum Domino Archiepiscopo honorabiliter, & fol. 133. de Idea, quæ portatur in Festo Purificationis Beatissimæ Virginis, fol. 147. de Asperione quæ fit ante Tertiam, fol. 192. & 407.
- III. Ordo, & forma variarum Benedictionum à fol. 327 ad 349.
- IV. Expositio Matutini Officii S. Mediolanensis Ecclesiæ edita à Theodoro ejusdem Ecclesiæ Pontifice à fol. 349. ad 367.
- V. Sententia inter Dominum Archiepiscopum, & Dominum Cimiliarcam circa obligationes istius de reficiendis sacris vestibus, & suppelletilibus Sacristiæ intra solidos decem pro qualibet refectione, edita anno MCCVI., & transcripta in nostro Beroldo anno MCCLXVII. per ejus Scriptorum Joannem Boffam ut supra. Ubi notandum, quod iste dictam Sententiam transcripsit de Beroldo veteri, & in isto Beroldo novo posuit, ex quo eruitur quod Beroldi duo Codices fuerunt, & senior scriptus ante annum MCCVI. quo currente edita fuit dicta Sententia cum relatione ab Beroldum, fol. 368. & 381.
- VI. Statutum pro Custodibus sup. fructibus Custodum decedentium, d. fol. 368.
- VII. Forma Sacramenti præstandi ab Ordinariis in eorum admiffione, fol. 372.
- VIII. Cognitio aurei numeri, Lunarum, una cum æthymologiis singulorum mensium, ac aliarum diversarum computationum.
- IX. Calendarium antiquum, in quo plura notabilia describuntur.
- X. Qualiter dividuntur denarii omnium Festivitatum, à fol. 373. ad 387.
- XI. Memoria quod ex lapidibus quadratis vivis, qui erant de Campanili Ecclesiæ Majoris Mediolani destructæ à Federico Imperatore an. MCLXIII. quo destructa fuit Civitas, constructæ fuerant sedes conventuum in Curia Arengi, quæ an. MCCLXXIII. erat Platea ante atrium hyem illis Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Mediolani, fol. 388.
- XII. Ordo Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ editus ab ipso Be-

Beroldo Custode & Cicendelario ejusdem Ecclesiæ, à fol. 388. ad 442. & fol. 389. circa dimidium primæ frontis habentur ista: *Sed nuper in tempore Domini Olrici Archiepiscopi*. Hic fuit Henricus II. Septala Archiepiscopus; ex quo deducitur, quod hic Codex à Boffa ut supra exscriptus, editus fuit à Beroldo juniore paulo post mortem ejusdem Henrici II. Archiepiscopi. Insuper dicto fol. 389. habetur, quod ferula, quam unus ex Veglonibus nunc pueris tradit osculandam, est ferula Vicecomitis, & fol. 401. quod tunc quoque aderant Cruces argentea, & aurea deferendæ in Processionibus, ut modo visitur, & Primicerius Lectorum cum suis sequebatur Archiepiscopum, ut nunc, & fol. 410. notatur Sententia lata favore Heriberti Mediolanensis Archiepiscopi contra Heribertum Archiepiscopum Ravennatem super præcedentiâ lata ann. MXXXVII. à Conrado Imperatore in ejus coronatione, & confirmata à Joanne P. XX. in Synodo ad hoc vocata: fol. 412.

XIII. Orationes dicendæ à Sacerdote cum sacras induit vestes, fol. 413.

XIV. Quot sint Suffraganei Archiepiscopi Mediolani, & quomodo sedeant in Synodo, fol. 413. ubi subnectitur Catalogus Mediolanensium Pontificum usque ad electionem Ottonis Vicecomitis Mediolanensis Archiepiscopi, & quæ sequuntur, à f. 419. ad 422. utpote manu diversa conscripta alterius sunt auctoris, nempe

XV. Electio Guillelmi II. Archiepiscopi ex eodem fol. 422.

XVI. Dispositio & assignatio Ecclesiarum Mediolani pro Stationibus peragendis in Quadragesima, cum concessione Indulgentiæ XL. dierum in qualibet ex illis Ecclesiis facta per Ottonem Archiepiscopum. an. MCCLXXXIV. XXVII. Februarii, fol. 423.

XVII. De situ Civitatis Mediolani, cujus Capita sunt:

1. De Adventu Barnabæ Apostoli.
2. De Recuperatione Officii Ambrosiani facta ab Eugenio.
3. Expositio Fidei Catholicæ.
4. Expositio Missæ Ambrosianæ.
5. Expositio Symboli.
6. Quomodo scrutinia agantur more Ambrosiano.
7. Cur Cathecumeni exorcizantur.
8. Ethimologia omnium Ordinum, & Sacrorum.
9. De Vestibus Pontificalibus.
10. De Vestibus Sacerdotalibus.
11. De Dedicatione Ecclesiæ, & ceremoniis ejus.

XVIII. Martyrologium, sive Calendarium secundum Ambrosianum morem, quod videtur scriptum eadem manu, qua scriptus est præfens Beroldi liber à fol. 418. retro, sicque per Boffam præciturum cum adnotationibus de an. MCCLXXXII. ad MCC-LXXXIX. à fol. 424 ad 440. &c.

Hic Liber MS. servatur in Archivo Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ Mediolani, tanquam originalis indubitata fidei.

XIX. Carmen ejusdem Beroldi in laudem Sancti Anatonis. Exat in Zodiaco Mediolanensis Ecclesiæ Placidi Pucinelli, quod retulit etiam Faynus in notis ad Martyrologium Brixianum, atque Bosca ad Mediolanensem in die XXV. Septembris.

De cetero animadvertendum est, duo fuisse Beroldi exemplaria servata in Archivo Metropolitanæ; vetus unum, alterum novum, ex eo veteri exscriptum, & in præsentem usque diem superstes. Verum ob amanuensis incuriam, & errorem, nonnulla in novo exemplari prætermittuntur, quæ legebantur in veteri. Quare Gualvaneus de la Flamma restem aliquando Beroldum citat in rebus, quæ in hodierno Codice non inveniuntur.

Ex ipso Codice Metropolitanæ, ex Schedis Mazzuchellianis, & ex Puricello Diss. Nazar. Cap. 97. Adest etiam Beroldi Codex MS. in Pergameno sign. C n. 23. in Bibliotheca Ambrosiana litteris rubro-nigris sæculi circiter XIV. In quo ante hymnos in laudem nonnullorum Sanctorum sic legitur:

Ego Presbyter Capellanus Sanctæ Mariæ Podonis, & Canonicus S. Stephani de Segrate hunc librum meis propriis manibus scripsi, & exemplavi totum illud, quod inveni in Beroldo Ecclesiæ Mediolanensis (supple Cicendelario) ad utilitatem mei tantum, & non alicujus Ecclesiæ.

C C I I I.

BERTARELLUS JOANNES AUGUSTINUS.

Joannes Augustinus Bertarellus Patriâ Mediolanensis anno suæ ætatis decimoquinto in clarissima Carmelitarum Excalceatorum Religione ad Tom. I.

A scribi voluit sub nomine Augustini à S. Paulo. Totus pietati, atque litteris se dedit, adeo ut in Poëtam, Oratorem, atque Theologum ex integro evaserit. Philosophiam, necnon Theologiam Bononiæ, ac Cremonæ summo cum plausu docuit, variosque sui Instituti Conventus, scilicet Patrium, Bononiense, atque Parmense prudentissimè rexit: Definitor etiam extitit Lombardiæ Provinciæ, atque Visitatoris Generalis munus in Regionibus Pedemontanis, Burgundiæ, atque Germaniæ exercuit, & summa cum laude in Vicarium Generalem totius Regni Poloniæ electus fuit. Notatu dignum est, quod Carolus Secundus Britanniæ Rex dum Coloniæ moraretur, apud Patres Carmelitas Excalceatos prandio donatus, convivam voluit Patrem Bertarellum, & à quodam Regis Secretario latina Oratione laudatum: Ille vero ex improvviso ipsam Orationem in integrum summa eruditione in laudem Regis, omnium circumstantium admiratione, convertit. Merita illius optimè cognoverunt Ferdinandus Tertius Romanorum Imperator, Cardinalis Farnesius, necnon innumeri alii Viri dignitate, ac virtute præstantissimi, à quibus, & à Suis, honores, laudesque quamplurimas obtinuit, usque dum mors ipsum eripuit Cracoviæ anno MDCLX. Extant de tanto Viro Opera sequentia adhuc inedita:

- I. In D. Dionysium Areopagitam Observationes.
 - II. Clavis in Opera D. Bernardi.
 - III. In quoddam Opusculum B. Bonaventuræ Comment.
 - IV. De Privilegiis Regularium.
 - V. Abecedarium Legale.
 - VI. Consilia Moralia.
 - VII. Tractatus de Legibus.
 - VIII. Tractatus de Datione supernaturali.
 - IX. Decades variæ.
 - X. Currus Ezechielis.
 - XI. In Epistolam ad Hebræos Commentarius.
 - XII. In Psalmum Primum Comment.
 - XIII. In Psalmum Quinquagesimum Comment.
 - XIV. Conciones in Adventu.
 - XV. Conciones Quadragesimales.
 - XVI. Conciones in Festis totius Anni.
 - XVII. Quadragesimale de Sacra Eucharistia.
 - XVIII. Tractatus de Sancta Anna.
 - XIX. In universam Philosophiam Aristotelis Comment.
 - XX. In totam summam Theologicam Sancti Thomæ Comment.
 - XXI. Apologia pro habitu Carmelitico.
- Servantur omnes MSS. apud Suos in Conventu Sancti Caroli hujus Urbis, atque de eo loquitur Pater Joachimus à Sancta Maria in Historia erectionis ejusdem Conventus, necnon Picinellus pag. 254.

Ejus effigies apud Suos cernitur Mediolani cum hac Epigraphe:

VENERAB. P. F. JO. AVGVSTINVS A S. PAVLO
CARM. DESCALC.

DOCTRINA AC PRVDENTIA CLARVS
PRIOR SAEPE SAEPIVS GENERALIS VISITATOR
OCCVBVIT IN POLONIA VICARIVS GENERALIS
CVIVS VITA

SICVT CAETERIS FVIT SACRA VIRTVTIBVS

ITA MORS FVIT CHARITATIS

ET OBEDIENTIAE VICTIMA

OBIIT CRACOVIAE ANNO AETATIS SVAE XLIX.

DIE XXI. APRILIS MDCLX.

C C I V.

BERTOLIUS BERNARDUS.

Inter Poëtas Mediolanenses Bertolius noster sedem habere meruit, uti à Carminibus in publicam lucem donatis Sæculo XVI. vergente, quo litterarum jactura adhuc fletur, certè non contemnendis tam Latino, quam Italico sermone compositis liquet.

T

Inter

Inter Dyſtica Jo. Bapt. Vicecomitis impreſſa. *Mediol. per Pacificum Pontium 1585. extat hoc Dyſticon*

Ad Bernardum Bertholium Mediolanenſ.

*Te, modò ſetteris quæ in terris geſſerit olim
Divus Bernardus, cœlica regna manent.*

Ejus Opera ſunt :

- I. In funere Sereniſſimæ Annæ Hiſpaniarum Reginae . Carmen. *Mediolani, in 4.*
- II. In Nuptiis Caroli Emmanuelis Sabaudia Ducis Poëma Latinum, ut eruitur ex Epiftola nuncupatoria Vitæ S. Caroli Borromæi infra memorandæ.
- III. Carmina Latina, atque Italica. Extant in libro, qui titulus: Mauſoleo di varie Poëſie in morte di Giuliano Goſelini. *Milano. 1588. in 4.*
- IV. Vita di S. Carlo Borromeo ſcritta in Latino dal Cardinale Agoſtino Valerio Veſcovo di Verona, tradotta in Italiano da Bernardo Bertolio, e dedicata al Duca di Savoia. *Milano, preſſo Paolo Seccio. 1587. in 8.* Hæc addidi Picinello pag. 99.

C C V.

BERTRANDUS.

Cognomen hujus Bertrandi Mediolanenſis & Sacræ Rotæ Romanæ Auditoris edacitate temporis nobis excidit, extant nullatenus ejus :

- I. Deciſiones impreſſæ inter Antiquiores, necnon MSS. in Archivo ipſius Tribunalis.
- Ita ſcripſit Cantalmayus in Syllabo Auditor. S. Rotæ Romanæ, atque Oldradus in Conſil. n. 304. nec non & ego admonitus fui de ipſo à doctiſſimo Præſule Jo. Baptiſta Vicecomite pro Mediolanenſibus nunc in eodem Cœtu Romanæ Rotæ Auditore, una cum nominibus aliorum, qui idem munus ſuſtinuere ab anno Chriſti MCCXLIV. uſque in præſens, ut in hoc Opere ſicut par eſt, recenſeantur, perhumaniter mihi communicatis.

C C V I.

BERTUCCIUS BASILIUS.

Forſan de Baſilio Bertuccio Mediolanenſi, atque Monaco Baſiliano memoria apud nos non fuiſſet, ſicut & de aliis ejuſdem Inſtituti, cujus nullum ſuperreſt ætate noſtra in hac Urbe Cœnobium, ſi domeſticis exigentibus curis, ad Patriam Neapoli reverſus non fuiſſet anno MDCLXXX. Magni eum fecit Lucas Tozzius Operum ſuorum gratiâ in Repub. Litteraria ſatis laudatus. Exiit Bertuccius in facultate Theologica Magiſter, necnon Sereniſſimo Duci Mantuæ ſummopere charus, qui & ſuum Theologum declaravit: Ad Italicam Poëſim ſe convertit, dum etiam Dei verbum locis in variis Regni Neapolitani publicè, & cum Auditorum plauſu diſſeminabat. Auctores ſacros, atque profanos præ manibus habuit, ut Opera illius facilè demonſtrant. Deceſſit in Patria die XVIII. menſis Martii, anno MDCCV. Eum laudavit Cotta carmine epico, poſtquam in ſua Corographia Verbanæ Lacus ipſum vocavit Socratis, ac Platonis ſectatorem mirificum. En carmen ipſius Cottæ ad Verſus Bertucci ſpectans :

*Ornabitque chorum vario Bertuccius ore,
Quem lyra verſicolor, pellicit, ornat, amat:
Namque graves Italas Muſas revocavit ad aures,
Et facit, ut Bacchus pleſtra moderna gerat.*

Quæ ſequuntur de Bertuccio in lucem prodierunt partim ipſo vivente, & reliqua poſt ejus deceſſum :

- A I. La Urania Morale di Don Baſilio Bertucci Milanefe. Monaco Baſiliano, in *Milano nella Stamperia d'Ambrogio Ramellati. 1704. in 8.* Dedicata alla Conteſſa Maria Caterina Altrogradi Rainoldi. In ipſo Volumine adeſt Auctoris Epiftola ad Lucam Tozzium, in qua vocat Uraniam ſuam uti Practicam quamdam in Philoſophia Morali, atque ſequens opus: Viaggio al ſommo Bene: ejuſdem Moraliſ Philoſophiæ Theoricam.
 - II. Viaggio al ſommo Bene, ſunt Carmina n. XXXV. *Milano. 1706. in 8.*
 - III. Baccho nel Monte di Brianza. Italicum Poëma ab ipſo compoſitum anno MDCLXXXVII. *Milano, per Carlo Giuſeppe Quinto. 1711. in 8.* In eodem mentio fit variorum doctorum Virorum Auctori amicitia junctorum, cujus etiam ſunt ad calcem libri aliquot adnotatiunculae.
- Ita ego hauſi à libro, cui titulus Galleria di Minerva. T. V. pag. 127. ex Cotta, & ex T. IV. Ephemeridum Litter. Italiae, Venetiis impreſſo, in quo uti optimus Poëta Auctor noſter celebratur.

C C V I I.

BESTA JACOBUS PHILIPPUS.

Egregiè, atque optimè de Patria ſua Mediolanenſi meritus eſt Jacobus Philippus Beſta, qui ſe Notarii, & Procuratoris officio profitetur functum fuiſſe ad annum MDCVI. ſuæ hiſtoriae, de qua infra. Patrem habuit Joannem Jacobum, primum inter Officiales Capitanei Juſtitiae, ut hîc dicitur, ab Excellentiſſimo Mediolanenſi Senatu electum, ſicuti videre eſt in nova Conſtitutione ad annum MDLXIX., in quo munere etiam filius ſe exercuit per annos ſex. Delegationem habuit cum J. C. Crotto ad conſtruendum Proceſſum in cauſa icetus ſclopi contra S. Carolum Borromæum iniquiſſimè exploſi, ut ipſemet teſtatur in Capite VIII. libri ſexti ſui Operis, quod ſcripſit hoc titulo :

- I. Origine, e Maraviglie della Città di Milano, e delle impreſſe de' ſuoi Cittadini. Vol. III in fol. non duo ut male notavit Picinellus. Extant MSS. pagg. ſupra mille pro unoquoque, in Bibliotheca Patrum Reſormatorum Sancti Franciſci in Conventu hujus Urbis nuncupato il *Giardino.*
 - II. Relazione della Peſte, che fu in Milano l'anno MDLXXVI. *Ivi per il Pontio. 1578. in 4. e 1630. per il Bidelli in 12.*
- De ipſo ſcripſit Picinellus in ſuis libris della Nobiltà del Notajo, e del Zodiaco della Chieſa Milanefe. Picinellus etiam in ſuo Athenæo pag. 240.

C C V I I I.

BESUTIUS ANTONIUS GEORGIUS.

Nec annum, nec locum, ubi Antonius Georgius Beſutius lucem viderit, Picinellus de more adnotavit: ſolummodo dixit, ipſum ex illuſtri Familia in Feudis Comitum Borromæorum ad Lacum Verbanum ortum eſſe, ſed forſan in Oppido ipſo Beſutii, à quo ferè gens omnis Beſutia originem trahit. Primis juvenilibus annis militiam ſecutus eſt, deinde litteris deditus, ſoluta Italica Oratione multum profecit, ita ut ſuis Lucubrationibus Milites inſtrueret, expendens loca plurima Polybii, & Cæſaris, quæ ingenia ad legendum invitant. In eo libro Federicum Ænobarbum ſævitiae nota liberat, neque ab eo everſam Mediolanenſium Urbem ſuperjecto ſale fuiſſe, ſed tantum diruta moenia, & domos eorum, qui Guelphis favebant, oſtendit. Hæc adverſantur quidem Scriptoribus Mediolanenſibus, & exteris, ſed tamen ea conatur Beſutius conjecturis probare. Ita habet de eo Boſca in lib. III. de Origine, & Statu Biblioth. Ambroſ. Poſtea ad ſacra ſtudia converſus, in numero familiarium Divi Caroli Borromæi locum habuit, poſt cujus mortem Cardinalis Federicus Borromæus Beſutium noſtrum apud ſe uſque ad vitæ finem retinuit, in quo munere ad gravioreſ litteras ſe contulit, uti ex ejus ſcriptis, quæ

quæ sequuntur facillè videntur .

- I. Lamento Amorofo .
 - II. Vita di Cleopatra Regina d'Egitto .
 - III. Vita del Beato Alberto Besozzi , e come in luce venisse , dedicata al Padre Dionigi Besozzi Capuccino , Latina , ed Italiana . *Milano , per Giacomo degli Antonj , 1606. in 8.*
 - IV. De Inventoribus rerum .
 - V. Discorsi di Filosofia Militare , dati in luce da Nicolo Pellizzari . *Milano , nella Stamperia del Collegio Ambrosiano , 1629. in 4.*
- Extant ad eum Epigrammata Bernardini Baldini in Carminum Appendice . Laudatur etiam aliis Carminibus à Benedicto Sociaco , atque à Publio Francisco Spinula , de quibus suo loco . De eo Moriggia lib. III. cap. XXI. Picinellus pag. 45. atque Bosca supramemoratus .

CCIX.

BESUTIUS HIACYNTUS.

Hiacyntus Besutius ab Alphonso , atque Anna Maria Terzaga nobiles natales traxit anno MDCXXVI. die XIV. Februarii . Religionem autem Beato Cajetano Thienzo Institutore , quam Theatinam vocant , in patria Mediolanensi amplexus est anno MDCXLII. die IX. Februarii , ibique sacris imbutus doctrinis , Dei Verbum summa cum laude prædicavit Ticini , Florentiæ , Genuæ , Veronæ , Venetiis , Panormi , Romæ , Mediolani , ac ferè in omnibus aliis præcipuis Italiæ Civitatibus . Ad Confessiones excipiendas , & Hospitalium curam sollicitè incubuit , atque Deo penitus consecratus inter Capuccinos vitam finire destinavit , Religionem ipsam proficundo die X. Octobris anno MDCLXXXI. in qua piissimè obiit anno MDCXCIX. habemus de iplo :

- I. Primizie Sacre , o siano IX. Panegirici . *Milano , per gli Eredi di Giorgio Rolla , 1663. in 4.*
 - II. Orazioni Sacre , e Discorsi . *Milano , per il Monza , 1652. in 12. ristampate dalli Eredi del Rolla , 1653. in 12. indi nuovamente con aggiunte . Tomi II. 1665. in 12.*
 - III. Il Zodiacò Virginalè , o siano nove Discorsi per il Santo Natale . *Milano , per gli Eredi del Rolla , 1669. in 4.*
 - IV. La Monarchia Cattolica , Discorso fatto nella Chiesa della Madonna presso S. Celso . *Milano , 1677. in 8.*
 - V. Orazioni tre in lode di S. Antonio di Padova . *Milano , 1682. in 12.*
 - VI. Altra Orazione fatta nella Chiesa di Nostra Signora presso S. Celso per la felicità dell' Armi . *Milano , 1689. in 4.*
- Videndus Picinellus pag. 237. in suo Athenæo .

CCX.

BESUTIUS JOANNES BAPTISTA.

Joannes Baptista Besutius filius Petri Antonii , ac Ursulæ Mantegatiæ conjugum , & Princi-valli frater , de quo nobis erit sermo , cooptatus fuit in Collegium Physicorum Mediolanensium die V. Junii MDL. Celebratur Joannes Baptista noster ab altero Joanne Baptista , nempe Sylvatico , his verbis : „ Cum optimis , & primis Medicis fui „ temporis collatus est ; cujus quoque claro exem- „ plo , quam grata , & accepta fuerit exteris Prin- „ cipibus Mediolanensis Medicina , liquidò constat : „ Cum siquidem non adhuc senem in suæ vitæ cu- „ stodiam esse voluerit Maria Pannoniæ Regina . „ Hunc tamen liberali Reginæ manu sæpè donatum , „ & ad honores majores destinatum , inopinata mors , „ magnâ ipsius Reginæ , & Urbis nostræ jacturâ è „ vivis abstrulit . „ Ita hausit Bartholomæus Curtius , „ & intulit in suum Opus pag. 92. ubi etiam refert Epitaphium sequens Sepulcro Besutii nostri appositum in Imperiali Urbe Viennensi , ubi diem clausit extremum :

DEO OPT. MAX. SACR.
IO. BAPTISTAE BESUTIO
PATRITIO MEDIOLANENSI
DE COLLEGIO MAG. D. D. PHYSICORVM
MEDIOLANI
SERENISS. IMPERATRICIS D. MARIAE
AVSTRIAE
MEDICO ADLECTO
ET CLEMENTIAE GLVSSIANAE
MEDIOLANENSI
VXORI PVDICISS.
CVI XVI KALEN. DECEMBRIS
FATO FVNCTAE
COMES ESSE VOLVIT
VT QVIBVS COMMVNIS THORVS
IDEM QVOQVE SEPVLCRVM FIERET
CVM OMNES IN DESIDERIO VITAE
RELIQVISSET
P. P. B. M. P.
ANNO MDLXVII. DIE V. MENSIS MARTII.

Eques atque Cæsareus Archiater Pius Nicolaus Garel- lius , ob cujus mortem anno nuper elapso secutam , inter alios , magnam ego feci jacturam , ex pluribus beneficiis mihi collatis , suis literis mensis Januarii anno MDCC- XXXVII. occasione alicujus literarii subsidii perhumaniter præstandi in hoc Opere , de quo ipsum monui , extare scripsit in Cæsarea Vindobonensi Bibliotheca , cui ipse præ- fuerat , Opus Joannis Baptistæ Besutii nostri hoc titulo :

- I. Tractatus de Febribus putridis . MS. in fol. pagg. 350.

CCXI.

BESUTIUS JOANNES FRANCISCUS .

Aut Picinellus allucinatus est , nobis tradendo Joannem Franciscum Besutium librariam Artem professum fuisse , aut ab altero ejusdem nominis dissi- milis extitit , nempe de illo qui indicatur in titulis Dictionarii Galefini , aliorumque , cujus sunt plures additiones Italicarum , atque Latinarum vocum Paulus Moriggia , in suo libro inscripto : Nobiltà di Mi- lano , libro III. sic habet : „ Dirò ancora , come „ il nobile Gio: Francesco Besozzi , ha composto „ una bell' opera intitolata , Locuzioni di varj Au- „ tori antichi , e moderni , tratte dalli Dizionarj ul- „ timi del Venuti , e del Calderino , dal Tesoro del „ Galefino , dall' Eleganze del Cardinale Adriano , „ d' Aldo Manuzio , e d' il Cafaro . „ Ego verò , nil decernere audeo , atque Lectoribus meis contentus sum Opera tam edita , quam manuscripta istius Besu- tii describere , qui si ille idem est , de quo Clariss. Sitonius agit , Joannis Jacobi , & Claræ de Aprilis conjugum filius fuit , claruitque ad annum MDCXX. Hæc sunt , quæ scripsit :

- I. Istoria Pontificale di Milano di Gio: Francesco Besozzi , da S. Barnaba sino a Federico Borromeo , primo di questo nome , cioè sino all' anno MDLXX- XV. Sic legitur in titulo Codicis MS. signat. A. n. 175. in fol. Bibliothecæ Ambrosianæ , quod Opus impressum fuit *Mediolani , anno 1596.* eidem Cardi- nali Borromeo dicatum , & iterum cum additionibus Melchioris Ripæ , anno 1623 *apud Malatestam , in 8.*
- II. Joannis Marmelii Tabularum Opuscula tria per Pe- trum Godofredum Remæum in Epitomen redacta , in hac verò postrema editione Jo. Francisci Besutii opera Tabulæ ipsæ , quo facilius memoriæ manden- tur ordine alphabetico distinctæ sunt . Voces præ- terea difficiliore Italicè declaratæ . Adest Epistola nuncupatoria ejusdem Besutii ad Jo. Bernardinum Gherardinum Præfationis loco . Datæ Mediolani III. Id. Quintilis MDLXXX. Impressus est Liber *Mediolani , apud Heredes Simonis Tini , 1586. in 4.*
- III. Apparati fatti per ricevere il nuovo Arcivescovo di Milano Federico Borromeo . In Præfatione ipsius li- bri Besutius Auctorem se dicit Inscriptionum lati- narum , Elogiorumque ibi existentium .
- IV. Vita di S. Carlo Borromeo . *Milano , per il Ferioli , in 8.*
- V. Vita del Confessore di Cristo Santo Arderico Vescovo di Augusta . *Milano , per Francesco Paganello , 1599. in 4.* Auctorem hujus Vitæ , pluribus in locis , arguunt Carolus à Basilica-petri in Fragmentis Hi- storie Mediolanensis , atque Puricellus in Disserta- tione Nazariana cap. LXXXV.
- VI. Breve Istoria dell' Invenzione della Santa Croce , e de' Sacri Chiodi . *Milano , nella Stamperia Arcivescovi- le , 1603. in 8.*

VII.

- VII. Federici Borromæi Cardinalis, & Mediolani Archiepiscopi patrueis Divi Caroli ad se loquentis visum. Jo. Francisco Besutio Auctore. MS. in 8. sign. N. num. 7. exstat in Bibliotheca Ambrosiana. Videant Lectores unus ne, an hic duo Besutii sub eodem nomine existant.

CCXII.

BESUTIUS JOANNES JACOBUS.

Nunc merito commendandus est Joannes Jacobus Besutius, Josephi Pomponii, & Angelæ de Georgiis conjugum filius, ex Condominis, & Advocatis Præbendæ Theologalis in Ecclesia Collegiata insignis Oppidi Besutii. Patriam Mediolanum, ubi lucem vidit die VI. Augusti, anno MDCLXIV. ad eum usque dilexit, ut Monumenta ad posteros transmittenda, & quidem utilissima improbo ferme labore collegerit, atque conscripserit; ea verò præsertim quæ ad sacras Aedes Deo dicatas pertinent. Decessit die prima Februarii anno MDCCXXX.

Hæc sunt illius laboris testimonia, partim edita, & partim adhuc tantum MSS. quæ nunc primum profero:

- I.** Dell'origine, e stato presente del Duomo di Milano. Milano, presso Carlo Federico Gagliardi, 1694. in 8. Hoc Opus ab Auctore auctum, & partibus omnibus absolutum servatur adhuc MS. pagg. 222. Vol. II. in fol. ut infra.
- II.** Compendio della Vita del Santo Anacoreta Nicone Besozzo. Milano, per l'Agnelli, 1699.
- III.** Tesoro dell'Indulgenze delle sette Chiese di Milano. Milano, per il Gagliardi, 1694. in 8.
- IV.** Cose appartenenti alla Confraternita di Santa Caterina da Siena, aggregata a quella della Minerva in Roma, con varie notizie Sagre, e Profane. Milano, per il Gagliardi, 1694. in 4.
- V.** Vita di S. Venerio Oldradi XVI. Arcivescovo di Mil.
- VI.** Vita di S. Marolo XVII. Arcivescovo di Milano.
- VII.** Vita di S. Martiniano XVIII. Arcivescovo di Milano.
- VIII.** Vita di S. Geronzio Bescape XXII. Arcivescovo di Milano.
- IX.** Vita di S. Benigno Bossi XXXIII. Arcivescovo di Milano. A num. V. ad IX. extant in Cod. MS. in 4. sign. N. num. 56. in Ambrosiana Bibliotheca.
- X.** Istoria Sacra, e Morale di Milano. La prima parte contiene le Vite de' Santi Milanese. La seconda le Azioni de' Pontefici, Cardinali, Arcivescovi, Vescovi, e Venerabili Milanese. Se hanc scripsisse asserit Auctor in Epistola ad Lectorem in Opere inscripto: Dell'origine, e stato presente del Duomo di Milano, de quo supra.
- XI.** Il nuovo Santuario Generale della Città, e Diocesi di Milano, diviso in libri XII. MS. in fol. pagg. 688.
- XII.** Ritratto in lontananza di Gio: Giacomo Besozzo Istoric, e Cittadino Milanese. All'Eminentiss. Signor Cardinale Conte Ferdinando d'Adda. MS. in fol. pagg. 56.
- XIII.** Istorie memorabili di Casa Besozza distinte in libri sette Tom. I. MS. in fol. pagg. 146.
- XIV.** Origine, e stato presente della Gran Certosa di Pavia. MS. in fol. pagg. 221.
- XV.** Diario Sacro perpetuo della Città, e Diocesi di Milano. Tomi II. MS. in fol. pagg. 390.
- XVI.** Origine, e progressi delle Compagnie della S. Croce della Città, Corpi Santi, e Diocesi di Milano. MS. in fol. pagg. 150.
- XVII.** Pratica del modo, che si osserva nel trattare le Cause civili nella Città, e Foro di Milano. MS. in fol. pagg. 173.
- XVIII.** Relazione dello stato, e qualità del nobiliss. Collegio de' Signori Dottori di Milano. MS. in fol. pagg. 73.
- XIX.** Indice generale delle Opere composte da Gio: Giacomo Besozzo Cittadino Milanese. MS. in fol. pagg. 502.
- Opera MSS. numero I., & à num. XI. ad XIX. superius relata, penes J. C. Josephum Ant. ium Besutum Ecclesiæ Collegiatae S. Blasii Oppidi Cottonei Præpositum insul. & J. C. Advocatum Nicolaum Albertum fratres Besutios custodiuntur.
- Scriptorem hunc satis commendant literæ Reverendissimi Abbatis Joachimi Besutii, nunc S. R. E. Cardinalis, meique pro eximia ejus benignitate Patroni præstantissimi, datæ ex Alma Urbe anno MDCCCL. à me inspectæ, & sic inscriptæ: *Nobili ac Literato Viro Domino Joanni Jacobo Besutio, Don Joachim Besutius salutem, ac felicitatem. In ipsius verò singularis Jo. Jacobi nostri virtus, atque literarii labores laudantur, gratias eidem agendo pro Opere à nobis supra relato num. XIII. Romanam transmissio, quod verbis Petronii, & Fau-*

sti Andrelini ab eruditissimo litterarum Scriptore commendatur. De Studiis suis cum Jo. Jacobo agit, nempe ad Hebraicam, Syriacam, & Græcam linguas ediscendas, ad illa usque tempora se contulisse monet, atque Commentaria latino sermone in Hieremiam, usque ad Cap. VII. declamatorio more composuisse, eaque ad Auctorem nostrum transmittere promittebat, & in hæc verba definit: „Vive ergo diu, vive felix, tibi, Familiæ tuæ, totique Besutio sanguini.“

CCXIII.

BESUTIUS JOANNES PETRUS.

Nomen Besutii istius in sæculo, ubi Jurisprudentiam ille exercuit usque ad ætatis suæ annum trigessimum nonum, Paulus fuit. Fallitur ergo Picinellus, qui de Joanne Petro tanquam de adolescentulo, Congregationem Clericorum Sancti Pauli suscipiente, locutus est. Uxorem habuit Ivonam de Tattis, pari nobilitate, ac pietate Cremonensem feminam, ex qua Horatium procreavit, qui postea in eandem Congregationem à Jo. Petro parente suo est cooptatus. Ivonâ igitur mariti consilium probante, & eodem virtutis ardore Angelicarum Sancti Pauli Institutum capeffente, Besutius Religionem professus est anno MDXLII., ejusdem non multò post regimini Præfessus fuit. Ticini novum Congregationis Collegium referavit. Divo Carolo à consiliis fuit, uti ex nonnullis litteris ejusdem Sancti ad Besutium, quæ apud suæ Congregationis Clericos supersunt. Vir sanè pietate, doctrinâ, prudentiâque memorabilis, atque de suo Ordine optimè meritis, gravi, venerabilique aspectu; in sacrorum librorum, & potissimum Epistolarum Divi Pauli lectione versatissimus styllum induit verè sacrum, familiaresque Paulo formulas exprimente. Ejus studio, & operâ constructum est sub Instituto Angelicorum Virginum Sancti Pauli Cœnobium nobile in Urbe Cremona apud Aedem Sanctæ Marthæ. Ejusdem sacræ, facundæque elocutionis testes sunt Mediolanum, Ticinum, Cremona, Vicentia, aliæque Urbes. Ad annum LXXXIII. ætatis suæ pervenit, & lenta febre per duos menses afflictus, salutari S. Caroli visitatione, benedictioneque recreatus piissimè in Domino obdormivit in Collegio Sancti Barnabæ Mediolani die VII. Junii MDLXXXIV. Scripta ejusdem sunt:

- I.** Discorsi intorno alla Vita di S. Paolo Apostolo, confirmati per lo più col testimonio delle sue Epistole, e degli Atti degli Apostoli, dedicati a S. Carlo Borromeo. Milano, per Paolo Gottardo Ponzio, 1573. in 4., e Brescia, per li Fratelli Zurlini, 1576. in 8. In Epistola nuncupatoria professus est Auctor se hoc Opus composuisse instante Paula Angelica Nigra.
- II.** Discorsi intorno alla Vita di S. Maria Maddalena. Milano, per Giacomo Piccaglia, 1577. in 8.
- III.** Avvertimenti per le Monache. Milano, per lo stesso, 1578. in 12.
- IV.** Un Volume di lettere spirituali, scritte a diversi generi di persone del modo di celebrare le Solennità fruttuosamente, sopra varj Misterj della Religione, del Culto, ed Imitazione de' Santi, e della perfezione della Cristiana disciplina. Milano, per Gottardo Ponzio, 1578. in 4.
- V.** Lettere Spirituali, che vanno sotto il nome di Paola Antonia de' Negri. Roma, nella Stamperia del Popolo Romano, 1576. in 8.
- VI.** Opposizioni alla Vita dell' Angelica Antonia de' Negri, pubblicata da Giambattista Fontana capo per capo. MS. in fol. Extat in Collegio S. Barnabæ Mediolani.
- VII.** Lettera a Gianpaolo Folperto Autore della Vita di Paola Antonia de' Negri sotto il nome di Giambattista Fontana. MS. in fol. Extat ibid.
- Objectones illæ, & hæc Epistola tam sumè perspicuæ, & veritatem produnt ad eum manifestè, ut negati ferè non possit Fontanæ suppositam fuisse Nigræ Vitam, cujus Auctor certissimus apparet Folpertus, non sine mendaciis sub fucato colore veritatis. Ita nobis affirmat P. D. Petrus Gratiolus Barnabita. Concivis amantissimus, cujus diligentis Manuscriptos hujusmodi, aliorumque notitiam debemus, quæ in hoc Opere recensimus. Juro igitur Besutio factus suus à nobis vindicatus est. De veritate autem hujus historis Besutius, Fontana, sive Folpertus decertent inter se, nostrum non est aut causam dicere, aut litem dirimere.

VIII.

- VIII. Constitutiones Clericorum Regularium Sancti Pauli à Sancto Carolo elaboratæ interveniente Besutio, & quæ ut confirmarentur à Summo Pontifice, ut evenit, ipse operam dedit.
- IX. Adfunt ejus libelli de Institutione Virginum, quæ Deo sese devovent, & alia præclara ejus pietatis monumenta, quæ in lucem nondum venerunt. Legitur ad eum Epistola Stephani Guazzii inter istius Epistolas Venetiis editas, anno 1592. Videndi sunt Gabutius in libro tertio Historiæ Congregationis Clericorum Sancti Pauli Cap. XV. Jo. Petrus Crescentius in Præsidio Romano, Picinellus pag. 319., sed ego plurimum hausi ex Opere manuscripto Patris D. Francisci Pezzii Concivis amantissimi, quod utinam in lucem prodeat: continet enim Vitas illustrium Virorum suæ Divi Pauli Congregationis, sermone optimo latino conscriptas, & quæ multum mihi pro ejusdem humanitate subsidii in hac Collectione attulerunt.

C C X I V.

BESUTIUS OCTAVIANUS.

Octavianus Besutius Mediolanensis Sacerdos è Congregatione Oblatorum Sanctorum Ambrosii, & Caroli, Vir eruditione simul, & pietate clarus Friderici Cardinalis Borromæi hujus Urbis Archiepiscopi ætate floruit, cui etiam aliqua, præter ea, quæ edidit, ex infra recensendis Operibus nuncupavit, quæ omnia in Ambrosiana Bibliotheca servantur. Ea sunt:

- I. Considerationi sopra il Santissimo Sacramento. MS. fig. N. n. 88. in 4.
- II. Trattato del buono, e malo Amore, Divino, & Diabolico di F. Antonio Pagano Min. Osserv. ridotto in XII. Tavole dal Prete Ottaviano Besozzi Oblato. Vol. II. MSS. Sign. A. n. 126. & 127. in 4. Oblong.

Epitaphium Sapientis. Doctoris D. Petri Besutii.

HIC JACET ILLE PETRUS DOCTOR FAMOSUS IN OMNI
GYMNASIO ITALIÆ GENEROSO SANGUINE NATUS
BESUTIO QUOVE FARI AUSIM NEMO TENEBAT
JUS UTRUMQUE QUIDEM MELIUS NEMOQUE LEGBAT
ALTIUS IN CATHEDRA NEMO PROFUNDIOR ILLO
CONSULTATOR ERAT SED PROH DOLOR IPSE TUENDO
JURE SUAM CAUSAM FUIT ENSE NECATUS AB HOSTE
ET DONAVIT OPES FABRICÆ MEMOR ANTE SALUTIS
MCDXLIII.

Superfunt de ipso:

- I. In L. Re conjuncti.
- II. De Legatis lib. III.
- III. De Apellationibus.
Omnia in Repetition. Vol. IV. pag. 404.
Plura alia scripsisse asserunt Bartolus, Jason, Philippus Decius, Cartellianus Cotta, Marcus Mantua apud Pancirolum pag. 483., & Picinellus in Athenæo pag. 458.

C C X V I.

BESUTIUS PRINCIVALLUS.

Princivallus Besutius Petri Antonii fil. Jo. Baptistæ Collegiati Protophysici Serenif. Mariæ Pannoniæ Reginæ, ut diximus, frater, ex LX. Patriæ Decurionibus, anno MDLXI. Urbis Præfectus, ac pro eadem ad Philippum II. Hispaniarum Regem, Legatus, ingressum & ipse obtinuit in Collegium Jurisconsultor. Mediolanens. anno MDXLVIII. obiit verò MDLXV. Habemus tantum de ipsius Poësi latinæ argumenta duo, unum videlicet in Opere, quod ad laudem Ucedæ Ducis Mediolani Gubernatoris in lucem emisit, alterum vero MS. ut infra:

Tom. I.

- III. Ghirlanda Celeste di centocinquanta Rose per i Fratelli, e Sorelle del Santissimo Rosario. MS. fig. G. n. 25. in 4.
- IV. Esercizj Spirituali per meditare sopra gl' Evangelj correnti dell' Advento, Quaresima, Domeniche, & de' Santi di tutto l' Anno, nel fine per i giorni feriali, tutto secondo il Rito della Santa Chiesa Milanese, composti del R. P. Ottaviano Besozzo Sacerdote Milanese, dedicati al Card. Federico Borromeo. Bergamo, per Comino Ventura. 1592. in 8. con figure.
- V. Esercizj Spirituali per meditare &c. ut supra, secondo il Rito della Santa Chiesa Romana. Al Card. Cusani. Bergamo, per il Ventura. 1595. in 8. Videndi sunt Paulus Moriggia lib. III. cap. 27. Picinellus pag. 438.

C C X V.

BESUTIUS PETRUS.

Comes Petrus de Besutio Princivalli, & Agnesolæ Castillionæ filius, Jo. Galeatio Mediolani Duce I. dominante, clarissimus juris Interpres in Universitate Ticinensi, deinde Taurini Leges docuit, illuc conductus à Ludovico Principe Achajæ. Castris Besutii feudo donatus est à Facino Cane Comite Blandrati, & Mediolani Gubernatore Generali. E vivis vero decessit an. MCDXLIII. dolosa nece sublatus, tantique Viri jacturam, bimestri justitio celebrato, Mediolanense J. PP. Collegium, in quod cooptatus fuit prope finem sæculi XIV. ingemuit. Quiescit in Franciscano Mediolanensi Delubro, ex cujus epitaphio, quod extat cum Besutii marmorea effigie, exesi sunt ob temporis vetustatem characteres, adeo ut Cl. Sitonus acephalum ipsum dederit pag. 38. art. 101. Nos vero ope schedarum Comitum Octavii Archinti integrum Lectoribus exhibemus litteris vetustis sic inscriptum:

C

D

- I. Ucedorum Sylva per Princivallum Besutium Locum Tenentem Regium Poëma. Mediolani, apud Ramolletum 1560. in 4.
- II. De Partu Virginis Poëma. MS. in 4. pagg. 88. penes me. Ex Sitono pag. 117. art. 483.

C C X V I I.

BIFFUS AMBROSIUS.

Nobilis Familia de Biffis, Bergomi olim florens in Mediolanensem Urbem translata est longè ante annum Domini MLXXX., nam Ambrosius noster, qui primam hinc lucem vidit, anno supradicto eloquentia Græca, & Latina præstans, clarissimum ingenii sui specimen dedit, quemadmodum eruitur ex Libro Historiarum Mediolani Landulphi Senioris ejusdem Urbis Historiographi (ab aliquibus perperam Chronica Danti Archiepiscopi Mediol. nuncupato, uti suo loco erit dicendum.) Ibi capite XXI. libri III. Diaconus vocatur, & capite XXIII. ejusdem libri Biffus Latinis & Græcis litteris eruditus fuisse dicitur, idè Biffarius vocatus. Ex eadem Historia eruimus, ipsum scripsisse

E

V

I. Ora-

- I. Orationem pro Sacerdotum Conjugio adversus Arialdum, & Landulphum. Extat in Opere Landulphi Senioris supradicti.
Vide Sisonum in Articulo de Ruglerio Biffo n. 36. pag. 30.

CCXVIII.

BIFFUS HERONYMUS.

Heronymus Biffus, à Secretis Marchionis Theobaldi Vicecomitis, edidit librum, cui titulus:

- I. Gloriosa Nobilitas Illustrissimæ Familiæ Vicecomitum, cum Diplomatum &c. *Mediol. apud Lud. Montiam. 1671. in fol.*
Hoc Opus evulgatum est, cum Marchio D. Hercules Vicecomes, Theobaldi Filius in Jurisperitorum Mediolanensium Collegium cooptatus fuit, quod paulo post subsequuta fuit.
II. Parænetica Appendix: *Mediolani, apud Montiam, 1673. in fol.*
Ita ex schedis Mazzuchellianis.

CCIX.

BIFFUS JOANNES.

Non tantum pro libro Miraculorum Beatæ Virginis per Joannem Biffum scripto, atque Typis dato, inter Scriptores Mediolanenses merito ipse est collocandus, sed propter alia ejus Opera, quæ fors mihi præ manibus obtulit. Ex epistola igitur ejusdem, quæ in supramemorato libro legitur ad Lucium Biffum, hæc hausi ad Auctorem nostrum pertinentia, necnon ad plures alios Viros doctos ibi, & incidenter in aliis Opusculis ejusdem memoratos, quorum notitiam posteris tradere jucundum fore spero. Patrem habuit Philippum, Matremque ex familia de Capitaneis, atque primam diem vidit in Oppido Mezaghi, quod est propè Tritium, anno MCDLXIV. in vigilia S. Vincentii. Et ipse, ut ego jam innui, familiæ suæ originem à Civitate Bergomensis agnoscit, nam illuc anno MCDLXXXIII. Auctor noster profectus, plures domos, turres, atque viam integram se vidisse testatur sub Bifforum nomine vocatas. De primis ipsius litterariis rudimentis juvat eum audire loquentem in Epistola nuncupatoria Reverendissimo D. Cuntifalvo Hispano, ex Hæredia Stirpe oriundo Sacratifs. Barchinonæ Episcopo: „ Cum Mediolani „ degerem XV. anno ab ineunte ætate versus scan- „ dere didici, & Poëtas imitando nova Carmina „ composui: ante vero illud tempus tres annos ex- „ tra Urbem in Oppido, quod Vicomercatum nuncu- „ patur ab Mediolano XIV. millia passuum distans, „ Grammaticam, nonnullosque Poëtas sub Presbytero „ docto audiens, in illa ætate tenera me ad Carmi- „ na fluentem venam habere cognovi. Studui etiam „ Merate sub Jo. de Corvis Philelphi discipulo. „ Vicomercato Mediolanum me contuli, ibique septem „ annos Poëticæ, Oratoriæ, aliorumque Artium fa- „ cultatibus interdum operam dedi. Epigrammata „ quibuscumque Nobilibus, præsertim doctis Viris „ mittens, qui meum ingenium, quod in juvene fer- „ veret, mirabantur. Majorem Epigrammatum par- „ tem amisi, nam in scrinio fervare non curaram: „ fortassisque ex illis aliqui sibi gloriam parant, cum „ pro suis edunt: Magistros habuit Mediolani Jo- „ annem Antonium Vicecomitem, quem vocat Poë- „ tam facundissimum, modestissimumque, necnon „ Consilii Justitiæ Secretarium, & Cancellarium, „ Presbyterum etiam Joannem Besanam Eccle- „ siæ Sancti Joannis, ad Murum vulgariter dictæ, „ Rectorem, penes quem Auctor noster domicilium „ habuit, & ab ipso, cum aliis in Sacram Melodiam „ edoctus est. Alias ameniores litteras à Jacobo Porro „ didicit, in quibus ita excelluit, ut ipse poësim inde „ docuerit tres liberos ejusdem Vicecomitis, atque „ duos fratres Porri supradicti. Grassante Peste in „ hac Urbe, ad locum Quinti nomine se contulit,

A ibique Miracula Beatissimæ Virginis scripsit Carmine heroico, ad calcem cujus libri sic legitur: „ Finis „ Miraculorum, quæ in domo Domini Jacobi Porri „ Civis Mediolanensis clarissimi, & cui multum de- „ beo, incepti, & mediam eorum partem perfecit cum „ suos natos, atque Nepotes Cardinalis Novariæ, „ aliorumque Magnorum filios Virorum edoceram: „ Reliquam vero partem in domo Domini Othorini „ Pelizarii in Urbe, partim in rure, quod extra „ Portam Vercellinam ad quintum lapidem est, „ composui: illud enim rus Quintum, sicut Tuscu- „ lum, dicitur. Inde iter suum Romam versum instituit, „ uti legitur in supradicta Epistola ad Episcopum Bar- „ chinonensem sic: „ Cum enim ex Hispania Romam „ equitans in via me itinerantem reperisses, tuis fa- „ miliaribus adjunxisti, mulam ascendere jussisti, „ Romam duxisti &c. inde ingentia beneficia ab ipso „ accepta diffusè narrat. Primum verò Bononiam pro- „ fectus, ibi clarissimum Philippum Beroaldum agno- „ vit. Deinde narrat se plurima Carmina in dicta Civi- „ tate, sicut & Florentiæ, Viterbii, ac in ipsa Roma „ composuisse, necnon in publico Auditorio recitasse, „ quæ distinctè in dicto libro ipse signat. Faustum ei „ item fuit, quod Antonius Befana, forsan supradicti „ Presbyteri consanguineus, in alma Urbe tunc mora- „ retur, quem ipse vocat: „ Civem Mediolanensem „ nobilissimum, & mihi necessitudine summa con- „ junctum, atque in hac Curia Romana ditissimum, „ magnæque virtutis, & divitiarum Mercatorem &c. „ Nam ejus præsidio librum Miraculorum Virginis ty- „ pis committere potuit, quem Summo Pontifici Xisto „ IV. obtulit. Ex aliis ejus Operibus, agnovi „ Biffum nostrum habitum Clericalem induisse; præ- „ terea anno MCDXCIII. se dicit Ducalem Capella- „ num ad Altare Consolationis in Area Arcis Jovis. „ Fuit etiam Rector Sanctæ Mariæ de Mezago, atque „ Sancti Victoris Capellanus. Beneficium obtinuit „ Sanctæ Mariæ in Ecclesia Sancti Satyri, in qua „ etiam se vocat assiduum rogatorem Sacellarium, & „ Capellanum Ducalem. In quodam suo carmine „ D. Francisco Galassio Archipresbytero Canonice „ Sancti Nazarii inscripto rogat, ut Beneficium supra- „ dictum Sanctæ Mariæ transferretur ad Simonem Bif- „ fum ex sorore nepotem, quod factum fuit. Tandem „ Canonicus ad Altare Assumptionis Gloriosissimæ „ Virginis Mariæ in Templo supra memorato Sancti „ Nazarii anno MDXII. efficitur. Domus, in qua habi- „ tabat, prope S. Andream ad Pusterlam P. Novæ sita erat. „ Hæc de ipso diligenter inquisivi: Scripsit verò

- I. Miraculorum vulgarium Beatissimæ Virginis Mariæ per Joannem Biffum Mediolanensem ex Mezagho oriundum in Carmen heroicum traductio: ad Xistum Summum, Sanctissimumque Pontificem Quartum: in fine sic legitur: *Impressum Romæ, anno Domini 1484. die 11. Martii. Pontificatus Sanctissimi D. N. Xisti Div. provid. Papæ IV. anno ejus XIII.*
II. Epistola ejusdem inclyto Viro D. Joanni Paulo Bosio: extat in eodem libro.
III. Elegia pro gratulatione Purpuræ adeptæ ab Ascanio Maria Sfortia. *Romæ. 1484. in 4.*
IV. Parcarum Promatheus in die natalis Illustrissimi Principis Ludovici, per Presbyterum Joannem Biffum ad Satyri Rogatorem, & Capellanum; Carmen impressum *Mediolani, per A. Z. P. idest Antonium Zarotum Parmensem, sine anno, in 4.*
V. Ad Illustrissimum & Excellentissimum Principem D. D. Joannem Galeatium Sfortiam Vicecomitem Arag. invictissimum Mediolani Ducem, verum Patriæ nostræ parentem, & eximium Poëtarum, Oratorumque fautorem, Presbyteri Joannis Biffi assidui rogatoris, & Sacellarii ad Satyri Epistola cum libello feliciter incipit. In fine: *Impressum M. per Antonium Zarotum Parmensem MCDXCIII. die X. Octobris. Re. Joanne Galeatio Du. Se.* Continet Epigrammata varia ad Viros illustres, atque doctos, inter quos sunt Joannes Jacobus Sclafenatus Parmæ Cardinalis, Franciscus Capitaneus U. J. Doctor peritissimus, cum Epistola latina ad eundem in qua laudatur uti Poëta, & Orator eximius, Bartholomæus Peragallus, Nicolaus Arcimboldus, Gabriel Fontana Pavarus publicus Mediol. Lector. ad quem aliam Epistolam latinam scribit, sicut & ad

- ad Jo. Paulum Bossum supramemoratum. Adest quoque Biffi Oratio in laudem B. Amedei, ex Ordine Minorum.
- VI.** Ejusdem libri Editio altera priori multò auctior, *Mediolani, apud Gottardum Pontium. 1512. die 22. Novembris*: ad Cardinalem Sedunensem Johannem Angelum Arcimboldum. In eodem extant
- VII.** Epistolæ Variæ continentes laudes Arcimboldæ gentis, altera ad Petrum Marryrem Pufferlam Concionatorem, altera ad Hieronymum Moronum Senatorem. Extant ibi etiam in calce
- VIII.** Carmina Italica ejusdem Biffi de Nativitate Christi. In nuncupatoria Epistola testatur se Typis dedisse plura Volumina, & alia habere jam prolo parata.
- IX.** Ad Ludovicum Sfortiam Vicecomitem Carmina septem. *Mediolani, per Antonium Zarotum Parmensem. 1493. in 4.* In ipso extant alia Epigrammata ejusdem Biffi, nempe I. ad Ambrosium Varisium Rosatum Ducalem Medicum, & Astrologum. I. ad Bartholomæum Chalcum, Equitem Auratum, unacum Epistola ad eundem. I. Ad Carolum Barbavaram Ducalem Scribam, & Patritium Mediolanensem, necnon Epistola Biffi ad Carolum, item & Caroli Epistola ad Biffum, data XIV. Augusti, MCDXCIII. ut edat sua Epigrammata: In Epistola vero Biffi ad Barbavaram, se profitetur impressionem intermississe libri, cui titulus
- X.** Enarrationes in Ovidium de Arte amandi, & de Remedio amoris, ut sua Epigrammata, sicut Barbavara optabat, ederet; adest etiam in eodem Andrea Magni Mediolanensis Poëma ad Joannem Biffum.
- XI.** Epigramma in laudem Operis Bonifacii Simonette. Extat in calce editionis ejusdem ad annum 1492.
- XII.** Joannis Biffi Sacerdotis Mediolanensis Epistola magnifico, ac generoso Viro Joanni Petro Figino, & ejus Liberis, anno MDXI. una cum Carminibus variis ejusdem, & Pauli Verani Poëtæ egregii Mediolanensis Carmen in laudem libelli Joannis Biffi. Legitur etiam alia Epistola Caroli Barbavare data Mediolani die XXVII. Augusti MCDXCVII. in qua Biffum commendat, tamquam linguæ Græcæ peritissimum: Laudat etiam Versus Dominici Macanei, quem vocat Virum doctissimum. Testatur quoque Biffus se plures alias tenere hujus Caroli Epistolas. *Mediolani, per Gotbardum de Ponte. 1511. die 9. Augusti, in 4.*
- XIII.** Epistola Joannis Biffi ad Cardinalem Sedunensem, in qua ait varia olim Volumina varii argumenti à se composita, tum Mediolani, tum Romæ impressa, ac variis temporibus in lucem edita per omnes Italiæ Urbes, & externarum gentium Regiones evolasse, diversis Pontificibus, Principibusque dicata. Plurima etiam sibi in scriniis abdita esse, veluti maturum foetum expectantia. Offert eidem Cardinali secundam editionem Vitarum Sanctorum, quas jam ediderat, sub auspiciis Guidonis Antonii Arcimboldi. Data est Epistola Mediolani die XXIII. Junii, MDXII. in Canonica Sancti Nazarii. Reperiuntur in fine Epigrammata varia Biffi ad Varios, nempe ad Gabrielem Pirovanum Illustrissimi Ducis Medicum peritissimum, ad Franciscum Baldironum, pariter Ducis Medicum, item ad Franciscum Biragum Virum magnificum, & Civem præstantissimum Mediolanensem, una cum Epistola Johannis Baptistæ Scaravagii, Grammatices Præceptorum minimi, ad P. Joannem Biffum Poëtam haud ignobilem, & Oratorem illustrem, data Caravagii die XXII. Februarii anno MCDXCV. necnon ejusdem Scaravagii Epigramma, cum aliis Dionisii Hællii, & Lucini Conagii Civium Mediolanensium in laudem Biffi, omnia uno Volumine impressa *Mediolani, impensa Viri Ven. D. Joannis Biffi Sacerdotis Mediolanensis, titulo Magistri Gotbarði Pontici, ad Sanctum Satyrum: anno Domini 1512. die 15. Septembris. Collata tamen à variis Principibus stipe.* In indice librorum MSS. Francisci I. Gallie Regis Christianissimi, quem clarissimus Saxius vidit, legitur
- XIV.** Joannis Biffi Presbyteri Mediolanensis, & Poëtæ Tractatus de laudibus Domini nostri, missus ad Ludovicum XII. Gallie Regem; de Miraculis Beatæ Virginis metricè, & alia Epigrammata. In Bibliotheca autem Laurentiano-Medicæ Plut. LXV. reperitur Codex n. 37. qui continet Opuscula ut infra, ex Montfauconio Biblioth. MSS. Tom. I. pag. 369.
- XV.** Facetiarum Joannis Biffi Mediolanensis Poëtæ, ad Illustrissimum, & Excellentissimum Virum D. Laurentium Medicum, atque Carmina elegiaca, quæ sunt: Ad Beatam Virginem gratiarum actio. Vita Sancti Martini Turonensis. Vita S. Cæcilie. Vita S. Clementis, & alia ejusdem generis. In fine Carminum Joannis Biffi, Romæ primum,

A

postea *Mediolani impressorum, anno 1512.* quæ editio servatur in Bibliotheca Monachorum Cisterciensium S. Ambrosii Mediolani, extat sequens adnotatio, caractere sæculi ejusdem: „ Biffus hic scripsit „ etiam librum cui Titulus

- XVI.** Servii Honorati Vocabula brevi compendio, cum authoritatibus ipsius Virgilii utilissima pro pueris ad disputandum; erant autem ea vocabula ordine alphabeti digesta, ut singulis litteris, singuli libri inscriberentur hoc modo: „ De littera B. liber secundus incipit. Hunc libellum porro Petro Guerrino dicavit Biffus.
- XVII.** Donatellum etiam edidit pro lingua latina pueris tradenda, quem Archiepiscopo Mediolanensi Arcimboldo dicavit, in 4. sine anno, & Typographo. In fine ejusdem leguntur alia Carmina Biffi nostri. Videndus Cl. Saxius in Hist. Typograph. Mediol. atque Abbas Picinellus in suo Athenæo pag. 291.

B

C C X X.

BIFFUS JOANNES AMBROSIUS.

C

Optimè Abbas Picinellus Joanni Ambrosio Biffi tribuit Alciati Emblemata, in quo visitur Juvenis, qui ad astra anhelat, sed pondere pedibus affixo misere est detentus, nam & à Parentibus Joannes noster, & à paupertate litteris abstractus, solis ingenii sui viribus ad Parnassi verticem, ut optaverat, evolare non potuit, & victum sibi comparandi gratia, summo cum mæore Musæum distrahere coactus fuit. Tandem è Patrio Coelo Lovanium adscitus, ibi Italicæ linguæ Magister efficitur, uti narrat Hieronymus Borferius, qui & Scriptoris nostri Musæum supradictum, & specimina plura pro suo Theatro efformando se aquisivisse testatur; multa nihilominus Auctoris nostri ingenii monumenta supersunt, videlicet:

C

- I. La risorgente Roma, sopra le Imprese di Costantino il Grande, Canti XIII. in ottava Rima. *Milano, presso il Como. 1611. in 12.*
- II. Varii Poëmi.
- III. L'Adda, Poema nelle glorie del Conte Francesco d'Adda.
- IV. Opuscoli varii d'Ericcio Pureano, traddotti dal Latino in Italiano.
- V. De Nei, Discorso di Lodovico Settala, traddotto dal Latino nell'idioma Italiano.
- VI. Discorso sopra il fuoco perpetuo delle Vestali.
- VII. Instituzione delle antiche Dignità.
- VIII. Consiglio sopra la cognizione delle Anticaglie.
- IX. Un Trattato di varie Erudizioni. Utinam & Ghilinus in sui Theatri parte II. & Hieronymus Borferius in sui Supplementi cap. XII. & Picinellus in suo Athenæo pag. 256. nobis aperuissent ubi aut impressa, aut MSS. supradicta reperiantur, nam ego præter I. nullum alium vidi, nisi etiam, id quod asserit Comus Impressor in sua ad Lectorem Epistola ad calcem libri cui titulus: Varron Milanens; idest, quod Opera Joannis Ambrosii Biffi sint
- X. Le spiegazioni dei Vocaboli Milanesi, in supradicto libro esistenti.
- XI. Carmina Italica plura: extant in libro, cui titulus: Le Muse Toscane di diversi nobilissimi ingegni da Gerardo Borgogni raccolte. *Bergamo, per Comino Ventura. 1594. in 4.*

D

E

C C X X I.

BIFFUS RUGLERIUS.

Ruglerius Biffus memoratorum pluries Statutorum Patriæ Revisor & ipse fuit. Anno MCCC-LVIII. die XXIX. Januarii, tanquam unus è Judicibus Venerandi Mediolanensis Collegii, favore Antonii Vignati Laudensis Optimatis, in controversia Feudi Castri, & Plebis Turani Sententiam adversus Brutium Vicecomitem Luchino Mediolani Principe genitum, & Laudæ Dynastam pronunciavit; de qua rogatum fuit Instrumentum anno, & die quibus supra per Joannem Ongaronum publ. Mediol. Notarium. Inter Nobiles J. Consultos Coll. hujus Urbis ad-

adscriptus fuit anno MCCCXLVIII. moritur verò anno MCCCLVIII. Nil habemus de ipso præter jam dicta, scilicet:

- I. Statuta Patriæ Mediolanensis revisa, & ordinata.
 - II. Sententia lata adversus Brutium Vicecomitem &c. ut supra.
- Observandi sunt Defendens à Lauda in Discurs. X. Historic. Civit. Laud. pag. 503. Fannian. in Famil. Biffa, MS. atque pluries laudatus Sironus art. 36.

CCXXII.

BIGAROLUS JOANNES BAPTISTA.

Joannes Baptista Bigarolus Patria Mediolanensis, ex Familia verò Papiensi oriundus, anno MDCXLII. Clericus Regul. S. Pauli effectus est. Philosophicis, & Theologicis disciplinis excultus, inde Sacris Concionibus vacans, Verbum Dei in multis Italiæ Urbibus magna cum laude disseminavit. Sed ætate succrescente infirmiori valetudine præpeditus, munus Concionatorum deposuit. Obiit Præpositus Collegii Ticinensis anno MDCXCV. Scripsit, & edidit uno Volumine Sacras Conciones titulo subsequenti, sub auspicijs Leopoldi Augusti.

- I. Prediche Quaresimali. Milano, per Francesco Vigani. 1686, in 4.

CCXXIII.

BILLIUS, five de BILLIIS ANDREAS.

DE Andrea nostro paucis verbis me expediam, postquam Clarissimus Muratorius in T. XIX. Rerum Italicarum Scriptor., ex professo, & abundanter differuit in Præfatione Historiæ Auctoris nostri præfixa; libenter igitur Lectorem meum ad ipsam remitto, & tantum addo, quod Philippus Vicecomes Conversani Episcopus, atque ejusdem Religionis Eremitanæ Sancti Augustini alumnus, uti & Andreas Billius, in accuratissimo ejus MSto cui titulus: de Conventu Sancti Marci, notatum reliquit sicuti egomet inspexi, Andream nostrum vocatum fuisse alterum Augustinum, atque litteris ita præditum, ut triginta tria Opuscula confecisse scribat, quod penè miraculo adscribitur, nam adhuc juvenis obiisse fertur Senis, anno MCDXXXV. sepultusque ibi in Sancti Augustini Templo, dum Vicarii Generalis suæ Religionis munus gerebat. Amplum Elogium ei texuit Johannes Schipoverus Westphalus, & ipse ex Eremitarum Augustinianensium familia in suo Chronico de Arci-comitibus Oldemburgicis anno MDIV. scripto, atque inter Rerum Germanicarum Scriptores à Meibomio editos in T. II. relato his verbis: „ hic tam universalis Homo „ fuit, ut Græcam, Hebraicam, Latinamque lin- „ guam haberet optimè cognitam. Hic è duabus „ primis in nostram multa traduxit, & in Arte „ Oratoria alter Cicero, in Philosophia secundus „ Aristoteles, in Theologia Patris sui Augustini „ pedisequus, perfectus erat. Quæstiones de Ani- „ ma, Interpretationes Evangeliorum, Longobar- „ dorum, & maximè Mediolanensium historias, & „ alia multa aptè, & distinctè composuit &c. De „ istius magni Viri doctrina testis etiam Patria mea „ charissima fuit, dum anno MCDXXXII. in ipsa „ Regens sui Conventus extitit, atque Concilio Flo- „ rentino interfuit anno MCDXXXIV. à Jacobo „ Philippo Bergomensis homo scientia, & opere „ divinus appellatus. Quid plura? Nobilissima „ Billiorum Mediolanensis Familia, cujus antiquissi- „ mum Sepulcrum usque hodie visitur in S. Guilielmi „ Sacello, Ecclesiæ Sancti Marci hujus Urbis, & „ quod ante elatum denuo pavementum in area „ Presbyterii extabat, jure meritò gloriari potest de „ hoc Andrea omni ævo memorando. Nos Opera illius

hic exhibemus, servato tantum ordine, quo ipsa præ manibus habuimus, & deinde cætera sicuti ab aliis relata:

- I. Historia Fratris Andree Billii Patriæ Mediolanensis, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, in novem libros digesta, ab anno MCDII. usque ad annum MCDXXXI. nunc primum, prodit è Manuscripto Codice Pergameno Bibliothecæ Ambrosianæ, cum duobus alijs Manuscriptis Codicibus, uno Novariensi, & altero ornatissimi Viri Comitit Caroli Pertusati collata. Extat in Murat. Rer. Ital. Script. Tom. XIX. pag. 1.

Variantes lectiones ex quatuor MSS. summo cum labore, egomet hauri; ad calcem verò Codicis Ambrosiani, qui est antiquior, litteris rubro-nigris in Pergameno scriptus, ita legitur: *Siluit postea ab Opere, quia mortuus est. Thomas Curtius Presbyter Mediolanensis transcripsit hoc Opus, & id expedivit XVI. mensis Maji MCDLXXII.* Idem Opus servatur MS. in Bibliotheca Vaticana, duobus Codicibus n. 1298. & 5297. ex Montfaucon Biblioth. Bibliothecarum MSS. Tom. I. pag. 119. Impressum est etiam in Volumine IX. Parte VI. Antiquitatum Italicarum Grævii: servatur & in Bibliotheca Fratrum Marchionum Vicecomitum, in Pergameno litteris, atque miniaturis deauratis exornatum.

Abbas Picinellus Opera quam plurima istius Auctoris protulit, quæ assererat MSS. servari in Bibliotheca Fratrum Eremitarum Sancti Marci, sed aut ex ipsis multa periere, aut ea, quæ extant in Ambrosiana, cum ipsis confundebat, nos à Codicibus Ambrosianis incipimus.

- II. F. Andree Mediolanensis Ordinis Eremitarum Beatissimi Augustini Paniscolaria, ad Alphonsum Aragonum Regem adversus schisma Benedicti; extat in Ambrosiana in MS. Codice signato H. n. 117. litteris rubro-nigris, & in Bibliotheca S. Marci.

III. Ad Reginaldum Rhemensem Archiepiscopum de concordia, & meritis Ordinum super generali Indulto Alexandri Papæ V. Extat in Ambros.

IV. De Disciplina Ordinis. Admonitio habita in Capitulo Bononiensi. Ibidem.

V. Admonitio, ad F. Manfredum Vercellensem, de Vita sua. Ibidem.

VI. De Institutis, Discipulis, ac doctrinâ Fratris Bernardini (Senensis) Ordinis Min. lib. II. hic non est in Codice S. Marci.

VII. Ad Barchinonenses de littera H. qua nomen Christi fuerat scriptum. In utraque Bibl. ut sup.

VIII. Sermo de concessione, & translatione Beatæ Monicæ Matris Beatissimi Patris Augustini. Ibid.

IX. Tractatus de Ordinis nostri forma, & propagatione, ad Fratrem Ludovicum Ordinis Eremitarum. Ibid.

X. Querela pacis. Extat in MS. Bibliothecæ Ambrosianæ signato H. n. 66. in fol. à quodam Aloysio de Strata scripto, & ad Conventum S. Mariæ Coronatæ olim spectante.

XI. De pace cum Philippo Mediolanensium Duce componenda, ad Alphonsum Regem Aragonum. Extat ibid.

XII. In Exequiis Jo. Galeazii Vicecomitis Ducis Mediolanensis, Laudatio Funerea. Ibid.

XIII. Pro suscipienda in Bohemos expeditione, ad Jordanem Urfinum Presbyterum Cardinalem. Ibid.

XIV. In Castris Philippi Ducis Mediolanensium Oratio Militaris. Ibid.

XV. Altera Oratio ad eundem Ducem. Ibid.

XVI. Annotationes in Evangelia Quadragesimæ MS. in fol. maximo in Pergameno, pagg. 752., cum miniaturis deauratis; in prima littera, quæ est O, visitur Auctor, super eminentem Cathedram in actu legendi librum, cum Auditoribus Regularibus variorum Ordinum, atque ad calcem primæ pag. adsunt Insignia Billiorum Familis; in fine sic legitur, litteris rubro-nigris:

„ Hic finis libri Annotationum in Evangelia.

„ Quadragesimæ P. B. Andree Mediolanensis

„ Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Deo

„ semper gratias. Amen. Cæpta Bononiæ, pro-

„ ducta Pisæ, completa Senis, nam multa in-

„ tervenere ad annum Millesimum Quadringento-

„ simum, ac Trigessimum Primum; in die Festo

„ Sancti Augustini, quod optaveram; Date

„ laudes, ac preces Deo. Amen. Frater Andree

„ Mediolanensis Cognomine Billiardarum.

„ explicit. Extat in Bibliotheca Cœnobii Sancti

„ Marci Mediolani.

XVII. Sermones ab Adventu usque ad Resurrectionem

Chri-

- Christi. MSS. in fol. max perg. litteris rubro-nigris, ac miniat. deauratis, justæ molis. Extat ibid.
- XVIII.** Primus, & secundus liber Physicorum, cum principio libri tertii. MS. in fol. max. perg. Manu aliena antiqua sic adnotatum est in principio: Scriptum hoc super Physicis, superveniente morte incompletum, fecit Angelicus Doctor Magister Andreas de Billiis de Mediolano. Extat ibid.
- XIX.** Commentaria in Genesim. MS. in fol. perg. pagg. 40. est Codex imperfectus. Ibid.
- XX.** In primum librum Sententiarum. MS. fol. perg. justæ molis. Codex imperfectus, cui aliena manu inscriptum est ut supra. Ibid.
- XXI.** In Metaphysicam Aristotelis Commentaria. MS. in fol. perg. justæ molis cum litteris rubro-nigris, & stemmate Billiorum. Ibid.
- XXII.** Interpretatio Physicorum Aristotelis. In fine sic legitur: Explicit F. B. Andreae Mediolanensis Interpretatio libri Physicorum Aristotelis ex Græca in Latinam linguam. MS. in fol. parvo perg. ab Auctore egregiè scriptus litteris rubro-nigris, & deauratis cum stemmate Billiorum. Ibid.
- XXIII.** Aristotelis liber de Anima, in fine sic legitur Litteris uncialibus F. B. Andreae Mediolanensis nova Interpretatio in tribus libris Aristotelis de Anima, ex Græca in Latinam linguam translatis. Deo item gratias. In principio adest argumentum Operis, atque sequentes Versus Auctoris:
- Virgo pios oculos, mentemque intende benignam;
Supplicibus nam sola malis superes Veneranda;
Usque adeo absorpti pervasis mergimur undis,
Hæremusque rati, si non tua dextra revellat,
Unde sinusque tuos læti gremiumque petamus.*
- Beatissimæ V. M. F. B. Andreas Illiceto. MS. in 4. perg. optimè scriptus cum miniaturis. Ibid.
- XXIV.** Terentii Comediæ à F. B. Andrea Mediolanensi scriptæ in pergamento peregre cum suis variis Commentariis marginalibus, atque variantibus lectionibus interlinearibus. MS. in 4. perg. pag. 180. Ibid.
- XXV.** In libros Evangelicos lib. IV. Ex Draudii Bibliotheca Classica pag. 254.
- XXVI.** In Exhameron. Ex eodem pag. 290.
- XXVII.** De Turcarum origine, Commentarius. Ex Lafor à Varea, & ex Voffio, qui Operi isti titulum dat: Tractatus de detrimento Fidei Orientis, sive de origine Turcarum.
- XXVIII.** Expositio super *Missus est Angelus*, ex Maracii Bibliotheca Mariana pars I. pag. 80.
- XXIX.** Expositio super Canticum *Magnificat*, ex Maracchio, & Aloysio Novarino.
- XXX.** Sermones Festivi de Beata Virgine, ex eodem.
- XXXI.** De Excellentia dignitate Virginis Mariæ. Opusculum insigne, ex eodem.
- XXXII.** De Amore, & magnitudine Crucis, ex Picinello.
- XXXIII.** De non necessario mortis metu lib. I. ex eodem.
- XXXIV.** Historia Longobardorum lib. I. ex eodem.
- XXXV.** Exordia super practica Rethorices, ex eodem.
- XXXVI.** De Arte dicendi lib. III. ex eodem.
- XXXVII.** Orationes, & Epistolæ lib. II. ex eodem.
- XXXVIII.** Grammatices, sive de octo partibus Orationis lib. VIII. ex eodem.
- XXXIX.** In Aristotelem de Cælo & Mundo, ex eodem. Videndus igitur Picinellus in Athenæo pag. 28. Philippus Bergom. in supplem. Chron. lib. XV. Scriptores Augustiniani, Possevinus in Apparatu, Carisius, alique.

C C X X I V.

BILLIUS JOANNES BAPTISTA.

Joannes Baptista Billius Mediolanensis Vir nobili Familia ortus præclarissimos mores cum virtutum splendore conjugens dignus habitus est, qui defuncto Guilielmo Bastono Civi suo Episcopo Papiensi succederet. Ad eam Cathedram assumptus est à Paulo V. Pontifice anno MDCIX. die XIX. mensis Januarii, & Pallio, cujus usu Ticinenses Antistites in gratiam Sancti Enodii, (de quo infra erit dicendum) Apostolicæ Sedis Privilegio sunt insigniti; à Cardinali Andrea Peretto exornatus est. Sibi

Tom. I.

A commissum gregem vigilantissimè rexit annos circiter octo. Fato functus est anno MDCXVII. Scripsit:

- I. Epistolas plures ad Cardinalem Fridericum Borromæum, quæ extant MSS. in Ambrosiana in Collectione Epistolarum ejusdem Friderici.
 - II. Constitutiones novas factas in Synodo Diocesana Papiensi celebrata anno MDCXII. Papis, apud Petrum Bartoli. 1612. in 4.
- Agit de eo Ughellus in Papiensibus Tom. I. Ital. Sacræ.

C C X X V.

BIMIA BENEDICTA.

IN suburbio Oppidi Varisii, cui nomen Bimium superius, orta est Aloysio Bimio patre Benedicta, quæ in ipso juventutis flore Mundi oblectamenta despiciens, licet à nobilissimis adolescentibus ad nuptias expetiretur, clam parentibus ad Montem Varisio imminentem, ubi Deiparæ Virgini dicatum Templum magno populorum undique confluentium concursu frequentatur, secedens, Beatis Virginibus Catharinæ, & Julianæ ibidem Domino famulantibus comitem se adjunxit, nihil verita saxorum, & specus horrorem, in quo annos integros quinque cœlestem potius, quàm mortalem vitam traduxit. Inde anno MCDLXXVI. egressa die X. Augusti Monasterium in eo Monte constructum adiit, ibique sacro suscepto habitu paulò post Antistita communibus suffragiis constituitur. In eo munere mirum qua vigilantia sibi creditas Christi Sponsas custodierit, quibus curis Cœnobii census auxerit, quibusque novis molitionibus Ædes sacras ampliaverit. Cum autem plurimum eloquentiâ valeret, non solum Monialibus, sed & laicis hominibus cœlestibus monitis vitæ præcepta sæpe tradere consueverat. Eam quoad viveret Leo X. Pontifex Maximus Monasterii præfecturam tenere jussit Diplomate dato Romæ die XVII. Martii MDXIII. Meritis tandem, atque præclarè gestis illustris migravit in Cœlum die XIX. Januarii MDXIX. Scripsit:

- I. La Vita della B. Giuliana Monaca nel Monistero di Sancta Maria sopra il Monte presso Varese. Eam Manuscriptam esse in Ambrosiana testatur Picinellus in Athenæo pag. 78. Illam tamen ego non vidi. Acta Benedictæ conscripsit Casar Tettamantius in libro suo, cui titulus: Historia del Sacro Monte sopra Varese, Milano, per il Pontio, e Piccaglia. 1614. in 8.

C C X X V I.

BIMIUS FRANCISCUS.

Nunc relatis tantæ Virginis, quæ extant, Monumentis, ad Viros Bimios transeundum est, quorum eruditio, atque doctrina Familiæ suæ vetustatem decorarunt. Primus omnium occurrit Franciscus Bimius ignotus Picinello, cæterisque de Bimiorum Gente scribentibus. Illud tamen dolori nobis est, effugisse diligentiam nostram eruditi hujus Genitores, & Acta; hoc enim tantummodo scire licuit ex infra laudando ejus Opere, vixisse Franciscum sæculi superioris initio, tunc cum Federicus Borromæus præclarissimus ille Cardinalis, & Doctorum Virorum Mœcenas incomparabilis Mediolanensem regebat Ecclesiam, & anno MDCXIV. in perinsigni Basilica S. Ambrosii Canonici officio functum fuisse.

In Ambrosiana Bibliotheca Codicem reperi MS. in fol. signat. D. num. 104. hoc titulo

- I. La Storia della Genealogia degl' Illustrissimi Vitaliani Borromei di Milano. In Codicis fine sic legitur: Scritta da me Francesco Bimio d'ordine dell' Illustrissimo Sig. Cardinale Borromeo alli XXV. di Marzo MDCXIV.
- Aliud ibidem servatur hujus Voluminis exemplar pariter in fol. signat. D. num. 44.

CCXXVII.

BIMIUS JOANNES BAPTISTA.

Joannes Baptista Bimius Matthæi celeberrimi Collegiati Physici Mediolanensis, cujus inferius recurret memoria, & Catharinæ Castillionæ Conjugum filius, Vir acrimo ingenio, præstanti judicio, insigni eruditione præditus, studiis, quæ humaniora appellantur, exornatus, Philosophiæ se totum dedit, & optimarum artium culturâ emicuit. Laureâ in Medicina susceptâ in Ticinensi Academia, ibidem per annos aliquot facultatem ipsam publicè docuit. A Carolo V. Augusto Equitis, Comitibus, ac Proto-physici dignitate, necnon aliis magnis honoribus auctus, Romam à Pio IV. satis uberi stipendio constituto accitus, intimus sibi, primariusque Physicus constitutus est. Eo in munere tanta cum laude vixit, ut illum Pontifex apprimè dilexerit, maximis donis atque dignitatibus exornaverit, & Urbis Archiatrum constituerit. In rebus gerendis singularem prætulit integritatem, atque prudentiam, earumque virtutum gratiâ ejus consiliis non rarò in arduis negotiis usus est Pius. In ægrotantibus præsertim pauperibus curandis humanissimus fuit, & in arte Physica, maximè in prognosticis pronuntiandis excelluit, ideoque Principibus, & illustribus Viris acceptus. In Oppido Varisensi sumptu ingenti elegantissimas Ædes excitavit, in quibus sæpius Proceres nobilitate, & dignitatibus claros splendido suscepit hospitio. Animam emisit anno salutis MDLXVI. atque in Insigni Beatæ Virginis Deiparæ Templo, quod in Monte apud Varisum frequenti populorum concursu colitur, tumulatus est, ubi in ejus, atque Avorum laudem Joannes Petrus Bimius Elogium marmori incisum apponendum curavit, quod in Paulo Bimio loco suo recitabimus.

Plura Typis tradenda elaboraverat, quæ ad nos non pervenerunt; eorum tamen titulos posteris servavit Gothardus Reyna in Epistola præfixa Consultationibus legalibus Joannis Petri Bimii Auctoris filii in editione Veneta Damiani Zenarii anno MDLXXXVIII. quam integram exscripsit Curtius in libro, cui titulus: Notizie storiche intorno a' Medici Scrittori Milanesi, pag. 86. Ea sunt:

- I. Paradoxa Medica in Palatino Gymnasio coram Duce Francisco Sfortia disputata.
 - II. Praxis Artis Medicæ. Hanc Reyna hortatur filium, ut in lucem edendam suscipiat his verbis: „Tua est, nunc cura, tuæ sunt partes, ne hæc tanta res delitescat, aut pereat &c.
- Arbitramur ista esse Opera Medica à Moriggia indicata. lib. III. Nobil. Mediol. cap. X. ex quo Picinellus pag. 272. verba mutuatus est, ambo ut plurimum Opera eruditorum indicare contenti nihil tradunt, quod posteros ulterius doceat.

CCXXVIII.

BIMIUS JOANNES PETRUS.

Quidquid hætenus de Joanne Baptista Bimio diximus, multum quidem Lectoribus videri posset, sed maxima tanti Viri laus ex eo, & Margarita Calvasina genitus Joannes Petrus censendus est. Patris virtutes præclarissimus filius æmulatus, primum inter Jurisconsultos in hac Urbe conscriptus anno MDLXXX. Oratoriæ Facultatis postmodum ornamentis claruit. Legalibus quoque studiis tam benè imbutus extitit, ut doctissimus inter Causarum Patronos ætate sua haberetur. Non modica in existimatione Opera ejus Legalia apud Sacræ Romanæ Rotæ Auditores semper fuere, ut frequenter eorum autoritate nitantur tam celebris Ordinis oracula. Obiit anno MDCXXXI. hoc Epigrammate à Francisco Ruglerio lib. II. commendatus.

A

*Explicat implexos Bimii mens enthea nodos,
Sistit & in tuto per vada cæca gradum.
Dixeris hæc sacro deprompta oracula Phæbo,
Non legum interpres, Conditor est Bimius.*

Hujus ingenii lucubrationes fuere:

- I. Confilia legalia Philippo II. Hispaniarum Regi, & Principi Filio nuncupata. Venetiis, per Damianum Zenarium. 1588. 1598. & 1611. Tom. III. in fol.
- II. Vitæ Caroli Borromæi Laudatio brevis, dilucida, & verissima. Mediolani, apud Pontium. 1585. in 4. In eodem Libro extant Carmina Bernardini Sicci, & Antonii Mariæ Carabelli Civium Mediolanensium. Laudatur à Fontana in Bibliotheca Legali, Siton. art. 654. in Athenæo Picinelli pag. 320. & aliis.

CCXXIX.

BIMIUS MATTHÆUS.

B

Matthæus Bimius Equitis Jo. Petri J. C. Coll. & Violantæ Abbatæ Foreræ filius anno MDCXII. & ipse in Collegium Nobilium J. Consultor. Mediol. cooptatus, Cæsareus Comes Palatinus, Regius Consiliarius, Quæstor Magistratus extraordinariorum reddituum; hinc Regius Ducalisque Senator Mediolanen. Provinciæ, mox Cremonæ Prætor, Regens subinde in Supremum Italicarum rerum Consilium adscitus, demum Regis Philippi IV. munificentia Marchio insignis Oppidi Binaschi; Cœnobium Cappucinatorum in Oppido Tradati condidit, & in ejusdem Templo anno MDCXLV. die V. Julii collocavit magnam partem Corporis Sancti Chrysonis Martyris effossam Calari ex Basilica Constantiniana S. Saturnino dicata, cujus meminit Bosca in Martyr. Mediol. ad diem XXVI. Sept. & in Notis ibidem. Varisii etiam suo ære Scholas, Collegium, & Ecclesiam Patribus Societatis Jesu erigi curavit ex testamento. Extat ejusdem mnemofnon in sacello gentilitio Templi D. Victoris ad Corpus Mediol. hisce notis incisum:

C

MATTHÆI BIVMII
MENTEM AC NOMEN
INNATÆ DOTES AQVISITÆ OPES
DOCTRINÆ MVLTIPPLICIS
SAPIENTIAE MIRABILIS
VIRTVTIS SINGVLARIS FIRMARVNT
PROBARVNT ORNARVNT
DIVIS DEIPARÆ DEO
PIETATEM
DONARIA SACELLA AEDES
TEMPLA TESTANTVR
I. C. MEDIOLANENS. COLLEGIVM
SVSPEXIT

D

CLIENTES AC IVDICES MIRATI SVNT
COM. PALATIN. CAESARIS AVLA VOLVIT
DISERTISSIMVS ORATOR CALAMO
ET LINGVA PRIVATIM SEMPER
ET PVBLICE FREQVENTER
ETIAM AVGVSTAE OSTENDIT
REG. CONSILIARIVM QVAESTOREM
SENATOREM

E

TANDEM AD CATHOLICAM CVRIAM
IN SVPREMO ITALIAE REGNO EVOCATVM
NE TANTIS TITVLIS DEBITA DEESSET
CORONA
MORS ACERBA AETATIS ANN. LVI.
MATVRA MER. MARCHIONEM INVENTVM
XVI. SEPTEMBRIS ANNO MDCXLVI.
EXTINXIT
HIPPOLYTVS CASTILLIONAEVS
COLLEG. MEDIOL. PHYS.
ET COMES PALATINVS
EX TESTAMENTO
ET SENATVSCONSVLTO EXECVTOR
VT AETERNÆ MEMORIAE VIVAT
HIC INSCRIPSIT LABENTE ANNO EODEM.

Hæc

Hæc de tanto Viro exhibeo :

- I. Oratio in funere Augustis. Hispaniar. Reginae Isabella Borboniæ dicta die Jovis XI. Kal. Januarii MDC XLV. *Mediol. apud Malatestas*, in 4. quæ Italicè necnon Hispanicè denuo recusa fuit.
- II. Allegationes plures apud Archintos, Solivetam, Benaliam, &c.
- III. Vota Fiscalia apud varios J. C.
- IV. Carmina Latina atque Italica, extant in Libro, cui titulus in Laurea Antonii Ferni: Collectore Paulo Bellono. *Papia. 1610. in 4.*
Extat ejus Elogium inter alia Excell. apud Infubres Supremi Senatus Jacobi Philippi Terzagi. *Impr. Mediol. 1638. apud Rollam.*
Ex Picinello pag. 416. Sitono pag. 194. art. 822. & schedis P. Berettæ.

C C X X X.

BIMIUS PAULUS.

Paulus de Bimio Johannis J. C. Coll. filius, ex LX. patriæ Decurionibus, ingreditur & ipse in Collegium Jurisconsultor. Nobil. Mediol. anno MCDIII. Primarius juris Interpres in Universitate Patavina, à Philippo Maria Vicecomite Legatus ad Martinum V. Pont. Max. à suorum Collegio ad Brandam Castillionæum S. R. Eccl. Cardinalem tunc Imperialem Locumtenentem, & ad Archiepiscopum Mediolanensem Jo. Vicecomitem gratulationis causa missus, Oratoria, Poëticaque facultate præstantissimus, obiit anno MCDXXII. atque hujus præclarissimi Viri gesta fusius sequens memorat cenotaphium, quod in Ecclesia Colleg. S. Mariæ in Monte apud Varisum conspicitur :

PAVLO BIMIO SAPIENTISS. I. C.
IOANNIS FILIO COLL. MED. I. C. AMPLISS.
PATAVII PVB. LEGVM INTERPRETI
IMPERIALI VICARIO
VERONAE MODERATORI
AD MARTINVM PONTIFICEM V.
E CONCILIO CONSTANTIENSI PAPIA
TRANSEVNTEM
NOMINE DVVIS PHILIPPI MARIAE
VICECOMITIS
VNIVERSI CLERI AC POPVLI
PRO CONSECRATIONE ARAE
METROPOLITANAE LEGATO
SIGISMVNDI IMPERATORIS FAMILIARI
NOBILI POETAE
AC PERFECTO ORATORI
IACOBO PROAVO OMNI LITERARVM
GENERE PERPOLITO
EIVSDEM COLL. I. C. CELEBERR.
AC PAVLI NEPOTI NON DISSIMILI
MATTHAEO AVO
VIRO NON SOLVM ELEGANTIA MORVM
VERVM ETIAM FIDEI
ET VITAE INTEGRITATE INSIGNI
IO. BAPTISTAE PATRI PHILOSOPHO
SVMMO INGENIO
ET EXQVISITA DOCTRINA
EQVITI COMITI PROTHOPHISICO
CAESAREO
NEC NON PII IV. PONT. MAX.
PRIMARIO PHYSICO
ADEO EXCELLENTI VT DIVINVS POTIVS
QVAM HVMANVS HABERETVR
ADEO IN EXPLICANDIS NEGOTIIS
PRVDENTI VT SAEPIVS ETIAM
IDEM PONTIFEX EIVS CONSILIO
IN ARDVIS VTERETVR
IO. PETRVS COMES ET EQVES PIVS
AC. COLL. MED. I. C.
AD MAIORVM SVORVM MEMORIAM
RENOVANDAM
ET PATRI CVIVS OSSA HIC HVMANTVR
SIBI LIBERISQVE SVIS
H. M. P.

A

Quæ reperi de ipso accipiat Lector :

- I. Pauli Bimii Juris Consulti Orationes & Poëmata ex antiquissimo ejus libro decerpta nunc primum edita. *Mediolani, apud Marcum Tullium Malatestam. 1612. in 4.*
- II. Pauli de Bimio Oratio latina, ad Martinum Papam V. extat in MS. Codice Bibliothecæ Ambrosianæ, signato D. n. 116. in fol.
- III. Collatio ad Reverendissimum Dominum Brandam de Castillione pro parte Collegii Mediolanensis. *Ibidem.*
- IV. Sermo eruditus in die sacre solemnitatis Joannis Vicecomitis anno 1489. *Ibidem.*
- V. Carmina ad Pandulphum Malatestam Mediolani Gubernatorem. *Ibidem.*
- VI. Carmina pro æquanimitate vitæ. *Ibidem.*
- VII. Epistola ad Thomasinum de Fano ejus discipulum. *Ibidem.*
- VIII. Epistola metrica ad Sigismundum Cæsarem. *Ibidem.* Omnia singillatim describere optimè duxi, nam non ex integro impressa sunt in libro n. I. supradicto, neque accurate, atque fideliter, uti in MS. Vide Siton. pag. 78. artic. 105. Picinellum pag. 449.

B

C C X X X I.

BIMIUS PAULUS HIERONYMUS.

Hunc Virum mihi humanissimum, & cognovi, & summa cum voluptate pluries secum versatus sum, nam non solummodo in rebus Medicis, verum etiam in aliis disciplinis, præclara eruditione præditus erat. Vivebat adhuc dum sæpè laudatus Curtius Opus suum elaborabat de Medicis Scriptoribus Mediol. atque in ipso legitur, Bimium nostrum parentes habuisse Carolum Antonium, & Hieronymam Carcanam, celebresque duos Magistros alibi à me laudatos, atque laudandos, Carolum Ambrosium nempè Cattaneum, atque Thomam Cævam, ambos è doctissima Societate Jesu. Papiæ Medicinam didicit à Siro Friggio, Petri Francisci celeberrimi Operum Hippocratis Commentatoris filio, ibique donatus laurea, Collegium Physicorum Mediolanensium ingressus est anno MDCXCIV. Nunquam studia intermisit, etsi pro eo in morbis curandis Magisterio continuo quæreretur, & quod plus est, studiorum amori, singularem adjunxit erga Superos pietatem. Obit anno MDCCXXXI. & in Templo Sancti Hieronymi PP. Societatis Jesu apud Proavos jacet. Hic est ejusdem Lucubrationum Elenchus :

C

D

- I. Prognosticorum, & Aphorismorum Hippocratis felix recordatio à Paulo Hieronymo Bimio Physico Collegiato Mediolanensi, & hoc anno in Sanitatis Illustrissimo Tribunali altero ex Conservatoribus, relata in memoriæ beneficium, pro ingenuis Medicinæ Tyronibus. *Mediolani Typis Heredum de Ghisulphis. 1696. in 4.*
- II. Encomiasticon lucis, live profusa lucis encomia in physiologicis Medicinæ novæ fundamentis è veterum tenebris erutis, atque Cultro Anatomico, Autopsiæque caractere confirmatis &c. Epistola data pridie idus Augusti anno à partu Virginis. 1701. per Marcum Antonium Malatestam, in 8. ad insignem Physicum Venetum Ludovicum Testi.
- III. Apparato Poetico Sacro della Chiesa di S. Eustorgio di Milano in occasione degli Ossequii prestati a di V. Giugno MDCCVII. da S. A. S. il Sig. Principe Eugenio di Savoia a' Sagri Corpi di S. Eugenio Vescovo, e de' SS. Vittore, e Corona Martiri. *Milano, per Marc' Antonio Pandolfo Malatesta. 1707. in fol.*
- IV. Scrutinio Teorico pratico di Notomia, e Cirurgia antica, e moderna, Dedicato agl' Illustrissimi, e Reverendiss. Sig. Priore, e Deputati del Ven. Spedale Maggiore di Milano. *Ivi, presso il Malatesta. 1712. in 8.*
- V. Naturalezza del contagio bovino. *Milano, per il Malatesta. 1712. in 12.*
- VI. Manuale d'avvertimenti, cautele, e remedj preservativi, e curativi della corrente Epidemia Bovina disposte a comune beneficio. *Milano, per il Malatesta. 1712. in 12.*
- VII. Carmen Latinum, five Hymnus ad Jesum Nascen-tem. Extat in eodem libro.

VIII.

- VIII. Discorso sopra il lucimento della carne lessata .
Milano, presso il Malatesta. 1716 in 8. de hoc libro nobis erit denuo dicendum in Ignatio Carcano.
- IX. Hecatombes Lyrica, qua novissima Divina Mysteria, & Sanctorum merita recoluntur, præcipue Sanctorum Sacrarum Religionum Fundatorum, quarum in hac Mediol. Diœcesi extant Monasteria, & plurium Sanctorum, quos Ecclesia Mediol. celebrat, & pia devotio veneratur. Auctore Paulo Hieronymo Bimio Physico Collegiato Mediolani, Comite, & Equite Pontificio, Cæsareo, ex Conservatoribus Illustris. Sanitatis Tribunalis. Dicata Eminentissimo Domino Domino Benedicto S. R. E. Cardinali Odescalco Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Metropolitana Archiepiscopo. *Mediolani, Typis Hæredum Dominici Bellagatta. 1722. in 8.*
- X. Examina d'alcuni canelletti chiliferi, in 8.
- XI. Moyse Philosophus. MS.
- XII. Institutio Medica stricta, & soluta Oratione. MS.
- XIII. Compendiosa medendi methodus. MS.
- XIV. Sitema novum de Febribus. MS.
- XV. Tractatus Angeologicus de sanguinis circulis. MS.
- XVI. Circulus sanguinis annuus. MS.
- XVII. De Fermentis Chilificationis, & Sanguificationis. MS.
- XVIII. De diebus Criticis. MS.
- XIX. De Urinæ separatione. MS.
- XX. De Alvina evacuatione. MS.
- XXI. De Medica Anatome, cum Prælectionibus. MS.
- XXII. Hippocratis felix recordatio recudenda cum Commentariis. MS.
- XXIII. Sacer Hymnorum apparatus. MS.
- XXIV. Orationes plures pro variis Medicis laureandis, aut in Collegium cooptandis, partim editæ, partim MSS. Quæ omnia Anecdota servantur apud Suos.
- Ex Bartholomæo Curtio pag. 260., & ex Epistola Lazari Augustini Cottæ, ad ipsum Curtium scripta pag. 277. 278., & ex Diariis Litterat. Italic. T. II. & T. XIII. pag. 479.

C C X X X I I.

BINAGUS LAURENTIUS.

Architectonicam Artem æquè, ac Virtutum omnium ad Religiosum statum pertinentium culturam suspicimus in Laurentio Binago Mediolanensi. Regularium Clericorum in Congregatione Divi Pauli Decollati institutum amplexus anno MDLXXIV. sic pietati addictus fuit, ut tamen Architecturæ studiorum nunquam oblivisceretur. Quantum in ea præcelleret, ab eodem delineata Ædificia posteritati admiranda testantur. Hæc inter memoratur Divi Alexandri Templum in hac Urbe, quod colunt ejusdem Congregationis Viri Religiosissimi. Superfunt apud eos scripta, & Graphicæ Tabulæ ejusdem Binagi manu delineatæ, è quibus primo aspectu Auctoris peritiem facile capere possunt intuentium oculi. Neque tamen Italiæ tantum innotuit tanti Hominis meritum, sed cum in Hispanias operum ejus fama longè latèque diffusa esset, Catholicus Rex Philippus II. inter aliorum Typos illum Laurentii nostri selegit, cum de magnificentissima Æde, quam l'Escuriale appellamus, excitanda ageretur. Obit Mediolani in Collegio S. Alexandri die XXIV. Aprilis MDCXXIX.

- I. MSS. plures ad Artem Architectoriam spectantes, extant in Biblioth. Clericor. Regular. S. Pauli Mediolani. Meminerunt Barellius Tom. II. & Bosca de Bibliotheca Ambrosiana.

C C X X X I I I.

de BINASCO GANDULPHUS.

Beatus Gandulphus de Binasco Mediolanensis, ex Ord. Minorum Conventualium S. Francisci, suo tempore Concionator egregius, cujus vita semper probata fuit, & mores inculpati, Vir magnæ abstinentiæ, & assiduæ contemplationis, in bona opera perpetuò erat intentus, castitatis

fuit perquam studiosus, obedientiæ constanter, & integrè addictus, paupertate & humilitate facile omnes superabat. Doctrinam Ecclesiasticam moribus ornatissimis illustrabat, divina quoque perfusus sapientia intrinsecus, semper celestibus fruebatur delectationibus. Porrò B. Gandulphus in hoc præcipuus, ut incenderet corda, & commoveret animos ad Crucem Christi bajulandam, qui cùm anno MCCLX. concionaretur in Oppido Policii Provinciæ Siciliæ, obiit die Sabbati Sancti, in Hospitali S. Nicolai, sepultusque in Cathedrali Ecclesia, quia tunc temporis non aderat ibi Fratrum suorum. Conventus, qui postea fuit constructus, concepta jam devotione in B. Gandulphum, vel ab Universalitate, vel (ut aliis placet) à Regina Blanca sub titulo S. Francisci. Corpus ejus ab Incolis præcipua colitur veneratione.

Scriptis :

- I. Volumen Concionum in pergamento in folio, quod testatur se vidisse P. de Pasqualibus in suis notulis ad librum de Ludis Scacchorum. MS. in Biblioth. Sancti Francisci Mediol.
- Agit de eo Petrus Paulus Bosca in Martyrologio Mediolanensi in notis ad diem XIII. Januarii. Octavius Cajetanus Soc. Jesu Tom. II. de Sanctis Siciliæ, qui in animadversionibus testatur, Templum, Aras, & Imagines in Sicilia eidem positas fuisse cum Epigrapha *Sanctus Gandolfus*. Videndus etiam Tuffignanus, qui Vitam ejusdem texuit. Lib. I. pag. 103.

C C X X X I V.

BINASCUS MALACHIAS.

Binæ, vulgò Binasco, Oppidum est notissimum. ditionis Mediolanensis medio itinere Mediolanum inter atque Ticinum. Ultimæ tantum domus ejusdem sunt Agri Ticinensis, ideo plures se deceperunt, Viros quacumque de causâ insignes Binaschi natos ad Ticinensem Provinciam pertinere scribentes. Noster vero, qui fuit Monachus Cisterciensis, nullibi à suis Scriptoribus memoratur; idcirco refero tantum quod de ipso inveni, scilicet :

- I. Breviarium Ordinis sui ampliavit, & supplevit, atque Epistola Latina data ex Monasterio Torcellano mense Decembri MDLXXVIII. dicavit præclaro Viro Cosmo Plantanidæ Cisterciensium Monachorum. Claravallis Abbati maxime Venerando.
- II. Litteræ plures latinæ extant inter Epistolas Francisci Cicerei in Codice MS. Biblioth. Fratrum Marchionum Vicecomitum. Hic Auctor ignotus fuit Armellino.

C C X X X V.

BINASCUS PHILIPPUS.

Philippus Binasco, ut ipse de se testatur, in Oppido Binasco Ducatus Mediolanensis natus est. Ghilinus, qui malè ipsum Papiæ dixit natales habuisse, deceptus videtur à Libri titulo ipsius Philippi, in quo *Gentiluomo Pavese* notatur, sed post mortem. Auctoris editus fuit non bene inspecto loco, ubi ipse asserit primam se lucem vidisse, scilicet Binasco. Ab ipsa ineunte ætate Musarum Studia coluit, in quibus quantum profecerit Opera ejus testantur. Unus ex iis præclarissimis Viris fuit, qui sæculo XVI. in Urbe Ticinensi Affidatorum Academiam instituerunt. In eo cœtu ob virtutis suæ meritum inter primos habitus Endimion vocabatur. Ingruentibus postmodum bellis, Gallisque universam Insubriam ferro, igneque vastantibus, Binasco diu profugus, & bonis omnibus spoliatus, in hostium tandem manus incidit, à quibus diuturno carceris squallore maceratus, tandem liber abire permixsus est. Contracto ex loci, in quo diu captivus fuerat, humiditate oculorum morbo miseram pertulit cœcitatem, quæ Studia

dia ejus tam Poëtica, quam Legalia abruptit. Fuit Præceptor Beatricis Capellæ Venetæ Monialis in Monasterio Pusterulæ in Urbe Ticinensi Virginis eruditissimæ, cujus Carmina extant in lib. cui titulus: „ Ghirlanda della Contessa Angiola Bianca Beccaria „ conteffa di Madrigali di diversi Autori da Stefano „ Guazzo. *Genova, per il Bartoli. 1595. in 4.* Ita asserit Comes Claudius Beccaria in Declaratione Carminum ejusdem Beatricis, quæ ibi extat. Obiit Philippus noster Ticini circa annum MDLXXVI. & tumulatus est in Ecclesia Sancti Theodori, in Saccello à se condito, in quo Distichon hoc legitur:

ALMA DEI GENITRIX BINASCHI LUMINE CAPTI
SUSCIPE DONA, PIO QUÆ TIBI CORDE DICAT.

Scriptit:

- I. Delle Rime parte prima, e seconda. *Pavia, presso il Bartoli. 1588. in 8.* Hanc postremam jam cæcus condidit, & quia certè non omnia in hac Collectione leguntur, quæ sparsim pluribus in libris ego vidi, non incongruum duxi hîc referre ubi de isto non ignobili Poëta Carmina aliqua inveniri possunt.
- II. Carmina Italica, vulgo Sonetti, Sestine, e Canzonum. XLIII. sunt inter ea Affidatorum.
- III. Alia tria Italica extant in lib. cui titulus: Tempio alla Divina Donna Giovanna d'Aragona fabricato da' più gentili spiriti &c. *Venezia. 1555. in 8.*
- IV. Alia in Collectione Gabrielis Joliti: Tom. I. Editionis 1572.
- V. Alia duo in altera Collect. Joliti. Anno 1564.
- VI. Alia Italica in lib. sic dicto: Sesto libro delle Rime di diversi eccellenti Autori, raccolte da Andrea Arrivabene, che sono in seguito di quella del Giolito.
- VII. Alia in libro cui titulus: Rime di diversi nobilissimi, ed eccellentissimi Autori in lode della Signora Donna Lucrezia Gonzaga Martesana. *Bologna. 1565. in 4.*
- VIII. Alia in libro nuncupato: Rime del Gofelini, in 4.
- IX. Aliud Carmen Italicum in Libro inscripto: Mausoleo di Poësie volgari, e latine in morte del suddetto Gofelini. *Milano. 1588. in 12.*
Annibalis Guaschi ad eundem Epistolæ Italicæ quinque extant inter Epistolas Guaschi editas *Mediolani, apud Pontium & Picaleam. 1601.*
Agunt de eo Ghilinus supracitatus in Theatro Part. II. pag. 79. & alii.

CCXXXVI.

BIRAGUS CORNELIUS FRANCISCUS.

Cornelius Franciscus Biragus Nobilis Mediolanensis sæpè laudatam Religionem Minorum Conventualium S. Francisci professus est anno MDCXIV. & quia in eadem plura scripsit sub nomine supradicto Cornelii Francisci, atque alia post etiam ejus egressum, ut infra, cum sola Francisci appellatione Typis demandavit, ansam dedit Abbati Picinello de uno solo Birago duos in suo Athenæo nobis exhibendi. Fuit igitur Scriptor noster sui Conventus Patavini Prior sub anno MDCXX. atque in Universitate Ticinensi publicus Philosophiæ Professor per quindecim annorum spatium summa cum laude ita, ut Sacerdos secularis deinde factus, à Senatu Mediolanensi post Ludovici Septalæ obitum Cathedram in Scholis Palatinis hujus Urbis obtinuerit, ibique plurium Auditorum concursu Ethicam, atque Politicam Aristotelis palam doctissimèque explicaverit. Ei debemus:

- I. Orationes plures in ingressu Studiorum, quæ sunt partim editæ, partim MSS.
- II. Oratio de Laudibus Scientiarum. Ad Cardinalem Federicum Borromæum. *Mediolani, apud Feriolum. 1626. in 4.*
- III. Commentaria, & Quæstiones in libros Aristotelis de Ortu, & Interitu. *Ticini. 1626. in 4.*
- IV. De duplici hominis felicitate objectiva, & formali. *Mediolani, apud Jo. Baptistam Cerrum. 1637. in 4.*
- V. De Generatione, & Corruptione. *Ticini, apud Nigrum. Tom. I.*

1621. in 4. Cardinali Mauritio Sabaudia Principi dicatus.

VI. Predica in lode de' Santi Ignazio, e Francesco Saverio, dedicata a Monfig. Girolamo Melzi Avocato Concistoriale. *Milano, presso il Ferioli. 1622. in 4.*

VII. De Monomachia, sive de Duello. MS.
Sic VVadingus in Catalogo Scriptor. Ord. Minor. littera C. pag. 44. Ghilinus in suo Theatro p. p. Franchinus in Scriptoribus Franciscanis. *Mutina. 1693. in 4. pag. 150., & Picinellus pagg. 152. & 203.*

CCXXXVII.

BIRAGUS FRANCISCUS.

Caduceatoris nomen dedit Picinellus Franciscus Birago Nobili, ac Regio Feudatario Mediolanensi, eo quia & verbis, & scriptis querelas Nobilium Virorum componere satagebat: Adhuc etiam ejus libri in usu sunt apud eos, qui ad paces procurandas, & jurgia tollenda se convertunt, ideo & vivens suorum Civium amorem promeruit, & è vivis ereptus meritò ab omnibus laudatur ob optima Opera typis data, quæ sunt:

- I. Discorsi Cavalereschi per acheter le querele nate per cagion d'onore. Al Presidente Giulio Aresè. *Milano, per il Bidelli. 1622. in 8. e Bologna per il Longhi. 1686. in 4.*
- II. Configli Cavalereschi circa il modo di far la pace. *Milano, per il Bidelli. 1623. in 8.*
- III. Il secondo libro d'essi Configli. *Ivi per lo stesso. 1624. in 8.*
- IV. Cavaleresche Decisioni. *Milano, per il Gbifolli. 1637. in 8.*
- V. Appologia Cavaleresca per Torquato Taffo.
- VI. Dichiarazioni, ed Avertimenti Poetici, Istorici, Politici, Cavalereschi, e Morali nella Gerusalemme conquistata del Sig. Torquato Taffo. *Milano, per Benedetto Somasco. 1615. in 4.*
- VII. Trattato Cinegetico, ovvero della Caccia. *Milano, per il Bidelli. 1626. in 8.*
Laudatur ab Abbate Ghilino in II. parte sui Theatri, ab Abbate Picinello pag. 203. & à Crescimbenio in suo libro: Dell' Eloquenza Italiana pag. mihi 649.

CCXXXVIII.

BIRAGUS LAMPUS, sive LAMPUGINUS.

Vix credibile est, quanto mihi labore opus fuerit, ut de Lampo Birago, qui & Lampuginus ab aliis dicitur, sive Lampugninus, certum aliquid proferrem. Illud autem potissimum pendere me animo cogebat, quod alter Lappus Biragus appellatus, natione Florentinus ipsi coævus fuerit, sub eodem Præceptore Francisco Philelpho eruditus, Latini, Græcique Sermonis peritissimus, & quod magis est qui Dionysii Halicarnassei Antiquitates ex Attico Sermone in Latium transtulit, ut & noster. Accedebat ad tot tantasque difficultates Lampus alter junior, quem infra commemorabimus; similitudo enim nominis, atque Patriæ, unum è duobus conflabat, nisi diligentissimè inspectis Operibus utriusque veritas tandem, auspice Numine, prodiiisset. Lucem nobis attulere Philelphi ipsius Litteræ ad Lampum nostrum, quæ extant in Edit. Venera anni 1502. in fol. ubi sic habemus: „ Lau- „ do bonitatem ingenii tui, qui ætate jam dudum „ ingravescens des Operam Græcæ Litteraturæ. Ex his namque verbis arguo, Biragum Mediolanensem alium à Florentino Castillionchio nuncupato esse, quem Vir Clar. Julius Niger Ferrariensis è Societ. Jesu inter Florentinos Eruditos memorat pag. 343. ille enim trigessimum tertium ætatis annum non excessit; ut supra laudatus Scriptor asserit. His addimus testimonium Petri Crescentii, qui in Amphitheatro sui parte II. MS. extante in Bibliotheca Fratrum Marchionum Vicecomitum, Lampum Biragum Reipublicæ Mediolanensis Principem

cipem fuisse narrat, cum in Francisci Sfortiæ dominationem pervenit; quod confirmat Ripamontius lib. V. Hist. Mediol. his verbis usus: „Præfectus „Rerum Capitalium ad coercendam eam licentiam (Populi scilicet Mediolanensis detrectantis „imperium Francisci Sfortiæ) cum Licetoribus, & „cohorte sua progressus factus in eum impetu protruditur, ægreque evasit. Par discrimen adierat Lampus pugninus Biragus, quem ad tumultum eum inspicendum, sedandumque Magistratus ex Templo „emiserant. Sed quid plura? Clarissimus Sitonus nobis affert in suis Collectaneis Guidonem Patriæ Decurionem, & Catharinam Landrianam Conjuges Lampum istum genuisse. Florebat igitur sæculo XV. & subsequenti initio. Pater Mazzuchellus alibi laudatus agit de hoc Scriptore in suis Schedis, nihil ei tribuens præter Dionysium Halicarnasæum latinitate donatum. Cum vero, ut jam innuimus, hoc idem præstiterit Biragus Florentinus, cuius Opus impressum est Tarvisii anno 1480. & forsitan etiam hæc est secunda editio, nam cum ipsa Summo Pontifici Paulo II. dicata sit, jamque ipse obiisse anno MCDLXXI. monemus Lectores optimos, traductionem Biragi nostri, quæ MS. in Ambrosiana omni qua potuimus diligentia inspecta est, ab ea toto cælo distare, & in ipso statim, ut ajunt, limine alium Auctorem præferre; præsertim cum in hoc Codice non Lappus, sed Lampus Biragus aperte legatur. Mirum sanè non videtur, duos Philippi discipulos, Præceptore, ut credimus, hortante, idem argumentum tractasse; sed quæ est rerum humanarum varietas, Florentinus ad umbilicum perduxit Opus suum; Mediolanensis vero primum tantum librum transtulit, aut nobis ille unice superest. Præter hoc, alia nos invenimus, quæ hîc cum eo recensemus:

- I. Dionysii Halicarnasæi Antiquitatum liber primus latinitate donatus. Extat MS. in Biblioth. Ambros. in Cod. in 4. sign. S. n. 65.
- II. Xenophontis Opera ab ipso in Latinum è Græco translata, ut infra.
- III. Præfatio in Xenophontis libros ad Borsium Ducem Mutinæ, ac Regii &c. Extat MS. in fol. Ambros. supradictæ Cod. sign. H. n. 91.
- IV. Epistola latina ad Candidum Decembrium, cui mittit suam Orationem in laudem Pontificis, dat. Mediolani XXVI. Augusti MCDLVIII. ut super eam iudicium suum rescribat. Extat inter Epistolas MSS. Decembrii in Biblioth. Ambros. de quibus dicturum sumus etiam alibi.
- V. Altera Candido Decembrio latina, in qua narrat se traduxisse Opera Xenophontis è Græco in Latinum, ut diximus. Dat. anno MCDLX. Extat ibidem.
- VI. Stratagemata adversus Turcas. MS. in 4. Extat in Regia Taurinensi. Ex Montfaucon Biblioth. Bibliothecar. MSS. T. II. pag. 1395. Codicem non inspexi, ideo an ad nostrum pertineat affirmare non audeo. Extat etiam Epistola Decembrii ad eundem de Vita, & Doctrina Antonii Cassarini Genuæ litteras doctæ. Dat. Calii VII. Junii MCDLXI. Ibidem. Videndi supracitati Auctores.

C C X X I X.

BIRAGUS LAMPUS, seu LAMPUGINUS alter.

Nominum varietas, quam in Patruo vidimus, à doctis. Siono in præclarissimæ Biragæ Familiæ Genealogia adhibetur etiam in Nepote Lampo seu Lampugino. Filius hic fuit Joannis Patriæ Decurionis, senioris Lampi Fratris. Floruit ab anno MCDLXXI. ad MDXXI. Musas eum coluisse testatur Lancinus Curtius in duobus Carminibus inter alia ejusdem edita Mediolani 1521. lib. XVI. pag. 74. atque lib. XX. pag. 134. ibi enim Vates Mediolanensis dicitur. Ægre ferimus de hujus eruditi Viri Lucubrationibus parum nobis temporis edacitatem reliquisse; suspicamur autem plura ejus Opera ob nomen similitudinem aliis fortasse ex Biraga progenie in Galliis, & Subalpinis, atque alibi florentissima

tributa fuisse, quod Lectoris optimi iudicium esto. Nos de quibus nulla est dubitatio in primis indicabimus:

- I. Carmen Heroicum satis prolixum, sic inscriptum: Lucerna. Lampius Mediolanensis Thyletio dono dederat. Habetur in libro cui Titulus: Carmina illustrium Poëtarum Italarum Tom. IX. pag. 255. inter Carmina Antonii Thyletii Cosentini.
- II. Epistola præfixa libro Lancini Curtii: „Meditatio in „Hebdomadam Olivarum; Poëma: in ea Auctor noster se dicit Civem Mediolanensem; & Opus publici juris fecisse Scriptore invito, atque ære suo anno MDVIII.
- III. Dialogus de Excellentia Curia Romanæ: ex Montfaucon. Biblioth. Bibliothecar. MSS. Tom. I. pag. 102. quem extare dicit in Vatican. Cod. 939. Eum libenter pervolverem, ut de Auctore certior fierem.

C C X L.

BIRAGUS PETRUS FRANCISCUS.

Petrus Franciscus Biragus Gasparis filius satis Nobili stirpe Mediolani genitus mirum ingenii specimen vel puer præbuit. Quod enim in celeberrimo Mirandulano prodigium quoddam visum est, ut puer scilicet Orationem à se elucubratam publicè recitaret, hoc etiam in Birago nostro ejusdem ferè ætatis videre licuit, & admirari. Adultus nuptias inivit cum Elisabetha Princivalle, ejusque connubium Franciscus Philephus eloquenti Panegeri exornavit, ut videre est inter Orationes ipsius editas. Obiit anno MDLXXXVIII. Quæ scripserit, accipe:

- I. Oratio de Modestia publicis in Gymnasiis conservanda, quam P. Franciscus Biragus vix annos X. natus habuit in publico Mediolanensi Gymnasio. *Mediolani*, sine anno & Typogr. in 4.
- II. Carmina plura ejusdem, tam Latina, quàm Italica, leguntur in variis Collectionibus pro Laureis collatis Papiæ, & Mediolani. In Libro, cui titulus, Bonifacii Simonetæ Abb. Cisterc. Persecutionum Christianorum Historia, Pontificumque Commentarii, impresso *Mediolani*, 1492. extat Epistola Libri II. num. XI. ad Magnificum Equitem Petrum Biragum; scribit de Causis pestilentiam generantibus. An sit idem, de quo agimus, adhuc anceps sum.

C C X L I.

BIRAGUS PROSPER.

Prospere Biragus Mediolanensis Patritius, clara ortus familia, gentis suæ vetustam nobilitatem, virtutis splendoribus auxit. Cum enim ad Clericalem Militiam animum convertisset, primum antiquissimi Monasterii Sancti Vincentii in Prato, quod olim incoluerunt Cluniacenses, Abbas Commendatarius constitutus est. Mox in Oppido Mortariensi Præpositus item Commendatarius efficitur. Hinc ad altiora progressus, à Pio IV. Cubicularius Apostolicus creatur. Gregorio XIII. acceptissimus, ter ad Gallorum Regem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ nomine Internuntius mittitur. Patrueli suo Renato Birago Magno Franciæ Cancellario, de quo post pauca sermo recurret, inter Purpuratos adscito Birretum, & Catharinæ Galliarum Regina Pontificis munus, auream scilicet Rosam, detulit. Neque tamen Patriæ defuit; pro gravissimis enim negotiis Civium suorum nomine ad Sixtum V. Legatione functus est. Quo anno desideratus fuerit, à me Lectore ne quærat, nam diligentiam meam hoc latuit. Extant

- I. Ejus plures Orationes ad Principes valde elegantes MSS. quas se vidisse testatur Crescentius in sua parte II. Amphit. MS. in Biblioth. Vicecomitum.

CCXLII.

CCXLI.

BIRAGUS RENATUS.

Renatus de Birago Galeatii Senatoris, ac Patavii Moderatoris, & Antoniae (aliis Theodorae) Trivultiae filius, ex Feudatariis Ottobiani, & ex LX. Patriae Decurionibus natus est Mediolani die II. Febr. MDVI. non MDVII. ut notat Andreas Thevetus in suo libro: Vies des Hommes illustres Tom. II. pag. 592. ubi illustres Viros hujus Familiae Regibus Franciae addictos enumerat, & laudat. Anno inde MDXXXVI. Collegio Nobil. J. C. Mediol. adscriptus, Lugdunensis Provinciae Gubernator, Eques Regii Ordinis S. Michaelis in Regno Francico, Supremus Galliarum Cancellarius extitit. Supradictus Thevetus nobis narrat, quoties in bello Biragus noster fortiter se gesserit usque ad senectutem mirantibus omnibus. Valentinam Balbianam Uxorem habuit, eaque mortua, Clericali Ordini addictus, Episcopus Lodevensis efficitur, mox anno MDLXXVIII. XI. Kal. Martii à Gregorio XIII. Sum. Pont. S. R. E. Presb. Cardinalis sine titulo creatur; inde Abbas Commendatarius Flaviniacensis. Cum nondum Cardinalis effet, missus fuit à Carolo Galliarum Rege ad Tridentinum Concilium; & in ejusdem Regis Litteris ad Patres datis Ambasii die XV. Aprilis MDLXIII. hæc de eo leguntur: „Virum nobis merito „charissimum, & Consilii nostri Secretioris fidelissimum Consiliarium M. Renatum de Birago Supremum Transalpini Senatus nostri Præsidentem „ad Sanctissimum istum Confessum vestrum destinavimus, ut nostro nomine ea omnia vobis viva voce aperiat, ac declaret (pertinentia scilicet ad reformationem, & repurgationem Ecclesiae) ob idque vos obnixè ipsi, ac si istic præsentes essemus, adhibeatis fidem. Extat in Collectione Monum. Martene, & Durand Tom. VIII. Inde ab ipso Rege ad Ferdinandum Cæsarem missus, necnon ad Maximilianum tunc Romanorum Regem pro sponsalibus tractandis Reginae Elisabethae. Catholici Exercitus adversus Huguenotos, quos sæpissimè fudit, Commissarius Generalis postea constitutus; quibus in muneribus ita se gessit, ut scientiâ, rerum usu, bellicaque virtute illustris, ante Purpuram, & post Purpuram verè memorabilis, Hæreticorum malleus, Fideique Catholicæ defensor invictus ab Historicis uno ore celebretur. Anno MDLXXXIII. Parisiis fatis concessit, ubi in D. Catharinae Martyris Phano, pompa funebri penè regia, magnifico conditus monumento, marmorea effigie, & hoc eulogio decoratus conquiscit:

QVID TIBI OPVS STATVA?
SATIS EST STATVISSE BIRAGVE
VIRTUTIS PASSIM TOT MONIMENTA TVAE.

RENATO BIRAGVO
PATRITIO MEDIOLANENSI
MVLTI ET SVMMIS DIGNITATIBVS
FVNCTO
TVM FRANCIAE CANCELLARIO
AC DEMVM S. R. E. CARDINALI
FRANCISCA F. VNICA
ET CAESAR BIRAGVS AGNATVS
MOESTISSIMI
NON MEMORIAE SED DESIDERII PERPETVI
MONVMENTVM H. P. C.
VIXIT ANNOS LXXVII. MENSES IX.
DIES XXVI.
OBIIT VIII. KAL. DECEMBRIS MDLXXXIII.

A

HVNC RENATI BIRAGVI
S. R. E. CARDINALIS
CANCELLARII GALLIAE TVMVLVM
PHILIPPVS HVRLTVS GHVERNIVS
GALLIAE CANCELLARIVS
OB CONSORTIVM SVVM MAGISTRATVS
ET AMICITIAM AFFINITATE SANCITAM
AVXIT HOC TITVLO VLTIMO
IN DEFVNCTI MVNERE
ET DECESSORI SVCCESOREM
SANCTISSIMVM
SENI HOC QVIDQVID EST
INFERIARVM DARE PIETATI
ADIVNCTIM EXISTIMAVIT
ADEO QVOS NON SORS
SED IVDICIVM MAGNI REGIS
ET RESPVBLICA CONIVNXIT
NVLLA VIS FATI SVPERARE POTIS EST.

B

Franc. Suvertius in Select. Christian. Orbis delictis pag. 629. & 635. Renati nostri mnemofonon, quod ad Fontem in Vico S. Antonii Parisiis conspicitur, in hanc formam refert:

HANC DEDUXIT AQVAM DVPLICEM BIRAGVS IN
VSVM;
SERVIAT UT DOMINO, SERVIAT UT POPULO.
PUBLICA SED QVANTO PRIVATIS COMMODA,
TANTO
PRÆSTAT AMORE DOMUS PUBLICVS URBIS
AMOR.

C

RENATVS BIRAGVS
FRANC. CANCELL.
PVBLICAE COMMODITATI.

Supereft de ipfo :

- I. Oratio, quam Blesis habuit in Conventu Ordinum Galliae anno 1577.
- II. De Potentia Regis Galliae. MS.
- III. Epistolarum Volumen.
- IV. Epistolae aliae ad S. Carolum Borromaeum cum responsionibus ejusdem S. extant in Collectione Ambrosiana. De istis duobus MSS. signatis II. & III. fides sit penes P. Mazzuchellum, à cujus Schedis illos deprompsi, non indicantibus tamen locum, ubi sint. Extat ad eum Epistola Mutii Justinopolitani in editione Florentina Sermatelli 1590. in 4 ut ipse suum iudicium proferat libri, cui titulus: „Il Cesano di „Messer Claudio Tolomei. Ibi plura erudita disserit de lingua Italica. Ughellus etiam, atque Giacconius de Renato Birago cum laude loquuntur, necnon Sitonius p. 105. art. 436. & Picinellus pag. 481.

D

CCXLIII.

BIZOZERUS BENEDICTUS.

Patre Iosepho vivere coepit Bizozerus noster die XXIX. Novembris anno MDCLIV. nomenque Caroli Antonii baptismale, in alterum Benedicti commutavit, dum anno MDCLXX. in Patrio Mediolanensi Coenobio S. Ambrosii Monasticam Cisterciensem Religionem amplexus est, atque in ista Professionem emisit anno sequenti. Romae, ubi Sacerdotio initiatus fuit, litteras ita sollicitè coluit, ut anno MDCLXXXIII. ter publicas Theses sustinuerit summo cum plausu, ideoque Sacrae Theologiae Magister efficitur, & nunquam Studiis relictis, ita se erudit, & singulari pietate adeo excelluit, ut Sanctitatis cum fama, & omnium bonorum mœre in suo Mediolanensi Coenobio desideratus fuerit anno MDCCXII. Plura vidi ejus ingenii monumenta, videlicet:

E

- I. Della grande, e massima Virtù degli Agnus Dei; Disputa Teologica dottamente composta dal P. Don Agostino Castano Milanese Chierico Regolare Teatino, tradotta in lingua Italiana da un Religio-

- giofo Cisterciense del Monastero di S. Ambrogio di Milano. L'anno MDCCXXI. Est P. D. Benedictus Bizozerus. MS. Extat in Bibliotheca Monachor. S. Ambrosii Mediol.
- II. Discorsi varj, circa 100. sopra la B. V. e S. Giuseppe, sopra l'Ottava della Pentecoste, ed altre Feste, sopra le Lamentazioni di Gieremia. MSS. in fol. Autog. justæ molis, Extant ut supra.
- III. Tractatus de Justitia, & Jure. MS. in fol. Extat ut supra.
- IV. Tractatus de Sacramento Penitentia. MS. in fol. ut supra.
- V. Rerum Memorabilium Sylva. MS. Autog. in fol. pagg. 100. Extat ibid.
- VI. Schedæ Variæ de Elogiis. MS. in 4. ibid.
- VII. De Poësi. MS. in 4. ibid.
- VIII. De Oratione. MS. in 4. ibid.
A Suis.

C C X L I V.

BIZOZERUS CAROLUS BENEDICTUS.

Dies XXI. Octobris anni MDCXXXVI. nobis dedit Carolum Benedictum Bizozerum, qui ad Religiosam vitam vocatus, nomen supradictum reliquit, & Gervasius à S. Ælia appellari voluit, dum inter Carmelitas Excalceatos in Patria Mediolanensi ingreditur anno MDCLII. die VI. Novembris. In studiis, pietateque ita emicuit, ut à suis tam in disciplinis tradendis, quam in Concionibus habendis adhibitus fuerit, præcipua cum ejus laude, & non tantum Patria, sed etiam Bononia ejus virtutum fuere Theatrum; Munera in hac secunda Civitate Examinatoris Synodalis, ac S. Officii Consultoris peregre gessit; Mediolanum inde reversus, suos implevit annos in Conventu S. Mariæ Concessæ propè Tricium die VIII. Julii. MDCXCVI. Hæc scripsit:

- I. Il Falso, ed il Vero. Opus Philosophiæ moralis plenum. Bononia, in 4. & iterum ibi, apud Montum. 1630. T. IV. in 12. ad Rectorem, atque Alumnos per insignis Collegii majoris S. Clementis Nobilium Hispanor. Bonon. nuncupatum.
- II. I Frutti d' Elia, Discorsi distribuiti per ogni Domenica. Bologna, per il Monti. 1684. ad 1680. T. IV. in 12.
- III. Tractatus de Jure publico, & Jure privato, methodo Theologica confectus. MS. in fol. penes Suos.
- IV. Universi Juris Canonici Compendium. MS. in fol. ibid.
- V. De Theologia Parochorum. MS. in fol. ut supra. Hæc à Suis.

C C X L V.

BIZOZERUS DOMINICUS.

Dominico Bizozero natale solum Mediolanum fuit. Ab ipsis adolescentiæ suæ annis in fortem Domini electus per consuetos Ordinum gradus ad Sacerdotii dignitatem ascendit. Hinc ut suum Studiis Theologicis ab eo exantlatis præmium non deesset, in eadem Facultate lauream consecutus est, & in Collegium Canonicorum Ecclesiæ Sancti Thomæ, cui cognomen in Terra amara, cooptari meruit. In sacro illo cœtu nonnullos peregit annos Ecclesiasticis semper intentus studiis, mox ad Insignis Apostolorum Basilicæ Præposituram assumptus, ante fermè decennium fato sublatus est. Superstites habemus sequentes libros:

- I. Le Glorie della gran Vergine sul Sagro Monte sopra Varese Diocesi di Milano, con la divozione a quell' Immagine, del Monastero, e Fabrica delle SS. Cappelle. Per Domenico Bigogero Canonico di S. Tommaso. Milano, per il Malatesta. 1690. in 4. Dedicato al Cardinale Giuseppe Archinti.
- II. Compendio della Vita della Beata Cattarina Fondatrice del Monastero suddetto, della Beata Giuliana sua prima Compagna, e Venerabili MM. Suor Benedetta Bimia, e Suor Illuminata Alciati seconda, e terza Abbadesse. Extant in supradicto Libro.
- III. Lo Studio pratico circa gli obblighi principali degli

- Ecclesiastici come Cristiani, Chierici, e Sacerdoti. Considerazioni &c. Milano, per il Camagni. 1700. in 12.
- IV. L' Economia del Dolore, distribuita ne' Misterj della SS. Passione del nostro Redentore. Discorsi per la Quaresima. Milano, per il Camagni. 1700. in 12.
- V. Pensieri Ecclesiastici sopra i Vangelj delle Domeniche fra l'anno. In Milano, nelle Stampe dell' Agnelli 1712. in 12.
- Eum laudarunt Auctores Ephemeridum Eruditorum Italiae Tom. XXIV. pag. 412.

C C X L V I.

BIZOZERUS JOANNES BAPTISTA.

Quantum debeat S. Carolo Borromæo disciplina præsertim Ecclesiastica Mediolanensis notissimum est omnibus tam exteris, quam nostratibus, nam plurimos Viros doctos undique conquistos edocendo Clero sibi commisso præfecit, inter quos fuit Joannes Dominicus Bizozerus Varisii natus, cui provinciam publicè profitendi Theologiam tam scholasticam, quam moralem in Canonicæ Academia, atque in propria domo Sanctus Pastor demandavit, quod ipse Bizozerus optimè adimplevit; ideo Canonicus Theologus in Ecclesia S. Thomæ, quam in Terra amara vocant, meritò efficitur, deinde Curam Animarum Paræciæ Sancti Stephani in Noxigia vulgò dictæ obtinuit, nunquam litterarum amorem relinquendo usque ad mortem, quam religiosissimè oppetiit, post varia suis ovibus egregii Pastoris signa relicta, necnon suæ pietatis erga Ecclesiam S. Antonini Varisii, ubi perpetuum pro ejus anima Sacrificium quotidie celebrandum instituit. Bernardinus Baldinus eum landavit hoc Epigrammate:

*Quæ Divina gregi præscribit pagina lecto,
Veridica est paucis fas aperire sono.
Quandoquidem rectos sensus, & jussa Tonantis
Nubila mens hominum discere nulla potest.
Nos siquidem Baptista tuum sacra mystica promit,
Mens ideo fertur dia tributa tibi.*

Ecce quid scripserit:

- I. Tractatus de septem Sacramentis. Mediolani, apud Jacobum Comum. 1622. in 4. ad P. D. Sebastianum Alciatum Carthusiensem.
- II. Summa Casuum Conscientiæ. Mediolani, apud Comum. 1628. in 4. ad P. D. Matthæum Valerium Carthusiensem. Hæc duo recensuit atque edidit Augustinus Terzagus, reliqua alterum Terzagum expectant.
- III. Tractatus de Usura perfectissimus.
- IV. De Mendacio.
- V. De Matrimonio. Extant MSS. in Bibliotheca Carthusiæ Ticinensis, transcripti à Ludovico Meda.
- Inter Carmina Augustini Terzaghi leguntur Carmina in Tractatum de Sacramentis Jo. Baptistæ Bizozeri pag. 76. atque alterum in summam Casuum Conscientiæ ejusd. pag. 79. Videndus etiam Picinellus pag. 273.

C C X L V I I.

BIZOZERUS SIMPLICIANUS.

Quantum valeat in Eruditis Viris virtutis amor optimè ostendit Simplicianus Bizozerus Mediolanensis. Hic perfectioris vitæ desiderio Clericale Sodalitium Sancti Pauli Decollati, quod Barnabitarum nuncupamus, professus est Æræ Christianæ anno MDCLVIII. In hoc religiosissimo cœtu totus pietati, atque eruditioni deditus, nullam unquam ob causam à sacrorum Librorum lectione vacabat: Sanctis præcipuè Patribus sedulam navavit operam, unde tamquam ex Catholicæ Doctrinæ fontibus inexhaustis optima quæque solebat excerpere, quæ in propriam eruditionem derivaret. Collegio

gio Sancti Barnabæ in hac Urbe vigilantissimè præfuit, tum à curis quiescendi, & studiis liberius vacandi gratiâ ad Montis-acuti solitudinem se recepit. Ibi annis plenus in senectute bona quievit anno Christianæ libertatis MDCCX. Reliqua sunt ejusdem Volumina :

- I. Lezioni Morali sopra le Parabole di Salomone. *Milano. 1684 e 1686. presso Francesco Vigone, e Malatesta. T. III. in fol.*
- II. Il Giardino di Delicie dello Sposo Celeste, o sieno le Azioni più Eroiche de' Santi. *Milano, per il Malatesta. 1693. T. III. in 4.*
- III. La Sacra Lega contro la Potenza Ottomana, Successi dell' Armi Imperiali, Polache, Venete, e Moscovite &c. dall' anno MDCLXXXIII. al MDC-LXXXIX. Autore Don Smpliciano Bizozero Barnabita Milanese. *Milano, per il Malatesta. 1690. & denuo 1700. in 4.*
- IV. Compendio del Regno d' Ongheria. *Milano, per il Vigoni, in 12.*
- V. Concentramento Sacro. *Milano, per il Vigone. 1675. in 12.*
- VI. La Legge Salica. *Amburgo, sine anno, in 12. A Suis, & à Picinello pag. 272.*

CCXLVIII.

BLAGUAZONUS ANTONIUS.

Scientiis omnibus inimicam semper fuisse paupertatem vulgò ferunt; Musarum verò cultoribus eandem infensissimam sæpissimè vidit eruditorum. Respublica. Inter alios, quibus hujusmodi contigit infortunium, nobis Abbas Picinellus exhibet Antonium Blaguzonum non contemnendum Poëtam, qui tamen post tot condita Carmina ad victum sibi comparandum Artem quandam à Picinello ipso non indicatam amplecti coactus fuit. Vixit sub finem sæculi decimifexti, Typisque dedit :

- I. Agnese Martirizzata : Poema. *Milano, presso il Como. 1607. in 12.*
- II. Poemata varia tam Italica, quàm Latina, pluribus in libris reperiuntur, inter quos ante Massidem Augustini Terzagi, ante Opuscula Francisci Picinelli, in Laurea Antonii Ferni, atque in ferè omnibus aliis Collectionibus Poëticis Mediolanensibus, Papiensibus &c. vergente ad finem sæculo XVI. atque in principio XVII. impressis.

CCXLIX.

BLANCHINUS JOANNES BAPTISTA.

Pallantiæ, quod Oppidum est ad oram Verbani Lacus ditionis Mediolanensis, ortus est Joannes Baptista Blanchinus, Vir de Republica litteraria optimè meritus, nam etsi Juribus prosequendis deditus, ita ut Conservatoris perpetui munus in suo Notariorum Collegio obtinuerit, atque in pluribus hujus Urbis piis locis, ut vocant, lites, atque res omnes perfectissimè tractaverit, nullatenus, nec patriis documentis colligendis, neque aliis litterariis studiis usque ad senectutem operam dare destitit. Optimam Bibliothecam domi suæ, non sine pergrandi impendio, instruxit, in quam plures Codices manuscriptos, magna ex parte autographos, undequaque collectos intulit, & ipsam Monachis Cisterciensibus Sancti Ambrosii hujus Urbis Testamento legavit. Ex suprascriptis MSS. ibi adhuc plurimi Codices supersunt non solum aliorum illustrium Virorum, sed etiam hujus Auctoris, plures vero deperditi sunt, atque ad manus forsitan alicujus venerunt, qui de ipsis honorem maximum in litteraria Republica sibi comparavit, vel in posterum aquiret. Dies suos implevit anno MDCXCIX. XI. Martii Apoplexiâ correptus octua-

A gefimo sexto ætatis suæ anno. Hæc ipsius scripta undique collegi :

- I. Celeberrimi Collegii Causidicorum, & Notariorum Mediolani Sanctiones, Stylatus, & Prærogativæ ex veteribus Codicibus excerptæ, compilatæ, & ordine alphabetico dispositæ, una cum Diplomatum, & Privilegiis nonnullis Collegii ipsius &c. Conjunctæ sunt Allegationes aliquot præstantissimorum J. C. decorem, splendoremque Collegii exprimentes. *Mediolani, apud Majettam. 1701. in fol.*
- II. Familiz, à quibus Causidici prodire, à primordio Collegii ad hæc usque tempora, dignitatesque, quibus unusquisque decoratus fuit. MS. ex Picinello.
- III. Causidici, Notarii que Mediolanenses nonnulli, eorumque genitores, & geniti, ac nepotes, qui in Vener. Colleg. DD. Juris Peritorum Mediolani fuere cooptati. MS. ex eodem.
- B IV. Collectanea diversorum Notariorum Mediolanensium, variis dignitatibus, ac muneribus, tum Regiis, & Ducalibus, tum publicis decoratorum. MS. ex eodem.
- V. Abbatum omnium ejusdem Collegii Catalogus. MS. ex eodem.
- VI. Venerandum Collegium DD. Juris Peritorum Mediolani, sive Familiarum illustrium, & Nobilium, è quibus Juris Periti Equites, & Comes prodire, à primis ejusdem Collegii cunabulis usque in præsens. MS. ex eodem.
- VII. Compendium Alphabetico ordine digestum, nominumque, & cognominum, ac dignitatum, quibus fulgere, temporum servata varietate, fidelis indagatio. MS. ex eodem.
- VIII. De Origine, Antiquitate, & Nobilitate Illustris Familiz Crassæ Romanæ, in diversas Italiæ Urbes propagatæ, deque Viris Togâ, Sagove conspici ejusdem, Dissertatio. MS. ex eodem.
- C IX. De Montibus Brigantinis, sive Brianteis, ac Orobio, deque Castris in cacuminibus eorundem constructis, ipsorumque origine, & etimologia brevis Dissertatio. MS. ex eodem.
- X. De Nobilitate in genere, & in specie Nobilium Familiarum Mediolani. Volumina duo permagna. MSS. ex eodem.
- XI. Vicecomitum, aliarumque illustrium Familiarum, à Regibus Longobardorum propagatarum Stemmata, ad nostra usque tempora ex publicis tabulis. MS. ex eodem.
- XII. Commentarii ad Historiam Mediolani, cui titulus: Flos Florum, in quibus plura enodantur, & dilucidantur ad Historiam Mediolani pertinentia. MS. ex eodem.
- XIII. Descriptio Chorographica Verbani Lacus, & de dotibus ejusdem. MS. ex eodem.
- XIV. Annotationes ad Historiam Arnulphi, & Landulphi de S. Paulo. MS. ex eodem.
- D XV. De Antiquitate, ac Nobilitate Familiz Pusterlæ, Arconatæ, Luranæ &c. MS. ex Cotta.
- XVI. De Insigni Monasterio S. Ambrosii Majoris Mediol. Dissertatio. MS. ex Cotta.
- XVII. De Origine, Antiquitate, Nobilitate, & Incremento Regii Oppidi Pallantiæ ad oram Verbani Lacus Dissertatio. Ex eod.
- XVIII. Genealogica, atque Historica Cribellæ gentis Arbor. Codex MS. in fol. Georgio Cribello J. U. C. Uboldi Domino dicata, magna ex parte Auctoris manu, extat in Bibliotheca Monachorum Cisterciensium Sancti Ambrosii Mediolani pagg. 635. Codex signatus n. 9.
- XIX. Memorie di Guglielmo VII. Marchese di Monferato. Extat ibidem in Cod. sign. A. num. 110.
- XX. De Variis Magnatum Lombardiæ Familiis, sive de origine Marchionum Montisferrati, Malaspinarum, Estensium, Turrianorum, Vicecomitum, Carrariensium, Gonzagarum, Bonacossarum, & Sfortiadum. Extat Ibid. MS. in fol. Cod. sign. A. num. 114.
- E De ejus laudibus plura habet Joannes Baptistæ Carcanus è Societate Jesu in sua Historia Familiz Carcanæ. MS. ad pag. 281. de quo suo loco. Laudatur etiam à Joanne Petro Puricello in Vita Sancti Arialdi, à Placido Pucinello in Vita Hugonis, à Primo Tarto in Historia Comensis, à Comite Gualdo Priorato, à Cotta in suo Museo pag. 156. atque à Picinello pag. 270.

CCL.

BLANCONUS HIERONYMUS.

Hieronymus ex Blancona Familia in Vico, cui nomen Calium, in Mediolanensi Ducatu natus, in ipso adolescentiæ flore austerum Capuccinorum institutum suscepit in hac eadem Provincia. Oratoriam, in qua excelluit, cum singulari pietate coniungens Apostolicæ Prædicationis munus tam ferventer exercuit, ut ne dum apud suos, verum etiam apud populos, quibus Divinum tradidit Verbum, magnum sibi nomen conciliaverit. Annus illi immortalis fuit MDCCXXVI. in Cœnobio sui Ordinis in Oppido Herba. Multa quidem composuisse fertur, quæ deperdita esse moerentes audivimus, & Typis tantum vulgavit Sermone Italico;

- I. Panegirici compositi, & recitati dal P. Gerolamo Biancone da Caglio Predicatore Cappuccino della Provincia di Milano, dedicati a Sua Eminenza il Sig. Cardinale Benedetto Erba Odescalchi Arcivescovo di Milano. *Ivi*, 1718. *appresso Giuseppe Pandolfo Malatesta*, in 4.

B schedis Mazzuchellianis.

CCL I.

BLANCUS AURELIUS.

Aurelio Blanco de Velate Mediolanensi Parentes fuere Joannes Franciscus Jo. Stephani genitus, & Maura Gallarana jugales. Fratrem habuit Joannem Baptistam Physicum Collegiatum, ipseque Aurelius cum ad legalia studia animum convertisset, in Juris Consultorum Collegium anno MDLXXX. meruit cooptari. Obiit anno MDCXXXI. superstitibus Joanne Ambrosio filio, de quo sermo erit. Non desunt qui claram hanc Gentem ad Insu-bres Romam migrasse contendunt; quod certum est, ipsa in pluribus Italiæ Civitatibus, & maximè in Patria mea charissima splendido honore floret adhuc, nos vero Lectoribus iudicium libentissimè relinquentes, insignis tantummodo ex eadem Familia geniti Viri monumentum dabimus, quod legitur Romæ in Sancti Thomæ in Parione;

SCRIPTOR APOSTOLICUS JACET HIC FRANCISCUS HONOREM

QUI MERUIT STUDIIS ET PIETATE SUA.

DE MEDIOLANO BLANCORUM E GENTE CREATUS MORIBUS AC PATRIA NOBILIS ATQUE DOMO.

Porro Aurelij scripta hæc habentur;

- I. Breve Compendium Nobilitatis, & Antiquitatis Familiæ Blancorum, ad Hortensium Blancum Questorem Magistratus Ordinarii, *Mediolani, apud Malatestam*, 1623. *in fol.*
Ex Sizon pag. 162. art. 652. Jo. Petro Crescentio in Amphitheatro pag. 125. part. I. & Picinello in Athenæo pag. 69.

CCL II.

BLANCUS EUSEBIUS.

Eusebius Blancus Patria Mediolanensis, professione verò Carmelita Excalceatus à Spiritu Sancto dictus, ne dum eruditionis splendore, sed morum etiam probitate commendabilis habetur. Idiomatica exotica, Hebræum scilicet, Græcum, Germanum, Gallicum, Hispanum mirificè calluit. Geometrica quoque, Architectonica, Astrologica studia sectatus principem in his artibus ætate sua locum tenuit. Optimatibus Mutinensibus, cum in ejus Urbis Monasterio degeret, acceptissimus fuit, quorum pluri-

A bus Mathematicas, & Geometricas Artes atque Militarem Architecturam tradidit. Morte vero jam instante Volumina per viginti annorum curriculum à se conscripta, ut ambitus periculum declinaret, igni tradidit; quorundam tamen titulos habemus, quos infra dabimus;

- I. L'Effemeridi per dieci anni. Editas fuisse asserit Picinellus, nullo tamen indicato, pro more suo, loco, anno, vel Typographo.
II. Circinus proportionalis Georgii Galchemayr, ab Eusebio nostro è Germano in Latinum translatus. Hoc opus etiam in Italicum vertit Joachimus Garbicellus ejusdem Ordinis, à Sancta Maria nuncupatus loco suo laudandus, quod Typis brevi tradendum promiserat cit. Picinellus.
III. Interpretatione d'una Lettera di Bronzo segnata di Caratteri Ebraici da lui trasmessa al Marchese Bentivogli.
IV. Traduzione del Libro di Giovanni Enoch Meyers della Fabrica, ed uso di due Tavole tetragonica, e cubica.
V. De Jona Propheta in Ventre Ceti.
VI. Regole per fabricar un Organetto, che anco è Gravicembalo, quale a forza di ruote da per se suona due, o tre ariette.
Agunt de eo Picinellus in Athenæo pag. 174. ex quo Opera hæc ab Eusebio conscripta hausimus; & Garbicellus citatus in libro, cui titulus: „ Istoria della fondazione de' Conventi de' Carmelitani Scalzi della Provincia di Lombardia, de quo suo loco, ubi agit de Cœnobio Mutinensi.

CCL III.

BLANCUS HERCULES.

Admirandam Herculis Blanci Mediolanensis in militaribus, aliisque liberalibus scientiis peritiam merito suspicient posterum. Hic primis adolescentiæ suæ annis in Belgio militavit, & præsertim in Ostendæ celeberrima obsidione fortitudinis bellicæ præclara dedit indicia. Id etiam in Subalpinis præliis sub Petro Toletano Insu-briæ Moderatore præstitit. Eum Dux Ferix in Laumellinam Provinciam anno MDCXXII. tum in Viglevanensem Agrum pro magni momenti negotiis misit anno MDCXXV. quo in munere ita se gessit, ut haud multo post Regii Exercitus Provisoris vices obire meruerit. Anno postmodum MDCXXVII. à Gonzalez de Corduba Generalis Provisor renunciatus ad Vastallensem Ducem pro regis rebus agendis ablegatur. Neque minus tanti Hominis virtus Cardinali Albornotio dum Insu-bres & ipse regeret, nota fuit, ad Oppidum enim Mortarii anno MDCXXXII. Herculem destinavit, cumque Marchio Leganesius anno MDCXXXIX. Placentiæ fines armata manu invasisset, ut Parmensem Ducem à Gallicis partibus abstraheret peculiari Diplomate selectus est, ut eò se conferret. Catholico Regi, cui tam fideliter, fortiterque servierat, acceptissimus, Quæstor designatus morte sublatus est. Vir fuit acris ingenii, & non exiguæ eruditionis in Astrologia, Arithmetica, Geometria, atque Architectura, quarum artium Professores ætate sua florentes consuetudinis vinculis sibi habebat conjunctissimos, Eruditionem ejus testantur Opera;

- E I. De Astrologia.
II. De Arithmetica.
III. De Geometria.
IV. De Architectura.
MSS, quæ apud Suos servata fuisse asserit Jo. Petrus Crescentius, ut infra.
Ad eum extat Epistola Aquilini Coppini, data Taurini IX. Kal. Oct. anno MDCIX. pag. 40
Item Epistolæ aliæ, à Bosca loco infra memorando citatæ, celeberrimi Pictoris Bruguel, cujus Tabulas Hercules noster pro Cardinali Federico Borromæo colligere curabat, cum esset picturæ quoque studiosissimus. Hæc servantur hodie in Pinacotheca annexa Bibliothecæ Ambrosianæ.
Laudatur à Jo. Petro Crescentio in prima parte Amphitheatri pag. 125. Petro Paulo Bosca de Origine, & Statu Biblioth. Ambr. & à Picinello in Athenæo pag. 171.

CCLIV.

CCLIV.

BLANCUS JOANNES AMBROSIVS.

Joannes Ambrosius Blancus, quem Picinellus Ambrosium tantummodo appellavit, Aurelii superius memorati filius, legalibus addictus studiis, & laureâ donatus, Collegium Jurisconsultorum ingressus est anno post Christum natum MDCXIV. Viglevanensem, Derthonensem, atque Laudensem. Præturam cum magna integritatis fama administravit. Tum inter Regiæ Cameræ Judices, quos Executores dicimus, recensitus, cum plurimum in Historia versatus esset, & peculiari quadam comitate jucundus, Eruditorum Insubrum, & inter hos Comitibus Bartholomæi Aresii, cujus supra meminimus, consuetudine claruit. Excessit è vivis anno MDC-LVI. Cum Gentis suæ monumenta collegisset, ea vulgavit hoc titulo:

- I. Compendium Nobilitatis Familiæ Blancorum. *Mediol. apud Malatestam, sine anno, in 4.*
- II. Flogia Varia Latina; teste Picinello in Athenæo pag. 22. Præter eum scribunt de Blanco nostro Laurentius Longus in Catal. Viror. illustrium Gentis Blancorum. num. 104. Sison. pag. 196. art. 826. Jo. Petrus Crescentius in Amphitheat. part. I. pag. 125.

CCLV.

BLANCUS PAULUS ÆMILIUS.

Paulum Æmiliium Blancum quis genuerit nobis Picinellus in Athenæo non indicavit, Mediolanensem tamen credimus, & quidem ex Familia Blanca de Velate. Distinguendus interim est ab alio Paulo Æmilio, quem laudat Jo. Petrus Crescentius in Amphit. parte prima pag. 123. afferens eum Patavii, & Pisis publicè Leges interpretatum fuisse, hic enim postremus Urbevetanus esse dignoscitur ex ipso Scriptoris citati contextu. Noster verò, cum Philosophiæ operam dedisset, in Ticinensi Academia ejusdem Facultatis Professor extitit. Neque tamen à Legum Studiis abhorruit; ut ex infra dandis ejus libris liquet. Sciant Lectores interea nos hinc Paulum Æmiliium inter Scriptores Mediolanenses inferere ex Picinelli fide, præsertim cum citet Longum in Catal. Gentis Blancorum pag. 38. quem tamen ad manus non habeo. Marcum tamen Antonium ex eadem Familia Virum Eruditissimum ex Insubrum Scriptorum Catalogo expunximus, quamvis à citato Picinello in Athenæo memoratum, cum Patavinus fuerit, ut ex ejusdem Voluminibus aperte constat. Scripsit Paulus Æmilius noster:

- I. De Partu hominis pro Medicis, & Jurisperitis. Ad Rannucium Parmæ, & Placentiæ Ducem. *Papie, apud Rubeum. 1621. in 4.*
- II. Epitome Feudorum. *Ex Picinello pag. 450.*

CCLVI.

BOFFA JOANNES.

Joanni Boffæ Civi suo non modicum debet Urbs Mediolanum. Is Sacerdotii dignitate, & Parochiali munere in Ecclesia Sancti Viti, ut ipse afferit in Opere inferius indicando, decoratus, insignem Beroldi, de quo paulo ante nos egimus, Codicem diligentissimè scripsit annis MCCLXVII. MCCLXVIII. & MCCLXIX. Neque tamen hisce terminis clausus extitit Auctoris nostri in Patriæ antiquitates amor, nam & de suo eidem Operi addidit, quæ hinc enunciamus, scilicet:

- I. Ordo Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ editus à Beroldo, sed usque ad tempora Henrici Secundi Septalæ, & usque ad annum MXXVII. à Boffa continuatus,

A

CCLVII.

BOLDONUS JOANNES NICOLAUS.

Ortus est Joannes Nicolaus Boldonus ex nobili genere in hac Urbe, ejusque stirpis plures in Medicorum Collegium relati sunt, ut brevi videbimus. Congregationem Clericorum Regularium, quam Barnabitarum vocant, amplexus est; atque non tantum ad sacra studia se contulit, quam ad amœniora, ita ut & Concionator egregius, & Poëta non ignobilis ex suis Operibus commendetur. Charus fuit Cardinali Ludovisio, & meritis plenus obiit Theani apud Fratrem suum Octavium ejus Urbis Episcopum, anno MDCLXX. ut à sequenti Epitaphio, quod ad illius Sepulcrum legitur germano in amoris testimonium adjecto:

CIVIS HOSPES
BENEDIC HVIC CINERI
IOANNEM NICOLAVM BOLDONVM
MEDIOLANENSEM
E CLERICIS REGVLARIBVS S. PAVLI
BARNABITIS
OCTAVII BOLDONI EPISCOPI THEANENSIS
FRATREM GERMANVM COLLEGAM
ET NOVISSIME CONTVBERNALEM
CONSVMMATVM POETAM
EXIMIVM CONCIONATOREM
QVOD HAVSTVM IAM INDE A PVERO
EVANGELIVM
PVBLICIS PRIVATIS COLLOCVTIONIBVS
SCRIPTIS SOLVTA STRICTA ORATIONE
PERPETVVM
VEL IN EXTREMO COLLVCTANTIS
ANIMAE SPIRITV
INREQVIETVS ERVCTAVERIT
VT ET REQVIESCENS ERVCTET
THEANENSIVM PIETAS HIC HVMAVIT
VVLTV GESTV COELVM ANHELANS
COELITEM SPIRATVS
DECESSIT V. ID. IAN. MDCLXX.
ANNVM INGRESSVS LXXV.
IN SACRO IPSO ORDINE CLERICALI
SEXAGENARIVS.

Sequuntur ejus Opera:

- I. La Saetta, Discorsi della Passione di nostro Signore Gesù Christo, nell' Anima di Maria, dedicati all' Eminentissimo Sig. Cardinal Spada. *Perugia, presso il Bartoli, e Laurenti, 1644. in 4.*
- II. L' Annunziata, Drama sacro. *Spoleti, per l' Annunzini. 1642. in 12.*
- III. L' Uranilla, Drama sacro. *Milano, per il Gbissolli. 1647. in 8.*
- IV. Setteparj sacri, Scherzi Poetici sopra i sette Misterj di Gesù, e di Maria, *Milano, per il Monza. 1650. in 12.*
- V. Oratio in adventu Scipionis Agnelli in Casalensem Episcopum cooptati, *Casali, apud Pantaleonom. Goffium. 1624. in 4.*
- VI. Annuale, o siano Discorsi per il Purgatorio, *Perugia, 1666. in 4.*
- VII. Il Cielo in Terra. Prediche Quaresimali, *Napoli, per Giacinto Passaro. 1677. in 4.*
- VIII. Epistolarum liber Sigismundi Boldoni, Opus posthumum ejus fratris, quod edidit, & Præfationem suam, necnon Epistolam nuncupatoriam Ferdinando IV. Hungariæ Regi addidit. *Mediolani, apud Lambertum. 1631.*
- IX. Epigrammata. Extant in eodem libro, in laudem fratris.
- X. La Caduta de' Longobardi, Opus ejusdem Sigismundi, cui Jo. Nicolaus addidit argumenta, atque supplementa, & Christianæ Sabaudiæ Ducissæ nuncupavit, *Bononia. 1636.*
Juvat etiam hic addere in laudem istius familiæ nonnulla Carmina, quæ leguntur in libro, cui titulus: La Saetta della Passione &c. Sonetto della Signora Contessa Livia Boldoni Scotti Sorella dell' Autore,

Lau-

Altro della Signora Aurelia Boldoni Castiglioni ,
Sorella come sopra .
Altro di Monsignor Aurelio Boldoni Preposito di S.
Stefano Maggiore , Fratello &c.
Due Sonetti di Eustachio Giacinto Faggio Preposito
di Brivio .
Laudatur a Maraccio in Bibliotheca Mariana parte I.
pag. 66o. & à Picinello p. 314.

CCLVIII.

BOLDONUS NICOLAUS.

Inter Scriptores Medicos , locum peregrine me-
ruit Nicolaus Boldonus , Octaviani filius , ut
clarissimus Curtius notavit in suo libro Medicorum
Mediolanensium . Lauream noster Philosophicam
atque Medicam adeptus est Patavii , necnon anno
MDXLV. receptus fuit in Collegio Physicorum hu-
jus Urbis . Adhuc juveni Pisanorum Universitas
lecturam Primariam in suo Liceo ei contulit , ubi
tantum famæ sibi acquisivit , ut Excellentissimus Me-
diolanensis Senatus ad Patriam Boldono nostro revo-
cato , primarium Lectorem in Academia Ticinensi
ipsum majori stipendio , quàm aliis unquam dato ,
constituerit ; ibi usque ad septuagesimum octavum
ætatis suæ annum , qui vitæ ejus extitit ultimus ,
voce , & scriptis nunquam destitit immortalis gloria
dignum se efficere . A Philippo II. Hispaniarum Rege
Protophysicus declaratur , & usque in Boëmiam à
Maria Austriaca , & à Cæsare Rodulpho ejus filio
vocatus pro salute eorumdem , optimè se gessit , uti te-
statur Sigismundus ejus frater in Epistola à Lazaro
Augustino Cotta in Curtii libro pag. 267. relata .
Multæ ejus Opera deperdita sunt ; quæ vero refert
ibi Curtius , & ego ipse vidi Lector amicus acci-
piat :

- I. Excellentissimi Artium & Medicinæ Doctoris , Nicolai
Boldoni Lectiones in quarta Fen. I. Canonis Avi-
cennæ , quas aggressus est anno MDLV. die Martis
XXVI Novembris .
- II. In primum lib. Avicennæ Sect. IV. Cap. I. circa me-
dium , extant in MS. Bibliothecæ Ambrosianæ in-
fol. sign. A. n. 180.
- III. De Febribus in generali , & particulari . MS. in fol.
ejusdem Bibliothecæ sign. A. n. 215.
Extat ad eum Epistola Stephani Guazzii inter Episto-
las ejusdem impressas Venet. 1592.
Joannes Baptista Sylvaticus , Curtius in suo libro pagg.
91. & 267. necnon Picinellus in Athenæo pag. 499.
ipsum laudant .

CCLIX.

BOLDONUS OCTAVIUS.

Octavius Boldonus , Octavii filius , necnon Jo-
Nicolai frater , in Congregatione & ipse San-
cti Pauli Decollati ab anno ætatis suæ decimo quin-
to , ad sexagesimum usque vixit , geminam in ea
nobili palæstra consecutus laudem , nempe Regula-
ris Disciplinæ , Litteraturæque sacræ , & amœnæ .
Utramque mox est professus , reluctante quamvis
valetudine , quæ primam juventam acerrimè divexa-
vit , alteram sacro primùm Tyrociniò alumnorum
Ordinis , post Collegiis Pisano , & Perusino Præpo-
situs per annos plures : alteram in publicis Acade-
miis , scilicet Astensibus , Pisanis , atque Mediola-
nensibus , Discipulis egregiis sacræ , ac profanæ Rei-
publicæ datis compluribus . In Magistrum magni
Principis Cosmi Medicæ à Patre Ferdinando Flo-
rentinorum Principe fuit electus , necnon ab Alexan-
dro VII. Summo Pontifice Episcopatum Theanensem
obtinuit . Clemens quoque IX. Pontifex Maximus ,
Vice-Præfectum Bibliothecæ Vaticanæ Octavium
nostrum constituit . Die XIX. Februarii , anno
MDCLXI. adorsus est naviter Episcopales labores , in-
ter quos instituit frequentes ipse per se habere sacras
Conciones de suggestu , quandoque in Pontificalibus ,
plerumque de Sede , reparans Sanctorum Patrum

veterem usum . Præful optimus Ecclesiam suam rexit
viginti annorum spatio , vitamque reliquit anno salu-
tis MDCLXXX. insigni sua Bibliotheca relicta RR.
PP. Reformatis D. Francisci in Conventu D. Anto-
nii extra mœnia Theani . In ejus Sepulchro hæc legi-
tur Inscriptio ab ipsomet vivente concinnata :

IESV
VIVENS
ANNIS FATIGATVS
EN DORMIO PLACIDVS
AD PEDES DVLCISSIMI FRATRIS
IOANNIS NICOLAI MEI
O . SI.
ARCANGELICA TVBA
EXPERGEFACTVS
AD EOSDEM IN COELO PEDES
PRENSANDOS ADMITTAR
OCTAVIVS BOLDONIVS
EPISCOPVS THEANENSIS ET
SS. D. N. PAPAË PRAESVL ADSISTENS
ANNO MDCLXXX.
ORBIS SERVATI
AETATIS MEAE LXXX.
EPISCOPATVS MEI XX.
FAVETE DIVI
FAVETE PII.

Plura scripsit ut infra :

- I. ΚΟΣΜΟΠΟΝΙΑ idest Kosmopeia , seu Mundus , è gen-
tilitatis Medicæorum globis , Architectâ sapientiâ
perfectus . Ad Serenissimos Conjuges Magnos Duces
Etruriæ Ferdinandum , & Victoriâ . *Perusia Au-
gusta , per Antonium Bartolum . 1641. in 8.*
- II. Theatrum Temporaneum æternitati Cardinalis
Montii sacrum . *Mediolani , apud Montiam . 1636.
in fol.*
- III. Dies Attici , sive Exercitationes Græcicæ . *Mediol.
apud Caballum . 1639. in 12.*
- IV. De sui Inspeccione Acroama . *Luca , apud Peregrini-
um . 1644. in 4.*
- V. Extemporalium Rhetoricorum pars prima , secunda ,
atque tertia , continens Orationes , Poëmata , Elo-
gia , &c *Roma . 1622. & Neapoli , apud Passanum .
1670. T. II. in 12.*
- VI. Epigraphica , sive Elogia , Inscriptionesque pangendi
ratio . *Perusia , apud Bartolos . 1660. ad Alumnum-
suum Inclytum Serenissimum Cosmum Etruriæ
Principem . Eiusdem libri editio secunda , multò
auctior . Roma , apud Tinassum . 1670. in fol.*
- VII. Sermo Panegyricus habitus in renuntiatione Guido-
nis Mazentæ Principis Infocorum , adjectis Elogiis
illustrium Mazentarum .
Eo auspice recitatæ sunt , & impressæ sequentes Ora-
tiones Panegyricæ .
- VIII. D. Octavii Ducis Thebæi , & Martyris fortis Infirmi-
tatis , dictio Panegyrica habita Mediolani in Aca-
demia Infocorum ad S. Alexandrum , ad Octavium
Asinarium Episcopum Ipporegensem .
- IX. Dictio Panegyrica de Simone Bossio Principe Infoca-
torum renunciato .
- X. Dictio Panegyrica de Alphonso Asinario Principe
Paladinorum in Gymnasio publico Astensi .
- XI. Dictio Panegyrica de Daniele Patritio Mediolanensi
renunciato Principe Infocorum .
- XII. Virtutis Templum , & Honoris .
- XIII. Epigrammata varia extant in libro Fratris ejus Ni-
colai Boldoni , cui titulus la Sætta .
Inter Carmina Augustini Terzagi extant Carmina
in Theatrum Octavii Boldonii in laudem Eminen-
tissimi Montii pag. 56.
Videndi sunt Ugelli Italia Sacra in Episcopis Thea-
nensibus , & Picinellus in Athenæo .
Donavit Biblioth. Ambr. Autographum litterarum ,
quas Bajazetes Turcarum Tyrannus ad Summos
Pontifices Innocent. VIII. & Alexand. VI. con-
scripsit . Ita Petrus Paulus Bosca lib. I. de Orig. &
Statu Biblioth. Ambr.

C C L X.

BOLDONUS SIGISMUNDUS.

Sigismundus & ipse, patrem habuit Octavium, de quo diximus: Laudibus cumulus est ab Abbate Picinello, utpote litteris Græcis atque Latinis summopere præditus; Philosophicas, atque Medicas disciplinas exercuit in Patria Mediolanensi, post lauream Patavii acceptam. Cujusdam rixæ causâ Mediolano pulsus Urbinum se contulit, ætatis verò annorum XXV. Cathedram Philosophicam in Universitate Papiensi adeptus est; Romæ etiam fuit, & ibi in Academia Humoristarum appellata, suorum Carminum gratiâ, locum habuit. In Patriam redux inter Medicos Collegiatos adscriptus fuit; Patavium vocatus ob mortem Cæsaris Cremonini primarii Philosophiæ Professoris eidem suffectus, pestilenti morbo anno trigesimo tertio ætatis suæ occubuit die tertia Julii in Urbe Papiensi anno MDCXXX. Ex tempore publica ingenii sui testimonia dedit, nam Philosophicis, aliarumque scientiarum argumentis sibi datis, statim responsa tradebat, atque Orationem quarto solius horæ spatio uniuscujusque lemmatis texebat, recitabatque. Hæc de ipso habemus:

- I. Larius, sive Lacus Larii Descriptio. *Luca, apud Marefandolum. 1660. in 12.*
- II. Amores Amintæ, & Leucipis Carmina Sigismundi Boldoni: extant MSS. in Codice Regiæ Svericiæ in Bibliotheca Vaticana Cod. n. 2098. Ex Montfaucon.
- III. Apotheosis in morte Philippi III. Regis Hispaniarum Poëma. *Papia, apud Bartolum. 1621. in 4.*
- IV. Epistolarum Tomi II. *Mediolani, apud Montiam. 1651. in 8.*
- V. Orationes Academicæ n. XXIII. *Luca, apud Marefandolum. 1660. in 12.*
- VI. La Caduta de' Longobardi Poëma Eroico. *Bologna. 1636. in 8.* de quo jam diximus in Johanne Nicolao Boldono.
- VII. Poëmata varia latina. MS. in fol. ex Theatro Ghilini.
- VIII. Sermones Latino, atque Italico Sermone confecti, uno Vol. in fol. MS. ex eodem.
- IX. De Fœtu Opus imperfectum. MS. ex eodem. Ghilini supra memoratus in suo Theatro part. I pag. 209. Athen. Picinelli pag. 493. eum laudant.

C C L X I.

BOLLINUS JACOBUS.

Jacobus Bollinus Ordinis Eremit. S. Augustini Regens Sacræ Theologiæ Magister, inde Prior Cœnobii D. Marci Mediolani, Definitor bis ad Capitulum Generale, Vir equidem eximie majestatis, & venerationis, ingentis animi, & maximæ authoritatis fuit. Inter alia beneficia, quæ suo Conventui largitus est, numerantur Candelabra argentea, quæ Templo D. Marci donavit. Obiit anno MDCX. Scripsit:

- I. Tractatum de Anima.
- II. De Elementorum formis. MSS. in 4. jussu molis. Extant in Biblioth. Cœnobii S. Marci Mediolani.

C C L X I I.

BOLOGNA HILARIUS.

Hilarius, cognomine Bologna, patria Mediolanensis, in Sancto Simpliciano Regulam Monasticam Cassinensium S. Benedicti professus est anno MDCXVI. die XXVI. Januarii. Floruit non scholasticis solum, & contemplativis scientiis, sed etiam sacris, amœnisque litteris, quibus admodum fuit celebris, ac illustris; florentissimis idcirco Italiæ Academicis certatim adscriptus. Morum doctrinæ feriam,

Tom. I.

A ac fedulam impendit operam, eamque Brixie non sine plausu tradidit, sed cum ad Evangelicas Conciones studium omne, ac vires convertisset, in ea facultate profecit adeo, ut nobiliores per Italiam suggestus, Mediolani scilicet, Florentiæ, Venetiis, Genuæ, Bergomi, Bononiæ, alibique singulari semper Auditorum frequentia, & admiratione conscenderit, inter celebriores proinde sui ævi Concionatores haud postremum locum adeptus. Straverat quidem illi virtutis meritum ad Regulares dignitates expeditum iter, jamque Decani, ac Præpositi munera ei delata fuerant; sed ipse nihilominus optimorum Studiorum amore irretitus, Prioratu spontè dimisso, ad ulteriora aditum sibi præclusit, Abbatis tantum titulo contentus: Denique in Monasterio S. Salvatoris Papiæ anno ætatis LXIII. fato cessit, his relictis Studiorum suorum monumentis:

- I. Il Sole, ed il Mondo delle Glorie del Gran Patriarca S. Benedetto, e degli Uomini illustri di sua Religione; Panegirico dedicato alla Santità di Alessandro VII. *In Venezia, presso il Tomasini. 1656. in 4.*, estque Opusculum non admodum parvæ molis, qualem Panegyris titulus videtur præferre, continet enim paginas 200. illustrioribus Monastici Ordinis historiis adornatas.
- II. Il Trionfo dell' Amor Divino. Panegirico per S. Caterina d'Egitto. *Milano, per il Rolla. 1638. in 4.*
- III. Le Sagre Spoglie di S. Bernardo, Panegirico. *Ivi, per il Monza. 1640. in 4.*
- IV. Le Prediche Quaresimali. MS. in fol.
- V. Composuit etiam aliud majus volumen de rebus omnino sacris, sicut ipsemet asserit in Epistola ad Lectorem præfixa Panegyri S. Benedicti in hæc verba: „ Se egli sarà mirato con occhio benigno, uscirà ben tosto accompagnato da un volume assai maggiore „ di materie pur sagre, che già stà pronto, nè altro „ vi manca, che trascriverlo. Ejus meminere cum laude Angelus Maria Arcioni in libello de translatione SS. Parmenium pag. 32. his verbis: „ Et in un altro Anniversario celebratosi il Mercoledì per li Benefattori, predicò il Padre Abbate Don Ilario di Milano pel desiderio, „ che mostrò di sentirlo questa Città, restando impressa in questi Letterati la memoria del valore di „ questo Padre, fattosi qui conoscere nelle replicate „ prove di due Quadragesimali, e d'un Avvento. Philippus Picinellus in Athenæo Literat. Mediolan. pag. 379., illum nobilioribus Scientiis insignitum describit, sui que temporis Concionatorem egregium appellat. Ad eum legitur longissima Epistola Jo. Caramuelis illius laudibus plenissima. Meminit ejus Bernardus Pez Mellicensis Epistola X. apolog. pag. 252. At Bergomates sibi gratissimam prædicationis ab Hilario in S. Mariæ Templo habitæ, illustre testimonium toti Orbi exhibitum voluerunt, edito libello prosa, & carmine ejus laudes exprimente cum hoc titulo: „ Plausus in Orbis Theatro datus Hilario Bononiæ Mon. Casin. „ Bergomi in S. Mariæ anno MDCXXXIX. Concionatoris munere egregiè perfuncto. *Bergomi, Typis M. Antonii Rubet.* Ex Armellini Bibliotheca Benedicte Cassinensi P. II. 227., & in Appendice pag. 50. A Picinello etiam suprad.

C C L X I I I.

BOLOGNA JOANNES BAPTISTA.

Sub Alexandro Rubino in Scholis Palatinis, inde in Universitate Braydeni, sub Nicolao Magnetio Societatis Jesu, natione Gallo, humaniores litteras didicit Jo. Baptista Bologna Mediolanensis. Ad Jura postmodum tractanda animum suum convertit, ideoque Magistrum habuit Hieronymum à Basilica Petri in Institutis, dum moram trahebat Papiæ partim in Collegio Castellionorum, partim in altero Borromæorum; sed Patris jussu in Notarii, atque Procuratoris officio se exercere Jo. Baptista noster coactus fuit, quod ægrè ferens, pœnè ex integro studia omnia reliquit, adeo ut cum in morbum incidisset, Georgius Manriquez Nobilissimus, pietate motus Fiscalem cujusdam sui Feudi ipsum constituerit, sed irâ patris non ammotâ, ex propria domo profugus, plura miser hic filius sustulit patienter. Non desuere

A a

ta-

tamen maledici, qui ipsum contra vitam Parentis infurrexiffe vulgarunt: Qua de re carceribus detentus per multum temporis spatium, aut verè, aut fictè demens apparuit: Nullatenus sic miserimè vivens, scripsit Librum hoc titulo:

- I. De Attentato, ut dicebatur, Paricidio, ac de sua somniata dementia Oratio. *Mediolani, apud Malatestam. 1619. in 4.* In ipsa de vita propria multum differit.
- II. Nonnulla Epigrammata. *Ex Picinello pag. 235.*

C C L X I V.

BOLOGNINUS ATTENDULUS CÆSAR.

Bolognina Familia inter Nobiles, non tantum hujus Urbis, sed etiam Bononiæ, cognomen Attenduli à Duce Sfortia Mediolanensi obtinuit; de origine autem hujus inclytæ domus differit Simoneta in sua Sfortiade lib. IX. cap. IV. pag. 160. Cæsar noster parentes habuit Jo. Paulum Mediolanensem Senatorem à Plotto memoratum anno MDLXVII. atque Paulam Vicecomitem Borromeam. Celebris Juris Consultus suæ Patriæ fuit, ut videre est in

- I. Collectione X Allegationum, quas *Jo. Baptista Bidelius impressit Mediol. anno 1551. in fol.*
- II. Aliæ plures Allegationes ejusdem tam impressæ, quam MSS. reperiuntur in Bibliothecis Archintea, Aresiana, Comitibus Gabrielis Verri, de quibus plurimum Volumina effici possent, & alibi.
- III. Juris Criminales Animadversiones. *Mediolani, sine Typographi nomine. 1654. in fol. Extant in Aresiana. Ex Schedis Patris Beretta.*
Vide etiam Sison. in Monum. Senat. Mediol. n. 123 pag. 9. Plottum ad Consil. 63. Martin. Garat. pag. 264.

C C L X V.

BONACINA AUGUSTINUS.

Primus Mediolanensium Scriptorum, quem nobis dedit Abbas Picinellus, Augustinus fuit Bonacina, atque, ut solet, nihil de ipsius natalibus, atque vita protulit: Ego vero ex MSS. hujus Viri, quos in Bibliotheca Monachorum Cisterciensium humanissimè mihi protulit, doctissimus, atque mei amicissimus Don Laurentius Georgius, multimoda eruditione præditus, atque illius vetustissimi Archivi attentissimus illustrator, cognovi ipsum fuisse professorem Oratoriæ facultatis in Scholis Palatinis, necnon in linguis Græca, atque Latina summopere edoctum: Ita profero Lectoribus meis post Opuscula edita, alterum à Picinello relatum, alterum à me repertum. Id est:

- I. De Federico Borromeo Cardinali creato, Oratio gratulatoria. *Mediolani, apud Pontium. 1588. in 4.*
- II. De Sanctissimo Pontifice Gregorio XIV. Optimo Maximo, Oratio habita in Ecclesia Scalensi. *Mediolani, apud Pontium. 1591. die 27. Januarii, in 4.*
- III. Ad illustrissimum Camillum Sfondratum Epistola Gratulatoria pro Cardinalis dignitate obtenta. *Mediolani, ut supra, in 4.*
- IV. Oratio in laudem illustrissimi atque Excellentissimi Joannis Fernandei Velaschi Feriæ Ducis, Castellæ Comestabilis, Mediolani Gubernatoris, bonarum Artium Mæcenatis MS in fol. cui titulus Orationes, & Epistolæ diversor. n. 60. in Biblioth. Monac. Cister. S. Ambrosii Mediolani.
- V. De Gregorio XIV. Summo Pontifice declarato libellus, cui præfigitur etiam Epistola ad eundem Pontificem. MS in fol. paginarum 10. Extat ut supra.
- VI. Preces XII partim MSS. partim impressæ ad Senat. Mediolanensem pro augmentatione salarii, & pro aliis causis, nempe ut adsit Orationi, quam habiturus est pro Regia Piole suscepta, necnon ut sua Grammatica legatur ubique à Ludimagistris, etiam nomine, & ad instantiam ipso-

- VII. Epistola Latina ad Senatorem Marium Corradum. pro ejusdem Protectione.
- VIII. Alia ad Joannem Salazarium Didaci supremi Cancellarii filium. Extant ut supra.
- IX. Oratio in obitu Joannis Petri Marchesonii anno MDXCIV. habita. Ex Schedis Sisonianis.
- X. Oratio in ortu Philippi Dominici Austrii Principis Hispaniarum anno MDCV. ex Cæsare Parona. fol. 5. & ex eisdem Schedis.

C C L X V I.

BONACINA MARTINUS.

Nemo est, qui Theologicas facultates discere atque docere profiteatur, qui præ manibus non habeat Martini Bonacinae Mediolanensis Opera; & quidem facem ipse prætulit omnibus aliis, qui Moralem ex professo tractavere. Mirum ideo non est, si centies scripta ejusdem, partim seorsim, & partim in unum collecta undique reperiantur. De ipsis vero infra loquemur, postquam de illius meritis aliquantulum differuerimus. Nobili sanguine natus, optimisque moribus imbutus, Clericis suæ Patriæ Jus Canonicum, atque Civile distavit: Rector inde Collegii Nobilium, atque alterius Helvetici efficitur, & in Congregatione, quam Oblatorum vocant, enumeratur. Suadentibus fratribus, ad Aulam Romanam se conferens, inter Præsules locum obtinuit, necnon à Ferdinando II. Cæsare, Comes, atque Eques auratus declaratur. Hippolytus Cardinalis eximius Aldobrandinus Theologum suum Bonacinam voluit, atque ab Urbano VIII. Pontifice Maximo Episcopatum Uricensem obtinuit, & paulò post in Sufraganeum, uti dicitur, Pragensis Archiepiscopi eligitur, sed morte præventus anno suæ ætatis XLVI. ultimam dignitatem exercere non potuit, nam in itinere fato cessit, anno salutis MDCXXXI.

Opera illius distinctè recensere congruum duxi, quæ postea Lugduni, Antverpiæ, Venetiis, Taurini, Mediolani, & alibi ab anno MDCXXIV. ad nostra usque tempora duobus, atque tribus Voluminibus in folio Typis data fuerunt:

- I. De Legibus.
 - II. De Peccatis.
 - III. De Præceptis Decalogi, & Ecclesiæ.
 - IV. De Horis Canonicis.
 - V. De Contractibus.
 - VI. De Matrimonio.
 - VII. De Simonia.
 - VIII. De Restitutione.
 - IX. De Censuris.
 - X. De Sacramentis.
 - XI. De Alienatione bonorum Ecclesiasticorum.
 - XII. De Largitione Munerum Regularibus interdicta.
 - XIII. De Obligatione Beneficiorum ad residendum &c.
 - XIV. De Obligatione denunciandi hæreticos, & sollicitantes.
 - XV. De Clausura.
 - XVI. De Incarnatione.
 - XVII. De Censuris Ecclesiasticis.
 - XVIII. De Gratia.
 - XIX. De Legitima Electione Summi Pontificis.
 - XX. De Beneficiis.
 - XXI. De iis, quæ pertinent ad Clausuram, & de penis violatoribus ipsius impositis.
 - XXII. De Excommunicationibus.
 - XXIII. De Suspensionibus.
- Eum laudat Augustinus Terzagus in pluribus Epigramm. in libro cui titulus: *Pœsis pag. 55. & 81.* De ipso agunt Lafor à Varea, Hieronymus Ghilinus, Janus Nicius Eritæus, Leo Allacius in Apibus Urbanis, Borserius, Picinellus pag. 415., atque alii innumeri.

C C L X V I I.

CCLXVII.

BONACURSUS.

Nefaria Catharorum Hæresis, quæ orta sæculo XII. diu Christi vexavit Ecclesiam, licet pluribus in Conciliis damnata, serpere non destitit etiam sequenti, & ultra, ut optimè norunt Eruditi omnes. Horum impia Dogmata diu Mediolani docuit Bonacursus, quem Mediolanensem Civem fuisse auctor est Gulielmus Cave. Divino postmodum afflante Spiritu, ejuratâ pestilentia Cathedrâ, Catholicam Fidem professus est tanto cum Ecclesiæ gaudio, ut ad Episcopales Insulas assumptus, qui prius Oves Christi laceraverat, iisdem Pastor præficeretur. Cujus Urbis Præfuit Bonacursus (ingenuè fatebimur) ignoramus; si verò quid sentimus exponere licet, illum ipsum esse suspicamur, qui anno MCCLVII. Aemoniensi populo sacra Jura dabat, & inter ejus Sedis Antistites XII. ab Ughello recensetur. Quæ ad hanc nos inducant sententiam multa sunt, præsertim, quòd paucos ante annos fortissimus Christi Pugil S. Petrus Martyr ex Ordine Prædicatorum ab ejusdem sectæ hominibus confossus gloriosum Veritati Orthodoxæ testimonium dedisset. Nec verò nos movet Clarissimi Dupinii sententia, opinantis Bonacursum sæculo XII. floruisse, neque enim quia Catharorum Doctor extitit, ideo priori ejusdem hæresis ætate vixisse censendus est, sed potius ad subsequèntia tempora referendus. Cùm autem nullus inter Italicos Præfules eo nomine reperitur ante Aemoniensem, jure opinioni nostræ insistentium credimus, salvo semper Eruditorum judicio, cui in omnibus subesse volumus. Porro errorem suum ita Bonacursus doluit, ut Dogmatum antea traditorum turpitudinem in publicum protulerit sequenti Volumine:

- I. Vita Catharorum Hæreticorum.
Hanc vulgavit Dacherius in Spicilegii Tom. XIII.
Agit de Bonacursu citatus Dupinius in sua Bibliotheca Ecclesiastica Tom. IX. pag. 105. qui & ipse Mediolanensem scribit fuisse.

CCLXVIII.

BONAVILLA PETRUS NICOLAUS.

Pater Joseph Bernardinus Buroccus à Modoëtia. ex Ord. Minorum Obser. Sancti Francisci, atque Bibliothecæ sui Conventus Modoëtienfis non tantum Custos, sed egregius Promotor, necnon accuratissimus rerum suæ Religionis Collector, aliquot ejusdem Scriptores, mihi perhumaniter in hoc Opere inferendos subministravit, inter quos Petrum Nicolaum Bonavillam Sacræ Theologiæ Doctorem, atque inter suos Definitoris munus agentem anno MDCXXIII. qui scripsit:

- I. Breve Chronicon Fratrum Minor. Obser. Provincia Mediol. Ibi, apud Mavellum.
II. Vita di S. Giacomo della Marca. Milano, presso lo stesso. 1727. in 8.

CCLXIX.

BONESANA FRANCISCUS.

Franciscus Bonesana Patricius Mediolanensis, ex Clericis Regularibus Theatinis, cum in Regno Poloniæ Commissarii Apostolici munere in bello contra Turcas sedulo functus esset, ab Innocentio XII. electus Episcopus Calatinus, Romæ consecratus fuit die VII. Aprilis MDCXCII. Neapolim pervenit die I. Maji, ibique ab Archiepiscopo Jacobo Cardinali Cantelmo hospes exceptus (& prout eorum necessitudo exposcebat) innumeris favoribus tunc, & in posterum est honestatus. Die vero XV. præfati men-

Asis Maji, ejus ingressum solemnè plausu celebravit Ecclesia Calatina, cujus possessionem jam pridem per nuncium adeptus fuerat. Dioecesanam Synodum coram omni Clero, & populo edidit die XXIII. Novembris MDCXCIII. Memorati Cardinalis operâ ad Novocomensem in Insubria evectus Ecclesiam, hanc proprio Præfule orbatam reliquit die XX. Novembris MDCXCV. Illic diu præfuit usque dum apoplectico morbo correptus, in sua Dioecesi spiritum Deo reddidit XXI. Decembris MDCCIX. atque ob ejus laudabilem memoriam die XXII. Januarii MDCCX. funebri pompa Calatina Ecclesia illi justa persolvit:

- I. Synodus Calatina ab eo elaborata, & vulgata ut supra.
II. Epistolæ Pastorales Ecclesiastica Disciplina plurimum refertæ, & Typis datæ.
Vide Ughelli Ital. Sacra T. VI. col. 460. & T. V. col. 322.

CCLXX.

BONETTUS ELISÆUS.

Elisæus Bonettus à Mediolano, florebat in Carmeli Religione Congregationis, ut vocant, Mantuæ, atque in Conventu Sancti Joannis ad Concam in hac Urbe, ut refert Felina anno MDCLXIX. Ab ipso laudatur uti Vir non solum pietatis eximia, sed etiam virtutibus præclarissimis conspicuus, inter quas habuit etiam Musicæ ornamentum, atque Chori Magister ab omnibus vocabatur. Ejus diligentia debemus memoriam plurium ejusdem Cœnobii Virorum illustrium, etsi nunc de aliquibus frustra quæramus. Præter igitur librorum Chori Volumina, quæ diligentissimè cum notis Musicalibus conscripsit, & quibus alios Conventus perhumaniter ditavit, instituit etiam:

- I. Librum pro Fratrum Defunctorum memoria, in quorum gesta præcipua, virtutes, beneficia Religioni collata, & pro meritis encomia descripsit, necnon impostera describenda ordinavit. MS. in fol. quem ego tractavi; servatur in Bibliotheca ejusdem Conventus.
Videndus Felina in suo Opere pag. 38.

CCLXXI.

BONUS ANDREAS.

Andreas Bonus Mediolanensis Sacerdos, Sacræ Theologiæ Laurea decoratus, Congregationem Oblatorum SS. Ambrosii, & Caroli ingressus est, ubi tale dedit virtutum suarum specimen, ut die XXIV. Januarii Anni MDCVIII. ad generalem ejusdem Præposituram ascenderit. In hujus Viri commendationem plura proferre non juvat, sufficit enim satis, superque dicere, dignum habitum fuisse a Frederico Cardinali Borromæo, qui Anno MDCXI. Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicus Ordinarius crearetur. Sed cum tanta virtus majora posceret præmia, ejusdem Basilicæ Pœnitentiarius Major ab Antistite ipso renunciatus est Anno MDCXIV. Eo in munere quadriennio vixit evocatus à Sæculo ætatis suæ XLIII. Kal. Januarii, idest Anno MDCXVIII. Animarum salutem consulens hæc vulgavit.

- I. Breve Trattato dell' Indulgenze, composto per ordine del Sig. Cardinale Federico Borromeo dal Reverendo Prete Andrea Buono, Dottor Teologo ed Oblato di S. Sepolcro. Milano, per il Pontio. 1610. in 4.
II. Esortazione al Giovane Cristiano per fuggire la strada del Mondo, e convertirsi a Dio. Opera di Monsignor Andrea Buono Canonico Ordinario, e Penitenziario Maggiore nella Metropolitana. Milano, nella Stamp. Archiepiscopale 1616. in 8.
Quædam de eo tradit Bartholomæus Rubens in libro recentè edito; de Origine, & Progressu Congregationis Oblatorum, pag. 34.

CCLXXII.

CCLXXII.

BORROMÆA HIPPOLITA.

Non tantum Mediolanensium Scriptorum Catalogus erit omni ævo à Viris doctis summopere laudandus tot tantisque rationibus, de quibus jam præfatus sum, sed & etiam numero Fœminarum virtute illustrium, quæ in ipso recensentur, quod certè rarum est, & in aliis Scriptorum Bibliothecis fermè desideratur. Hanc non ignobilem Poëtriam, igitur ex Crescimbenio attuli, Hippolitam nempe Borromæam Comitis Hieronymi Anguisciolæ Uxorem, Mediolanensem Matronam, prudentia, virtutibus, aliisque dotibus præclarissimam. Leguntur de ipsa:

- I. Carmina Italica, vulgo Rime. Extant post Epigramm. Italica Aloysii Casolæ *Venetis impressa anno 1544.*
 - II. Epistola Italica ad Veronicam Blancardam, data Placentiæ die XIII. Aprilis anno MDXLVII. extat in lib. cui titulus Lettere di Molte Valorose Donne. *Venezia, presso il Giolito. 1549. in 8., ibique legitur etiam Epistola ad ipsam Emiliæ Rangonæ data item Placentiæ.*
- Ex supradicto Crescimbenio in libro II. Volum. IV. De' Commentarij intorno all' Istoria della volgar Poesia, & ab Ecclesia de Fœminis Illustribus.

CCLXXIII.

BORROMÆUS ANDREAS.

Comes Julius Cæsar Borromæus Pater extitit Andree nostri, atque ejus Mater Comitissa è Cæsiorum familia, neque ex tam nobili Parentum origine, nec ab aliis singularibus animi, atque corporis dotibus illectus fuit Andreas, ut in Sæculo degeret, imò etiam vivens, & Theatinorum Religionem professus anno MDCXXXVII. ibique pietatis, & litterarum novis ornamentis acceptis, nostrum instituit relinquere Mundum, & anno MDCLII. ad alterum, idest in Georgianas, Mingrellianasque regiones abire voluit Missionarii munere accepto à Summo Pontifice Innocentio X. Romam redux post sui primi laboris novennium, in quo barbarorum animas Deo quot lucrasset penè incredibile est, ejusdem Missionis, cujus Præfecturam jam egerat, Procurator efficitur; Urbanus item VIII. Pont. Max. merita ipsius compensare tentavit, & Episcopatum necio quem ei obtulit, sed frustra, nam Andreas sicuti dignitates suæ Religionis, ita & istum recusavit: tandem longiori vita dignus abiit ad Superos Anno MDCLXXXIII. In Suorum D. Antonii Collegio hujus Metropolis legitur de ipso hoc Monumentum.

P. D. ANDREAS BORROMÆVS
C. R. MEDIOLANENSIS
VIR APOSTOLICVS
IN ORIENTALI IBERIA MISSIONIS
PRAEFECTVS
BARBARORVM SALVTI
AD MVLTOS ANNOS VNICE ADDICTVS
DEVITATIS INFVLIS
GENTILITIVM STEMMA HVMILITATIS
OPERE COMPLENS
PIETATE QVA VIXIT
DECESSIT IN VRBE
A. D. MDCLXXXIII.

De ipso habemus:

- I. Relazione della Georgia, Mingrellia, e Missioni de' PP. Teatini in quelle parti. Extat in primo Volumine Operis, cui titulus: Delle Missioni del P. Don Bartolomeo Ferro. *Roma 1704. in fol.*

A Suis, & à Paulo Maria Terzago in Sepraliano Musæo Cap. 16. nec non Picinello pag. 30. Petrus Paulus Bosca egit de ipso in libro de origine & statu Bibliothecæ Ambrosianæ.

CCLXXIV.

BORROMÆUS CAROLUS.

S. Carolus Borromæus Patritius Mediolanensis Gilberti Borromæi Aronæ Comitis, & Margaritæ Medicæ Pii IV. Pontificis Max. sororis filius, in arce Aronæ natus est Anno Christi MDXXXVIII. postridie Kal. Oct. De ejus præclarissimis gestis superfluum est verba facere, cum luce clariora sint, & tot Virorum scriptis edita, de quibus infra indicem dabimus, quotquot nobis innotuerunt. Quis ejus Mansuetudinem, Pastorem sollicitudinem, Charitatem, cæterasque Virtutes omnes verbis assequi poterit? Angustos nimis terminos Opus istud, & Institutum nostrum statuit. Satius igitur duximus ejus Dignitatum gradus ordine quo collati sunt referre. Sacrum illum Purpura decoravit Avunculus ejus Pontifex Anno MDLX. pr. Kal. Februarii. Ad Archiepiscopatum Mediolanensem evectus est cum annum vigesimum tertium ageret. Inde ex Diaconia SS. Viti, & Modesti ad Titulum Presbyteralem S. Praxedis, & Bononiensem, ac Romandiolæ Legationem translatus, Flandriæ, Lusitanæ, Helvetiæ Catholicæ, Germaniæ Inferioris Protector, ac Major Romanæ Ecclesiæ Pœnitentiarius effectus est. Plurimum in Concilio Tridentino laboravit, ut testes sunt innumeræ ejus Epistolæ authographæ, quæ in Bibliotheca Ambrosiana servantur, de quibus infra. In cinere, & cilicio sanctissime obiit Anno MDLXXXIV. III. Nonas Octobris. Certam exuvias, instrumenta pœnitentiæ, libros, precarios globulos rapientibus qui aderant, omnia quoque apud Viros Principes magno in honore habitæ sunt. Sacrum ejus Cadaver in Archiepiscopali Sacello expositum, cancellisque munitum, quarta ab obitu die maxima omnium Ordinum pompa elatum in Metropolitana ad primos gradus, quibus ad Aram maximam ascenditur in Arca plumbea conditum est, cum hoc à se concinnato Epitaphio:

CAROLVS CARDINALIS TITVLI S. PRAXEDIS
ARCHIEPISCOVVS MEDIOLAN.
FREVENTIORIBVS CLERI POPVLIQVE
AC DEVOTI FOEMINEI SEXVS
PRECIBVS SE COMMENDATVM CVPIENS
HOC LOCO SIBI MONVMENTVM
VIVENS ELEGIT.
HVMILITAS.
VIXIT ANNOS XLVI. MENSEM I. DIEM I.
PRAEFVIT ECCLESIAE MEDIOLANENSI
ANNOS XXIV. MEN. II. D. XXVI.
OB. III. NONAS NOVEMBRIS
ANNO MDLXXXIV.

Eum Clemens VIII. inter Beatos, Paulus V. inter Sanctos retulit; ille Anno MDCIV. hic MDCX. Colitur nunc ejus Corpus in subterraneo Sacello in Arca argentea montana Chrystallo ornata, quam Philippus IV. Hispaniarum Rex Divo Antistiti dono dedit; universo Catholico Orbe Virum sanctissimum Miraculorum, & Virtutum Fama celeberrimum venerante.

Carolum laudavit in funere Franciscus Panigrola Astensis Episcopus, de quo suo loco.

Processus super Miraculis factis à S. Carolo Bononiæ, & alibi MS. in fol. extat in Biblioth. Amb. sign. D. num. 59., atque alter Canonizationis illius, sub auspicijs Phil. Archinti confectus, servatur in Sacrario Oratorii magnificentissimi Comitum Archintorum in Oppido Canturii.

Nunc

Nunc Opera istius Sancti Viri typis edita, aliquo temporum, quibus scripta fuerunt, ordine servato, Lectoribus profero.

- I.** Acta Ecclesie Mediolanensis à S. Carolo condita, cum Vita ejusdem à Carolo à Basilica-petri conscripta. *Mediolani, apud Pacificum Pontium, 1599. in fol. tum Brixia, apud Societatem, 1603. Tom. III. in 4., atque Lugduni, Tom. II. in fol. deinde Bergomi, typis Santini, 1738. Tom. II. in fol.*
- II.** Epistola ad Clerum Mediolanensem. *Patavii, typis Pasquati, 1667. in 12.*
- III.** Decreta Generalia ab Illustrissimo & Reverendissimo D. D. Carolo, S. R. E. Presbyt. Cardinali tituli Sancte Praxedis, Archiepiscopo Mediolani, Civitatis, & Diocesis Brixienfis Visitatore Apostolico promulgata, atque edita, Anno à Christo nato MDLXXXII. Gregorio XIII. Pont. Max. regnante. *Mediol. ex Officina Michadlis Tini, in 4.*
- IV.** Epistola Caroli Cardinalis Borromæi ad Andream Bathorem Regis Poloniae nepotem, simul, & Andream ad Cardinalem responsum, impressa Anno 1584. Ita Cinellus in sua Bibliotheca. *Tom. I. 1696.*
- V.** Lettera Pastorale scritta dal Cardinal Borromeo al suo Popolo, nella quale diffusamente si dichiara che cosa sia l'Anno Santo del Giubileo, la Indulgenza, che si acquista, e quale preparazione si debba fare per pigliarlo con profitto spirituale, impressa l'anno 1574, & iterum latino sermone. *Antuerpia, ex Officina Plantiniana, anno 1575. in 8. Denuo jussu Episcopi Augustani in Germanicam, & Latinam Linguam translata. Dilingæ, 1575. in 8. Ita Draudius in Biblioth. Classica pag. 348., & iterum Gallicè, per Ludovicum de Crest, à Paris chez Chardon, 1574. in 8.*
- VI.** De Ratione administrandi Sacramentum Pœnitentiæ. *Mediolani, sine anno, & Typographo, in 8.*
- VII.** Sermones nelle Esequie di Donna Anna Regina di Spagna. *Sine loco, anno, & Typographo, in 4.*
- VIII.** Memoriale al Popolo Milanese. *Milano, per il Tini, 1579. in 4.*
- IX.** Avvertenze a' Confessori della Diocesi di Milano, pluries impressæ, & denuo sic: con l'aggiunta di un Libro di Canonici Penitenziali. *Venezia, presso la Società Albriziana, 1725. in 12. Hic liber extat etiam MS. in Bibliotheca Ambrosiana in Codice signato E. num. 5., atque in linguam Gallicam versus, hoc titulo: Instructions de S. Charles Borromée aux Confesseurs, traduites par Charles de Montechal Archevêque de Toulouse. A' Paris chez Vistré, 1657 in 8., & reimprimées par ordre du Cardinal de Novailles Archevêque de Paris 1702. Eas edidit etiam latinè cum notis Franciscus Sylvius Theologus in Duacensi Academia. *Rotbomagi, 1712., & Antuerpia apud Belleltum 1624. Anno 1726. Vir doctissimus, ac præstantissimus Dominicus Passionæus tunc Nuntius Apostolicus apud Helvetios, nunc S. R. E. Cardinalis ipsum imprimi fecit Tugii cum longa, atque erudita ejusdem, & Cardinalis Gasparis de Carpineo Præfatione; reperitur quoque in Enchiridio Ecclesiastico Romæ edito.**
- X.** Liber supplicationis solemnæ in celebritate translationis Sacri Corporis Sancti Simpliciani, & Reliquiarum Beatissimorum Martyrum Sisinii, Martyrii, & Alexandri, Sanctorum item Confessorum Ampeltii, Benigni, Geruntii, & Antonini Archiepiscoporum Mediolani. *Ibidem, apud Pontium, 1582. in 12.*
- XI.** Protestationes faciendæ in vita, ut in hora mortis anima à tentationibus diabolicis liberetur. *Colonia, apud Critbium, 1619. in 12. Ex supradicto Draudio pag. 412.*
- XII.** Regole per gli Oblati Secolari. *Milano, nella Stamperia Arcivescovile, 1609. in 8.*
- XIII.** Lettere cinque, cioè I. al Generale de' Predicatori per la proibizione de' Parlatorj de' Monasterj: altra allo stesso. I. al suo Agente intorno al Vecovato di Corsica dato ad Alessandro Sauli. I. al Cardinale Legati per la sua promozione. I. a' Cardinali Legati del Concilio di Trento in raccomandazione del Vescovo di Nicastro. Extant in libro, cui titulus: Scelta di Lettere memorabili raccolte dall' Abbate Michele Giustiniani. *Napoli, 1683. in 12.*
- XIV.** Canones Pœnitentiales. *Gandavii, per Franciscum Ersele, 1602. in 12. Tom. I.*

- XV.** De Sacramento Confessionis. Extat cum Beyer de auctoritate Episcoporum pag 325.
- XVI.** Litanie Majores, & Triduanæ solemnes ritu Ambrosiano. *Mediolani, per Sirturum, in 8.*
- XVII.** Orationes sex, habitæ in Conciliis Mediolanensibus. Extant in Conciliis Labbei Tom. XV. Col. 338. 343. 368. 409. 557. & 707. & sermone Antuerpiæ, apud Plantinum, in 8.
- XVIII.** Raccolta di varj Ragionamenti d'alcuni Santi sopra la cura, ed ajuto de' poveri, ed infermi, con la fortezza del morire. *Milano, presso il Ponzio, 1577. in 12.*
- XIX.** Instructiones novæ Prædicationis. *Mediol. apud Pontium, 1581. in 12.*
- Nunc ad MSS. transeamus.
- XX.** Sylva Pastoralis, complectens loca ut plurimum ex Sacra Scriptura excerpta ad Episcoporum, & aliorum Ecclesiasticorum Virorum Institutionem, & ad tractationes, exhortationes, & Conciones ad Ecclesiasticos Viros cujusvis Ordinis habendas, & ad Populum de ejus officiis erga Clerum, Sacerdotes, & Pastores suos, operâ ac studio Caroli Borromæi Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalis collecta. MS. in fol. extat in Bibliotheca Ambrosiana, sign. I. num. 9.
- XXI.** Exercitiorum Spiritualium Regula generalis: Titulus supradictus, & quadam Additamenta ad calcem sunt manu ejusdem Sancti Caroli. MS. in fol. extat ut supra, signat. D. num. 132.
- XXII.** Tabulæ pro Concionibus, atque Meditationibus à Sancto Carolo confectæ. MS. in fol. Imperiali, sign. B. num. 46. in supradicta Bibliotheca, in cujus fronte legitur Epistola Augustini Valerii Episcopi Veronensis, quam transcribendam optimè duxi, ut meritum hujus Codicis melius dignoscatur:
- „ Synopses, sive Tabellas, in quibus Meditationis partes præcipuæ, atque cætera omnia, quæ ad Orationem, explicandam comprehensa sunt, mira brevitate, & admirabili quadam perspicuitate delineata, expressa potius sunt à Carolo Cardinale Sanctæ Praxedis Ecclesie Mediolanensis Archiepiscopo, describendas jussi, descriptas ad vos mitto, ut industria Pastoris vestri fruamini; memoriæ commendatis præcipua Meditationis capita, quæ dum Romæ ab duobus ab hinc annis proficisceretur in itinere collegit, & assidua exercitatione ad usum revocetis. Scholas viri Dei, dum liberium tantum artium, Philosophiæ, Theologiæ, Juris Canonici Mediolanens. suis aperiendas curavit, orandi etiam Gymnasiola instituit, Oratorum istud vestrum, cellulas illas superioribus annis ad orandi usum edificatas, in quibus fortasse plurimi vestrum, commorati sunt. Cùmque in Oratorio isto, ubi Sanctus inhabitat Spiritus; in sacro illo Templo, ubi Christi Salvatoris nostri Sepulchri magna cum piorum hominum lætitia memoria renovatur, & colitur: in illis etiam, quas paulo ante commemoravi, cellulis, synopses, quas dixi non minimam meditandi materiam præbere posse intelligerem, continuato stylo vobis explicandas, & proponendas esse duxi, ut paterna valde, & salutaria documenta Archiepiscopi vestri in vestrum singulis animis facilius imprimerentur. Videte, fratres charissimi, orate, & vigilate. Illis verbis D. N. Jesu Christi, quæ Sanctus Evangelista Marcus recitat, libet Epistolam hæc benevolentis meæ erga vos indicem claudere. Veronæ Idibus Decembris MDLXXXIII.
- „ Vester Fr. Aug. Episcopus Veronæ.
Constat Tabulæ XXXX.
- XXIII.** Conciones partim Latino, partim Italico Idiomate conscriptæ ab eodem Sancto annis scilicet 1577. & 1578. MSS. in fol. extant ibidem, sign. C. n. 60. In fronte ejusdem Codicis legitur Epistola Italica Presbyteri Gabrielis Sirmondi ad Cardinalem Federicum Borromæum de transmissione ipsius Codicis ad eundem, data Bormii die X. Martii 1617.
- XXIV.** Sermones, & Homeliæ num. XXV. diversis in locis, & Festis habitæ. MS. in fol. sign. G. num. 94. ibidem.
- XXV.** Homeliæ num. XXXIII. diversis in locis, ac Solemnitatibus dictæ. MS. in fol. signat. G. num. 129. ut supra.
- XXVI.** Homeliæ XIII., inter quas I. Parmæ habitæ, in Monasterio Monialium S. Pauli post traditionem habitus Religiosi Illustrissimæ Ducissæ Mauræ Lucretiæ Farnesiæ, Ducis Alexandri filiæ, jam uxoris Vincentii Gonzagæ, Mantuæ, & Montisferrati Ducis, post dissolutionem matrimonii ex naturali impedimento, lectu digna. MS. in fol. in Bibliotheca Ambrosiana, sign. P. num. 135.

- XXVII.** Homiliarum Divi Caroli Borromæi Vol. IV. in fol. sign. C. num. 101. 102. &c. in Bibliotheca supradicta.
- XXVIII.** Conciones ex voce Beati Caroli à Possévino excerptæ, & latino stylo exaratae. Extant in duobus Codicibus MSS. in supradicta Bibliotheca, signatis D. num. 15. & num. 17.
- XXIX.** Epistolæ XII. Insigniores Pastorales, ad Clerum, Populumque Mediolanensem, ac Diœcesanum conscriptæ. MS. in fol. ibidem signat. D. num. 55.
- XXX.** Epistolæ XVI. ad varios scriptæ super negotiis Tridentini Concilii, atque I. ad Magnum Cancellarium Tabernam Mediolanensem, manu ejusdem Sancti scripta. Extant in Bibliotheca Comitum Cesaris Montii.
- XXXI.** Epistolæ Latine nomine Sancti Caroli à Johanne Baptista Amaltheo, ejus à Secretis, ad varios Principes, & Cardinales, in Pontificatu Pii IV. MS. in fol. Bibliothecæ Ambrosianæ, sign. R. num. 100.
- XXXII.** Epistolæ aliæ ad varios Europæ Principes, Episcopos, & Optimates, datæ Mediolani, & Romæ, ab anno MDLXV. ad MDLXXII. MS. in fol. in Ambrosiana Bibliotheca, signat. G. num. 46.
- XXXIII.** Aliæ item Latine, ab anno MDLXIII. usque ad annum MDCLXVII. in altero MS. ibidem signat. P. num. 1. in 4.
- XXXIV.** Præter supradictas Epistolas adest in Ambrosiana Bibliotheca Collectio amplissima Epistolarum Sancti Caroli Borromæi ad varios, nec non variorum ad eundem Vol. XXVI. in fol. comprehensa. Viri autem illustriores, qui ad tantum Virum scripserunt, sunt Sanctus Franciscus Salesius, Sixtus V. Cardinales Comendonus, Sirletus, Paleorus, Augustinus Valerius, Sfortia Palavicinus, alique, nec non Hieronymus Vida, Minturnus, Onuphrius Panvinius, unâ cum responsionibus ipsius Sancti, pluresque alii, qui forsân meam diligentiam fugerunt.
- XXXV.** Novissimæ Constitutiones civilium actionum Fori Illustrissimi, ac Amplissimi Cardinalis Borromæi, Bononiæ de latere Legati, ab ipso correctæ, & auctæ. MSS. in 4. signat. P. num. 26. Extant in Bibliotheca Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ Mediolanensis.
- XXXVI.** Biblia Sacra notis marginalibus ipsius Sancti manu adpersa. Extant ibidem, sicuti & Concilium Tridentinum ex editione Aldi Manutii in fol., ut & plures alii Sanctorum Patrum, aliorumque Ecclesiasticorum Auctorum Codices à Beato Viro adnotationibus variis postillati, nam ipsa Bibliotheca ad ipsum spectabat, atque eidem Capitulo ex Testamento reliquit.
- XXXVII.** Istruzione a Monsignor Desino Nunzio Apostolico alla Corte di Vienna, per la conferma- zione del Re de' Romani, scritta li VIII. Giugno MDLXIII. con altre Lettere allo stesso, sopra il Concilio di Trento, e cose attinenti alla Religione per la Germania. Extat in Ambrosiana Bibliotheca. MS. in fol. sign. R. num. 22.
- XXXVIII.** Tractatus de Oratione, manu ejusdem Sancti, aliquibus in locis postillatus. MS. in fol. justæ molis in Ambrosiana Bibliotheca, sign. D. num. 166.
- XXXIX.** Dissertazione autografa di S. Carlo, contenente varj avvertimenti per la Riforma degli Umiliati di Lombardia, che dovevafi fare nell' anno 1567. Extat in Archivio Archiepiscopali Neapolitano, teste Johanne Petio Puricello in Codice MS. Bibliothecæ Ambrosianæ, sign. C. num. 278. in fol.
- XL.** Omelie dette nelle notti Vaticane, della quarta Beatitudine. MS. in fol. in Ambrosiana Bibliotheca, sign. I. num. 39.
- XLI.** Estratto di Lettere del Cardinal Borromeo circa il negozio della precedenza tra Francia, e Spagna. MS. in Biblioth. Regia Parisien. Cod. 10081. ex Montfauconio Biblioth. MSS. Tom. II. pag. 89.
- XLII.** Epistolarum ejus Volumina IV. collegit Carolus à Basilica-Petri Episcopus Novariensis, de quo jam dictum.
- Juvat etiam hic addere, plures Epistolas extare Petri Galefii ad Sanctum Carolum, & Sancti Caroli ad eundem, eruditione Ecclesiastica, præsertim ad Ambrosianos Ritus spectante, summopere refertas, etiam autographas, tam in Ambrosiana, quam penes Canonicum Joannem Andream Iricum mei amicissimum, & alibi à me inspectas, certè typis dignas. Habet etiam idem Iricus sequentia ad Sanctum Carolum pertinentia.

Compendium Vitæ ejusdem Sancti Caroli, & Familiæ Archiepiscopalis ipsius, scriptum dum Sanctus idem viveret ab Anonymo, in fol. Extat MS. apud eundem.

Ordine tenuto nell' Entrata dell' Illustrissimo, e Reverendissimo Sig. Carlo Borromeo Cardinale, e Arcivescovo di Milano, in Milano il dì 23. Settembre 1565., e Legato in tutta Italia della Santa Sede Apostolica, fatto ec. pagg. 8. in fol. Extat MS. apud eundem.

Ragguaglio della Solennità nuovamente seguita in onore del Beato Carlo Cardinale di Santa Prassede Arcivescovo di Milano, 1601. MS. in fol. apud eundem.

Ceremonia da servarsi nel promuovere l' Illustrissimo Sig. Cardinal Farnese al Diaconato, e Sacerdozio dall' Illustrissimo Sig. Cardinale Borromeo Arcivescovo di Milano. MS. in fol. apud Iricum ipsum.

Diarium ejusdem Sancti Caroli, de quo agemus infra in Francisco Casato. MS. apud sapedicum Canonicum Iricum.

Quantam etiam in Galliis tanti Viri Sanctitas illucescat, aperte cernitur in tot piis Societatibus sub invocatione sui nominis institutis, inter quas profero

L'Office de Saint Charles Borromée, en Latin, & en François, à l'usage de la Compagnie de la Charité, établie sous le nom de ce Saint dans l'Eglise de S. Jacques de la Boucherie. A Paris, chez Jacques Cardon, 1718. in 8.

Alienos etiam libros ad pietatis culturam edendos curavit Præsul Optimus, è quibus apud Fontaninium in libro, cui titulus: Della Eloquenza Italiana pag. 640. editionis III. hunc inveni.

Dell' Educazione Cristiana de' figliuoli, Libri III. di Silvio Antoniano (dipoi Cardinale ad istanza del Cardinal di Santa Prassede Arcivescovo di Milano San Carlo Borromeo). In Verona, per Bastian dalle Donne, 1584. in 4. Ex Epistola huic libro præfixa, agnoscitur quantum de suo in eum intulerit Sanctus Antistes.

Plurium in ejus laudem Panegyres sparsum habentur in hoc Opere:

Præter innumeros Scriptores, qui de Sancto Carolo agunt, ejus Acta ex instituto conscripsere

Carolus à Basilica-Petri Episcopus Novariensis,
Augustinus Cardinalis Valerius,
Aubery Gallico Sermone,
Aurelius Grattarola Latine,
Sulphurius Gallicè,
Joseph Ripamontius,
Joannes Baptista Possévino,
Franciscus Penia Italicè, quod Opus Latine redidit Ernestus Cholinus,
Petrus Gluffianus Italicè, bis, atque ter recusa.
Vida de S. Carlos de Giuffano, Bascapè, Possévino, Grattarola. Madrid, nella Imprenta Real, 1626. in 4.
Ejus Testamentum impressum est Mediolani, suo anno, aut Typographo, in fol.

C C L X X V.

BORROMÆUS FEDERICUS.

Federicus Borromæus Julii Cesaris, & Margaritæ Trivultizæ filius Anno MDLXIV. Mediol natus, Bononiæ Philosophiæ, & Mathesi operam dedit. Clericali veste, & Tonfura à Divo Carolo donatus, & omnium primus in Collegium Borromæorum Ticini ab ipso D. Carolo instituto cooptatus est, ibique lauream Philosophicam, & Theologicam assecutus, Romam profectus, ob eximias Virtutes à Sixto V. Pont. Max. primùm Cubicularius, deinde S. R. E. Diaconus Card. Sanctæ Mariæ in Dominica, cùm vix XXIII. ætatis annum ageret, die XVIII. Decembris MDLXXXVII. creatus fuit. Ei Purpuram donans Pontifex asseveravit: reliquos ad unius, vel alterius Principis postulationem, Federicum ad universi Orbis vota in Vaticanum adscribi. Ipsum præfecit Sixtus Pont. tamquam omnium aptissimum editioni Veterum Conciliorum, Sacrorumque Bibliorum emendationi, ac vulgationi. Hac maximi momenti provinciâ susceptâ Federicus incredibili curâ, atque diligentia elaboravit, ut nobilissimum hoc Opus, quam absolutissimum, omen-

emendatissimumque prodiret. D. Philippum Nerium conscientiae moderatorem habuit, eumque adeo dilexit, ut ejus anima appellaretur; cui decumbenti cum Sacramenta ministrasset, honestissimo loco tumulandum curavit, collatis ad aedificandum Vallicellanum Templum (non autem, ut perperam asserit Eggs in sua Purpura docta in Philippi sepulchrum) quatuor aureorum millibus. De ejus Archiepiscopatu Mediol. agit Ughellus. Reluctantem ut allocutus fuerit Pontifex habes apud Ciaconium. Tom. 4. col. 187. Mediolanensem Clerum ad Disciplinam composuit, Bibliothecam, quae propemodum Vaticanæ æmula vocatur, & Collegium Ambrosianum instituit. Templum Maximum donariis ditavit, peste laborantes paternè fovit, pluresque habuit Synodos. Ejus Acta leguntur in Oldoino, atque aliis Scriptoribus. Octies Pontificiis Comitibus interfuit, & defuncto Paulo V. Pontificatum sibi à Cardinalibus oblatum constanter recusavit. Magna Sanctitatis famam piissimè obiit in osculo Domini X. Kal. Octobris MDCXXXI. ætatis suæ LXVII. Eum in funere laudavit primùm Paulus Arefius Dertonensis Episcopus, tum Donatus Ferrarius. Jacet ipsius Corpus in Templo Maximo, ante Aram Deiparæ, cui ab ænea arbore lampades sustinente cognomen, addita hac Epigraphe ab eo composita:

**FEDERICVS BORROMÆVS CARDINALIS
ET ARCHIEPISCOVVS MEDIOLANI
SVB PRÆSIDIO BEATÆ MARIÆ VIRGINIS
HIC QUIESCIT IN PACE.**

Hæredem instituit Virginum Orphanarum Collegium sub titulo Rosarii, quod ipse aedificaverat. Græca, Arabica, Hebraica, & Chaldaica, præter Latinam, & Italicam, linguis edoctus erat.

Hæc quæ scripsit hausi à Libro eruditissimo de Studiis Literariis Mediolanensium Cl. Saxii pag. 218.

Opera Latinâ Linguâ edita.

- I. Literæ de Ecclesiastica Jurisdictione ad Regem Catholicum Philippum II. Mediolani 1596.
- II. De absoluta Collegii Ambrosiani in literis institutione libri sexdecim. Mediolani 1616.
- III. Plebanarum Visitationum exordia: Tractatus ad homines agros colentes: Tractatus ad Clerum Plebanum. Mediolani 1616.
- IV. De Ecstatis mulieribus, & illulis, libri quatuor. Mediolani 1616.
- V. Pallas compta, seu de bonarum artium cultu liber unus. Mediolani 1617.
- VI. De prudentia in creando Pontifice Maximo liber unus. Mediolani 1617.
- VII. Salomon, sive opus Regium, liber unus. Mediolani 1617.
- VIII. De naturali Ecstasi liber unus. Mediol. 1617.
- IX. De Vita perfecta liber unus: De acquirendo Orationis habitu liber unus: De assidua Oratione liber unus: De vario Revelationum, & illusionum genere liber unus. Mediolani 1617.
- X. Vita Catharinæ Senensis Monacæ Conversæ libri tres. Mediolani 1618.
- XI. Epistolarum domesticarum liber unus: Patentes Literæ. Mediolani, sine anno, certè post 1629.
- XII. De moribus Christi libri quatuor: De moribus Beatæ Virginis Mariæ liber unus: De Evangelicæ narrationis dignitate liber unus. Mediolani 1619.
- XIII. De variis amoris moribus liber unus. Mediolani 1620.
- XIV. Ad aridam mentem epistola. Mediolani 1620.
- XV. Tractatus ad sacras Virgines Volumen primum. Mediolani 1620.
- XVI. De tribus vitiis Superbia, Avaritia, Concupiscentia libri tres. Mediolani 1620.
- XVII. Notæ in duodecim Prophetas minores. Mediol. 1620.
- XVIII. De actione Contemplationis libri quatuor. Mediolani 1621.
- XIX. De vera & occulta Sanctitate libri tres. Mediolani 1621.
- XX. Observatum in Apocalypsim libri septem. Mediolani 1622.
- XXI. De Presbyterio liber unus. Mediolani 1622.

- A XXII. De fugienda ostentatione libri duo. Mediolani 1623.
- XXIII. De Villa Gregoriana, seu de contemptu Deliciarum liber unus. Mediolani 1623.
- XXIV. De non vulgari existimatione & fama, seu de Pii IV. laudibus, Apologia contra Onuphrium Panvinium liber unus. Mediolani 1623.
- XXV. De Delectu ingeniorum libri duo. Mediolani 1623.
- XXVI. De Consiliariis Disputationes duæ. Mediolani 1623.
- XXVII. Tractatus ad sacras Virgines Volumen secundum. Mediolani 1623.
- XXVIII. Philagios, sive de amore Virtutis libri duodecim. Mediolani 1623.
- XXIX. Parallela Cosinographica de fede, & apparitionibus Dæmonum liber unus. Mediolani 1624.
- XXX. De providentia Dei, & illius permissione cum malignis Spiritibus liber unus. Mediol. 1624.
- XXXI. De cognitionibus, quas habent Angeli & Dæmones liber unus. Mediolani 1624.
- XXXII. De Pictura sacra libri duo. Mediolani 1624.
- XXXIII. Musæum Bibliothecæ Ambrosianæ. Mediolani 1625.
- XXXIV. De rebus inveniendis liber unus. Mediolani 1625.
- XXXV. De ordine rerum liber unus. Mediolani 1625.
- XXXVI. De nonnullis Sacræ Scripturæ locis passim usurpatis libri duo. Mediolani 1625.
- XXXVII. De Gratia Principum liber unus. Mediolani 1625.
- XXXVIII. De exercitatione & labore scribendi libri tres. Mediolani 1625.
- XXXIX. De addiscendis Scientiis ad Comitem Federicum Borromæum liber unus. Mediolani 1626.
- XL. De Selectis divinarum rerum probationibus libri tres. Mediolani 1626.
- C XLI. De suis studiis Commentarius. Mediolani 1627.
- XLII. De primis rerum nominibus libri duo. Mediolani 1627.
- XLIII. De Pythagoricis numeris libri tres. Mediolani 1627.
- XLIV. De Cabalisticis inventis libri duo. Mediolani 1627.
- XLV. Canticorum explanatio juxta literalem sensum. Mediolani 1627.
- XLVI. Conciones sacre dispositæ per tempora, & annos prout recitatæ fuerunt. Mediolani 1627.
- XLVII. Conciones sacre Volumen IX. Mediolani 1627.
- XLVIII. Cypria sacra, sive de honestate & decore Ecclesiastici moris liber unus. Mediolani 1628.
- XLIX. De actibus Prudentiæ libri quatuordecim. Mediolani 1628.
- L. De Laudibus divinis libri tres. Mediolani 1628.
- LI. De Linguis, Nominibus, & numero Angelorum libri tres. Mediolani 1628.
- D LII. De sacris libris Theoreticis Tractatus XVII. Mediolani 1629.
- LIII. De infans quibusdam tentationibus liber unus. Mediolani 1629.
- LIV. De Miraculis Gentilium liber unus. Mediolani 1629.
- LV. De Vita Contemplativa, sive de Valetudine Ascetica libri duo. Mediolani 1630.
- LVI. De sacris nostrorum temporum Oratoribus libri quinque. Mediolani 1632.
- LVII. De Episcopo concionante libri tres. Mediolani 1632.
- LVIII. De Christianæ mentis jucunditate libri tres. Mediolani 1632.
- LIX. Meditamenta literaria. Mediolani 1633.
- LX. Conciones Synodales Volumen primum. Mediolani 1633.
- LXI. Sacrarum Concionum Volumen secundum. Mediolani 1633.
- E LXII. Consolatoria, atque adhortatoria Oratio ad Episcopos, sine anno.
- LXIII. Constitutiones Collegii, ac Bibliothecæ Ambrosianæ, sine anno.

Opera Italicè edita.

- LXIV. Vita della M. Suor Caterina Sanese Monaca convertita libri tre. Milano 1618.
- LXV. Della Villa Gregoriana, o sia del disprezzo delle delizie. Milano 1624.
- LXVI. De' piaceri della mente Cristiana libri tre. Milano 1625.
- LXVII. L'Idiota, ovvero della facilità dell' orare. Milano 1626.
- LXVIII. Delle Laudi Divine libri tre. Milano 1632.
- LXIX. La Grazia de' Principi. Milano 1632.
- LXX. Ragionamenti Sacri, e Sinodali, ed altri, Volume I. Milano 1632.
- Volume II. Milano 1633.
- Volumi III. IV. e V. Milano 1640.

- LXXI. Volumi VI. VII. VIII. IX. e X. *Mil.* 1646. Ragionamenti Spirituali, fatti alle Monache dell' Insigne Monastero di S. Marta di Milano, dati in luce dal Prete Gio. Zucchetto. Volume I. *Milano* 1673. Volume II. *Milano* 1676.

Opera Latina manuscripta.

- LXXII. Plura spectantia ad regimen Ecclesie Mediolanensis.
- LXXIII. Eloquentia extemporanea, idest Sermones variis in Locis, ac Festis diebus ex tempore habiti.
- LXXIV. Conciones de vere penitentis impedimentis, aliisque rebus.
- LXXV. Collatio Pfalterii Ambrosiani cum Romano juxta editionem emendatorem jussu Clementis VIII. factam.
- LXXVI. Caldaica paraphrasis Psalmodum quomodo, & quibus in verbis differat à Vulgata: Item Syriaca, & Arabica impressa.
- LXXVII. Argumenta Psalmodum ex textu Syriaco, juxta divisionem Hebraicam.
- LXXVIII. Notæ ad Sacros Sermones.
- LXXIX. Parallelum Vitæ Jesu cum Vita Adæ.
- LXXX. De cultu piarum exercitationum intra privatos parietes.
- LXXXI. Lectiones in Jonam.
- LXXXII. Apparatus ad Conciones diversas.
- LXXXIII. Promptuarium eruditionum cum indice Latinè, & Italicè.
- LXXXIV. Notæ in Psalmos.
- LXXXV. De sacris & solitariis peregrinationibus libri duo manu ipsius conscripti. Idem etiam Italicè lingua.
- LXXXVI. Lectiones de Vita Sanctorum, cum Commentariis ad modum Martyrologii.
- LXXXVII. De Pestilentia in Urbe Mediolani Anno 1630. grassante; ejus manu exaratus liber. Præter supradicta MSS. latina nobis indicavit Canonicus Joannes Andreas Iricus, hæc apud se extantia scilicet:
- LXXXVIII. Acta pro controversiis inter utrumque Forum. Ecclesiasticum, atque Laicum dirimendis anno 1597. & sequentibus. Volumen I. in fol. pagg. 246. in quo leguntur præter cætera: Relatio latina eandem Controversiarum ad Catholicum Regem missa: pagg. 20. Altera Relatio ejusdem argumenti ad Patriarcham Alexandrinum Sedis Apostolicæ apud Catholicam Majestatem Nuncium: pagg. 3. Varia Edicta Cardinalis nostri super eadem materia.

Opera Italica manuscripta ex eodem Cl. Saxio.

- LXXXIX. Trattato sopra le Versioni della Scrittura Sacra fino al Libro IV. de' Re.
- XC. Trattato sopra il gesto, la voce, il luogo, e le vestimenta del corpo umano in ordine al culto Divino.
- XCII. Trattato sopra la pratica delle Virtù.
- XCIII. Trattato della Filosofia Cristiana in nove libri.
- XCIV. Trattato sopra la Simetria, proporzione, e connessione, che hanno fra di sè le parti dell' Universo.
- XCIV. Trattato dell' Orazione in XX. Ragionamenti.
- XCIV. Trattato diretto a' Conservatori del Collegio Ambrogiano diviso in quattro parti, cioè: I. dell' Educazione degli ingegni, II. dell' accrescere i Libri, III. della Stampa, IV. delle regole spettanti all' Arti liberali.
- XCVI. Trattati sopra l'Amor Divino, cavati dalle parole, ed azioni di S. Maria Maddalena, diretti alle Monache.
- XCVII. Commentarij sopra i Cantici di Salomone.
- XCVIII. Commentarij sopra i Salmi, e sopra i Libri di Giob.
- XCIX. Ragionamenti fatti a' Vescovi, a' Parochi della Diocesi, ed agli Obblati di S. Sepolcro.
- C. Ragionamenti fatti da esso alle Monache in diversi Monasterj della Città, e Diocesi, divisi in molti Volumi.
- CI. Raccolta di Esemplj, e Sentenze morali, divisa in tre Libri.
- CII. Raccolta di varie osservazioni in materie diverse.
- CIII. Lettera del medesimo in risposta ad una di Marco Velfero sopra un' immagine di Orfeo, trovata in Roma nel Cemitero di Zeffirino.
- CIV. Materie da meditarli negli Esercizj Spirituali, e regole per disporli ad essi.
- CV. Meditazioni, o Riflessioni morali, cavate dalle Vite de' Santi, e distribuite per li mesi dell' anno.

- CVI. Modi di agevolare la Vita Religiosa, divisi in tre Libri.
- CVII. Quattro Libri di addizioni da farsi a diversi Trattati del medesimo.
- CVIII. Viaggio Spirituale, o sia modo di camminare alla perfezione, da esso scritto, e praticato.
- CIX. Delle Vite di alcuni Santi, cavate dalle Scritture antiche, ed altre memorie, che si conservano nella Diocesi di Milano.
- CX. Di alcune cose mirabili udite, o vedute dallo stesso Cardinale.
- CXI. Esercizj Spirituali da esso fatti, con varie cose, scritte di sua mano, spettanti al suo interno.
- CXII. Sfera, o sia Globo mirabile.
- CXIII. Lettera alle Monache di S. Maria Maddalena ad Cerchio intorno al Breviario dell' Ordine degli Umiliati, data li 10. Aprile. 1631. Extat inter MSS. Puricelli in Biblioth. Ambros. Cod. signat. C. num. 74 in fol. Editis a Cl. Saxio recensitis addimus & sequentes, hoc titulo:
- CXIV. Litanie Madoëtienfis Ecclesie ab Illustrissimo Federico Cardinali Borromæo Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopo reformatæ. *Mediol.* 1613. in 8.
- CXV. Regole d'alcuni Capi necessarij, e più frequenti per l'osservanza delle Sagre Ceremonie, e del Canto fermo Ambrosiano. 4. *Milano dal Possio &c* 1622.
- CXVI. Regole per gli Oratorj Segreti da esso istituiti per i Giovani Secolari in Milano. MS. e da esso sottoscritte si conservano nell' Archivio dell' Oratorio di Campo-Santo.
- CXVII. Regole per la Congregazione de' Cherici nella Casa degli Obblati del Santo Sepolcro, da esso dettate, e sottoscritte. Servantur MSS. ibidem.
- In magna Collectione Epistolarum ad eundem, que MS. servantur in Ambrosiana, extant Variorum Illustrum Virorum de litterariis rebus agentium, cum Responsonibus etiam Card. Federici, nempe Cardinalis Paleotti plures. Cardinalis Augustini Valerii plures. Joannis Baptistæ Possiveini plures. Scipionis Ammirati plures. Doctissimi Imhoff plures. Joannis Baptistæ Guarini plures. Camilli Bossii, inter quas una data Regii 21. Decembris 1607. cum qua mittit varios Codices MSS. pro Bibliotheca.
- Caroli Labbei plures, inter quas una data Lutetie Parisiorum 8. Kal. Julii 1607. cum ipsa mittit Observationes in Synopsim Basilicon, cum Constitutionibus Imperatorum Oriental. quas Græco-Latinas edidit.
- Gerardi Vossii plures, inter quas una data Romæ 7. Junii 1603. eruditissima de morte Horatii Moroni Episcopi Sutriini, & Nepefina. Hinc agit de duabus suis Editionibus Operum, scilicet S. Ephrem Syri, & S. Gregorii Thaumaturgi missæ, ut cum suis Notis imprimantur Colonia.
- Litteras Cardinalis Francisci Avilæ Tit. Sanctæ Crucis in Hierusalem, quibus mittit ei aliquot Sanctorum Reliquias, que nunc in Templo S. Thomæ, cui in *Terra Amara* cognomen est, coluntur, datas Romæ 4. Kal. Septembr. 1603. memorat Bosca in Martyrolog. *Mediol.* in notis ad diem 13. Julii.
- Vidi etiam ad eundem Opusculum Consolationis in morte Comitissæ Margaritæ ejus Matris à Cardinali Valerio Episcopo Veronenf scriptum. MS. in Bibliotheca Ambrosiana.
- Elogium in laudem Cardinalis Federici Borromæi Archiepiscopi Mediolanensis, in quo ejus gesta præcipua erudita Phrasi recensentur ab Anonymo in fol. pag. 111. MS. autographo. Extat apud Canonicum Joannem Andream Iricum.
- Alia ejus Elogia sparsa in aliis Operibus collegit Othavio Lanzavecchia S. J. Theologus.
- Extant Anonymi cujusdam Orationes duæ, nempe in laudem Bibliothecæ Ambrosianæ ab eo conditæ, altera in laudem ipsius Federici. MS. in fol. signat. num. 60. Biblioth. Cisterciens. Mediolani.
- In Volumine II. Opusculorum Scipionis Ammirati pag. 391. extat Epistola ejusdem data Florentiæ die 12. Februarii 1594. ad Cardinalem Federicum Borromæum, una cum Responsonibus istius, data Romæ 26. Februarii, anni supradicti. Item aliæ III. ad ipsum Cardinalem in paginis 410. & 424.
- Vitam tanti Viri scripsit, ac edidit uno Volumine in 4. Franciscus Rivola, de quo suo loco. Acta ejusdem ex professo tractarunt Joseph Ripamontius, & Carolus à Baslica Petri. Paulus Arefius oravit in ejus Funere, nec non laudatur eximie, & ex professo à Cardinali Bentivolio, ab Abbate Ghilino, à Ciacconio, ab Ughello, à Jano Niccio, à Petro Paulo Bosca, & à Picinello pag. 181.

CCLXXVI.

BORROMÆUS GIBERTUS.

Gibertus Borromæus, S. Caroli pronepos, nobilis Mediolanensis, Comitis Caroli Borromæi, & Isabellæ de Addua nobilissimæ Matronæ filius, natus Anno MDCXV. die XXVIII. Septembris, à puero incredibili ardore literarum studia, & coelibatum coluit. Philosophiæ, Theologiæ, aliarumque Scientiarum cursu in patria cum laude peracto, Romam se contulit, ut in Urbe Literatorum omnium theatro ingenii specimen sui daret, majorumque suorum laudatissima vestigia calcaret.

Sub Urbano VIII. Pontif. Max. Præfulari veste indutus, difficillimis temporibus ingruente bello in Provinciis Patrimonii, & Territorio Ferrariensi Legati vices cum plausu gessit, Populis, ob summam justitiam, rebusque in agendis solertiam apprimè charus. Ab Innocentio X. Pontif. Legatione solutus, Romamque evocatus, ac gravissimis identidem Ecclesiæ negotiis, Scrinioque Sacræ Consultationis adhibitus, quum Pontifici fide, & opera plenissimè satisfecisset, Cardinalium Senatui adscribitur, ac Titulo SS. Joannis, & Pauli, aliàs Pammachii cohonestatur. Inde inter Patres plurimorum Sacrorum Cœtum à Summis Pontificibus Alexandro VII., Clemente IX. atque X. adlectus, operam suam tantâ cum gravitate, prudentiâ, & eruditione, ubi necessitas Virum posceret, in Ecclesiæ commodum impendit; ut meritò inter primores sui Sæculi, auctoritate, doctrinâ, scientiisque præstantes Viros cultus fuerit. Vitam fanè, inquit Oldoinus, inter scientias, & virtutes, quibus mirè abundavit, duxit, quoad vixit, honestissimam, Ecclesiastico Principe dignam.

Legatus in Æmilia Pontificio nomine constitutus, Provinciam eam triennio, solâ sui nominis famâ ita coërcuit, ut delicta magis cessare, quàm puniri contigerit; nullusque, eo Rectore, ultimo affectus sit supplicio, quia nullus eo dignus inventus est. Ejus porrò præcipuum studium fuit, post ordinata Sacra, reductumque ad honestatem Clerum, Civitates omnes, ac municipia ære alieno gravata levare, sui que juris reddere: quod & præstitit. Legatione hac summo Reipublicæ bono peracta, ad Urbem rediit, in qua literis, ac negotiis intendens, glorioso fine decessit die XVI. Januarii Anno reparatæ salutis MDC-LXXIX. annos natus LVII. Non ut malè scribit Eggs in Purpuræ Doctræ Tom. VI. pag. 424. anno MDC-LXXIX. ætatis suæ LXIV.

Extant hujusce Cardinalis :

- I. Sententia ab eo eruditè prolata adversus errores Jansenii.
- II. Epistola Typis Mediolanensibus evulgata, ad Urbanum VIII. directa, quando studiorum cursu perfecto, Lauream exerebat.
- III. Ad Urbanum VIII. Epistola altera, & Carmina de Veteri Gemma Barberina. *Mediolani apud Gbifulpbum. in 4.* Inter Poemata Augustini Terzaghi extant Carmina Comiti Giberto Borromæo Cardinali creato pag. 70. Celebrant eum Acta, Vaticana, & Mediolanensia. Augustinus Oldoinus in Additionibus ad Ciacconium, alii que.

Præstantissimi hujus Cardinalis nomen, doctrinam, & dignitatem Sæculo nostro renovavit Gibertus alter Borromæus primùm Patriarcha Antiochenus, tum Novariensis Episcopus, & S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli Sancti Alexii; Vir certè admirabilis ingenii, & maximæ eruditionis, cujus avita Humilitas nobis invidit lucubrationes. Quantum scientias coleret, apertè indicat insignis Voluminum collectio, cujus partem non modicam in Ambrosianam Bibliothecam Testamento inferri mandavit. Obiit Novariæ cum bonorum omnium mœnore die XXII. Januarii Anno MDCCXL. & in Sacello Sancti Caroli, ut jufferat, conditus est, pauperibus com-

Tom. I.

A munis Parentis decessum luctu lachrymabili prosequentibus. Ejus Tumulum hoc Elogio decoratur à Clariss. Josepho Antonio Saxio Bibliothecæ, & Collegio Ambrosiano Præfecto composito.

GIBERTO BORROMÆO
S. R. E. PRESBYT. CARD. TIT. S. ALEXII
PATRIARCHÆ ANTIOCHENO
EPISCOPO NOVARIENSI
QVOD SANGVINE ET IMITATIONE
VIGILANTIÆ MVNIFICENTIÆ PIETATIS
S. CAROLO BORROMÆO CONIVNCTVS
NEC MORTE SEIVNGI VOLVERIT
SEPVLCO ANTE ILLIVS ARAM DELECTO
CO. D. IO. BORROMÆVS ARESIVS
MAGNAS HISPANIARVM
EX FRATRE NEPOS ET HAERES
IMMORTALEM HANC MEMORIAM
MESTISSIMVS POSVIT A. MDCCXL.

CCLXXVII.

BORROMÆUS VITALIANUS.

Vitalianus Borromæus inclytæ Stirpis germanicissimum utriusque Minervæ artibus enituit, militaribus scilicet, atque litterariis disciplinis. Sacræ Catholicæ Majestatis à Secretis Consiliis electus, quintus extitit inter Borromæos hujus muneris gloria insignitos. Rem Tormentariam, cui Præfectus Generalis fuit, egregiè curavit adeo, ut Cæsaris Generalis item Procurator intra Italici Regni terminos fuerit constitutus. Faticosorum Academiæ aggregatus in Patria, eruditissimi Cœtus Principatum gessit Anno Redempti Orbis MDCLX. In Verbani Lacus Insulis sumptu magnifico, & verè regio Anno MDC-LXXI. amœnissimas excitavit Ædes, quas & Insulares, & Exteri magna cum admiratione invisere consuescunt. Militaribus, atque Politicis muneribus bello, & pace optimè, ac strenuè functus, Oratoria, & Poëtica facultate illustris, hæc protulit :

- I. L'Arte dell'Operare a fine. Trattato composto con singolare erudizione, e dottrina, il quale i Curiosi delle materie Politiche, e Morali desiderano un pezzo fa di vedere alla pubblica luce. Verba sunt Francisci Fabri Bremundani in Epistola ad Comitem Vitalianum Academiæ Faticosorum Principem data die 3. Septembris Anno MDCLX. quæ legitur inter editas Mediol. eodem anno.
- II. In Nuptiis faustissimis Serenissimorum VVladislai Poloniae, ac Sueciæ Regis, & Cæcilie Austriacæ Ferdinandi III. Imp. Sororis Epitalamium. *Mediolani apud Gbifulpbum sine anno, in 4.* Vitam ejus conscripsit Gualdus Prioratus. Laudatur inter reliquos à Clariss. Josepho Antonio Saxio in apparatu pro cooptatione in Colleg. Jurisperitorum Mediol. Eminentissimi Giberti Borromæi pagg. 29. & 30.

CCLXXVIII.

BORRONUS AMBROSIUS.

Optimus hic Sacerdos Mediolanensis in Sacra Theologia, & Canonibus versatissimus non solum curam animarum sollicitè exercuit in Ecclesia S. Joannis Itolani, vulgò Laterani, hujus Urbis, sed & ad Acta nonnullorum Sanctorum suæ Patriæ colligenda se dedit, nulli parcendo labori, ut facile videre est ex sequentibus libris typis datis, quæ specimen quoddam majoris Operis fuisse infra scriptus Picinellus testatur.

- I. Vita del glorioso Martire S. Fausto Milanese figliuolo del Beato Filippo Oldano primario Cittadino, descrittâ dal Prete Ambrosio Borrone Teologo, e Rettore della Parrocchiale di S. Gio: Laterano di Milano. *Ivi, nella Stamperia Archiepiscopale. 1622. in 4.* dedicata al Sig. Cardinale Giulio Roma.
- II. La Vita di Santa Sofia Matrona Milanese, e delle tre sue figliuole. *Ivi, 1623.*

C c

III.

- III. Carmina IX. Italica ejusdem Borroni in laudem ipsius Cardinalis Romæ; Item Cardinalis Federici Borromæi, & Bibliothecæ Ambrosianæ. Extant in libro supradicto Vitæ SS. Fausti, & Oldani. Plura addere mihi datum non fuit Abbatis Picinelli Athenæo pag. 22.

CCLXXIX.

BORSA ALEXANDER MARIA.

Alexander Maria Borfa Mediolanensis natus die II. Septembris MDCXLV. parentibus Alexandro, & Blanca de Advocatis Jugalibus, Congregationis Clericorum Regularium de Somascha Institutum amplexus est die XIX. Septembris MDCLX. Non contemnendos in litteris progressus cum fecisset, ut Religioni addictum Virum decet, ad divina studia totum se convertit. Per omnes sui Ordinis gradus ad munus Cancellarii Generalis assumptus est. Postmodum huic Provinciæ regendæ admotus omnium sibi animos singulari vigilantia, comitateque devinxit. Id officium exercentem mors rapuit in Collegio Sancti Petri in Monteforte hujus Urbis die XII. Julii Anno MDCCIV. ætatis suæ LIX. Scripsit, quæ hic recensemus Opera non Ascetica solum, sed & Ethicæ; mæmum enim quo nexu utraque jungat, additis Sanctorum Patrum sententiis insignioribus, quæ eruditionis copia ex Oratoribus, Poëtis, præsertim ex aureo libro Francisci de Lemene, cui titulus: *Il Dio*: atque Historicis hausta exiguæ molis Volumina referta sint:

- I. Dell' Amore di Filotea Ragionamenti di Partenio, Teocrito descritti da Don Alessandro Maria Borfa Cherico Regolare Somasco. Milano, per il Malatesta. 1695. in 8.
- II. Della Morte di Filotea Ragionamento di Partenio, Teocrito esposti dal medesimo. Milano, per il Malatesta. 1697. in 8. Ex Suis.

CCLXXX.

BORSA SEBASTIANUS.

Sebastianus Borfa, Alexandri mox memorati pro-patruus, Mediolani natus, professione verò Ordinis Prædicatorum Conventus S. Eustorgii Alumnus, in Actis Capituli Generalis Anno MDCXV. Bononiæ habitus Magister Studentibus in dicto Conventu datus, & institutus, per omnes Scholæ agones Lauream tandem integram obtinuit magisterii. Vir singularis eruditionis, & ingenii, patriæque suæ, ac provinciæ S. Petri Martyris ornamentum: Antiquitatum præterea curiosissimus Scrutator, quem dolendum est obiisse in Conventu sui Ordinis Novariæ Kal. Decemb. MDCXXXVII. [non circa Annum MDCLX. ut apud Eccard, & Quetif pluries laudatos, non bene legitur] actu Provinciale, & dum supremam manum libro sequentis tituli imponebat.

- I. Istoria di Milano. Volumen ingens, quo de rebus Mediolanensibus innumera singularia, & abstrusa referuntur. Id ipsum in Bibliotheca Suorum MS. repositum fuerat ibidem servandum, at paulo post, inquit Picinellus, Auctoris æqualis, atque gentilis, nimirum Anno MDC-LXVI. temeraria manu furto raptum Ordini excidit. Utinam saltem patriam tanto thesauro non privet, quisquis est ille plagiarus. Verba sunt eorumdem Eccard & Quetif in Tomo I. Scriptor. Ordinis Prædicatorum pag. 599. Addo ego quæ sequuntur ipsis ignota.
- II. Sermone per la Canonizzazione de' Santi Ignazio Loyola, e Francesco Xaverio. Milano, nella Stamperia Arcivescovile. 1622 in 4.
- III. Cronica de' Stabili, Possessi ec. de' Reverendi Padri di Sant' Eustorgio dell' Ordine de' Predicatori dal suo primo ingresso nella Città di Milano, cioè dall' Anno MCCXVII. fino al MDCCXXXIII. in cui si parla non solo di tutto ciò, che appartiene alla Chiesa, Cappelle, e Fondazioni di esse, ma ancora di tutti i Privilegi, e Fondi spettanti al Convento. MS. in fol.

penes Clar. J. C. & Advocatum Sitonum; ex Codice ipsius Auctoris descriptum in forma authentica, quod quidem autographum extat apud P. Magistrum Josephum Mariam Missaliam ejusdem Ordinis.

CCLXXXI.

BORSANUS, seu de BROSSANO, SIMON.

Simon Borsanus Mediolanensis, Jurisconsultus celeberrimus, Guillelmo Pusterlæ suffectus est Anno MCCCLXX. in Archiepiscopatu suæ Patriæ. Illius doctrinæ fama adeò eximia erat, ut Gregorius XI. Senatoriam illum vocaret ad Purpuram sub titulo SS. Joannis & Pauli juxta Ughelli sententiam Anno MCCCLXXIII. sed è contra Eggs ait, Cardinalem creatum fuisse, ut scribit Anonymus coævus, cujus verba refert, Anno MCCCLXXV. & cum eo sentit etiam Ciacconius. Sedit in Archiepiscopatu Annos VI. Mens. VI., sed negotiis Ecclesiæ occupatus ad gregem sibi concreditum non accessit.

Errores Petri Bonagetæ Minoritæ examinavit, atque in causa Beguardorum, quorum caput Wickleffus. Legatus Apostolicus ad Carolum IV. Imper. ab eodem Gregorio XI. mittitur in Germaniam, ubi egregiè officio functus est. Turulupos Hæreticos in Allobrogibus persequutus est, decessitque Nicæ in Provincia Anno MCCCLXXXI. VI. Kal. Septembris, ibidemque sepultus fuit in nobili Monumento.

Ejus rogatu Gregorius Papa XI. Anno MCCC-LXX. cum Avenione degeret III. Idus Decembris Privilegium concessit Fratribus Ordinis Sancti Ambrosii ad Nemus, ut testatur Puricell. Dissert. Nazar. Cap. 38. num. 13. Hujus Ordinis nunc extincti, quondam in Cisalpina Gallia florentissimi, & ex quo plures prodierunt sanctitate insignes Viri, ad Sanctum parentem nostrum Ambrosium initia sunt referenda. De eo hæc ait Sanctus Augustinus libro VIII. Confessionum cap. VI. „ & erat Monasterium Mediolani „ plenum bonis Fratribus extra Urbis moenia sub Ambrosio Nutritore, & non noveramus. „ Sanctus ipse Ambrosius Monachorum suorum meminit in Epistola ad Vercellenses, & de ejusdem Sancti Doctoris ad præfatum Nemus secessu agit, inter alios, Franciscus Petrarcha libro II. de Vita Solitaria sectione III. cap. II. Sacras nunc Sedes incolunt Minores Strictioris Observantiæ Reformati.

Scripsit:

- I. Opus perutile super Clementinarum Librum.
- II. Deductionem item Schismatis post mortem Gregorii XI. quæ extabat MS. in Bibliotheca Cardinalis Sirleti.
- III. Epistolas aliquot ad Franciscum Petrarcham.
- IV. Declarationem ab eo circa negotia Schismatis factam, per publicum Instrumentum priusquam Testamentum conderet. Dat. Nicæ in Domo FF. Prædicatorum, ubi habitabat, Anno MCCCLXXXI. die XXVI. Augusti. Edidit eam Dacherius Spicilegii Tom. I. pag. 765. & sequentibus. Parisiis. 1723. De ipso, præter citatos Auctores, agunt Ciacconius, Aubertus, Contellorius, Oldoinus, Ughellus in Archiepiscopis Mediolanensibus, atque Moriggia pag. 197.

CCLXXXII.

BOSCA PETRUS PAULUS.

Sapientissimis, atque piissimis Oliverii Mazzuchelli, cujus mentio erit cum laude in hoc Opere, suasionibus, debet Ecclesia Mediolanensis, immo, ut veriùs dicam, universa Litteratorum Respublica eruditos labores Viri doctissimi Petri Pauli Boschæ Joannis Francisci filii; ipso enim hortante clericalem amplexus vitam, sacra coluit studia. Adscriptus namque primò inter Seminarii hujus Urbis Alumnos Rhetoricam, Philosophiam, atque Theologiam diligentissimè didicit: tum susceptâ laureâ, atque in sacrâ paginâ Magister creatus, omnibus numeris com-

commendabilem Oblatorum SS. Ambrosii, & Caroli Congregationem ingreditur. Humaniores litteras Clericis tradidit in Seminario Modoëtiensi biennium; hinc Rhetoricam docturus, in eo, ubi paulo ante discipulus fuerat, Mediolanum revocatus per integra lustra duo id muneris magno cum auditorum plausu, atque progressu exercuit. Eruditionis ejus famam longè, latèque diffusam, tanti habitus est, ut vix XXXVI. annos natus celeberrimæ Ambrosianæ Bibliothecæ Præfecturam nancisceretur. Mirum dictu quam assidua Voluminum lectione scientiarum omnium peritissimus evaserit, in sacris præsertim disciplinis, ut ea, quæ scripsit, satis ostendunt. Tredecim annos supradictæ Bibliothecæ præfuit, hinc VIII. Kal. Octobris ab Innocentio X. Summo Pontifice Anno MDCLXXX. in laborum suorum præmium Prothonotarius Apostolicus, & Archipresbyter infusus insignis Basilicæ Sancti Joannis Baptistæ Regii Oppidi Modoëtiæ constitutus est. Conciones habuit sæpissimè ad populum è suggestu tam acres, atque elegantes, ut cum Pontificalibus ornamentis indutus ipsas recitaret, sibi viderentur Auditores è veteribus Patribus aliquem loquentem audire. Neque verò à conscribendis libris unquam cessavit, donec laboribus attritus, mortalitate deposita, requiem apud Superos invenit, Anno MDCIC. ut in ejus sepulchrali epigraphæ in Basilica Modoëtiensi extante, legitur his notis:

PETRI PAVLI BOSCHAE
S. S. AMBR. ET CAR. OBL.
S. T. ET I. V. DOCTORIS
PROTHON. APOST.
PER ANNOS XIX.
ARCHIPRESB. ET VIC. FOR. MODOETIAE
MEMORIA
QVAM PIA MODESTIA NOLVIT
VIRTUTE MERVIT
OBIIT DIE XXII. APR. ANNO MDCIC.
AET. SVAE ANN. LXVII.

Post se reliquit hæc ingenii sui monumenta

- I. Icon Animorum Johannis Barclaji de mandato Conservatorum Collegii Ambrosiani ab eo correctæ, atque edita.
- II. Oratione Panegirica in lode di S. Carlo. *Milano*, 1661. dedicata al Cardinale Alfonso Litta.
- III. Panegyris in laurea Theologica Ludovici Alexandri.
- IV. De Origine, & Statu Bibliothecæ Ambrosianæ. *Mediolani, apud Montiam*. 1672. in 4. Idem Opus inseruit Clariss. Grævius in Vol. IX. pag. VI. Antiquitatum Italiæ.
- V. De Serpente Æneo Ambrosianæ Basilicæ Mediolanensis Micrologus. *Mediolani, apud Vigonum*. 1675 in 8.
- VI. Decadis IV. Historiarum Mediolanensis Ecclesiæ, five de Pontificatu Gasparis Vicecomitis; ad Innocentium X. Pont. Max. *Mediolani, apud Vigonum*. 1682. in 4.
- VII. Martyrologium Mediolanensis Ecclesiæ, cum Adnotationibus; ad Cardinalem Federicum Cacciam. *Mediolani, typis Archiepiscopalibus* 1695. in 4.
- VIII. Epistola ad Octavium Ferrarium. Extat inter Epistolas Ferrarii, cum istius Responsione.
- IX. De Ferrea Corona, quæ asservatur in Templo per insigni S. Joannis Baptistæ Modoëtiæ, Disputatio, cum Responsione ad Dominum Ludovicum Antonium Muratorium. Auctore Petro Paulo Bosca ex Sodalitio Sacerdotum Oblatorum, Prothonotario Apostolico, & Archipresbytero Modoëtiæ. MS in fol. cum Nuncupatoria ad Leopoldum Cæsarem; penes Clariss. Joseph Antonium Saxium Bibliothecæ Ambrosianæ Præfectum.
- X. Notæ in librum, cui titulus: „ De Beato Gerardo „ Tinctorio Fundatore, & Magistro Hospitalis Modoëtiæ in Lombardia Acta, atque Miracula „ MS. Anonymi Ord. Minor. Observ. qui servatur in Bibliotheca Cœnobii Sanctæ Mariæ Gratiarum Modoëtiæ, de quo infra dicendum.
- XI. Monumenta Ecclesiæ Modoëtiensis. MS. in fol. magnæ molis nondum ad amissim elaboratus. Hunc Codicem, simul cum aliis suis ineditis libris, jufferat Auctor migraturus è vitâ, igni tradi.

A

Verùm hac in re illi obtemperatum non fuit: Extat apud Comites Durinos, Nescio an sequentes ipsius MSS. à Picinello relati, fato ab Auctore imposito cesserint, an etiam supersint, nec ubi.

- XII. De Arte Concionatoria.
- XIII. De Hyppotiposi.
- XIV. De Topica.
- XV. De Oratione Genethliaca.
- XVI. De Narratione.
- XVII. De Elogiis, & Præfationibus Scholasticis conficiendis.
- XVIII. Epistola, in qua Exequiæ Philippi IV. sunt descriptæ.
- XIX. Epistolæ duæ disputatoricæ in Epigramma, quo Ausonius Mediolanum celebrat.
- XX. Disputatio de Patria utriusque Plinii. De ipso, præter Picinellum memoratum pag. 465., agunt omnes, qui de Rebus Mediolanensibus, præsertim Ecclesiasticis, loquuntur.

B

CCLXXIII.

BOSSIUS AEGIDIUS.

Bossiam nobilissimam apud Insubres Familiam varia nuncupatione dictam reperi apud Scriptores rerum Mediolanensium; ibi enim Bossia, Bosia, Bosca, de Bossis, & de Bossiis appellatur. Non paucos Eruditos Viros ejusdem gentis habemus huic nostræ Bibliothecæ inferendos, ut alios omittamus dignitatibus insignes, quos hic referre non est ex instituto. Horum ordine litterarum servato primus occurrit Ægidius Francisci filius, qui Prætorio munere, & Moderatoris officio functus est in Urbe Alexandrina. Jurisprudentiæ lauream susceptam Jurisperitis Collegiatis in Patria aggregatur Anno salutis humanæ MDXVIII. Hinc Regii Fisci clientelam suscipit in toto Mediolanensi Dominio, atque Urbis Decurionis dignitate augetur. Postremo Caroli V. Cæsaris diplomate inter Patres Conscripitos Senatus Mediolanensis cooptatus est. Legum Scientia, rerumque Forensium usu præstantissimus in eo munere perseveravit ad Annum usque MDXLVI. qui eidem fuit supremus, Guidus Pancirolus eum scribit Francisci non filium, sed nepotem extitisse; litem dirimant, quorum interest. Nos Elogium tantummodo referemus, quod ejus imminet Tumulo, in Ecclesia Sanctæ Mariæ Coronatæ ad Comensem Portam his verbis conceptum:

C

D. O. M.
AEGIDIO BOSSIO IVR. CONS. MAXIMO
QVI SEX ANNIS CELEBERRIMVS
FISCI PATRONVS
X. ET. VII. CLARISSIMVS MEDIOL.
SENATOR FLORVIT
VXOR ET VI. SVPERSTITES FILII
PATRI BENEMERENTI
MOESTISS. S. P.
NATVS ANNOS LVIII.
OBIIT ANNO MDXLVI.

D

Opera ejus sunt:

- I. Tractatus varii ad Criminales Causas pertinentes; *Venetis*, 1566. in fol. Ibidem apud Bonellum, 1575. in 4.
- II. De Vestigialium Conductoribus, & Remissione Pensionum. *Lugduni* 1566. in fol. & *Basilæ* 1578. In unum Corpus postea rededit Franciscus ejus filius Jurisconsultus, quibusdam adjectis, instante Antonio Perenoto Granvellano Cardinali. *Venetis*, 1584. in 4.
- III. Tractatus de Testibus. Extat in Collectione Tractatum de Testibus Johannis Baptistæ Zilleri, *Venetis*, 1568. pag. 749.
- IV. De Jure Fisci, atque Principis auctoritate. Extat inter supradictos ejusdem Tractatus Criminales.
- V. Allegatio pro immunitate Ecclesiastica, Extat in Cætena Aurea Hieronymi Gattici Tom. I. pag. 44.
- VI. Tractatus de Maleficiis. *Basilæ*, 1578. in fol.
- VII. De Muneribus Patrimonialibus, seu Collectis. *Mediolani, apud Moschenum*. 1557. in 4.
- VIII. Novæ Constitutiones Mediolanensis Domini jussu Caroli V. Augusti ab eo cum septem aliis compilatæ, juxta Siton. pag. 16.

Adest Perboni Epistola ei data lib. 1. pag. 8.

Præter

Præter Pancirolum supradictum ad num. CCLXXVIII. pag. 300. de claris Legum Interpretibus, videndi sunt Johannes Jacobus Frisius, Ghilinus, Moriggia, Crescentius, Sitonius pag. 89. artic. 386. atque Picinellus pag. 166.

CCLXXXIV.

BOSSIUS AEGIDIUS MARIA.

Aegidius Maria Bossius Mediolanensis, genere clarus, magnæ expectationis adolescens, florente ætate inter Clericos Regulares S. Pauli professus est Anno MDCXLI. Bonis artibus, ac studiis expolitus alios Philosophicis, ac Theologicis disciplinis nedum in Italia, verumetiam in Gallia erudit. In Patriam reversus piè obiit in S. Alexandri Collegio, quod aliquando administravit, LXXII. ætatis suæ Anno, qui fuit Christi MDCXCV. Opus perinsigne conscripsit, cui titulus:

I. Rediviva Chiromantia. In fol. sed nondum typis excusum est, servaturque MS. in fol. magno in Bibliotheca S. Alexandri apud Suos.

CCLXXXV.

BOSSIUS ALOYSIUS.

Aloysium Bossium non uno nomine illustrem Mediolanum peperit: Rhetorica enim facultate excelluit, ut ejus Orationis, quam habuit cum à Friderico Cardinali Borromæo hujus Urbis Antistite ad Litteratorum commodum Ambrosianum Collegium conderetur, summa à Petro Paulo Bosca relata lib. 2. de Orig. & Stat. Biblioth. Ambr. satis apertè testatur. Inter Canonicos Ordinarios Templi Maximi cooptatus fuit, & Theologica Præbenda donatus Anno MDXCVIII. singulari prorsus eruditione, & morum innocentia claruit ad Annum usque MDCXXX. quo decessit. Suarum virtutum imago quædam in his, quæ reliquit, scriptis emicat, nempe:

- I. Oratio Latina habita cum Collegium Ambrosianum aperiretur, de qua supra.
 - II. Orazione delle Laudi del Beato Carlo Borromeo. Brescia, presso il Sabio, 1602. in 8. Milano, per il Ponzio, e Piccaglia, 1612. e per il Bidelli, 1622. in 4.
 - III. Pratica della mortificazione Religiosa. Milano, presso il Ponzio, e Piccaglia, 1607. in 8.
 - IV. Pratica Religiosa intorno all' uso del Parlatorio. Milano, presso li suddetti, 1623. in 8.
 - V. Orazione in laude di S. Marciano I. Vescovo di Tortona, in occasione della Translazione delle sue Reliquie. Tortona, per gli Eradi Bolla, 1610. in 4.
 - VI. Catechismo per le desiderose di farsi Monaca. Milano, presso il Ponzio, in 8.
 - VII. Guida Spirituale all' ingresso del Monastero, e ricevimento dell' abito Religioso. Milano, presso lo stesso, 1626. in 8.
 - VIII. Exercitationes Spirituales ad usum Sacerdotum. Mediolani, typis Archiepiscopalis. 1626 in 12.
 - IX. De Unione, quam debet habere Sacerdos Confessarius cum Deo. Mediolani, ut supra, 1628. in 8. ad Cardinalem Federicum Borromæum.
- Præter supradictum Boscam agit de ipso Abbas Picinellus in Athenæo pag. 403.

CCLXXXVI.

BOSSIUS AMBROSIVS.

Supra jam monui in Ægidio, quæ in Bossiorum cognomine varietas reperiatur; ideoque mihi ignoscendum confido, si in tanta rei ambiguitate, omnes latinè Bossios appellandos censui, tametsi quandoque italicè Bossi, seu Bossii dicti fuerint; quamvis enim nihil non egerim, ut singulos liceret viritum fecernere, laborem improbum tandem me suscepisse conspiciens, omnes inter Bossios collocavi. Hujusmodi est Ambrosius iste, quem Abbas Picinellus in Athenæo, pag. 32. Bossium cognominavit; nullum-

Atamen proferens vel Parentum, vel Scriptoris monumentum, ex quo veritatem, atque acta, tempusque saltem innuere nobis daretur. Unicum affert ab eo conscriptum Volumen hoc titulo:

I. Flos Florum. De Antiquitatibus Mediolani.

Hunc MS. extitisse apud Joannem Baptistam Blanchinum citatus Picinellus autumat; ejus tamen fidei Lectorem relinquo, sollicitè enim quæsitum Codicem nupquam reperi, ideoque inter eos omisi, quos sub Blanchini Vita loco suo inserui: Si tamen ætas ipsius MS. indicata mihi fuisset, vidissem an Ambrosio Bossio, quem Sitonius inter Juris Conf. Collegiatos Mediolanenses inseruit Anno MCDXLV. ad MCDL. convenire potuisset.

CCLXXXVII.

BOSSIUS ANTONIUS.

Teste Jano Nicio Erythreo in Tom. I. suæ Pinacothecæ, Abbas Picinellus affert Antonium Bossium fratrem fuisse Jacobi Mediolanensis, de quo suo loco dicendum erit. Moram Romæ traxit, ubi litteras Humaniores, Legesque Civiles audivit, in quibus etiam publicè lauream adeptus est, Consultationibus, Scriptis, atque voce plurimorum Jura defendit in Foro, usquedum ab avunculo Johanne Bossio, de quo etiam nobis sermo erit, munus Religionis Melitensis Procuratoris, quod ipse tenebat, eidem collatum fuit. In hujus dignitatis otio, ad rem magnam se vertit Antonius noxter, nam ex consilio fratris supradicti Viri docti Jani Nicii ad perquirendum quiddid sub magna Urbe ex antiquissimis ruinis superest, conversus, perpeti labore insudabat in Cryptis Romanis, integros degens dies, aded, ut duo magna Volumina impleverit, ut infra; qua etiam occasione Acta variorum Sanctorum in lucem emisit. Hæc igitur de ipso, ingenti cum ejus laude, profero:

- I. Roma Sotterranea Libri III. quam latinè vertit Paulus Aringhius Congregationis Oratorii. Roma, in fol. postea verò ab altero Presbytero ejusdem Oratorii, prodiit Italicè, addito libro IV. hoc titulo: Roma Sotterranea accresciuta da Giovanni Severano, e pubblicata da Carlo Aldobrandini. Roma, per il Facciotti, 1632. in fol.
 - II. Historia Passionis B. Cæcilie Virginis, Valeriani, Tiburtii, & Maximi Martyrum, necnon Urbani, & Lucii Pontificum item Martyr. Roma, apud Stephanum Paulinum, 1600. in 4.
 - III. Paschalis I. Pontificis litteræ de eorundem Sanctorum Corporum Inventione; extant in eodem libro: ad Cardinalem Paulum Sfondratum.
- Præter Janum Nicium citatum, vide Laforem à Varea, & Picinellum in Athenæo pag. 42.

CCLXXXVIII.

BOSSIUS CAMBIUS.

Cambius Bossius Mediolanensis triginta annos natus Canonicum Institutum inter Lateranenses assumpsit. Cum autem vitæ sanctitate, & Scientiarum laude floreret Anno MCDLXXIV. toti Ordini Generalis præficitur in Comitibus Ferrariensibus. Abdicato post annum munere, abdidit se, amore solitudinis, in Monasterio Victorino tertio ab Urbe Bononia lapide; tum ad invisenda Sacrosancta Palæstinæ loca contendit. Inde reversus in Italiam Generalis Visitator electus est, & in Ordine suo Gymnasia instauravit, & reformavit. Tandem cum annos triginta unum inter Canonicos suos egisset, in Urbe Cremona, longa infirmitate cruciatus, spiritum Deo reddidit die XXVII. Septembris, magna cum fama sanctitatis ita, ut ab ejusdem Instituti Scriptoribus Beatus nuncupetur. Vulgavit:

- I. Commentaria super Libros D. Dionysii Areopagite, quæ ingravescente jam ætate inchoaverat, teste Rosino in Lycæo Later. pag. 161. ea tamen neque perfecit, neque ubi servantur scimus.

II.

II. Epigrammata partim vulgata, & partim collecta in Dial. de veris, ac salutaribus animi gaudiis. *Bononia, apud Victorium Bonatium, 1627.*

III. Elegiam ad Pientissimum Jesum. Legitur in fine Libri F. Bonvicini de Ripa Mediolanensis.

Extat de ejus obitu, ac laudibus Epistola Matthæi Bossii ad Severinum Calchum, quæ est septuagesima prima. Ipsum commendat insigni Elogio Joannes Philippus Novariensis lib. VI. cap. II. Chronici.

Ei dicavit Eleutherius Leonicerus Vicentinus lib. suum, cui titulus: „Lachrymæ, seu de Planctu Beatissimæ Virginis Matris, Carmine latino.

De eo agunt Rosinus loc. cit. Paulus Morig. Nob. di Mil. lib. I. cap. II. Crescentius in Amphit. Rom. parte prima, & Picinellus pag. 98.

C C L X X X I X.

B O S S I U S C A M I L L U S .

Camillus Bossius Mediolanensis Vir eruditione Philosophica insignis, Pompeji Arnulphini Lucensis Poëtæ nobilissimi amicitia claruit. Ejus in volvendis veterum Philosophorum Voluminibus assiduitatem idem Arnulphinus commendat, atque testatur in prolixo Carmine ad Bossium dato, quod extat in Tom. I. pag. 369. Carminum Illustrium Poëtarum Italorum. Juvat hic in laudem tanti Viri ipsa scribentis verba intexere, quæ quidem talia sunt:

Cur semper libris noctesque, diesque fatigas

Mentem, animumque tuum?

Nec potis est quisquam doctis te avellere chartis

Ardui Aristotelis?

Omniaque evolvis Divini scripta Platonis,

Socraticamque domum?

Nonne vides varias iterum redeuntibus annis

Semper inesse vices?

Ejus ingenii nihil, quod sciamus, superest nisi sequens Opus, quod MS. servatur in Bibliotheca Ambrosiana. Cod. sign. Q. num. 113. in fol.

I. Discorso Academico dell' Utilità dell' Istoria, pagg. 20.

C C X C.

B O S S I U S C A R O L U S .

Carolus Bossius Patritius Mediolanensis XX. ætatis Anno in Congregationem Cleric. Regul. S. Pauli ingressus, in ea professus est Anno MDXCIV. Vir fuit sacra eloquentia, & mira dicendi gratia cum paucis comparandus, Græcæ, Latinæque linguæ peritissimus. Tali prudentia præditus erat, ut Regii Mediolanensis Ditionis Administri in privatis, publicisque negotiis ejus opera uterentur, atque consilio. A Supremo ejusdem Domini Moderatore ad Serenissimum Ranutium Parmensem Ducem Legatus missus est, controversias quasdam Jurisdictionales compositurus; quod munus tam feliciter gessit, ut idem Dux eundem Carolum, tamquam ejus egregiis virtutibus captus, Consiliarii, & Concionatoris sui nomine decoratum apud se retinere decreverit; eoque Principe postulante ab Urbano VIII. Cruce Melitensis Ordinis, & Referendarii utriusque Signaturæ Dignitate ornatus est. Diu in ea Aula commoratus, inter optata S. Barnabæ Claustra reversus, in vario scribendi genere se exercuit Litterarum, & Litteratorum cultor assiduus. Poësim tam Latinam, quam Hetruscam in primis dilexit, reliquitque præsertim egregia opera, ut infra.

Prima die Novembris MDCXLIX. ætatis suæ LXXVI. obiit in Collegio S. Barnabæ, cui ultra pinguem affem legavit sacrarum Reliquiarum D. Caroli Tom. I.

A Borromæi pretiosissimum thesaurum. Collegio item S. Alexandri insignem Bibliothecam, & complurimas egregias Tabulas, uti legitur in sequenti Inscriptione, quam Demetrius Supensius posuit in eadem Bibliotheca sub Fundatoris effigie.

DON CAROLVS BOSSIVS
EX CLERICIS REGVL. S. PAVLI
EQVES HIEROSOLYMITANVS
ET SS. DOMINI NOSTRI VRBANI VIII.
REFERENDARIVS VTRIVSQUE
SIGNATVRAE

B AD ALENDAM NOSTRORVM ERVDITIONEM
VBEREM LIBRORVM COPIAM
TVM EGREGIAS TABVLAS
QVAE HOS PARIETES ORNANT
HVIC NOSTRO COLLEGIO ELARGITVS
INSIGNI MVNIFICENTIA PATRV
ANIMOS EXCITAVIT
VT AVCTO PROPRIIS IMPENSIS
LIBRORVM NVMERO
RECENS EXORNATA HAC AVLA
PLENIORVM STVDIOSIS OFFICINAM
APERIRENT
TAM SPLENDEDE BENEFICVM
LITTERIS VIRVM
NVMQVAM LITTERAE NOSTRAE
CONTICESCANT.

C De eodem Bossii dono extat Epigramma Francisci Ruglerii lib. 3. Epigr.

Scriptit:

- D I. Carmina in laudem Urbani VIII. *Roma. in 4.*
II. Il Cantico delle Benedizioni nella Coronazione di N. S. Urbano VIII. Carmen Italicum, vulgò Canzone. *Roma, 1626. presso Giacomo Mascardi. in 4.*
III. I cinque Cigni, Carmen Italicum, ut supra, nel giorno della Coronazione di Urbano VIII. MS. in 4. *ibid.*
IV. Lode dell' Inchiostro. *Roma, 1626. presso lo stesso. in 4.*
V. Epigrammata varia à P. Vincentio Gallo Barnabita relata in Opusculo de Epigrammate.
VI. Inno in lode della Santissima Vergine di Mongiovino Canzona. MS. in 4. servatur in Bibliotheca Collegii S. Barnabæ Mediolani.
VII. Varie Imprese. Extant in Mundo Symbolico Picinelli.
VIII. De Rebus Politicis.
IX. De Epistolis.
X. De Impresis, seu Emblematicis.
XI. Commentaria in omnes Divinæ Scripturæ Libros. Extant omnia MSS. apud Suos. Laudatur à Philippo Picinello in Athenæo pag. 111. A Christophoro Giarda.
A Jo. Angelo Bossio in fronte Operis de Matrimonii Contractu, ubi inquit: „Carolus præclarissima Commentaria in omnes Divinæ Scripturæ Libros conscripsisse, quæ si Typis excusa forent, Abulensis Volumina ferè adæquarent. Ab Angelo Grillo in suis Epistolis. *Venetis. 1608. in 4.* Inter Carmina Augustini Terzaghi extant nonnulla ad Carolum Bossium de Poësi P. Vincentii Galli pag. 2. Annibalis Guaschi ad eundem Epistolæ duæ Italicæ. Extant inter Epistolas Guaschi editas *Mediol. opud Pontium, & Piccaleam. 1601.* Extat etiam Epistola Latina Octavii Ferrarii ad Carolum Bossium, data Patavii III. Non. Maji 1637.

D d

C C X C I.

CCXCI.

BOSSIUS DONATUS.

Donatus Boffus, ab aliis Boffius, patre Joanne, natus est Mediolani Anno MCDXXXVI. die V. Martii, Notariatus verò munere donatus Anno MCDLVI. & caufis in Foro agendis magnam vitæ partem intentus, horas fubceffivas per tria luftra impendit fcribendo *Chronico*, quod ære fuo excudi fecit, de quo infra. Hoc *Chronicon* cum legiffet Matthæus Boffus, ita fcripfit Epitollâ CXXIX. „ ad „ Donatum Boffium, eruditum & accuratum Scripto- „ rem temporum: Plurimum falve, Vir fine dubita- „ tione erudite, & accurate, Donate. Annotationes „ noftri temporis, eventusque bellorum, quos fcri- „ bis, legi tuos, & ita id avidè quidem ac perbelle, „ ut ego te amo, Donate: & ut est honos gratiffi- „ mus mihi, quem tu affers Boffio nomini, a quo „ ego tecum originem duco.

En titulus Operis:

- I. Donati Boffii Causidici, & Civis Mediolanenfis, gefto rumque dictorumque memorabilium, & temporum, ac conditionum, & mutationum humanarum, ab Orbis initio ufque ad ejus tempora, ufque ad Annum MCDXCII. Liber ad Illuftriffimum Principem Johannem Galeatium, Mediolanenfium Ducem VI.
 - II. Historia Epifcoporum, & Archiepifcoporum Mediolanenfium definens in Guidone Antonio Arcimbolodo, ideft ad Annum MCDLXXXIX. in fine fic legitur: „ Hoc „ Opus impreffum fuit in inclita Civitate Mediolani „ per folertiffimum Artis Imprefforiæ Magiftrum Antonium Zarotum Parmenfem ad impenfâs probi Viri Domini Donati Boffii Civis Mediolanenfis, & Causidici accuratiffimi, Auctorisque hujus pulcherrimi Operis, Anno Salutis Christianæ MCDXCII. Kal. Mart. in fol.
- Agunt de eo ex Noftis Moriggia lib. 3. Salvator Vitalis, Ghilinus in fecunda Parte fui Theatri, Picinellus in Athenæo pag. 165. Auctores Ephemeridum Litter. Ital. Tom XXVII. pag. 117. & ex Exteris Gefnerus, Frifius, Dupinius, Miræus, atque Fabricius in fuis Bibliothecis.

CCXCII.

BOSSIUS FABRITIUS.

Fabricius Boffius Simonis J. C. Colleg. utriusque Magiftratus Præfidis, & Angelæ Calvæ filius, Johannis Ambrofii, & Caroli Equitum Hierofolymitanorum frater, Marchio Caftri Muffii Lacus Larii, &c. Inter Juris Confultos Collegiatos Nobiles Mediolanenfes enumeratur Anno MDXCVI. & inde Anno MDCI. Urbis Præfectus, ad diverfos Principes, Regiamque Catholicam Majefatem, nempe Philippum IV. à quo dignitatem Senatoriam obtinuit, Legatus. Doctrinâ ac meritis onuftus è vivis exceffit Anno MDCXLIX.

Extat ejufdem mnemofynon grandioribus litteris æneis marmoris infitum in fronte campanariæ Turris Fori Mercatorum Mediol. hoc pacto:

FABRICIO. BOSSIO. VRBIS. PRAEFECTO.

De eo reperiuntur:

- I. Relazione dell' Ambafciata di Milano preffo la Maeftà del Re. *Milano*, 1625. in 4.
- II. Alla Santità di N. S. Papa Urbano VIII. il Marchefe Fabricio Boffo, Informazione, e Documenti fopra il Sigillo di Ferro di S. Benigno Boffo, ed Indulgenza &c. contro Francesco Benzio da Como. *Milano per il Ramellati*, 1640. in 8.
- III. De Boffiis Viris Sanctis Benigno, & Ansperto Archiepifcopis in Compendium redacta Monumenta. *Mediolani, apud Ramellatum*, 1647. in fol.

- A IV. Oratio in Funere Philippi II. Hispaniarum Regis, tertio impreffa Ticini, apud heredes Hieronymi Bartoli, 1599. & primum Mediolani, apud Pontios. Fabricium laudant Puricellus in Differtatione Nazar. Sitonus pag. 178. Art. 377. atque Picinellus pag. 179.

CCXCIII.

BOSSIUS FRANCISCUS.

AB Ægidio Mediolanenfis Senatore natus est Franciscus Boffius, qui Legalibus ftudiis intentus in Jurifconfultorum Collegio receptus est Anno MC-LXXIX. poftquam Patriæ Præfecturam gefiffet Anno MDLX. Dum idem munus ageret cum tribus aliis Nobilibus Romam contendit, gratulandi gratia nomine Civitatis Mediolanenfis, non Collegii Jurifconfultorum ut malè Ughellus contendit, ad Pium IV. Pontificem pro ejus affumptione ad Pontificatum, qua occasione Orationem luculentam dixit, atque pro aliis præclaris dotibus, necnon virtutum ornamentis aded animum Pontificis demeruit, ut ab eo Advocatus Conciftorialis effectus fuerit. Pius V. non minori gratiâ Francifcum fufcepit, nam Prothonotariatu Apoftolico eidem collato, in Referendarium Signaturæ, atque Prolegatum Perufiæ, Umbriæ, ac Bononiæ, & tandem Epifcopum Gravinenfem ipfum renunciavit. Gregorius item Pontif. XIII. ad Perufinam Infulam Francifcum noftrum tranftulit, indeque ad Novarienfem, Sancto Carolo Borromæo procurante, Anno MD-LXXIX. pervenit. Poft fuam diligentius Diœcefim perluftraram, juffus a fupradicto Pontifice Gregorio, eandem curam Vifitationis exhibuit erga Genuenfem, Laudenfem, Burgenfemque S. Domini Diœcefes. Novarienfem Seminarium legibus novis ad meliorem frugem traduxit, alterum in Infula S. Julii munificenter erexit, at poft annos quatuor, & amplius, quibus Novarienfem Ecclefiam, piè, fanctèque rexiffet, claufit diem poftremam Anno MDLXXXIV. die XVIII. menfis Septembris, cujus inferias S. Carolus Borromæus fuâ præfentiâ exornavit, fepultusque est in Cathedrali.

Hæc habemus de ipfo:

- D I. Oratio Gratulatoria nomine Civitatis Mediolanenfis ad Pium IV. Pontificem pro ejus affumptione ad Petri Cathedram. *Roma*, 1560. *fine Typograpbo*, in 4. De hac mentio est in Epiftola à XII. Provisionum Abbati Borromæo fcripta die XXVIII. Januarii MDLX. occasione expeditionis Francifci Boffii Urbis Præfecti, cum tribus aliis Mediolanenfibus Nuntius Nobilibus gratulationis gratiâ, ut fupra, in MS. fignato F. num. 36. Bibliothecæ Ambrofiæ.
- II. Orationes aliæ elegantes, ex Corta in fuo Mufæo.
- III. Præctica Criminalis Ægidii Boffii ejus patris ab ipfo Francifco multum aucta, uti ab Epitollâ Nuncupatoriâ ejufdem Cardinali Antonio Perenoto.
- IV. Bernardi Diez Opera ex Lingvâ Hispanicâ in Italianam traducta, pro Animarum Curatoribus. *Novaria*, 1583. ex Cortâ.
- V. Decreta in Vifitatione Apoftolicâ Diœcefis Laudenfis. *Laudæ*, 1584. in 4.
- VI. Leges noviter conditæ pro Seminario Novarienfis. MS.
- E VII. Avvifi a quelli, che hanno cura d'Anime, ex Corta.
- VIII. Lettera Pastorale al Sereniffimo Duce, all' Illuftriffima Signoria, e Clero, e Popolo di Genova. *Milano*, 1582.
- IX. Historia Mediolanenfis Ecclefie Sancto Carolo Borromæo nuncupata, quam imprimendam curare fe profitebatur Anno MDLXXXVII., ut ex ipfius Epiftolis ad Lazarum Auguftinum Cortam fcriptis die XXVII. Maji ex Urbe Româ. Has fe vidiffè autographas apud Marchionem Fabricium Boffium, teftatur Puricellus in Differtatione Nazar. cap. 82. num. 3.
- X. Decreta Vifitationis Genuenfis Anni MDLXXXII. fub Francifco Boffio Epifcopo Novarienfis. *Mediolani*, 1584. in 4.
- XI. Bandi di Francesco Boffo Vefcovo di Perugia. *Ivi*, preffo *Jacomo Petrucci*, 1575. in 4.
- XII. Epiftolæ plurimæ, e quibus Volumen integrum confici poffet, ad Sanctum Carolum Borromæum ab Anno

Anno MDLXXIX. ad MDLXXXIV. Exrant in Collect. Epist. ejusdem Sancti Cardinalis in Biblioth. Ambros. servat.

Leguntur ad eum Epigrammata V. in libro II Carminum Spinulæ, atque de ipso scripserunt, præter Cottam supradictum, Ughellus in Episcopis Perusinis, ac Novariensibus, Moriggia lib. II., Picinellus pag. 204.

CCXCIV.

BOSSIUS FRANCISCUS alter.

Nostro ineunte Sæculo sortiti sumus Patrem Franciscum Bossium, qui quamquam Philosophicas, Theologicasque facultates apprimè calleret, sponderetque magnum Patribus Seraphicæ Religionis proventum ex ejus doctrina fore adventurum, tamen hausta ab ipsius pietatis indole Concionandi energia, Saracenosque adeundi, ac, nullum vitæ suæ discrimen timendo, eos ad Deum trahendi, Constantinopolim sese contulit, ubi cum immanis pestis grassaretur, quod morbi genus ex Turcarum commixtione ipse quoque contraxit, invicta patientia, calamitates, inedia, ac maxima incommoda sustinuit. Clam nonnullos Fidei dogmatis erudiebat, nonnullos quoque palam adjuvabat, ac Sacris Mysteriis imbuebat. Cum verò dehortaretur ibi adhuc commorari ob vitæ periculum, quod adibat, à Sacra Fidei Propagandæ Congregatione consultum est, ut Præfectus Missionum constitueretur. In Moldaviam proinde profectus, tot ac tanta sustinuit, & confecit, tantoque ardore Conciones habuit, fructum recepit, pro Fide insudavit, ut commotus Summus Pontifex eum Episcopum primitus Spirensis renunciaret; eam proinde ob causam Mediolanum venit, ubi summa celebritate, in Basilica Sanctorum Naboris, & Felicis, vulgo appellata S. Francisci, ob Religiosorum ejusdem Ordinis incolatum, consecratus est Anno MDCCXXX. Episcopatum inde aditurus, cum Romam perveniret, Archiepiscopus Anaxiensis electus est. Quamplurima autem terra, marique perpeffus immatura morte præventus est Anno MDCCXXXII. ad majora fortasse ascensurus. Exrant

- I. Conciones ejusdem in plura Volumina digestæ. MSS.
II. Sylvæ pro Concionibus construendis. MSS. penes Suos.
Ita ab ipsis.

CCXCV.

BOSSIUS HIERONYMUS.

Hieronimus Bossius Mediolanensis cum Regularem inter Canonicos Lateranenses vitam professus esset, tantam nomini suo famam peperit, ut cum ageretur de reformanda Canonica Sancti Petri in Cælo Aureo in Urbe Ticino, agente Raphaële Riario, S. R. E. Cardinali Camerario, Hieronymus jam Abbas S. Augustini Placentiæ dignus visus fuerit, qui præclarissimi Monasterii possessionem suæ Congregationis nomine iniret. Id Actum die III. Februarii MDIX. Toti jam Ordini ille præfuerat Annis MD. & MDV. Eo igitur Anno, quo Monasterium prædictum Sancti Petri Congregationi accesserat, tertium ad id munus assumitur, & cum Eremitani Lateranenses abegissent, veluti ejusdem Cœnobii invafores, apud Ludovicum XII. tunc Insubria potitum, atque Senatum Mediolanensem, tam strenuè pro Ordine suo decertavit; ut intra paucos dies, in eandem Sedes Canonici, quasi postliminio, redierint. His aliisque virtutum meritis præclarus, quarto in comitiis Placentinis celebratis Anno MDXIII. Generalis eligitur, tum sequenti Anno, dum Abbas præfesset Cœnobio Placentino, vivere desit.

Scriptit :

I. De Fide castè servanda in communi, Deo, Amicis, Inimicis Libros IV.

II. De Juramento exhibendo, acceptando, rejiciendo Libros III.

Hos MSS. extitisse apud Basilium Serenaium, docet Rosinus in Lyc. Later. lib. VIII. pag. 394.

Ei dicavit Marcus Rizzonus Veronensis Sermones super *Missus est*, & super quasdam solemnitates Beatæ Virginis habitos Vercellis. *Florentia, apud Antonium de Tubinis. 1508.*

Agunt de eo prædictus Rosin. loc. cit. Pennot. in Hist. Tripart. sæpius.

CCXCVI.

BOSSIUS HIERONYMUS alter.

Hieronimus Bossius, sive Bossus, Francisci, atque Franciscæ item Bossæ filius, ad Medicinæ Studium primis ætatis suæ Annis genialiter se dedit, nec non inter suos Anno MDLX. die XXII. Martii cooptatus fuit in Collegium, & sicuti fortunæ bonis præditus erat, pauperibus omnibus gratis semper intervivit: Amœnioribus litteris etiam vacavit, ita ut Academici Papienses nomine Affidati in cœtu suo, Hieronymum nostrum expetierint. Dolendum est, quod mors Orbi litterario citius, quam meruisset, illum abstulerit, nam ejus ingenii plura Monumenta, quam quæ nunc profero, sine dubio extitissent.

I. Rime Toscane, inter eas Academicorum Affidatorum, ex quibus ille fuit nomine *il Necessitato. Milano, 1567. sine Typographi nomine, in 8.*

II. I primi Cinque Canti di Eliodoro tradotti. *Milano, per Gian Antonio Borgio, 1557. in 4. ad Carolum V. Cæsarem.*

III. La Genealogia della Gloriosissima Casa d'Austria, Poema in ottava Rima. *Venezia, per li Fratelli Sessa, 1560. in 4.*

IV. Ragioni, perchè la Volgar Lingua abbia avuto dal Petrarca, e dal Boccaccio il compimento. Alli Signori Gian Paolo, e Prospero Fratelli Visconti. *Padova, per Lorenzo Pasquati, 1570 in 4.*

V. Ottave del Paradiso Terreno alla Signora Donna Antonia Somaglia Visconti. *Milano, ita ex schedis Mazzuchellianis.*

Extat Hieronymi Bossii memoria in libro Bartholomæi Curtii, sed nimis parçè, ut & in Moriggia lib. 3. Ghilino part. 2. Picinello pag. 34., de ipso etiam Crescimbenius in libro V. cap. 219. pag. 247. dell' Istoria della Volgar Poesia.

CCXCVII.

BOSSIUS JACOBINUS.

Jacobinus de Bossiis senior juris peritiâ apprimè clarus, Comes, & Eques aureatus, cum suis in Collegio J. C. C. ad MCCCXLVIII. numeratur. Eodem Anno sub Carolo IV. Imperialis Aulæ Judex Patriis Statutis reformandis egregiam navavit operam. Ejus illustre nomen, rudi, & irregulari licèt Carmine, celebrat Inscriptio ejusdem marmoreo Monumento affabrè incisa in Ecclesia PP. Augustinensium Divi Marci Mediol. sequentibus notis. Sed prius audiamus, quid de ipso dixerit Camillus Sclaffenatus in Oratione ab eo facta pro cooptatione in Collegio Juris Consultorum Nobilium Fabricii Bossii: „ Tu „ verò ante alios Jacobe, qui Patriam tuam singulari „ obstrinxisti beneficio; quia vastum erat incomposita „ mole Urbis nostræ Decretorum Volumen, unde „ difficultates, varietates, & fraudum occasiones „ multæ. Hinc inter alios nonnullos Cives prudentissimos, & Patriæ ornatissimos tu delectus es; „ cujus ope, aptissimo ordine dispositum utiliora „ omnia brevi opere comprehendit.

TEGI.

TEGITVR HAC ARCHA VIR PROBVS QVEM MVNDI MONARCHA
 CAROLVS EFFECIT CENSOREM AVLÆ SVÆ.
 QVALIS SIT HIC DOCTOR QVI TRANSIS CERNE VIATOR
 COMES MILES FACTVS CAESARIS DIVA MANV.
 STEMMATE PRAECLARVS BOSIA PROPAGO PRAEDIGNA
 GENVS EDITVM CLARIVS TITVLIS IPSE FECIT.
 ROMA SVVM CONSONVM LEGIBVS MORIBVS APTVM:
 IACOBVS SVPLANTANS VITIA QVASQVE LITES.
 SORTE MORTIS MERITA QVAM VITA PRAECESSIT HONESTA
 OBIT SENEX IACOBVS IACOBI MAGNI PATER
 STIPES PRAECLARVS A QVO BINA PROPAGO NATORVM
 ILLVSTRIS ENITVIT BOSIAM DOMVM AMANS
 PATRIS ADHVC SOBOLES SVPERSTES ALTERA FELIX.
 VASSALINVS REGIVS CAESAREVSQVE COMES
 CVIVS IN HAC POLI TITVLVS EST ISTE FAMOSVS
 VIR CLARVS DOGMATIBVS PVBLICAE REI TVTOR
 QVI PATRIS ET FRATRIS PVLCHRO TEGENS OSSA SEPVLCHRO
 MONET QVASQVE GENTES HOS MEMORARE VIROS
 REGNET CVM CHRISTO SARCOPHAGO CONDITVS ISTO
 SORS SVA SIT COELVM QVOD PASTOR SERVAT AMOENVM.

Memoramus:

- I. Statuta Patriæ ab ipso ordinata .
 Ex Siton. pag. 29. Artic. 30.

CCXC VIII.

BOSSIUS JACOBUS.

Jacobus Bossius (quem Miræus perperam confundit cum Antonio Bossio Romæ Subterraneæ Scriptore à nobis supra laudato, cum hic Jacobi nepos fuerit) inter Equites inclyti Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani recensitus, ut asserit Janus Nicius in Tom. I. Pinacothecæ, suæ Religionis negotia in Urbe Roma plurium annorum spatio diligentissimè curavit. Postmodum otii litterarii cupiditate incensus, sibi demandatum munus in Antonium nepotem transfudit. Clericalis etiam amplectendæ militiæ desiderio flagravit, ideoque Cardinalis Gregorii Petrochini, qui ex generali Eremitarum Sancti Augustini Præfectura ad Purpuram assumptus fuerat, Aulam secutus, ei tamquam Cubiculi Magister, infervivit. Sperabat Jacobus, ut publica ferebat fama, Cardinalem ipsum ad Summi Pontificatus apicem perventurum, sed cum aliquot Pontificibus defunctis, nunquam id evenisset, aulicis relictis curis, pietatis officia in posterum coluit. Tempa sedulus invisebat, inopesque juvabat; & Melitenibus Equitibus Vineam suam in Aventino Monte sitam, variis antiquitatis Monumentis exornatam, Testamento reliquit. Plura sunt, quæ scripsit; nimirum

- I. Istoria della Sagra Religione di S. Gio: Gerofolimitano. Roma, 1594. Tom. III. in fol. & iterum Roma, per il Facciotto, 1602. 1621. 1630. Tom. III. in fol.
 II. Statuti della Sagra Religione Gerofolimitana, con li Privilegj della medesima. Roma, per il Tornieri, 1589. in 4.
 III. La Corona del Cavaliere Gerofolimitano. Roma, per il Zanetto, 1588. in 4.
 IV. La Trionfante Croce. Roma, per Alfonso Ciaccone, 1610. in fol.
 Hic Liber, in Latinum idioma conversus, denuo editus fuit hoc titulo: „Cruz Triumphans, & Gloriosa, descripta Libris VI. ad sacræ, & profanæ historiæ lucem, & christianæ pietatis augmentum utilissimum. Antuerpia, apud Moretum. 1617. in fol.
 Videndus Picinellus in Athenæo pag. 239.

A

CCXC IX.

BOSSIUS JOHANNES.

Nescio quibus tabulis fultus Abbas Philippus Picinellus in suo Athenæo pag. 292. duos faciat Johannes Bossios, nam ego unum tantum reperi, qui, juxta Moriggiæ verba, Azzonis Bononiensis Magister extitit, cujus ætas apprimè convenit cum Inscriptio- ne à Sitono, & Picinello relata Johannis nostri, ideo- que scripta legalia ad eundem pertinere arbitror. Hæc est Inscriptio, quæ legitur ad ejus Tumulum in Tem- plo Sanctæ Mariæ Coronatæ hujus Urbis, & post ipsam, quid Johannes scripserit, dabo.

B

IOHANNES BOSSIUS PATRICIVS
 ERVDITIONE LIBERALIVM ARTIVM
 ET IN PRIMIS SACRARVM LITERARVM
 CHRISTIANAE RELIGIONIS FERVORE
 VITAE SANCTITATE

PRAECLARVS
 IN PROXIMOS ET EGENOS PIVS
 CREBRIS IEIVNIIS VIGILIIS
 ATQVE PERPETVIS PRECIBVS
 DEVM PIE PLACANS
 LABORVM ET IN ADVERSIS
 PATIENTISSIMVS
 CONSVETVDINE OPTIMORVM
 PROCVL A FASTV ET AMBITIONE
 DELECTATVS

C

RELIGIOSOS ANTE OMNES
 HOSPITALITATE BENIGNA PROSECVTVS
 LIBRIS IN OMNI GENERE DISCIPLINARVM
 ATQVE COMMENTARIIS
 SVPER VARIA SCRIPTORVM VOLVMINA
 EDITIS
 QVATVOR ET LXX. NATVS ANNOS
 FELIX CONIVGE ET LIBERIS
 NATVRAE CONCESSIT
 MCCCCXCII. IV. ID. MAII
 MATTHAEVS FILIVS IVRECONSVLTVS ET
 POLYXENA BOSSIA NVRVVS P.
 ET M. G. POSVERVNT.

I.

Hæc sunt ejus scripta :

- I. Summa in Pandectas.
 - II. Lectura utilissima super Codicem.
- Ex supradictis, & ex Sitono pag. 62. Artic. 263. Vide etiam Picinellum pag. 292.

C C C.

BOSSIUS JOHANNES ALBERTUS.

IN fine Sæculi XVI. Mediolani florebat Johannes Albertus Bossius, in Arte Grammaticali satis excellens, ut notat Picinellus in suo Athenæo, qui de more nimis jejunos nos relinquit, nihil de ipso in medium proferendo, nisi quod habitum Clericalem gestabat. Ego verò in evolvendis MSS. Codicibus eximie Bibliothecæ Ambrosianæ, de Auctore isto hæc reperi, ex quibus, ubi natus fuerit, idest in Oppido Busti nomine saltem cognovi, & quod inter Latinos Poëtas non infimum locum promeritus fuerit.

- I. Jo. Alberti Bossii Clerici Mediolanensis Michaleæ Libri IV. metricè scripti.
- II. Hymnarium, seu Factorum Libellus de Solemnitatibus Domini, & Sanctorum Festis.
- III. Epitalamium de Jo. Galeatio VI. Mediolanensium Duce, & Isabella Uxore.
- IV. De Amœnitate Villæ Cusagi à Ludovico Mauro erectæ.
- V. Alia Carmina ad diversos præcipuè Bustenses: In fine adest.
- VI. Epistola ad Basilium in Claravalle Monacum super tribus exemplis de Confessione, Avaritia, & Purgatorio sua ætate editis.
Extant omnia in Cod. MS. Bibliothecæ Ambrosianæ in 4. sign. I. num. 133. pagg. 200.
- VII. Bossii Joannis Alberti Institutiones Grammaticæ Lat. Venet. apud Societatem, 1609. in 8.
Hunc librum tantum laudat Abbas Picinellus in suo Athenæo pag. 254.

C C C I.

BOSSIUS JOHANNES ANGELUS.

ORnamentum non vulgare Congregationis Clericorum Regularium, quam Barnabitarum vocant, fuit, atque semper erit, Johannes Angelus Bossius Mediolanensis, nam in ipsa studiis Philosophicis, atque Theologicis completis, gradus omnes usque ad Generalatum à suis accepit. Primò annis sex Collegio Pifarum præfuit, quo tempore tanti Viri consilio utebantur Serenissimus Ferdinandus II. Magnus Hetruriæ Dux, atque Illustrissimus Julianus de Medicis Pifarum Archiepiscopus. Visitatoris Generalis, & Assistentis officiis præclare gestis ad supremam Ordinis dignitatem, ut diximus, evehctus est. Quod sibi denuò Patres contulissent, ni tantum onus humilimè fuisset deprecatus. Romæ, dum Assistentis munus iterum ageret, ultimum egit diem Anno MDCLXV. Opera ejus sunt:

- I. De Triplici Jubilæi Privilegio. Pisis, ex Typographia Tanaliana. 1635. in fol.
- II. Moralia Varia ad utrumque Fori. Lugduni, apud de Bords. 1649. & 1650. Tom. III. in fol.
- III. De Effectibus contractus Matrimonii. Venetiis, apud Bertanos. 1643. in fol., & Lugduni, apud eundem de Bords. 1655. in fol.
- IV. Disceptationes Morales de Jurisdictione Episcoporum. Mediolani, apud Hæredes Pontii, & Piccaleæ. 1638. in 4. De hoc libro duos Picinellus fecit.
- V. De Scrupulis, & eorum Remediis. Venetiis, per Balonium, 1647. in 8.
- VI. De Dote Filiabus danda. Lugduni, apud de Bords. 1662. in fol.
- VII. De Suspensione Indulgentiarum, & facultatum à Casibus, & Censuris &c. ex Picinello.
- VIII. Methodus serviendi Deo. Mediolani, apud Ludovicum Montiam. 1656. in 12.
- IX. De Patria potestate in filios: Opus editum à Juvenale Falconio, qui in Epistola ad Lectorem, inquit: „ Utinam mitiora fata in longiorem ætatem hunc Virum servassent, dedissentque potuisse maturare reliquos partus, quos ille feraci ingenio conceperat. Lugduni. 1667. & 1671. apud de Bords. in fol.
Agunt de ipso, ferè omnes Theologi Morales, Cardinalis de Luca in Theatro Veritatis, & Justitiæ, Crescentius in Præsidio Romano, Philippus Picinellus pag. 361. & alii.
Tom. I.

A

C C C II.

BOSSIUS JOHANNES BAPTISTA.

Mortem faxis etiam, nominibusque venire, testis est Poëta. Superstes tamen morti vivunt Eruitorum labores, & Codicum adjumento ipsorum nomina interitum ignorant. Id expressè noscent Lectores candidi in Johanne Baptista Bossio Mediolanensi, cujus perierunt Acta, nomen tamen, atque Volumina perseverant. Alterius fortasse diligentis fors favebit, ut aliquid adjici possit; Ego interim, quod inveni proferam; nempè:

- I. Prælectiones Philosophicæ. Mediolani, apud Paganellum. 1612. in 4.
- II. Johannis Baptistæ Bossii Epigrammata Varia.
Extant MSS. in Reg. Parisiens. Cod. 6483. ex Montfauconio Biblioth. MSS. Tom. II. pag. 763.
Inter Carmina Augustini Terzaghi legitur Carmen in Lauream Jo. Baptistæ Bossii pag. 15.

C C C III.

BOSSIUS JOHANNES GALEAZ.

IN lucem editus est Mediolani Johannes Galeaz Bossius parentibus Marchione Fabricio Juris Consulto Collegiato, atque Laura Fregosia. Cum Forensia secutus studia Legum peritiem non modicam perpeti diligentia sibi comparasset, & summos Academicos honores adeptus esset, Anno MDCXLIV. inter Jurisperitos Collegiatos in Patria sedem & ipse obtinuit. Inter LX. Decuriones recensitus, & Sanctæ Inquisitionis Consultor effectus, Urbis Præfecturam gessit Anno MDCLIII. Prætorium hinc officium ad Signum Galli administravit. Capitalibus exinde Causis agendis Præfectus datus, Regique Fiscii clientela suscepta, per tot honorum gradus ad Senatorium munus in amplissimo Insuorum Senatu Regali Diplomate evocatur; ubi singularis prudentiæ, & æquitatis laude conspicuus plures transegit Annos. Publicæ etiam salutis Præses creatus vigilantissimè demandatam sibi provinciam implevit, donec satis cessit Anno superioris Sæculi octuagesimo quarto. Juvenilium studiorum ejus præclarum habemus testimonium, scilicet:

- I. Phœbus. Panegirica Dicitio de Daniele Comite Patritio Mediolanensi Principe Infocorum renuntiato habita à Jo Galeatio Bossio Marchionis Fabritii filio. Mediolani, apud Gariboldum. 1636. in 4. In fine adest Epigramma Alexandri Glusiani in laudem Danielis Comitis.
Viriles Bossii labores fuerunt.
- II. Allegationes Juris plurimæ à J. CC. laudatissimæ, & sparsim in sæpè memoratis Collectionibus servatæ, e quibus in unum redactis non parvæ molis Volumen coalesceret.
Vide Siton. pag. 213. Artic. 932.

C C C IV.

BOSSIUS MARCUS.

Celeberrimum olim apud Insuores Humiliatorum Institutum professus est circa medium fermè Sæculi XV. Marcus Bossius Mediolanensis in eo, quem tertium Ordinem nuncupabant. In litterarum studia totus incubuit, & suæ Religionis Monumentis colligendis undique insudavit. In Cœnobio Florentino Sanctis omnibus dicato Præpositus aliquando præfuit. Hieronymum Landrianum Jurisconsultum laudatissimum, atque ejusdem Ordinis Moderatorem supremum, inter primos coluit, cui etiam inscripsit Anno post Virginis partum nonagesimo tertio supra quadringentesimum, & millesimum, Codicem, cui titulus:

- I. Chronicon Ordinis Humiliatorum. Codex MS. in fol. pluribus picturis exornatus, abitur, atque gesta prædictorum Fratrum demonstrantibus, servatur in Biblio-

E e

bliotheca Comitum Cæsaris Montii Equitis inter Mediolanenses eruditissimi .

In Epistola Nuncupatoria, hæc leguntur : „ Reverendissimo Domino Hieronymo Landano Decretorum „ Doctore celeberrimo, Ordinis nostri Humiliatorum „ Generali, Frater Marcus Bossius omnium Sanctorum „ Florentiæ Præpositus S. P. D. Quia, Reverendissime „ mi Pater, & Domine, multi conati sunt originis nostræ Humiliatorum historiam diversimodè terere &c. Idem Opus Johannes Petrus Puricellus in Italicum sermonem convertit, illudque vidi in Ambrosiana Bibliotheca Cod. sign. C. num. 74 in fol. Laudatur Marcus noster à Johanne Bartholomæo à Sancta Claudia in historia PP. Eremitarum Nudipedum Sancti Augustini. Agit etiam de eo pro more satis breviter in schedis suis Pater Mazzuchellus.

C C C V.

BOSSIUS MARCUS ANTONIUS.

ÆGidius Bossius Juris Consultus Collegiatus, & Mediolanensis Senator, quem debita cum laude superius recensuimus, etiam filii splendoribus illustratur. Hic est Marcus Antonius, & ipse ob generis, atque eruditionis meritum Anno MDLXIV. Patre jam defuncto Jurisperitis annumeratus in Patriæ nobilissimo Collegio. Plura suæ prudentiæ testimonia dedit tantus Vir eo præsertim tempore, quo jubente Catholico Rege Philippo II. ab Infubriæ Moderatore Duce Sessæ ad Fœderatos Helveticæ Reipublicæ Patres Orator missus est. Ex ea Legatione, quam prudentissimè gessit, cum Mediolanum remeasset, primum Decurio, tum in Extraordinarium Reddituum Magistratu Quæstor creari meruit. Raptus est terris Anno Salutis humanæ MDLXXXII. Elucubravit hoc Volumine Acta Legationis suæ :

- I. Prima Parte della Negoziazione del Sig. Marc' Antonio Bossi presso li tredici Cantoni de' Signori Svizzeri, e suoi Confederati fatta in servizio dell' Invittissimo, e Cattolico Re di Spagna, e dell' Illustrissimo Signor Duca di Sessa Governatore Generale per Sua Maestà in Italia. Continet primo loco Regium Diploma pro Auctoris expeditione ad Helvetios. Sequitur Instructio, hinc Epistolæ ab ipso Bossio ad Hispanicam Aulam conscriptæ, atque ad eandem Legationem spectantes, datæ annis MDLIX. & MDLX. Servatur MS. in fol. justæ molis in Bibliotheca Comitum Marci Aresii. Dolendum interim secundam Operis partem periisse. Vide etiam Sison. pag. 129. Artic. 545.

C C C V I.

BOSSIUS PAULUS.

PAulum Bossium Mediolanensem Congregationis Clericorum Regularium Sancti Pauli Decollati, quos Barnabitas dicimus, Alumnum, mores suavissimi, atque Oratoriæ Sacræ Facultatis ornamenta posteris satis, superque commendant. Quotquot ætate sua vixerunt, Concionatorum celeberrimus, diuturnam in Urbe Bononia moram traxit, ibique tanti habitus est ab Eminentissimo Jacobo Boncompagno ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopo, ut Synodali Decreto Examinator fuerit renunciatus. In ipsa Urbe collatis in Congregationem suam universam singularibus beneficiis insignis, mortalibus valedixit.

Edidit :

- I. Prediche dette alla Corte Cæsarea. *Bologna, per il Longbi, 1719. in 4.*
II. Panegirici Sacri. *Bologna, per il Pisarri. 1721. in 4.*
Ex Suis.

C C C V I I.

BOSSIUS SIMON.

Simonis Bossii, cujus nunc paucis verbis gesta, eruditiq; labores sunt proferendi, pater Fabricius fuit; qui filium præcipuâ diligentia in liberalibus studiis educandum curavit. Nam cum legibus sedulam dedisset

A operam, lauream assecutus, generis nobilitate, atque doctrina commendabilis collegium Jurisconsultorum ingredi meruit Anno MDLXIV. Ejus perceptâ prudentiâ dignum censuit Hispaniarum Monarcha Philippus Caroli Augusti Filius, ut Regii Fiscii Patronum in Infubria constitueret. Mox ad majora in virtutum suarum gratiam evectus, in Amplissimo Mediolanensi Senatu Patribus conscriptis annumeratur. Hinc Extraordinarium Reddituum Magistratui Præses datus, atque in Secretius Consilium admittus, postremo Magistratus, quem Intratarum Ordinarium appellant, Præses creatus est. Eo in munere abiit è terris Anno MDCV. Cadaver in Templum Divi Pauli ad Portam, quam Ludovicus Maria Infubrum Dux de suo nomine Ludovicam vocandam edixit, illatum est; addito sequenti Elogio:

SIMONIS BOSSII SENATORIS
PRAESIDIS VNIVS ATQVE ALTERIVS
MAGISTRATVS
FAMILIAEQVE SVAE SEPVLCRVM

Ejus ingenium hæc posteros edocent :

- I. Consilium in Cauſa præcedentiæ Illustrissimorum Præsidum, & Senatorum Mediolani, teste Melchiore Acciato de Præcedentiâ pag. 43. num. 95. ibi.
„ Clarissimus Dominus meus amplissimusque Quæstorum „ Ordinarium Mediolani Præses D. Simon Bossius in „ luculentissimo illo Consilio, quod ad Sacram Regis „ nostri Majestatem transmisit in Cauſa præcedentiæ. „ Illustrissimorum Præsidum, & Senatorum Mediolani „ &c. Quod denuo innuit pag. 53. num. 29. & pag. 77. num. 198.
II. Oratio Latina in laudem Margaritæ Austriacæ. Extat in libro, cui titulus: „ Orazioni, e Poemi dell'Academia Affidata per la Venuta, e Nozze di Margarita „ d'Austria con Filippo Re di Spagna. *Pavia, presso il Viani, 1599. in 4.*
In ejus laudem satis prolixum habet Epigramma MS. Hercules Cimiliotus in Biblioth. March. Fratrum. Vicecomitum.
Dicitio Panegyrica de Simone Bossio Principe Infocatorum habita à Danesio Casato, auspice Octavio Boldono. *Mediolani, in 4.* ubi Bossii hujus, ejusque Familiæ laudes.
Annibalis Guaschi ad eundem Epistola Italica. Extat inter Epistolas Guaschi editas *Mediolani, apud Pontium, & Piccaleam, 1601.*
De eo Alexandri Rubini Bergomatis Carmina. 1594. in Ambrosiana. 4. R. 326.
Extat ad ipsum Epistola ad pag. 60 Juliani Gosellini à Secretis Ferrantis Gonzagæ gratulatoria pro ejus cooptatione in Senatum data VI. Novembris MDLXXXII. cum esset Magistratus Ordinarii Præses.
Vide Sisonum pag. 129. Artic. 548. atque Landum, qui de ipso sermonem habuerunt.

C C C V I I I.

BOSSIUS TOSABOS.

Post luctuosissimum illud, & sæculis omnibus memorandum Urbis Mediolanensis excidium, cum Fridericus hujus nominis inter Augustos I. eam funditus eruit, vix Cives profugi hortante præsertim, Sancto Galdino Ambrosianæ Ecclesiæ Præsule ad patriam reficiendam convenerunt, statim Magistratus ad Reipublicæ regimen creare cura fuit. Sex igitur electi sunt, inter alios Urbis Rectores, Consules Justitiæ dicti Anno MCLXX. quorum prudentia, & in gerendis rebus summa dignitas redivivam hanc Infubrum Metropolim apud omnes terrarum gentes redderet clariorem. Horum nomina sparsim dabimus in hoc Volumine, cum omnes meritò inter Eruditos sibi locum vindicent: Primus interim ordine alphabetico, quo utimur, memorandus venit Tosabos Bossius, qui cum Collegis condidit:

- I. Statuta Mediolanensis Reipublicæ.
Hæc hausi ex Monumentis Familiar. Mediol. à Co. Octavio Archinto collectis Vol. I.

C C C I X.

CCCIX.

BOTTA AUGUSTUS.

NUllum aliud lumen mihi datum fuit de Augusto Botta, nec de ejusdem operibus, præterquam id quod Picinellus de ipso obtulit in suo Athenæo, scilicet eum tantummodo in loco nomine Roveschallo, Ducatus Mediolanensis, prope Saronum, Comum versus, natum fuisse asserit, & quod Johannem Mormellium æmulatus sit in Sententiis, atque Apophtegmatis melioribus colligendis ex Tibullo, Propertio, atque Ovidio; dedit itaque typis Lugdunensibus Anno MDXLVII. Opuscula quæ sequuntur:

- I. Tibulli, Propertii, Ovidii Flores locupletissime aucti.
 - II. Familiarium Colloquiorum Formulæ.
 - III. Vocum aliquot ineptarum Catorthosis.
- Ex suprascripto Picinelli Athenæo pag. 6.

CCCX.

BOZZUS JOHANNES BAPTISTA.

IN Oppido Ditionis Mediolanensis, Castelletum supra Ticinum nuncupato, à Francisco, atque Felice Cardana natales habuit Jo. Baptista Bozzus die XVII. Octobris Anni MDCXVIII. Pietati deditus, Religionem Carmelitarum Excalceatorum ingressus est Anno MDCXXXVI. die II. Martii, ibique nomen Dosithei de Angelis assumpsit. Lectoris munus per plures annos exercuit, itemque Concionator egregius evasit pluribus in Italiæ Civitatibus, præcipue Patavii; Episcopo ipsius Urbis, scilicet Sapientissimo Cardinali Gregorio Barbadigo, summopere charus fuit. Provinciam Venetam summa cum laude gubernavit. Penes nepotem suum Franciscum Bozzum, hæc nostri Auctoris Opera MSS. servabantur:

- I. Funiculus triplex Mysticis Canticis Cantorum sensibus Allegorico, Anagogico, & Morali intertextus. Vol. IV. in 4.
- II. Amoris prodigia congesta in Cantico Cantorum triplici sensu Allegorico, Anagogico, & Morali exhibita. Vol. III. in fol.
- III. Renovata Urbis, & Templi, cujus ideam inspexit Ezechiel, Literalis, Allegorica, & Moralis Descriptio. Vol. I. in fol.
- IV. In Apocalypsim Commentaria. Vol. I. in fol. apud Auctorem.
- V. Santa Teresa Coronata, con gli Esemplj di virtù de' suoi Figli, e Figlie. Venezia, 1684. in 4. Teste Cotta in Museo Novariensi pag. 104.

CCCXI.

BRACCIUS JOHANNES.

Tantum à pluries laudato Picinello, nobis indicatur Johannes Braccius, quem brevibus verbis fuisse Mediolanensem asserit, & in Bibliothecis Johannis Jacobi Frisii, atque Paschalis Galli nomen ipsius reperiri. Mirum est, quod diligentissimus Scriptorum Medicorum Mediolanensium Collector Bartolomæus Curtius, de ipso minimè verba fecerit, & quod plus est, nec Jo. Jacobus Mangetus, qui de omnibus Medicis Scriptoribus quatuor magna Volumina composuit, & ipse de isto Braccio fileat, eò magis, quod & Mangetus, & Curtius præ manibus habuerunt Frisium, Gallum, & Picinellum; expungendum esse itaque credidi, si Bononiensi homine liceret, hunc Auctorem Mediolanensibus eripere. Fides sit itaque penes Picinellum, Johannem Braccium conscripsisse

- I. Opus Chirurgicum.
- Vid. Picinell. pag. 292.

BRAMBILLA CARMINATUS.

V. CARMINATUS BRAMBILLA PLACIDUS.

CCCXII.

BRAMBILLA HIERONYMUS.

Hieronimus Brambilla à Mediolano Lector Jubilatus, ex Ordine FF. Minor. Observ. S. Francisci, sæpius Definitor, & Variarum Provinciarum Visitator. In Conventu S. Angeli Mediolani die IX. Maji, Anno MDCLXXIV. fuit electus in Ministerium Provinciale; & quia erat Vir non solum multâ doctrinâ, sed etiam summâ prudentiâ, & zelo observantiæ præditus, ab Innocentio XI. Summo Pontifice ad visitandam, & componendam Provinciam Bononiensem ejusdem Ordinis, cum facultate Apostolica, fuit destinatus. Jurium Mendicantium fuit acer propugnator, rerumque tam antiquarum, quam recentiorum accuratissimus Scriptor. Obiit in Conventu Sancti Angeli Mediolani die II. Aprilis, Anno MDCLXXXVI., ibique sepultus est. Typis dedit:

- I. Prologum in Librum Sententiarum. Mediolani, apud Montiam, 1682. in 4.
 - II. Descriptionem rerum memorabilium Provinciæ Mediolani Fratrum Minorum, ac Cœnobiorum ejusdem initium, & progressus.
 - III. Tractatus de Sepulturis, Quæstionibus, & Dubiis ad eadem, cum suis Resolutionibus illustratus MS. in fol. cum suprascripto in Bibliotheca Suorum. Extat etiam in Bibliotheca S. Mariæ Gratiarum Modoëtiæ.
 - IV. Resolutiones aliquorum dubiorum in jure Canonico fundatæ. MS. in fol. in Conventu S. Angeli.
 - V. Manuscripta alia diversa in rebus Theologicis, & ad sacros Canones spectantia, asservantur in Bibliotheca suprascripta S. Angeli.
- Ex Suis, qui ex Libris Provinciæ hæc extraxerunt.

CCCXIII.

BRAMBILLA HIERONYMUS alter.

DUm aliquando Modoëtiæ Bibliothecas Cœnobiorum illius Insignis Oppidi scrutarer, inter cæteros MSS. Codices à me repertos sequentem vidi Hieronymi Brambillæ satis diligenter exaratum, ideoque dignum existimavi, cui in hac mea Collectione locum facerem. Nihil tamen de Auctoris Vita, vel parentibus occurrit mihi, nisi quod in Basilica Sancti Joannis Baptistæ ejusdem Oppidi Capellanus Regius debebat Anno post redemptionem Orbem MDLXXXI. En Operis titulum:

- I. Antichità della Collegiata, e delle altre Chiese di Monza, colla nota delle Reliquie; delle Indulgenze, delle Rendite, e di altre cose notabili. MS. autographus in 4. justæ molis. Extat in Biblioth. FF. Eremitar. Excalceat. S. Andree Modoëtiæ.

CCCXIV.

BRAMBILLA PETRUS MARIA.

Petrus Maria Brambilla (quo Anno ortum habuerit, non invenitur) in Carthusiano prope Ticinum Monasterio, Anno reparationis nostræ quadragesimo primo post Millesimum Sexcentimum claustrali se addixit vitæ, vota reddens in manibus P. D. Ignatii Bullæ Prioris Sacrum facientis pridie Nonas Octobris. Viceno autem jam Anno elapso, quo fuit professus, morum probitate, virtutumque lucro, cum Sacristæ in ipsa Carthusia fungeretur munere, onus Procuratoris, in altera Mantuana generalibus in Comitibus Anno MDCLXI. ei præcipitur sustinendum, usque ad Annum MDCLXIX., quo ad suæ professionis reversus domum, ibi mutuatas à terra exuvias terræ reddidit Procuratoris agens vices IV. Idus Februarii MDCXCII. cujus pietatis in suum Heterarcham, simul & eloquentiæ ubertatem, ac facundiam testatur hic liber

- I. De Divo Carthusianorum Patriarcha Brunone Enarratio, Reverendiss. P. D. D. Joanni Pegonio totius Carthusiani Ordinis Moderatori vigilantissimo. MS. in fol. Extat in Bibliotheca Carthusiæ prope Papiam.
 - II. Ex plurimis ipsius Elucubrationibus duo tantum supersunt Sermones dicti Anno MDCXLI. MSS. ibidem.
- Ita à Suis.

CCCXV.

CCCXV.

BRAMICELLUS GUILLIELMUS.

Guilielmus Bramicellus Mediolanensis inter Regulares Clericos Congregationis de Somascha, primis adolescentiæ annis, Deo se dicavit. In Collegio Sancti Majoli Ticini litteris excultus ad Italicam Poësim colendam adjecit animum, in qua non modicum progressum fecisse Opus infra dandum demonstrat. Verum maturioris ævi prudentia Guilielmum à Carminibus ad Sacra studia convertit, quibus ad extremum usque spiritum totus adhæsit. Querebatur interim de Sacerdotibus, qui pura puta Poëtarum lectione gaudentes ætatis florem leviter nimis terebant. Quare illud frequenter in ore habebat, quod Doctor Maximus Sanctus Hieronymus in Epistola ad Damasum Tom. III. scribit: „Nunc etiam Sacerdotes Dei, omittis Evangeliiis, & Prophetiis videmus Comœdias legere, amatoria Bucolicorum, versuum verba canere, tenere Virgilium, & id, quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis. „Tantam verò apud suæ Congregationis Alumnos existimationem nactus est Bramicellus ut in generalibus Comitibus Anni MDCIV. Præpositus Generalis Decimustertius fuerit renunciatus. Cum igitur juvenis Musas coleret conscripsit sequens Opus:

- I. Inni, che si cantano tutto l'anno alle Ore Canoniche nella Chiesa Romana dichiarati, e tradotti in Rima Italiana. Venezia, presso Georgio Angelario. 1597. in 8. postea, plurimis Additamentis factis. Padova, presso Pietro Paolo Torti, 1612. in 8.
- Bramicelli meminit cum laude Dominicus Blancus in Historia Ordinis Somaschenfis MS. & Antonius Posssevinus in Biblioth. tit. de Pictura, & Poësi cap. 29. ut testatur Bibliopola Tortius in Præf. ad Lect. „quod tamen falsissimum esse suspicor, cum nihil fanè loquatur Posssevinus de Guillelmo Bramicello in editionibus tum Romana an. MDXCIII. ex Typographia Apostolica Vaticana, cum Colonienfi an. MDCVII. apud Joannem Gymnicum, ut ipsemet vidi. „Hæc verba sunt Clarissimi Patris Mazzuchelli, quæ ego hausi ab illius Schedis.

A

CCCXVI.

BRASCA ERASMUS.

Erasmum Brascam magno amore prosequatur Ludovicus Maria Sfortia, Jo. Galeatii Ducis Mediolani Patruus, cujus erat à Consiliis, qui Anno MCDLXVII. ad Principatum spectantia, Senator creatus, multa negotia tractabat, sed ejectus Ludovicus ob quosdam tumultus excitatos, reversus deinde, & in Patriam restitutus Anno Salutis humanæ MCDLXXIX. hujus Erasmi opera in fere omnibus negotiis magni momenti utebatur, Legatique officio pro se, & Duce Mediolani apud Maximilianum Regem Romanorum fungi jusserat; cum deinde virtutem ejus, & fidem expertus esset, mandatum in illum confecit Anno MCDXCIII. promittendi, & solvendi Friderico III. Austrio Imperatori, & Maximiliano ejus filio illas pecuniarum quantitates, quæ Erasmo viderentur pro impetrandis Privilegiis Ducatus Mediolani, Comitatusque Papiæ. Legatus ad nuptias Blancæ Mariæ cum Maximiliano Romanorum Rege celebrandas, quam in Germaniam proficiscentem, una cum Jafone de Mayno, & Petro Pusterula profecutus est. Eum Ludovicus Maria supradictus, in Germaniam iterum ablegavit, eoque agente Investituram, ut vocant, Ducatus Mediolanensis obtinuit. Ad alios quoque Principes Nuntius missus, Eques auratus Trigestinam Urbem rexit, & in Secretiori Cæsareo Consilio lectus est. In Codice sign. D. num. 45. Biblioth. Eccl. Metropolit. Mediol. extat Chronica Anonymi, de quo jam diximus, ubi sub diem X. Martii MCDXCIII. sic legitur: „Mandatum hoc die fecimus ex parte Domini Joannis Galeatii Mariæ Sfortiæ in Erasum Brascam Secretarium ad tractandas nuptias Blancæ Mariæ ejus fororis cum Maximiliano Romanorum Rege &c. Jacet in Templo D. Euphemie Mediolani cum hoc Epitaphio:

B

C

HIC SITVS EST

MAGNIFICVS EQVES ERASMVVS BRASCHA

MAXIMILIANI CAESARIS DVCISQVE MEDIOLANI CONSILIARIVS

ET AD EVROPAE REGES ORATOR LEGATVS.

TANDEM TERGESTINAE VRBIS PRAEFECTVS

DIEM OBIIT AN. SALVTIS MDII. NONIS FEBRVAR.

ET IN PATRIAM EFFERRI TESTAMENTO CVRAVIT:

VIXIT ANN. XXXVIII. MENS. IV. DIES VII.

PIENTISS. FRATRES

D. SANCTVS, THOMAS, IOHANNES, ET AMBROSIVS

HVNC TVMVLVM P. P.

Scripta ejusdem sunt, nempe:

- I. Orationes plures.
- II. Commentaria varia Politica.
- Ex lib. cui titulus: Anstreatro Romano delle Famiglie illustri della Grande Città di Milano, part. II. di Gio: Pietro Crescenzo. MS. in 4. Tom. II. in Bibl. Marchionum Fratrum Vicecomitum, ex Sitono pag. 130. Art. 550. ex Corio, & ex Collectione Co. Octavii Archinti.

CCCXVII.

BRASCA PHILIPPUS.

Tametfi Brasca Mediolanensis Familia alium inter suos non habuisset, præter Erasum jam laudatum, & Sanctum, de quo nobis post pauca fermo erit, merito gloriari posset: alios nihiloscivus

D illustres Doctrina, atque Armis Viros à Cl. Sitono in suo Opere posteris indicatos, ea Gens numerat. Hos inter memorandus Philippus non mediocri certè ingenio præditus, utpote, qui Scientiarum varietate admodum delectatus fuerit, sicuti apertè docet Manuscriptum Volumen infra memorandum, in quo incredibile dictu est, quam egregiè de pluribus tam feriis, quam amœnis differat. Hic Codici præfixus est titulus:

- I. Raccolta di diverse Sentenze, Proverbj, Questiti, Avvertimenti &c. in ogni materia, alcune d'erudizioni, altre di cose curiose, e lepide. MS. in fol. autograph. paginar. 798. sign. num. 45. Extat in Biblioth. Monachorum Cisterciens. Mediolani.

CCCXVIII.

CCCXVIII.

BRASCA SANCTUS.

Matronianum Patrem habuit Sanctus Brasca, à quo pietatis, & eruditionis rudimentis initiatas in Virum præclarum evasit. Quæstoris, atque Oratoris laudem inferiùs inferenda Sepulchralis Inscriptio Sancto tribuit. Neque tamen à Poësi abhorruit, & Rhetoricis imbutus artibus facundiæ singu-

Alaris commendationem est consecutus. Religionis ergo ad Sacra Palæstinæ loca Redemptoris Sanguine resperfa se contulit, atque itineris sui seriem diligentissimè tradidit in Opere infra laudando. Illud ego non sine magna voluptate præ manibus habui, admiratus Scriptoris accuratissimum laborem, qui ad eas oras tendentibus ducem se præstitit fidelem aded, ut nihil prætermittat, quod vel ad devotionem, vel ad œconomiam, vel etiam ad eruditam curiositatem pertineat. Ejus, & Matroniani Genitoris Elogia visuntur in Divæ Euphemiz Templo his exarata litteris.

V.



F.

MAGNIFICVS EQVES AVREATVS

ET QVAESTOR REGIVS

D. SANCTVS BRASCHA

SACRV M HOC

SVB OMNIVM SANCTORVM TITVLO

SIBI ET POSTERIS SVIS CONDIDIT AN. SAL. MDII.

HOC VIVENS POSVIT TIBI SANCTVS BRASCHA SACELLVM

SVMME POLI RECTOR COELICOLISQVE TVIS.

IS SANCTVS BIS QVAESTOR TER EQVES

ORATORIVM MVNVS SAEPE PEREGIT

HIEROSOLYMAM PEREGRINATVS EST

ET IN VTRAQVE LINGVA CLARVS

AC O. V. F.

V.



F.

HOC FIERI IVSSIT MATROGNANVS BRASCHA SEPVLCVRVM;

VT SIBI SIT REQVIES OMNIBVS ATQVE SVIS

MCCCCLXI. IDIVS DECEMBRIS.

Opus Sancti sic inscriptum est :

- I. Itinerario da Milano in Terra Sancta, ad Magnificum D. Antonium Landrianum, Ducalem Thesaurarium Generalem. In fine adest Epistola Ambrosii Archinti ad Sanctum Brascam data IX. Kal. Martias. Cura nempe ejusdem Archinti, hoc Opus impressum fuit, & sic notatur: „Leonardus Pachel, & Uldericus Siczenzeler Theutonici hortatu Ambrosii Archinti, hoc Opusculum in lucem attulerunt, Anno à Natali Christiano MCDLXXXI. V. Kal. Martii. Servatur in Bibliotheca Archintea. Specimen etiam dedit ingenii sui in Arte Poëtica, in eodem enim libro circa finem habentur:
- II. Carmina duo Italica. Unum quorum composuit nudis pedibus sacrum Calvarie Montem ascendens die XXIX. Julii Anno MCDLXXX. Alterum in Valle Josaphat ad Deiparæ Virginis tumulum. Scripsit etiam
- III. Orationes plures, quæ perierunt. Videndi sunt Pucinellus in Inscriptionibus Sepulchralibus pag. 101. Sironus pag. 136. Art. 550., atque Saxius in Hist. Typogr. huic mæs Collectioni præfixa.

CCCXIX.

BREBBIA GABRIEL.

Gabriel Brebbia patriam habuit Mediolanum, ubi apud S. Petrum in Glassiate Congregationis S. Justinæ Monachis (nondum enim Cassinense Archyterium eidem unitum fuerat, unde postea Cassinensis Tom. I.

B finensis fuit appellata) adscribi voluit Anno MCDLXXI. die XXVIII. Martii, nec ulla in re sibi defuit, ut Religiosi hominis partes expleret omnes; nam, & pietatem impensè coluit, & sacra studia egregio labore est profecutus, excelluitque Græcis non minus, quam Latinis litteris, suamque animi, ingeniique præstantiam posteritati abundè commendavit, sapienter concinnando hunc librum, scilicet:

- I. Commentaria in Psalterium Davidicum.
- II. Orationes piissimæ in calcem uniuscujusque Psalmi. In eodem libro.
- III. Epistola, seu potius longa Præfatio ad Religiosum Monachum, & sapientissimum Virum D. Gregorium Beaque Mediolanensem, ubi plura leguntur de variis illustribus, & doctis Viris Mediolanensibus illius ævi. Extat in eodem libro, in cujus fine sic legitur: „Mediolani IX. Quintil. MCDLXXVII. Imperantibus Illustriss. „Excellentissimisque Principibus Bona Matre, & Johanne Galeatio Maria Sfortia Vicecomite Filio, Ducibus „VI. in 4. Liber hic impressus fuit ære Antonii Bracelli Ducalis Senatoris. Extat in Ambrosiana, atque in pergamenæ impressus penes Marchionem Alexandrum Trivultium: memoratur quoque à Montfauconio, qui fortasse Opus hoc Typis datum ignoraverat, in sua Bibliotheca Manuscriptorum Tom. I. pag. 28.
- IV. Librum F. Pacifici Novariensis Ordinis Min. Observ. cui titulus: Summa de Pacifica Conscientia: Mediolani impressum Anno MCDLXXIX. emendavit, & edidit, de quo videndus Clar. Saxius in sua Hist. Typograph. Mediolanensi.

De ipso agunt plures Auctores cum laude, nempe Arnoldus VVion in Ligno Vitæ pag. 418. Sixtus Senensis

F f

in

in sua Bibliotheca, Antonius Possevinus, Moriggia, Picinellus in Atheno pag. 227., atque Armellinus in Bibliotheca Benedictino-Cassinenfi P. I. pag. 178. qui etiam adducit Hieronymum de Potentia in historia Monastica, quæ servatur MS. in Sanctæ Justine Patavine Bibliotheca, ubi plura de Brebbia nostro haberi asserit. Videnda est etiam historia Typographica Mediolanensis Cl. Saxii.

CCCXX.

BRIANTUS ALEXANDER MARIA.

ET doctrina, & morum integritas singularis in Alexandro Maria Brianto Mediolanensi Cive posterorum memoriam præmeruit. Sacro Carmelitarum Ordini in Congregatione Mantuana cum nomen dedisset, seriis, amœnisque scientiis operam tam sedulam navavit, ut nedum Oratoriæ facultatis gratiâ in omnium ore versaretur, sed etiam ad Religionis primaria munera, Fratrum suorum accedentibus suffragiis, ascenderet. Anno enim MDCLXXIII. Definitor electus est, tum Cœnobii Sancti Joannis ad Concam. Anno MDCLXXXV. Prioratu decoratus, pluribus eruditionis sacræ præcipue monumentis relictis, nonagenarius in ipso Conventu in Domino quievit.

Habemus ab eo conscripta Opera, quæ hic præferimus:

- I. L'Antiparistasi del Santo Amore, o sia dell' Origine, Antichità, Cadute, Rinovazioni, e Progressi della Scuola di Santa Maria della Neve, e di San Giovanni alli Fonti del P. Alessandro Maria Brianti Carmelitano Milanese. *Milano, per il Monza, 1660. in 4.*
 - II. Li Sacri Notturni delle Nove Lezioni di Giobbe. *Milano, presso il Ramellati. 1694. in 8.*
 - III. Quadragesimale compiuto MS. in fol. magnæ molis, extat in Bibliotheca supradicta Sancti Joannis ad Concam.
 - IV. Quadragesimale nel Deserto, o sia lo stesso Quadragesimale ridotto in CLXXII. Sonetti. MS. in fol. extat ut supra, atque in fine sic legitur: „ Trovandomi ottuagenario per passare le ore dell'ozio, che mi concede la Religione, ho ristretto le moralità del mio Quadragesimale in pochi Sonetti &c. il mio fine fu di dedicargli alle Sante Teresa, e Maddalena de' Pazzi, accid' mi fossero assistenti nell' ora della mia morte &c. gli ho dato nome di Quaresima nel Deserto, perchè osservo, che ella è poco osservata, e più, perchè è un fiore d'un terreno, che patisce la sterilità &c.
 - V. Discorso dell' Ingratitudine. MS. in fol. ibidem.
 - VI. S. Simon Stoch Rappresentazione in versi Italiani d'Atti V. MS. in 4. ibidem.
 - VII. Opusculum Miscellaneorum rerum, tam ad eruditionem sacræ, quam ad profanam Italico, & Latino sermone spectantium. MS. in 4. ibidem.
- Agit de ipso Vagus in suo Opere pag. 336.

CCCXXI.

BRIPPIUS ALOYSIUS.

IN Marchione Aloysio Brippio Cæsaris item Marchionis, & Quæstoris, atque Isabellæ Vertematæ filio, Legalia, Poëtica, nec non Oratoria studia adeo emicuerunt, ut in omnibus hisce facultatibus Vir laudabilis evaserit. Jurisprudentiæ cum vacasset, lauream assecutus, in Collegio Jurisconsultorum hujus Urbis exceptus est Anno MDCXXXIX. Civis etiam functus officiis Patriæ Decurio extitit, ejusdemque Proprætor. Cum autem Anno MDCLVII. laudabiliter Præfecturam gessisset, iterum eo Magistratu insignitus Anno MDCLXXVII. e vivis eripitur. Indicant Viri ingenium, quæ conscripsit, Opera

- I. Oratio ad Comitum Gibertum Borromæum, cum publicè laureâ donatus est. *Mediol. apud Philippum Gbissulphum, in fol.*
- II. Ejusdem Ode Saphica: Phœbe Pymplei. *Ibid.*
- III. Carmina varia habentur in Apibus Barberinis. *Vid. Siton. pag. 212. Art. 914.*

CCCXXII.

BRIPPIUS FRANCISCUS.

URbi huic Mediolanensi, & doctissimæ Societati Jesu decus addidit non modicum Franciscus Brippius, qui posthabitis domesticis opibus, cum illi Ordini se addidisset, Romæ studia peregit sub Andrea Blanco, qui de tanto Discipulo gloriabatur, & lib. VI. Epigrammatum num. 60. eum pluribus laudavit. Philosophiam, Sacrasque disciplinas edoctus ad alios erudiendos, bonisque artibus imbuendos transivit. Oratoriæ præsertim Artis præcepta per plurimum annorum curricula professus est tam eminenter, ut scripta ejus in hac facultate insigni pretio fuerint comparata. Tanto autem plausu ab omnibus audiri consueverat, ut quoties in publicum aliquid esset prolaturus, monendi essent Purpurati, alique eruditionis cupidi Proceres, quo maturius convenire possent, neque auditorum multitudine à Templorum, vel Collegiorum ingressu arcerentur. Oblatas non rarò Ordinis Præfecturas invicta humilitate recusavit. Multas etiam latinas coluit, pluribus Carminibus mirabili artificio conditis. Floruit medio Sæculo XVII. Malè Francisci cognomen reddidere Allatius, & Cinellus, qui pro Brippio Briceium scripserunt.

Habeat hic Lector ab eo elaborata

- I. In Funere Alexandri Peretti Card. Montalti S. R. E. Vice-Cancellarii Oratio Francisci Brippii (rectius Brippii) Soc. Jesu ad S. R. E. Cardinales habita ab eodem in Sacello Sixti V. Pont. Max. Divæ Mariæ ad Nives. *Roma, ex Typograph. Alexandri Zanetti, 1623. in 4.*
 - II. Oratio in Parasceve ad S. D. N. Urbanum VIII. habita. *Roma, Typis Vaticanis, 1633. in 4. & inter Orationes PP. Soc. Jesu pag. 637.*
 - III. Oratio de Spiritu Sancto habita ad Urbanum VIII. quam dixit Franciscus Agnellus Suardus. *Roma, apud Corbellatum, 1626. in 4.*
 - IV. Fluvius Igneus: Oratio de eodem argumento, ab Antonio Pignatello recitata. *Roma, 1633. in 4.*
 - V. Oratio in Parasceve à Jo. Francisco Aldobrandino pronuntiata. *Roma, 1637. in 4.*
- Videndus est Philippus Allegambe in sua Bibliotheca.

CCCXXIII.

BRIPPIUS FRANCIUS, sive FRANZINUS.

Non minimam prudentiæ laudem, & amoris in Patriam sibi conciliavit famam ex præclarissima Brippiorum stirpe genitus Francius, inter Decuriones Mediolani recensitus. Hic enim cum aliis XI. præstantissimis Civibus, quorum in hac Bibliotheca sparsim loco suo nomina recensimus, difficillimam illam suscepit provinciam, Jura scilicet Municipalia undique excerpta, & diligenter collecta in unum Codicem redigendi. Cum laboriosissimum illud Opus confectum tandem fuisset, Johanne Vicecomite Archiepiscopo, & Mediolani Domino jubente, Anno MCCCLI. hujusmodi promulgatæ sunt Leges, quas omnes hujus Urbis Incolas sanctè servare jussit optimus Princeps. Unus ex his fuit Patriæ Proceribus, qui, ejecto Ludovico Bavaro Imperatore, à Benedicto XII. Summo Pontifice Interdicti absolutionem impetrarunt. Quo Anno lucem viderit, & quo amiserit Francius, ignoratur. Hoc tantum nobis suppeditavit sæpelaudata Collectio Monumentorum hujus Metropolis Familiarum à Co. Octavio Archinto magno sumptu elaborata.

Cum Collegis igitur tantus Vir conscripsit:

- I. Codicem Juris Municipalis Mediolanensis. *Agit de ipso Corius ad eum Annum.*

CCCXXIV.

CCCXXIV.

BRIPPIUS HIERONYMUS.

Inter Brippiae Familiae doctos Viros enumeratur à Leone Allatio Hieronymus Caroli, atque Barbarae Crassae, Francisci S. R. E. Cardinalis, quem suo loco cum debita laude recensimus, neptis filius. Legibus addiscendis operam navavit, & cum laurea honorem in studiorum praemium esset assecutus, suorum Gentilium more, inter Jurisperitos Collegii Mediolanensis receptus est Anno vigesimo primo post Christum natum Saeculi decimeseptimi. Mox Clericalem amplexus militiam Apostolici Prothonotarii dignitatem, & Metropolitanæ Mediolanensis Archidiaconatum obtinuit Anno MDCXXXI. Duobus postmodum elapsis lustris, in alma Urbe dum degeret, nimis festinatam mortem obiit. Parum igitur de ipso superest, nempe

- I. Poëma de Jesu in Cruce moriente, atque de Doloribus Beatissimæ illius Matris. *Roma, & Mediol. apud Colonias, 1646. in 4.*
- II. Elegia in Nuptiis DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. *Roma, 1630. in 8.*
- III. Poëmata varia Italica, atque Latina. Ita ex Leone Allatio citato, in Apibus Urbanis: pag. 129. In libro Epistolarum Sigismundi Boldoni edito Mediolani 1651. apud Ludovicum Montiam, legitur una ad Hieronymum Brippium data Kal. Martiis 1628. Videndi etiam Siton. pag. 200. Art. 357. & Picinellus fol. 335.

A

CCCXXV.

BRIPPIUS JOHANNES.

Quamvis omni, qua potui, diligentia Johannis Brippii apud suos Acta quaesiverim, nihil tamen invenire datum fuit; nisi fortè Johannes Baptista extiterit Jacobi, atque Angelæ Serenniae filius, qui à pluries laudato Sirono cooptatus dicitur in Collegium Jurisperitorum Mediolanensium Anno MDIÇ. Hujus etenim aptissime convenit ætas cum Carminibus Italicis Johannis nostri, quæ leguntur in Collectione Gabrielis Joliti Anno MDLXXX. in lucem edita. Id tamen asserere non audeo. Quod possum igitur offero, scilicet:

- I. Carmina suprascripta plura Italica. Extant in libro I. Collectionis Joliti. *Venetis, anno 1580.*
- II. La Creanza de' Prelati. Ita Donius in suo libro, cui titulus: *La Libreria*: pag. 72.

B

CCCXXVI.

BRIPPIUS JOSEPH.

Inter Oratores, atque Poëtas Latinos non infimæ notæ, qui Saeculo XV. in Urbe Mediolanensi ortifloruere, numerandus est jure merito Joseph Brippius, qui sacram secutus Militiam, Legum scientiam, & Theologiam tam sedulo didicit, ut in utraque facultate Lauream promeruerit. Sub ejusdem Saeculi initium hujus Metropolitanæ Basilicæ Ordinarius creatus fuerat; jam enim Anno MCDIV. in præclarissimum eum Ordinem cooptatum fuisse aliquot Monumenta indicant. Annus illi emortalis fuit MCDL. quo Romæ fato cessit, ut ex sequenti Elogio tumulo illius inciso in Templo Sancti Alexii in ipsa Urbe.

CARE IOSEPH BRIPPI CVI SEMPER CARMINA CVRAE
SVSCIPE NVNC TVMVLO CARMINA DIGNA TVO.
PONTIFICVM STVDIIS STVDIISQVE EXERCITE SANCTIS
INSIGNES TITVLOS NACTVS ES VNDE TIBI.
QVI SENIOR TENERIS SEMPER SERVARI AB ANNIS
NVNQVAM LAESA TVAE DONA PVDICITIAE.
HAEC VERO QVAE SVNT VIVENTVM PABVLA TANTVM
NVNC INSTEM RELIQVIS LAVDIBVS IPSE TVIS.
AT PLACIDA HOC OPTEM MAGIS VT CVM PACE QUIESCAS
VERA HAEC DEFVNCTIS QVAE BONA SOLA IVVANT.
QVAE TIBI VIVENTI FVIT OPTATISSIMA SEMPER
SIT QVOQVE DEFVNCTO PAX REQVIESQVE TIBI.
ET CVM LEGERIT HAEC BONA TVNC TIBI QVISQVE PRECETVR
VT CLEMENS ANIMAE SIT DEVS IPSE TVAE.

OBIIT ROMAE XI. KAL. SEPTEMBR. ANNO DOMINI MCCCCL.
VIXIT ANNIS LXXX.

Primus ego, quæ tantus Vir conscripsit, Lectoribus meis profero, non exiguo labore conquisita.

- I. Non procul à janua Sacrae Meridionalis Basilicæ Metropolitanæ Mediolanensis extat Statua marmorea Martini Papæ V., cui subest marmorea pariter Tabula cum Carmine inciso Josephi Brippii ejusdem Ecclesie Ordinarii Sacrae Theologiae, & Juris Canonici Doctoris, in quo meminit Consecrationis Arae Maximæ ejusdem Basilicæ ab ipso Martino Pontifice factæ Anno MCCCXVIII. die XVI. Octobris, regnante Philippo Maria Vicecomite.
- II. Sanctissimo Patrum, ac Beatissimo Domino Domino Alexandro V. Divina Providentia Sacrosanctæ, ac

C

Universalis Ecclesie Dignissimo Summo Pontifici:
Incipit:

*Princeps Summe Patrum Te Te sibi Gratia talem
Latetur Genuisse Virum &c.*

Poëma est pagg. IV. Dat. Mediolani III. Id. Septembris MCDIX. in fine sic legitur: „Ejusdem Sanctitatis devotus servus Joseph de Brippio minimus Ordinarium Ecclesie Mediolani Civis omni subjectione se totum.

Extat MS. in Ambr. Cod. sign. B. num. 116.

- III. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Sermo Joseph Brippii Ordinarii Ecclesie Majoris Mediol. & Studentis in Theologia, & Philosophia, editus,

- editus, & pronunciatus per ipsum ad pedes Sanctissimi Domini nostri Papæ Martini V. in Civitate Papiæ pro Universitate Theologorum, & Doctorum, & Scholarium tam Philosophiæ, quam Artium, & Medicinæ pro tota Urbe Papiæ, die Martis XI Octobris Anni MCDXVIII. pagg. X. extat ut supra.
- IV. Ad Serenissimum Summumque Regem Romanorum. D. D. Sigismundum, Christianissimumque Mundi Imperatorem Dei gratia perdignissimum, Carmen pagg. VI. ibidem.
- V. Ad Sanctissimum D. Episcoporum Papam D. D. Martinum S. R. atque Universalis Ecclesiæ Mundi Summum Pontificem perdignissimum, Carmen pagg. IV. ibidem.
- VI. Spectanti ac litteratissimo Viro Nicolao Nicola, velut fratri Majori, & Amico charissimo S. P. & novos amicitia amores. Epistola Metrica pagg. VI. ibidem.
- VII. Ad Magnificum Franciscum Barbavarium pro ejus confirmatione in Consiliarium Mediolanensem Carmen heroicum, apud Ticinum III. Idus Aprilis compilatum pagg. VIII. ibidem.
- VIII. Ad Egregium, Doctumque Virum Ubertum Decembrem de Viglevano Ducalem Secretarium Fratrem honorandum: Inveſtiva Metrica: adjecta est etiam ejusdem Uberti Excusatio; data Mediolani V. Kal. Aprilis.
- IX. Repetita redargutio ad eundem Ubertum Metrica, pagg. VI. ibidem.

CCCXXVII.

BRIPPIUS JOSEPH alter.

Josephum Brippium alterum, cujus nunc fiet mentio, Picinellus in Athenæo Mediolanensi pag. 264. commendavit, ejusque memoriam Cl. Jacobo Philippo Thomafino se debere professus est; hanc enim excerptit ex hujus Opere, cui titulus: Petrarcha redivivus. Oratoria, & Poëtica facultate præditum fuisse Scriptorem nostrum ibi asseritur, idque etiam satis evincunt ejus ingenii Monumenta. Ego verò præter id, quod protulit Picinellus supra citatus, Volumen Historicum Josephi fortè reperi, cum aliis nonnullis, quæ hic recensbo:

- I. Panegyres variæ Latine. Ita Picinellus.
- II. Fragmentum cujusdam ejus Panegyris exscripsit Hieronymus Squarciaficus, atque intulit in Vitam Francisci Petrarchæ ipsius Operibus præfixum; teste Puricello in Dissertatione Nazariana Cap. 53. num. 10.
- III. Opera nuova, nuovamente composta in onore, & laude dell' Illustrissima Casa de' Medici. Contiene la Guerra seguita fra i Milanesi, e Piemontesi l'Anno MDLV. All' Illustrissimo Signor Gio. Giacomo de' Medici Marchese di Malegnano Josepho Brivio de Melano. MSS. in 4. penes D. Abbatem Carolum Trivultium. Videndus supradictus Picinellus pag. 264.

A. S. BRITIO MAURILIUS.

V. CERRUS CAROLUS ANTONIUS.

CCCXXVIII.

BRUGORA GALEATIUS.

Franciscus Nobilis Mediolanensis Galeatium Brugarum genuit, quem Pater litterarum cultura ad ampliores gradus promovere studuit. Quam bene Genitori optimo hæc cesserit cura, satis ostendunt ea, quæ consecutus est Filius; primum etenim à Ferrante Gonzaga Mediolanensis Provinciæ pro Catholico Rege Moderatore in suum Auditorem electus est; hinc Regii Fiscii clientelam suscepit. In hujusmodi muneribus tam egregiè se gessit Brugora, ut prudentiâ illius perfectâ, ad Sacrosanctam Tridentinam Synodum, inde apud Helveticam Rempublicam; postremò ad Sanctam Apolliticam Sedem Legatus ab ipso Hispaniarum Monarcha missus fuerit. Neque tantæ virtuti præmium defuit, nam Ordini amplissimo Patrum conscriptorum Senatus Insubris adscriptus, Ticinensi, atque Cremonensi Provinciæ cum potestate Prætoria præfuit. Serius Legum studiis amœna miscuit, & inter Affidatos Academicos præclarum sibi nomen acquisivit, dictus in doctissimo illo Coetu

A. *Avvisato*. Symbolum ejus exhibet, cum prolixo Elogio Lucas Contilis in suo libro inscripto: *Le Imprese*: pag. 162. Ea dignitate, atque eruditione clarissimus desideratus est Anno Sæculi decimifexti quinto supra octuagesimum. De illo sic cecinit Bernardinus Baldinus:

*Nonnihil Ætherei tibi seminis arguit esse,
Brugura vis ardens Corporis atque animi.*

Operum ejus seriem Lector excipiat:

- I. Consilium in Materia Dotis: extat in Tom. III. Consiliorum Albæ num. 652. quod fecit Anno MDXLVIII.
- II. Galeatii Brugoræ Patricii Mediolanensis, & Regii Fiscii Patroni Oratio habita Tridenti in Concilio Patrum, nomine Illustrissimi, & Excellentissimi Marchionis Pifcarie, Regis Catholici Oratoris, die Lunæ XVI. Martii MDLXII. una cum Responsione Synodi. *Ripe*, 1562. in 4. Extat etiam inter Orationes Concilii Tridentini. *Venetis*, apud Aldum, in 8. Extat Annibalis Guaschi ad eundem Epistola Italica, inter suas *Mediolani*, apud Pontium, & Piccaleam, 1601.
- Supralaudatus Bernardinus Baldinus ei dicavit librum suum de Stellis, & Hominibus in Stellas conversis, Anno MDLXXIX.
- Franciscus Cicerejus Antiquorum Monumentorum Mediolani ab Alciato prætermissorum lib. II. Brugoræ dicavit. In Epistola Nuncupatoria valde eum in Antiquitatibus versatum prædicat, & dicitur: *omnium optimarum Artium eruditus*, & ad calcem, ut Brugora hoc Opus corrigat, remittit. Extat in Ambrosiana MS. in fol. sign. C. num. 102. & in Musæo FF. March. Vicecomitum.
- Eidem cum Prætor esset Cremonæ Annis MDLXXXII. & MDLXXXIII. F. R. Zava ei Carmen dixit. Extat in Ambrosiana sign. F. num. 739. in 4.
- Horatius Carpanus ei dicavit suas Lucubrationes in Jus Municipale. *Mediolani*, 1583.
- Jo. Verzosa Cæsaraugustanus Carmen ei dedit Epistolare lib. III. pag. 134.
- Partim ex Schedis P. Berettæ, & partim à Sitono pag. 14. Art. 467.

CCCXXIX.

BRUNELLUS GREGORIUS.

Gregorius Brunellus Mediolanensis natus Anno MDCVI. ad Canonicorum Lateranensium Ordinem se contulit Anno ætatis suæ XVI. jam in Braydenfi Academia sub optimis Præceptoribus, præsertim Emanuele Thesauro, humanis imbutus litteris, Ticini, & Placentiæ Philosophiam, & Theologiam didicit. In Comitibus Bononiensibus Anno MDCXXX. Doctoris gradu insignitus, sacra ascendit Rostræ Mediolani, Anconæ, & Venetiis; inter Academicos *Adagiatos* Arimini recensitus, tum Metrica, tum soluta Oratione plurimum valuit. Apoplexiâ correptus ætatis suæ Anno LXII. exeunte Februario MDC-LXV. diem clausit.

Eum laudavit hoc Carmine Clemens Jacobinus Bononiensis.

AUDES AH CLOTO VITALE INCIDERE STAMEN,
QUO PEREAT FATIS GLORIA, LUXQUE VIRI.
HÆC MANET ÆTERNUM: NESCIT SUCCUMBERE
VIRTUS:
NON HABET OCCIDUOS INCLYTA FAMA DIES.
HÆC MANET, ET FASCIS FERALE NEGLIGIT ICTUS;
FORTIS HABET PUGNÆ PRÆMIA DIGNA SUÆ.
OCCASUM NESCIT VIRTUS CUM SOLE CREATA;
ASSIDET IN CÆLO NON CARITURA FACE.

Scriptit:

- I. In Funere Reverendissimi Marci Antonii Gentilis Abbatis Generalis Orationem ad Reverendissimum Patrem D. Constantinum Phaeolum Abbatem, & Definitorum. *Bononia*, apud Joannem Baptistam Ferronium. 1641.

II.

- H.** Epigrammata XXIV. in laudem Scriptorum sui Ordinis. Extant sparsim in libro, cui titulus: *Licium Lateranense Abbatis Celsi de Rosinis*, in fol. *Casena*, apud *Nerium*, 1640. quæ seorsim impressa etiam fuerunt *Mediolani*, apud *Malatestas*, in 4. sine anno.
- III.** Virtutum Quadriga (Libellus ad Comitem Bartholomæum Arefium) quem ab Hispaniis laudibus traxit. *Mediolani*, apud *Malatestam*, 1614. in 4.
- IV.** De Religiosæ solitudinis Consolatione. *Mediolani*, 1647. in 4.
- V.** Le Contese Accademiche: sotto nome Anagrammatico di Rogerio Rubinelli. *Milano*, 1610. in 8.
- VI.** De Canonici Ordinis Propagatione. MS. in 4. extat in Bibliotheca Canonorum Regularium Lateranensium Sanctæ Mariæ Passionis *Mediolani*.
- VII.** De Quatuor Virtutibus Cardinalibus. MS. in 4. extat ibidem.
- VIII.** Elogia Venetæ Reipublicæ tam soluta, quàm metrica Oratione. MS. in 4. iustæ molis, extat ibidem. Præter supradictum Rosinum libro VII. pag. 379. Brunellum laudant Placcius in suo Thesaurio Anonymorum, & Pseudo-Anonymorum Tom. II. pag. 547. num. 2377. atque Picinellus pag. 373.

CCCXXX.

BRUNUS ILLUMINATUS.

Illuminatus Brunus Mediolanensis, Minorum, quos Observantes dicimus, institutum professus, Concionatorum omnium sui temporis facile Princeps, & in Arte Oratoria Magister habitus est. Tantum dicendo valuit, ut stuporem audientium mentibus instillaret, atque prodigium quoddam in Evangelico Ministerio exercendo & videretur, & vocaretur. Cum Apostolici Præconis officio summam Theologiæ peritiam conjunxit, ideoque Eminentissimis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Fachineto, & Rosseto in hac facultate fuit à Consiliis. Claruit ab Anno MDCXXII. usque ad MDCLXV. Evocatus enim ab Archiepiscopo Neapolitano, ut in Templo Maximo ejus Urbis Quadragesimali tempore Conciones haberet ad populum, humanitatis debitum hoc ipso anno Cajetæ persolvit. Cum autem obiisse Concionatorem suum, quem plurimum venerabatur, audisset Archiepiscopus, in suggestu tanto Viro parato, noluit eâ Quadragesimâ quempiam fermocinari; sed lugubri apparatu jussit ambonem tegi, ut quodammodo viduitatem testatus Oratori suo parentaret. Eximii hujus Viri habetur:

- I.** Miscellaneum Theologicarum Quæstionum, quod Manuscriptum asservatur in Bibliotheca Conventus S. Angeli *Mediolani*.
- II.** Quadragesimale integrum. MS. apud Suos. Ex Libris, & Actis Provinciæ, atque à Suis.

CCCXXXI.

BUELLIUS DOMINICUS.

Dominicus Buelli, Aronæ natus, Ordinis Prædicatorum, provinciæ Lombardiæ Superioris, postea S. Petri Martyris dictæ Alumnus, Conventusque S. Petri Martyris, & S. Quirici professor, S. T. Magister, ac Inquisitor Sanctæ Fidei Generalis Novariensis, illud pluribus annis summa integritate animique fortitudine munus obivit, à Pio V. ob benènavatam operam, annuo centum aureorum censu donatus, in ejus officii sumptus, & usus; quo ille sibi suisque Successoribus ædes erexit opportunas, & accommodas, carceresque construxit Anno MDLXX. Bellum otio semper indixit, hæreticos indefessè profligavit, insignemque in illis Baptistam de Farina nuncupatum, pertinacem Hæreticum relapsam, & impœnitentem Anno MDLXXXVI. brachio Sæculari relaxavit. Ejus Imago, quæ visitur in Sancti Quirici Templo Urbis Novariæ, supereminet huic Inscriptioni:

Tom. I.

D. O. M.
CATHOLICAE RELIGIONI
ET S. INQUISITIONI DVM EI PRAEFVERIT
ORDO PRAEDICATORVM
ET SS. PETRI EIVSDEM ORDINIS
ET QUIRICI MARTYRVM NVMINI
FR. DOMINICVS BVELLIVS
S. THEOLOG. PROFESSOR
ET INQUISITOR NOVARIAE
HANC PORTICVM
CVM ADIVNCTIS AEDIBVS
EXTRVCTAM DICATAM ESSE VVLT
ANNO MDLXXXV.

Scriptit, præloque parata reliquit hæc Opera:

- I.** Sette Salmi Penitenziali traddotti in versi sciolti, ed esposti a Monsignor Gianpaolo Chiesa Cardinale. *Novara*, per il *Sessali*, 1572. in 8. impressi in *Milano* l'anno 1602. con l'Aggiunta di alquante
- II.** Poesie Sacre.
- III.** Quaresimale di Prediche num. XLV. MS. in fol. Tom. III. extat *Novariæ* in Bibliotheca Conventus sui Ordinis.
- IV.** Tractatus de Sacramentis: extat ibidem MS. in fol.
- V.** Dialogus Disputativus inter Accusatorem Sacramentarium Hæreticum, & Defensorem Catholicum. MS. in fol. extat ibidem.
- VI.** De Reali præsentia Corporis Christi in Sacramento Altaris. MS. in fol. ibidem.
- VII.** Lezioni XXXVII. sopra li sette Salmi Penitenziali. MS. in fol. extat ibidem.
- VIII.** Predica sopra la Passione di Gesù Cristo, extat ibidem.
- IX.** De Christi Sepulcro, Sermo latinus pagg. 5. MS. extat ibidem.
- X.** Lezioni LI. in forma di Sermoni appropriati a molte Feste dell' Anno, e de' Santi. MS. in fol. pagg. 414. in cujus fine sic legitur: „ Quoniam hic est Deus „ Deus noster in æternum, ipse reget nos in morte. Vitam ipsius exscripti ex Eccardo, & Quetifio Tom. II. pag. 275. Indicem verò MSS. mihi dedit amicissimus, atque Vir doctus Dominicus Antonius Barberius ejusdem Ord. Magister. Videndus etiam Cotta in suo Musæo *Novariensi* pag. 101. *Crescimbenius* della *Volgar Poesia* Vol. IV. lib. II. cap. LXVII. pag. 95. & *Michael Pius*: della *Progenie di San Domenico*, pag. 404.

CCCXXXII.

BUGATTUS GASPARE.

Gaspar Bugattus *Mediolani*, ubi lucem primam viderat, in Cœnobio Sancti Eustorgii prope Ticinensem Portam Prædicatorum Ordini nomen dedit. Sæculo XVI. exeunte singularis eruditionis suæ specimen dedit, studiisque peractis, quorum ornamentis magnum sibi nomen promeruit, pietati, atque proximorum subsidio totum se tradidit. Mirum idcirco quomodo tot conscribere potuerit libros, cum vix tempus aliquod à religiosis exercitiis Auctori nostro superesset. Advertendum interim, Rovettam ad Annum MDCl. Gasparem recensere inter Scriptores Provinciæ suæ utriusque Lombardiæ, atque contendere ipsum Sanctæ Mariæ Gratiarum Conventus professum, filiumque fuisse. Id decernere nostrum profecto non credimus; dirimant litem ad quos pertinet; nobis enim sufficit Opera Bugatti indicare.

- I.** Istoria Universale. *Venezia*, presso il *Giolito*, 1570. in 4.
- II.** Aggiunta alla stessa Istoria dall' Anno MDLXVI. al MDLXXXI. *Venezia*, presso lo stesso, 1566. ideo alia Editio præcedit supradictam anni 1570. deinde iterum ibi 1581., & postea *Mediolani* 1587. Hæc Additio reperitur ex manu ipsius Auctoris scripta in Bibliotheca Ambrosiana in Codice signato H. n. 159. in fol., & sic adnotatum est: Auctographum Gasparis Bugatti, in quo nonnulla Scriptor contra Divum Carolum effatit, quæ deinde meritò Typis commissa non sunt. Hæc animadvertat Petrus Paulus Bosca Bibliothecæ Ambrosianæ Præfectus, Anno Sæculari MDLXXXV.
- III.** Istoria, ed origine della Terra di Meda, e di quel Monastero di Monache, in fol. sine anno, & Typographo.

Gg

IV.

- IV. I Fatti della Città di Milano intorno alla Peste degli Anni MDLXXVI. e MDLXXVII. *Milano*, presso il Bidelli, 1630. in 12.
- V. Una piccola Chronaca del Convento di S. Euforgio di Milano. Ex Picinello.
- VI. Libro, e Vita di Giobbe. *Alessandria*, per Ercole Quintiano, 1586. in 4.
- VII. Memoria Sacrariorum Monasterii Sancti Euforgii Mediolani Ordinis Prædicatorum, à fundatione ejusdem ad Annum MDLXIV. MS. Auctographus extat in Sacratio ejusdem Conventus, à quo suum exscripsit Cl. Sitonus.
- De eo etiam Pius Altamura, Fernandez, atque Morriggia, & Picinellus, quem Eccart, & Quetif ex integro rescripserunt; addendus est quoque Ghilinus in parte I. sui Theatri.

A

CCCXXXIII.

BULTRAPHIUS, sive BOLTRAPHIUS
ADOSADUS.

A Dosadus Bultraphius, sive, ut apud alios, & præcipuè in Monumentis Familiarum Mediolanensium ab Octavio Comite Archinto collectis legitur, Adosadus Boltraphius magni nominis Vir floruit eo tempore, quo post Oenobarbi excidium Mediolani Civitas instaurabatur. Anno enim MCLXXI. amplificandis mœnibus, ac Turribus excitandis intentus erat cum ceteris in Consulatu Collegii. Memorabilis hujus rei incisum lapidi Monumentum adhuc superest in superiori parte intramuranæ Portæ, quæ Romana dicitur hisce notis conceptum.

ANNO DOMINICAE INCARNATIONIS MILLESIMO
CENTESIMO SEXAGESIMO SEPTIMO, DIE IOVIS,
QVINTO KALENDAS MAGII, MEDIOLANENSES
INTRAVERVNT CIVITATEM,
FATA VETANT VLTRA PROCEDERE, STABIMVS ERGO.
HII MEDIOLANO LAPSO DVM FORTE RESVRGIT
SVPOSVERE ██████████ FACTVM DECLARAT AMICOS.
DANS DEVS, AVT VIDVANS, REDDENS ESTO BENEDICTVS,
PSALLIMVS ECCE TIBI ██████████ DEVS VRBE RECEPTA.
✚ ANNO DOMINICAE INCARNATIONIS
MILLESIMO CENTESIMO SEPTVAGESIMO PRIMO,
MENSE MARTII
HOC OPVS TVRRIVM, ET PORTARVM
HABVIT INITIVM.
CONSVLES REIPUBLICAE, QVI TVNC ERANT,
ET HOC OPVS FIERI FECERVNT,
FVERVNT
PASSAGVADVS DE SETARA,
ARDERICVS DE LA TVRRE,
PINAMONTE DE VIMERCATO,
OBERTVS DE ORTO,
MALCONVENTVS COTTA,
ARNALDVS DE MAIROLA,
ADOSADVS BVTRAFFVS,
MALAGALLIA DE ALLIATE,
MALFILIOCIVS DE ERMENVLFIS,
ROGERIVS MARCELLIVS,
ET IPSIMET OPVS DE LA CLVSA
FIERI FECERVNT.
HOC OPVS ANSELMVS FORMAVIT DEDALVS ALLE.

Sequenti etiam Anno in Magistratu perseveravit, atque Anno MCLXXXV. ad Fridericum eundem legatione functus est cum Pinamonte de Vicomercato, de quo mentionem suo loco habebimus, aliisque Viris Clarissimis; & ab eo, filioque ejus Henrico impetrarunt cessionem jurium omnium in Archiepiscopatu Mediolanensi, & Comitatibus Burgariæ, Seprii, & Martesanzæ favore Reipublicæ suæ; quin etiam conventum est ne Crema Oppidum aliter construeretur, quam juxta Mediolanensium Consulum præscriptum. Priorem ejusdem ad Fridericum ipsum Legationem memorant Scriptores infra citandi Anno MCLXXXIII. in qua Bultraphius cum Collegis suis pacem cum Augusto ipso æquis conditionibus iniiit, & multa Oppida Mediolanensi Reip. ab eodem impetravit; quam donationem aurea Bulla communitam tradunt sequenti Anno, scilicet MCLXXXIV. die III.

B Februarii. Consul quoque fuisse perhibetur Anno MCXCV. quo Henricum Cæsarem cum aliis focus Consulibus Comum deduxit. Inclytus hic Vir non armis solum, & mœnibus Urbem tutari studuit, verum etiam sancitis optimis legibus Civium mores composuit. Hæ sunt:

- I. Statuta Patriæ renovata, & aucta.
 - II. Edicta non pauca, & inter ea Interdictum sub pena amputationis linguæ, ne quis Fridericum Augustum, ut Schismaticum nominaret.
 - III. Novæ Leges ad militiam adversus eundem Fridericum, aliosque Reipublicæ Mediolanensis hostes conscribendam.
- Agit de eo Gualvaneus de la Flamma Lib. XIII. Cap. 902. Corius ad eum annum, Bossius, Chalcius, & alii apud Archintum citatum, itemque Siton. pag. 26. art. 18.

CCCXXXIV.

CCCXXXIV.

BURIGOTIUS JOANNES MARCUS.

Utinam illiteratos quoque homines ea incessisset voluntas, ut Patriæ suæ monumenta posteris traderent, & à vetustatis injuriis facta tecta servarent. Ea enim, quæ sæculis barbaricis acciderunt, ad nos usque pervenissent, atque adeo in temporum illorum texendis historiis laborandum non esset; apud Italos præfertim, ut omnes noverunt. Hoc certè Joannem Marcum Burigotium præ oculis habuisse credimus, cum Patriæ suæ Chronicon scribere aggressus est. Licet enim mercaturam profiteretur, si non eleganter, accuratissimè saltem quidquid in Urbe Mediolanensi annis quadraginta quatuor contigit in Volumen redegit, cui titulus:

- I. Cronaca Milanese di Giovanni Marco Burigozzo Merzaro, dall' Anno MD. all' Anno MDXLIV. MS. in fol. pag. 256.
Extat apud Comitem Constantium de Abdua diligentissimum rerum Patriæ Collectorem.

CCCXXXV.

BURRUS BRANDA.

Bernardus Burrus ex Camilla Casata conjuge Brandam suscepit filium, qui vix adolescentiam egressus, ceterisque studiis excultus, Medicinam diligentissimè didicit. Cum Laurea decoratus honestam ex Academia missionem impetrasset, Anno MDCXXI. Physicorum Collegium in Patria introivit. Prognostica tam certa in morbis curandis proferre solebat Branda, ut in his ab omnibus commendaretur; præ ceteris autem hoc ei tribuit Petrus Maria Castellionæus in Libro suo de Sale, ubi hæc scribit: „Brandam quoque Burrum inter eruditi judicii viros reponemus, qui ingenium lectissimis adèd Scientiis excoluit, ut futuros in praxi Medica prædicendo, eventus, veluti divino afflatus Numine ab omnibus credatur. Latinam etiam Poësim amavit Burrus noster, ut indicant ab eo conscripta Carmina post modicum proferenda. Migravit è vita Anno Redemptionis MDCLX. die XVIII. Augusti. Hujus coævus fuit Petrus Georgius Burrus J. C. Regii Fisci Patronus, Regius, Ducalisque Senator, de quo doleo nihil ad me pervenisse, ut in Eruditorum Mediolanensium album eum referre possem; sed ad hujus Viri, & Familiæ commendationem hanc Inscriptionem afferre statui, Palatinis Scholis, de quibus in hoc Opere sermo incidit, affixam.

PALATINAS DILAPSAS AEDES
AVSONII SIMVLACHRO
ET CARMINE RESTITVTIS
PETRVS GEORGIVS BVRRVS
VRBIS PRAEFECTVS AC XII. AEDILES
OBIECTAM AEMVLATI MAGNIFICENTIAM
EX LX. DECVRIONVM DECRETO
INSTAVRANT MDCLV.

Hæc Branda vulgavit:

- I. Tractatum de Re Medica, quem Emin. Cæsari Montio Mediol. Archiepiscopo dicavit.
II. Carmina Latina atque Italica in Libro pro Laurea in utroque Jure Ludovici Meltii. Ticini, in 4. In laudem Tractatus Medici Carmen cecinit Augustinus Terzagus pag. 60.
Extat ad eum Epistola Italica Francisci Fabri Bremundani in Libro Epistolarum ejusdem edito Mediolani 1660.
Vidend. Picinellus pag. 97., & Curtius pag. 183.

CCCXXXVI.

BURRUS CÆSAR.

Cæsari Burro supramemorati Brandæ Physici Collegiati fratri tam felix fuit ingenium, ut Legum studiis, atque Musarum deliciis sibi non mediocrem eruditionis famam conciliaverit. Laureæ ornamento suscepto inter Jurisperitos Collegiatis Mediolanenses receptus est anno superioris sæculi duodecimo, atque in Archigymnasio Papiensi Primarii Juris Interpretis Vespertinis horis munus exercuit. Plures traduxit in tam præclaro loco suæ ætatis annos, donec mortalitatem deposuit ejusdem sæculi quarto supra quinquagesimum anno. Ejus Opus, cui titulus Adonida infra memorandum hoc laudavit Epigrammate Benedictus Sociacus.

*Mellifera sedistis apes super ora Platonis;
Unde Plato dictus fundere nectar apum.
Instar apis mellita mihi sunt Carmina Burri:
Faucibus in nostris hæc repetita sonant.
Nec Plato me vincet, nec apes; nam dulcia mella
Versibus ex istis fugere posset apis.*

Extant de ipso:

- I. De Incendio Dissertatio. Mediolani, apud Gbifulpbum 1645. in 4. Hoc Opus elaboravit Cæsar in defensionem sui, cum fortuitò domus, quam incolebat, arfisset.
II. Paradoxum in L. Æmilius ff. de Minoribus. Mediol. apud Gbifulpbum 1663. in 4.
III. Adonida Poema.
IV. Elegia de laudibus vitæ privatæ ac cælibis, ad Abbatem Angelum Mariam Alchifium Mediolanen. Congregationis Montis Oliveti. Mediol. 1623. in 8.
V. Poëma ad eundem Abbatem, quem ad Curiam-pictam invitat. Extat ibid.
VI. In adventu ejusdem ad Præfecturam Cænobii Sancti Victoris Mediol. Poëma. Ibid.
VII. La Bombola, o sia la Cantastora. Poëma in ottava. Rima. Ibid.
VIII. In fine Carminum Augustini Terzaghi, extat Sonetto di Cesare Borri sopra la Maffiede del sudetto, pag. 344.
IX. Ejus Epigrammata, & Odes, extant in Collectione Jo. Baptistæ Fossati pro Laurea Jo. Baptistæ Vicecomitis. Mediol. apud Paganellum 1608. in 8.
X. Duo ejus Carmina Italica, vulgo Sonetti, in laudem Cornelie Lampugnane Rhaudensis, extant in ejus Vita scripta ab Hippolyto Porro, de quo infra dicemus.
XI. S. Carolus triumphans. Carmen ad Cardinalem Federicum Borromæum. Mediol. apud Malatestam 1611. in 4.
XII. Canzone a S. Carlo. Extat in eodem Libro.
XIII. Carmina varia Latina atque Italica in Laurea Papiæ collata Antonio Ferno. Anno 1610.
XIV. Item alia Carmina in alio Libro, cui Titulus pro Laurea Cæsaris, & Marci Antonii Montii. Anno 1617.
XV. Inter Epigrammata Benedicti Sociaci extat unum Cæsaris Burri in laudem ipsius Sociaci, nec non alia istius in laudem Burri.
Et pag. 255. aliud sub hoc titulo: In Cæsaris Burri Adonida.
XVI. Cæsaris Burri super Emblemata, sive novi sensus in Claris. Viri Andree Alciati Emblemata, cum Eruditissimi in Academia Ticinensi Philosophiæ Professoris Francisci Mariæ Pirogalli Notis. MS. in 4. pagg. 212. cum Indice. Est pænes J. C. Johannem Angelum de Custodibus Mediolani Antiquarium &c.
Extat ad eum Epistolæ Hieronymi Bossii Ticinensis inter ejus editas, pag. 99.
Videndus Picinellus in Athenæo.

CCCXXXVII.

BURRUS CHRISTOPHORUS.

Geminos Religiosos Ordines Christophorus Burrus Mediolanensis eruditionis laude, pietatisque commendatione illustravit, Societatem videlicet Jesu, & Cisterciensium Monachorum Institutum. Cum

Cum in Societate degeret animas Christo lucrandi cupidus, inter Missionibus addictos Sacerdotes recensitus, Concincinae Regnum, aliasque Orientales Regiones petiit, in quibus fervidissimo zelo munus Apostolicum exercuit, atque Evangelicam lucem remotis illis Provinciis invexit. In Europam reversus ad Cisterciensium Claustra convolvit, ubi studiis animum adiciens plura conscripsit, atque alia meditabatur. In Academiis Conimbricensi, & Ulisippo-nensi magnam nomini suo famam peperit, indeque à Catholico Rege Philippo evocatus, in ejus Monarchæ Aula de navigandi arte plurimum discepravit, & librum etiam edidit, de quo infra. Orbe interim alios ejus ingenii foetus expectante, in vivis esse desit Anno post Virginis partum trigesimo secundo supra Millesimum, ac sexcentimum.

Ejus labores Eruditi accipiant. Sub Honuphrii nomine Typis dedit:

- I. Doctrinam de tribus Cœlis, Aëreo, Sydereo, Empyreo; Opus Astronomis, Philosophis, & Theologis favens. *Ulisippo primò impressum ab Alvaro Ferrero ejus discipulo in 4.*
- II. Relazione della nuova Missione delli Padri della Compagnia di Gesù al Regno della Concincina. *Roma, apud Franciscum Corbelleum, anno 1631 ad Urbanum VIII. Pont. Max., & Latinè, per Jo. Buccellinum. S. J. Vienna Austria 1633. in 8., & Gallicè, per Anton. de la Croix S. J. Rhedomibus 1632. in 8., & Flandricè, per Jacobum Julium S. J. Lovanii 1632. in 8., & alibi aliis Linguis.*
- III. De arte navigandi, Opus exactissimum, in quo scopus Authoris fuit, artem à se primo inventam patefaciendi, ac demonstrandi uti certissimam, qua in quovis maris situ unusquisque gradum longitudinis infallibiliter possit invenire; rem navigantibus summopere necessariam; quod etiam ut melius pateret usui, Chartas, quas vocant navigandi, plenas erroribus correxit, & emendavit, addiditque è lunaribus Eclipsibus, aliisque Mathematicis observationibus, ab eodem summo studio elucubratis, distantias locorum. Id ut melius succederet, instrumentum ex metallo confectum excogitavit, obtulitque acerrimo omnium judici, & æstimatori integerrimo. Visum placuit, dignumque judicatum est, quod in tanti Principis manibus renatum Naugnomonis nomen ab eodem haberet, & viveret.
- IV. Relazione a Sua Santità delle cose dell'India Occidentale, del Giappone, della China, dell' Etiopia, dell' Isola di S. Lorenzo, del Regno di Monomotapa, & della Terra Australe incognita, qua Sacra Congregatio de Propaganda Fide melius illis Populis consulere possit.
- V. Meditabatur Instructionem ad facilius iter Indicium, conficiendum ab iis, qui ab eadem Sac. Congregatione mitterentur, aliaque plurima, quæ Litteratorum omnium damno inestimabili mors inopina intercepta, non solum Viro, amicisque infaustra, sed Descriptionibus etiam, ac meditatis, quæ in aliorum manibus (nolo plagiariorum dicere) delitescunt, lucem aliquando, nescio an sub veri Parentis nomine conspectura; Ita Leo Allatius in Apibus Urbanis pag. 67. Meminerunt etiam Burri Lafor à Varea, atque Armelinus in sua Bibliotheca Benedictino-Cassini pag. 16. in Appendice, nec non Placcius Tom. II. pag. 337. & Picinellus in Athenæo pag. 155.

CCCXXXVIII.

BURRUS DOMINICUS.

Viros inter præstantis prudentiæ virtute præditos, qui post instauratam Mediolanensem Urbem, novis firmare legibus Rempublicam studuerunt, non contemnendus certè Dominicus Burrus Familiæ Patritiæ germen. Cum enim Prætorium munus Oldebrando Canevesio, quem debito loco commemorabimus, Anno MCCIV. demandatum fuisset; Dominicus hic noister cum Gulielmo Pusterula, Tacio Mandello, Danesio Cribello, & Manfredo Ossa publico Decreto Socius Canevesio additus est, ut sancitis optimis legibus Civium utilitati consuleretur. Id egregiè præstitit cum Collegis suis Burrus, eoque Anno prodierunt.

- A I. Edicta plurima ad Mediolanensis Reipublicæ regimen pertinentia. Agit de eo Gualvaneus Flamma, Corius, atque alii; quos recenset Comes Octavius Archintus in Collectione illa insigni, de qua toties locuti sumus.

CCCXXXIX.

BURRUS FRANCISCUS JOSEPH.

Brandæ Burri, & Savinæ Morosinæ Conjugum Mediolanensium filius fuit Franciscus Joseph, Anno MDCXXVII. die IV. Maji in lucem editus. Ut primum studiis aptam ætatem attigit, in Seminario Romano litterarum Tyrocinium posuit, ibique plura sui ingenii, præstantisque memoriæ specimina dedit. Hinc ad perscrutanda Chemicæ Artis arcana convertit animum, & ex pessimorum hominum contubernio tractus in præcepta plura adversa sustinuit usque adè, ut ad Ecclesiasticum asylum confugere aliquando coactus fuerit. Postmodum composito ad Hypocritismum vultu, inter eos, qui Visionarii nuncupati sunt, numerari promeruit, somnia sua clam pro cœlestibus monitis venditare solitus insanæ mentis hominibus. Cum autem Alexander Pontifex hujus nominis VII. Innocentio X. successor datus, hujusmodi novatores veluti perniciofa zizania ex Agro Dominico totis convellere viribus niteretur, fuga ex Urbe arrepta sibi consuluit Burrus. In Patriam ergo reversus plures erroris socios acquisivit, sed re detecta, eorumque nonnullis in vincula coniectis, vix ei tantum superfuit temporis, quo se in tutum reciperet. Verum, tametsi absens, Romæ hæresis nomine damnatus est Anno MDCLXI. Argentoratum igitur primum petiit, tum in Provincias Belgicas contendit. Hamburgenses quoque, & Danicas Oras peragravit, atque ubi ad Turcicos fines pervenit in Oppidum Godlinger, ibi tamquam Nadastinæ, & Frangipanæ conjurationis reus habitus à satellitibus Cæsareis ad Imperialem Aulam causam dicturus adducitur. Id dum ex Nuncio Leopoldus Augustus acciperet, fortè aderat Sedis Apostolicæ Apocrifarius, qui audito Josephi Francisci Burri nomine, Principi significavit, gratissimum fore Pontifici, si hominem Eterodoxum poenas daturum sceleris, Romam vincitum mitteret. Annuit Nuncii petitionibus optimus Cæsar, & vitam Burri ab Innocentio deprecatus, eum ad Urbem perducere iussit. Ibi in Arce Sancti Angeli carceribus mancipatus ad Annum usque MDCXCII. Vitam protraxit, defunctusque ætatis suæ Anno LXXIX. & in Ecclesia Sanctæ Mariæ Transpontinæ, quod jam pridem culparum poenitens pietatis argumenta præbuisset, tumulatus est.

Hæc ejus Opera collegi:

- I. Gentis Burroqum Notitia, suppressio ejus nomine. *Argentorati, 1660. in 4.*
- II. De Vini generatione in acetum. Decisio experimentalis.
- III. Epistolæ II. ad Thomam Bartholinum de ortu cerebri, & usu Medico, nec non artificioso oculorum humores restituendi. *Hafnia, 1669. in 4.*
- IV. La Chiave del Gabinetto del Cavaliere Giuseppe Francesco Borri Milanese, col favore della quale, si vedono varie Lettere Scientifiche, Chemiche, e curiosissime, con altre cose politiche, e degne di curiosità, e molti Secreti bellissimi, fra' quali, quello di separare i metalli nelle Miniere. *Colonia, presso Pistro del Martello, 1681. in 12.*
- V. Istruzioni Politiche date al Re di Danimarca. *Colonia, come sopra, in 12.*
In Bibliotheca Ambrosiana, atque in MS. in fol. fig. D. num. 362. legitur, ut infra
Sentenza della S. Congregazione del S. Officio di Roma contro Francesco Giuseppe figlio del qu. Branda Borri Milanese, data l'Anno MDCLXI. col compendio del suo Processo, la pena del Fisco, e Scomunica come Eretico, e suoi Scritti abbruciati.
Vide Journal des Sçavans Tom. XI. An. 1683. pag. 261. Paris, in 4. Moreri Dict. Tom. II. Bayle Dict. Critique, Galleria di Minerva Tom. II. pag. 25. Curtium: Scrittori Medici Milanesi: pag. 183. atque P. Mazzuchellum in suis Schedis, etsi parum.

CCCXL.

CCCXL

BURRUS JOANNES ANTONIUS.

Joanni Antonio Burro Oppidum Vogonia ad Verbanum Lacum in Ducatu Mediolanensi natale solum fuit. Tabellionatus Officium ita exercuit, ut tamen liberalium studiorum nunquam oblitus, historiæ conscribendæ manum admoverit. Eum Lazarus Augustinus Cotta Musæi Novariensis Scriptor Clarissimus, inter Eruditos Novarienses pag. 148. commemorat, cum Patriæ nimis indulgens, suis contribulibus non contentus, quotquot in Diœcesi Urbis suæ orti sunt, tametsi ad Ducatum Mediolanensem pertineant, Novariensibus adnumeravit. Id iterum monere Lectores juvat, ne alienis laboribus incubare videar, cum tantum Mediolanensibus suos vindicare sit animus.

Supereſt Burri nostri

- I. Breve Descrizione della Val d'Oscla, ed antichità della Casa Loffetta, cavata da diverse Storie antiche, e pubbliche Scritture. *Milano, presso i Fratelli Camagni, in 4.*
 Librum istum intulit supra laudatus Cotta in Miscellanea Novariensis Tom. XI. compacta, & Biblioth. Ambrosianæ perhumaniter donata.

CCCXLI

BURRUS OTTOLINUS.

Cum Anno MCCCLI. Mediolanensis Urbis municipale Jus instauraretur, inter ceteros præclaros Viros ad eam provinciam delectos Ottolinum Burrum, Squarcini filium reperio, additis Collegis Erasmo Aliprando, atque Ruglerio Biffo jam in hoc Opere commendatis, necnon Maffiolo Morigia, Guidetto Pusterla, ac Palea de Crassis. Hujus Viri nomen eximii Sironi diligentiam effugit, quemadmodum nobis etiam contigisset, nisi illud suppedirasset Jo. Petrus Crescentius in Amphit. Rom. parte prima, pag. 131. citato Stat. Eccl. Mediol. MS. in Ambrosiana in Cod. sign. S. num. 311. in fol., & copiosius Comes Octavius Archintus in Collect. Monument. Familiar. Mediol. V. I. ex quo etiam novimus eum unum ex XII. Optimatibus fuisse, qui Anno MCCCXXII. à Joanne XII. vocati sunt, ut Vicecomitum Dominium in Mediolanensi Urbe extingueret. In contemptum Vicecomitum Ludovicus Bavarus Cæsar Patriæ administrationem Ottolino tradidit Anno MCCCXXIX., sed Actio Vicecomite totis Viribus repugnante, in Pontificii Legati Castra profectus, post aliquas felices pugnas Anno MCCCXXX. ab Actio captus Modoetiam missus est, & carceribus mancipatus.

- I. Statuta Mediolani renovavit, atque digessit.

CCCXLII

BURRUS PETRUS GEORGIUS.

Genitoribus Simone Equestris Cataphractorum, turmæ Pro-præfecto, atque Anna Girama nobilibus jugalibus, in lucem prodiit Mediolani Petrus Georgius Burrus, quem post minora studiorum curricula, utriusque Juris summo labore sibi comparavit dignum effecit, quem J. PP. Collegium inter reliquos nobilitate præstantes Jurisconsultos adoptaverit anno MDCXXXVIII. Patriæ præfecturam gessit septennio post, mox per biennium Prætor ad signum, ut vulgo ajunt, Galli, itemque annis MDCXLVIII., atque MDCXLIX. Vicarius Prætorius meruit renunciari. Ipsi quoque fidei Patrimonium suum Patria credidit anno MDCLV. cumque hujusmodi munus egregie administrasset die IX. mensis Augusti anno MDCLXIII. ad Regii Fiscus patrocini-

A nium est evesctus. Majores tamen gradus virtute, ipsius deposcente, pridie Kal. Maji, anno MDC-LXXVI. Senatoriam obtinuit Cathedram in Supremo Insubriæ Magistratu. Annis insuper MDCLXXVIII. ac MDCLXXIX. Ticinenses Fasces rexit; demum mortalitatem deposuit anno MDCLXXXVII.

Condidit, & scripsit

- I. Capitula Concordiæ celebratæ per Petrum Georgium Burrum Mediolani Senatorem, uti Regium Delegatum super controversiis pro usu aquarum Fluminis Scrippie, inter Oppidanos Novarum subditos Reipublicæ Genuensis, & Incolas Oppidi, & Castri Serravallis Status Mediolani anno MDCLXVI. MS. in fol. penes Comitem Antonium Burrum J. C. Collegiatum.
 II. Vota Fiscalia, & Consultationes plurimæ, partim impressæ, & partim MSS. in fol., penes ut supra.
 Occurrit ejus mentio apud Jo. Petrum Crescentium in Amphitheatro Romano parte I. pag. 131. Puccinellus eum laudat in Monum. Sepulchr. Mediol. c. II. pag. 28. Gualdus in Relat. Stat. Mediol. pag. 17., & 27. Benalio in Relat. Magistr. Extraordin. Mediol. pag. 183. tandemque Sironus noster humanissimus in Chron. Coll. J. PP. art. 910. pag. 211. & in Syllabo Senatorum num. 339. pag. 15.

CCCXLIII

BURRUS VIRGINIUS JOSEPH.

Virginii Josephi Burri Mediolanensis, genitores fuere Cæsar J. C. Colleg., & Virginia Hofia. Patris exempla secutus, quem loco suo laudavimus, totum se literariis dicavit laboribus, Legum præsertim studio, in quo ingenii acumine plurimum valens, Anno MDLXIV. susceptâ Laureâ, & ipse Collegium Jurisperitorum ingreditur. Oratoriam etiam artem adeo sedulus coluit, ut non raro publicè disferens, auditorum plausus sibimet conciliaverit, in genere præsertim demonstrativo. Desideratus est Anno post Christum natum MDLXVI. Elucubravit, atque vulgavit Collegii ejusdem decreto sequens Opus, & reliqua, ut infra;

Videlicet:

- I. Oratio in Nativitate Sereniss. Caroli Joachimi Hispan. Principis. *Mediolani, per Ludovicum Montiam, in 4.* quam dicavit Bartholomæo Aresio Mediolanensis Senatus Præsidi.
 II. De Mercimonio Mediolani instaurando: Consilium. *Mediol. in fol. sine anno, & Typographo, pagg. 65.*
 III. Allegationes quamplurimæ, de quibus III. aut IV. Volumina effici possent. Extant in Collectionibus à nobis centies indicatis, partim editæ, partim manuscriptæ.
 IV. Jura Archiepiscopatus Mediolani. Cod. MS. in fol. paginarum 80. Extabat apud J. C. Advocatum Rampinum, de quo suo loco.
 V. Governo della Veneranda Fabbrica del Duomo di Milano. *Ivi, presso il Malatesta, 1662. in fol.*
 Vide Sironi: pag. 219. art. 972., & Picinell. pag. 513.

CCCXLIV

BUSCA GABRIEL.

In Gabriele Busca Mediolanensi binæ Minervæ artes, studia videlicet, & arma spectabili quodam nexu coaluisse visæ sunt. Nam ex Patria Taurinorum Augustam profectus, ibi utriusque dedit argumenta, Carolo Emmanueli Allobrogum Duci carissimus. Nihil Princeps Eruditorum Mecænas optimus Consiliarii sui munere decoratum arcibus suis reficiendis, statuendisque Architectorum operibus Præsidentem constituit. Hanc Provinciam summa cum virtutis suæ commendatione Gabriel gessit, præclarissimis donis à Duce muneratus, ut gratum erga virtutem ipsius animum testaretur. Auctor verò noster ea sibi jure merito concessa patefecit iis, quæ composuit, Voluminibus partim editis, partim manuscriptis;

Hæc sunt:

- I. *Dell'espugnazione, e difesa delle Fortezze Libri due. Torino, per il Bevilacqua, 1585. in fol., & 1598. in 4.*
 II. Istru-

- II. Istruzione de' Bombardieri . *Carmagnola, per Marcantonio Bellone, 1584. in 4.*
- III. Dell' Architettura Militare . *Milano, per il Locarni, 1601. in fol., o 1619. in 4.*
- IV. Discorso di Fortificazione, all' Illustrissimo Sig. Carlo Filiberto d'Este . MS. in 4. optimæ notæ, cum figuris, pagg. 120. Extat in Biblioth. Fratrum Marchionum Vicecomitum .
- V. Discorso sopra le Misure delle Cortine, Fianchi, e Spalle de' Baloardi d'una Fortezza Reale . MS. ut supra; extat ibidem .
- Laudatur à Joanne Paulo Lomario in Tractatu de Pictura, Paulo Moriggia tam in Nobilit. Cap. XXXVII. Lib. III., quàm in Hist. Mediol. Lib. I. Cap. LX. Hieronymo Borferio in Supplem. Cap. XII. Abbate Ghilino in Theatro parte II., atque in Athenæo Picinelli pag. 228.
- Notandum hic obiter sphalma ejusdem Picinelli, qui in supradicto Athenæo pag. 87. laudat Bernardinum Bufcam tanquam Scriptorem Operis, cui titulus: „Rosario di Sermoni predicabili.“ Hoc Volumen illud ipsum est, quod recensimus in Bernardino de Bustis vero ejus Auctore, quem Picinellus Bufcam nuncupavit.

CCCXLV.

De BUSSERO AMBROSIUS.

ETiam à Buffero nomen Familiz, & quidem illustre in hac Urbe venit, necnon plures Viros doctrinâ, & militiâ dignos enumerant Patriæ Historiæ. Clariss. Saxius, necnon Puricellus nobis dederunt Gottifredum, de quo infra; doctissimus etiam Sitonius mentionem agit de Raphaële de Buffero J. C. ac in Magistratu Reddituum Extraordinariorum Quæstore Ducali in Anno MCCCCLXIV. Ambrosius noster sedebat inter Jurisperitos Nobiles Collegii Mediolanensis Anno MCCCXXVII., atque in Oratoria facultate plurimum claruit, ut facile agnosci potest ab iis, quæ scripsit, & nobis servavit fortuna,

Nempe :

- I. In laudem Martini V. Pontificis Epistola, seu potius Oratio Latina. Extat in Bibliotheca Ambrosiana in MS. sign. B. num. 116. in fol.
- II. In laudem Urbis Romæ Oratio publicè habita Anno MCCCXXV. cum magno concursu Auditorum. Extat in MS. variarum Orationum illustrium Virorum in Bibliotheca FF. Augustinianensium S. Mariæ Coronatæ Mediol. in 4.

CCCXLVI.

De BUSSERO GOTTIFREDUS.

DUm attentè perscrutatus sum MS. Codicem Gottifredi de Buffero, in ejusdem Tractatu de Templis, atque Altaribus hujus Civitatis inveni, quòd ortus fuerit Anno MCCXX., ut ipsemet testatur, ibi sermonem habens de Sancta Pelagia ad numerum 334. Missam celebravit in Reclusorio Sancti Martini Anno MCCLXXXIX. ipso ita scribente in memoria istius Sancti num. 280. Se quoque dicit Parochum loci Rodelli in memoria S. Galdini num. 182. Diligentissimus hic Scriptor multum ad Ritus cognoscendos Ambrosianæ Ecclesiæ juvat, & utinam dies appareat, ut & ipse suppellestem ad tam necessariam Provinciam pertractandam, alicui Viro erudito subministraret!

En titulus ejus Operis, quòd vidi :

- I. Vitæ Sanctorum, & Episcoporum Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, in quibus multa ad eandem Ecclesiam narrantur pertinentia.
 - II. Item de Templis, atque Altaribus in eadem Urbe, atque Diocesi dicatis. MS. in Biblioth. Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ Mediolanensis, in Pergameno magne molis, litteris rubro-nigris, sign. D. num. 61.
 - III. Ejus Opus Historicum se olim vidisse, testatur Lauda, & in Bibliotheca Minorum Conventualium Mediol. P. D. Gaspar Berretta, ut ego legi in suis Schedis, sed omni diligentia adhibita, mihi datum non fuit ibi ipsum reperire.
- De eo agunt Puricellus in Dissertatione Nazariana cap. 64. num. 34. Saxius in Dissertatione Apologetica SS. Gervasii, & Prothasii num. 54. ubi inter Scriptores prope finem Sæculi XIII. Ambrosium nostrum optimè collocat, necnon Picinellus pag. 372.

CCCXLVII.

BUSSERUS JOSEPH LUDOVICUS.

Joseph Ludovicus Buserus tertio Kalendas Septembris, Anno MDCLIX. Mediolani natus, perfectioris vitæ desiderio Carmelitarum Ordinem à Diva Theresia ad verustam austeræ vitæ normam revocatum amplexus est ipso Deiparæ Natali die MDC-LXXV. assumpto nomine Joseph Angeli à Nativitate Beatæ Virginis Mariæ. Pietate & doctrina claruit, Theologiæ, Legum & Canonum, & Sacræ Paginæ peritiâ insignis. Philosophos, atque Theologos in Cœnobiiis Bononiensi, Tridentino, & Placentino ex Cathedra interpretatus est. Prior Faventiæ, & Alexandriæ, Monialium sui Ordinis à Confessionibus, Sanctæque Inquisitionis Officio à Consiliis non semel fuit. Migravit à vita in Monasterio Cremonensi Sancti Imerii die XIV. Septembris MDCCXXIV.

Edidit Librum, cui titulus :

- I. Lector Biblicus, sive Bibliæ Sacræ Antilogiæ ad concordiam redactæ, juxta mentem Doctoris Angelici. *Cremona, apud Ricbinum, 1725. in fol. Inscriptus fuit Illustrissimo Alexandro Littæ Cremonensi Episcopo.*
- II. Hujus Operis Tomus secundus, in fol. apud Suos MS. adhuc servatur Cremonæ, & prælo paratus.
- III. Discorsi sacri. *Modena, 1693. in 4.* Ita à Suis.

CCCXLVIII.

De BUSTIS BERNARDINUS.

Frater Bernardinus de Bustis Ordinis Minorum Laurentii J. C. C. filius, Civis Mediolanensis, non autem de Busto Oppido ad Occidentem decimo quinto ferme lapide ab hac Urbe sito, uti plures scripserunt, cum sit notissima apud Mediolanenses Bustorum familia, ex qua Bernardino nostro coevi prodierunt Bernardus in Patria Ducalis Senator, de quo Landus in Senat. Mediol. Lib. V. pag. 149, & Bernardinus alter Eques Hierosolymitanus, de quo Bartholomæus à Puteo in Catalogo pag. 6. Vir fuit doctus in litteris humanioribus, in Theologia, Philosophia, Jurisprudencia, & Poësi, atque in Sacra Scriptura versatissimus. Magistrum habuit Fratrem Michaëlem de Carcano, celeberrimum per totam Italianam Concionatorem, cujus loco suo occurrit mentio, eique tandem non absimilis discipulus apparuit. In Regesto sui Ordinis, quo solent signari Prædicatores celebriores à Superiore generali ad præcipuas Urbes Italiæ, petentibus Civibus, aut Viris principibus, destinati, singulis ferme annis, ex quo coepit Bernardinus florere, ad maximas quasque Urbes missus invenitur. Ejus opera, spiritus, & ingenii sui vim apud omnes patefecerunt: vulgatæ & jam sæpius Orbem pervagatæ sunt ejus lucubrationes terribilissimæ, quas & spiritus veracitate, & sapientiæ fundamentis, & autoritatis sanctimoniâ conspicuas suscipiunt omnes. Ad Superos verò evolavit in Melegnani Oppido, Ducatus Mediolanensis in via Laudensi, juxta Suos, Anno MCCCCLXXX., & in Ecclesia Sanctæ Mariæ Misericordiarum, nunc autem Sancti Francisci nuncupata, tumulatus fuit. Ego verò in Schedis Mazzuchellianis legi, ejus mortem accidisse post Annum MD., quòd innuere videtur etiam Altamura, qui ejusdem meminit Anno MCCCXCXVIII., ut infra dicemus. Adde testimonium Cl. Fabritii in sua Bibliotheca mediævi, qui obiisse Bernardinum nostrum asserit post Annum MD. Ceterum tanta fuit probitate morum, & vitæ integritate, ut Beati nuncupatione honorari meruerit.

Opera illius sunt :

- I. Rosarium Sermonum per Quadragesimam, ac in omnibus diebus, tam Dominicis, quàm Festis per annum, necnon de unaquaque materia prædicabili, duobus Tomis distinctum. *Venetis, apud Arrivabenus.*

benam 1498., & Lugduni, 1507, & iterum, per Jacobum Junctam 1525. in 4., & Brixia 1588.

Hoc libri titulo delusi Scriptores Ordinis Prædicatorum, apud quos celebris est Deiparæ sub invocatione Rosarii cultus (ut antea jam adverterunt Quetif, & Eccard Tom. I. pag. 907. Script. Ordinis Præd.) & primos secuti Picinellus, & Moriggia nostri, existimarunt Bernardinum inter D. Dominici Alumnos recensendum, sed perperam; ex uno enim geminum Virum constarunt, licet diverso nomine, nam pro Busto scribere Busea, huic tribuendo Bernardini nostri Rosarium. Hi sunt Lusitanus, Pius, Fernandez, & Altamura.

II. Mariale, sive Sermones de Beatissima Virgine Maria, ac de ejus excellentiis, non modò per singulas ejus Festivitates, sed & per omnia anni Sabbata ad concionandum accommodatum. Mediolani, per Leonardum Pakel, 1494. in 4. Addito Tertio Operum Tomo, qui simul cum reliquis duobus prodiit. Brixia, apud Petrum Mariam Marchettum. 1588. Elegantes atque doctissimos hos Sermones affirmat. Eysengrenius; plenos verò pietatis, & bonorum rerum Possévinus.

III. Quadragesimale. Argentina 1496.

IV. Defensorium Montis Pietatis contra figmenta omnia æmulæ falsitatis, Tractatus duo dicati Bernardino Cardinali Tit. Sanctæ Crucis in Hierusalem: data est nuncupatoria Auctoris, Mediolani Prid. Kal. Feb. 1497. sine nomine Impressoris, & loco.

In principio sic legitur: „ In nomine Jesu Christi, ac Gloriosæ Virginis Mariæ Marris ejus. Incipit Defensorium Sacratissimi Montis Pietatis, editum. „ à F. Bernardino de Buis, Ord. Minor. de Obser., „ quod continet duos pulchros Tractatus, atque „ compositum fuit ad complacentiam B. P. F. Bernardini Feltrini ejusdem Ordinis, qui sæpius ipsum „ F. Bernardinum hortatus est, ut aliquid in scriptis redigeret de justificatione, ac utilitate ipsius saluberrimi Montis, dicens ei: Ego libenter video „ Scripta vestra &c.

V. In fine adsunt Carmina quædam ejusdem Bernardini ad Hieronymum Tornielum Min. Obser. Prædicatorem Apostolicum, & in Partibus Gismontanis Vicarium Generalem; cum responsione Metrica ejusdem.

Edita sunt etiam Mediolani, ut videre est in Hist. Typograph. Mediol. Cl. Saxii.

VI. Introductiones Grammaticæ Latinæ. Valentia, 1559 ex Lafore à Varrea.

VII. Sermo de Charitate, sive de Evangelio æterno in fol. Ex Beughem Incunabula Typograph. p. 174.

VIII. Consilium Bernardini de Buis, an pactum de retrovendendo faciat præsumi contractum fœneraticium ext. in prima parte Rosarii Buis, Sermone 26. incip. De Feria litera E, & litera G.

Ex Draudii Biblioth. Classica pag. 688.

IX. Officium Immaculatæ Conceptionis Anno MCCCC-LXXX. compositum, & Sixto IV. Summo Pontifici dicatum, à quo etiam Diplomate Apostolico confirmatum est. Eo utuntur Minores die VIII. Decembris.

X. Officium Nominis Jesu, cujus cultum anniversaria die, Rituque solempni per universam Ecclesiam celebrari ardentissimis precibus ab Innocentio VIII. postulavit. Usui est Minoribus die XIV. Januarii.

XI. Elucidarium de Immaculata Conceptione. Mediolani 1492. Ex Cl. Saxio.

XII. Officium Sanctæ Crucis. Ex eodem.

XIII. Laudes B. V. M. Italico soluto Carmine. Ex eodem. Extrat Lancini Curtii Epigr. ad eundem: Lib. V. fol. 80.

Præter citatos Auctores videndi sunt Martyrol. Francisc. ad diem VIII. Maji. Gohzaga de origine Seraphicæ Religionis, Marcus Ulyssiponensis in Chronica Minorum p. 3. Du-pin Tom. XII. Bibl. Eccl. Maraccius Bibl. Marian. p. 1. pag. 218. Fontana Bibl. Leg. p. 1. pag. 13. Picinell. pag. 87. in suo Athenæo, cum aliis ab eo citatis, nec non Historia Typographica Mediolanensis Cl. Saxii.

A BUSTO ALEXANDER. V. CRESPIUS.

C C C X L I X.

BUTIUS JACOBUS PHILIPPUS.

Jacobus Philippus Butius Mediolanensis Ambrosiani celeberrimi Collegii Doctor ab ipso Friderico Borromæo Cardinali Archiepiscopo Conditore in amplissimum eum Ordinem cooptatus Anno MDC-XXXI., & unice dilectus, Arabicam quoque linguam adedè calluit, præter scientias reliquas, ut Codi-

A cem Alpharabii manu descriptum Arabicis characteribus Latio donandum ab ipso Cardinali acceperit. Canonicalem Præbendam in Collegiata S. Thomæ, quæ dicitur in Terra Amara, obtinuit. Hebraicas etiam litteras edoctus usque adedè fuit, ut Arcana exponeret ejus Idiomatis his omnibus, qui cum tanquam oraculum, consulebant. Constantissimus in litterariis laboribus plura exarasse perhibetur à Petro Paulo Bosca in libro IV. de Origine, & Statu Bibliothecæ Ambrosianæ circa finem, & alibi in eo Opere sæpè.

Ejusdem meminit Lapis Sepulcralis Augustino Butio, Episcopo Smirneni, in Ecclesia S. Laurentii posita Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Veliterni, vulgò Velletri, desumpta ex Bonaventura Thenli in Theatr. Historiæ Veliternensis lib. III. fol. 344.

B

D. O. M.
CERNITE MORTALES
AVGVSTINVS SANGVINE BVTIVS
NATIONE INSVBER
MEDIOLANENSIS ORIGINE
RELIGIONE MINOR
PROFESSIONE OBSERVANS
DIVINA SAPIENTIA CLARVS
SACRA ELOQVENTIA CLARIOR
AVORVM GENTILITII DVPLICI BONITATE
CLARISSIMVS
APVD HIEROSOLYMAS
PERVIGIL GENERALIS VICARIVS
SVPREMAE HISPANIARVM HEROINAE
CONFESSARIVS
HINC VBIQVE CLAMANTIBVS MORIBVS
VIRTVTIBVS VNDEQVAQ; IMPELLENTIBVS
SMIRNENSIS ECCLESIAE CVRA PASTORALI
DONATVS
TANDEM VELITRENSIS SVFFRAGANEVS
AQVILAE PLVMIS ET ACIE
EVECTVS AD SYDERA
HOC SAXO PROMITVR HAVD PREMIVR
EX VOTO BVTIORVM FRATRVM
AVGVSTINI IAC. PHILIPPI I. V. D.
MARCI ANTONII, CAROLI, IOH. BAPTISTAE
I. V. DD.
QVI TANTI PERENNITATI VIRI
POSS. MONVMENTVM.

C

D

Scriptit :

I. S. Athanasii in Psalmos Davidicos Commentaria ex Arabico in idioma Latinum translata, interprete Jacobo Philippo Butio Collegii Ambrosiani Doctore. Tomi IV. in fol. MSS. pagg. 480. lat. & torid. Arab. Extant in Bibliotheca Ambrosiana sign. N. num. 34. 35. 36 & 37.
Vide Bosca de Orig. & Statu Bibliothecæ Ambrosianæ.

C C C L.

BUTTINONUS JOHANNES MARIA.

E Johannes Maria Buttinonus Trivillii natus, Patre Bernardino, ex antiqua Familia, qui pauperum valetudinarium, jam inde à reparata humani generis Salute sæculo decimo tertio, in eo municipio suis opibus erectum dotaverat, Studiis litterarum, ac Juris Civilis, & Canonici ab ineunte ætate se dedit, quarum etiam facultatum lauream est consecutus. Itaque Sacerdotio initiatus inter Rectores Templi Sancti Martini in patria sua Curæ animarum adscriptus est, opimo etiam Sacerdotali fundo Verdelli Bergomatum in Oppido postmodum auctus. Fuit etiam Canonicus Pontis Aureoli, vulgò Pontirolo. Verum ad majora eum indole, ac fortuna poscentibus, cognitus est Cardinali Cicalæ Genuensi, cum in regionem Insubriam fortè ille venisset. Is igitur probatà Buttinoni prudentiâ, scientiâque, cum navum, atque industrium in negotiis pertractandis, expediendisque

disque expertus esset, Comitum Sacri Palatii Lateranensis illum renunciavit. Mox Romam redux, eò Infulam Sagonensem in Corfica, aceto Buttinono procuravit, atque obtinuit. Ubi autem Romæ probari novi Sagonensis Antistitis mores, ac Sapientiam vidit Pontifici Maximo, Auctor fuit ejus constituendi Urbis æterni Gubernatoris. In tam conspicuo Magistratu per annos aliquot cum laude versatus est, proximumque Purpuræ mors è vivis eripuit. De eo mentionem Ughellus facit in Episcopis Sagonensibus. Decessit circa Annum MDL. ac inter Monumenta ingenii sui tantum supersunt.

- I. Acta suæ Gubernationis Romanæ, quæ in Archivo Æliæ Arcis in Urbe asservantur. Tom. II, MSS. in fol. Hæc mihi perhumaniter subministravit doctissimus Barizaldus, atque agit de eo Ughellus, ut supra monui, Tom. III, col. 519.

CCCLI.

BUTTINONUS PETRUS PAULUS.

Petrus Paulus Buttinonus Triviliensis, Hieronymi filius, litterarum studiis à pueritia excultus, Juri ediscendo se se impensius addidit adolescens. Ineunte igitur juventute usus consuetudine Joannis Mariæ Raynoni Municipis sui, quem ex erudita pietate studioque justitiæ, Divus Carolus vivens ita probaverat, ut eum mensæ comitem ferè perpetuò vellet, multum religione, prudentiaque profecit. Mox Lauream Ticini assecutus, togatus in Forum Mediolani processit ad munus Advocati. Quare Concilium Triviliatis Populi causarum ei suarum delegavit curam; quo in munere tanta fide diligentiaque se exercuit, ut omnium animos in se converteret. Cum itaque vel Nobilissimæ Mediolanensium Familiæ ejus Clientelæ se commississent, magnam apud omnes gratiam assecutus, nobili conjugio hæredis patrum suorum feminæ ditatus est. Opibus, ac ratione auctus, cum jam Fisci Regii Patrocinium exerceret, & de illius Sapientia certior Rex Philippus IV. factus fuisset, ab eo adlectus ad summam Mediolanensis Senatoris dignitatem Anno MDCXXXIII, ac publicæ subinde Salutis Præses est renunciatus. Cum autem in Italiam venisset Cardinalis Infans Regis Hispaniarum frater, is Buttinonum jam senescentem multa cum honoris significatione sæpius auditum magni facere testatus est. Ita in summa apud omnes opinione Sapientiæ honorum divitiarum-

A que plenus, Anno MDCXXXVII. die X. Octobris desit vivere, Reliquit

- I. Consilium, quod Jure Canonico, & Civili, Ecclesia, & Ecclesiasticæ personæ sunt immunes à quibuscumque oneribus extraordinariis pro bonis, quæ à Laicis titulo emptionis, seu alio nomine transeunt in Ecclesiasticos. Extat in Catena aurea Hieronymi Gattici Tom. 1. pag. 141.
- II. Consilium decisivum, an Statuta quæcumque prohibentia successione bonorum ab intestato afficiant Personas Ecclesiasticas. Ibid. 149.
- III. Allegatio Juris pro Confortibus de Valentis. Extat in Collectione Syri Joseph Ruthæ J. C. Papieni.
- IV. Duæ Allegationes ejusdem in causa contra Fiscum de Feudis. In Parodiana.
- V. Allegationes LXXIII. apud Solivetam, & Benaliam, aliosque. Ita è Schedis P. D. Gasparis Berettæ, & ex Indiculo Eruditorum Triviliensium ab eruditissimo Viro Canonico D. Hieronymo Barizaldi ejusdem Oppidi, mihi que amicissimo perhumaniter communicato.

B

CCCLII.

BUTTINTROCHIUS JO. BAPTISTA.

Joannes Baptista Buttintrochius Joannis Mariæ, & Claræ Theodoræ Panceriæ Civium Mediolanensium filius, Regiusque Feudatarius fuit. Ingenium suum, & poëticæ facultatis peritiam ex his, quæ post se reliquit Carminibus, satis noscere licuit. Verum ejus gesta nobis invidit oblivio. Immo nec Parentes ipsius, nec diem emortualem hîc à solis schedis Mazzuchellianis Lectoribus meis proferre potuissim, tam pauca in ipsis reperi, si Cl. Sitonus inter tot alia, quæ eidem debeo, etiam hæc de Auctore nostro mihi perhumaniter non obtulisset. Nulla ideo ratione omittendum censui, quem tantus Vir (P. Mazzuchellus scilicet) in Litteratorum album retulerat: præsertim cum Carmina ejusdem, quantum ætas illa ferebat, lectu non indigna sint. Obiit annis, & meritis onustus sub initio Sæculi præsentis, nempe Anno XI. Ea, quæ vulgavit, sunt

C

- I. Selvetta di Poetici scherzi. Pavia, presso Giambattista Magri, 1649. in 8.
- II. Carmina varia Italica ego vidi in Collectionibus pro Laureis donandis tam Mediolani, quam Ticini.
- III. Carmen Latinum in laudem S. Caroli Borromæi. Mediolani sine Typographo, 1688. in 4.
- Ex schedis Virorum illustrium supradictorum.



C

CCCLIII.

CABALLINUS JOANNES BAPTISTA.

Scriptoribus Novariensibus in suo Museo Caballinum inseruit pluries à nobis laudatus Cotta, eo quia in loco Coimi nomine natus ad Vallem Vegetiam in Dioecesi Novariensi; sed cum locus ipse ditiori Mediolanensi subiectus sit, ideo non rejiciendus noster ab Athenæo Picinelli, etsi candidè ipse professus fuerit, nihil de Vita Auctoris hujus reperisse: debemus igitur supramemorato Cottæ præter locum, ut diximus, ubi lucem Caballinus viderit primam, etiam alia quæ de eo subjiciam; nempe, quod Mediolani Legalibus studiis deditus, non tantum in ipsis optimè se erudiverit, sed quod etiam tota Forensis Curia ei debuerit justam methodum, quam edocuit ad causas in Tribunalibus patrocindas, sublati improbis Legulejorum calliditatibus, nescio tamen si omnibus, an si in posterum sint millies adauctæ. Fuit ergo noster in numero Causidicorum Mediolanensium adscriptus, & meritò eorundem Notariorum sui temporis Lucerna vocatus. Quod rarum item est de ipsis, qui in Foro versantur, Caballinus optimum latinum stylum retinuit, sicuti Epistolæ ipsius Nuncupatoris ad D. Carolum Borromæum, atque ad alios facilè ostendunt. In rebus ad Dominium Mediolanense spectantibus peritus adeò fuit, ut ad Aulam Hispanicam pro iis tuendis destinatus extiterit, sed morte præventus abire non potuit. Bernardinus Baldinus hoc Carmen in ipsius laudem cecinit:

*Si carpit livore nocens te Zoilus, armis
Te defende, quibus jura tuere Liber.
Quisquis poscit opem supplex, opis indiget; artem
Propugnare vales strenuus ipse tuam.*

Leguntur de ipso:

- I. Actuarium Practicæ Civilis. *Mediolani*, 1585. & 1587. in 8. Notis verò atque Additionibus illustratum à Julio Cæsare Glusiano. *Mediolani*, 1616.
 - II. Actuarium Practicæ Criminalis. *Mediolani*, 1587. in 8.
 - III. De Sequestris. *Mediolani*, 1558. in 8.
 - IV. Formularium, & Solemnitates Instrumentorum. *Mediolani*, 1581. & 1558. in 8.
 - V. Oratio ad Clementem VIII Ferraria, apud Baldinum. 1598. in 4. hanc nec Picinellus, nec Cotta agnoverunt.
- De eo Augustinus Fontana par. I. pag. 164. Moriggia. Nobil. lib. III. cap. II. Cotta in Museo Novariensi pag. 159. & Picinellus pag. 276.

CCCLIV.

CABIATUS JOANNES EVANGELISTA.

Celeberrimo JC. Joanni Evangelistæ Cabiato, quem ex Columba Calva conjuge, jam à nobis laudati Bossii Senatus Infubrum Præsidis nepte, Joannes Baptista suscepit, si debita laudum encomia tribuenda forent, nostri essent instituti nimis angusti fines certo certius ampliandi. Verumtamen Lectoris erit ex paucis hîc relatis Viri meritum noscere, præsertim cum in sobole præclarissima, quam superstitem cernimus, Patris ingenium, mores, virtutesque præfulgeant. Bonis excultus artibus, ad quas omnes aptissimam nactus fuerat indolem, legibus tandem addiscendis totum se tradidit; ita tamen, ut aliorum non oblitus, quæ coluerat, studiorum, amœnioribus seria temperans, perpetuum otio bellum indixerit. Mirum est cogitare quomodo Joannes Evangelista noster

Tom. I.

A opportunum tot conscribendis libris tempus inveniret, in publicis, atque privatis negotiis gerendis semper occupatus. Alter enim extitit ex hujus Mediolanensis Domini Vicariis Generalibus, & annos ultra XX. Auditoris munus in Comitum Borromæorum Feudis exercuit. Omnium Provinciæ Mediolanensis Civitatum negotia præ manibus habuit, & signanter Novariæ. In Foro præcipuè, tanta cum prudentiæ, virtutisque fama se gessit, ut dum de conscriptis novis Patribus in Mediolanensi Senatu legendis ageretur, quater ipse tam à Supremis Infubriæ Produci-bus, quam ab ipso Amplissimo Ordine primus omnium ad tantum munus Principi commendaretur. In gravissimis quoque negotiis à Carolo VI. Augusto adhibitus fuit; tunc præsertim cum petente Victorio Amedeo Sardinia Rege, una cum laudatissimo Senatore de Araciel, quem loco suo commendavimus, à Cæsare lectus est, ut multa ad ejusdem Regis Ærarium in bello cum Gallis gesto spectantia, atque ad rectam Censuræ administrationem pertinentia moderaretur, atque sanciret. Comes quoque Carolus Borromæus Imperii in Italia plenâ cum potestate Legatus controversias aliquot in ea Regione, quam Langas appellant, inter Oppida nonnulla, quæ Imperialia Feuda sunt, excitatas Cabiato cognoscere voluit, rem profectò difficillimam suscepturum, cum etiam de Januensis Reipublicæ juribus non lædendis ageretur. Patriæ Civis amantissimus & coram, & scriptis ita Mercimonium promovere studuit, ut non modicus Artificum numerus, qui jam aliò sedes transfulerat, ab exteris Regionibus, magno cum Infubriæ lucro, Mediolanum fuerit revocatus. His, atque aliis optimè gestis illustris, non sine ingenti Patriæ lætu, desideratus est mense Julio, Anno Æræ Christianæ decimo octavo supra millesimum septingentesimum, qui ipsi erat LVII.

In his tamen adhuc vivit scriptis:

- I. Refutatio Consultationis Comitum de Pras, & Jurisconsulti de Tela super nova methodo Tributa Infubriæ imponendi; quæ quidem Refutatio tantum profecit, ut adversaria Sententia omnino rejecta fuerit.
 - II. Consultatio pro rejiciendo, atque tollendo Vestigali Chartæ ad publicas Tabulas conscribendas, sigillo quodam munitæ: Hoc Gallorum hujus Sæculi initio Infubriam bello vexantium tempore impositum, auditâ Cabiati sententiâ, sublatum è medio fuit.
 - III. Consilium super novo Candelarum Artificio ab Ayrol-do quodam excogitato. Id tanto cum plausu exceptum fuit, ut ex Senatus-consulto omnia ad eam rem congesta, atque parata, in conspectu populi, Carnificis manu igni traderentur.
 - IV. Allegationum in diversis causis, atque in omnibus Fori materiis Volumina XXX. & ultra ingentis molis.
 - V. Rerum ad Causas aliquas peculiare spectantium, in Foro controversas Sylva. MS. in fol.
- Hæc omnia MSS. servantur penes Jurisconsultum Auctoris filium D. Antonium, meique amicissimum, & Patris vestigia strenuè prosequentem.
- VI. Inter alia Poëtica Opera in utraque Lingua, quæ sparsim edidit, celebratur Latinum Poëma de Innocentium Puerorum Strage. In eo Joannis Baptistæ Marini, qui argumentum hoc Italicis tractavit Versibus, nedum affectus ingenium, sed etiam aliqua ex parte vicisse creditur. Stylus certè Virgiliano accedit metro. Prodiit quidem sub auspiciis Bartholomæi Crassi, de quo agemus, qui Cabiati Præceptor fuit in Eloquentiæ, atque Poësis studio, ita ut nonnulli eidem hoc Poëma tribuerint, verum Discipuli hujus præstantissimi Opus esse, testatur Præceptorem ipsum, multi contendunt.
- Memoratur à Cl. Sitonio in suo Theatro Nobil. pluries à nobis indicato.

CCCLV.

CABIATUS JOSEPH.

AB altera Familia Mediolanensi Cabiati nomine. ortus est Joseph, qui in Universitate Ticinensi Studiis Medicis totum se devovens, ibi etiam in eadem Facultate Lauream accepit, & tantum nominis sibi acquisivit, ut variis in locis Domini Mediolanensis, præcipuèque in nobili Oppido Busto nuncupato, vocatus fuerit ad Artem suam exercendam, quod semper maxima cum laude adimplevit, sed quietem postea appetens, Sideriani (locus est XII. millibus passuum Mediolano distans, Novariam versus) ubi domum, & plures agros habebat, ad pauperes tantum, nulla accepta mercede, medendos, assiduè litteris incubuit, usque dum ad septuagesimum suæ ætatis annum perventus, die VIII. Julii MDCCXIV. obiit. Plura certè tam in Eruditione, quàm in Re Medica Vir iste emunctæ naris composuit, quæ miserè deperdita sunt, nec superest aliud quam sequens ejus Opusculum optimè scriptum, quod etiam continet plusquam titulus ipse promittit, nempe

- I. Quanto di straordinario, e curioso è seguito nell' Inverno dell' Anno MDCCIX. in alcune parti della Lombardia, rappresentato da Giuseppe Cabiati all' Illustrissimo Sig. Conte Marc' Antonio Visconti. *Milano, presso Ambrogio Ramellati, 1709. in 4.* Vide Curtium pag. 237.

CCCLVI.

CACAPISTI GERARDUS.

Obscuris illis temporibus, quibus diro schismate lacerabatur Ecclesia Dei, & cruentis; rabidisque Factionibus tota fermè Italia vexata languebat, sæculo nimirum XII. non defuerunt inter Mediolanenses Cives, qui Jurisprudentiam colerent, & nedum Patriæ, verumetiam aliis Italicis Urbibus Legum Romanarum lucem proponerent. Inter hos in præsentiarum occurrit Gerardus Cacapisti magni nominis ætate sua Jurisconsultus, & Patriæ Consul cum Oberto ab Horto. Dum eo Magistratu fungeretur Anno MCLXVII. cum Laudensibus adversus Fridericum foedus eum renovasse, scribit Chalcus Annal. lib. XI. adeoque validas vires Mediolanensium effectas, ut Parmenses, Novarienses, Vercellenses, Obizo Marchio Malaspina, qui prius pro Friderico stabant, cum ipsis Mediolanensibus societatem inierint. Anno MCLVIII. supradictus Fridericus I. Augustus cognomento Oenobarbus, cum apud Roncaleam Principibus Italiæ, atque Civitatum Consulibus indixisset Comitia celebranda, & cum Martino Gofia, Bulgario, Jacobo, atque Ugolino à Porta Ravennate celeberrimis Legum interpretibus in Academia Bononiensi in mandatis dedisset, ut sibi responderent: an rerum omnium dominium Cæsar haberet, quæ ejus indulgentia velut precario jure à possessoribus tenerentur; idque affirmaret Martinus, negasset Bulgarius, cæterique nutassent; insuper petisset Cæsar ab eis quodnam in Civitates Lombardorum jus haberet; advertentes Viri prudentissimi hoc negotium non sine maxima invidia perfici posse, unum è singulis Civitatibus ipsis Collegam sibi dari ad judicandum postularunt. Selecti sunt igitur viginti octo Juris Doctores, qui cum quatuor superius recensitis in Templum Sancti Petri Contrebiæ convenerunt. E Mediolanensibus adfuere Obertus ab Horto, quem loco suo commendabimus, & Gerardus hic noster. Qui hujus Conventus exitus fuerit, pluribus narrat Guido Pancirolo de Claris Legum Interpretibus lib. II. cap. XIV. unde hæc hausimus. Legatione functus est pro Patria, cujus tunc erat Judex Anno MCLXXVII. cum de pace inter Fridericum Imperatorem, & Alexandrum III. atque Lombardorum Societatem ageretur;

A ibique ab universa Lombardorum Societate electus est cum Episcopis Taurinensi, Bergomensis, Novocomensis, & Astensi; nec non Goëzo Judice Veronensi, atque Alberto de Gambara Brixienfi Cive ad pacis compositionem unanimiter statuendam. Temporis injuriâ cætera Gerardi acta interiisse dolentes referimus. Hoc tantum ex Pancirolo ipso addimus scripsisse Auctorem nostrum:

- I. De Feudis; Ait enim loco citato: „ Inter eos Obertus ab Horto „ Feudorum Auctor celeberrimus, & Gerardus Cacapisti, & ipse in Feudis clarus. „ Afferit Picinellus in Athenæo pag. 235. Gerardum, quem de Nigris cognominat (quibus Tabulis fretus ignoramus, ubique enim Cacapisti dicitur, nisi fortè ex Ottone Frisingensi lib. II. cap. XII. de gestis Friderici illud hauserit, ubi de Nigris Gerardus noster appellatur) librum primum de Feudis composuisse, testemque citat Cujacium Tom. III. tit. de Feudis in principio; libros verò secundum, & tertium Opera esse Oberti ab Orto, quamvis huic postremo libri tres omnes à quibusdam tribuantur.
- II. Consilium pro controversiis quibusdam Ecclesiæ Veronensis. Id legitur apud Ughellum in Ital. Sacr. Tom. V. in Veronens. num. LXXX. in cujus fine sic habemus: „ Hoc consilium dederunt iudices Mediolanenses, Obertus, qui dicitur de Orto, Stephinardus, Gerardus, qui dicitur Cagapesto, Orobonus de Concorezo, Gregorius, qui dicitur Caga in Arca, Marchio, qui dicitur Calcagnolo &c.
- III. Oratio ab ipso habita pro parte Lombardorum Anno MCLXXVII. Venetiis coram Alexandro III. Summo Pontifice in Capella Palatii Patriarchæ dum ageretur de statuenda pace Lombardorum, in responsionem propositionis factæ à Christiano Cancellario pro parte Imperatoris Friderici I. extat in Chronico Romualdi Salernitani Tom. VII. Scriptorum Rer. Italicarum. pag. 223. edit. Mediol. Palat. Societ. & apud Baronium Tom. XII. Annal. Ecclesiæ. ad Annum MCLXXVII. Corrigendam notat Puricellus in Monum. Basilicæ Ambros. num. 564. lectionem Actorum Alexandri Pape apud citat. Baronium, ubi eum vocat Gerardum Piscom.
- IV. Responsa. Horum meminit Merula citatus à Comite Octavio Archinto in Mediolanensium Familiarum Monumentis. Anno MCLXXVIII. testis interfuit Privilegio concessio Monasterio S. Ambrosii à Rectoribus Lombardiæ, Marchiæ, & Romagnolæ, extat apud Puricell. ibid. num. 573.

CCCLVII.

CACCIA FEDERICUS.

Federicus Caccia, Camilli ex LX. hujus Urbis Decurionibus, & Ursulæ Casaræ Jugalium Mediolanensium filius, decima die Junii MDCXXXV. in luce editus, in Templo Sancti Firmi baptizatus est. Ante Septennium orbatu Patre summâ vigilantia à Matre educatus, humanioribus litteris in Braydensi Academiâ, tum legum Institutionibus sub Nicolao Casaro Jurisconsulto Coll. sedulam navavit operam. Hinc inter Alumnos Collegii Borromæi Ticinensis recensitus, in Regio illius Urbis Archigymnasio Laureâ donatus, & in Collegium celeberrimum Jurisconsultorum Mediolanensium cooptatus, tam strenuè causas egit, ut à Clemente X. inter Sacri Consistorii Advocatos lectus fuerit. Benedicto Odescalcho, qui postea Innocentius XI. dictus est, cum Petri Cathedram ascenderit, ob præclaras virtutes in primis charus fuit. Federico Vicecomite Mediolani Archiepiscopo renuntiato, dignus habitus est, qui ei in Sacræ Rotæ Auditoratu succederet. Eum quoque Pontifex Palatino Præfatu, & Summi eleemosynarum largitoris munere decoravit. Ineunte Decembri MDCXCII. ad Carolum II. Hispaniarum Regem, Archiepiscopus Laudicæ appellatus, Apostolici Nuncii munere functus mittitur ab Innocentio XII. A quo absens die XI. Aprilis MDCXCIII. ad Mediolanensem Ecclesiam regendam assumitur, tum die II. Decembris MDCXCV. Sacrà Purpurâ ornatur. Ex Hispania rever-

reversus, ubi eum Rex Catholicus pretiosissimis gemmis donaverat, Romæ die XXIII. Julii Purpureum Galerum, die verò XIII. Augusti MDCXCIX. Cardinalitium anulum, & Sanctæ Pudentiænæ Titulum suscepit. Mediolanum veniens, magno Populi gaudio die XI. Decembris solemniter Urbem ingressus est, & haud ita multò post Catholici Regis Diplomate tradita est ei Ducatus Mediolanensis summa Præfectura, donec Produx mitteretur. Inopes cujuscumque ordinis essent, seu Deo dicati Viri, seu Laici, Sacras præsertim Virgines egestate pressas adeo juvit, ut nullos præter eos ex Assè hæredes scripserit. Tanta fuit humilitate, ut juvenis Lucenses, Novarienses, & Cremonenses Infulas recusaverit. Dignissimum Præfulem mors terris rapuit Anno MDCXCIX. die verò XIV. Januarii. Ejus Cadaver in Metropolitanam illarum, celebratis de more exequiis, quibus interfuit Novariensis Episcopus, jacet ante Aram Deiparæ Virginis, quæ ab ænea Arbore ante ipsam statuta cognomen sortitur, hoc addito Elogio.

FEDERICVS CARDINALIS CACCIA
ARCHIEPISCOVVS MEDIOLANI
PAVPERIBVS EX ASSE HAEREDIBVS
INSTITVTIS
ANNVM AGENS LXIV.
OBIIT

XIX. KAL. FEBRVARIi ANNO MDCXCIX.

Hæc scripsit :

- I. Decisio XIII. Extat in Tomo II. Operum Ramonii cum notis Balducii, *Bononiae* 1689.
- II. Decisiones VIII. IX. XX. XXIII. Extant cum Albicio de Inconstantia in judiciis. *Roma in fol.*
- III. Aliæ sunt in corpore magno Recentiorum. T. XX. & seqq.
- IV. Aliæ plures MSS. ab ipso dispositæ in Vol. III. in fol. in Archivo Romano.
- V. Lettera al Coll. de' Dottori, e Giudici di Milano. Est in Biblioth. Ambros. inter Miscell. Novariensia T. IX.
- VI. Lettera Pastorale al Clero, e Popolo di Milano, habetur apud Paravicinum pag. 54.
Orationem Latinam pro collatione Purpuræ eidem factæ dixit Bartholomæus Rubeus, quæ typis *Agnelli* prodiit. *Mediol.* 1696. in fol.
Aliam etiam pronuntiavit eadem occasione Julius Cæsar Cribellus in Collegio Jur. Consultorum, de quo suo loco.
Elogia in Funere ipsius, & Descriptionem composuit Franciscus Saxius, de quo pariter agemus, sicuti Epicedium in ejusdem Exequiis recitavit Matthæus Bozzus, quod servat in Miscellaneis Novariensibus Bibliotheca Ambrosiana.
De ipso videndi sunt Ughellus, Corta in suo Museo Novar. pag. 110. Sionus pag. 225., alique.

C C C L V I I I.

CACCIA FRANCISCUS, sive JO. FRANCISCUS.

EX Camillo Magistratus Redditiuum Ordinariorum hujus Urbis Quæstore natus est Franciscus Caccia, ab aliis Joannes Franciscus nuncupatus, qui ætate, & Legalia studia viriliter profecutus, Lauream in istis Papiæ meritò obtinuit. In rebus omnibus tam graviter, tam prudenter se gessit, ut Serenissimus Sabaudia Dux suum à Status Consiliis ipsum voluerit, & non tantum in Causis patrocinandis eluxit, quàm pro Arte Oratoria publicè laudari meruit, ut facilè videre est ex eis, quæ ad calcem ego profertam, ideoque silendam non censeo esse laudem ipsam, quam ei dedit Silvius Antonianus Clementis VIII. Summi Pontificis à Secretis, dum ejus nomine responsum dedit Francisci nostri eruditæ, gravissimæque Orationi, quam eidem Pontifici dixerat Sereniss. Caroli Emmanuelis Sabaudia Ducis nomine, nam ab eodem uti illustris Orator, & Vir spectata virtute, & Nobilitate decoratur. Florebat ad finem Sæculi XVI., & sub initio XVII. Claris. Corta, qui ipsum in suum Musæum intulit, eo quia nobilissima

A hæc Familia Patriam agnoscit Novariam, sed ab Anno Millefimo sexcentesimo nostræ Redemptionis ipsa numerabat Sæculum ferè integrum, quod Camillus Caccia, Federici jam dicti Proavus, sedem suam in hac Metropoli fixerat, nil nobis reliquit præter hæc illius eruditionis monumenta, quæ etiam non omnia sub oculis habuit; nam de ultimis duobus articulis nullum verbum fecit.

- I. Orazione Funebre nella morte della Serenissima Infante Donna Cattarina d'Austria, Duchessa di Savoia. *Milano*, 1598. in 4.
- II. Oratio ad S. D. N. Clementem VIII. Pontif. Max. pro Serenissimo, & Excelso Principe Carolo Emmanuel Sabaudia Duce in publico Concistorio habita VIII. Kal. Aprilis MDXCV. cum ejusdem Ducis nomine obedientiam præstaret Comes Franciscus Martinengus. *Roma, & Taurini*, 1595. in 4.
- III. Oratio pro Laurea Comitis Caroli Cortii.
- IV. Carmina Italica atque Latina. Extant in Collectione pro eadem Laurea, de qua suo loco. Corta in Museo Novariense, ut innui supra.

C C C L I X.

CACCIA MICHAEL ANGELUS.

ARona Oppidum in ditone Mediolanensi satis notum Patria fuit Michaëli Angelo Caccia, inter primos numerandus, qui Laurea in Collegio Borromæorum Papiæ donatus fuisset. Mirum est quantum in Legalibus studiis Vir iste emicuerit, satis enim esset dicere, quod inter præcipuos Causarum Patronos sui temporis Mediolani adscribitur. Anno igitur MDCXXIV. Quæstor Magistratus Redditiuum Extraordinarium hujus Domini efficitur, & paulo post Cathedram Senatoriam meritò obtinuit, sed peste grassante Anno MDCXXX. ipse, cum integra ejus Familia è vivis omnium dolore abiit. Teste Corta posteris reliquit :

- I. Volumina XXX. Juris Allegationum, ex quibus Gatticus in sua Catena aurea has typis dedit sequentibus titulis.
- II. Celeberrimi V. J. C. Michaëlis Angeli Caccia Mediolani Senatoris, Regique ibi Consilarii Consilium, & Responsum decisivum de Immunitate Ecclesiastica. T. I. pag. 101.
- III. Consilium, & Responsum II. decisivum ejusdem celeberrimi Auctoris pro eadem Immunitate Ecclesiastica. pag. 116.
- IV. Consilium, & Responsum III. decisivum ejusdem, ut supra pag. 127.
- V. Responsum IV. Michaëlis Angeli Caccia J. C. pro ead. Immunitate pag. 416.
- VI. Consil. XL. extat inter illa Vincentii Fusarii.
- VII. Responsum aliud, est cum Ruginello de Arboribus.
- VIII. Pro Reverendissimo Episcopo Novaria contra Regium Fiscum in materia Jurisdictionis temporalis Riparia. *Mediol.*, 1613.
Videantur Ripamontius de Peste pag. 221. Rivola, Augustinus Fontana Amphit. leg. p. 6. pag. 46. Landus pag. 226. Garonus in tit. de jure, & privil. Fisc. Facardi Alleg. 33. num. 1082. 1144. 1831. 1891. 2727. Gluffianus in fine additionum ad Practicam civilem Caballini, & Corta in Museo Novariense pag. 233.

C C C L X.

CACCIATOR ALEXANDER.

NOmen Patris Eustachii à Sancto Ubaldo omnibus, ni fallor, rei litterariæ cultoribus notum est ob Opera illius publici juris facta, & tot laudibus à doctis Viris cumulata. In sæculo verò vocatus fuit Alexander, Patre Didaco de Cacciatoribus, Matre Veronica de Gualbertis; de primo, utpote Laudæ Pompejæ nato, nobis erit sermo in altero Scriptorum Catalogo in hoc Opere adtexendo, ob rationes in Præfatione generali Lectoribus meis jam prolatas. Agamus nunc de Alexandro Mediolani nato, atque in Ecclesia Parochiali S. Nazarii, quæ in Brolio dicitur, Baptismate consecrato. Studiorum ipse

ipse primordia accepit à Patribus Barnabitis in Scholis Arcimboldiis, & cum semper pietatem summopere coluerit, Religionem Augustinianensium Excalceatorum ingressus est Anno nostræ Redemtionis MDCLI. die XXVII. Januarii, ibique Eustachius à S. Ubaldo appellari voluit. Cursu Philosophico vix Mediolani absoluto Romam se contulit, & Magistrum habuit in Sacris Paginis Patrem Benedictum à Sancto Jacobo Ferrariensem Voluminibus Philosophicis, & Theologicis editis celeberrimum. Quantum in his solidioribus Studiis Auctor noster profecerit satis erit obiter dicere, quod Mediolanum à Suis, revocatus fuerit ad Cathedram Theologicam ascendendam, idemque munus sustinuerit Genævæ, & postea in Alma Urbe per triennium. Neque à tanto onere defatigatus unquam Vir iste, ad Studia natus, ab aliis litterariis laboribus destitit, ut infra sua scripta demonstrant; immo sollicitus in colligendis undequaque rarioribus libris tam illustrem Bibliothecam in Patrio Cœnobio SS. Cosmæ, & Damiani instituit, ut nostratibus, exterisque admirationi, summæque voluptati futura sit omni ævo. Brevius: Tot munera ab eo peregre functa, nempe Consultoris Sancti Officii, atque suæ Religionis Provincialatus, nec non Generalis à Secretis, itemque generalis Visitatoris nondum satis fuere, ut se abstineret à pæne innumeris Concionibus, atque Panegyribus condendis, Romæ, ac ferè in omnibus Lombardiæ Civitatibus ab eo recitatis. Quid mirum si in ipsa Bibliotheca sui Conventus, in qua continuo versabatur, apoplexiæ specie correptus Anno MDCC. paucis inde diebus transactis ad Cœlum evolaverit, antequam plura Volumina eruditionis sacræ, & profanæ perficere potuisset, tanto Reipublicæ litterariæ damno!

Hæc igitur scripsit:

- I. Discorsi Sacri, parte prima. Roma, presso il Moneta, 1665. in 4.
- II. Discorsi Sacri, parte seconda. Roma, presso il Varese, 1665 in 4. Ambos nuncupavit præstantissimo Cardinali Palottæ, tunc sui Ordinis Protectore.
- III. Sacri Trattamenti per i Popoli divoti in alcuni giorni festivi, cioè Discorsi varj. Milano, per il Vigone, in 4. Et hunc librum Eminentiss. Cardinali Alterio dicavit, tunc & ipso Augustianens. Excalceat. Protectore.
- IV. Quodlibeta Regularia. Ad Eminentiss. supradictum Card. Alterium. Mediolani, apud Malatestam, 1691. in fol. In ipso non tantum dubia Moralia, atque Canonica tractavit, sed etiam disseruit Auctor de vero Monachatu S. Augustini contra Nicolaum Defnos, & Francisc. Macedo. Objectiones item refellit Clariss. Ludovici Thomasini in suo Opere de veteri, & nova Ecclesiæ Disciplina.
- V. De Dei Benedictione. Mediolani, apud Malatestam, 1695. in 4. ad Eminentissimum Cardinalem Marcetorum.
- VI. De Hymno Te Deum laudamus, & de Cantu Ambrosiano. Dissertatio, extat in eodem libro.
- VII. De Metropoli Mediolanensi. Mediolani, apud Malatestam, 1695. in 4. ad Eminentissimum Cardinalem Josephum Archintum; in eodem libro adest erudita Prefatio Cl. Ludovici Antonii Muratorii.
- VIII. Conciones variæ MSS. apud Suos in Bibliotheca SS. Cosmæ, & Damiani hujus Urbis.
- IX. Cursus Philosophicus MS. ibidem.
- X. Cursus Theologicus MS. ibidem.
- XI. Quodlibeta. Opus manu Auctoris scriptum duplo ab ipsomet, quam in impresso, auctum, ibidem.
- XII. Varia de electionibus Pontificum MS. in fol. ibid.
- XIII. Varia ad Concilium Tridentinum spectantia MS. in fol. ibid.

Hæc, & alia ad Scriptores Augustinianenses Excalceatos spectantia, debeo humanitati, atque diligentis P. Laurentii à S. Barbara ejusdem Ordinis Lectoris eruditissimi, & amicissimi.

CCCLXI.

CAESARIANUS CÆSAR.

Cæsar Cæsarianus Mediolanensis, de quo paucum admodum Abbas Picinellus retulit in Athenæo pag. 138. Architectonicæ Artis non infimi nominis Professor extitit, quod Opus infra dandum satis su-

perque demonstrat. In Urbe Novocomo lares fixerat, atque ibi annos complures commoratus est. Ingenti labore Vitruvii libros commentariis illustravit: & cum idem Opus imprimendum curasset, vix inchoata editione, quo casu ignoratur, aliò sedem transtulit. Interim ne tanti Voluminis jacturam pateretur litteraria Respublica, eam provinciam suscepit Aloysius Pirovanus & ipse Mediolanensis, ut patet ex Epistola præfixa, quam suo loco referemus. Huic etiam editioni Operam suam contulerunt Augustinus Gallus, & Benedictus Jovius Comenses, & Bonus Maurus Bergomensis.

Prodiit ergo hoc titulo ut jacet:

- I. Di Lucio Vitruvio Pollione de Architectura libri Decem, traducti de latino in vulgare: affigurati: commentati: & con mirando ordine insigniti: per il quale potrai trovare la moltitudine de li abstrusi, & reconditi Vocaboli a li soi loci, & in epfa Tabula con sommo studio expositi, & enucleati ad immensa utilitate de ciascuno studioso, & benivolo di epfa Opera.

Et post Indicem:

Di Lucio Vitruvio Pollione a Cesare Augusto de Architectura incomenza il primo Libro traduto in vulgare sermone, commentato, & affigurato da Cesare Caesariano Citadino Mediolanense, Professore d'Architettura &c.

In fine verò adest Epistola prædictorum Augustini Galli, & Aloysii Pirovani ad Lectores, ubi Auctor vocatur = Cesare Cisarano.

Tum additur:

Impressa nel amena, e delectevole Citate de Como, per Magistro Gotardo da Ponte Citadino Milanese nel Anno del Nostro Signore Gesu Christo MDXXI. mensis Julii regnante il Christianissimo Re de Franza Francisco Duca de Milano con gratia e privilegio tanto del prelibato Re, quanto della Sedia Apostolica, in fol. Alteram editionem memorat Clar. Massæus in Libro, cui titulus: Traduttori Italiani, pag. 83. scilicet Venezia, 1524. in fol. quam non vidi. Agit de eo etiam Moriggia in Lib. V. Nobilit. Mediol. Cap. 6. in quo eum vocat = Cesare Cisarano.

CCCLXII.

CAGATOSSICUS ALBERTUS.

Circa annum Redempti Orbis MCLXX. cum Mediolanenses, hortatu Sancti Galdini Archiepiscopi, excisam ab Oenobarbo ante annos aliquot Patriam instaurarent, plures floruerunt insignes Viri, quos tanquam Urbis Parentes nulla unquam apud posteros delebit oblivio. In horum censendus numero venit Albertus Cagatossicus, quem eo anno Consulatum gessisse cum aliis Reipublicæ hujus Rectoribus, suis locis, ut æquum est, memorandis, Mediolanensium Rerum Scriptores testantur. Oh utinam quem admodum supersunt clarissimorum Virorum nomina, ita & reliqua eorum gesta ad Nepotes pervenissent! Æqui tamen, bonique Lectores consulant Opera, saltem accipere, in quibus prudentiæ suæ testimonium cum Collegis Albertus noster reliquit. Ea sunt:

- I. Statuta Reipublicæ Mediolanensis. De ipso Gualvanus lib. XIII. cap. 594. & sequentibus, & alii, quos laudat sæpe commendatus Comes Octavius Archintus in Vol. I. Monument. Famil. Mediol.

CCCLXIII.

CAGNOLUS JOANNES PETRUS.

Magnam, immo maximam Provinciam profectò assumpsit Vir tot titulis celeberrimus Bernardus Montfauconius, dum Bibliothecam Bibliothecarum Manuscriptorum scribere instituit, nam cum eadem perscrutari illi datum non fuerit, uti res ferme impossibilis, optandum foret, quod saltem nobis dare potuisset titulos Codicum ut extant, ope aliorum. Viro-

Virorum de re Litteraria eruditorum. Certè quis ille sit, à quo Cl. Montfauconius Catalogum MSS. Bibliothecæ Ambrosianæ acceperit, non rectè ipsi infervit, nam plurimi ex indicatis nec existunt in ipsa, nec unquam existierunt. Liceat mihi igitur tanti Viri veniã dubitare posse etiam de aliis, inter quos numero MS. Jo. Petri Cagnoli; nam etsi Familia Cagnola reverà sit Mediolanensis, ut evincit Inscriptio Sepulcralis ejusdem, quæ legitur in Templo SS. Angelorum hujus Urbis, attamen in nomenclatura Virorum illustrium Cagnolarum, à me undique quæsiturum, Jo. Petrum non invenio. De Joanne Andream verò plures loquuntur, inter quos Franciscus Philephus in Epistolis pag. 249. Bernardinus Arlunus in Historia de Bello Veneto, aliique, à quibus non solum uti Senator, & Juris Consultus eximius laudatur, sed etiam uti Historicus non infimæ notæ. In Gratiarum Templo hujus Urbis extat hæc Inscriptio ejus Tumulo apposita:

IOH. AN.
V. F.

IOH. ANDREAS CAGNOLA IVRISCONSVLTVS
ORDINIS SENATORII
DEI ET RELIGIONIS OBSERVANTISSIMVS
HOC SACELLVM
AD DIVINVM CVLTVM EXPEDIENDVM
ORNAVIT
MORTISQVE NON IMMÉMOR
HOC SIBI ET HAEREDIBVS POSVIT
MONVMENTVM.

Eidem quoque Lancinus Curtius dicavit Sylvam, quæ legitur ad pag. 137. nec non in ipsius laudem duo Epigrammata composuit, extantque in libro III. pagg. 36. & 41.

Ego verò in venerationem, quam eximiam debeo Clariss. supradicto P. D. Bernardo Montfauconio nomen Joannis Petri immutare non ausus sum; ideo ipsi hunc MS. tribuendum relinquo:

I. Opera di Gio: Pietro Cagnolo delle Persecuzioni, e Desolazioni d'Italia, particolarmente delle cose di Milano. Extat MS. in Biblioth. Reg. Parisiensis num. 10115. Ita Montfauconius in Biblioth. MSS. Tom. II. pag. 893. Memorantur viri illustres hujus Familix in Schedis Co. Octavii Archinti in Annum usque MCCXXX.

C C C L X I V.

CAIMUS BARTHOLOMÆUS.

Hujus Familix cognomen aliquando reperitur, scriptum Caymus, & Chaymus, sed cum in Inscriptionibus Sepulcrorum semper invenerim, Caimus, ita scribendum duxi. Primus inter ipsos, qui se mihi offert, Bartholomæi nomine, S. Francisci Religionem sumpsit inter Minores Observantes. Vir magnæ doctrinæ, ac pietatis, & qui tantum Summo Pontifici Sixto IV. charus extitit, ut ab ipso Legatus ad Ferdinandum Hispaniarum Regem missus fuerit. A Scriptoribus ferè omnibus suæ ætatis sacrarum litterarum peritissimus vocatur; Concionator etiam eximius dicitur non tantum à Suis, quam ab aliis, qui memoriam Posteris de Viris illustribus Sæculi XV. tradiderunt. Obiit verò noster Anno MCDXCVI. Dum de ipso locutus est Abbas Philippus Picinellus in suo Athenæo, malè ipsi adscriptit Provinciatum Terræ Sanctæ, atque constructionem Sacrarum Montis Veralli, nam non Bartholomæo Caimo, sed Bernardino, ut in sequenti Articulo, hæc spectant. De nostro plura agit Cl. Saxius in sua Historia Typographica Mediolanensi, ad quam Lectorem meum libenter mitto, & tantum ejus Opera, quæ reperi, hinc scribo:

I. Interrogatorium, seu Confessionale in quatuor partes divisum. Prodiit primum Mediolani, apud Christophorum Valdarfer III. Kal. Octobris, 1474. in 8. postea Tom. I.

- A
Venetiis, 1486. Extabat etiam MS. in Bibliotheca Ducali Urbinati, ut asserit VVadingus.
II. Tractatus de Probarionibus Articularum Fidei, sive Interrogatorium Fr. Bartholomæi de Caymis, in solemnitate B. P. Francisci. Extat MS. in Bibliotheca S. Francisci Paravii. Ex Thomafino.
III. De Probatione Christi, & Apostolorum. Ibidem ex eodem.
Laudatur à supradicto VVadingo in Catalogo Scriptorum sui Ordinis litera B. à Paulo Moriggia c. 13. & 30. à Salvatore Vitali in suo Theatro, à Possentino in Apparatu Sacro, à Jo. Petro Crescentio, & à memorato Picinello pag. 66.

C C C L X V.

CAIMUS BERNARDINUS.

B Eatus Frater Bernardinus Caimus Mediolanensis, ex Ordine Fratrum Minorum Observ. S. Francisci pietate, prudentiã, & virtute insignis, cum post Guardianatus officium in Sancto Monte Sion laudabiliter expletum, Provinciam repeteret, quæreretque anxius locum aliquem repræsentandis Dominicæ Crucis Mysteriis ad Terræ Sanctæ similitudinem idoneum, in Montem Varalli Oppidi, Diocesis Novariensis incidit, quem attentè contemplatus, cum sibi magis, magisque placeret, eum à suis respectivè Dominis dono sibi dari petiit. Ut igitur primum voti compos effectus est, Sacrum Cœnobium Sanctæ Mariæ de Gratiis dicatum, in margine Mastellonis amnis inter Montem ipsum, atque Varallum Oppidum ædificari curavit, quod Anno Domini MCDXCIII. omnibus suis numeris absolutum, sibi traditum est, cum tunc præfate Provinciæ Mediolanensis Vicarius Provincialis esset, à Varalli Communitate. Itaque tum in itinere ad Montem, tum in gyro, & supra Collem Ecclesias, Ædiculas, Oratoria, & quam plura Sacella construere cœpit, ut in ingressu hujus devoti Montis rectè legatur appositum hoc disticon:

HÆC NOVA JERUSALEM VITAM, SUMMOSQUE LABORES,
ATQUE REDEMPTORIS SINGULA GESTA REFERT.

Quapropter tam aucta fuit, tamque in dies augetur erga sacram solitudinem devotio, tamque copiosa Benefactorum in extruendis novis Sacellis, augendoque ornatu impendia fuerunt tributa, quemadmodum etiam splendide opitulata est in ædificanda regali Janua ipsa Sacra Majestas Regis Sardinie, ut divulgata Sacri Montis fama per totum Christianum Orbem, ex universis Provinciis ad adorandam Christi Passionem, devoti homines undequaque evocentur. Porrò cum ob frequentiores Turcarum infestationes, inter Patres Croatos, & Bosnienfes controversia suborta esset, præfate Beato Fratri Bernardino, generale Capitulum Aquilæ in Aprutio sub Reverendissimo Patre Francisco Samsone Anno MCDXCV. celebratum, litem dirimendam commisit. Ea tandem definitione utriusque Genti gratissima felicitate completa, & confirmata, Varallum reversus est, ubi multis pressus laboribus, auctus meritis, cessit è vita, miraculis non paucis ornatus, ibique sepultus est die nona Februarii Anno MCDXCVI. Ejus Sacrum Caput honorificè asservatur in Sacello Sepulcri Christi apud ipsum Varalli Montem, & à confluentibus invisitur, eo quod patenter sit expositum.

Habemus de ipso:

- I. Conciones Quadragesimales, quæ MS. servantur in Bibliotheca Beatissimæ Virginis Annunciatæ Varisii.
II. Conciones per Annum. MSS. ut supra.
Sic Martyrologium Franciscanum ad diem IX. Februarii, & in Annotatione ad idem §. 3., & 4. Gonzaga de Origine Seraphicæ Relig. part. II. VVading. Tom. VII. Annal. ad Annum MCDLXXXIII. §. 30. ad Annum MCDXCVI. §. 5. pag. 56., & Arolus multis in locis citatis Tom. II. Epit. anal. in Indice litera B.

K k C C C L X V I.

CCCLXVI.

CAIMUS HIERONYMUS.

Hieronymus Caimus Bartholomæi II. & Margaritæ Abduæ filius, Benedicti Equitis Hierosolymitani frater, Anno MDLXXXII. inter Juris Consultos Collegiatos hujus Urbis adscribitur, deinde Anno MDXCII. Patriæ Præfectus, & pro eadem ad Catholicum Regem Orator, Officii SS. Inquisitionis Consultor, hinc Regii Fiscii Patronus, mox Extraordinariorum Reddituum Quæstor creatus est. Demum lato clavo decoratus, & in Supremum Italicarum rerum Consistorium Consiliarius, Mediolaniquæ Provinciæ Regens à Potentissimo Rege Philippo IV. adscitus, munus hocce gravissimum admirabili prudentia, & integritate supra quartum lustrum administravit. Discipulum habuit celeberrimum Tapiam, de quo parum infra sermo erit. Anno verò nostræ RepARATIONIS MDCXXXVII. Matriri fato concessit.

Porro hoc Eulogium tanto Viro in Sacra Eustorgiana Æde positum fuit:

HIERONYMO CAIMO BARTHOL. F.
PATRITIO MEDIOLANENSI
IVRISC. EX COLLEGIO SELEC. IVD.
PRAEFECTO VRBIS AEDILITIA POTESTATE
AD PHILIPPVM IV. HISP. REGEM, MED. DVC.
PRO PATRIA SVA LEGATO
ADVOCATO FISCII
QVAESTORI EXTRAORD. REDDIT.
SENATORI
REGIO IN IIS QVAE PERTINENT
AD RES ITALAS
ALIISQVE GRAVIORIBVS QVIBVSQVE
CONSILIARIO
PIETATE FIDE SCIENTIA RERVM VSV
MODERATIONE
MORVM SVAVITATE CONSPICVO
VIXIT ANN. LXIX. DECESSIT XVI KAL. SEPT.
MDCXXXVII.
OTHO CAIMVS GASPARIS F. SENATOR
PATRVO OPT. MER. P.

Audiat Lector, quid Carolus Tapiam ei dicans suas Decisiones Supremi Italiæ Senatus, h. c. Consilii Italiæ Matriri, impressas Neapoli MDCXXXVI. in Nuncupatoria Caimo nostro in eodem Consilio Regenti, scripserit: „ Quæstiones à Supremo Italiæ Senatu decisas, dum in illo inter cæteros Consiliarios affiderem, summa, qua potui, diligentia collegi, tua sectatus vestigia, qui plurimas eruditione plenas, & nullis parcendo laboribus collegisti, obsequium, quod tibi debeo, à me exigebat, ut illas expectarem. Sed cum sæpius de illis imprimendis tecum egissem, & reluctantem audivissem, meque subditorum utilitas impelleret, ut eas prælo darem, nec scio coactus, an libenter id egerim, dedi tamen, ut Te quem Collegam, atque Præceptorem colui, provocarem.

Scriptit igitur:

- I. Decisiones Supremi Consilii Italiæ ante Tapiam, sed adhuc ineditas.
- II. Tractatum de Regia Visitatione ad usum Regis Catholici, auctore Hieronymo Caimo Mediolanensi, in Supremo Italiæ Consilio Regente, cum Notis & Observationibus Francisci Maradei JC. Neapolitani. Extat in lib. cui titulus: Præctice Observationes ejusdem Maradei. Neapoli, apud Mosca, 1705. fol. pag. 350.
- III. Consilium pro excusandis Medicis Collegii Mediolanensis ab onere annuali. Extat in Cod. Statut. atque Privileg. ejusdem Collegii partim edit. & partim MS. qui servantur in Biblioth. PP. Eremitar. Excalceat. S. Aug. prope Templum SS. Cosmæ, & Damiani, sign. H. V. 28.
- IV. Allegationem in materia hæreditatis, paginarum 58. apud Solivetam, & plures apud alios.

A

Extat ad eum Epistola Aquilini Coppini dat. Id. Januarii MDCXIII. in qua ei mittit suam Orationem de Hispanicæ Monarchiæ amplitudine in Scholis Palatinis habitam.

Binæ etiam leguntur ad eum Epistolæ Stephani Guaschi Vol. III. pag. 4. & 179.

Lucillius Terzagus de Regentis Hieronymi Caimi, ejusque fratrum laudibus Carmen composuit.

Ejus Vitam scribere incepit Carolus Antonius Belcredius, extatque Fragmentum in Cod. sign. A. num. 103. in Archivo Monach. S. Ambrosii hujus Urbis.

Videndus Sitonius pag. 168. Art. 685.

CCCLXVII.

CAIMUS MARCUS ANTONIUS.

B

Patrem habuit Marcus Antonius celeberrimum Petrum Paulum Caimum, qui in Mantuæ Principis Aula magna cum laude versatus, ejusque Castra secutus, mox in Patriam, & in Aulam Ludovici Sfortiæ regressus, fortissimi Ducis nomen meruit; Matrem autem Margaritam Corvinam. Cum à teneris annis humanioribus litteris operam dedisset, ad Patavinam Academiam ad capeßendam juris Scientiam accessit. Strenuè deinde in altera Bituricensi ita se gessit sub Alciati disciplina, ut ordinarias Juris Civilis lectiones dictare, illi demandaverint Moderatores illius Academiæ. Sed nominis ejus fama in exterarum gentes diffusa Bavariæ Ducis aures pervasit, ut ad Academiam Ingolstadii constituto honestissimo honorario eum traxerit. Inde in Ticinensi Gymnasio Professorium munus suscepit, & ingruentibus bellis in Insubribus ad docendum fuit vocatus in Patriam, & Collegio Nobilium Juris Consultorum adscriptus Anno MDLIV., deinde Cathedram Senatoriam hujus Metropolis affecutus fuit cum omnium plausu, atque ad Aulam Hispanicam in Supremo Consilio Regens constitutus. Hæc de ipso scripsit Marcus Litta in suo Opusculo de Urbe Mediolani: „ Est „ Marcus Antonius Caimus subtilissimus, eruditissimusque Jureconsultus, qui & apud Gallos, & „ in Ticinensi Academia summo cum honore Jus Civile interpretatus est, anno verò superiore Senatoria dignitate fuit exornatus, meritissimè quidem, „ propter singularem ejus prudentiam, doctrinam, „ probitatem, sapientiam, de quo ego versus hos „ scripsi:

C

D

*Juris est firmum columen Caimus,
Est peritorum decus, huic patefcunt
Cuncta, quæ magnas tenebras habere
Jura videntur.
Juncta doctrinæ probitas in illo,
Mira virtutum speciesque fulget.
Candidis blandus facit ac amicos
Moribus omnes.*

Tantus Vir decessit Anno nostræ Redemptionis MDLXIII. In Æde SS. Angelorum Mediol. Sepulcro delecto, hunc sibi vivens titulum posuit:

E

PETRO PAVLO CAIMO
SVMMAE INTEGRITATIS VIRO
MARGARITAE CORVINAE AB ARETIO
ORIVNDAE
MATRONAE SPECTATISSIMAE
MARCUS ANTONIVS I. C. ET SENATOR
ALEXANDER I. C. IOH. ALBERTVS DECVR.
IOH. BAPTISTA PHILOSOPH. ET MEDICVS
FILII
PARENTIBVS OPTIMIS
SIBI POSTERISQVE SVIS
QVI SEDEM HANC
EVSTORGIANAE MAIORVM SVORVM
PRAETVLERINT
SEPVLCHR. PROXIMVM P.
VIXIT ILLE ANN. LXX. HAEC. LXXIX.
OBIIT ALTER AN. MDXXXIV.
ALTERA AN. MDLIX.

Hæc

Hæc de ipso habemus :

- I. Tractatus in aliquot Titulos de Jurisdictione. *Francofurti*, 1544 in 4., & *Lugduni*, 1547
 - II. Adnotationes in Titulos Codicis. *Francofurti*, 1544 in 4.
 - III. Enarrationes in Cod. de Restitut. in integrum. Extant in Tom. III. Tractatum de Restit. in integ. *Francofurti*, 1586. in fol.
- Aquilinus Coppinus Epistolarum lib. 6. pag. 118. dat ei Epistolam, quâ Orationem suam de Hispanice Monarchiæ amplitudine mittens, inquit : „ Aliquot exemplaria ad „ te censui esse mittenda, ut me tuæ virtutis, & integritatis admiratorem hac qualicumque ratione tibi „ cognoscendam offeram. Hæc illi, cum apud Regem Catholicum Matriri Regens erat, ut diximus.
- Legitur etiam altera ad eum Epistola Latina Francisci Cicereji in MS. Biblioth. fratrum Marchionum Vicecomitum.
- Agunt de ipso, præter citatos Auctores, Gaudentius Merula in libro de Bello Erasimicano pag. 6. Landus de Senatoribus pagg. 176. & 229. Hieronymus Montius in sua Oratione, quam dixit in cooperatione Marci Antonii nostri in Collegio Jurisconsultorum, de quo suo loco, Sironus pag. 113. art. 463., Gesnerus, & Frisus in suis Bibliothecis, nec non Abbates Ghilinus, & Picinellus, ille in sui Theatri T. II. iste in Athenæo pag. 408.

CCCLXVIII.

CAIMUS ZACCARIAS.

IN re Medica infudavit optimus Vir Zaccarias Caimus Pauli filius, ita ut Laureâ in Mediolanensi Patria acceptâ, inter Medicos Collegiatis cooptatus fuerit die III. Februarii Anno MDLXX. Bartholomæus Curtius pluries à nobis cum laude in medium prolatus, atque proferendus, hæc verba Sylvatici refert in laudem nostri Caimi. „ Tanta fuit illius ingenii, & doctrinarum excellentia, ut apud omnes „ Italos non modò, sed & Gallos, & Germanos inter Eruditos Eruditissimus, inter Doctos Doctissimus, interque Claros Clarissimus habitus sit. „ Principibus multis in his, quæ ad vitam pertinent, „ scriptis, & opere auxilio fuit &c. Forfan Sylvaticus indicare voluit sanitatem fermè desperatam Christiernæ Lotharingæ Ducissæ redditam; vocatus etiam fuit pro eodem negotio à Rodulpho Cæsare, atque à Sereniss. Maria Aulriaca Bohemiam usque post Nicolaum Boldonum, ut diximus in istius Vita. In Patriam redux Prothophysicus totius hujus Domini efficitur à Philippo II. Rege Catholico, cui tanto honori Caimus respondit, ut tempore pestis, qua Mediolanum affligebatur Anno MDLXXVII. meritò laudetur à Centorio inter primarios suæ Patriæ defensores, atque adjuutores. In Linguis Latina, & Græca optime excelluit, ideo Bernardinus Baldinus hoc Carmen de Zaccaria nostro composuit in suo Libro, Lusum inscripto.

*Galenum Grajo, Celsum sermone Latino,
Pæonia medicum Pæona reddis ope:
Alter Galenus, Cornelius alter, & alter
Pæones; atque tuum par tribus extat Opus.
Quod si non totidem noscet Camutius artes;
Unus pro cunctis doctæ Caimæ fores.*

Cathedram Moralis Philosophiæ obtinuit in Scholis Canobianis hujus Metropolis Octavianò Ferrario defuncto, de quo nos dicturi sumus suo loco. E vivis excessit Anno MDXCVI. Jacet in Ecclesia Parochiali Sancti Joannis Laterani, ubi erat sequens Inscripção, quæ Barbarorum more in Templi restauratione dissipata fuit, ut alibi factum est. Ipsam nobis servavit supralaudatus Curtius.

A

ZACHARIAE CAIMO
E COLLEGIO MEDICORVM MEDIOLANI
QVI ARISTOTELIS AETHICEN
ET POLITICEN
IN CANOBIANA SCHOLA PVBLICE DOCVIT
A PHILIPPO II. REGE HISPANIARVM
ARCHIATER PROVINCIÆ MEDIOLANI
ELECTVS
VTRVMQVE MVNVS SVMMA CVM LAVDE
AD EXTREMVM VSQVE VITAE DIEM
SVSTINUIT
CHRISTOPHORVS ET IOANNES PAVLVS
CAIMI
HAEREDES FRATRIS NEPOTES
B. M. POSVERVNT
VIXIT ANNOS LXXX.
OBIIT ANNO MDXCVI.

B

Plura certè scripsit Auctor noster, ut à quibus diximus, & infra dicemus, facilè agnoscitur, sed tantum supersunt :

- I. Consultationes Medicæ. Reperiuntur in Collectaneis Josephi Lautembach. *Francofurti*, apud Johannem Sartorium, 1705. in 4.
 - II. Jo. Northmanni Diatriben de Usu Medico Microosmi evulgavit, teste Cl. Mangero in sua Biblioth. Scriptor. Medicor. Tom. III. pag. 3.
- Picinellus etiam ex supradictis Versibus Bernardini Baldini arguit aliud Opus Græco-lat. composuisse Caimum nostrum, qui ab Hercule quoque Cimilio laudatus fuit III. Epigrammatibus, quorum secundum describere duxi, ut Lector videat, quod idem Poëta Caimum hortatus fuerit, ut sua scripta in lucem ederet.

C

*Qui tibi materiam, tibi qui suggestit & artem
Utramque eximiam denique Phæbus adest.
Insinuat lateri se se facunda Thalìa,
Quæ tibi concinnat Laureæ ferta comis.
Circuit expediens rapidos jam fama volatus,
Murmurat inflato sapius ore tuba.
Quid cessas Chæyme ista sinu depromere scripta?
Quid frustrare, precor, tot pia vota juvat?
An quod fama tuos cineres prævertat abhorres?
An merita ingenii præmia ferre negas?
Non capiunt Stoica tam trifida dogmata charta,
Quare agere, prome tua hæc denique scripta sinu.*

Ex MSS. Biblioth. Marchionis Vercellini Mariæ Vicecomitis.

D

Ei dicavit Jo. Baptista Carcanus Opus suum de Musculis Palpebrarum, oculorum motibus inservientium, de quo brevi dicturi sumus. Joannes Jacobus Boffus Ticinensis Caimo nostro inscripsit suum Librum de Hyppocratis, atque Aristotelis decretis, Anno MDXCV. ipsumque in Epistola Nuncupatoria summo perè laudat.

Præter supracitatos Picinellum pag. 516. Curtium pag. 106. & Mangetum litterâ C. videndus est etiam Mercklinus de Scriptis Medicis pag. 1053.

CALCUS. V. CHALCUS.

à CALIO HIERONYMUS. V. BLANCONUS.

CCCLXIX.

CALIMERUS AMBROSIUS.

E

ANceps diu fui, an Ambrosium Calimerum è numero Scriptorum Mediolanensium detrudere debuissim, aut in alterum dubiorum, sive minoris notæ Auctorum elenchum rejiciendus esset; ejusdem illius cognominis nullum inter Mediolanensium familiarum nomenclaturas inveni, nec de isto aliud mihi datum fuit reperire, præter id, quod nobis protulit Abbas Picinellus in suo Athenæo testibus Moriggia, & Bugatto. Audiatur igitur, Lector benevolus, verba eorundem. Primus siquidem in libro Nobilitatis Mediol. lib. III. cap. VI. sic loquitur: „ Oltre di questi, sono „ stati ancora alquanti Milanefi Compositori d'istorie, „ come Ambrogio Calimeri, Andrea Alciati, ed al „ tri Autori, i quali, benchè abbiano scritto in ol „ tre altre Opere, nondimeno trattarono ancora del „ le Antichità, e delle cose famose di Milano.

Ferè

Ferè eadem verba repetit in Historia Mediolanensi lib. I. cap. LIX. Bugattus verò de Calimero fermone habet in sua Historia Universali pagg. 10. & 50. & signanter in ista, dum de Imperatoribus Romanis, Consulibus, Tribunis, &c. agit, qui Mediolanum quandoque venerunt, habet: „ secondo chè diligente „ temente anno notato Raimondo Marliani, Ambrogio Calimeri, Gaudenzio Merula ec. Ætate igitur hinc memoratorum Auctorum apparet vixisse Calimerum, atque scripsisse:

- I. Historiarum Libros.
Ex supracitatis, uti legitur in Athenæo Picinelli pag. 22.

C C C L X X.

CALVENZANUS JOANNES ANTONIUS.

IN illata ab Hæreticis magna Catholicis vexatione in Helvetia optimum duxit vigilantissimus Pastor Ecclesiæ Mediolanensis Cardinalis Federicus Borromæus, instante etiam Orthodoxæ Fidei studiosissimo Præfule Verallo, Apostolicæ Sedis Nuncio, quatuor Viros, doctrina, atque pietate illustres ex SS. Ambrosii, & Caroli Oblatis ad eas partes mittere, ut Incolas Vallium Diocesis Comensi, & Curiensi subjectos, nec non Catholicam Fidem colentes in ipsa firmarent. Inter eos fuit Joannes Antonius Calvenzanus Mediolanensis, qui tam fervidè, tam prudenter in hoc munere se gessit, ut Apostolus Helvetiorum nuncupari meruerit. Verbis non tantum pro salute animarum Gentis sibi commissæ laboravit, sed & operibus, studiisque, nam Doctrinam Christianam, aliaque Opera Ascetica, & ad mores componendos aptissima ex Italico in linguam vernaculam illius Regionis vertit, aliaque composuit, quæ res certè cum difficillima foret aliis, nam ipsa de pluribus est variis linguis permixta, ita satis proficua doctis, indoctisque illis evasit. Nos quoddam specimen istius linguæ damus in titulis subsequenter librorum, quos Vir iste evulgavit. Rexit primùm Ecclesiam Loci Inveruni, Diocesis Mediolanensis, qui ab Urbe XIV. mill. distans voluptuosis nundinis Autumnalibus plurimum celebratur, nam illuc frequens est Nobilium concursus; tum ad alteram transit Oppidi Befati, ejusdem Diocesis, atque tempore, quo Urbem, Ducatumque Mediolani Pestis vexavit, scilicet Anno MDCXXX. ad Cælum migravit.

Inter alia, quæ Typis dedit, hæc, ut jacent descriptis titulo tenus:

- I. Johan Antoni Calvenzano Prer Oblat, & Doctur della spingia Scrittira, Chrt mossament, & introvidament de quellas causas, las qualas scadin sivedel Cristian è culpant da saver, soventer che mossa la Santa Baselga Catholica Romana. In Milan Tier Il Stampadors dil Arcivesgria, 1611. in 8.
II. Bref Apologetica enten la qual l'Auctur renda la rascun perchei havend bandunau la doctrina di Calvin, haigi ratscherd la credentscha Catholica. Schquitschau in Milan. Tier il Stampadors dil Arcivesgeu. 1612. in 12.
In hoc Opusculo Auctor non tantum Conversionem cujusdam, Calvini errores sequentis, ad Fidem Catholicam narrat, sed quibus rationibus ad id facere compulsus fuerit.
III. Dottrina Cristiana.
IV. Meditazioni divote per ogni giorno della Settimana.
V. Alia Opuscula Ascetica.
Ita asserit Picinellus in Athenæo pag. 263.

C C C L X X I.

CALUSCHUS HIERONYMUS.

Hieronymus ex illustri Caluschorum Mediolanensi Familia, Anno ætatis suæ vigesimo, Sæculo simul, & terrenis opibus relictis, Capuccinorum albo se fecit adscribi. Vir fuit mirificæ austeritatis, & abstinentiæ, mentis puritatem, ac vitæ innocentiam studiosissimè coluit: ejus oratio fuit tam assidua, ardens, & sæpillimè mentis fervore redundans; ut

A etiam in itinere, rapido cursu ad arborum, ac stipitum complexus, tanquam ebrius Divino amore ferretur. Lugdunensem, ac S. Ludovici Provincias à fundamentis erexit, & ejusdem Lugdunensis Provinciæ Commissarius Generalis institutus, impositum sibi onus maxima animi virtute, consilio, prudentia administravit; præclaris etiam humilitatis, paupertatis, patientiæ, ac totius regularis observantiæ præstatis exemplis. Præterea singulari doctrina, ac in Divinis Scripturis eruditione refulsit, ingentique, tam in privatis, quàm in publicis Concionibus dicendi vi à Deo donatus, suos Auditores facilè ad fletus, & ad pœnitentiæ lachrymas provocavit, & quamplurimos Hæreticos in Gallia ad Catholicam Fidem perduxit. Miraculis, ut fertur, ac etiam spiritu prophetico clarus, multis in virtutis studio annis consumptis, ad præmia evolavit in Conventu Capuccinorum Lugdunensi Anno MDLXXXIV.

Scripsit:

- I. Trattato della Povertà de' Frati Minori. In eodem sunt plures Declarationes Summorum Pontificum ad illius perfectam Observantiam spectantes.
II. Quadragesimale integrum. MS. in fol. servatur in Bibliotheca Lugdunensi apud Suos.
III. Sermones de Sanctis. Vol. II. MSS. in fol. ibidem.
Videndus Boverius Tom. II. Annal. Capuccinorum ad Annum prædictum, & Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum à Fr. Dionysio Genuensi contexta edit. II. pag. 154.

C C C L X X I I.

CALUSCHUS THADDÆUS.

THaddæus Caluschus Mediolani natales ex honestissimis Parentibus habuit, à quibus optimè educatus Religioni Eremitanæ S. Augustini se vovit, cujus Habitum sumpsit in Conventu S. Marci hujus Metropolis. Ibi pietate, & studiis deditus post cursus Philosophicos atque Theologicos optimè exantlatos Cathedram in eisdem facultatibus ex decreto suorum ascendit, & munere ipso peregre adimpleto Regens, atque Magister efficitur. Deinde Verbum Dei tam doctè, tam feliciter disseminavit, ut Concionatoris eximii nomen in tota ferè Italia obtinere meruerit. Uno verbo, tam prudenter, tam probè Thaddæus noster semper se gessit, ut in Comitibus generalibus suæ Religionis Anno MDCIC. habitis in Secretarium Generalem totius Ordinis electus fuerit. In eodem officio perstitit usquequo morbi causa ad Patriam ex Medicorum consilio redire coactus, aëris beneficio in pristinam sanitatem se restituerit. Tot præclaris dotibus excultus, illico Nobilium, doctissimorumque Virorum animos sibi facilè conciliavit, atque Consultor SS. Inquisitionis, librorumque revisor efficitur; ipsum etiam tanti fecit Eminentiss. Cardinalis Archintus Mediolani Archiepiscopus magni nominis, ut suum Examinatorem Synodalem eum voluerit; sed nec ab istis, nec ab aliis curis detentus unquam studia reliquit usque ad suæ vitæ finem, qui fuit Anno MDCCXX. die XXI. Aprilis, ætatis suæ LXIII. uti facilè videre est à quibus scripsit, videlicet:

- I. Varie notizie molto utili per facilitare l'intelligenza, e lo studio della Sagra Scrittura, con una Dissertazione dell' ultima Pasqua di Gesù Cristo, dedicata al Sig. Card. Giuseppe Archinti Arcivescovo di Milano: Milano, per l'Agnelli, 1708. in 8.
II. Efame della Religione protestante, o sia pretesa Riformata, dedicato al Sig. Card. Erba Odescalco, Arcivescovo di Milano. Venezia, per il Corona, 1720. in 4.
III. Lettera ad un Amico, che contiene una Risposta generale a tutte le ragioni, che furono addotte in difesa de' Riti della Cina, sine loco, Anno, & Typographo.
IV. Dissertazione sopra la Maddalena. MS. in 4. extat in Bibliotheca S. Marci Mediolani.
V. Dissertazione sopra le Sibille. MS. ibidem.
VI. Prediche Tom. I. in fol. ibidem.

VII.

- VII. Panegirici Tom. I. in fol. ibidem .
 VIII. Risposta alla Critica fatta sopra la suddetta Lettera ad un Amico, intorno a i Riti Cinefi.
 A Suis .

CCCLXXIII.

CAMBIAGUS CHRISTOPHORUS.

EX Cambiaga Familia Mediolanensi plures Viri docti tam in Jurisprudencia, quam in Medicina, aliisque liberalibus artibus florere, ut facile videre est in sæpius laudato Opere Sitoniano, & alibi; nescio igitur, quibus tabulis fultus Clarissimus Arifius Christophorum nostrum inter Scriptores Cremonenses enumeraverit; audiamus quid de ipso dicat Sitonus noster in suo Theatro Nobilit. Mediol. p. p. num. 102.
 „ Codex Manuscriptus Anni circiter MCDLXXVII.
 „ repertus in Bibliotheca Ven. Capit. Canon. Ordin.
 „ Metropol. Mediol. Basilicæ, cui titulus: *Registrum*
 „ *Officiorum*, quæ à Mediolani Ducibus distribuuntur, sign. †. num. 83. in fol. pag. 28., & 31.
 „ suppeditat nobis post enumerationem Consiliariorum ad Consilium Secretum, Secretarios etiam ad idem Consilium Secretum, inter quos numeratur Christophorus de Cambiagio **MEDIOLANENSIS**.
 Mihi etiam asseruit ipse Sitonus, quod Cambiagus noster Patrem habuerit Jacobum, & quidem Mediolani natum, uti in suis Schedis certius apparet. Ego verò ex MS. quem vidi in Bibliotheca Ambrosiana, ut infra, cognovi floruisse Cambiagum ipsum Sæculo XV., atque ad Conventum Augustanum Legatum à Galeatio Maria, Mediolani Duce, missum fuisse. Vir certè fuit magni faciendus, in arduis negotiis, & in lingua Latina summè edoctus, ut ex ejus Oratione manifestè apparet, nec non Poësi apprime deditus ex Carminibus suis eruitur. Quæ scripsit, sunt:

- I. Ad Sanctissimum Fridericum Romanorum Imperatorem pro Illustrissimo Principe Galeatio, Mediolani Duce, Christophori Cambiagi Oratio in Conventu Augustæ Anno MCDLXXIV. die XXII. Julii. Ad calcem sic legitur: „ Composita in Augusta die . . . Julii MCDLXXIV. ubi tunc Majestas Imperatoris residebat. Extat in Codice Bibliothecæ Ambrosianæ in 4. sign. T. num. 20. paginarum 15. minutissimè scripta.
- II. Epigrammata varia.
- III. Erotica Desperatio.
 Quam insinuat Laur. Legatus in fragmentis sui Lycæi Herculis reperisse M. S. apud V. C. Ovidium Montalbanum Bononiensem in antiquo variarum lucubrationum Volumine peringenti, quod *Palladium eruditionis inscribitur*.
 In Libro 28. Epit. 6. Franciscus Philsephus commendat Christophorum, dum ipsum veteris disciplinæ memorem, & officiorum expertus fuit.
 Videndus Arifius in Cremona Litterata Tom. I. pag. 301.

CCCLXXIV.

CAMERARIUS ALOYSIUS.

Mirandum certè non erit, si mihi advenæ homini, ut alibi jam monui, omnes non occurrerunt Mediolanenses Eruditi in hoc Opere inferendi, ut par fuerat; Quis enim tot, exotica cognomina Familiarum præsertim extinctarum, & quas neque Sitonus, neque Curtius, neque Picinellus memorant, pro Mediolanensibus accepisset? Id præcipuè contigit mihi in Cameraria Gente, quam nunquam certè Mediolanensem arbitrari licuisset, nisi fortè fortuna sæpius citata, sæpiusque laudanda Comitæ Octavii Archinti Collectio Monumentorum Familiarum hujus Urbis eam mihi obtulisset. Hujus cognominis insignes Viri fuere Ugo, de quo paulo post agendum, Rodolphus, qui in celeberrima pace Constantiensi memoratur circa Annum MCLXXX. Actiolinus, atque Beltramus, quorum occurrit mentio in tabulis alterius pacis Anno MCCXXVI. inter Eccelinum de Romano, & Mediolanensem Rempublicam, aliasque Italicas Civitates, teste Torello Saradia JC. Veronensi in suis Annalibus. Neque minorem sibi peperit laudem Aloy-

Tom. I.

Asius, cujus hic res gestæ sunt proferendæ. Cum enim Ubertus Pirovanus Mediolanensis Archiepiscopus Jura Sedis suæ in unum Codicem redigenda curaret, Virum hunc præstantissimum, additis etiam Lanfranco, atque Arialdo de Badagio, quos in Supplemento hujus Bibliothecæ laudabimus (nimis enim ferò ad nos eorum pervenit notitia) ad difficillimam hanc provinciam Anno reparationis humanæ decimo post millesimum ducentissimum assumpsit. Id cum sedulo perfecisset, compilavit cum sociis Aloysius noster,

- I. Jura Archiepiscopatus Mediolanensis, & in unum Volumen collegit.
- II. Librum Consuetudinum ejusdem Archiepiscopatus, inter quas legitur Nomenclatura eorum, qui Archiepiscopum Romam proficiscentem comitari deberent. De eo Corius, aliique à prædicto Comite Octavio Archinto recensiti.

CCCLXXV.

CAMERARIUS UGO.

CUM aliis XII. Reipublicæ Mediolanensis Consulibus, qui Anno MCLXXII. Urbem hanc rexerunt, quorum nomina debita cum laude loco suo inferenda curavimus, non mediocre sibi comparavit nomen Ugo Camerarius. Eo magistratum gerente, amplificata sunt mœnia novæ Urbis post Oenobarbi excidium reviviscentis, novumque militiæ genus institutum nomen dantibus, quotquot inter Mediolanenses juventæ viribus florebant, ut vicinos conferta manu hostes debellarent, atque à Friderico institutos Comites extirparent. Tam strenuè se gessit in Consulatū Camerarius hic noster, ut denuò ad id munus Anno MCLXXXV. assumptus fuerit, cum Pinamonte Vicomercato, aliisque Clarissimis Viris. Legationem Patriæ nomine ad Fridericum ipsum hoc Anno functus est, & rebus cum eo compositis Mediolanum reversus, Cives omnes publico decreto adstringi curavit, ut cuncti ab octavo ad septuagesimum ætatis annum, Cæsari auxilium ad Jura Imperii recuperanda præstarent, & in Augusti Ærarium tercentas libras quotannis inferrent. Ab Henrico etiam Romanorum Rege pro Mediolanensi Repub. cum Collegis plura obtinuit, dignus propterea, qui Anno MCXCVII. cum Pagano Turriano Consul renuntiaretur. Prudentiam Ugonis plurimi à Concivibus suis habitam, hæc evincunt:

- I. Statuta Patriæ renovata, & aucta Anno MCLXXII.
- II. Edicta plurima eodem Anno edita, inter quæ memoranda Lex: Ne quis Fridericum nominaret uti Schismaticum sub pœna amputationis linguæ, de qua in Bultraphio etiam diximus.
- III. Leges pro novo Militiæ genere conscribendo.
- IV. Edicta alia non pauca Reipubl. Mediolanensi utilia, Anno MCXCVII. promulgata.
 Commentant tantum Virum Gualvanus de la Flamma l. b. XII. cap. 902. & 948. Corius, Bossius, & Chalvus à Comitæ Octavio Archinto in Collectaneis suis Monument. Famil. Mediol. Vol. I. citati.

CCCLXXVI.

CANALIS BARTHOLOMÆUS.

Bartholomæus Canalis, Modoëtiæ natus Anno MDCV. à prima adolescentia castitatem perpetuam vovisse dicitur. Institutum Clericorum Regularium D. Pauli Anno MDCXXVII. professus est. Severioribus studiis infirmæ valetudinis ergo vacare non potuit. Post susceptam peregrinationem Sacrorum Italiæ locorum, solitudinis studio in recessu Montis Acuti se abdidit. Ibi divinis vacans contemplationibus tres illos libros Meditationum conscripsit pro singulis anni diebus, qui primùm Mediolani promulgati sunt, deinde Venetiis, Romæ, Taurini, ac etiam in exteris linguas translati. Collegio Modoëtiensi per triennium præfuit. Aliud quoque egregium Opus piissimum, quod inscribitur Veritas aperta circa res præsentis, & futuras, quod editum est Medio-

L I lani

lani post ejus mortem sub auspiciis Eminentissimi Coloredi. Laudatur à Cardinali Gabriello Fulienfium Ordinis Viro rum doctrina, tum pietate præstantissimo. Insignis virtutis famam sibi superstitem Canalis reliquit. Obiit die XXIII. Januarii MDCLXXXIV. ætatis suæ LXXIX. Modoëtiæ, ubi ad ejus Funus magna populi frequentia convenit.

En tituli supradictorum Operum, prout jacent :

- I. Diario Spirituale, ovvero Meditazioni per tutti li giorni dell' anno. T. III. Milano, Roma, atque alibi. IV. verò editio est Milano, per il Malatesta, 1714. T. III. in 12.
- M. La Verità scoperta al Cristiano, T. III. Milano, per il Malatesta, 1694. in 4. Nova hujus Operis editio Venetiis nunc adornatur. Ita à Suis, & à Picinello pag. 67.

CCCLXXVII.

De CANARO ANTONIUS.

Canarum Oppidum est ad ripas Verbani Lacus in Ditione Mediolanensi, unde cognomen habuisse videtur Antonius iste. Jurisprudentiam plurimum coluisse Opera ejus demonstrant; sed ignotus omnino fuit Picinello, Sitono, ceterisque omnibus, qui de Scriptoribus Jurisprudentiæ Mediolanensibus egerunt. Primus igitur ego Virum hunc proferam, quem non omittendum fuisse Lectores eruditi pro certo judicabunt. Ex editione sequentis Voluminis eum in vivis fuisse opinamur circa medium Sæculi XV.

Scripta ejus habemus :

- I. De Instrumentorum executione. Mediolani, apud Scenzeller, 1493. in fol. Extat etiam in Tomo V. Tract. Magn. pag. 39.
- II. De Inflationibus. Ibid. Tom. VI. pag. 273.
- III. De Quætionibus. Ibid. Tom. XI. pag. 195.
- IV. De Excusatione sine mandato. Ibid. pag. 308. Videnda Historia Typographica Mediolanensis Clariss. Saxii.

CCCLXXVIII.

CANDIANUS ANGELUS.

Inter celebriores Mediolanenses Medicos meritò enumeratur Angelus Candianus Joannis Jacobi filius, qui Collegium Physicorum suæ Patriæ ingressus est die XII. Septembris Anno MDXII. Archiater fuit Francisci Secundi Sfortiæ Mediolanensium Ducis, nec non à Consiliis, & tantum fama ipsum extulit, ut à Serenissima Hungariæ Regina Maria Austriaca, dum in Belgio Gubernatricis munus agebat, vocatus fuerit ad sanitatem ei reddendam, quod tam feliciter ei evenit, ut ab ipsa Consiliarius, & Medicus suus primarius renunciarus extiterit, sicuti legitur in Diplomate à sapienter laudato Curtio relato in Opere de Medicis Scriptoribus Mediolanensibus; nec ibi liberalitas illius Principis se compescuit, sed redeuntem in Patriam Angelum nostrum, non tantum regiè donatum voluit; sed ipsa urgente Cæsar Carolus Quintus ejus frater annum ducentorum Aureorum Pensionem Candiano tribuit ex redditibus Camere totius Mediolanensis Ducatus, in quo tunc imperabat, ut ex ipsius Mandato, quod refert per extensum Curtius supramemoratus, dato in Oppido Montisoni die XXVIII. Augusti Anni MDXXVII. dignum lectu, ut merita nostri Auctoris melius dignoscantur, quem iterum ipse Cæsar honoribus cumulatam voluit alio Diplomate Niciæ die XXI. mensis Maji MDXXXVIII. exarato, in quo Candianus Comes Palatinus declaratur; etiam hoc videndum est in supradicto Libro Bartholomæi Curtii ad literam transcriptum. Doleo interim, quod nullum de tanto Viro superstes Monumentum suæ virtutis Lectoribus meis offerre possim, nisi quod à Moriggia scriptum fuerit, ut

infra: Nullatenus ex hac Collectione expungendus erat absque invidiæ nota; nam etiam Hieronymus Cardanus celeberrimus ita de ipso locutus est in Libro de Vita propria Cap. 12. „Erat (Candianus) „Medicus eruditissimus, qui primas apud Principem „nostrum in Patria, & apud Pannoniæ Reginam in „Belgio obtinuerat partes. Vir maxime authoritatis, & si quid ad rem facit, opulentus. Obiit verò Redemptionis nostræ Anno MDIX., atque Tumulum habuit in Templo S. Mariæ Pedonis hujus Urbis, cum hac Inscriptione:

ANGELO CANDIANO
FRANCISCI II. SFORTIÆ MEDIOLANI
DVCIS
MEDICO ET PHILOSOPHO NOBILISSIMO
QVEM OB FAMAÆ CELEBRITATEM
CVM MARIA PANNONIAE REGINA
ACCIVISSET
PER EVM DESPERATO MORBO LIBERATA
PRINCIPEM EIVS ARTIS DECLARAVIT
ET IN CONSILIVM ELEGIT
MAGNIS HONORIBVS ET PRAEMIIS
CONSTITVTIS
QVEM PROPTEREA CAROLVS QVINTVS
IMPERATOR
MVLTI MAGNISQVE MVNERIBVS
ET DIGNITATE COMITIS PALATINI
AVXIT ATQVE ORNAVIT
VIXIT ANNOS LXXVI. MENS. VIII. DIES XV.
FABRICIVS FILIVS
PATRI B. M. POSVIT.

Teste Moriggia in suo Supplemento Cap. 12. scripsit :

- I. Opera Medicinalia.
 - II. Aliaque ad eruditionem spectantia,
 - III. Nonnulla etiam de Astrologia.
- Mirum est quod Cl. Mangerus in sua magna Bibliotheca Scriptorum Medicorum, Candianum hunc non inruerit, etsi in Curtio pag. 63., & in Athenæo Picinelli pag. 33. ipsum videre potuisset.

CCCLXXIX.

CANEPARUS JOANNES MARIA.

Joannes Maria Caneparus Infuber, patria Mediolanensis, ex Ordine celeberrimo Prædicatorum, atque Domus Sancti Eustorgii Alumnus, Sæculo XVI. vergente clarissimus fuit, variisque apud Suos functus muneribus, Pœnitentiarum etiam egit Mediolani in Trullo, & per totam Diocesim Sanctæ Inquisitionis Officii Vicarium Generalem. Vivebat etiam num Anno MDLXXIX. quo scripsit, ac edit:

- I. Scudo inespugnabile de' Cavalieri di Santa Fede della Croce di S. Pietro Martire. Mediolani, 1579. in 12. Hæc exscripsit ad verbum à Picinelli Athenæo pag. 307. PP. Eccard, & Quetif in eor. Biblioth. Scriptor. Ord. Prædicatorum, T. II. pag. 255.

CCCLXXX.

CANEVESIUS JOANNES ANTONIUS.

Canevesiam Familiam antiquissimam esse in Urbe Mediolanensi cognosceret Lector ex his, quæ in Oldebrando ejusdem Gentis homine post modicum dicemus. Occurrit nunc Joannes Antonius Nepos alterius Joannis Antonii Francisci I. Galliarum Regis Physici. In Archigymnasio Ticinensi non tantum literis operam dedit, sed etiam Rectoris munus exercuit. Cum autem magna Eloquentiæ, atque Pœsis laude floreret, ab Affidatorum coetu expetitus est, ut in eorum numerum censeretur. Utriusque Juris, Cæsarei scilicet, ac Pontificii Lauream consecutus, Juristarum

istarum Collegium in Patria nobilissimum ingreditur Anno MDLXVI. Vitam cum morte commutavit Anno Salutis nostrae Saeculi Decimi sexti ultimo. In praefati Archigymnasii Papiensis Jurisperitorum Collegio legitur Scriptoris hujus Elogium his verbis :

IOANNIS ANTONII CANEVESII
MEDIOLANEN. PATRICII
IVRISCONS. RECTORIS II.
OB GESTVM MAGISTRATVM
ANNO MDLXII. M. IVLII.

Superfunt ab eo composita :

- I. Carmina Italica atque Latina inter alia Affidatorum.
- II. Plura alia Carmina MSS. apud Suos extitisse asserit Crescentius in secunda parte Amphitheatri MS. in Bibliotheca Fratrum Marchionum Vicecomitum.

C C C L X X X I.

CANEVESIUS OLDEBRANDUS.

URbis Mediolanensis post Oenobarbi excidium è ruderibus suis renascentis instaurationem Viri praestantissimi curarunt, de quibus saepe jam sermo nobis incidit. Nunc Oldebrandus Canevesius sibi debitam laudem jure postulat, qui Anno MCLXXII. Consulatum Patriae gessit. Militiae igitur, & civilis vitae studia ad hostes Infubrum comprimendos, Civiumque mores optimè curandos, & tenuit, & promovit, ut utriusque praesidio facultatis nova Civitas gloriosius refurgere, firmiterque posset consistere. Anno MCCIV. Praetor Mediolani electus est, additisque Viris Clarissimis Gulielmo Pusterla, Tacio Mandello, Dominico Burro, Danesio Cribello, atque Manfredo Offa infra memorandas Leges evulgavit; Cum ergo Consulatus munere esset insignis simul cum aliis verè Patriae Patribus conscripsit Anno MCLXXII.

- I. Statuta Mediolanensis Reipublicae renovata, & aucta.
- II. Edicta plurima ab ipso eodem anno cum fociis Consulibus edita, inter quae Lex illa adversus Friderici I. nomen, uti Schismatici, pronunciantes, de qua jam saepe sermonem habuimus.
- III. Leges ad novum militiae genus instituendum pertinentes.
- IV. Edicta alia ab eo promulgata, ut supra, Anno MCCIV. De eo Gualvanus de la Flamma, Corius, aliique à Co. Octavio Archinto in Collect. Monum. Famil. Mediol. citati.

C C C L X X X I I.

CANEVESIUS TIMOTHEUS.

Timotheus Canevesius satis antiqua stirpe Mediolani, natus Minorum, quos Observantes Reformatos appellamus, institutum sub ipsis adolescentiae primis annis amplexus est. Theologicis disciplinis in Provincia Neapolitana, & Romana perceptis, ad alios è Cathedra, atque e suggestu docendos meruit promoveri. Sacri Oratoris officium in Mediolanensi Provincia non paucos annos exercens mirum quot Christiano animas lucrifecerit. Ter quoque ad Mississari manus obeundum ad Infidelium conversionem curandam, vel Neophitis in Christi fide firmandos. Primum igitur in Illyricum perrexit, sed persequentibus Barbaris Italiam repetere coactus, ex Majorum decreto Byzantium se contulit, mari trium mensium spatio detentus, saevientibus adversus Apostolicum Virum & procellis, & Piratis. Terram quoque cum iter ageret varia tulit incommoda, à Turcis non raro intentata nece. Eò cum pervenisset die Sancto Evangelistae Joanni sacro, Conciones habere coepit in Templo Sanctae Mariae, cui cognomen Draperii, quod strictiores Observantes Reformati vulgò dicti colunt. Praeter Christianorum Principum Constanti-nopoli degentes Legatos, avidè dicentem audiebant Fideles omnes tam Latini, quam Graeci, atque non

raro Turcae quoque. Toto Quadragesimae tempore Verbum Dei populo ministravit, annoque in sacro munere peracto, terrestri via cum Caesareo Nuncio in Christianorum oras regrediens, quadrimestre suscepit iter, Viennamque pervenit. Post brevem quietem Venetias cum transisset, classem reperit jam paratam ad afferendum Insulae Cretae sub Turcarum armis laboranti subsidium; ideoque Innocentii X. Summi Pontificis indulto, cum sex aliis ejusdem Ordinis Sociis militum eò tendentium animas curaturus navigavit in Cretam; verum fractus laboribus, & febris praesens tertio Italiam revisit. Regressus igitur Mediolanum vix reparatis viribus, in Metropolitana Sacros Codices ex Ambone festis diebus interpretatus est octo ferme annos. Idem praestitit in Templo sui Instituti, vulgò il Giardino, per biennium. Sexies Adventus tempore, & quater Quadragesimales in patria Conciones habuit. In aliis quoque Urbibus Italiae, atque Dalmatiae triginta annos integros Apostolicum Officium praeclearissime gessit; ejusque rei gratia bis in Belgium, & Gallias, saepe quoque Romam evocatus est. Varia etiam Coenobia rexit, scilicet Trivillii, Sexti, & Sancti Ambrosii ad Nemus in suburbio, cui Olitorum nomen est inditum. Plura sunt, quae tantus Vir conscripsit, videlicet :

- I. Descrizione del Sagro Monte della Vernia, dedicata al Cardinale Alfonso Litta. Milano, 1672. sine Typographi nomine in fol., ferè Atlantico, cum variis figuris aere incisis.
 - II. Lezioni Scritturali spiegate nel Duomo di Milano sopra i viaggi de' Patriarchi Abramo, Isacco, & Giacobbe. Milano, presso il Monza, 1654. in 4.
 - III. Della Concezione di Maria Vergine. Milano, presso il Rolla, in 4.
 - IV. Expositio Regulæ S. Francisci. Ibid. apud Gariboldum, in 4.
 - V. Compendium Turani de Privilegiis Regularium, in 24.
 - VI. Alcune Divozioni a S. Antonio di Padova.
 - VII. Due Sermoni del Sagro Chiodo. Milano, presso il Monza, 1652. in 4.
- De eo Picinellus pag. 503.

C C C L X X X I I I.

à CANOBIO EVANGELISTA.

COgnomen Evangelistae istius nescio an fuerit verè Canobium, aut à Canobio (quod est Oppidum ad Lacum Verbanum in Ducatu Mediolanensi) vocari se fecisset dum in Religionem Capuccinorum ingrederetur. Hic, cum ob praeclearam ejus doctrinam, prudentiam, multarum rerum peritiam, & singularem vitae sanctimoniam tam in Umbriae, quam in plerisque aliis sui Ordinis Provinciis ad supremos honores fuisset assumptus, magnamque inde laudem, ac nominis celebritatem sibi comparasset, Anno MDLXIV. in Generalem Ministrum communi omnium consensu electus est. Sanctissime commissam sibi Religionem gubernando, summamque in Regulari observantia ubique servanda & amplificanda sollicitudinem impendendo, perfectissimi Evangelici Pastoris simulacrum praetulit. Gregorio XIII. Pontifici Maximo fuit admodum familiaris, magnoque ab illo habitus est in honore. Interfuit Concilio Tridentino, & in difficillimis Sacrae Synodi rebus, praesertim contra Haereticos, enodandis, plurimum Patres illos suo consilio, doctrinam, ac prudentiam juvit, atque in Religionis negotiis pertractandis, & pro dignitate ac rerum pondere gravissimis, sapientissimum virum se ostendit. Antequam Seraphicum Abitum induisset, Clericali militiae nomen dedetat, & inter primos sui temporis Canonitas, ac Sacri Jurisperitos consultissimus habebatur. Quare scripsit, & elaboravit Latine Opera, ut infra. E vivis excessit Perusiae Anno MDVIG. aetatis suae LXXXIV.

- I. Consulta varia in Jure Canonico.
- II. Annotationes in libros Decretalium. Mediolani, 1591. Ejus

Ejus Vitam descripsit Boverius Tom. II. Annalium Capuccinorum.
Ex Bibliotheca Scriptorum Ord. Minorum S. Francisci Capuccinorum à Fr. Dionysio Genuensi contexta. Edit. II. pag. 102.

CCCLXXXIV.

à CANOBIO FRANCISCUS.

FRanciscus à Canobio Capuccinus alter Mediolanensis Provinciæ Alumnus; Vir vitæ perfectione, sanctisque moribus illustris, summus paupertatis, humilitatis, atque honestatis amator, divini cultus admodum studiosus, regularis observantiæ validus propugnator fuit; qui vitæ austeritate, & abstinentia rigidus, totum ætatis suæ tempus in jejuniis, & orationibus usque ad extremum senium consumpsit. Obiit Mediolani in veteri Conventu Sancti Victoris Anno MDLXX. ætatis suæ LXXXV., Religionis LXVII. Scripsit Italicè, posterisque reliquit:

- I. Volumen Chronographicum, in quo fidelissimè exaravit res gestas ab initio, ac Religionis Capuccinorum primordiis à viris illustribus usque ad Annum MDLXX. Ex quo Zacharias Boverius Annalium Capuccinorum Historiam partim desumpsit. Ejus honorificè meminit idem Boverius T. I. Annalium.
- Ex Bibliotheca Scriptorum Ord. Minorum S. Francisci Capuccinorum à supradicto Fr. Dionysio Genuensi contexta. Edit. II. pag. 114.

CCCLXXXV.

CANOBIUS AMBROSIUS.

Familia Canobienfis florebat jam in hac Urbe à Sæculo XV. ut in Antonio infra recensendo videbimus. Ambrosium nostrum, qui Congregationem celeberrimam Canonicorum Lateranensium adivit, non invenio nec in Rosini Licæo, nec in Abbatis Picinelli Athæneo memoratum. Quæsi apud Suos, nec non in Monumentis ipsius Familiæ, ut aliquid Lectoribus meis exhibere possim, juxta institutum, de illius studiis, dignitatibus, atque saltem de anno emortuali, sed frustra: Accipiant igitur quod, etsi parum, de eodem dare mihi licuit, nam si in sequentia illius ingenii monumenta non incidissem, adhuc illius nomen in tenebris lateret. Hæc scripsit, & quidem eleganti stylo:

- I. Orazione di Ambrogio Canobio Milanese, Canonico Regolare Lateranese nella venuta del Reverendissimo Padre Don Callisto da Vicenza, Rettore Generale della suddetta Congregazione l'Anno MDLXXII. nel Monastero di Porto di Ravenna al Padre Abate Don Cornelio Allegri Vicentino Abate di Porto. MS. in 4. in Bibliotheca Sanctæ Mariæ Passionis Mediolani.
- II. Carmina Italica in laudem ipsius Abbatis D. Callisti. Extant in eodem MS.
- III. Carmina alia, tam Italica, quàm Latina. MS. juxta molis in 4. extat in eadem Bibliotheca, signat. num. 181.

CCCLXXXVI.

CANOBIUS ANTONIUS.

Non parum decoris Familiæ Canobienfi auxit, augebitque semper Antonius, de quo nobis hîc institutus est sermo; nam etsi plures alii etiam antiquis temporibus militiâ, Togâque clarissimi inter Canobios enumerentur, (ut dixi parum antea in Ambrosio, cum Anno MCCCXXX floreret Guido unus ex Consiliariis, seu Mediolanensis Reipublicæ Decurionibus, ut vidi in Archintea Collectione); attamen noster virtute, & scriptis nulli est postponendus currente Sæculo XV. Filius fuit Jacobi, & fratrem habuit Bartholomæum, utriusque Nepotes eximii Pauli Scholarum Canobienfium hujus Urbis Infitutoris, de quo jam egit Cl. Saxius in Libro de Studiis Litterariis

A Mediolanensium, & Nos etiam infra. Anno MCDLXVI. Antonius munere Secretarii in Senatu secreto fungebatur, uti ex Instrumento Notarii Francisci de Perego. Vir certè in litteris tam soluta, quàm stricta oratione eruditissimus, qui à Bernabovè Carcano in Epistola ei inscripta Litteratorum Lux, & eximia virtute præditus vocabatur. Mihi interim metipso gratulor, reperisse in Bibliotheca Ambrosiana ejus Scripta lectu dignissima, quæ libenter primus hîc offero, videlicet:

- I. Antonii Canobii Mediolanensis Dialogus de Amore. Quæstio est inter Luchinum Toscanum, Obizonem Castillionæum, & Jacopinum Urfinum, an possit quispiam propriæ uxoris amore detineri. Præponitur Epistola ejusdem Antonii homini magno atque persplendido Simonino Ghilino: Anno MCDXXXIII. Kalend. Octobris. Est in MS. Bibliothecæ Ambrosianæ, signat. M. num. 44. in 4. pagg. 24.
 - II. Carmen de Victoria Regis Aragonum contra Barbaros, sic inscribitur: „ Antonius Canobius S. P. D. „ Jacobo Pellegri Valentino Doctore ac Regiæ Majestatis Aragonum Consiliario. Composui, Doctor & Vir „ Clarissime, nonnulla Carmina in memoriam, atque „ commendationem ejus belli, quod Serenissimus Princeps tuus Aragonum Rex cum Barbaris, non absque „ sempiterna ejusdem gloria nuper sanctissimè quidem „ gessit. MS. in fol. sign. H. num. 48. in supradicta Bibliotheca Ambrosiana.
 - III. Epistolæ ejusdem III. Latine ad Bernabovem Carcanum datæ Anno MCCCCXXXIII., de quo suo loco, factis eruditæ. Extant in supradicto MS. Bibliothecæ Ambrosianæ sign. H. num. 48.
 - IV. Aliæ ad Antonium Panormitam, nec non ad alios Viros doctos. Extant in altero MS. Ambrosiano sign. H. num. 49.
- Plures aliæ Epistolæ Virorum præstantissimorum ad Antonium Canobium reperiuntur in eisdem MSS., inter quos Cosmæ Raymundi Cremonensis I. Data Avinionæ Anno MCCCCXXXII. Kal. Novembris, in qua ei mittit Libellum de laudibus Eloquentiæ, quæ Canobio nostro inscripsit, qui est etiam in eod. Codice. Inter Epistolas Francisci Philippi editionis Venetæ anni 1502. in fol. adest una Antonio Canobio scripta ad pag. 48.

CCCLXXXVII.

CANOBIUS CÆSAR.

Cæsar Canobius antiquissima Mediolanensi Familia, de qua in Antonio diximus, genitus, tamen nunquam Theologiæ, vel Sacris Litteris operam dedisset, tamen quæstiones ad Theologiam ipsam, Divinosque Codices pertinentes tam benè calluit, atque tractavit, ut non Laicus visus fuerit, atque in Aromataria Taberna nutritus, sed in Lycæis multorum annorum spatia percurrisset. Optimis præditus moribus, Evangelicæ perfectionis cupiditate flagrans, omnibus, quæ possederat, renunciavit; in eam tantum rem toto pectore intendens, ut animæ suæ, aliorumque salutem sedulus curaret. Pauperes largè erogatis elemosynis fovens, Templorum Visitator assiduus, Sacramentorum frequentia, vitæque laudabilis exemplo toti præluxit Urbi. Sed etiam superstitem sibi pietatem cupiens, hæc Opuscula composuit:

- I. Della necessità, e frutti della Dottrina Cristiana; Dedicato al Sig. Cardinale Cesare Monti Arcivescovo di Milano. *Ibi*, apud Ramellatum, 1635. in 8.
- II. Orazioni, Ragionamenti, e Rime Spirituali. *Ibid.* apud Malatestam, 1635. in 8.
- III. Breve Scala per salir al Cielo. *Ibid.* apud Gbifulpam, 1639. in 8.
- IV. De' beni, e frutti dell' Ubbidienza.
- V. Come i Figliuoli sono tenuti ad ubbidire a' loro progenitori.
- VI. De' danni, che provengono dalla disubbidienza. Hæc III. extant MSS. in Biblioth. Ambros. in Cod. signato D. num. 362. in fol. Videndum Picinelli Athenæum pag. 138.

CCCLXXXVIII.

CCCLXXXVIII.

CANOBIUS PAULUS.

DE Paulo Canobio alibi diximus, & nunquam de tanto Viro satis dictum erit; nam ei debet hæc inclyta Metropolis, quam mihi facile licebit secundam Patriam charissimam appellare, fundationem publici Gymnasii, à conditore suo Canobiani nuncupati, ubi in dies Logicæ, Moralisque Philosophiæ per præstantissimos Viros Præcepta traduntur, ut ex ipsius Testamento condito de Anno MDLIII., præcitatique Gymnasii institutione Anni MDLIV., in quibus tutelam, moderationem, & præfecturam ejusdem clarissimo Jurisperitorum Collegio demandavit. Patrem habuit Paulus noster Franciscum Juris Consultum Collegiatum Mediolanensem, & Nobilibus Decurionibus ipse adscribitur Anno MDXIII. Arborem genealogicam tanti Viri texuit, & perhumaniter mihi communicavit amicissimus, & pluribus titulis summè charus Cl. Sitonus, quæ incipit à Beltramo de Canobio Anno MCCCL. Mediolani florente, & certè plures Viri insignes reperiuntur in serie suorum, utpote Jacobus Pauli nostri Abavus, Ducalis Prætor insignis Oppidi, & Castri Trivillii Anno MCDXXXIV. atque Decurio Mediolani Anno MCDXLVI. Petrus etiam Delegatus ad jurandam fidelitatem Duci Mediolani Anno MCDLXX. ut alios præteream. Obiit Paulus Anno MDLVII. & inveni scripsisse:

- I. Commentaria in Aristotelem de Moribus. Ita legitur in Epistola Francisci Cicereji, quod Opus idem ille misit ad Octavianum Ferrarium. Est inter Epistolas Cicereji, quæ MSS. servantur in Museo Marchionum Vicecomitum, ut infra dicemus.
 - II. Edidit Librum, cui titulus: Il Trono vacante nell' Imperio ec. di Lanfemio Fecchi (nomen fictum) quem cum Epistola nuncupavit ipse Paulus Marchioni Vercellino Mariæ Vicecomiti.
- De eo, præter Sitonum Art. 246. agunt Saxius, Curtius, & ferè omnes, qui de Viris doctis, ac de Patria Mediolanensi benemeritis tractant.

CCCLXXXIX.

De CANTIANO ANDREAS.

Andreas alterius Andree de Cantiano filius, ut ipse in Testamento, quod infra memorabimus, asserit, die ultima Novembris, quæ Sancto Apostolo Andree, & Sancti Ambrosii Baptismi memoriæ dicata est, Anno CM. in locum Landulphi Archiepiscopi Mediol. ante dies XXIV. defuncti ordinatus est, electionem ejus confirmante Leone V. Pontifice Maximo. Urbem plaudente Populo per Comensem Portam ingressus, Archiepiscopatus possessionem iniiit. Pauperum curam, & in eos liberalitatem usque adeò exercuit, ut munificentiam suam sibi superstitem cupiens, Hospitale, & Ecclesiam Sancti Raphaëlis Archangeli, quæ nunc Parochialis est, non procul à Metropolitana Basilica, extruxerit, & dotaverit. Cum hanc Ecclesiam annos sex, & menses tres laudabiliter administrasset, decessit pridie Kal. Martii, & in Basilica Sancti Ambrosii apud Prædecessores suos sepultus est.

- I. Ejus litterarum ad Regimbertum Vercellensem Episcopum, quibus ad Ipporediensem Episcopatum ordinandum ab eo petit Valfredum ejusdem Ecclesiæ Subdiaconum, meminit Regimbertus ipse in litteris Formatis, sive Canonicis ad eundem Andream datis Anno CMIV. quibus Valfredi ejusdem mores, & aptitudinem ad munus Episcopale testatur. Has e vetustissimo Codice Vercellensi Franciscus Bernardinus Ferrarius exscripsit, & Opusculo suo de Antiquo genere Ecclesiasticarum Epistolarum lib. I. cap. V. inseruit; & ex eo Baluzius Tom. II. Capitul. Reg. Francor. fol. 1575.

Tom. I.

- A** II. Ejusdem Andree Testamentum conditum Anno CMIII. XI. Januarii, in quo multa ad Historiam Mediolanensis Ecclesiæ utilia, ex Archivo Monasterii S. Radegundis intulit in Collect. Diplomat. Mediol. Nicolaus Sormanus Biblioth. Ambros. Doctor. Incipit: „ Ego in Dei nomine Andreas, licet indignus, Archiepiscopus S. Med. Ecclesiæ filius bonæ memoriæ „ item Andree DE CANTIANO &c. In eo, Monasterio VVindelindæ, quod nunc appellatur S. Radegundis, legat, & donat Hospitale, & Ecclesiam S. Raphaëlis à se ædificata.
- Hoc Testamentum se vidisse etiam asserit Chalvus Hist. Patriæ lib. V.
- Ex eodem Documento constat in hujus Archiepiscopi cognomine sphalma Ughelli, & aliorum, qui Andream è Lampugnana nobili Mediolanensi gente ortum fuisse scribunt, cum se ipse de Cantiano dicat; & fides concidit ejus Epitaphii, quod Continuatores Ughelli protulerunt ex Valiano, Morandino Bevilacqua sibi à secretis fidelissimo ab Andree positi; quoniam ex ipsa phrasi nescio quid eo Sæculo recentius subolet, nisi certiora proferantur.

CCCXC.

CANTIANUS BENEDICTUS.

Benedictus Cantianus Mediolanensis natus Anno MDCIV. Ordinem Canonicorum Regularium Lateranensium ingressus est Anno MDCXX. Pr. Non. Feb. Jam in Braydensi Gymnasio litteris excultus fuerat sub doctissimis Viris, præsertim Puteo, & Emanuele Thesauro. Agente Celso Dugnano inter Canonicos prædictos cooptatus in Canonica Sanctæ Mariæ Passionis habitum sumisit. Confecto Philosophiæ, & Theologiæ curriculo Placentiæ, Ravennæ, ubi Auditores habuit Eminentissimos S. R. E. Cardinales Verospum, atque Capponium; Cæsenæ, & apud Insulas Diomedæas Theologicas artes tradidit in Monasterio Tremitano, cum Dialecticam in Casoretano docuisset. Lucæ, Mediolani, Auximi, Ravennæ, Forocornelii, & alibi sacras ad Populum Conciones habuit non sine plausu. Decessit Mediolani Anno MDCLII.

Scripsit plura, sed tantum Typis cusa extant:

- I. Il Celeste Orfeo, Panegirico per S. Frediano. *Luca, presso Pellegrino Bidelli, 1640. in 4.*
- II. L'Aquila coronata: Applauso nell' esaltazione al Generalato de' Canonici Regolari del Reverendiss. Padre D. Alessandro Troilo. *Bologna, per il Ferroni, 1646. in fol.*
- III. L'inscritta Colonna, Panegirico per S. Ubaldo, all' Eminentissimo Principe Federico Cardinal Sforza. *Bergamo, per Marc' Antonio Rossi, 1650. in 4.*
- IV. In obitu Illustriss., & Reverendiss. Cardinalis Serræ Oratio. *Ravenna, apud Jobannellos, 1624. in 4.*
Ode gemina incerti Auctoris in ejus laudem extat ibid. Agit de eo Rosinus in *Lycæo Lateran. lib. 2. pag. 130.*, & fusè Picinellus in suo *Athenæo pag. 78.*

CCCXCI.

CANTIANUS STEPHANUS ANTONIUS.

Congregationi Oblatorum SS. Ambrosii, & Caroli adscriptus fuit Stephanus Antonius Cantianus, & inter eruditos ejusdem cœtus Viros sibi famam promeruit, non parvi momenti laborem suscipiens, cui insudavit cum Bibliothecæ Ambrosianæ Collegio adscriptus, Doctoris in eo munere fungeretur. Servabantur ibidem in Tomos redactæ Sancti Caroli Borromæi Epistolæ; quarum Indicem, immo Summarium conficere Cantianus suscepit. Primo Volumine per ordinem alfabeticum redegit illas ab Anno MDLX. ad MDLXXVII. conscriptas; quod opus, adjutore sibi assignato Dominico Philippo Vico ejusdem Collegii Doctore, prosecutus est usque ad Annum MDLXXXIV. Non ita tamen absolutus hic labor censendus est; quoniam præsentis Sæculo earumdem Epistolarum suppellex admodum crevit, inductis ad eandem Bibliothecam pluribus aliis, quibus Volumina, quæ ultra XXXVI. vix numerabantur,

M m

ad

ad LXXX. redacta sunt, non recensitis aliis ad Oecumenici Tridentini Concilii absolutionem spectantibus, & ad Catholici Orbis Principes missis, quarum in S. Caroli Vita supra mentionem feci. Expectat igitur tam fecunda sacrae eruditionis seges messorum suum, quam si in feriem materiarum, aut alfabeti distributam reperissem, mihi insudandum non fuisset in caeteris evolvendis, uti facile Lectoribus meis innotescet. Non parum interea debemus Cantiani nostri laboribus, quod primus iste viam aperuerit, quam alii sequantur, & expectatam quandoque metam attingant. Ne debita igitur laude fraudetur Cantiani nomen, hic illud aeternitati commendare decrevi, postquam etiam Cl. Bosca dignam ejusdem fecerit mentionem.

Hæc scripsit ergo:

- I. Indicem, five Summarium Epistolarum D. Caroli Borromæi ad Varios, & Variorum ad ipsum in primo Volumine ab Anno MDLX. usque ad MDLXXVII., in secundo ab hoc Anno usque ad MDLXXXIV.
- II. Il Giudice disappassionato, Orazione detta in Duomo all' aprirsi i Tribunali. *Milano, appresso il Monza, 1665. in 4., dedicata al Cardinale Litta.*
- III. Orazione in lode di S. Carlo Borromeo. MS. in Ambrosiana inter impressos *in 4.*
Agit de eo, ut diximus, Petrus Paulus Bosca in Libro de Origine, & Statu Bibliothecæ Ambrosianæ, nec non Picinellus in Athenæo pag. 497.

CCCXCII.

CANTONUS ANGELUS.

Utinam Abbas Picinellus nobis melius indicasset Librum, seu Collectionem Inscriptionum ab Angelo Cantono factam post celeberrimum Andreæ Alciatum, scilicet penes quem saltem servabatur, ut Respublica Litteraria frui potuisset tanto labore, sicut nunc gaudet de Novo Magno Thesauro Antiquarum Inscriptionum à Clarissimo Ludovico Antonio Muratorio in IV. Volumina congestarum, & forsitan ipse non parum auxilii percepisset; sed & Picinellus, & Moriggia Sæculo parum curioso vivere, ideoque nos nimis jejunos reliquerunt. Aliud igitur ab iisdem discere non potui, nisi quod Cantonus noster inopportuna morte raptus fuerit adhuc juvenis die XXIV. Novembris, Anno MDXCIV. Fides sit ergo penes ipsos de Opere Angeli Cantoni sic inscripto:

- I. Inscriptionum Antiquarum Collectio amplissima post Alciatum MS.
Ita scripsere memorati Moriggia in Nobil. Med. lib. 3. c. 15., atque Picinellus in Athenæo pag. 33.

CCCXCIII.

CANTONUS JOANNES BAPTISTA.

Joannes Baptista Cantonus, Patria Mediolanensis, ex Ordine Fratrum Capuccinorum in sua Mediolanensi Provincia Prædicationis munere satis clarus extitit, qui magna etiam cum doctrinæ, ac profundioris ingenii fama Sacram Theologiam pluribus annis exposuit, & ob singularem ejus in rebus agendis prudentiam ad Provincialatus munus, & dignitatem assumptus, non minori sollicitudine, ac regularis observantiæ zelo illam decoravit. Oh invidam Eruditis Viris oblivionem! Quo vixerit Sæculo, quo functus fuerit Anno, quis proferet?

Scripsit:

- I. Declarationem omnium Mysteriorum, quæ continentur in Sacrosancto Missæ Sacrificio. *Mediolani, 1642. in 4.*
Ejus meminit VVadingus de Script. Ordinis Minorum.
Ex Bibliotheca Scriptorum ejusdem Ordinis S. Francisci Capuccinorum à Dionysio Genuensi contexta. Edit. II. pag. 183.

CCCXCIV.

CANTONUS PETRUS.

Gen Cantona Mediolani floruit Sæculo XII, teste Crescentio, qui Inscriptionem Equiti Gratiano Cantono refert positam Anno MCXVIII. in Templo Sancti Sepulchri hujus Urbis. Petrum nostrum ex Epistola nuncupatoria Libro Hieronymi Lucini præfixa, de quo parum infra loquemur, agnovi Auditorem fuisse Marchionis Vasti. Studiis Legalibus sedulo incumbens, Andreæ Tiraquellum, nec non celeberrimum Alciatum in Consultationibus, aliisque Operibus Juridicis imitatus est eruditione, atque optimo Latino stylo contextis. Pluries ad amplissimum Senatorium munus gerendum fuerat postulatus, sed annis, & molestis infortuniis onustus è vivis excessit in Aedibus Sancti Petri Glaffiatensis, Bartholomæi Petri hujus filii mentio est in Sepulchrali Inscriptione posita Catharinæ Leuciae ejusdem uxori in Basilica Apostolorum, nunc Sancti Nazarii, quam e Collectione Comitum Octavii Archinti hic exscribo:

B. M. CATHARINAE LEVCAE CANTONIAE
QVAE SVPER INSIGNEM PVDICITIAM
ET FIDEM
CAETERASQVE NOBILIVM FAEMINARVM
DOTES
REGIVM ACV PINGENDI OBLECTAMENTVM
MIRIFICE ILLVSTRAVIT
SVOQVE EXEMPLO ALIIS MATRONIS
RESTITVIT
BARTHOLOMAEVVS CANTONIVS
PETRI FILIVS
PATRICIVS MEDIOLANENSIS
CONIVGI INCOMPARABILI
PETRVS IC. ET FRANCISCVS EQVES
MATRI OPTIMAE ET PIENISSIMAE
VIXIT ANNOS LIX. MENSES I. DIES IV.
DECESSIT EIDIBVS SEXTIL. MDCL.

Superfunt ex ipsius Scriptis:

- I. De definitione liber Anno MDXXIV. editus.
- II. Allegationes Juris plurimæ.
- III. De homicidiis & aliis criminibus excusandis Tractatus. Extat inter Opera Carpani de pænis homicidii &c. *Francofurti, 1610. in fol.*
Inter Epigrammata Benedicti Sociaci extant varia in laudem Petri Cantoni, cui inscriptus est etiam liber sextus eorumdem Epigrammatum.
Ei nuncupavit Hieronymus Lucinus librum suum inscriptum: Christi humani generis Servatoris Genethliacon, impressum Casali Majori 1593.
Joseph etiam Laurentius dicavit Petro Cantono Dissertationem XXXV. libri I. Polymathiae, ibique ipsum laudat non solum uti J. C. primi nominis, sed etiam uti Mediolanensium Antiquitatum Cultorem eximium. Videndi sunt Moriggia in Nobilitate Mediol. Lib. III. Cap. XV. Borferius in Supplem. Cap. XI. Crescentius suprascriptus in parte II. MS. in Biblioth. Marchionum Fratrum Vicecomitum, atque Picinellus in Athenæo pag. 459.

CCCXCV.

CANTOVA JO. ANTONIVS.

Joannes Antonius Cantova, natus in Oppido Intra ad ripas Verbani Lacus, Societatem Jesu ingressus in flore adolescentiæ attulit secum auream indolem, perspicax ingenium, & eximiam pietatem, quam apud Suos diligenter excoluit virtutibus eodem Instituto convenientibus. Exactis cum magna laude consuetis inferiorum classium magistris, ad Missiones Indicas profectus est speciali Dei vocatione, mense Aprili Anno MDCCXVII., quamvis infirma admodum valetudine. Mexici Theologiam universam publicè propugnavit cum plausu. Inde ad Philippinas Insulas transiens docuit in Urbe Ma-

Manila Theologiam Scholasticam . Hinc ad Latro-
num Insulas digressus Missionarius , & aliorum socio-
rum Director in rerum omnium penuria Apostolicis
laboribus vineam illam Domini diu excoluit . De-
mum in Carolinas insulas penetrans , Evangelium
Christi primus illis barbaris gentibus prædicavit , feli-
ci per aliquod tempus successu , pluribus Baptismo
expiatis , & Catholica lege instructis . Donec ab
Idololatri crudeliter occisus suo purpuratus sangui-
ne ad æternitatem transivit . Antequam ex Italia
discederet scripsit , vulgavitque de suo Patruo librum
cui titulus :

- I. Sancta vita , & mors Aloyfii Cantovæ Canonici Sancti
Stephani Majoris . *Mediolani , apud Josephum Pandul-
pbum Malatestam , 1717.*
Reliqua ejus Opera MSS. quamplurima deperdita sunt .
Ita à Suis .

CAPELLA . V. CAPRA GALEATIUS .

CCCXCVI.

CAPELLUS PHILIPPUS .

Distinguendas esse duas Familias Mediolanenses ,
quarum una Capra , seu Capella vocata est , de
qua infra dicemus , & altera de Capellis , monet in
Collectione centies à nobis referenda Comes Octavius
Archintus . Virorum ex hac gente Eruditorum tan-
tummodo occurrit unus hic commendandus ; Phi-
lippus videlicet Capellus . Is non modicæ doctri-
næ ornamentis insignis fuit , ideoque Anno MCCCLI.
inter Sapientes eos electus est , quibus Joannis Vice-
comitis Archiepiscopi Mediolani Domini autoritate
mandatum fuit , ut Municipalia Jura hujus Urbis in
unum Volumen colligenda , & ordinanda debitis
emendationibus castigata curarent . Id summo labo-
re , & fide effectum est , eoque anno promulgata
sunt à Philippo cum sociis loco suo laudandis

- I. Jura Municipalia Mediolani collecta , ordinata , & emen-
data .
Ex Monumentis Co. Octavii Archinti .

CCCXCVII.

CAPIS JOANNES .

IN Oppido celeberrimo Oscellæ , vulgò dicto *Do-
mo d'Osola* , olim Metrocomia Lepontiorum , in
Ducatu Mediolanensi , cujus quidem tam veteres ,
quàm recentiores Geographi meminèrunt , ortus est
Joannes Capis Vir non spernendæ eruditionis . Plu-
res enim annos in Ticinensi Archigymnasio legalibus
studiis intentus , Græcas etiam calluit Litteras , in
quibus quantum profecerit , ex infra laudando Vo-
lumine satis aperte Lectores agnoscent . Laureæ in
utroque Jure honore percepto in Patriam reversus
est , cujus Jura , & Privilegia non tantum legum præ-
sidio (publico enim Decreto Patronus in Foro le-
ctus fuerat) sed doctis etiam laboribus facta tecta
servare studuit . Filium habuit Franciscum , qui
perfectioris vitæ desiderio flagrans , Seraphicum in-
ter Minores , quos appellamus Conventuales , susce-
pit Institutum ; & tantam nactus est apud Suos eru-
ditionis , atque prudentiæ famam , ut post minores
in Ordine gradus ad regendam Provinciam Daniæ
assumeretur . Quid in Genitoris sui Operum edi-
tione præstiterit , infra commemorabimus . Cere-
rum Joannis ingenium in his lucubrationibus adhuc
vivit .

- I. Varon Milanef. Recusum est hoc opus . *Mediol. 1606*
Illud Auctor composuit , dum legum studiis Ticini
vacaret ; idque sibi proposuit , ut plebeja , & apud
Insubres magis usitata vocabula ex Græcis , atque
Latinis fontibus profluxisse comprobaret . Auxit Li-
brum notationibus , ac additionibus bene multis Jo-
sephus Milanus , quem ubi locus dabitur , dignis lau-

dibus prosequemur ; illumque Typis denuo tradidit
hoc titulo : *Priscian da Miran de la parontia Mita-
nesa* .

- II. Memorie della Corte di Mattarella . *Milano , 1679.*
Opus est historicum , ex gravibus , variis , vetustisque
Monumentis erutum , in quo Privilegia , vicissitudi-
nes , aliaque id generis ad Patriam suam spectantia
protulit . Illi conscribendo insudabat jam ab Anno
MDCXXXI. Huic Volumini Epistolam ad Lectores
præfixit Franciscus Scriptoris filius supra commenda-
tus .

Meminerunt Auctoris nostri Villegas in Præfatione ad
Statuta Vallis-Antigor. , & Cotta in Museo Nova-
rien. pag. 141. Francisci autem idem Cotta loc. cit.
pag. 121.

CCCXCVIII.

De CAPITANEIS ALOYSIUS .

Familie duæ Mediolanenses de Capitaneis , & de
Cattaneis vocatæ , frequenter promiscuæ inter
se reperiuntur , ideo non parum diligentæ opus fuit
in illis rectè fecernendis , & adhuc nescio an hoc
rectè fecerim . Illa de Capitaneis quandoque à
variis hujus Domini locis , atque etiam exteris ap-
pellatur , nempe de Arfago , de Valliano , de Vito-
duno , de Scalve , & similibus , quæ postea Medio-
lani sedem suam fixere , ut infra videbimus ; ego
nullo alio ordine servato , quam nominis post cogno-
men tantum de Capitaneis appositum , ipsos Lectores meis
profero , qui si aliquem inter eos non de Capitaneis ,
sed de Cattaneis appellari voluerit , me contradicen-
tem non habebit , & Cattaneos , sive illos de Catta-
neis juxta alfabeti legem reperiet suo loco . Congre-
gatio igitur Monachorum Cisterciensium , in qua
nunquam defuere Viri litteratissimi , mihi primum
suppeditat Aloysium de Capitaneis Mediolanensem ,
qui Anno MDXLII. ipsam ingressus est . Ad omni-
moda Studiorum genera , præcipuèque Ecclesiastica
ita se contulit , ut à præstantioribus sui ævi Theo-
logis subtilissimus vocari meruerit . Tam vivaci inge-
nio præditus fuit , ut Scholarum Magister , & Parisien-
sis Doctor celebraretur . Legationem pro Suis obivit
ad Summum Pontificem , Sanctumque Virum Pium V.
pro negotiis ipsius Ordinis tractandis , in quo mune-
re peregre se gessit . Anno verò MDLXXVI. die
X. Septembris Mundo valedixit , ut asserit Rusca
in Compendio Viror. illustrium Cisterciensium , &
post se reliquit Opera sequentia :

- I. Homeliarum in Evangelia Liber .
II. Sermonum de Sanctis Volumen .
III. Orationum Liber .
IV. De rebus diversis antiquis , & novis Volumen .
Ita ex supradicto Roberti Ruschæ Opusculo pag. 45.
& ex Picinelli Athenæo pag. 403.

CCCIC.

De CAPITANEIS CAMILLUS .

Familiam , unde in lucem prodiit Mediolani Camil-
lus hic laudandus , apud Monumentorum Insubriæ
Collectores nunc Cattaneam , nunc de Capitaneis de
Valiano dictam reperimus . Plures hæc Gens protu-
lit Viros , quibus ob jurisprudentiæ decus , atque
avitæ Nobilitatis meritum , celeberrimum Mediolanen-
sium Jurisconsultorum Collegium patuit , ut videre
licet in Cl. Sitoni Chronico . Ab his non degener
Camillus Gasparis , & Thomasiæ Burræ Conjugum fi-
lius , cum præclaros in litteris , legibusque progres-
sus fecisset , & Laureæ ornamentum esset consecu-
tus , Regio Diplomate Capitalium rerum in Insubri
Dominio Præfecturam nactus est . Aliquot post annos
ad majora vocatus munera , inter Amplissimos conscri-
ptos Patres recensetur , Anno scilicet Æræ Christia-
næ MDLXXVI. Tum Cremonensi Populo Prætor
datus , vix incæpto muneris sui Anno secundo ma-
ximo cum bonorum omnium mœrore sublatus est die
XVI. Februarii , Anno Salutis nostræ MDLXXVIII.
Hora.

Horatius Landus inferius citandus hanc in Basilica Sanctorum Naboris, & Felicis, vulgò Sancti Francisci, positam Inscriptionem refert ad Tumulum Parentum his notis :

D. O. M.
GASPARI CATTANEO VALIANO
VIRO FIDE ET PROBITATE PRAESTANTI
ET THOMASIAE BVRRAE
LECTISSIMAE FOEMINAE
PARENT. OPT.
GINEPRIAE CACIAE VXORI DVLCISSIMAE
ET IVLIAE ET HORTENSIAE CAMILLAE
FILIOLIS CARISSIMIS
ET SIBI
CAMILLVS IC. MEDIOLANI
RERVM CAPIT. PRAEFECTVS III.
ET SENATOR CREMONAE PRAETOR
T. F. P.
FABRITIVS. IO. BAPTISTA
ET IACOBVS PHILIPPVS
FRATRES FECERVNT
SIBI LIBERIS POSTERISQVE SVIS
ANNO MDLXXX.

Scripta post se reliquit :

- I. Confilia. *Venetis*, 1552. in fol., cujus Operis mentio est apud Draudium Biblioth. Clafs. pag. 680.
 - II. Consilium in materia Duelli; cui initium est: Clara sunt verba Libelli &c. ex eodem Draudio loc. cit. pag. 690.
- Agunt de Camillo Ludovicus Cavitellus *Annal. Cremon. ad An. MDLXXIX.* Horatius Landus de Senatu Mediol. lib. 5 pag. 188., lib. 6. pag. 207. Placidus Puciniellus in *Memoriis antiquis Mediolani cap. 17. n. 96. pag. 81.* ubi citatam Inscriptionem Sepulcralem refert. Jo. Jacobus Valerius Scalensis Canonicus in *Collectan. select. Inscription. Mediol. Salvator Vitalis in Theatr. Magnal. Mediolani Cæment. 18. pag. 23. Clarifs. Franciscus Arifius J. C. in ferie Chronologica Prætor. Cremon. pag. 47. impres. an. 1731. in 4.*

C C C C.

De CAPITANEIS CHRISTOPHORUS.

Capitanei vulgò de Scalve (locus est in Ditione Bergomenfi) vocati Sedem in hac Mediolanensi Urbe obtinere ab Absalone seniori Physico Collegiato, necnon Avo paterno Christophori nostri ab eo usque tempore, quo Ducissa Mediolani Blanca Maria Vicecomes ipsum Absalonem vocaverat penes se ad Artem Medicam, in qua eminebat, exercendam, uti legitur in Diplomate, quod ex integro transcripsit Cl. Curtius, & in suum Opus de Scriptoribus Mediolanensibus intulit pag. 58. In eodem Mediolani scripto die XVII. Martii MCDLVII., atque in altero ipsius Ducissæ, quo inter Cives Mediolanenses Absalonem enumeratum voluit, dato die XIV. Januarii Anno MCDLX., merita ejusdem exponuntur, & commendantur. Donatus etiam à liberalissima Principe domo ipsa, quam habitavit Galeaz II. Vicecomes in Parochia S. Petri ab Horto, necnon inter LX. Decuriones Mediolanensis Urbis adscriptus fuit. In tanti Viri laudem Platinus Platus hoc Epigramma dictavit, quod transcribere non piget; est enim hujusmodi:

*Nobilis hic Medicus Capitaneus Absalon Ossa,
Qui fuit in cunctos officiosus, habet.
Quem Pergamensem donarunt Urbe, suosque
Ob merita Insubres, Anguigerique Duces.*

Verum in Templo S. Mariæ Pacis extitisse ad Tumulum ipsius Inscriptionem assererat sæpe laudatus Curtius. Sed ad Christophorum nostrum redeamus, qui Patrem habuit Petrum seniore, & ipse non infimæ notæ Medicus, & Mediolanensis Decurio;

A Matrem autem Donellam Coriam. Claruit etiam ipse prole præstantissima, nempe Pyrro Physico Collegiato, atque Augustino J. C. C. necnon Oratore ad Summum Pontificem Pium IV., & ad Philippum II. Hispaniarum Regem Catholicum. Illius scripta ad Medicinam spectantia, in qua summoperè excelluit, deperdita sunt, nec aliud Monumentum sui ingenii in Arte Oratoria superest, præterquam

- I. Oratio habita nomine Ven. Collegii Physicorum Mediolani coram Christianissimo Francorum Rege Francisco I. in ejusdem adventu in Urbem Mediolanensem die XI. Octobris Anno MDXV. Extat MS. in Archivio Collegii Physicorum.
- De ipso videndus est Curtius suprascriptus pag. 57. Alexander Tadinus in *Compend. Statut. & Ordin. Colleg. Physic. Mediol. pag. 16.*, atque pluries laudatus Sitonius pagg. 116. & 250.

C C C C I.

De CAPITANEIS DANIEL.

Daniël Capitaneus de Scalve Cæsarem Baptistam ex duodecim Annonæ Præfectis in Mediolanensi Urbe, & Helenam Rabiam parentes habuit. Ab ipsa penè infantia bonas edoctus artes, & publicis negotiis gerendis, & conscribendis Codicibus totum se dedit. Tabellariis ex Principum placito in Insubria Præfectus Regius constitutus à literis tamen nunquam avertit animum; ut indicam tam edita, quam manuscripta Volumina ab eo post se relicta. Inter LX. Patriæ Decuriones recensitus est, & Fabricæ Metropolitanæ Basilicæ Præfectus aliquando fuit, cujus erigendæ fronti quantum insudaverit, brevi cognoscent Lectores optimi ex Codice inferius promendo, unde Architecturæ non modicam in eo peritiam fuisse constat. Desideratus est anno recuperatæ humanitatis sexagesimo primo sæculi decimiseptimi.

Nunc ejus Operum texemus Indiculum.

- I. Proceso in causa dell' alloggiamento, ed aggravj sostenuti dalla Pertica civile nel Ducato, con la Sentenza dell' Illustrissimo Magistrato fatta l'Anno MDCLII. XXVI. Agosto in essa causa, la cognizione della quale vien rimessa dalla Maestà del Re N. S. all' Illustrissimi cinque Giudici. *Mediolani, 1656. in fol.* Extat penes Advocatum Joannem de Sitonis.
 - II. I pareri, e le Consulte fatte dagli Architetti in ordine a costruire la Facciata del Duomo. Laudatur à Picinello, non indicato tamen, pro more, anno, loco, & Typographo.
 - III. Milano grande a tempi della Repubblica Romana, parte prima. De' Cefari, ed Augusti, parte seconda. De' Regi, Gotti, e Longobardi, e Regi, Imperadori Franchi, parte terza. De' Regi, ed Imperadori Italiani, e Germani, parte quarta. Delle Repubbliche, parte quinta. De' Duchii, e dell' Augustissima Casa d'Austria, parte sesta.
- Pars prima Typis prodiit in fol., reliquæ autem servantur MSS. apud Comitum Pyrrum de Capitaneis Auctoris ex filio nepotem.
- Idem Opus MS. in fol. insignis molis est penes Comitum Constantium de Abdua, rerum ad Patriæ Monumenta spectantium Collectorem egregium.
- De Daniele mentio occurrit apud Picinellum in *Athenæo pag. 160.*, & *Crescentium Amphit. Romani part. I.*

C C C C I I.

De CAPITANEIS JOANNES.

EX Jacobo de Capitaneis, seu Cattaneo de Arsa-go, Artium, & Medicinæ Doctore natus est Joannes præclaræ stirpis germen illustre. Hic Patris exempla secutus ad Medicam facultatem addiscendam animum convertit, in qua brevi tantum profecit, ut ad eam adolescentibus è Cathedra publicè tradendam in celeberrima Ticinensi Academia ab Insubriæ Principibus selectus fuerit. Cum annos aliquot tantum munus summo cum Auditorum progressu, & bonorum omnium laude gessisset, circa Annum à partu

Vir-

Virgineo MCCCCLXIX. magno pretio à Bergomen-
sibus Civibus invitatus, ut ægris in ea Urbe prodes-
set, lares eò transfuit, ubi etiam Volumen paulo
post laudandum composuit, in partes novem divisum.
Plura de tam erudito Physico reperire non licuit,
immo ne ipsum quidem, quemadmodum doctissimo
Curtio contigit, de nomine salutarem, nisi fortè
fortuna oblatum nobis fuisset Codex hoc titulo inscri-
ptus:

- I. Liber differentiarum Conciliatoris, scriptum per Jo-
annem Cattaneum ex Capitaneis de Arfago, Artium, &
Medicinæ Doctorem in Universitate Papiensi, filium
Domini Magistri Jacobi Artium, & Medicinæ Do-
ctoris.
- Pars prima continet 103. differentias à Conciliatore ex-
plicatas.
- Pars secunda continet 119. quæstiones Physico-Medicæ.
- Pars tertia, Anatomiam Mondini.
- Pars quarta, Tractatum de febribus, & primo de febrì
pestilentiali. Auctore Gerardo de Solo.
- Pars quinta, Librum secretorum experimentatorum.
- Pars sexta, Tractatum de venenis, secundum Arnol-
dum de Villanova.
- Pars septima, Collectiones Medicas è Guidone de Car-
raria.
- Pars octava, Lectiones, sive Declarationes super qua-
dam sententias Avicennæ.
- Pars nona, Tractatum de pulsibus.
- Omnia in grandi Vol. in fol. ab eodem Cattaneo scri-
pto ab Anno MCCCCLXIX. usque ad diem X. Octo-
bris MCCCCLXX. dum erat Bergomi in Burgo San-
cti Leonardi.
- Exstat in Biblioth. Canonorum Regul. Lateran. S. Spi-
ritus Bergomi.

C C C C I I I.

De CAPITANEIS JOANNES alter.

I nter insignes Insubres Medicos meritò sibi locum
vindicat Joannes de Capitaneis de Vitoduno no-
bili genere ortus, ideoque in Physicorum Medio-
lanensi Collegio recensitus, circa Annum Christi
MCCCXCVII. Ejus in medendis ægris peritiam ma-
ximi fecit primus Insubriæ Dux Joannes Galeatus
Vicecomes, quin etiam ipsum Ducalis Protophysici
dignitate Anno MCCCXCIX. decoravit. Cum au-
tem, ut Sacræ nos docent Litteræ, *Gloria Patris
sit filius sapiens*, non modicum laudis in Joannem
redundat ex Matthæo filio, quem in Arte Medica
imitatorem habuit solertissimum, adeo ut in Ducali
Placentino Archigymnasio publicus Medicinæ practi-
cæ Interpres fuerit, adhuc Patre superstite, Anno
MCCCXCVIII. dignus propterea qui nedum Col-
legio adscriberetur; verum etiam à Philippo Maria
Vicecomite Mediolani Duce III. à Cubiculis, à Se-
cretioribus Consiliis, Ducalique Archiater renuncia-
retur. Cujus quidem Viri præstantissimi Encomia
profecuti sunt Curtius pag. 273. 274., & 284. Um-
bertus Locatus in Chronico Placentino, Petrus Ma-
ria Campus Hist. Eccl. Placent. part. II. lib. 18. pag.
191. ad 193. Petrus Candidus Decembrius in Vita
Philip. Mar. Vicecom. Cap. 57., & fusius Juriscon-
sultus Joannes de Sionis in MS. Chron. Colleg.
Nobb. Physicorum Mediol. part. II. art. 18. Verum
ut ad Matthæi Patrem sermo redeat, habemus ejus-
dem

- I. Regimen Ulceris Vesicæ; & Renum. MS. in 4 opt.
notæ, in pergamento justæ molis. In calce sic legitur:
„Explicit consilium super ardorem Urinæ editum à
„Magistro Joanne de Capitaneis de Vitoduno Anno
„Domini MCCCXCVII. die Lunæ Feb. Extat in Bi-
„blioth. PP. Capuccinorum Modoëtiæ, cum multis
aliis Codicibus MSS. Sæculi XIV. aliisque plurimis im-
pressis Sæculo XV. magnifico verè dono datis à Comite
Pyro de Capitaneis.

Tom. I.

C C C C I V.

De CAPITANEIS JOANNES alter.

I mperiali Ambrosianæ Basilicæ toto Orbe celeberrima, ejusque insigni Canonicorum Collegio Viri
semper præfuere non sanguinis tantum splendore, sed
etiam litterariis ornamentis, atque eruditionis lau-
de conspicui. Quantum id veritati consonet, indi-
cant apertissimè plures ex ejusdem Templi Præpositis
à nobis & commendati, & laudandi, quos inter oc-
currit nunc Joannes de Capitaneis de Crispis vocatus.
Ad eam dignitatem vergente Sæculo XIV. jure merito
assumptus est, cum ad generis nobilitatem Juris præ-
fertim sacri peritiam sedulo labore adjiciendam cu-
rasset. Rhetoricas etiam artes magna cum facundia
fama professus est; eumque tanti fecere Insubriæ
Principes, ut Consiliarium suum constituerent. Ipsum
J.C., & Advocatus Joannes de Sionis de Scotia
in suis Mediolani Anno MCCCXXXVIII. impressis
in fol. Monumentis Nobilitatis Familiæ Crispæ per
hæc verba posteritati commendabat, videlicet:

Venerabilis Vir D. Joannes de Crispis, Dei, &
Apostolicæ Sedis gratiæ Præpositus Insignis Collegia-
tæ, Imperialisque Basilicæ Sancti Ambrosii Medio-
lani, Decretorum Doctor, Ducalique Consiliarius
sub Annis MCCCXCVIII. & MCCCCV., de quo Te-
stimoniales editæ per Reverendissimum D. Canonicum
Archeotam præfatæ Basilicæ sub die VIII. Julii An.
MCCCXXXVII., Instrumentum An. MCCCXCVIII.
rogat. per Cathelanum de Christianis Ducalem Se-
cretarium, & registrat. in Codice magno ex mem-
branis, sign. N. in Regio Archivo Castri Portæ Jo-
vis Mediolani: Instrumentum Protestationis sub die
XXXI. Decembris An. MCCCCV. recept. per An-
toniolum de Merate Notar. Mediol. Hæc ille. Cete-
rum ex dicendis suspicio oritur, Joannem dimissa
Præposituræ dignitate, ad Monasticum Institutum se
recepisse, & in Cœnobio de Oliveto Abbatis munus
gessisse, nisi fortè Fiduciarius fuerit ejus Asceterii
Moderator, sive, ut vulgò dicimus, Commendata-
rius. Litem aliis dirimendam libentissimè relinqui-
mus.

Scriptit:

- I. Epistolam, seu potius Panegerim in commendationem
Innocentii Papæ VII., & Petri de Candia Archiepi-
scopi Mediolanensis, postea Alexandri V. Pont. Max.
Titulus hujus Opusculi est:
Epistola responsiva facta Sanctissimo Domino nostro
Papæ ad meritum, honorem, & dignissimam lau-
dem utriusque ipsorum D. N. Papæ requirentis, &
Domini Archiepiscopi requisiti per Præpositum Ec-
clesiæ Sancti Ambrosii Mediolani, qui nunc est Ab-
bas Monasterii de Oliveto. Data est Mediolani I.
Martii MCCCCV.
Scripta est prædicto Innocentio in responsum Episto-
læ ejusdem ad Petrum de Candia Archiepiscopum,
in qua ipsum accersit Romam, ejus consiliis usus.
Dat. est Romæ X. Kal. Jan. Pontif. ejus Anno I.
MS. in fol. pagg. 18. extat in Biblioth. Ricardiana Flo-
rentiæ, quam per exemplum mihi communicavit Vir
Cl. Jo. Lamius eidem Biblioth. Præfectus.

C C C C V.

De CAPITANEIS THOMAS.

T homas de Capitaneis Mediolanensis, Scriptori-
bus Ordinis Prædicatorum accensetur à Ludo-
vico Jacob Carmelita Bibl. Pontif. pag. 446. ex fide
Bzovii Pontif. Roman. cap. 6., quem volunt etiam
Regis Francorum vel Ludovici XI., vel Caroli VIII.

N n

Ora-

Oratorem ad Aulam Romanam delegatum fuisse, cuius alterutrius nomine ab eo habita fuerit Oratio, ut infra. Ita scripserunt Viri eruditissimi Quetif, & Eccard in Bibliotheca Scriptorum Ordinis Prædicatorum, & mirum videtur, quod à Suis aliud lumen habere non potuerint; optandum ideo esset, ut melius memorias Virorum illustrium sui Cœtus ipsi servassent, nam si in libro supralaudato ego non invenissem hunc Thomam, certè ob solam Orationem infra scriptam ab eo habitam, huic Collectioni non inseruissem, sed in gratiam Sæculi XV. in quod incidit, & ob venerationem Ordinis, atque supradictorum insignium Collectorum hinc ipsum pono ex supradictis Quetif, & Eccard Tom. I. pag. 865.

I. Oratio ad Sixtum IV. Romæ Anno MCCCCLXXXIII. habita.

CCCCVI.

CAPRA ALOYSIUS.

Capra illustris Familia celebratur usque à temporibus Reipublicæ Mediolanensis à Corio, Simonetta, Bossio, aliisque historicis, & in Schedis Architectis legi iuramentum Communitatis Mediol. pro libertate in manibus Benedicti Capræ præstitum die primo Martii Anno MCCCXLVIII. Franciscus etiam Capra Anno MCDXLVII. maxima familiaritate junctus fuit Carolo Gonzaghæ, necnon & Francisco Sfortiæ genero Philippi Vicecomitis Ducis Mediolani, nam ejus operâ idem Gonzaga Dominium Mediolanense Sfortiæ Vicecomiti procuravit Anno MCDXLIX. Aloysius verò, de quo agimus, floruit Galeatii Sfortiæ temporibus, & Auditor extitit Francisci Gonzaghæ Cardinalis, ac Pontificii Legati ad Bononenses, qui pro rebus bene gestis ab Aloysio, ipsum, & IV. illius fratres in Cives Bononenses crearunt, ut ex privilegio Anni MCDLXXVII. ob etiam ejusdem præclaras virtutes, atque magnitudinem meritorum à Federico Cæsare, apud quem Orator extitit nomine prædicti Francisci Cardinalis Gonzaghæ, cum fratribus, & descendentibus masculis eorum Avus Palatinus creatur Anno MCDLXXIX. Deinde Episcopus Pisauriensis efficitur ab Innocentio VIII. Summo Pontifice, & ab Alexandro VI. Vicarius Cardinali Ascenio Sfortiæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario assignatur. Tanti Viri deperdita sunt scripta, quæ à pluribus cœvis Scriptoribus laudantur. Ipsius dies ultima fuit XIV. Augusti Anni MCDIC., ut ex infra scripta Inscriptione ejus Tumulo apposita in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Populo Romæ dilucidè constat:

ALOYSIO CAPRAE

DECRETORVM DOCTORI

PATRIA MEDIOLANENSI

S. D. N. REFERENDARIO

AC CANCELLARIAE APOSTOLICAE

REGENTI

IVRISPERITIA INTEGRITATE NOBILITATE

ET MAGNIS MERITIS PRAECLARO

HAEREDES POSVERE

VIXIT ANNOS LXI. MENS. VII. DIES XX

OBIIT XIV. AVGVSTI MCCCCLXXXVIII

Memorantur

- I. Consultationes plures Jur. & alia scripta extant in Archivo Cancellariæ Apostolicæ.
- II. Oratio ad Federicum Imperatorem nomine Cardinalis Francisci Gonzaghæ.
Hæc, præter Auctores supra citatos, afferunt Schedæ Co. Octavii Archinti, Ughellus in Episcopis Pisauriensibus pag. 802. Sironus pag. 50. art. 207. aliique.

CCCCVII.

CAPRA BALTHASSAR.

Verustissimam in Urbe Mediolanensi Capram Familiam, quam etiam quandoque Capellam dictam invenio, multa Patriæ Monumenta testantur, Viroque eruditione, & dignitatibus illustres peperisse Gentem hanc Lector etiam ex hoc nostro Opere cognoscat. Nunc sermo erit de Balthassare Aurelii, atque Hippolytæ Cruceje filio. Hic Cæsarei Comitis dignitate conspicuus Philosophicas artes tam serio coluit, ut ad summum in eis apicem pervenerit. Medicinæ quoque studiis operam dedit, in quibus Laurea donatus est; Astronomiæ vacavit etiam, quantumque profecerit, infra recensendum Volumen ostendit. Desideratus est Anno Salutis humanæ MDCXXVI. die VIII. mensis Maji.

Edita ejus Volumina hæc sunt:

- I. De Usu, & Fabrica Circini. Patavii, apud Pascatum, 1606. in 4., & Bononiæ, per Duccios, 1655. in 4.
- II. Tyrocinia Astronomica, in quibus non solum calculus Eclipsis Solaris, ab Astronomo magno Tycho Brahe restitutus, clarissimè explicatur, sed etiam facilima methodus erigendi, & dirigendi Cœlestis Thema ad ipsius Ptolomæi mentem traditur. Ibid.
- III. Disputationes duæ. Una de Logica, & ejus partibus; altera de Entimemate. Ibid. ut supra.
De ipso agit Curtius de Scriptoribus Medicis Mediol. pag. 170. Ignotus fuit Picinello.

CCCCVIII.

CAPRA BARTHOLOMÆUS.

Bartholomæus Capra in Urbe Cremona Francisculo Patre genitus, Præpositus primum Ecclesiæ Sancti Juliani Mediolanensis Diocesis, & Innocentii VII. Summi Pontificis à Secretis, Cremonensem rexit Ecclesiam ab Anno MCCCXV. usque ad MCCCXII. Tum Anno MCCCXIV. ad Archiepiscopatum Mediolanensem à Joanne XXIII. evehctus est. Interfuit Concilio Constantiensi Philippi Mariæ Vicecomitis Mediolani Ducis Legatus, ubi à Patribus una cum Jordano Cardinali Ursino pro Concilii Negotiis Generalis Commissarius electus est. Mediolanensis Ducis nomine Januensi Urbi præfuit; Sigismundum Imperatorem in Ambrosiana Basilica Coronâ Ferreâ impositâ Regem Italiæ renuntiavit. Martinum V. Pontificem è Constantiensi Concilio revertentem, Regiâ magnificentiam Mediolani excepit Anno MCDXVIII. Tandem dum Basileæ degeret, opibus suis pauperibus distributis, pietate, & doctrina clarus vivere desit pridie Kalend. Octobris Anno MCCCXXXIII. five, ut magis Ughello placet, Anno MCDXXXV. In eadem Urbe requiescit appositus binis sequentibus Epitaphiis à Maphæo Vegio Laudensi conscriptis.

QVEM

QVEM LEGIS INSVBRIS PRAESVL CLARISSIMVS VRBIS
 CAPRIGER HAC SITVS EST BARTHOLOMAEVS HVMO.
 VIR RECTVS PRAERAT POPVLIS ET IVRA FEREBAT:
 DIVA HVIC MENS DIVVM IVDICIVMQVE FVIT;
 ORATORQVE SVO VATESQVE INSIGNIS IN AEO
 INSIGNI DOCTOS AVXIT HONORE VIROS.
 EXTINGTVM HVNC MAGNI REGES FLEVERE DVCESQVE:
 TESTATA EST FLETVS PATRIA MOESTA SVOS.
 QVAEQVE VIRVM RAPVIT LACHRYMAS BASILEA PROFVDIT,
 ET QVOD CONCILIVM COGERAT IPSA SACRVM.
 DEBVERANT DVRAE TANTISPER FERRE SORORES,
 TARDIVS ET VITAE SOLVERE PENSA SVAE.
 TVNC VBI PAX TERRIS QVAM MIRO ARDEBAT AMORE,
 REDDITA TVNC COELO RESTITVENDVS ERAT.
 SED DEVS ACTVTVM SEDES ORNARE SVPERNAS,
 CONSVLTVMQVE SVIS MALVIT IRE BONIS.

FECERAT EXTINGTAS ITERVM FLORERE CAMOENAS
 CAPRIGER HAC SACRA QVI REQVIESCIT HVMO.
 IMPERIO GRATVS SVMMO GRATISSIMVS OLIM
 PONTIFICI SOLES REXERAT ILLE DVOS.
 ILLVSTRI TANTVM PLACVIT SVA VITA PHILIPPO,
 PRAESVL VT INSVBRVM MAXIMVS INDE FORET.
 CONFECTVS SENIO GRAVIBVSQVE ATTRITIOR ANNIS
 CONCILIO ACCITVS CONCILIVM PETIIT.
 MORIBVS ORNANDIS PACIQVE INTENTVS AGEBAT,
 CRESCERET IN TVTO VT LIMITE SANCTA FIDES.
 PROTIVS EXTREMI CONTRAXIT LYCIA FVSI;
 SIC PLACITVM PATRIAE VT DARET OSSA SVAE.
 NATVS IN ANTIQVA CLARA DE STIRPE CREMONA
 ITALIAE PRIMAS BARTHOLOMAEVS ERAT.
 OSSA SVB EXIGVO CLAVDIT BASILEA SEPVLCHRO:
 NOMEN VBIQVE VIRI SPIRITVS ASTRA TENET.
 EXTINGTVM VATES VESTRVM DEFLETE PARENTEM:
 CARMINIBVS VIVAT CARMINA QVI COLVIT.

Hæc sunt hujusce Scriptoris Opera :

- I. Bartholomæi Capræ Archiepiscopi Mediol., & Ducalis Gubernatoris Januæ Francisco de Barbavariis, & Aloysio de Crottis Ducalibus Secretariis Epistola Latina. Dat. Januæ VIII. Aprilis MCDXXIX. In ea ait, querendum esse, qui pro Duce Mediolanensi scribat, ejusque historiam texat. Multos viros eruditos proponit, sed in primis Antonium Panormitam Poëtam, quem cum Virgilio comparat.
 Extat in MS. Biblioth. Ambr. fol. sign. H. num. 49.
- II. Epistola ad Ubertum Decembrium, in qua ab eo postulat omnia gesta Caji Julii Cæsaris pro Imperatore. Dat. Constantiæ XVIII. Maji MCDXVI. Extat in

A

MS. Biblioth. Ambros. Cod. sign. E. num. 124. cum Responsione ejusdem Decembrii data Anno MCDXIX. Extant ad eum Epistola Leonardi Aretini Apologetica pro sua Aristotelis Translatione, & altera: Vultum & oculos esse animi iudices in lib. 7. epist. pag. 302. & sequent. edit. Basileensis Henrici Petri.
 Altera Poggii ad Bartholomæum Capram, cui mittit Dialogum suum de Avaritia, & expectat Judicium, cui acquiescat. Dat. Romæ XII. Januarii. Est MS. ibid. Cod. sign. E. num. 124.
 Extat ad eum Antonii Panormite Epistola cum litteris Francisci Sfortiæ Ducis Mediolani, ei nunciantis se electum a Duce ad conscribendam Historiam. Dat. Bononiæ I. Decembris MCDXXIX. MS. Ambr. fol. sign. H. num. 49. & in altero Cod. sign. P. num. 4.
 In

In Libro, cujus titulus: Carm. Illustr. Poët. Ital. T. X. extant bina Epigrammata Maphæi Vegii Laudensis ad Bartholomæum Capram, unum pag. 301. alterum quod incipit: *Magne Capra; Insubris Terre Sanctissima Præsul*; alterum pag. 309., quod est ejusdem Epitaphium, ut supra &c.
 Antonius Rhaudensis ei dicavit Metricam Commendationem Summi Pontificis Martini V., de qua suo loco. Ejus Epitaphio hæc subdit Jacobus Valerius in Schedis, quæ extant in Archivo Monachorum S. Ambrosii.
 „ Huic librum legalem de Verborum significatione Maphæus Veggius Laudensis Poëta eximius dedicavit, quem nos in nostra Bibliotheca Manuscriptum, & Pergamenum tenemus, cum Epistola ejusdem, quæ tanti Præfulis res gestas, & honores, ac dignitates capit = hæc ille.
 Agunt de eo Justinianus in hist. Januensi lib. V. Folieta lib. X. Arifius Crem. Litt. Tom. I. pag. 222. Siton. pag. 30. Art. 34. Ughellus in Mediolanensibus Tom. IV. Italiæ Sacræ, aliique permulti. Ejus etiam meminît Leonardus Aretinus lib. V. epist. 4.

C C C C I X.

CAPRA BARTHOLOMÆUS alter.

Sors mihi obtulit Orationem, quam Franciscus Cicerejus dixit in funere Bartholomæi hujus Capræ, ut meritò inter Scriptores Mediolanenses non minoris notæ enumerare ipsum potuerim; eam maxima cum voluptate legi in MS. ejusdem Francisci, de quo suo loco erit actio, & Opera, quæ infra recensero, Auctorem nostrum scripsisse inde cognovi. Interim nomina ejus Parentum scribo, scilicet Joannem Franciscum Capram, atque Claram Vicomercatam, ut notavit Cl. Sitonus, qui inter Juris Consultos Collegiatos hujus Urbis adscribit Bartholomæum Anno MDXLVIII. Quantum in litteris Græcis atque Latinis excelluerit, facilè omnibus apparebit ex ejus lucubrationibus, quas post Inscriptionem Tumulo ejus appositam in Templo S. Petri in Glasiate indicabimus. Obiit Anno MDLXXXIX.

BONI NON OBEVNT

BARTHOLOMÆO CAPRÆ
 IVRISCONSVLTO AVO
 IOANNI FRANCISCO ET
 CLARÆ VICOMERCATÆ
 PARENTIBVS
 BARTHOLOMÆO ET HIERONYMO
 IVRISCONSVLTIS ET
 MARCO ANTONIO ET LVDOVICO
 FRATRIBVS
 SIBI LIBERIS ET POSTERIS
 IO. BAPTISTA CAPRA SENATOR
 V. F. C.
 ANNO MDLXXXIII.

AD DEVM SED ABEVNT

Scripsit igitur:

- I. De Legibus Romanorum ex Paulo Manutio.
- II. De Lybiis Romanorum, uti legitur in Præfatione ejusdem Manutii ad Terentii Opera ab ipso edita.
- III. Quædam adjecit in libro Octaviani Ferrarii de Origine Romanorum, immo Curtius in libro: De Scrittori Milanensi pag. 104. ait eum Præfationem composuisse ad Opus Octaviani Ferrarii de Origine Romanorum.
- IV. Libros ejusdem Ferrarii marginalibus notis Latinis, & Græcis propria manu implevit.
- V. Inscriptiones II. ad Statuas Summorum Pontificum Mediolanensium, quæ in Collegio Jurisperitorum hujus Urbis visuntur, edidit.

VI. Physicam Aristotelis explicavit.
 Ad ipsum Octavianus Ferrarius suum Hbrum de Exotericis Sermonibus Aristotelis dicavit.
 Hieronymus Montanus oravit in ejus cooptatione in Collegium, cujus Oratio impressa fuit Mediolani, atque Lugduni.
 In ejusdem Nuptiis Orationem dixit Barnabos Carcanus, de quo infra.
 Extant ad eum plures Epistolæ tam Latino, quàm Italico Sermone Francisci Cicereji, eruditione refertæ scriptæ Anno MDXC. in MS. Biblioth. Marchionum-Fratrum Vicecomitum.
 Item Epistolæ tres Italicæ Aldi Manutij, prima data Bononiæ XXIX. Aprilis MDLXXXVI., altera XL Martii MDLXXXVII., postrema Pisis IX. Martii MDLXXXVIII., inter Epistolas Aldi editas Romæ MDXCII. apud Sanctem, & Socios.
 Vide Sitonum pag. 116. articulo 478.

C C C C X.

CAPRA FRANCISCUS, seu FRANCISCOLUS.

Franciscus, seu Franciscolus Capra Juris utriusque Laurea clarus, & propriis meritis plurimum commendabilis extitit, ac Bartholomæi filii ad Archiepiscopales Mediolanenses Infulas evecti splendoribus coruscavit. Inter Decuriones hujus Urbis recensitus, tantum sapientia valuit, ut cum Statuta Patriæ in unum paulo ante Volumen redacta emendanda essent, atque complenda, inter XII. Viros Sapientissimos, quibus id muneris demandatum fuit, cum Joannes Vicecomes Sacrum, & Civile Imperium in Insubres exerceret, selectus fuerit, ut illud Opus expleretur magna cum Reipub. utilitate, atque comodo. Jurisperitorum quoque Collegio in hac Urbe florentissimo annumeratus est Franciscolus Anno MCCCXLVIII. Porro Anno MCCCLI. Volumen illud magno labore, & fide collectum promulgatum fuit, & in mores deductum. Plurimam ergo laudem Francisco nostro conciliant

- I. Jura Municipalia Mediolanensis Urbis collecta, emendata, atque completa.
 De eo Siton. pag. 30. art. 34. Crescentius in Amphith. MS. apud Fratres Marchiones Vicecomites. Corius, aliique ab Octavio Comite Archinto in Collect. Monum. Famil. Mediol. Vol. I. laudati.

C C C C X I.

CAPRA, sive CAPELLA GALEATIUS.

Galeatio Capræ, quem nonnulli Galeatium Flavium dictum, Capellam nominant, Patria Mediolanum fuit, Genitor autem Joannes Petrus. Natalis ejus incidit in Non. Martias Anni MCDLXXXVII. In hoc homine morum candor, & eruditionis pondus ita certasse visa sunt, ut neutri victoria cesserit. Eruditorum sui Sæculi facile Princeps habitus est, eam ob causam Insubrum Ducibus acceptissimus, Francisco præsertim II. ex Sfortiadum genere, cui ne dum à Secretis fuit, verum etiam non parum profuit functus ad Remp. Venetam Legatione. Neque minorem nactus est existimationem Galeatius apud Carolum V. Cæsarem, qui post Francisci Ducis mortem Mediolanensis Ducatus possessionem iniit; etenim Cæsareo Decreto in eo munere, quod præclarè in conscribendis Principum litteris gesserat, confirmari meruit. Immatura morte raptus est terris Anno ætatis suæ L., & Corpus ejus in Templo Sanctæ Mariæ Servorum conditum est cum hoc Elogio, quod Balthassar in fraterni amoris testimonium ponendum curavit.

D. O. M.

D. O. M.
GALEATIO CAPELLAE
OB PERSPECTAM DOCTRINAM
MORVMQVE INTEGRITATEM
A FRANCISCO SFORTIA SECVNDO
MEDIOL. DVCE
IN SECRETARIVM ADSCITO
MOX A CAROLO QVINTO ROM. IMP.
CVM DITIO MEDIOLANENSIS
AD EVM REDIISET
IN EVNDEM ORDINEM COOPTATO
BALTHASSAR FRATER SVPERSTES
EX TESTAMENTO B. M. P.
VIXIT AN. L. OBIIT VII. KAL. MAR.
MDXXXVII.

Multa præclare scripsit, quorum omnium, quæ ad nos pervenerunt, hic damus titulos:

- I. De Bello Mediolanensi, & rebus in Italia gestis ab Anno MDXXI. usque ad Annum MDXXX. inter Pontificem, Gallum, Veneros, & Cæsarem pro restitutione Francisci II. Mediolanensium Ducis. *Novimberga, apud Petrejum, 1532. in 4. Argentina, 1557. in 8. Flanove, 1538. in 8. Basilea, 1574, & Italicè, Venetiis, per Franciscum Philopoli, & Jolium, utrobique 1539. in 4.* Extat etiam in Germania antiqua illustrata, Tom. II. pag. 1104., & in Grævii Thesaurò Antiqu. Italiæ, Tom. II. pag. 1249.
Hoc Opus ante editionem misit Galeatius corrigendum Benedicto Jovio cum
- II. Doctissima Epistola Latina, quæ servatur inter MSS. Epistolas ejusdem Jovii apud Comitem à Turre Rezzonici; ubi etiam habetur Jovii responsio hoc titulo inscripta: *Lusus, in qua, probatis ceteris, castigationes aliquot adjectæ sunt.*
De Italica hujus Voluminis Versione sub titulo: *Commentarij di Galeazzo Capella: mentio est apud Donium in Bibliotheca, fol. 45. Prima autem Latina editio fuit Anno MDXXXI.*
- III. De Bello Mussiano liber. Extat cum Historia Medicea Puteani pag. 116., & pag. 54. edit. in fol., & apud Grævium loc. cit. pag. 1225.
- IV. Dell' eccellenza, e dignità delle donne. Teste Picinello, pag. 231. Athenæi Script. Mediol., non indicato loco, anno, & Typographo.
- V. Antropologia di Galeazzo Capella dell' Illustrissimo Signor Duca di Milano. Libri III. *Venezia, presso gli Eredi di Aldo, 1533. nel mese di Gennaio.* Editio in Membrana servatur apud Marchionem Alexandrum Theodorum Trivultium. Laudatur etiam à Cl. Marchione Maffeo in Scriptoribus Veronensibus.
Agunt de ipso Moriggia in Nobilit. lib. 3. cap. 6. Abbas Ghilinus, part. 2. Theatri Viror. Illust. Conrad. Gerner. Biblioth. Univerf. Jo. Jacob. Frisius in Biblioth. Siton. pag. 159. art. 642. Curtius pag. 150., aliique plurimi.

CCCCXII

CAPRETTUS JOSEPH ANTONIUS.

Joseph Antonius Caprettus Mediolanensis cum satis acri polleret ingenio, minoribus studiis excultus in sæculo, ad capeffendum perfectioris vitæ Institutum inter Seraphicos Francisci Alumnos, quos Observantes nuncupare consuevimus, convolvit. Philosophicas, & Theologicas Scientias Scoti secutus sententiam, avidè, diligenterque coluit, & brevi ad alios quoque iisdem disciplinis imbuendos maturus, plurium annorum spatium in his è Cathedra enucleandis in nonnullis Ordinis sui Cœnobiis infudavit. Lectoris postmodum jubilati honorem sibi collatum Majorum placito aliis muneribus decoravit, nam Definitoris munere in Insabri Provincia optimè gesto, Anno Salutis nostræ MDCXCIV. ad Bolniæ Alceteria lustranda Visitatoris officio dignus judicatus est, neque opinionem de se conceptam fefellit, prudentia singulari, & observantiæ zelo injunctum sibi munus exercens. Paulo post ad laborum suorum præmium evocatus ad Superos, hoc posteris Volumen à se elucubratum reliquit:

- I. Opus Theologicum ad mentem Scoti. Extat MS. in fol. in Biblioth. S. Angeli.
Ita à Suis.
Tom. I.

CCCCXIII.

De CARATE ALBERTUS.

Genitum Caratæ cognomen pro vario Scriptorum ingenio, atque ætate dictum reperio nunc Caratam, nunc de Caratis, sed ut plurimum de Carate, ideoque hoc postremo appellandam modò censui, ne ordinem vocum sæpius invertere cogerer. Aliquot hujus Familiæ præclaros Viros hoc loco dabimus, Albertum in primis, qui Sæculi XII. Anno Septuagesimo, dum Mediolanensis Populus ad instaurandam paulo ante dirutam Patriam totus incumberet, Consulatum magna cum laude gessit. Ut autem renascenti Urbi suæ non deessent municipales Leges, Consul ipse cum Collegis plurimum laboris impendit; cujus testimonia sunt:

- I. Statuta Mediolanensis Reipublicæ eo Anno promulgata.
Id ex Gualvaneo Lib. XIII. Cap. 594. & seqq. in sua Collect. Monument. Famil. Mediol. refert Comes Octavius Archintus. Vol. I.

CCCCXIV.

De CARATE HIERONYMUS.

Eruditionem Hieronymi Carati Mediolanensis, & quidem in Ecclesiasticis rebus planè mirabilem, suspexit superius, quo vixit, Sæculum, & posteriora quoque dignis encomiis celebrabunt. Is sacrorum ministerio se devovens, & inter Clericos recensitus laudatissimo SS. Ambrosii, & Caroli Oblatorum Cœtui nomen dedit. Canonum sanctiones assiduo labore pervolutans ad amplissimum Laureæ decus pervenit, adjecta etiam Apostolici Protonotarii dignitate. Theologiæ quoque dedit operam, in qua Magister est renunciatus. Optimis Ambrosianæ Ecclesiæ Præfultibus Federico Borromæo, Cæsari Montio, & Federico Cacciæ, quorum nomina atque doctrinam Purpuram decorasse omnes fatentur, fuit acceptissimus, eisque in Diœcesi regenda sedulus adjutor adstitit. In conscribendis libris ad sacra spectantibus indefessus, in ultima etiam senectute nunquam à studiorum suorum cura cessavit. Habemus hujus Viri, quæ hic promimus:

- I. Tavole delle Opere esteriori, colle quali deve procurare ogni Curato di dar sodisfazione al suo Popolo. *Milano, per il Tradate, 1607. in 4.*
- II. De Juribus Parochialibus, ad Cardinalem Federicum Borromæum. *Mediolani, typis Archiepiscop. 1625. in 8., & Brixia, 1626. in 8.* Extat etiam MS. loco infra citando.
- III. Selecta Decreta de vita, & honestate Clericorum. MS.
- IV. Summa Rerum Episcopaliū. MS.
- V. Aphorismi Canonicorum, & Capitulorum Cathedralium. MS.
- VI. De Dignitate Episcopali. MS.
- VII. Summula de Pænis, & Censuris Clericalibus. MS.
- VIII. Piæ quædam Regulæ ad correctionem faciendam. MS.
- IX. Concilii Provincialis Descriptio. MS.
- X. De vita, & honestate Episcopi. MS.
- XI. Tabellæ XXXII. Decretorum Conciliorum Provincialium servandorum ab Episcopis Mediolanensis Provinciæ. MS.
- XII. De Episcopatu non appetendo. MS.
- XIII. Tabellæ Episcopales complectentes Episcoporum munera, & sollicitudines. MS.
- XIV. De Dignitate, & Potestate Metropolitana. MS.
- XV. Collectio Constitutionum, & Decretorum à Parochis promulgandorum. MS.
- XVI. Liber Officiorum Parochialium. MS.
Hæc omnia MSS. servantur in Biblioth. Comitum Cæsaris Montii.
De eo agit, sed brevissimè, Picinell. in Athen. pag. 335.

O o

CCCCXV.

CCCCXV.

De CARATE LEO.

Leonis de Carate Mediolanensis natalis Annus fuit MCCCLXII. Hunc bonis artibus excolendum Parentes curarunt, missumque ad Ticinensem Academiam in Pontificio Jure Magistrum creatum suscipere. Anno ætatis suæ XX. in Monasterio Sancti Petri in Cælo Aureo ejusdem Urbis Canonicorum Regularium suscepit Institutum, tum ad Cœnobium Frigidonariæ in Agro Lucensi se contulit sub Præsule Dionysio de Cermenate Viro doctissimo. Amicitia floruit Nicolai Albergati, tunc Prioris Carthusiæ, postea Archiepiscopi Bonon., & S. R. E. Cardinalis, qui ei Reformationis Auctor fuit, quæ quidem cœpta est MCCCCI. die II. Feb. per ipsum Leonem, & Thadæum de Binasco; cujus Reformationis etiam Leo Prior extitit. Id eo gloriosius Leoni nostro contigisse videtur, quod sexaginta ante annos Benedictus XII. id frustra tentasset. Deinde Petro de Tanzis Mediolanensi ipso Leone suadente bona sua ad id donante Anno MCCCCIV., approbante Petro Philargio Archiepiscopo, Monasterium Casoreti cum Canonicis IV. ipse Leo extruxit Anno MCCCCVI. Inde Venetiis, & alibi Reformationem ampliavit. Postremò ad Insulas Diomedas, vulgò di Tremeiti, ipsam dilatavit, cumque illi Monasterio præfesset, insigne Olei miraculum contigit, de quo Lateranensium Chronologi fusius agunt. Anno MCCCCXXI. Vicarius Generalis toti præfuit Congregationi, tum ad Eugenium IV. Legatus ab Ordine, ab eodem Reformationis approbationem obtinuit. Tandem in Monasterio Sanctæ Mariæ in Porticu extra Ravennam, quò se receperat, ætatis suæ Anno LXXVI. obiit, „ Univerſa Civitate ad invisendum Cadaver accur- „ rente, & post CCC. annorum spatium viget me- „ moria ægrotorum ad ejus Sepulchrum liberatorum. Teste Rosino in Lycæo Lateranensium, pag. 47. & 48.

Post se reliquit æternum zeli sui testimonium :

- I. Constitutionum Canonicorum Regularium Ord. Sancti Augustini Congregat. Lateran. Libri III., teste Picinello in Athenæo, pag. 387.
Instrumentum Cessionis Frigidonariæ factæ per D. Bafianum Mediolanensem, & electionis Leonis de Carate in ejus locum. Extat apud Pennot. Hist. Tripart. lib. 3. cap. 15. Dat. Anno MCCCCXXII. die XII. Maji. Bononiæ in Monasterio Sancti Joannis in Monte.
Eum inter Beatos recenset Bosca in Martyr. Mediol. in notis ad Kal. Novembr.

CCCCXVI.

De CARAVAGIO POLYDORUS.

Polydorum celeberrimum Picturæ Professore, Caldariæ Familiæ germen fuisse optimè novèram, diuque anceps fuit animus, utrum sub gentis suæ nomine, an potius sub eo, quo communiter vocari solet, in hoc Opere censendus esset. Traxit tandem omnium consuetudo, quibus mos est, oblitterato, ut ita dixerim, cognomine stirpis, eum à Caravagio semper, & ubique nuncupare. Caravagii ergo natus primum Fabris domos ædificantibus Operarius interveniens, cum Romam se contulisset, ex aspectu Operum Joannis Utinensis, qui ædificia à Leone X. excitata pingebat, tanto in Picturam flagravat ardore, ut vix desiderio concepto metam jam tetigisse visus fuerit; plurimum ei profuit societas Mathurini Florentini ejusdem Utinensis discipuli in Magistri sui lectionibus communicandis, ita ut Polydorus focium ipsum brevi tempore superarit. Cum eodem Mathurino venerandæ Antiquitatis Romanæ rudera undecumque collegit. Comes etiam fuit Pe-

A regrini Mutinensis, cum quo plura Urbis loca picturis decoravit. Mathurino tamen, cum quo Polydorus communiter vivebat peste sublato, Urbem egressus Neapolim perrexit, hinc in Siciliam transfretavit, ubi inter cetera Arcus Triumphales Carolo V. è Tunetensi proelio redeunti excitandos ejus ingenio, atque prudentiæ illius Civitatis Magistratus tradidere. Cum verò plures arte sua divitias sibi comparasset, à fervo bonis ejus inhiante, barbarè & proditoriè suffocatus interit. Hæc etiam literis mandavit:

- I. Opus præclarum ad Picturæ artem spectans Polydorum composuisse, asserit Picinellus loco mox citando.
II. Figures de Polidore de Caravaggio. MS. in fol. extat in Bibliotheca Colbertina num. 3570. Ita Montfauconius in Biblioth. Biblioth. MSS.
Extat ejus Vita apud Isaac Bullard. in Accad. de Scien. & des Arts, pag. 587. Tomo primo.
Meminerunt ejusdem Paulus Moriggia lib. 1. Hist. Mediol. cap. 59. Petrus Paulus Bosca de orig. & statu Biblioth. Ambros. lib. 4. Orlandus in Abecedario Pictorico pag. 373. atque Picinellus pag. 473.

CCCCXVII.

De CARAVAGIO VINCENTIUS.

Vincentio, cui cognomen à patria inditum, Caravagio videlicet fatis celebri in Mediolanensi Ducatu non procul Abdua flumine sito Oppido, cum inter Capuccinorum Claustra Minorum Ordinem esset amplexus in Brixienſi Provincia, pietas, sanctique mores singularem conciliarunt existimationem. Sacerdotali functus dignitate plures in Religione transegit annos, humilitate, atque in proximos charitate venerandus. Animabus juvandis intentus frequentibus Operibus infudavit :

- I. Speculum Perfectionis: primum quidem Germanicè editum, inde ab Antonio Hemertio Canonico Regulari S. August. Latine linguae donatum, nunc verò auctum, correctum, & notis illustratum per P. Vincentium à Caravagio Ordinis Capuccinorum. Brixia, apud Marchettum, 1590. in 8.
II. Officium parvum S. Francisci, additis aliis devotissimis precibus, & orationibus. Roma, 1615.
Ex Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum, à Dionysio Genuensi contexta. Edit. 2. pag. 316.

CCCCXVIII.

CARAVAGIUS JO. ANDREAS.

Jo. Andreas Caravagius Mediolanensis, genere Nobilis, vota edidit inter Clericos Regul. Sancti Pauli Anno MDCXXXVI. Post emensa Studiorum curricula sacras Conciones pro Quadragesimali tempore elegantissimas composuit, quas per XLVII. annos recitavit magna ubique cum laude, præsertim apud Innocentium XI. Summum Pont., & Leopoldum Cæsarem, à quo benevolentia singulari, magnisque muneribus donatus est. Præfuit Collegiis insignioribus, & bis Visitatoris Generalis dignitatem obtinuit. Dum Sacras Scripturas publicè interpretaretur è suggestu, pleuritide correptus raptus est è terris V. Feb. MDCXCIII. ætatis suæ LXXVI. Beneficentiam ejus S. Alexandri Collegium sensit, eumque tam Sacrarium, quam Bibliotheca elegantibus ornamentis exulta testantur. Editissimum quoque Templi Pinnaculum ejus opera excitatum est.

Impressum est Mediolani post illius obitum Quadragesimalium ejus Concionum ingens Volumen, cui est titulus :

- I. Prediche Quaresimali. Milano, per Carl' Antonio Malatesta, 1695. in 4.

CCCCXIX.

CARAVAGIUS PETRUS PAULUS.

Petrus Paulus Caravagius, à Joanne Ambrosio, & Maximillâ Archintâ Anno MDCXVII. Mediolani genitus, sub Præceptoribus optimis educatus est. Grammaticas artes à Gaspare Scioppio, Mathematicarum autem rudimenta intra domesticos parietes ab ineunte ætate didicit à Patruo suo Joanne Baptista, qui post multa emerita stipendia, Militum Tribunus, obsessæ Arcis Corbejenfis Præfectus à Serenissimo Cardinali Infante constitutus, dum illam strenuè tueretur fato cessit Anno MDCXXXV. His principiis studia profecutus, ad summum doctrinæ, atque eruditionis fastigium pervenit, & in prima juventute Ædilitio munere functus Anno MDCXLVI. ad Militiam conversus magnam adeptus est laudem. Cùm autem de munienda Urbe Derthona ageretur Anno MDCLV. hæc illi demandata est provincia, evehusque in bene gesti muneris præmium ad Infubrum Peditum Tribunatum eodem Anno fuit. Mox Marchione de Caracena hujus Urbis Moderatore in primis hortante, ac suadente, Senatus, permutatâ lecturâ Artis Oratoriæ, & Græcæ linguæ in Mathematicarum expositionem, has disciplinas aded utiles & necessarias ei publicè exponendas commisit in Palatino Gymnasio. Geometriam, atque Analyticam præcipuè coluit, in qua eam partem maximè promovit, quæ Problematum determinationem respicit, illam in infinitum producens, ubi Euclides in primo Planorum gradu, Eutocius verò, Bonaventura Cavalerius, ac Ricardus Albius in solidorum secundo tantummodo perstiterant. Vir fuit præclarissimus, Scientiarum multitudine conspicuus, dignusque habitus, cui omnium domini Mediolanensis Arcium inspectio Anno MDCLXXVI. demandaretur. Multa callebat exotica Idiomata, Græcum, Hispanicum, Gallum; quorum primum nullo Præceptore didicerat. Præfatus Marchio de Caracena tanti Caravagium habuit, ut Secretiori comitante Consilio primam ab eo in Palatinis Scholis habitam lectionem audierit. Obiit Anno MDCLXXXVIII.

Opera ejus, quæ lucem viderunt sunt:

- I. In Geometria malè restaurata, ab Auctore A. S. L. Rimæ detectæ. Accessit Index errorum Antonii Santini, Romæ Matheseos Professoris in Appendice inclinationum. *Mediolani, apud Montiam, 1650. in 4.*
- II. Geometria applicationum deficientium, figura data specie. *Mediolani, apud Bidellum, 1659. in 4.*
- III. Copia di una risposta data ad un Quesito d'Arithmetica dal Signor Pietro Paolo Caravaggio, pubblicata per comun beneficio, e dedicata al Sig. Conte Bartolomeo Arefe. *Milano, presso il Monza, 1654. in 4.*
- IV. Methodus resolvendi omnes Æquationes Cubicas, & Quadrato quadraticas &c. *Mediolani, apud Ramellatum, sine anno in fol.*
- V. Fragmentum Prolusionis Geometricæ: Carmen. *Mediolani, sine anno, & Typographe in fol.*
- VI. Prolusione, o sia Metodo di leggere a' Scolari le Matematiche. *Milano, senz' anno, e nome dello Stampatore in foglio.*
- VII. Parere su la Facciata del Duomo, con dimostrazioni Geometriche. Extat in lib. cui titulus: Della Facciata del Duomo.
- VIII. Inno. Carmen est Italicum morale, in fol. *sine anno, & Typographe.*
- IX. Ode. Carmen, ut supra Italicum morale. *Milano, per il Ramellati, sine anno, in fol.*
- X. Sestina, Sonetto, e Madrigale. Carmina sunt moralia, ut supra, Italicum idiomate. *Milano, per il Ramellati, sine anno, in fol.*
- XI. Carmi, co' quali meditando la morte con gli occhi rivolti ad un imagine d'un Carneame umano, proseguisce i suoi lai un vecchio oltre a settant'anni, cagionevole di sua persona per gravi, e dolorose infermità &c. *Milano, per Giulio Francesco Zanetti, 1687. in fol.* Hæc edidit tam Italicum, quam Latino sermone sub hoc nomine anagrammatico: Petrus Lucius Avarapagus.

- A XII. Esposizione morale sopra il Salmo LIV. di Davide, da Pietro Lucio Avarapago (Pietro Paolo Caravaggio) con tre Sonetti parimenti morali. *Milano, per il Ramellati, sine anno, in fol.*
Hæc quæ sequuntur, lucem adhuc desiderant.
 - XIII. Prolusio in Acroæses Archimedeas, habita Anno MDCLXIX. MS. pag. 18 in fol.
 - XIV. Oratio de Laudibus Scientiarum, habita in Scholis Palatinis. Anno MDCLXXI. die IX. Jan. MS. in fol.
 - XV. Oratio de Arte Militari, habita in Scholis eisdem. Anno MDCLXXII. die prima Decembris. MS. in 4.
 - XVI. Prolusio de Mathesi Carmen satis longum. MS. in fol.
 - XVII. Prolusiones III. de Geometria, & Arithmetica in Studiorum ingreßu. Vol. 2. MSS.
 - XVIII. Prolusio de Laudibus Græcæ linguæ. MS. pagg. 18: in fol.
 - B XIX. Considerationes in motu Ponderis super Currum. MS. in 4 cum figuris.
 - XX. Del modo di misurare una Piramide, ovvero Fusso Conico. MS. in 4. cum notis Latino Idiomate, atque figuris.
 - XXI. Discorso sopra i fogni. MS. in foglio.
 - XXII. Artem Poeticam anteponendam esse aliis Liberalibus Artibus. Prolusio Caroli Mariæ Madii, quam ipse misit cum Epistola scripta die XXXI. Martii Anno MDCLXXXVII. ad Petrum Paulum Caravagium, ut suum judicium ei daret, quod extat in Epistola ejusdem Caravagii, cum Epigrammate Italico, vulgò Sonetto, in supradicti Madii laudem. MS. in fol.
- Servantur omnes pones Marchionem Petrum Paulum Caravagium, Auctoris ex filio nepotem.
Opus etiam ei tribuitur, cui titulus: Modo di raddoppiare ogni Triangolo rettilineo &c. quod sub nomine Alberti Tirelli impressum fuit, ut suo loco dicemus in Art. Tirelli.
- C In Ambrosiano Lycæo adsunt Numismata, quæ Caravagium referunt. Laudatur à Mariangelo Sanbenedicto in annotationibus ad Profodiam Alvari, quæ extant in libro, cui titulus: Aucarium ad Grammaticam Philosophicam Paschalis Grossippi, scilicet Gasparis Scioppii. A Stephano de Angelis in libro Miscellaneo Hyperbolico & Parabolico, à Josepho Zaragoza Geometriæ Problemate in 8. Agunt etiam de ipso P. Mazzucchellus in suis Schedis, Placcius in Tomo I. de Anonymis, & Pseudo-Anonymis pagg. 35. & 330. Bartholomæus Curtius in libro de Medicis Mediolanensibus pag. 186., nec non Picinellus in Athenæo pag. 466.

CCCCXX.

CARAVAGIUS PETRUS PAULUS alter.

Ille, de quo proximè locuti sumus Petrus Paulus Caravagius, in eum, quem ex Cæcilia Resta conjuge lectissima suscepit filium non tantum nomen, sed & ingenium, atque eruditionem transtulisse visus fuit. Annus hujus natalis extitit superioris Sæculi Quinquagesimus octavus, & ab incunabulis magnum aliquid portendit infantis indoles ad optimas quascumque artes addiscendas aptissima. Grammaticæ ac politioris litteraturæ ingenuas disciplinas sub optimis Præceptoribus, Mathesim verò Genitore ipso tradente percepit. In hac postrema quantum excelluerit, testatus est Amplissimus Infubrum Senatus, cujus Decreto Anno MDCLXXIX. Patri Coadjutor in Mathesis Cathedra constitui meruit; eique, ut præfati sumus, Anno MDCLXXXVIII. vita functo dignus habitus est, qui successor decerneretur. Procerum eruditorum Metropolis hujus insignis consuetudine floruit, & ob spectatæ virtutis meritum Magistri Castrorum Infubriæ peditum Legionis honore Anno MDCXCVII. auctus, à Studiis tamen nunquam inter bellicas curas abstinuit. Rapuit eruditissimum Virum invida mors Anno MDCCXXIII. Immortalitati tamen nomen illius, quæ hîc recensemus, Opera consecrarunt.

- I. Li primi sei Libri degl' Elementi d'Euclide ad uso de' Scolari. *Milano, in 8.*
- II. Oratio de laudibus Mathematicæ habita Anno MDCLXXIX. coram Senatu, dum in locum Patris suffectus fuit in Lectura. MS. in fol.
- III. De methodo docendi Mathesim habita die XI. mensis Januarii coram Senatu, Anno MDC-LXXXIX. MS. in fol.

IV. Ora-

- IV. Oratio pro Arte militari. MS. in fol. pag. 18.
 V. Problemata varia Geometrica cum solutionibus. MS. in fol. iustæ molis.
 VI. Prolusiones plusquam centum pro Astronomia, Prospectiva, atque Geographica. MS. in fol. magnæ molis.
 VII. Tractatus de Cabala. MS. in fol.
 VIII. Dissertationes IV. de accentibus Græcis. MS. in fol.
 IX. De methodo, Tractatus integer. MS. in fol. pag. 90.
 X. Adnotationes in Diophantem de duplicata æqualitate, & de angularibus sectionibus libri VI. MS. in fol.
 XI. De Triangulis, & Quadratis in Zetet Vietæ. Tum Triangulorum Problemata. MS. in fol.
 XII. Discorsi IV. dell' Analitica; hos habuit in congressu Academico Nobilium in domo Oldradi, de quo Saxius in libro de Studiis Litterariis Mediolanensium.
 XIII. Trattato compiuto dell' Architettura militare. MS. in fol. iustæ molis, cum tabulis pluribus peregre delineatis.
 XIV. Un Trattato intero d'Arithmetica. MS. in fol. pag. 100.
 XV. Un Trattato degli Orologi Solari. MS. in 4.
 XVI. Alcune Dimostrazioni Geometriche spiegate, con approvazioni, e lodi dell' Autore in varie lettere del Padre Tommaso Ceva della Compagnia di Gesù, scritte l'Anno MDCLXXV. MS. in fol.
 XVII. De Sectionibus angularibus.
 XVIII. De Quadratura circuli, & parabolæ.
 XIX. Logistica laterum polygonorum circulo inscriptorum.
 XX. De loco resolutio.
 XXI. De æquatione, in qua sunt duæ indeterminatæ quantitates.
 XXII. De Conicarum linearum descriptione.
 XXIII. Descriptio Eclipsium.
 XXIV. Descriptio Hyperbolæ.
 XXV. De tangentibus lineatum Curvarum.
 XXVI. De sectione conterminali.
 XXVII. De sectione lineæ secundum extremam, & mediam rationem.
 XXVIII. De perpendicularibus ad sectiones conicas.
 XXIX. Synopsis libri quinti Apollonii.
 XXX. Synopsis Geometriæ, quæ perficitur per plana.
 XXXI. Resolutio æquationum planarum, & solidarum adfectarum sub lateribus.
 XXXII. De determinationibus in genere.
 XXXIII. Problemata triangulorum.
 XXXIV. De mediis proportionalibus.
 XXXV. Pro determinatione æquationum ambiguarum.
 XXXVI. Altera methodus resolvendi æquationes concessio postulato Vietæo.
 XXXVII. De duplicata Hypothesi.
 XXXVIII. De Climactica Paraplerosi.
 XXXIX. Arithmetica major cum examine fractionum.
 XL. De Triangulis rectangulis in numeris.
 XLI. De Numeris quadratis intra præfinitos limites.
 XLII. De duplicata æqualitate.
 XLIII. De extractione radicum ex binomiis.
 XLIV. De Numeris amicabilibus.
 XLV. De Numeris perfectis.
 XLVI. De Regula alligationis.
 XLVII. De Progressionibus Arithmeticis, & Numeris Polygonis ad Spiralem doctrinam.
 XLVIII. De Progressionibus Arithmeticis.
 XLIX. De Numeris Polygonis.
 L. De Electioibus, sive Combinationibus.
 LI. Quæstiones de fructibus, & interesse.
 LII. De sectione Triangulorum in data ratione per lineam ductam a dato puncto.
 A numero XVII. ad LII. extant in uno Vol. ingentis molis. MS. in fol., atque omnes servantur apud Marchionem Petrum Paulum Caravagium, Auctoris nostri filium.

CCCCXXI.

CARAVAGIUS TIBURTIUS.

Plurium ex Caravagia Familia eruditorum Virorum Elogia huic nostro inseruimus Operi, quorum nomina æternitate digna boni omnes tributim centuriatimque censebunt. Proferendus nunc in medium Tiburtius eadem gente progenitus, quem non doctrina tantum, sed pietas quoque singularis in hoc Theatrum adducit posteris suspiciendum: Nihil tamen omnino de hujus Viri natalibus, atque Parentibus, improbo licet labore omnia excusserim ad Ca-

A ravagios spectantia Monumenta, nosse licuit. Ejus tamen animi in Deum, & Christi Matrem religionem prodit ab eo conscriptus liber sequenti titulo:

- I. Dell' Orazione, ovvero Officio dell' Uomo Cristiano, con una nuova esposizione del Pater noster, e dell' Ave Maria, di M. Tiburzio Caravaggio Milanese. In Napoli, appresso Mattio Cancer, nell' Anno del Signore, 1558. in 8.
 Ex Cinelli Bibliotheca volante Pluteo XXII.

CCCCXXII.

CARCANUS AMBROSIUS.

B I N Ambrosio Carcano præter aviti sanguinis Nobilitatem, etiam eruditionis laus mirandum in modum excelluit. Clericali adscriptus militiæ, ultra Metropolitanæ Mediolanensis Ecclesiæ Canonicatum ex eo, qui Ordinarii dicuntur, Coetu, virtutis suæ merito ad aliam quoque Dignitatem ascendit, nimirum Præposituram Imperialis Templi Ambrosiani, cujus, retento etiam Canonicatu, possessionem iniiit Anno MCCCXCI. Cum autem Anno MCCCXCV. die Dominico VIII. mensis Augusti Joannes Galeaz Vicecomes Mediolanensis Ducatus, omnium primus esset suscepturus Insignia, Ambrosius noster nedum Sacrum solemne peregit, sed unus inter omnes selectus est, ut astante amplissimo Conventu Italicorum Principum, atque Episcoporum, Sermonem haberet, ex quo facile innuitur quantum in eo esset eloquentiæ. Paulò post, Anno scilicet MCCCXCVIII. die XXV. Septembris migravit è vita, sepultusque fuit in Atrio Ambrosianæ Basilicæ in Arca marmorea. Plura fortè scripsit, quæ posteros effugerunt; eum tamen digna laude fraudandum nullatenus existimavimus, ex sequenti tantum, cujus superest memoria, videlicet:

- I. Oratio ab eo habita in Coronatione prædicta Joannis Galeatii Vicecomitis.
 Meminit Auctoris nostri Manuale Ven. Primicerii Decumanorum Ecclesiæ, MS. in Pergamena in Archivo eorundem.

CCCCXXIII.

CARCANUS ARCHILEUS.

D M Edicus primi nominis, Sæculo XVI. Archileus Carcanus Petri Martyris Chirurgiæ Doctoris, atque Blancæ de Comitibus conjugum filius floruit. A pluribus Scriptoribus celebratur tanquam Vir omnimoda etiam eruditione refertus, ac præcipuè Poëtica facultate clarus, de qua plura juvenilibus annis testimonia præbuit; Musicam quoque summoperè coluit. Magistrum habuit in Re Medica Jo. Petrum Albutium, quem suo loco jam laudavimus, & ita se gessit, ut breviter Cathedram in Universitate Ticinensi omnium votis obtinuerit. Nescio interim, quibus tabulis fultus Morerius in suo Lexico Tom. II. scripserit, Carcanum nostrum Professore in Universitate Parisiensi extitisse, quod nullibi legi; ideo, tamen hoc Auctori nostro gloriosum foret, corrigendum esse existimo. Immatura mors eum rapuit ætatis annorum XXXII., ut ex infra scripto Eulogio, quod in Basilica Regum, nunc S. Eustorgii hujus Urbis, ubi tumulatus fuit Anno MDLXXXVIII., legitur:

ARCHILEO CARCANO PHIL. ECCELL.
 MEDICINAE IN GYMNASIO TICINENSI
 PROFESSORI PVBLICO
 INTER MVSICOS FACILE PRIMARIO
 OMNIVMQVE VIRTVTVM GENERE
 ORNATISSIMO
 FILIO DILECTISSIMO
 PETRVS MARTYR PATER
 MAXIMO CVM MOERORE
 P.
 VIXIT ANNOS XXXII.
 OBIIT ANNO MDLXXXVIII.
 KAL. SEXTILIS.

Quz

Quæ scripsit hîc refero fufius , quam in Curtio , & Picinello .

- I. Orationes II. Ticini habitæ. Altera in Templo maximo, Kal. Novembris Anno MDLXXX. de felicitibus ejus anni studiorum auspiciis.
 - II. Altera in Templo D. Augustini die XX. Novembris Anno MDLXXVIII. in funere Jo. Baptistæ Rafarii Novariensis Philosophi, ac Medici præstantissimi. *Mediolani, apud Jacobum Piccolom, 1582, in 4.*
 - III. Oratio in funere Jo. Petri Albutii Medici præclarissimi, habita Ticini die XIV. Aprilis Anno MDLXXXIII. Ita Curtius.
 - IV. De Peste Opusculum. *Mediolani, per Joannem Motium, 1577, in 4.*
 - V. In Aphorismos Hippocratis Lucubrationes. *Ticini, apud Hieronymum Bartolum, 1581, in 4.*
 - VI. De Methodo medendi, & collegiandi libri II. *Ticini, apud Bartolum, 1581, in 8.*
 - VII. De acutorum, & diuturnorum morborum causis, & signis: Libros editionis postremæ græco-latinae. *Parisis, in 4. emissæ, Petrus Petitus Medicus Parisiensis annotationibus auxit.*
 - VIII. Poëmata varia Italica. Ex Picinello.
 - IX. De morbis particularibus, Lectiones MSS. Vol. I. in fol. penes Physicum Collegiatum Jo. Baptistam Carcanum amicissimum, qui hujus, aliorumque suorum Gentilium illustrium Opera inedita mihi perhumaniter subministravit.
- Archilei Carcani cum laude meminerunt Curtius sæpe laudatus pagg. 88. 120. & 173. Jo. Petrus Crescentius in Amphitheatro pag. 162. Merklinus in Lindenio renovato pagg. 87. & 903. Picinellus pag 54.

CCCCXXIV.

CARCANUS BERNABOS.

NUnquam fatis gratias, quas debeo Cl. Sitono pro tot documentis mihi humanissime communicatis ad hanc meam Collectionem aptissimis referam. Inter ea seriè genealogica Familiæ Carcanæ enumeratur, ex qua cognovi usque ab Anno MCLXXXIX. floruisse Beltramum de Carcano Genuæ Prætozem, & item Bononiæ MCCXC., qui ex filio nepotem habuit Ardizonum, & ex ipso natus est Luchinus Bellotus Pater Bernabovis, de quo nunc sum locuturus. Interim mihi contigisse gaudeo in maxima Ambrosiana fegete Manuscriptorum observasse illos Auctoris nostri, qui præ latini sermonis elegantia, atque in amœnioribus Scientiis eruditione, à Viris suæ ætatis doctissimis meritò colebatur, & adhuc meis curis, ut spero, reviviscet. Suum condidit Testamentum Anno MCCCCLIV. (ut videre est ex Schedis Sitonianis) qui forsan eruditissimo Viro emortalis extitit.

Hæc vidi de ipso, & diligenter exscripsi.

- I. Oratio acta D. Simpliciano de Petrasancta Consiliario Ducali, & Locumtenenti, de mense Madii Anno MCCCCXXI. Extat in MS. Biblioth. Ambrosianæ sign. H. num. 49. in fol.
 - II. Oratio in Sponsalibus D. Bartholomæi Capræ. Extat ibid.
 - III. Oratio altera in Sponsalibus cujusdam Nobilis Mediolanensis. Extat ibid.
 - IV. Oratio altera pro gratiarum actione. Ibid.
 - V. Altera in Vicomercato recitata die III. Augusti MCCCCXXIV. pro Joanne de Sancto Marino de Urbino Doctore, & Comite, ac Martezanæ Præsidente, sive Capitaneo. Ibid.
 - VI. Facetis. Ibid.
 - VII. Epistolæ plures ad varios præstantes Viros, nempe ad D. Brandam Castillionæum. Data I. Augusti MCCCCXXVI.
- Alia Viro integro Marcheto Baldirono.
Alia Venerabili Decretorum Doctore Francisco de la Cruce Primicerio Ecclesiæ Mediolanensi. Data die XIX. Augusti MCCCCXXIX. eruditissima.
Alia præstanti, & integerrimo Viro Aloysio Crotto Ducali Secretario. Data die I. Maji MCCCCXXXVII.
Alia Ducali amplissimo Saonæ Consiliario Francisco Barbavaris. Data XXI. Decemb. MCCCCXXXVII.
- Tom. I.

Alia Reverendo D. Episcopo Papiæ.
Alia Jacobo Becheto.
Alia Bertolo Vicecomiti. Data die VII. Decembris MCCCCXXXVII.
Alia Litterato, & eximie virtutis Viro Antonio Canobienfi. Data Vicomercati die XXV. Septembris MCCCCXXXIV.
Alia ad eundem.
Alia Antonio Pessinæ.
Alia Modesto Jacomolo de Trivultio.
Alia Boschino de Angleria.
Alia Generoso Joanni Vicecomiti. Data XII. Maji MCCCCXXXVIII. Curiosa nimis.
Alia Præstanti Viro Angelo Confalvo de Urbino Legum Doctore, & Patri humanissimo, atque Provisionum Communis Mediolani Vicario. Data XIV. Januarii MCCCCXXXV. fatis longa, & eruditione Romana referta.
Alia Antonio Rhaidensi Theologo.

Adfunt etiam sequentes Epistolæ ad eundem, nempe

Antonii Pessinæ IV.
Antonii Canobienfi III.
Jacobi Becheti IV.
Boschini de Angleria I.
F. Antonii Rhaidensis I.
Omnes in supradicto MS. Ambrosiano.

CCCCXXV.

CARCANUS CHRISTOPHORUS.

Nimis parcè de Christophoro Carcano scripsit Picinellus, ideo Lector accipiat, quod accuratissimus de Patria summè benemeritus pluries laudatus Sitonus habet in suis Schedis: „ Christophorus „ Carcanus Marci, & Eleonoræ Turconæ conjugum „ filius, Dux cohortis peditum, subinde Stator Major Legionis peditum pro Catholica Majestate in „ expeditione bellica Vulturenæ, incola Portæ Com. „ Paroch. S. Thomæ in Terra Amara Mediolani, Testamentum condidit die XX. Junii MDCXXX. receptum „ per Johannem Baptistam Castillionæum fil. qu. Darii „ Notarium Mediolani, in quo mandat tumulari in „ Sepulcro olim D. Marci genitoris sui in Ecclesia „ S. Nazarii ad Petram Sanctam Mediolani. Extat „ ejusdem Capitanei Christophori mentio ex Inscriptione nigro marmore, & litteris aureis exarata „ in publico Oratorio Divo Christophoro dicato in „ Castro Vertemati Dioeces. Comi, tenoris, ut sequitur:

D. O. M.

ORATORIVM HOC B. DEI GENTRICI MARIAE
AC D. CHRISTOPHORO MART. DICATVM, SIBI
ET POSTERIS SVIS EXTRVENDVM CVRAVIT
DVX MILITVM CHRISTOPHORVS MARCI CARCANI
FILIVS, QVI DOMVM IPSAM (CASTELLVM
OLIM VETVSTISSIMVM NOBILIVM DE CARCANO
VARIAS OB CALAMITATES NON SEMEL RVINIS
OBRVTVM) A MARCO, ET BARTHOLOMAEO
FRATRIBVS INCHOATVM ABSOLVIT, ATQVE
ORATORIO ORNATVM IN EAM QVA NVNC
VISITVR FORMAM REDEGIT
ANNO SAL. HVMANAE
MDCXXXIX.

Scripsit:

- I. Historiam Familiæ Carcanæ absolutam die V. Maji MDCXXXIX. MS. in fol. ex paginis 87., quæ extat penes Comitem Bonaventuram Carcanum præfati Authoris ex filio pronepotem. Item penes Laurentium Johannem Petrum VII. Carcanum. Item penes Marchionem Carolum Camillum Carcanum; omnes viventes; & in Archivo Monachorum Cisterciensium S. Ambrosii hujus Urbis, qui MS. forsan fuit Jo. Baptistæ Blanchini, sicut legitur in Picinello pag. 156.

P p

CCCCXXVI.

CCCCXXVI.

CARCANUS DESIDERIUS.

Desiderium Carcanum non infimæ apud Infubres nobilitatis adolescentem Anno MDXCIII. ad suæ Congregationis Institutum amplectendum transisse, jure merito lætati sunt Clerici Regulares Sancti Pauli Decollati, qui vulgò à primario, quod coluerunt, & adhuc religiosissimè colunt in hac Urbe Sancti Barnabæ Collegio, Barnabites dicuntur. In eo enim præter aviti generis splendorem, ingenii quoque lumina præclarissima fulgere videbantur, quæ cum prorsus mirabili morum candore conjuncta perfectum quid intuentibus pollicebantur. Neque verò vana fuit de piissimo Juvene concepta spes; professus enim Anno MDXCIV. tanta contentione & litteris, & pietati operam dedit, ut ad aliorum quoque lucrum ingenii sui labores convertens sequenti Volumini conscribendo infudarit

- I. Lodi della Vita Religiosa. MS. in 4. sacra eruditione refertur. Extat in Collegio S. Barnabæ. Ita à Suis.

CCCCXXVII.

CARCANUS DONATUS.

EX Thoma Carcano Patriæ Decurione, atque Blanca de Petrasancta Matriona laudatissima conjugibus ortus est Mediolani Donatus, de quo hic sermo instituendus. Ne dum litterarum, & sanguinis ornamentis emicuit, verum etiam tale dedit prudentiæ specimen, ut cum Mediolanensis Respublica XII. decrevisset eligendos Viros, qui Capitanei nuncuparentur, & Libertatem ab hostium imperu sartam, rectamque servarent, Anno MCCCCXLVIII. Donatum inter eos enumerandum statueret. Gemina etiam prole felix fuit, ex eo enim progeniti sunt Antonius, & ipse Mediolanensis Decurio Anno MCCCCLXXIV. renunciatus, atque Michaël Ordinis Minorum, cujus sanctimoniam, ac doctrinam paulo post referemus. Gratissimus fuit Cosmo Mediceo, ut patet ex Opere infra laudando. Cetera tanti Viri gesta oblivione deleta sunt, nimisque jejune de ipso loquuntur Monumentorum Patriæ Collectores. Nos ejus Opus hic proferimus.

- I. Donati Carcani Rogatio ad Clarissimum Virum Cosmum Medicum Patrem Patriæ. MS. in Laurentiana Medicea. Pluteo LIV. In fine sic legitur: „ In hunc Donatum, cum is totius corporis vestimenta reportasset, Bartholomæus Scala „ in hunc modum luit. Desiderantur tamen Scalæ Carmina. Ex Montfauconio Biblioth. Bibliothecar. MSS. T. I. pag. 142. Donatum Carcanum Epigrammate laudavit Lancinus Curtius lib. XI. pag. 91. verum non Scriptori nostro, sed Donato Juniori equitum Tribuno Senioris hujus ex Antonio filio nepoti, Carmen illud scriptum fuisse, & ætas Lancini prodit, & amicissimus JC. Sitonius nos perhumanitèr monuit.

CCCCXXVIII.

CARCANUS GASPARE.

Qantum sanguinis decus, & claræ stirpis origo, si recto perpendantur judicio, ad virtutis iter alacriter suscipiendum impellant homines, patet in Gaspare Carcano Mediolanensi. Hic enim postpositis sæculi commodis cum ad Prædicatorum Ordinem confugisset, ut Deo liberius inserviret, & in Cœnobio S. Eustorgii vota sua Domino reddidisset, non tantum moribus optimis præfulsit, verum etiam sacris disciplinis adeo se dedit, ut brevi temporis spatio Sacræ Theologiæ Magister appellatus in Bononiensi Generali Conventu Anno Salutis nostræ MDC-

A XV. celebrato, Studiorum Præfectus, & Regens in Patria fuerit constitutus. Complures Annos ibidem Philosophiam, & Sacras Litteras è Cathedra Alumnis suis tradidit tanta cum fama, ut ad percipiendam optimi Præceptoris doctrinam ex Germania, Polonia, atque Anglia factò, ut ita dixerim agmine, discipuli convolarent. A sui Instituti Moderatoribus summa in existimatione habitus fuit, & à Seraphino Sico Generali Ordinis Magistro Censor constitutus reperitur Operis F. Stephani Mantegatiæ (quem ubi dabitur opportunitas digna laude prosequemur) cui titulus: *Iter Hierosolymitanum*. Illud & recognovit, & censura sua probavit Kal. Novemb. MDCXV. Falli arbitratur Jacobus Quetif. Script. Ord. Præd. To. II. pag. 397. eos, qui asserunt Gasparem idem Volumen demò ab se recognitum Anno MDCLX. typis vulgasse. Si enim vera sunt à Picinello in Athenæo pag. 233. de ipsius morte tradita, id nullo pacto fieri potuit. Immatura enim morte Terris raptum ætatis suæ Anno XL. ibi legitur excessisse. Unicum ejus ingenii partum superesse tanquam pretiosissimum thesaurum in Bibliotheca supralaudati Eustorgiani Cœnobii custoditum ex præfatis Scriptoribus didici; nempe

- I. Compendium Summæ Theologiæ Sancti Thomæ Doctoris Angelici. MS. loco citato. Vid. Picinellus in Athenæo loc. cit.

CCCCXXIX.

CARCANUS IGNATIUS.

Ignatium Carcanum Joannes Baptista Physicus Collegiatus Mediolanensis infra commendandus, & Camilla de Comite Anno MDCLXXXII. die IV. mensis Octobris genuere. Infantis indolem Pater tam sedulo bonis informandam artibus curavit, ut minoribus perceptis disciplinis Philosophiam, & Medicinam auditurus admodum adolescens missus fuerit ad Ticinense Archigymnasium. Quam attentam studiis operam dederit indicat honor Latræ Anno Sæculi nostri quarto, qui Ignatii erat XXII. ipsi collarus. Tantam verò apud Cives suos existimationem in ægrorum morbis curandis ob insignem peritiam adeptus fuit, ut certatim quodammodo ad infirmorum curam raperetur. A Collegiatis Physicis Mediolanensibus, qui Equitum, & Comitum dignitate, Pontificum, Cæsariumque decreto fulgent in Collegam adscitus est IV. Kal. Junii Anno MDCCVIII. Inter XII. Ediles Patriæ quoque recensitus reperitur; & publicæ Salutis Conservator: Mortalitatem exiit die III. Novembris Anno Christianæ Æræ MDCCXXX. & in avitum Tumulum ad Basilicam Regum illatus est.

Hæc illius habemus Scripta:

- I. Considerazioni su le ragioni, speranza, ed autorità; che approvano l'uso innocente delle Carni, Pelli, e Sevo, avanzi dell'epidemia bovina presente, del Fisco Collegiato Ignazio Carcani Conte, e Cavaliere Pontificio Cesareo, uno de' XII. dell' Illustrissimo Tribunale di Provisione della Città, e Ducato di Milano nell' Anno corrente MDCCXIV. Agl' Illustrissimi Signori del medesimo Tribunale. In Milano, per Marc' Antonio Malatesta, 1714. in 8.
- II. Riflessioni sopra la Naturalezza del lucimento veduto in un pezzo di Carne lessata il giorno XI. del mese di Maggio del Fisco Collegiato Ignazio Carcano, ed assieme un Discorso del Fisco Collegiato Paolo Gerolamo Biumi ambidue Conti, e Cavalieri Pontificio-Cesarei, Conservatori Generali del Macstrato sopra la Sanità dello Stato di Milano nell' Anno presente MDCCXVI. scritte agl' Illustrissimi Signori Presidente, e Conservatori &c. del medesimo Tribunale. In Milano, per Marc' Antonio Pandolfo Malatesta, 1716. in 8. De quo jam diximus in Hieronymo Bimio.
- III. Risposta Fisco-Medica del Dottor Ignazio Carcani Fisco Collegiato di Milano all' Illustrissimo Sig. Dottor Giovanni Massimo Perosio Fisco in Genova, sopra una Relazione di certe acque scoperte in Genova, data

data in Milano X. Decembre MDCCXVIII. in fol. MS. apud Jo. Baptistam Physicum Collegiatum Auctoris filium.

IV. Ricettario, e Metodo di medicare. MS. in fol. apud eundem.

Recudendam curavit Vitam Ven. Ignatii Carcani Ordinis Capuccinorum, quæ prodiit *Mediolani apud Malesiam*, 1724.

De eo agit Barthol. Curtius in suo libro de Script. Medicis Mediol. pagg. 201. & 242.

CCCCXX.

CARCANUS JOANNES BAPTISTA.

IN Joanne Baptista Carcano Mediolanensi, Bartholomæi, & Joannæ Balbæ conjugium filio, quanta Artis Medicæ fuerit eruditio, omnia testabuntur Sæcula, quæ in hujus Viri Codicibus Auctoris ingenium mirari poterunt. Celeberrimum Gabrielem Fallopium in Patavino Lycæo Præceptorem habuit, cui etiam in Anatomicis, & Chirurgicis artibus tradendis Professor publicus suffici meruit. Fallopii singularem amorem, qui se Annum vigesimum quintum nondum egressum à Republica Veneta in locum suum deligi curavit, commendat Auctor noster pag. 36. de Musculis palpebrarum, de quo Opere infra locuturi sumus. Munus verò Lectoris ob Fallopii mortem exercere non potuit, donatus tamen Manuscriptis omnibus à Præceptore exaratis. Reverfus igitur Mediolanum Anatomem lecturus ad Ticinense Archigymnasium mittitur, ubi maximam nomini suo famam peperit integros Annos XXV. succedente sibi Carolo filio. Primus omnium unionem quatuor Vasorum circa foetus cor observasse traditur, ideoque clarissimus habitus est nedum apud Italos, verum etiam apud exteros. Emortualem ejus annum nusquam inveni, Anno tamen MDC. adhuc in vivis fuisse testatur Inscriptio ab eo sibi ac posteris posita in Templo Sancti Erasmi hujus Urbis, quam ex Archintea Collectione proferimus.

IOANNES BAPTISTA CARCANUS
IN GYMNASIO TICINENSI
PROFESSOR PVBLICVS
IN ANATOMIA ET CHIRVRGIA EXERCENDA
SOLERTISSIMVS
ATQVE VIOLANTA SVDATA
CONCORDISSIMI CONIVGES
MORTIS INEVITABILIS
MEMORES
SIBI AC POSTERIS POSVERE
ANNO MDC.

Hæc ab eo conscripta, atque edita habemus:

- I. Jo. Baptista Carcani de Cordis Vasorum in Fœtu unionem; ad Nicolaum Boldonium Protophysicum.
 - II. De Musculis Palpebrarum oculorum motibus intervientium; ad Zachariam Caymum. *Ticini, apud Bartolum* 1574. in 8. cum suprascripto uno Vol.
 - III. De Vulneribus Capitis liber absolutissimus triplici sermone contentus. *Mediol. apud Petrum Tinum*, 1583. in 4.
 - IV. Exenteratio Cadaveris Illustrissimi Cardinalis Caroli Borromæi (idest Sancti Caroli). *Ibid.* 1584. apud eundem *Tinum*, in 4.
 - V. Lettera del felice successo di sua Anatomia fatta quest' Anno MDLXXXV. del mese di Gennajo nello Studio di Pavia, dedicata al nobilissimo, e dottissimo Giovane il Sig. Antonio Reina figliuolo del Molto Illustrissimo Signore il Sig. Gottardo Reina Regio, e Ducal Senatore, in 4.
- Epistolam Hieronymi Casani Philosophi celeberrimi ad eum datam Papæ die IX. mensis Decembris MDLXXXVIII. Carcani laudibus plenam, refert Moriggia Nobil. lib. III. cap. 17.
- Epigramma in ejus laudem cecinit Bernardinus Baldinus in libro, cui titulus est: *Lusus*.
- Meminerunt Auctoris nostri Vanderlinden de Scriptis Medicis, Mangetus, Picinellus in Athenæo pag. 274. Curtius de Script. Medicis Mediol. pag. 109. & sequ. aliique plures.

CCCCXXI.

CARCANUS JO. BAPTISTA alter.

ALterum nunc Joannem Baptistam ex eadem Carcana gente Anno MDCXXVI. ex Conjugibus Archileo juniore, ac Martha de Bernardis Mediolani ortum laudandum suscipimus. In Academia Ticinensi majorum suorum laboribus litterariis illustri, Philosophiæ atque Medicinæ operam navavit, ibique in utraque Facultate Doctor renunciari meruit Anno Salutis humanæ MDCXLIX. Inter præcipuas illius laudes merito numerari potest Ignatii ejus filii, quem haud multo ante commendavimus, virtus, atque doctrina. Ægris in hac Urbe annos circiter sex & quinquaginta Medicam opem tulit, & octuagenarius vivere desit apud mortales die XIII. Octobris Anno MDCCV.

Hæc hujus Viri doctissimi MSS. Volumina sevidisse apud præfatum Ignatium ejus filium, testis est Curtius de Script. Medicis Mediol. pag. 243. & sequenti.

- I. Jo. Baptista Carcani M. D. illorum omnium, quæ in prima Fen libri primi Canon. Avicennæ, atque in arte Medicinali Galeni, nec non in Hippocratis Aphorismis continentur, breve, & dilucidum compendium. MS. in fol.
- II. Repertorio sopra di molti Classici Autori antichi, e moderni, che dimostra le indicazioni nelle malattie. MS. in fol. Tomi VII. In his Auctor noster secutus est ideam Indicis, sive Mercurii Compitalitii à Boneto conclusi.
- IV. Defensio pro Francisco Tinello Chirurgiæ perito, in duas Allegationes divisa, in quarum postrema respondet ad quatuor quæstiones propositas à JC. D. Carolo Lampugnano; ea sunt:
 1. An possit sequi immissio arteriæ in brachio loco venæ basilicæ, seu hepaticæ absque culpa Chirurgi.
 2. An possit cognosci, postquam suppressus est sanguis, si pars arteriæ sit secta.
 3. An secuta tali incisione, & sanguine suppresso, possit ex cursu mensum dari debilitatio talis in brachio, ut inhabile reddatur ad munus suum.
 4. An, ex eo quod Chirurgus in secunda vena non adhibuerit lumen, possit dici in culpa.
 Hoc opus typis prodidisse asserit Curtius ipse loc. cit. Typographum tamen, locum, & annum reticet. Præter hæc enuntiata Auctoris nostri Opera, alia quoque illius MSS. servantur apud Physicum Collegiatum Jo. Baptistam nepotem suprascriptum, nimirum:
 - V. Aliqua in Hippocratem, in 4.
 - VI. De Medicinæ subjectis, ac de humoribus, in 4.
 - VII. Miscellanea, in 4.
 - VIII. Sylva medicamentorum, in 8.

CCCCXXII.

CARCANUS JO. BAPTISTA alter.

Tertium nunc laudabimus Joannem Baptistam Carcanum Fabricii, & Marthæ Garimbertæ Jugalium Mediolanensium filium. Natus ille est Anno superioris Sæculi Septuagesimo, & post laudabiliter exactam adolescentiam Societatem Jesu ingressus, in eo eruditissimorum hominum Cœtu præclara dedit ingenii sui, atque pietatis indicia. Huic non parum obstructa est numeris omnibus illustris Carcanorum Familia, vix enim quis capere poterit quo labore, & diligentia Gentis suæ Monumenta undique collegerit. Ex his non modicæ molis Volumen composuit hoc titulo indito.

- I. Memorie Istoriche della Famiglia Carcana, raccolte dal P. Giambattista Carcano della Compagnia di Gesù, dedicata agl' Illustrissimi Signori Alessandro, e Carlo Camillo Carcani Giuriconsulti Collegiati, Libri III. con l'Indice generale, e gli Alberi di questa Famiglia. MS. in fol. sign. num. 33. in Bibliot. Cisterciens. S. Ambrosii.
- Aliud exemplar pro impressione paratum, cum approbationibus, & Epistola nuncupatoria extat apud Marchionem Carolum Camillum Carcanum.

II. Isto-

II. Istoria dell' Isola di Corsica, e de' Porti della medesima, divisa in dodici Capitoli. MS. in eodem Codice, lib. III. à pag. 159. ad 201. lectu dignissima.

CCCCXXXIII.

CARCANUS JULIUS CÆSAR.

Julius Cæsar Carcanus Joannis Baptistæ filius, ab ipso adolescentiæ flore inter Clericos relatus, divinis se ministeriis mancipavit. Mores ejus, atque ingenium ad eruditionem, pietatemque formanda curavit Genitor in amplissimo hujus Urbis Seminario, in quo sub optimis Præceptoribus eruditus amoenioribus etiam Musarum artibus claruit. Inter Academicos Hermathenaicos ibidem cooptatus principatum etiam ejus Cœtus promeruerit. Philosophicas artes, quas in Lycæo Braydensi didicerat, in continenti Collegii ejusdem Templo magno cum plausu publicè propugnavit. Ad Congregationem Oblatorum SS. Ambrosii, & Caroli in hac Mediolanensi Urbe, ac Diœcesi florentissimam se contulit, hinc Majorum decreto Præfecturam Collegii Helvetici, & majoris Seminarii aliquando cum laude gessit. Præpositura postmodum Oppidi Missaliæ honestatus, identidem Mediolanum advocabatur Orationes elegantissimas prolaturus, quarum nonnullas in Basilica Metropolitana habuit. Ex his geminæ typis editæ sunt hoc titulo, Cardinali Archiepiscopo Alphonso Littæ dicatæ:

- I. Il buon Pastore. Panegirico per S. Carlo Borromeo.
 - II. Le virtù di S. Carlo. Panegirico per lo stesso.
 - III. Orationes plures aliæ. MSS. in fol. apud Suos.
- Supradicatas II. memorat Picinellus in Athenæo pag. 358. nec tamen annum, locum, vel Typographum indicat.

CCCCXXXIV.

CARCANUS MICHAEL.

Michaël Carcanus Donati ex Capitaneis Reipublicæ Mediolanensis, de quo jam diximus filius, Lomati, quod Oppidum est Ducatus Mediolanensis, in lucem editus fuit. Ejus quandoque cognomen recitetur, & à Patria nonnunquam Mediolanensis, sive de Mediolano dicitur; ut in litteris Fratris Baptistæ de Levanto Vicarii Generalis Minorum Observantium Cismontanæ Familiæ ad Patres Provinciæ Austriæ directis, ubi hæc leguntur: „ Mitto ad vos Venerandum Patrem Fratrem Michaëlem de Mediolano; & in Institutione ejusdem in Commissarium Provinciarum Austriæ, Bohemiæ, & Poloniæ sic legitur: „ In Christo tibi Venerando Patri Fratri Michaëli de Mediolano. „ Ceteri quoque omnes de eodem loquentes, seu Scriptis suis de eo memoriam facientes, semper ipsum Mediolanensem, seu de Mediolano, vocant. A pueritia Divinâ Gratiâ præventus, & optima indole ornatus magnum quid se esse futurum, portendebat. Sui status electioni vix maturus ad quoddam Sanctæ Crucis Cœnobium, tunc Ordinis Minorum Observantium, Civitati Novocomensi in Insubria vicinum, se contulit, ut parentum, amicorumque, forsân, aufugeret disuasionem, ibique supplex Seraphicum Observantium sibi dari habitum petiit, & obtinuit. Professione solemnî, post Novitiatus annum, emissa, cum paulo post segnis in Dei obsequio elanguisset, à S. Bernardino Senensi, ac à B. Alberto dicto de Sartiano, sed veriùs à Mediolano, acriter reprehensus, repente in virum alterum mutatus, strictiorem sibi proposuit vivendi normam, tantamque post hæc litterarum studio operam navavit, ut brevi, quasi Divinitus, præcipuas, quæ virum religiosum decent, Scientias sit affecutus; insignis namque Theologus, in Scripturis Sanctis studiosus, & eruditus, ac sæcularis literaturæ non ignarus evasit, ingenio subtilis, vita, & conversatione præclarus, Pietate ubique resplen-

dens, in rebus agendis prudentissimus, in declamando ad Populum vehemens, & cum esset celeberrimæ famæ, & opinionis, in præcipuis Italiæ Urbibus fructuosè prædicavit. Mira dicendi efficacia Auditorum, quocumque vellet, animos flestebat, tantoque spiritus fervore divinum emittebat eloquium, ut ad lacrymas, & pœnitentiam duriora mortalium præcordia efficaciter incitaret; Eâ frequentia concurrebant undique Populi, ut in plateis, & campis sæpissime prædicare cogeretur. Absque furo, & timore veritatem liberè pandebat, cujus rei gratia graves, molestasque passus est persecutiones, ita ut à toto Mediolanensi Statu fuerit pulsus, exulareque coactus, pro cujus reditu, & reconciliatione apud Galeacium Mariam Sfortiam Vicecomitem Mediolani Ducem impensè egit Vicarius Generalis Cismontanus Beatus Frater Angelus à Clavasio, & quidem cum felici eventu. Una cum Beato Bernardino de Fel-tro majoris Civitatis Mediolanensis Xenodochii amplissimi, & commendatissimi, alterius item Civitatis Novocomensis Hospitalis Sanctæ Annæ nuncupati, & Montium Pietatis Mediolani, & Novocomi Auctor fuit. In Civitate Placentiæ Anno MCCCCLXXI. cum ferventissimam ad Populum concionem habuisset, Civium accendit animos, ut Hospitale conderetur, nec non in aliis Civitatibus, & locis sparsum per Italiam inclutus hujusmodi piarum Editor, Propagator, & Fundator extitit. Et quia sanè erat fervidæ charitatis tam pii servi Dei proximi providere salutem, ejusdem etiam in fortunæ bonis indemnitati prospicere curavit, nam ad coërcendam usuram, & avaritiam tam Hebræorum, quàm Christianorum hebraizantium, ubique Civitatum, & locorum per totam Italiam Montes Pietatis, unà cum memorato B. Bernardino Feltrensi erexit.

Tam bonus, & operosus vir erat intimè charus Francisco Sfortiæ Vicecomiti, & Blancæ Mariæ ejus Uxori, Mediolani Ducibus, unde eorum, Carcanæque suæ opulentæ domus auxilio, potuit tam magna charitatis, & beneficentiæ ædificia instituire, & erigere. Blancæ Mariæ supradictæ erat à Sacris Confessionibus, cujus etiam morti interfuit, eique Sancta Sacramenta administravit. Quantum etiam posset apud Galeacium Mariam insignia opera, quæ ipso opitulante fecit, ostendunt, & quædam Epistola Cardinalis Piccolominei Papiensis Episcopi, qua Fratrem Michaëlem precatur, ut Ducem Galeacium, tamquam efficacissimum mediator inflecteret, ut sibi restitueret duas Arces ereptas ab offenso Duce, propter negatum suffragium Summo Pontifici nuper electo, clarè demonstrat. Semper indefessus, per multos annos toti Italiæ præcipuisque ejus Civitatibus, mira virtute, multisque prodigiis clarissimus illuxit. A Summo Pontifice Pio II. Verbi Dei celebris Prædicatoris Elogio meruit decorari. In Capitulo generali Perusino Anno MCCCCLXIV. die XX. Maji in electione Ministri Generalis totius Ordinis Minorum Fratris Francisci Roborei, qui ad Summum inde Pontificatum fuit evectus, assumpto nomine Sixti IV. egregium Sermonem habuit. In Vineâ Domini, cum usque ad extremum semper efficaciter fuisset operatus, proptereaque innumeros utriusque sexus è vitiorum cæno suis ferventissimis exhortationibus, & exemplis eruisset, plenus dierum, relictisque manifestis suæ Sanctitatis indicibus, tempore Innocentii Papæ VIII. Anno MCCCCLXXXV., vel MCCCXC. migravit ad Dominum, vel Novocomi in Conventu Sanctæ Crucis, ut volunt Arturus in Martyrologio Franciscano: Primus Aloysius de Tattis in Martyrologio Ecclesiæ Novocomensis: Mazara, & Aroldus mox citandi; vel Laudæ Pompejæ in Conventu Sancti Francisci, ut probabilius testatur Gonzaga, Cimarellus, Waddingus, Tossinianus, & Bernardinus Corius, & ipsi mox citandi. Corpus autem ejus Comi non fuit sepultum, quia inibi nihil profus de ejus servatur reliquis, ut fatetur ipsemet de Tattis. Laudæ autem caput ejusdem publicè in Ecclesia Sancti Francisci Fratrum

Fratrum Observantium conspicitur, & colitur usque in hodiernum diem; unde Corpus quoque Laudetum fuisse, non sine evidenti probabilitate credi potest, sed aliò forsan translatum à Patribus Conventualibus, quando Anno MDXXVII. Conventum Sancti Francisci ejusdem Laudensis Urbis Observantibus Fratribus cessere, ut asserunt aperte Gonzaga, & Wadingus: nullo modo Beatus iste Mediolani nec mortuus, nec sepultus fuit, ut testatur Marcus Ulyssiponenfis infra citandus: est enim ille Michaël Mediolani mortuus, ejusque Corpus Mediolani terræ mandatum alterius Beati Michaëlis de Mediolano quidem, sed non de Carcanis, ut mox dicetur. Floruit enim alter Michaël Mediolanensis ejusdem Ordinis Vir, de quo suo loco; cujus Opera cum his, quæ Carcanus noster exaravit, ita confusa sint, ut quamvis omnem lapidem moverim ad ea discernenda, tamen adhuc hæream an id plenè sim affecutus. Boni consulat Lector laborem nostrum.

- I. Sermonarium de commendatione virtutum, & reprobatione vitiorum, editum per Reverendum P. F. Michaëlem de Carcano Mediolanensem Ord. Min. Observantia, Præconem Apostolicum, à Dominica in Septuagesima ad Feriam III. in Albis. Adest in fine Epistola nuncupatoria Raphaëlis Pirogalli ad Reverendum in Christo P. F. Hieronymum de Torricellis, ubi se dicit suis sumptibus Editorem Operis. Impressum Mediolani per Uldericum Sizenzeller anno Domini 1495. die 8. Julii, in 4. Extat in Bibliotheca Ambrosiana, ubi etiam vidi sequentem Manuscriptum sign. L. num. 65. in 4. optimæ notæ, in Pergameno pagg. 1788. litteris rubro-nigris, & miniaturis deauratis ornatum.
- II. Quadragesimale de Fide, & Articulis Fidei per Fratrem Michaëlem de Mediolano Ord. Minor. de Observantia compilatum: ibi sunt alii Sermones usque ad Festum Sanctissimæ Trinitatis, & in fine sic legitur: „Explicit Opus Predicabile de Fide, & Articulis Fidei, compilatum per Venerabilem Patrem Fratrem Michaëlem de Mediolano Ordinis Minorum de Observantia nuncupatorum, Verbi Dei Prædicatorem egregium, & luculentissimum. Scriptum est IX. Januarii MCCCCLXVIII. Extat etiam in Cod. Pergameo sign. ☉. num. 53. in Bibl. Metropolit. hujus Urbis.
- III. Quadragesimale, sive Sermonarium; in fine sic legitur: „Explicit Sermonarium Triplicatum per Adventum, in quo tractatur de peccato in generali, & per duas Quadragesimas, in quarum una tractatur de tribus peccatis principalibus, Superbia videlicet, Luxuria, Avaritia, cum speciebus, & filiabus suis. In reliqua verò, de reliquis quatuor peccatis capitalibus, Gula videlicet, Accidia, Ira, & Invidia, cum speciebus, ac etiam filiabus suis diffusè describitur. Quod quidem compilatum est per Ven. Fr. Michaëlem de Mediolano Ord. Min. Reg. Obs. Verbi Dei Prædicatorem, impress. Venetiis per Franciscum de Heilbrum, & Nicolaum de Frankfordia Socios Anno 1476. Tomi II. in 4.
- IV. Quadragesimale de Pœnitentia, & ejus partibus. Venetiis, 1487. & 1492. in 4.
- V. Sermones de Adventu. Venetiis, 1480. in 4.
- VI. Confessionale, sive Methodus confitendi. Venetiis, 1513. in 8.
- VII. Sermones XI. more Scholastico in Decalogum, ex XX. Capite Exodi. Ex VVadingo.
- VIII. De Fide Christiana Liber. Basilea, 1479. in 4.
- IX. Sermo habitus in Comitibus generalibus MCCCCLXIV. die XX. Maji Perusii, de quo diximus supra. VVadingus in Tomo XIV. Annalium refert Epistolam ad F. Michaëlem scriptam Cardinalis Jacobi Piccolominei Episcopi Papiensis, datam Fulginii XVII. Januarii MCCCCLXXII., quâ ipsum rogat, ut quæ sit opportuna occasione, suadeat Duci Mediolani, ut restituat Ecclesiæ Papiensi duas Arces, quas ei abstulerat ob indignationem conceptam contra ipsum Episcopum. De hac jam diximus. Altera Epistola legitur in Tomo XIII. ejusdem Operis VVadingi data Senis die XIX. Julii MCCCCLXVIII. Baptiste de Levanto Vicarii Generalis Ordinis Minorum, quâ Michaëlem Carcanum instituit Commissarium suum ad visitandas Provincias Austriæ, Bohemiæ, & Poloniæ. Approbavit noster Librum Gabrielis Brebiæ in Psalmos, de quo diximus. Agunt de eo Martyrologium Franciscanum ad diem XV. Octobris, atque Petrus Paulus Bosca ad eundem diem in Martyrologio Mediolanense, Primus Aloysius de Tattis in Martyrol. Eccl. Novocom. ad citatum diem, eo quia Lomatii Carcanus noster Tom. I.

natus est, ut monuimus, in Diœcesi Novocomensi; sed Ducatu Mediol. Petrus Rodolphus Toffinianus Hist. Seraph. Relig. Benedictus Mazara in Legendario Franciscano, Heroldus Epit. Annal. Min. ad Annos MCCCCLXXII. & MCCCCLXXL. VVading. citatus, Caveus de Scriptor. Ecclesiast. Dupinius in Bibliotheca Ecclesiastica Tom. XII. pag. 118. Fabricius in Bibliotheca Scriptorum Medii Ævi T. V. pag. 225. necnon Picinellus in Athenæo pag. 426. Vide etiam Clar. Saxium in hist. Typogr.

C C C C X X X V.

C A R C A N U S P E T R U S.

Petrus Carcanus Mediolanensis Bertholini filius, Annis MCCCCLXXVII., & MCCCCLXXXVII. floruit. Militiam Clericalem secutus est, & Sacerdotii dignitatem adeptus, nunquam tamen ab ætioribus studiis colendis abstinuit, ut certo patet ex his, quæ paulo post recensebimus. Insigne pietatis illius Monumentum superest in Ecclesia Parochiali Oppidi Lonati, cui cognomen *Pozzolo*, Sancto Præfati hujus Urbis Ambrosio dicata. Ibi enim ad Aram Purificationis Deiparæ, & D. Bartholomæi Apostoli posita est marmorea Inscriptio his litteris incisa:

HOC PHANVM DIVI BARTHOLOMAEI
CONDIDIT DOMINVS PETRVS CARCANVS
SACERDOS INGENVVS
LITTERIS ET STIRPE CLARVS
ANNO CHRISTI MCCCCLXXXI.
X. KAL. OCTOBRIS
IOHANNE GALEAZ MARIA
DVCE MEDIOLANI SEXTO
P. C.

Addita sunt Familiæ Carcanæ Insignia cum initialibus suprascriptis litteris: P. C. idest, Petrus Carcanus.

Hoc ab eo elaboratum Volumen inveni:

- I. Terentii Comædiæ cum Variantibus Lectionibus interlinearibus, atque prolixis Notis marginalibus. In fine sic legitur: „Hoc Opus scripsit, atque Notas composuit Presbyter Petrus de Carcano Anno MCCCCLXXXVII. MS. in fol. pergam. optimæ Notæ, litteris rubro-nigris, atque deauratis. Extat in Biblioth. Ambrosiana Cod. E. num. 97.

C C C C X X X V I.

C A R C A S S O L A C A R O L U S.

Somaschenfis illustris Congregatio non parum lucis excepit à Carolo è nobilissima Mediolanensi Carcaffola Familia, qui in eadem vixit annorum XXI. curriculo. Post Rhetoricæ, Philosophiæ, atque Theologiæ studia optimè peracta, Romam fecit contulit, ubi in Clementino Collegio secundam ex supramemoratis facultatibus docuit, quod etiam summo cum plausu egit in Patria inter suos Collegii Sanctæ Mariæ Secretæ, ut vocant. Optimus quoque Sacer Orator evasit, nec non eruditus, ita ut in pluribus Italiæ Academiis sui ingenii monumenta protulerit. Deinde Canonicus Ordinarius Basilicæ Metropolitanæ effectus, in ipsa dignitate parum vixit, ut notat Picinellus.

Hæc de eodem damus:

- I. Orazione funebre per la morte del Conte Giovanni Borromeo. Hanc habuit in Academia Faticorum S. Antonii Mediol. M.
- II. I quattro Fiumi del Paradiso Terrestre: Panegirico per S. Antonio.
- III. L'Umiltà magnanima: Panegirico per S. Carlo Borromeo. Has ambas asserit Picinellus impressas fuisse Mediol. annum, & Impressorem silens.
- IV. Panegirici varj. Vol. I. in fol. MS. extat apud Suos. Videndus ipse Picinellus in Athenæo pag. 113.

Q q CCCCXXXVII.

CCCCXXXVII.

CARDANUS FACIUS.

NOmen Facii-Cardani Mediolanensis erit omni ævo memorandum ob singularem ejusdem virtutem, & magis eo quia Hieronymum genuit toto Terrarum Orbe celeberrimum, de quo paulo post dicturi sumus. Patrem habuit Facius noster Antonium, atque in lucem venit Anno MCCCXLIV. Mirum

A est, quot & inter se variis facultatibus Vir iste deditus fuerit, nam non solum in Medicina, nec non in Jure Civili, atque Canonico Laureas obtinuit, sed optimus Philosophus, & Mathematicus celebratur à filio in Capite III. Libri de Vita propria inscripto. Institutiones Juris publicè Mediolani docuit post ipsius ingressum in Collegium Nobilium J. C. C. quod accidit Anno MCCCCLXXXII. Obiit Anno MDXXIV. uti legitur in Sepulchrali Inscriptione ab immortalis filio pro eodem composita, & Tumulo in Ecclesia S. Marci condito, sic inscripta:

FACIUS CARDANVS IVRECON.

MORS FVIT ID QVOD VIXI VITAM MORS DEDIT IPSA
MENS AETERNA MANET GLORIA TVTA QVIES
OBII ANNO MDXXIV. QVARTO CAL. SEPT. AETATIS LXXX.
HIERONYMVS CARDANVS MEDICVS
PARENTI POSTERISQVE

V. P.

Opera illius sunt, quæ ex parte nos primùm producimus:

- I.** Prospectiva Communis D. Joannis Archiepiscopi Cantuariensis F. Ordinis Minorum ad unguem castigata, per eximium Artium, & Medicinæ, & Juris utriusque Doctorem, ac Mathematicum peritissimum D. Facium Cardanum Mediolanensem, in Venerabili Collegio Jurisperitorum Mediolani Residentem, Reverendissimo in Christo Patri, Apostolicoque Prothonotario, necnon Equiti Aurato, & Comiti Palatino Ambrosio Griphio Artium, Medicinæque Doctore præstantissimo, ac Theologo peritissimo. In fine libri, sic legitur:

*Optima, quæ fertur cujus pars optimo Rector,
Fausis Comeni clauditur auspiciis.
Quem Petrus impressit parvo non ære libellum
Hunc eme: Tu doctum perlege Lector opus.
Prima ego sum Virtus, quid me fortuna relinquas
Impressa est omnis pagina nostra vacat.
Ultima sim miror, quid enim sunt lumina manca
Me sine, & est illis me sine nulla fides.
Et quis Aristotelem sine me cognoscere possit
Scis Dea cognovi, sed sua causa subest.
Magna ratis magno curanda est.*

- II.** De Natura, & Fato, Disceptatio habita coram Jafredo Carolo Delphinatus Præside, & Mediolani Senatus Vicecancellariis, de qua vide in Artic. Archangeli Madrignani.

Extat Epistola ad eundem Petri Leonis Vercellensis, Canonici Sanctæ Mariæ Scalensis, sic inscripta: „ ad Clarissimum Facium Cardanum septem Artium liberalium Monarcham: „ legitur inter Opera ejusdem Leonis edita Mediolani.

Plura in ejus laudem Epigrammata cecinit Lancinus Curtius; ipsique librum XX. dicavit.

Agunt de Facio Cardano Pucinellus in Chron. Glassiense, Cap. LX. num. 3. & 4. Bartholomæus Curtius in Scriptoribus Mediolanensibus pagg. 53. & 74. atque Sitonius pag. 60. Art. 255.

CCCCXXXVIII.

CARDANUS HIERONYMUS.

Postquam tot Viri Scientiâ, atque in memoriis colligendis de nunquam famæ morituro Hieronymo Cardano laudatissimi extiterunt, quos inter celebrandi sunt Carolus Sponius, atque Gabriel Naudeus Vitæ Cardani Scriptorum eximii, nulla spes mihi erat aliquid amicis Lectoribus proferendi, quod jam ab aliis de Auctore nostro, ac illius Operibus dictum non fuisset. Sed bonis avibus tantum undique expiscavi, ut nullum forsitan pigeat confiteri non esse, quæ hîc scribo, ut in adagiis habetur, crambem recoctam. Ex pluribus ideo Auctoribus, brevissimam, ut potui, Vitam tanti Viri exhibeo, & post ipsam quantum de ejus

B Operibus nondum cognitis, daturus sim, libenter, ut spero, videbitur. Facius ex antiqua nobilique Familia Mediolanensi Cardana, mox à nobis non sine ingenti laude memoratus, ex patre sene, atque amasia Clara Micheria Hieronymum nostrum genuit. Hic, ut ipse ait cap. I. & II. de Vita propria, Anno MDVIII. Kal. Octobris hora noctis prima non exacta diem primam vidit. Miramur idcirco Viros tametsi præclarissimos, quorum etiam nonnulli librum ipsum Cardani de Vita propria citant, asseruisse natalem nostri Scriptoris incidisse in Annum vel MDI. die XXV. Augusti, vel MDIX. Kal. Septembris, in qua priori sententia sunt Curtius, & Bayle; in secunda verò Philippus Tomasinus, nam Horoscopum suum ipse Cardanus citato loco exhibet. Tam infirmam valetudinem obtinuit, ut variis morbis correptus, pluries mortis periculum obierit. Annum verò agens XX. Mediolano Ticinum missus fuit studiorum causa, ubi duobus penè elapsis annis Commentationes habuisse fertur super Euclidis Libros, & pro Fr. Romulo Ordinis Servorum B. M. Virginis primam Philosophiam, tum pluries etiam pro quodam Medico Pandulpho publicè interpretatus est. Patavium Ticino se contulit post initium Anni MDXXIV., quo Artium Magisterio decoratur, & Rector Academiæ instituitur; sequenti verò Medicinæ Lauream suscepit. Anno ætatis suæ XXXIII. Mathematicas professus est Mediolani, auxilio, ut ipse testatur, Philippi Archinti *Viri illustris, & Oratoris insignis*, & post V. annos Medicorum Collegio aggregatur, quos reluctantes ad hoc impulit auctoritas Francisci Crucei J. C. & Francisci Sfondrati Senatoris, postmodum Cardinalis. Oblatam in Ticinensi Lyceæ Medicinæ Cathedram se renuisse, ait in libro supradicto cap. IV., ubi etiam habemus eum Anno MDXXXVI. Placentiam migrasse vocante per litteras eodem Philippo Archinto. Inde reversus Mediolanum Medicinam professus est Anno MDXLIII. & cum jam ab Anno præcedenti sollicitaretur, instante etiam Andrea Vessallio, ut ad Regis Daniæ Aulam se conferret, proposita mercede Coronatorum DCCC. eo pergere noluit, non solum ob Regionis intemperiem, sed etiam ob Religionis dissimilitudinem. Mense Februario MDLII. in Scotiam perrexit, ubi fermè per annum commoratus est, donatus in reditu aureis gallicis MCC. Conquisitus est etiam ingentibus propositis præmiis à Summo Pontifice, & à Francorum Rege, sed recusatis omnibus, Anno MDLIX. Papiam concessit, ut Physicam profiteretur, ibique mansit usque ad MDLXII., quo Bononiam vocatus petiit, ope Divi Caroli Borromæi, & Francisci Alciati Cardinalium, eandem Facultatem traditurus, ibique civilitatis honore à Senatu decoratur; postea

postea verò aliquibus ærumnis oppressus, Romam ivit, in Collegium Romanum receptus, Summo Pontifice pensionem exhibente. Filios III. habuit, de quorum uno infra loquemur. Tanti ab omnibus etiam vivens celebrabatur, ut ejus Scripta auctoritatis pondus haberent. Variis Academicis Italiz adscriptus fuit, præsertim Affidatorum celebratissimæ, ubi Poeticæ facultatis testimonia etiam protulit, ut ex sequentibus patebit. Patronos, Amicosque semper coluit, inter quos numerantur, præter supradictos, Octavianus Scotus, Andreas Alciatus, Joannes Moronus postea Cardinalis, Ludovicus Maddius, Franciscus Vicomercatus, Jo. Petrus Albutius, Marcus Antonius Majoragius, Ludovicus Taberna. Ipse etiam posteris memoriam tradidit eorum, à quibus Scientias didicit, nempe Matthæi Curtii Papiensis, Brandæ Porri, Francisci Taëgii Novariensis, necnon ejus discipuli fuere. Ludovicus Ferrarius Bononiensis, qui postea Mathematicas professus est Mediolani, Ambrosius Bizozerus, Jo. Baptista Boscanus Senatus à Secretis, Gaspar Cardanus Auctoris nepos, insignis postea Romæ Medicus, & Benedictus Cattaneus Papiensis. Ei non defuere æmuli, de quibus agit in supradicto libro de Vita propria, in quorum numero fuit Andreas Camutius Gymnasii Ticinensis Professor, qui librum edidit hoc titulo: „Andræ Camutii Disputationes, quibus Hieronymi Cardani magni nominis Viri, Conclusiones infirmantur &c. *Papie, apud Bartolomæum, 1563. in 4.* „Supremum diem clausit Anno MDLXXVI. labente, vel sequentis initio; non autem MDLXXV. die XXI. Septembris, ut Thuano visum est, cum scilicet tribus diebus minus, LXXV. Annum implevisset, ut ipse ait, neque certè è vivis ereptus est die XXVIII. Aprilis MDLXXVI., ut Naudeo persuasum fuit; enim verò Cardanus in propria vitæ descriptione pag. 158. inquit: „Testamentum, ta plura condidi ad hanc usque diem, quæ est Calendarum Mensis Octobris MDLXXVI., Antequam moreretur fertur composuisse versus hos, forsan ut incidere sepulchro:

NON ME TERRA TEGET, CAELO SED RAPTUS
IN ALTO

ILLVSTRIS VIVAM DOCTA PER ORA VIRVM.
QVIDQVID VENTVRIS SPECTABIT PHOEBVS IN
ANNIS

CARDANOS NOS CET, NOMEN ET VSQVE MEVM.

Ut thema suum Astrologicum consonum esset veritati, omni cibo abstinuit, atque ita egit, ut mortem suam verè prædixit. Timebat videlicet ne si vita contigisset diuturnior, dictus fuisset in prædicendo errasse. Ita legitur in libro, cui titulus: „Reflexions sur les grands hommes, qui sont morts, en plaisantant, fol. 45. „Ex altero curioso libro inscripto: „Ultima verba, factaque, & ultimæ voluntates morientium Philosophorum, Virorumque, & Fœminarum Illustrium, *Amstelædami, 1721. in fol. T. I. pag. 70.* Nunc damus ejusdem Opera ex Indice, ut jacet in postrema Lugdunensi editione, aliquibus adnotatis suo loco, deinde alia ex Opusculo de Libris propriis desumpta, tandem illa, quæ nondum observata fuerunt.

In Tomo Primo.

- I. De vita propria.
Extat etiam MS. in Cod. Bibliothecæ Ambrosianæ; sign. G. num. 55. in fol. paginar. 249.
- II. Ephemerus de libris propriis.
- III. De Socratis studio.
- IV. Tricipitis Gerionis, aut canis cerberi Orat. ad Cardinalem Alciatum.
- V. In Thessalum Medicum.
- VI. Encomium Neronis.
- VII. Encomium Podagræ.
- VIII. Mnemofynon.
- IX. De Ortographia.
- X. De Ludo Aleæ.
- XI. Dialectica.

- A XII. Contradições Logicæ.
- XIII. De Uno.
- XIV. Hyperbechen.
- XV. Norma vitæ consarcinata, sacra vocata.
- XVI. Proxenetæ, seu de prudentia civili.
- XVII. De præceptis ad filios.
- XVIII. De optimo vitæ genere.
- XIX. De Sapientia.
- XX. De Summo bono.
- XXI. De Consolatione.
- XXII. Dialogus Hieronymi Cardani, & Facii Cardani Patris.
- XXIII. Dialogus Antigorgias, seu de recta vivendi ratione.
De hoc libro videndus Bailletus in Opere inscripto: Jugemens des Sçavans. T. 6. pag. 102. Act. 3.
- XXIV. Dialogus Tetim, seu de humanis consiliis.
- XXV. Dialogus de morte, seu Gulielmus.
- XXVI. De minimis, & propinquis.
- XXVII. Hymnus, seu Canticum ad Deum.
In Secundo.
- XXVIII. De utilitate ex adversis capienda.
De isto mentionem etiam habebimus in Jo. Baptista Cardano.
- XXIX. De Natura.
- XXX. Theonoston liber primus, sive de Tranquillitate.
- XXXI. Theonoston lib. II. seu Dialog. de vita producenda.
- XXXII. Theonoston lib. III. seu de animi immortalitate.
- XXXIII. Theonoston lib. IV. seu de Contemplatione.
- XXXIV. Theonoston lib. V. seu Hyperboreorum.
- XXV. De Immortalitate animorum.
- XXXVI. De Secretis.
- XXXVII. De gemis, & coloribus.
- C XXXVIII. De Aqua.
- XXXIX. De vitali aqua, seu ethere.
- XL. De Aceti natura.
- XLI. Problematum sectiones septem.
- XLII. Discorso del vacuo.
- XLIII. Se la qualità può trapassare di soggetto in soggetto.
- XLIV. De Fulgure.
In Tertio.
- XLV. De Subtilitate Libri XXI.
Summo plausu excepti fuerunt, & pluries impressi. Primò quidem *Neuremberga, apud Jo. Petrojum Impressorem, 1550.*, & dicati scilicet Ferdinando Gonzagæ Mediolanensis Status Gubernatori. Secundò prodierunt emendati, & aucti ab Authore Anno MDLIV. Cum jam iterum impressi fuissent *Lugduni, 1552.* Verùm cum Scaliger Exercitationes criticas edidisset in lib. Cardani de Subtilitate Anno MDLVII. triennio scilicet post secundam impressionem à Cardano factam, quam tamen Scaliger videre noluit, inquit Naudeus in Judicio de Cardano, ne videlicet laboris sui, quantumvis frustra impensum fructum admitteret (quod nempe errores illos, quos censurâ notavit Scaliger, Cardanus jam emendasset in secunda editione) Cardanus verò perspectâ Scaligeri censurâ libros tertio imprimere curavit, addita Actione in Scaligerum, cujus tit. Hieronymi Cardani in Calumniatorem librorum de Subtilitate Actio prima. *Basilea, in fol. ex Officina Petrina, 1560.* Dux aliæ habentur editiones lib. de Subtilitate, prima, *apud Bartholomæum Honoratum, 1580. in 8.*, altera, *apud Henricum Petrum, 1581. in 8.* quibus deest Actio in Calumniatorem: versi fuere in Gallicum. Idioma, & impressi *Parisi. apud Richardum Blancum, 1556. in 4.*
- XLVI. Actio in Calumniatorem librorum de Subtilitate, de qua paulo ante diximus.
- XLVII. De rerum varietate.
In Quarto.
- XLVIII. De numerorum proprietatibus.
- XLIX. Practica Arithmeticæ.
- L. Computus minor.
- LI. Artis Magnæ, sive de regulis Algebraicis.
- LII. Liber Artis Magnæ, sive XL. Capitulorum; & XL. Questionum.
- LIII. De Aliza regula.
- LIV. Sermo de plus, & minus.
- LV. Exercetion Mathematicorum.
- LVI. Encomium Geometriæ.
- LVII. Operazione della linea.
- LVIII. De proportionibus numerorum; motuum; ponderum, sonorum.
- LIX.

- LIX.** Della natura de' principj , e regole Musicali.
In Quinto.
- LX.** De restitutione temporum , & motuum Coelestium.
- LXI.** De providentia ex anni constitutione.
- LXII.** Aphorismorum Astronomicorum septemata septem.
- LXIII.** Commentarii in Ptolomeum de astrorum judiciis.
- LXIV.** De septem erraticarum stellarum viribus.
- LXV.** De Interrogationibus. Libellus.
- LXVI.** De Judiciis Geniturarum.
- LXVII.** De exemplis centum Geniturarum.
- LXVIII.** Liber duodecim Geniturarum.
- LXIX.** De revolutionibus.
- LXX.** De supplemento Almanach.
- LXXI.** Somniorum Synefiorum.
In Sexto.
- LXXII.** Encomium Medicinæ.
Extat etiam amplior cum Cl. Virorum Epistolis , & Responsis tum Medicis , tum Philosophicis , edente Jo. Beverovio , *Roterodami* , 1665. in 8.
- LXXIII.** De sanitate tuenda libri quatuor.
- LXXIV.** Contradictentium Medicorum libri decem.
In Septimo.
- LXXV.** De usu ciborum.
- LXXVI.** De causis , signis , & locis morborum.
Extat etiam MS. in Bibliotheca Regia Parisiensium. 6643.
- LXXVII.** De Urinis Lib. I.
- LXXVIII.** Ars curandi parva.
- LXXIX.** De methodo medendi , sectiones tres.
- LXXX.** De radice Cina.
- LXXXI.** De Cina radice , sive decoctis magnis.
- LXXXII.** De Sarfa Perilia.
- LXXXIII.** Epistola de Oximelitis usu in Pleuritide.
- LXXXIV.** De Venenis libri tres.
- LXXXV.** Commentarii in lib. Hipocr. de alimento.
In Octavo.
- LXXXVI.** Commentarii in Hippocrat. de aëre , aquis , & locis libri VIII.
- LXXXVII.** Commentarii in Aphorismos Hippocrat. lib. VII.
Forfan copiosior est MS. à Tomafino indicatus hoc titulo: Hieronymi Cardani Lectiones in omnes Hippocratis Aphorismos , scriptæ Anno MDLXI. Incipiunt : „ Observandum primum ut liber sit prædicti Auctoris : finis : „ Est enim omnium , quos descripsimus potestatem. Extabat MS. apud Joannem Dominicum Sala Patavinum Medicum. Ex prædicto Tomafino.
- LXXXVIII.** Conclusiones ex Lapidibus Galeni in explanatione Aphorismorum.
- LXXXIX.** Apologia ad Andream Camutium.
- XC.** Comment. in Hipocrat. Prognostic. lib. IV.
In Nono.
- XCI.** Comment. in lib. Hippocratis. De septimestri partu.
- XCII.** Examen XXII. Ægrorum Hippocrat. in Epidem.
- XCIII.** Consilia Medica ad varios morbos.
- XCIV.** Opuscula Medica fenilia , sive de Dentibus libri quatuor.
- XCIV.** De Dentibus liber V. sive de Morbis Articularibus.
- XCVI.** Comment. in primam Hazen.
- XCVII.** Vita Ludovici Ferrarii , & Alciati.
In Decimo.
- XCVIII.** De Arcanis Æternitatis.
- XCIX.** Politica , seu Moralium liber unus.
- C.** Elementa linguæ Græcæ.
- CI.** De Inventione. Tractatus.
- CII.** De naturalibus viribus. Tractatus.
- CIII.** De Musica. Liber.
- CIV.** De integris. Tractatus Arithmeticus.
- CV.** Expositio Anatomie Mundini.
- CVI.** Comment. in Hippocrat. de ratione victus in acutis.
- CVII.** Comment. in duos libros priores Epidem. Hippocratis.
- CVIII.** Tractatus de Epilepsia.
- CIX.** De Apoplexia.
Paralipomenon libri XVIII.
- CK.** De humanis civilibus successioneibus.
- CXI.** De humana perfectione.
- CXII.** De Admirandis.
- A** **CXIII.** De dubiis naturalibus.
- CXIV.** De rebus factis raris , & artificijs :
- CXV.** De humana compositione naturalium :
- CXVI.** De mirabilibus morbis , & symptomatibus :
- CXVII.** De Astrorum , & temporum ratione , & divisionibus .
- CXVIII.** De Mathematicis Quæstis .
- CXIX.** Historiæ Lapidum metallicorum , & metallorum :
- CXX.** Historiæ Animalium .
- CXXI.** Historiæ Plantarum .
- CXXII.** De Anima .
- CXXIII.** De dubiis ex historiis :
- CXXIV.** De Clarorum virorum vita , & libris .
- CXXV.** De Hominum antiquorum illustrium judicio .
- CXXVI.** De Usu hominum , & dignotione eorum tum cura , & errore .
- CXXVII.** De Sapiente .
Hic explicit Index editionis Lugdunensis .
- B** Sequens Opus non est in Collectione prædicta :
- CXXVIII.** Hieronymi Cardani Medici Mediolanensis *Metoposcopia* libris tredecim , & octingentis faciei humanæ iconibus complexa . *Parisii* ; apud *Thomam Joly* , 1658. in fol. Verum fuit etiam in Gallicum idioma , hoc titulo : *La Metoposcopia de H. Cardan Medicin Milanois* , avec figures , à *Paris* , 1668.
- CXXIX.** *Nenia* in morte Filii . Extat in libro de Vita propria Cap. XV.
- CXXX.** Defensiones pro Filio coram Præfide Provinciæ , & Senatu habitæ . Extat in libro de utilitate in adversis capiendi .
- CXXXI.** An Balneum articulari morbo competat . Extat inter Auctores de Balneis pag. 126.
- CXXXII.** *Podagra* , & *Neronis* Encomia extant in *Dornavii Amphiteatro* Tom. II. pagg. 65. & 90. aliquibus in locis ampliora , atque ab editis in *Lugdun.* edit. dissimilia , ut conferenti patebit .
- C** **CXXXIII.** Epistola ad Franciscum Cicerejum . Extat inter Epistolas *Gudii* pag. 119.
- Nunc subjiciam Opera , quæ ipse asserit se scripsisse ex libro de Libris propriis , quæ ex parte perierunt , & partim forsan adhuc in scriptis Bibliothecarum latent , nam in pluribus Catalogis legi : *Cardani Opera Varia MSS.* absque ulteriori indicatione , & quod certum est sub his titulis non leguntur in editis .
- CXXXIV.** Libellus , in quo docebat , quonam pacto cognita longitudine , ac latitudine duarum Civitatum , aut duarum Stellarum vera earum distantia haberi possit .
Cum hunc *Augustino Lavizario Comensi* commo-dasset , illo ex peste mortuo ammisit , nec ullâ diligentia recuperare potuit .
- D** **CXXXV.** Liber de Latrunculorum ludo , absolutus ætatis suæ anno XXIII. maternâ linguâ scriptus , & in IV. lib. divisus , qui forsan idem est in latinum translatus sub titulo de Ludo alex.
- CXXXVI.** Commentaria super Posteriorum primum Aristotelis , non tamen , ut ipse ait , absolvit .
- CXXXVII.** Contrariæ Aristotelis , & Averois in Dialecticis Sententiæ .
- CXXXVIII.** *Vagantium morborum Libri III.* quorum tertius imperfectus est .
- CXXXIX.** De re Venerea Liber .
- CXL.** De Chiromantia Liber .
Hos ambos *urina felis corruptos fuisse Auctor testatur .*
- CXLI.** De Medicinæ regulis libri IV.
- CXLII.** De Fato , cujus primum exemplar apud *Philippum Archintum* fuisse ipse testatur .
- CXLIII.** *Judicia Astronomica* , sive de Circulis Sphericis libri X. in gratiam ejusdem *Philippi Archinti* scripsisse asserit .
- E** **CXLIV.** Libellus de Circulis ad imitationem *Campani* .
- CXLV.** De Pituita Liber unus .
- CXLVI.** Liber de Peste , quæ anno MDXXVII. *Villas* vicinas invaserat ; periit cum esset absolutus .
- CXLVII.** Super primum & septimum *Geographiæ Ptolomei* latinè .
Hoc Opus in Italicam linguam à Principe *Istorni* translatum fuisse ipse *Cardanus* scribit .
- CXLVIII.** Super librum de Sphæra *Sacrobusii* . Tractatus .
- CXLIX.** Elementorum super *Euclidem* libri XV. , in quibus propositiones plusquam quadringentæ noviter inventæ reperiuntur .
- CL.** Paraphrasis in *Vitruvium* libri X.
- CLI.** De malo medendi usu libellus .
- CLII.** Quod nullum simplex medicamentum noxa careat , Libellus . Hunc cum superiori quinde-cim dierum spatio se composuisse testatur .
- CLIII.** Supplementum *Ephemeridum* .
- CLIV.**

- CLIV. De Emendatione motuum Cœlestium . Idem. fortè est cum eo quem supra dedimus num. LX. Hos ambos libros aliis diebus quindecim elaboravit. A
- CLV. De Arithmetica libri XIV. In editis verò sunt III. tantùm.
- CLVI. De Simplicibus Liber.
- CLVII. De Urinis libri IV. Ut monuimus num. LXXVII. in editis non adest, quàm Lib. I.
- CLVIII. De Purgationibus liber.
- CLIX. De Morbo Gallico libri VIII.
- CLX. In quartum Collectaneorum Interpretatio libri VII.
- CLXI. De Sapientia libri V.
- CLXII. De Supernis liber, in quo agitur de Cœli substantia, motu, magnitudine, cujuscumque eorum, quæ apparent, de Iride, Grandine, Cometis &c.
- CLXIII. De facile parabilibus liber.
- CLXIV. De Instrumento motus omnium Astrorum liber imperfectus. B
- CLXV. De Christi Vita libri III.
- CLXVI. Epistolarum libri III.
- CLXVII. Introductio Græca Sipontini Regulis cœqualis.
- CLXVIII. De Amantium consolatione libellus.
- CLXIX. Experimentorum liber.
- CLXX. Epigrammatum liber.
- CLXXI. Liber Micylli in Epitomen redactus.
- CLXXII. Convivium, seu de Amore Exemplum.
- CLXXIII. Arithmantia.
- CLXXIV. De peregrinatione trium Sociorum.
- CLXXV. De Hominis Immortalitate. Hæc tria opera Auctor igni tradidit.
- CLXXVI. De quatuor linguarum generibus, Dialogus Italicâ linguâ conscriptus, in quo queritur quænam linguarum Græcæ, Latine, Gallicæ, & Hispanæ copiosior, & aptior sit ad exprimendam exactè animi nostri sententiam. Libri IV. C
- CLXXVII. Carminum Italicorum liber imperfectus.
- CLXXVIII. De immortalitate paranda.
- CLXXIX. Commentaria in quinque primas Sectiones primi Posteriorum. MS. erat foliorum quinquaginta, cumque illum mutuo dedisset Octaviano Scotto interiit.
- CLXXX. De Epidemia liber.
- CLXXXI. Geometriæ Novæ libri XV.
- CLXXXII. Technarum Calidarum liber Italicè scriptus, hoc titulo: Le Burle Calde.
- CLXXXIII. Commentaria in Libros Ptolomæi de Judiciis libri IV. MS. erat foliorum CCC. Hic III. editis erat Supplementum.
- CLXXXIV. Fabularum libri duo.
- CLXXXV. De Aquæ utilitatibus liber, in quo ostenditur morbos omnes, solâ aquâ sanari posse.
- CLXXXVI. De Dedicatione Dialogus, quem scripsit cum ægrotaret.
- CLXXXVII. Ars curandi parva, sive de Chirurgia.
- CXXXVIII. Vita Galeni: imperfecta.
- CLXXXIX. De Instrumentis Zelandinis: imperfect.
- CXC. De Morte Tractatus: imperfect.
- CXCI. Orationes circa viginti in Laureis dictæ.
- CXCII. De difficultate spirandi Consilia duo, fol. C. Hoc Opus est in impressis mole satis parva.
- CXCIII. Consolatoria ad Franciscum Gadium Canonicum Lateranensem.
- CXCIV. Oratio in laudem Collegii Mediolanensis.
- CXCV. Farrago Magna omnis generis.
- CXCVI. Declaratio Magnitudinis Arcæ Noë.
- CXCVII. Epistolæ Cœlestes.
- CXCVIII. Questiones in Biblia. Hæc duo Opera tanquam inutilia ipse Auctor perdidit.
- Ego autem addo sequentes:
- CXCIX. De Ordine Liber. Extat in Bibliotheca Ambrosiana MS. in fol. sign. H. nu. 162. pagg. 102.
- CC. An melius sit perstare sine Medicis, an cum illis. MS. in fol. pagg. 14. extat cum aliis Opusculis Variorum in Bibliotheca Fratrum Marchionum Vicecomitum.
- CCI. De Mortalitate Animæ librum composuisse Cardanum asserit Martinus del Rio Disq. Mag. Tom. I. lib. II. quæst. XXVI. Sect. II. sed cum Volumen hoc nusquam appareat, immo de Immortalitate animæ Tractatum habeamus, verosimilius est hoc calumniosè potius quam verè Cardano imputari. Vide de hoc Bayle, & Theoph. Raynaudum in Erotemat. 4. de bonis, & malis libris, ubi nimis audacter in eum stylum stringit.
- CCII. Dissertatio de Comparatione præsentis Vitæ cum æterna. De hoc Opere ipse Auctor hæc scribit in libro de Vita propria cap. XXII. „ Longa olim Dissertatio a me conscripta est, quam hic contraxi: Non posse esse pares ullo modo Tom. I.

„ molestias hujus vitæ ei felicitati, quam de sequenti speramus.

Accipiat nunc curiosus Lector, quod in MS. nunquam satis celebratæ Bibliothecæ Ambrosianæ reperi signato C. num. 48. in fol. Epistolam nempe Italicam Fabricii Cocanarii eximio Cardinali Federico Borromæo scriptam, post quam legitur Catalogus Manuscriptorum Hieronymi Cardani nostri, quos ille, Cardinali instante, invenerat. Ego verò brevitatæ gratiâ, tantùm ipsam Epistolam ex integro referendam duxi, atque titulos Operum, de quorum agebatur pretio, & omissa serie Capitulorum omnium, selegi tantùm, quæ in editis non reperi. Sed cum præ oculis Codices Romanos habere datum non fuerit, affirmare non possum an sub aliis titulis in magna Collectione Lugdunensi Operum Cardani revera non adsint: Quod certum est, de quamplurimis adhuc Editorem expectari suspicor, sicuti Lectores certè mecum judicabunt.

mo mo r mo
„ Ill. & Rev. Sig. Padron Col.

„ Da che io intesi il desiderio di V. S. Illustrissima di avere li Manoscritti del Cardano, ho sempre procurato di sapere, e di spiare chi ne haveffe: E con l'occasione che io feci stampare l'anno passato un suo Trattato, de Vita producenda, molti me si sono da se stessi scoperti con farmi vedere molte Opere di questo Autore; con li quali ho operato in maniera, che l'ho indotti a venderli, acciò V. S. Illustriss. resti servita. In tanto che hora vi sono in essere tutte queste note, che accluse mando con li loro prezzi aggiustati, perche io l'ho tirati a' più bassi prezzi, che sia stato possibile. Solo il Paralipomenon parerà che sia caro cento Scudi, ma afficuro V. S. Illustriss. che più volte da persone intendenti, & hora da un Stampatore di Francoforte è stato detto al Padrone, che se lo manda in quelle parti à stampare, che lui ne cavarà per più di mille Scudi; perche farà un libro come quello de Varietate, ma più dilettevole, e di altra dottrina, che haveria spaccio grandissimo, come potrà vedere dalli Capitoli di esso, che copiatî si mandano. Oltre la lista de libri latini, mando anco un'altra de libri volgari, che diceva il Ridolfo che fu suo Discepolo, che li dettava mentre mangiava, e mentre si voleva ricreare, e sollevare la mente da più serj Studj. Mando anco la lista di due Opere di Raimondo Lullo manoscritte che io mi trovo appresso di me, e li Fragmenti di Petronio Arbitro. Veda V. S. Illustriss. se che li pare, e del tutto si degnarà darne grata risposta; assicurandola in tanto, che se si risolve pigliarli, se li mandaranno l'istessi Originali, come lui l'ha lasciati, senza già riserbare ne copie, ne altro; e la maggior parte di esse Opere sono tutte di sua mano. Questo è quanto ho possuto fare per V. S. Illustriss. che ancora che non mi conosca, le vivo humilissimo Servidore, & con ogni affetto, e riverenza me l'inchino, pregandole da N. S. il colmo di ogni felicità. Di Roma questo dì 22. di Febraro 1619.

„ Di V. S. Illustriss. & Reverendiss.

mo mo re
„ Affez. & Humil. Serv.
„ Fabricio Cocanaro.

Paralipomena Libri XX. Scudi Romani 100.
In IV. primas principes primæ Sectionis doctrinas Commentaria II. qui & Libri fluidorum inscribuntur. Sc. 25.
In Lib. Hippocratis de vitæ in acutis Commentaria. Sc. 25.
De Arcanis Æternitatis. Sc. 20.
Theonosticon Lib. III. quorum I. agit de Immortalitate animi, II. de Tranquillitate, III. de Contemplatione. Sc. 30.
De recta scribendi ratione, seu de Orthographia liber, qui LXXII. Cap. continet. In ipso Auctor de litteris, accentibus, syllabis, ac divisione Orationis tractat. Sc. 10.
R r De

De Ludo Capita XXXII. Sc. 20.
 Contradiçiones Logicæ num. CXLIV. Sc. 10.
 Castigationes in Libros suos, & Additiones quamplurimæ. Sc. 20.
 De Optimo Vitæ genere Lib. V. scilicet:
 I. Præcepta moralia, II. de Consuetudine, de Difficultatibus, & de Remediis, III. de Adjectione, IV. de Negotiatione, V. Dialogus Hieronymi, & Patris Facii. Sc. 10.
 Problemata Sectiones VII. nempe I. Naturalium, II. Medicarum, III. Moralium, IV. Flagitiorum, V. Mathematicarum, VI. Casuum, VII. Mixtorum. Sc. 30.
 De Natura lib. III. videlicet: I. de Principiis, II. de Corporibus simplicibus, III. de Anima, & Animatis, & pertinentibus ad illam. Sc. 10.
 Politica, seu Moralis. Sc. 10.
 Memoriale. Sc. 10.
 Dialogo, se la qualità può trappassare di subgetto in subgetto, e se si dii il Vacuo. Sc. 10.
 Trattato de' Colori, natura, maniere, qualità, conformità, e differenza. Sc. 10.
 Trattato de' Colori secondo i Filosofi. Sc. 10.
 Necessità di porre l'intelletto secondo la via Peripatetica. Sc. 10.
 Se si dà la pura potenza, e materia prima. Sc. 10.
 Della natura, principj, e regole Musicali. Sc. 10.
 Comentario diffuso sopra le Posteriora d'Aristotele, grande Volume in fol. Sc. 30.

Post hunc Indiculum sequitur in MS. antedicto Nomenclatura omnium Caputum supradictorum Operum, quæ nimis longum esset hic transcribere: Selegi igitur illa, quæ post laboriosam cum editis collationem mihi visa sunt in ipsis non adesse.

- CCIII. De Causis everfionis humani generis, quæ in nobis sunt.
 CCIV. De Georgio Corvata singularis historia.
 CCV. Quod hominum cognitio circulo quodam reddit, nec longius progreditur.
 CCVI. De genio proprio.
 CCVII. Corium quomodo elevet lapidem.
 CCVIII. De Lunæ ostento.
 CCIX. De Deo universo, & de Christo.
 CCX. De Angelis, seu intelligentiis.
 CCXI. Quid ex Astrologia commodi facillè consequi possit. Liber.
 CCXII. De Dæmonibus, Lib. III.
 CCXIII. Super V. VI. VII. Dæffinit. V. Lib. Element. Euclidis.
 CCXIV. Allegatio IV. Numerorum Analogorum.
 CCXV. Super IV. propositione V. Euclidis.
 CCXVI. Super XVII. propositione V. Euclidis.

Hæc omnia non sunt in Paralipomenis, nam istorum tantummodo libri XVIII. leguntur in editis, & XX. sunt in MS. atque in fine inveniuntur:

- CCXVII. Vita Andree Vesalii post illam Andree Alciati, quæ est in impressis, cum altera Lud. Ferrarii.

Libri etiam inscripti Politica, & Moralis multum differunt ab editis, & duplo majores leguntur in MS. ut ab subsequentibus titulis facillè videri potest, nam post Proæmium sunt:

1. De hominis natura, & cæterarum animabus.
2. De necessitate hujus doctrinæ, & difficultate, & quod nemo sufficienter eam tradidit.
3. De principalibus difficultatibus bene constituendi Rempublicam.
4. De eisdem difficultatibus per singula genera.
5. De causis errorum Antiquorum in hoc, & in principiis, quæ assumere oportet.
6. De his, quæ supponere oportet ante omnia.
7. Quantum Respublica, aut Regnum superesse possint.
8. De origine Politicæ Legum, & XI. earum generibus.
9. De Tyrannis, & Tyrannoctis.
10. De Reipublicæ difficultatibus, conservatione, & administratione.
11. De Religione.
12. De Arte Militari.

- CCXVIII. Commentaria in Aristotelis Posteriora. Vol. in fol. MS. ingentis molis lingua Ital. scriptum, ut supra innuimus.

A CCXIX. In IV. primas principes primæ Sectionis doctrinas Commentaria II. qui & libri fluidorum inscribuntur. MS. in fol. magnæ molis, ut supra diximus.

CCXX. De Servis.

CCXXI. De Mundi reddito post interitum. Hi duo Tract. sunt in Libro de Arcanis Æternitatis. MS. quæ in impressis non videntur.

CCXXII. Castigationes in Libros suos, & Additiones plurimæ: Liber satis necessarius pro intelligenda mente Auctoris in omnibus ejus Operibus. MS. in fol. ex illis supra à nobis indicatis.

Videant nunc Eruditi quantum Respublica litteraria amiserit in his tanti Viri Lucubrationibus deperditis. Ejus Effigiem, atque Numisma ad Tomasinum misit Felix Hofius accedente etiam operâ Joannis Antonii Castillionæi, ut Tomasinus ipse asserit, addens hujus Numismatis meminisse Cardanum ipsum in sæpe à nobis citato Opere de libris propriis; ubi somnium quoddam cum interpretatione ejusdem, unde Hieronymus hausit symbolum ex adverso Imaginis sue positum, Auctor noster in publicum profert. Nimis longum esset omnes hic Eruditos recensere, qui Cardanum Elogiis extulere. Aliquorum tamen inter alios præstantiorum nomina recitabimus; hi que sunt: Julius Cæsar Scalliger in Præfatione libror. XVI. Exotericarum Exercitationum; & in alia Præfatione libror. de Subtilitate: Julius Capacius in Elogiis Virorum litteris illustrium: Henricus Monantholius in ludo Jtromathematico pag. 9. Petrus Ramus in Proæmio Mathematico pagg. 470. & 480. Thomas Campanella in Syntagmat. de lib. prop. pag. 87. Marcus Antonius Majoragius pluribus in locis: Joannes Matthæus Toscanus in Pælo Italiæ lib. IV. Gaspar Cunradus in Prosographia Melica millenario primo: Crassus in suis Elogiis: Annibal Crucejus: Paulus Moriggia in historia Antiquit. Mediol. lib. I. cap. LIX. Isaac Bullart, atque innumeri alii, qui de Hieronymo Cardano, præter illos, in Vita à nobis indicatos, ex professo egerunt.

Eos verò, qui adhuc viventem, ipsam laudarunt enumerat diligenter Cardanus idem in libro de Vita propria Cap. XLVIII. & sunt Auctores numero LXXIII. & si amplius de illo aliquis discere cupit adeat Jacobum Philippum Tomasinum, Petrum Bayle, Jacobum Mangetum, Fabritium, Miræum, Bartholomæum Curtium, Philippum Picinellum, cujus sphaera reticendum non est, nam post Cardani hujus nostri Vitam, alium profert Hieronymum Cardanum, quem motus additamento cognominis Castillionæi censet diversum à primo, sed cum & Opera huic postremo ab ipso tributa prioris revera sint, & Auctor ipse in cap. I. de Vita propria asserat Cardanam familiam ab aliquibus Castillionæorum ramum putari, eo que anno quo impressi fuerunt libri à Picinello relati Venetiis degeret Hieronymus noster, ut patet legitibus cap. IV. libri superius laudati de Vita propria, unum profecto non geminos fuisse Scriptores hos Lectores eruditi nobiscum sentient.

CCCCXXXIX.

CARDANUS JOANNES BAPTISTA.

Patrem suum Hieronymum ponè sequitur Joannes Baptista Cardanus ex Lucia Bandarina conjugæ ortus. Genitoris sui cum sanguine ingenium traxisse videbatur, cujus non mediocre specimen dedit, dum in Ticinensi Academia bonis Artibus imbuebatur. Tantum enim perpeti studio in Philosophia, atque Medica facultate profecit, ut Hieronymum æmulatorus crederetur. Laureâ igitur promeritâ, Anno MDLVII. in Nobilium Physicorum Coetum in Patria admittitur. Duxit paulò post inopem Conjugem, factique pœnitens eam brevi propinata venefica potione sustulit in puerperio. Criminis hujus ergo detentus die XVII. Februarii MDLX. carceri mancipatur, mox Anno eodem capitis damnatur, atque Idibus Aprilis, Patre adhuc superstite, in ipso ergastulo obtruncatus occubuit.

Antea

Antea tamen scripserat, quæ hic nos exhibemus:

- I. De Fulgure Tractatus. Extat in fine II. Tomi Operum Patris sui. Lugduni, 1663. & seorsim Basilee, apud Pernam, 1570. in fol.
- II. Fragmenta de cura morborum prodigiosa. Horam meminuit Cardanus Pater loco infra citando.
- III. De abstinentia ab usu ciborum foetidorum. Basilee, apud Henricum Petri, 1581. Extat etiam ad calcem libri Hieronymi Patris sui, scilicet: De utilitate ex adversis capienda: editi ibid. Anno 1561. in 8. apud Oporinum, ubi etiam leguntur Defensiones ejusdem Patris pro Filio; in quarum fine hæc habentur: „Extat ejusdem Joannis Baptiste Opus, sed inconditum, nec ab- solutum de Fulgure. Reliquit etiam quædam Fragmenta De Cura Morborum prodigiosa, quod credo factum ab illo, quia quosdam curavit, quos nec ego nec alius Medicus curare potuerat; assert ad rem cujusdam ægroti exemplum a Filio mirabiliter curati. Naniam in ejus obitum Exametris composuit Hieronymus Pater, ut jam diximus, & legitur in libro de Vita propria cap. 50. Agunt de ipso, præter Patrem pluribus in locis Operum suorum, Vandertinden de Scriptis Medicis, Paschalius Gallus in Biblioth. Mangerus, Picinellus in Athenæo pag. 273. Nicéron Memoires des Hommes Illustr. Tom. XIV. pag. 249. & Curtius de Medicis Script. Mediol. pag. 94.

CCCCXL.

CARDANUS MILO.

Milo Cardanus nobili genere Mediolani natus, Clericali adscriptus militiæ, sub laudatissimis Antistitibus Oberto, Sancto Galdino, Algisio, & Uberto Cribello, qui postea Urbani III. assumpto nomine toti Ecclesiæ Pontifex præfuit, ministeria omnia exercuit Ecclesiæ Ambrosianæ. Primum enim Subdiaconus in Metropolitana, tum Archipresbyter, tandem licet ad Taurinensis Ecclesiæ Cathedram evectus esset Anno MCLXXI. Mediolanensis Ecclesiæ Archipresbyteratum retinuit. Tantum apud Fridericum Oenobarbum precibus valuit, ut ipsum, vastatâ jam igne ferroque Segusîâ, idem in Taurinum molientem placaverit. Sed cum Fridericus in Germaniam rediisset, Humbertus Sabaudix Comes, ut Segusianum ulcisceretur incendium, cujus Auctorem Milonem ipsum fuisse criminabatur, Taurinum ingressus pretiosa quæque ad Episcopum pertinentia populatur, multaque alia damna infert Antistiti. Verum Gothofredi Imperialis Cancellarii Anno MCLXXXV. Sententia Taurinum, & nonnulla alia circumposita Oppida contra Humberti conatus Episcopo adjudicavit, Comite septingentis libris multato. Defuncto postmodum Urbano III. qui quoad vixit Mediolanensem Ecclesiam administravit, Milo Anno MCLXXXVIII. successor illi datus, ad eam transfertur Cathedram, cum paulo ante videlicet Anno MCLXXIX. Lateranensi Concilio interfuisset. A Clemente III. confirmatus initio prædicti Anni MCLXXXVIII. cum ad hanc Urbem accessisset, Anno MCXCI. Henricum VI. Augustum, cum Uxore ejus Constantia Coronâ Ferreâ decoravit. Obiit de Ecclesia, populoque suo benemeritus Anno MCXCV. ejusque Corpus sepultum est in Ecclesia Majori, cum hoc Elogio, quod inter Metropolitanæ rudera repertum fuisse, testatur Ughellus:

ISTHINC PONTIFICIS REQUIESCUNT OSSA MILONIS,
CVI DEVS ÆTERNÆ CONCEDAT GAVDIA VITÆ.

Milonis hæc nobis supersunt:

- I. Ejus adhuc Subdiaconi Mediolanensis Ecclesiæ Sententia mandato Oberti Archiepiscopi lata Anno MCXLI. Mense Augusto super electione Presbyteri ad Ecclesiam Sexti Joannis propè Modoëtiâ, quæ adjudicatur Archipresbytero Modoëtiâ. Huic subscripsit etiam S. Galdinus tunc Archidiaconus.
- II. Epistolam scripsit jam Taurinensis Episcopus ad Alexandrum III. de Controversiis Canonicorum Basilicæ Ambrosianæ, cum Monachis; de qua mentio est in Diplomate diei X. Febr. anni MCLXXIV. ab Alexandro favo-

- A re Capituli dato, in quo etiam meminit Sententiæ, & transactionis mandato Sancti Galdini super eadem Controversia à Milone factæ.
 - III. Donatio ejusdem facta Merropolitane Mediolani ad erigendum Titulum Canonicelem ex ordine Cardinalium: Incipit: „Ego in Dei nomine Milo Taurinensis Episcopus, & Mediolanensis Archipresbyter, qui dicor de Cardano, consensu, & voluntate Domini Urbani Papæ, & Mediolanensis Archiepiscopi, sicut per ejus litteras bullatas à me visas apparebat &c. Actum in Domo ipsorum Ordinariorum pro remedio, & mercede animæ meæ. Anno MCLXXXVI. die XV. Julii.
 - IV. Ejusdem jam Archiepiscopi Mediolan. Sententia inter Canonicos, & Monachos Sancti Ambrosii, lata MCXC. die XIII. Martii.
 - V. Alia in Controversia Lestorum, & Decumanorum Ecclesiæ Mediolanensis, lata MCXCII. die XXI. Decembris.
 - VI. Ejus jam Sacerdotis Sententia pro possessione Capellæ S. Simpliciani, memoratur in Diplomate Oberti Archiepiscopi pro Abbatisa Sanctæ Radegundis; Anno MCLIV. Mense Julii.
 - VII. Ejus Diploma Anni MCXC. die VI. Febr. quo confirmat Conventiones, & Pacta conventa inter Canonicos Cathedralis Bergomensis, ex Archivo Capituli ejusdem Ecclesiæ edidit Ughellus T. IV. in Arch. Med. num. 90.
 - VIII. Milonis Privilegium pro Basilica Eustorgiana, ejusque Canonicis, datum MCXCIV. die XIII. Martii, in quo enunciat alia Privilegia ipsi Basilicæ jam concessa à Robaldo, & Oberto, atque à Beatissimo Confessore Galdino. Erat is Milonis Pontificatus Annus Septimus.
 - IX. Plures Investituræ à Milone diversis Domicelliis Ecclesiæ Taurinensis factæ extant in Tabulario ejusdem Ecclesiæ; teste Ughello in Taurinensibus Tom. IV. nu. XXXVII.
 - X. Privilegium à Milone concessum Anno MCXCIII. die VI. Aprilis Monasterio S. Ambrosii Mediol. ex Archivo ejusdem Cœnobii edidit Puricellus, & ex eo Ughellus loco citato.
- Calculum apposuere Milo jam Taurinensis Antistes, & Guala Bergomensis Episcopus, qui item erant Canonici Ordinarii Mediolanensis Ecclesiæ, sententiæ Tebaldi Placentini, & Petri Lucensis Episcoporum ex mandato Lucii Papæ contra Algisium Archiepiscopum super usu Dalmaticarum pro quibusdam Ecclesiis Mediolani; lata fuit Mediol. Anno MCLXXXII. die XIV. Novembris intus Ecclesiam Sancti Stephani in Brolio. Habentur Patentes Litteræ S. Galdini circa Annum MC-LXX. ad Milonem Archipresbyterum, & Ubertum Archidiaconum, cæteroque Fratres Mediolanensis Ecclesiæ Cardinales Canonicos, in quibus eorum Jura confirmat, præsertim contra Decumanorum Ordinem. Extant in Collectione Nicolai Sormani Ambrosiani Collegii Doctoris.
- Agunt de eo Scriptores omnes de Mediolanensibus Archiep. tractantes, alique plures, inter quos celeberrimus Cardanus lib. de Vita prop. cap. I.

CCCCXLI.

CARENTIUS THEOPHILUS.

IN modicis quandoque rebus Clarorum elucet Virorum ingenium; ex his enim conjicere licet quantum in liberalibus studiis versati, quantumque laudis apud posteros mereantur. Hoc in causa fuit, ut Theophilum Carentium inter minoris notæ Scriptores non duxerim esse ablegandum. Licet enim parum satis de Scriptis ejus ad nos pervenerit; ab illis tamen cognoscitur tanti Viri in Græca lingua eruditio, quamvis nihil omnino de parentibus, actisque ejus nobis servaverint Mediolanensia monumenta. Ære perennius Mnemosynon ipse sibi statuit in libro, cui titulus

- I. Aristæneti Epistolæ duæ à Theophilo Carentio Cive Mediolanensi à Græco in Latinum conversæ, cum Epistola Nuncupatoria ad Amplissimum Mediolani Senatorem. Mediolani, apud Pontium, 1585. in 4.

CCCCXLI.

CARERA ANTONIUS PRINCIVALLUS.

Antonius Princivallus Carera Joannis Petri filius, in celebri Oppido Aronæ ad Verbanum Lacum natus est, & ad liberales Artes aptissimum ingenium ab ipsis fermè incunabulis prætulit. Musas in primis coluit, & impetu quodam ad eas rapi visus fuit. Medicæ quoque facultati addiscendæ sedulam dedit ope-

operam ita tamen, ut quamvis Physicam profiteretur Artem, nihilominus ipsi obtrectaret non dictis tantum, sed & scriptis, quorum aliqua Typis dedit, sub nomine Raphaëlis Carrariæ, tametsi non impunè, ut infra promemus. Ea sunt:

- I. *Le Confusioni de' Medici*, in cui si scuoprano gli errori, e gl' inganni di essi. *In Milano, per Giampietro Cardi, 1633. in 8.*
Opus hoc dicavit Auctor Principi Herculi Trivultio.
- II. *Poesie Italiane*, in cui persuade sè stesso ad applicarsi più tosto a quella sorta di studio. Extant in supra dicto libro.
Geminus post Annos adversus hujusmodi Volumen prodit sequens: *Apologia de' Medici: Opera di Rainero Perruca Dottor Fifico Collegiato di Vercelli*, in risposta d'altra di Rafaele Carrara, intitolata: *Le Confusioni de' Medici. Milano, per Ludovico Monza, 1655. in 8.*
Agunt de Carera Curtius in *Script. Medicis Mediol.* pag. 187. & Lazarus August. Corta in *Corographia. Verbanus Lacus*, quam edidit sub nomine Statii Trugi Cathalauni.

CCCCXLIII.

CARINUS ANTONIUS.

IN Oppido Cassani prope Flumen Abduam, in Mediolanensi Ducatu, unde Eruditos alios ortos fuisse cognoscent ex hac Collectione nostra candidi Lectores, lucis usuram accepit Antonius Carinus, qui Minoribus Observantibus Sancti Francisci adscriptus, non medicam sibi existimationem eruditionis gratia peperit exeunte superiori Sæculo. Eloquentiæ præcepta tanta contentione didicit, ut in præclarum Oratorem evaserit; neque à Musarum amœnioribus studiis abhorruit, artisque Poëticæ cultor eximius non pauca protulit Carmina, in quibus specimen ingenii Scriptoris habemus. In Cœnobio sui Ordinis extra Portam hujus Urbis Novam Sanctis Angelis dicato Sodalibus Sacræ Theologiæ Interpres per annos aliquot exstitit, habuitque ad populum non raro Conciones doctrina, & pietate refertas. Ejus hæc reperit:

- I. *Oratio Funeris Latina in morte Fratris Petri Marini Sormani à Mediolano Episcopi Viglevani.*
- II. *Alia Italica de eodem Argumento.*
- III. *Melpomene piangente nell' esequie del Serenissimo Sig. Duca di Lorena: Poema.*
- IV. *Elogia plura.*
- V. *Orazione Tragepizina, sotto nome d'Alessandro Carino, dedicata al Conte Don Marco Arese.*
- VI. *Officio Ecclesiastico, Antifone, e Lezioni per San Gio da Capistrano. Omnia MS. extant in Biblioth. Sanctæ Mariæ Gratiarum in Cœnobio sui Ord. Modoët.*
Prælo etiam paraverat:
- VII. *Quadragesimale, quod extat MS. apud Suos.*

CCCCXLIV.

CARISIUS ANTONIUS.

CLericorum Regularium Infirmis magno cum animarum lucro Ministrantium Instituto nomen dedit medio circiter superiori Sæculo Antonius Carisius Joannis Baptistæ filius, qui ortus est in Vico Ducatus Mediolanensis, cui nomen *Cuggiono*, in Plebe Dairagi ad fossam navigabilem è Ticino Flumine ad hanc Urbem deductam. Optimo ingenio præditus adolescens vivacem mentem eloquentiæ præceptis exercuit; postmodumque sacris initiatus Ordinibus sedulum in Vineâ Domini Operarium egit. Subcessivis autem horis in conscribendis Libris tempus illud infumere consueverat, quo alii à laboribus respirare solent. Ejus ergo hæc supersunt:

- I. *I Capegli della bella Penitente riveriti. Milano, per il Rolla, 1649. in 8.*
- II. *Elogio del P. Pietro Francesco Pellicioni Milanese, in foglio.*
- III. *Esercizj sopra i dolori di Gesù Cristo. Milano, per il Monza, 1672.*

- IV. *Ritratto di Gesù nella Tela dell' Ostia Sagramentale. Ivi, per lo stesso, 1671. in 12.*
De ipso agit Picinellus in *Athenæo* pag. 43.

CCCCXLV.

CARISIUS JOANNES BAPTISTA.

Joannis Baptistæ Carisii Mediolanensis Doctrina & Patriam, & Clericalem Ordinem, cui adscriptus fuit, elapso Sæculo exornavit. Post auditas in Arcimboldiis Scholis humaniores litteras ad Theologiam, quam Moralem dicimus, addiscendam animum convertit, neque parum in ea profecisse visus est omnibus, præsertim autem Alphonso Littæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, atque hujus Metropolis Archiepiscopo, qui eum inter multos elegit, ut in Oppido hujus Ducatus, vulgò *Imveruno*, Animarum curam gereret. Id cum plures per Annos egisset, revocatus est Mediolanum, atque Sacratio Septentrionali Templi Maximi Præfectus constitutus fuit. Mirum, quo amore in Patriam arderet, immenso enim labore sacræ, atque profanæ vetustatis monumenta undique colligebat; multaque ideo adhuc ignota in lucem advocavit. In doctis hisce laboribus, quos cum summa pietate morum conjunxit, vitam fermè universam infumfit; donec meritis plenus Anno MDCLXXXIV. mortalibus valedixit III. Kal. Maji.

Edidit:

- I. *Diario Sacro perpetuo di tutte le Feste. Milano nella Stampa Arcivescovile. 1639. in 12.*
Sequentia verò Manuscripta supersunt, atque servantur loco infra citando.
- II. *Teatro Sacro Tripartito, ove sono compilate le memorie de' Santi, de' Beati, e delli Uomini illustri per bontà di Vita, e per fama di Santità, di Patria Milanese. MS. in fol.*
- III. *Delle Famiglie Milanese, quali hanno avuto Beati. Tom. II. MS. in fol.*
- IV. *Vite de' Santi conforme il Calendario della Chiesa Milanese compendiate. MS. in fol.*
- V. *Effemeride Istoria, ove in ciascun giorno restano notati gli avvenimenti principali della Città di Milano, il nascimento, e morte degli Uomini segnalati, le Feste, le erezioni, e consecrazioni de' Templi, le inondazioni, e gl' incendj, le azioni generose d'alcuni, le battaglie, gli assedj, le guerre, le paci, le grandezze, e le calamità, e ciò che di memorabile è accaduto nella detta Città di Milano dall' anno MDLXX. al MDXC. circa. MS. in fol.*
- VI. *Catalogus Summorum Pontificum, S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, qui ex Urbe Mediolanensi originem trahunt. MS. in fol.*
- VII. *Martyrologium Sanctorum, de quibus Mediolani, ac in ejus Diocesi sit Officium, vel Tempia, Altariaque consecrata sunt, vel Corpora, aut insignes Reliquiæ asservantur; Sanctorum item, Beatorum, aliorumque Servorum Dei Patria Mediolanensium. MS. in fol.*
- VIII. *Volumen, in quo tractatur: Primò, de Officio Majoris Primicerii, de quo habetur in Chronica Datio olim Mediolani Archiepiscopo attributa: Secundò, de Anniversariis fiendis per Clerum Mediolanensem, prout in diversis Scripturis, & Libris reperitur: Tertio, Chronica, in qua habetur de Regiminibus Pontificum tam Romanæ, quàm Ambrosianæ Ecclesiæ, & de Dominiis Temporalibus tam Imperatorum, quàm etiam totius Lombardiæ Regum. MS. in fol.*
- IX. *Materiarum Sylva, sive Repertorium è Mediolanensium rerum Scriptoribus collectum pro Tractatu nempe*
- X. *De Mediolanensis Urbis Edificiis Publicis, Sacris, atque Profanis, tam presentibus, quàm antiquis, cum ipsius Urbis, & singulorum Edificiorum Iconographica, Orthographica, & Scœnographica Descriptione, alfabetico digestum Ordine, Indicemque præferens capitalium ejusdem Repertorii dictionum. MS. in fol.*
- XI. *Indice delli Nomi, Cognomi degli Autori, e Titoli de' Libri, de' quali l'Autore si è servito per formare la presente Opera. MS. in fol.*
- XII. *Miscellanei varj. MSS. in fol. Vol. VI.*
Extant omnes apud Carolum Jacobum Porrum J. C. & Advocatum Mediolanensem, qui eos mihi perhumaniter communicavit.

CCCCXLVI.

CCCCXLVI.

CARMENUS JOANNES FRANCISCUS.

Joannes Franciscus Saxius-Carmenus (id enim cognomen à Majorum patria nactus est , Saxo videlicet Carmeno Vico in monte inter Canobium , & Canarum ad Verbanum lacum sito) legalia studia , in quibus laureæ ornamentum susceperat , cum aliis quoque scientiis perpeti labore conjunxit . Neque solum inter Insuores magna habitus est in existimatione , verumetiam ab Allobrogum Duce grandi mercede conductus , Augustam Taurinorum petiit , ut in ejus Urbis Academia legum Codices publicè interpretaretur . Ibi fulminis vi miseram cœcitatē incurrit , coactus propterea legendi munus deponere ; quocirca in Patriam regressus sibi Sepulchrum statuit , cui hæc imminet Inscriptio è schedis Valerii in Archivo Imperialis Monasterii Sancti Ambrosii à nobis exscripta :

D. O. M.
IO. FRANCISCVS SAXVS CARMENVVS IC.
MEDIOLANENSIS
QVI DVM IN TAVRINENSI GYMNASIO
IVS CIVILE SVMMA CVM LAVDE
PROFITERETVR
ADITVMQVE SIBI AD EXIMIOS HONORES
APERIRET
DE COELO TACTVS
VNO ET EODEM TEMPORE
VITAM ET MORTEM EXPERTVS EST
VITAE RESTITVTVS
OCVLORVM ACIE DESTITVTVS
PROFITENDI MVNVS OMISIT
FVLNEN MORTIS INEVITABILE
PRAE OCVLIS HABENS
HOC SEPVLCHRVM VIVENS
SEXAGENARIO MINOR
SIBI P.

Hæc sunt , quæ Auctor noster elucubravat :

- I. Istoria del Lago della Repubblica di Canobio . MS. apud P. Josephum à Canobio Ordinis Capuccinorum , in ejusdem Oppidi Conventu nunc degentem . Extrixisse etiam MS. apud Jo. Baptistam Blanchinum asserit Picinellus loco mox citando .
- II. Istoria Informazione del Borgo di Canobio , e delle Famiglie di esso , divisa in due parti , composta da Gio. Francesco del Saffo Carmeno , scritta l'Anno MDC. MS. in fogl. Extat in Bibliotheca Monachorum Cisterciensium D. Ambrosii Mediolani .
- III. Istoria del Miracolo della Pietà di Canobio . Hanc editam fuisse fide digni Testes affirmant . Eam tamen non vidi .
Memoratur à Statio Trugo Catalauno , scilicet Lazaro Augustino Corta in Corographia Verbani Lacus lib. II. cap. II. , & à Picinello in Athenæo pag. 299 .

CCCCXLVII.

CARMINATUS PAULUS.

Paulus Carminatus , Mediolani ortus , professus est in Ordine Clericorum Regularium Sancti Pauli Anno MDCLX. Humaniorum Litterarum Professor fuit in Collegio Sancti Alexandri . Dum Collegium Ticinense administraret , à Cosmo III. Magno Etruriæ Duce ad instituendum Gastonem Secundogenitum suum Florentiam evocatus est . Quo munere per annos aliquot egregiè gesto , Summi Pontificis jussu Bononiam Poenitentiarum mittitur . Id exercens munus senex obiit Anno MDCCXV. Synodum Dioecesanam Bononensem à Cardinali Jacobo Boncompagno celebratam coordinavit , quæ Anno MDCXCVIII. Ibidem impressa fuit in fol. Typis etiam edidit duo pia Opuscula Præceptiones , & Meditationes continentia ; scilicet :

Tom. I.

- A I. Documenti cavati dalle preghiere delle Domeniche . Milano , per Giuseppe Malatesta , 1714. in 12.
- II. Divoti Riflessi sopra la Passione di Gesù , come sopra , in 12.
- III. Synodus Bononienfis , de qua supra jam diximus . A Suis .

CCCCXLVIII.

CARMINATUS BRAMBILLA PLACIDUS.

Ordinem Jesuatarum à B. Joanne Columbino conditum , & superiori Sæculo à Clemente IX. extinctum (cujus olim fuit insigne illud Cœnobium Sancto Hieronymo Sacrum , quod nunc Mediolani Societatis Jesu Alumni religiosissimi incolunt) professus fuit Placidus Carminatus Brambilla , in hac ipsa Urbe genitus . Vir fuit non pietatis tantum , sed eruditionis quoque ornamentis excultus , dignusque habitus , qui Instituti sui Monasteriis non semel præesset , inter quæ illud etiam rexit , quod in Urbe Vercellis sub Sancti Apostoli Bartholomæi nuncupatione florebat . Præfecturis tamen implicitus à litterarum amore abduci nunquam potuit , nam quotquot in Ordine suo excelluerant Virorum vel pietate , vel doctrina laudabilium monumenta æternitati sacra cupiens , Volumen elaboravit hoc inscriptum titulo :

- I. Mortorio de i Gesuati di S. Girolamo . Editum fuisse Anno MCCCCLXXIV. ait Aurelius Blancus in Compendio Nobilitatis , & Antiquitatis Familiæ Blancorum edito Mediol. 1623. in fol.
Hoc etiam Typis prodiit Opus ejus posthumum :
- C II. Discorso di tutto ciò , che nel Ritratto dell' Universo si contiene . Trevigi , presso Evangelista Deuchino , 1598. in 8.
De eo agit Picinellus in Athenæo pag. 471.

CCCCXLIX.

à CARNAGO IGNATIUS.

Carnagi , quod Oppidum est Mediolanensis Ducatus , in Comitatu Sepriensi locatum , in lucem editus est Ignatius , qui Ordinem Minorum Capuccinorum amplexus à Patria dictus est à Carnago . Vir fuit devotus , ac religiosus moribus , venerandus , pietate , ac concionandi munere fervidus . Erga Beatissimam Virginem Mariam summo devinctus devotionis affectu , ejusque propagandi , ac dilatandi cultus studio , præcipuè ejus Immaculatæ Conceptionis , assidue intentus ; scripsit Italicè in honorem ejusdem Deiparæ librum sub titulo :

- I. Città di Rifugio a' Mortali , ec. In quo continentur præcipuè devotiones in obsequium Beatissimæ Matris Dei ex Sanctis Patribus collectæ . Mediolani , apud Ludovicum Montiam , 1655. in 4. Scripsit etiam :
- II. De Excellentis B. Virginis Mariæ librum unicum . Ibidem 1656. in 4.
- III. Manuale Servorum B. Mariæ Virginis . Ibidem 1656. & Cremona , 1658. in 8.
- IV. Paradisum Spiritualem , in quo agitur de perfectione Christiana , de vanitate , & infelicitate hujus Sæculi , de felicitate Religionis , & similibus . Mediolani , apud Ludovicum Montiam , Anno 1663. Tom. I. in 4.
- E V. Turris Sacra erecta supra firmam petram auctoritatum Divinæ Sapientiæ ad gloriam magnæ Matris Dei omnium infirmitatum , & malorum Medicæ Cœlestis , ac Supernæ curatricis . Mediolani , Anno 1666.
In commendationem hujus piissimi viri Augustinus Terzagus in suis Epigram. fol. 44. sic cecinit :

*Æmula dona nitent radiis , Ignatius , & Sol :
Hic flagrat flammis , alter amore calet .
Sol Cœli influxu violas , & lilia gignit ,
Ille uberi eloquio Cœlica dona pluit , &c.*

Ex Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum , à Dionysio Genuensi contexta . Edit. II. pag. 172. à qua , & à Suis titulos suprascriptorum librorum habuimus latino sermone , ut damus , sed vereor ne sint lingua Italica conscripti , & ex Picinello in Athenæo pag. 378.

CCCC.

CAROCCIUS TIBURTIUS.

Tiburtius Caroccus Mediolanensis, cujus parentum nomen invida sustulit oblivio, cum vigesimum ætatis annum ageret, ut Deo totum se manciparet Anno Salutis humanæ MDLXXXIV. in Modoëtiensi Oppidi Collegio relatus est inter Clericos Regulares Sancti Pauli Decollati, vota que professionis suæ Deo reddidit Anno sequenti. Inter cæteras Religioso Viro dignas virtutes singularem erga Deiparam Virginem pietatem prætulit. Laudatissimo Præfuli Carolo à Basilica Petri ad Novariensem Cathedram ex eadem Congregatione assumpto charus inter primos fuit nec immerito, ita enim exigere videbatur Tiburtii nostri labor assiduus, quo aderat Antistiti de animarum sibi creditarum salute sollicito tunc præsertim, cum Diocesim universam lustraret. Verbo enim, atque exemplo populos ad Christi Domini amorem, & Divinæ Matris cultum strenuus operarius excitabat. Zelum suum sibi superstitem desiderans, ut vel mortuus prodesset, hæc exaravit.

- I. Esercizio quotidiano per onorar la Vergine. *Casale, per Cesare Goffi, 1625. in 12.*
- II. Lettere sopra le Missioni de' PP. Gesuiti al Giappone. MS. in fol. extabat penes Co. Antonium Blanchinum Bononiensem mei, dum vixit, amicissimum.
- III. Corona Spirituale, e Mistica composta di quindici Misterj per coronare la Vergine. Hæc à Suis hausi, qui postremum Opus editum sit nec ne, vel ubi servatur non indicarunt.

A SANCTO CAROLO ANASTASIUS.

V. BECCARIA FRANCISCUS.

A SANCTO CAROLO BARTHOLOMÆUS

MARIA. V. BASCIUS JO. BAPTISTA.

A SANCTO CAROLO JO. AMBROSIVS.

V. de NOBILIBUS CHRISTOPHORUS.

CCCCI.

CARPANUS HORATIUS.

EX nobili Carpanorum stirpe, parentibus Johanne Henrico, & Lucretia Barbavaria in lucem venit Mediolani Horatius, de quo in præsentiarum instituendus est sermo. Ad legalia præsertim studia natus fuisse visus est, hæc enim ad extremum usque vitæ spiritum profectus, adeo in illis profecit, ut ejus Volumina etiamnum legum Professoribus magnam conferant utilitatem. Anno MDLVIII. in Jurisperitorum Mediolanensium Collegium meruit cooptari. Multa conscripsit, atque vulgavit proprio ingenio elaborata; sed utinam in alienos labores (ut fertur) non involasset. Ut enim advertit in Schedis suis JC. Sitonius, cum Tutor constitutus esset Brandimartis Barbavariæ, Observationes ad Statuta Mediolani à Præfide Marco Barbavaria Brandimartis Propatruo elucubratas sub nomine suo vulgavit. Id confirmat Sitonius testimonio JC. Joannis Baptistæ Barbavariæ Brandimartis ex filio pronepotis, nosque etiam id innuimus in vita Præfidis Marci. Sed cum hanc litem discutere ad nos minimè spectet, aliis hujusmodi spartam relinquimus, ea tantum protulisse contenti, quæ ad rem facere visa fuerunt. Obiit Carpanus noster Anno MDXCV. In Opus, quod numero II. dabimus hoc Epigramma vulgavit in libro suo, cui titulus: Lufus: Bernardinus Baldinus:

*Est homicidarum liber hic homicida, nec asper
Occidit quemquam, tela nec ulla gerit.
Sed prohibet ne quis mortales evocet; hoc est
Sanguineas scriptis exanimare manus.*

Impressum est etiam in eodem Carpani libro simul cum alio F. Andreæ Blanconi Servitæ.

A In his verò ingenium ejus, & fama adhuc supereff:

- I. Lucubrationes in Jus Municipale, quæ appellant Statuta Mediolani. *Ibid. apud Paulum Gotbardum Pontium, 1583. Tom. II in fol. Francofurti, 1611. & iterum Mediolani, apud Bidellum, 1616.*
 - II. In quatuor insigniores Novarum Mediolani Constitutionum §§. Commentaria, nempe Homicida, Quicumque, Collegiis, Tit. de Pænis, & §. Omnium, Tit. de Jure, & Privilegio Fisci; cum aliorum Tractatibus collectis ex variorum Codicibus per Julium Cæsarem Ruginellum, de quo agemus suo loco. *Mediolani, apud Benediktum Somascbum, 1608. in fol. priores verò editiones fuere apud Pontium, 1581. & denud Francofurti, 1611. & 1646.*
- Rerum omnium, & vocum memorabilium, quæ in Commentariis Auctoris nostri reperiuntur, Index Locupletissimus conscripsit est à Martiale Ruglerio de Arcidoffo Senense ejusdem Carpani Scriba. *Mediolani, apud Johannem Baptistam Colonium, 1588. in fol. & à Johanne Baptista Ceronetto Mediolanensi Causidico, & Notario. Ibid. apud eundem, 1586.*
- In Opere, quod recensuimus num. I. leguntur alia Carmina Baldini, & Blanconi supradictorum. Agunt de eo Lafor à Varea; Picinellus in Athenæ pag. 434 & alii.

CCCCII.

CARPANUS JOANNES.

Auctor noster Joannes Nobilis Mediolanensis Civis, Grapanus dicitur in Inscriptione sequentis Operis; cum autem Clarissimus Olgiatus olim Ambrosianæ Bibliothecæ Præfectus, ut in ipso Codice legitur, eum cognominaverit Carpanum, nobis tanti Viri sententia arridet, ut inter hujus Gentis eruditos collocetur. Invida doctis hominibus oblivio parentes, actaque Joannis hujus obliteravit; Nihil igitur dare possum Lectori præter Codicis à me inspecti titulum, qui sequens est ad litteram:

- I. Adsit principio Virgo Maria meo. Liber Virtutum, & Allegationum Auctorum, ferè aureus nuncupatus, compositus, & cumulatus per Nobilem Dominum Joannem de Grapanis Civem Mediolani, qui ab Illustrissimo Domino Duce Mediolani propter hujusmodi floridi Operis onus exitit recompensus non exigua prælibati Domini benignitate, humanitate, liberalitate, & exemptionis gratia, ut clarius patet ex litteris Dominicalibus sibi concessis, & in prælibati Domini Curia registratis. Subjecta sunt nomina Auctorum, seu Librorum unde Scriptor Opus ipsum compilavit. In fine verò hæc leguntur: Finis hujus libri est de Anno MCCCC-LXVIII. die XIII Novembris per me Ludovicum de Saluthiis. MS. in 4. signat. P. num. 29. pagg. 565. in Biblioth. Ambrosiana.
- De hoc Codice agit Cl. V. Antonius Muratorius in Antiq. Ital. Medii Ævi Tom. III. Dissertat. XLIV. col. 914. & sequenti, ubi etiam quosdam Auctorum recenset, qui à Joanne nostro citantur.

CCCCIII.

CARPANUS PETRUS VINCENTIUS.

Petri Vincentii Carpani Mediolanensis Eruditio nendum in Patria, ubi litterarum studiis dedit Operam, sed in aliis quoque Italæ Urbibus, superioris Sæculi initio emicuit. Nam cum Philosophicas Artes, Sacrasque paginas plures per annos sedulo labore didicisset, atque in Theologia Magister fuisset renunciatus, Presbyterii dignitatem, qua insignitus erat & moribus religiosissimis, & doctrinæ laudibus decoravit. Harum virtutum gratiâ extra Infubrum quoque fines famâ clarus ad Brixientis Urbis Clericale Seminarium regendum evocatur, ut Sacris Mysteriis initiandos adolescentes ad pietatem, & Scientias assequendas non duceret verbo solum, sed exemplo quoque incitaret. Ibi etiam Eloquentiam publicè professus est, neque defuerunt præclaro Viro amœna Musarum studia, quibus tamen non nisi ad Divina Christi Dei gesta celebranda, quemadmodum Sacerdotem decet, uti voluit. Emortualem ejus annum frustra quæsimus. Immortalitate dignum tamen illum Opera, quæ hîc recensimus, prædicant:

I. De

- I. De ratione scribendi Epistolas Scholæ priores. *Brixia, apud Fontanam, 1613. in 8.*
 II. Oratio de publicis Gymnasiis Brixie restitutis. *Ibid. apud Rizardum, 1615. in 4.*
 III. Christus nascens.
 IV. Christus circumcitus, Poëma. *Genus, apud Poronum, 1625. in 4.*
 V. Epistolæ latinæ plures extant inter illas Salazarii, Sacci, & Farnesii: editas Mediol. 1622. in 4., inter quas leguntur aliæ Sacci ad Auctorem nostrum.
 VI. Della forma, che deve tenerfi nelle Cric.
 VII. Elogia Sacra plura.
 VIII. Lachrymæ de Christi Domini cruciatibus, & nece. Poëma.
 Hæc tria postrema hausimus e Picinelli Athenæo loco citando, nullibi tamen indicat, juxta morem suum, locum, annum, vel Typographum.
 IX. Plures Orationes: teste Hieronymo Borferio in Supplemento Cap. XII.
 X. Epigramma in laudem Francisci Picinelli; præfixum est hujus Operibus.
 Extant ad eundem ipsius Francisci Litteræ latinæ inter editas illius.
 Agit de ipso Philippus Picinellus in Athenæo pag. 469.

CCCCCLIV.

CASA-BLANCA ANTHELMUS.

ANthelmus Casa-Blanca Mediolanensis, cujus natalem Annum à me Lector ne quærat, professionem in D. Brunonis Instituto emisit sub Augustino Garzonio Mediolanensi Carthusiæ apud Ticinum Priore, vigesima prima die Martii Anno trigesimo primo post sexcentimum millesimum. Domesticæ in Carthusia Januensi œconomiz Anno MDCXLVI. instituitur administrator, quâ laudabiliter exactâ, Savonensi præficitur Prior Anno MDCL. usque ad Annum MDCLV. in quo ad Carthusiæ Montis S. Petri regimen transmittitur per quinquennium, suarum thesaurum virtutum profusus in subditos, tandem absolute ab officio Anno MDCLX. humiliatus, ut Religiosa ejus probaretur perfectio, ea semper majore refulsit per decennium in Procuratoris Carthusiæ supradictæ Savonensis officio. Tandem tertio Nonas Junii Anni MDCLXX. ad Cœlestes Christi Jesu Redemptoris nostri festinavit amplexus, suæ pietatis relinquens vestigia in septem. & decem Epistolis Spirituali, ac Monastico dictatis stylo, ex quibus excerpti, eum duo ascetica composuisse Opera, nimirum:

- I. Quarantena Spirituale distribuita in più giorni d'Esercizj. MS. *Est etiam impressa Papiæ, per Jo. Andream Magri, 1642. Nomine Auctoris suppresso: recusa Mediol. apud Philippum Gbifulpum, 1650.*
 II. Alcuni Esercizj sopra il Santissimo Rosario, cavati dalla Sagra Scrittura, e da altri Autori. MS.
 III. Epistolæ XVII. de quibus supra jam dictum. MSS. cum aliis supra narratis in Biblioth. Carthusiæ prope Papiam.
 Hæc à Suis.

CCCCCLV.

CASANOVA ANDREAS.

EOs inter Auctores, qui de Ambrosiano Ritu toto Christiano Orbe celeberrimo benemeriti sunt, non infimum sibi locum promeruit Andreas Casanova Mediolanensis, quod evidenter agnoscere poterunt quotquot Volumen infra laudandum pervolutare studuerint. Cum enim, ut Eruditi omnes noverunt, Mediolanensis Ecclesia ab Apostolicis temporibus propriis utatur peculiaribus Ceremoniis, quæ à Sancto hujus Urbis Parente atque Antistite Ambrosio auctæ, & exornatæ ab ejus nomine Ambrosianæ dicuntur; cumque in Euangeliis solemner ad Aras pronuncian- dis diversum sequatur ordinem à Romana, non parum prodesse poterit Verbi Dei Præconibus in hujus Urbis Diœcesi animas Christo Domino lucraturis Opus Auctoris nostri præ manibus frequenter habere. Erat ille Parochialis Ecclesiæ Sancti Petri, cui cognomen ad Hortum, Rector, piissimisque moribus præditus sibi traditum gregem plures annos governa-

A vit felicissimo eo Sæculo, quo Sanctus Præsul Carolus Borromæus huic Urbi præerat:

En igitur Operis Inscriptionem:

- I. Concordantia Lectionis Evangelicæ juxta morem Ecclesiæ Mediolanensis cum Romana, & Homiliariis. *Mediolani, apud Malatestam, 1594. & apud Tinum, 1608., atque denuo 1617. in 4.*
 Agit de ipso Picinellus in Athenæo pag. 30.

CCCCCLVI.

CASATUS CHERUBINUS.

Cherubinus Casatus ex spectabili Mediolanensi familia genitus in ipso adolescentiæ flore Anno MDLXV. Religionem enixè concupitam ingressus, inter Clericos Regulares Sancti Pauli vota emisit in manibus Alexandri Saulii, de quo, cum locus dabitur, non sine debita commendatione dicemus, quemque, dum hæc scribimus, à Sanctissimo Domino nostro BENEDICTO XIV. Aris admotum audivimus. Cherubinus igitur in Ticinensi Urbe divinas, humanasque litteras magno studio coluit, ac postmodum à Divo Antistite Carolo Borromæo Sacris Ordinibus est initiatus. Tum in Collegio Sancti Barnabæ totius Congregationis suæ primario Philosophiæ præcepta laudabiliter docuit. Conciones ad populum habuit non absque ingenti laude, & plurium annorum spatio in variis, præcipuisque Italiæ Urbibus. Prudenter, utiliterque præfuit Collegiis Instituti sui Sancti Severini, Sancti Alexandri Mediolani, & Sancti Christophori Vercellarum. Novum etiam Sodalibus Collegium Viglevani, favente Marfilii Landriani Mediolanensis Patritii, ejusdem Urbis Episcopi liberalitate, fundavit. Ineunte Anno MDCXVIII. evocatus à terris quievit in Domino.

Quæ scripta reliquit habes hinc Lector optime.

- I. Il Simbolo Apostolico dichiarato in cento Discorsi. *Milano, presso gli Eredi di Pontio, e Piccaglia, 1615. Tomi III. in 4.*
 Duos priores Tomos ipse vulgavit; Tertium verò debemus Innocentio ab Ecclesia ex eadem Congregatione, cujus cura lucem aspexit.
 Inter Epistolas Stephani Guatii, qui Cherubino amicus fuit, editas Venetiis, 1592. septem leguntur ad eum datæ, ubi pluribus ipsum laudat.
 Casatum nostrum commendant Hieronymus Borferius in Supplem. pag. 40. Jo. Petrus Crescentius in Præfatio Romano; supradictus Innocentius ab Ecclesia in Nuncupat. Tom. III., & Picinellus in Athenæo pag. 144.

CCCCCLVII.

CASATUS COMES.

Comes Casatus nobilissima apud Insubres ortus familia, Jordano Patre, sacris, humanisque litteris ab ipsa pæne infantia eruditus, Canonum Magisterio meruit insigniri. Orthono Vicecomite Archiepiscopo Ambrosianam Ecclesiam administrante, Anno MCCLXI. Canonicus Ordinarius Basilicæ Sanctæ Mariæ, quæ Metropolitana est, constituitur. Hinc ad Archidiaconatum ejusdem ascendit Anno MCCLXX. ut Sitono infra citando placet, sive potius, ut Abbas Trivultius adnotavit in Catalogo Ordinariorum, Anno MCCLXIX. Romam postea evocatus, Sacri Palatii Auditor à Nicolao Papa III. constituitur, mox à Martino IV. die XXIII. mensis Martii Anno MCCLXXXI. Sacra Purpura decoratur assignato Presbyterali Titulo Sanctorum Petri, & Marcellini. Horum Martyrum Basilicam Comitum instaurasse testantur Carmina ad hæc usque diem ibidem conspicua:

HÆC FIERI COMES MEDIOLANENSIS IN HVIVS

CARDINEI TITVLI IVSSIT HONORE SVI.

Virum

Virum hunc & morum pietate, & eruditionis sacrae ornamentis insignem plurimi fecerunt Romani Pontifices, Nicolaus praesertim III. qui ejus usus est opera in gravissimis Ecclesiae negotiis, ut infra indicabimus. Sanctimonia tanta fuit, ut Beatus vulgo audiat, ejusque Icones Laureola redimitae publice proponantur fidelibus, ut hic etiam in Patria videre licet in Templo Sanctae Mariae Passionis Canonorum Lateranen-

A sum, qui Comitem inter Instituti sui Alumnos recensent, quibus Tabulis id probantes, ignoramus. Adfuit electioni Honorii IV. postmodum in ipsa Urbe pestifero tactus morbo Anno Dominicae Incarnationis MCCLXXXVII. VI. Id. Aprilis piissime, ut vixerat, defunctus est, Sede Apostolica vacante post ejusdem Honorii obitum. Conditus est in Lateranensi Basilica hoc Elogio Tumulo ejus imposito:

ANNO DOM. MCCLXXXVII. MENSIS APRILIS DIE VIII.

DE MEDIOLANO COMES HOC REQUIESCIT IN ANTRO
PRESBYTER ET CARDO VENIAT TIBI SPLENDOR AB ALTO
LOMBARDIS CHARVS IPSORVM GENTE CREATVS
DE PATRIA CLARVS DE MAGNO SANGVINE NATVS
TV SAPIENS PECTVS IVRIS VEXILLA FEREBAS
PAVPERIBVS LARGVS AD PRAVA PER OMNIA TARDVS
CONSILIO MAGNVS MITIS DEVOTVS VT AGNVS
MVNERIS ACCEPTOR RARVS TV IVSTVS OBISTI
NOMINIS ILLECTOR CVR SIC CITO MORTE RVISTI
HINC MEDIOLANVM ROMANAQVE CVRIA PLORET
NE FLEAT IN VANVM PRO TE ROGO QVILIBET ORET.

Jacobus Columna Diaconus Cardinalis Sanctae Mariae in Via Lata, arctissimo necessitudinis vinculo Cardinali nostro conjunctus, in eadem Basilica Sa-

B cellum construxit, Aramque erexit ad Sacrificium pro Comitum anima, hac apposita Inscriptione:

D. O. M.
DOMINVS IACOBVS DE COLVMPNA
CARDINALIS S. MARIAE INVIA LATA
PRO ANIMA

DOMINI COMITIS CARDINALIS FECIT FIERI
HANC CAPELLAM CVM ALTARI ET OMNIBVS.

Tam praecleari Purpurati doctrinam prodit:

I. Examen Regulae Sancti Francisci. Ejus enim Opera discussam fuisse Constitutionem hoc super negotio a Nicolao III. editam, quae incipit: *Exiit qui seminat* &c. inter Canonicas Leges relata; testantur Auctores gravissimi Ciaconius, & Oldoinus, atque Emmanuel Rodericus locis infra citandis.

II. Donationis ab eo factae dum esset Mediolanensis Ecclesiae Archidiaconus pro salute animarum olim Dominorum Jordani ejus Patris, Amizonis ejus Avi, Rugerii ejus Patris, nec non Othonis, & Maynfredi fratrum ejusdem Comitum, Ecclesiae Sancti Faustini de Mariscio, plebis de Massalia, Tabulas datas in Ordinaria Mediolani in domo habitationis ipsius Domini Magistri Comitum die XVI. Septemb. MDCCXX. refert JC. Sitonus in Monumentis Familiae Casatae infra citandis.

III. Testamentum quod condidit Dominus Magister Comes de Casate Archidiaconus Mediolanensis. Actum in Ordinaria Ecclesiae Majoris Mediolani die Martis XVI. Septembris Anno MCCLXX. citatur ab eodem Sitono.

In Codice inscripto: Manuale Annualium Ecclesiae Metropolitanae Mediolani congestum per Ven. Primicerium Decumanorum ejusdem Ecclesiae haec leguntur: *Die Veneris primo Quadragesimo. Annuale Domini Comitum de Casate Presbyteri Cardinalis, quod fieri debet in Ecclesia Majori &c. super petra una terra jacent. extra P. V. prope Ecclesiam S. Victoris, quae est perticularum. per Instrumentum traditum per Antegradum Crotum Notarium Mediolani die II. Augusti Anno MCCLXXVI.* Mirum profecto videri poterit quoniam pacto die Veneris primo Quadragesimo celebrari potuerit Anniversarium hoc solemne, cum noscant Eruditi omnes Ambrosianam Ecclesiam Feriis sextis Quadragesimalibus nedum solemne, sed neque privatum Deo Sacri-

C ficium offerre. Nisi forte alia esset eo Saeculo consuetudo, ut scilicet non de ipsius diei Officio, sed pro Defunctis, qui ultimis Tabulis hoc legassent, Missa solemnis celebraretur; aut Officium tantum, quod probabilius censemus, sine Sacrificio persolveretur. Rem dirimendam Ecclesiasticorum Virorum judicio reservamus.

Laudant Comitem Gualvaneus de la Flamma in Manipulo Florum Cap. 317. Donatus Bossius in Chronico; Georgius Merula in Antiquit. Vicecom. lib. 6. Trifstanus Chalvus Historiae Patriae lib. 17. Bernardinus Corius. Paulus Moriggia in Hist. Antiq. Mediol. lib. 1. Cap. 56. qui eum Beatum dicit, quemadmodum & Bosca in notis ad Martyr. Mediol. ad diem Kal. Novemb. Salvator Vitalis in Theat. Magnal. Urbis Mediol. Joannes Petrus Crescentius in Amph. part. 1. Joannes Baptista Carisius in Diario Sacro. Ciaconius in Vita Nicolai III. Augustinus Oldoinus Tom. II. pagg. 242. & 243. Platina in Martino IV. Emmanuel Rodericus in Collectione Privilegiorum Apost. Regularibus concessorum, & fusius Cl. Sitonus in libro inscripto: „Beati Sacrorum Canonum Magistri Comitum de Casate Sanctae Mediolanensis Ecclesiae ab Anno MCCLXI. Canonici Ordinarii nuncupati, & ibidem ab Anno MCCLXX. Archidiaconi: sub Nicolao Papa III. Sacri Palatii Apostolici Auditoris, a Beato Martino IV. Pontifice Maximo die XXIII. Martii Anno MCCLXXXI. Romana Purpura decorati. Die VIII. Aprilis Anno MCCLXXXVII. ad excelsas Beatorum Sedes elati: Generis, doctrinae, ac sanctimoniae luminibus clarissimi, ejusque ex fratribus Maynfredo, ac Othone Equestris Ordinis descendenti Stemma Genealogicum publicis Instrumentorum tabulariis, Principum Diplomatum, Sepulcrorum Elogiis, & Historicis Monumentis ab Anno MCII. ad Annum MDCCXXIV. plenius elucidatum; obervante Jureconsulto, & Advocato Joanne de Sitonis

„tonis de Scotia Ven. Collegii Nobilium J. PP. Ju-
dicum, & Advocatorum, Excellentissimeque Civi-
tatis Mediolani Chronista Anno MDCCXXIV. = in
fol. impres.

CCCCLVIII.

CASATUS CURTIUS.

Arsenius Casatus, atque Laura Grumella Con-
juges Curtium in hac Urbe genere medio ferme
Sæculo XVI. A teneris annis litteris imbutus, & ad
majora studia sedulo educatus, Mathematicas præ-
sertim, atque Astronomicas Artes diligenter exco-
luit; cumque in his plurimum profecisset, in Platti-
no Gymnasio Matheseos publicus Professor constitui
meruit. Fratres habuit Joannem Baptistam Equitem
Hierosolymitanum, atque Virginium J.C. Collegiatum,
de quibus agit Sionus in Chronico Artic. 659. pag.
163. Molestè interea ferimus nullum aliud gestorum
illius monumentum superesse, immo etiam emortua-
lem Curtii hujus Annum ignorari.

Ejus quale fuerit ingenium hæc produunt Opera:

- I. Geometricum Problema demonstratum. Mediolani, ty-
pis Archiepiscopalis, in 4.
- II. Prima pars Constructionis Astronomiæ, duas in partes
distributæ, in eam videlicet, quæ de primo mobili,
& eam quæ ex secundis mobilibus est. Auctore Cur-
tio Casato Mediolanensi Mathematicarum Professore
in Gymnasio Plattino Mediolani habitante. Anno
MDCIX. pagg. 150. MS. in fol. sign. I. num. 18. in
Bibliotheca Ambrosiana. Codex est optimè scriptus
una cum multis delineationibus Mathematicis.
Præfixam habet loco Præfationis Epistolam nuncupato-
riam ad Federicum Cardinalem Borromæum; & ibi-
dem leguntur Epigrammata duo in Auctoris laudem
Caroli Patellani unum, alterum verò Cæsaris Burri.
Secunda pars hujus Operis vel periit, vel ab Auctore
morte prævento, perfici non potuit.

CCCCLIX.

CASATUS DANESIUS.

Danesio Casato parentes fuere Hieronymus, &
Blanca Cribella nobiles Conjuges. Post reliqua
minora studia Jurisprudentiæ totum se addixit, & in
utroque Jure Doctor creatus Jurisconsultorum Me-
diolanensium Collegio adscriptus fuit Anno MDC-
XLIV. Decurio etiam Patriæ constituitur, atque in
publicum commodum ad Catholicam Majestatem Le-
gatione fungitur. Sanctissimæ Inquisitionis Officium
à Consultationibus electus egregiè juit, tum Annis
MDCLVI., & MDCLXV. Urbis Præfecturam ges-
sit. Cum autem Regii Fiscus susceptum patrocini-
um strenuè exercuisset, conscriptis Insubiæ Patribus an-
numerari meruit; mox Regi Catholico fuit à Consi-
liis, Regens etiam in Supremo Rerum Italicarum
Consistorio renuntiatus. Missus est quoque in Regnum
Neapolitanum Visitator Generalis, atque demum se-
dit in Secretiori apud Mediolanensis Domini Supre-
mos Moderatores Consilio. Abiit è terris Anno Sæ-
culari MDCC.

Reperimus tanti Viri, quæ hîc recensentur:

- I. Oratio in laudem Eminentiss. Cardinalis Cæsaris Mon-
tium Archiepiscopi Mediolanensis. Inseruit eam Octa-
vius Boldonus à nobis loco suo commendatus in li-
bro inscripto: Theatrum temporaneum eternitati
Cardinalis Montium sacrum. Mediol. apud Pacif. Pon-
tium, 1636. in fol.
- II. Allegationes Juridicæ permultæ. Extant in Collecti-
onis Archintea, Archiana, Soliveta &c.
De eo Sion. pag. 215. Art. 933.

Tom. I.

CCCCLX.

CASATUS FRANCISCUS.

Franciscus Casatus Joannis Baptistæ Nobilis Me-
diolanensis filius, & Horatii mox laudandi ne-
pos, Patruis sui exempla secutus, atque Clericalem
amplexus institutum, eo ad Ordinariatus dignitatem
assumpto, successor datus est in munere Præfecti Ce-
remoniæ. Hoc officio dignus habebatur à Fede-
rico Cardinali Borromæo, quod jam sub Horatio
non contemnenda in eo genere doctrinæ specimina
præbisset, & Sacris Mysteriis sedulo adstans magnam
sibi hujusmodi rerum experientiam comparasse vide-
retur. Neque verò de se conceptam opinionem fe-
ellit Vir præclarissimus; ideo cum fato cessisset Pa-
trius Anno, ut dicemus, MDCXXIX. etiam in
Canonicali hujus Metropolitanæ Basilicæ honore ipsi
succedere meruit. Vixit ad Annum usque MDCXLII.,
qui ei fuit extremus.

Scriptit verò:

- I. Ordine da tenerfi nel benedir la prima Colonna da porfi
nella nuova Facciata della Chiesa Maggiore di Milano,
in fol. sine loco, anno, & Typographo. In fronte
autem legitur ipsius Francisci manu: 1628. die Sab-
bathi 8. Julii. In fine verò, eadem manu, hoc Epi-
gramma:

De Columna excisa.

AD ILLUSTRISSIMUM & REVERENDISSIMUM
FEDERICUM BORROMÆUM S. R. E.
CARDINALEM.

Ante superfusa Verbanum arugine marmor,

Quam tua letiferum nomina tempus edet.

Si tamen ante tuum rodat, quam marmora nomen,

Notior extincto nomine Præsul eris.

Scilicet immanes oculis metita Colyndos

Postera de Auctore Secula sic statuent.

Quisquis in hæc jussit fastigia currere montes,

Aut Deus, aut similis vir erat ille Deo.

Emmanuel Thesaurus Societ. Jesu.

- I. Extat apud amicissimum Canonicum Joannem Andream
Iricum.
- II. Ritus benedicendi Columnam excisam ex saxo Baveni,
juxta lacum Verbanum, & in Frontispicio Ecclesiæ
Majoris Mediolani collocandam. MSS. autograph. in
fol. apud eundem Canonicum Iricum.
- III. Epistola Italica ad Cardinalem Cæsarem Montium Ar-
chiepiscopum Mediolanensem de ejus Ingressu in hanc
Urbem, simul cum
- IV. Descriptione Ingressus ejusdem. MSS. autograph. in
fol. extant apud Comitem Cæsarem Montium Regiis
Venationibus Præfectum, ac litterarum amantiss.
Agit de eo Sionus in Monumentis Familiæ Casatæ.

CCCCLXI.

CASATUS HORATIUS.

Horatum Casatum nobili genere Mediolani na-
tum, Patre Octaviano felix illud suspexit Sæ-
culum, quo Sanctus Cardinalis Archiepiscopus Ca-
rolus Borromæus Ambrosianam Ecclesiam administra-
bat. Inter Clericos relatus, & sacris eruditus lit-
teris, tum Sacerdotio insignitus, ab Optimo Præ-
fule, cui ob spectatum morum candorem, atque
eruditionem charus in primis erat, dignus est habi-
tus, qui in Templo hujus Urbis Maximo Cæremoni-
arum Præfectus, tametsi non admodum provec-
tate, constitueretur. Munus hoc præstitit vigilan-
tissimè sub eodem Sancto Carolo, & Gaspare Vice-
comite successore, postremoque defuncto, etiam sub
Cardinali Friderico Borromæo. Ab hoc in laborum
præmium inter Ordinarios Metropolitanæ Basilicæ

T t

coo-

cooptari meruit ; desiderium sui posteris reliquit migrans è vita Anno Salutis MDCXXIX.

Hæc scripta ejus invenimus .

- I. Diarium eorum omnium , quæ S. Carolus Borromæus à Vigilia Nativitatis Domini Anno MDLXVII. usque ad Vigiliam Sancti Sebastiani MDLXXXII. circa facta egit . Opus est Italica lingua conscriptum , summaque diligentia compositum , hisque utilissimum , qui Ambrosianis Cæremoniis navant operam . MS. in fol. jussu molis Autographus apud Canonicum Joannem Andream Iricum .
- II. Ordo servandus in ingressu Illustrissimi & Reverendissimi D. D. Federici Cardinalis Borromæi Archiepiscopi in Urbem Mediolanensem . MS. in fol. Autograph. apud eundem .
- III. Epistolæ plures ad Fridericum ipsum Cardinalem sacra eruditione , præsertim de Ambrosianis Ritibus , plenæ . Extant Autographæ in Biblioth. Ambrosiana sparsim in insigni Collectione Epist. ejusdem Præfulis .
Servat apud se supralaudatus Canonicus Iricus sequentes Epistolæ ad Casatum nostrum scriptas Autographas .
Philippi Ferrarii Ordinis Servorum , in qua agit de Actis Sancti Aurelii Episcopi Redicianensis . Dat. Papiæ die XII. Januarii MDCXIV .
Joannis Jacobi Piccotii , in qua plura de Canonizatione S. Caroli , & inter cætera hæc leguntur :
" Il Cardinal Baronio scrivo , che N. S. dichiara il Sig. Carlo Cardinale Beato .
" Che si faccia un riparo , acciò non si vada sopra il Sepolcro .
" Che gli Religiosi passando gli facciano un' inchino .
" Che nel giorno dell' Annuale , in cambio si canti una Messa Pontificale solennissima del Santo corrente , senz' altra Orazione , & doppo l' Evangelio si faccia un Discorso delle laudi del detto Sig. Cardinale senza far menzione ne de gratie , ne de miracoli .
" Data est Mediolani die 12. Octob. 1601. Horatius erat tunc in Oppido Casati .
Joannis Francisci Besutii eruditissima Italica , ubi differtur cur Archiepiscopi Mediolanenses per Ticinensem Portam ingredi consueverint . Lectu dignissima est : sine data , & anno . Cum autem in Inscriptione Horatius vocetur non Canonicus Ordinarius , sed tantum Præfectus Cæremoniarum scripta videtur ante Annum MDCXI .
Agunt de Scriptore nostro cum laude Bosca de origine Biblioth. Ambros. lib. 2. pag. 53. , & Sionus in Monument. Famil. Casatæ : atque Abbas Trivultius in Catalogo Ordinariorum , de quo suo loco dicemus .

CCCCCLXII.

CASATUS JOANNES PAULUS.

EX Josepho Casato , quem mox dignis laudibus prosequemur , atque Cæcilia Putea conjugibus , ortus est Mediolani Joannes Paulus nunc exhibendus . Præclarus hic Vir hujusmodi verbis à Joanne Baptista Sylvatico in Colleg. Mediol. Cap. XXXV. unâ cum Josepho Patre collaudatur . „ Josepho magni nominis Medico , morum probitate , & vitæ sanctimonia illustri Patre natus , est præcellenti ad eum ingenii acumine præditus , ut multis jam ante annis nullus in eâ ætate par illi fuerit . In Latinis litteris optimè eruditus , Græcarum splendore magno minimè caret , & morum suavitate , atque ea modestia ornatus est , ut omnibus sit carus , & in eum tanquam in virtutis singulare quoddam specimen oculos dirigant &c. Hæc de vivente Scriptore nostro tradebat Sylvaticus , neque immeritè , nam cooptatus in Physicorum hujus Urbis Collegium die XXVII. Aprilis Anno MDXC. nedum corporibus , sed animis quoque Civium curandis operam dedit ; etenim in Canobiano Gymnasio moralem Philosophiam plurimum annorum spatio publicè docuit . Desideratus est superioris Sæculi Anno duodecimo . Plura eum Manuscripta Opera reliquisse asserit Curtius mox citandus , unicum tamen se reperisse scribit sequenti titulo :

- I. Explicatio Textus penultimi IV. Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum , habita in Scholis Canobianis die XIII. Martii MDXCIII. à me Joanne Paulo Casato Philo-

sophis , & Medicinæ Doctore &c. MS. in Biblioth. Braydenfi PP. Societ. Jesu .
In Johannis Pauli commendationem hoc conscripta Epigramma Hercules Cimilioctus :

*Patre ortus Medico , Sopbia , ac Medicina ab Activis
Ore hausit lætio dogmata pæne puer .
Quid plura expectas ? nisi quod si suppetat ætas
Usurpet laudes doctæ Galeni tuas .*

Extat inter Cimiliocti MSS. Carmina in Biblioth. Fratrum Marchionum Vicecomitum .
Vide Curtium de Script. Medicis Mediol. pag. 113.

CCCCCLXIII.

CASATUS JOSEPH.

Joseph Casatus Rocchi Confidici Collegiati Mediolanensis , & Catharinæ Raynonæ Jugalium filius à teneris annis magnam præferulit indolem ad virtutis , atque eruditionis famam sibi conciliandam aptissimam . A Parente post minora studia Patavium missus , in Medica Facultate Bernardianum Paternum , & Victorem Trincavellum celeberrimos illius Academiæ Professores , Magistros habuit ; hujusque postremi Lectiones sibi traditas notis auxit , ut paulo post memorabimus . Musarum cultorem eximium fuisse innuunt , quæ de Trincavello scripsit Carmina ex Curtio infra recitanda . In Patriam regressus Laureâ honestatus , & magni à cunctis habitus Anno MDLXIX. Collegium Physicorum ingreditur , cum jam duos ante annos , pestifera lue Mediolanum vexante , publicæ salutis Curator pro ea Urbis Porta , quæ Romana vocatur , constitutus fuisset . Genuit Joannem Paulum , de quo egimus supra ; cumque obuisset Anno MDXCIV. in paternum Sepulcrum illatus est in Templo Sanctæ Mariæ Pacis ; cui hæc inscripta sunt :

D. O. M.

ROCCHVS CASATVS
A MORTE VITAM SPERANS
SIBI ET HAEREDIBVS
POSVIT MDLXXIII.

Josephi hæc superesse novimus :

- I. Adnotationes , & defensionem in librum primum Excellentissimi Trincavellii de præparatione , & usu medicamentorum , contra ejusdem objectiones . MS. in fol. In fine hæc leguntur . Ego Joseph Casatus Anno MDLXVIII. XIX. Februarii . Servatur in Biblioth. Braydenfi PP. Societ. Jesu .
- II. Adnotationes in Lectiones Victoris Trincavellii Præceptoris sui . MS. in fol. Ibid.
- III. Epitaphium ejusdem Trincavellii Carmine heroico conscriptum extat in eodem Codice .
Agunt de eo Curtius de Script. Medicis Mediol. pag. 5. & sequenti ; Centorius de peste pag. 322 , & Joannes Baptista Sylvaticus Coll. Medic. Mediol. c. 32. & 35.

CCCCCLXIV.

CASATUS NICOLAUS.

Nicolai Casati Mediolanensis Genitores extiterunt Joannes Ambrosius , & Margarita Cribella nobilissimi jugales , quorum curâ , atque solertiâ ille vel puer ad capeffendum virtutis iter incitatus , cum præclaro vigeret ingenio , paucis exactis annis inter Infubres Eruditos primas occupasse visus est . Legum scientias præcipuâ diligentia coluit , atque in eis Doctor renunciatus à Jurisperitis Collegiatis in Patria florentibus in Collegam adscitus est Anno MDCXXXIV. Nobilissimo illi Coetui Abbas præfuit , & non semel Consultor , ut vocant , Justitiæ electus fuit . In celebri Palatino Gymnasio Civilis Juris Interpres constitutus ad integra lustra quatuor Justinianeas In-

stitutiones prælegit Auditoribus, quorum non paucos doctrinæ suæ, atque virtutis reliquit hæredes. Frater ejus fuit Ludovicus Eques Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani. Ipse verò migravit à Sæculo Anno Salutis nostræ quinquagesimo quinto post millesimum sexcentimum.

Testantur ejusdem in legalibus studiis eruditionem hæc Typis vulgata :

- I. Præordinatio Læctionum non minus in Tyrocinio Juris, quam in Foro versantibus maximè utilis, & perquam necessaria ad publicum commodum elucubrata. *Mediolani, apud Gbifulpbum, 1661. in 4.*
 - II. De Actionibus. *Mediolani, apud Rollam, 1663. in 4.*
 - III. De Testamentis. *Mediol. apud Gbifulpbum, 1663. in 4.*
 - IV. De Legitimationibus. *Ibid.*
- Agunt de eo Picinellus in Athenæo pag. 430. & Sitonius pag. 210. Art. 503.

C C C C L X V.

CASATUS ROCCHUS.

Julii Cæsaris Casati, Josephi, de quo paulo antè incidit mentio, filii præclara soboles fuit Rocchus quem ille ex Clara Cusana lætissima Coniuge suscepit. Cùm Medicam Artem diligentissimè didicisset, atque in ea Lauream fuisset adeptus, die XVIII. mensis Julii Anno MDCLVIII. Collegiatis Mediolanensibus Physicis annumerari meruit. Multos per annos in ægrotorum morbis curandis Patriæ profuit, nactus propterea immortalitatem nominis apud eos omnes, quibus notus erat, nedum Insuæ, sed externos quoque. Filium genuit Antonium, qui cùm Societatem Jesu ingressus fuisset Josephi Avi sui, atque Joannis Pauli Patris Opera MSS., quorum superius meminimus, in Bibliothecam Braydensem intulit. Rocchus autem octuagesimum cùm attigisset Annum, quod senectute præpediretur, à medendo abstinere statuit, & nonnullis annis sibi tantum vivens, demum nonagesimo quarto mox lapsi Sæculi Anno morte functus est. Jacet in Sepulchro, quod in Templo Sanctorum Angelorum apud Minores Observantes nuncupatos Parentes struxerant, ubi hæc leguntur Sigla :

D. O. M.

MATTHAEO FILIO CHARISSIMO
IMPUBERI DEFUNCTO
SIBI AC POSTERIS
IVLIVS CAESAR CASATVS
AC CLARA CVSANA
VV. PP.

AD MISSAM QVOTIDIANAM
PERPETVO CELEBRANDAM,
ANNO DOMINI MDCXX.

Scripsit :

- I. De Cortice Peruviano. Hujus Operis, quod periisse dolemus, nobis servarunt memoriam Clarissimi Viri Sebastianus Badi Januensis in suo Tractatu, quem eodem titulo scripsit; atque Riccardus Morton Anglus in libro de Morbis acutis universalibus Cap. 7. de Cort. Peruvian. pag. 49. Qui postremus hæc ait: „ Clarissimus Roccus Casatus in tertianis puris, vel spuris, & in ipsis quartanis usum „ Corticis convellit, quia eum frigidâ, & narcoticâ naturâ „ esse suspicatur, unde (ut asserit) spiritus pro tem- „ pore quadantenus forsân obdormiscunt, & veluti à „ succis narcoticis heberantur; at post inducias parox- „ xismi vehementiores, & humore peccante inde vel „ aucto, vel in partes nobiliores translato, vel magis „ putrescente, dirissimi morbi succedunt &c. „ Ipsi dicatus fuit liber Petri Pauli Parravicini: Avvertimenti sopra i bagni del Massino. *Mediol. apud Cardium, 1658. in 12.* „ Ex Curtio de Script. Medicis Mediol. pag. 113., & sequenti.

C C C C L X V I.

CASNEDI CAROLUS ANTONIUS.

Carolus Antonius Casnedi Francisci Mariæ Regii Senatoris Mediolani, & Catharinæ Rummæ filius, ex clarissima Familia natus Mediolani, Societatem Jesu ingressus, post consueta Scientiarum studia docuit in Collegio Braydensi Philosophiam, ac Theologiam Scholasticam, alia interim exercens ministeria in salutem animarum, quibus excolendis sacras Missiones per Villas, & Oppida magno labore Autumnalibus feriis obibat. Cum Nobilissimo Comite de Melgar ad Matritensem Aulam profectus, substitit ibi pluribus annis Sacræ Inquisitionis Qualificator; cumque eodem Excellentissimo Comite in Lusitaniam deinde transiens, mansit non paucos alios annos Ulisipone, iisdem honoribus decoratus. Præfuit etiam Visitator, & Præpositus Provincialis toti Provinciæ Lusitanæ, ex qua dum regreditur, maligna febre correptus, summa pietate, quâ vixit, migravit ad Dominum.

Scripsit, vulgavitque quatuor Tomis in fol. sequens Opus :

- I. Crisis Theologica in selectores hujus, & elapsi Sæculi Controversias, Auctore Carolo Antonio Casnedi è Societate Jesu, olim in Mediolanensi Universitate Theologiæ Magistro, dein in utraque Hispana, & Lusitana Inquisitione Qualificatore. *Ulisipone, ex Typographia Regia Deslandensiana, Anno 1711.* De eo Sitonius in Mon. Familiæ Casnedi; atque hæc à Suis accipi.

C C C C L X V I I.

CASNEDI FRANCISCUS MARIA.

Franciscus Maria Casnedi Joannis Baptistæ Sacri Romani Imperii Nobilis, Regique ad Helvetiorum Remp. Legati, & Violantæ Millæ Coniugum filius, primam aspexit diem Mediol. Anno MDCII. die X. Augusti. Legum Scientiis animum adjecit, ac Laureâ promeritâ, inter JCC. Urbis Comensis, unde originem trahebat, cooptatus fuit, tum Decurionibus ejusdem Civitatis adscriptus. Mox Regii Fisci generalis Patronus eligitur, & in virtutis præmium Quæstor constituitur Ordinarium Reddituum Magistratus. Deinde Conscriptus Infubrici Senatus Pater & publicæ Salutis Præses declaratur, adjecto honore Secretioris Consiliarii. Regiæ quoque Catholicæ Majestatis nomine plures Legationes obivit, ad Aulas videlicet Pontificiam, Hetruscam, Genuensem, & ad Helveticos Fœderatos. Migravit è vita Anno MDCLX. ætatis suæ LVIII. Tumulus jacet in Ecclesia Collegiata Sancti Thomæ, quæ in Terra amara cognominatur, in Sepulchro paterno ante Aram Sancti Caroli Jurispatronatus Familiæ suæ, ubi hoc legitur Elogium :

IOANNI BAPTISTAE CASNEDO
REGIO RATIONATORI
PARENTI OPTIME MERITO
FRANCISCVS MARIA CASNEDVS
EX QVAESTORIBVS MAGISTRATVS
REDDITVVM ORDINARIORVM
ET PROCVRATOR GENERALIS
EXERCITVS S. C. M. SIBIQVE
ET POSTERIS P. MDCXL.

Edidit :

- I. Consilia plurima legalia in fol., de quibus nos monuit J.C. Sitonius amicissimus à se visa asserens.
- II. Informazione per lo Stato di Milano contra il Regio Fisco, e Stefano Baldi; sopra la pretensione, che hanno, che le Tasse dovute da quelle Provincie, che

DO:1

non hanno alloggiato Cavalleria ordinaria, cedano a beneficio loro. *Mediolani, sine Impressi. 1634. in fol. pagg. 40.*

III. Allegationes plures in Collectionibus JCC. Mediolanensium.

Ejus meminere cum laude Sironus in Monument. Famil. Casnediæ. Jo Franciscus Foffatus memor. Hist. bell. Ital. Gualdus Hist. univers. part. 2. lib. 10., & part. 3. lib. 1. Petrus Angelus Lavizarius in Hist. Vulturensis lib. 10. Tattus in Annal. Sacris Comens Tom. 2. Decad. 2., & in Append. ad Decad. 3. Tom. 3. Joseph Benalius Hist. Magistr. Extraord. pag. 182. Carolus Hieronymus Cavatius Somalia in Descrip. Stat. Mediol. pag. 6., & Beretta in Schedis.

CCCCCLXVIII.

CASOLA PETRUS.

EXeunte Sæculo XV. & subsequenti initio floruit in hac Insulam Metropoli Petrus Casola Vir in Ecclesiasticis Ceremoniis eruditissimus. Inter purpuratos Maximi Templi Canonicos, quibus Ordinariorum cognomen ab antiquissimis temporibus adjectum est, numerabatur Petrus noster Anno MCCCC-LXXVIII. atque Ambrosianum Ritum editis Voluminibus inferius enumerandis egregie juvit. Guidoni Antonio Arcimboldo hujus Urbis Archiepiscopo gratissimus fuit ob doctrinæ, morumque candorem singularem. Guiljelmum Durandum Mimatensem Episcopum, qui Rationale Divinorum Officiorum pro Romanæ Ecclesiæ Ritibus elaboravit, æmulatus est Casola noster, ut noscent Eruditi ex paulo post enunciandis. Emortualis tanti Viri Annus septimus fuit Sæculi XVI.

Habeat nunc Lector Operum ejus Indiculum.

I. Rationale Ceremoniarum Missæ Ambrosianæ: in fine sic legitur: Ambrosius de Caponago impressit apud Alexandrum Minutianum MCCCCXCVIII. Vigilia SS Gervasii, & Protasii, in 4.

Editio nobilissima hujus Operis in pergamento cum miniaturis, & auro, ac stemmate Auctoris servatur in Bibliotheca Canonorum Lateranensium Sanctæ Mariæ Passionis.

II. Epistola nuncupatoria præfixa Breviario Ambrosiano, quod edidit Anno MCCCCXC. ad Guidonem Antonium Arcimboldum Archiepiscopum. Hujus Codicis Exempla duo vidimus in membrana impressa, unum in Sacratio Metropolitanæ, alterum verò in Bibliotheca Ambrosiana.

Variantes Lectiones, quæ occurrunt in Psalterio hujus Breviarii à Casola editi, & differunt ab his, quæ habentur in Beroldo, aliisque Ambrosiani Ritus Codicibus tam veteribus, quam novis, non exiguo labore collegit, & adnotavit Eruditus quidam Anonymus, quem tamen, licet suspicio esse possit, non ausi sumus inter Mediolanenses recensere. MS. est justæ molis in fol. atque, ut character innuit, superioris Sæculi initio conscriptus. Eum inter plurima ad Ambrosianæ Ecclesiæ Ceremonias spectantia magno studio undique collecta servat apud se Vir nobis summa amicitia necessitudine conjunctissimus, & de quo sæpius verba fecimus, Canonicus Joannes Andreas Iricus.

In Bibliotheca ejusdem Metropolitanæ Basilicæ servatur Codex inscriptus:

III. Rubrica Breviarii Reverendi Casolæ cum multis aliis, ut infra.

1. Rubrica Psalmorum ordine alphabetico.
2. Interstitium inter certas Solemnitates mobiles, descriptas in præsentis Rubrica.
3. Hymni ordinarii numero LII.
4. Hymni extravagantes numero XI.
5. Solemnitates, & Festivitates mobiles, cum variis adnotationibus.
6. Rubrica Dominicarum.
7. Rubrica Feriarum, & Dominicarum, & Lectionum legendarum.
8. Quibus coloribus utitur Ecclesia Ambrosiana in vestendis Altaribus, & Sacerdotibus.
9. Indulgentiæ concessæ in Solemnitate Corporis, & Sanguinis Jesu Christi per Urbanum IV. & Martinum V.
10. Psalmi qui leguntur in Natale Domini.
11. Reformatio, & Instauratio Missæ Ambrosianæ facta tempore Domini Francisci de Parma Archiepiscopi Mediolani Anno MCCCCIV. Pontificatus ejus IX.

extracta ex antiquissimo Missali Ecclesiæ Mediolanensis.

12. Coronatio Sigismundi Imp. facta Mediolani die XXV. Novembris Anno MCCCCXXXI., in fine cujus sic legitur = Scripta per me Franciscum de la Cruce, Primicerium, & Ordinarium Ecclesiæ Mediolanensis pro futura rei memoria, quoniam præmissa sic fieri vidi, & eis præfens fui in ipsa Coronatione assistens præfato Archiepiscopo meo. = De hoc Opere infra dicendum in Francisco Crucejo.

13. De repositione Reliquiarum Ecclesiæ, seu Baptistæ S. Joannis ad Fontes demoliti.

14. Benedictio Vexilli bellici Sancti Ambrosii.

15. De traditione Vexilli.

16. Benedictio Vexilli, seu Imaginis Sancti Ambrosii.

Omnia uno Volumine MS. in suprascripta Bibliotheca, sign. F. num. 52.

Hunc Codicem laudat Puricellus Dissert. Nazar. Cap. XLVIII. num. 7. ubi etiam fragmentum ejus recitat.

IV. Ceremoniale Missæ Ambrosianæ editum Anno MCCCC-XCIX., de quo videndus Cl. Saxius in Opere citando.

In Sacratio autem ipsius Basilicæ Metropolitanæ visitur Codex Sacer Evangeliorum in fol. magno membranceo litteris rubro-nigris, & deauratis, cum miniaturis elegantissimis, qui olim ad Scriptorem nostrum spectabat. Adest enim ejus Protome in fronte Codicis cum his litteris in circulum dispositis = Presbyter Petrus de Casolis = In fine autem legitur Epistola Francisci Castelli latina, quæ sic incipit: Franciscus Castellus Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Vice-dominus, & Ordinarius Reverendissimo D. Archidiacono, cæterisque ejusdem Ecclesiæ Diaconibus de præstantia, & usu istius Codicis &c.

Edidit etiam Casola suis impensis Librum Litaniarum Triduanarum Anno MCCCCXCIV. de quo Puricellus in Vita Laurentii Littæ pag. 342., & in Dissertatione Nazariana. Vide quoque Cl. Saxium in Hist. Typog.

Imprimendum etiam curavit Speculum Matutinalis Officii Ambrosiani, de quo alibi agemus.

Agunt de Casola nostro, præter laudatos Scriptores, Antonius Possevinus in Apparatu Tom III. Antonius Verder. Supplem. Biblioth. Gesneri, & Picinellus in Athenæo pag. 460.

CCCCCLXIX.

CASORATUS JO. BAPTISTA.

EOs inter Mediolanenses Cives, qui pietatem enixius colere, non ultimo loco habendus est Joannes Petrus Casoratus, cujus parentes, ætate cætera ignoramus. Memoriam Viri servavit posteris Pater Mazzucchellus in suis Schedis, tametsi verbis brevissimis, ex quibus tantummodo intelleximus Sacerdotem eum fuisse, piissimis præditum moribus, magnoque cum labore, rudi licet idiomate, librum scripsisse utilissimum ad Ecclesiasticas res hujus Urbis cognoscendas, cui titulus est sequens ita

I. Trattato utilissimo a le anime devote, cioè de le Indulgentie, & Corpi Sancti, che sono nelle Giese de la Citade de Milano: etiam in alcuni altri lochi, che sono nel Comitato de la dicta Girade: como si trova per antiqui registri & Privilegij autentici. *Mediolani, Anno 1498. in 8.*
Extat apud Advoc. Siron.

CCCCCLXX.

CASSAGUS MATTHÆUS.

Matthæi Cassagi memoriam nullus, præter ipsum servavit, ac nos hanc depromptissimam ex Codice paulo post recensendo, in cujus Epistola nuncupatoria semet nuncupat Mediolanensem. Hermetem Vicecomitem adolescentem præclarissimæ stirpis in litteris eruditissimè, atque ut mores ejus ad optimam normam componeret non verbis tantummodo, sed etiam scriptis contendit. Id testatur Opus illius hoc titulo inscriptum:

I. Ragionamento della vera Nobiltà, al Nobilissimo Messer Hermes Visconti. MS. Sæculi XVI. in 4 Extat in Bibliotheca Fratrum Marchionum Vicecomitum.

CCCCCLXXI.

C C C C L X X I .

à C A S S A N O G E O R G I U S .

IN Oppido Cassano ad Abduam flumen sito, Mediolanensis Ducatus, atque Diocesis Cremonensis, primam vidit diem Georgius, ejus hoc loco damus Elogium. Quibus tabulis sententiam suam Picinellus, qui eum inter Eruditos Carcanæ Gentis in Athenæo suo pag. 151. collocat, confirmare possit, ut ingenuè fateamur, ignoramus. Ætas sanè, Prædicatorii Ordinis Institutum, & quod magis est Opera, ipsissimum esse Georgium nostrum probant, quem Cl. Arisius Cremonæ Litteratæ Tom. II. pag. 404. utpote in Cremonensi Diocesi ortum, non Carcanum, sed à Cassano dictum commendat. Falli autem (absit injuria verbo) credimus Virum hunc alioqui doctissimum, cum de Georgio isto scribentem citat Rovettam, quippe quod Scriptor iste citatus de Georgio altero Mediolanensi verba faciat, qui Anno MDXX. floruit, non de hoc nostro, qui erat in vivis Anno MCCLXIV. quemadmodum loco suo dicemus, cum de Mediolanensi Georgio erit agendum. Cæterum Scriptor hic; de quo nunc nobis sermo est, primo Ordinis sui Sæculo & pietate, & doctrina in Theologicis præcipuè disciplinis præfulsit. A Picinello quoque decepti fuere Cll. Quetif, & Echard, qui nobis tradendo ab eo memoratum, licèt perperam, Georgium Carcanum, pro Georgio à Cassano, scripserunt Georgium Carcanum, aut fortè error fuit Typographi. Hujus eruditionem Opera testantur, quæ hic subjicimus.

- I. Commentaria super quatuor libros sententiarum.
- II. Commentaria in universam Aristotelis Philosophiam. Ex Arisio loco citato.

C C C C L X X I I .

De C A S S A N O T H O M A S .

THomas ab Oppido Cassano ad Abduam flumen in Mediolanensi Ducatu, ubi natus est, cognomen sortitus, ineunte Sæculo XV. inter Prædicatorum Ordinis Fratres, quorum Instituto nomen dederat, singulari eruditione, atque doctrina floruit. Theologiam in primis coluit, & in præclarum Divini Verbi Præconem evasit; atque facundiæ non mediocris testimonia dedit non sine ingenti animarum lucro. Scriptores omnes nomen ejus effugerat, sed ex libro Petri de Alva, qui inscribitur *Sol veritatis* Radio 314. col. 2066. eum in Eruditorum Scenam revocarunt Quetif, & Echard in Scrip. Ord. Prædic. loco infra citando; unde Thomam Volumen scripsisse didicimus, ex cujus nuncupatoria ad Fr. Thomam de Firmo Prædicatorum Generalem Magistrum, qui Ordinem rexit ab Anno MCCCCI. ad MCCCCXIII. cognovimus Scriptoris nostri ætatem.

Codex hunc præfert titulum :

- I. Sermones, Reverendissimo in Christo Patri Fratri Thomæ de Firmo Sanctæ Theologiæ Doctori profundissimo, ac totius Ordinis Prædicatorum Magistro Generali dignissimo, Fr. Thomas de Cassano ejusdem Ordinis Sanctæ Theologiæ Professor.
- Addunt Quetif, & Echard, nil amplius de hac Nuncupatoria tradere citatum Petrum de Alva, qui tamen fragmentum exscripsit Sermonis de Purificatione B. V. cujus Thema est: *Statim veniet ad Templum Sanctum suum* &c. Codex MS. in Bibliotheca Barberina Romæ num. 91 in fol. membranaceo; ab eodem Petro de Alva visus.
- Advertunt etiam citati Scriptores, erratum fuisse in editione Operis Alvæ, quoniam in titulo ejusdem Radii 314. legitur: *De Simone de Cassano Ordinis Prædicatorum*: cum ipso teste vocetur in MS. non F. Simon, sed F. Thomas. Cupimus & nos, ut iidem Auctores desiderarunt, ex Volumine ipso potiora de Thomæ nostro aliquem expiscari.
- Hæc ex laudatis Quetif, & Echard Tom. I. pag. 753. Tom. I.

A

C C C C L X X I I I .

C A S S I N A A R D I C U S , s i v e A R D E R I C U S .

ARdicum, quem & Ardericum quandoque scriptum invenio, Cassinam, è primis Justitiæ Consulibus, qui ad hunc Magistratum regendum lecti fuere, cum Mediolanenses excisam à Frederico Oenobarbo Patriam instaurarent, prudentiæ singularis, & non mediocris apud concives suos existimationis laudem consecutum existimabit quisquis adverterit, debuisse tunc Insubres contra irati Cæsaris, & aliarum illi faventium Civitatum vires Reipublicæ tales Rectores creare, qui plurimum in rebus agendis valerent. Consulatum denuo gessit Justitiæ Mediolani Annis MCLXII. Kalend. Martii, & MCLXVIII., & demum Anno MCCIII. Quoniam verò non armis tantum, sed & legibus fulcienda erat renascens hæc Urbs, Ardicus cum sex aliis in eo munere Collegis suis composuit eodem Anno:

- I. Statuta Mediolanensis Reipublicæ. Id ex veteribus Monumentis haustum in Collectionem suam intulit sæpe laudatus Comes Octavius Archintus.
- Agit etiam de ipso Calchus Hist. Patriæ lib. X. pag. 210. atque Sitonius in suis Schedis.

C C C C L X X I V .

C A S S I N A M I C H A E L A N G E L U S .

Michaël Angelus Cassina in Urbe Mediolanensi natus, austerioris vitæ cupiditate accensus Capuccinorum Ordini nomen dedit. Exactis annis aliquot in piissimo illo Cœtu, quibus semetipsum & litteris, & pietate exercuit, ad animarum lucra se convertit. Nam Divini Verbi præco eximius tantum eloquentiâ valuit, ut plures à via veritatis errantes è vitiorum cœno ad Christi semitas reducerit. Religiosæ disciplinæ fervidissimus Zelator magnam apud sui Instituti sectatores famam sibi promeruit, à quibus non semel ad Definitoris Officium gerendum assumptus fuit. Vivebat superiori Sæculo, ut indicat editio sequentis Operis.

- I. Il Martirio di S. Carlo Borromeo Arcivescovo di Milano. In Milano, appresso Gio. Battista Bidelli, 1623. in 4. Hanc Panegyrim habuerat Auctor die IV. Novemb. ejusdem anni.
- Scripsit etiam:
- II. Varj Panegirici. Servantur in magno MS. in fol. apud Suos in Cœnobio Immaculatæ Conceptionis in Suburbio Portæ Orientalis Mediolani.
- Agit de eo F. Dionysius Genuensis in Biblioth. Capuccinorum, edit. 2. pag. 253. & Picinellus in Athenæo pag. 424.

C C C C L X X V .

C A S S I N A R A P H A E L .

Michaëlis Angeli, quem mox laudavimus, Agnatus, & fortè Frater fuit Raphaël Cassina, qui & ipse Capuccinorum Regulam professus est superioris Sæculi initio. Vir fuit non piissimis tantum moribus illustris, sed eruditionis etiam laude celeberrimus. Quæ autem inter Claustra, ubi sacras didicerat litteras, ad privatam sibi doctrinam comparaverat, in publicam quoque utilitatem Christianæ Plebis convertere studuit. Facundas igitur, & divini honoris zelo fervidas sæpius habuit ad populum conciones, quibus & Christo animas, & sibi famam acquisivit.

Edidit :

- I. Conciones plures de Sanctis. Teste Dionysio Genuensi infra citando.

V u

II. Pa-

- II. Panegirico di S. Carlo Borromeo. *In Milano, appresso il Bidelli, 1632. in 8.*
Eam publicè in Metropolitana habuerat Anno MDCXVIII.
- III. Alii quamplurimi Sermones. MSS. apud Suos.
Agunt de ipso citatus Dionysius in Biblioth. Capuccinorum, edit. 2. pag. 281., & Picinellus in Athenæo pag. 478.

CCCCCLXXVI.

De CASSINIS SAMUEL.

Samuel de Cassinis Mediolanensis, qui Sæculo decimo quinto exeunte magnam sibi eruditionis laudem comparavit, cum ad perfectioris vitæ institutum capeffendum anhelaret, Sancti Francisci Regulam in eo Cœtu, qui Observantium appellatur, professus est. Eum in Cœnobio Sanctis Angelis dicato, atque in Suburbio Portæ Novæ hujus Metropolis sito habitasse Anno MCCCCXCIV. ex ipsius Opere num. I. infra laudando cognovimus. Cæterum nedum Philosophiam, & Theologiam calluit, verum & Poëticam facultatem diligenter excoluit. Amicissimus fuit F. Bernardini de Buitis, cujus laudes supra narravimus, quem etiam, ut patebit ex num. IV. ad Deiparæ conscribendas laudes incitavit. Acta reliqua ejusdem, atque Annum, quo desideratus est, hæcenus & nos, & sui Ordinis sectatores latet: boni ergo consulant Eruditi pauca hæc à nobis fortè fortuna inventa.

Samuelis Opera hæc reperimus:

- I. Liber Isagogicus editus Anno MCCCCXCIV.
II. De Immortalitate Animæ ad Ludovicum Mariam Sfortiam Mediolani Ducem, eodem Anno.
III. Invectiva contra Prophetiam Fratris Hieronymi. Anno MCCCCXCVII.
IV. Epistola Elegiaca ad Fr. Bernardinum de Buitis, quam eum hortatur ad Laudes B. Virginis Italico Carmine conscribendas.
Videndus Cl. Saxius in Hist. Typog.

CCCCCLXXVII.

De CASTANO AUGUSTINUS.

Augustinus de Castano Mediolanensis emensis inferiorum Scientiarum curriculum, divino famulatio addicere se cupiens, Clericorum Regularium, qui Theatini communi vocabulo nominantur, Congregationem elegit, in qua, postpositis omnium caducarum rerum impedimentis, Deo, sibi, ac proximorum saluti diligentissimè vacare posset. Philosophiam, atque Theologiam, quas sedulo didicerat, Majorum jussu, qui Viri ingenium admirabantur, in primariis Urbibus Italiæ cæteros edocturus constituitur. Eas igitur publicè Auditoribus tradidit in Collegiis Bononiensi Sancti Bartholomæi in Porta, atque in Patavino Sanctorum Simonis, & Judæ. Non rarè etiam ob singularem prudentiæ laudem aliis suis Instituti Domibus præfuit, & ad non paucos annos Visitatoris officium administravit. Pluribus Comitibus Generalibus interfuit Definitoris munere decoratus.

Vulgavit Opus Argumenti difficultate, ac novitate mirabile:

- I. De maxima supernaturali Agnus Dei virtute. *Verone, 1669. in 4.*
Agit de eo Picinellus in Athenæo pag. 2.

CCCCCLXXVIII.

CASTELLANUS ALBERTUS.

Florentissimo Prædicatorum Ordini cum se addixisset Albertus Castellanus Mediolanensis, atque inter Alumnos nobilis Cœnobii Sanctæ Mariæ Gratiarum (quod Ludovicus Maria Sfortia, Maurus

appellatus, Mediolani Dux erexit, & magnificè dotavit in Suburbio Portæ Vercellinæ hujusmet Urbis) coopertus fuisset, Theologicas Scientias ita coluit, ut tamen cum eis non modicam & Legum Civilium, & Pontificii Juris peritiem conjungeret. Versatissimus idcirco in utraque facultate sæpius in Causis à Civibus, & Optimatibus expetebatur, ut vel interioris, vel exterioris Fori controversias consilii sui gravitate, atque prudentia dirimeret, aut sedaret. In his nunquam interruptis studiorum laboribus plures traduxit Annos, donec omnium cum luctu migravit è vita in ipso Gratiarum Asceterio, cui non semel præfuerat, Anno præsentis Sæculi quinto decimo.

Ipsi famam æternam conciliant, quæ hic recensemus Opera:

- I. De Immunitate Ecclesiastica contra quemdam nomine suppresso. Opus omnium plausu exceptum. *Mediol. sine anno, & Typographeo, in fol.*
II. Opusculum de Colonica. *Mediolani.*
III. Parenæsis de identitate Sacrorum Officium S. Augustini. *Mediol. 1698.*
IV. Allegationes in utroque Jure, quæ simul collectæ plures Tomos conficerent. MS. apud Suos.
Laudatur à Quetif, & Echard inter Script. Ord. Prædicatorum Tom. II. pag. 789.

CCCCCLXXIX.

CASTELLETTA RHAUDENSIS VICTORIA.

Exunte Sæculo XVI. floruit inter Insuabres Matronas præclarissimi nominis erudita Victoria Castelletta Rhaudensis. Hæc fœmineas artes indignata, Musas tantummodo colere statuit, atque ætate studiis tanta contentione vacavit, ut Latino Idiomate nedum expeditissimè loqueretur, & scriberet, verum etiam Carmina cuderet elegantissima. A variis Academicorum Cœtibus expetita, summissimè laudibus ab ætatis suæ doctis hominibus celebrata est, mirantibus universis in muliebri sexu tantam eruditionem. His animi dotibus honestissimi accedebant mores, candor quidam ingenuus, & quod in hujusmodi fœminis rarum est, humilitas admiranda, qua se, resque suas extenuare consueverat. Plurimi verum apud Eruditos habebatur, ut non deessent, qui à se conscripta Volumina ad eam mitterent, ejusque præstolarentur judicium. Invidit eam terris acerba mors circa Annum Reparationis nostræ MDCXVIII.

Tantæ Mulieris commendant doctrinam:

- I. Carmina Italica. Extant in libro, cui titulus: *Rimedi varj Uomini illustri. Venezia, per il Somafcbi, 1591. in 8.*
II. Plura alia Carmina tam Latina, quam Italica servantur in MS. Codice variorum illust. Virorum, & Fœminarum Poëmatum in Bibliotheca Monachorum Cisterciensium Cœnobii Morimundensis in hac Mediolanensi Provincia, sign. 178. in 4.
In Collectione Gherardi Borgonii Albenfis edita Anno MDXCIX. leguntur ad ejus commendationem Carmina Italica Camilli Patellani.
Scripsit ad eam Epistolas IV. Eques Bernardinus Marilianus Mantuanus, quæ sunt inter ejusdem impressas Venetiis apud Societ. minimam 1601. in 8. pagg. 81. 129. 198. & 244. in quarum una data die XX. Martii MDXCI. Opera sua ad Victoriæ mittit, earumque judicium ad ipsa expectat.
Agit etiam de ea Camillus Camilli in suo libro inscripto: *Imprese Illustri, part. I. pag. 181. ubi Victoriæ nostræ Academicum Insigne profert.*

CCCCCLXXX.

De CASTELLETO PETRUS.

Petrus ab Oppido, in quo natus est, Castelletto scilicet in Mediolanensi Ducatu, atque Novariensi Diœcesi, haud procul Ticino flumine, cognominatus, Ordinem Eremitarum Sancti Augustini nuncu-

nuncupatorum amplexus fuit in Papiensi Cœnobio Sancti Petri ad Cœlum Aureum. Ideo à B. Andrea Bilia, quem congruis laudibus profecuti jam sumus, in Historia Mediolani Papiensis dictus est, quod verè professione religiosa talis fuerit, non natalibus. Scholasticis disciplinis amœna quoque Musarum studia conjunxit. Oratoriæ etiam facultatis non ignarus extitit, sic tamen, ut jure Ludovicus Antonius Muratorius V. Cl. in Præfatione Operis, quod loco primo memorabimus, hæc scribere non dubitaverit de Auctoris nostri Oratione: „ In qua si fortè eloquentiam, Latinique Sermonis elegantiam, quæ tamen „ Mediolani, ac in aliis Italiæ Urbibus ea tempestate multis erat cordi, frustra requiras, æqui nihilominus, bonique facias velim Scholastici hominis „ conatum, qui quamquam Oratoris munus rudi Sermone, & Scholastico ingenio obierit, vitiis tamen „ pro more dissimulatis, nihil prætermisit, quod in „ extincti Principis commendationem, gloriamque „ concederet; Et ista quoque ad Historicam eruditionem non parum conducunt. „ Hæc ille. De Auctoris autem nostri Parentibus, gestis, & anno emortuali nullus, quod sciamus, egit. Convertemus igitur styllum ad ea promenda, quæ scripsit:

I. Oratio habita in Funere Joannis Galeatii Vicecomitis Ducis Mediolani Anno MCCCCII. Vulgata est Palatinis Typis in Opere inscripto: Ordo Funeris Joannis Galeatii &c. in Tomo XIV. Script. Rer. Ital. pag. 1021 ex Codice MS. V. C. Francisci Arisii Cremonensis. Servatur etiam in Biblioth. Ambrosiana MS. in Cod. sign. B. num. 116. in fol. pag. 13.

Hoc Opus Lazarus Augustinus Corta in suo Museo Novariensi pag. 137 tribuit Jacobo de Castello Sancti Augustini Heremite, atque asserit servari in MS. Codice, appellato il Valisone, Archivii Cathedralis Novariensis. Arbitramur igitur vel Petrum nostrum in Sæculo Jacobum dictum, vel alium ab eo Orationem à Corta enunciata scripsisse; multi enim, teste supracitato Andrea Bilia, in eo Funere Orationes paraverant, sed Petrus noster omnibus prælatus est, quod stirpem Ducis (ut ea Sæculi consuetudo ferebat) nominatis gradibus usque ad Æneam perduxisset. Quid verosimilius videatur Lectores nos doceant.

II. Genealogia Vicecomitum Mediolanensium per Petrum de Castello. MS. in Biblioth. Regia Parisien. num. 9942. ex Montfauc. in Biblioth. Biblioth. MSS. Tom. II pag. 890.

III. Ecloga ad Franciscum Sfortiam. Extat ibid. MS. num. 6503.

Laudat Auctorem nostrum præter citatos Scriptores Crescentius in Amphit. part. 2. MS. in Biblioth. Fratrum Marchionum Vicecomitum, ubi plura de hujus Familiæ de Castello antiquitate reperiuntur.

C C C C L X X X I.

CASTELLUS BENEDICTUS.

IN Benedicto Castello Mediolanensi, cujus nunc meminisse debemus, præcocem quandam ingenii, morumque maturitatem reperient Lectores nostri. In ipsis paternis ædibus severissimo Carmelitarum, quos Sancta Virgo Theresia ad primævum rigorem Regulæ traduxit, Instituto, cui postmodum nomen dedit, jejuniis, atque inculpatæ prorsus vitæ integritate prælude re visus fuit. Ab omni solationum genere, ubi vel minimum innocentia periclitari posset, piissimus adolescens constantissimè abstinerebat. Quam infans virginitatem Deo voverat, quemadmodum ab aliquibus asseritur, ut securius servare posset ad præfati Ordinis Claustra convolvit, ubi Benedictus à Jesu Christo cognominatus fuit. Inter Tyrones tantam præferebat modestiam, ut Præfectus Angelicam in eo conspicatus indolem summis ipsum laudibus extolleret. Cum morum candore magnum conjunxit ingenium, ex quo dum fructus uberimos omnes præstolarentur, acerba morte raptus est terris Cremonæ Anno suæ ætatis XVIII. die prima Februarii Anno MDCXXXVIII. Ejus effigies visitur apud Suos in Cœnobio Mediolanensi in Suburbio Portæ Novæ cum hac Epigraphe:

F. BENEDICTVS A IESV CHRISTO
PRAECOCITER SANCTVS
SAPIENS PRVDENS
XIV. ANNOS NATVS
DE IVVENVM DIRECTIONE
COELEM DICAVIT OPELLAM
QVINQVENNIS EMISIT VIRGINITATIS
VOTVM
RENOVAVIT GRAVIOR
SERVAVIT ADVLTVS
SACER VIRGINI SOCIVS ANGELIS
LILIVM AETHERIS
QVARE COMMVNE DEPOSITVM
PVRIFICATIONIS SVAE PERVIGILIO
REDDIDIT DEIPARA COELO
AETATIS ANNO XVIII.
SALVTIS MDCXXXVIII.

Plures, si diuturniorem in terris traxisset moram, tanti Viri labores haberemus, quod satis ostendit Anno suæ ætatis XIV. conscriptus Liber:

I. De juvenum directione. Editum fuerit hoc Opus nec ne, Picinellus non tradit. Fortè adhuc inter Anecdota delitescit.

Commendant ipsum Joachimus à Sancta Maria ejusdem Ordinis in Historia Foundationis Cœnobii Cremonensis Sancti Imerii, & citatus Picinellus in Athenæo pag. 79.

C C C C L X X X I I.

CASTELLUS FRANCISCUS.

Brevissimum Francisco Castello Viro eruditissimo Elogium texuit Philippus Picinellus, ex quo præter futilia prorsus verba nihil nobis haurire licuit. Ea igitur in medium proferemus, quæ improbo satis labore undique collegimus. Patrem habuit Franciscus noster Bernardinum, & inter Clericos relatus, atque Sacerdotali dignitate præditus, Canonicis Basilicæ Metropolitanæ prioris Ordinis, quos Ordinarios dicimus, Anno MDXXXII. annumeratus fuit, Mediolanensem Ecclesiam administrante Hippolyto Cardinali Estense. Mirum profecto est, quæ, & quanta Vir iste in studiis Ecclesiasticis infatigabilis conscripserit, vetustissima Ambrosianæ Ecclesiæ Monumenta undique colligens, & posteris à temporis edacitate servans. Sanctissimo Præfule Carolo Borromæo acceptissimus fuit; ejusque Consiliis in vastissimæ hujus Provinciæ negotiis Optimus Pastor uti consueverat. Desideratus est Anno Christi MDLXXXVIII.

Operum ejus seriem nunc subdimus:

I. Compendium Vitæ Principum Mediolanensium. MS. in Regia Biblioth. Parisien. Cod. 10542. ex Montfauconio Biblioth. Bibl. MSS. Tom. II pag. 97. Extat etiam in Biblioth. Metrop. Mediolanensi sic inscriptum:

Compendium Vitæ Principum, & Ducum Mediol. in quo plura notabilia memoriae digna eisdem temporibus occursa; ab eisque diversimodè gesta in Codicibus & notulis sparsa, & in unum redacta per me Franciscum Castellum Ecclesiæ Mediolan. Ordinarium: Anno Domini MDLXXII. ætatis verò meæ LXVII. MS. fol. fig. ☉ num. 88. extat ibidem.

II. De causâ Institutionis Veglonum, & Veglonissarum, & de quibusdam Hospitalibus, & Ecclesiis Mediolani. MS. in 4. Cod. fig. N. num. 300. in Biblioth. Ambros.

III. Status Ecclesiæ Metropolitanæ, Collegiarum, & Hospitalium Mediolani. Anno MDLXVIII. MS. in fol. pag. 568. Cod. sign. A. num. 112. Ibidem. Autographus ab altero continuatus extat in Archivo Capituli Metrop. Mediolanensis.

IV. Opusculum de Statu Mediolanensis Ecclesiæ cum nominatione Suffraganeorum Metropoli Mediolanensi subjectorum, ac præfatorum Officialium, Capellanorum, ac aliarum personarum in ea degentium, ac eorundem singulorum reddituum, unâ cum tractatu nonnullorum Episcoporum Suffraganeorum, qui se retraxerunt à Metropoli Mediolanensi. In eo etiam

- etiam describuntur Sanctorum Corpora, ac Reliquiæ, quæ in ea Ecclesia requiescunt, nec non Indulgentiæ. Postremò de Regimine ac principio Fabricæ ejusdem Ecclesiæ à Francisco Castello dictæ Ecclesiæ Canonico Ordinario ac Vicedomino cum Epistola Nuncupatoria ad Nicolaum Ormanetum Vicarium Generalem Archiepiscopi. Dat. die VIII. Augusti MDLXIV.
- MS. Autog. extat in Archivo Ven. Fabricæ Ecclesiæ Mediolani
- Ejus Exemplar ab Autographo apud Marchionem Gasparem de Rosales servatur.
- Itemque aliud apud Canonicum Joannem Andream Iricum.
- V.** Tractatus cui titulus: Missa Pontificalis Ambrosiana in Cantu, quæ personæ, vasa sacra, paramenta, & utensilia præparanda sunt in Missa Pontificali Ambrosiana, & quidquid in ea agendum erit hic inferius adnotantur. MS. in 4. justæ molis apud eundem Canonicum Iricum.
- VI.** Tractatus de Vesperis Pontificalibus Ambrosianis. Huic præfixa est Epistola Latina ad Jo. Angelum Arcimboldum Mediolanensem Archiepiscopum, quæ incipit: Obtuli Reverendissimæ Dominationi tuæ superioribus diebus Missam Pontificalem Ambrosianam &c. quidquid autem in eo continetur ex libris vetustissimis, dictisque Sacerdotum peritorum expiscatus sum &c. laudat Albertum Gallum Ceremoniarum Metropolitanæ Magistrum, & Michaëlem Soycum Lectorem, dicti Alberti Vicarium, Viros doctissimos, & Ambrosiani Officii peritissimos; asseritque se hæc Opera scripsisse in exordio Pontificatus ejusdem Arcimboldi. MS. in 4. justæ molis apud eundem Canonicum Iricum.
- VII.** Opus inscriptum MDXXXVIII. die Veneris prima Martii. Repositio Corporum S. Dionysii Archiepiscopi Mediol. & Sancti Aurelii Episcopi in partibus Armeniæ post Altare Majus Ecclesiæ Mediolanensis prope Tumulum Sancti Galdini presentibus Jo. Maria Tonfo Vicario Archiepiscopali, Capitulo, & quatuor Notariis. Ego Franciscus Castellus interfui, & descripsi.
- VIII.** Carmina Latina ejusdem Castellus super ipsa responsione extant in Codice MS. in 4. fig. E. num. 48. in eadem Biblioth. Metrop.
- IX.** Quodlibet, sive Antiquitatum diversarum Ecclesiæ Mediolanensis liber scriptus Anno MDL. in quo hæc continentur:
1. Pro Architectura Templi Mediolanensis Epistola Latina satis elegans Jo. Petri Vicecomitis Præpositi ad Præfectos Fabricæ de Archetypo Cathedralis Basilicæ Mediolani. Dat. Id. Novembris MDXIX.
 2. Litteræ variæ Latine Joannis Andreæ Vicomercati ad Jo. Petrum Vicecomitem. Dat. Anno MDVII.
 3. Ejusdem Vicecomitis Litteræ Latine ad Georgium Guddium Romanorum Regiæ Secretarium, & istius ad eundem. Anno MDIX.
 4. Aliæ ad Episcopum Sedunensem. Anno MDXII.
 5. Aliæ ad Paulum Cittadinum. Anno MDXIV.
 6. Ad Abbates, Præsidentes, & Definidores Capituli Congregationis Cassinensis cum responsionibus. Anno MDXVIII.
 7. Joanni Angelo Vicomercato Canonico Regulari Sancti Augustini cum responsionibus. Anno MDXVIII.
 8. Epistolæ Presbyteri Baptistæ Scaravagii Decretorum Doctoris Jo. Petro Vicecomiti cum responsionibus.
 9. Rime divotissime dell' Alma Natività del Redentore, del Scaravaggio suddetto.
 10. Ejusdem Scaravagii Carmina Latina.
 11. Epitaphia Milonis, atque Natalis Archiepiscoporum Mediolanensium, exscripta ex eorum Sarcophagis.
 12. Aliæ Jo. Petri Vicecomitis Litteræ ad Nicolaum Lazarinum Picentem cum responsionibus, & ejusdem Vicecomitis. Anno MDVI.
 13. Exercitationes Epistolice Latine, & Italicæ. Omnia MS. in Bibliotheca Metropolit. in 4. Cod. sign. E. num. 48.
- X.** Alius Codex inscriptus: Quodlibet Civitatis Mediolani continet ut sequitur:
1. Portæ, & Parochiæ.
 2. Templi Idolorum reconciliata à Pontificibus, sive Archiepiscopis Mediol.
 3. Antiquitates, quæ Mediolani erant.
 4. Foundationes variarum Ecclesiarum.
 5. Pusterulæ Civitatis Mediol.
 6. Abbatæ principales Civit. Mediol.
 7. Collegiatæ Ecclesiæ Mediol.
- MS. in 4. sign. L. num. 34. In Biblioth. Metrop., & in Ambros. sign. N. num. 295.
- XI.** Opusculum cui titulus = Cognomina antiqua certarum Ecclesiarum = extitisse MS. in Bibliotheca Metropolit. testatur Puricell. in Monument. Basil. Ambros. num. CCXXXII.
- XII.** Recognitio Reliquiarum facta per Sanctum Carolum, Vicarium Provisionum, atque Senatum Anno MD-

- LXXI. die XVIII. Septembris à Francisco Castello scripta. Extat in MS. sign. E. num. 48. in Biblioth. Metrop.
- XIII.** Epistolæ plures Castellus ad Sanctum Carolum cum responsionibus ejusdem servantur in magna Collect. Epist. ipsius Sancti Præsulis in Ambrosiana Biblioth. Datæ sunt Anno MDLXX.
- XIV.** In Sacristia Metropolitanæ adest liber Evangeliorum in pergamento optimæ notæ, spectabat ad Petrum de Casolis, in fine ejusdem est Epistola Latina sic inscripta: Franciscus Castellus Sanctæ Mediol. Ecclesiæ Vicedominus, & Ordinarius Reverendissimo D. Archidiacono, cæterisque ejusdem Ecclesiæ Diaconibus S. P. D. tractat de usu, & præstantia ejusdem Codicis. De hoc jam diximus in Petro Casola.
- XV.** Extat ejus Epistola in laudem Camilli de Perego. In MS. ejusdem Peregi, de quo suo loco, in Biblioth. Metrop.
- Extat Codex memoratu dignus in ipsa Bibliotheca Metropolit. cui titulus: Lectiones, Passiones, & Depositiones Ritu Ambrosiano. MS. in pergamento litteris rubro-nigris in fol. Tomi II. Sæculi circiter XII. sign. F. num. 56. & 57., & in fine sic legitur: A me Francisco Castello Ecclesiæ Mediolan. Ordinario aquisitus &c. Anno MDXLV.
- Laudatur à Sitono in Monum. MSS. Familiæ Castellæ, à Puricello pluribus in locis, atque à Picinello in Athenæo pag. 216.

CCCCCLXXXIII.

CASTELLUS FRANCISCUS alter.

Franciscus Castellus Anno MDCLX. Mediolani editus est in lucem, parentibus Marchione Camillo Ordinariorum Reddituum Magistratus Quæstore, atque Magdalena Crassa. Minoribus studiis imbutus legibus operam dedit, in quibus Lauream adeptus Regii Fiscus Patrocinium suscepit, Anno MDCLXXXIX. Lustra tria, & ultra id munus exercuit summa prudentiæ atque doctrinæ laude conspicuus, ut indicant paulo post memoranda illius Scripta. Plurimum etiam eloquentiâ valuisse cognoscent Lectores candidi vel ex argumento Dissertationum, quas habuit magno cum plausu in eo Eruditorum Cœtu, quem in Aedibus suis cogere solebat Vir nunquam famâ moriturus Carolus Archintus præclaræ semper memoriæ. Italicam linguam tam egregiè calluit, ut inter Academicos della Crusca nuncupatos plenissimis votis cooptari meruerit Anno MDCCX. Cubicularii honore à Serenissimo Maximiliano Bavaricæ Duce, tum Regii Ducalis Senatoris dignitate à Cæsarea Catholica Majestate in Infubriæ Senatu decoratus è vita migravit Anno hujus Sæculi XVII. die XXVI. Aprilis. Cadaver conditum est in Ecclesia Sancti Victoris Capuccinorum in Suburbio Portæ Vercellinæ hujus Urbis, nullo adjecto Elogio.

Hæc Opera hujus posteris Viri testantur doctrinam:

- I. Dell' immortalità dell' Anima: Dissertazioni IV. MSS. extant apud Marchionem Soncini.
 - II. Vota plurima Fiscalia eruditione sacra, atque profana referta; Inter quæ duo eminent: primum scilicet, quod pro tuendis Juribus Regii Oeconomatus conscripsit: alterum quo ejus ludi, cui nomen est *il Lotto*, iniquitatem ostendit. MSS. ingentis molis apud Marchionem Camillum Auctoris filium.
 - III. Votum ejus editum est in principio Chronici Sitoniani. Epistola Senatoris Pandulphi Pandulphini, qua eum monet de ejus electione inter Academicos della Crusca. Dat. Florentiæ die VI. Junii MDCCX. Autographa servatur apud eundem Marchionem Camillum.
- Eum commendant Benalius in Hist. Magistr. pag. 183., atque Sitonus in principio Chronici laudati.

CCCCCLXXXIV.

CASTELLUS LUDOVICUS AUGUSTINUS.

Prædicatorum Ordinem, in quo professus fuit, doctrinæ suæ ornamentis plurimum illustravit Ludovicus Augustinus Castellus Mediolanensis, Conventus Patrii Sanctæ Mariæ Gratiarum ad Vercellensem

sem Portam alumnus. A teneris enim, ut ajunt, unguiculis ad omnem eruditionis copiam informatus, nedum sacras, verum etiam profanas facultates ad ingenii sui culturam sedulo derivavit. Theologicarum quaestionum Interpres peritissimus sui Instituti Adolescentes plures annos e Cathedra docuit: neque tamen proximorum salutem curare destitit; etenim magna cum nominis sui fama, Evangelii Praeco primi nominis in Italia Divinum Verbum disseminavit. Pluribus in Urbibus Sanctissimae Inquisitionis munus a Summo Pontifice sibi commissum & prudenter, & vigilanter exercuit; Cremæ scilicet primum, tum Bergomi, atque postremo Veronæ. Vivebat adhuc Anno MDCLXXXIII. scribente Rovetta, ut asserunt Quetif, & Echard loco infra citando, ex quibus Auctoribus didicimus Castellum scripsisse hæc Opera:

- I. Fasciculus Florum, sive Elogia Sacra, Moralia, Evangelica, Festiva, Spiritualia, Panegyrica, & Funebria. Bergomi, 1682.
Subdunt Quetif, & Echard supra laudati: Qua verò lingua, latina; an vernacula docere omisit Rovetta.
- II. Quadragesimale, & Santorale. MSS. prælo parati, teste eodem Rovetta.
Eum laudant citati Scriptores. Tom. II. pag. 699.

CCCCCLXXXV.

CASTILLIONÆUS AEMILIANUS.

Nunc ad clarissimam Castillionæorum Familiam manum apponamus, de qua tot Viri docti numerantur, ut Lector facile admiraturus sit, nec unquam mihi persuasum fuisset inveniri potuisse fere L. Scriptores hujus tam illustris inter Mediolanenses cognominis. Primus ordine alphabetico se prodit Æmilianus, qui ex ferie genealogica mihi à Cl. Sitono perhumaniter exhibita originem ducit à Thoma Castillionæo Palatino Comite usque ab Anno MCDXCVII. florente. A Cæsare verò, atque à Victoria Fregosia conjugibus vitam traxit Æmilianus noster, qui Annum decimumseptimum ætatis suæ tantum attingens Mundo valedixit, & celeberrimam Somaschenium Congregationem ingressus est Sæculo XVII. ineunte, in qua peregregios doctissimosque Magistros habuit, nempe in Rhetorica P. D. Michaëlem Angelum Bottam sui temporis Concionatorem magni nominis: in Philosophia P. D. Joseph Raggium, atque in Theologia Stephanum Spinulam operibus editis clarissimum. Brevi interim tempore ex discipulo Magister Æmilianus efficitur, nam suprascriptarum facultatum primam docuit in celebri Collegio Ticinensi, Sancti Majoli nuncupato, per X. annorum spatium ingenti plausu, & suorum profectu non modico, qui de Viro tam docto nihil amplius eo, quod in Picinello legitur, nobis dederunt, & quod mirum est, silent de ipso Schedæ Mazzuchellianæ; ideo nimis jejunos Lectores nostros relinquere coacti sumus. Adhuc vivebat Anno MDCLXX. quo imprimebatur Picinelli Athenæum. Tunc Auctor noster Annum agebat XXXVIII. En ergo quod ab ipso excerptimus scripsisse:

- I. La Vita della Beata Panacea Vergine, e Martire. Milano, 1666. & iterum 1671.
- II. I difetti delle Conversazioni. MS. prælo paratum fuisse asserit suprascriptus Picinellus pag. 170., à quo præter ea, quæ debeo humanissimo Sitono, hæc pauca sumi.

CCCCCLXXXVI.

CASTILLIONÆUS ALOYSIUS.

EX Nicolao Castillionæo ortus est Aloysius, qui majorum suorum exemplo Legum studiis summo opere deditus, in numerum Juris Consultorum Nobilium hujus Urbis adscriptus fuit Anno MDLXXIV. Fratrem habuit Christophorum insignem Physicum Collegiatum, de quo agit Sitonus in Chron. Tom. I.

nic. MS. ejusdem Cœtus. Litteris Aloysius noster enixè addictus, tantum in eis profecit, ut inter primarios Patriæ Advocatos locum obtinere meruerit, nec jurgia Forensia ipsum desistere potuerunt ab aliis amœnioribus Studiis, ut infra videbimus. Ad Superos abiit Anno MDCVII. parata sibi & amatissimæ Conjugi ultima sede in Templo D. Hieronymi hujus Metropolis his litteris inscriptis:

ALOYSIVS CASTILLIONÆVS
IVRISCONSVLTVS COLLEGIATVS MEDIOL.
COMES PALATINVS
IN VTROQUE FORO ADVOCATVS
SIBI BEATRICIQVE DE MARCHESIIS
DILECTISSIMÆ VXORI
AC POSTERIS SVIS
VIVENS COMMVNE PARAVIT M.
ANNO MDC. V. MARTII

Scriptis:

- I. In Constitutiones Mediolanenses Animadversiones, appositis Excellentiss. Senatus Decisionibus. MS. ingentis molis, extabat penes J. C. Blanchinum, ut indicavit Picinellus, & egomet legi in Catalogo Bibliothecæ ejusdem apud Monachos Cistercienses S. Ambrosii Mediol.
- II. Ex Horatii, & Terentii Carminibus Sententiæ selectæ, cum Animadversionibus ex pluribus aliis antiquis Poëtis collectis. MS. in fol. penes me. In fine legitur: Aloysius Castillionæus. Anno 1581.
Videndi Sitonus, Beffa Negrinus, aliique de Gente Castillionæa scribentes.

CCCCCLXXXVII.

CASTILLIONÆUS ANGELUS.

Duas de pietate, atque doctrina Religiones optime meritas illustravit Angelus Castillionæus, de quo nunc loquimur. Prima autem fuit Congregatio celeberrima Monachorum Sanctæ Mariæ Montis Oliveti, quam ingressus est Anno MDXXV. die II. Julii; & Prior extitit in eodem Monasterio Anno MDXXXVIII. Altera verò FF. Ordinis Carmeli Congregationis, ut vocant, Mantuanæ, ad quam transit Anno MDLVIII. Hic venerabilis Vir per X. annos continuos Genuæ Concionator extitit non tantum tempore Quadragesimæ, & Adventus, verumetiam infra annum in Cathedrali Templo, atque in festivis diebus etiam post prandium Lectiones habebat cum magno Populi concursu. Charus fuit summopere Archiepiscopo illius Urbis, necnon D. Carolo Borromæo, ut ex Epistolis infra à nobis recensendis videre licet, atque tanti fecerunt sacrarum litterarum Professores sui temporis Angeli nostri Sententias in hac facultate, ut Theologus Januensis communiter appellaretur. Obiit meritis, & annis onustus Anno MDLXXXIV. sepultusque jacet in Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum. Accipiant nunc Lectores, quæ de illius Scriptis partim ex Carmelitis Annalibus excerpti, partim nunc primum egomet inveni.

- I. Omelie LXXXV. per tutto l'anno divise in III. parti. Milano, presso il Ponzio, 1583. in 4. Nuncupatæ fuerunt ab Auctore Cardinali Borromæo, nunc inter Divos relato.
- II. Oratio habita Mediolani Anno MDLXVIII. in Ecclesia Majori, ob quam multi Hæretici publicè, & coram populo eorum Sæctam abjurarunt. Hanc edidit hortante præstantissimo Cardinali Gabriele Paleotto. Ex Vagho infra à nobis citando.
- III. Oratio altera in Funere Jo. Matthæi Giberti Episcopi Veronenfis, habita Venetiis. Ex eodem.
- IV. Vitæ nonnullæ Sanctorum. MS. ex eodem.
- V. Angeli Castillionæi Januensis Theologi familiæ Alumni Carmeliticæ Dialogi sex de animadversione, ac circumspessione adhibenda in legendis Ecclesiasticis Scriptoribus, præsertim Chrysofomo, Theophylacto,

- cto, Nazianzeno, Cyrillo, Tertulliano, Hilario, Ambrosio, atque Hieronymo, è quibus Auctoribus citantur pleraque insigniter dicta, quæ ad tuendam Fidei Catholicæ sinceritatem, & ad proborum morum institutionem, nec non & ad nostræ tempestatis convincendos Hæreticos plurimum conferant. Adest Elogium Gregorii à Montibus de hoc libro, & Index locupletissimus. MS. in Bibliotheca Ambrosiana sign. I. num. 103. pagg. 318.
- VI. Quadragesimales Conciones, nec non Sermones de Sanctis, & Festivitatibus. MS. in fol. magnæ molis. Extat in Bibliotheca sui Ordinis S. Joannis ad Concham Mediol. & pertinebat ad P. Magistrum Gregorium de Mediolano.
- VII. Risposta contro una lettera a lui scritta da Celso Martinengo dimorante in Ginevra, in confutazione degli Eretici, data in Genova li VI. Luglio MDLIV. MS. in 4. pag. 105. sign. G. num. 16. Extat in Biblioth. Metropolitanæ Mediolanensis.
- VIII. Epistolæ plures tam Latine, quàm Italicæ ad S. Carolum Borromæum, cum istius Responzionibus sunt in pluries laudata Collectione Ambrosianæ Bibliothecæ.
- Agunt de eo Josephus Falconus, Petrus Lucius Belga, Raphaël Sopranus, Antonius Possevinus, Augustinus Biscantus, Hieronymus Ghilinus, Hippolytus Maraccius, Vaghus supradictus in Commentario FF. & Sororum Ord. Beatissimæ Virginis Montis Carmeli, Congregationis Mantuanæ. Roma, 1725. Picinellus in Athenæo pag. 33. aliique.

CCCCCLXXXVIII.

CASTILLIONÆUS BARTHOLOMÆUS.

Divi Brunonis Institutum non solum ob assiduam Pfalmodiam, contemplationesque commendari meretur, sed etiam ut studiis aptissimum suspicetur, cum tot dierum horis solitudini, silentioque addictis, vacare litterariis exercitationibus ejus assuetæ possint, dummodo Viri ad ipsum accedentes imbuti antea fuerint aliquo genere scientiarum. Istud planè elucet in Bartholomæo Castillionæo, de quo agimus, nam illud institutum in laicali statu suscipiens, studia, quæ in Sæculo colere incœperat, & sollicitè prosequeretur, ita absolvit, ut indicabunt Opera hinc paulo post recensenda. Sub P. D. Paulo Torchio habitum sumsit in celebratissimo Cœnobio Ticinensis Carthusiæ, sic nuncupato, eo quia Mediolanum inter & Papiam situm est, Italiæ immo totius Europæ miraculo. E vivis abiit Castillionæus iste Anno Christi MDCCXV.

Quæ post se scripta reliquit, sunt:

- I. Modo di fare un radio Solare mobile, col quale si terminano le ore astronomiche a qualsivoglia elevazione di Polo.

- II. Breve Trattato della natura de' Venti, con la sua figura.
- III. Modo per formare un'Analemma, per far Orologi orizzontali, con il quadrante descritto a qualsivoglia elevazione di Polo.
- IV. Modo di tirar le ore Italiane nel soprascritto Analemma, ed altre cognizioni per far Orologi Solari, con le sue figure.
- V. Varj Opusculi d'Aritmetica, con le figure delle radici quadre, cube ec. e le loro spiegazioni.
- VI. Altri d'Architettura Civile, in cui vi sono molti disegni appartenenti alla medesima.
- VII. Altri d'Astronomia, con varie forti di quadrante ingegnose, e molte cognizioni circa la medesima.
- VIII. Altri attinenti agli Edifizj d'acqua con le misure di Milano, Pavia, ed altre Città.
- Omnes MSS. extant in Biblioth. dictæ Carthusiæ prope Papiam.
- A Suis.

CCCCCLXXXIX.

CASTILLIONÆUS BONAVENTURA.

Bonaventuræ Castillionæi nomen celeberrimum. semper erit quoadusque litteræ vigeant, & utinam bonis avibus longo tempore vigeant, saltem in nostra Italia, post tantorum Principum jacturam, qui in iis excolendis, protegendisque totis viribus incumbant, optimè noscentes, quod sine litteris nec Republica, nec Principes ipsi, gloriam, & commodum unquam nanciscerentur. Donatus itaque Castillionæus Physicus optimus, de quo suo loco cum laude sermo erit, Pater Bartholomæi nostri extitit Anno MCDLXXXVII. non verò MCDLXXXV. ut notat Picinellus, quod mendum facile ab ipsa sepulchrali Inscriptione infra recensenda, omnibus apparebit. Scientiis pietateque imbutus Clericalem institutum amplexus est; & ita coluit, ut brevi, scilicet Anno MDXXI., Canonicus Scalensis in hac Urbe efficeretur; nullis inde parcens laboribus inter litteratos primi nominis sui ævi locum promeruit, atque Præposituram insignis Collegiæ S. Ambrosii Anno MDXLVI. obtinuit, & ad majora certè evectus fuisset, nam dignitatem quoque Inquisitoris generalis totius Domini Mediolanensis obibat, nisi mors invida ipsum terris sustulisset Anno MDLV. Fertur quod de S. Carolo Borromæo adhuc juvene Bonaventura noster pronunciaverit, hunc Ecclesiæ Mediolanensis Reformatorem, atque decus insigne futurum. Jacet in atrio Canonicali Ecclesiæ Sancti Ambrosii, prope cujus Januam visitur ejus Sepulcrum cum hac Epigraphe:

D. O. M.

FELIX ATQVE SVO DIGNVS QVI NOMINE VIXIT
 HIC BONAVENTVRÆ CONTEGIT OSSA LAPIS.
 CVI DECVS ET CLARÆ TRIBVIT PRÆCONIA LAVDIS
 DOCTRINA INGENIVM STEMMATA VITA LABOR.
 HÆRESEOS VINDEXT ET RELIGIONIS AMATOR
 ET SACER AMBROSII PRÆSVL IN ÆDE FVIT.
 IVLIVS HOS CINERI DEDIT ET GAVFREDVS HONORES
 VT PATRVI ET LVCTVS SINT MONVMENTA SVI.

VIXIT ANN. LXVIII. MEN. II. DIES III. OBIT IV. IDVS IVNII MDLV.

Ipsum

Ipsum Posteris perpetuò commendabunt Opera ,
quæ scripsit , scilicet :

- I. Gallorum Insubrum antiquæ Sedes . *Mediolani* , 1541.
exoudebat Antonij Castillionæus , in 8. & *Bergomi* ,
1594. Extat etiam inter Miscellanea Italica Gau-
dentii Tom. II. pag. 453. , & in Grævii Thesaur.
Antiquitatum Italiae Tom. I. pag. 1. necnon in Scoti
Italia Illustrata pag. 147.
- II. Notæ in Viros illustres Familiz Castillionæus .
- III. Opuscula de Thealdo Castillionæo Archiepiscopo , ac
de duobus Conradis , & Cælestino V. Pontif. ejus-
dem Familiz Ex Moriggia , & Picinello .
- IV. Tractatus in Sacram Scripturam . Ex eisdem .
- V. Epistolæ variæ , quarum una satis proluxa extat in
fronte libri contra Judæos , quem perperam Picinellus
supradictus eidem Bonaventuræ tribuit , nam
in ipsa Epistola post narrationem ejectionis Hebræo-
rum ab Urbe Mediolani , operâ D. Ambrosii , asse-
rit se procurasse librum à Marco Antonio Cagnola
Magistratus Præside , cui titulus : Judicium contra
Judæos : subscriptum à quatuor Theologis , nempe
ut sequitur :
„ Ego F. Bernardinus de Busti Ordinis Minor. manu
„ propria me subscripsi .
„ Ego F. Bartholomæus de Porris Senior , ut supra-
„ scriptum est dico , & consulo manu propria .
„ Ego F. Bernardinus Caymus , ut supra dictum est ,
„ dico , & consulo , & manu propria me subscripsi .
„ Ego F. Hieronymus Torniellus suprascripti Ord. Mi-
„ nor. idem dico , & consulo , & in fidem præmissio-
„ rum me propria manu subscripsi . Impres. *Medio-*
lani , in *Officina Libraria Gottardi Pontici* , apud *Tem-*
plum D. Satyri anno Domini 1548. die 7. mensis Maji
in 4.
- VI. Opera varia Philosophica . Ex eisdem .
- VII. Epistola de Ocello Oppido , cujus apud Cæsarem men-
tio est , Ptolomæo verò dicitur Ossello : extat inter
Scriptor. Italiae Illustratæ pag. 389.
- VIII. Vite degli XI. Arcivescovi di Milano Predecessori a
S. Ambrogio . MS. à me inspectus , in quo legitur
Epistola Auctoris , & ex ea hæc hausi :

„ Bonaventura Castillione Prevosto di Santo Ambrogio
„ Maggiore al Clero , e Cittadini di Milano .

„ Nel ritorno dal Concilio d'alcuni Reverendissimi , e
„ non meno Cattolici , che dotti Vescovi Spagnoli ,
„ Io fui instato , e parte forzato a ridurre in uno
„ Volume le Vite degli XI. Santissimi Predecessori
„ al Beatissimo Patriarca Ambrosio , da me per mol-
„ tissimi anni ricercate , e con difficoltà scoverte , in-
„ vaghiti di portare qualche modello in Spagna della
„ Santa Chiesa di Milano , &c. MS. in 4. autograph.
Cod. sign L. num. 32. In Bibliotheca Metropolitana,
& in Archivo Monach. S. Ambrosii Cod. sign. A.
num. 44.

Hunc MS. Codicem laudat Puricellus Dissert. Ambro-
sianæ num. 19. & asserit , aliud simile MS. Volu-
men extitisse apud Carolum Septimam .

Elogia Auctori huic celeberrimo scripserunt in primis
Andreas Alciatus , Benedictus Jovius , Gaudentius
Merula , atque ex professo mentionem de ipso fa-
ciunt Petrus Glusianus in Vita D. Caroli , Jo. Pe-
trus Crescentius in Amphiteatro , Scriptores om-
nes de Gente Castillionæa , Gesnerus , P. Franciscus
Spinula in Epigram. Petrus Paulus Bosca in lib. de
origine , & statu Bibliothecæ Ambros. Abbas Ghi-
linus , Moriggia , atque Picinellus in Athenæo
pag. 92.

C C C C X C.

CASTILLIONÆUS BRANDA.

BRanda Castillionæus nobilissimo apud Insubres san-
guine Anno MCCCL. genitus , parentibus Ma-
phæo , sive Matthæo , atque Lucretia Porra , à te-
neris annis uberem eruditionis messem assiduo studio
conquisivit . Juris tam Civilis , quàm Pontificii San-
ctiones diligenter adeò pervolutavit , ut magni nomi-
nis J.C. evalerit , dignusque habitus fuerit à Joanne
Galeatio Mediolanensium Duce , qui in Ticinensi
Academia inter publicos Legum Interpretes censere-
tur . Jurisperitorum Collegium ingressus est circa
Annum MCCCLXXIV. Tantam quoque prudentiæ

A laudem affectus fuit , ut ab eodem Duce inter Con-
siliarios suos legi meruerit . Tum Clericalem indutus
habitum Romam contendit , atque in ea Urbe Sacræ
Romanæ Rotæ Auditoris munus sub Bonifacio IX.
integerrimè exercuit ; variasque curas pro Ecclesiæ
Romanæ negotiis constanter pertulit . Laborante enim
diro Schismate Orthodoxa Fidelium communione ,
in Germaniam semel , iterumque Legatus à Summo
Pastore missus , nihil non egit , ut ad Ecclesiæ gre-
mium errantes oves reduceret . In tot laborum præ-
mium Placentinis Infulis ab eodem Bonifacio decora-
tus est , sibique creditum gregem verbo , & exemplo
ad virtutis semitam traducendum curavit . Summo-
rum Pontificum Innocentii VII. atque Gregorii XII.
qui Virum optimè noverant , gratiâ , & consuetudine
floruit . Apud hunc tamen postremum graviter offen-
dit , quod eum non servantem jusjurandum in ele-
ctione sua religiosè præstitum de abolendo Schismate
relinquere non dubitaverit . Ab ipso ergo Placentino
Episcopatu pulsus Anno MCDVIII. successorem accep-
pit Bartholomæum Cacciam Mediolanensem Ordinis
Prædicatorum . Sed ad majorum dignitatum gradus
evectus fuit à Joanne XXIII. qui Pontificatus sui An-
no II. Christi verò MCDXI. die Sabbathi sexta Junii
Romæ Brandam inter Amplissimos S. R. E. Purpura-
tos Patres , titulo S. Clementis adjecto , sedere jussit .
Sub eodem Joanne Pontifice interfuit Conciliis Pisano,
& Constantiensi , in quibus & scriptis , & coram pro
pace Ecclesiæ Universalis restituenda infracto prorsus
pectore contendit . Eo postmodum Papatum abdi-
cante , Martino V. in ipsa Constantiensi Synodo ele-
cto charissimus fuit , ejusque Legatione in Bohemiam
adversus Hæreticos Hussitas cum plenitudine potesta-
tis functus est , tum in Hungariam missus , ejus Re-
gni populos in Christi Fide nutantes confirmavit .
Imperatori quoque Sigismundo acceptissimus , ejus-
demque Vicarius in universa Italia constitutus fuit .
Eugenius Papa IV. Portuensum Episcopum , & à La-
tere Legatum creavit Brandam , ut inter Romanam
Ecclesiam , & Philippum Mariam Vicecomitem Me-
diolani Ducem , Nicolao Eitense Ferrariensium Mar-
chione sollicitante , pacis fœdus sanciretur . Dum
hoc munus exerceret ex Ambrosiano Monasterio , cu-
jus ipse Abbas erat , ut vocant , Commendatarius ,
Cistercienses abire jussit , eorumque loco Carthusiani
Instituti asseclas introduxit . Verum reclamante po-
pulo Mediolanensi , ac Duce ipso jubente res in irri-
tum cessit . Magnum etiam vitæ discrimen obivit Car-
dinalis noster , cum Ambrosiani Ritus Cœremonias
delere statuisset , & Romanas Mediolanensibus Tem-
plis ingerere . Cives enim quasi pro aris & focis pu-
gnaturi ad ejus ædes , facto agmine , facibus incendium
minitantes advolarunt , neque aliter procella defer-
buit , quàm Codicibus , à D. Theclæ Præposito Bran-
dæ jam traditis , in publicum è fenestra projectis .
Cæterum id tribuendum videtur non odio in Sacra-
tissimum Ritum , sed zelo potiùs , licèt non secun-
dum scientiam , adscribendum ; habent enim & sy-
dera maculas suas . Multa præclarè gessit , & ad lit-
terarum , & ad pietatis augmentum , inter quæ emi-
nent Collegia duo ab eo condita , unum Ticini , al-
terum Castellione in adolescentium studiis vacantium
commodum . Templum quoque Maximum à progeni-
toribus suis in hoc postremo Oppido erectum orna-
vit , & auxit , constituta etiam dote pro Præceptore ,
qui Castellionenses pueros erudiret . Obiit ætatis suæ
Anno XCIII. salutis nostræ MCCCCXLIII. die V. Fe-
bruarii . Conditus est in eodem Castellioni Templo
in Arca Marmorea , cui hæc incisa sunt verba :

QUANDO

QUANDO VLLVM INVENIET PAREM?

D. P. M.

QVISQVIS ADES SVBSISTE GRADVM PAVLVMQVE SEPVLCHRO
 FLECTE ACIEM ET SAXO CONSCRIPTVM PERLEGE CARMEN
 ILLE EGO CARDINEÆ CASTELLIO BRANDA CATERVÆ
 OPTIMA PARS QVONDAM CLARO QVI SANGVINE FELIX
 ENITVI ET MIRA VIXI PIETATE VERENDVS
 MARMOREO HOC CONDOR TVMVLO NEC FLEBILE LETHVM
 EST MIHI PERPETVO MANET INCLYTA FAMA DECORE
 FACTAQVE PRÆCLARIS NVNQVAM MORIENTIA REBVS
 MILLE EGO PER CASVS PER MILLE PERICVLA VICTOR
 FORTVNAM EVICI QVIN ME VIRTVTIS AMORE
 FLAGRANTEM ET SPARSAS SPERANTEM PECTORE LEGES
 EREXI SVMMA AD FASTIGIA FLORVIT HVNNVS
 PRÆSVLE ME ME PONTIFICEM PLACENTIA VIDIT
 DONEC VESPRIMIS COMES ET MAIORA SEQVVTVS
 TEMPORA PVRPVREO CINXI REDIMITA GALERO
 STRVXI ACIES DITAVI ARAS DELVBRA LOCAVI
 IMMENSO REDIMITA AVRO MAIORA PARABAM
 NI ME INTER CVRSVS ATQVE HÆC MOLIMINA RERVM
 OMNIPOTENS GENITOR TERRENI E CARCERE SECLI
 TRAXISSET CELSAQVE POLI REGIONE LOCASSET.
 VTINAM VIVERES! VTINAM VIVERES!

SI DE MORTE QVERI FAS EST COELIQVE SVPREMIS
 VIRIBVS HVMANÆ VOLVVNT QVÆ TEMPORA VITÆ
 HEV QVANTVM MORS AVSA NEFAS QVÆ TE INVIDA NOBIS
 ABSTVLIT ET TANTO PRIVAVIT LVMINE TERRAS
 OPTATIS INIMICA BONIS QVID VITA PIORVM
 QVID BENE FACTA IVVANT MITISQVE AFFECTVS ET INGENS
 RELIGIONIS AMOR NVLLO DISCRIMINE SOLVIT
 IMPIA ET HVMANOS ABRVMPIT PARCA TRIUMPHOS
 TV REQVIES TV DVLCE DECVS COLVMENQVE PIORVM
 MAGNE PATER TV DIVINI LVX VNICA CVLTVS
 NAM QVANTVM ÆTERNÆ FIDEI ET COELESTIBVS ARIS
 PRÆFVERIS TESTES CONVERSI AD SACRA SABÆI
 ARMENIÆQVE VRBES ET LATIS GRÆCIA CAMPIS
 FLETE PATREM MÆSTI PROCERES FLEAT ITALA TELLVS
 COMMVNI PRIVATA BONO TVQVE ALMA QVIRITVM
 ROMA DOLE QVANQVAM SVMMO PATER OPTIME COELO
 PRÆFVERIS MOESTVMQVE POLO NVNC DESPICIS ORBEM
 NOBIS SOLLICITI GEMITVS CVRÆQVE RELICTÆ
 QVEIS TE IAM FORTVNA FEROX CRVDELIBVS AVSIS
 ABSTVLIT ET COELI RADIANTIBVS INTVLIT ASTRIS.

Hæc Carmina conscripsit Leonardus Gryphus Mediolanensis ornatissimus Poëta, qui postea ad Beneventanum Archiepiscopatum euectus est, atque a nobis suo loco laudandus.

Scripsit Branda plurima ad Jurisprudentiam spectantia, inter cætera

- I. De Legibus.
- II. De Testamentis.
- III. De Conciliis.
- IV. De Potestate Spirituali, & Sæculari.
Nondum edita, sed MSS. & adhuc asservata in Bibliotheca Collegii Castellionensis, ut ait Georg. Joseph Eggs in sua Purpura Docta Tom. III pag. 7. num. 4.
- V. Decisiones Sac. Rotæ Romanæ. Ex Fontana Biblioth. Leg. par. I. col. 203. & Cantalmajo: extant in Corpore Decisionum Rot. Rom.

VI. Leges, & Statuta Collegii Castellionis Papiensis: extant ad calcem Libri de Orig. Gentis Castell. Matthæi Castellion. In Cod. MS. in fol. sign. H. num. 48. Bibliothecæ Ambrosianæ adest Epistola Latina Bernabovis Carcanensis ad Brandam Castellionem data Anno MCCCXXXVI. Collatio pro adventu Reverendiss. Domini Brandæ de Castelliono Cardinalis per Dominum Magistrum Martinum de Zecchis Sacræ Theologiæ Professorem Ordinis Min. Mediolani. Extat in MS. Cod. Biblioth. Ambros. sign. B. num. 116. Permultis celebratur encomiis à Salvatore Vitale in Theat. Mediol. à Beffa Negrino in Elog. Famil. Castellion. Ughello in Ital. Sacra: Giacconio in Vit. Card. Arefio in Chronol. Abbatum Sancti Ambros. Sitono in Chronico, Panvinio, Antonio Aubery, Martino Cromero in Histor. Poloniæ, Corio, Spondano, & aliis pluribus.

CCCCXCI.

CCCCXCI.

CASTILLIONÆUS BRANDA alter.

EX Comite Jacobo, Zenonis Episcopi Bajucensis fratre, & Cardinalis Brandæ I. pronepote natus est Branda, de quo nunc agimus, Anno MCCCCXV. Mediolani. Ab Avo Zenone in Galliam evocatus litteras, & præcipuè varias linguas edoctus Oratoria facultate mirificè excelluit, & doctissimus Juris peritus evasit. Imitator Brandæ Cardinalis supradicti, atque Episcopi Zenonis, ejus gratia Archidiaconatum Constantiensem in Normandia, & postea Diaconatum Leodiensem obtinuit; Inde Commendatarius pinguis Abbatæ Morimundi, & post mortem Lazari Scarampi Episcopus Comensis factus est à Paulo II. Summ. Pont. Anno MCCCCLXVI. Dux Mediolani Brandam ab intimis Consiliis creatum ad Regem Gallorum Ludovicum Legatum misit, ut sibi ejus amicitiam conciliaret, quod mirificè sua eloquentissima Oratione confecit. Joanne Galeatio occiso, ut notum est Anno MCCCCLXXVI. Galeatius Dux Quintus Brandam in primis à Consiliis, atque Gubernatorem, cum Joanne Jacobo Trivultio, Petro Landriano, Orpheo Aricano, atque Roberto Sanseverino sibi elegit. Pluribus aliàs Legationibus etiam difficilimis temporibus, sub eodem Duce peregregiè, ac feliciter functus est, ut in Corio, aliisque Historiar. Scriptoribus illius ævi videre est. Prudenter se gessit in sedandis tumultibus civilibus in Civitate Parmensi. Anno MCCCCLXXX. Hydrunto à Turcis capto, Sixtus Pontifex IV. ab omnibus Christianorum Principibus, Romam Nuncios petiit, ut de re tam ardua, quid faciendum consuleretur; Dux Mediolani Brandam misit, etsi Antonium Trivultium pro Legatione ordinaria in ipsa Urbe jam haberet. In bello inter Ferrarienses, & Venetos Branda ipse Pontificis supradicti Legatus, atque Capitaneus evasit, & postea Romam redux, ipsius Urbis Gubernator à Pontifice designatur, sed dum quietis causa ad suum Episcopatum revertitur, à Duce Mediolanensi evocatus est, ut Gubernatoris Officio suscepto, Januensibus motibus sedandis vacaret, in quibus Branda noster coactus fuit confugere in Arcem Castelleti, in cujus obsidione ita se prudenter gessit, ut cæso exercitu Sfortiaco, mirabiliter Mediolanum reversus fuerit. Una cum Joanne Jacobo Trivultio Anno MCCCCLXXXV. Comitatus est Lucretiam Alciatam feminam virtute, ac sanctitate claram ad Monasterium Montis Varalli jussu Mediolani Ducis, inde mortuo Sixto IV. Pontifice, atque Innocentio VIII. in ejus locum successit, Branda iterum Romæ Ducis sui Legatus efficitur, ubi gratiam novi Pontificis, ita acquisivit, ut ab eo inter Cardinales adscribi meruerit, sed morbo correptus paulo post obiit, & honore Cardinalitio in Basilica Divi Petri sepelitur; fuit Episcopus Optimus, & clementia, aliisque virtutibus insignitus.

Superfunt de ipso :

- I. Constitutiones, & Consilia tam Juridica, quàm ad Politicam spectantia. MSS. Vol. IV. Extant in Alma Urbe, atque in Archivo Arcis Jovis.
 - II. Orationes plures à variis Historicis relatæ, & partim ad verbum transcriptæ.
 - III. Epistolæ plures ad negotia pertinentes. Extant in MSS. Cod. Bibliothecæ Colbertinæ sign. num. 2167. ex Cæthologo.
- De ipso Benedictus Jovius, Donatus Bofius, Corius, atque Bugarus. Videndi quoque Ciacconius, Ughellius, Bessa Negrinus pag. 329.

Tom. I.

CCCCXCII.

CASTILLIONÆUS BRANDA alter.

EX Jacobo Castillionæo, de quo cum debita laudis commendatione scripsere Sitonus Art. 209. atque Franciscus Arifius V. Cl. in serie Prætorum Cremonæ pag. 28. ortus est Branda noster, qui inter suæ Gentis eruditos hujus nominis tertium obtinet locum. Utriusque Juris Lauream, qua legum studiis diligenter completis fuerit insignitus, Musarum frondibus intexit, Poëta in Latina præsertim lingua peritissimus. Post Ducalis Fiscus patrocinium strenuè gestum, Senatoria dignitate honestatus est, fuitque intimus tam Joannis Galeatii, quàm Ludovici Mariæ Infubriæ Ducum Consiliarius ab Anno MCCCCLXXXI. ad Annum usque MCCCCXCIV., quorum etiam nomine plures obivit Legationes easque prudentissimè gessit ad Sixtum IV. Pontificem Maximum, ad Ferdinandum Cæsarem, ad Germanos, ad Gallorum Reges Carolum VIII. ac Ludovicum XII., ad Reges etiam Neapolitanos Ferdinandum, atque Alphonsum; itemque ad Respublicas Januensem, & Florentinam. Forlivienfes Cives intestino bello inter se jamdudum dissidentes ad pacem, atque concordiam revocavit. Inter hujus Viri doctissimi laudes illud omnino silentio involvendum non est, filios scilicet à Dorothea Cufana conjuge nobilissima susceptos tam sedulo educasse, ut ex his non duo tantum Senatores in Infubriæ Amplissimo Patrum Ordine federint, sed alius etiam ad Metropolitanam Ecclesiam Barrensem assumptus fuerit, de quo paulo inferius agemus. Inter vivos esse desit Anno post Christum natum MCDXCVII, & in Templo Sanctæ Mariæ Pacis conditus jacet, cum hoc Elogio :

D. O. M.

BRANDÆ CASTILLIONÆO SENATORI
ET LVDOVICI SFORTIÆ MEDIOL. DVCIS
APVD MAXIMOS REGES LEGATO
HIERONYMO MEDIOL. SENATVS
CAROLO V. IMPERATORI PRINCIPI
PHILIPPO DIVI ABVNDII COMI
COMMENDATARIO
SENATORI SENATVS PRINCIPI
FRANCISCVS ABVNDIVS BOBII EPISCOPVS
ET CARDINALIS
AVO PATRI PATRVO
SIBI POSTERISQVE
V. F. C.

Plures eloquentissimas, atque gravissimas in Legationibus suis habuit Orationes, quas inter à Bessa Negrino commemoratur.

- I. Oratio, qua Januensem populum hortatus est, ut Mediolanensibus Ducibus se dederet regendum. Reliquæ, cum aliis eruditi Viri Scriptis periere. Agunt de ipso citatus Bessa Negrinus pag. 364., & Mattheus Castillion. pag. 50.

CCCCXCIII.

CASTILLIONÆUS BRANDA FRANCISCUS.

A Joanne Honorato Castillionæo, de quo infra juxta ordinem alphabeticum laudes meritò prolaturi sumus, nec non ab Angela Vicecomite ortus est Branda Franciscus ex nobilibus Castillionæis, qui Hyppocratis vexilla secutus Lauream in ejusdem Medicorum Principis facultate Ticini decoratur die

Y y XIV.

XIV. Junii Anno MDCLXI., atque sex tantum mensibus tranfactis Cœtum Nobilium Collegii Physicorum hujus Urbis ingressus est; ubi tanta virtute, doctrina, prudentiaque effulsit, ut dignitatem Proto-physici Regii in toto Mediolanensi dominio obtinere meruerit. Patris eruditos, proficuosque labores adjuvit, præter Opera, quæ infra dabimus, dumque aliis elucubrandis intentus esset, invida mors eum rapuit Anno MDCCXII. Sobole præclara etiam illustris fuit, uti videbimus infra:

- I. Pharmacopœam, seu Antidotarium à Jo. Honorato Partie editum Anno MDCLXVIII. revisit, auxit &c. teste Picinello, & Curtio.
- II. De Spiritibus, Extractis, Salibus, ac Fucis. *Mediolani, apud Carolum Josephum Quintum, 1698. in fol.* Videndi suprascripti Picinellus in Athenæo pag. 97. Bartholomæus Curtius in libro: De Scriitori Medici Milanensi pag. 191., nec non Schedæ Sitionianæ.

C C C C X C I V.

CASTILLIONÆUS CAMILLUS.

Marcus Castillionæus Armorum Ductor, atque Veronica Bossia Parentes fuere Camilli nostri, qui majorum suorum vestigia secutus in litteris se exercuit Ticini tam amœnioribus, quàm legalibus. In primis verò plura Specimina dedit variis Carminibus evulgatis ut infra, in secundis verò Laureâ acceptâ, Mediolani inter JCC. adscribitur Anno MDXLVI. Vicariatum deinde, ut vocant, Provisionum peregre sustinuit, & Viri prudentissimi famâ sibi comparatâ, ad Regem Hispaniæ Philippum pro rebus gravissimis missus fuit Civium suorum nomine, atque tam prudenter se gessit, ut ab ipso Rege, quod in votis erat, obtinuerit, ideoque paulo post scilicet Anno MDLXX. in numerum Patrum conscriptorum hujus Senatus communi plausu adnumerari promeruit. Præfuit inde Provinciæ Cremonensi Anno MDLXXXI., qui ei fuit emortualis, sepultusque est in Templo S. Marci.

Vidi de ipso:

- I. Carmina plura tam Italico, quàm Latino sermone in variis Collectionibus Papiensibus pro Laureis donandis.
- II. Repertorium Legale amplissimum extare apud Suos MS. Tom. IV. afferit Bessa Negrinus.
- III. Allegationes plures tam editæ, quàm MSS. reperiuntur in Collectionibus JCC. Mediolanensium pluries à nobis indicatis, atque in Archivo Monasterii Sancti Salvatoris Papiæ, uti affirmant Schedæ laudatissimi P. D. Gasparis Berettæ, lectu dignissimæ. Mentio, atque Elogia de tanto Viro leguntur in Bessa Negrino suprascripto, in Annalibus Cremonensibus Cavatelli, & Campi, in Cavatio de Alev. Status Mediol., in Lando de Sen. Mediol. pag. 183., atque in Sitiono pag. 114. Art. 466.

C C C C X C V.

CASTILLIONÆUS CHRISTOPHORUS.

Plures Castillionæi, à Castillione se ipsos vocant, uti etiam hic noster inter præclaros præclarissimus; nam & miles primi nominis, & Causidicorum facilè Princeps sui ævi meritò celebratur. A Francisco, nec non Barbara Biraga Conjugibus vitam excepit die XVI. Maji Anni humanæ Salutis MCCCXLV., litterisque optimè imbutus, Laureâ in utroque Jure Parmæ acceptâ in Patriam reversus Annam Badagiam foeminam nobilissimam, in matrimonium duxit. Florente jam Ticini Academia, Galeatii Vicecomitis industria, Christophorus eò studiorum causa profectus Baldum audivit, miraque ingenii felicitate supra quam dici possit, doctrina eminens Præceptoris Antagonista factus est. Longo rerum usu, & fama Baldus clarebat, hic vero acumine excellens subtilitatum Princeps meruit appellari, qui, non paucis majorum erroribus detectis, plures suo, & germano sensu leges illustravit. Confluentibus igitur

A ad utrumque auditoribus, cum eruditione pares haberentur, precibus, atque adeo pretio discipulos ambire coeperunt. Quod etsi Ticini tum primum evenit, prius tamen Bononiæ auditum fuerat. Anno verò MCCCCV. pestis causa, atque belli à Facino de Canibus Insubriæ inlati Togâ relicta, gladium clypeumque viriliter succussit, nec non tam strenuè se gessit, ut suis, inimicisque admirationi fuerit. Satis de tanto Viro dixisse par sit, quod pro tuendis, curandisque affinis suis in bello afflictis propriam Bibliothecam (proh dolor in erudito homine!) vendidit, nec unquam propria bona à justo meritum æstimatore Facino suprascripto recipere voluit, nisi idem munus, & ipsi obtinerent, quod summâ ipsius, immo inauditâ usque adeo aliorum gloriâ, factum est. Ad litteras reversus, cum Viro præstantissimo Signorolo Homodeo, quem suo loco in scenam proferemus, Parmæ ad Juris Lecturam. Anno MCCCCXII. evocatus fuit; Primam Cathedram quoque ascendit Senis, inde Taurini, & postquam ad Ticinensem revocatus fuerat, ipsam annorum XX. spatio nunquam reliquit. Juvat hîc addere verba Fichardi, apud Pancirolum ad agnoscendum Christophori nostri ingenium aptissima. „ Fuit Christo- „ phorus de Castillione acri, magnoque ingenio præ- „ ditus, & subtilitatum (ut eum Jason vocat) „ princeps. Itaque, ut ferè assolet, ingenii sui fa- „ cilitate, & doctrinæ fiducia, ut olim Antistius „ Labeo, fretus, multa innovare, & receptas in „ Scholis opiniones ubicunque posset, magno studio „ labefactare instituit. Hunc morem Raphael Ful- „ giosius Placentinus, & alter Raphaël Comensis, „ ejus discipuli postea secuti, innovationes illas ma- „ gis auxerunt. „ Teste etiam Marco Mantua apud eundem Pancirolum ab omnibus sui ævi Scriptoribus vocabatur Scævola alter, ideoque mirum non est, si tanti ipsum Principes fecerunt, nam duobus Mediolani Ducibus nempe Joanne, & Joanne Maria à Consiliis extitit. Quorum secundo cum aliis Delegatis fidelitatis pro suis Civibus sacramentum præstitit die XIV. Decembris Anno MCCCCII., & à Sigismundo Cæsare Eques, & Comes non tantum ipse, quàm omnes sui subsequentes geniti creatus est cum exemptione à tributis, sicuti legitur in III. Diplomatis ejusdem Imperatoris Anni MCCCCXIV. & MCCCCXVII.

D Marcus Litta ipsum laudavit hoc Carmine in suo libro de Urbe Mediol. pag. 23.

Vivit, & æternum hic vivet, quem vere sepultum; Quid mirum? solo vivitur ingenio.

Nunquam verò moriturus decessit Ticini Anno Reparationis nostræ MCCCCXXV. III. Id. Maji, quo Ascensionis Domini memoria agebatur, & in Templo D. Thomæ, nec non in D. Catharinæ Sello prope Aram majorem cum hoc Epitaphio humatus fuit:

HIC IACET CLARISS. IVRISCONSULT.
AETATIS SVAE PRINCEPS
D. CHRISTOPHORVS
DE GENEROSA PROGENIE CASTILLIONAEA
COMES
ATQVE ILLVSTRIS. DOMINI D. MEDIOL.
SECVNDI DVCIS CONSILIARIVS
QVI PAPIAE TAVRINI PARMÆ ET SENIS
PRIMAM CATHEDRAM TENENS
LEGVM MONARCHA SCRIBEBATVR
CVIVS ANIMA DIE XVI. MAII MCCCCXXV.
IN FESTO DOMINICAE ASCENSIONIS
HIC DIMISSO CARNIS ONERE
CVM CHRISTO IN COELVM ASCENDIT.
Quid-

Quidquid Vir iste incomparabilis scripsit ad nos non pervenit, ut videre est à cultoribus Historiæ literariæ. Hæc interim collegi :

- I. Super Legem : Si cum dotem ff. solut. matrim. Ext. in Tomo II. Repetit. Jur. Civ.
- II. Super L. Si filius hæres ff. de lib. & posthum. ibid. in Tomo III.
- III. Super §. præterea ex l. continuus ff. de verbor. obligat. ibid. in Tomo VI.
- IV. Disputatio circa alienationem rerum mulieris prohibitam à Statuto. Ext. in Statuto Civit. Papiæ, & inter Consilia Zileri.
- V. Super 2 ff. novi l. sciendum, & l. enim, §. præter Consilia. Extat in supradicto Zileto Vol. I. pagg. 46. & 65.
- VI. Commentaria plura alia in Infort. possidebant MSS. hæredes Jo. Baptiste Plotti J. C. celeberr. Novariensis.
- VII. Tractatus de Duello, ita asserit M. Ant. Mantua.
- VIII. Consilia collecta & edita per Aloysium Antonium de Maria Salernitanum. Venetiis, per Cominum de Tridino, 1560. in fol.
- IX. Alia Consilia refert Draudius in Bibliotheca Classica pag. 688.
- X. De Jure Civili Tractatus, quos suppresso nomine Magistri in publicum protulerunt Fulgosus, & Cumanus pro suis, ferturque Christophorus noster dixisse: *Questi miei figliuoli si hanno divise le vestimenta mie.*
- XI. Orationes plures, quarum unam refert Sabbas Castillionæus, quem infra dabimus, idest pro liberatione Francisci Barbavariæ. Laudarunt nostrum laudatissimi Viri, nempe Bartolus, Jason, præter supra dinumeratos, atque videndi Cotta in suo Museo, Gesnerus, Ghilinus, Moriggia, Picinellus in Athenæo pag. 156. Sironus pag. 34. Art. 61., & omnes qui de Gente Castillionæa scripsere.

CCCCXCVI

CASTILLIONÆUS CLEMENS.

OH quàm copiosior, atque amplior nostra hæc fuisset Collectio, si omnes quorum interest, Virorum suorum Illustrium Monumenta colligere, & fervare satagissent! Sunt tamen quorum nuda nomina proferre cogor, quod licet immenso profus labore nihil non egerim, ut Parentes, Acta, ætatem, annumque postremum omnium Eruditorum, quibus Mediolanensis Urbs patria fuit, Lectores docerem, tamen in irritum res mihi cessit. Id nunc evenit in Clemente Castillionæo, cujus paucis Elogium texuit Picinellus, quod intulit ad verbum Michaël Angelus Belforti in librum suum, cui titulus: Chronologia Coenobiorum, Virorumque Illustrium Congregationis Montis Oliveti, editum Mediol. 1720. pag. 39. Hoc unum scimus Clementem Monasticam in laudata Congregatione vitam egisse, Philosophiam, & Sacras litteras calluisse; Verbum etiam Dei eloquentissime pronunciaffe. Quo floruerit tempore conjicimus ex citato Belforti, qui eum ponit post Annum MDCLXVII.

Dictis Auctoribus testibus vulgavit :

- I. Summulas Logicales. Ubi & quando nemo prodit. De eo Picinellus in Athenæo pag. 151. atque Belforti loco citato.

CCCCXCVII

CASTILLIONÆUS FRANCHINUS.

ERuditorum, quos Castillionæa Gens protulit, Cœtui merito annumerandus videtur Franchinus Petri filius, nam eloquentiam sibi comparavit præstantem adeò, ut inter sui sæculi Oratores facundissimus haberetur. Legum etiam tanta in eo peritia fuit, ut primarius Civilis Juris Interpres sederit in Ticinensi Lycæo. Philippi Mariæ Vicecomitis Infubrum Ducis nomine Januensem Urbem, atque Ditionem Moderator tenuit Anno MCCCCXXII. Civiles Cremonensium Civium discordias An. MCCCCXLIII.

A componere satagit. Eiusdem quoque Principis, una cum aliis præclarissimis Viris Legationem obivit ad Florentinam Rempub. missus etiam ab ipso Duce ad Comitum Franciscum Sfortiam, cujus quoque nuptias cum Philippi Mariæ filia conciliavit, & Oratione inferius recensenda publicè laudavit. Jurisperitorum Collegio Mediolanensi aggregatus est Anno MCCCCXLV. cum prius Anno MCCCCXLI. pro pace inter Ducem ipsum Florentinos, Venetos, & Januenses concilianda Orator extitisset. Tum Ducalis Senator, atque Consiliarius æquitatis, & prudentiæ laudem promeruit. Desideratus est Anno Redemptionis MCCCCCLXII.

Ex hujus Viri lucubrationibus hæc ad nos pervenerunt :

- I. Oratio habita in Templo Sancti Sigismundi in supradictis nuptiis.
- II. Orationes aliæ plures memorantur à Scriptoribus Virorum Illustrium Gentis Castillionææ, ut infra.
- III. Consilium Juridicum laudat Ziletus in suis Consiliis Tom. I. pag. 101.
- IV. Epistolæ extant cum aliis DD. Capitaneor. ac Defensor. Reipub. Mediol. datæ Anno MCCCCXLIX. in Archivo Civitatis. Vide Epistolam Jo. Sironi de Scotia in Curtio pag. 280. Mentio illius occurrit cum debita laudis encomio apud Decembrium in Vita Philippi Mariæ Vicecomitis, Cap. 34. Raynutium Picum in Append. Vir. Illust. Parm. num. 12. Cavitei. Annai Crem. ad Annum MCCCCXXIV. Franc. Phileph. in Epist. pag. 52. Curtium loc. cit. Corium, Boffium, Jo. Simonertam, Picinellum in Athenæo pag. 226. aliosque plures.

CCCCXCVIII

CASTILLIONÆUS FRANCISCUS ABUNDIUS.

Kalendis Februariis Anni Salutis MDXXIII. parentibus Hieronymo JCC. Mediolanensis Senatus Principe, & Guida. Francisca ex nobilissima Castillionæorum Familia Conjugibus ortus est in hac Metropoli Franciscus Abundius, qui generis sui vetustissimam claritatem novis & dignitatibus, & doctrinæ ornamentis cumulavit. Mira indole præditus adolescens optimis Præceptoribus traditus non Latinas tantum, sed Græcas quoque Litteras didicit, & Eloquentiam Philosophiam, sacrasque disciplinas, postremo Civiles Leges, ac Pontificios Canones assidue, diligenterque percurrens, in Ticinensi Archigymnasio summa cum omnium admiratione Doctor in utroque Jure pronunciat. Poeticam quoque facultatem usque adeo calluit, ut illustri Affidatorum Cœtui in eadem Urbe aggregatus & Philaretes dictus, primas inter Eruditos ætatis suæ merito occupare censeretur. Cessione Philippi Patris sui, jam inter Clericos relictus, Sancti Abundii Novocomense Coenobium fiduciarie titulo regendum obtinuit. Notissimus interim eruditionis gratiâ ad Ecclesiam Bobiensem administrandam Anno Christi MDLXII. die IX. Januarii infulatus Pastor assumitur. Qua esset doctrinâ atque prudentiâ optimè patuit in Tridentina Oecumenica Synodo, ubi tam præclarum sui specimen dedit, ut à Pio IV. P. O. M. die XII. Martii Anno MDLXV. Presbyter Cardinalis tituli Sancti Nicolai inter imagines, absens fuerit renunciatus. A Gregorio XIII. inter alios Viros doctissimos ad Sacrorum Decretorum emendationem electos adhibitus, eo in munere ita se gessit, ut ejus doctrinæ, & diligentiae inquirendis vetustissimis Codicibus, ad hujus rei veritatem eliciendam aptis Patres plurimum tribuerint. Hic idem mores Collegii Castillionæi Ticini à Branda. Cardinale Gentili suo olim instituti restituit; & Collegium vetustate colapsum ære suo restauravit; eique moriens multa aureorum millia Testamento legavit. Cœlestini IV. Summi Pontificis Gentilis sui Tumulum magnificè extruendum jusserat, morte tamen præventus illud perficere non potuit; nam ætatis suæ Anno

Anno XLV. , qui erat Reparationis nostræ MDLXVIII. in ipsa Urbe Roma XVIII. Kal. Decembris migravit ad Superos , sedente in Apostolico Throno Sanctissimo Pontifice Pio V. cujus electioni interfuerat. Corpus ejus tumulatum est in Templo Sanctæ Mariæ ad Portam Flaminiam , cui cognomen de Populo , ejusque Sepulchro hæc sunt incrypta verba :

EXPECTO DONEC VENIAT IMMVTATIO MEA.

Joseph tamen Castillionæus Defuncti Præfulis patrue-
lis , & hæres aliud in ejus commendationem , & memoriam Elogium poni iussit , quod infra dabimus in Joanne item Castillionæo Barrensi Archiepiscopo . Hic interea aliud recitabimus , quod Paulus Manu-
tius scripserat :

FRANCISCO ABVNDIO CASTILLIONÆO
MEDIOL.
HIERONYMI IC. DISSERTISSIMI
SENATVS MEDIOL. PRAESIDIS
FILIO CARDINALI
A PRIMA AETATE AD BENEFICENTIAM
ATQVE AD OMNEM LAVDEM PROPENSO
EA SAPIENTIA INTEGRITATE DOCTRINA
PRAEDITO
ACCEPTAM A MAIORIBVS
PRAESERTIM A COELESTINO III.
PONT. MAX.
QVATVORQVE CARDINALIBVS
OCTAVIANO GOTIFREDO BRANDA
ET IOANNE
NOBILITATEM
SVA VIRTUTE VEHEMENTER AVGERET
DIGNVSQVE VIDERETVR PIO III.
PONT. MAX.
QVI DIFFICILLIMIS CHRISTIANAE REIP.
TEMPORIBVS
AD TVENDAM COMMVNEM CAVSAM
IN AMPLISSIMVM ORDINEM
COOPTARETVR
IN MEDIO GLORIAE CVRSV
AETATE INTEGRA
BONORVM OMNIVM DOLORE
EX HAC VITA EREPTO
CVRATORES TESTAMENTARIJ
IO. MORONVS ALEXANDER CRIBELLIVS
CARDINALES
ET IANNOTTVS CASTILLIONÆVS
MAGNVS MAGISTER ORDINIS S. LAZARI
HOC MONVMENTVM
EX IPSIVS TESTAMENTO
CVM PATRVO IOANNE IACOBO
BARENSI ARCHIEPISCOPO COMMVNE
POS.
VIXIT ANNOS XLV. OBIIT MDLXVIII.

Doctissimi Purpurati ingenium hæc posteros edo-
cent :

- I. Carmina Italica in lib. cui tit. Sesto libro delle Rime di diversi eccellenti Autori , raccolte da Andrea Ar-
rivabene , che sono in seguito di quella del Giolito.
- II. Alia Carmina Italica inter ea Variorum à Hierony-
mo Ruscellio collecta lib. VI.
- III. Pia Opera in laudem Mariæ V. Sanctissimæ cum Mat-
thæi Castillionæi Commentario edita ; teste Marac-
cio .
- IV. Catalogo degli Uomini Illustri di Casa Castillionæa .
Hoc Opus Comiti Camillo donavit , teste Beffa-
Negrino .
- V. Discorsi varj sopra le più ardue Scienze fatti nell'
Academia degli Affidati . Ex eod.
- VI. Carmina Italica in laudem Pœnitentiæ .
- VII. Alia in laudem Perseverantiæ .
- VIII. Alia IV. vulgò Sonetti in Opere Matthæi Castillionæi
pag. 55. edita .
- IX. Opuscula varia Græca , Latina , & Italica tam solutâ,
quàm adstrictâ numeris oratione . MSS. apud Suos,
teste Beffa Negrino.
- X. Collectio Monumentorum ad Familiam Malaspinam
pertinentium , quam Thomæ Porcacco ad ejus Gen-

tis historiam conscribendam suppeditavit ; teste eo-
dem .

Ipsi dicavit Annibal Cruceus Mediolanensis Poëta-
prolixum Carmen Italicum in obitu Octaviani Ra-
vertæ Episcopi Terracinensis , quod legitur inter
Carmina collecta à Jo. Paulo Ubaldino .

Insigne quo usus est in Academia Affidatorum fuit fer-
tum frondibus lauri , quercus , & olivæ contextum,
& Aræ impositum , addito Lemmate :

Triplici virtute micatur .

Dignis cum laudibus efferunt Petramellarius , Mat-
thæus Castillionæus , Antonius Auberius , Ciacconius ,
Ughellus , Gadius , Eggs , Beffa Negrinus , Hierony-
mus Ghillinus , Hippolytus Maraccius , Picinellus
pag. 197. aliique plurimi .

CASTILLIONÆUS GAUFRIDUS.

V. COELESTINUS V.

CCCCXCIX.

CASTILLIONÆUS GOTIFREDUS.

Gotifredus , seu Goffridus , vel Galfridus Castil-
lionæus Donati armorum Ducis filius , Subdia-
conus Apostolicus , & Sacelli Pontificii Sacerdos ,
Honorii III. jussu , à quo inter Auditores Sacræ Ro-
tæ Romanæ electus fuerat primus Mediolanensium ,
Legationis munere functus est in Sardinia Insula , ut
fidei Sacramentum pro Sancta Romana Ecclesia à
Benedicta Principe , & Marchionissa Calaritana , &
Massæ reciperet , imposita , vestigialis nomine , an-
nua pensione viginti librarum argenti . Tum ab In-
nocentio IV. Anno MCCXLIV. in quatuor Tempori-
bus Adventus Domini in Concilio Lugdunensi Dia-
conus Cardinalis Sancti Hadriani creatus est . Quo
primùm tempore S. R. E. Cardinalibus Galeri Pur-
purei ornamentum additum est . Subscripsit Innocen-
tii litteris Kalendis Februarii Anno Dominicæ Incar-
nationis MCCXLIV. datis Joanni Cervienti Episcopo,
& Anno MCCXLV. Verziliacen. E vita excessit Lug-
duni MCCXLV. ibique sepultus , de quo hæc habet
Matthæus Paris in sua Historia Anglica ad Annum
MCCXLV. „ Eodem quoque tempore obiit Galfri-
„ dus Cardinalis , quo non erat aliquis Domino Pa-
„ pæ alius specialior , vel utilior , nec scientiâ , &
„ moribus clarior. „ In Ecclesia Sancti Hadriani de
Urbe extat hæc Gotifredi Cardinalis memoria :

✠ ANNO IESV CHRISTI MILLESIMO DV-
CENTESIMO QVARTO QVADRAGENO
TEMPORE SS. PATRIS INNOCENTII PA-
PAE QVARTI DOMINVS GOTIFREDVS
DICTVS CASTELLIONÆVS SPECTABI-
LIS VIRI IOANNIS DE GOTIFREDIS EX
DOMINIS DE FRISINONIS ET IVLIAE
PETRI LEONIS FILIVS DE REGIONE
PARIONIS HVIVSCE ECCLESIAE SAN-
CTI HADRIANI DIACONVS CARDINA-
LIS HONORII TERTII OLIM IN SARDI-
NIAM LEGATVS AD HONOREM SAN-
CTAE AGNETIS SVAE DOMVS ADVO-
CATAE ARAM HANC MARMOREAM
MAGNIFICE CONSTRVI MANDAVIT .
ROGATE PRO EO .

MAGISTER IVLIANVS FECIT HOC OPVS.

Juvat hîc , quæ de hoc Monumento Ciacconius
asserit , attexere .

„ Cum verò multa sint in hac Inscriptione , quæ
„ veritati repugnant , videlicet tempus , & Gotifredi
„ genus ; Anno enim MCCIV. non Innocentius IV. ,
„ sed III. Ecclesiam Romanam regebat . Deinde si
„ Gotifredus hic fuit , ut diximus , Coelestino III.
„ sanguine junctus , haud genus ducere ex Dominis
„ Frisinonis ille poterat , neque esse de Regione
„ Pa-

„ Parionis . His aliisque de causis hanc Inscriptio-
 „ nem rejicimus , illamque tamquam apocrypham
 „ recusamus . Certò enim scimus , Gotifredum hunc
 „ inter Cardinales Diaconos cooptatum ab Innocen-
 „ tio IV. nostræ Salutis Anno MCCXLIV.

Superfunt ab eo conscriptæ :

- I. Decisiones in corpore Decisionum Sacræ Rotæ Rom.
 ex Fontana Biblioth. Legal. & Autograph. in Archi-
 vo Molis Hadrianæ.
 Agit de hoc Eminentissimo Viro Ciacconius ad Annum
 MCCXLIII. , qui tamen ignoravit eum Rotæ Audi-
 torem fuisse , quod nobis indicavit Illustriss. atque
 Reverendiss. D. Joannes Baptista Vicecomes V. J. C.
 Collegiatus , nunc inter Sacræ Rotæ Auditores de-
 gens , cujus humanitati Nomenclaturam Mediolanen-
 sium in eodem Clarissimo Cœtu admissorum ad me
 transmissam grati animi ergo profiteor.

D.

CASTILLIONÆUS GUARNERIUS.

Guarnerium Castillionæum Guidonis filium &
 sanguinis claritas , & doctrinæ laus inter Infu-
 bres eruditos Viros jure merito collocandum monent .
 Jurisprudentiæ potissimum peritiâ clarissimus in Tici-
 nensi Gymnasio Leges interpretatus est . Oratoria
 quoque facultate inter primos sui Sæculi habitus fuit ,
 ideoque plurimum gratiâ valuit apud Cives suos , ex-

A terosque . Collegium JCC. Nobilium ingressus est
 Anno MCCCCXLV. Philippi Mariæ Vicecomitis
 Mediolani Ducis nomine Legationes plures obivit ,
 quas inter omnino reticendam non duximus eam ,
 qua functus est ad componenda jurgia inter Amē-
 dæum Sabaudia Ducem hujus nominis I. & Joannem
 Jacobum Palæologum Montis-ferrati Marchionem ,
 quæ feliciter usque adeo evēnit , ut ambos dissiden-
 tes Principes fœdere sociarit . Vicecomitis etiam
 Ducis diplomate Consiliarii , & Senatoris dignitatem
 suscepit , eoque defuncto inter XII. Viros Mediola-
 nensis Reipub. Defensores electus fuit ; pro qua intrepide
 decertavit adversus Ænæ Silvii Piccolominei
 conatus . Patriæ nomine ad Franciscum Sfortiam
 Orator missus , animum ejus sibi devinxit ; cūque
 hic ad Insubriæ Ducatum pervenisset , Senatus Præses
 lectus est ab eo , cui etiam fuit à Consiliis , atque
 in virtutis suæ præmium Feuda Garlaschi in Laumel-
 lino tractu , & Marani in agro Novariensi recepit .
 De ejus Legatione ad Alphonsum Neapolitanum Re-
 gem pluribus agit Ludovicus Domenichi in suæ Hi-
 storix Libro II. , quemadmodum & de Equitis Au-
 rati dignitate ipsi Anno MCCCCCL. die XXII. Mar-
 tii collata Sitonius scribit in Monumentis Vicecomi-
 tum pag. 31. Extremus illi fuit Annus MCCCCCLX.
 quo mense Majo decessit . Quiescit in Sacello B. V.
 Mariæ Franciscani Templi Mediol. hocce decoratus
 Epitaphio :

D.

O.

M.

GVARNERIO CASTILLIONÆO I. C. DISSERTISS.

MAXIMARVM VIRTVTVM SPLENDORE ILLVSTRI

PHILIPPI MARIAE AC FRANCISCI I. DVCVM MEDIOL.

CONSILIARIO REIPVB. MEDIOL. PRINCIPI

ABAVO

POMPEIO PEDITVM ET EQVITVM STRENVO DVCTORI

VENETI EXERCITVS PRAEFECTO

AVO

ALEXANDRO INVICTI ANIMI VIRO

IOH. IACOBI MEDICAEI AC IOH. BAPTISTAE CASTILII

VICARIO

ET PATRIAE AD PHILIPPVM REGEM LEGATO

PATRI

POMPEIVS LVDOVICVS MILES HIEROSOL. ALPHONSVS

ET OCTAVIVS FRATRES B. M. P.

AN. MDLXXX. KAL. APRILIS.

Hæc ejus habemus Opera :

- I. Oratio habita , cū Franciscus Sfortia Mediolanensis
 Ducatus suscepit insignia . Extat in lib. VI. Histor.
 Mediol. Josephi Ripamontii .
 II. Oratio habita in Funeralibus Cardinalis Brandæ Castil-
 lionæi pag. 9. MS. in fol. in Bibliotheca Ambrosiana
 Cod. sign. B. num. 124.
 III. Oratio habita ad Alphonsum Neapolitanum Regem .
 luculentissima laudatur à Domenichi loco cit.
 IV. Repetitiones legales . Habentur inter Opera Jasonis de
 Mayno , à quo etiam plurimum commendatur .
 V. Epistola Philosophica ad Antonium de Ricciis S. Am-
 brosii Abbatem , de morte Zanaini V. Cl. , cujus
 prudentiam , equitatem , justitiam , ac sapientiam
 commendat . Extat in Codice Membranaceo Miscel-
 laneorum pag. 132. apud Donatum Sylvam Comitum
 Blandratensem .

Tom. I.

- C VI. Epistolæ ejusdem plures in Archivo Civitatis Mediolani
 servatæ , quas scripsit cum aliis Capitaneis , & De-
 fensoribus Libertatis Reipub. Mediol. , de quibus agit
 Sitonius in Epistola ad Curtium in hujus lib. pag.
 280.
 Extant ad eum Epistolæ III. Francisci Philelphi inter
 hujus impressas .
 Ejus meminere , præter citatos Scriptores , Matthæus
 Castillionæus in libro de Origine Gentis suæ pag. 28.
 ubi insigne legitur Guarnerii Elogium ; Joannes Si-
 monetta lib. 21. Donatus Bossius , Moriggia in libro
 III. de Nobilit. Mediol. Benvenuto de Sancto Geo-
 rgio in Chron. Montisferrati ; Sitonius loc. cit. & art.
 95. pag. 1. atque art. 143. pag. 2. Chron. JCC. , Ca-
 nonicus Jo. Andreas Iricus Tridinenfis in historia
 Patriæ recens edenda , aliique plures .

Z z

DI.

D I.

CASTILLIONÆUS HIERONYMUS.

Hieronymus Castillionæus Brandæ JC. Collegiati Senatoris, de quo jam egimus, atque Dorotheæ Cusanæ filius, frater Joannis Jacobi Barrensis Archiepiscopi mox laudandi, Mediolani ortus est Anno MCCCCLXX. Studiorum curriculum, quod avidissimè suscepit, tantâ diligentia confecit, ut inter Oratores ea ætate florentes præstantissimus haberetur. Jura quoque tam Civilia, quam Sacra sedulo coluit, decoratusque Laureâ, in Ticinensi Academia Leges Cæsareas, magno cum plausu, plures annos interpretatus est. Inter JCC. Mediolanenses cooptari meruit Anno MCCCCXCVIII. Maximilianus Insubrum Ducis nomine Orator missus est ad Summum Pontificem Julium II. Anno MDXV. cum à Francisco I. Gallorum Rege Victore Mediolanensis Populus extrema sibi pertimesceret; Hieronymus inter Decuriones enumeratus, à Patria ad ipsum Legatus, ita ejus iram flexit, atque lenivit, ut eam lætam rectamque ferverit. Cum autem Franciscus Rex Italiam relicturus, ut in Gallias reverteretur, Borbonium Ducem Insubriæ Moderatorem constituisset, Anno MDXXI. plures è Magnatibus Mediolanensibus, quod iniquius ferrent Gallicum imperium, bonis mulctari, ac nonnulli etiam capite plecti jussi fuere. Eos inter Hieronymus noster miseram facultatum omnium jacturam passus, Castro etiam Castellionis exciso, Agnatisque universis afflictis, quorum plerique sub Gallicis signis militabant, ad Balthasarem Castillionæum Friderici Gonzagæ Mantuæ Marchionis V. apud Leonem X. Oratorem litteras dedit, quas infra memorabimus, enixius rogans, ut pro sanguinis, quod inter eos intercedebat, vinculo, Gentis Castillionææ misereri vellet, sui que in primis: Se ad Pisanum Lyceum pergere statuisse; quocirca curaret à Pontifice commendatitias ad Medicæos Principes litteras, ut honestum hoc exilium litterariis laboribus honestius fieret, collatâ sibi in ea Aca-

A demia Juris Cathedrâ. Respondit Balthassar Epistolâ, quam primus omnium vulgavit Bessa Negrinus in Monumentis Familiæ Castillionææ, in qua laudat litteras ad se missas his verbis: „ Audieram ego „ quidem ex multis clades Familiæ nostræ illatas, „ Castillionum direptum, multasque alias insignes ca- „ lamitates. Verùm hæc tu litteris tuis ita mihi an- „ te oculos posuisti, ut non audisse, sed potius co- „ ram omnia conspexisse videar. „ Tum pergit do- „ lorem suum ob eam rem testatus; utque consolatio- „ nem aliquam Hieronymo suppeditaret, ait: „ Tu igi- „ tur Vir summus, & ad omnia summa natus, tua „ te, ut soles, sustentabis virtute, quæ tibi multò „ plura dedit, quam abstulit fortuna, cujus incurfus „ ita ferre debes, ut supra fortunam esse videare. „ Hæc ego à te pluribus expeterem, nisi tua singu- „ laris prudentia, mores, divinum ingenium, & „ doctrinarum in te omnium quasi concursus acervus „ id de te pridem pollicerentur. „ Probat ejus con- „ siliium, se videlicet conferendi ad Pisanam Acade- „ miam; additque, se jam Fridericum Gonzagam „ Mantuæ Marchionem enixè rogasse, ut apud Medi- „ cæos per Epistolam negotium urgeret. Addidisse „ Marchionalibus litteris suas quoque, ut intelligere- „ tur, res Hieronymi sibi æque ac suas cordi esse. „ Data est Romæ III. Kal. Martii MDXXII. Ad expe- „ titam tamen hanc Cathedram non perrexisse Scripto- „ rem nostrum suspicamur, quod paulo post à Carolo V. „ Augusto Præses Insubrici Senatus fuerit renunciatus, „ in quo eum Franciscus I. Galliarum Rex Senatorem con- „ stituerat. His etiam dignitatibus addendus honor Equi- „ tis Aurati, quem ei contulerat Maximilianus Augustus „ hujus nominis I. Functum etiam fuisse munere Præ- „ sidis Magistratus Ducalium Reddituum novimus ex „ Sitono infra citando. Tantum Virum rapuit terris „ invidum fatum Anno MDXXIX. illiusque Corpus in „ Templo Sanctæ Mariæ Pacis tumulatum jacet cum „ aliis suæ Gentis Viris Clarissimis, quorum memoriam „ Franciscus Abundius Bobiensis Episcopus, & S. R. E. „ Cardinalis à nobis haud multo ante laudatus hoc Elo- „ gio posteritati commendatam voluit.

D. O. M.

BRANDÆ CASTILLIONÆO
 SENATORI ET LUDOVICI SFORTIÆ MEDIOLANI DUCIS
 APUD MAXIMOS REGES LEGATO
 HIERONYMO
 MEDIOL. SENATVS CAROLO V. IMPERATORE PRINCIPI
 PHILIPPO
 DIVI ABUNDII COMI COMMENDATARIO SENATORI
 SENATVS PRINCIPI
 FRANCISCVS ABUNDIVS BOBII EPISCOPVS ET CARD.
 AVO PATRI PATRVO SIBI POSTERISQVE
 V. F. C.
 ANNO SALVTIS M. DLXI.

Majus tamen Monumentum sibi Hieronymus excitavit, nulla oblivione delendum in his, quæ subjicimus.

- I. Oratio ab eo habita Mediolanensium nomine ad Franciscum I. Gallorum Regem. Hanc memorat Jovius loco infra citando; atque editam fuisse testatur ex Moriggia Picinellus.
- II. Plures aliæ Orationes, quas publici juris brevè donandas Bessa Negrinus promiserat.

- III. Epistolæ ad Balthasarem Castillionæum, de quibus jam egimus. Extant ad eum litteræ latine Hieronymi Moroni JC. & Magni Cancellarii, de quo infra. Laudatur à Paulo Jovio in Hist. sui temporis lib. 15. Alexandro Rhaudensi, Matthæo Castillionæo, Bessa Negrino, Laudo de Senatu Mediol. pag. 162. & 178. Moriggia de Nobilit. Mediol. Lib. 3. Cap. 5. Sitono pag. 77. Art. 332. & Picinello in Athenæo pag. 338.

DII.

D II.

CASTILLIONÆUS HIERONYMUS alter.

A Alterum nunc Hieronymum Castillionæum in medium statuimus, natum Anno MDLIX. Jacobo Antonio parente. Liberales summo studio, & præcoci quadam ingenii maturitate coluit Scientias; tum ad Sacras litteras conversus, insignem sibi eruditionem comparavit. Eam ob causam ex Collegiata Ecclesia Castellionis, ubi majoris Capellani munus exercebat, Mediolanum à Sancto Antistite Carolo Borromeo evocatus fuit, & juvenili adhuc ætate Archipresbyteratus dignitate in Basilica Metropolitana meruit decorari. Huic adjectus est etiam honor Apostolici Prothonotarii, & Cleri universi Visitatoris. In gravissimis Diocæsis negotiis idem Præsul Optimus Hieronymi operâ uti consueverat; eique ob sacrarum rerum peritiam Diurnalis Officii Ambrosiani complandi, ac edendi provinciam demandavit. Laborio-

A sum hoc Opus libentissimè Castillionæus susceperat, jamque ad finem fermè perduxerat, cum morte præventus absolvere illud nequivit. Debita nihilominus tantum Virum laude fraudandum non duxit Archiepiscopus, nam cum publici juris faciendum decrevisset Diurnale ipsum; his verbis in Decreto editioni præfixo Auctorem nostrum commendavit: „ Huic nostræ voluntati, & studio satisfactum est diligenti admodum, ac pia opera Hieronymi Castillionæi, „ Sacræ Theologiæ Doctõris, Prothonotarii Apostolici, & hujus nostræ Mediolanensis Ecclesiæ Archipresbyteri, qui dum viveret, in hoc opere communi multum elaboravit. „ Immaturo decessit fato, cum plura à tanti hominis ingenio omnes præstolarentur, die XXI. Februarii Anno ætatis suæ XXXIV. Salutis humanæ MDLXXXIII. dum fortè Castellionum divertisset. Tumultus est in ipso Oppido, atque in Ecclesia Sanctorum Stephani, & Laurentii magnifico excitato Sepulchro, ubi hæc Inscriptio imminet:

HIERONYMO CASTILLIONÆO

QVI OB EXIMIAM VITAE INNOCENTIAM

SVAVISSIMOS MORES

ACRE IVDICIUM

DIVINARVM LITTERARVM PERITIAM

THEOLOGVS PROTHONOTARIVS APOSTOLICVS

ADOLESCENS CREATUS

ET

MEDIOLANI TEMPLI PRIMARI ARCHIPRESBYTER

MORITVR CARVS OMNIBVS

AN. AETATIS XXXIV. SALVTIS M. D. LXXXIII.

IACOBVS ANTONIVS PATER ET FABIVS PATRVVS.

Elaboravit:

- I. Diurnale Ambrosianum, de quo jam dictum.
 - II. Concionum Volumen ingens, quod Moriggia asserit extitisse penes Joannem Jacobum JCC. Auctoris fratrem.
 - III. Epistolæ plures tam Latine, quàm Italicæ ad Sanctum Carolum, cum hujus responsionibus; servantur in Bibliotheca Ambrosiana in insigni Collectione Epistolarum ejusdem S. Præsulis.
- De eo Moriggia Nobilit. Mediol. lib. 3. Beffa Negrinus ac Picinellus in Athenæo pag. 337.

D III.

CASTILLIONÆUS JOACHIMUS.

Ignotum omnibus, qui de Scriptoribus Ordinis Prædicatorum tractarunt, &, quod mirum est, diligentissimis quoque Eccardo, & Quetisio, Authorem nunc proferimus, qui meam etiam diligentiam sefellisset, nisi casu quodam fortuito in ejus Manuscripta in Ambrosiana Bibliotheca asservata incidissem. Hic est Joachim Castillionæus superius laudati Ordinis Alumnus, qui erat in vivis Sæculo XV. exeunte, ut liquet ex infra recensenda Oratione. Ceterum in Theologia atque Oratoria facultate summo opere excelluit, & Magisterii honore decoratus fuit. Eloquentia quoque plurimum valuit, & luculentæ stylo Epistolari præditus erat. Abdita sunt alia hujus Eruditi gesta, quæ fortè in publicum proferet ætas. Nos hæc damus, quæ reperimus, rati Lectores Optimos boni consulturos, neque incuriæ nobis daturus fore, si copiosioribus monumentis deficientibus, Opera tantum inventa numeramus, nempe:

- I. Oratio lugubris super Funus Domine Margaritæ de Mirabilis uxoris Magnifici Domini Joannis Simonette Mediol. à Reverendo Patre Domino Magistro Joachimo Castillionæo Ordinis Prædicator. Extat in Ambrosiana Bibliotheca supradicta MS. in 4. Cod. fig. E. num. 124. ubi plura ad præclarissimos Viros Simonette præstantis Familie spectantia leguntur.
- II. Epistola latine eruditissima, altera præstantissimis Priori, Patribusque Conventus Florentini scripta occasione, qua electus fuit ad Conciones Quadragesimales illic agendas, altera Illustri, & Clarissimo Principi Domino Leonello, cui mittit suam.
- III. Orationem de Sacro Christi Corpore coram ipso habitam eruditionis sacræ, & laudibus ipsius Principis referentem: in ipsa quoque se commendat generoso, ac præstantissimo Equiti Domino Feltrino Bojardo, & eloquentissimo Guarrino, quem vocat suum Præceptorem. Data est Patavii VI. Kal. Julias MCCCCXXXV. Plura Opuscula lectu dignissima continet Codex iste MS. sign. O. num. 57. quem in Bibliothecam Ambrosianam intulit Clar. Lazarus Augustinus Cotta, „ Perurgente claris. & humanis. Viro D. Ludovico „ Antonio Muratorio D. suo Colendissimo, ac ejusdem „ Bibliothecæ Pro-Præside.

D IV.

CASTILLIONÆUS JOANNES.

Joannem Castillionæum Anno redempti Orbis MCCCCXCIV. Joannes Joseph Mediolanensis Patritius genuit in Oppido Castiagi in Comitatu Sepriensi. Litteris ab ipso adolescentiæ flore imbutus, atque Clero adscriptus, inter Decumanos hujus Urbis numeratus fuit. Juris Canonici Interpret eminentissimus in Patavino, ac Ticinensi Archigymnasii Pontificias Leges è Cathedra plures annos Auditoribus tra-

tradidit. Jurisconsultorum Collegio adscriptus fuit Anno MCCCLXXXV. Joanni Galeatio Vicecomiti, qui primus Mediolani Dux Insubriam rexit, charissimus fuit ob spectatæ prudentiæ, atque doctrinæ singularem famam, eique adstitit Confiliarius fidiſſimus. Bonifacii quoque IX. Pontificis Maximi gratiam sibi promeruit, Annoque Salutis MCCCXC. ad Vicentiæ Ecclesiæ Regimen assumptus, commissum sibi gregem summa cum nominis sui commendatione strenuè gubernavit, & Ducis, Marchionis, & Comitum nuncupatione meruit insigniri. Inter alia Ecclesiæ suæ collata beneficia illud quoque memoratur, quod Ædiculam Sancti Nicolai in Episcopi Turreſitam Anno MCCCCV. restauraverit, Aram ejus eleganti Tabula exornans, ubi præter Castillionæ

A Gentis insignia hæc Carmina sunt addita:

*Pontificum specimen, quem proles clara Joannem
Castillionæ tulit sacro medicamine Cimbros
Dudum perorans, nitidum consurgere jussit
Hoc opus, excelsi multo præventus amore.
Mille quatercentum tunc sol cum quinque rotabat
Annos, atque dies Chironis quinta meabat.*

Decessit Præsul optimus ætatis suæ Anno LXV., qui erat Christi MCCCCIX. Prid. Kal. Augusti, & in Basilica Cathedrali Vicentina tumulatus est hoc Elogio adjecto:

PROH DOLOR! HOC INGENS RECVBAT SVB MARMORE PRAESVL
CASTILIONE SATVS CLARA DE STIRPE IOHANNES
VIR PIVS AC IVSTVS SANCTI SERVATOR HONESTI
CANONIS EXIMIVS SACRI LEGVMQVE MONARCHA
NOBILE CONCILIVM MEMBRIS SOLAMEN EGENIS
PRAECIPVVM CVI PLVRA DEDIT SIC DENIQVE VIRTVS
MILLE NOVEM CENTVM QVATER SOL ALTVS AGEBAT
IVLIVS EXTREMVM CVM MORS SVBIT ATRA TENEBAT.

Inter cætera, quæ hujus Antistitis doctrinam comprobant, hæc supersunt:

- I. Orationes plures. Harum meminit Moriggia loco citando.
 - II. Epistolæ ad Hist. & Ritus Eccles. pertinentes. Numerantur à Matthæo Castill. & ab aliis Historicis Gentis Castillion.
- Commendatur à Beffa Negrino pag. 224. Ughello Ital. Sacræ Tom V. in Vicent. num. LIX. Moriggia. Nobil. Mediol. Lib. III Cap. V. Picinello pag. 292. Sitono pag. 34. Art. 62., aliisque de Familia Castillionæ scribentibus.

D V.

CASTILLIONÆUS IOANNES alter.

MArthæus, qui & Maphæolus Castillionæus, Joannem hunc Mediolani genuit, eique natalis annus fuit Sæculi XV. vigesimus. In hoc eruditissimo Viro certasse visa est dotibus suis natura, ac ornamentis cum eruditionis, tum dignitatum virtus omni ævo commendabilis. Etenim in utroque Jure Doctor Ticini creatus, Anno MCCCCXXXIX. Theologicam Lauream in Bononiensi Archigymnasio suscepit. Clericale amplexus institutum, brevè in Aula Romana, quò se contulerat, summam sibi peperit existimationem, adeò ut Apostolica Legatione non admodum maturis annis dignus habitus fuerit. Tantà cum Ænea Sylvio Piccolomineo, qui postea ad Universam regendam Ecclesiam, assumpto Pii II. nomine, electus est, consuetudinis amicitia junctus fuit, ut ad eum ægotantem invisendum Basileam perrexerit. Prothonotarii Apostolici dignitate auctus Eugenio IV. Summo Pontifici à Secretis fuit, tum à Nicolao V. Constantinensis Episcopus in Provincia Rothomagensi renunciatus, inde Anno MCCCCLIV. ad Papiensem transfertur Ecclesiam V. Non. Octobris. Hanc tamen absens plerumque administravit, Pontificii Legationibus, quas strenuè gessit, semper occupatus. Etenim post biennium in Galliam, Germaniam, atque Hungariam Summi Antistitis decreto missus plurimos pro Christiana fide labores infracto semper pectore exantlavit. Bis ad Fridericum III. Augustum Legatus contendit, mandantibus cum supradicto Nicolao V. tum Callisto III., atque in publicis Comitibus Ratisponensibus, & Francofurtiensibus luculentissime oravit. Cum autem Conventus indictus esset in nova Civitate, & de parandis adversus Turcas armis inter Christianorum Principum Legatos ageretur, Joannes noster Apostolicæ Sedis nomine adfuit cum Sancto Joanne de Capistrano Ordinis Minorum,

B atque eloquenti sermone de modo adversus communem Religionis hostem bellum gerendi, summo cum omnium adstantium plausu, disseruit; laudatus idcirco à citato Ænea Sylvio in Commentariis suis. Ut autem tantis laboribus congruum præmium impertiretur Callistus Papa III. absentem eum S. R. E. Purpuratis censuit adscribendum, creavitque Cardinalem Presbyterum tituli Sancti Clementis, Anno MCCCCLVI. mense Decembri. Interfuit Comitibus pro electione Pii II. habitis, cui tantoperè gratus fuit, ut frequentissime ad ejus mensam advocaretur de studiis bonarum artium collocuturus. Provinciam etiam Anconitanam ejusdem jussu Legatus rexit, cumque Piccininus ad Neapolitanum Regnum armatus transire minitaretur, anxius Joannes ne id ex voto ipsi eveniret, equo huc, illucque discurrens febrim contraxit, cujus vi ætatis suæ Anno XL. Maceratæ die XIV. Aprilis excessit è terris. Cadaver Mediolanum relatum apud Majores suos conditum fuit hoc imposito Elogio:

IO. CASTILLIONÆO MEDIOLANENSI
EPISCOPO PAPIENSI
TIT. S. CLEMENTIS S. R. E. PRESB. CARD.
CAELESTINI IV. P. M.
OCTAVIANI GOTTIFREDI ET BRANDÆ
CARDINALIVM GENTILI
QVI CVM LEGATIONIS MVNERE
APVD FEDERICVM III. IMP.
CONCITANDI IN TVRCAS EXERCITVS
CAVSA
APOSTOLICAE SEDIS NOMINE SECVNDO
FVNGERETVR
A CALISTO III.
IN AMPLISSIMVM ORDINEM
ABSENS EST COOPTATVS
EQVE DEFVNCTO
A PIO II.
LEGATVS MARCHIAE ANCONITANÆ
DESIGNATVS
DVM IN EA PROVINCIA
LEGISLATORIS STRENVIVM
SIMVL DVCIS OPERAM
CONTRA PICCININVM NIMIS SOLICITE
IMPENDIT
INOPINATA FEBRE PRAEVENTVS
MACERATAE INTERIT
XVIII. KAL. MAII
AN. SAL. MCCCCLX.

Ingeni

Ingenii tanti Præfulis hæc sunt monumenta :

- I.** Orationes plures de gravissimis Ecclesiæ negotiis à nobis memoratæ.
- II.** Constitutiones Provinciæ Anconitanæ ab ipso auctæ, & reformatæ, teste Bessa Negrino infra citando.
- Agunt de eo Æneas Sylvius in Commentariis, Ciacconius, Ughellus in Italia Sacra Tom. I. in Papiensibus num. XCIV. Roglerius de Comitibus in Margarita Poëtica, Bessa Negrinus in Hist. Gentis Castellionæ, cum reliquis Auctoribus, qui de eodem argumento tractarunt; Spelta in Hist. Episcop. Papiæ pag. 420. Sitonius in Schedis suis, alique plures.

DVI.

CASTILLIONÆUS JOANNES alter.

Inexhausta, ut ita dixerim, Eruditorum fodina Castellionæa Gens alium nunc nobis suppeditat Joannem diligentissimum antiquitarum Insubriæ Collectorem. Hic in lucem editus Mediolani Anno MDCXXXI. nihil prætermisisse visus est, quod ad colendum ingenium pertinere posset, in sacra præsertim Eruditione. Clericis adscriptus, Congregationi laudatissimæ Sanctorum Ambrosii, & Caroli nomen dedit, variaque munera in religioso illo Cœtu magno cum animarum lucro exercuit. Hujus Ambrosianæ Ecclesiæ Archiepiscopis Littæ, & Vicecomiti acceptissimus usque adeo fuit, ut in eorum Aula assiduè versaretur. Parochialem Ecclesiam in hac ipsa Urbe Deiparæ dicatam, cuique cognomen est *la Passarella* Majorum jussu regendam suscepit, & optime administravit annos ferme octo supra triginta. Ingenti sumptu Parochiales Ædes restauravit, & auxit. Migravit è vita ætatis suæ Anno LXVI. Christi verò MDCXCVII., & in eadem Ecclesia tumulatus est, ubi obitus ejus Anniversaria die, quæ incidit in IX. Aprilis, solemnè Sacrificio sibi requiem à Deo Opt. Max. postulandam instituit.

A

Elucubravit hos Codices :

- I.** Acta Episcoporum Mediolanensium. MS. justæ molis apud Suos.
- II.** Istoria dell' Italia, o sia dell' Insubria. MS. itidem justæ molis. Servatur apud Nicolaum Sormanum Ambrosiani Collegii Doctorem.
- A Suis.

DVII.

CASTILLIONÆUS JO. ANTONIUS.

DE Joanne Antonio Castellionæo cum laude loquantur sæpius à me prolato Bartholomæus Curtius, atque Abbas Picinellus, uti Donati celeberrimi Physici Sæculo XV. florentis filio, necnon Bonaventuræ fratre, de quo jam egimus. Nostri verò eximie virtutes ad Regii Ducalisque non tantum Protophysici munus attulerunt, sed ad Provinciam, quam Laumellinam vocant, necnon Alexandriæ Civitatem regendas adlectus fuit imperante Ludovico Mauro Mediolanensium Duce. Tantum Franciscus I. Galliarum Rex ipsum in honore, atque existimatione habuit, ut in numerum amplissimorum Senatorum hujus Domini, & ad Secretiora Consilia eum vocaverit; neque hic Principis gratia confedit, sed Joanni Medico suo perquam charo, Feudum Germiolæ in Burgundiæ Ducatu donavit, addito Comitibus titulo, dignitateque. Dolendum interea est, quod nec Italia, nec ejus Patria de tanti Viri voluminibus, præter famam, gloriari possint, nam in sui Mœcenatis Aula Lutetiæ Parisiorum è vita migravit Anno MDXXVIII., atque ibidem Scripta ipsius quamplurima remanserunt, quorum nec titulum quidem habemus. Scriptores verò omnes, qui de ipso memoriam faciunt, in Philosophicis, Mathematicis, Medicisque facultatibus Principem volunt. Nobis interim liceat hinc Elogium transcribere Donati Auctoris nostri parentis, quod in Templo S. Mariæ Pacis hujus Urbis legitur, ne istud quoque pereat.

B

C

HEVS VIATOR SVBSISTE PAVLVLM

DONATVS CASTILLIONÆVS

CHRISTI ET HYPOCRATIS DOGMA SEQVVTVS

QVI VIVENS ANNOS XXX. CVRANDIS LANGVORIBVS

BENE ET NAVITER OPERAM IMPENDIT

ANNO AETATIS LX. MIHI ET VRBI FATALI

LABORIS MORBO CORREPTVS INTERII

PIENTISS. LIBERORVM CVRA IN SPE RESVRRECTIONIS

HIC IACEO

HÆC VOLVI VALE

OBII XXVI. DECEMBRIS MCCCCXC.

Teste Moriggia scripsit :

- I.** Opera varia Medica, atque Erudita.
- In libro VIII. Epigrammatum Lancini Curtii editionis Mediolanensis Anno 1521. extat Carmen ad Joannem Antonium Castellionæum pag. 115.
- Videndi Matthæus Castellionæus de origine, & rebus gestis Gentis Castellionæ, supradictus Curtius de Scriptoribus Mediol. pag. 55. 273., & 275. Picinellus pag. 264., atque Cl. Sitonius in Chron. Col. Phys. MS.

DVIII.

CASTILLIONÆUS JO. ANTONIUS alter.

Antiquitatum omnium tam ad sacra, quam ad profana Mediolanensis Urbis pertinentiam diligentissimus conquisitor Joannes Antonius Castellionæus Tom. I.

D

Andreas genitus in hoc litterarium Theatrum, dignis celebrandis præconiis, nunc proferetur. Is ad omnem eruditionem aptissimo præditus ingenio in optimis studiis integram ferme traduxit ætatem. Clericalem professus vitam, quæ hujusmodi Viros decent, semper sectatus est, doctrinam scilicet, probatosque mores. Utrumque Jus Cæsareum, & Pontificium, Sacrasque Paginas optimè noverat, quippe qui in geminis hisce facultatibus Lauream honestari meruerit. Historiam, atque Poësim semper amavit, charissimus propterea eruditissimis Viris, qui suo vixerunt Sæculo, Benedicto Sociaco, Josepho Ripamontio, Felici Hosio, Hieronymo Bossio, aliisque à nobis loco suo commendatis. Verustissimæ Abbatialis Basilicæ Sancti Vincentii in Prato, olim Cluniacensium Monachorum Sedis, quæ nunc in Commendam,

A a a

ut

ut vocant, redacta adhuc Parochialis existit, pro animarum cura exercenda Vicarius perpetuus constitutus, plures id muneris annos laudabiliter exercuit. Scrutabatur interim Monasterii nunc diruti rudera, inter quæ, ut & in Templo ipso, non pauca reperit ad Romanam, & Christianam quoque primorum Sæculorum antiquitatem spectantia, marmora, sepulcra, nummos, & hujus generis alia, e quibus aliquot sequentium Operum adornavit. Doctissimum hunc Virum Anno MDCXXX. sæva pestis, quæ tunc fere omnem vexavit Italiam, majora molientem fustulit, cum prius membranas suas omnes, quas studiosè collegerat, adversaria, & quicquid scripserat, supremis tabulis Ambrosianæ Bibliothecæ legasset.

Sebastianus Martignonus hoc in laudem Auctoris nostri Epigramma cecinit, quod editum est inter cætera Eruditorum Carmina in Florilegio ipsius Castillionæi:

*Historicis fœcunda domus, fœcunda Poëtis
Jam redit in priscum te duce læta decus.
Historicum tu quemque præis, tu quemque Poëtam,
Queis tua se quondam vexit ad astra domus.
Sic veterum monumenta legis, sic carmina condis,
Quisque tibi ut Vates cedat, & Historicus.*

Plura sunt quæ partim edita circumferuntur, partim anecdota supersunt ejus ingenii monumenta, quæ nos hic Lectoribus indicamus:

- I. Antichità della Chiesa di San Dionigi, ed Origine del nome di Cassano Giera d'Adda. *Mediol. Typis Archiepisc. 1617 in 8.*
- II. Gli onori de gli antichi Disciplinanti. *Ibid. apud Bidellum, 1622. in 8.*
- III. Gli onori del Sacro Tempio di Santa Cattarina al ponte de i Fabbri. *Ibid. 1622. in 12.*
- IV. La Vita di San Gottardo Vescovo.
- V. La Vita di San Tomaso Grasso Arcivescovo di Milano. *Ibid. 1622. in 12.*
- VI. Mediolanensium Antiquitatum Florilegium, ex Urbis Parœciis collectarum, Iconographicis ipsarum Tabulis, recentibus rerum memoriis, variis Ecclesiasticis Ritibus, auctarum, & illustratarum: Ad Carolum Caraffam Episcopum Averfanum Basilicæ Vincentianæ Abbatem. *Mediol. apud Joannem Baptistam Bidellum, 1625. in 4.*
In hoc Opere agitur præcipuè de ejusdem Basilicæ Antiquitatibus, & multa continentur ad Mediolanensem historiam cognoscendam aptissima. Ideo illud intulit Grævius in Tom. III. part. I. Antiquitatum Italiæ.
- VII. Carmina plura Latina præsertim in commendationem Sanctorum, quorum Corpora in ejusdem Templi Confectione quiescunt; extant in eodem Opere.
- VIII. Gli onori Ecclesiastici di Milano di Gio: Antonio Castiglione J. C. Dottore di Sacra Teologia, e Vicario perpetuo della Badia di S. Vincenzo in Prato, ove, oltre le vere origini, le fondazioni, e le restaurazioni di tutte le Chiese, Monasterj, Spedali, ed altri Luoghi Sacri della Città, e suo contorno, si mostra al paragone Milano esser situato nel più fertile, ameno, e felice piano d'Italia, e si dichiarano l'altre sue principali prerogative. Si tratta ancora partitamente per li quartieri delle sei Porte di Parocchia in Parocchia, de' siti, e Luoghi vecchj de' Templi sì de' Gentili, come de' Cristiani, notando le Iscrizioni antiche, che sono, ed erano per l'addietro, con gli Epitaffi de' moderni Sepolcri, ed Arme loro. Insieme si descrive minutamente il Duomo Chiesa Metropolitana, e Maggiore della Città, con le Reliquie, e Corpi de' Santi, che vi si trovano. MS. in Biblioth. Ambros. pag. 532. Divisum est Opus in capita XVIII. & in fine addita est Appendix pagg. 56. Cod. sign. D. num. 266 in fol in cujus fronte hæc leguntur: 1670. „ Libro longamente duellato, e finalmente ottenuto dal Bibliotecario Pietro Paolo Bosca, essendo questi stato donato dall'Autore alla Libreria „ Ambrosiana, come dal di lui Testamento l'Anno „ MDCXXX., essendo morto quell'anno di peste „ l'Autore.
- IX. Chronicon Angleris. MS. in eadem Biblioth. memoratur à Picinello loco mox citando.
Hieronymi Bossii Ticinensis Syboleuticon ad præstantissimum Virum Jo. Antonium Castillionæum JC.

Philosophum, & Theologum Mediolanensem, ut suum edat Florilegium Mediolanensium Antiquitatum. Est in libro, cui titulus: Affecti d'animo grato nel Dottoramento di Francesco Ambivero. *Novara, 1620. in 4.*

Inter Carmina Augustini Terzaghi plura extant in laudem Florilegii Auctoris nostri.

Ejusdem Terzaghi alia simul cum Felicis Hofii, Benedicti Sociaci, Petri Jacobi Arrigonii, Augustini Lampugnani, Vincentii Castillionæi, Hieronymi Pusterlæ, Joannis Baptistæ Sitoni, & Joannis Villa Carminibus leguntur in Florilegio supralaudato in commendationem Operis, & Scriptoris.

Agunt de eo Hieronymus Borferius in Supplem. cap. 12. Petrus Paulus Bosca de orig. & statu Biblioth. Ambros. lib. III. & Picinellus in Athenæo pag. 264.

D I X.

CASTILLIONÆUS JOANNES BAPTISTA.

Joannem Baptistam Castillionæum Jacobo genitum, bina nobis commendant decora, militiæ, atque doctriæ. Nam tamen non bene conveniant cum Marte Musæ, in hoc tamen præstantissimo Viro ita junxerunt disparia studia, ut sago, togaque clarissimus evaserit. Jurisprudentiam inter alias litterarias dotes summâ diligentia coluit, atque Legisperitis Collegiatis Mediolanensibus adjunctus est anno post Virginis partum quadringentesimo septuagesimo quarto supra millesimum. Hunc in primis dilexit Galeatius Maria Sfortia, qui eum Diplomate dato Mediolani XV. Kal. Martii Anno MCDLXXXIII. Terdonæ, Alexandriæ, Placentiæ, atque Cremonæ, totiusque Circumpadanæ Provinciæ cum imperio Moderatorem constituit. In eo munere sic armatis præfuit, ut tamen litterarum numquam oblivisci visus fuerit; quocirca utriusque Ducalis Consilii, Secreti videlicet, atque Justitiæ Senator adlectus & prudentissimis sententiis, & vulgaris scriptis maximam nomini suo gloriam conciliavit. Desideratus est Anno Redempti Orbis MID. Jacet in Templo Regio Sanctæ Mariæ Scalensis in sepulchro, cui vivens hæc jufferat inscribi:

D. IOHANNIS BAPTISTÆ CASTILLIONÆI
EX PRIMIS CASTRI CONSILIARIIS
PLACENTIÆ AC CREMONÆ
ET VLTRA PADVM GVBERNATORIS
LVGANI COMIQVE CAPITANEI
MCCCCLXXXIII.

Eum apud Eruditos magni faciendum docent:

- I. Consilia, seu Responsa. *Venetis, 1555. in fol. Ex Draudii Bibliotheca Classica pag. 680.*
- II. Consilium in materia simulationis contractus. *Extrat ad calcem Singularium Francisci Cremonensis, alleg. à Ziletto in Indice pag. 58.*
- III. Consilium in materia possessoria, ut possessio defuncti continetur in hæredem. *Ext. ibid.*
- IV. Allegationes post Singulares Cremonensis relatæ à Nevvis Sylva Nuptialis lib. V. num. 120. pag. 634.
De eo Siton. Art. 228.

D X.

CASTILLIONÆUS JO. BAPTISTA alter.

Joannem Stephanum Castillionæum Infubrum Senatæ Patrem amplissimum, atque Luciam Calcham conjuges propriis quidem dotibus suspiciendos, majori tamen cumulavit laude Joannes Baptista ex eis genitus. A prima namque ætate sedulo educatus parentum spem non sefellit. Jurisprudentiæ studis addictus fuit, & in utroque Jure lauream promeruit, conjunxit tamen severioribus litteris eruditionem etiam poëticam cum Latinam, tum Italicam, ut testantur Opera, quorum brevè mentio à nobis fiet. Inter JCC. Mediolanenses cooperatus Anno MDXXXVI. primarius in Lycæo Ticinensi Juris Interpres

pres eligi meruit, pluresque annos id summa cum laude præstitit. Publium Franciscum Spinulam Mediolanensem Vatem eximium, quem debitis encomiis, cum tempus advenerit, prosequemur, fovit, atque dilexit in primis; cæterosque ætatis suæ Eruditos Viros in contubernio habuit, solitus doctis eorum sermonibus lassum legalibus laboribus animum reficere, ut nunquam sine Musis esset. Invidit eum terris acerba mors; Anno enim post Redemptoris ortum MDLIX. Mediolani migravit è vita; illatusque est in paternum tumulum.

Ejus hæc scripta sunt:

- I. Confilia. *Venetis*, 1552. in fol. Ex Fontana Biblioth. Legal.
- II. Allegationes variæ; *Mediolani impressæ*.
- III. Luoghi difficili del Petrarca, dichiarati da Giambattista Castiglione. *Venezia*, per Gio. Antonio Niccolino, 1532. in 8. Hujus libri meminit etiam Cl. Fontaninus in libro suo, cui titulus: Dell' Eloquenza Italiana: edit. III. pag. 524.
- IV. Prata Adonidis. Poëma memoratum à Bonaventura Castillionæo loco citando.
- V. Carmen, & Epitaphium in morte Mutii Sfortiæ. Est in libro, cui titulus: Hieronymi Montii Oratio in funere ejusdem Sfortiæ.
- VI. Poëmata plura doctissima, & arguta servabantur MSS. apud Brandam Scriptoris filium, teste Picinello.
- VII. Carmen de Spinulæ Paraphrasi in Psalmos legitur inter ejusdem Spinulæ Carmina.
- VIII. Epigrammata III ad eundem Spinulam, cum hujus responsionibus habentur in lib. III. sæpe laudati Spinulæ.
In ejus commendationem Carmen cecinit Augustinus Terzaghus, editumque est in hujus libro inscripto: Poësis.
Celebratur etiam à Moriggia Nobilit. Mediol. lib. III. cap. 5. Bonaventura Castillionæo de Antiquis Galorum Insularum sedibus. Matthæo item Castillionæo de orig. & reb. gest. Castillionæe Gentis. Siton. art. 437. & Picinello in Athenæo pag. 276.

D X I.

CASTILLIONÆUS JO. FRANCISCUS.

Joannes Franciscus Castillionæus, Joannis filius, ac Marci frater; circa finem Sæculi XV. floruit non tantum inter Excellentissimi Senatus Mediolanensis Secretarios integerrimos, quam inter Vates optimos illius ætatis recensendus. Præter alia ipsius doctrinæ, quæ perierunt, specimina, reliquit versus pulcherrimos, qui leguntur in Italico libro, cujus titulus est: „Sonetti degli Academici Trasformati di „Milano. „Mediolani apud M. Antonium de Burgo 1548. Hæc Collectio admirabilis sanè, ac prope divina nuncupatur Philippo Hispaniarum Principi. In facello Majori Ecclesiæ S. Marci Mediolani hoc legitur Elogium, quo ipse fraterni amoris testimonium germano suo Marco ponendum curavit.

MARCO CASTILLIONÆO VIRO OPT.

ET INCOMPARAB. PROB.

ET VTRIVSQ. IVRIS PERITISS.

IO. FRANCISCVS ET IACOBVS FRATRES
PIETATIS ET MEMORIÆ GRATIA

AC SIBI ET SVIS POSVERE

DIE VI. IVNII MDVI.

Exant ipse:

- I. Carmina Italica XI. vulgò *Sonetti*, in supradicta Collectione.
- II. Carmina alia Italica plura, quæ meminit se vidisse P. Mazzuchellus in suis Schedis.
- III. Poëma Latinum in laudem S. Caroli Borromæi: Dialogus est satis longus inter Musam, & Poëtam. MS. in 4. n. 178. servatur in Collectione plurium Carminum tam Italicorum, quam Latinorum in Codice Bibliothecæ Monachorum Cisterciensium Morimundi à me cum voluptate lecto.

Præter Schedas supradictas Mazzuchellianas, agunt de ipso Sitonus, & Co. Octavius Archintus in eorum Monumentis, in quorum ultimo legitur etiam hæc Inscriptio posita in Templo S. Thomæ in Terra-amara:

D. IO. FRANCISCVS CASTILLIONÆVS
SEPVLCRVM POSVIT ANNO MDXX.

Nescio tamen an ad ipsum Jo. Franciscum Castillionæum spectet, necne.

D X I I.

CASTILLIONÆUS JO. FRANCISCUS alter.

Joannes Franciscus Castillionæus Mediolani, ut Majores sui, nobili progenitus sanguine, traditam quasi per manus à parentibus pietatem, atque doctrinam cumulaturus ad Monachorum Ordinis Cisterciensis Institutum capeffendum posthabitis sæculi illecebris convolvit. Voti compos effectus, & reliqua sacrorum studiorum curricula diligenter, laudabiliterque complevit, & Pontificias præsertim Leges, atque Theologiam adamavit. Insigni Monasterio Locedienfi in Ducatu Montisferrati sito Infulatus Præful aliquando præfuit. Abbatum Cisterciensium, qui ex Apostolicæ Sedis Privilegio Pontificalibus uti consueverunt, jura strenuè defendit, tunc præcipuè, cum in obsequium Cæsaris Montii S. R. E. Cardinalis, & hujus Urbis Archiepiscopi Vigilantissimi, cui Auctor hic noster amicitiam junctus erat, sequens vulgavit Opus, quod unum tanti Viri nobis memoriam suppeditavit.

- I. Utrum Abbates Cistercienses habentes usum Pontificalium possint benedicere, & consecrare Altaria non solum ad usum propriarum Ecclesiarum sibi subjectarum, verumeriam alienarum non sibi subjectarum. Fol. *justæ molis sine loco, anno, & Typographo*. Eruditissimam hanc Dissertationem nobis indicavit amicusissimus Canonicus Jo. Andreas Iricus, apud quem servatur.
In calce adsunt subscriptiones variorum Theologorum, inter quos Aloyfii Confalonerii, Basilii Ferrarii, & Pacifici Porri.
- II. Allegationes plures in Jure Canonico. MSS. A Suis.

D X I I I.

CASTILLIONÆUS JO. HONORATUS.

Joannes Honoratus Castillionæus à Monterutio (sic enim nuncupatur Castillionæorum Familia, ex qua Scriptor noster prodiit, ut à cæteris distinguatur ejusdem cognominis, ac sanguinis) Brandá, & Anná Putterlá parentibus genitus, cum post minorum scientiarum curricula totum se Philosphiæ, ac Medicæ facultati dedisset, in utraque Ticini lauream est consecutus. Paucos post annos, videlicet trigesimo tertio Sæculi mox elapsi, pridie Kal. Februarias, Nobilium Physicorum Mediolanensium Collegio adscribi meruit, in quo etiam Decani dignitatem obtinuit, atque inter XII. Viros Annonæ Præfectos aliquando connumeratus est. Regius deinde, Ducalisque Protophysicus in universo Mediolani Dominio majorum jussu constitutus, Opere infra laudando non modicam sibi laudem, ægrisque præsentissimum solamen comparavit. Palatini Comitatus honorem toti Castillionæe Genti jam pridem à Sigismundo Augusto Anno MCCCCXVII. collatum, ab Hispaniarum Rege geminis Diplomatum dat. die XIII. Maji Anno MDCXXXIII. & XIII. Febr. MDCLXII. confirmandum curavit. Brandam insignem Physicum jam à nobis commendatum genuit, qui Patris eruditos labores, ut diximus, auxit. Decessit autem Joannes Honoratus Anno MDCLXXIX. conditusque jacet in avito Sepulchro in Templo Sanctorum Stephani, ac Laurentii Oppidi Castillioni, ubi vivens ipse hoc Elogium statuerat.

D. O. M.

D. O. M.

QVOD OLIM NOB. CASTILLIONÆI
A MONTERVTIO
SIBI SVISQVE MONVMENTVM
EXTRVXERANT
HOC IO. HONORATVS PHYSIC. COLLEG.
EX XII. PROVIS. MEDIOL.
COMES ET EQVES CÆSAREVS
EX EODEM STIPITE PROGENITVS
MEMOR ETIAM IPSIS VITÆ SERVATORIBVS
MORTEM NON PARCERE
INSTAVRANDVM C.
ANNO SALVTIS MDCLIX.

Ex SC. atque Collegii Physicorum mandato li-
brum compilavit, & edidit hoc titulo :

- I. Prospectus Pharmaceuticus, sub quo Antidotarium Me-
diolanense spectandum proponitur. *Mediol. apud Jo.
Baptistam Ferrarium, 1668. in fol.*
Commendant tantum Virum Sebastianus Badi Januen-
sis in libro suo, de Cortice Peruviano; Curtius de
Script. Medicis Mediol. pagg. 115. 190. & alibi; Sison.
in Chron. MS. Collegii Physic. & Picinell. in Athenæo
pag. 314.

D X I V.

CASTILLIONÆUS JOANNES JACOBUS.

Brandam inter Castillionææ Gentis eruditos Viros
tertio superius à nobis loco laudatum, atque
Dorotheam Cufanam clarissimam fœminam genitores
habuit Joannes Jacobus, qui primogenitus inter fra-
tres suos & dignitatibus, & doctrina omnes facilè
superavit. Nam cum infatiabili quadam aviditate
minora studia percurrisset, Leges tam Civiles, quam
Pontificias constanti diligentia didicit, donatus com-

Amunibus votis in utroque Jure Laureâ, Collegio
Jurisprudentum Mediolanensium aggregatus fuit Anno
post Salvatoris natale octuagesimo nono supra mille-
simum quadringentesimum. Cum autem sacris se mi-
nisteriis, Ecclesiastico habitu assumpto, mancipasset,
Monasterium Sancti Abundii in Urbe Novocomensi
Abbas Fiducarius constitutus gubernavit. Ab Inno-
centio Pontifice hujus nominis III. apud quem erudi-
tio, moresque optimi eum commendabant, Canusinæ
Ecclesiæ in Regno Neapolitano Episcopus datus fuit;
& cum pastoralium virtutum omnium splendore emi-
neret, à Julio II. majoris dignitatis honore dignus
est habitus: idcirco ad Barensem in eodem Regno
Metropolitanam Cathedram assumitur. Post Annos
aliquot nimirum Salutis nostræ MCCCCXCV. à Lu-
dovico Maria Sfortia Mediolanensium Duce inter In-
Bsubriæ Conscriptos Patres meruit recenseri, quod
Jurisconsultorum ætatis suæ Princeps haberetur.
Ejusdem Ducis absentis nomine cum Hieronymo Lan-
driano, Antonio Trivultio, & Francisco Bernardi-
no Vicomercato, Insubriam universam rexit. Lega-
tus insuper ab ipso Sfortia ad Summos Principes, &
ipsam Apostolicam Sedem non semel missus est. Idem
munus pro Patria exercuit ad Imperatorem Maximi-
lianum, quemadmodum & ad Julium II. ac Leonem
X. pro Maximiliano Sfortia itidem Mediolanensium
Duce. His Legationibus, aliisque præclarè gestis il-
lustris, eloquentiæ quoque laude clarissimus supre-
mam diem Romæ obivit Anno MDXIII. die XVI.
Maji, bonis omnibus tanti Antistitis interitum colla-
Cchrymantibus. Sepultus est in Templo Sanctæ Mariæ
de Populo ad Flaminiam Portam, in eodem Tumulo,
ubi postmodum conditus fuit Franciscus Abundius
Castillionæus S. R. E. Cardinalis Amplissimus, cujus
cum debita commendatione haud multo ante memo-
riam profecuti sumus; quibus ut commune erat mo-
numentum, ita quoque communem excitavit titulum
Joseph Castillionæus in hæc verba, quæ loco Epita-
phii proprii Joanni Jacobo positi, & temporis vetu-
tate deleti subjecta sunt :

EXPECTO DONEC VENIAT IMMVTATIO MEA.

D. O. M.

FRANCISCO ABVNDIO CASTILLIONAEO
MEDIOLANENSI
HIERONYMI SENAT. MEDIOL. PRAESIDIS
FILIO
S. R. E. PRESB. CARDINALI
COELESTINI IV. PONT. MAX.
OCTAVIANI GOTHIFREDI BRANDÆ ET IOHANNIS
CARD. GENTILI
PIO IV. PONT. MAX. VALDE CHARO
ATQVE AB EODEM OB FIDEM AC PIETATEM
QVAM EPISCOPVS BOBIENSIS
IN TRID. CONCILIO PRAESTITIT
IN AMPLISSIMVM COLLEGIVM COOPTATO
VIXIT ANN. XLV. OBIIT ANNO MDLXVIII.
VIII. KAL. DECEMBR.
IOSEPH CASTILLIONAEVVS I. C. HAERES
PATRVELI
ET IOH. IACOBO ARCHIEPISCOPO BARENSI
PATRVO
COMMVNE MONVM. POS.

Plures

Plures ad Principes, atque Pontifices habuit Orationes. & verborum, & sententiarum pondere luculentissimas, e quibus sequentem extare adhuc cognovimus.

I. Oratio ad Leonem X. Pontificem Max. MS. in Biblioth. Vaticana.

Inter Opuscula Hieronymi Moroni extant Epistolæ ad Jo. Jacobum Castillionæum Barii Archiepiscopum Romæ Legatum Tom. II. pagg. 50. 57. 61. 64. 68. 70. 72. 73. 75. 77. 81. 102. 105. 109. 111., ad eundem & Marinum Caracciolum Legatos pagg. 114. 117. 125. in Cod. MS. servato apud Comitem Donatum de Sylva. In libro, cui titulus Carm. Illustr. Poët. Ital. Tom. I. pag. 252. extat Epigramma Hieronymi Angeriani Neapolitani ad Joannem Castillionæum.

Laudatur ab omnibus, qui de claris Viris Familiæ Castillionæ scripserunt, à Corio, Ughello Ital. Sac. in Canusinis, & Bariensibus. Sizon. Art. 281. pag. 65. aliisque pluribus.

D X V.

CASTILLIONÆUS JOANNES STEPHANUS.

Joannes Stephanus Castillionæus Francisci Ducalis Consiliarii filius Anno MCCCCL. primam vidit diem. Illustri, acutoque dotatus ingenio scientiarum fermè omnium ornamenta conquirit, cumque Leges præcipuè sectatus fuisset, Laureâ in utroque Jure insignitus, Anno MCCCCLXXXIV. Nobilium Jurisperitorum Collegio in Patria nomen dedit. Tum Decurionis honore percepto, à Joanne Galeatio Maria Sfortia tunc apud Infubres Principe in Consiliarium eligitur, cujus nomine Fridericum III. Augustum Anno MCCCCLXXXIX. Legatus adiit. Senatoriâ etiam Cathedrâ ab eodem Duce Galeatio honestatus fuit, atque à Ludovico Maria itidem Duce ob præclarè gestas ad Alphonsum Neapolitanum Regem, Respublicas Venetam, & Florentinam Legationes, Feudo Burgi Sancti Domnini donari meruit. Ludovico XII. Gallorum Rege Mediolanensi Ditioneposito, nihil de pristinæ dignitatis honore Joannes Stephanus noster amisit, immo in Consiliarii, ac Senatoris munere perseverare jussus, Feudum Oppidi Mandelli, ex ipsius Regis liberalitate, cæteris Familiæ suæ ornamentis adjecit. His Magnus Trivultius, & Georgius Ambrosius Cardinalis ejusdem Regis in Insubria Vicarii alterum Seroni Feudum addidere. Fratrem habuit Brandam virum præstantissimum, cui defuncto, & in Templo Sanctæ Mariæ sepulto in fraterni amoris testimonium hanc posuit Inscriptionem à Scradero inter Italiæ monumenta relatam, quam hic repetere juvat ob epocam in fine appositam.

BRANDÆ CASTILLIONÆO FR. F.

CVI SINCERITAS IN CORDE

IN ORE VERITAS

IN OPERIBVS FIDES

SEMPER EXTITERE

IO. STEPHANVS CASTILLION.

DVCALIS SENATOR

CATHARINA MALASPINA

FRATRI ET GENERO MÆSTISS.

A. P. R. P. M.

VIRTVTEM HINC GRATAM POTERIS COGNOSCERE BRANDÆ,

MÆROR IN INSVBRIA PVBLICVS VRBE FVIT.

Siglas lineæ decimæ sic interpretantur Eruditi:

Anno Primo Reipublicæ Mediolani.

Tom. I.

Patriæ quoque Legatus perrexit ad eundem Ludovicum XII. Anno MDXVIII. & è Galliis Mediolanum reversus mortalibus valedixit Anno sequenti III. Non. Januarias. Tumulo illatus est in Ecclesia Sancti Marci, ejusque memoriam hoc servat Elogium:

IOH. STEPHANO CASTILLIONÆO

I. C. COMITI ET SENATORI

AD REGES ET DVCES

ORATORI PROBATISSIMO

CAMILLO PROTHONOTARIO APOSTOLICO

ET ARCHIDIACONO PARMÆ

ET IOH. BAPTISTÆ DOCTORI EXIMIO

AC MARCO ANTONIO

B. M.

ALEXANDER I. V. DOCT. COMES ET EQVES

FILIVS ET FRATER

MONVMENTVM POSVIT

ANNO MDLXII.

Cum cæteris Clarissimis Viris, quorum nomina sparsim in hac nostra Collectione recensentur,

I. Statuta Mediolanensium compilavit, & auxit Anno MDII.

II. Orationes plures deperditas conscripsit.

Ejusdem encomium habes Lector in Oratione à Gualterio Corbetta habita in cooptatione in Collegium.

Joannis Baptistæ Auctoris nostri filii.

Laudatur etiam à Scriptoribus, qui de Castillionæis Viris eruditione, vel dignitatibus claris egerunt, & à

Sizon. art. 265. pag. 62. aliisque non paucis.

D X V I.

CASTILLIONÆUS JOSEPH ANTONIUS.

Joseph Antonius Castillionæus Brandæ Physici Collegiati, & Juliæ Serræ conjugum filius, frater autem Joannis Honorati, cujus, quemadmodum & Brandæ Patris, Elogia jam dedimus, ad omnia studia aptissimum nactus ingenium, accedente optimorum Præceptorum operâ, non vulgaris eruditionis messem magno undique studio collegit. Clericale in adolescentia suscepit Institutum, quod urbanitate, doctrina, bonisque moribus nobilitavit. Inter Canonicos vetustissimi Collegii Basilicæ Sancti Stephani Protomartyris, quondam cognomento ad Rotam, nunc in Brolio dictæ, recenseri promeruit. Tum in Academico Faticorum Cœtu præclara dedit suæ eruditionis indicia. Alteri quoque Litteratorum Virorum, qui sub nomine *della Crusca* in Hetruria florent, Conventui adscriptus fuit; atque in Patria unus extitit è conditoribus Colonæ Arcadicæ ibidem erectæ die II. Maji Anno MDCCIV. cui etiam secundus Vicecustos præfuit, appellatus Nigenus Sauridius. Francisci Petrarchè stylum egregie imitatus est, & eruditorum etiam in extraneis regionibus viventium amicitiam coluit. Unus quoque fuit ex doctissimis illis Viris, qui primùm in Ædibus Oldradis, postremò autem apud Comitem Carolum Archintum laudibus omnibus majorem de litterariis rebus tractaturi convenire solebant. Apoplexiæ morbo correptus florente adhuc ætate, cum nonum ageret ætatis lustrum, mortalitatem deposuit Februario mense Anno hujus Sæculi XX. laudatus à Compastoribus Itatorum Carminum Corolla.

Scripta ab eo elucubrata sunt:

I. Carmina plura Italica. MSS. apud Marchionem Ursium, & Comitem Pertusatum Insubris Senatus Principem.

II. Dissertationes duæ super Ritibus, & Ceremoniis Ecclesiasticis in Ædibus Archinteis habitæ. MSS. ibid.

B b b

Edi-

Edidit verò:

- III. Plura alia Carmina Italica. Extant in Collectione Lucensi, quæ prodiit Typis *Leonardi Venturini*. 1719. & in altera Gobbi Tom. IV. pag. 451.
- IV. Dodici Conclusioni Cristiane, morali, legali, e cavalleresche sostenute contro i vani puntigli del volgo dalla comune dottrina delli Scrittori dell' onore. *Mediol.* 1715. in 4.
- Hoc Opus conscripsit adversus librum à Marchione Maffeo editum sub titulo: *La Scienza Cavalleresca*.
- Non desuere tamen qui hujus Operis Auctorem existimant Marchionem Joannem Josephum Ursium Bononensem, cujus memoria apud Rempubliam Litterariam, & pluribus titulis apud me nunquam erit delenda.
- V. Applausi Poetici per il Cardinale Giacomo Antonio Moriggia (de quo suo loco memores erimus) *Mediol.* apud *Quintum*, 1699. in 4.
- VI. Epigramma ejusdem Italicum vulgo Sonetto, &
- VII. Epistola Italica ad JC. & Advocatum Joannem Sitonum de Scotia, de laudibus Familiæ Herbe. Dat. XXIV. Aprilis MDCCXIV. Habentur ambo in Actis Archiep. *Mediol.* à Valliano conscriptis pag. 459. & seqq. edit. *Mediol.* eodem anno, in 4.
- VIII. Carmina duo Italica, vulgò Sonetti. Extant in libro cui titulus: „Feste solennizzate in Lucerna da S. E. il Sig. Marchese Don Lorenzo Verzufo Beretti Landi Ambasciadore di S. M. Cattol. al Corpo Elvetico. *Lucerna*, 1704. in fol.
- Laudatur à Crescimbenio in Commentariis de Italica Poesi Vol. III. lib. VII. cap. LXI. pag. 282 in *Arcadia* lib. I. prof. 6. pag. 22. & in *Notit. Arcad.* de funt. Tom. II. pag. 27. Vid. etiam *Morerium* in *Lexico*.

D X V I I.

CASTILLIONÆUS LANDULPHUS.

Landulphus nobilissimâ Castillionæâ Gente Mediolani genitus (quem Ughellus Arnulphi ex eadem Familia Mediolanensis Archiepiscopi fratrem fuisse scribit loco infra citando, sed perperam, ut in notis ad eundem asserit Galeardus, suspicatus fortasse reponendum *Gothifredi*, pro *Arnulphi*) primus è Mediolanensibus civibus, & hujus nominis Secundus ad Brixienfis Ecclesiæ Episcopatum lectus fuit Anno Reparationis humanæ MIL. successitque Adalberto, qui superiore Anno defunctus fuerat. Caliginosis illis temporibus, quibus vexata tot Barbarorum incurfionibus, totque bellorum tumultibus scientiarum ferme omnium jacturam lugebat Italia, quantum misera ferebat ætas, eruditione claruit; & Ecclesiasticam disciplinam promovendam curavit. Id aperte indicant Leges Saluberrimæ haud multo post memorandæ; quæ mirabiliores videri poterunt, si deploratos illo seculo Clericorum mores, & in præceptis ruentem Christiani Populi dignitatem quis mente revolvat. Sancti Apollonii Episcopi, & Patroni Brixienfis Anno MXXXV. Sacrum Corpus reperit, cumque illud artuatim furripi intelligeret, solemni pompa in Basilicam Cathedralē intulit. Laudabiliter igitur creditum sibi Gregem verbo, & exemplo Pastor optimus Annos XXV. pascere studuit. Idque notandum præcipuè ad emendationem Bessæ Nigrini, qui Episcopatum ejus ad Annos LIX. extendit, repugnantibus publicis tabulis, & Brixienfis Ecclesiæ monumentis, quæ Landulphum nostrum Annos tantum XXV. sedisse unanimi consensu restantur. Et verè cum XIV. die Octobris Anno MI. adhuc esset in vivis ejus Prædecessor Adalbertus, ut ex judicio cujusdam Ottonis Sacri Palatii Comitæ, cui Papiæ interfuit, & cujus documentum protulit Clariss. Muratorius in *Antiquitatibus Estensibus* Tom. I. pag. 25. atque Anno MXXXI. Olericus ejus Successor subscripserit privilegio Poponis Aquilejensis Patriarchæ in favorem Canonicorum ejusdem Ecclesiæ, nullo modo ad annos eos, quos Bessa scripsit, trahi potest Episcopatus Landulphi. Cum supremam obiisset diem, sepultus fuit in Templo Monasterii Sanctæ Euphemie extra muros Brixie à Landulpho I. ejusdem Sedis Antistite olim condito. Incidit hujus nostri Præfulis mors in Annum

A Salutis MXXVII. sedente in Apostolico Throno Joanne XIX. imperantibus in Occidente Conrado II. in Oriente verò Basilio, & Constantino.

Laudantur

- I. Leges Saluberrimæ ab eo Anno Pontificatus sui XXI. latæ in favorem Canonicorum Cathedralis Brixienfis, Clerique Sanctorum Chrysanti, & Dariæ. Multis celebratur encomiis à Capreolo lib. I. hist. Brixienfis; Bernardino Fayno in *Coslo Sanctæ Brixianæ* Eccl. pag. 31. Ughell. Tom. IV. in Brixianis num. LI. Bessa Negrino, & aliis.

D X V I I I.

CASTILLIONÆUS MARCELLUS.

Celeberrimus inter Jurisconsultos Sæculi XVI. in Urbe Mediolano clientum jura tutantes habitus est non immerito Marcellus Castillionæus Christophori, & Magdalenzæ, qui ambo ex eadem Familia fuerunt, filius. Et in avitæ nobilitatis, & in eruditionis suæ gratiam recensitus est inter Jurisperitos Collegiatos in Patria Anno MDLXII. & non modico temporis spatio versatus in foro plurium causas strenuè defendit. Desideratus fuit Anno MDLXXXIV. ejusque funus hoc Epigrammate prosecutus est Bernardinus Baldinus.

In obitu Marcelli Castillionæi JC.

C Sicut vixisti, Marcelle, perutilis Urbi:

Estque tuâ multis parva salute salus,

Sic obitu non parva tuo dispendia plebi

Fers; nec ullus adit seava pericla cliens:

Sulpitii normas nosti, decretaque prisca,

Cæsaris & leges, Pontificumque libros.

Inter consultos juris, celebresque Patronos

Conspicuus: classis numen, honorque tuæ.

Non te surripuit tibi mors, sed civibus; immo

Te tibi restituit, Cælicolûmque choris.

Plura scripsit quæ perierunt, præcipuè verò

- D I. Consilia; quorum meminit Alexander Rhaudensis in Oratione habita Anno MDLXXV. cum Joannes Baptista Castillionæus in Collegium JCC. cooptaretur; his verbis: *Dum ejus lego Consilia videre videor Responsa ipsius Marcelli Legislatoris &c.* De eo Siton. pag. 127 art. 537. & Beretta in *Schedis*; ignotus verò Bessa Negrino fuit.

D X I X.

CASTILLIONÆUS MATTHÆUS.

Matthæi Castillionæi Mediolanensis doctrinam produunt & Legum tam Civilium, quam Sacrarum peritia, & Historiarum præsertim ad Gentem suam spectantium ad posteros transmissa monumenta. Jurisconsultus extitit non infimi nominis, atque non semel insignium Oppidorum, & Urbium Præturâ decoratus: æquitatis, prudentiæ, cæterarumque virtutum ad id munus pertinentium præclarum specimen dedit. Immenso labore omnia scrutatus est ad illustrandam Castillionæam Familiam apta, è quibus Opus concinnavit, quod nobis non parvo usui fuit in Eruditis hujus Cognominis commendandis. Vivebat adhuc mox lapsi sæculi initio; cætera illius acta frustra quærivimus.

Edidit:

- E I. De Origine, rebus gestis, ac Privilegiis Gentis Castillionæ Commentaria. *Mediolani*, apud Pontium, & Picalcam, 1595. & rursus *Venetis*, apud Jo. Baptistam Hugolinum, 1596. in 4.

II. Com-

- II. Compendio de parte della Nobiltà, ed Antichità della Famiglia Binsia, Milano, per Marco Tullio Malatesta, 1612. in 4.
Laudatur à Moriggia lib. III. Nobilit. Mediol. cap. 5. & Picinello in Athenæo pag. 417.

D X X.

CASTILLIONÆUS NICOLAUS.

Cæterorum suæ Gentis Eruditorum vestigia probè secutus fuit Nicolaus Castillionæus Othonis filius. Is in Jurisperitorum Collegii Mediolanensis numerum Anno MCCCCLXXXIX. relatus, Doctissimorum Virorum Andreæ Alciati, Galeatii Capellæ, Benedicti Jovii, Annibalis Cruceji, aliorumque tam in hac Urbe, quàm alibi sua tempestate viventium amicitiam coluit. Eum Virum Jurisconsultissimum, singulari morum, & eruditionis candore ornatum, appellavit Bonaventura Castillionæus loco citando. Legum scientiis poëticam quoque facultatem conjunxisse asserunt non pauci, quorum infra nomina dabimus. Abiit è terris Anno MDXXXI.

Scripsisse Nicolaum ex ipsis didici:

- I. Carmina aliquot.
- II. Opera quedam legalia. Utraque edita, an anecdotæ nemo indicat.
De ipso meminerunt Moriggia Nobil. Mediol. lib. III. cap. 5. Bonaventura Castill. de Gallorum Insul. ant. sed. pagg. 52. & 100. Beffa Negrinus elog. 65. Siron. pag. 68. art. 288. & Picinell. in Athenæo pag. 430.

D X X I.

CASTILLIONÆUS PETRUS.

ET Mediolanensem Urbem, in qua ortus fuerat, & Minorum Ordinem, cui nomen dederat, Sæculo XV. eruditionis suæ ornamentis illustravit Petrus ex clarissima Familia Castillionæa. Ejus doctrinæ fama nedum in Italia, sed in Lusitania quoque apud sui Instituti Alumnos, & cæteros etiam enituit. Nam in Conimbricensi Academia Sacræ Theologiæ Quæstiones publicè interpretatus est. Quo Anno terris valedixerit ignoramus.

Opera hæc anecdota ipse invenimus:

- I. Brevis Lectura in Libros Sententiarum scripta in Universitate Conimbricensi.
- II. Quodlibeta pro cursu suo in eadem Universitate. Afferuntur MSS. in Bibliotheca Conventus Sanctissimæ Annunciationis Varisii, teste VVadingo in Catal. Script. pag. 278.
Laudatur etiam à Fabricio in Biblioth. Script. Medii Evi Tom. V. pag. 747.

D X X I I.

CASTILLIONÆUS PETRUS MARIA.

Petrum Mariam Castillionæum ex Francisco Physico Collegiato, & Regii exercitus in Mediolanensi dominio Prothophysico, Anna Ripa conjux Anno MDXCIV. in hac Urbe peperit. Patris imitatus ingenium ad Medicas scientias totum se convertit, cumque in ea facultate Lauream adeptus esset, & frustra Physicorum Collegio aggregari petisset, non tamen à doctis laboribus abstinuit; quinimò nondum completo quinto ætatis suæ lustro Volumen edidit, quod infra primo loco indicabimus. Catholici Regis Diplomate ob Patris merita, & doctrinæ suæ famam Prothophysici Copiarum suarum dignitatem obtinuit. Fratrem habuit Valerianum Monachum Ordinis Sancti Benedicti Virum Clariss. quem loco suo debita cum laude celebrabimus. Ludovici Septalæ Medici consummatissimi æmulus fuit, & ejusdem asserta convellere conatus, in eum scribere non dubitavit. Plura haberent posteri hujus præstantissimi

A Viri volumina, nisi maligna correptus febre Anno ætatis suæ XXXV. Christi Salvatoris MDCXXIX. die XXVII. Octobris immaturo fato periisset.

Hunc erudita hæc Opera apud Physicos spectabilem efficiunt:

- I. Responso ad Ludovici Septalii judicium de Margaritis nuper allatis. Mediol. apud Feriolum, 1618. in 4.
- II. Discorso sopra l'apparisa Cometa in Novembre nell' anno MDCXVIII. Milano, per il Paganelli, in 4.
Clarissimus Curtius; cum hoc Opus non vidisset, & in Præfatione sequentis legisset hæc verba: *Hoc meum tertium Opus juventutis meæ factum, ne dicam abortum* &c. suspicatus est secundam Petri Mariæ Lucubrationem periisse; tum postea censuit Tractatum à nobis num. V. recensendum pro secundo habendum. Sed annorum series pro nobis stat.
- III. Admiranda naturalia ad renum calculos curandos. Ibid. apud Feriolum. 1622. in 8.
- IV. De Sale, ejusque virtutibus. Ibid. apud eundem, 1629. in 8. Opus inscripsit Collegio Physicorum Mediolanensium, quod Auctori gratias reddendas decrevit die XXI. Decembris ejusdem anni. Id præstitit Branda Burrus, & Thomas de Laude.
- V. Trattato de' Rimedi, che possono trarsi dal Vino. Hunc scribebat eo tempore, quo Hieronymus Borsorius Supplementum Moriggiæ elaborabat; & quamvis Clariss. Curtius arbitretur hoc esse Auctoris nostri Opus secundum, tamen ab ejus Sententia recedendum putamus ob ea, quæ num. II. diximus.
De hoc Erudito Physico agit prædictus Curtius in lib. de Script. Medicis Mediol. pag. 171. & sequenti, atque Picinellus in Athenæo pag. 462.

B

C

D X X I I I.

CASTILLIONÆUS PHILIPPUS.

Philippus Castillionæus Branda Senatore JC. Coll. & Dorothea Cufana nobilissimis parentibus genitus Anno MCCCCLXXVI. studia tam seria, quàm amœna ab ipsa penè infantia diligentissimè coluit. Nam & Poësim, & facultates Theologicas, & Leges tam Civiles, quàm Pontificias non sine ingenti labore percepit, atque Doctor in utroque Jure creatus Collegio Jurisprudentum Mediolanensium adscriptus fuit Anno MCCCXCXVIII. Uxore, quam duxerat, fato sublata, Ecclesiasticis ministeriis, Clericalem indutus vestem, totum se dedit. Idcirco tam moribus, quàm eruditione clarus à Maximiliano Sfortia Infubrum Duce Abbas Commendatarius insignis Monasterii Aquæ-frigidæ Anno MDXIII. eligi promeruit. Aliud quoque Cœnobium satis celebre Sancti Abundii Novocomensis eodem titulo administravit. Defuncto fratre illius Hieronymo Senatore, in ejus locum à Carolo V. Augusto suffectus est; tum Amplissimi ejus Ordinis, itemque Magistratus Ducalium Intratarum Princeps ab eodem Cæsare constituitur. Restituto paulo post in Mediolanensi Ducatu Francisco II. Sfortia, publicis curis Philippus valedixit, & studiorum otii gratiâ Comum se recepit, ubi magnificentissimas Ædes à fundamentis excitavit, quas nunc Moniales Sancti Abundii incolunt. In eo recessu pangendis Carminibus, in quibus ex tempore conscribendis perargutus erat, vacabat; beneficis interim in amicos, atque in pauperes liberalis. Sed Ducali Francisci mandato ad pristina munera revocatus, Mediolanum redire coactus fuit, in eadem Senatus Præsidis dignitate, ibique Anno ætatis suæ LXXX. Christi verò MDLVII. migravit è vita. Jacet in Templo Sanctæ Mariæ Pacis unà cum Branda Patre, amborumque memoriam Franciscus Abundius Cardinalis eadem Castillionæa gente ortus, quem jam commendavimus, excitavit ea Inscriptione posita, quam in suprascripto Branda recitavimus.

Dabimus hîc Poëticum Elogium, quo Antonius Cerrutus Novariensis Vates non ignobilis Philippi nostri eruditionem laudavit; seque ejus tutelæ commendat.

D

E

Philippe egregium genusque clarum
A magnis atavis satum & probatis,
Unus è Patribus Sacri Senatus,
Quo prudentior, æquiorque nullus,
Es quem Castalides amant Sorores,
Cerrutus deciesque, milliesque
Te salvere jubet, bene & valere,
Et longam minimè gravem senectam
A Diis sapè tibi rogat benignis,
Probos quo valeas fovere, nondum
Languor tabificus reliquit illum,
Strato corripuit minusque ab ipso
Fractus languida membra, sed nec ire
Is rectis pedibus potest, bacillus
Ni subsit: tamen hunc superbus hostis,
Hostis barbarus, impiusque, truxque
Urget, sollicitat, gravat, ut addat
Morbo sollicitudines. Philippe
Illam barbariem efferam premas, ni
Ægrotum exanimabit, idque vellet
Ne pœnas veterum daret malorum.
Fulto præsidio tuo, Philippe,
Non mi barbaries nocebit ulla,
Nec fortes cunei hostium potentum.
Contundam valida manu sed illos,
Fortis justitiæ, probæque vitæ.
Quàm primùm potero meis ut ante
Non lassis pedibus venire scito
Ad te perceleri volabo passu:
Sis nostri interea memor, Philippe.

Editum est Tom. III. pag. 384. Carminum Illust. Poëtarum Italarum, & in Bessa Negrino.

Quantum Philippus Poësi excelluerit indicant ab eo conscriptæ:

- I. Satyræ; quas memorat adversus quosdam fordidos, atque protervos elaboratas idem Bessa Negrinus loco citando.
 - II. In Ethicam, & Politicam Aristotelis MS. in Biblioth. Reginae Sueciæ ex Montfauconio Bibliotheca Bibliothecar. MSS. Tom. II.
- Benedictus Jovius binas ad eum eruditissimas scripsit Epistolas latino sermone, quarum una est IV. in Cod. MS. ejusdem Auctoris servato apud Comitum Paulum Jovium JC. & Decurionem Novocomensem; Altera verò item IV. est in altero Cod. MS. penes Comitum Antonium Josephum à Turre Rezzonici Patrium JC.C. & in eadem Urbe Regii Fiscii Patronum, qui pro sua in me humanitate multa & ad hunc, & ad alios Eruditos Mediolanenses pertinentia communicavit.
- Idem quoque Benedictus Jovius de Aventino Fonte, in ipsa Urbe ad Divi Abundii sito, verba faciens, Philippi nostri laudes Carmine elegantissimo cecinit. Congruis eum prosequuti sunt laudibus supradictus Antonius Bessa Negrinus Elog. 66. & seq. Morig. Nobilit. Mediol. lib. III. cap. 5. & in Hist. Mediol. lib. III. cap. 12. Alba Consil. 640. Cavatius in Alleviament. Stat. Mediol. in princ. Tattus hist. Comenf. Decad. III. lib. VII. pag. 487. & in Appendice pag. 163. Diamans Marinonus hist. Mediol. & Siton. pag. 78. art. 335.

D X X I V.

CASTILLIONÆUS POMPEJUS.

Pompejus Castillionæus Joannis Antonii, & Elisabethæ Arconatæ nobilium Mediolanensium conjugum filius circa finem Sæculi XV. natus (legibus enim Operam dabat in Archigymnasio Ticinensi Anno MID. ut citatis publicis Tabulis nobis significavit amicissimus JC. & Advocatus Sitonius) tam sedulo litteris vacavit, ut in eruditum Virum evaserit. Platinum Plattum Vatem non infimæ notæ in primis coluit, ab eo etiam Carminibus celebratus. Sancti quoque Antititici Caroli Borromæi existimationem adeptus est, ut innuunt Epistolæ, quas inter se vicissim scribebant nedum Italico, sed Latino etiam sermone.

A Vivebat adhuc Anno MDLXXII. En Platini Epigramma, quod in ejus laudem legitur inter hujus Carmina lib. VII. pag. 109.

Ad Pompejum Castillionæum Mediolanens.

Ticini commune decus patriæque domusque
Pompei, & claro clarior ingenio.
Excidisse meo cum sydera lambet bydæspes
Corde potes, vetitum aut cum bibet urfa fretum.
Candescet Scythicis potius conspersa pruinis
Terra ferax; verso Sol oriere Polo.
B *Quid magis: æternos si ponere Curtius ignes*
(sic)
Possit: orestæa perditæ cuncta fide.

Idem Platinus hanc Inscriptionem etiam refert pro Pompejo à se compositam; quo loco autem posita fuerit non innuit.

QVAM TABVLAM

IO. ANTONIVS CASTILLIONÆVS
 DIVÆ VIRGINI MARIÆ DICARAT
 ET FATO PONERE NON POTVIT
 POMPEIVS FILIVS PIETATE DVCTVS
 VLTRO PVLCHRIOREM
 PRO PATRE POSVIT.

Habemus hæc Auctoris nostri:

- I. Epistolæ plures Latine ad Platinum Plattum, ut Sententiarum gravitate refertæ ab ipso Plato laudatæ scriptæ Mediolani Anno MCCCCXCVI., & MCCCCXCVII. cum Responsionibus. Extant inter hujus Epistolas, de quibus suo loco.
- II. Epistolæ plures ad Sanctum Carolum, inter quas una latina cum ejusdem Sancti respons. Servantur in insigni Collect. Epist. S. Caroli in Biblioth. Ambr. Ex Schedis Sitonianis. Bessa Negrinus duas Pompejos laudat, de nostro autem filiet.

D X X V.

CASTILLIONÆUS ROMEVS.

Quandoquidem Viri doctissimi Eccard, & Quetifius in Bibliotheca Scriptorum Ordinis Prædicatorum, & insuper, quod magis miramur, tam Matthæus Castillionæus, quam Bessa Negrinus, qui de Viris vel eruditione, vel dignitatibus claris Castillionæâ Gente progenitis ex professo scripserunt, nusquam verba faciunt de Romeo Castillionæo, illum expungendum duxeram ex hac Collectione, quamvis à Moriggia, & Picinello laudetur. Attramen id agere non ausus sum, ne Mediolanensium gloriam homo exterius aliqua ex parte minuerem, vel quidquam authoritatis postremis hisce Auctoribus detrudere viderer. Nihil tamen omnino præter tempus, quo floruit, videlicet circa Annam Salutis MDXL. & Ordinis Prædicatorum Institutum, quod fuerat amplexus, scire licuit. Oprandum interea foret, apud Suos meliori fortuna documenta ad tam illustrem Alumnorum spectantia, reperiri potuisse.

Opera, quæ Romeum scripsisse ferunt, sunt:

- I. De immortalitate Animæ.
 - II. De Fide, & Operibus.
- De his fides sit penes Moriggiam lib. III. cap. V. Nobilit. Mediol. cujus verba exscripsit Picinellus in Athenæo pag. 483.

DXXVI.

D X X V I.

CASTILLIONÆUS SABBAS.

A Nno MCCCXCIV. Patre Joanne ex clarissimo Castillionæorum sanguine ortus est Mediolani Sabbas, in quo generis Nobilitas, & Litterarum, cultura certare quodammodo videbantur. Vix egressus infantiam optimis sub Magistris & Latinæ, & Græcæ eruditionis ornamenta sibi sedulò comparavit. Adultus inter Sacros Equites Sancti Joannis Hierosolymitani meruit cooptari, cùmque non contemnendos labores pro Ordine suo de Christiana Fide adeò benemerito pertulisset, duplici Commendâ donatus est Faventina, & Meldulensi. Facultatibus ex pingui hac dote perceptis uti consueverat non tantùm ad domesticam magnificentiam, quàm ad egenorum subsidium, quibus beneficâ manu prodesse consueverat. Nam in Urbe Faventina publicum, in quo pauperes adolescentes gratis erudirentur, Gymnasium aperuit, congruo censu constituto ad Præceptoribus mercedem persolvendam. Templum Commendæ suæ insignibus ornamentis decoravit, & Bibliothecam condidit ad Equitum Hierosolymitanorum, atque aliorum commodum. Inopum etiam puellarum miseratus plura legavit bona, è quibus eis quotannis in perpetuum dos ad matrimo-

A nium incundum suppeditari posset. Quæ verò ex tam præclaris, piisque operibus superfuerant Ordini reliquit universa, illumque ex assè scripsit hæredem. Solitudinis amantissimus fuit, quam ut molestam minus efficeret, hortos amœnissimos Faventiæ sibi paravit, in quibus hæc publicè proposuit legenda:

Satis Dives, qui non indiget pane.

Satis potens, qui non cogitur servire.

Civiles curæ procul hinc abite.

Sabbas Castillionæus solitarius

Se ipso contentus.

Hos securos incolit hortulos

Pauper an Dives

Si cordatus es cogita

Vale.

B Ibi ergo pietati tantùm, & litteris vacans ad Annum usque ætatis suæ LX. qui fuit Redemptionis MDLIV. vixit, cùmque supremam obiisset diem, mense Martio sepultus est in Templo Ordinis in eadem Urbe Faventina, ejusque Tumulo hæc imminet Inscriptio:

D. O. M.

PVTREDINI ET CORRPTIONI RESVRRECTIONIS VTINAM
IN MELIVS

SABBAS MEDIOL. EX GENT. CASTILL.

FRATER ET MILES HIERSOLYMITANVS SOLITARIVS
PARVO CONTENTVS ET SOLITARIVS SIC IACEO ANGVSTE
QUALIS FVERIM NEC EGO SCIVI NEC TV QVÆRAS
QVISQVIS ES SI PIVS ES DEPRECARE DEVM PRO ME
HOSPES SOSPES ABI VALE ET VIVE MEMOR LETHI
VIVENS MORITVRO MIHI POSVI
MORTALIVM VITA ORTVS LABOR ET MORS
OBIIT ANNO SALVTIS DOMINI MDLIV. V. MARTII

C Haud dissimile ab eodem Sabba compositum fuisse Elogium alterum Sepulchro suo inscribendum testatur Richebourcq in libro suo, cui tit. Ultima verba &c. Tom. II. pag. 276. & Auctor libri: Espion Turc. Tom. IV. Epist. II. fol. 15. quod hic recitandum duximus.

„ Sabbas (Ego) Mediolanensis, Castellanus (fortè Castillionæus) origine, Monachus & Eques Hierosolymitanus, cineribus meis beatam opto resurrectionem. Dum vixi inter mortales, paucis contentus fui: nunc vita functus, & solus in Tumulo meo jacens, paucioribus contentus sum. Non novi meipsum unquam: nec tibi consulo, ut ad me cognoscendum laborem adhibeas. Quisquis es, qui transis, si pius es, ora pro me, & transi. Vale: de morte cogita. Cum adhuc viverem, hoc mihi Epitaphium scripsi, certus debere me mori: Nativitas & vita mortalium, non sunt aliud, quam labor & mors.

Bartholomæum nepotem suum eidem Hierosolymitano Ordini adscriptum erudire cupiens, sequens Opus conscripsit:

I. Ricordi, ovvero Ammaestramenti di Monsignor Sabba Castiglione Cavalier Gerosolimitano, ne i quali con-

Tom. I.

C prudenti, e cristiani Discorsi si ragiona di tutte le materie onorate, che si ricercano ad un vero Gentiluomo. Venezia, per Paolo Gerardo, 1560. in 4. ediz. 2. per Giovanni Bonadio, e Domenico F. e C. a Santa Sophia nelle Case de i Guffoni, 1563. in 4. & rursus ibid. apud Ferrum, 1584. in 8. & apud Joannem Baptistam Ugolinum, 1587. in 8.

In Epistola præfixa huic libro, ait Auctor: „ Essendo io Lombardo, & scrivendo a Voi, qual parimente sete Lombardo, acciochè meglio fossi inteso, mi parve dover scrivere in lingua Lombarda &c. alloquitur Bartholomæum nepotem supradictum.

II. Ammaestramenti Matrimoniali. Ex Picinello.

Agunt de ipso Ghilinus part. II. Theat. Moriggia lib. 3. cap. 5. Nobilit Mediol. & lib. 1. cap. 55. Hist. Mediol. Matthæus Castill. alique de Gente Castillionæ tractantes: Sison. pag. 161. art. 647. Fontanini dell' Eloqu. Ital. pag. mibi 639. atque Picinellus in Athenæo pag. 484.

D X X V I I.

CASTILLIONÆUS SIGISMUNDUS.

N Escio an rectè ego primus Familiz Castillionæ tot Virorum doctrinâ, & scriptis clarissimæ, Sigismundum hunc addam, silentibus omnibus, qui de hac Gente scripserunt hic pluries indicatis; Ipsum verò omittendum esse censebam, nisi fortè fortuna mihi datum fuisset offendere in seriem

C c c

quam-

quamdam Virorum illustrium, quos enumerat floruisse Mediolani Sæculo XV. Antonius Cremona in Epistola sua ad Antonium Panormitam, quæ legitur in Codice Bibliothecæ Ambrosianæ sign. M. num. 44. in fol. data Bononiæ Anno MCCCCLVIII. die Martis IV. Mensis Febr. & inter ipsos recitat *Sigismundum Castellionæum Historicum illustrem*, ideo satius duxi ipsi tribuere Chronicon, de quo loquitur famam nunquam moriturus Panvinius, ut infra videbimus; decernant interim Eruditi si conjectura mea subsistat, an non, usque dum clariora in medium proferantur.

- I. Castellionæi Sigismundi Chronicon MS. extabat in Bibliotheca Onuphrii Panvini juxta Indicem MS. in Ambrosiana fol. sign. E. num. 5. à quo plura excerptit de Gregorio XII suoque adventu, & Cardinalium suorum discordia Panvinius ipse.

D X X V I I I.

CASTILLIONÆUS TITUS HIERONYMUS SEMPRONIUS.

Titum Hieronymum Sempronium Castellionæum Picinellus in Athenæo pag. 338. perperam cum Hieronymo item Castellionæo Senatus Mediolanensis Præsidi, quem debitis laudibus paulo ante celebravimus, confundit. Sed ab eo distinguendum esse nos monent, & nominis dissimilitudo, & quæ tradit Siton. in Monumentis Vicecomitum impressis pagg. 45. & 61. ex quo didicimus eum eloquentia præcipue & Poësi claruisse. Floruit medio ferme Sæculo XVI.

Edita sunt ejus Opera :

- I. De Amore Patriæ T. Sempronii Hieronymi Castellionæi Oratio, in qua variis rationibus probatur Patriam omnibus rebus humanis esse præferendam. In ea Clarissimi Viri, qui tum de aliis, tum de Republ. Mediolanensi optimè meriti sunt, non sine magnis laudibus recensentur. Mediolani, apud Jo. Antonium Castellionæum, 1548. in 4.
- II. Carmina Varia ejusdem Auctoris in laudem Caroli V. Imperatoris, Gubernatoris, atque Præsidis, necnon Senatus Mediolanensis; extant in fine ejusdem Orationis.
- Dicata est Oratio Præsidi Sacco, & in eodem libro legitur Epigramma Auctoris, in quo ipse, & Musa sic Senatui alloquitur:

A. *Musa, velim, referas hæc usque in sæcla Senatus,
Qui fuerit vestro dignior ore cani.*

M. *Ille est innumeris æquans virtutibus orbem,
Qui Mediolani nunc regit imperium.*

A. *Cur igitur meritum Cælo non tollitis, ut quos
Magna Urbs Romulidum, Cæcropidumque tulit?*

M. *Non hominum laudes, non fama premia quarit
Una est ambitio, posse placere Deo.*

Videndus Siton. cit. prætermisus autem fuit à Matthæo Castellionæo de Orig. Gentis suæ, & à Bessa Negrino.

D X X I X.

CASTILLIONÆUS VALERIANUS.

Valerianus ex Familia Castellionæa natus est Mediolani Anno MDXCIII. die III. Januarii, Patre Francisco Viro doctissimo, ac Prothophysico Exercitus Regis Catholici, Matre verò Anna Ripa, stirpe deducta à Conrado de Castellionæo, qui Anno MCCLXXX. erat in vivis, ut novimus ex Genealogica Serie nobis à Cl. Sitono communicata, ingenuè admodum educatus, Ordinem Sancti Benedicti apud Sanctum Simplicianum in Patria professus Anno MDCX. die prima Novembris, divinis, humanisque litteris se penitus devovit, in eisque haud mediocriter profecit; nam elegans Orator, ingeniosus Poëta, excellens Politicus, insignis Historicus, profundus Philosophus, & eminens Theologus evasit; his enim ti-

A tulus decoratur ab Auctore Libri: Le Glorie degli Incogniti, idest Virorum Illustrium Academiæ Venetæ Incognitorum (cui Valerianus adscriptus fuerat) impress. Venetiis Anno 1647. apud Valvasensem, pag. 221. Immo celebriores per Italiam Academiæ certatim ipsum in socium cooptarunt; eas inter Brixiensem Errantium Academia, in suæ Constitutionis exordio, litterariam palæstram omnium primum erudita Oratione decurrentem eum suscepit; ibique ab Angelo Grillo, de Litteris, ac Litteratis optimè semper merito, qui eum, quocum Bergomi aliquandiu vixerat, unice diligebat, impulsus, plures panegyricas Orationes valde elegantes in laudem quorundam Nobilium Venetorum, qui publico defungebantur officio, affluentem eloquentia recitavit. Ingentem itaque doctrinæ, ac prudentiæ famam apud Principes, & Viros doctos adeptus, à perissequa humanissimis Epistolis, qua Elogiis præclarissimis honestatus fuit; nam Urbanus VIII. Pontifex, sicut dignitate, sic etiam sapientia summus, Valerianum nobili encomio dignatus est. Innocentius verò X. Abbatem Titularem eum creavit, & Ludovicus XIII. Galliarum Rex opera Cardinalium Armandi Richelii, ac Theodori Trivultii, qui Valerianum in Galliam vocaverat, ubi ejusdem Cardinalis vitam scripsit, suum Historiographum eum elegit; quod etiam munus à Carolo Emmanuele Sabaudæ Ducis, notæ virtutis, ac acerrimi judicii Principe sibi demandatum tam sub ipso, & Victore Amadeo, quam sub Christina Ducissa ad obitum usque egregiè adimplevit. Sed rogatus à Cardinali Burghesio, & à Petro Toletano Neapolis Prorege, ut Pauli V. Pontificatum, & bella à Rege Catholico in Italia gesta describeret, utramque provinciam justis de causis recusavit. In Monastica interim Historia concinnanda strenuè desudans, illam primarium suum Opus esse voluit; erat enim alterutra litteratura, Sæculari, scilicet, & Ecclesiastica instructissimus. Postremo Taurino, ubi plures annos in Cœnobio Eremitarum Sancti Augustini, optimi cum Religiosi famam vixerat, haud equidem mendaci, in Patriam reversus, non adeo multò post infirmitate correptus, terras relinquere coactus fuit septuagenarius. Cæterum Valerianum præter Savilianenses, ipsa etiam Taurinorum Augusta honoris ergo Civibus suis adscriptis; & Carolus Emmanuel Dux, qui Valeriano tria millia librarum argenti annuatim assignavit, in Diplomate ad eum dato, tali inter cætera encomio eum prosequitur: „ In professione della molta stima, che facciamo di Soggetto, che ha coll' eccellenza del suo stile, e con la molteplicità de' perfettissimi suoi componimenti publicati a gloria di questa Real Casa, occupati i primi luoghi tra gli Scrittori del nostro Secolo &c. Victorius Amadeus in suo Diplomate: „ l'Abbate Castiglione &c. colla felicità del suo ingegno, tra gli Scrittori di questa età, e dal giudizio de' più intendenti, avendo riportate le prime lodi &c. Christina Ducissa Soror Ludovici XIII. Mater Caroli Emmanuelis in suo Diplomate: „ La certezza avuta della fama, ch' egli ottiene in Italia di primo Scrittore de' nostri tempi, oltre la notizia della sua bontà, integrità, ed esemplarità de' costumi in ogni tempo dimostrata, ed anche del suo nobile nascento &c.

E Joannes Bona Abbas, & Cardinalis ad Valerianum D. Benedicti Vitam scribentem, Epigramma dedit, quod est hujusmodi; & legitur in fronte primi Tomi Annalium Cassinensium.

*Grandia dum referas Venerandi gesta Parentis,
Vincis & Ausonii verba diserta Senis;
Exprimis eloquio Benedictum, & moribus æquis,
Et tua Sermoni cedere visa negat.
Degener haud Patri sic es: tua Scripta legenti
Obvia perpetua norma Salutis eris.*

In

In supramemorato Libro : Le Glorie degli Incogniti, visitur ejus effigies cum subiecto Disticho :

*Us Populos quicumque regit sit Jupiter alter ,
Artibus incumbat Castillione tuis .*

Plurima reliquit fecundissimi ingenii monumenta , ex quibus per typos publicæ luci tradita sunt sequentia :

- I. Celestino IV. Papa Castiglione , Milanese , Nipote di Papa Urbano III., Crivello, Milanese, conservato alla Famiglia, ed alla Patria: Apologia composita Anno MDCLXI. impressa Tomis duobus, sed locus, & annus impressionis à me hæcenus ignoratur. Vidisse testatur Armellini loco citando Anno MDC-LXXXVII. Mediolani in Bibliotheca S. Smpliciani Autographum hujus Operis, & ferè omnes alias ejus lucubrationes, qua impressas, qua MSS.
- II. Clio; Poëma Italicum in laudem Federici Cardinalis Borromæi. Mediolani, apud Marcum Tullium Paganellum. 1616 in 4.
- III. Panegyres, Illustrissimo, ac Reverendissimo D. S. R. E. Cardinali, D. Ludovico Ludovico Gregorii XV. Pontif. Opt. Max. ex Fratris Nepoti. Ravenna, ex Typographia Patri de Paulis, & Joannis Baptiste Joannelli, 1621. Excellentissimo Principi Paulo Jordano Ursino dicata. In Epistola ad Lectorem Auctorem asserit, se à decimo sexto ætatis Anno typis concedere (quæcumque sint scripta) coepisse.
- IV. Panegirico agli Illustrissimi, ed Eccellentissimi Signori Don Gio Giordano Aldobrandino Principe di Meldola, e D. Ippolita Ludovisia Spofi felicissimi. In Ravenna, appresso Pietro de Paoli, e Gio. Battista Giovanelli, 1621. in 4.
- V. La Rosa, Panegirico in congratulazione all' Illustrissimo, e Reverendissimo Signore, il Sig. Cardinale Alessand. Orsino Legato della Romagna. Ibidem, apud eosdem, Anno pariter 1621. in 4.
- VI. Il Vino. Discorso agli Signori Academici Filarmonici di Verona. Milano, 1624. in 4. Opusculum dicatum D. Pio Mutio, cujus Considerationes in Tacitum laudat, & allegat pag. 18.
- VII. Elogium de Gestis heroicis Caroli Emmanuelis I Ducis Sabaudie. Verona, 1626.
- VIII. Panegirico per la festeggiata natività del medesimo Duca. Torino, 1627.
- IX. Relazione dell' origine del fiume Pd a compiacimento della medesima Altezza. Cuneo, 1627.
- X. Statista Regnante, applicato al governo della medesima Altezza. Cuneo, per gli Eredi Taurini, 1628. in 8. Accresciuto in questa teza impressione di una lettera discorsiva a' Politici, & rursus Taurini, 1630. in 4. Hoc est Opus illud egregium verè politicis documentis undique refertum, quod tamen Fr. Angelicus Aprosius in libello, cui titulum dedit: La Visiera Alzata Mercatoste, sub nomine Jo. Petri Jacobi Villani Senensis, Parma impress. an. 1689. apud Hæred. del Vignà, immo etiam in Pentecoste, seu in additione Hecatoste pag. 134. quæ est ultima, dicit ex relatione Andrea Rossotti Gistercens. Reform. (qui Auctor fuit Syllabi Scriptorum Pedemontii) omnia esse Axiomata ipsiusmet Caroli Emmanuelis. Sed utrumque egregiè falli ex eo liquet, quod ipse Valerianus jam senex, cum triginta septem annos Historiographum Sabaudicæ Domus, magna cum laude egisset, idem Opus Statista Regnante inter sua Opera recensuit in sequenti Opere.
- XI. Elenchus omnium Operum, quæ pro illa Serenissima Domo vel impressa, vel MS composuit. Taurini, apud Bartholomæum Zappattam, 1662. in fol. In præfatione ejusdem superioris Libri (Statista regnante) tertio Taurini impressi, ita de eo Valerianus loquitur: „ Il mio Statista Regnante, benchè mancante di dottrina, e povero di bellezza, ha tuttavia penetrato con lode le Corti Regie, le Cesaree, le Papali, e dalle politiche Academie ha riportato l'onore di non mediocre applauso &c. questa è fortuna del Cielo &c. „ Neque verò Vir ingenuus in illa Aula, non solum ob eruditionem, & eloquentiam, verum etiam ob morum candorem percelebris, ausus esset per typos id tam liquidè affirmare, si Opus illud sui ipsius partus non esset.

A XII.

Annotazioni al Regno d'Italia di Emmanuel Thefauro, impress. in eodem Regno Italia, Taurini, apud Zappattam, 1653. cum æneis figuris, & rursus ibid. 1669. in fol. iterumque Venetiis 1672. apud Jac. Hortizium, in 12. Has etiam Annotationes laudatus Aprosius loco paulè ante citato, & etiam supradicta pag. 103. ejusdem Rossotti testimonio, oretenus tamen habito, ut ipse asserit, Valeriano nostro abjudicat, & ejusdem Emmanuelis Thefauri fœrum esse autumat. Regnum verò Italia non Thefauri, ut apud omnes hæcenus inconfesso fuit, sed Comitum Philippi Sanmartini de Aladio, idque non Rossotti tantum, sed & Francisci Amadei Ormea Congregationis Oratorii Presbyteri in Orat. funebri ejusdem Comitum Sanmartini auctoritate, in quam Aprosii Sententiam pedibus it etiam Clariss. Eques Michael Angelus Georgii Vicentinus in Vita Comitum Galeatii Gualdi edita Venetiis, apud Christophorum Zano, 1728. inter Opuscula Scientifica, & Philologica Variorum Tom. I. pag. 348., & etiam in suis Epistolis eruditè impress. Patavii, apud Conzattum, 1726. pag. 298. Epistola ad Nicolaum Coleti. Sed quidquid sit de Regno Italia (neque enim mea interest pro Thefauro Apologiam texere) id verè affirmare possum, ipsum Thefaurum, ut à Viro docto, ac fide dignissimo accepti, ingenue fateri solitum, multa in illis Annotationibus à Valeriano dici, quæ nunquam sibi succurrerint, plurimam proinde lucem Valerianum suo Italia Regno attulisse: nec verò credibile est Thefaurum id unquam diffimulaturum fuisse, si neque ipse Auctor Libri, neque Valerianus Annotationum esset: Cæterum extra dubium est Aprosium in expungendis fictis Auctoribus, verisque vindicandis interdem toto Cælo aberrare, ut sunt omnes homines erroribus obnoxii, ut allato etiam exemplo probat Armellini loco citando, cujus verba fideliter hic exscribimus.

XIII.

Lettera Elogiale all' Altezza Reale di Carlo Emanuele per la Pace di Susa. Torino, 1629.

XIV.

Lettera Elogiale all' Altezza Reale di Vittorio Amadeo per la Pace di Cherasco. Moncalieri, 1631.

XV.

Il Principe Bambino per la nascita di Francesco Giacinto: Opera virtuosa ad istruzione di un buon Principe felice fortunato dal Cielo. In Torino, per Gio. Zappatta, e Domenico Gagliardi, 1633.

XVI.

Discorso della Caccia alla sudetta Altezza Reale. Torino, 1634.

XVII.

Elogio funebre nella morte della medesima Altezza Reale. Torino, 1637.

XVIII.

Lettere su l'Opere di Francesco Loredano Nobile Veneto. Torino, 1642. presso Gio. Ambrogio Niella in 12., e di nuovo in Venezia, 1643. ad istanza dell' Academia; qui quidem Lauredanus non dubitavit appellare Valerianum Principem Litteratorum sui Sæculi.

XIX.

Lettere di ringraziamento, e di lode. Torino, presso gli Eredi del Taurini, 1642. in 12.

XX.

Panegirico a Luigi XIII. Re di Francia; sed deest locus, & annus impressionis.

XXI.

Istoria delle rivoluzioni del Piemonte; stampata in più libri in fol. Sed pariter locus, & annus impressionis in prænarrato Elencho ejus Operum desideratur.

XXII.

Lettera Panegirica a Madama Reale Duchessa di Savoia per la Pace di Piemonte. Torino, 1643.

XXIII.

Altra alla medesima per l'ingresso festivo del Duca figlio in Torino. Ibidem, 1645.

XXIV.

Parte dell' Istoria della Regenza di Madama Reale. Torino, presso il Gianelli, 1656. cujus pars multò amplior extat MS. duobus Tomis, Mediolani in Bibliotheca S. Smpliciani, ut infra dicitur.

XXV.

Applausi Natalizj per la medesima; cioè:

1. L'Eternità al Tempo.
2. La Primavera al Verno.
3. L'Egizzia Saggia.
4. La Fortuna.
5. L'Orologio.
6. Lo Specchio.
7. Giunone Lucina.
8. Il Tempo.
9. Il Genio.
10. Le Givocatrici.
11. L'Urania.
12. La Parca.
13. Discorso intorno al nascere.
14. Il Pd festoso a i Genetliaci.

15. L'Ue-

15. L'Uomo Armato.
 16. Cartello per la Giostra; omnia hæc in unum librum collecta. *Taurini, apud Hæredes Caroli Gianelli, 1662.*
- XXVI.** Pompe Funebri di Madama Reale Cristina di Francia &c. Orazione, sed ubi, non exprimitur. Incipit: Quanto è breve il trapasso dalla Vita alla Morte &c.
- XXVII.** Le Pompe Torinesi nel ricevimento di Carlo Emanuele II. ritornato da Savoia a Torino. *Ibid. 1645.*
- XXVIII.** Li Reali Imenei nelle Feste nuzziali per la Principessa Sorella Duchessa Elettrice di Baviera. *Torino, presso Alessandro Federici, 1651.*
- XXIX.** Ricevimenti fatti alla Reina Sueca. *Torino, 1656.*
- XXX.** Lettera Panegirica all' Altezza Reale di Carlo Emanuele II. per Trino recuperato. *Torino, 1659.*
- XXXI.** Feste per la nascita del Delfino di Francia. *Torino, 1661.*
- XXXII.** Alla Maestà del Re Cristianissimo Luigi XIII. per la Pace generale dell' Anno MDCLIX. *Milano, per Gio. Pietro Cardì, in fol.*
- XXXIII.** Alla Maestà del Re Cattolico Filippo IV. per le Nozze dell' Infanta Donna Maria Teresa, celebrate l' Anno MDCLXI. *Milano, presso Gio. Pietro Cardì.*
- XXXIV.** Feste per lo Natale dell' Infanta Reale di Spagna. *Torino, per il Gianelli, 1661. in 4.*
- XXXV.** Applauso natalizio all' Altezza Reale. *Torino, 1662.*
- XXXVI.** Orazione fatta alla Città di Savigliano, quando fu creato Cittadino della medesima l' Anno MDCXXVII. *Cuneo, presso Cristoforo Strabella, in 4.*
- XXXVII.** Sacre Pompe Saviglianesi nella traslazione de' Santi Martiri Benedetto, Giusto, e Taddeo Vergine. *Ibid. in 4.*
- XXXVIII.** Scritture giustificative dell' Abate Castiglione, impressæ quidem, sed locus impressionis in prænarrato Elencho deest.
 Quæ sequuntur edita ignoravit Armellinus.
- XXXIX.** Epigrammata Latina, atque Italica, vulgo Sonetti, in Collezione Variorum Poëmatum in Laurea Ludovici Melii. *Pavia, 1597. in 4.*
- XL.** Carmina Italica: in libro, cui titulus: Poesie Italiane, e Latine di diversi nella partenza di Zaccaria Sagredo Podesta di Verona. *Ibid. 1618. in 4.*
- XLI.** L'Accoglienze del Cielo. Carmina Italica, edita sub Academico nomine, quo inter Animosos nuncupabatur il *Brillante*. *Pavia, per Pietro Paolo Bartoli, 1618. ex Arisio loco infra citando.*
- XLII.** Alia Carmina tam Italica, quam Latina; extant inter Poëmata varia, pro Laurea Patris Marchesii à Hieronymo Villa collecta, de quibus alibi.
 Nunc MSS. Opera recensebimus ex eodem Armellino.
- XLIII.** Annali Casinensi Tomi II. in fol., in quorum primo agit de Vita S. Benedicti amplissimè, & eruditissimè, allatis ad singula loca infinitis propemodum historicis monumentis, & omnigenis eruditionibus ad rem pertinentibus, itaut quidquid vel obiter, vel ex professo reliqui Auctores tum antiqui, tum recentiores, ad sua usque tempora de eodem Monachorum Patriarcha scripsere, in hoc Valeriani Opere pulcherrimè congestum reperitur. Stylus admodum elegans est, elocutio perspicua, & blanda methodus optimè ordinata, Baronianam methodum referens. Titulus hujus primi Tomi jam impressus (licet Opus ineditum adhuc remaneat) talis est: „ Vita del Sommo Patriarca de' Monaci Occidentali Benedetto Anicio di Norcia scritta, e distinta per Anni 73., „ Opera mista di antica erudizione, di Riti Monastici, di Comentarj su la Regola, di curiosi „ Quesiti, di Elogj Sagri, utile, dilettevole &c. „ composta l' Anno MDCXXX. Præmittit Apparatum de Gloria Ordinis Monastici perquam eruditum; ad calcem addit quasi epitomem primi Tomi, compendiarium Vitam ejusdem S. Benedicti Latina lingua, & Supplementum istius primi Tomi Italica lingua.
 Secundo Tomo agit de rebus Monasticis usque ad Annum Domini MDCLXXX. Differit postea de Monasteriis Casinensis Congregationis, aliisque de rebus ad Monachos Benedictinos Casinenses, & Justinianos attinentibus. Sed hunc secundum Tomum minimè absolvit.
 Pro Sabaudica autem domo, præter impressas, quas nuper memoravimus, has etiam MSS.

- XLIV.** lucubrationes composuit.
 Istoria della Vita del Duca Carlo Emanuele I. Tom. II.
- XLV.** Istoria della Vita del Duca Vittorio Amadeo Tom. I. in 4.
- XLVI.** Istoria della Regenza di Madama Reale Duchessa Cristina di Francia Tomi II.
- XLVII.** Istoria della Vita della medesima.
- XLVIII.** Ritorno trionfale della medesima dalla Savoia a Torino del MDCXLII.
- XLIX.** Ingresso trionfale della medesima in Cuneo del MDCXLV.
- L.** La Lega solennizzata in Torino del MDCLI con li Signori Cantoni Svizzeri.
- LI.** Relazione del viaggio della Principessa Sorella Duchessa Elettrice di Baviera, a Baviera.
- LII.** Relazione della Guerra fatta da Sua Altezza Reale agli Eretici Ribelli Valdesi nell' Anno MDCLV.
- LIII.** Per la riconsegnata Cittadella di Torino all' Altezza Reale nel MDCLVII.
- LIV.** Ingresso della medesima in Vercelli restituito per la Pace del MDCLIX.
- LV.** Viaggio della medesima all' Alpe altissima di Roccamelone nel sudetto anno.
- LVI.** Ricevimento fatto dal Re di Francia alla medesima, ed a Madama Reale in Lione.
- LVII.** Feste Nozziali per la Principessa Sorella Duchessa di Parma nel MDCLX.
- LVIII.** Descrizione del Palagio Reale di Torino, ed altra della Venaria Reale.
- LIX.** Apologia per la Real Casa di Savoia contro il Mercurio dell' Abate Siri.
- LX.** Relazione della Rinunzia fatta del Cappello a Papa Urbano VIII. dal Serenissimo Principe Maurizio per mano del Conte Righino Roero.
- LXI.** Lettera Panegirica a Guido Reni Pittor famoso per li Ritratti delle due Reine Sorelle Cristina, ed Enrichetta.
 Præter hæc omnia alia insuper extant in eadem Bibliotheca S. Simpliciani pariter MSS.
- LXII.** La Pratica del Mondo: Opera Morale, Politica, ed Economica, cavata, e discorsa su le favole di Esopo Frigio. MS. in fol. Præfatio incipit: Saprai, che anche la natura, non che l'arte &c. Opus incipit: Costoro arti per avventura dal calore del Meriggio estivo &c.
- LXIII.** Carmina, Elogia, Epitaphia &c. lib. in fol. Italicè.
- LXIV.** Elogia XXII. composita Anno MDCXXI. alia verò Latine MS. in 4. incipit: Divis Martyribus &c.
- LXV.** Breves Notæ ad Comicorum libros, Apollonii, & Commentariorum Eutocii Ascalonitæ. Latine in fol.
- LXVI.** Delle virtù de' Principi, in fol. Opusculum compositum Anno MDCXXXVII. quinque mensium spatium.
- LXVII.** Istoria de' Castiglioni in fol.
- LXVIII.** Scritture per la Casa Castiglioni, ed interessi dell' Abate D. Valeriano, in fol.
- LXIX.** In supra allegato libro: Le Glorie degli Incongniti, dicitur Valerianus paravisse imprimendas Historias suorum temporum; has tamen Armellinus ait se non vidisse Mediolani in prænarrato Elencho suorum Opum existentem in Bibliotheca Sancti Simpliciani. Extant in supralaudata Bibliotheca varii libri MSS. in fol. Epistolarum, quas ad Valerianum scripserunt Episcopi, Prælati, Principes, Nobiles, Viri docti, ac celeberrimi, Abbates, alique, ex quibus Epistolis licet arguere, quanta eum veneratione, & extimatione omnes prosequerentur.
 Habemus ejus Elogium ab Aloyso Juglaris Societ. Jesu ad sui sæculi genium conscriptum in II. Part. Elog. edita Genue Anno MDCCLIII. pag. 220.
 Dederunt ad eum Epistolas plures Franciscus Lauredanus; itemque Julius Cardinalis Mazzarini in Vol. MS. epist. ejusdem Romæ olim asservato apud Cl. Mandosium.
 De eo magna cum laude agunt Borferius in Supplemento cap. 12. Angelicus Aprof. in Grillaja pag. 483, ubi ei nuncupat Gryllum 43. Benedictus Sanbenedictus in Annal Capucina in Italicum Sermonem traductis Tom. II. par. II. pag. 741. Franciscus Lauredanus in Libris Epistolarum prim. part. pag. 51., & 107. & par. II. pag. 41. Placid. Pucinell in Chronicon Glaffiatens. pag. 259. Marchio Julius à Puteo de Gestis Comitissæ Mathildis, & de ejusdem Genealogia pluribus, in locis, in quibus eum allegat, præsertim narratione. Bernard Pez Monachus Melicensis Epistola X. Apologetica pag. 247., & seq. Felix Eggs, Idea Ord. Hierar-

rarchico-Benedictini lib. II. par. III. Differt. VIII. pag. 575. Arifius Crem. Litter. Tom. II. pag. 263. & Picinellus in Athenæo pag. 508.

D X X X.

CASTILLIONÆUS VINCENTIUS.

Inter primos Glossatores celeberrimi Decreti Gratiani Monachi, qui non infimum fuit Patriæ meæ decus, & ornamentum, enumeratur Vincentius Castillionæus Mediolanensis claro natus sanguine; quem Oldradus de Ponte JC. Laudensis in Consil. LXIX. in fine perperam Hispanum fuisse affirmat. Hunc tanta commendabat eruditionis laus, ut Summus Canonista appellari meruerit ab Abbate Panormitano in Cap. *Si quis contra*, num. 13. de Foro compet. Multos in sacris legibus discipulos erudivit Vincentius noster, atque inter eos Bernardum Bottonum. Sed quamvis totus esset Auctor doctissimus in Pontificio Jure enucleando, non tamen eloquentiæ studia neglexit, ut ex infra dicendis facile apparebit. Claruit circa medium Sæculi XV. si Oldradi, & Abbatis cœvus fuit.

Scriptit :

- I. In Gratiani Decretum Commentaria.
- II. In Sallustium Commentaria. *Basilæ, apud Henricum Petri, in fol.*
Laudatur à Vincentio Placcio in Theatro Anonymorum, & Pseudonymorum Tom. I. pag. 215. num. 937. ad litt. C. ubi citatur Gerh. Von Mastricht. JC. Hist. Jur. Eccl. & Pont. pag. 362. & 363.
De ipso neque verbum facit Beffa Negrinus.

D X X X I.

CASTILLIONÆUS ZACHARIAS.

Alphonfi Castillionæi Patriæ Decurionis, & Equitum Cataphractorum in Mediolanensi Ducatu Commissarii Generalis, atque Catharinæ Vicecomitis nobilium conjugum filius fuit Zacharias, qui avitam nobilitatem Evangelicæ Paupertati posthabuit, atque Ordini Sancti Francisci inter Capuccinos se dicavit. Optimo Vir ingenio sacras Litteras, & implicitas Theologicas Quæstiones magnâ diligentiam percepit, studiisque peractis ad Divinum Verbum populis è suggestu tradendum admotus fuit. Plures eloquio suo, in quo zelus singularis enituit, ad meliorem frugem revocavit, & sui Instituti non pauca rexit Cœobia, inter quæ Mediolanense Sancti Victoris non procul à Basilica Portiana extrâ Vercellensem Portam. Multorum etiam annorum spatio Definitoris Officium gessit, verboque, & exemplo suis, exterisque plurimum profuit.

Memorantur hæ tanti Viri lucubrationes

- I. Il Giovine Cappuccino brevemente istrutto, con alcuni ammaestramenti utilissimi, ed importantissimi avvisi, per bene spogliarsi dell'uomo vecchio, e perfettamente vestirsi del nuovo. *Milano, per Lodovico Monza. 1646. in 4.*
- II. L'Ammonitore Fedele: Opera piena di spirituali, e pretiosi ricordi. *Ivi, per lo stesso, 1647. in 8.*
- III. Quaranta due Sermoni sopra i Treni di Geremia per l'Orazione delle Quarant' Ore. *Milano, 1653. in 4.*
Commendatur à VVadingo inter Script. Ord. Min. Dionysio Genuensi in Biblioth. Script. Capucc. Edit. II. pag. 322. & à Picinello in Athenæo pag. 517.

D X X X I I.

CASTOLDUS JOANNES JACOBUS.

Miror sanè, quod Paulus Moriggia, necnon Abbas Picinellus, qui de tot Viris doctis Mediolanensibus egerunt, etsi parùm, aut nihil in re litteraria ad ipsos pertinens proferendum haberent, de

Tom. I.

A Castoldo autem nostro, de Patria, atque de Ecclesia Mediolanensi optimè merito, & initio Sæculi proximè elapsi florente, ne verbum quidem fecerint. Eorum verò secundus de altero Joanne Jacobo Castoldo locutus est in suo Athenæo pag. 302. forsan ipsius ætatis Auctoris nostri, sed cum in Musica excellens fuerit, sicuti ex longa serie ab ipso Picinello relata, librorum illius artis, non scientiæ, editorum facile videre est, ipsum cum aliis, qui de Musica tantum practicè non theoreticè tractarunt, juxta meum institutum, rationibus in Præfatione generali jam prolatis, expungendum duxi, etiamsi Librum Musicalem Antuerpiæ magnificenter impressum Anno MDCX. illius Castoldi præ manibus habuerim. Veniam igitur mihi dent Musicæ Professores, qui famam nominis sui plus Sæculi genio, quam regulis ipsius artis, quandoquidem debent. Sed ad nostrum alterum Castoldum redeamus, cujus malis avibus undique quæsi Parentes, ætatem, professionem; & in tenebris etiam ipse lateret, nisi Clarissimus Saxius rerum bonarum optimus scrutator mihi obtulisset Opus jam prælo paratum, quod in Bibliotheca Ambrosiana visitur titulo infra scripto duobus voluminibus in fol., quorum primus Epistolam habet Auctoris nuncupatoriam ad Philippum III. Hispaniarum Regem datam die VIII. Mensis Maji Anno MDCVIII. In eadem Castoldus noster asserit, se ad scribendum impulsus fuisse, cognito desiderio tanti Regis Patri Seraphino Mediolanensi ex Ordine Capuccinorum in Viridario Escurialis non semel familiariter expresso. Duplici autem titulo Mediolanum obstrictum est **C** Castoldo, nempe pro tam insigni Reliquiarum Sacrarum thesauro in Patriam delato, necnon pro ingenti labore in descriptionibus earundem Translationum, aliisque rebus scitu dignissimis, quæ in hoc Opere continentur. Plures tabulæ æneæ inferendæ erant in eodem Codice, ut videre est in nonnullis, quæ jam egregiè delineatæ ibi cernuntur, pluribusque aliis suo loco vocatis, quæ desiderantur. Tanta est varietas rerum, quæ ad rem sacram, præcipuè Mediolanensem, spectant, quas continet Tomus secundus, ut doctissimus supralaudatus Saxius optimum duxerit earum seriem in Indicem transcribere, quo labore libenter fruatur, ni fallor, benevolus Lector, in hac mea Bibliotheca, sublata autem longa nimis serie nominum Sanctorum, de quibus leguntur Acta, ne ad instar Litaniarum hîc tœdium forsan excitarem.

Opus igitur ita est inscriptum :

- I. Il Sacro Tesoro: Acquisto delle Sante Reliquie di Roma, e di Colonia Agrippina, concesse dalla Santità di Papa Clemente VIII. alla Città di Milano, e sua Diocesi, ad istanza, e per opera di Gio. Giacomo Castoldo suo Cittadino, con la descrizione delle Grotte, e Cimiterj Romani: qualità, quantità, vita, e morte d'alcuni di essi Santi, ed alquanti Sermoni sopra il loro Martirio, con la generale Traslazione di essi Santi fatta l'Anno MDCIX. dall' Illustriss. e Reverendiss. Sig. Cardinale Federico Borromeo Arcivescovo, e Reverendissimi Vescovi nel Concilio settimo Provinciale, raccolto, e descritto da Girolamo Bennardini da Orvieto ec. Alla Maestà del Cattolico e Potentissimo Filippo III. Re di Spagna ec. ec. e Duca di Milano ec. ec. Parte prima.

Pars II.

- II. Descrizione dell' Apparato, Processione ec. fatta nella Traslazione delle Reliquie.
In S. Marcellino l'anno 1609. 2. Luglio.
In S. Barbara delle Cappuccine 1610. 5. Dicembre.
In S. Dalmazio 1610. 9. Agosto.
Origine, e Progresso della Dottrina Cristiana.
Relazione dell' antica, e miracolosa divozione della Madonna avanti il Castello, e Traslazione delle Reliquie 1610.
In S. Maria di S. Celso 1609. Origine di questa Madonna.
In S. Maria Ara-Cœli de' PP. Fate bene fratelli 1615. 24. Agosto.
Nella Terra di Novate 1609. 13. Giugno.
Ragionamento fatto quivi in tal' occasione.
Nel Monastero di San Gallo ne' Svizzeri 1611. 1. Luglio.

D d d

Nella

Nella Terra di Lifone 1611. 24. Maggio.
 Ragionamento fatto quivi in tal' occasione.
 Nella Terra di Seregno Pieve di Desio.
 Nel Monastero di Cremela 1609. 30. Agosto.
 Ragionamento fatto quivi in tal' occasione.
 Nel Borgo di Vimercato.
 In Carono, e suo Ragionamento.
 In Serrata 1609. 28. Giugno.
 In Mariano 1609. 14. Agosto, e Predica.
 In Monza in S. Maria delle Grazie.
 In Masnago.
 In Albogasio in Valsolda 1612. 12. Febbraro.
 In Vigevano 1610. 28. Agosto, e sua Predica.
 In Belgiojoso Diocesi di Pavia 1610.
 Nella Madonna di Rhò 1609. 25. Luglio, e sua Origine.
 In Vigentino 1609.
 In S. Tommaso in Terra-Amata di Milano 1614. 13.
 Luglio.
 Ragionamento del P. Fedele Gesuita fatto in tal' occasione.
 Altro nella stessa Chiesa.

Vite di alcuni di questi Santi, di cui sono
 le Reliquie, come siegue:

Vita di S. Marcella Vedova,
 di S. Lucio PP. e Mart.
 di S. Dimas buon Ladro.
 di S. Quirino M. ec. aliorumque numero XXX.

Nomi de' Santi, le Reliquie de' quali si sono estratte
 da Roma, e da Colonia per opera di Gio. Ja-
 como Castoldo, e fatte processionalmente
 solenne Traslazione.

Chiese della Città di Milano, che partecipano del
 Sacro Tesoro, col numero de' Reliquiarj, e
 delle consegne loro, come n'appare per publici
 Instrumenti rogati da Bartolomeo Fiorino No-
 taro Archiepiscopale di Milano.

Chiese Forensi, che partecipano del Sacro Tesoro,
 col numero de' Reliquiarj, e delle consegne
 loro, come ne appare per publici Instrumenti
 rogati da Bartolomeo Fiorino Notaro Archie-
 piscopale di Milano, come sopra.

Distribuzione, e consegne fatte fuori della Diocesi
 delle Sante Reliquie.

Ambo Volumina habent suum Indicem generalem.
 Rerum, Verborumque, & sunt pagg. supra 1000.

D X X X I I I.

De CASTRO SEPRIO PHILIPPUS.

CAstrum Seprium vetustissimam Gallorum In-
 subriæ sedem, unde universam Regionem hanc
 Insubriæ nomen sortitam fuisse non infimæ notæ Scri-
 ptores autumant, Philippo Scriptori hinc memoran-
 do natale solum fuisse videretur. Nisi fortè, quod in
 aliis hujus Urbis Familiis videre licet, cognomen
 illud fuerit ab antiqua origine gentis suæ indè dedu-
 ctum. Quibus parentibus, quove Anno lucem aspe-
 xerit Philippus nos omninò latet; illa enim ignora-
 runt etiam Auctores omnes, qui de ejus Opere infra
 laudando meminerunt. Si autem divinare in tam te-
 nebricosa re nobis licet, in ea sumus sententia, ut cre-
 damus ipsum in vivis fuisse vergente Sæculo XIII. vel
 saltem sequentis initio, ad illa enim usque tempora
 Opus suum perduxit.

Illud hoc titulo prænotatum invenimus:

- I. Chronica Philippi de Castro-Seprio de dictis, & factis Ci-
 vilitatis Mediolani ab ædificatione Civitatis ad Annum
 Salutis MCCLXV. MS. in 4. sign. num. 86. in Bibliot.
 Imperialis Cœnobij Sancti Ambrosii Mediolani.
 Annexum habet hoc Volumen Anonymi cujusdam Opu-
 sculum de ædificatione Ecclesiarum Mediolani ab An-
 no DCCL. ad Annum MCCCCLXXVI.
- Agunt de Philippo nostro Moriggia Nob. Mediol. lib. III. c. 6.
 & Hist. Mediol. lib. I. cap. 60. atque Picinellus in Athe-
 nœo pag. 191. qui tamen ambo titulum Operis sic de-
 derunt; *Un' Istoria de i primi Re di Milano.*
- Aliud quoque Chronici hujus exemplum se Laudensi in
 Urbe vidisse testatur in schedis suis Cl. Beretta.

D X X X I V.

CASULIUS FRANCISCUS.

FRancisci Casulii hinc à nobis commendandi cogno-
 men Picinellus Casalium reddidit, ejus tamen
 sphalma nos docuit amantissimus Concivis noster, idem-
 que doctissimus Pater Andreas Gratioli ex Clerico-
 rum Regularium S. Pauli Decollati Congregatione,
 cujus Institutum Franciscus quoque amplexus est An-
 no MDCXVI. Hujus Viri eruditionem non infimam
 augustiorem reddidit virtutum omnium religiosum ho-
 minem decentium numerus, & inter eas indefessus
 regularis observantiæ zelus. Collegium Sancti Caroli
 in Urbe Florentia excitandi provinciam sibi à Con-
 gregationis suæ Præfulibus demandatam egregiè
 administravit; eoque in munere tantam ostendit doctri-
 næ præstantiam, & vitæ integritatem, ut apud Aulæ
 Proceres magnam sibi existimationem conciliaverit,
 ideoque ejus potissimum consiliis in animæ negotiis
 plurimi uterentur. Ferdinandus etiam II. Magnus He-
 truriæ Dux Casulium Theologum suum constituit,
 magnâ eidem mercede constitutâ. In ipsa etiam
 Urbe plurium annorum curriculo Philosophiam, &
 Theologiam, quam Moralem vocant, auditoribus
 tradidit. Præfuit quoque Pisano Collegio, ejusque
 operâ Pisarum Antistes in gravissimis suæ Ecclesiæ
 rebus non raro usus fuisse perhibetur; ac inter alia
 memorabile illud de eo, quod cum altero ejusdem
 Instituti socio ad componendos Liburnensis populi
 mores missus fuerit. Obiit Anno Redemptionis MDC-
 LIII. ætatis suæ LV.

Scriptit, atque vulgavit:

- I. Multa Consilia de variis Argumentis ad Jus Canonicum
 spectantibus.
- II. Alia de Theologicis Moralibus Casibus.
 Indicavit ea licet confusè Picinellus, nobis verò pro-
 jacent significavit jam laudatus Pater Gratioli.
 De eo cit. Picinellus in Athenæo pag. 206.

D X X X V.

CATTANEUS AURELIUS.

Postquam de Scriptoribus, qui Capitanei, sive de
 Capitaneis dicuntur, supra jam egimus, nunc ad
 Cattaneos transeamus, sed comite difficultate ibidem
 indicatâ; an pedem justè ponamus, nam & isti quan-
 doque de Capitaneis se ipsos vocant, verùm Lectores
 mei iterùm moniti nihil me laboris, atque diligentia
 prætermisisse, in discernendis utriusque cognominis
 Viris, an mihi pro voto res obtigerit, eâ, qua præ-
 diti sunt prudentiâ judicabunt. Primus igitur mihi
 se offert Aurelius Cattaneus Jacobo à Secretis Sena-
 tus Excellentissimi patre, ex Beatrice Bottaccia con-
 juge Mediolani natus. Hic Avi sui Lanfranchi, cujus
 haud multò post non sine laude memoriam recolemus,
 secutus vestigia, Jurisprudentiæ sub celeberrimo An-
 drea Alciato sedulam adedè dedit operam, ut omnes
 ætate sua in foro Mediolanensi versantes, & erudi-
 tione, & fama superare visus fuerit. Neque tamen
 interea ab Eloquentiæ studiis, in quibus ab ipsâ ado-
 lescentia plurimum valuit, abstinere passus est; ut fá-
 tis evincunt ea, quæ

Edidit, nempe

- I. Declamationes IV.
- II. Epistolarum librum. Ambo uno volumine. *Novaria*,
 1566. quod inscripsit Præfidi Petro Antonio Mariano.
 Taëgius in Responcionibus pag. 29. eum vocat *avim*
sua partem.
 De ipso agit Corta in Addendis ad Musæum Novariense
 pag. 125. MS. apud Franciscum Onuphrium Cortam.
 Jctum Auctoris filium, atque Picinellus in Athenæo
 pag. 62.

DXXXVI.

D X X X V I.

CATTANEUS CAROLUS AMBROSIVS.

DE Carolo Ambrosio Cattaneo Societatis Jesu Presbytero alibi egimus in hac nostra Bibliotheca, sicuti mentio reiterabitur cum loquemur de pluribus aliis ejus discipulis, qui in ipsa locum obtinent, ejusdem doctrinæ gratiâ. Mediolani igitur à Simeone, atque à Lucia Bacciocha parentibus progenitus fuit hic Auctor. Sortitus perspicacissimam mentem, hanc assiduo studio diligentissimè excoluit. Excellebat in Theologicis, sed à Superioribus destinatus ad docendas amoeniores scientias, professus est Rhetoricam. pluribus annis in Braydensi Universitate cum singulari approbatione, & laude. Subinde transgressus in domum Professam Sancti Fidelis, Sacram Scripturam pomeridianis horis dierum Festorum explicavit populo semper frequentissimo, & avidissimo. In eodem Templo diebus Veneris Sermones de Præparatione ad bonam mortem, si non primus induxit, saltem sua dicendi suavitate, & efficacia celebriores, & utiliores reddidit, accurantibus certatim auditoribus, præsertim Nobilibus. Idipsum præstitit in usu Exercitiorum Sancti Ignatii, quæ in variis suburbanis domibus, & deinceps, donec vixit in ea, quæ Senavæ nomen obtinet ad hunc finem instituta, & opportunè ornata sæpius quotannis explicavit, pluribus ibi collectis procul à terrenarum rerum strepitu. Immo etiam quotannis publicè in Templo convenientibus ad pias Meditationes ex omni civium ordine plurimis, idem præstitit. In dirigendis ad Christianæ virtutis perfectionem Sodalitatibus Beatæ Virginis Deiparæ miram habuit dexteritatem, felicitatemque. Item in excolendis Sanctimonialium Cœtibus, in Sacris Missionibus per Provinciæ oppida, in ministrando Sacramento Pœnitentiæ, in assistendo morientibus factus omnibus omnia. Certè hujus viri operâ totius Urbis mores in longè meliores mutati sunt. Nimiis oppressus laboribus cessit tandem naturæ labenti. Toleratâ patientissimè longâ ægitudine, receptis cum magnæ reverentiæ, & fiduciæ expressione ultimis Sacramentis, præsens sibi & ferenus usque ad extremum inter pias adspiraciones, & preces in eadem Sancti Fidelis Professorum Domo obiit XIX. Novembris Anno MDCCV., sui que perennem memoriam in benedictione reliquit.

Vulgata sunt post ejus mortem sequentia ipsius Opera :

- I. *Esercizio della buona Morte: Discorsi del Padre Carl' Ambrogio Cattaneo della Compagnia di Gesù. In Milano, appresso Domenico Bellagatta, 1713. in 4.*
- II. *Lezioni Sacre dello stesso Autore Tomi II. Ibid. 1713. o 1714. in 4.*
- III. *Panegirici, Orazioni funebri, e Discorsi varj dello stesso. Ibid.*
- IV. *Raccolta di varj Discorsi, Efortazioni, e Meditazioni dello stesso. Ibid. 1718.*
Opera prædicta pluribus aliis in urbibus iterum aliis typis impressa sunt. Vulgati sunt etiam sub ejusdem Patris Caroli Ambrosii Cattanei nomine duo sequentes libri Romæ, & Mediolani.
- V. *Esercizj di Sant' Ignazio: Opera postuma del Padre Carl' Ambrogio Cattaneo della Compagnia di Gesù. Milano, nelle Stampe di Giuseppe Agnelli, 1727. in 8.*
- VI. *Massime Eterne proposte in varie Lezioni per chi si ritira negli Esercizj Spirituali di Sant' Ignazio: Opera postuma dello stesso Autore. Ibid. 1728. in 8.*
Plures eum laudant, inter quos Curtius in pluries memorato libro de Script. Med. Mediol. pagg. 144. & 200.

D X X X V I I.

CATTANEUS FLAVIUS.

Flavii Cattanei Mediolanensis ad sacra præsertim studia proclive ingenium ad Religionis ideam semetipsum composuit. Etenim præclara præditus indole Clericorum Regularium Sancti Pauli Decollati

A Congregationem adolescens elegit, ubi studiosissimè Christi præcepta secutus, atque vestigia, in ejusdem Passionis memoria assiduè versabatur. Ut eam Fideles utiliter recolerent, modum aptissimum excogitavit, quem legimus in libro mox laudando. Per plures Annos in Collegio Sancti Fridiani Pifarum de morte christianè obeundâ Sermones ad Populum habuit. Obiit in eodem Collegio Anno MDCLXXVII.

Habemus hujus Scriptoris, quæ sequuntur:

- I. *Modo breve di far memoria con frutto della Passione di Gesù. Milano, in 12.*
- II. *Sermones prædicti MSS. apud Suos Pisis servantur. A Suis.*

D X X X V I I I.

CATTANEUS FRANCISCUS.

Franciscus Cattaneus Triviliensis, fervente in Belgio inter Hispanos, Batavosque bello, in eas oras profectus sub Ambrosio Spinula magni nominis Duce inter honorarios Milites arma suscepit. Erat illi animus audax, sed prudentiâ temperatus, factusque ad artium studia, quæ ex juventute contempserat; tum corpus viribus robustum, aptumque ad labores perferendos. Inde Ordinibus additus ad majorum obsequia pronus, eorum colloquiis delectabatur, notabatque quidquid in utilitatem vel rei militaris, vel privatim suæ faceret. Cum ob bellicam fortitudinem, & felicia sæpe in eludendis hostibus consilia, Spinulæ innotuisset, adlectus est primæ centuriæ signifer in Insubrum Legionem. Tum Centurio, mox vigiliarum Præfectus, demum Protribunus toti Legioni præficitur. Eum comitem sibi Spinula voluit, cum rectorus Insubriam, ex Belgio in Italiam adventaret. Quin etiam à Rege Tribunatum Legionis Cattaneo impetravit. Interim Vicarius etiam Ducis supremi electus est, quo tempore Spinula vivere desuit. Exortis contentionibus in Republica Lucensi, ad comprimendos motus, Catholici Regis mandato, eò missus est à Governatore Mediolanensi Cattaneus cum valida militum manu; ibique tanta comitate, atque prudentia rem gessit, ut pacatis tumultibus tranquillitas fuerit restituta. Hujus beneficii memores Lucenses eum donis cumulatum, & publica gratiarum actione decoratum rogarunt, ut in rei bene gestæ monumentum, eorum Civitatis insignia gentilitio Cattaneorum stemmati adjungeret. Post eam expeditionem in Patriam redux, gravi morbo correptus occubuit. Etiam inter arma vacuas nactus horas Tacticæ, & Meccanicæ Operam dedit, ut indicant sequentia ejus opera:

- I. *Rei Tacticæ Commentaria.*
- II. *Libellus de Prudentia Militari.*
Servantur MSta in Archivo Nobilium Cattaneorum Trivillii
- III. *L'Ugualità superabile, cioè, come vincere si possa con ragione taluno de' due nemici eserciti, supposti di forze pari, la giornata d'una battaglia campale. Discorsi, ed Arte militare del Tenente di Maestro di Campo Generale Francesco Cattaneo, all' Eminentiss. Principe Cardinale Trivulzio. Milano, presso il Gbissolfi, in 4. grande. Hujus Operis nuncupatoria data est Trivillii Kal. Febr. Anno MDCXLIX.*
Hunc cum aliis doctis Triviliensibus debeo doctissimo, & amicissimo Canonico Hieronymo Barizaldo.

D X X X I X.

CATTANEUS JACOBUS.

Lanfrancus Cattaneus Mediolanensis, cujus Jafon meminit in Consilio III. Vol. IV. Jacobum genuit Aurelii, cujus Elogium supra dedimus, Patrem. Jacobus igitur ob singularem integritatis famam Excellentissimi Insubriæ Senatus à Secretis electus diu in eo munere perseveravit. Cumque in Foro versantibus prodesse cuperet, sequenti Operi manum admovit, quod quantæ sit utilitatis omnes facillè judicant.

bunt. Nam non recentia solum, atque ætate sua condita Principum Decreta diligentissimo labore congesta à temporis edacitate vindicavit; sed vetustiora etiam in suum intulit Codicem. Vivebat circa medium Sæculi decimifexti. Alium quoque filium, præter Aurelium genuit, Ambrosium videlicet, cuius sepulchro in Parochiali Ecclesia Sancti Viti hujus Urbis, cui cognomen *ad Pasquirolo*, hæc insculpta leguntur hausta è Collectione Comitum Octavii Archinti.

AMBROSIO CATTANEO IACOBI FILIO
VIXIT ANNOS XLIV.
OBIIT MDLXV.

In commendationem infra laudandi Operis hoc Carmen Gabriel Phaërus cecinit in fine ipsius libri impressum.

*Insulbrum Decreta Ducum, Legesque vetustæ,
Vastum incompositâ mole Volumen erat.
Congeriem informem, confusaque Jura Senatus
Digessit certis, disposuitque locis.
Inque novam legum faciem, corpusque redegit,
Fusaque in exiguum membra coëgit opus.
Hos igitur quisquis veterum faragine legum,
Atque indigesta mole gravatus erat,
Perlegat, utatur, sunt hæc brevitate minores,
Ordine majores, utilitate pares.*

Hunc præfert titulum Jacobi Opus:

- I. Constitutiones Domini Mediolanensis in Ordinem redactæ à Jacobo Cattaneo Senatus Secretario. *Mediolani, 1541. fol. sine Typogr. nomine.* Videndæ Schedæ Sitionianæ.

D X L.

CATTANEUS JOANNES ANDREAS.

Cæteros inter Eruditos Viros, qui ex Cattanea Gente prodire, locum sibi jure vindicat Joannes Andreas in Oppido Vogonia ad Verbanum Lacum in Valle Ossulæ sito natus, etsi ignotus fuerit Cl. Cottæ, qui omnes doctos Viros in Novariensi Diocesi natos, quamvis in Mediolanensi Ducatu lucem viderint, in suum Musæum Novariense intulit. Astronomiam præter alias scientias Cattaneum nostrum dilexisse evincunt infra laudanda ipsius Opera, quæ inscripsit laudatissimo Cardinali Friderico Borromæo Eruditorum sui temporis Mecœnati eximio. Id postulare videbatur, & tanti Antistitis erga litteratos homines munificentia, & locus ipse Auctori natalis; Vogonia enim inter ea computatur Oppida, quæ Clarissima Borromæorum Prosapia Feudali titulo possidet. Extremum Scriptoris Annum hætenus ignoramus.

Hæc ergo invenimus ab eo conscripta:

- I. De i Presagi de' Tempi, e della mutazione dell' Aria da diversi Scrittori, e dall' esperienza dell' Autore nuova Raccolta di Gio. Andrea Cattaneo da Vogogna delle Scienze, ed Arti Astronomiche Professore, Opera dedicata al Cardinale Federico Borromeo li XII. Maggio MDCXXIV. MS. in Biblioth. Ambros. Cod. signat. N. num. 63. pagg. 144. in 4.
II. Prognostici de' Tempi secondo la naturale osservazione del Sole, Luna, e Stelle. MS. in eodem Codice. Et Picinello, & omnibus alijs hætenus ignotus fuit hic Scriptor.

D X L I.

CATTANEUS JO. BAPTISTA.

Joannes Baptista Cattaneus Trivillii natus, Francisci, cuius supra meminimus, & Susannæ Carcanæ conjugum filius, à pueritia litteris excultus, adolescentiam ingressus, ad Patrem profectus, eo Instituto nomen Militiæ dedit. Meccanicis Artibus, atque profunda Tacticorum cognitione florens per varias dignitates ad peditum Tribunatum evectus est. Singulari prorsus fortitudine pluribus in præliis enituit, præsertim verò Anno MDCLVIII. adversus Gallorum impetum Trivillum Patriam suam defendit, cuius Populum tam præclarè ad Militiam erudierat, ut nullo alio fretus auxilio hostiles copias ne dum cohibuerit, sed aperto etiam Marte fuderit. Usus est memorabili stratagemmate; consistentibus enim Gallis ad Abdiam fluvium, Cattaneus eductos Oppidanos suos congruis disponit locis, tum jubet undequaque pulsari tympana, quæ crebra paraverat, alia in Germanorum, alia in Italicorum, alia denique in Hispanorum morem. Igitur veriti Galli, ne in insidias incurrerent, versa facie in Castra regrediuntur. Eo facto magnam sibi gloriam conciliavit, & paucos post menses Mortariensis Municipii Præfectura à Rege Catholico donatus est, quod summæ existimationi tribuendum videtur, cum Arcium curatio Hispanis tantum committi consuesceret. Apud Ossonzæ Ducem Insulbræ Proregem magna in opinione fuit, & tam familiariter habitus, ut ad Sponsam sibi ex Hispania deducendam eum miserit. In reditu maris procellâ jamjam opprimendus, omnibus de salute desperantibus, Cattaneus Virgini Matri vota concepit, & non sine prodigio cum cæteris omnibus ad oram Ligusticam prope Castrum Finarium appulit. Debitas Deiparæ grates redditurus insigni Templo Sanctæ Mariæ Lacrymarum Trivillii argentea sex magni ponderis, & eximii operis candelabra in Aræ Maximæ ornamentum donavit. Mortariam profectus intra paucos Menses vivere desiit, cum ultimis Tabulis, si quando fratris sui mascula proles deficeret, Templum ipsum scripsisset hæredem. Obiit Prid. Id. Julias Anno Redemptionis MDCLXXVII., atque illius Cadaver in Ecclesia Monialium Sanctæ Claræ ibidem conquiescit, imposito marmoreo titulo Hispanica lingua inscripto:

AQVI YACE EL MRÈ DE CAMPO
IVVAN B. CATTANEO DE CAPITANI
DE ARZAGO
NATVRAL DE TRIVICO
SIRVIO A SV MAG. XXXVIII. AÑOS
ASSI EN ALEMANIA LOMBARDIA
COMO EN ESPAÑA Y NAPOLES
HAVIENDO OCVPADO LOS PVESTOS
DE CAP. SARGENTO MAYOR
Y MRÈ DE CAMPO
FALLECIO A XIV. IVLIO MDCLXXVII
SIENDO GOV. D'ESTA PLAZA DE MORTARA
DE EDAD LXIV. AÑOS.

Superfunt ejus ingenii monumenta:

- I. Tractatus de Peditibus pro quacumque loci ratione ordinandis.
II. Polygrammata figurarum acies disponendi contra quocumque hostiles incurfus.
III. Commentarius Belli Italici, & Rerum à se gestarum. Extant in Archivo Nobilium Cattaneorum Trivillii.
IV. Opera varia ad rem militarem spectantia lingua Hispanica, quibus titulus:
Obras del Maestro de Campo Iuvan Battista Cattaneo de Capitani de Arzago Governador de Mortara hyco del Teniente General Don Francisco. In

In his sunt variae Consultationes pro muniendo Oppido Mortariae, & nonnulli Sermones militares. MS. in 4. penes Marchionem Josephum de Abdua. Vol. II. in fol. Videndus Carolus Antonius Cameronus in Hist. B. V. M. Lacrymarum Trivillii; impress. 1731. in 16, cap. 6. & 13., pag. 29. 67. & seqq., & Acta impressa Collegii Judic. Mediolani, sub die XVI. Maji, MDCXCVIII. in fol. penes Clar. Sitonum.

DXLII.

CATTANEUS JOANNES MARIA.

Julium Cattaneum, atque Sigismundam Curionam nobiles jugales in hac Urbe parentes habuit Joannes Maria, lucemque vidit die XXVI. mensis Februarii, anno redemptionis nostrae MDCXV. Leges cum percepisset, lauream adeptus est in Academia Ticinensi, Prid. Kal. Feb. anno MDCXXXVI. In Foro magnum adeptus nomen, pluribus in Oppidis Regius Praetor floruit ab anno MDCXXXVIII. usque ad MDCLV. Mox Archiducalis Consiliarius Austriae sic se gessit, ut ab Archiduce Ferdinando Carolo, Diplomate, dato Oeniponti die X. mensis Julii, anno MDCLVI. Dominus Asceemburgh. S. R. Imp. liber Baro à Mandlberg, una cum liberis, & descendentibus utriusque sexus fuerit constitutus. Obiit die XVII. Martii, anno MDCLXXVIII. conditusque jacet in Templo S. Jacobi Oppidi Castelli supra Leucum, apud Minores Strictioris Observantiae cum hac Epigraphe.

D. O. M.

VETVSTO NOBILIVM CROTTORVM

SEPVLCRO IMPOSITVM LAPIDEM

AC NOBILI VIRO D. IOANNI M. CATTANEO

ARCHIDVCALI CONSILIARIO AVSTRIACO

SAC. ROM. IMP. BARONI A MANDLBERG

ET BARONISSAE D. ANNAE MARIAE

CROTTAE

PARENTIBVS OPTIMIS HIC QUIESCANTIBVS

D. IVLIVS D. CAROLVS IOSEPH

ET D. GEORGIVS SAC. ROM. IMP. BARONES

PIETATIS ET AMORIS ERGO

INSTAVRARVNT

ANNO MDCLXXVIII.

Scriptit

- I. Decisiones Excelli Regiminis Proviaciarum Superioris Austriae. Servantur in Archivo supradicti Tribunalis in Civitate Oenipontana.
- II. Legalium Consultationum Tom. II. MSS. in fol., extant penes Capitaneum Johannem Cattaneum Sacri Rom. Imperii Baronem à Mandlberg, Auctoris ex filio nepotem.
- III. Tractatus historicus, & genealogicus de Nobili Familia Cattanea, MS in fol., extat penes eundem Nepotem. De ipso agit doctissimus Sitonus in Opere suo, cui titulus: " Probationes nobilis, ac legitimae descenditiae, & civilitatis Equestris Familiae Nobilium de Cattaneis &c. edito Mediol. apud Malatestam, 1738. in fol., atque in Schedis, in quibus nobis dedit stemma hujus Cattanae Gentis, deductum ab altero Joanne Maria hujus Avo, ad nostra usque tempora.

DXLIII.

CATTANEUS JOSEPH.

Joseph Cattaneus, parentibus Simone, & Lucia Bacciocca jugalibus, Mediolani natus, XVI. suae aetatis anno Eremitarum Nudipedum Sancti Augustini Regulam profitentium, ut Deo inserviret, habitum induit Anno MDCLXXXII. assumpto nomine Jacobi à Sancta Lucia. Vota sua Domino reddidit Anno sequenti, die XXIV. Februarii in Templo Sanctae Franciscae extra Portam Orientalem hujus Urbis. Plures postmodum Annos in addiscendis Philosophia, atque Theologia impendit, cumque ad Eloquentiae studia, ipsa impellente natura, propenderet,

Tom. I.

exemplo etiam ductus Caroli Ambrosii Societatis Jesu Presbyteri fratris sui, quem pluries laudibus debitis profecuti sumus, Oratoriae se totum dedit. Verbum Dei per Annos XXXVIII. Quadragesimali tempore, in primariis Italiae Urbibus, summo cum Auditorum plausu, atque progressu disseminavit. Multas etiam Panegyres habuit expetitus, atque rogatus, cum de praecipuis solemnibus ageretur, vel de Proceribus defunctis funebri laudatione commendandis. Apud exteros, sui que Instituti Professores magni habitus fuit; ideo non semel Definitoris, Provincialis, ac Generalis à Secretis munera exercuit. Sublatus fuit Apoplexiae morbo, dum post peractum Deo Sacrosanctum Missae Sacrificium piissime oraret in Templo Sanctorum Cosmae, & Damiani in Monteforti hujus Civitatis suburbio, die XVI. Februarii anno MDCCXXXVII. aetatis suae LXXI.

Post se haec Opera reliquit partim edita, partim manuscripta:

- I. Panegirico fatto in Santa Maria della Passione de' Canonici Lateranensi di Milano nel giorno, che l'Eccellentiss. Sig. Duca Moles Ambasciadore di S. M. C. C. vi fece cantare solennissimo Te Deum per la Vittoria di Napoli l'Anno MDCCVII. li XXV. di Luglio. Milano, presso il Monza, in 4.
- II. Altro della Santissima Nunziata.
- III. Altro della B. Vergine della Porziuncola. Napoli, in 4. Has ambas Panegyres recitavit in eadem Urbe coram Prorege, atque Aulæ Proceribus.
- IV. Altro di San Petronio.
- V. Altro di Santa Cattarina da Bologna. Ivi, per il Longbi, 1719. in 4. Has etiam ambas habuit Bononiae dum in Insigni Basilica Sancti Petronii Quadragesimale recitaret ipso anno.
- VI. Altro delle Sagre Spine. Piacenza, per il Zambelli, 1717. in 4.
- VII. Altro su lo stesso Argomento. Ivi, presso lo stesso, 1724. in 4. Habita sunt ambae Placentiae in Templo S. Antonini annis supramemoratis, quibus Quadragesimales Conciones ibi pronuntiavit. Secunda nuncupata fuit Francisco I. Parmae, & Placentiae Duci.
- VIII. Altro di Santa Maria Maddalena de Pazzi. Napoli, in 4.
- IX. Altro su lo stesso Argomento. Ivi, in 4.
- X. Altro di Sant' Agostino. Ivi, in 4.
- XI. Altro de' Santi Pellegrino Laziosi, e Filippo Benizio, recitato in Milano nella Chiesa di S. Maria de' Servi, nel giorno, che correvano le Feste di amende i Santi. Milano, per il Malatesta, 1727. in 4.
- XII. Orazione Funebre del fu Eminentissimo Principe Pietro Priuli Cardinale, e Vescovo di Bergamo, recitata in quella Cattedrale. Bergamo, per il Santini, 1728. in 4.
- XIII. Il Cambio delle Corone: Discorso per Sant' Anna recitato in Piacenza nella Chiesa di S. Bartolomeo degli Agostiniani Scalzi, in occasione di una nobile Adunanza fattasi in quella Chiesa ad onore di detta Santa: dedicato all' Altezza Serenissima di Dorotea Soffia di Neoburgo Duchessa di Parma, e Piacenza. Ivi, in 4.
- XIV. Discorso di Sant' Antonio di Padova.
- XV. Altro dello stesso Santo.
- XVI. Altro per la B. Vergine delle Lagrime di Foligno. Haec omnia, cum aliis pluribus Sacris Orationibus variis in Urbibus lucem viderunt. Quae autem sequuntur inedita sunt.
- XVII. Prediche Quadragesimali in gran numero.
- XVIII. Discorsi Saggi in più Volumi.
- XIX. Poesie Italiane, e varj Oratorj. Sorvantur MSS. in Bibliotheca praedicti Coenobii SS. Cosmae, & Damiani sui Ordinis Mediolani. Haec à Suis.

DXLIV.

CATTANEUS JULIUS CAESAR.

Julium Caesarem Cattaneum Mediolanensem Virum sacra praesertim eloquentiam insignem fecit. Neque tamen ei defuerunt ornamenta caetera eruditus hominibus, praesertim Divinis Ministeriis vacantibus, propria; cum enim vix adolescentiam egressus Congregationi Oblatorum SS. Ambrosii, & Caroli adscriptus foret, Theologica studia diligenter percurrens magnam in ea scientia existimationem acquisivit.

E e e

In

In primario hujus Urbis Clericorum Seminario per multos annos Rhetoricam artem è Cathedra docuit, & aliquando ibidem studiorum Præfectum, ingenti cum Alumnorum fructu, egit. Eam quoque Theologiæ partem, quæ Moralis dicitur, in altero Seminario, Canonica nuncupato, quod olim Humiliatorum Ordinis Sedes fuit, Clericis tradidit, è quibus non pauci Præceptoris eruditionem ostenderunt. Interim tamen in Sanctorum commendationem, aliaque hujus generis argumenta è suggestu frequentissimè oravit, nedum Mediolani, verumetiam Bergomi, Brixiae, Veronæ, Mantuæ, & in cæteris Italiæ Urbibus, quibus notissimum erat Cattanei nostri nomen, inter sacros mox elapsi Sæculi Oratores primarii. Romam postea contendit, ab Alphonso Litta S. R. E. Cardinali, & Mediolanensi Archipræsule missus, ut Ambrosianæ Ecclesiæ negotia curaret. Inde reversus, Vicomercati Oppidi non infimæ notæ Collegiatam Ecclesiam regendam suscepit, ibique Præpositus obiit. Quamvis autem pro Instituti nostri ratione inter breviores collocandus videretur, cum duas tantum ejus Orationes editas habeamus, id facere vetat prioris præsertim, quam in Synodo recitavit, meritum; excepta enim fuit communi Doctorum omnium plausu, Oratoris ingenium, eruditionemque mirantium.

Igitur præter MSS. alias plurimas Panegyres, quas periisse molestissimè ferimus, has edidit, quarum titulus est:

- I. Oratio habita in Basilica Metropolitana, cum Synodus XXXV. celebraretur.
- II. Le Metamorfosi: Discorso per S. Antonio di Padova. 1652. Harum meminit Picinellus non indicato pro consuetudine Typographo, vel loco, in Athenæo pag. 359.

DXLV.

CATTANEUS PROSPER.

Prospero Cattaneo natale solum Insubriæ Metropolitanis fuit; parentum verò nomina, ejusque acta, delevit oblivio. Hoc unum scimus, plurimum Poëtica facultate delectatum fuisse, ut apertissimè produnt Carmina sparsim vulgata, quæ infra citabimus. In eis Scriptor noster ostendit quo fuerit præditus ingenio. Vixit vergente Sæculo XVI.

Hæc ejus habent posteritæ:

- I. Tria Carmina Italica in libro, cui titulus: „ Rime di „ diversi nobilissimi, ed eccellentissimi Autori in lode „ della Signora Donna Lucrezia Gonzaga Marchesana. „ *Bologna*, 1565. in 4. Ibi se dicit Mediolanensem.
- II. Plurima ejus Carmina Italica in Collectione Gherardi Borghonii, Anno MDXCIX. *Venet. apud Minimam Societatem.*
- III. Carmen Ital. vulgo *Sonetto*, extat in libro, cui titulus: „ Mausoleo di varie Poesie in morte di Giuliano Goffe- „ lini, *Milano*, 1588.
- IV. Carmina alia Italica; extant in Libro, cui titulus: „ Le „ Cento Donne di Casale in Monferrato, cantate da „ Orazio Navazzotti, l'Asciuto Accademico Desioso „ „ *In Pavia, appresso Girolamo Bartoli*, 1591 in 12.
- V. Alia in Libro: „ Raccolta per la Coronazione di Vi- „ cenzo Gonzaga. „ *Ex Quadrio*, della Storia, e della Ragione d'ogni Foe- „ „ fia T. II. pag. 275.
- VI. Madrigale; extat in Libro: „ La Ghirlanda della „ „ Contessa Angela Maria Bianca Beccaria, contesta di „ „ Madrigali di diversi Autori, raccolti, e dichiarati „ „ dal Sig. Stefano Guazzo Gentiluomo di Casale di Mon- „ „ ferrato. *In Genova, per gli Eredi di Girolamo Bartoli*, 1595. in 4.

DXLVI.

CATTANEUS SEBASTIANUS.

Sebastianus Cattaneus claro apud Insubres sanguine Mediolani natus, adolescens in S. Eustorgii Cœnobio Prædicatorum Ordini adscriptus, pietati sic & litteris vacavit, ut etiam præclare pro Religione sua ab eo gestis deinceps, Ordo ipse plurimum inclaruerit. Præter Philosophicas, atque Theologicas quæstiones, Hebraicas etiam litteras optimè noverat. Postquam autem pluribus cum laude functus esset cum Divini Verbi populis nunciandi, tum & Scholæ, ac Præfecturarum in Ordine muniis, rude donatus Academico Provinciæ præfuit Hungaricæ, cui sanè ad eam refarciendam, reliquiasque salvandas tam insigni Rectore opus erat. Et si enim olim inter pri-

arias Ordinis, antiquasque floruerat, jam cum ab incursionibus, & invassione Turcarum, tum & Hæreticorum Potestantium quaqua latè patebat Regionem ferro, & igne populantium furore miserè foedata, dilaniata, tantumque penitus non extincta erat, quam ille suscitare, fovereque toto studuit animo. Hinc idem ei prorogatum munus in Comitibus Generalibus Romæ habitis Anno MDLXXXIX. in cujus Actis hæc leguntur: „ Confir- „ mamus in Provinciam nostræ Provinciæ Hungariæ „ R. P. Magistrum F. Sebastianum Cattaneum Illustrissi- „ mi Archiepiscopi Salisburgensis Theologum, & qua- „ „ tenus opus esset denovo creamus, & institutum cum „ „ solita auctoritate tum in spiritualibus, tum etiam in „ „ temporalibus usque ad Capitulum Generale proxime „ „ celebrandum. „ De ejus gestis legendus Sigismundus Ferrarius ejusdem Instituti Vir, in *Histor. Hungar.* pag. 596., qui & addit, Cattanei opera, & consilio Græcienle SS. Sanguinis Christi Alumnorum S. Dominici Hungarorum in Styria Cœnobium celebre, ac intra urbem (cum quorundam invidia, quibus visum est suis usibus commodum, jussi essent novis inquilinis cedere, aliòque migrare) in locum Sancti Andreæ extra mœnia urbis translatum, illo satius ducente vel tantillum loci saltem ibi recuperare, quam inde omnino exulare. Salisburgensis Antistes ac Princeps, Cattaneum, ut diximus, Theologum sibi selegerat, ac Pastoralis sollicitudinis etiam adjutorem, & administrum, quem ut sibi magis devinceret, & id sui juris erat, eum Episcopum Chiemensem Salisburgensis Ecclesiæ Suffraganeum promovit sub finem Anni MDLXXXIX vel initia sequentis, quam ille Sedem pluribus administravit annis, vigilantissimi Pastoris onus & Chiemi, & Salisburgi unâ indefessus implens, & intrepidus, oves à Lupis arcens, verbo & exemplo pascens; demum ineunte Sæculo XVII. jam ætate fractus, & laboribus, ad Ecclesiam Viglevanensem à Clemente VIII translatus est, datus cum futura successione Marfilio Landriano Patritio Mediolanensi Coadjutor, cui tamen præmortuus in Sede non successit, è vivis sublatus XXVIII. April. MDCIX., Landrianus verò VIII. Septemb. ejusdem Anni. Fuit autem apud Suos Sancti Eustorgii in claustris sepultus, ut testatur Inscriptio sequens ibidem marmoris incisa:

SEBASTIANO CATTANEO
EPISCOPO CHIEMENSI

PRAEDICATOR. ORDINIS THEOLOGO
ARCHIEPISCOPI SALISBURGENSIS
VICARIO GENERALI ET SUFFRAGANEO
HOMINI LITERIS MORIBVSQVE EXCVLTO
VT EIVS TESTANTVR OPERA
QVI VIXIT ANNOS LXIV.
EVSTORGIANI FF. PARENTI OPTIMO
MOERENTES POSVERE
KAL. MAII MDCIX.

Buccelinus Germ. Sacræ Tom. I. p. 49. eum vult jam Anno MDLXXXVIII. ad Ecclesiam Chiemensem promotum, cui ne assentiamur, obstat decretum Capituli Generalis Anni MDLXXXIX. supra relatam, quo in Festo Pentecostes altera vice datur Hungariæ Prior Provincialis.

Hæc ejus Opera, quæ hæctenus dictis lucem afferent:

- I. Enchiridion eorum, quæ in Controversiam vocantur, omnibus veræ pietatis cultoribus perutile, ac necessarium, Auctore Doctore Sebastiano Cattaneo Dominicano Illustrissimi D. Archipræsulis ac Principis Salisburgensis Theologo. *Ingolstadtii, Typis Davidis Sartorii*, 1589. in 8. Quæ editio probat tum nondum Chiemensem Episcopum promotum. Opus autem eidem Archiepiscopo Volfango Theodorico Auctore nuncupat, Salisburgi, die Assumptionis B. V. MDLXXXVIII.
- II. Explicatio in Catechismum Romanum ex Decreto Concilii Tridentini, & Pii V. jussu editum, Auctore Sebastiano Cattaneo Ord. Prædicat. Episcopo Chiemensis. *Ibid. apud eundem*, 1590. in 8. Opus præclarum F. Hieronymo Bernerio S. R. E. Cardinali ex Ord. Prædicat. assumpto Mæcenati suo ipso die Conversionis S. Pauli Apostoli XXV. Januar. MDXC. nuncupat F. Sebastianus Cattaneus à Mediolano Episcopus Chiemensis. Quod argumentum est non Anno tantum MDXCII. ad eam Insulam promotum, ut asserit Fontana in Theatro, & Monumentis.
- III. Summula Casuum Conscientiæ. *Tridentii, Typis Simonis Alberti*, 1592. in 8. Hanc XXV. Junii ejus Anni Fr. Michaëli Bonello Cardinali Alexandrino ex Ord. Prædica-

dicatorum assumto, & Sancti Pontificis Pii V. Nepoti nuncupavit Auctor. Iterum edita est hoc titulo: *Summula Reverendissimi D. Sebastiani Cattanei Episcopi Eccl. Chiementis Casus conscientiae singulari brevitate, atque facilitate complectens, nuper ab eodem passim aucta. Ut supra, 1600. Hæc est III. editio in Bibliotheca PP. S. Mariæ Gratiarum; & iterum ibidem 1603. in 8. pag. 554. Quam tertiam editionem Carolo Madrutio Episcopo, & Principi Tridentino Amico suo à Tridento dicat Auctor ipse Kal. Maji ejusdem Anni; Prodiit iursus Braxia, 1609. in 16. quæ extat in Biblioth. Barb. Quæ Summula breviter, & planè dubia ad certa capita ordine alphabetico revocat, atque resolvit.*

IV. Tractatus de Censuris ab aliquibus laudatur, sed à me nondum visus, quemadmodum neque Quetif, & Eccard se illum vidisse asserunt. Possévinus ait editum *Gracii, apud Gregorium VVidmanstadium, 1588. Iterum cum Appendice de usuris, & cambiis. Patavii, 1589. in 8.*

V. Tractatus de Examine ordinandorum recensetur à Fr. Sigismundo Ferrario citato, qui & plura alia ab eo composita refert. Possévinus sic titulum notat: *Censura promovendorum ad Ordines, Beneficia, sive ad officia Ecclesiastica per Quæstiones, & Responiones breviter digestas. Gracii à pralo Gregorii VVidmanstadii, 1589.*

VI. Opus adversus Hebræos, atque Hæreticos: ex Picinello loco citando.

Præter supradictos, de eo agunt Quetif, & Eccard in Biblioth. Ord. Præd. Tom. II. pag. 369. Pius in Append. Fernandez, Altamura ad Annum MDXCII. Crescentius in Præsid. Rom. Part. III. lib. III. num. 21. Picinellus in Athenæo pag. 487. aliique plures.

DXLVII.

CATTAPESTA GERARDUS.

Gerardum hunc Cattapestam, de quo Bernardinus Corius Mediolanensis Historicus celeberrimus agit ad Annum Salutis nostræ MCCLXIV. à Lomatîo dictum reperio. Causam hujus additamenti, ut verum fatear, ignoro. Comes tamen Octavius Archintus indefessus ille, atque solertissimus Antiquitatum omnium, præsertim verò ad hanc Urbem spectantium indagator, in Volumine I. insignis Collectionis Monumentorum Familiarum Mediolanensium arbitratu Cattapestam à Lomatîo appellatum, vel quia ab eo Oppido oriundus esset, vel quia in Lomatiam Gentem jure adoptionis transfisset. Monuit tamen nos amicissimus Sitonius à Lomatîo dictum Gerardum, quia in finibus Oppidi Lomatii latifundia possidebat. Quidquid hac de re sit, prudentiæ laude sic floruit Gerardus noster, ut cum eodem Anno MCCLXIV. nova Mediolanensis Reipublicæ concederentur Statuta, ipse inter alios insignes Viros in hoc Opere loco suo commendandos electus plurimum in his sancendis laboraverit. Laudarus Cl. Sitonius in p. p. sui Theatri Equestris Nobilitatis pag. 13. hos versus Raphaëlis Toscani, in quibus Cattapesta noster memoratur cum aliis, qui Statuta hujus Urbis condiderunt, protulit.

De le Sacrate Leggi have Milano

*Partorito la gloria, e lo splendore,
Questi i primieri fur, Silvio Giuliano
Avo del gran Giuliano Imperadore.*

Vincentio Glossator, Giovan Lignano.

Dall' Horto Uberto di Minerva honore,

Gherardo Catapisto, e Paol, quello

Di Leazarno, spirito altero, e bello.

Signorolo Omodei, Decio, e Giasone,

Pileo da Monza, l' Alciato altero,

E Guarnero, e Christofan Castiglione

Pregio dico a le Leggi, e lume intiero ec.

Idem Sitonius arbitratu Cattapestam Familiam eandem esse ac Cacapistam, ex qua Gerardus alter à

A nobis jam commendatus floruit Sæculo XII. Cum autem citatus Comes Archintus utramque Familiam distinguat, non ausi sumus ab eo recedere.

Hæc ea sunt, quæ nobis de ipso occurrunt, videlicet:

I. Statuta Mediolanensium cum aliis ab eo composita.

DXLVIII.

CATTENAGUS BASSIANUS.

Bassianum Cattenagum Mediolanensem, neque de nomine salutandum novissemus in hac Collectione nostra, nisi celeberrimi Vatis Infubris Augustini Terzaghi testimonium eum inter Eruditos collocandum esse monuisset. Optandum esset interea, ut plura ad nos de Actis ejus pervenissent, quò liceret Lectori optimo pro instituti ratione satisfacere. Sed cum diu conquistum Opus diligentiam nostram fefellerit, ideoque periisse existimemus, titulum saltem proferemus:

I. Tractatus de Deipara, & Sancto Joanne Baptista. Illum indicavit Terzagus Epigrammate in hujus Operis laudem conscripto, quod extat inter ejusdem Carmina pag. 143. unde Poëtæ cœvum Cattenagum fuisse credimus.

DXLIX.

De CAVALLERIIS AMBROSIUS.

Quis unquam pro merito debitas poterit grates reddere laudatissimo Præsuli hujus Urbis, & S. R. E. Cardinali Amplissimo Friderico Borromæo bonarum artium Parenti Optimo, qui undique regio sumptu collecta Eruditorum Volumina, præsertim Manuscripta, in celeberrimam Ambrosianam Bibliothecam à se conditam intulit? Quot enim Doctorum Virorum labores, & ipsa quoque nomina penitus interiissent, nisi tantus Præsul Sæculis omnibus profuturum beneficium in Litterariam Rempublicam contulisset? Id fortè accidere poterat Ambrosio Cavallerio Mediolanensi Francisci filio, cujus recensendum hic Volumen optimè notæ, & non mediocri labore compactum reperi hoc prænotatum titulo:

I. Terentii Comædiæ scriptæ, & adnotationibus eruditis marginalibus, necnon variantibus lectionibus interlinealibus locupletatæ, Auctore, & Scriptore Ambrosio de Cavalleriis Mediol. Anno MCCCCL. Mense Januario. MS. in fol. signat. I. num. 103. litteris rubro-nigris in Biblioth. Ambros.

DL.

CAVALLERIUS BONAVENTURA.

Bonaventura Cavallerius Mediolanensis, celeberrimi Galilæi, & Patris Castelli discipulus, cum juvenilibus adhuc annis Ordinem Jesuatorum in Templo Sancti Hieronymi in suburbio Portæ Vercellensis hujus Metropolis amplexus fuisset, in eodem Cœnobio anno ætatis suæ primo supra vigesimum Sacræ Theologiæ Quæstiones enucleandas suscepit, idque muneris magna cum hominum admiratione per multorum annorum curriculum exercuit. Rapiebatur tamen interim propendente natura ad Mathematicas artes, in quibus quantum excelluerit, facile ex ipsius Codicibus cognoscere licet. Maximam nactus fuerat apud Principes, atque Optimates complures existimationem, quos inter Fridericus Cardinalis Borromæus hujus Urbis semper memorandus Antistes doctis Cavallerii sermonibus sæpissimè fruebatur, non tantum Mediolani, sed etiam cum animi relaxandi gratiâ ruri moraretur. Meditabatur Cardinalis optimus Bona-

naventuram inter Ambrosiani Collegii haud multo pridem ab se conditi Doctores enumerare; illudque officium humanissimis verbis eidem obtulit, ratus non modicum decoris, & laudis ex tanti Viri cooptatione, in clarissimum Cœtum redundaturum. Verùm Cavalierius ultrò delatum honorem modestè recusavit, ne Bononiensem Academiam operâ suâ fraudaret, quò agentibus præcipuis ejusdem Urbis Civibus advocabatur, ut Joanni Antonio Magino in Mathesis Cathedra succederet. Eò igitur se conferens non paucos annos publicè professus est, conspicuis præmiis muneratus. Confluebant undique ad ejus audienda præcepta frequentissimi auditores, quos trahebant & Bonaventuræ humanitas, & mirabilis quædam difficiles quæstiones explicandi methodus. Ibi etiam sua vulgavit Opera, inter quæ laudatur in primis Geometria Indivisibilem, quod in ea ingeniosissimè adinventerit omnium primus Sistema Geometricum super Ideas Infiniti. Præfuit aliquando cum laude sui Ordinis Cœnobiis Parmensi Sancti Benedicti, & Laudensi Sancti Petri. Dilexit apprimè Stephanum Angelum ejusdem Ordinis Jesuatorum Alumnum, & doctissimum Turricellum Auditores suos editis Operibus illustres, cumque hic die XXV. Octobris MDCXLIV. obiisset, Cavallerius die III. Decembris ejusdem anni migravit à vita. Discipulum suum clarissimus Galilæus plurimi fecit, atque in Dialogis de motu locali ita eum laudavit, ut palmariam illi famam inter excellentes sui Sæculi Viros polliceretur.

Falsum non fuisse tanti Viri judicium Auctor noster ostendit illis, quæ publici juris fecit. Ea sunt:

- I. Directorium generale Uranometricum. *Bononia, Typis Nicolai Tebaldini, 1632. in 4.*
 - II. Geometria indivisibilium continuorum. *Ibid. ex Typogr. de Ducis, 1635. in 4.*
 - III. Trigonometria plana, spherica, linearis, & logarithmica. *Ibid. apud Benatium, 1643. in 4.*
 - IV. Exercitationes Geometricæ sex. *Ibid. apud Montium, 1647.*
 - V. Centuria di varj problemi. *Ibid. ut supra, 1639.*
 - VI. Nuova pratica Astrologica. *Ibid. 1639.*
 - VII. Trattato della Ruota planetaria perpetua. *Ivi, per il Monti, 1646. in 4.*
 - VIII. Lo Specchio Ustorio, o sia Sezioni coniche. *Ivi, per il Ferroni, 1650. in 4.* Duo hæc sunt Opera posthuma.
- Laudatur à Voffio de Natura Artium; Jo. Bapt. Ricciolio in Chron. refor. Tom. III. pag. 208. Fontanelle Elemens de la Geometrie de l'infini. Biblioth. Ital. Tom. IX. Fontaninio de Eloqu. Ital. tertie edit. pag. 659. Ghilino in Theat. part. I. Morerio in Lexico. Curtio de Script. Medicis Mediol. pag. 257. Milliet Dechaes in Catal. Script. Mathem. To. I. & Picinello in Athenæo pag. 94.

D L I.

CAVATIUS CAROLUS HIERONYMUS.

EX Hispanicis Oris, ubi etiam num floret, ad hanc Insubriæ Metropolim Sæculis ab hinc fermè sex commigravit Nobilis Familia Cavatia (quæ ibi Aghilaria della Capazza dicitur) pluresque protulit Viros & Toga, & Sago clarissimos. Memorandus hinc nobis est inter eos Carolus Hieronymus Somalex Comes, Scipionis, & Lauræ Panigarolæ conjugum filius. In adolescentia sanguine suo dignis imbutus artibus eam prætulit indolem, quæ maturiori ævo in commune civium bonum, & tanti Viri decus perpetuum præclaros fructus peperit. Grassante lue pestifera communibus & Decurionum, & publicæ Salutis Præsidum Votis expetitus est, qui ne gliscens miserandum in modum calamitas latius serperet, quantum humanis licet viribus, eniteretur. Difficillimam hanc provinciam Patriæ amantissimus Civis magna animi alacritate susceptam pari diligentia confecit. Sæpè Regii Censuræ Quæstores in eo Magistratu sedentes, qui Ordinarius nuncupatur, sæpè Insubriæ Produces ejus opera in gravissimis negotiis utebantur. Cumque illa proposita esset quæstio:

An scilicet Ecclesiastici Viri in pendendis Regi tributis nimio premerentur onere, unus ille selectus fuit, qui pro ingenii sui acumine, atque integerrimâ prudentiâ sententiam diceret. Id præstitit egregiè adeo, ut Deo dicati homines pium pariter, & æquissimum Arbitrum senserint; commendatus propterea ab universis Insubriæ conscriptis Patribus his verbis: „Vir „perspicacis ingenii, & erga regia commoda, ac „patriam valde propensus. „ Licet autem publicis, privatique negotiis occupatus nihil omnino reliquum haberet temporis, otium tamen litteris impendendum invenit.

Hæc enim ad Patriæ utilitatem elaboravit:

- B** I. Alleggiamento dello Stato di Milano. *Ivi, per il Malatesta, 1653. in fol.*
- II. Nuova descrizione dello Stato di Milano, con l'origine delle sue Provincie, Città, Terre ec. *Ivi, per lo stesso, 1656. in fol.*
- III. Discarico della Città di Milano. *Ivi, per lo stesso, 1658. in fol.*
- IV. Informazione a sollievo della Città di Milano, per riscuoterla da' debiti. *Ivi, per il Gbifolli, 1663. in fol.*
- V. Ordini, e Regole per il buon Governo dell' Ospedale di S. Martino. Hoc Opus conscripsit cum piam eam domum regeret, ubi Orphani aluntur sub cura Clericorum Regularium Congregationis de Somascha.
- VI. Gioiello dell' Anima Fedele, e Penitente. Hæc ambo Opera nullo addito anno, loco, vel Typographo recensuit Picinellus.
- VII. Ristretto della Vita, ed eroiche Azioni del Signor Girolamo Legnani, uno de' LX. Decurioni della Città di Milano. *Ivi, per il Malatesta, 1668. in fol.* In laudem Operis, quod primo loco dedimus, Carmen Italicum, vulgò Sonetto, conscripsit, & in Centuria prima Carminum suorum publici juris fecit Carolus Petrasancta à nobis loco suo laudandus. Scriptori nostro dicavit Placidus Pucinellus Monachus Ordinis Sancti Benedicti Collectionem suam Monumentorum, & Inscriptionum Sepulchralium; præfixa Epistola nuncupatoria, in qua pluribus eum laudat. Commendatur etiam à Salvatore Vitali in libro, cui titulus: Theatrum triumphale num. 8. à Joanne Petro Crescentio in Amphyt. Rom. part. I. & in Monarch. Hispan. lib. I. ab Horatio Lando in lib. inscripto: Obsidio Cremonensis, & à Picinello in Athenæo pag. 119.

D L I I.

CAVENAGUS AMBROSIUS.

Ambrosius Cavenagus Aloysio, & Isabella Tiberna conjugibus in Insubrum Metropoli genitus, nobilissimæ Familiæ germen, ex qua Philippus, & Fabius Fratres Sancti Joannis Hierosolymitani Equites floruerunt, Latinis, Græcisque litteris excultus fuit. Medicæ facultati addiscendæ sic vacavit, ut brevi laureæ honore decorari meruerit, Annoque MDXVII. Collegiatis Physicis annumerari. Sub Carolo V. Cæsare Decurio Patriæ renunciatus est, tum Regius Ducalis Protophysicus in universo Mediolanensi Dominio constituitur. Ticinensis Archigymnasii, ubi Medicis studiis operam dederat, jura, & privilegia vigilantissimè tutatus fuit, cum ejusdem Lycæi Protector electus esset, quod etiam munus in Patriæ Gymnasio exercuit. Litteris interim semper intentus, & de Civibus suis, quibus ægotantibus plures per annos sedulus artis ope ministraverat, sublatu est Anno Salutis humanæ MDLVIII.

Hæc ego primùm de ipso Lectoribus meis offero:

- E** I. Methodus medendi in Febribus Rubro-putridis, de quibus Civitas Pragensis, immo ferè totum Bohemise Regnum affligebatur. MS. in fol. pagg. 188. extare in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi me per litteras humanissimè monuit Vir Clarissimus, & tot titulis, atque beneficiis olim addictissimus Eques Pius Nicolaus Garellius Anno MDCCXXXVI. Videndus etiam Curtius de Scriptoribus Medicis Mediolanensibus pagg. 27. 90. & 271.

DLIII.

DLIII.

CAZZULUS JOANNES ANTONIUS.

Non mediocrem sibi adeptus est laudem Joannes Antonius Cazzulus Mediolanensis Sacerdos, & Parochialis Ecclesiae Sanctae Mariae, cui cognomen ad Portam (nam sita est non longè ab eo loco, ubi ante Enobarbi excidium surgebat Vercellenfis Porta) vigilantissimus Rector, & in pauperes munificus. Inter eximios ætatis suae humaniorum litterarum professores recensetur, nam studiorum omnium, linguarum etiam Italicæ, Latinæ, & Græcæ ornamenta sibi comparaverat. Astronomiam, & Mathematicam publicè docuit, & à Ferrante Gonzaga hujus Mediolanensis Urbis, Ditionisque Moderatore Hippolytæ filiae suae Præceptor datus, clarissimæ Fœminæ ingenium diligenter excoluit. Optimam domi Bibliothecam instruxerat lectissimis Codicibus cum Græcis, tum Latinis, externa etiam specie, ornamentisque conspicuis. Anno MDLXXII. ætatis suae LXIII. postremam clausit diem.

Edita ejus Opera sunt :

- I. Trattato del Divino Dionisio Certosino del modo, che debbono tenere i Scuolari per facilmente imparare a ben governarsi con Dio : di Gio. Antonio Cazzuli Sacerdote Milanese. *Milano, presso il Meda, 1563. in 4.*
- II. Opuscula varia Ascerica Dionysii Carthusiani; Sanctorum Bonaventurae, & Bernardi, atque Lippomani; Officium Deiparae Virginis cum declarationibus Italicis, ut etiam Oratio Dominica, Symbolum Apostolorum, & Salutatio Angelica meditandi methodo digesta. *Ibidem, eodemque anno, in 4.*
- III. Traduzione d'alcuni libri di legge. Hoc postremum hausimus è Picinello, qui tamen non indicat editum an MS. sit, & quo loco servetur. De eo agit Moriggia lib. III. cap. 27. Novil. Med. & Picinellus in Athenæo pag. 265.

DLIV.

CENTORIUS DE HORTENSIIS ASCANIUS.

Ascanius Centorius de Hortensii Mediolanensis Hieronymi filius medio ferme Sæculo XVI. eruditionis suae radios effundere cœpit. Nam ad omne doctrinae genus cum natus esse videretur, plurimumque ingenii polleret acumine, tam Latini, quam Italici sermonis peritissimus evasit. Adde his Poësim utraq; linguâ perpolitam, adde historiae conferibendae peritiem, & Oratoriam facultatem, quorum omnium in ab se editis Voluminibus apertissima dedit indicia. Publica sæpè gessit negotia, è quibus cum respirare liceret, in hoc uno solatium sibi comparabat, ut scilicet doctissimas in lucubrationes diligenter incumberet, quæ apud omnes virtutis æstimatores magno in pretio habitæ semper fuerunt. Auctor etiam noster ob natalium doctrinaeque splendorem inter clarissimos Equites Militaris Ordinis Sancti Jacobi jure merito cooptatus, pingui censu, quem Commendam dicimus, ditari promeruit. Extremum tanti Viri annum frustra hætenus investigavimus; verumtamen illius obitum hoc Epigrammate ornavit Bernardinus Baldinus, quod legitur in libro ejusdem inscripto : Lusus.

In obitu Ascantii Centorii.

Qualia suscepit, si reddat semina tellus,
Hæc Oratores, Historicosque ferat;
Corpore Centori quæ facta jacentis; hic unus
Pro mille Historicis, Rhetoribusque fuit.

Tom. I.

A

Plura sunt, quæ scripsit, partim vulgata, partim anecdotata, eaque hic recensere juvat :

- I. I Commentarj della guerra di Transilvania dalla rotta del Re Lodovico XII. fino all'Anno MDLIII. libri VI. *Venezia, per il Giolito, 1589. in 4. & prius 1555. & 1565.*
 - II. La seconda parte de' Commentarj de i successi più memorabili dall' Anno MDLIII. fino al MDLX. *Ivi, per lo stesso, 1568. & ex Lafor à Varea iterum ibi 1573. in 4.*
 - III. Discorso della guerra sopra le genti d'armi, e cavalleria leggera : ex Picinello.
 - IV. Discorsi di guerra. Tomi V. *Ivi, per lo stesso. 1558. 1559. 1560. in 4.*
 - V. Avvertimenti, Ordini, ed Editti fatti, ed osservati in Milano nella Peste del MDLXXVI. e MDLXXVII. libri V. *Ivi, per lo stesso, 1579. in 4.*
 - VI. Raccolta degli Ordini, e Gride per la stessa. Opera postuma. *Milano, per il Gisolfi, 1631. in 4.*
 - VII. L'Aura soave libri III. *Venezia, per il Giolito, 1556. in 4.*
 - VIII. I sontuosi Funerali fatti fare dal Duca d'Albuquerque Governatore di Milano, al Principe Carlo di Spagna. *Milano, per Gottardo Ponzio, 1568. in fol.*
 - IX. Apparati fatti per il Duca di Sessa Marchese di Pescara. *Milano, per l'Antonj, 1559. in 8.*
 - X. L'Urania. MS. ex Picinello, qui sicut & sequentia Opera apud quem lateant non indicavit.
 - XI. Varie Poesie. MS. ex eodem.
 - XII. Diverse Imprese. MS. ex eodem.
 - XIII. Historiarum rerum omnium sui temporis memorabilium liber. MS. ex eodem.
 - XIV. De utraque Fortuna in Plutarchi librum de Fortuna. MS. ex eodem.
- Ejus non sine commendatione meminerunt Ghilinus in Theat. part. II. Morerius in Lexico. Janus Nic. Erythr. Fontaninus de Eloq. Ital. edit. III. pagg. 484. & 596. & Picinellus in Athenæo pag. 56.

B

C

DLV.

De CERMENATE JOANNES.

D

Familiam, ex qua Joannes de Cermenate prodiit, vetustæ nobilitatis gloriâ apud Mediolanenses celebrem fuisse testis est in Annalibus Raphaël Fanianus. Filius hic fuit Laurentii, qui intra fines Parochialis Ecclesiae Sancti Joannis, cui cognomen est *ad quatuor facies*, in regione Portæ Comensis sitæ, habitabat. Eodem floruit tempore, quo Gualvaneus de la Flamma Ordinis Prædicatorum, cujus occurret infra mentio, erat in vivis, Sæculo videlicet XIV. ineunte, nam hic in *Manipulo Florum* (sic enim librum quendam inscripsit) cap. I. inter cætera Volumina, è quibus Opus suum compilavit, recenset Titum Livium apud Joannem nostrum asservatum. Tabellionatus officium Auctorem hunc exercuisse ipsemet in Libri sui titulo testatur; & Syndici etiam munus in hac eadem Urbe gessit. Habebat apud se plura eruditorum Opera, inter quæ numerat citatus Gualvaneus in Politia Novella, præter laudatum Livium, Chronicon Jacobi de Laude de historiis Laudensium contra Mediolanenses: Historiam quandam Legati ad Mathæum Vicecomitem: & Registrum Communitatis Mediolani. Cum autem Henricus Augustus hujusce nominis VII. Comitem Varnerium cum Generalis Vicarii potestate Lombardiæ præfecisset, ad eum Laude tunc commorantem Legatione functus est Joannes Mediolani Syndicus simul cum Francisco de Garbagnate, atque Adoardo de Pirovano, ut ipse asserit Scriptor libri sui cap. XLVI. Eum arbitratus est Cl. Ludovicus Muratorius usque ad Annum circiter MCCCXXX. inter vivos egisse, sed nondum obiisse Anno MCCCXXXVII. citatis publicis Tabulis in pergameno conscriptis apud se extantibus, nos monuit amicissimus pariter & humanissimus JC. & Advocatus Sitonius. Historiam inter publica negotia, rudi quidem stylo, ut ea ferebat ætas, conscripsit, sequenti titulo :

E

F f f

I. Jo-

- I. Joannis de Cermenate Notarii Mediolanensis Historia de Situ, Origine, & Cultoribus Ambrosianæ Urbis, ac de Mediolanensium Gestis sub Imperio Henrici VII. ab Anno MCCCVII. ad Annum MCCCXIII. Hoc Opus edidit supralaudatus Muratorius Tom. II. Anecdotorum. *Mediol. apud Josephum Pandulphum Malatestam, 1699. in 4.* & denuo Typis nostris Palatinis inter Scriptores Rer. Ital. Tomo IX. pag. 1221. & post eum Grævius Antiquit. Ital. Tomo IV. pag. 1. Inter alia autem in Cermenati historiâ memoranda illud præcipuè Muratorius advertit, inde eorum dictum refelli posse, qui Henricum VII. venenatâ Hostiâ susceptâ sublatum fuisse arbitrantur, cum Scriptor noster coævus eundem Augustum triduanâ febris in continuum degenerante obiisse memoret. Commendat Picinellus MS. Codicem Joannis nostri goticis characteribus in fol. maximo pergameno exaratum autographum apud D. Pyrrhum de Capitaneis. Auctor verò laudatur in Actis Lipsiensibus Anno MDCXCLX. Mense Julio pag. 305. à Casimiro Oudino To. III. pag. 725. Muratorio in Præfationibus geminæ editioni præfixis. Fanian. in Annal. fol. 317. & Picinello in Athenæo pag. 293.

DLVI.

De CERMENATE JOANNES ANDREAS.

Joannem Andream Cermenatum nunc in medium statuemus, Virum & doctrina, & pietate commendabilem. Clericorum Regularium Congregationis Sancti Pauli Decollati, quam Barnabitarum nuncupare vulgus consuevit, instituto se ab ipsa adstrinxit adolescentia, brevique talem se præbuit, ut communi Sodalium suorum consensu dignus fuerit existimatus, qui tyronibus ad religionis semitam, apicemque ducendis præciceretur; quod munus per tria integra lustra summâ cum prudentiæ laude gessit. Erat etiam in eo, præter modestiam, cæterasque virtutes, Sacrorum Canonum, atque Theologicarum quæstionum singularis peritia, ideoque in Arcimboldio Gymnasio decennium eam Theologiæ partem docuit, quæ Moralis dicitur. In sacro Pœnitentiæ Tribunali annos triginta animabus è vitiorum cœno ad virtutis tramitem revocandis vacavit, confluentibus è tota Urbe Civibus quoque primariis. Tanta fuit humilitate, ut Præfecturas etiam oblatas in Congregatione semper recusaverit, laboribus tantum scholasticis, & religiosis intentus. In his ad extremum usque spiritum occupatus, quievit in Domino Anno reparatæ humanitatis MDCLXXI.

Edidit in Theologorum commodum :

- I. Compendium Tractatus R. P. D. Joannis Angeli Bossii de triplici Jubilæi Privilegio. *Mediol. apud Vigonum, 1651. in 8.* Hoc Opus accedente Bossii consensu Cermenatus noster elaboravit, & quamvis mole sit exiguum, lectu tamen dignissimum judicatur ab his, qui sacris Confessionibus audiendis addicti sunt. Laudatur à Picinello in Athenæo pag. 258. & sequenti.

DLVII.

De CERMENATE JOANNES PETRUS.

EX eadem Cermenata Gente, unde non postremi ordinis Eruditos Viros paulo ante dedimus, cum sanguine doctrinam traxisse visus est Joannes Petrus nunc laudandus. Utinam autem de eo pluram novisse posteris daretur, quos nimis jejunos Picinellus reliquit, nihil præter nomen fermè nudum profrens. Aliquid reperire cupientes nulli nos labori perpercimus, sed frustra insudavimus. Accipe igitur, Lector candide, doctissimi hominis, & sacræ, atque profanæ eruditionis laude præclari, quod superest, nempe :

- I. Joannis Petri Cermenati Rapodia de recta administratione Regnorum, & Rerumpublicarum, ac Principum moribus. *Lugduni, ad signum Salamandra, 1561.* & rursus *ibid. apud Penatos Fratres, 1563. in 8.* De ipso agit Jo. Jacobus Frisus in Biblioth. Gesneri; Lafor à Varea, & Picinellus in Athenæo pag. 320.

CERNUSCUS. V. CISNUSCULUS.

DLVIII.

CERRUS CAROLUS ANTONIUS.

Carolus Antonius Cerrus Joanne Baptista, & Annâ Mariâ de Gambaris parentibus Mediolani natus, in Braydensi Academia humanis excultus litteris, ad perfectionis contendens apicem, sæculo valedicere statuit, susceptoque Nudipedum Eremitarum Sancti Augustini Regulam profitentium instituto, Maurilius à Sancto Britio nuncupatus fuit. Nonis Januarii Anno MDCXLVI. solemniter Deo vota reddidit, hinc Philosophicas, Theologicasque scientias perpetui labore sibi comparavit. Apostolico postmodum muneri jam maturus, Sacrum Dei Verbum Adventus tempore in Metropolitana Basilica populo ministravit, itemque Genuæ in Templo Sanctæ Mariæ ad Vineas. Tum Quadragesimales Conciones habuit in Cathedrali Derthonensi, in Templo Apostolorum Venetiis, aliisque pluribus Italiæ Urbibus. Laudatissimis Præsulibus Carolo Septalio Mediolanensi Patrio, qui Derthonæ rexit Ecclesiam, Danieli Justiniano Bergomeni, Josepho Mirabilis Novariensi, Augustino Ilmbaro Cremonensi Episcopis, itemque Duci Francisco de Moles hujus Metropolis Moderatori charus inter primos fuit; mirantibus Viris præclarissimis hominis virtutes atque doctrinam. Quadraginta integros annos indefessus Evangelii præco animarum curavit salutem, donec fractus laboribus, in Cœnobio Modoëtiensi Sancto Apostolo Andree sacro, die XI Junii, Anno Christi Salvatoris MDCLXXXVIII. ætatis verò suæ LIX. prædicationis, & vitæ cursum foeliciter consummavit, cum paulo ante recitandos Adventus tempore sermones parans, quasi obitus sui præcius, eorum postremo hoc Thema inscripsisset: *Ecce completa sunt omnia.*

Viri ingenium declarant :

- I. Esposizioni Morali sopra li Vangeli festivi di tutto l'Anno, parte prima. *Milano, per gli Stampatori Arcivescovili. 1664. in 4.* Hoc Opus dicavit Danieli Justiniano Episcopo Bergomeni.
- II. Esposizioni Morali. Parte seconda. *Milano, per gli stessi, 1666. in 4.* Hanc secundam partem obtulit Ambrosio Turciano Episcopo Comensi.
- III. Prediche per l'Avvento, ed altri varj Discorsi. *Milano, per il Vigone. 1665. in 4.* Opus inscripsit Carolo Septalæ Episcopo Derthonensi.
- IV. Discorsi predicabili per le Domeniche di tutto l'Anno. *Milano, per lo stesso, 1669. in 4.* Josepho Maria Mirabilis Novariensi Antistiti.
- V. Panegirici recitati in Milano, ed altri luoghi. *Ivi, per lo stesso, 1676. in 4.* Augustino Ilmbaro Episcopo Cremonensi.
- VI. Il Mariale, o sia Prediche, e Discorsi del Santissimo Rosario. *Milano, per lo stesso, 1682. in 4.* Ludovico Septalæ ejusdem Cremonensis Ecclesiæ Præsuli.
- VII. Quadragesimale. *Ivi, per lo stesso, 1684. in 4.* Ad Excellentiss. Ducem Franciscum Moles Mediolani Producem.
- VIII. Traslazione di Santa Maria d'Intra. *Milano, senz'anno, in 4.*
- IX. Nove Discorsi di Sant'Anna. MS. uno Volumine cum sequentibus autograph. vidi in Biblioth. suorum Sancti Andree Modoëtiæ.
- X. Discorso di S. Giovanni Battista. MS. Ibid.
- XI. Discorso per la Decollazione dello stesso. MS. Ibid. Hæc à Suis.

DLIX.

CERRUS JOANNES ANGELUS.

Parum Clarissimus Curtius in suo de Scriptoribus Medicis Mediolanensibus ex Centorio nobis dedit de Jo. Angelo Cerro, immo Angelum solummodo ipsum nuncupavit, nos verò ex Schedis Sitionianis didicimus, filium fuisse alterius Angeli, & Juliae de Olivis de Caravagio conjugum. Magni nominis Medicus à pluribus laudatur, utpote qui effusà ingenos liberalitate fuerit. Inter Physicos Collegiatis cooptari meruit Anno MDLVII. Tempore autem teterrimæ Pestis, quæ Mediolanum afflixit, Anno scilicet MDLXXVII. plurimum pro Patria laboravit. Medicus quoque fuit Divi Caroli Borromæi, sicuti testatur Gluffianus in Vita ejusdem Sancti libro III. cap. IX. ubi hoc ei texuit Elogium: „ Era in „ Milano un' eccellente Medico, chiamato Angelo „ Cerro, uomo di gran pietà, e valore, il quale, „ mentre curava con regole medicinali S. Carlo, sep- „ pe talmente ricevere medicine spirituali da lui per „ sè stesso, che, imitando la pietà sua, medicò li „ poverelli per amor di Dio, senza alcuna mercede; „ e finalmente, quando passò a miglior vita, lasciò „ le sue facultà alli poveri a disposizione dell' Arci- „ vescovo di Milano, e del Proposto generale de gli „ Oblati di S. Ambrogio: opera degna d'eterna „ memoria per il beneficio grande, che molti poveri, „ e Luoghi Pii ricevono ogni anno, a i quali sono „ distribuite quelle limosine. „ Annus ejusdem emor- „ tualis, quem ignoravit Curtius, fuit nostræ Redem- „ ptionis MDLXXX. Sylvaticus verò in suo libro „ pluries laudato pag. 60. scripsit: „ Ante ejus mortem, „ quæ satis immatura fuit, & præcox, nulla in eum „ erat apud alios invidia, ab omnibus amatus, ab „ omnibus desideratus &c. „ De hoc illustri Medico remanet adhuc memoria in sequenti Inscriptione, quæ servatur in Templo Canonissarum Lateranensium hujus Urbis Deiparæ ab Angelo Salutatæ Sacro:

D. O. M.

HIC VIR ET VXOR ACCVBANT
ILLE FORO HAEC PVDICITIA
INSIGNES
BEATIOREM VITAM ADEPTI
MOERENTEM DOMVM
RELIQVERE
BARTHOLOMAEO CERIO FRATRI
ET FLORETAE CAESARINAE
EIVS CONIVGI
IO. ANGELVS MEDICVS P.
MDLXIX. KAL. OCT.

Opus Auctoris nostri infrascriptum debeo cum aliis jam relatis Clarissimo, & olim mihi summè charo Equiti Pio Nicolao Garellio Concivi amantissimo, qui per litteras mihi communicavit idem ex Italia intulisse in Bibliothecam Cæsaream Vindobonensem Patrem suum, Archiatrum & ipsum Cæsareum.

I. Consultationum Medicarum volumen ingens in fol. autograph. ab Anno MDLV. ad MDLXXIX. scriptum. Præter Curtium pagg. 127. & 267. aliosque supracitados Auctores, memoratur à JC. atque Advocato Sitiono in Chron. Colleg. Nobil. Physicor. Mediol. parte II. artic. 183. adhuc MS. in fol. Paul. Moriggia in Theaur. pretios. locor. Fior. Mediol. cap. 41. pag. mihi 90.

CESARINUS. V. CICEREJUS.

DLX.

CESATUS PHILIPPUS MARIA.

Philippus Maria Cesatus Mediolanensis Carolo Antonio Excellentissimi Insubris Senatus à Secretis patre genitus, cum in ipso adolescentiæ flore in Congregationem Clericorum Regularium Sancti Pauli, vulgò Barnabitarum, summis adscribi precibus postullasset, voti compos effectus est. Hinc politioris litteraturæ studia professus, tantum concepit promulgandæ Fidei desiderium, ut ad Clementis XI. Pontificis Maximi pium hominis votum notitiam pervenerit. Gratissimum fuit præclarissimo Christi Vicario postremis hinc sæculis non deesse Apostolicæ virtutis Sacerdotes, qui per minas procellarum, & barbarorum ferinos mores, animas Deo lucraturi infractopectore contendere cupiant. Idcirco Cesati prudentiam perfectam habens, eum Anno MDCCXIX. ad Sinarum Imperatorem Apostolicæ Sedis nomine ablegavit. Apud hunc Principem aliquandiu commoratus Christianæ Religionis negotia inter vastissimi illius Regni populos, atque etiam in Conchinchinæ Regno cum Apostolici Vicarii dignitate curare cepit, non sine maximis laboribus, & ærumnis, in quibus perferendis cum ejus apud Summum Ecclesiæ Pastorem Innocentium XIII. constantia innotuisset; Nabucensis Ecclesiæ Episcopus adlectus fuit; verum Anno MDCCXXV. morte præventus Episcopatum suscipere non potuit. Extat etiam in Mediolanensi Collegio S. Alexandri publicè exposita Cesati effigies cum hac Inscriptione:

PHILIPPVS MARIA CESATVS MEDIOL.

A CLEMENTE XI. P. M.

AD SINARVM IMPERIVM ABLEGATVS

ORDINIS SVI APOSTOLICIS VIRIS

APVD INDOS VLTRA GANGEM

PRAEFECTVS

IN CONCHINCHINAE REGNO

VICARIVS APOSTOLICVS

NABVCENSIS EPISCOPVS ELECTVS

CHRISTIANA FIDE PROPAGATA

MAGNISQ. EXHAUSTVS CALAMITATIBVS

DESIDERATVS EST

POSTRIDIE KAL. APRI. ANNO MDCCXXV.

AETAT. XLI.

Hujus Apostolici Viri lucubrationes sunt:

- I. Panegirico della Santissima Vergine d'Oropa. Lodi; 1717. in 4.
- II. Orazione Funebre nella morte dell' Eccellentissimo Camillo Trevisano Podestà di Crema. Ivi, in 4.
- III. Relazione del Viaggio fatto alla China. MS. in 4. servatur in Collegio Sancti Alexandri hujus Urbis.
- IV. Epistolæ Variæ. Extant in eodem MS. una cum aliis P. Sigismundi Mariae Calchi ex eadem Congregatione, cujus Vita sacris laboribus in Oriente impensis clarissima, ab Abbate Rossetto Missionario conscripta, in eodem MS. Volumine legitur.

DLXI.

CEVA CAROLUS FRANCISCUS.

Mirum certè ingenium, & non infimæ notæ literaturam in Carolo Francisco Ceva Mediolanensi quotquot nostras hæc pagellas legerint profectò suspicient. Hic cum Clericale Institutum delegisset, ut divino mancipatus obsequio in atriis Domini ministraret, Oblatorum Cœtui sub SS. hujus Urbis Antistitum Ambrosii, & Caroli patrocinio animarum salutem curantium aggregatus est. In Urbium principe Româ primum Sacræ Theologiæ Magisterio, tum post quinquennium in utroque Jure Doctorali Laureâ honestari promeruit. Orationem eloquentissimam Anno MDCLIV. in hac Metropolitana Basilica in commendationem Sancti Caroli Borromæi cumpronunciasset, ab Eminentissimis Litta, atque Homodeo, itemque à Carolo II. Mantuæ, ac Montisferati Duce, qui unâ cum Conscriptis Insubris Senatus Patribus, & utriusque Magistratus Quæstoribus, Urbisque Decurionibus adstiterant dicenti, summis laudibus cumulatus fuit. Pluries quoque cum in Ambrosiana Basilica, tum in Templo Sancti Sepulchri: quater coram Summo Pontifice Innocentio X. in Sacello Apostolicò Quirinali laudatissimos Sermones habuit, bis scilicet in Ascensionis Dominicæ solemnitate, semel autem in Festo Individuæ Trinitatis, & item semel recurrente memoria Sancti Joannis Evangelistæ. Prothonotariatus dignitatem ipsi à Pontifice collatam cumulavit Canonialis Præbenda Pœnitentiarii, inter Templi Maximi hujus Metropolis Ordinarios, itemque munus Synodalis Examinatoris, & universæ Diocesis Mediolanensis Visitatoris. Anno etiam MDC-LXVII. absente prælaudato Cardinali Alphonso Litta, qui Romam contenderat, Generalis Vicarius Ambrosianam rexit Ecclesiam singularis prudentiæ summa cum laude, adeò ut ab Eminentissimo Barbadiago Patavino Antistite ad idem Officium in Diocesi sua peragendum instantissimè advocaretur. In doctrinæ ac integerrimæ Vitæ præmium Anno MDC-LXXXIII. die XIX. Julii ad Derthonenses Infulas promotus fuit, eamque Ecclesiam sibi commissam vigilantissimi sollicitudine gubernavit, optimis legibus conditis ad Cleri, ac populi mores instituentos accommodatis; donec eloquentiæ, Sanctorumque morum commendatione clarissimus, Anno sæculari MDCC. ad æternam evolavit mercedem, mensè Augusto.

Eum posteritas in his Operibus admiratur:

- I. De Christi in Cœlum Ascensu Orationes duæ. Roma, apud Mascardum, 1652. in 4. quarum primam Innocentio X. alteram Cardinali Homodeo inscripsit.
- II. De Sanctissima Triade Oratio: dicata Cardinali Julio Ursino de Roma Mediolanensi.
- III. In laudem Sancti Joannis Evangelistæ Oratio. Eam nuncupavit Cardinali Alphonso Litta. Harum meminuit Picinellus non indicato loco, anno, & Typographo, ut consuevit.
- IV. Fasciculus Orationum, quas habuit coram Innocentio X. Pont. Max. in Sacello Quirinali. Mediolani, Typis Archiep. 1671. in 8. eidem Cardinali Litta dicatus. In hoc Volumine arbitror contineri supra recensitas Orationes unâ cum aliis, attamen quæsitum Codicem non habenti ad manus, indicare omnes mihi non licet. Sanè hoc ipsum Opus iterum prodiit sequenti titulo: „ Illustrissimi, & Reverendissimi D. D. Caroli Francisci Cevæ Episc. Derthonensis, Marchionis, Comitum &c. olim in Ecclesia Metropolitana Mediolanensi Canonici Ordinarii, Pœnitentiarii Majoris, Orationes, quas in Romana Curia habuit coram Innocentio X. Pont. Max. in Sac. Pont. Quirinali, iterum Typis impressæ sub auspiciis Eminentissimi Card. Federici Vicecomitis, Archiepiscopi Medio-

A

„ lani. Derthonæ, Typ. Nicol. & Fratrum de Violis, 1686. in 8

Ex Ginelli Biblioth. Volante Tom. I. pag. 134

V. Discorso Morale fatto a Cherici del Seminario Maggiore di Milano. Ivi, nella Stamp. Arcivesc. 1677. in 4. dedicato al Sig. Cardinale Litta.

VI. Altro sopra lo stesso Argomento. Ivi, nella medesima Stamparia, 1680. in 4.

VII. Ragioni del Reverendissimo Capitolo della Metropolitana di Milano, perchè gli sia sostenuto il libro da' PP. Monaci Cassinesi di S. Simpliciano, compendiate in una Lettera scritta per ordine dell' Eminentissimo Sig. Cardinale Litta Arcivescovo al Reverendissimo Padre Don Cesano Vernici Abate di quella Chiesa da Monsignor Carlo Francesco Ceva Canonico Ordinario della Metropolitana; in fol. suo anno, & Impressi.

VIII. Ragionamento fatto nella Sinodo celebrata l'Anno MDCLXIX. Milano, nella Stampa Arcivesc. lo stesso anno, in 8.

B

IX. Le Grandezze Santificate dal glorioso S. Carlo Borromeo: Panegirico dedicato ad Innocenzo XI. Ibid. 1680. in fol.

X. Ragionamento Sinodale fatto li XVIII. Maggio MDC-LXXXIX. Tortona, per il Viola l'anno stesso, in 4. Hunc sermonem habuit jam Episcopus.

XI. Panegirico di Sant' Ambrogio fatto il giorno di Sant' Andrea nel Duomo di Milano l'Anno MDCXCVIII. Ivi, per il Malatesta, in 4.

Orationem hanc recitavit Auctor noster, cum insignis illa Sanctissimi Præsulis, atque Doctoris cœmii, hujus Metropolis Patroni Ambrosii argentea statua, pretiosissimis ornata lapillis, publico sumptu conflata, ex Ambrosiana in Metropolitanam Basilicam solemniter celebratè transferretur.

Dum adhuc esset Canonicus Ordinarius Metropolitanæ Mediolanensis ei inscriptus fuit Liber, cui titulus: „ Panegirici Sacri d'alcuni Dicatori più insigni de' nostri tempi. Milano, per il Monza, 1661. in 12.

Ejusdem mentio est in libro, cui titulus: „ Institutionum Seminarii Epitome, in qua ejusdem origo, & incrementa recensentur, Auctore Carolo Francisco Ursino Oblato Seminariensium Studiorum. Præfecto. Mediolani, ex Typographia Ludovici Montis, 1673. necnon apud Ughellum Ital. Sac. Tom. IV. in Derthon., & in Picinelli Athenæo pag. 116.

C

DLXII.

CEVA CHRISTOPHORUS.

Christophorus Ceva Societatis Jesu Mediolanensis Patrem habuit Carolum Franciscum, Matremque Paulam de Columbus. Frater germanus fuit celeberrimi Thomæ ejusdem Societatis, de quo infra cum laude sermonem habebimus, natu quidem minor, sed suavitate morum, & mentis perspicaciæ æqualis. Post consueta Studia, & Magisteria peculiarem operam posuit in Poëtica arte. Jam exortus erat Carminibus cudere nobile Poëma, sed superveniente immaturâ morte initia tantummodo præclari operis imperfecta reliquit. Adhuc tamen typis editæ remanent duæ ejus fabulæ:

- I. De Pallade, & Bombycibus.
- II. De Apibus, & Aranea.
- III. Fragmenta Poëtica è variis Prolusionibus, à Thomæ ejus Fratre collecta, & edita, ut mox dicemus. Extant in fine Sylvarum supradicti P. Thomæ Cevæ, & sic scripserunt Auctores Diarii Italici Tom. VI. Venetiis impressi pag. 135. „ Annessi alle Selve del P. Tommaso Ceva della Compagnia di Gesù veggonsi stampati due assai lodevoli Componimenti del P. Cristoforo Ceva della medesima Compagnia di Gesù, Fratello del Padre Tommaso. E nella seconda edizione delle Selve, si è fatta dal detto P. Tommaso una piccola Giunta d'alquanti Frammenti poetici, tratti da varie Prolusioni in varj incontri da lui recitate.

E

DLXIII.

CEVA JOANNES.

Post alterum Clarissimi Thomæ Cevæ fratrem Christophorum nomine, quem supra dedimus, sequitur juxta litterarum ordinem, quo in hoc Opere utimur, Joannes ejusdem Familiæ vir Mathematicus non infimæ notæ, necnon Arciducalis Cameræ Ducatus Mantuæ Commissarius. Sui ingenii plura Monumenta dedit, quæ omnia ad nos forsitan adhuc non pervenerunt, quod dolentes dicere cogimur non de scriptis tantum ejusdem, sed etiam de illius actis, annoque postremo, quæ omnia, tametsi anxie quaesiverim ab Amicis Mantuæ degentibus, attamen usque adhuc incassum cessit meum desiderium, itaque Lectorem patientissimum ad calcem hujus Operis in-
Addendis remittere coactus sum.

Hæc igitur in medium proferre tantummodo licet:

- I. Geometria motus, in qua de motu tam simplici, quam composito traduntur, quæ ad motum aquarum explicandum utilia sunt. *Bononia, ex Typogr. Pisarri, 1692. in 4.*
Hoc Opus laudat Christianus Wolffius in *Cursu Mathem. Tom. II. edit. Hale Magdebur. 1715.*
- II. Opuscula Mathematica de Potentiis obliquis, de Pendulis, & Vasis, & de Fluminibus. *Mediolani, ex Typograph. Ludovici Montis, 1682. in 4.* Hoc Opere laudato, hæc subdit Cinelli in *Biblioth. Volant. Tom. I. pag. 134.* „So che ad alcuni, e fra gli altri ad un certo, del quale ho parlato altrove, darà nel naso ciò, che il dottissimo Sig. Ceva, scrive in questi Opuscoli del G. L. L., ma certo che tutta la Repubblica Letteraria glie ne resterà con obbligo, giacchè *amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas.*
- III. De re Nummaria, quoad fieri potuit, Geometricè tractata, Auctore Joanne Ceva. *Mantua, apud Albertum Pazzonum, 1711. in 4.* Addit Cinelli loc. cit. „Di quanta importanza sia il bilancio delle monete correnti per questa parte d'Italia, e per lo commercio d'essa coll' Europa, non v'è alcuno, che non lo veda. Degno è perciò d'ogni lode il Signor Ceva, ed io sono obbligato al gentilissimo Signor Agostino Donati mio stimatissimo Amico, che poi mi ha fatto dono cortese di esso Opuscolo, come altresì del seguente.
- IV. Joannis Cevæ tria Problemata Geometris proposita, una cum ipsius ratiocinio, in gravitate omnigeni corporis ostendenda. *Mantua, ex Typograph. Alberti Pazzoni, 1710. in 4.*
- V. Le conseguenze del Reno, se, coll' aderire al Progetto de' Signori Bolognesi, si permettesse in Pò Grande. *Mantova, per Alberto Pazzoni, 1716. in fol.* En quid adjecit Cinelli: „Autore di questa Scrittura, è il veratissimo Signor Giovanni Ceva Commissario dell' Arciducal Camera in Mantova, che pretendendo mostrar i gravi danni, che ne seguirebbero, ha arenato il motivato Progetto. Adeft tamen huic Libro solida Responsio celeberrimi olim mei Concivis, & amicissimi Eustachii Manfredi, Patriæ ac Litterariæ Reipublicæ ornamenta.
- VI. De Lineis rectis se invicem secantibus ad Ferdinandum Carolum Ducem Mantuæ. *Mediolani, apud Montiam, cum figuris, 1678. in 4.*
- VII. Hydrostatica. *Mantua, apud Pazzonum, 1728. in 4.*

DLXIV.

CEVA THOMAS.

Thomas Ceva Mediolanensis inter Arcades Callimachus Neridius dictus, Caroli Francisci, & Paulæ de Columbis conjugum filius, sicuti in Christophoro fratre diximus, splendidum Societatis Jesu, cui adscriptus erat, humen in pluribus Scientiis excelluit. Diu in Braydensi Universitate Rhetoricam docuit, simul & Mathematicam, immo hujus magisterium ad quadraginta annos protraxit, ejusque singulas ferè partes exactissimis, & ingeniosissimis demonstrationibus illustratas, integrum Poëma, librum Sylvarum, Philosophiam novo-antiquam Lucretiano stylo, pluraque alia sparsim Metrica ad omnem gra-
Tom. I.

A tiam, & venustatem poëticam concinnata, novisque & elegantissimis rerum ideis tanquam poëtico spiritu animata evulgavit, quæ statim in pluribus Urbibus iterum aliis editionibus impressa sunt. Multo autem plura vulgare neglexit, aut sub aliorum nomine maluit apparere. Hujusmodi sunt magno in numero Præfationes libris additæ, dedicatoriæ Epistolæ, Emblemata, Epigrammata, Idylia. Ea tamen Auctorem suum venustate, & genio, ut ajunt Galli, vel invitum fatentur, & produnt. Ex Mathematicis pariter aliquot tantummodo peculiaris sua inventa de Statica, & Geometria typis tradita publicam in lucem emisit, magnum ubique sortita plausum. Resplendent quippe in his, aliisque ejus elucubrationibus conjunctæ (difficillimo alioquin foedere) mira ingenii perspicacia, & summa claritas expositionis. Eadem felicitate plures scripsit historias omnibus probatissimas. De illius propterea singulari merito magnificum reddunt testimonium in suis libris doctissimi Viri, in litterariis Fastis Acta Lipsiensia, Veneta, & Trevoltiana, atque in Eruditorum ore publica fama. Augustum addidit monumentum Josephus I. Imperator, qui eum præclaris Encomiis coronatum amplissimo Diplomate suum Cæsareum Theologum declaravit. Tam pretiosas tamen mentis suæ, & gloriæ opes superavit ipse pretiosioribus animi sui dotibus. Insignes in eo erant morum candor, gratia, suavitas, & veræ virtutis proprius color verecunda modestia. Ab omni specie factus semper abhorruit. Pro amicis nulli parcebat labori, unicum inde sibi, sed jucundissimum lucrum capiens, benefaciendi scilicet honestatem. Omnes solitus revereri, & sincerè diligere, ab omnibus erat ipse dilectissimus. Postremis vitæ suæ annis solidam pietatem suam specioso exemplo comprobavit. Nam ex tibiærum ulceribus ferè immobilis redditus, durioris auris effectus, & oculorum luce destitutus, pertulit has corporis ærumnas magna animi tranquillitate, & alacri constantia. Potiorem diei partem in piis meditationibus, & precibus transigebat. Reliquum tempus concedebat amicis, quos eruditissimo, plenoque morum, & scientiarum sermone, documentis, festivisque argutiarum salibus ita detinebat, ut ab eo nescirent avelli. Post completum ætatis suæ octogesimum octavum annum correptus apoplexi, extremam vitæ suæ horam instantem cognovit. Serenus tamen, vultuque ipso, & verbis præferens internam animi sui tranquillitatem. Ultimis Sacramentis maximo teneræ devotionis affectu receptis, lætissima ingemans Simeonis verba: *Nunc dimittis servum tuum in pace*: placidissimè obdormivit in Domino die III. Februarii Anno MDCCXXXVII. in eodem Collegio Braydensi. Juvat hic Inscriptionis loco Camilli Mariæ Audiberti ex eadem Societate Jesu ad eum conscriptum Octosticon referre.

*Ad Thomam Cevam e Societate Jesu Poëmatum
Scriptorem.*

*Eximios inter, lauro donande, Poëtas;
Summus Apollineæ Doctior in arte Lyra;
Quid segnem incusas calamum Scriptoris amici;
Exemplo stimulans, edere nostra, tuo?
Initus hortator liber est: quo mira canente,
Nemo velit, post Te, scribere; nemo loqui.
Allicit ipsa tuæ, terretque imitatio Musa.
Dum canere ergo doces, Ceva, tacere jubes.*

Extat inter Carmina Audiberti Taurini edita, in Classe Epigram. Varior. num. XXXIII. pag. 212.

Opera quæ vulgavit, sunt:

- I. Jesus Puer; Poëma Thomæ Cevæ Societatis Jesu Josepho Primo Romanorum Regi sacrum. *Ma-
djo-
Ggg*

- II. *diolani, typis Caroli Antonii Malatesta, 1690. in 4.*
Sylvæ Thomæ Cevæ Societatis Jesu. *Mediolani, ex Typographia Josephi Malatesta, 1723. in 8.*
- III. *Philosophia Novo-Antiqua Thomæ Cevæ Soc. Jesu. Notis, & prævia Præfatione in hac editione illustrata. Mediolani, Typis Hæredum Domini Bellagatta, 1726. in 8.*
Hunc Librum Auctores Diarii Italici Venetiis editi Tom. VII. pag. 113. sequenti Elogio profecuti sunt: „ Carmina Thomæ Cevæ Soc. Jesu, videlicet Philosophia Novo-antiqua, quæ nunc primum prodit: Jesus Puer editio quarta: Poëma: „ Sylvæ, altera editio auctior, *Mediol. è prælo Ghibuliano, 1704. in 12.* Egli è noto al Mondo „ tutto Letterato il nome del P. Tommaso Ceva; „ ne c'è, chi non sappia, quale, e quanto sia il „ valor suo, non tanto negli studj ameni, quanto „ nelli più serj della Filosofia, e delle Matematiche. Le Opere, che nell'uno, e nell'altro genere egli ha date alla luce, gli hanno conciliata „ questa universale estimazione. Tamen Mathesis, & Philosophiæ Professores in Universitate Florentina ægrè ferentes doctissimi Cevæ laborem, „ librum ediderunt hoc titulo: „ Q. Lucii Alpei Diacris in secundam editionem Philosophiæ Novo-antiquæ &c. cum Notis Jani Valerii Panfilii, in 4. Hujus libri auctorem esse Virum Clariss. & nostri Sæculi Mathematicorum facile principem. P. Abbatem Grandi Camaldulensem vulgò perhibent.
- IV. *De Natura gravium libri duo Thomæ Cevæ Soc. Jesu. Mediolani, Typis Josephi Pandulphi Malatesta, 1699. in 8.*
- V. *Opuscula Mathematica Thomæ Cevæ de Societate Jesu: De Ratione Equilibrj, de Sectione Geometrica, Harmonica, & Arithmetica.*
- VI. *De Sectione anguli rectilinei in quartas partes æquales tum organicè, tum per lineas curvas.*
- VII. *Instrumentum aptum ad hujusmodi Sectionem, & ejusdem usus. Mediolani, apud Ramollatum, cum figuris, 1695. in 12. De hoc Opere vide, quæ infra notabimus ex Diarii Italici Auctioribus ad num. X.*
- VIII. *De Cyclode; de Lineis phantasticis; de Flexilibus. Mediolani, Typis Josephi Pandulphi Malatesta, 1699. in 8.*
- IX. *Rischio, che si corre nell'uscir di Carrozza, mentre i Cavalli sono in fuga. Milano, presso gli Eredi di Domenico Bellagatta, 1726. in 8.*
- X. *Vita di S. Giovanni di Dio. Juvat hic addere verba Auctorum Diarii Italici Venetiis editi Tom. XIV. occasione hujus libri alteriusque Operis Patris Cevæ à nobis jam indicati. „ Il medesimo Bellagatta nel medesimo anno 1714. ha data una „ terza edizione della Vita di San Giovanni di Dio, Padre de Poveri, e Fondatore del Sacro Ordine dell'Ospitalità de' Padri Fate bene Fratelli, scritta dallo stesso Padre Ceva. La prima edizione „ n'era stata fatta in Milano per Giuseppe Quinto „ nel 1691. e la seconda in Genova. Anche questa „ terza edizione è in 12. E poichè si è fatta menzione del P. Ceva, farà bene avvertire, come „ in un'Opera postuma stampata dal Marchese „ dell'Ospital, Mattematico insigne Francese, si è „ posta, come sua, l'invenzione dell'istromento „ per dividere, o segare l'angolo in qualsivoglia „ parte; e pure il ritrovamento è stato del Padre „ Ceva, più di dieci anni prima; e fu stampato „ e dedicato al Marchese di Leganes, allora Governadore di Milano, e poi riferito nel Giornale di „ Lipsia, e quindi ristampato colle altre Opere „ Matematiche di esso Padre: della qual cosa già „ ne ha fatta l'Apologia il Padre Grandi nella sua „ risposta al Sig. Marchetti, ove fa anche vedere ec.*
- XI. *Memorie di alcune virtù del Sig. Conte Francesco de Lemene, con alcune riflessioni su le sue Poesie, esposte dal Padre Tommaso Ceva della Compagnia di Gesù. Milano, per Giuseppe Pandolfo Malatesta, 1706. in 8.*
- XII. *Vita di Monsignor Luigi Ruzzini Vescovo di Bergamo. Milano, nella Stampa di Giuseppe Pandolfo Malatesta, 1706. in 4. Hanc & seqq. vulgavit suppressio nomine, sed notum esse Auctorem testantur Auctores Ephemeridum Italicarum Tom. IX. pag. 461.*
- XIII. *Vita della Imperadrice Leonora Maddalena Teresa. Milano, presso gli Eredi di Domenico Bellagatta. 1721. in 8.*
- XIV. *Virtù, e Fatti segnalati della stessa Augustissima, e piissima Imperadrice. Milano, per Giuseppe Ricchino Malatesta, 1721. in fol.*
- XV. *Vita del Signor Conte Matteo Taverna. Milano, nella Stampe di Giuseppe Pandolfo Malatesta, 1719. in 12.*
- XVI. *Relazione del Funerale nel Duomo di Milano alla Reina di Spagna Maria Anna d'Austria, sue Iscrizioni, Emblemmi, Elogj. Milano, per Marc'*

- A
- XVII. *Antonio Pandolfo Malatesta, 1696. in fol.*
L'Ercole: Dichiarazione della Machina per festa di Fuochi nella Piazza del Duomo di Milano, per le Vittorie del Serenissimo Principe Eugenio di Savoia. *Nella Stampa di Giuseppe Pandolfo Malatesta, 1709. in 4.*
- XVIII. *Dichiarazione della Machina de' Fuochi d'allegrezza per la venuta della Reina delle Spagne Lisabetta Cristina, eretta nella Piazza del Real Castello di Milano, sue Iscrizioni, ed Emblemmi; Milano, per il sudetto, 1708. in 4.*
- XIX. *Le cento una Proposizioni estratte dal libro delle Riflessioni Morali sul Novo Testamento, condannate dal Sommo Pontefice, considerate come contenenti il Sistema di Gianfenio, e come dannabili per se stesse: Operetta Teologica traddotta dal Francese. In Milano, 1723 e di nuovo in Napoli, nella Stamperia di Felice Mosca, 1724.*
- B
- XX. *Exequiæ in Templo Sancti Nazarii Manfredi Septalio, Inscriptiones, Emblemata, Elogia. Mediolani, apud Impressores Archiepiscopales, 1680. in 4.*
- XXI. *Academia Funebri Manfredi Septalio in Classe Rhetoricæ Braydenfis. Ut supra.*
- XXII. *Alcune Riflessioni intorno alle cose presenti della Cina, in fol.*
- XXIII. *Offervazioni intorno alla Espozione de' Riti Cinesi Gontroverfi, in fol.*
- XXIV. *Risposta ad un libro contro le dodici Riflessioni intitolato: Difesa del Giudicio della S. Sede Apostolica, in 8.*
- XXV. *Il Trionfo della Primavera: Festa di Fuochi per la nascita del Serenissimo Arciduca Leopoldo Principe delle Asturie, disposta in tre Machine nella Piazza del Real Castello di Milano. In, per il Malatesta, 1716. in 8.*
- XXVI. *Alcune Dimostrazioni Geometriche spiegate da Pietro Paolo Caravaggio Juniore, con le approvazioni in varie lettere del P. Tommaso Ceva, dell' Anno MDCLXXV. MS in fol. Extrat apud Marchionem Petrum Paulum Caravagium.*
- XXVII. *Plinii Panegyricus cum Notis P. Cevæ. Venetiis, apud Colettum, 1727. in 12. II. editio.*
- XXVIII. *Corvi suspendium. Hoc Opus versibus descripsit Thomam nostrum erui ex Carmine Anonymi cujusdam, cui titulus: „ De Cornice. Fabula ad „ P. Thomam Cevam Societ. Jesu; legitur in Tom. XVI. Novar. Miscell. in Biblioth. Ambrosiana. De eo, præter citatos Auctores, plurimi alij loquuntur, quos singulos enumerare nimis longum foret.*

CLXV.

CHALCUS BARTHOLOMÆUS.

D

E

Bartholomæum Chalcum Mediolanensis Urbis Civem, atque non infimæ notæ eruditum Virum. Joannes Arcis Novariæ Præfectus genuit; eumque Gregorius Tiphernas politicis litteris imbuat, in quibus cum præclaræ esset indolis, & ad omne doctrinæ genus aptissimum fortitus esset ingenium, brevi tam clarus evasit, ut apud Infubres Duces magna fuerit in existimatione habitus. Quapropter Equitis dignitate exornatus electus est à Joanne Galeatio, & Ludovico Mediolani Principibus à Secretis, quo in munere difficillimis temporibus summæ integritatis, prudentiæ, atque in virtute præditos amoris præclara dedit indicia. Publicis enim Gymnasiis ob veritatem, & bellorum injuriam penè collapsis magnificè restauratis sapientissimos Institutores, in Adolescentium commodum, & litterariæ Republicæ augmentum præficiendos curavit, adeo ut Latinas, Græcæque litteras in hac Urbe excitaverit. Neque verò Studia in aliis tantum promovere nixus est, verum & in se ipso perpeti labore tantum eruditionis collegit, ut præstantes eo Sæculo Scriptores ad eum Volumina sua examinanda mittere non dubitarent, atque ab ejus judicio, sententiaque penderent. Gratiâ, qua apud prædictos Duces meritò pollebat, in Eruditorum utilitatem derivare consueverat, ideoque ad ejus tutelam, tamquam ad amantissimi Patris finem illi undique non sinistro eventu confugiebant. In his, aliisque præclarè gestis vitam omnem traduxit, quam cum summo bonorum omnium lætæ Anno MDVIII. ætatis

ætatis suæ LXXIV. die verò XVIII. mensis Junii commutavit in melius. Corpus ejus tumulo illatum est in Sacello Sanctissimæ Annuntiationis Templi San-

A | ctæ Mariæ Passionis Mediolani, hoc superadjecto Elogio, quod Petrus Franciscus Bartholomæi ex Filio Nepos tanto Avo ponendum jussit.

D. O. M.

BARTHOLOMAEVS CHALCVS
HONESTVS ET ORNATVS EQVES
IOHANNIS GALEAZ ET LVDOVICI
PRINCIPVM MEDIOLANI SFORTIADVM
PRIMVS A SECRETIS ET EPISTOLIS MAGISTER
VITAE SYNCERITATE
IN OMNI FORTVNA COMMENDATISSIMVS
VITA DEMVM INNOCENTISS. FVNCTVS
HAC AEDE OB RELIGIONIS CVLTVM CONDI VOLVIT
VIXIT ANN. LXXIV. OBIIT XVIII. IVNII MDVIII.
PE. FRANC. I.C. ET ALII NEPOTES
AVO B. M. POSVERE

Scripta ejus hæc supersunt :

- I. Epistolæ plures latine summa eruditione refertæ inter illas illustrium Virorum editas *Norimbergæ*, 1495. in fol. ubi dum ad eum leguntur ab Angelo Politiano conscriptæ.
 - II. Plures aliæ Epistolæ de Principum suorum negotiis optimo stylo exaratae; extant in Codice perinigni Cichi Simonetta MS. apud ornatissimum Virum, & de me non uno titulo benemeritum Comitem Antonium Simonettam.
 - III. Alia ejus Epistola ad Angelum Politianum supralaudatum legitur in lib. II. Epistolarum Politiani. In ea huic spondet Chalcus, se omnem moturum lapidem apud Ludovicum Mariam Mediolani Ducem, ut Opera quædam Georgii Merulae in publicam lucem edi permittat.
- Philippus Beroaldus libellum suum de Nuptiis Bentivolorum cum Epistola ad Bartholomæum misit, ut judicaret an luce dignum esset, nec ne.
- Litteras Matthæi Bossii Veronensis ad Chalcum de obitu, & laudibus Severini, ejusdem Bartholomæi Fratris, quem non multo post commendabimus; inseruit Rosinus in Elogio Severini prædicti, quod legitur in *Lycæo Lateranensi* lib. XVI. pag. 269.
- Carmina in ejus laudem cecinerunt plures, inter quos Joannes Biffius, qui integram Elegiam conscripsit de hoc argumento à Cl. Saxio loco infra citando relatam: Lancinus Curtius, cujus Ode ad Chalcum habetur inter illius Carmina edit. Mediol. Anni 1521. pag. 161. in libro X. Sylvarum: & Nicolaus Seraticus in MS. loco suo laudando.
- Inter non pauca Opera Doctorum Virorum Bartholomæo nostro nuncupata, hæc memorare placent.
- Titi Livii Patavini Historiæ editæ Anno 1495. à Minutiano.
- Q. Horatii Flacci Carmina impressa Anno 1486. ab eodem.
- Aconis in Horatium Commentaria. Adest Epistola ejusdem Alexandri Apuli, sive Minutiani Magnifico Viro Bartholomæo Chalco Ducalium Secretariorum Magistro, Meconati suo. In Officina egregii librarii Joannis Zarotti Parmensis, impendio Alexandri Minutiani Apuli de Sancto Severo. Hæc Opera Mediolani impressa sunt Anno à salutifero Virginis Partu sexto & octogesimo supra millesimum, & quadringentesimum. V. Id. Martias. Joannis Galeati Mariæ Sfortis Vicecomitis VI. Mediolanensium Ducis in clyti Regnum felici gubernante auspicio, Ludovico Maria Sfortia Vicecomite Inviçtissimo, & Sapientissimo Principe, cujus singulari prudentia, otio, ac festâ Pace ferè omnis fruitur Italia, in fol.
- Opus Dicitis Cretensis Anno 1477. à Masello Venia Beneventano editum.
- Opusculum Plurarchi Polyano, & Euridice inscriptum de Græco in latinum translatum à Joanne Volta, in cujus sine adest ejusdem Voltæ Carmen in laudem Chalchi. Extat MS. in 4. in Biblioth. Fratrum Marchionum Vicecomitum.

B | Meminerunt ejusdem Gesnerus in Biblioth. Universali, Tristanus Chalcus in Nuptiis Augustis, atque in Præfatione historiæ suæ. Paricellus in Residuis ipsius Trifiani: Horatius Landus in hist. Senatus Mediol. lib. 4. pag. 120. Cl. Saxius de Studiis Mediol. & in hist. Typogr. Sironus in Chron. pag. 117. art. 481. & Picinellus in Athenæo pag. 67.

DLXVI.

CHALCUS FRANCISCUS MAXIMILIANUS.

C | Franciscum Maximilianum Chalcum Mediolanensem, Polydori, & Victoriæ de Leonibus conjugum filium, plura sunt, quæ apud posteritatem celebrem efficiunt. Nam præter utriusque Juris lauream, ac generis nobilitatem, cujus gratiâ Anno MDCXX. in Collegium Jurisperitorum est cooptatus, Philosophicas quæstiones, & reconditas ejus Scientiæ latebras vel in ipsa adolescentia tam sedulo penetraverat, ut præclarum dederit eruditionis suæ specimen in infra laudando Opere. His adde in utraque linguâ, Italicâ scilicet, atque Latinâ Poëticam facultatem, quam fatis superque patefaciunt elegantissima Carmina ab ipso conscripta. Magnum sui desiderium Eruditis omnibus reliquit Anno à Virginis partu quinquagesimo supra millesimum sexcentesimo.

En tibi Lector ipsius litterarios labores:

- I. De Artibus generatim, & Arte artium speciatim Francisci Maximiliani Chalchi Mediolanensis: Disputatio Philosophica. *Ingolstadii, ex Officina Ederiana*, 1610. in 4.
 - II. Poëmata varia tam Latina, quam Italica extant in libro, cui titulus: *Varj Componimenti fatti nel Dottoramento del Sig. Ludovico Mazenta. Pavia*, 1613. in 8.
- Laudatur à Sirono in Chron. Colleg. JCC. pag. 199. art. 853.

DLXVII.

CHALCUS JACOBUS.

I | Gnotum & Picinello, & aliis omnibus, qui de Eruditis nostris egerunt, Jacobum Chalcum nobili sanguine Mediolani progenitum in hoc Theatrum adducere cogor, sed cunctis illis ornamentis, quibus alios honestare curavi, prorsus orbatum; nihil enim de hujus Scriptoris Actis reperi, præter illud quod

quod in Operis infra laudandi titulo adinveni, eum videlicet Sacro Carmelitarum Ordini nomen dedisse. Indicatur etiam, quo vixerit Sæculo; cum enim lubricationem suam inscripserit Henrico VIII. Regi Sæculo XVI. exarasse censendus est. Mirum interea videtur ne gry quidem apud sui Ordinis Viros de tam litterato homine superesse.

Titulum Codicis ab eo elucubratu hinc referemus:

- I. Frater Jacobus Chalcus Carmelita Henrico VIII. Regi: An possit superstes Frater fratris relictam absque liberis Uxorem ducere. MS. in Bibliotheca Antonii Com. Kantii apud Silfo in Comitatu Bedfordienfi in Hibernia, teste Montfauconio in Bibliotheca Biblioth. MSS. Tom. I. pag. 689. num. 16.

DLXVIII.

CHALCUS LUDOVICUS MARIA.

Ludovicus Maria Chalcus Petri Antonii Regii Fisci Patroni, & Margaritæ Scaccabarotiæ conjugum filius, Mediolani in lucem editus, cum se ad Religionis studia addixisset, Ordinem Prædicatorum in Conventu Sanctæ Mariæ Gratiarum ejusdem Urbis amplexus fuit. Theologus extitit magni nominis, nec minus gravitate, & in agendis prudentia, quam eruditione commendatus, vice Provincialis Lombardiæ absentis, cui datus fuerat focus in Comitibus Ordinis Valentis Aragonum MDCXLVII. definivit, in quibus jam Sacræ Theologiæ Magister, & in variis suæ Provinciæ Gymnasiis emeritus professor, ad Sacra Biblia Bononiensi in studio generali interpretanda designatus est. Primariam ibidem exinde rexisse Cathedram testantur Symmista, & suppar Rovetta, ac postea Comi Sanctæ Fidei Tribunali Præfectum, quo munere jamungebatur Anno MDCLVII. In eo perseveravit ad Annum usque MDCLX. qui ei fuit extremus; sepultusque est in Ecclesia sui Ordinis, quæ Sancti Joannis in Pedemonte nuncupatur.

Hæc ab eo sunt relicta Opera:

- I. Commentaria super Summam S. Thomæ de Aquino.
II. Apparatus super Jus Canonicum, cujus peritissimus fuit.
III. Commentum super Opusculum S. Thomæ de Ente, & Essentia.
Omnia MSS. apud Suos, testibus Quetif, & Eccard loco citando.
Eum commendant Rovetta, Ludovicus Augustinus Castellus in Fasciculo Florum Serto VI. de Elogiis Funebribus pag. 94. & ex relationibus Provinciæ Lombardiæ, citati Quetif & Eccard. in Script. Ord. Præd. Tom. II. pag. 587. & Clar. Sitonus in Schedis.

DLXIX.

CHALCUS SEVERINUS.

Severinus Chalcus Joannis Arcis Novariæ Præfecti filius, nobili genere Mediolani natus, mirâ fuit memoriâ præditus, adeo ut puellulus integram MS. Concionem Timothei Maffei insignis Verbi Dei Præconis ex Lateranensium Cœtu, quam familiares, ne ab eo lacerata periret, violenter extorserant, tandem redditam unius diei spatio memoriæ commendasse perhibeatur. Id præludium quoddam ejus eventus visum fuit in puero, quod erat in adolescente futurum. Nam ejusdem Maffei in Metropolitana Concionantis audito sermone, unâ cum fratribus suis Benedicto, & Hieronymo, quos ad Christum traxerat, invitis parentibus ad Canonicum Ordinem inter eosdem Lateranenses convolvavit. Philosophiam, ac Theologiam, Sacrasque paginas egregiè calluit. Adeo toti Ordini exemplo præluxit, ut Anno MCCCCLXXXII. in Comitibus Ravennatibus Abbas Generalis electus fuerit; ad idem munus Anno MCCCCLXXXVII. Ferrariæ, & Anno MCCCXCII. ibidem, demum verò Placentiæ Anno MCCCXCV. assumptus est.

A Cum primo Ordinem regeret, curante Guillelmo Marchione Montisferrati, vetustissimum Sanctæ Mariæ Crentensis Monasterium, missis probissimis Canonicis, reformavit. Sanctorum Patrum Scripta assidue pervolutabat, humilitate, animi candore, & perpetua otii fugâ celeberrimus. Ætatis suæ Anno LXV. die XX. Novembris MCCCCXCVI. dum præesset Abbas Monasterio Placentino, mortalitatem exiit magnâ cum sanctitatis famâ. Nam Joannes Philippus Novariensis loco mox citando eum hoc laudat encomio: „ Vita „ sanctissimus, omnibus bonis moribus ornatus, di „ vinis litteris eruditus, charitate fervens, humili „ tate præcipuus &c.
Alterum ei texuit Elogium Bernardinus Baldinus in libro suo, cui titulus: Lusus: ubi hoc legitur Distichon.

B *De Severino Mediolanensi Sacerdote sub D. Augustino merente.*

Arte Severinus prior, an probitate sit, æquè Ambigo, nam certè mirus utraque viget.

Scriptit Chalcus noster:

- I. De Vitis Sanctorum, Illustratamque ex Ordine Canonicorum Virorum Insignium, deque illorum egregiè perpetratis Lib. IV. ex Rosino, & Picinello citandis, è quibus tamen haurire non potui editum ne sit Opus, an MS.
II. Epistolas plures ad Matthæum Bossium, quas studiose, & impigrè ad se datas stylo, quo affuebat gravi, ornato, atque mundissimo, testatur idem Bossius in Epistola ad Gabrielem Chalcum Severini fratrem, quam exscripsit Rosin. in Lyceo Lateranensi. Lib. XVI. pag. 372.
Extant etiam ibi ejusdem Bossii litteræ ad Bartholomæum Chalcum Equitem, & Ducis Mediolanensis Prothofcrinarius, ipsius Severini fratrem alterum, quibus ei nunciat germani obitum, & pietatem in extremis offensam elegantissimo stylo prosequitur. Datæ sunt Placentiæ XI. Kal. Decembris MCCCCXCVI.
Aliæ ejusdem Bossii ad Esaiam Estensem de eodem argumento.
Idem Matthæus Bossius Severino inscripsit librum: De instituendo sapientiâ animo; editum Florentiæ, per Miscominum, 1483. die LX. Junii, in 4.
Agit de eo Penotus in hist. Tripart. sept. & Joannes Maubrunus in Venatorio lib. II. cap. CXIV. Rosin. in Lyceo loco citato, & alibi. Joannes Philippus Novariensis lib. VI. cap. XXX. & Picinellus in Athenæo pag. 490.

DLXX.

CHALCUS SIGISMUNDUS.

E X Petro Antonio Regii Fisci Patrono, atque Margarita Scaccabarotia conjugibus, natus est Mediolani Sigismundus Chalcus, Ludovici Mariæ supralaudati frater, quem Jurisprudentiæ laus (eam enim scientiam à teneris annis præcipuè admatam toto hauserat pectore) & morum integritas numquam in posteritatis memoria perire permittent. Hic enim Juris tam Cæsarei, quam Pontificii Doctor creatus, Annoque MDCLXIII. in Jurisconsultorum Collegium admissus, ad Patriæ Præfecturam assumptus est Anno MDCLXXXII. Cum autem magnam sibi peperisset famam, quod jam diu forensium strenuè administrasset, inter Consulatos Amplissimi Mediolanensis Senatus Patres sedere meruit, atque Cremonensi Urbi Prætor datus, æquitatis, doctrinæ, & prudentiæ præclara reliquit vestigia. Ceterum magnis fractis laboribus octuagenarius à Senatorio munere vacationem impetravit. Tanto erat porro ingenii acumine, ut eo potissimum indicante Senatus plura in Jure Municipali Mediolanensi recondita agnoverit. Hujus adhuc Urbis Præfecti mentio occurrebat in Inscriptione, quæ olim fuit in fronte Porticus Figinorum è conspectu Templi Maximi, seu Palatii Curis Ducalis, quæ Arengi dicitur, in hæc verba:

D. IO.

D. IO. THOMA HENRIQUEZ CABRERA
 COM. MELEGARII
 GVBERNATORE OPTIMO
 INTER TEMPORVM DIFFICVLTADES ET MINAS
 SALVTVM ET DECVS TVENTE
 D. FRANCISCO MOLES DVCE PARETI
 MAGNO CANCELLARIO
 SVPREMI REGIMINIS FAVSTITATEM
 MAGNIS VIRTVTIBVS ADMINISTRANTE
 OB AREAM HANC
 PROVIDENTIA ET LIBERALITATE PRINCIPIS
 OBSEQVENTIA VIGILANTIA
 SENATORIS SIGISMVNDI CHALCHI
 TVNC VRBIS PRAEFECTI
 ET PROCERVVM AERE ET PIETATE CIVIVM
 VRBIS DIGNITATI IN PERPETVVM RESTITVTAM
 VRBIS PRAEFECTVS ET LX. DECVRIONES P.
 ANNO MDCLXXXIV.

Plura nobis superessent ejus doctrinae monumenta, nisi ipse MSS. non pauca cum univ. Bibliotheca, quam domi extruxerat, fortuito Aedium incendio, non sine ingenti Reipublicae litterariae detrimento, periissent. Haec tamen adhuc extantia profertur:

- I. De suspitione falsitatis ex conjecturis proveniente, quae sufficit ad infirmanda testamenta, Consultatio. Legitur inter Consult. Trachedini Tom. I. num. 105.
- II. Responsum, sive Tractatus in eadem materia. Ibidem num. 106.
- III. De Feudis eorumque natura: Consultatio. Habetur in Controversiis Saminati, Controv. XV. *Generus*, 1686. in fol.
- IV. Allegationes de pactis futurae Successionis. Inter Opera Torre
- V. Controversia, qua officium Causidicorum, & Notariorum honorificum ostenditur, sub nomine Jo. Baptistae Larafacci Pontremulensis Advocati Mediolani: extat inter Controversias Forens. Jo. Francisci Andreoli in ordine CCCXIV.
- VI. Allegationes plures in Collectionibus Jurisconsultorum Mediolanensium: inter quas una in materia Administrationis pagg. 20. apud Solivetam. Agit de eo Sison. pag. 224. art. 1006. atque Beretta in Schedis.

DLXXI.

CHALCUS TRISTANUS.

Dum mente revolvo me saepepius audire coactum fuisse à nonnullis Viris alioquin doctis (nam de indoctis supervacaneum censo verba facere) problematicum esse: decus, an dedecus sperandum foret Mediolanensibus ex hoc meo qualicumque sit Opere, nam eorum sententiam ad nimis parum Virorum famam praestantissimorum Elenchum erat producendum; bone Deus! quantum de Patriae Historia, de Rebus Litterariis, atque de Suis sint adhuc ignari ita loquentes, immo veris quantum invidiae Exteris haec mea Bibliotheca forsitan alatura sit, Eruditorum judicium esto. In sola autem Historica facultate, nescio quae alia inter Italicas Urbes gloriari possit de Viro cum Tristano Chalco aequiparando, quem mihi liceat ob latini Sermonis suavitatem, atque elegantiam, ob in actis recitandis sinceritatem, diligentiam, atque perspicuitatem Titum Livium Mediolanensem nuncupare. Quo anno interim tantus Scriptor lucem viderit invenire adhuc mihi datum non fuit; verum Andreæ Pelandæ vocati, qui Magdalenam Caimam in uxorem duxit Anno MCCCCLXII. filium fuisse, me certiore fecit Cl. Sisonus, qui etiam Genealogicam Seriem à Guerra de Chalco deductam ab Anno MCCCCLV. usque ad Auctorem nostrum mihi perhumaniter texuit, Litteris deditus Tristanus, quas Tom. I.

A à Georgio Merula Alexandrino didicit, in ipsis tam excelluit, ut Anno MDII. in Patriae Historicum seligi meruerit, Bartholomaei Chalchi affinis sui officio apud Principes accedente, postquam Secretarii Ducalis munere peregre, sanctissimeque functus fuerat regnantibus Francisco Sfortia I., Bona, Galeatio Maria, necnon Ludovico Mauro nuncupato, Mediolanensium Ducibus. Immo anno etiam MDIII. Regius erat Secretarius, & hoc ille titulo insignis, ejusdem Anni Kal. Augustis, aureum Censorini de die Natali librum, & alia nonnulla variorum Opusculis typis Mediolanensibus edita nuncupavit Stephano Pancherio, cum nuper è Regio Senatus Mediolanensis Praeside proventus hic ad Parisiensis Ecclesiae Pontificatum fuisset. Ex Ducalibus litteris annorum MDVI. & MDVII. quas asserit Puricellus in sua Praefatione Residuis Chalchi nostri praefixa se vidisse pænes Eruditissimum Marchionem Vercellinum Mariam Vicecomitem, Auctorem nostrum in Regii Secretarii munere perseverasse, immo Prothoscriniarium fuisse constat. Matrimonio se conjunxit cum Susanna Calcaterra nobilissima foemina, ex qua procreavit filium nomine Joannem Franciscum. Ista verò ad secundas Nuptias transiit, post mariti mortem cum Joanne Antonio Calcasina. Interim Chalcus noster Historiam suam scribere inchoavit Anno MCCCXCVI. circiter, ut asserit cit. Puricellus in Differtat. Nazar. cap. 104. num. 1. & à quibus fontibus ipsam hauserit, videnda est Praefatio Auctoris nostri in ipsius Historiae fronteposita. Dolendum profecto est, quod annus certus Tristani obitus, qui dicitur fuisse circiter MDXV. Sepulchri locus, & Inscriptio ignoretur. Puricellus tantum nobis tradidit praemanibus habuisse publicum quoddam Instrumentum Anni MDXVI. die XIII. Mensis Octobris, in quo Tristanus noster inter mortuos computabatur, contendens pluribus rationibus adductis, obiisse dum librum XXII. Historiae suae scribebat, quem imperfectum reliquit. Idem Puricellus nonnullis documentis fretus contendit, ut credamus genuinum cognomentum Tristani nostri esse scribendum Chalci, non Chalchi, sed veniam tanti Viri nos communem opinionem, atque consuetudinem sequuti sumus, & Chalchi nomine ipsum & omnes istius familiae inscripsimus.

D Quae de ipso invenimus, praeter typis tradita, hic etiam recensita, Lector accipiat:

- I. Tristani Chalchi Mediolanensis Historiographi Historiae Patriae Libri XX. *Mediolani, apud heredes Melchioris Malatestae*, 1628. in fol. Ad calcem adfuit Notae Guilielmi Calveroni, suppresso autem nomine, quod Graevius clarissimus indicavit in sua editione, ut infra. Iterum cum Notis ejusdem Calveroni editi sunt in Tomo II. Thesauri Antiquitatum, & Historiarum Italiae, ut mox innuimus, Joannis Georgii Graevii. *Lugd. Bataavor.* 1704. pag. 80. Servantur etiam MSS. in ditissima Bibliotheca Archintea à me pluribus in locis cum impressis collati, at satis diversi, quandoque etiam multo auctiores; & cum sint recenti caractere conscripti, nescio à quo Codice hausti sint; Autographum autem Opus servatur in Bibliotheca Ambrosiana, à Puricello in citata Praefatione descriptum. Epitome quoque hujus historiae prodit *Mediolani, Typis Malatestae*, in 8. sine anno. Alium etiam MS Codicem habet apud se Canonicus Jo. Andreas Iricus, qui si non autographus, certe pluribus in locis ipsius Tristani manu correctus est. In eo quoque plura sunt, & ab impressis Libris, & ab Archinteo Volumine diversa.
- II. Tristani Chalchi Mediolanensis Historiographi; Residua, hoc est: Historiae Patriae Liber XXI. & XXII. E Bibliotheca Patricii Nobilissimi Lucii Hadriani Cottae eruta, studio & opera Joannis Petri Puricelli, Sacrae Theolog. Doctoris, & Laurentianae Basilicae Archipresbyteri, qui suum etiam illis Indicem Familiarum, & Epitomas adjecit. *Mediolani, apud Malatestas*, 1644. in fol. Haec quoque intulit Graevius supradictus in Tomum supramemoratum p. 440. Codex autographus autem Puricelli, qui Epitomas Praefationem, & Indices tam Residuis, quam aliis III. sequentibus Opusculis de suo adjecit, extat inter

- inter MSS. Biblioth. Ambros. signat. ff. n. 3. in fol.
- III. Tristani Chalchi Mediolanensis Historiographi Nuptiæ Mediolanensium Ducum, sive Joannis Galearii cum Isabella Aragonia Ferdinandi Neapolitanorum Regis Nepte. Præfigitur Epistola Nuncupatoria ejusdem Chalchi ad Illustrissimum & Inclytum Principem Ludovicum Mariam Sfortiam Barii Ducem. Extat in supradicta editione Puricelli, atque in altera Grævii Tom. II. pag. 497. Autographus verò MS. est in Biblioth. Ambr. Cod. sign. H. num. 55. in pergamenæ optimæ Notæ cum miniaturis, & litteris deauratis in 4. Auctor eum scripsit Anno MCCCCLXXXIX.
- IV. Tristani Chalchi Mediolanensis Historiographi Nuptiæ Mediolanensium, & Estensium Principum, scilicet Ludovici Mariæ cum Beatrice Alphonfi Estensis Sorore, vicissimque Alphonfi cum Anna Ludovici Nepte. Extat ut supra pag. 515. nec non Autographus in Codice supramemorato Bibliothecæ Ambrosianæ. Scripsit verò has Anno MCCCXCIV. in editione Puricelli, & in altera Grævii T. II.
- V. Nuptiæ Augustæ; hoc est: Maximiliani Romanorum Regis, & Imperatoris jam designati, cum Blanca, Joannis Galeatii Mediolanensium Ducis Sorore. Extat in supradictis duabus editionibus, atque in memorato Codice Ambrosiano: Auctor autem scribebat Anno MCCCXCIV. tametsi, ut animadvertit Puricellus in Præfatione suæ editionis, postea Nuncupatoriæ illi, & quidem primæ ad Erasmus Brascam Epistolæ MCDXCVII. recentiori characterè annum adjecit. Tria hæc Opera nuptialia, reperiuntur etiam in Bibliotheca Vaticana Codice 5622. ex Montfauconii Bibliotheca Bibliothecarum MSS. T. I. pag. 122.
- VI. Tristani Chalchi de Stemmate Vicecomitum cum Tabulis Genealogicis ad Ludovicum XII. Francorum Regem, & Mediolani Ducem. Epistola Nuncupatoria data est Mediolani Anno MCCCXCIX. MS. in fol. extat in Biblioth. Fratrum Marchionum Vicecomitum; in quo MS. vidi etiam Causas sive Processum reatum Bernabovis Vicecomitis pro quibus in carcerem trusus fuit.
- VII. Genealogia Vicecomitum Principum Mediolani ab Anno MCCLXI. ad MDII. MS. in fol. pænes JC. & Advocatum Joannem de Sionis, cujus epistola nuncupatoria incipit: „ Reverendo Patri, Mœcenatique Colendissimo Domino Stephano Poncherio „ Regio Cancellario, & Præsidi Senatus Mediolani „ Cliens Tristanus Chalchus Mediolanensis salutem: „ in fine: Data est Mediolani die X. Augusti Anno „ Christianæ dinumerationis MDII.
- VIII. Quæstio in Auctorem Rhetoricorum ad Herennium Tristani Chalchi. Extat MS. in Biblioth. Reg. Parisiensis Codice 6108. ex Montfauconio supramemorato.
- IX. Epistola nuncupatoria Stephano Poncherio ad Vitas Nervæ Trajani & Adriani Dionis à Merula translata Anno MDIII.
- X. Edidit etiam per Alexandrum Minutianum Historiam Vicecomitum Merulæ cum sua Præfatione. De his duobus Articulis videndus Saxius ad Annum MD.
- XI. Typis demandavit quoque aureum Librum Censorini de die natali Anno MDIII. cum Præfatione & Epistola Nuncupatoria memorato Poncherio, ut diximus. Epistola Angeli Politiani Tristano Chalcho, continens laudes Mariani Genanzenensis Concionatoris eximii. Dat. Florentiæ XI. Kal. Aprilis MCCCCLXXXIX. Extat in Codice Miscellaneorum in 4. Bibliothecæ Fratrum Marchionum Vicecomitum. satis diversa ab impressa inter illas illustrium Virorum. *Nurembergæ, apud Nicolaum VVolfsum 1499.* in fol., ut conferentibus patebit, & est numero 68.
- Quotquot de rebus Mediolanensibus scripserunt à Sæculo XV. usque in præsens, nemo est qui de Tristano Chalcho mentionem non habeat debita cum laude. Picinellus noster pag. 506. sui Athenæi ipsum quoque tantummodo salutavit.

DLXXII.

CHIAPANUS ANGELUS PIUS.

Angelus Pius Chiapanus Mediolanensis acutissimo Vir ingenio, cum Institutum Carmelitarum adolescens ad Deo servendum elegisset, omnes præfultit Virtutes homine pietatem profitente dignas. Philosophiæ studiis Theologicas disciplinas adjunxit, & ne quid in eo ad animi culturam pertinens deesset, cum Poësis, tum sacræ eloquentiæ ornamentis eluxit. Inter primarios ævi sui Scholasticos habitus in Cœnobio Transpontino sui Ordinis in Urbe Roma stu-

diorum Præfecturam non paucos annos gessit, tum in Papiensi Archigymnasio quasi per gradus ad primariam Theologiæ Cathedram ascendit, nam Logicam primum, hinc Ethicam, mox Metaphysicam antea docuerat. Inter Affidatos Academicos, quibus adscriptus fuerat, primas quodammodo tenere videbatur. Sacras Conciones habuit ingenti cum Auditorum non minus plausu, quam fructu, Panormi, Neapoli, Romæ, Venetiis, Bergomi, in aliisque præcipuis Italiæ Urbibus. Alumnis sui Ordinis in hac Provincia præfuit, Rectorumque Ministrorum ob doctrinæ præstantiam, blandamque morum comitatem animos sibi devinxit. Cum inter Nobiles Viros orbantur controversiæ, ad eum tamquam ad Virum in hac materia peritissimum undique confluere solebant omnes; atque ardentibus inter Papiensem Urbem & litteris in eo Lyceō vacantes juvenes lites, electus Arbitrator summa prudentia, ac foelicitate composuit. Ad immortalitatem transiit in Mediolanensi Cœnobio Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo die XX. Augusti Anno Christi Salvatoris MDCLXIV.

Hæc sunt doctrinæ illius reliqua:

- I. La Carità indefessa: Panegirico per San Carlo, detto nel Duomo di Milano. Ivi, 1643.
 - II. L'Ambrosia: Panegirico per il B. Ambrosio da Siena Domenicano.
 - III. Panegirico per Santa Teresa.
 - IV. Alcune Poësie Italiane per varie opportunità. Edita fuisse hæc Opera testatur Picinellus, annum tamen, locum, ac Typographum pro more reticet.
 - V. Libro di lezioni in materia di Cavalleria, e di Duelli fatte a' Cavalieri di Milano. MS. ex eodem Picinello, quod Volumen satis magnæ molis prælo paraverat.
 - VI. Quaresimale. Hoc etiam in lucem edere statuerat, sed apud Suos MS. reliquit. Ex eodem.
 - VII. Opera quædam ad Specularivas Scientias spectantia. MS. apud Suos ex eodem.
- Ita laudatus Picinellus in Athenæo pag. 35.

DLXXIII.

CHOERZ ANTONIUS.

Non infimum locum inter Eruditos Mediolanenses, qui in Ordine Minorum, quos Observantes vulgò appellamus, & doctrinæ, & pietatis laudem promeruerunt, obtinet Antonius Choerez. Etenim religiosum illud amplexus Institutum, studisque de more peractis, in quibus condiscipulos acuminem ingenii, atque perpetis laboris patientiâ facile superavit; ad alios quoque regendos assumptus, in Comitibus Provincialibus in Cœnobio Sancti Francisci Laudensis Urbis: Anno post Salvatoris Adventum MDCLXXVII. die XIV. Junii celebratis, Desinitoris, ac Provinciæ Ministri à Secretis suscepit Officium. Quantum in eo munere virtutis specimen dederit hinc elucet, quod Anno MDCLXXIX. eidem Provinciæ Mediolanensi Commissarius Provincialis datus fuerit. Eductus est è carnis ergastulo in patrio Conventu Sancti Angeli die XVII. Junii Anno MDCLXXXIV.

Eruditos hos labores ejus habemus:

- I. Herois Alcantarensis virtutes. Crema, per Jacobum Marchettum, 1670. in 4.
- II. Disinganno del Mondo. Milano, per Carlo Andrea Remenolfo, 1674. in 8.
- III. Vita di S. Fausto Martire. Milano, per Lodovico Monza, 1674. in 8.
- IV. La Donzella sfortunata. Milano, per lo stesso, 1677.
- V. Trionfi del Rosario. Milano, per lo stesso, 1677.
- VI. Vita di Santa Rosa di Viterbo. Milano, per l'Agostino, 1681. in 8.
- VII. Regina Ester. Milano, per Lodovico Monza, 1678. in 8.
- VIII. La Predicatrice Santa Rosa, e
- IX. S. Rosa Eroina Serafica: Discorsi due. Milano, presso l'Agostino, 1682. in 12.
- X. Prudenza, e Stato de' Principi. Ivi. XI. Com-

- XI. Compendio della Vita di S. Pietro d'Alcantara. *Milano.*
 XII. Compendio della Vita di Santa Maria Maddalena de Pazzi. *Ivi.*
 XIII. Giaditta Istoria, e Morale. MS. in Biblioth. prædicatorii Cœnobii S. Angeli Mediolani. Ita à Suis.

DLXXIV.

CHRISTIANUS HIERONYMUS.

Hieronymo, cui cognomen Christianus, Mediolanensis Urbs Patria fuit, Pater verò Joannes Baptista gladiatoris artis professor Papiæ natus, sed à pueritia Mediolani educatus, ubi cum adultus conjugium iniisset, præter alios liberos Hieronymum quoque nostrum genuit; qui parentis exemplo eandem artem exercuit. Lateret in tenebris etiam hic Scriptor, neque unquam nobis inter Mediolanenses collocandus videri poterat, nisi pauca hæc ipse de se adnotasset in Præfatione Operis mox laudandi.

Illud est hoc titulo:

- I. Compendio di Scherma, utile non solo ai principianti, ma a quelli ancora pratici di tal virtù; Dedicato al Sig. Marchese Giuseppe Maria Visconte. MS. in 4. Extat in Bibliotheca Fratrum Marchionum Vicecomitum à nobis pluries laudata.

DLXXV.

CHRISTOPHORUS.

Christophorus de Mediolano Prædicatorum Ordinem in patrio Cœnobio Sancti Eustorgii, Provinciae Sancti Petri M. professus, insignis fuit dicendi facundia Ecclesiastes, sed & pietate, vitæque innocentia ac abstinentiâ severiori, vel etiam operum, quæ naturæ vires excedere visa sunt, gloria non minus claruit. Primum Domus Ordinis Tabiensis promotorem & conditorem fuisse volunt Instituti sui Scriptores, & cum ea Anno demum MCCCCLXVIII. in Comitibus Romanis in Conventum erecta fuisset, primo Priore F. Baptista de Carredo constituto in actis, circa hæc tempora Christophorum floruisse necesse est. Pius ex Taegio obiisse dicitur Anno MCCCCLXIV., idem confirmat Rovetta ex relationibus dictæ Domus Tabiensis, & in ea mortuum & sepultum.

Scriptis:

- I. Sermones de tempore, & de Sanctis.
 II. Apparatus ad Conciones ex variis SS. Patrum auctoritatibus confectus. Quæ omnia quatuor Voluminibus membranaceis comprehensa apud Suos in dicto Tabienti Conventu asservantur.
 Eiusdem meminerunt Pius ex Taegio Part. I. Monument. Ordinis: Carifus in Sacro Theatro: Quetif, & Echard. Script. Ord. Præd. Tom. I. pag. 285., & Picinellus in Athen. Mediol. pag. 158.

DLXXVI.

CICEREJUS FRANCISCUS.

Bibliothecæ Fratrum Marchionum Vicecomitum à me sæpius laudatæ debeo etiam quod de Francisco Cicerejo dicturus sum; nam in ipsa præter alia istius doctissimi Viri Opera servatur quoque Codex Epistolaris tam Latino, quam Italico sermone conscriptus ab Anno MDXLVI. ad MDXCIV. Ab eodem didici eum moram traxisse juvenilibus annis insigni Oppido Lucani, non tantum in litteris ediscendis, quam eis aliis tradendis intentum. Inde Mediolanum vocatus à celeberrimo Viro Marco Antonio Majoragio, de quo suo loco nobis erit summa cum voluptate, ejusdemque honore dicendum, ut sibi in erudiendis discipulis, quorum tunc maxima confluen-

Atia in hac Urbe erat, ei adjutorio esset. Illicò Franciscus noster amici precibus obtemperavit, & Domum, Matremque & reliquam familiam, quam Comi habebat, secum Mediolanum tradidit. Gens autem Cicereja patriam suam Comensem agnoscit: sed noster pluribus in locis se Mediolanensem apertè profitetur, ut in ejus operibus evolvendis nos ipsi offendimus, ideoque inter hos Scriptores locum libenter, & merito ei dedimus. Quantum Mediolanum ipsi debeat, satis ostendunt Viri penè innumeri, quos ipse doctos effecit. Tum supradicto Majoragio intradendis humanioribus litteris suffectus fuit in celeberrimo Palatino Mediolanensi Gymnasio, quod Clarissimum Sæculis omnibus reddidit magnum illud Catholicæ Ecclesiæ decus & lumen Divus Augustinus, ut omnibus Eruditis notum est. Auctor noster indefessus Orationes, Elogia, Inscriptiones Sepulchrales, aliaque id generis Monumenta eleganter scribebat, necnon diligentissimè eadem undique conquirebat, ut videre est ab his, quæ nos invenimus, & Lectori nostro in hac Collectione primum exhibemus. Dum verò in maximæ Bibliothecæ Ambrosianæ evolvendis libris insudavi, mirum est, quot casu præmanibus mihi venire Codices à Cicerejo nostro undique Notis MSS. adpersi, quorum aliquos hinc etiam memorare optimum duximus post ejus Opera quæ sunt:

- I.** Codex Epistolaris, continens etiam quæstiones multiplices eruditione Græca & Latina refertas, ab Annis MDXL. ad MDLVIII. ad Viros doctos, inter quos ad Jo. Baptistam Ferrarium, Marcum Antonium Majoragium, Joannem Opporinum, Andream Camutium, Miolum Vicecomitem, Stephanum Ferrarium, Guillelmum Postellum, Lilium Gregorium Gyrardum, Paulum Manutium, aliosque. MS. ingentis molis extat in Biblioth. Monachorum Cisterciensium Sancti Ambrosii Mediolani. Vol. II. in 4. n. 73. & 74.
II. Codex alter Epistolaris Italico & Latino sermone conscriptus ab Anno MDXLVI. ad MDXCIV., ut supra innuimus. MS. in 4. justæ molis; Autographus est in Biblioth. Fratrum Marchionum Vicecomitum.
III. Carmina Latina varia atque erudita leguntur; sparsim in supradictis Codicibus.
IV. De Monumento marmoreo Paulo Manutio Aldi filio, Mediolani faciendo ad Mediolanenses Oratio, Senatoribus Ludovico Mazenzio, Scipioni Simonetta, Hieronymo Montio dicata, qui Manutium Mediolanum evocarunt & donis, muneribusque propriis cumularunt. In fine adsunt Epistolæ duæ; una Francisci Cicerei ad Paulum Manutium, altera Manutii ad Cicerejum. Prior data est Mediolani Kal. Septembris MDLXIX., altera ex Oppido Plebis-Sacci VII. Id. Novemb. MDLXX. MS. in 4. pagg. 74. in Biblioth. supradicta Monachorum Cisterciensium. In ipsa Cicerejus se dicit Mediolanensem.
V. Francisci Cicerei Epistola Latina ad Octavianum Ferrarium in laudem Pauli Canobii, atque alia eruditissima ad eundem de Studiis propriis pagg. 10. in Biblioth. Marchionum Vicecomitum.
VI. Oratio Funeris Bartholomæi Capræ, quæ sic inscribitur: „ Anno M. D. LXXXIX. XVII. Kalend. „ Decemb. hoc est die Mercurii, qui dies fuit XV. „ Novemb. hora ferè XVII. aut non multo secus, „ Franciscus Cicerejus Rhetorum antiquorum in „ Scholis Palatinis interpres, in Aede Rosæ, quædam de Vita & moribus Viri Clarissimi, & de „ Litteris, & Litteratis hominibus optimè meriti „ Bartholomæi Capræ Mediolanensis Jurisconsulti in „ Collegium cooptati, Ticini aliquot mensibus antea „ mortui, commemoravit Dei auxilio fretus. MS. in 4. pagg. 22. in Biblioth. prædictorum Marchionum Vicecomitum.
VII. Francisci Cicerei Mediolanensis Philippus, vel de Iocratidis laudandi ratione, unà cum Epistola de eodem Argumento ad Julium Clarum Virum summum, & singularem. MS. in 4. extat ibidem.
VIII. Oratio in Funere Octaviani Ferrarii, die XIII. Novemb. Anno MDLXXXVII. dicta. MS. Codex in 4. etiam hic sicut & supradicti Autographus in eadem Bibliotheca Marchionum Vicecomitum.
IX. In Euripidis Oresten Commentarius. MS. in Biblioth. Ambros. sign. H. num. 47.
X. Antiquorum Monumentorum Urbis Mediolani ab Alciato prætermisforum libri duo: Ad Galeatium Brugoram Senatorem Amplissimum. Incipit: „ In „ Com-

- Commentariolis hisce nostris &c. Desinit autem sic: Hæc Franciscus Cicerejus scribebat ad octo & triginta antiqua Monumenta, emendaturus, immutaturus, si quid ipsi Galeatio Brugoræ, cui quidquid est Operis dicatum vult, aut Octaviano Ferrario, aut Francisco Petrejo Nigro, aut Lucio Annibaldi Crucejo, aut aliis doctissimis hominibus visum fuerit. Extat MS. pænes Cl. Sironum, in Biblioth. Ambros. in Regia Parisiensi, sicut extabat etiam apud Jacobum Valerium, de quo suo loco.
- XI.** Francisci Cicerei, vulgò Cesarini, Inscriptionum antiquarum & Sepulcralium Mediolani, Modoëtiæ, & Novocomi Collectanea. MS. pænes eundem JC. Sironum.
- XII.** Eiusdem Satyræ, in quibus de Horatii, & Lucilii versibus iudicium facit ad ornatissimum Virum. Joannem Gobellinum Philippi Hispaniarum Regis à Secretis. MS. Autograph. in 4. pagg. 100. in Bibliotheca Fratrum Marchionum Vicecomitum.
- XIII.** Terentii Comædiæ. MS. in fol. in pergameno elegantissimus, Sæculo XI. circ. cum variis Notis ad marginem, perquam eruditus Francisci Cicerei; Est in Bibliotheca Ambrosiana signatus D. num. 79. in fol.
- XIV.** Præcepta ad Rhetoricam pertinentia Bartholini de Valvafforibus de Laude. MS. Sæculi XIV. litteris rubro-nigris in pergamena, cum Notis Francisci Cicerei, in supradiçta Bibliotheca Ambros. sign. Q. num. 26.
- Isti cum pluribus aliis MSS. atque Codicibus impressis empti fuerunt ab Hæredibus Francisci Cicerei, ære Eminentiss. Card. Federici Borromæi, & ferè omnes visuntur, sicut innuimus, Notis marginalibus tam Græcis, quam Latinis Auctoris nostri manu adpersi.
- Carmen ad eundem Jacobi Critonii Scoti legitur in libro ejusdem Sfortiæ Brippio nuncupato. *Mediol. 1585. in 4.*
- Distico etiam sequenti laudatur à Joanne Baptista Vicecomite in Carm. ejusdem Mediol. editis Anno eodem.

*Ceu verè es Cicero Cicerei nomine reque,
Ile es Franciscus nomine reque simul.*

Epistola satis erudita Andreae Camutii ad Franciscum Cicerejum est inter Epistolas Gudii pag. 118

In Epistolis editis Hieronymi Bossii Ticinensis leguntur plures ad Auctorem nostrum, sicuti & inter illas Pauli Manutii, aliorumque Clarissimorum Virorum Edit. Constantien. 1588.

Sigismundus Folianus ad Franciscum, ejusque fratrem Cæsarem, quos Viros eruditissimos appellat, citatis etiam litteris Cæsaris ad se datis, Epistolas duas conscripsit, sicuti & in altera, quæ est VI. libri primi gratulatur Francisco Eloquentiæ cathedram à Senatu ei commissam, atque in XXI. libri quarti Franciscum consolatur de morte Annihalis Crucei.

Præter citatos Authores Cicerei meminerunt Morigia, quo scribente Franciscus jam annos XXX. in Palatinis Scholis Eloquentiam docebat; & Picinellus qui in suo Athenæo pag. 207. in duos dividit Viros Franciscum nostrum; unum appellans cognomine *Ciceri*, alterum verò *Cesarinum*; alique non pauci.

DLXXVII.

CICEREJUS MARCUS MAPHÆUS.

DE erudito Viro Marco Maphæo Cicerejo Picinellus tam pauca scripsit, ut non longè à veritate abesse videatur, qui nihil omninò parum illud dixerit, immo ne nomen quidem integrum protulit Maphæum tantum appellans. At nonnulla magno labore quæsitæ hîc & nos dabimus, sperantes fore, ut aliis fortasse plura possint occurrere ad doctissimi hominis acta illustranda. Patrem igitur habuit Franciscum illum inter celeberrimos sui sæculi litteratos Viros merito recensendum, quem paulò ante debita laudis commendatione ornavimus. Alterum quoque in animo litteris colendo quodammodo parentem ejus illo sceliciores qui corpus genuit, Lector accipe, Cæsarem videlicet Rovidium non uno nomine illustrem, cujus Elogium, cum tempus advenerit, proferemus. Annum Marci Maphæi nostri postremum, atque alia ipsius gesta nos hæctenus latent. Verum Eloquentiâ, Poësi, ac po-

A litoribus litteris plurimum eum delectatum fuisse evincunt ea, quæ scripsit, scilicet:

- I.** Epistolarum Volumen Eruditione Latina, & Græca refertum ad varios illustres Viros Mediolanenses, inter quos datæ.
Bartholomæo Capræ aliquot, in quibus multa ad Mediolanensem Litterariam Historiam.
Francisco Cicerejo Patri,
Joanni Mariæ ab Ecclesia,
Joanni Francisco Pirogallo avunculo, à quo quærit Opera ejusdem Cæsari Rovidio Præceptoris suo, Aliisque. Annorum MDLXXXI. & sequentis.
MS. in 4. in Archivo Monachorum S. Ambrosii, Codex olim fuit Joannis Baptistæ Blanchinii.
- II.** Orationes plures, &
- III.** Carmina Latina.
Extant ad eundem Epistolæ nonnullæ Francisci Patri Annis prædictis MDLXXXI. & MDLXXXII. conscriptæ, in quibus de ejus Studiis differit; in MS. Epistolarum ejusdem Francisci in Biblioth. Marchionum Vicecomitum.
De ipso perpauca sunt apud Picinellum in Athenæo pag. 406.

DLXXVIII.

CIGNARDUS JOSEPH MARIA.

ERuditionem Josephi Mariæ Cignardi circa medium proximè elapsum sæculum in hac Mediolanensi Urbe, quæ ipsi natale solum fuerat, præcipuè in historica facultate illustrem censuit Ordo Servorum Deiparæ Virginis, cui ille nomen dederat; nam ejus doctrinâ perspectâ ad conscribendos Religionis Annales electus fuit. Sacræ quoque Theologiæ Magisterio meruit decorari, atque ut non tantum Alumnis Instituti sui prodesset, Oratoriam facultatem non paucos annos in Palatino Gymnasio, Senatus consulto ad eam Cathedram evectus, docuit. Plures Eloquentiæ laude præstantes Viros discipulos habuit, inter quos Petrum Antonium Arnaldum, qui Dissertationem inferius memorandam à Cignardo compositam publicè habuit. Desideratus est præstantissimus Professor Mediolani mensis Octobri, Anno redemptæ humanitatis MDCLXII.

Habemus illius, quas hîc promimus, lucubrationes:

- I.** Ristretto della Vita dell' Arciduchessa d'Austria Anna-Giuliana Gonzaga del Terz' Ordine de Servi di Maria Vergine. *Milano, per Filippo Gbifolli, 1651. in 8.*
- II.** Faustum optatæ Pacis augurium, Dissertatio Parenetica. *Mediolani, ex Typographia Philippi Gbifolli in 4.* Hanc habuit Petrus Antonius Arnaldus coram Senatu Excellentissimo, sub disciplina doctissimi Patris Cignardi Præceptoris sui in memorato Gymnasio Palatino.
- III.** Prolusiones variæ. MS. in fol. pænes Suos.
Ex Schedis Mazzuchellianis.

DLXXIX.

CIGNARDUS JULIUS.

Non parum debet Nobilissimum hujus Urbis Jurisconsultorum Collegium Julio Cignardo Joannis Ambrosii filio ob Collectionem inferius memorandam. Huic eidem Collegio, Laureâ utriusque Juris perceptâ, adscriptus fuit Anno MDXCIV. Patrialem habuit Ferrantem Patriæ Decurionem, & Magistratus Ducalium Reddituum, quos dicimus Ordinarios, Quæstorem. Obiit autem Julius noster Anno MDCXXXIX.

Opus verò illius hoc est:

- I.** Privilegia pro Amplissimo Jurisconsultorum Comitum, & Equitum Mediolanensium Collegio. Illud nuncupavit eidem Collegio Epistolâ datâ Idibus Augusti MDCXXI. *Mediol. sine Typog. in fol.*
De ipso Sironus pag. 177. art. 732., & Mazzuchellus in Schedis.

DLXXX.

DLXXX.

CINQUANTA BENEDICTUS.

Benedictus Cinquanta Mediolanensis Ordinis Minorum Observantium Alumnus, eruditionis, & morum laude clarissimus, plura sustinuit primi gradus munera; nam fuit electus in Ministrum Provinciam Mediolani in Conventu Sanctæ Mariæ Pacis die XX. mensis Maji Anno MDCXVII., & in Capitulo generali sexagesimo sexto in Conventu Sancti Francisci Salmaticensis Civitatis in Hispania die II. Junii Anno MDXVIII. habito, ob ejus præclara merita in Diffinitorem generalem Cisfontanæ Familiæ cooptatus fuit. Hic summâ industriâ, solertiâ, magnisque expensis, Templum, & Cœnobium supradicti Conventus Sanctæ Mariæ Pacis egregiè restituit, auxit, & ornavit. Imaginem B. Virginis Filium humiliter supplicantis, ut bellis attrito statui Mediolanensi, optatam Pacem, veste ubique hoc nomine *Pax*, *Pax* grata varietate conspersa imperiret, quam Beatus Amadeus devotissimè in pariete pingi curavit, & quæ per multos annos ponè Iconem Chori delituit, ad Altare majus auro ornatam transferri mandavit, in magnam Civium consolationem, editis per eandem plurimis Miraculis.

Inter Ordinis sui curas non modicas litterarum, quas optimè semper coluerat memor, plurima elucubravit, quæ hic proferimus.

- I. Lo Specchio de' Prelati. *Milano*, per il *Malatesta*, 1528. & 1670. in 4.
- II. Le Quarant' Ore, Sermoni XL. per il Santissimo. *Milano*, per il *Gbisolfo*. 1632. in 4.
- III. Idilj della Passione in versi sciolti, in 8.
- IV. Il Ricco Epulone, Tragedia spirituale.
- V. S. Agnese, Tragedia spirituale in rima. *Milano*, per il *Malatesta*. 1634. in 12.
- VI. La Pace, Rappresentazione spirituale.
- VII. La Maddalena, Rappresentazione spirituale. *Ivi*, per il *Malatesta*. 1616. in 12.
- VIII. La Resurrezione di Cristo, Rappresentazione in versi sciolti. *Ivi*, per il *Conso*. 1617. in 12.
- IX. Il Fariseo, ed il Pubblicano, Rappresentazione spirituale in rima. *Ivi*, per il *Marelli*. 1634. in 12.
- X. Il Figliuolo Prodigo, Rappresentazione morale in versi sciolti. *Ivi*, per il *Malatesta*. 1633. in 12.
- XI. La Natività del Signore, come sopra. *Ivi*, per il *Cantoni*. 1628. in 12.
- XII. La Peste dell' Anno MDCXXX. Tragedia in versi sciolti. *Ivi*, per il *Malatesta*. 1632. in 12. Laudatur à VVadingo in Cathalogo Script. Ord. Minor. litt. B. pag. 50. in Chronol. Seraph. ad Annum MDCXVIII. pag. 550., & à Picinello in Athenæo pag. 80.

DLXXXI.

De CIRNIANO VILLANUS.

Prudentissimos illos inter Viros, quorum potissimum studio, atque labore restituta est Mediolanensis Urbs post celeberrimum Friderici I. excidium, non infimum sibi vindicavit locum Villanus de Cirniano. Sed non ædificiorum tantummodo curam gesserunt Cives illi de Patria optimè meriti, verum etiam saluberrimis legibus conditis resurgentem Urbem ornarunt, ut ad pristinos lares reversa populi multitudo vetustam Insuarem gloriam bonis moribus redderet. Latæ sunt leges illæ Anno MCCLXIV. Non invidemus posteritati Villanum nostrum licet nomine tantum notum, non mediocri enim prudentia præditum fuisse evincunt ea quæ cum Collegis à nobis vel jam laudatis, vel laudandis vulgavit, sci licet:

- I. Statuta Reipublicæ Mediolanensis Anno MCCLXIV. publicata. Ex Corio, & Collect. Comitum Octavii Archinti.

Tom. I.

DLXXXII.

CISNUSCULUS FRANCISCUS ANTONIUS.

Familiam hanc quandoque reperio scriptam Cernusculam, Cisnusculam, & hodie forsitan corruptè Cernuscum. Franciscus autem Antonius Cisnusculus Signorini, & Blancæ Confalonerie conjugum proles, Clericis Regularibus in Congregatione Sancti Pauli Decollati se annumerari enixè cum postulasset, ob spectatam morum probitatem, atque ad optimas quasque artes proclivem indolem voti sui compos effici meruit. In ea Vir integerrimus plures vixit annos, humanasque litteras magna cum doctrinæ laude adolescentes in Arcimboldiis Scholis edocuit. Collegium Modoëtienfe aliquando rexit non sine commendatione. Ibi etiam, & in Patria multa ad spiritualem Christianorum utilitatem effecit. Vixit ad annum ætatis suæ LXVIII. Salutis autem nostræ MDCCXV. Avum habuit Bernardum, cujus Sepulchro in Ecclesia Parochiali Sancti Joannis Baptistæ loci Cisnusculi Lombardoni, Plebis Missaliæ, Ducatus Mediolani, in sacello Sancti Bernardini additis tesseriis gentilitiis Cisnusculæ Gentis, ac Vertutæ ob memoriam Octaviæ ejusdem Bernardi conjugis, hæc imposita est Inscriptio:

BERNARDVS CISNVSCVLVS

LVDOVICO PATRI

ALOYSIO ET HIERONYMO FRATRIBVS

SIBI FILIIS ET POSTERIS SVIS VIVENS

HOC SEPVLCHRVM PARAVIT

ANNO MDCXIII.

Cæterum Franciscus Antonius hæc scripsit, atque edidit:

- I. De præparatione animi ad præcipua Christi, & Deiparæ Festa.
- II. Giardinetto fiorito, e delizioso aperto all' anime devote. *Milano*, per *Giuseppe Malatesta*, 1713. in 12. quarta edizione. Hæc à Suis.

DLXXXIII.

CISNUSCULUS PASINUS.

Vetustatem Cisnusculæ, sive Cernusculæ Gentis (utroque enim modo cognomen hujus Familiæ pronunciant Mediolanensium antiquitatum Collectores) non modicum ornat Pasinus eo sanguine genitus. Hic enim tanti habitus est à Joanne Vicecomite, qui utrumque Imperium, sacrum videlicet, atque laicale Mediolani exercuit Archiepiscopus, & Princeps, ut ipsum cum prudentissimis aliis Viris elegerit ad augendas, corrigendas, & in lucem emittendas Juris Municipalis hujusce Urbis leges, quibus condendis Anno MCCCXLVIII. alii non inferioris doctrinæ Homines Luchini Vicecomitis jussu infudaverant.

Hujus igitur habemus:

- I. Statuta Mediolanensium, ut supra composita, ab eo cum XII. aliis aucta, correcta, & edita Anno MCCCLI. approbante Joanne Vicecomite Archiepiscopo, ac Principe. Ex Corio, & Collectione Comitum Octavii Archinti.

DLXXXIV.

CITTADINUS FRANCISCUS.

Aloyfius Cittadinus nobilis Mediolanensis ex Francisca Commenduna conjugè Franciscum suscepit, qui ad divina Ministeria convertens animum,

I i

cle-

clericalem suscepit habitum, cumque sacra, atque profana eruditione plurimum fulgeret Romam se conferre statuit, ubi Pontificis exultationem adeptus Utriusque Signaturæ Referendarius meruit renunciari. Eo in munere majora dedit suæ virtutis indicia, quorum merito dignus visus est, qui Hieronymo Machabæo in Castrensis Ecclesiæ Præfulatu sufficeretur Anno MDLXVIII. die XIX. mensis Novembris. Eam dignitatem obtinuit ad Annum usque MDLXXXI., quo spontè Episcopatu cessit sedente in Apostolica Cathedra Gregorio XIII. Friderico Borromæo Cardinali Archiepiscopo charus inter primos fuit, cujus etiam mandato non semel Episcopalia munera in hac Archidiecepsi exercuit. Inter hæc recensetur Dedicatio Ecclesiæ Monialium Sancti Antonii Patavini hujus Urbis, qua de re meminit Inscriptio ibidem adhuc conspicua his verbis:

ECCLESIA HAEC
SVB TITVLO VISITATIONIS B. V. M.
AC S. ANTONII DE PADVA
A REVERENDISS. D. D.
FRANCISCO EPISCOPO CITTADINO
ILLVSTRIS. AC REVERENDISS. D. D.
FEDERICI BORROMAEI
S. R. E. CARDINALIS AMPLISSIMI
AC S. MEDIOLANEN. ARCHIEP.
CONCESSIONE CONSECRATA EST
DIE PRIMO SEPTEMBRIS MDCL.

Hujus Viri laudes Carmine cecinit Joannes Matthæus Toscanus, quod legitur in Tom. IX. pag. 346. Carm. Illust. Poëtar. Illud est hujusmodi:

Ad Franciscum Cittadinum Castrensem Episcopum.

*Tunc etiam Præsul, dudum qui nostra Thalia
Hæsit, at an doctus, an vocitare pius:
Tene putas nostris intextum vivere chartis
Possè? quis huic Musæ plus tribuisse queat?
Quæ Lethes si funereas perrumpere leges
Possit, & à longa posteritate legi;
Non tunc ingenio vivent tua nomina nostro,
Sed genio vivent Carmina nostra tuo.*

Superfunt laudatissimi Præfulis:

- I. Epistolæ plures de gravissimis Ecclesiæ Mediolanensis negotiis ad Cardinalem Federicum Borromæum; ex quibus integrum Volumen confici posset. Extant inter Epistolas MS. ad eundem Cardinalem datas in Bibliotheca Ambrosiana.
Extant ad eundem Epigrammata plura Camilli de Advocatis inter Carmina Ignatii Albani.
Mentio ejusdem occurrit in Sison. pag. 131. art. 553. & Ughell. Ital. Sacr. Tom. I. in Episc. Castrensis.

DLXXXV.

CITTADINUS HIERONYMUS.

Quantam promeruerit laudem præstantissimus Vates idemque nobilissimus Hieronymus Cittadinus Mediolanensis, Vincentii, atque Susannæ Pecchiæ conjugum filius, vel ex uno argumento intelligere Lectores possunt; quod scilicet à celeberrimo Ludovico Ariosto Italicæ Poësis gloriâ commendari meruerit in Opere illo æternitate digno, cui titulus: *Il Furioso*, Cant. XLVI. Octava XIV. ubi hæc ad Hieronymi nostri perpetuum decus leguntur:

A „ Ecco altri due Alessandri in quel drappello;
„ Da gli Orologi l'un, l'altro il Guarino.
„ Ecco Mario d'Olvito, ecco il flagello
„ De' Principi il Divin Pietro Aretino.
„ Due Girolami veggo; l'uno è quello
„ Di Veritade, e l'altro il Cittadino.
„ Veggo il Mainardo, veggo il Leoniceno;
„ Il Panizzato, e Celio, e il Teocreno.

Non enim infimi momenti laus est habenda, quæ à laudatissimo Viro profertur. Sed plura addere libet, quæ doctrinam illius, & merita posteritati testentur. Nam præter Ariostum, Clarissimum Cardinalem Petrum Bembum summa fuisse cum Cittadino amicitiae consuetudine junctum, evincunt Epistolæ litteratissimi Purpurati ad ipsum familiariter scriptæ, quas enunciat Joannes Donatus Cittadinus Vaticanæ Basilicæ Canonicus Scriptoris nostri consanguineus in Nuncupatoria præfixa Italicis ejus Carminibus infra recensendis. Fratrem etiam habuit Hieronymus Paulum, legum scientia illustrem, quem mox debita laude prosequemur. Non sine stomacho interim succensere cogimur Picinello, qui (ut alios taceam Viros præstantissimos) neque verbum de Poëta optimo, totque nominibus suspiciendo fecit in Athenæo suo; in quod plurimos vel musicâ tantum arte celebres, vel minoribus encomiis dignos congeffit. Qua de causâ id venerit, ut verum fateamur, ignoramus.

Liber sequens est:

- C I. Rime del Signor Girolamo Cittadini Gentiluomo Milanese. *Milano, per Gio: Battista Cerri, 1528. in 12.*
Opus hoc edidit præfatus Joannes Donatus Cittadinus Vaticanæ Basilicæ Canonicus, illudque dicavit Cardinali Sancti Angeli.
II. Epigramma Italicum vulgo Sonetto; extat in libro, cui titulus: *Riso di Democrito, e pianto d'Eraclito d'Antonio Fregoso. Milano, per il Zarotti, 1515. in 4.*
In laudem etiam ejusdem plura scripsit Epigrammata coævus, & concivis Lancinus Curtius, & habentur in lib. XII. Epigr. ipsius editionis Mediol. anni 1521. pagg. 25. & 30. atque in lib. XVIII. pag. 104.

DLXXXVI.

CITTADINUS PAULUS.

D Proximè commendato Hieronymo Cittadino, ut sanguine, ita etiam doctrinâ Germanus ejus Paulus nunc attexendus prodit. Quemadmodum autem ille Musarum studiis oblectatus Apollinis promeruit adoras, sic iste Juris tam Cæsarei, quam Pontificii sanctiones tam diligenti contentione percurrit, ut Laureæ honore exornatus in nobilissimum Coetum Jurisperitorum Mediolanensium Anno à partu Virgineo MCCCCXCVIII. magno cum plausu fuerit cooptatus. Neque solum inter Italicæ terminos eruditionis ejus splendor contineri potuit, sed in exteras quoque gentes radios diffudit; etenim circa sæcularem Annum MD. ob doctrinæ suæ famam magna mercede conductus est, ut in Friburgensis Urbis Academia Legum Interpretem ageret. Id ille non paucos annos ingenti cum nominis sui existimatione, atque auditorum progressu munus exercuit à Maximiliano Augusto inter primos dilectus, & honoribus auctus. Sed cum diutius desiderio sui Patriam torqueri par nequiret, è Germania in Italiam regredi statuit, atque cum rediisset, tanti habitus fuit, ut sub geminis Hippolytis Estensibus patruo scilicet, ac nepote Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopis Judex appellationum totius Provinciæ in Ecclesiastico Foro sederit ad Annum usque MDXXV. quo inter mortales esse desit.

Ingenii ejus monumentum est:

- E I. Tractatus de Jure patronatus. Prima editio sic inscribitur: „ In Inclita Civitate Friburgensi compositus, & editus ad Maximilianum Romanorum Regem; & ita desinit: „ Explicit Tractatus de Jure patronatus „ per

„ per me Paulum de Cittadinis J. U. D. de Mediolano,
 „ & Juris Civilis Ordinarium in Friburgenſi Univerſi-
 „ tate Briſgauriæ compoſitus Anno MDIII. in Feſto
 „ XIm. Virginum Martyrum; in fol. max. cum ſolo
 „ Typographi monogrammate I. G. S. In eodem Co-
 „ dice adſunt tria Epigrammata latina, unum ſcilicet
 „ Pauli noſtri, alterum Jacobi Vinphilingii Theologi
 „ Licentiati, & ſequens Jacobi Locher Philomusi

*Jura patronatus qua ſunt ſi Leſor ad unguem
 Noſſe cupis, Libro hoc tu duce gnarus eris.
 Qua prius innumeris ſnuoſa volumina chartis
 Complectebantur, hic Liber unus habet.
 Multa igitur debet Clerus, Plebeia turba,
 Et Procerum cætuſ Paule doctæ tibi.*

Extat altera editio Lugduni, 1573. Impreſſus eſt denuo
 Tractatus ipſe cum Roccho de Curte Papienſi, & Jo.
 Nicolai. Venetiis, 1588. in fol. & iterum cum Cardi-
 nali Simonetta. Ibid. apud Scottum, 1607. in fol.

- II. Carmen latinum extat in ſupradicta prima editione ſui
 Operis, ut innuimus.
 III. Epistolæ plures ad Cardinalem Federicum Borromæum,
 Anno MDIC. extant in Collectione Ambroſiana.
 Plures ad eum latinas dedit Epistolæ Joannes Petrus
 Vicecomes, atque illas, cum opportunitas dabitur,
 indicabimus.
 Summis eum efferunt laudibus Marcus Mantua in Vi-
 tis JConf. apud Panzirolum pag. 486. Jo. Jacob. Fri-
 ſius in Biblioth. Morig. lib. 3. cap. 1. Sionus pag. 75.
 art. 326. & Picinellus in Athenæo pag. 449.

DLXXXVII.

CIVEGNA JOANNES BAPTISTA.

Joannem Baptiſtam Civegnam Mediolanenſem hone-
 ſtiſſimorum natalium ſplendor, & non contemnendæ
 eruditionis decus apud poſteritatis memoriam plu-
 rimum ſpectabilem efficiunt. Prædicatorum Ordini
 aggregatus inter Alumnos Ducalis Cœnobii Sanctæ
 Mariæ Gratiarum recensitus fuit. Adeo in ſtudi-
 tam Philoſophicis, quàm Theologicis profecit, ut
 poſtremæ hujus Scientiæ Quæſtiones diu ex Cathedra
 profeſſoribus Inſtituti ſui tradiderit, demandato etiam
 ſibi ſtudiorum ipſorum regentis munere. Sodalibus
 quoque ſuis aliquando in ipſo Conventu Prior datus
 ita ſe geſſit, ut ad majora gradatim aſcendere me-
 ruerit. Etenim primùm in Patria, tum in Veneta
 Urbe, poſtremo autem Ferrariæ ſacræ Inquiſitionis
 Tribunal ad extremum uſque ſpiritum maxima cum
 ſollicitudine, raræque prudentiæ commendatione re-
 xiſſe traditur. Eâ quoque facundiâ fuit, ut pluries
 non ſine magna audientium admiratione è ſuggeſtu
 ſacros habuerit Sermones ad populum.

Id indicant :

- I. Orationes variæ elegantes à mox proferendis Auctori-
 bus relatæ, à quibus tamen diſcere non potui utrum
 editæ ſint in lucem, vel inter Anecdota deliteſcant.
 Laudatur à Moriggia Nobil. Mediol. lib. III. cap. 29. à
 Quetiſ, & Eccard in Scriptor. Ord. Prædic. Tom. II.
 pag. 755. advertentibus de eo filere Rovettam, & à
 Picinello in Athenæo pag. 277.

DLXXXVIII.

CIVELLUS, ſive CLAVELLUS FRANCISCUS.

IN Oppido Canturii Ducatus Mediolanenſis paren-
 tibus Stephano, & Paula Tantiâ in lucem editus
 eſt Franciſcus Civellus, ſive, ut alii ſcribunt, Clavel-
 lus. Acta ejus, & parentes ignoravit Picinellus,
 quamvis multa haurire poſſet ex Operibus infra lau-
 dandis. Genitores ipſius novimus ex Carmine, quod
 inter verſus ejuſdem reperitur pag. 53. eoque filius
 amatiffimis Manibus parentavit. Neque parum eorum
 debebat ſollicitudini Franciſcus, nam illius indolem
 in Collegio Romano, quod Germanicum appellatur,
 Philoſophicis, & Humanioribus litteris excolendum
 curaverant. Inde reverſus in Patriam, cum jam cle-

ricalem habitum ſuſcepiffet, atque Sacerdotali digni-
 tate inſignitus eſſet, ob perſpectam doctri-næ laudem
 Præfeſtus fuit Eccleſiæ Præpoſiturali Cuciagi, quod
 indicat gemino Epigrammate in laudem Sanctorum
 Protasii, ac Gervasii Martyrum ejuſdem Templi Præ-
 fidum conſcripto, atque inter ejus Carmina infero
 pagg. 55. & 90. itemque ex Ruffini Fontaneti altero
 Epigrammate, quod paulo poſt citabimus. Non mo-
 dicam interea laudem Clavellum promereri omnes
 fatebuntur ex eo, quod Sancti Caroli Borromæi tem-
 poribus ad animarum curationem aſſumprus fuerit.
 Juvat hic exſcribere è Mazzuchellianis Schedis ſe-
 quentia: „ Franciſcus Clavellius ob egregios labores,
 „ quibus Patriæ Mediolanenſi Eccleſiæ diu multum-
 „ que inſerviit, à D. Carolo Borromæo Cuciagi Præ-
 „ poſitus creatus fuit. Erat in eo quidquid gerendæ
 „ animarum curæ neceſſarium eſt: probitas nimirum
 „ ac Scientia, eaque maximè, quæ de moribus agit.
 Quantum autem Poëtica facultate excelluerit Auctor
 noſter

Hæc ſatis oſtendunt, quæ vulgavit :

- I. Carminum libri VI. in quibus hæc continentur:
 II. Lyricorum libri II.
 III. Hendecasyllaborum liber I.
 IV. Elegiarum libri II.
 V. Epigrammatum liber I. Omnia uno Volumine. Me-
 diol. 1579. ex Picinello, & denuo 1583. atque po-
 ſtremo ibid. in Typographia Jo. Baptiſta Siræ, 1588.
 in 8. dicatum eſt Opus Cardinali Ptolomæo Gallio.
 VI. Carmen ad Franciſcum Alciatum Cardinalem, &
 VII. Alterum ad Horatium Archintum JC. in ortu Come-
 tæ. Mediol. apud Pontium, 1588. in 4.
 In ſupracitato libro Epigrammatum legitur Carmen
 Ruffini Fontaneti Canonici, & Theologi ad Fran-
 ciſcum Clavellium Cuciagi Præpoſitum.
 Laudatur Clavellius ab Hieronymo Pico Mirandulæ
 Domino, & Concordiæ Comite, ab Joanne Marco
 Fanniano, à Bernardino Baldino, à Moriggia No-
 bil. Mediol. lib. III. cap. I. & demum à Picinello
 in Athenæo pag. 209.

A S. CLAUDIA. V. De COMITIBUS JOSEPH.

DLXXXIX.

De CLERICIS JACOBUS ANTONIUS.

Medicæ facultatis cultores plurimos poſteriorum.
 memoriâ dignos in hac Inſubrum Metropoli
 floruiſſe, facile cognoscet quicumque Bartholomæi
 Curtii Mediolanenſis Phyſici, Scriptoriſque clariffi-
 mi Opus à nobis ſæpe citatum perlegerit, in quod di-
 ligentiſſimo labore eorum omnium monumenta con-
 geſſit, qui hujusmodi proficuz Artis profeſſores ex-
 celluere, vel aliquid in ægrorum gratiam litteris tra-
 diderunt. Locum inter hos non inſimum obtinet Ja-
 cobus Antonius Clerici Matthæi filius, qui ſub fine
 Sæculi XVI. Medicinam magna cum eruditionis exi-
 ſtimatione cœpit exercere. Infirmis opem ſedulus tu-
 lit toto vitæ ſuz ſpatio ad annum uſque MDCXXII.
 quem illi extremum fuiſſe ex adnotationibus quibuſ-
 dam Archilei Carcani Junioris hauſit citatus Curtius.
 Inde quoque novimus obitum illius incidiffe in diem
 XXVII. Octobris.

Hujus Auctoris plura diverſis de Argumentis
 ſcripta Opera, quæ periire, innuit prælaudatus Cur-
 tius, ex his tamen unum tantum profert, cujus ti-
 tulum ſic ex Opere ipſo à nobis inſpecto reſtituen-
 dum ducimus :

- I. Jacobi Antonii Clerici Mediolanenſis Medici Judicium
 de Syntomatibus conſequentibus ad aſſumptionem
 herbæ cujuſdam, qua Indi, Turcomanni, & Para-
 guajenſes utuntur. MS. in fol. ſign. R. num. 106. in
 Biblioth. Ambroſiana.
 II. Conſulta Medica MSS. Vol. II in fol. aſſerit inter alia
 periſſe Archileus Carcanus Junior in ſuiſ Schedis.
 Laudatur à præfato Curtio in libro de Script. Medicis
 Mediol. pag. 173.

DXC.

DXC.

De CLERICIS JOANNES FRANCISCUS.

Quam laudis sibi comparaverit Joannes Franciscus Clerici Mediolanensis Lazari filius facili negotio agnoscent omnes bonarum artium amatores, cum noverint eundem nedum Poësis ornamentis clarum fuisse, verum etiam Astrorum motus diligentissimè investigasse. Parva tamen hæc sunt, si quis pensaverit Jurisprudentiam, & in causis dicendis peritiam, & Philosophicarum artium doctrinam, quibus omnibus inter eruditos ætatis suæ primas obtinuit. In pluribus Eruditorum cœtibus, præter Caufidicorum hujus Urbis Collegium, locum promeruit, præcipuè verò inter Academicos Ardentes, ubi sæpe poëticos ingenii sui fœtus in medium protulit. Floruit Sæculo XVI. vergente, ac subsequenti initio.

Multa scripsit, quæ partim vulgata sunt, partim adhuc anecdota delitescunt, eaque profero:

- I. Typus figuræ Cœli in observatione Cometæ. In hoc Volumine agit scriptor de Cometarum generatione, de Conjecturis ex luminum deliquiis, de Prædictionibus ex Cometis. Occasionem scribendi sumpsit ex Cometa, quæ Anno MDCXVIII. apparuit. Editum Volumen in 4. asserit Picinellus, at locum, impressorem, annumque non prodit. Dicitur asserit Duci Feriæ Mediolanensis Ducatus Produci.
- II. Sopra l'Incarnazione, e Natività di nostro Signor Gesù Cristo: Poema sciolto. Opus est prælo paratum cum Indice generali; dicatum Joanni Paulo Fortiguerræ Lucensi Patrio. Servatur MS in fol. signatum num. 135. in Biblioth. Monasterii Sancti Ambrosii Ordinis Cisterciensium Mediolani.
- III. Plura Carmina Italica, vulgo Madrigali, de eodem argumento. Extant in citato Codice.
- IV. Alia Carmina plura Italica in libro, cui tit. Componimenti di diversi per il Dottoramento in ambe le Leggi di Gio: Francesco Sorbellone. Pavia, 1599 in 12.
- V. Alia in libro inscripto: Poesie Italiane, e Latine di diversi nella partenza dell' illustrissimo Sig. Zaccaria Sagredo Podestà di Verona. Ivi, 1618. in 4.
- VI. Carmina Italica duodecim: extant in Collectione Joannis Baptistæ Fossati pro Laurea Jo. Baptistæ Vicecomitis. Mediol. apud Paganellum, 1608. in 8. De ipso, tamen paucis admodum verbis, agit Picinellus in Athenæo pag. 299.

DXCI.

De CLERICIS JOANNES PAULUS.

Joannes Paulus de Clericis Mediolanensis Joannis Antonii Cæsarei Comitum Palatini, ut ex Diplomate Caroli IV. Imp. anni MCCCLVIII. Filius, sacrarum Cæremoniarum, ac Rituum peritiâ celeberrimus, Sancti Cardinalis, & Archiepiscopi Caroli Borromæi temporibus floruit. Aliquot annos in Ecclesia Metropolitana Magistri Cæremoniarum munere functus, in Generalem Præpositum Congregationis Oblatorum electus est. Tum in Basilica Nazariana Canonicatu potitus, cum illum Antonio de Clericis suo ex Camillo fratre nepoti Theologo, Philosopho, & Rhetori præcellenti resignasset, vivere desuit in primis annis Sæculi proximè transacti.

Scripsit:

- I. Epistolas plures ad Sanctum Carolum, quæ MSS. servantur in Biblioth. Ambros.
- II. Adnotationes plures ad Ecclesiasticam Eruditionem pertinentes, quarum aliquas apud se fuisse testatur Puricellus in Monum. Basil. Ambros. num. 207. ubi ipsum pluribus laudat. Ejus meminit Raphaël Moneta in Tumul. illustrat. S. Satyri pag. 187. Ipse, uti Præfetti Cæremoniarum Templi Maximi sub Anno MDXCIV. meminit Bosca de Pontificatu Gasparis Vicecomitis pag. 122. necnon Sionus, in suis Schedis.

DXCII.

ACLUSIO JOSEPH MARIA.

In religiosissimo Capuccinorum Ordine, cui adscriptus fuerat, Joseph Maria à Clusio Mediolanensis, piissimis eluxit moribus, vitæque innocentia. Harum virtutum merito à Divino Spiritu ad animarum lucra peculiari quodam monitu vocatus, Apostolicum munus suscepit. Neque Mediolanensis tantum Ducatus limitibus contineri potuit hominis zelus, sed ad alias etiam Urbes regionesque se extendit, & ubicumque acerrimum vitii bellum indicens, maximo cum populorum proventu, ad meliorem frugem plurimos reducebat. Ad præclarissimum hoc Officium ipse se instruxerat sacris diligenter vacans studiis, & Sanctorum Patrum opera sedulò pervolutans. Obiit Vir doctissimus Novocomi Anno MDCCXXVI. ætatis suæ circa LX. Religionis XLII. mirificèque eum commendant pii, docti, & cordati viri à vitæ sanctimoniâ, ab eruditione præclarâ, & ab ingenti gratiâ cœlitus illi inditâ, quibus apud posteros sui desiderium reliquit.

Viri pietatem simul atque doctrinam testantur:

- I. Lode Spirituale sopra la Confessione, e Santissimo Sacramento, con un Compendio della Dottrina Cristiana, ed altre opere di divozione. Milano, per Domenico Bellagatta, 1713. in 8.
- II. Condotta Diurna per le Anime illuminate nell' Apostolica Missione. Milano, per lo stesso, 1713. in 8. con altre Riflessioni sopra il peccato ec.
- III. Ponderazioni sopra il gran peso delle colpe leggere per le Anime illuminate nell' Apostolica Missione, e Metodo d'esaminare la coscienza, per ben fare una Confessione generale. Milano, per lo stesso, 1714. in 8.
- IV. Plura ad Exercitia Spiritualia decem dierum spectantia MSS. apud Suos.
- V. Plura Volumina ad Sacras Conciones pertinentia. MSS. ibidem. Ex Biblioth. Script. Ordinis Capuccinorum.

DXCIII.

CELESTINUS IV.

Castillionæ Familæ, cujus plurimos commendavimus Eruditos, haud multo ante, summum decus extitit, & ornamentum omni humano fastigio majus Galfridus, seu Gaufridus, vel Gofridus Joannis armorum Ducis, & Cassandræ Cribellæ Urbani Summi Pontificis (quem ubi opportunitas dabitur laudaturi sumus) Sororis jugalium filius. Hic clericalem indutus habitum sub Sancto Galdino Ambrosianæ Ecclesiæ Præsule laudatissimo, & S. R. E. Cardinali, severiori morum disciplina institutus est. Tale præbuit in minoribus officiis pietatis, & doctrinæ specimen, ut ad Basilicæ Metropolitanæ Archiepiscopalis dignitate dignus habitus fuerit. Patri sui Urbani Pontificis munificentiam, qui eidem Ambrosianas Infulas offerebat, modestè recusavit; eoque defuncto, ut Deo liberius inserviret, in Altacumbæ Monasterio in Alpibus sito, Cisterciensium Instituto se addixit; ibique diu commoratus est sacris semper intentus studiis, piissimisque laboribus se exercens. Homini famâ permotus, quæ longè latèque percrebuerat, inde ipsum eduxit Gregorius hujus nominis IX. Pontifex Maximus, & Anno MCCXXVII. Romam accitum, Presbyterum Cardinalem tituli Sancti Marci Autumnalibus Temporibus renunciavit. Ex eo titulo transtulit Gaufridum ipse Pontifex ad Sabinenfis Ecclesiæ Episcopatum. Ejusdem Gregorii nomine ad Fridericum II. Augustum Legationem suscepit, tum Apostolici Legati munere in Hetruria, atque Gallia Cisalpina functus est. Talem apud universos Collegas suos optimè gestis famam acquisiverat, ut cum Gre-

Gregorius fato cessisset, summi Pontificatus honorem Anno MCCXLI. ipsi detulerint libentissimè IX. Kal. Octobris, assumpto Coelestini IV. nomine. Sed (oh! fallaces hominum spes. oh! mortis invidiam) Coronâ

A nondum susceptâ decimo septimo ab electione transacto die terris sublatus est, atque in Vaticana Basilica conditus fuit VIII. Id. Octobris cum hac Inscriptione:

D. O. M.

COELESTINO IV. CASTILLIONAEO MEDIOLANEN.

PONT. OPT. MAX.

PRVDENTIA DOCTRINA ELOQVENTIA

MORVM GRAVITATE VITAEQVE INTEGRITATE

INSIGNI

QVI CVM MVLTI LEGATIONIBVS SVB GREGORIO IX.

EGREGIAM PRO S. R. E. OPERAM NAVASSET

SVMMO TOTIVS REIPVB. CHRISTIANAE GAVDIO

CARDINALIVM OMNIVM SVFFRAGIIS

PONT. MAX. PRONVTIATVS EST

SED CONCEPTAM EX EIVS PONTIFICATV LAETITIAM

IMPORTVNA MORS PVBLICO MOERORE

DESIDERIVMQVE MOX IMMVTAVIT

OBIIT VIII. IDVS OCTOBRIS

ANNO SALVTIS MCCXLI.

Vir fuit, ut Alphonfi Ciacconii verbis utamur, vitâ integer, doctrinâ insignis, & plurimâ scientiâ ornatus. Dumque adhuc in Altæcumbæ Monasterio degeret, scripsit:

I. Epistolam ad Sanctum Adamum Abbatem Mailrosensem, & postea Episcopum Cathanensium in Scotia, qua ei gratias reddit, quod Ecclesiasticam dignitatem egregiè propugnasset.

De hac agit Thomas Dempsterus in Hist. Eccl. Scotor. Verbo Adam.

II. Epistolas varias, &

III. Pias, doctasque Orationes, quæ laudantur à Scriptoribus infra recensendis.

De eo, ejusque Bulla data Alexandro II. Scotorum Regi, qua ipsum commendat ob insigniter vindictam Ecclesiam contra Auctores Martyrii Beati Adami Episcopi, & Martyris, vide Thomam Dempsterum in Menologio Scotico pag. 22. sub die 13. Septembris, impress. Bononiæ, 1622. in 4.

Illius Vitam, præter Pontificales Chronologos, scripsit Negrinus loc. cit. & Anonymus quidam, cujus Opus habemus inter Script. Rer. Italic. Tom. III. pag. 589.

Ejus Lucubrationum insuper meminerunt Guido Clarevalensis, Antonius Negrinus in Elogiis Familis Castillonæ, Ferdinandus Ughellus in Addit. ad Ciaccon. & de Illustr. Viris Cisterciensibus citati à Ludovico Jacob à S. Carolo in Biblioth. Pontificia pag. 42. Morriggia lib. 2. cap. 1. & lib. 3. cap. 5. Nobil. Mediol. & Picinellus in Athenæo pag. 134.

D X C I V.

COLLIUS FRANCISCUS.

Quædam Peninsula Lucani Lacus Brusini-Plani vocabulo appellata, atque in agro Mediolanensi sita, meritò gloriari potest natale solum fuisse Francisci Collii, aliorumque Virorum illustrium, de quibus in hac mea Bibliotheca, non sine perpetua eorum gloria mentio habetur. Noster verò & Patriæ, & Oblatorum sub invocatione SS. Ambrosii, & Caroli, necnon Ordinariorum Metropolitanæ Ecclesiæ hujus Urbis Cœtibus magnum, ac illustre decus attulit, sibi que nomen in tota litteraria Republica omni ævo commendandum peperit, nam studiis Philosophicis,

Tom. I.

B & Theologicis ferè exactis, in Concilio Mediolanensi habito à Cardinali Federico Borromæo nunquam famæ morituro, adstantibus ipso, alioque S. R. E. Cardinali doctissimo Paulo Æmilio, nempe Sfondrato, Gregorii XIV. Summi Pontificis Nepote, ac sexdecim Episcopis, pluribusque Viris eximiis, Theses Theologicas summo cum plausu habuit, itaut typis demandatæ, sicuti numero, ita & lectu dignissimæ integro Vol. in 4. fuerint, ut infra. Anno deinde MDCXXXI. in Pœnitentiarium Majorem Ecclesiæ Mediolanensis eligitur, & non tantum litteris, sed etiam pietate eximia emicuit, itaut plures testentur ipsum vidisse in quandam extasis speciem raptum dum Sacrosanctæ Missæ Sacrificium celebraret. Quæ morum singularis probitas, & litterarum amor Auctoris nostri in ejus Nepotem, ut videbimus, transferunt, nam illum nobis mors invida sustulit Anno MDCXL.

En quæ typis mandavit:

I. Conclusiones in Sacra Theologia numero MCLXV. unâ cum variorum Doctorum opinionibus. Mediolani, apud Pontium, & Piccaleam, 1609. in 4.

II. De Animabus Paganorum, Opus satis eruditum, in quo agit de Operibus Paganorum, de Illuminationibus mentis eorumdem, atque de ipsorum æterna salute, curiosè perscrutando, an inter alios Adam, Cainus, Samsen, Salomon, Melchisedecus, Job, Balaam, Regina Saba, Homerus, Aristoteles, Cato, Seneca, Diogenes, Nabuccodonosor, Darius, Cyrus sint salvi. Differit etiam de Sybillis, earumque Oraculis, de Tribus Magis, & similibus, cum tanta rerum varietate, solidaque doctrina, ut post primam hujus Operis editionem factam Mediolani, in Typographia Ambrosiana, 1633. Tom. II. in 4. raritatis causa denuo recusum fuerit anno elapso 1740. in hac Urbe.

III. De Sanguine Christi Libri V. in quibus de illius natura, effusionibus, ac miraculis copiosè differitur. Colonia, apud Grevenburg, 1612. in 4. & iterum Mediolani, in Typographia Ambrosiana, 1617. Autographus verò Codex hujus Operis servatur pœnès Nicolaum Sormannum, pluries in hac mea collectione laudatum, necnon Auctoris nostri pronepotem, & conterraneum, Operibus jam editis, atque edendis apud Eruditos commendatum.

Kkk

Vi-

Videndi sunt inter alios Bosca de Origine, & Statu Bibliothecæ Ambrosianæ, Rivola in Vita Card. Federici Borromæi, Ripamontius, Abbas Picinellus pag. 208., ejusque Vitam scripsit ex professo Franciscus Nepos, ut mox dicemus.

D X C V.

COLLIUS FRANCISCUS alter.

Francisci Collii Viri litteratissimi, de quo superius loquuti sumus, nepos ex fratre fuit Franciscus alter, cui hic locum damus ob ejus maximam pietatem, etsi parum de ipso proferre in re litteraria nobis datum sit. Sed audiamus Benedictum Mazzolenum, qui in Vita Georgii Mariæ Martinelli, à nobis infra recensenda, hæc de Francisco Collio Juniore Lectoribus tradit. Laudat ipse in primis eximiam nostri Francisci liberalitatem, ob quam relictâ pingui hæreditate sibi jure primogenio devolutâ, vitam clericalem amplexus est, Sacerdotii, immo Animarum Pastoris munere decoratus, in quo tot signa erga pauperes, proximisque amoris dedit, ut à Deo Optimo Maximo promissam meruerit obtinere mercedem; nam ut cum ipso proximius conversaretur, ad Eremum illum vocavit. Dimisso igitur Parochi officio, in locum alpestrem, Torelli nomine, in Codato Monte supra Lacum Lucanum inter nemora, horridamque solitudinem situm, se contulit, ubi per longum temporis spatium in piis Meditationibus vitam traduxit, usquequo desiderium animabus inserviendi eum traxerit ad alium solitudinis locum in Promontorio *la Pianca* vocato, in averfa Lacus ejusdem parte, ex quo frequenter descendebat ad piorum hominum consolationem & commodum tam in Missæ Sacrificio celebrando, quam in adjuvandis infirmis, & pueris in divinatorum præceptorum scientiâ imbuendis. In hanc usque diem venerantur Incolæ ejus loci ingens Saxum, sub quo Vir Dei per tot frigidissimas hyemes solo pane, castaneisque moram traxit. Tandem propriis sumptibus Anno MDC-LXXVII. in ipsa Eremitica aprica solitudine Templum erexit, Sanctissimæ Deiparæ Annunciationi dicato, cui paulo post sex alias Ædiculas, Oratoria nuncupata, adjecit, in quibus hodie quoque coluntur Mysteria Gaudiorum ejusdem Virginis Mariæ, Picturis, Statuisque exornata.

Quantum laboris impenderit Franciscus in viaranda ad eandem Ecclesiam, atque Oratoria ob Montis asperitatem, ferè impossibile est dictu. Post hæc ad Superos evolavit Anno MDCXCII., atque sepultus fuit in Sancti Martini Templo Brosini-Plani, usquequæ ædificatio Ecclesiæ ab ipso erectæ completa fuisset. Quid acciderit in translatione ejus Cadaveris, & reliqua sanctitatem hujus Viri redolentia, videri possunt in libro superscripto, à quo hæc hausimus.

A pluribus fide dignis accepimus scripsisse:

- I. Opuscula Varia Ascetica, quæ forsan veneratione hujusmodi Viri Dei rapta fuerunt, aut ex incuria deperdita sunt.
- II. Francisci Collii Auctoris nostri Avi Vita, quæ MS. servatur apud amicissimum Sormannum supralaudatum.
Liber verò à nobis jam memoratus, cui hæc de Francisco nostro debemus, hunc titulum habet: Vita del Servo di Dio Giorgio Maria Martinelli Sacerdote Oblato ec. scritta da Benedetto Mazzoleni della medesima Congregazione. Bergamo, 1731. in 8.

De COMITIBUS ADRIANUS. V. MAJORAGIUS.

D X C V I.

De COMITIBUS ALEXANDER.

Priusquam ad Eruditos Viros, qui ex Familia Mediolanensi de Comitibus, vel de Comite dicta, prodierunt in lucem, descendam, Lectores optimos monendos esse duxi, hujus Gentis homines, præter cogno-

men de Comite, alia etiam quandoque prætulisse. Hos tamen omnes (exceptis eis, qui illud Majoragii assumpserunt additamentum, nam istos sub eo titulo recensimus) communi vocabulo de Comitibus producimus in medium. Occurrit omnium primus, elementario ordine servato, Alexander, qui Anno MDC-LXXXV. Congregationem Clericorum Regularium Sancti Pauli, in qua Deo liberius inservire posset elegit. Tam Oratoriæ, quam Poeticæ facultatis gloriâ illustris fuit, & annos non paucos cum Piscis, cum Pisis Rhetoricæ præcepta adolescentibus tradidit, quos ad veræ virtutis studia verbo, & exemplo incitabat. In Urbe Pisana Coloniam Arcadum Academicorum Alphæam Anno MDCCI. erigendam curavit, atque in ea dictus est Vantius Lycoates. Serenissimo Cosmo III. Magno Hetrurizæ Duci acceptissimus extitit. Diuturna consumptus ægritudine vivere desit Anno MDCCXX. Hunc verum esse emortualem Alexandri annum didici ab ejusdem Confodalibus, quamvis noverim Crescimbenium loco citando scribere, obitum ejusdem incidisse Pisis in Annum MDCCXI. mense Decembrio.

Hæc post se reliquit:

- I. De Triumpho Assumpto Mariæ Virginis, Poëma: Senat. Populoque Pisano dictum in Primatiali Eccl. ab egregio, & generoso adolescente Petro à S. Petro Gaspare nob. Pisano, Auctore P. D. Alexandro del Conte Mediolanensi C. R. S. Pauli Barnabita Publ. Eloquent. Profefs. in Gymnas. S. Frid. Pisis, ex Typogr. Francif. Bindi, 1699. in fol. Hoc Opus ab Auctore in XII. Poëmata divisum lucem vidit anno 1703. in 4. sed prius Luca, apud Marescandolum, 1700. *ibid.*
- II. Carmina plura Italica, atque Latina, ex Crescimbenio mox citando.
- III. In Rhetoricam Aristotelis. MS. in fol. penes Abbatem Josephum Antonium de Sylva Venetum Alexandri nostri olim discipulum.
Ejus mentio est apud citatum Crescimbenium in libro, cui titulus: Notizie Istoriche degli Arcadi morti To. III. pag. 208., & Cinell. in Biblioth. Volant. plut. XV.

D X C V I I.

De COMITIBUS AMBROSIUS.

Ambrosius de Comitibus, cujus nativitatis annum non habemus, sub Paulo Torchio religiosæ perfectionis descendit in arenam votis obfirmatus, inter Carthusianæ Regulæ professores quinto decimo Januarii Anno MDCLXII. Claustrum quietem sic dilexit, ut ad profundum usque senium illud colere sibi fuerit in deliciis, solo tantum Bibliothecarii ejusdem, in quâ est professus, Carthusiæ, contentus munere, quo pluribus ante Annum MDCXCVI. toridemque, post ipsummet, uti solatio delectatus, æternam fato intercedente est adeptus tranquillitatem vigesimo octavo Octobris Anno quintodecimo septingentesimo millesimo, cujus inter multa studiosi potius otii, quam litterariæ voluntatis adhuc extant:

- I. Sermones XX. Ascetico optimo concinnati stylo ad Fratrum Conversorum, & Donatorum ad Spiritualis instructionem disciplinæ, extant MSS. in Carthusia prope Papiam.
Ita à Suis.

D X C V I I I.

De COMITIBUS ANTONIUS.

Quare Antonius de Comitibus Mediolanensis Aloyfii filius ad Gentis sui cognomen vocabulum *Meliteni*, prout legitur in MS. ejus Opere infra recensendo, addiderit, nos latet. Suspicati sumus primâ statim fronte sphalma descriptoris fuisse, ut *Meliteni* pro *Melitenensis* reposuerit, jamque illum è Mediolanensium Eruditorum albo expungendum statueramus; cum re maturius perpensâ, & ejusdem Præfatione per-

perfecta, cognovimus eum certo certius inter hujus Urbis Cives numerandum esse; ait enim: „ Qui nostri consilii participes fuere, eam Illustrium Cardinalium Collegio dicendam esse censuerunt &c. sed mihi mens, animusque in Patriam propensior honorem nostrae Civitatis, dignitatem Imperii, amorem Patriae, majestatemque Reipubl. praeponebat. Caetera Antonii acta delevit oblivio: hoc unum nobis superest, eum vixisse vergente Saeculo XVI.

Scripta illius haec invenimus:

- I. Antonii Comitis Melitei de Laudibus Pii IV. P. O. M. Oratio habita Mediolani publice in magna Nobilium frequentia Non. Januarii MDLX Clarissimo JCC. Mediolanensium Collegio. MS. in 4. sign. I. num. 182. pagg. 32. in Ambrosiana Bibliotheca.
- II. Oratio in laudem B. Caroli Borromaei habita coram Senatu in Templo Maximo Anno MDLXXXVIII. in fine anno, loco, & Typographo, est in Collectione aliarum Orationum Vol. in 4. in Bibliotheca PP. Augustinianensium S. Mariae Coronatae hujus Urbis.

DXCIX.

De COMITIBUS BLASIUS.

Blasius de Comitibus Cantii in Ducatu Mediolanensi natus, optimae spei adolescens, inter Minores, quos Conventuales dicimus, cooptatus, in Philosophicis, ac Theologicis studiis versatissimus, à Supremo Ordinis Moderatore regendo Uratislaviensi suae Religionis Lycæo praefectus est; tum ad Pragense Collegium translatus, & Bacalaureus creatus, postea Regens efficitur per quinquennium. Ejus virtutis famam motus Archiepiscopus Pragensis Blasium inter Assesores Consistorii sui accivit, & Seminarii Majoris Clericis erudiendis praefecit. Eminentissimus Harrachius ejusdem Sedis Antistes Theologum, Consiliariumque suum constituit, quae munera tres Praefules Successores confirmarunt. Eum Regulares Canonici, & Benedictini Monachi ad Cathedras Monasteriorum suorum publicum Magistrum evocarunt. Obiit Pragae Anno MDCLXXXV. die IV. Aprilis, aetatis suae XLIX.

Scriptit:

- I. Cursum integrum Philosophicum, & Theologicum, sed morte praeventus, Typis, ut optarat, mandare non potuit. His adhuc careremus, nisi P. Magister Marianus Unezoukhi Pragensis, ejus in Cathedra Successor sequentia vulgasset, in quorum primo Tomo universa Comitis Opera, publici Juris facere spondit.
- II. Pars prima. I. Sententiarum. De Deo Trino, & Uno. *Vetero-Praga, Typis Georgii Labaon, 1687.*
- III. Pars secunda. I. Sententiarum. De Intellectu, Scientia, Providentia, Praedestinatione, & Reprobatione. *Ibid. per eundem.*
- IV. Pars prima. II. Sententiarum. De Creatione, Statu innocentiae, Angelis &c. *Ibidem, per eundem, 1688. Ex Bibliosophia Franchini pag. 108. & à Suis.*

DC.

De COMITIBUS FONTANA JO. BAPTISTA.

Joannes Baptista Fontana de Comitibus Mediolanensis, eruditissimi Viri, primi Comitis infra laudandi Nepos, ab eodem pie, & assidue educatus diligentiam Praeceptoris optimi non sefellit. In omni enim scientiarum genere sic emicuit, ut ex Patria Romam profectus, quotquot ibidem versabantur, in admirationem sui traxerit. Francisco Alciato S. R. E. Cardinali, quem debite commendationis obsequio alibi profecuti sumus, ob doctrinae suae merita gratissimus extitit, &, si fides danda est Picinello, Alciato hortante opus, quod primo loco recitabimus, conscripsit; in quo etiam quantum valeret ingenio, quantum antiquitatem calleret, apertissime demonstravit. Carolo Sigonio Historiam suam de

Regno Italiae, toto Orbe celeberrimam conscribenti, multa Monumenta suppeditavit, ut ipse testatur, Viros eos praestantissimos enumerans, qui auctoritatem, studium, operamque suam ad eam rem contulerant; his verbis: „ Jo. Baptista Fontana Mediolanensis, qui nuper magno historiarum detrimeto est mortuus. „ Prothonotariatus Apostolici dignitatem in eruditionis suae praemium adeptus, magno cum bonorum omnium mœrore diem postremam clausit Romae aetatis suae anno trigesimo tertio.

Sequentes Lucubrationes Joannis Baptistae nostri habemus:

- I. De Prisca Caesiorum gente. Opus hoc laudat Picinellus, ab eo tamen non didici editum fuerit, nec ne. Licet interim mihi dubitare, Picinellum ipsum deceptum fuisse à titulo alterius Operis, nempe „ De Prisca Caesiorum Gente Jo. Baptistae Fontei Primionis „ Comm. Lib. II. *Bononia, 1582. in fol.*
- II. Vita di Suor Angelica Paola Antonia Negri. *Roma, 1576.*
- III. Ode in ejusdem Paulae Antoniae laudem. Extat in eod. libro.
- IV. Catalogus Archiepiscoporum Mediolani à Divo Barnaba usque ad Joannem Angelum Arcimboldum Anno MDLV. cum Observationibus R. P. Doctoris Joannis Baptistae Fontanae de Comite. Codex iste MS. in folio pagg. 119. adservatur in Museo penes Advocatum Sitonum de Scotia.
- V. Quaedam alia ejus MSS. memorat Picinellus, sed titulum, & locum, ubi servantur, non promittit. Eum commendant citatus Carolus Sigonius lib. XV. de Regno Italiae, Jo. Petrus Puricellus in Dissertat. Nazariana cap. 86. num. 4. & in Actis Sancti Arial-di lib. 1. cap. 2. num. 12. Moriggia lib. III. Nobilit. Mediol. cap. 13. & Picinellus in Athenæo pag. 279.

DCI.

De COMITIBUS JOSEPH CAROLUS FRANCISCUS.

Cæsare de Comitibus, atque Faustina Prina conjugibus Mediolanensibus, parentibus honestissimis, ortus est Joseph Carolus Franciscus, qui vix ingressus adolescentiam non sine coelesti afflatu die XIX. Julii Anno Salutis MDCLXXII. inter Eremitanos Nudipedes se Deo mancipavit sub nomine Paschasi à Sancto Francisco. Studiorum curriculum diligenter emensus, totum se mysticæ Theologiae tradidit, eamque non perfunctorie didicit, sed illius Theoremata primum in se ipso deduxit ad praxim integris annis LXIV. quos in Religione traduxit, solitudinis quantum sibi per imposita licebat munera, amantissimus; deinde in aliis quoque: annis enim L. sacris Confessionibus excipiendis addictus, ferme quotidie horas sex, vel septem in audiendis poenitentium culpis expendebat. Mox parcissimo sumpto cibo, statim tendebat ad Cellam vel aliena lecturus Volumina, vel sua scripturus. Bibliothecam Cœnobii sui Ordinis in hac Urbe, sub titulo Sanctorum Martyrum Cosmae, & Damiani meliorem in formam ingenti labore rededit, Voluminibusque infra recensendis adauxit; praeter alios non spernendos Codices in eam illatos. In eodem Cœnobio diebus, meritisque cumulat, vitam nactus est meliorem, aetatis suae Anno LXXXII. Salutis verò nostrae MDCCXXXVII.

Opera ejus tam edita, quam manuscripta, sunt haec:

- I. Primi erudimenti di spirito esposti alle semplici Verginelle. *Milano, per il Malatesta, 1713. in 12.*
- II. L'Eucaristico Pane sminzuzato a' semplici. *Milano per l'Agnelli, 1720. in 12.*
- III. Vita di San Niccolò da Tolentino, con il modo di fare li sette giorni a di lui onore. *Ivi, per lo stesso, 1722. in 12.*
- IV. Indulgenze concesse alli Confratelli del Rosario, e della Sacra Cintura di Maria Vergine. *Ivi, per il Malatesta, 1723. in 12.*

V. Istru-

- V. Istruzioni più necessarie per li tre Sacramenti della Confessione, Comunione, e Cresima. *Ivi*, per lo stesso, 1724. in 12.
- VI. Collectio Variorum Opusculorum diversorum Auctorum summo studio, labore, & diligentia disposita. Voluminum XX. in 4.
- VII. Alia ejusdem materiæ. Vol. VI. in 8. servantur cum præcedentibus in supra laudata Bibliotheca.
- VIII. Index Auctorum omnium in eadem Bibliotheca aſſervatorum. Volum. II. MSS. ingentis molis, in quorum primo nomina Scriptorum recensentur, in altero verò per materiaram ordinem ad studiosorum commodum libri singuli referuntur.
- IX. Kalendarium perpetuum cum plurimis mobilibus Planisphæriis, ad certam Paschatis diem singulis annis reperiendam, & præcipuas Solis, Lunæque periodos in perpetuum inveniendas, additis etiam facilissimis Tabulis ad dignoscendam quocumque anni tempore Divini Officii recitandi statutam horam. MS. in 4. extat ibid.

Hæc à Suis habuimus.

D C I I.

De COMITIBUS PRIMUS.

Primus Comes, seu de Comitibus, Aloysii filius Mediolani in lucem editus, Vir fuit acutissimi ingenii, quod quidem bonarum artium studia ita coluit, ut non modo latinis, græcisque, sed hebraicis quoque, atque chaldaicis litteris instructus esset. Tam humanis ergo, quam divinis pereruditus doctrinis, speciali etiam in rebus agendis prudentia emicuit. Novocomi, cum degeret hospitio, excepit Venerabilem Dei Servum Hieronymum Æmilianum. Congregationis Clericorum Regularium, qui de Somascha nuncupantur, Fundatorem, cujus accensus colloquiis, & incitatus exemplo, antea vitæ, quam innocenter ab incunabulis traduxerat, nova virtutum ornamenta adjicere decrevit. Socium igitur Hieronymo se adjunxit, cui ob solidam doctrinam, & perfectionis studium gratissimus semper extitit. Jam ingravescente ætate Sacerdotii dignitatem, quam semper humilime recusaverat, tandem ut obedientiæ morem gereret suscepit, hortante in primis Nicolao Ormaneto Sancti Caroli Borromæi Vicario, cujus doctrinam, atque prudentiam optimè mihi datum fuit agnoscere in percurrentibus Epistolis, quæ maximè in negotiis arduis Sancto Carolo scriptæ reperiuntur in sæpe relata Collectione amplissima Bibliothecæ Ambrosianæ. Dogmaticam Theologiam Mediolani plures annos docuit, sacrosque libros summa cum hominum admiratione ibidem è cathedra interpretatus est. Verbum etiam Dei nedum populo, verumetiam Sacris Virginibus majorum jussu ferventissimè ministravit. Episcopi Novocomensis mandato difficilem sanè suscepit provinciam, missus ab eo in Tellinam Vallem, ut ibi Novatores, eorumque Pseudopastores argueret, ac confutaret; sed infatigabili zelo Sacerdos invictus cum eis tam strenuè decertavit, ut eorum quamplurimi respicientes, ejuratis erroribus ad Christi gregem rediisse perhibeantur. A Pio IV. Summo Pontifice ad Æcumenicum Tridentinum Concilium missus, absentis Patavini Episcopi nomine celeberrimæ illi Synodo interfuit, atque eruditionem suam plaudentibus Patribus universis non raro in medium protulit. Gregorio quoque XIV. acceptissimus fuit, qui cum plurima Primo Ecclesiastica beneficia satis pingua obtulisset, humilitatem ejus omnia respicientis, ob infitum evangelicæ paupertatis amorem, miratus est. Liceat quandoque in rebus seriis aliquid lepidum proferre, ideo hîc addo, quod narrat de Scriptore nostro consanguineo suo, necnon Præceptore M. Antonius Majoragius Orat. X. pag. 221. & sequenti, his verbis: „ Cum in Germaniam ea „ de causa profectus fuisset, ut Erasmi consuetudine „ per aliquod tempus frueretur, priusquam ipsum „ Erasmus conveniret, ad eum litteras dedit, quibus „ adventus sui causam declarabat, quarum in „ extrema parte nomen suum, ut fit, ita subscripse-

A „ rat: Tui studiosissimus Primus Comes Mediolanen- „ sis. Hanc cum Erasmus subscriptionem vidisset, „ credidit statim magnum aliquem adesse Princi- „ pem, sui visendi gratiâ. Quare licet admodum „ senex, & infirmus esset: tamen quo studio, quo „ que apparatu potuit, obviam consobrino meo lon- „ gè processit. Sed postquam homunculum unum, „ nullo comitatu, nullo fervorum grege stipatum, „ & benè quidem litteratum, sed nullo elegantiori „ cultu vestitum reperit, errorem suum ridere jucun- „ dissimè cœpit, & tamen eum sibi multò gratiorem „ advenisse, quam si magnus Princeps fuisset, mul- „ tis audientibus testatus est. „ Tantum Virum mors „ terris rapuit Anno MDXCIII. ætatis verò suæ XCV. „ Benedictus Sossagus pronepotem Primi nostri se testa- „ tus, hoc ei scripsit Epitaphium, quod legitur inter „ Epigrammata ejusdem lib. VII. in hæc verba:

Epitaphium Primi Comitibus Avi.

*Pierides multo conspergite vere sepulebrum:
Laurigerum tumulo figat Apollo nemus:
Æterna æternos cineres ut protegat umbra,
Ut docta in violis molliter ossa cubent.
Occidit ille senex Insuubrum gloria Primus,
Flos Latii, Graji laurea, palma Syri.
Insuuber hos cineres fertis perfundat odoris,
Lacte Auson, vino Græcia, thure Syrus.*

C Miramur interea Augustinum Turturam eruditum, alioqui Virum lib. II. de Vita prædicti Ven. Hieronymi Æmiliani capite XIII. post narrata præclara Primi gesta, asserere non dubitasse, Virum hunc doctissimum nulla post se litterarum monumenta reliquisse: multa enim ego ipsius Opera inveni, quæ saltem ex parte ipsa esse suspicor à Picinello relata sub generali nomine *Orationum Latinarum* nulla adjecta, loci, ubi impressæ fuerint, vel anecdote lateant, mentione.

Ea sunt:

- D I. Primi Comitibus Mediolanensis Orationes duæ, una de laudibus Vitæ cœlibis genere demonstrativo, altera Consolatoria ad Parentes pro sororis morte, in genere deliberativo.
- II. In Salustium Crispum Oratio tertia.
- III. Pro sobrietate adversus ebrietatis Affectatores Oratio quarta.
- IV. Pro C. Dominico Protectore nostro adversus reterimos homicidas Antonium, & Alexandrum Oratio quinta.
- Omnes in Cod. MS. in fol. qui extat in Biblioth. FF. Marchionum Vicecomitum.
- V. Epistola ejusdem ad M. Antonium Majoragium, & Majoragii Responso ad eundem. In MS. Bibliothecæ Ambrosianæ sign. C. num. 244.
- VI. Præfixum est ejus Epigramma Poëmati de Bello Armano Joannis Marci Fagnani.
- VII. Litteræ Primi latinæ ad Gregorium XIV. cui gratulatur Pontificiam dignitatem recentem adeptam: Laudantur à Turtura loc. cit.
- VIII. Epistola altera latina ad Petrum Galefinum, in qua M. Antonii Majoragii Opera edita, & inedita recenset, cum ejusdem Epitaphio, & laudibus tam Majoragii, quam Galefini, dat. Mediol. Kal. Febr. MDLXIX. Extat inter Epistolas MS. Francisci Cicerei, ut supra.
- IX. In lib. II. Epigrammatum Spinule extant Epigrammata duo, cum ejusdem Primi Responsoibus. Plures Epistolas eruditione Sacra, atque Profana repletas, scripsit ad eundem Jo. Jacobus Ælius, de quibus mentionem fecimus suo loco. Extant ad eum Epistolæ Francisci Cicerei. MSS. Biblioth. FF. Vicecom. atque in altero Biblioth. Monachor. Cisterciens. S. Ambrosii sign. A. num. 18. in 4.
- Hoc legitur ad eum Ferdinandi Abduensis Epigramma:

Ad

Ad Primum Comitem Dialogus ,
Author & Primus .

- A. *Cum sis Prime Comes , tibi quæ sunt oppida ? quisnam
Subditus , ad nutum quem tua jussa movent ?*
- P. *Non me divitiis , verum virtute beavi ,
Aonii dicor nam Comes esse ebori .*
- A. *Si Comes Aonidum , si Musis carus haberiis ,
Cur tibi , si studeas , littera quæque nocet ?*
- P. *Cum Aonidum juvenis Comes evasisse viderer ,
Fertur Apollo novum me timuisse Ducem .*

Sigismundus Folianus ad eum binas dedit Epistolas .
Prima est V. lib. IV. altera est IX. lib. V. Conso-
latoria pro morte Antonii ejus Fratris Viri non-
illiterati .

Extant ad eum plura Carmina suprascripti P. Franci-
sci Spinulæ inter ejus Poëmata , de quibus suo loco .
Inter Imitationes Catulli num. 36. adest Dialogus
Metricus satis longus de Mortuorum Sepulchris ,
in quo inducitur Primus Comes , cum quodam
Episcopo Tridenti colloquens à Spinula ipso con-
scriptus .

Idem Spinula in libro , cui titulus est de intercalandi
ratione , testatur se id Opus composuisse hortante
Primo Comite , priusquam hic ad Tridentinum Con-
cilium pergeret , eò ductus à Carolo Vicecomite Epi-
scopo , tunc Intimiliensi , anno dein MDLV. die XII.
Martii S. R. E. Cardinali creato .

Commendant Clarissimum Virum citatus Turtura ;
Moriggia Nobilit. Mediol. lib. 3. cap. 13. Crescen-
tius in Amphit. pag. 184. P. Franciscus Spinula
lib. 2. Epigr. Siton. in Schedis , & Picinellus in
Athenæo pag. 474.

DCIII.

De COMITIBUS ROGLERII.

IN Viro præstantissimo Roglerio de Comite , feu
de Comitibus , Andrea Patre Mediolani genito ,
in dubio est , quid prius laudari debeat . Si enim
Jurisprudentiam , si Oratoriam , si Poëticam faculta-
tem , si Historicam peritiam , si Græcam denique
ac Latinam eruditionem inspexero , ita omnes certa-
tim occupare primas contendunt , ut me animi pen-
dere cogant , quam potissimum ex eis in medium
proferam . Jurisconsultorum Mediolanensium Collegio
adscribitur est Anno Incarnationis Dominicæ quinquage-
simo sexto Sæculi XV. tum Generalis Vicariis in
Mediolanensi Dominio munere meruit honestari ; po-
stremo etiam Fiscalis Cameræ Ducalis Syndicus est
renunciatus . Acceptissimus fuit ob singulares prorsus
animi dotes Infubriæ Principibus Galeatio Mariæ , &
Francisco Sfortiæ ; coluitque plurimum Candidum
Decembrium non infimæ notæ Eruditum ; ab eo vi-
cissim inter primos amicos habitus . Ad immortalem
transiit Vitam Anno reparationis humani generis
MCDLXXXIX.

Quanti fuerit ingenii , hæc , quæ ad nos pervene-
runt , indicant :

- I. Roglerii Comitis Juris Civilis Doctoris , Oratio habita
annua die imperii Illustrissimorum Ducum Sfortiæ ,
& Blancæ Mariæ Vicecomitum . MS. in 4. sign. M.
num. 40. pagg. 19. in Bibliotheca Ambrosiana .
- II. Epigrammata ejus duo de eodem Argumento , legun-
tur in eod. Cod.
- III. Extant ejusdem Epistolæ V. eruditione tam Græca ,
quàm Latina refertæ ad Candidum Decembrium , in-
ter quas altera XXII. Octobris MCCCCLI. altera
MCCCCLIX. & MCCCCLX. cum Responsonibus De-
cembrii in MS. Biblioth. Ambros. sign. I. num. 235.
- IV. Oratio annua die Imperii Francisci Sfortiæ Ducis Me-
diolanensis , MS. in Ambr. Cod. sign. M. num. 4.
- V. Epigrammata varia , extant in ipso Cod.
- VI. Veterum Imperatorum , atque Virorum Illustrium Di-
cenda quædam , & Facta memoratu digna ad Illustris-
simum , & Excellentissimum Principem Galeatium
Mariam Mediolani Ducem . MS. in 4. sign. D. num.
497. extat in Bibliotheca Ambrosiana , & in fronte
ejusdem sic legitur :

Tom. I.

A

*Rhetoricis quondam studui , coluique Poëtas ,
At nunc militia per nova castra feror .
Nunc sequor ejusdem civilia Jura Camænis ,
Parcite Pierides , me graviora vocant .*

Ipsi Petrus Candidus Decembrius inscripsit Dialogum
de Vitæ Ignorantia MS. pagg. 18. in Biblioth. Ambr.
in 4. sign. C. num. 83.
De eo etiam agit Siton. in Chron. JCC. pag. 48. art. 194.

DCIV.

COMUS , five de CUMIS AUGUSTINUS.

B

Familia Coma , five de Cumis nuncupata , Medio-
lanensis est , uti ex duabus Inscriptionibus Sepul-
chralibus in Schedis Archinteis relatis , una nempe
in Templo Pacis Anno MDLXVIII. posita , altera
in Templo S. Angeli Anno MDCVI. Adhuc quoque
vigeat Anno MDCL. , nam in quodam Instrumento
descripto reperitur Carolus de Cumis filius quondam
Julii Cæsaris P. C. P. S. Thomæ in Terra-amara Me-
diolani Pronotarius , qui fortasse idem est , qui sub-
scribitur in altero publico Instrumento , sic : „ Ego
„ Carolus Comus Publicus Mediolani Notarius , ac
„ Regiæ Cameræ Notarius Coadjutor . „ Putandum
igitur non est Augustinum dictum fuisse de Cumis ,
quod in Comensi Urbe genitus fuerit , sed hac nun-
cupatione appellatum , quod ex eadem Gente Medio-
lani prodierit ; Scriptores enim omnes inferius ci-
tandi hanc illi assignant Patriam . Certè Vir extitit
integritate vitæ , & eruditione commendabilis , nec
non Ordinis Eremitarum Sancti Augustini , Conventus
Sancti Marci alumnus ; in Sacra Theologia Magi-
ster , ipsumque exemplaritas & puritas vitæ populis
venerabilem reddiderunt : litteratura verò , concionan-
do & scribendo , ostensa inter Doctorum choros ag-
gregavit . Obiit circa Annum Domini MCCCCLI.
Opera ejusdem quæ adhuc in Bibliotheca Suorum
hujus Urbis asservantur , partim egomet vidi , par-
tim ex Rubeo , aliisque de Eremitis Augustinianensibus
Scriptoribus excerpti , videlicet :

C

- I. Opus de Conceptione B. M. Virginis . MS. in fol. jussu
molis cum miniaturis .
- II. In Libros Sententiarum Breviloquium . MS. in fol. Hos
duos Codices ignorarunt , qui de Auctore nostro scrip-
sere .
- III. De quatuor virtutibus Cardinalibus . Liber I.
- IV. De septem peccatis Mortalibus . Tractatus I.
- V. De Oculo Morali . Tractatus unicus .
- VI. Sermones varii . Liber I.
- Aliqua laude ipsum cohonestarunt Herrera , & Elffius ,
atque Abbas Picinellus in Mediolanensi Athenæo pag.
2. , sicuti & Joannes Baptista Carisius in Theatro Sa-
cro .
Videndus etiam Dominicus Antonius Gandolfi in sua
Dissertatione Historica Romæ impressa , Typis Joannis
Francisci Buagni , 1704 pag. 73. num. 29.

DCV.

De CONCOREGIO CONRADUS.

E

Non semel præstantissimos eos Viros in hoc Ope-
re laudavimus , qui vergente Sæculo decimo-
tertio Mediolanensem Urbem post ferale Onobarbi
excidium restaurandam curarunt , & optimis legibus
Rempublicam firmarunt . His nunc addendus occur-
rit , tametsi tempore aliquanto posterior , Conradus
Concoregius , five de Concoregio , cujus parentes ,
actaque invida delevit verustas . Verumtamen nunquam
excidet ejus prudentiæ laus è posteritatis memoria ,
eumque recensebunt jure merito inter patriæ legisla-
tores hujus Metropolis cives , propter ab illo cum aliis
Anno MCCLXXII.

- I. Statuta plura condita , & publicata , ad quorum obser-
vantiam Vicecomes de Vicecomitibus Mediolani Præ-
tor juramento se obstrinxit .

L11

De

De eo agit Corius ad eundem Annum, atque ex eo Comes Octavius Archintus in sæpe laudata Collectione Monument. Famil. Mediol.

DCVI.

De CONCOREGIO JOANNES.

Gabriels ex vetustissima Concoregia Familia jam inde à restauratione hujus Urbis celebri, ut in Conrado, atque Roglerio omnes agnoscent, filius fuit Joannes noster, qui ob Physicæ optimam navatam operam die VI. Augusti Anni MCCCXXIII. in Medicorum Mediolanensi Collegio meruit cooptari. Intra Patriæ terminos ejus virtutis fama contineri non potuit, ideoque in celeberrima Bononiensi Academia, aliisque Italiæ Archigymnasiis, ac postremo in Ticinensi Artis Medicæ præcepta tradidit summo cum auditorum plausu, atque frequentia. In eadem Urbe dum Professoris publici munere fungeretur, migravit è vita Anno Salutis humanæ MCCCCLXXXVIII.

Pluribus Operibus Physicæ peritos juvit, his videlicet:

- I. Summula de curis febrium secundum hodiernum modum, & usum compilata. *Venetis, apud Octavianum Scotum, die 19. Febr. 1515. & denuo apud Lucam Antonium Juntam, 1521. in fol.*
Extabat etiam MS. apud Joannem Jacobum Mangetum ipso teste, loco infra citando.
- II. Praxis nova totius fere Medicinæ, ex eodem Mangeto.
- III. Lucidarium, seu Flos Florum Medicinæ vulgo nuncupatum, quo quidem quatuor Tractatus continentur, videlicet:
 - De Dispositionibus Capitis, & Partium ejus, Tract. I.
 - De Dispositionibus Cordis, Pectoris, & Partium ejus, Tract. II.
 - De Dispositionibus Stomachi, Hepatis, Splenis, & aliorum membrorum naturalium, Tract. III.
 - De Dispositionibus Genitalium membrorum, Testiculorum, Matricis, & aliorum annexorum, Tract. IV.
 Hoc ipsum Opus MS. extans apud Co. Donatum Sylvam, sic definit:
 - „ Inchoatus fuit iste Liber post Annum XXXIV. nostræ
 - „ lecturæ; primùm in studio Bononiensi inchoatæ, &
 - „ postea in plerisque aliis studiis Italiæ confirmatæ, &
 - „ ultimo in præclaro studio Papiensi, & completus fuit
 - „ currente Anno Domini MCCCXXXVIII.
 Aliud hujus Operis MS. Volumen servatur in Biblioth. Ambros. signat. A. num. 104. cum litteris initialibus pictis, sine titulo, & nuncupatum est Mediolani Duci. In fine autem sic legitur:
 - „ Explicit Lucidarium in Præctica Medicinæ compilatum
 - „ per Magistrum Johannem Concoregium Mediolanensem
 - „ sem Medicinæ monarcham.
 - „ Hoc sequitur Antidotarium Nicolai; de quo alibi agemus.

Similis etiam MS. Codex servatur in Biblioth. Paulina. Lipsiensi; ex Montfaucon. Biblioth. Bibliot. MSS. hoc titulo: „ Joannis de Concoregio Lucidarium, seu Flos Florum Medicinæ.

IV. Tractatus integer de Febribus.

V. Methodus Medendi. Duo hæc Opera recenset Picinellus, sed non indicat an sint MSS. vel edita.

Laudatur à Jo. Baptista Sylvatico de Collegio Medic. Mediol. Ghilino in Theat. part. 2. Gesnero in Bibliot. Univerf. Jo. Jacob. Frisio in Biblioth. Curtio pagg. 25. & 287. Siron. in Chron. Coll. Phys. MS. Mangeto in Biblioth. Script. Medicor. Tom. II. pag. 105. & Picinello in Athenæo pag. 294.

DCVII.

De CONCOREGIO RAYNALDUS.

Raynaldus de Concoregio Patria Mediolanensis emensis studiorum curriculum inter Clericos relatus, mox Sacerdotio initiatus, Canonicus Laudensis Ecclesiæ renunciatur. Eum Bonifacius Papa VIII. ad conciliandam inter Philippum Francorum, & Eduardum Angliæ Reges pacem in Gallias misit, tum post totius Æmiliæ Præfecturam ad Vicentinum Episcopatum evexit. Defuncto verò Opizone Archiepiscopo Ravennate, in Basilica Urbsana solemniter conventu celebrato, Raynaldus noster, & Leonardus Feliscus Ecclesiæ Brugenfis Præpositus ad eam dignitatem eliguntur. Ex his Benedictus IX. Bonifacii successor Raynaldum, cujus mores perfectos habebat, approbavit Anno MCCCIII. Tum Sacrarum Profanarumque rerum Moderator in Flaminia à Pontifice constitutus, cum Forolivii ob Provinciæ sibi commissa pacem, laboribus nullis parceret, populari tumultu excitato, lethale vulnus accepit. Henricus VII. Augustus quamdiù in Gallia Cisalpina fuit, ejus consilio usus est, donec in pejus mutatus, Italiam universam tumultibus implevit, Roberto Siciliæ Rege exautorato. Clemens V. eum æquitate, & legum peritia insignem sciens, Raynaldo Templariorum causam cognoscendam commisit. Plurimis tandem pro Ecclesia Dei laboribus perfunctus, non sine ingenti sanctitatis opinione, migravit ad Dominum Anno Sal. MCCCXXI. XV. Kal. Septembris, quo die solemniter Officio ipsius memoria ibi recolitur. Ejus Corpus primum in Sepulchro Marmoreo in Templo Urbsano conditum, & tribus Sæculis incorruptum, violenta inundatione Anni MDCXXXVI. aqua in tumultum penetrante, & diutius hærente, dissolutum, Lucas Torrigianus ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopus ad Sacellum B. Mariæ V. solemniter transfudit, & honorifice collocavit, hac Inscriptione adjuncta:

D. RAYNALDI RAVENNATIS ARCHIEPISCOPI VENERABILES EXUVIAS
DIVINO LICET MIRACVLORVM SPLENDORE ILLVSTRES
HVMILI TAMEN ANGVLO BASILICAE OBSCVRAS
VT EXORIENTE HOC RAVENNATIS MVNIFICENTIAE SACELLO
AD EMINENTIOREM PVBLICAE DEVOTIONIS LVCEM EXORIANTVR ILLVSTRIORES
LVCAS TORRIGIANVS ARCHIEPISCOPVS
IN PERENNE SVAE PIETATIS MONVMENTVM DEPORTAVIT
ANNO SAL. MDCLIX.

Scriptit Raynaldus:

- I. Tractatum de Fundatione Ecclesiæ Sancti Joannis Evangelistæ in Urbe Ravennæ, quæ edita est Mediolani in Parte II. Tomi I. Scriptorum Rerum Italicarum Anno MDCXXV.
 - II. Concilium Provinciale habitum Anno MCCCXI.
 - III. Alterum celebratum Argentæ MCCCXIV.
 - IV. Alterum Bononiæ MCCCXVII.
- Hæc omnia edita habentur in calce Historiarum Ravennatum Hieronymi Rubci, & iterum in Collectio-

ne Scriptorum Rerum Italicarum Jo. Georgii Grevæ Tom. VII. pag. 1.

Ejus Vitam conscripsit Frater Nicolaus de Arimino, hoc titulo: „ Tractatus de Vita laudabili felicitatis Ar. „ chipræfulis Beati Raynaldi per me editus Fratrem „ Nicolaum de Arimino Ordinis Minorum Sacre Theol. „ logiæ humilem professorem Anno MCCCXIII. Hanc, post Ughellum ediderunt Bollandistæ ad diem. XVIII. Aug.

Eam etiam scripsit, & edidit Franciscus Maria Turnigius ex Ughello. Meminit ejusdem Philippus Ferrarius in Catal. Sancto-

rum Italiae, Bzovius in Annalibus, Hieronymus Rubens in hist. Ravenn. Fabri in Sacris Ravennae Monumentis.

Agit pariter de eo Bosca in Martyr. Med. ad diem. XVIII. Augusti, ubi in Notis num. 2. plures affert Scriptores eum commendantes.

DCVIII.

De CONCOREGIO ROGLERIUS.

Conradi Concoregii paulo ante laudati fortasse Avus, & certe consanguineus, Roglerius Saeculo ferme ante illum floruit. Nam in Mediolanensis Urbis restauratione inter Reipublicae Consules recensebatur. Amoris ejus in Patriam, & memorandae prudentiae nobis argumentum suppeditant praclarissimum, quae ipse redivivae è cineribus suis Urbi praestitit; nam & novorum moenium robur, & optimarum legum firmamentum cum sapientissimis aliis Viris Mediolano addidit circa Annum humanae reparationis MCLXX. eo enim tempore

- I. Statuta multa, atque utilissima condidit. De Roglerio meminit Gualvaneus de la Flamma lib. XIII. cap. 894. & seq. atque alibi; & ex eo Comes Octavius Archintus in Collect. Monum. Famil. Mediol.

DCIX.

CONFALONERIUS ANTONIUS.

Confaloneriorum, sive, ut alii scribunt, Confanoneriorum Familia Mediolani satis celebris ob peculiarem erga Ambrosianae Ecclesiae Antistites fidem, & eorum in hanc Urbem solemnem ingressu honorificam associationem, non paucos Eruditos Viros peperit in hac nostra Collectione dignis praconiis extollendos. Elementario, quo uti statuimus, ordine primus omnium ex eadem Gente nunc laudandus venit Antonius Ambrosianae Basilicae Canonicus, qui Saeculo XV. floruit. Hic Anno MCCCXXXI. jam inter Canonicos recensitus, cum collegis suis Urbano de Canturio, Matroniano de Carbonibus, Joanne de Castellione, & Daniele de Concoregio astitit, quando sedente in Mediolanensi Cathedra laudatissimo Antistite Francisco de Pizolpassis Bononienfi, quem infra commendabimus, Sigismundus I. Augustus Ferreo Diademate decoratus, in eadem Basilica Rex Italiae renunciatus est. Erogatarius fuit Primicerii, & Cleri Mediolanensis, sequensque Opus Anno MCCCXVIII. clausisse perhibetur.

Illud est:

- I. Catalogus Archiepiscoporum Mediolanensium Auctore Presbytero Antonio de Confanoneriis, incipiens à Sancto Barnaba usque ad Guidonem Arcimbaldum Anno Domini MCCCCLXXXIX. MS. in fol. pagg. 78. in Biblioth. Ambrosiana signat. S. num. 89. inter Codices in 4.
Extat etiam in Aedibus Primicerialibus teste Clar. Saxio in Dissert. Apologetica SS. MM. Protasii, & Gervasii pag. 80.
Notandum tamen, alium aliquem Opus Confalonerii continuasse, si enim Anno MCCCXVIII. finem scribendi fecit, cum tunc esset Archiepiscopus Petrus Philargus, qui postmodum Summus Pontifex creatus Alexandri V. nomen suscepit, & cujus jam supra meminimus, scribere non potuit usque ad Guidonem Antonium Arcimbaldum, qui Archiepiscopatum obtinuit Anno MCCCCLXXXVIII. X. Kal. Febr.
Agit de eo Dominicus Madernus in Schedis loco suo recensendis.

DCX.

CONFALONERIUS CELSUS.

Celsus Confalonerius Mediolanensis Patritius, Alexandri, & Angelae Catharinae Majneriae conjugum filius, Societatem Jesu ingressus, animas Christo lucrandi gratia, in ultimas Orientis Provincias profectus, quadraginta & amplius annis Evangelicos labores pertulit. Incommodae valetudinis ergo ex Japponia, ubi plurimos Fidei Catholicae praecipis imbuerat, ad Urbem Machao se contulit, ibique Sebastiano Vierae ejusdem Instituti Viro (qui postmodum mortem saevissimam pro Christo pertulit, ut scribit Daniel Bartholus) libros tradidit Japponensibus literis scriptos, ut eos Romam veniens, verbis suis Friderico Cardinali Borromaeo traderet in Ambrosianam Bibliothecam inferendos. Arculam insuper eidem Cardinali misit ad Divini Panis hostias reconcedendas, ne inter sacrificandum sui oblivisceretur. Scripsit etiam ad eundem Cardinalem:

- I. Litteras plures Evangelico Viro verè dignas, quarum compendium posteris non invidit Petrus Paulus Bosca libro III. de Origine, & Statu Bibliothecae Ambrosianae, qui eas Friderico redditas arguit ex fragmento Epistolae, quod proponit Augustinus Mascardus cum scribendarum Historiarum initia non ad Moesem Auctorem, sed ad Abraham usque aetatem revocat. Ita à Suis.

DCXI.

CONFALONERIUS CONRADUS.

Genitoribus Francisco, atque Isabella Maddia conjugibus Mediolani editus est in lucem Conradus Confalonerius, qui Societatem Jesu ipse quoque ingressus eandem & eruditione, & piissimis moribus decoravit. Tam Philosophicas, quam Theologicas Facultates ita bene noverat, ut primas triennio Romae, posteriores autem sexennio in Academia Braydensi è cathedra publicè interpretatus fuerit. In Gymnasio quoque Canobiano Ethicam Aristotelis plures per annos explicavit. Adhuc vivebat scribente Picinello, & in eodem Lycæo actu legebat.

Scripta hæc reliquit partim edita, partim anecdota:

- I. Epitome Philosophica. Ad Praesidem Arcesium. Mediol. apud Malatestam, 1660. in 12.
II. Cometa decomata. Mediol. 1664. in 4.
Opus hoc edidit, cum eo anno Cometes apparuisset horribilis, ut populorum metum compesteret.
III. Saggio della Scienza Cavalleresca. Philosophiae Moralis Opus est Tomis IV. comprehensum, quod MS. praelo paratum servatur in Biblioth. Collegii Braydensis. A Suis, & à Picinello in Athenæo pag. 152.

DCXII.

CONFALONERIUS JO. ALOYSIUS.

Ex Petro Antonio, atque Hippolyta Brippia honestissimis conjugibus ortus est Mediolani Joannes Aloysius Confalonerius, quem juvenilibus annis ingenii acumine praestantem clarissima Societas Jesu alumnum suscepit. Eam vix ingressus Romam mittitur, ut Philosophiae curriculum conficeret, quem sedula constantique diligentia percurrit. Inde Mediolanum revocatur, ut omnes Theologicas disciplinas, quas in propriam eruditionem derivaverat, aliis publicè traderet. Omnium ex Societate primus in Canobiano Gymnasio Ethicae praecipua docuit, illudque munus plures per annos ingenti cum doctrinae fama, atque auditorum fructu, exercuit. Inducuntur interea Romae generalia Comitia, & Joannes Aloysius illuc mittitur, ut ibi Provinciae suae nomine adesset.

Viri

Viri virtute cognita illum Sodales Italiæ Assistentem renunciarunt, quod munus post Generalis Præpositi dignitatem primum existimatur. Quantum Oratoria facultate polleret facile conjiciunt, qui sequentes illius lucubrationes pervolutabunt:

- I. Oratio de Passione Domini. Extat inter Orationes PP. Societ. Jesu pag. 673. impressas *Roma, apud Mascardum, 1641. in 12* Eam habuit Confalonarius coram Urbano VIII. anno MDCXXXVI.
- II. Opusculum de celebratione Missæ. *Mediol. 1620 in 12.*
- III. Oratio de Spiritu Sancti adventu à Confalonario composita, habita verò à Carolo Firenzola Pio coram eodem Pontifice Urbano VIII. *Roma, typis Corbellotti, 1628. in 4. ex Sotuello.*
- IV. Cursus Theologicus. MS. qui teste Picinello, plurimum manibus terebatur, & summopere expetebatur.
- V. Algebra Speciosa. MS.
- VI. Tractatus de modo, quo fit visio. MS. Hæc duo Opera typis tradenda paraverat testibus his, qui De ipso agunt, scilicet Philippo Alegambe in *Biblioth. Societ. Jesu, & Picinello in Athenæo pag. 305.*

D C X I I I.

CONFALONERIUS JO. AUGUSTINUS.

Joannis Aloyfii Confalonerii Societatis Jesu Presbyteri, cujus paulo ante elogium dedimus, & sanguine, & doctrina, & professione germanus fuit Joannes Augustinus nunc collaudandus. Hic præter alias singulares prorsus, quibus eminebat, virtutes, filiali fermè pietate Deiparam coluit, cujus gloriæ amplificandæ cupidissimus nihil non egit, ut ejusdem cultum inter fideles extenderet. Quadraginta, quibus in supradicta insigni Societate vixit, annis, singulos Sabathi dies ferventissimâ Meditatione Acta Matris Divinæ recolere consueverat; utque piorum cupiditati satisfaceret librum composuit, cujus titulum primo loco inferius dabimus. Piissimam mortem oppetiit Anno Salutis nostræ MDCXXXIX. die X. mensis Aprilis in Collegio Aronensi.

Opera ipsius hæc fuere:

- I. Vita B. Virginis Mariæ distincta capitibus ad meditando. *Dilinga, 1612. in 12. & Mediol. apud Bidellum, 1620.* Idem Opus denuo vulgavit Italicè anno 1621.
- II. Oratione in lode di S. Carlo recitata nel Duomo di Milano l'anno MDCXIX. *Ivi, per il Bidelli, 1622. in 4.*
- III. Del Verbo di Dio umanato, e nato in Bettelemme, Discorsi, Esempi, e Meditazioni. *Milano, per lo stesso, 1624.*
- IV. Miscellanea Varia. *Mediol. apud Bidellum, 1623. in 8.*
- V. Historia Moralis sui temporis lib. II. MS.
- VI. Multa Sociorum exempla, & Elogia. MS.
- VII. Historia Moralis de antiquis, & recentioribus exemplis. MS. Hæc MSS. Opera profert Alegambe *Biblioth. Societ. Jesu.* Agit etiam de eo Ludov. Maraccius *Biblioth. Marianæ part. I. pag. 669. & Picinellus in Athenæo pag. 256.*

D C X I V.

CONFALONERIUS JO. BAPTISTA.

Ordinem Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo in Congregatione, quæ Mantuana dicitur, ut Deo, sibi que liberius vacare posset, amplexus est Joannes Baptista Confalonarius patriâ Mediolanensis. Vir fuit non doctrinâ solum, sed moribus, & vitæ integritate plurimum illustris; ideoque suorum existimationem adeptus non semel Cœnobii Genuensis Prior est constitutus. Concionatoris officium summo zelo plures per annos exercuit, tum Dēfinitor creatus talem se præbuit, ut primum Procurator Generalis in Romana Curia Anno MDXXXIII. mox post biennium Vicarius item Generalis Congregationis suæ renunciari meruerit. Eum etiam adversus hæreticam pravitatem Apostolicum Commissarium laudatissimum.

A ob peculiarem in eis infectandis fervorem testatur ex Felina loco mox citando Vaghi. Annum, quo mi-gravit è vita, nullus Suorum indicavit.

Post se reliquit posteritati legendum:

- I. Quaresimale MS. in 4. justæ molis. Servatur in Bibliotheca Cœnobii Sancti Joannis ad Concham Mediolani. Carmina duo in ejus commendationem cecinit Felina. De ipso scribit Vaghi in *Comment. Ordinis sui pag. 332.*

D C X V.

CONFALONERIUS JULIUS CÆSAR.

B Julius Cæsar Confalonarius Sacerdos Mediolanensis medio fermè Sæculo Salutis humanæ XVII. & doctrina & moribus eluxit. Inter Oblatos Congregationis SS. Ambrosii & Caroli recensitus, animarum salutem sedulo curavit. Tum Sacræ Theologiæ Magisterium, & Apostolici Prothonotarii dignitatem adeptus est, atque primum Parochialem Ecclesiam Oppidi Liffoni, inde aliam in hac Urbe Sancti Petri, cui cognomen est *supra Dorsum* non procul ab Ambrosiana Basilica sitam rexit. Alphonso Littæ Cardinali Archiepiscopo charus fuit, qui hominem optimè notum ex priori Ecclesia ad hanc posteriorem transtulit, ne ibi in vitæ periculum denuò incideret, ut sæpius jam evenerat improborum conspiratione illius paternas objurgationes non ferentium, & in medicum, qui eos curabat, infanientium. Vir fuit immensi in legendo laboris, idque agnoscitur in ejus Voluminibus, præsertim MSS. Obiit circa finem præteriti Sæculi.

Hæc partim typis dedit, partim prælo parata habebat:

- I. Orazione detta ai Tribunali. *Milano, 1679. in 4.*
- II. Scherzi Geniali. *Milano, 1684. in 12.*
- III. Il Cane Rettorico, scherzi Giovanili, seconda edizione, con aggiunta. *Milano, per il Vigone, 1684. in 12.*
- IV. Fletus Parentantis Julii Cæsaris Confalonerii Oblati S. T. D. Rectoris Ecclesiæ Parochialis S. Petri supra Dorsum Mediolani ad Tumulum Octaviæ Matris suæ dilectissimæ anno MDCLXXXIX. die XXII. Decembr. *Mediolani, apud Malatestam, in 4.*
- V. Laberinto aperto a' Grammatici, con il filo d'uscirne. *Milano, per il Gagliardi, 1694. in 8.*
- D VI. La Cattedra di S. Pietro Apostolo trasportata sul Dosso della Città di Milano dalla Villa di Liffone, l'anno MDCLXXVII. a vive suppliche di Giulio Cesare Confalonieri Oblato, Dottore di S. Teologia, e Protonotaro Apostolico, dedicata alli studiosi e discreti Lettori. Opus est varia eruditione tam Sacra, quam Profana confersum, in quo Auctor cum Octavia Matre aliquando loquitur de rebus domesticis, & de Familia Confalonaria, ejusque insignibus Privilegiis. MS. in fol. sign. H. num. 164. prælo paratus, immo titulus est jam impressus. Extat in Bibliotheca Ambrosiana.
- E VII. Lucubrationes Julii Cæsaris Confalonerii Civis Mediolanensis Oblati, Sacræ Theologiæ Doctoris, Prothonotarii Apostolici, Rectoris Ecclesiæ Parochialis S. Petri supra Dorsum Mediolani. Codex MS. in fol. ingentis molis adinstar Polyanthæ, seu Lexici Sacri & Profani, more tamen Sæculi, & Auctoris non magis criterii, prælo & ipse paratus erat. In Bibliotheca Ambrosiana Cod. sign. G. num. 118.

CONRADUS. V. CORRADUS.

D C X V I.

CONSONIUS ÆGIDIUS.

E X Familia satis honesta, christianæque pietati dedita ortus est Ægidius Consonius Mediolani; & in Cœnobio S. Marci ejusdem Urbis Ordinem Eremitarum S. Augustini professus fuit. Ab ipso tyrociniio nedum morum integritatis ac innocentiae, verum etiam præcellentis ingenii, tenacissimæque ac promptissimæ memoriæ specimina dedit: quapropter, exacto de more studiorum curriculo, laurea magistrali dona-

donatur. Omnigenâ dein literaturâ excultus, ad id pervenit, ut primus in omni scientiarum genere suo tempore haberetur. Post moderationem Gymnasii S. Augustini de Urbe, officium Procuratoris Generalis totius Ordinis per novem ferè annos obivit; quo in munere ita sedulo, accuratè, prudenterque se gessit, ut nulla causa, ipso agente, interciderit; eaque propter à Sacræ Congregationis Regularium tunc temporis Secretario, Antesignanus, & Oraculum Procuratorum Generalium passim nuncupabatur. Tantæ porro existimationis erat cum apud Italos, tum apud exteras Nationes, ut ad ipsum in primis consulendum gravissimis in negotiis quisque accederet; immò & hoc idem in mandatis habuere, præstiteruntque duo Lovanienses Doctores, Romam profecti ad procurandam ingentis momenti causam. Inter Qualificatores, ut ajunt, Supremi Sacræ Inquisitionis Tribunalis de Urbe à Summo Pontifice adlectus fuit; ac subinde universus Eremitarum Augustinianensium Cœtus, qui Ægidii præclaras dotes optimè noverat, præcipuèque integerrimi animi firmitatem, ac in rebus agendis dexteritatem, supremum sibi Præsulem Consonium adscivisset in proximè habendis Ordinis Comitibus, nisi cujusdam primarii Viri, Ægidii virtutes quammaximè averfantis, machinationes obsitissent. In Patriam reversus, totum se dedit philosophicis, theologicisque studiis, quibus earumdem disciplinarum dissertationes, imbuendis Augustinianis tyronibus, meditabatur. Interim cognitâ ab Innocentio X. tanti Viri, Urbe absentis, jacturâ, eodem Summo Pontifice jubente, Philippus Vicecomes, tunc totius Eremitici Ordinis Præsul, & à nobis suo loco cum laude recensendus, Consonium Romam denuò accersivit, ut inter Consultores sanctæ supremæque Inquisitionis sederet, ad discutiendas præsertim Jansenianas propositiones. Verùm dum ad ipsum litteræ dantur, infirmatur; dum illi afferuntur, moritur nono ægritudinis die, quinta nempe Martii, Anni MDCL. ingenti omnium dolore, ac Augustinianensis Cœtus damno, quamquam Ægidius tranquillo libentique animo mortem aspiceret, solitus dicere, illam non esse adeo tremendam, ut plerique autumabant. Plura reliquit ingenii sui monumenta, & multo plura haberentur, nisi animo invidio Romæ illi sublata fuissent, nam supradictus Philippus Vicecomes in suo Libro inscripto de Conventu S. Marci à me inspecto, inter alia de Auctore nostro, sic habet: „ Ab Urbano VIII. per Breve confirmatur „ Procurator generalis. Constantè Jura Ordinis contra Impugnatores defendit. Multa ejus scripta quæ „ ad manus Cardinalis Palottæ pervenerunt, periire; quæ adhuc extant manuscripta, indignantur videlicet:

- I. In Logicam Summulæ ad mentem Ægidii Romani, IV. divisæ Sectionibus.
 - II. Quæstiones de Logica secundum se.
 - III. De ente rationis in communi.
 - IV. De secunda intentione.
 - V. De Universalibus in communi.
 - VI. In Philosophiam de principiis naturæ in communi & particulari.
 - VII. De natura & causis.
 - VIII. De Corpore mobili ad ubi.
 - IX. De materia in communi.
 - X. De Substantia cœli.
 - XI. De Corpore mobili ad formam.
 - XII. De generatione & corruptione.
 - XIII. In Metaphysicam: De essentia & existentia.
- Has omnes egomet vidi in Bibliotheca S. Marci Vol. III. MSS comprehensas. Quæ verò sequuntur, partim hausi ex Picinello loco citando, partim mihi suppeditavit Vir inter Doctos sui Ordinis non infimum locum tenens, immo de tota litteraria Republica pluribus titulis benemeritus, Pater nempe Gulielmus Nicolai, cui debeo ingentem laborem, studiumque eximium in colligendis ubique Operibus tam editis, quam ineditis celeberrimi Onuphrii Panvini pro mea editione eorumdem, Deo dante, ætate, viribusque permittentibus, brevè inchoanda.
- XIV. In I. Sententiarum ad mentem Ægidii Rom. à prima ad XXVI. distinctionem; De charitate & Scientia Dei.

Tom. I.

- XV. In II. Sentent. De Deo Creatore & Glorificatore, hoc est ultimo fine; De substantia & mensura Angelorum; & plura de Gratia.
- XVI. In III. Sentent. Plura de Fide, Spe, & Charitate.
- XVII. In IV. Sentent. de Sacramentis; de Eucharistia; de Pœnitentia; de Visione beatifica.
- XVIII. Quadragesimale, & ad Conciones Sylva.
- XIX. Orationes habitæ coram Summo Pontifice, dum Procuratoris Generalis officio fungeretur.

Item quatuor Volumina.

- XX. Primum continet Propositiones in Sancto Officio qualificatas.
 - XXI. Secundum continet varios conscientie casus.
 - XXII. Tertium varia dubia circa Pontificale Romanum.
 - XXIII. Quartum continet Consulta, & Decisiones quarundam Causarum, dum Procuratoris Generalis munus obibat.
- Sequens Opusculum MS. Ægidii nostri mihi perhumaniter indicavit P. D. Jo. Franciscus Caroellus Congregationis Montis Oliveti, necnon Bibliothecæ Alterianæ in alma Urbe Præfectus, nescio tamen an sit in MS. supracitato num XXII.
- XXIV. Fr. Ægidius Consonius Mediolanensis Procurator Generalis Augustinianorum: Resolutio dubii an in Pontificali Romano, ubi agitur de Consecratione Episcopi sit corrigendus ille locus, in quo Pontifex vocatur Vicarius D. Petri: Anno MDCXL. MS. in fol. servatur Romæ in Bibliotheca Eminentiss. Card. Alterii sign. P. num. 14. pagg. 24.
- Ad sui eruditionem transcripsit item Philosophiam Magistri Christophori Balneoregionensis Augustiniani sui Præceptoris.
- De Compositione & motu Angelorum Ægidii Romani.
- Quodlibeta Jacobi de Viterbio Augustiniani ex Bibliotheca Vaticana.
- Præter supradictum Philippum Vicecomitem, agit de eo parumper Picinellus in suo Athenso pag. 167.

DCXVII.

CONSTANTIUS.

Cæteras inter temporis injurias non minimi faciendâ est omni procul dubio tot Eruditorum voluminum jactura, quorum etsi adhuc occurrat mentio in aliorum lucubrationibus, attamen periisse novimus. Quanto copiosior itaque futura esset hæc nostra Collectio, si licuisset Codices omnes præsertim Epistolares evolvere, in quibus non raro invenire licet monumenta laborum, & Codicum saltem titulos posteritati servare. Verùm quis etiam Nestoreos viveret annos id efficere posset unquam in tanta librorum ferie? Pauci insuper sunt, qui hujusmodi Codices colligere satagunt, tametsi multum luminis ad litterariam in primis historiam cognoscendam afferant, ut apud Doctos omnes est in confesso. Quotquot ad manus nostras pervenerunt Epistolares Collectiones, ut facile agnosceret Lector, eas omnes scrutati sumus quantum licuit diligenter; nobisque non modico fuerunt adjumento amicissimi aliqui, & eruditi Viri in hac sparta diu versati; sed haud dubium plurimas & nobis, & illis ignotas, plurimas etiam non repertas fuisse. Id præfari placuit in sequentis Auctoris gratiam, cujus Scripta immortalitate digna verustas consumpsit, sicut etiam aliorum passim in hoc Opere laudatorum, quibus tamen debitam commendationem denegare ausi non sumus, eo quia hac tempestate nihil ex eorum libris nobis supersit, præter illustrem memoriam, quam omni exceptione majoribus testibus debemus. Constantius igitur Mediolanensis Orator eloquentiæ, & pietatis laude clarissimus initio Sæculi VI. floruit. Ennodius eum Virum illustrem appellat in Epistolis, quas infra dabimus. Ejus Acta, atque virtutes summatim complectitur Epitaphium, quod ex monumentis Sacris refert Vir Clariss. Sirmundus in Notis ad Epistolam XVII. lib. II. ipsius Ennodii. Id sequens est:

M m m

IN-

INGENII LEGVMQVE POTENS CONSTANTIVS ATRA
 MORTIS SORTE IACENS CONDITVR HIS TVMVLIS
 HINC GEMAT HVNC PROBITAS TRISTIS SVSPIRET HONESTAS
 ET COMITIS FVNVS PLANGAT AMICA FIDES
 QVIS PER BELLA FORI TOTIENS DE IVRE TRIVMPHV
 RETTVLIT ET SAEVOS PERCVLIT ORE REOS
 ORNAVIT PROPRIO SEMPER FVLGORE TOGATVS
 ELOQVIO MORES MORIBVS ELOQVIVM
 NON MVLTVM MORS DIRA NOCES IN FVNERE IVSTI
 NIL TVA TELA GRAVANT POSSIDET ASTRA PIVS.

Plura scripsit, quorum occurrit mentio in sequentibus Ennodii Responſionibus :

- I. Apologiam adversus quemdam, qui liberum arbitrium deteriore tantum in partem homini datum affirmabat, cum Epistola ad Ennodium. Id eruitur ex eo, quod notamus infra num. 2.
- II. Epistolas ad Ennodium ipsum plurimas; quarum extat memoria in Responſionibus, quas hic damus.
 1. Ennodii ad Constantium, in qua hæc inter cætera leguntur: „ Ego in Epistolis Magnitudinis Vestre „ diligentiam semper non verba pensavi &c. Indicat etiam Constantium eo tempore Ravennæ Magistratum aliquem gessisse, nani post nonnulla subdit: „ Ago nunc, atque habeo gratias, quod parvitatem „ meam litterarum sermonis visitatus affatu: & inter „ occupationes, & excubias, quibus universos Ravenna distringit, mei cura non ponitur. „ Est XVII. lib. II.
 2. Laudat Ennodius Constantium ipsum, quod Apologeticum Libellum conscripserit adversus quemdam, qui liberum arbitrium deteriore tantum in partem homini datum affirmabat, quod opus cum litteris suis Constantius ad eum miserat. Est XIX. ejusdem libri.
 3. Respondet Ennodius breviter Constantii litteris. Est XX. ejusdem libri.
 4. Respondet item litteris Constantii, & gratias agit, quod per eum Joannem quemdam, quem Fratrem suum appellat, receperit; hinc rogat, ut redire festinet, vel si diutius abesse contingat, saltem litteras mittat. Est XIII. lib. IV.

Ex Ennodio & Sirmundo locis citatis.

DCXVIII.

CONSTANTIUS alter.

Constantius Civis Mediolanensis, atque ejusdem Ecclesiæ Diaconus, post obitum Laurentii II., in Urbe Genua, ubi propter immanem Barbarorum incursum, Clerus, & Optimates Mediolanenses morabantur, Archiepiscopus renuntiatur, electionem per litteras, urgente Sancto Gregorio Magno, cui ille familiarissimus fuerat, & cujus Legationibus in Græciam comes additus Ecclesiæ Romanæ causas summo studio promoverat. Electum confirmavit Gregorius Anno DXCII., pallio decoravit, & Romano Exarcho Pontificalibus Litteris commendavit. Cum etiam aliquot Mediolanensis Ecclesiæ Suffraganei, Theodolindâ Reginâ in partes vocatâ, se à Constantii communione separassent, egit Gregorius per Legatos cum Regina ipsa, ut sententiam mutaret, & Constantio in mandatis dedit, ut rebelles Episcopos in imperio contineret. Lunensis Ecclesiæ correctionem, & gravissima alia negotia Constantio Pontifex demandavit. Hujus Archiepiscopi temporibus Beato Joanni Baptistæ Insignis Basilica tertio Non. Julii Anno DXCIII. in Oppido Modotiæ hujus Diocesis ædificari cœpta est à præfata Theodolinda, quam Anno DXCV. absolutam Kal. Octob. Constantius consecravit. Hoc etiam Præfule S. Columbanus Hibernus Mediolanum venit, & eo favente, atque à Rege Agilulpho petente, Bobiense

A Cœnobium excitavit. Ecclesiam sibi commissam, ejusque jura strenuè defendit Constantius; ipsamque octo circiter annos laudabiliter administravit. Obiit circa Annum Sæcularem DC. qua de re videndus Papbrochius citatus in Notis ad Ughellum.

Plures scripsit Epistolas ad Sanctum Gregorium I. Pont. Max., ut ex responſionibus ejusdem Sancti Pontificis, quas hic recensemus.

- I. Quæ data Indiçt. XII. mense Septembri, Ordinationis suæ Anno IV. in qua gratulatur Constantio, quod bene receptus sit à Suis, & minus Episcopale describit; respondens litteris ejusdem Constantii. Est I. lib. 3.
- II. Data ut supra. De tribus Capitulis; & Theodolinda Regina. De Episcopis à communione ejus separatis, & Agone Rege Longobardorum, qui idem est cum Agilulpho. Meminit etiam Epistola Constantii ad Bonifacium Diaconum. Est II. lib. 3.
- III. Sub eadem Indiçtione. De Episcopis ab eo divisis, & Synodo Chalcedonensi. Est III. lib. 5.
- IV. Data Indiçt. XII. mense Majo. Ut Venantio Episcopo Lunensi concurrat ad religiosos emendandos. Est XXII. lib. 3.
- V. Data Indiçt. XII. mense Junio. Respondet litteris Constantii; scribitque ei de Juramento non dando Civibus Brixia: Et de nominatione Joannis inter Missarum solemnias: Et de quinta Synodo. Est XXXVII. lib. 3.
- VI. Data Indiçt. XIII. mense Octobri. De his qui depositi sunt, quomodo ad pœnitentiam deputentur. Est XVII. lib. 4.
- VII. Data Indiçt. XV. mense Novembri. De non cutandis obreſtationibus malorum. Est XIV. lib. 6.
- VIII. Data Indiçt. II. mense Januario. De Virgilio, qui commendationis occasione pecuniam mutuo accepit. Est XXXIV. lib. 7.
- IX. Data ut supra. Respondet Constantii litteris missis per Eventium Diaconum. Permittit Clericis Cumanis ad unitatem Ecclesiæ redeuntibus possessionem Aurianam, licet in ea jus nullum habeant; Est LVII. lib. 7.
- X. Data Indiçt. II. mense Julii. Mittit Constantio Reliquias Sanctorum Pauli Apostoli, Joannis, & Patricii Martyrum. Est LXXXVII. lib. 7.
- XI. Data Indiçt. II. mense Julii. Philagrium Cœcum Constantio commendat. Est CXXXI. lib. 7.
- XII. Data Indiçt. III. Rescribit Constantio, & agit de Pompejo Episcopo innocenter condemnato. Est XXX. lib. 8.

Extat etiam Epistola ejusdem S. Gregorii ad Presbyteros, Diaconos, & Clerum Mediolanensis Ecclesiæ, de Ordinando ad Episcopatum Constantio Diacono. Est XXI. lib. 2.

D Alia etiam ad Populum, Presbyteros, Diaconos, & Clerum Mediolan. De obitu Constantii, & Successoris Electione. In ea plurimum Constantium laudat tamquam in pastoralis munere vigilantissimum. Est LXV. lib. 8.

Meminit ejusdem Constantii in alia ad Mediolanenses, quæ est X. lib. 9. necnon in Epistola IV. lib. 3. ad Theodolindam, & in alia ad eandem, quæ est XXXIII. lib. 3.

De eo Ughellus Ital. Sacr. Tom. IV. in Mediol. Papbrochius in Propylæo, & alii.

DCXIX.

DCXIX.

COPPINUS AQUILINUS.

Plurimis præclaris artibus ornatum Virum nunc exhibemus Aquilinum Coppinum Mediolani natum, ut ipse de se testatur in Epistola sua ad Benedictum Sossagum, quæ est tertia Lib. I. inter impressas inferius memorandas. A prima adolescentiâ litterarum sectatus amorem, eas diligentissimè ad ingenii sui culturam derivavit. Oratoriæ propterea, atque Poëticæ facultatis in utraque lingua Italica & Latina, & Musicæ etiam artis peritissimus fuit. Hanc tamen postremam ita coluit, ut ipsam non ad aurium tantummodo (quæ est hujusmodi hominum consuetudo) blandimenta, sed potius ad animorum utilitatem converteret. Quæcumquæ enim ætate sua in Musicales modulos prurientes auribus redegerant, Coppinus ad divini cultus harmoniam transtulit. In Collegio Taëgiorum, quod Sancti Simonis dicitur, in hac Urbe humanas litteras docuit, tum ad Rhetoricæ præcepta publicè tradenda admotus, postremo ad idem munus exercendum in Archigymnasio Ticinensi eligitur. Cum verò aliquando Taurinum se contulisset, iter suum accuratissimè conscripsit, subalpina Regionis delicias, venationes, & quælibet notari digna describens in Epistolis ad varios vel doctriâ, vel sanguine præstantes Viros, è quibus Volumen compilavit atque edidit quemadmodum paulò post indicabimus. In his aliisque doctis laboribus vitam omnem transegit ad annum usque MDCXXIX. quo sublatus est terris.

Horum Operum Auctor fuit Coppinus :

- I. De Hispanicæ Monarchiæ amplitudine: Oratio coram Senatu, ac Magno Cancellario habita: ad Augustinum Dominicum Squarciaficum ejusdem Senatus Præsidentem. *Mediol. apud Malatestas. 1612. in 4.*
 - II. Epistolarum Libri VI. Serenissimo Carolo Emmanuelli Sabaudicæ Duci inscripti. *Ibid. typis Archiepif. 1613. in 8* Scriptæ sunt ad varios, quos inter Æmilius Homodeus, Aloysius Cusanus, Annibal Guascus, Antonius Picinellus &c.
 - III. Trium Clarissimorum Virorum Didaci Salazar, Jo. Baptistæ Sacci, ac Henrici Farnesii Epistolæ. *Ibidem. 1621. in 4.*
 - IV. Partito della Musica, tolta da' Madrigali di Claudio Monteverde, e d'altri Autori, fatta Spirituale da Aquilino Coppino. *Milano, per il Tradato. 1607. Tom. 6. in 4.*
 - V. Epigrammata Latina, atque Poëmata Italica, vulgò Sonetti, in Collectione variorum Poëmatum in Laurea Ludovici Mellii. *Papia. 1597. in 4.*
 - VI. Epistolæ variæ ad Senatorem Joannem Baptistam Vicecomitem Herculis filium. MSS. in Biblioth. Fratrum Marchionum Vicecomitum.
- Epistola Hieronymi Boffii, qua ejus obitum nunciat Jacobo Valerio. Data Ticini postridie Kal. Octob. 1629. Extat inter MSS. Valerii in Archivo Monachorum. S. Ambrosii Cod. sign. A. num. 125.
- Alia item Francisci Rubini de eodem argumento, de quo suo loco dicemus.
- Coppinum Carminibus celebravit prædictus Sossagus, impressis in principio & fine Epistolarum, quas numero II. laudavimus, & inter Sossaghi ipsius Epigrammata lib. 5. 6. & 7. è quibus hoc damus.

In Epistolas Aquilini Coppini.

Regibus appones deterrima quaque ferarum

Si non è trivio condiat illa coquus.

Sique laborabis camporum vilis, priscas

Pontificum jures vincere posse dapes.

Talia Coppini felix industria promit,

Qua veterum valeant sollicitare famem.

Romuleo comesa Duci quid gemma superbit?

En olera in gemmas nuper abisse vides.

Agunt de illo Hieronymus Borserius in Supplem. Nobil. Mediol. Cap. XV., & Picinellus in Athenæo pag. 52.

DCXX.

CORBETTA GUALTERIUS.

Gualterius Corbetta Innocentii filius, Hilarionis mox collaudandi frater, in hac Urbe nobili sanguine genitus, ad omnem eruditionem aptissimus ab ipsa natura ingenium accepisse visus est. Eloquentiæ præceptis imbutus, Juris peritiam sequi statuit, in eaque laureatus Collegium Jurisconsultorum ingredi meruit, Anno Redemptionis MDXXIV. Celeberrimi Andreæ Alciati consuetudine usus fuit, prout etiam Francisci Cigalini Novocomensis Medici. Litteris Græcis tam cultus extitit, ut eas quoque Jacobum Minutianum edocuerit. Decurio primum Patriæ constitutus, tum Regius Ducalisque Senator renunciatus, ita communibus vacavit negotiis, ut ab eruditis laboribus numquam cessaret. Lubet hic inferere, quæ Hieronymus Montius à nobis loco suo laudandus de Gualterio scribit in Epistola Nuncupatoria Orationum suarum ad Gabrielem Casatum, ubi hæc leguntur: „ Gualterius Corbetta „ Vir Græcis ac Latinis litteris apprime eruditus, „ ac politici quadam doctrina ita excultus, ut jure „ eum nostra ætas diu sit admirata; Collegio nostro „ quandoque persuaserat, optimum fore si eorum „ Orationes, qui in Mediolanensium Jurisconsultorum Collegium cooptantur, pariterque illorum, „ qui cooptarent, describerentur; hæc inter cætera „ Collegii nostri monumenta atque Actuarium conservarentur. Quod hoc pacto, ea quæ per Historiarum libros sparsim enarrata leguntur, in „ unum collecta facillè reperirentur, & paratum fore diceret illis, qui futuris temporibus in eum „ ordinem adscriberentur. Orator tam celebris fuit, ut cum in Templo Sancti Dominici Marchioni Ferdinando de Avalos juxta Neapoli perfolverentur, Gualterius feligi meruerit, qui tunc brem laudationem pronunciaret: „ In ea Oratione, ceterisque „ Operibus infra memorandis, sic Tullianam Eloquentiam prætulit, ut alter Cicero communi omnium „ sui Sæculi Eruditorum calculo nuncuparetur. Obiit Vir præstantissimus Anno Sal. humanæ MDXXXVII.

Hæc ingenii illius documenta sunt :

- I. Oratio habita in Funere Divi Francisci Vicecomitis Mediolani Ducis: sine loco, anno, & Typographo, in 4.
 - II. Alia pro cooptatione Joannis Baptistæ Castillionis in celeberrimum Jurisperitorum Collegium. *Lugduni, apud Sebastianum Grypbium, 1547. in 8.*
 - III. Alia Funebris in parentalibus Marchionis Ferdinandi de Avalos, habita Neapoli, de qua supra diximus.
 - IV. Annotationes in Nebulis Alciati ex Aristophane. Extant in calce Comædiæ ejusdem Alciati, de qua suo loco. MS. pagg. 12. in Bibliotheca Fratrum March. Vicecomitum.
 - V. Epistolæ plures Græcæ ad Franciscum Cigalinum, ut eruitur ex Epistolis Benedicti Jovii, signanter num. LXV. in Manuscripto earumdem Epistolarum Jovii apud Comitum à Turre Rezzonici alibi laudatum.
 - VI. Orationes aliæ plures, quarum meminit Picinellus ex Moriggia loco infra citando.
- Non contemnendam Domi habebat Collectionem antiquorum Marmorum, ex quibus unam olim apud eundem extantem protulit Cl. Muratorius inter Consulares in suo Novo Thesaurò Vet. Inscript. Typis nostris Palatinis recens edito Tomo I. pag. 395.
- Ejus mortem Epigrammate profecutus est Andreas Alciatus, ut jam diximus in Alciato num. LXVIII. Neniã etiam pulcherrimam conscripsit de eodem argumento Joannes Baptista Sclaphenatus ab ipso editam in libro suo Elegiarum, & Epigrammatum, ubi quoque legitur Elegia consolatoria ad Hilarionem ipsius Gualterii Fratrem.
- Laudatur à Paulo Jovio in Vita Ferdinandi de Avalos Marchionis Piscariæ lib. 7. Armellin. in Biblioth. Benedictæ. Cassin. part. 1. pag. 225 in Vita ejusdem Hilarionis ejus fratris. Gaudenzio Merula in bello Erasimicano. Paulo Moriggia lib. 3. Nobil. Mediol. cap. 2. Antonio Verder. Suppl. Biblioth. Gesner. Siron. art. 409. Picinello in Athenæo pag. 374. aliisque pluribus.

DCXXI.

DCXXI.

CORBETTA HILARION.

Hilarion Corbetta nobili familia Mediolani exortus, frater fuit Gualterii Corbettæ Senatoris mox laudati. Ticini-Regii, in Monasterio Sancti Salvatoris, Regulæ Sancti Benedicti nomen dedit Anno MDXV. die XXIV. Februarii. Claruit Philosophiæ, Theologiæ, Jurisprudentiæ, linguarumque Græcæ, & Latinæ peritiâ, ac omnigenâ eruditione, quam ut assequeretur, utriusque idiomatis celeberrimis Auctoribus interpretandis, explicandisque longo admodum tempore invicto labore infudavit, ac plures, eosque insignes discipulos in his nobilissimis, ac utilissimis studiis peramanter instituit. Omnium ævi sui doctissimorum Virorum, in primisque Gregorii Cortesii, Hieronymi Cardani, Laurentii Flori, aliorumque, qui eximiam ejus, præclaramque doctrinam summoperè suspiciebant, familiaritate est usus. Nec ejus virtuti præmia, ac dignitates defuerunt, nam Abbas electus, Lirinense Monasterium administravit. Quanti apud doctos Viros haberetur Scriptor noster, audiamus ex sequentibus. Chrysostomus Calaber Monachus doctissimus, posteaque Archiepiscopus Ragusinus, eidem Hilarioni ita scribit:

„ Te non tantum amo, sed admiror etiam, ac veneror, idque ob non vulgares illas animi tui dotes, „ quas, & commendari semper, & miris subinde „ laudibus extolli ab omnibus audieram. „ Zacharias Caymus in Epistola ad Hilarionem: „ Efferebar lætitia non mediocri, me ab eo laudari, qui ipse „ sit laudatissimus, quique unus probitate, elegantia, morum suavitate, & literis emineat: „ & post aliqua: „ Cur enim tibi Græcos libros non dem, cui „ litteras ipsas Græcas deberem? „ Laurentius Florus utriusque linguæ peritissimus Epistola ad eundem Hilarionem: „ Nihil est, (ait) quod aut literas meas, „ aut meam expectes correctionem, nam id esset in „ albo lapide nigra linea, neque decet anferes strepere inter olores. Ego enim is sum, qui neque „ Veneris Sandalium carpere norim. Tua enim, „ sed cæco videntur nuda venusta, tanquam veste „ detracta, ut Ciceronis etiam verbis abutar. Sanos „ itaque homines ab interpretando deterres, nullus „ tibi notam posset inurere, concordat enim corde „ calamus. Hoc mirum quod ornasti, quibus quid „ quid decori accidere poterat, ornamentis. Mirum sanè videtur mortis ejus annum Armellino ignotum fuisse.

Plura sunt quæ tanti Viri supersunt Opera, nimirum:

- I. Liber Epistolarum Latina lingua elegantissimè scriptus in 4. Græcisque Sententiis identidem exornatus, qui utriusque idiomatis historiam, ac proprietatem præfert, Auctoremque melioribus disciplinis medullitus imbutum ostendit, quem librum MS. pluries se percurrisse, ac perlegisse testatur Armellinus infra citandus, Papie Anno MDCLXXXVII. in Bibl. S. Salvatoris, ubi per id temporis Philosophiam edocebat, ex eoque præter plurimas Epistolas, easque pulcherrimas, ad doctissimos Viros conscriptas, cognovit quoque Hilarionem nostrum alia plura scripsisse, ac præsertim pleraque Græcorum Auctorum Opera in Latinum Sermonem transfuisse, inter quæ est:
- II. Oratio in Talismanum.
- III. S. Gregorii Nazianzeni Orationes traduxit, & commentatus est, unâ cum aliis Monachis doctissimis, nempe Egnatio, Angelo Justiniano, Aloysio, Camillo Brixienfi, & Cornelio Veneto Græcè, & Hebraicè peritis.
- IV. Isocratem, & primam Aristophanis Comœdiam, cum iisdem interpretatus est.
- V. Alias ejusdem Aristophanis Comœdias latinè reddidit.
- VI. Demosthenis Oratio in Timocratem latinè conversa.
- VII. Demosthenis Orationes de Republica ordinanda, & de Classibus in Latinum translata.
- VIII. Matthei Regis Pannoniæ Religiosissimi Commentaria Græca in Cant. Canticorum Salomonis vetustate.

A

consumpta, primò Græcè transcripta, mox Latine donavit, & quidem Græcè, & Latine ea imprimenda paraverat Anno MDXXXVIII.

- IX. Apologia pro se ipso.
 - X. Latina quædam Adagia, quæ incipiunt: Aliud est Judicium Dei, & aliud hominum. Extant in fine ejusdem Codicis Epistolarum.
 - XI. Præcepta laudandi ex Aphthonio Rhetore, sive Exemplar, incipit: Operæpretium est observare &c.
 - XII. Comparationes ex eodem, incipiunt: Vehementer effemus accusandi. Omnia in fine ejusdem Codicis. Pag. autem 974. in Epistola ad Camillum Pallavicinum ita de se ipso loquitur Corbetta: „ Ego tot annis „ dedi operam obtinendis, adipiscendisque Poëtarum „ fabulis, Rhetorum coloribus, naturali Philosophiæ, „ ac humanis legibus.
- Ad Hilarionem extat Elegia consolatoria Joannis Baptistæ Sclaphenati in obitu fratris sui Gualterii inter ejusdem Sclaphenati Epigrammata, de quibus alibi agendum.
- Eum pluribus commendat Armellinus supralaudatus in Bibliotheca Benedictino-Casimiro part. 1. pag. 225. & in Additionibus pag. 49. ubi diffusè loquitur de Talismanis juxta Calmeti, Grotii, VVadingi, Salmassii, Du-Cangii, aliorumque Sententias; agit etiam JC. Sitonius in Schedis.

B

DCXXII.

CORBETTA MAURUS.

EX eadem gente, unde laudatissimi Fratres Gualterius & Hilarion a nobis proximè commendati in lucem prodierunt, ortus est & Maurus Cisterciensis Ordinis Monachus, Armellino, Picinello, cæterisque Scriptoribus hætenus ignotus. Ex infra danda Manuscripto Codice ipsum Clarevallensis Cenobii extra Romanam Portam hujus Urbis ab ipso Sancto Bernardo Ordinis propagatore conditi Maurum alumnum fuisse cognovimus. Tempus etiam, quo vixit, erui potest ex Codicis ejusdem Caractere, qui subolet Seculum XV. exiens, atque ex ipsius argumento scriptus videtur eo tempore, quo Alexander hujus nominis VI. Romanus Pontifex Cisterciensibus in mandatis dedit, ut majorem Sanctimonialium numerum regendum susciperent, quod testantur Autographæ ejusdem Litteræ in Archivo Imperialis Monasterii Sancti Ambrosii asservatæ.

C

Codex hoc notatur titulo pro ut jacet:

- I. Incominciano le Ordinatione delle Monache secondo l'Ordine Cisterciense compillare, e volgarizare per Don Mauro Corbetta professore del Monastero de Cieravalle de Melano dell'Ordine medemo.
- „ Incomincia el prologo nel Opera seguente: Confido „ rando l'Ordine nostro Cisterciense el quale nel uno e „ l'altro sexo si per el suo gran fervore, e charitate „ come per la sua grande e purità e sanctimonia eran come una Stella matutina, imo uno Sole resplendente „ &c. & infra. Non ho extimata fatica alcuna rivoltando tutti li Instituti dell'Ordine nostro, l'Ordinario, l'uso Ceremoniale, le Constitutione, cavando „ brevemente per cadauno volume tutto quello ho giudicato convenire al proposito della professione e bilinguo loro riducendolo nel materno e volgar parlare &c. MS. in Pergameno in 4. Sæculi XV. erga finem litterarum rubro-nigris, continet capitula 190. Extat inter MSS. Bibliothecæ Monachorum Cisterc. S. Ambrosii Mediol.

E

DCXXIII.

CORBETTA MUTIUS.

Qantum laudis apud posteros sibi promeruerint, qui Civitatum Statuta condiderunt, nemo est qui nesciat; nosque non raro viros præstantissimos commendavimus in hoc opere, quorum prudentiæ Mediolanensis Urbs antiquiores suas leges debet. Occurrit nunc non minori præconio dignus Mutius Corbetta, qui anno a Virginis partu MCLXX. Vicarii Novariensis Judex atque Assessor fuit; ejus Urbis

Urbis principatum tenente Napoleone Turriano . A
Dum enim eo munere defungeretur condidit

I. Statuta plurima Reip. Novariensi utilissima.
Horum honorifica occurrit mentio in lib. VI. Stat. No-
variae.

CORBUS. V. CORVUS.

D C X X I V.

CORIUS BERNARDINUS.

Quantum debeat Insubria, ejusque praesertim
Metropolis Viro Clarissimo Bernardino Corio,
cujus nunc nobis texendum est Elogium, ille
tantum ignorat, qui ab eodem conscriptam Mediola-
nensem Historiam toto terrarum Orbe celeberrimam
nunquam aspexerit. Natus ille est Mediolani Nobili
satis progenie anno salutis nostrae MCDLIX. VIII.
Id. Mart. ex Marco Corio atque Elifabetha Burra-
conjugibus. Octavo die Sacris Undis abluitur ad-
stantibus, religionis nostrae more, Sponsoribus Ga-
leatio Sfortia Insubriae Principe, Roberto Sanseveri-
no, Gaspare Vicomercato, Petro Pusterula, Cicho
Simonetta, qui Duci a Secretis erat, Thoma The-
baldo Bononiensi, & Antonio Guidobono Nobili
Derthonensi. Quemadmodum autem pater ejus Mar-
cus hujus ditionis principibus charus inter primos
fuit, atque ab eis in maximi momenti negotiis non-
raro adhibitus; ita quoque Bernardinus Galeacio
Mariae, & Johanni Galeacio Ducibus pergratus extitit,
eisque fuit a Cubiculis. Virum commendabant
non tantum genitoris merita & sanguinis splendor,
sed etiam mores optimi, fidesque constantissima.
Neque deerant Eruditionis ornamenta, cum inter
liberalium artium studia juventutem laudabiliter ex-
gisset. Oratoriae facultatis praecipua, & leges tam
Caesareas quam Pontificias ad miraculum usque cal-
luit, adeo ut inter primarios aetatis suae Eruditos ju-
re merito recenseretur, dignus idcirco habitus qui
publica quandoque negotia Principum decreto admi-
nistranda susciperet. Amantissimus patriae fuit, sum-
maque diligentia atque labore, Ludovici Mariae, D
cui Mauri cognomen inditum est, jussu Mediolanen-
sem Historiam exaravit. Huic Operi manum admo-
vit aetatis suae anno vigesimo quinto, ut ipse testatur
in Nuncupatoria ad Alcanium Sfortiam Historiae praefixa.
Eamque ob rem annuus illi census a Principe
constitutus, & refferatis Archivorum omnium secre-
tis suppeditatae sunt Tabulae, quibus operi adornando
opus erat. Magna hinc habenda ejus Historiae fides,
in qua minutiarum diligens indagator, studiosis per-
utilem, & jucundam voluptatem affert, morosis ve-
ro, & delicatis nihil officit. Chronicon suum Itali-
co Sermone conscripsit, eoque stylo, qui ea tempe-
state usui erat, at nunc forte impolitior videri pos-
sit, quem tamen Scriptoris fides, rerumque alibi
non obviarum copia commendat. Mirum idcirco
Corium nostrum a Vossio atque Simlero inter Lati-
nos Historicos recenseri, nisi forte eos fefellerit ope-
ris titulus, qui Latinis litteris praefixus est primae
editioni, ut infra uberius dicemus. Nec minus fal-
litur idem Vossius, quemadmodum etiam Aubertus
Mireus, & Fabritius, alique asserentes Corium
quadragenario minorem excessisse dolore concepto
ex Ludovici Domini sui captivitate anno postremo
Saeculi XV., nam horum elevat dictum Inscriptio ab
eo posita Agneti Fagnanae Uxori anno Saeculari
MD., quae adhuc visitur in Templo Sancti Martini
Niguardae secundo ab hac Urbe lapide, in haec verba:

Tam. I.

D. M.

AGNETI FAGNANAE
CONIVGI AMANTISSIMAE
QVAE NATA AN. XXXIII.

SECVM AN. XVII. M. II. D. XXVI. VIXIT
BERNARDINVS CORIVS M. F. AEDILIS MINOR
QVI PATRIAE SVAE HISTORIAM EDIDIT
AVSPICHS LVDOVICI M. SF.
IN SVBRIAE PRINCIPIS VII.
P. ANNO D. MCCCC.

Monuit etiam nos amicissimus J.C. Sitonus, Co-
rium adhuc in vivis fuisse anno MDXIII. ex Tabulis
publicis diei XIII. Januarii ejusdem anni, in quibus
Scriptor noster eo tempore Patriae Decurio, & incola
Portae Vercellinae Parochiae Sancti Vincentii Mona-
sterii novi enumeratur. Assentiendum igitur Paulo
Jovio & Trithemio scribentibus Bernardinum e vita
migrasse sexagenarium anno salutis nostrae MDXIX.,
ideoque minus probabilis videri potest eorum senten-
tia, qui ajunt causam morti dedisse mororem ob
Ludovici Mauri aemulnas ab Auctore nostro, ut su-
pra jam diximus, contractum; non enim credibile
est ipsum, ubi hoc verum esset, per quatuor ferme
lustra Domini sui calamitati superesse potuisse. Am-
plam quidem habebat Corius rem domesticam, eam
tamen non modicum extenuavit, cum propria im-
pensa Historiae suae volumen edendum curasset, nam
praeter litterariam gloriam, refarciendorum sump-
tum, novique lucri inanem spem astuta Chalco-
graphorum persuasione conceperat. Ejus Cadaver
conditum fuisse in Basilica Sanctorum Naboris &
Felicitis, quae Sancti Francisci vulgo dicitur, innuit in
Collectione sua a nobis saepe laudata monumentorum
Familiar. Mediol. Comes Octavius Archintus, ubi
etiam sequens Disticon Tumulo incisum fuisse legimus:

BERNARDINE TIBI IN SUBRES DEBERE FATENTUR
NON MINUS AC MAGNO ROMA SUPERBA TITO.

Aliud hic juvat adnectere Carmen Matthaei
Toscani in commendationem Corii, quod extat in
ejusdem opere inscripto: Peplus Italiae a Fabritio
edito pag. 417.

Te Mediolanum grato amplexatur amore,

Bernardine, meae dulcis honos patriae.

Illius historiae nam lux ab origine per te

Eruiatur prisco semisepulta situ.

Ordo capit, facilis delectat copis, veri

Explet at ipsa animos intemerata Fides.

Sola sed eloquii contempta est gratia, facum

Inducat scriptis ne simul illa tuis.

De ipso haec scripta damus:

I. Utile Dialogo Amorofo, nel quale suono ineruditi
dui Collocutori, cioè Nicerato, & Euphilo fidelis-
simi compagni. Librum hunc indicavit tantum
Picinellus, sed non titulo supradicto ut jacet: in fine
ejusdem sic legitur post hunc versum:

Ore Venus. Pallas manibus. Diana pudore.

„ Vale Nimpharum decus. Ex Monte Cyllenio: Olim-
„ piade V. cum dimedia: supra tercentum: & sep-
„ tuaginta: ab Incarnatione Redemptoris, scilicet
ut notat Clarissimus Saxius in sua Historia Typo-
graphica anno MDII. Opus imprimi fecit Lancinus
Curtius, & dicavit Bernardino nostro Epistola La-
tina; postquam legitur Carmen item latinum Ce-
saris Sacci. Sequitur altera Epistola Bernardini
Corii ad Jo. Franciscum Gallaratum consangui-
neam

N n n

neam

neum præfationis loco, sicut & altera item Italica ejusdem Corii sic inscripta : „ Epistola de lo Au-
 „ store a la Regina dil suo Core „, post ipsam ita
 „ legitur . „ Il Prologo si diriza a li amanti, e quivi
 „ parla il libro, brevemente dimonstrando di quello
 „ si ha tractare „. Ad Calcem leguntur Carmen Itali-
 „ cum, vulgo Sonetto Antonii Fregosi Equitis, & Poë-
 „ tæ ; alterum Latinum Stephani Dulcinii utrum-
 „ que in Auctoris laudem . Clauditur liber Epistola
 „ Latinâ ad Amatores Alexandri Minutiani , qui
 „ eundem librum elegantissimè impressit in 4, rarissi-
 „ musque est a me visus in Biblioth. Marchionis
 „ Alexandri Theodori Trivultii bonarum Artium,
 „ Litteratorum, Scientiarumque cultoris optimi.

II. Bernardini Corii Viri Clarissimi Mediolanensis Patriæ
 Historiæ. Hic fuit primus Titulus ab Auctore suo
 Operi impositus, sed cum incongruus, vel brevior
 videretur, eodem tempore in sequentem commutatus
 est : „ Dello Excellentissimo Oratore Messer Ber-
 „ nardino Corio Milanese Historia continente de la
 „ Origine di Milano tutti li gesti, fatti, detti precla-
 „ ri, e le cose memorande Milanese infino al tempo
 „ di esso Autore con summa fede in Idioma Italico
 „ composta con il Repertorio „. Paginis enim vero
 „ nullus numerus, nullus operi Index appositus est,
 „ quod ubi animadversum quanti esset legentibus
 „ incommodi, sejunctim folia quædam impressa fuere
 „ hoc Titulo : „ Repertorium Chronico Bernardini
 „ Corii.

Tres alias habemus hujus Historiæ impressiones,
 binas priores Venetas, anni nempe 1554 per
 Johannem Mariam Bonellum, & 1554. curante
 Porcaccio. Postremam Patavinam anni 1564. apud
 Frambottum, Marchioni Vercellino Mariæ Vicecomi-
 titi dicatam. Prima Veneta Authographo perfir-
 milis est, ubi excipias quædam commutata, quibus
 nimum Mediolanensis dialecti inerat, quædam
 detracta, Præfatio nimirum, cum nuncupatoriis
 Epistolis, nonnullisque aliis Historiam præcedenti-
 bus & comitantibus. In secunda pariter Veneta
 Thomas Porcaccio, qui impressioni, ut diximus,
 præerat, sibi plus æquo licere censuit. Ex integro
 namque Corii stylum immutavit, sed quod plus
 est, multa in locis variis penitus sustulit.

III. Bernardini Corii Patricii, Marci F. Vitæ Cæsarum
 continenter descriptæ, a Julio ad Federicum Æno-
 barbum. Hoc Opus, etsi Titulo Latino inscriptum,
 attamen Dialecto eadem, qua scripta est Historia,
 impressum est in eodem Volumine. Mediolani, apud
 Alexandrum Minutianum 1503. Idibus Juliis, cum
 Privilegio & gratia in fol. maximo. Gesnerus vero
 in Bibliotheca Universali hallucinatus est, & eum
 secuti sunt ipsius Breviatores, Picinellus quoque
 noster in Athenæo, scribentes Coriorum Imperatorum
 Acta usque ad Henricum XII. edidisse, cum pro
 XII. Henricum VI. Ænobarbi filium, & in Impe-
 rio successorem scripturi essent.

Post Titulum Operis legitur Epistola Josephi Cusani
 Lectoribus Civibusque Mediolanensibus, in laudem
 Bernardini nostri; sequitur inde Auctoris Præfatio
 ad Reverendissimum ac Illustrissimum Dominum
 suum unicum. D. Ascanium M. Sf. Vicecomitem,
 atque ad eundem altera Epistola de laudibus His-
 toriæ. Ad calcem hæc habentur: Carmen Italicum
 Antonii de Campofregoso Bernardino Corio in-
 scriptum; Epistolæ II. Jacobi Antiquarii ad eun-
 dem, aliaque Carmina Latina Pauli Lanterii,
 Cæsaris Sacci, Hieronymi Cribelli, Stephani Dul-
 cinii, Platini Platti, Bartholomæi Simonettæ, An-
 tonii Pegii, aliorumque.

IV. Bernardini Corii Marci filii de Viris Illustribus libri II.
 Volumen MS. magnæ molis in fol. Italico Idioma-
 te, extat pænes J. C. Johannem Angelum de Custodi-
 bus amicissimum, rerumque antiquarum indagato-
 rem egregium. Codex certè est magni faciendus,
 & a quibusdam authographus creditur, de quo
 nonnulli qui de Bernardino Corio scripserunt ita
 locuti sunt: „ Vitæ autem, quas idem Corius prom-
 „ misit Poëtarum, Fæminarum illustrium, Philoso-
 „ phorumque Græcorum & Latinorum nunquam in
 „ lucem venerunt „, Continet autem res gestas cele-
 „ brium Virorum Historiæ Sacræ atque Profanæ,
 „ Græcæ & Latinæ, usque ad tempora Henrici III.
 „ Imperatoris, nullo tamen ordine servato. In eodem
 „ Codice fortuito reperitur inserta charta quædam,
 „ in qua scriptum est Epigramma manu Francisci Co-
 „ rii ad spectabilem Virum Bernardinum Corium.

Ipsius Corii Mediolanensis Historiæ Vindicias adver-
 sus ejusdem Detractores latè exaravit J. C. & Advocatus
 Johannes de Sironis de Scotia in Chron. Colleg.
 J. PP. part. 2. artic. 583. pag. 137. ad pag. 146.
 impress. an. 1706., & latius prosecutus est Johan-
 nes Paulus Mazzucchellus sub nomine Justi Vice-
 comitis in Dissertatione pro Bernardino Corio Me-
 diolanensi Historico dicata eidem sapientissimo Vi-
 ro Johanni Sirono de Scotia, Bergomi, apud
 Rubicum 1712, in 8.

Orationes, quæ in Historia Bernardini Corii leguntur
 extant in Collectione aliarum Orationum Remigii
 Florentini denuo seorsim impressa hoc Titulo:
 „ Orazioni in materia Civile, e Criminale, raccolte
 „ da Remigio Fiorentino. Venezia, presso il Giolito
 „ 1551. in 4.

Eum insigni Elogio, præter supramemoratos, laudavit
 Paulus Jovius Novocomensis, & illius honorificè
 meminerunt jam citati Scriptores, necnon Johan-
 nes Jacobus Frisius in Bibl. Puricellus Dissert. Na-
 zar. Cap. 132. Scipio Ammiratus in Opusc. Tom.
 II. pag. 245. Fontaninus in libro dell' Eloquenza
 Italiana Edit. III. pag. 597. Qui tamen secundam
 Editionem Veteram, atque alteram Patavinam, de
 quibus jam egimus, ignoravit. Nicéron Memores
 des Hommes Illustres. Ephemerides Litterat. Venet.
 Tom. XXIII. Artic. XI. necnon Acta Eruditorum
 Lipsiæ anni 1712. pag. 502. & innumeri alii.

DCXXV.

CORIUS CAROLUS.

Comes Johannes Antonius, atque Hyppolita Dar-
 danona Conjuges, parentes fuere Caroli Corii,
 ex LX. hujus Urbis Decurionibus, qui tam in Jur.
 Cæsareo, & Pontificio excelluit, ut post Patriæ Præ-
 fecturam optimè gestam anno MDCLXV. inter Fisci
 Patronos Locum obtinere meruerit. A Consultatio-
 nibus quoque Sancti Officii electus, munus illud per-
 egregiè administravit, tandemque Regius Ducalique
 Senator Mediolanensis Provinciæ efficitur. Præturam
 Papiensem summa cum laude gessit, anno MDCLXIV.
 Inter vivos esse desit anno MDCLXIX. atque de eo
 hæc supersunt:

- I. Consultatio amplissima de Juribus Cæsareis in Ripa
 Padi: MS. in fol. extrat in Archivio Monachorum
 Cassinensium S. Salvatoris Papiæ.
- II. Allegationes Variæ tam editæ quam MSæ reperiuntur
 in Collectionibus Archinteæ, Benaliana, aliisque
 pluries citatis.
- III. Vota Fiscalia Vol. IV. MSS in fol. pænes Suos.
 Pro Laurea Comitibus Caroli Corii Carmina a Francisco
 Pirovano collecta, cum Oratione Francisci Caccie.
 Mediolani sine anno & Typographo in 4. prodierunt.
 Ipsum laudavit Ode Latina Aloytius Brippius, de quo
 jam diximus.
 Ei male tribuit Fontana in Biblioth. legali Opus Hay-
 monis Corii inscriptum Epitome Decretor. de quo
 in Haymone ipso dicemus.
 Clarissimus Sironus agit de Corio nostro in Theatro
 Nobilitatis pag. 213. Artic. 926., aliaque haustum
 ex Schedis P. Berettæ.

DCXXVI.

CORIUS HAYMON.

Patriam, Familiam, necnon Congregationem
 Clericorum Regularium Sancti Pauli plurimam
 decoravit Haymon Corius Annibalis, & Sylvie Cico-
 niæ Conjugum filius, nam & pietate & litteris sum-
 mopere emicuit. Studiis Philosophicis atque Theo-
 logicis peractis, Rethoricam in Collegio Sancti Ale-
 xandri Suis tradidit; ibidemque Studiorum Præfectu-
 ram per plures annos gessit. Apostolicus deinde Conco-
 nator effectus, per triginta annorum spatium Ver-
 bum Dei in pluribus Italiæ Urbibus ingenti cum
 laude disseminavit. Summis Pontificibus Alexandro
 VII. atque Clementi IX. charus extitit, quorum
 secundus Consultoris Sanctæ Inquisitionis Officium
 ei demandavit. Mirum est quod vir iste tot curis di-
 stractus (nam & in Sancti Alexandri Præposituræ,
 necnon in suæ Religionis generalis Assistentis munere
 per novennium fuit implicatus) tot volumina scriben-
 di tempus invenerit; sed quod ei majori gloriæ sem-
 per erit, tantam pietatis famam sibi acquisivit, ut
 post ejus mortem, quæ molestè accidit die XVII.
 Septembris in Solemnitate nominis B. M. V. anno
 MDCLXXIX. magnus Populi conventus in funere
 ejusdem undique accurrisse perhibeatur. Pluries a
 Consultationibus Curie Hispanicæ in rebus gravissi-
 mis electus, tantam existimationem promeruit, ut ad
 varias

varias Episcopales sedes, etsi ipso constanter re-
nuente, fuerit postularus.

Hi sunt ipsius Litterarii labores :

- I. Epitome Decretorum omnium Conciliorum Provincialium S. Med. Eccl. per titulos ordine alphabetico digestæ. *Mediol.* 1640. *apud Dionys. Gariboldum*, in 4. Hoc Opus, ut paulo antè diximus a Fontana in Biblioth. Legali perperam. Carolo attributum fuit.
- II. Funeris Pompa Urbis Sfortiæ Vicecomitis Excellentissimæ Principis Trivultia ab Haymone Corio Cler. Reg. Barnabita Congregationis S. Pauli olim ei a sacris Confessionibus, jussu Excellentissimi Principis D. Herculis Trivultii edita, & acta *Mediol.* in Templo D. Stephani Protom. Pr. Id. Junii anno 1655. *Mediol. apud Montiam*, in fol. Ad calcem extat Oratio Funeris.
- III. Concordantiæ Morales in Genesim. *Mediolani*, quinta editio, ex Typogr. Francisci Vigoni. 1671. in fol.
- IV. In Exodum. *Mediolani*, per Ludov. Montiam. 1655. in fol.
- V. In Leviticum. *Mediolani*, apud eundem. 1677. in fol.
- VI. In Numeros. *Mediolani*, apud eundem. 1659. in fol.
- VII. In Deuteronomium. *Mediolani*, apud Franciscum Vigonum 1681. in fol.
- VIII. Pharaeo Flagellatus, sive de X. Plagis Ægyptiorum. *Mediolani*, apud Montiam. 1660. in fol.
- IX. De eodem Tomus II. *Mediolani*, apud eundem. 1662. in fol.
- X. De eodem Tom. III. *Mediolani*, apud Franciscum Vigonum. 1677. in fol.
- XI. De eodem Tom. IV. Extat MS. cum approbationibus prælo paratus in Biblioth. Collegii S. Alexandri, in fol.
- XII. Rhetoris Vincentii Galli Compendium. *Mediolani*, apud Montiam. 1656. in 12.
- XIII. Nox arra in exequiis Cardinalis Theodori Trivultii. *Mediolani*, apud Montiam. 1657. in fol. cum figuris.
- XIV. Manuale Regularis Disciplinæ. *Mediolani*, apud eundem. 1650. in 4.
- XV. Promptuarium Episcoporum. *Mediolani*, apud Vigonum. 1668. in 4.
- XVI. Vitæ Sanctorum Haymonis & Vermundi fratrum de Coriis. *Mediolani*, apud Montiam, in 8.
- XVII. Nomenclaturæ Biblicæ Vol. IV. MSS. in fol. prælo parati, teste Picinello.
- XVIII. In Cantica Canticorum Commentaria. Vol. IV. in fol. MSS. Teste eodem.
De ipso agunt Crescentius in Amphiteatro par. 1. Picinellus supracitatus in Athenæo pag. 6. & cum aliis suæ Congregationis viris illustribus amicissimus atque doctissimus concivis meus Pater Pezius alibi laudatus.

D C X X V I I.

C O R I U S H I E R O N Y M U S .

Ecclésiasticæ addictus Vitæ Hieronymus Corius Caroli Regii Syndici Fiscalis generalis in Mediolanensi Dominio, & Catharinæ Carpanæ filius, Præposituram Ambrosianæ Basilicæ obtinuit Anno MDCXXIX. deinde Romam accitus inter Referendarios utriusque Signaturæ locum meruit, Anno postea MDCL. die XI. Maji Pompejo Cornazzano in Episcopali Sede Parmensi suffectus est. Vix elapso Anno sui Præfulatus mortalitatem explevit, scilicet ineunte Anno MDCLII. Vir, ob eximias virtutes, animique candorem, laudatissimus, & longiore Vita dignus.

Plura ejus Scripta periire, adhuc tamen hæc supersunt :

- I. De Domini in Cælum Ascensu Oratio Hieronymi Corii Mediolanensis J. U. D. ad S. D. N. Urbanum VIII. Pont. Maximum, in Basilica Lateranensi habita XIII. Kal. Maji, *apud Mascardum*, 1627. in 4.
- II. Consultationes variæ pro regimine Domini Ecclesiastici Vol. II. in fol. MSS. extant in Archivo Molis Æliæ. Ex Ughell. Ital. Sacr. in Episc. Parmens. Tom. II. col. 193., Cinelli Biblioth. Vol. Tom. II. & ex Schedis Sitonianis.

D C X X V I I I.

C O R I U S J O A N N E S J A C O B U S .

EX altero Carolo Corio, atque Laura de Clericis in lucem editus est Mediolani Joannes Jacobus, quem Jurisprudentiæ laureâ donatum, Anno MDCLIII. Jurisconsulti Comites, & Judices hujus Urbis Collegam ob virtutis, ac generis splendorem exceperunt. Post munus Proprætoris strenuè administratum, summam Patriæ gessit Præfecturam Anno MDCLXXIII. tanta cum laude, ut iterùm, atque tertio eodem Magistratu dignus habitus fuerit, quapropter ad illum assumi Annis etiam MDCLXXXVIII. ac MDXCV. promeruit. Fuit in Forensibus controversiis summoperè eruditus, ut satis superque docet ab eo editus Codex paulo post proferendus, cui tamen, quæ illius erat modestia, nomen suum inscribere noluit. Desideratus est Anno Redempti Orbis MDCCIV.

Edidit ad Jurisperitorum commodum librum sic inscriptum :

- I. Lucerna ad ritè judicandum in civilibus, sive Praxis judiciaria Fori Mediolanensis, cum libellis ad quamlibet Actionem pertinentibus, & aliis Juris adnotationibus. *Mediolani*, apud Carolum Federicum Gagliardum, 1691. in 4. Opus dicatum est præfato Jurisconsultorum Collegio.
- II. Allegationes plures tam editæ, quàm MSS. quæ reperiuntur in Collectionibus JCC. *Mediol.* à me pluries indicatis.
De eo agit Cl. Sitonus art. 966. pag. 219.

D C X X I X.

C O R I U S J U L I U S C Æ S A R .

Non parvos Julius Cæsar Corius Cæsaris, & Catharinæ de Vegiræ conjugum filius, pro Patria labores exantlavit. Nam in numerum Jurisperitorum Nobilium Anno MDLXIV. adscriptus, Urbis Præfecturam omnium cum plausu exercuit Anno MDLXXX. Ordinesque ad eos, qui Tribunali Civitatis inserviunt spectantes, in unum corpus congeffit, atque ordinavit. Fuit prius Rotæ Januensis Criminalis Auditor, & Practicam illius Fori summa cum diligentia conscripsit; ejusque labor jam prælo erat paratus, ut infra. Vivere desit Anno MDCXIII.

En tituli ipsius Operum, de quibus supra egimus :

- I. Practica Criminalis Fori Januensis MS. in fol. Vol. II. prælo paratus. Extabat pænès J. C. Rampinum, ut ex Bibliothecæ ejus Indice à me inspecto penes eundem, dum erat in vivis.
- II. Sommario degli Ordini pertinenti alli Signori Officiali dell' Inclita Comunità di Milano, raccolti da Giulio Cesare Corio Jurisconsulto. *Milano*, per Paolo Gottardo Ponzio, 1580. in fol.
Videndus Sitonus in Theat. Nobil. pag. 131. art. 554.

D C X X X.

C O R I U S P E T R U S F R A N C I S C U S .

Pompejum Patriæ Decurionem Joannis Angeli item Decurionis filium, & Claram Brascam parentes habuit Petrus Franciscus Corius Mediolanensis; qui cum ab ipsa adolescentia Juri Cæsareo, & Pontificio diligentissimam dedisset Operam, ac litteraria rude donatus fuisset, Anno MDXCVI. amplissimum Jurisconsultorum Collegium hujus Urbis non infimum ornamentum ingredi promeruit. Carmina satis erudita conscribere consueverat, quæ à Bossio loco infra citando plurimum commendantur. Regii Fiscii Advocatus generalis renunciatus, tanta integritate munus

munus hoc gessit, ut ad Senatoriam Cathedram evocaretur. Collegas in eo clarissimo Coetu habuit Princivalem Montium, Paulum Bellonum, Valerium Confalonarium, & Ferdinandum Quintanam Duennas raræ probitatis, & candoris Viros, è quibus plures in hac nostra Collectione meritis laudibus decorati fulgent. Adeptam hanc dignitatem novâ cumulavit; nam in Supremo rerum Italicarum Consilio apud Regiam Catholicam Majestatem Regentis titulo honoratur; Anno MDCXXX. desideratus est.

Hæc, quæ sequitur, composuit.

- I. Allegatio pro immunitate Ecclesiastica. Extat in Catena Aurea Hieronymi Gattici Vol. I. pag. 17. An Coloni, Partiarum, ac Censuarum Ecclesiasticorum, debeant præservari immunes ab hospitationibus militum, & aliis oneribus &c.
- II. Aliæ Allegationes Jurisdictionales apud Benaliam.
- III. Aliæ duo pro Fisco in Collectione Parodiana.
- IV. Allegationes aliæ plures apud Solivettam, & in Archintea.
- V. Carmina plura, quæ laudat Bossius in Polygraph. Epist. Sect. II. pag. 6. & 39.
- VI. Ejus Vota Fiscalia apud Benaliam. Scripsit ad eundem Senator Jo. Baptista Vicecomes, Herculis filius, Dissertationem de Feriis aut tollendis, aut compescendis; de qua suo loco. De eo Hieronymus Bossius in Epistolis pag. 43. Fuit Meccenas Clarissimi Viri Jo. Jacobi Valerii. Videndi Landus in Hist. Senatus Mediol. pag. 219. Sironus pag. 179. art. 740., atque encomio donatur in Epistola nuncupatoria ad eum data, & præfixa Fasciculo rerum Criminalium Francisci Bernardini Porri ut suo loco dicemus.

DCXXXI.

CORIUS VERMUNDUS.

Vermundus Corius Nobilis Mediolanensis Annibalæ & Sylvie Ciconie Conjugum filius, exempla Fratris sui Haymonis tam in studiis quam in Vitæ disciplina secutus, inter Clericos Regul. S. Pauli recensitus est anno MDCXXXIII. Absoluto studiorum curriculo Cremonensi, & Ticinensi Collegiis præfuit. Visitatoris Generalis munus obivit, & Mediolanensem Provinciam triennio rexit. Comes Trottus Ticinensis Antistes Ecclesiæ suæ ac Diocesis curam non semel Vermundo commisit. Plures annos etiam Consul S. Officii in eadem Ticinensi Urbe extitit. Deinde a Federico Archiepiscopo Cardinali Vicecomite in Templo maximo Mediolanensi Pœnitentiarius electus est. Laboribus, & senio confectus in Collegio D. Barnabæ animam Deo reddidit anno MDC-LXXXVII.

Inter alia, Hispanico Idiomate scripsit libellum, cui Titulus:

- I. Palmæ, de actibus internis Virtutum. Mediolani 1669.
- II. In Horologia Solaria Usus, & compendium ad Sacra Symbola Christi commendata. Mediolani, apud Vigonum. 1678. in fol.
- III. Oratio in Funere Reverendiss. Patris Nicolai Buzalli de Mutina Ord. Præd. Inquisitoris Papiæ. Typis Magri. 1630. in 4.

Hæc à Suis.

DCXXXII.

CORNACCIOLUS CAROLUS.

Simon Cornacciolus Militum Ductor, atque Andronica Medicea ex Marchionibus Melegnani jugales Caroli Mariæ, de quo agimus, parentes fuere. Hic Sacro inter Carmelitas assumpto habitu, in Cœnobio Majori sui Ordinis Neapoli Philosophiam, Mediolani vero Theologiam sui Instituti Alumnis tradidit. In hac eadem Urbe, Patavii, Florentiæ, Romæ, atque alibi Apostolicum munus non sine ingenti nominis sui fama, atque Christiani Populi utilitate exercuit. Cœnobii Mediolanensi,

A & Transpontino in Urbe Roma Prior præfuit. Provincialis Lombardiæ, atque Generalis Ordinis socius adlectus amplissimæ dignitati prolusit, nam in Comitibus anno MDCCXVI. celebratis, summo omnium consensu ad Generalis Officium eligi meruit. Mox in Archigymnasio Romano plures annos sacras litteras interpretatus, anno MDCCXXV. ad Bobiensis Ecclesiæ Cathedram assumptus fuit, creditumque sibi populum verbo, atque exemplo optimè regere studuit. Diocesi namque omni vigilanter lustratâ, Synodum habuit, in qua salubribus Decretis conditis gliscentes errores compescuit, & plebis, clerique mores reformavit. Vir fuit non modicæ eruditionis, quam summa cum pietate conjunxit. Bibliothecam domi habuit selectissimam, quam simul cum ingenti pecuniæ summa ultimis tabulis legata, intulit in Cœnobium Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo Mediolani; ubi ejus Imaginem ad grati animi significationem ejusdem Monasterii Sodales collocarunt. Magna cum sanctitatis fama desideratus est anno MDCCXXXVII. die XVII. Januarii.

B Ejus munificentiam in Mediolanensis supradicti Cœnobii Bibliothecam hac Inscriptione foribus præfixa testatam voluere Carmelitæ.

C IN ROMANO ATHENÆO PROFESSOR
LIBRIS ÆDEM SCIENTIIS LIBROS
PATRIÆ ET ORDINI PALÆSTRAM
EREXIT DICAVIT
REVERENDISS. P. M. CORNACCIOLI
GENERALIS EMERITVS
ANNO MDCCXXII.

Edidit:

- I. Decreta Synodalia Bobiensis Diocesis. Mediolani, per Petrum Antonium Frigerium. 1729. in 4.
- II. Prolusiones de Scholastica Theol. habitæ in Archigymnasio Romano. MSS. apud Suos. Laudatus est in Funere Oratione Italica ab Antonio Francisco Abannio Cathedralis Bobiensis Canonico Theologo, atque alterâ Latinâ a Joachimo Maria Pontalti Carmelita, in publica Parentatione in hac Urbe celebrata: prodierunt ambo Mediolani, typis Petri Antonii Frigerii. 1737. in 4.

DCXXXIII.

CORNEUS JO. BAPTISTA.

E Corneam Familiam, cujus eruditos nunc in lucem proferimus, ne dum in hac Urbe, verum alibi quoque floruisse apud omnes est in comperto, præsertim vero apud Jurisprudentiæ cultores, quorum manibus quotidie teruntur labores Petri Philippi Cornei Jurisconsulti, atque Patritii Perusini, cujus Consilia quattuor Tomis magnæ molis comprehensa, Typis Joannis de Ferrariis alias de Jolitis, & Gerardii de Zejis, in Oppido Tridini, anno MDXIII. primùm edita, alibi quoque sæpius in lucem prodierunt. De hac prima Operum Cornei impressione, atque de ejus Vita pluribus agit Canonicus Johannes Andreas Iricus Tridiniensis a me jam sæpè laudatus in ea, quam parat, peculiari Typographica historia cæteris Patriæ suæ monumentis brevi edendis atxenda. Floruit etiam ejusdem Corneæ Gentis Vir Antonius, qui teste Draudio in Biblioth. Classica. pag. 750. anno MDCXI. è prælo Societatis Venetæ, itemque Romæ eodem anno, evulgavit in 4. Tractatum de Absolutione forensi Juramenti promissorii, sive observationis, quam vocant ad effectum agendi vel excipiendi, theoriam, & praxim illius absolutissimè continens. Hic tamen Urbinas fuit J. C. atque Sacerdos, prout ex ipsius Operis titulo patet. Nos igitur geminos tantummodo eodem cognomine appel-

appellatos, & omni procul dubio in Mediolanensi Urbe natos exhibebimus. Primus est Johannes Baptista Corneus Marci filius, qui patris sui eruditionem æmulatus, latinas, græcasque litteras apprime didicit; in quibus Magistrum habuit Gasparem Rozzoni, cujus plures ad tantum discipulum latinas epistolas inferius memorabimus. Legum etiam tam Civilium, quam Pontificiarum studia diligenter percurrens, laureæque honestatus, Collegiatis Mediolanensibus Caufidicis additus est. Claruit ab anno MDXVIII. ad annum usque MDLXII. & coluit præcipue Carolum Barbavariam, Augustinum Saturnium, Johannem Franciscum Gadium, Ambrosium Pusterulam, Franciscum Curtium, aliosque sui temporis eruditos. Poësim quoque præsertim Latinam adamavit, & Poëtarum, Philosophorum, atque Historicorum Codices sedulo pervolutare consueverat, è quibus ad eruditionem suam plurima derivabat, ut ex infra dandis haud difficile Lector agnosceret.

Litterarios ejusdem labores hæc Volumina continent, in quorum primo sunt

- I. Epistolæ plusquam C. Latine majori ex parte ad Carolum Barbavariam scriptæ, quas multa Græca, & Latina eruditio spectabiles reddit; cum responsionibus Barbavariæ, de quo suo loco in addendis. Ibi quoque sunt Epistolæ aliorum ad Corneum nostrum, nempe:
 - Jo. Francisci Cornei.
 - Jo. Petri Cornei, cujus in responsione Jo. Baptista laudat eloquentiam, atque doctrinam eximiam.
 - Jo. Marci Cornei Patris ad Jo. Baptistam filium, plures Gasparis Rozzoni Præceptoris Jo. Baptistæ Corneo.
 - Fratris Pauli Modoëtiani ad eundem, cum responsione.
 - Jo. Jacobi Arnaldi plures ad Corneum, cum responsionibus.
 - Fratris Augustini Saturnii ad Corneum; aliæ vero istius Aaroni Battaleo, in quibus agit de quadam impressione libri *Mercurio* nuncupati, quem suadet Brixie potius quam alibi cudendum; cum responsionibus ejusdem Aaronis Battalei, datæ ex Cœnobio Sancti Barnabæ, Brixie Kal. Maji MDXVIII. Præceptoris Aaronis Battalæ Augustino Saturnio.
 - Joannis Francisci Gadii ad Corneum plures eruditæ, inter quas una data ex Mandello XIV. Kal. Jan. MDXVIII. in qua agit de Cæsare, & Oppio.
 - Ambrosii Pusterulæ ad Corneum plures, cum responsionibus.
- Codex secundus continet:
 - II. Carmina varia Latina.
 - III. Adagia seu Sententiæ ex nonnullis antiquis Poëtis, Philosophis, atque Historicis depromptæ.
 - IV. Regulæ Grammaticales.
 - V. Epistolæ varis Francisco Curtio J. U. D. atque in Ticinensi Universitate Interprete.
 - VI. Aliæ Epistolæ Latine ad Anonymos sine subscriptione Cornei, manu tamen ejus exaratas, in quarum una, quæ incipit: „Dum V. Cl. Joannes Goffa Legatus Regius, & Florentinus in Galliam reversurus per Mediolanum transiret, de Exilio Codices tres verbis tuis a me requisivit; quos tempore superiore elucubravi &c. quæ verò ex Græco ad latinitatem traduximus Joanni Regio scribe. Quattuor enim Opuscula ipsi tradidi, nempe. Duo Socratici Xenophontis. Alterum de Lacedæmoniorum Republica. Alterum de Agestai Regis Laudibus, & Plutarchi quoque Cheronensis duo, quorum altero Liucugi, altero Numæ Pompilii Vitæ continentur. Secundum quoque librum, quem edidi, tibi quam primùm condonavero, in quo a nobis de Infamia disputatum est. Tertium nunc libellum, qui de Paupertate inscriptus est, excudimus.
- Nescimus tamen an Opera hæc memorata Cornei sint an alterius. Veritatem forsitan alius quispiam inveniet.
- Ambos Codices MSS. possidet J. C. & Caufid. Jo. Baptista Corneus Cancellarius Venerandæ Fabricæ Metropolitanæ hujus Urbis, quos mihi humanissimè indicavit J. C. Coll. Joseph Landrianus, cui multum hic labor meus debet.
- Scriptoris nostri Abbreviaturæ extant penes J. C. Jo. Franciscum Bimium,

Tom. I.

D C X X X I V.

CORNEUS JOANNES BAPTISTA alter.

Joannis Baptistæ Cornei Mediolanensis Sacerdotis anno MDCVII. nati, ut ipse asserit in suis schedis, mense Majo, nomen nulla unquam posteritatis delebit oblivio, immortalitate namque dignissimum judicabunt quotquot illius probatissimos mores, atque doctrinam, in his præsertim, quæ ad Ecclesiasticas res pertinent, maximam præ oculis habuerint. Ambrosianæ Ecclesiæ Præsulibus acceptus inter primos fuit, cum apud eos commendaretur sacræ Theologiæ peritiâ, cujus ergo Lauream promeruerat. His accedebat Protonotarii Apostolici, & Lectorum in Metropolitana Primicerii dignitas, & Scholæ Cantorum Præfectura. Cum autem sacræ vetustatis sedulus esset indagator, dignus habitus est, qui Archiepiscopali Archivo Custos daretur, itemque probandi Clericos, qui ad sacros Ordines promovendi erant, officium ipsi demandaretur. Hæc inter munera, ut suæ in Divum Franciscum Minorum Patriarcham pietati satisfaceret, anno MDCLXXI. Ædiculam restauravit apud Collegiatam Ecclesiam Sanctæ Mariæ Fulcorinæ, quam tradunt Beatum Virum incoluisse dum anno MCCXV. ex Hispania in Italiam rediret Mediolani aliquandiu substitit, ut inde Oppidum (oppidum est ad Brianteorum Collium radices situm, ubi vetustum superest Minorum Cœnobium) se conferret. Mirum dictu est quanto labore, ac diligentia Sacrarum Rerum monumenta, ea verò potissimum quæ ad Mediolanensem Ecclesiam spectant, cum ex aliorum libris collegerit, tum etiam ingenio suo illustraverit. Lucubrationes illius ferè nimis indicatæ sunt nobis, cum jam Typographi instarent, nec temporis satis haberemus ad eas, quæ par erat diligentia, pervolutandas. Haud enim dubium, si omnia quamvis summatim referre placuisset, Volumen integrum conficiendum fuisse. Raptim igitur ea adnotavimus, quæ memoratu digniora visa sunt, non tamen servato Codicum ordine, sed temporis, quo conscripta fuere, quod aliquando expressè Auctor indicavit, aliquando conjicere licuit. Magna cum sanctitatis opinione Corneus desideratus est anno MDCXC. adeo ut ejus Cadaver in Metropolitana seorsim ab aliorum Corporibus humatum fuerit.

Typis Libros sequentes demandavit:

- I. Il Sacro Chiodo. Milano, nella Stampa Arcivescovile. 1647. in 8.
- II. De Sancto Blasio Sebaste in Armenia Episcopo, & Martyre, ac primùm Medico. 1645.
- III. Primo Ritratto della SS. Vergine Annonziata di Firenze, donato a S. Carlo l'anno 1580. Milano. 1648.
- IV. De Sancto Mauricillo Mediolani Archiepiscopo. Mediolani Typis Archiepiscop. 1646. in 8.
- V. Vita del Beato Gio. Angelo Porro. Milano. 1649.
- VI. Origine dell' Istituzione dell' Orazione delle XL. Ore. Milano. 1649.
- VII. Commemoratio Anniversaria Coronationis Summi Pontificis.
- VIII. Dell' Immagine SS. di Gesù Cristo Crocifisso, portata da S. Carlo in due Processioni &c. Milano. 1647.

Hæc verò sunt Scripta, quæ Corneus noster legavit Archivo Archiepiscopali voluminibus XXXII. in fol. ferè ex integro propria manu exaratis, è quibus cursum hæc excerpti.

- IX. Vol. I. Continet:
 1. Observationes circa Salutationem Angelicam, quæ, Mane, Meridie, & Vespere pulsatur; Italico Sermone ejusdem Cornei.
 2. Dubia varia circa Ritus Ambrosianæ Ecclesiæ, & primùm queritur cur Sanctissimum Christi Corpus deferatur in Ecclesia sine Mitra, extra Ecclesiam verò cum Mitra.

O o o

à Sum-

- à Summo Pontifice, & nostro Archiepiscopo &c.
- X.** 3. In eodem Volumine alligatus est liber Expositionis Missæ Ambrosianæ, scriptus ante annum MCCLVII in pergamina, sed mancus; sic inscribitur: „ In nomine Domini. „ Incipit liber celebrationis Missæ Ambrosianæ à Joanne Bartholomæo de Guerciis de Melegnano Rectore Ecclesiæ Sancti Victoris Portæ Romanæ, in 4. litteris rubro-nigris. Spectabat ad Monasterium Carthusiæ Garignani prope Mediolanum.
- XI.** 4. Indulgentiæ à Pio IV. variis Ecclesiis Mediolani concessæ.
- XII.** 5. Exemplum vetustissimæ Chronicæ, quæ afferatur apud Venerabile Capitulum Sancti Ambrosii Majoris, Corneo nostro commodatæ à D. Rovera Canonico Doctoralis Præbendæ.
- XIII.** 6. Vita S. Natalis Archiepiscopi, cujus exemplum à Francisco Castello scriptum, & datum fuit S. Carolo die ultima Decembris MDLXXII.
- XIV.** 7. De pueris Cantoribus, qui Infantes in Ecclesia Mediolanensi appellabantur.
- XV.** 8. Fundatio Hospitalis Sancti Simpliciani &c. Vol. II. num. 1. De Passione Domini.
- XVI.** 2. De Congregatione Oblatorum.
- XVII.** 3. De Ecclesia Sancti Sepulchri.
- XVIII.** 4. De Canonizationibus Sanctorum &c. Vol. III. num. 1. Fundationes variarum Abbatiarum Mediolani.
- XIX.** 2. Reformationes variæ Missalis Ambrosiani.
- XX.** 3. Plura ad Sanctum Carolum pertinentia.
- XXI.** 4. Sententiæ, & Acta varia Curie Archiepiscopalis tempore Pestis &c. Vol. IV. num. 1. De Festo, & Officio S. Annæ, ex variis Auctoribus.
- XXII.** 2. Donatio Plateæ ante Ecclesiam Majorem sitæ à Galeaz Maria Sfortia Vicecomite, aliæque Documenta ad Capitulum, & Ecclesiam Majorem spectantia.
- XXIII.** 3. De Oratione XL. Horarum &c. Vol. V. num. 1. De Thuribulo, & Thurificatione Tractatus integer ejusdem Cornei.
- XXIV.** 2. Miscellanea ad eandem materiam spectantia ex Scriptis D. Francisci Montii Monachi Carthusiani, Carthusiæ S. Ambrosii prope Mediolanum Alumni.
- XXV.** 3. Epistolæ Petri Galefinii ad Corneum, cum istius Responsionibus de supradicta materia, datæ Anno MDLXXXIII. &c. Opus ferè prælo paratum.
- XXVI.** Vol. VI. num. 1. Sermones varii tam Latino, quam Italico Sermone conscripti de Sanctis, de Mysteriis Passionis Dominicæ &c. variis in locis à Corneo nostro recitati.
- XXVII.** Vol. VII. num. 1. Documenta varia ad Ritus Ecclesiæ Ambrosianæ spectantia.
- XXVIII.** 2. Ritus varii in aliquibus Ecclesiis Mediolanensibus antiquitus servati.
- XXIX.** 3. De Immaculata Conceptione B. M. V. ex pluribus Auctoribus &c.
- XXX.** Vol. VIII. num. 1. Opusculum de Statu Mediolanensis Ecclesiæ, ex libris Visitationum Ecclesiarum.
- XXXI.** 2. De Sacramentis ad usum Ambrosianum.
- XXXII.** 3. Consultatio pro Archiepiscopo Mediolani, & pro Breviario Ambrosiano corrigendo, à Joanne Petro Puricello scripta Anno MDXLVII. pagg. ferè 100.
- XXXIII.** 4. Varia ad Officium Ambrosianum pertinentia.
- XXXIV.** 5. Gualterii Corbette Oratio habita in funere Francisci II. Sfortiæ Vicecomitis MS. &c.
- XXXV.** 6. Liber, qui dicitur Augustalis, Francisci Petrarchæ, MS. satis antiquus, in pergamina &c.
- XXXVI.** Vol. IX. num. 1. Origo Ecclesiæ Mediolanensis.
- XXXVII.** 2. De Visitationibus Ecclesiarum Diocesis Mediolanensis.
- XXXVIII.** 3. De Concessione celebrationis Missæ Ritu Romano in Ecclesia S. Mariæ apud Sanctum Celsum.
- XXXIX.** 4. De Litanis Triduanis.
- XL.** 5. Epistolæ Petri Galefinii ad Senecam Mediolani Decanum.
- XLI.** 6. De Reliquiis.
- XLII.** 7. Testamentum Gasparis Vicecomitis Mediolani Archiepiscopi.
- XLIII.** 8. Trattato delle Croci erette in Milano, Opera di Maroniano Binago, scritta l'Anno MDCLIV. MS. pagg. 60.
- XLIV.** 9. Tractatus de Quadragesima Romana, & Ambrosiana, ex MS. autographo S. Caroli.
- XLV.** Vol. X. num. 1. De Sanctis Magis.
- XLVI.** 2. De Processione ad Fontem Baptistalem.
- XLVII.** 3. De osculatione Evangelii.
- XLVIII.** 4. De Vesperis, & in eisdem ritibus Ambrosianis &c. Vol. XI. num. 1. De Missa Pontificali.
- XLIX.** 2. De Cæmeteriis.
- CL.** 3. De Pueris admittis antiquitus ad canendum in Choro.
- CLI.** 4. De Visitationibus Sancti Caroli. Vol. XII. num. 1. De Statu Ecclesiæ Mediolanensis sub Federico Cardinali Borromæo.
- CLII.** 2. De Doctrinis Christianis apud Mediolanenses.
- CLIII.** 3. De Recognitione Reliquiarum.
- CLIV.** 4. De Publicis Orationibus.
- CLV.** 5. De Invocatione Sanctorum.
- CLVI.** 6. De Basilica S. Ambrosii &c. Vol. XIII. num. 1. Exercitatio in Ceremoniis, Ritibusque Ecclesiasticis.
- CLVII.** 2. De Indulgentiis Metropolitanæ Ecclesiæ.
- CLVIII.** 3. De Origine, & usu Sigilli Archiepiscopalis.
- CLIX.** 4. De Visitatione Ecclesiarum Burgi Varisii.
- CLX.** 5. Epistolæ Cæsaris Landriani Præpositi Martiani Annorum MDLXXII., & MDLXXIII. de rebus ad eandem Ecclesiam spectantibus, ad Joannem Baptistam Castellum Vicarium Generalem.
- CLXI.** 6. De Reliquiis Sanctorum in Ecclesia S. Victoris Mediolani.
- CLXII.** 7. De Cantu Ambrosiano, ex variis Auctoribus &c. Vol. XIV. num. 1. De Litanis Triduanis à S. Ambrosio ordinatis.
- CLXIII.** 2. De Psalterio Ambrosiano.
- CLXIV.** 3. Memoriarum variarum Ecclesiarum Urbis Mediolani, ex pluribus Auctoribus.
- CLXV.** 4. De Ritibus Quadragesimalibus, unâ cum Decretis S. Caroli.
- CLXVI.** 5. Origo Societatis Sanctæ Ursule in Civitate Brixienti Anno MDXXXVII. ex visitatione S. Caroli ibi facta Anno MDLXXX.
- CLXVII.** 6. Notæ in varias Sanctorum Festivitates, & in Officium hebdomadæ Sanctæ &c. Vol. XV. num. 1. Ratio pulfandi Campanæ, quæ non reperitur in Conciliis Provincialibus.
- CLXVIII.** 2. Ritrovamento della Sagra Immagine della B. V. nella Chiesa di S. Maria Portà scritta dal Rev. Prete Antonio Orobono Curato di detta Chiesa.
- CLXIX.** 3. Adnotationes in Officium de Adventu Domini.
- CLXX.** 4. Vita Sancti Eusebii Vercellensis Episcopi, & Martyris scripta Anno MCCCXCIII. die XX. Martii ab Auctore Anonymo, ex Codice illius ætatis Bibliothecæ S. Caroli.
- CLXXI.** 5. Carmina, quæ ad Sepulchrum Sancti Eusebii supradicti reperta sunt incisa in lapide.
- CLXXII.** 6. Sermo Gasparis Vicecomitis Archiepiscopi Mediolanensis, in Sacra Ordinatione mensis Septembris Anni MDXC quo Summus Pontifex creatus fuit Gregorius XIV. Mediolanensis &c.
- CLXXIII.** Vol. XVI. num. 1. De Psalterio Romano, & Ambrosiano.
- CLXXIV.** 2. Sancti Caroli Testamentum.
- CLXXV.** 3. De Surolo ejusdem S. Caroli. Vol. XVII. num. 1. De Ritibus Ambrosianis ex Libris, & Schedis Caroli à Basilica Petri.
- CLXXVI.** 2. Adnotationes ad Rituale Ambrosianum &c. Vol. XVIII. num. 1. De Jejunio Sabbathi.
- CLXXVII.** 2. De Ritu Concionandi.
- CLXXVIII.** 3. De Libris Chori &c. Vol. XIX. num. 1. Explicatio Chrysmos S. Ambrosii unâ cum Epistola Francisci Castellii, data Anno MDLXXVII.
- CLXXIX.** 2. De Missa Ambrosiana.
- CLXXX.** 3. De electione Magistri Chori.
- CLXXXI.** 4. De Hymnorum correctione.
- CLXXXII.** 5. De Officiis Ambrosianis Hyemalibus, & Æstivis.
- CLXXXIII.** 6. De virtutibus Agnus Dei &c. Vol. XX. num. 1. Varia ad Ritus Ambrosianos spectantia ex Galvaneo de la Flamma, ex Diariis MSS. Ambrosianis, ex Epistolis Sancti Caroli, & Petri Galefinii, ex Documentis Gasparis Vicecomitis, ex Schedis Francisci Castellii, ex Visitationibus, & Decretis Sancti Caroli &c.
- CLXXXIV.** Vol. XXI. num. 1. Miscellanea varia ad plures Ecclesias, præcipuè ad Divi Pauli in Compito nuncupatam, pertinentia.
- CLXXXV.** 2. Epistolæ Cornei ab anno MDCLXXIII. ad MDCLXXI. ad varios scriptæ, inter quos ad Archipresbyterum Modoetiæ, ad Joannem Baptistam Carisum, ad Antonium Radicum, ad Vicarios Foraneos, aliosque.
- CLXXXVI.** 3. Memorabilia ad Ecclesiam Metropolitanam pertinentia. XXX.

- XXX.** Vol. XXII. num. 1. Ceremoniæ in Ecclesia Ambrosiana servatæ, Opus ferme prælo paratum, in quo adfunt Carmina Latina variorum in laudem Operis, ut Auctor ipsum edat &c.
- XXXI.** Vol. XXIII. num. 1. Tractatus de Veglonibus, & Veglonissis, aliæque de Ceremoniis Ambrosianis in Missa &c.
- XXXII.** Vol. XXIV. num. 1. De Litanis Majoribus, & Minoribus, Opus adhuc inconditum.
- XXXIII.** Vol. XXV. num. 1. Sermones alii à Corneo nostro compositi, & variis in Oratoriis, & Ecclesiis Mediol. recitati.
- XXXIV.** Vol. XXVI. num. 1. Vita Sanctæ Theclæ Protomartyris.
- XXXV.** Vol. XXVII. num. 1. De debito solvendi Decimas.
- XXXVI.** Vol. XXVIII. sic inscriptus:
1. Collectio diversarum Scripturarum, & Monumentorum Antiquorum, quarum pars magna attinet ad Ecclesiam Ambrosianam. ejusque Ritus, magnis laboribus, sumptibus librorum, & muneribus coæcervata ad laudem Dei, Beatissimæ Virginis, & omnium Sanctorum, per me Presbyterum Joannem Baptistam Corneum Protonotarium Apostolicum, Præmicerium RR. Lector. Ecclesie Metrop. Mediolani &c.
 2. Excerpta ex Beroldo cum adnotatiunculis.
 3. Variæ memoriæ sopra le Constituzioni de' Padri Camaldolesi.
 4. Opusculum de benedictione Episcopali.
 5. Dissertatio de Bibliotheca Ambrosiana &c.
- XXXVII.** Vol. XXIX. num. 1. Vita, e diverse memorie di S. Galdino Prete Cardinale del Titolo di S. Sabina, Arcivescovo di Milano, Protettore della Santa Croce alla Chiesa Parochiale di S. Salvatore in P. O. scritta l'anno del Signore MDLX.
2. Excerpta ex Beroldo cum adnotatiunculis.
 3. Variæ memoriæ sopra le Constituzioni de' Padri Camaldolesi.
 4. Opusculum de benedictione Episcopali.
 5. Dissertatio de Bibliotheca Ambrosiana &c.
- XXXVIII.** Vol. XXX. Imo Tomi quatuor in fasciculo uno alligati, hæc continent:
1. Summule Logioales, & varii Tractatus ad Theologiam Moralem spectantes.
 2. De Sacramentis in genere, & in particulari.
 3. Questiones, & Responiones adhibendæ in Laureis Theologicis tam dandis, quam accipiendis, nec non in Examine Clericorum ordinandorum.
 4. Expositio Libri Jonæ Prophetæ: Opusculum tamen hoc non est Auctoris nostri, sed manu antiquiori scriptum.
 5. Tres Supplicationes factæ à Mulieribus, sacco indutis, ad acquirendum Jubilæum Anno Dom. MDLXXVI., Mediolani concessum, quæ visitaverunt quatuor Ecclesias, scilicet Metropolitanam, & Basilicas SS. Ambrosii, Francisci, & Laurentii. Adfunt nomina Fœminarum pro qualibet Parœcia.
- XXXIX.** Vol. XXXI. num. 1. Dichiarazione del Canto Fermo.
2. Enarrationes octo de Ecclesiastico Cantu, ex antiquo Libro Mediolanensis Ecclesie.
 3. De diebus Dominicis, aliisque Festis, in quibus Ecclesia Mediolanensis statuit Officium cum Cantico recitandum.
 4. Diverse Regole del Canto Fermo Ambrosiano, con li Toni ec.
- XL.** Vol. XXXII. Continet varia Opuscula simul alligata:
1. Missæ Expositio, sive Arcanum pro Ritu Ambrosiano divinitus servato.
 2. De loco Episcopalis Cathedralis.
 3. Tractatus de Sacro Psalterio Ambrosiano, &c. non completus.
 4. Trattato della Processione, che si fa con le Candele Benedette nella Festa della Purificazione della B. V. Maria.
 5. De Officio Sanctissimæ Trinitatis.
- Ejus Opus de Sancto Mauricillo Episcopo Mediolanensi citat, & laudat Petrus Paulus Bosca in Martyrol. Mediol. in Notis ad diem XXXI. Martii.
- De ipso scripsit aliquid Picinellus in Athen. p. 277.

DCXXXV.

CORONA TOBIAS.

Tobias Corona Modoëtiæ natus, in sæculo Franciscus, precibus impetravit adscribi Clericis Regularibus D. Pauli adhuc juvenis, & expletis ferè duobus probationis annis, donec ætatem requisitam attingeret, professus est anno MDLXXXIII. Philosophiæ & Theologiæ studiis addictus maximè profecit, & docuit in Collegio S. Barnabæ Mediolani. Junctus est comes Drifaldo pro Fundatione Pœnitentiariæ in Metropolitana Bononiensi, quod Pœnitentiarii munus adeo præclarè gessit, ut ne dum Archiepiscopi, sed & Benedicti Cardinalis Justiniani Legati Pontificii gratiam, & amorem sibi conciliaverit. Ipsum Cardinalem, expleto Legationis munere, Romam profecutus est ejus Theologus, & à sacris Confessionibus; atque ipsius opera utebatur tum in Consultationibus Romanis, tum in lustratione Diœcesis Prænestinæ, cui præerat Episcopus. Sux Congregationi Procurator Generalis electus est, & à Gregorio XV. ad Carolum Emmanuelem Sabaudie Ducem Legatus mittitur, inde ad Ludovicum XIII. Galliarum Regem gravissimorum, ac publicorum negotiorum causâ, à quo benignissimè exceptus, & Regiæ Matri, Uxori, aliisque Proceribus Gallie gratissimus, Regis clementiâ amplissimam in toto Regno Collegia sui Ordinis erigendi facultatem obtinuit. Romam reversus ab Urbano VIII. Gregorii successore moru proprio fuit speciali Diplomate declaratus Consiliarius cujusdam sacri Ordinis militaris, & à suis Romanæ Provinciæ Præfectus est. Postea Collegii S. Pauli in Platea Columnæ Præposituram adeptus: eo tempore invitatus est à Francisco Cardinali Boncompagno Archiepiscopo Neap. pro constituendo suorum Collegio, qui in Metropolitana Ecclesia, sicut in Bononiensi, Pœnitentiariæ munere fungerentur. Sed vix Neapolim pervenit, morte sublatus est anno MDCXXXVII. ætatis suæ LXI. in Collegio S. Mariæ Portæ Novæ. Fuit spectatæ integritatis, regularisque observantiæ studiosissimus. Scripsit Italicè:

I. I sagri Tempii. Roma, appresso Andrea Fei, 1625. in 4. Duo alia Volumina, quæ de eadem materia promissit, edidisset, nisi majoribus curis prædeditus fuisset.

Flavius de Ffisco ad Auctorem præfati Operis, scripsit hoc Epigramma & Anagramma, quod idcirco hæc damus, quia Operis argumentum indicat.

D. Tobias Corona

Boni Sator doce.

*Qui cultus Templis, qui sacris dantur honores**O quam doctè doces, quam tuæ scripta valent!**Perge boni sator sic perge incepta, doceque**Ut cingat crinem digna Corona tuum.*

Ejusdem Clarissimus Fontaninius honorificè meminit in Dissertatione de Corona Ferrea pag. 89. & 103. Alexius Ledesma in Opusculo inscripto. Elogiorum Cent. prima, Crescentius in Præsidio Romano, & Ricinellus in Athenæo pag. 504.

DCXXXVI.

CORRADUS EUSEBIUS.

Tamet si nobilis Familia Corrada, sive Conrada Laudensis Mediolanum Anno MDXCII. translata fuerit, ut in Mario infra laudando sermonem habebimus; vetustior tamen cognominem gentem etiam ante eum Annum in hac Urbe fuisse certum est. Nam Eusebius Corradus Mediolanensis, jam Jurisprudentiæ Laureâ donatus, insigni Canonorum Regularium Lateranensium Ordini adscriptus, sacras Litteras tam feliciter didicit, ut dum Moderatores Congregationis eum Cathedris destinabant, facta con-

cionandi potestate, Oratoris partes adeo egregiè obiverit, ut illi nefas duxerint Eusebium ab hoc munere revocare. Igitur Patavii, Venetiis, Bononiæ, & deinceps in univèrsa Italia Verbum Dei è suggestu tradidit. In Ferrariensibus Comitibus Visitatoris munere decoratus, quinquies intra annos XX. universi Ordinis Monasteria lustravit. Anno MD. Mediolani decessit, cum biennio ante ad Brinatensem Præposituram assumptus fuisset.

Quæ scripsit hæc sunt :

- I. Vita D. Patris Augustini, quam in multis corruptam, & mutilam suæ veritati restituit. Lib. I.
- II. De Ordine, ac Dignitate Canonicorum Regularium. Lib. I.
- III. Responso pro venerabili, & erudito Dei Prædicatore D. Dominico Canonico Regulari ad maledictam cujusdam Fratris Patavini, & cujusdam Angeli Cremonensis. Lib. I.
- IV. Responso adversus Ambrosium Coriolanum pro Ordine Canonico.
- V. Brevis Adnotatio in errores Pauli Bergomensis, & Coriolani; ad Sixtum Quartum, & ad Cardinales sui temporis. Lib. I.
- VI. Epistola Lateranensis ad Sixtum IV. Pontif. pro aufendo de Ecclesia errore scribentium S. Augustinum fuisse Eremitam. Cod. Membran. MS. in Biblioth. Laurentiana Medicea, Plut. XII. num. X. ex Montfauconii Biblioth. Biblioth. MSS. T. I. pag. 270. Ego autem eandem Epistolam vidi impressam in 4. sine anno, loco, & Typographo.
- VII. Apologia contra FF. Heremitanos scripta anno MCDLXXIX. ipsamque dicavit Joanni de Cribellis. De ipsa vidend. Clar. Saxius in Hist. Typographica. Agunt de eo Rosin Lic. Later. Lib. V. pag. 293. Jo. Philipp. Novar. Lib. VI. cap. XVIII. Pennottus Hist. Tripart. Lib. III. cap. XXV. n. 5. Jo. Carisus in Theat. Sac. Joannes Maubrunus in Venatorio, Joannes Molanus de sacris Imaginibus, Carisus in Theatro Sacro, & Picinel. in Athenæo pag. 175.

DCXXXVI.

CORRADUS JOSEPH.

Joseph Corradus Societatis Jesu Mediolani claris natalibus, & ex nobili Familia genitus, Patre videlicet Marchione Mario, Matre verò Cæcilia del Rio; post consueta studia, & magisteria amœniorum litterarum, in quibus excellebat, fuit aliquandiu in Domino Sancti Fidelis indefessus operarius, ibi Sacra Ministeria cum laude exercens. Exinde, donec vixit Præfectus rerum Spiritualium, lungam ætatem transegit in Collegio Nobilium, cui mirificè profuit. Prudentia, & charitate devinerat omnino sibi animos omnium nobilium illorum Convictorium, quos ad pietatem magna dexteritate, & patientia dirigebat. Præsto semper erat singulis, præsertim infirmis, paterno amore. Ideo vix unquam egredi domo consuevit. Moriens magnum sui desiderium illi Collegio reliquit. Plura ingenii sui Opera vulgavit, diffimulato tamen modestè proprio nomine.

Inter illa sunt :

- I. Raguaglio di alcune virtù di Gian-Michele Rofales, Convittore del Collegio de' Nobili di Milano, indi Religioso della Compagnia di Gesù. Milano, per Giuseppe Malatesta, 1708.
 - II. Il Gran Pianto: Esequie al Re Carlo II. in San Fedele dalla insigne Congregazione dell'Entierro. Milano, per gli Eredi Gbissolff. 1701.
 - III. Carminum libri IV. de Arte Picturæ publica luce dignissimi. Servantur MSS. in eodem Collegio Nobilium.
- A Suis, & à Schedis Sitionianis.

DCXXXVII.

CORRADUS MARIUS.

Nunc ad Marium celeberrimum Ictum Collegiatum transeamus, Marchionis, & Comitum Lancellotti, atque Margaritæ Tonæ filium. Anno MDCXXII. Mensè Februario in lucem ipse venit, nomine Marii ei dato ob memoriam doctissimi Marii Senioris, alterius Lancellotti filii, necnon Regii Mediolanensis Senatoris, qui nobilis Familiz Corradæ sedem fixit in hac Urbe Anno MDXCII., è Civitate Laudensi, & tot sui ingenii monumentis, quæ præ manibus litteratorum Virorum circumferuntur, sibi æternum nomen acquisivit. Nonnulli verò Opera Marii Senioris cum nostri non semel confundunt. Junior hic fuit & ipse in utroque Jure summè peritus, ut ostendunt plures Allegationes lectu dignissimæ, ita ut inter primarios Patriæ Advocatos, necnon in Justitiæ Vicarium merito locum obtinere meruerit non infimum, multum etiam laudis ipsi contulit liber infra recensendus sub nomine Raimundi Riccardi partim editus, & partim ab omnibus politicis usque adhuc optatus. Mors inopportuna nobis istum abstulit Anno MDC LXVIII. die XIII. Aprilis.

Hæc, quæ supra innuimus, de eo supersunt:

- I. Allegationes plures summa eruditione refertæ, inter quas eminent illa pro Finarii Oppido, in qua Jura Regi Hispaniæ, & Reipublicæ Januensis solidè discutuntur. Extant in Collectionibus Archintea, Benalliana, aliisque in hoc Opere relatis.
 - II. Riffessioni Belgiche fatte contro le pretensioni della Regina Cristianissima ne' Paesi Bassi, divise in tre Parti, cioè Riffessioni di passaggio, Giuridiche, ed Istoriche, l'ultima delle quali si darà alla luce in altro Volume; Opera di Raimondo Riccardo (cioè Mario Corrado). Milano, senza nome di Stampatore, 1668. in 4.
 - III. Parte terza, come sopra indicata. Vol. MS. in fol. prolo paratum, extat pænes Marchionem Jo. Corradum J. C. C. & Magistr. Extraordinariorum Redditiuum-Quæstorem.
- In Catalogo Bibliothecæ eximii olim Cardinalis Renati Imperialis pag. 140. tribuitur Mario Corrado Epistola de Situ Urbis Tauresii, sive Tabresii, vulgò Tauris, quæ extat in Historia Minadoi pag. 367. sed perperam; nam scripta est ab eodem Minadojo ad Marium Corradum Seniore. Hoc autem non est inter sphalmata majoris momenti, quæ in eodem Catalogo occurrunt, nec tribuenda sunt Viro aliunde doctissimo Justo Fontaninio, Archiepiscopo Ancirano, est aliis ipse præfuerit eidem maximo labori infudantibus: non condonandum ei tamen est tot quisquilias, nempe Comædias recentiores, Fabulosas Historias, aliosque libros nullius momenti, ac pretii, in ipsum Indicem inferi permisisse, quod certè spero non ostendendum esse in Catalogo Archintæ Bibliothecæ à me confecto post tot annorum curriculum, improbo, ut patentibus apparebit, labore. Desideranda erat potius hujusmodi diligentia in Catalogo Scriptorum Italicorum, quem Vir Clariss. attexit Tractatu suo de Eloquentia Italica, ubi pluribus, & quidem dignissimis omissis, alios minoris notæ recensuit. Obiter hoc dictum sit; nec benevolus Lector me vicerependere velle arbitretur pro eo, quod supradictus Fontaninius de me, ac mea editione Operum Ludovici Castelvirei adhuc ineditorum in prædicto suo libro dell' Eloquenza Italiana Romæ Typis dato Anno MDCCXXXVI. pag. 522. & seqq. parum modestè, & fermè per contemptum, scripsit, nam quo ad vitam ejusdem Castelvirei vindicias suas evulgavit Clarissimus Muratorius, qui eam scripsit; nec ego typis demandavi sine prævio de eadem judicio Comitum Caroli Archinti, cui boni omnes acquiescere, & ipse Fontaninius potuisset: modestiam potius Clarissimi Josephi Antonii Saxii nostri prosequi optimum duxi, qui patienter tulit, quod de ipso prædictus Fontaninius scribere ausus est in supracitato libro, & pejus in Indice, verbo Saxius, quod stomachum fecit Lectoribus emunctæ naribus, sed parcendum Viro, & si doctissimo, qui tamen ab Editoribus Epistolarum Polemicarum celeberrimi Abbatis Bachini in Præfatione earundem optimis sanè coloribus exhibetur, tamquam in Litteraria Republica primas tenere affectans, quem ambitum in aliis quoque ætas hæc nostra (si mihi hoc dicere licet) contemplantur. Verum de his jam satis.

DCXXXVIII.

DCXXXVIII

CORRIGIUS CONRADUS.

NOtissimum est Eruditis, quibus intestinis olim discordiis, contententibus inter se Turrianis, ac Vicecomitibus, divexata fuerit Insubria, imo, ut verius dicam, Italia ferme omnis, donec arridente fortuna, depulsis æmulis, & non semel conferta manu prostratis, ad Vicecomites Patriæ pervenit imperium. Neque in ea, quæ quidem summa fuit, rerum omnium perturbatione ferro tantum, sed, ut de Græcis quondam historia perhibet, linguis etiam res agebatur. Nec enim deerant disertissimi Cives, qui eloquentiæ viribus modo in hanc, modo in illam partem populi animos flecterent, prout Oratores ipsi propendebant. Eos igitur inter, qui pro Turrianis steterunt, non postremum locum obtinet apud Mediolanenses Historicos Conradus Corrigius Obizonis filius, quem Jurisperitum consultissimum Corius appellavit, & Avum habuit Gerardum Catri Montanariæ Dominum. Floruit sub finem sæculi XIII. ac subsequenti exordium; Cumque Anno MCCCVIII. Mediolanensis populus Ducem sibi electurus fluctuaret anceps, tanta contentione, talibusque argumentis apud Concives suos Oratione disertissima pro rostris egit, ut communi omnium plausu, summoque animorum consensu, ea dignitas Guidoni Turriano demandaretur. Haud dubium certè videtur tantæ facundiæ Virum plura fortasse scripsisse, quæ tamen inter tot bellicos tumultus, ac tam foedè laceratâ Repub. interitum sensisse arbitramur. Ex albo igitur Mediolanensium Scriptorum neutiquam expungendus judicabitur, quamquam hoc unum ejus Opus memoretur: scilicet

- I. Oratio eloquentissima ad Mediolanenses, ut Guido Turrianus eligeretur in Ducem; Anno MCCCVIII. pronunciata.
Laudatur à Corio ad eum annum, & à Com. Octavio Archinto in amplissima MS. Collect. Monum. Familiar. Mediol. necnon ab Advocato Sitono de Scotia in Monumentis generosæ, & excelssæ Familiæ de Corrigio MS. in fol. penes ipsum Auctorem.

DCXXXIX.

CORTESELLA JACOBUS.

DE Jacobo Cortesella verba facturi, dignum ducimus ad ejusdem commendationem proavorum ejus laudes depromere, cum in præclaris Viris, teste hujus Metropolis Præfule Sanctissimo, atque Doctissimo Ambrosio, oporteat parentes quoque laudari. Celebratur in primis Benedictus Rozius de Cortesella Remedii filius, cudendæ pecuniæ Mediolanensis Republicæ Præfectus, qui unâ cum uxore sua Ferlenda, in Urbis meditullio, Anno MXXXI. Sanctissimæ Triadi Templum posuit, & è patrimonio suo munificè dotavit; ut publicæ testantur Tabulæ Anno MXXXVI. die IV. Mensis Aprilis exaratæ, de quibus amicissimus JC. & Advocatus Sitonus nos monitos voluit. Sacram ipsam Ædem, Anno Sæculari MC. Benedictus Rozius de Cortesella superioris fortasse nepos, qui sub Othone Vicecomite in Sacra Hierosolymitana expeditione militari Protibunatu clarus, inter primos expugnatæ Urbis muros ascendit, Mediolanum reversus, ad peregrinationis, atque virtutis suæ memoriam sempiternam, in similitudinem Dominici Sepulchri restaurandam, redigendamque curavit. Ab his piissimis Viris non degener Jacobus in eadem Ecclesia Abbatem, atque Monachos octo Deo jugiter famulatos instituit, verum Monachis suffecti sunt postmodum Canonici; nunc autem ipsum Templum obtinet clarissima Oblatorum SS. Ambrosii, & Caroli Congregatio, vicinumque Collegium totius Cœtus Caput à memorato Sancto Præfule Carolo est consti-

Tom. I.

Atutum. Neque verò pietate solum laudabilis extitit Jacobus hic noster, sed prudentiæ quoque & doctrinæ splendoribus emicuit; Anno enim MCCLI. cum aliquot aliis selectis Civibus condidit:

- I. Statuta multa Patriæ perutilia.
Agit de eo Corius ad eum Annum, atque in Collect. sua Monument. Familiarum Mediol. Comes Octavio Archintus.
Quæ autem de ædificatione, atque restauratione Templi Sancti Sepulchri recitavimus, ea hausimus ex Jo. Baptista Carisio in Descript. Civit. Mediol. MS. tit. de S. Sepulchro, ex Francisco Ballar. Compend. Chronic. Comens. part. 3. pag. 221. & 222. Tristano Chalco Hist. Patr. pag. 125. & 147. Jo. Petro Puricello Momum. Ambros. Basilic. num. 224. 234. & 288. Benvenuto de Rambaldi in Chronic. Mediol. tit. de Ecclesiis, & Monasteriis sub die XVI. Julii An. MXXXVI. Galvaneo de la Flamma in Chronic. Major. Mediol. cap. 737. & in Chronic. Minor. Mediol. Manipul. Florum pag. mihi 76. 78. & 86. Francisco Castello Canon. Ordin. Metropol. Mediol. in Quolibeto num. 574. MS. & Cl. Sitono in Schedis suis.

DCXL.

CORVUS, five CORBUS MARTINUS.

Martinus cognomento Corvus, five, ut aliquoties legitur, Corbus, Mediolanensis, Vir omnibus Sæculis commendabilis ob singularem doctrinam eo magis agnoscendam, quòd circa annum à Christo nato MCXLIV. florere cœpit, non modicum laudis & sibi & patriæ obscura illa ætate peperit. Sub Roboaldo Mediolanensi Archiepiscopo ex Albeni Episcopatu ad hanc Ecclesiam regendam translato, Ambrosianæ Basilicæ Cimiliarcha fuerat electus Martinus; Anno autem jam recitato ad ejusdem Basilicæ primariam dignitatem, quæ Præpositura dicitur, jam assumptum eum fuisse patet ex Diplomate Lucii II. quod infra recensebimus. Beato Azoni Pistoriensi Episcopo fuit amicissimus, cumque ob suam in Sanctum Antistitem, atque Doctorem Ambrosium pietatem undique colligeret Corbus ejusdem Volumina, operam præstitit huic Collectioni clarissimus ille Præsul, quemadmodum adjunctrices porrexerunt manus etiam Paulus, & Gebhardus Ratisponensis Ecclesiæ Sacerdotes, quibus Corvus familiarissimè utebatur. Pro Capituli sui juribus & coram, & Scriptis strenuè decertavit, nihilque non egit, ut Ambrosianam Ecclesiam pro viribus illustraret. Quo anno Vir præstantissimus è vita migraverit, hæcenus nobis est incompertum.

Scripta tamen illius hæc novimus:

- I. Relatio Martini Sacerdotis, & Theaurorum Sancti Ambrosii Custodis ad Karissimos Fratres, & Amicos Paulum, & Gebhardum.
In ea plura differit de Agarenis, & multa recitat ex Scripturis Sanctis, & in fine indicat se mittere ad eos librum quemdam de Ambrosianis Officiis, cujus quoque pretium enunciat. Ex ejus etiam verbis eruitur jam tunc temporis in Ambrosiana Ecclesia Musicalibus Notis Ecclesiasticum Cantum fuisse distinctum; ait enim: *Ibi poteritis invenire omne Officium, & Cantus illi, qui sunt absque Notulis, & abbreviati, omnes sunt cum Notulis in antea.*
Eam edidit Puricellus Dissert. Nazar. cap. 101. num. 10. ex MS. Cod. Pergameno Biblioth. Ambr.
- II. Martini Epistola ad V. Vidonem S. R. E. Cardinalem per Italiam Legatum pro Canonicis S. Ambrosii, data Anno MCXLVIII. extat in Collectione Sormanii.
- III. Catalogus Episcoporum Mediolanensium ab eo conscriptus, cujus mentio infra in Epistolis Pauli, & Gebhardi.
- IV. Epistola ad Azonem Pistoriensem Episcopum, in qua promiserat se missurum eidem reliquias Sanctorum Martyrum Protasii, Gervasii, & Victoris; de qua meminit idem Præsul in responsione ad ipsum data, quæ sic incipit: „Fr. A. Peccator, & distus Pistoriensis Episcopus Karissimo meo Amico Martino Dei gratia Venerabili Presbytero, & Præposito Sancti Ambrosii salutem, fidelem orationem, & benedictionem in Christo &c. Gratulatur etiam Martino, quod Sancti Ambrosii librum super Isaiam invenisset, & verba facit de possessione quadam ad Ambrosianam Ecclesiam

P p p

fiam

- siam spectante in Thufcia sita . Extat in eadem Col-
lectione .
- Plures ad eum scripserunt Epistolas Paulus , & Gebe-
hardus Ratisponenses supra laudati , nimirum .
- Epistola Domini Pauli Sacerdotis , & Gebehardi Reli-
gioforum Virorum Sanctæ Ecclesiæ Ratisponensis ,
missa ad Presbyterum Martinum , Thefaurorum San-
cti Ambrosii Custodem , pro Officio Ambrosiano .
- Item Epistola eorundem Nobilium Virorum ad eum-
dem missa , venerabili laude plena sub nomine ad An-
selmum .
- Item ad Martinum pro dubitatione Sacramentarii .
- Invectiva Domnorum Pauli , & Gebehardi ad Marti-
num Sacerdotem pro Rege Conrado .
- Has hausimus ex Puricello loco cit. num. 5. 6. 8. & 9.
Sequentes verò suppeditavit nobis præfata Sormanii Col-
lectio : nempe
- Epistola Pauli , & Gebehardi ad Martinum in qua postulant
transcribi Sacramentarium , & Antiphonarium Am-
brosianum , & rogant , ut mittat Catalogum Episco-
porum Mediolanensium .
- Altera eorundem . In qua gratias agunt de ipso Cata-
logo à Mart. conscripto , & ad eos misso , & subdunt :
„ Omnes Sanctos Mediolanensis Ecclesiæ Præsules , quo-
rum nomina nobis misisti , conscripsimus in Martyro-
logio præter Ampelium , cuius diem tu prætermisisti .
„ Dixisti Petrum Damiani inter beatè defunctos com-
putari : nos tamen qualemcumque memorialem diem
„ ejus libenter scimus &c.
- Alia . In qua inter cetera ajunt se mittere Globum Ce-
reum , ut consueverant , Sancto Ambrosio , rogant-
que Martinum , ut eos Bohemorum incursum timen-
tes Sancto Doctore commendet .
- Alia . In qua meminerunt diligentæ , qua , ut Martino
rem gratam faciant , S. Ambrosii opera , quæ adhuc
desiderantur , requirunt .
- Alia Pauli solius . In qua ait S. Ambrosii librum super
Isaiam reperiri apud Rhemensem Ecclesiam . Adhuc
latere ejusdem S. Doctore scripta ad Panophium ,
& ad Reginam Marcomannorum . Petit sibi commu-
nicari Privilegium Mediolanensis Ecclesiæ , & quot
Suffraganeos habuerit , antequam Moguntina dilata-
tio terminos ejus restrinjerit .
- Alia eorundem , in qua petunt Antiphonarium Diur-
num , & Nocturnum .
- Alia . In qua indicant opus S. Ambrosii de Laude San-
ctorum recens ab eis repertum ; in fine Epistolæ hæc
leguntur : „ Cereo globo in Purificatione Sanctæ Ma-
rie per Ministrum nostrum sanctificato , salutamus
„ splendores Sanctorum tuorum , imo & nostrorum ,
„ scilicet Ambrosii , Gervasii , & Protasii , Satyri quo-
„ que , & Marcellinæ , cuius adhuc Reliquiis inviti ca-
remus .
- Epistola Fratrum Monasterii Pontidii in agro Bergo-
mensi , in qua nunciant Martino se ejus jussui satis-
fecisse transcribendo Commentaria S. Ambrosii super
Lucam .
- Diploma Lucii II. ad Martinum Corbum Præpositum ,
& Canonicos S. Ambrosii VI. Kal. Novemb. MCXLIV .
- Alterum Eugenii Papæ III. ad Martinum Anno MC-
XLVIII. cum subscriptione Cardinalium pro Capitulo
Sancti Ambrosii .
- Concordia inter Martinum , & Petrum , atque Ariedum
Fratres Hospitalis S. Jacobi , quod dicitur ad Risto-
canum , coram Uberto Archiepiscopo mense Septem-
bri MCLII .
- Hujus Scriptoris fortè frater fuit Guifredus Corvus , seu
Corbus , qui Consul Justitiæ floruit in Mediolanensi
Republ Anno MCLXXIV. cuius Placitum eo Anno
datum die XXVI. Februarii ipse Sormanus nobis per-
humaniter ostendit . Nepotes verò fuisse videntur Lau-
rentius , & Georgius ambo eodem Magistratu in Pa-
tria functi , primus quidem Anno MCXCVI. postre-
mus MCCXII. ut ex eorum Judicatis in Collectaneis
pergamenis Clar. JC. & Advocati Sitoni .

DCXLI.

COTTA CATELLIANUS.

Catellianus Cotta fuit alterius Catelliani J. C. C.
ex Elisabetha Pagana Coniuge filius posthumus,
ut ipsemet disertè testatur in suis Memorabilibus
edit. Venetæ anni 1527. in 8. pag. 483. §. & ideo si
posthumus ; ubi hæc ait : „ & practicavi in persona
„ mea , qui paterni nominis heres extiti &c. Id placuit
adnotare ad emendandum sphaema Picinelli in Athe-
næo suo pag. 329. scribentis Catellianum fratrem
fuisse Joannis Stephani Cottæ , de quo infra erit cum
laude dicendum , quod nullo modo esse potuit , nam
alius fuit Joannis Stephani Pater , Petrus nimirum
Senator eruditissimus a nobis etiam suo loco com-

A mendandus . Ut autem a parentibus ad Catellianum
ipsum gradum faciamus , ab ipsa penè infantia qualis
futurus esset in posterum , admirabili acumine inge-
nii , & sedulâ in minoribus studiis percurrentis assi-
duitate declaravit . Ut per ætatem licuit in Eloquen-
tiæ præceptis addiscendis totus fuit , & avidissime cu-
juscumque generis Scriptores pervolutans , solidam
variamque eruditionem ad animi sui culturam undi-
que colligere studuit . Ad Legales postea Codices se
convertit , & post consueta doctrinæ pericula , litte-
rariâ donatus rude , anno MDXII. Jurisperitorum
Collegio adscribi postulavit , in quod communi om-
nium consensu ob avitæ nobilitatis , propriæque vir-
tutis splendorem cooptatus fuit . Publica gessit mu-
nera Vicarii Generalis Mediolanensis domini , atque
inter LX. Patriæ Decuriones Urbis commodis infu-
davit . Id etiam laudabiliter præstitit annis MD-
XXIX. iterumque MDIL. quibus Præfectus eidem
constitui meruit . Dum eo fungeretur officio , ob
memoriam ferrei Leonis Venetis quondam in bello
a Mediolanensibus adempti , Columnam excitari jussit
è regione Templi Divi Babilæ non longe ab Orien-
tali Porta , imposito Marmoreo Leone ; hisque addi-
tis notis :

INSIGNE HOC

LATERITIA STRUCTURA

PAVLVM HVMO SVBVECTVM

QVADRIFIDA PILA SVBRIGI IVSSIT

C CATELLIANVS COTTA VRBIS PRÆFECTVS
ANNO MDIL.

Principis quoque curavit negotia sub Maximiliano
Sfortia Mediolanensium Duce extraordinariorum .
Reddituum Magistratus Quæstor integerrimus . Tot
inter alienas res propriam non neglexit doctrinam .
in medium proferre ; plura enim elucubravit infe-
rius enumeranda . Excessit è vivis anno MDLIII.
atque illius Cadaver illatum est tumulo , quod in
Sanctæ Mariæ Gratiarum Ducali Templo sibi vivens
ante annos undecim extruxerat , quod testantur incise
litteræ hujusmodi :

FATORVM MEMOR

CATELLIANVS COTTA IVRISCONSVLTVS

HOC SIBI SEPVLCHRVM PARAVIT

MDXXXII.

- I.** Statuta Mediolani cum Appostillis Clarissimi Viri Ju-
risconsulti Mediolanensis Domini Cottæ in melio-
rem formam , quam antehac Typis excusa , quibus
deinde copiosus adjectus est elenchus , unacum an-
notationibus quibusdam ad ipsa Statuta maxime
facientibus ab egregio Jureconf. D. Antonio Ru-
beo : nunc primum in lucem editus . Mediolani ,
apud Jo. Ant. Castellionum impensis D. Jo. Baptistæ
& Fratrum de Serono anno 1552. in folio , iterumque
Bergomi , apud Cominum Venturam . 1594. in fol.
- II.** Supplementum ejusdem Operis . Illud MS. se vidisse
in Urbe Laudensi asserit P. D. Gaspar Beretta in
Schedis suis .
- III.** Memorabilia ex variis J. U. Doctoribus collecta .
Basileæ , apud Oporinum . 1545. in fol. Venetiis . 1572.
in 8. & Lugduni , apud Antonium de Harfy . 1573.
in 8. jam tamen in eadem Urbe prodierat anno 1556.
item in 8. & in Ocean. Juris Tom. V. part. I.
In hujus Operis commendationem hoc cecinit Carmen
celeberrimus Andreas Alciatus .

Ecce aliquid mihi loquere , si placet . Placet .

Ego quis id operis fecerit , nescio . Scio .

Dic ergo num Castelliani Opus est ? Opus est .

Humanitatis studia igitur sapit ? Sapit .

Jurisperitus non ne etiam est bonus ? Bonus .

Id esse dicas quomodo potest ? Potest .

Num neminem scire hæc duo referunt ? Ferunt .

Pepi-

Papinianus alter an hic est. Hic est.

Hac vera cum sint credo uare; Vale. Vale.

IV. Recensio brevis insignium Jurisperitorum, & Doctorum: Incipit a Scævola clarissimo Juriscons. & definit in laudato Alciato; atque in eo Opusculo plurimum se Jasoni Mayno, atque Philippo Decio debere testatur. Extat in supradicto Opere inscripto: Memorabilia. Prodiit etiam cum libris IV. de Claris Legum Interpretibus Guidi Panziroli, & aliis de eodem argumento Scriptoribus, curâ Christiani Godofredi Hoffmanni. *Lipsia apud Jo. Frid. Gleditschium. 1721. in 4.*

Idem Opus extat in Tract. Magn. Tom. I. pag. 137.

V. De laudibus Patriæ Mediolanensis.

VI. Orationes aliquor.

Gemina hæc Opera laudat Picinellus, ex quo tamen pro consuetudine perraro, aut mutilatè solum res conscribente, noscere non licet edita fuerint nec ne.

VII. Epistola præfixa Cornelii Nepotis Operibus anno 1500. editis. De ea videndus Clariss. Saxius in Histor. Typog. ad eum annum, qui asserit ipsum constanter appellatum fuisse ubique Cajum Catellianum.

Auctorem nostrum commendant doctiss. le Clerc in lib. cui titul. Bibliothecæ Ancienæ, & Modernæ Tom. XIV. pag. 423. Teisserius in Catalogo Catalogor. pag. 52. Scipio Gentilis in Apologia Apulei pag. 428. Bayle in Dict. Critico. Jo. Jacobus Frisius in Biblioth. Paulus Moriggia Nobil. Mediol. lib. III. cap. IV. Salvator Vitalis in Theat. Cœment. 24. Siton. art. 371. & Picinellus pag. 133.

DCXLII.

COTTA CORNELIA.

ERuditorum, qui ex illustri Cottarum Gente procreati Insulariæ Metropolitim virtutis suæ radiis honestarunt, gloriam æmulata est Cornelia sexus, & patriæ suæ decus. Formam enim corporis, quâ omnium in se oculos trahebat, ingenii speciem, atque cultu ita adaugere studuit, ut doctrinam ejus cuncti admirarentur. Tam soluta, quam adstricta, numeris Oratione animi sui dotes in publicum sæpè protulit, mirantibus univèrsis tantam in foemineo pectore eruditionem. Floruit circa annum Redempti Orbis MDLXV.

Plura ipsam edidisse asserit Franciscus Augustinus ab Ecclesia Episcopus Salutiensis, inter quæ commemorat:

HIC HERLEMBALDVS MILES CHRISTI REVERENDVS
OCCISVS TEGITVR QVI COELI SEDE POTITVR
INCESTVS REPROBAT SIMONIAS ET QVIA DAMNAT
HVNC VENERIS SERVI PERIMVNT SIMONISQVE MALIGNI
URBANVS SVMMVS PRÆSVL DICTVSQVE SECVNDVS
NOSTER ET ARNVLFVS PASTOR PIVS ATQVE BENIGNVS
HVIVS MEMBRA VIRI TVMVLANT TRANSLATA BEATI.

Hæc de Sancto nostro exhibemus:

I. Lex adversus Sacerdotum conjugia: extat in Chronico Landulphi Senioris libro III. capite 20.

II. Ejus Concionum, quas ad Populum Mediolanensem habuit, passim meminit idem Landulphus libro III.

Ipsius Acta, & Arialdi singulari volumine complexus est Jo. Petrus Puricellus; qui etiam de eo agit in monumentis Basilicæ Ambrosianæ num. 277. & in Nazarianæ cap. XC.

Dedit ad eum litteras Gregorius Papa VII. quibus ejus confirmat constantiam, & modum tradit, quomodo se gerat cum illis, qui a schismate ad unitatem Ecclesiæ redirent. Datæ sunt Capuæ VII. Id. Octobris Indictione XII.

Alias etiam Datas Capuæ V. Kalend. Octobris die eadem, in qua ei nunciat Ecclesiastica negotia, & hortatur, ut pro defensione justitiæ viriliter agat.

Extant in Collec. Reg. Concil. Tom. XXVI. pag. 43. & 44.

Ibidem leguntur aliæ ejusdem Gregorii Litteræ ad Albertum Albensem Episcopum, in quibus eum hortatur, ut „ Herlembaldo strenuissimo Christi Militi, in iis,

A

I. Epistolas plures eruditissimas.

II. Carmina multa Italica; & ex his unum vulgo Sonetto, legitur in Libro inscripto: „ Tempio della Signora Donna Gerolama Colonna d'Aragona. Videndus citatus ab Ecclesia in Theat. Fœminar. Litterat. pag. 132.

DCXLIII.

COTTA HERLEMBALDUS.

Sanctus Herlembaldus Cotta nobilissimis ortus parentibus, & militari gloria illustris, cum Hierosolymitanum iter suscepisset, tantum ex sacrorum locorum aspectu concepit ardorem, ut relicto Sæculo Monasticam amplecti vitam meditaretur. Verum inde Mediolanum reversus, cum per ea tempora adversus corruptissimos Clericorum mores Sanctus Arialdus Diaconus strenuè decertaret, cognita Herlembaldi fide, constantiâ, & in agendis rebus prudentiâ, eum rogavit, ut secum contra Ecclesiæ hostes dimicaret, gratus id Christo asserens fore, quam si Monasticum subiret jugum. Aliquot igitur fidelibus comitantibus Romam perrexit Cotta, eumque honorificè exceptum Alexander II. pro Justitiæ & Ecclesiæ defensione tradito Beati Petri vexillo militare jussit. Id munus per annos duodeviginti laudabiliter exercuit, nec inter arma pietatis oblitus, ad pauperum sæpè pedes provolutus eorum tergebat sordes, & esuriem dapibus satiabat. Schismaticis usque adeo restitit, ut Chrismate ab ejus sectæ homine confecto ne dum Clericos uti non permisit, sed etiam humi fufum pedibus conculcaverit. Hoc adeo graviter tulerunt quamplurimi Cives & Milites, ut in Herlembaldum insurgentes armati, vexillum Sancti Petri dextrâ tenentem, undique circumventum, crebris ictibus confoderint anno MLXXVI. die X. Aprilis. Eum Urbanus II. Sanctorum Martyrum Fastis adscripsit, & cum Arnulpho Archiepiscopo in Templo Sancti Dionysii honorifico sepulchro tumulandum curavit anno MXCI. cum hac Epigraphe:

B

C

D

„ quæ ad Dei cultum, & ad religionem Sanctæ Ecclesiæ pertinent, manum auxilii præstet. Dat. Capuæ III. Id. Octob.

Aliæ ad Guilielmum Episcopum Papiensem, in quibus ejusdem Herlembaldi cum laude meminit; datæ eodem die.

De eo Baronius Tom. XI. Annal. ad annum MLXI. Bosca in Martyrologio Mediol. ad diem X. Aprilis, & alii apud eundem, & Puricellum.

Vide Sigonium de Regno Italiæ lib. VIII.

DCXLIV.

COTTA JOANNES STEPHANUS.

Petrus Cotta Ducalis Senator, quem haud multo post cum debitæ laudis encomio proferemus, ac Magdalena Leonatina Conjuges nobilissimi, Joannis Stephani eruditissimi filii virtute decorantur. Effulsit in eo mirus animi candor, fides, probitas singularis, & bonarum artium peritia usque adeo, ut nulla non

non commendatione, nullis non honoribus dignus haberetur. Juventam Romæ honestissimis artibus vacans transegit, ubi etiam fuit a Secretis Pontificiis, mox inter Apostolicos Abreviatores est recensitus. Ad res postmodum domesticas in patriam revocatus, non diu incognitus, aut inhonoratus mansit, nam ipsum Joannes Galeacius Francisci Sfortiæ Infubrum Ducis nepos a Secretis sibi esse iussit, ac ad Senatoriam postea dignitatem evexit. Ludovico Mariæ Sfortiæ usque adeo charus fuit, ut cum illius ex fratre neptis Blanca ad Maximilianum Cæsarem nova nupta deduceretur, satis perspectam habens Joannis Stephani doctrinam, prudentiam, & fidem, ab Epistolis Blancæ Augustæ eundem constituerit. In Germaniam profectus Maximilianum tam sibi demeruit, ut Senatoriis titulis, Equestribus ornamentis, & Magni Cancellarii dignitate honestari meruerit. His decoratus muneribus Italiam repetiit, regredientemque Ludovicus gaudens excepit, & rursus in secretum apud se Senatum cooptavit. Vir fuit eruditionis immensæ, quam & soluta, & adstricta numeris Oratione in publicum protulit. Doctis quoque aliorum laboribus favit, nam cum Julius Æmilius Ferrarius Novariensis suam pararet Aufonii Editionem, quam

A evulgavit anno MCDXC. perantiquum ejusdem Vatis Codicem, una secum pervolutasse Jo. Stephanum nostrum ipse testatur, quo purior, & castigatior Liber ille prodiret; ut videre licet in ejusdem Ferrarii Nuncupatoria ad Ambrosium Varisum, de quo loco suo agemus. Poëmata Cottæ, quæ plurima ad Amicos mittere identidem consueverat, arguta, lepida, venustatis ac leporis plena fuisse asserit Hieronymus Montius (cujus Elogium, ubi locus dabitur, recitabimus) in Oratione infra memoranda. Iterum hic Lectores monemus de Picinelli sphalmate, qui in hujus Scriptoris jejuno satis Elogio, Fratrem ejusdem asserit fuisse Catellianum Cottam, itemque indiscussum relinquit, an Joannes Stephanus idem sit cum Joanne, de quo supra se differuisse affirmat, tamen nullo de hoc Joanne Cotta in toto Athenæo quidquam proferat. Verum allucinatam fuisse arbitramur, atque Mediolanensem credidisse Joannem Cottam Veronensem non infimi nominis Vatem, cujus Carmina leguntur in Tom. III. Carmin. Illust. Poët. Itatorum, & inter Opera Fracastorii. Obiit Scriptor noster anno salutis MDXXV. atque in Ducali Sanctæ Mariæ Scalensis Templo conqueiscit cum hoc Elogio:

QVI REGVM PARITERQVE DVCVM QVANDOQVE SENATOR

QVI GEMINO ROMÆ FVNCTVS HONORE FVIT

PRÆFVERAT TVIS QVI REGIA BLANCA TABELLIS

PLVRIMA QVI POPVLIS SCRIPTA LEGENDA DEDIT

HÆC SACRA JOHANNEM STEPHANVM TEGIT VRNVLA COTTAM

QVÆ REQVIES LONGE SOLA LABORIS ERIT

OBIIT DIE XXIV. MARTII MDXXV.

Viri eruditionem ostendunt infra recensita
Opera:

- I. Joannis Stephani Cottæ Feudatarii Vallis Cuvii &c. Descriptio Vallis Cuvii metricè exarata. Hujus Operis partem edidit Lazarus Augustinus Cotta, Novariensium rerum diligentissimus Scriptor, in Verbanis Lacus Corographia, quam protulit in lucem sub nomine Statii Trugii Catelauni lib II. pag. 65. num. 108 Edit. Mediolanen. è prælo Gbissulphano anno 1699. in 4. Integrum tamen extat MS. apud amicissimum Sizonum; itemque apud clariss. Josephum Antonium Saxium.
- II. Carmina de Pace ad Franciscum Sfortiam Mediolani Ducem. MS. in Biblioth. Regia Parisien. num. 6502. ex Montfauconio.
- III. Ecloga Stephani Cottæ ad eundem Franciscum Sfortiam. Ex Indice libror. MSS. Francisci I. Regis Francorum; de quo laudatus Saxius.
- IV. Epigramma ad Lectorem præfixum est Carmimibus Platini Platti, de quo loco suo dicemus.
- V. Orationes.
- VI. Poëmata varia, quæ fortasse eadem sunt cum superioribus. Hæc memorat Hieronymus Montius loco citando.
Cottam laudant metricè Platinus idem pagg. 8. 14. & 20. Lancinus Curtius Sylvarum lib. III. pag. 62. ubi eum tanquam egregium Poëtam celebrat. Plura quoque ad eum dedit Epigrammata Nicolaus Seraticus in MS. alibi promendo.
Agunt quoque de ipso Montius laudatus in Oratione pro coopatione in Collegium J. C. G. Mediol. Pomponii Cottæ. Sizon. art. 213. & Picinellus in Athenæo pag. 329. qui ait alia hujus Auctoris MSS. Opera, illa tamen non indicans, servata fuisse apud Joannem Baptistam Blanchinum.

DCXLV.

COTTA MALCONVENTUS.

Cottarum nobilissimam Gentem ab ipsa Mediolanensis Urbis sæpè a nobis memorata restauratione, imò etiam antea floruisse, atque inter primarias computatam communi Scriptorum testimonio didicimus. Etenim in eis occurrit mentio Astulphi anno MCXCI. & Raynerii anno MCXCVIII. qui Consulatu Justitiæ fungentes Placita, sive Judicata apud J. C. & Advocatum Sizonum extantia condidere. Neque majorum suorum vestigia in Reipub. administratione videntur neglexisse Astulphus junior anno MCCLXXXIV. & Malconventus anno MCCLXXVII. eodem Magistratu bene gesto, & Placitis editis illustres. Horum tamen omnium, ut ita dixerim, Antesignanus, quemadmodum ætate prior, sic meritis in Patriam clarior extitisse videtur Malconventus senior, qui dum resurgeret è cineribus, atque ruinis Mediolanum anno MCLXXI. Consulatum gessit, ejusque memoriam in ævum duraturam infertus fornicibus Portæ Romanæ lapis, alibi jam a nobis in medium allatus col. 236. posteris non invidet.

Condedit Vir prudentissimus cum Collegis circa eundem annum

- I. Statuta Mediolanensis Reipublicæ, de quibus sæpe verba jam fecimus.
Ex Corio cæterisque Mediol. Historicis quos in celeberrima Collect. monum. famil. Mediol. citat Comes Octavius Archintus, & è schedis Sizonianis.

DCXLVI.

DCXLVI.

COTTA PETRUS.

EX Serando Cotta non infimæ inter Insubres nobilitatis Viro genitus est Petrus, quem Mediolanensem Rempubicam administrasse perhibent, tunc cum Duces XII. selecti sunt, qui patriæ curam gererent, prius quam Franciscus Sfortia ad Ducalem dignitatem eveheretur. Novo huic Principi charissimus fuisse traditur, ejusque nomine aliquot gessisse legationes. Postmodum amplissima Senatoria dignitate dignus judicatus est, habuitque in munere Collegam præstantissimum Syllanum de Nigris loco suo laudandum, cum quo etiam Ducali decreto ad Novocomensem Urbem missus est, ut municipales illius Populi leges reformaret. Juvat hic Lectoribus exhibere, quæ de tam præclaro Viro habentur in Oratione, quam Franciscus Philephus recitavit in nuptiis Joannis Antonii Simonettæ, ac Margaritæ Petri nostri Filix. „ Nam ut abs te incipiam castissima, pu-
„ dicissimaque puella Margarita, non potes tuorum
„ parentum non esse simillima. Sive enim ante ocu-
„ los tibi nobilissimam, & honestissimam matrem
„ tuam Magdalenam Leonatinam, sive patrem tuum
„ clarissimum, & gravissimum Senatorem hunc Pe-
„ trum Cottam proposueris, tanto debes accendi probi-
„ tatis desiderio, ut nisi quod honestum sit, & laudabile
„ apud omnes intelliges tibi esse in vita propositum.
„ Non enim es ignara quanto semper tum universa
„ Cottarum familia, tum ornatissimus Pater tuus
„ in splendore sit habitus. Nam ut antiquiora bre-
„ vitatis gratia conticefcam, nisi vir judicatus sem-
„ per esset probatissimus Pater tuus, nunquam præ-
„ stantissimus Dux Philippus tanti eum fecisset,
„ quamdiu fuit in vivis; neque Illustris. hic, atque
„ optimus Princeps noster ordini Senatorio ascripsis-
„ set. „ Claruit Petrus ab anno MCDXI. ad an-
„ num MCDLV. filiumque habuit eruditione spectabi-
„ lem Joannem Stephanum, de quo suo loco. Pruden-
„ tiæ igitur, atque doctrinæ ejus monumenta
„ sunt :

I. Statuta Novocomensis Urbis reformata. MSS. in fol. in Archivo ejusdem Civitatis.

Agunt de ipso Benedictus Jovius hist. Novocom. lib. I. citatus Philephus in Oratione laudata, quæ cum aliis ejus Operibus prodiit *Ventis*, apud *Frates de Gregorius* 1511. VIII. Kal. Octob. & *Siton.* art. 213.

DCXLVII.

COTTA POMPONIUS.

Joannem Antonium Cottam, Joannis Stephani a nobis jam laudati filium, atque Faustina Bagarottam conjuges Pomponius parentes habuit, qui legales Codices diligentissimè scrutatus, cum lauream promeruisset, anno MDL. Jurisconsultorum Mediolanensium Cœtui adscriptus fuit. In ejus cooptatione oravit Hieronymus Montius, ut dicemus, cum tempus adveniret. Post septennium in Canobiano Gymnasio Professor publicus eligitur, tum Auditor Sacræ Romanæ Rotæ anno MDLX. a Pio IV. Summo Pontifice, cui Collegii sui nomine luculentissima Oratione recens collatam Apostolicæ Sedis dignitatem fuerat gratulatus. In ea legatione habuit Pomponius Collegas Petrum Malumbram, atque Lucium Cottam gentilem suum. Neque vero illud prætermittendum videtur ad Scriptoris nostri gloriam, scilicet a Pontifice, qui recens in patriæ suæ gratiam sanxerat, ut Jurisconsultorum Collegiatorum unus in Romana Rota federet Auditor, Cottam inter alios tres ad eam dignitatem a Collegio postularos selectum fuisse, ut primus post datas concessionis litteras eo privilegio frueretur. Mirum qua doctrinæ, & æquitatis commendatione eximius Vir tantum munus ges-

Tom. I.

A ferit, dignus idcirco habitus a Gregorio XIII. qui Novariensi Ecclesiæ ob mortem Hieronymi Ragazzonii vacanti præficeretur, anno Christi MDLXXVII. die XIX. mensis Julii; cujus etiam Sedis anno subsequenti, die VIII. mensis Februarii possessionem iniiit. At vix expleto Episcopatus sui anno primo, qui fuit reparationis humanæ MDLXXIX. cum prius Concilio Provinciali V. a Sancto Carolo celebrato interfuisset; die XI. Septembris desideratus est, atque ibidem in Templo maximo conditus requiescit.

Pomponii eloquentiam Ferdinandus Abduensis Carmine celebravit, & idem præstitit Augustinus Niger J. C. Mediol. hoc Epigrammate, quod extat apud *Sitonum* pag. 99.

Orantem ut medio te vidit Cotta Senatu,

Quæ nullo vidit tempore Roma parem,

Sive suum dixit jasset te Insubria Civem,

Seu Genus, è Latio est sanguine noster eris.

Ibis Consilium in Magnum magis omnibus unus,

Quid Fura, & Leges, qui tuare sacras;

Præcipuum nobis, sic Roma invidit honorem,

Sic patriæ charo te abstrahit illa sinu.

Hæc habemus ingenii ejus testimonia:

- C**
- I. Oratio pro cooptatione Francisci Alciati in Collegio Jurisconsultorum Mediolanensium. MS. in fol. Extat in Biblioth. FF. March. Vicecomitum.
 - II. Oratio gratulatoria habita Romæ ad Pium IV. P. M. nomine Mediolanensium. Mediol. 1560. quam ex integrò per tenorem refert *Sitonus* citandus. Dicata est Petro Paulo Arrigono.
 - III. Decisiones, quæ partim in Novariensibus editæ sunt, partim in Archivo Sacræ Rotæ MSS. servantur testibus Cantalmajo in Syllabo; Fontana in Theatro legali part. I. aliisque infra citandis. Extant ad eum Epistolæ Francisci Cicerei in MS. Biblioth. supradicta FF. Marchionum Vicecomitum. Agunt de Scriptoris nostro Ughellus Ital. Sacræ Tom. IV. in Novariens. Lazarus August. Cotta in Museo Novar. part. II. pag. 161. Taëgius in Villa pag. 156. Hieronymus Montius in Orationibus. Ludovicus Jacob in Biblioth. Pontificia lib. II. pag. 427. *Siton.* in Chron. Jurisper. art. 454. aliique permulti.

DCXLVIII.

CRASELLUS GIFREDUS, sive GOFREDUS,
vel GUFREDOTTUS.

Gifredus, seu Gofredus, vel Gufredottus (omnibus enim hisce nominibus à Scriptoribus appellatur) cognomento Crassellus, Vir fuit de Mediolanensi Republica optimè meritus. Primum enim Anno MCXCIX. ardente inter Bonifacium, atque Gulielmum Montisferrati Marchiones ex una, & Alexandrinos, Astenses, ac Vercellenses ex altera parte cruento bello; cupientes Mediolanensis Reipublicæ Moderatores simul cum Placentinis tanto malo mæderi, Guifredottum, cum Goteano Mainerio Legatum miserunt, ut cum Antonio de Fontana, & Joanne de Bonamena Placentinorum Nunciis sedulo pacem ineundam inter contententes curarent. Iis ergo agentibus sancita est concordia die XXVIII. mensis Aprilis ejusdem Anni ad ripam Padi fluminis apud Pontisuriam non ignobile Montisferrati Oppidum; jurantibus nomine Marchionum pluribus è primariis eorum subditis, eos sanctè servaturos quæcumque Mediolanenses, ac Placentini hac super re statuissent. Superfunt, ut significavit nobis amicissimus, idemque doctissimus J.C. Joannes *Sitonus*, facti monumenta publica in Archivo Vercellensi, extantibus jurisjurandi Tabulis in Tom. I. fol. 145. Voluminum, qui appellantur *Bisfioni*. Post biennium Crassellus Ge-

Qq q

nuenfis

nensis Populi Præturam tanta cum laude administravit, ut quamvis cautum esset lege municipali, hunc Magistratum ad annum tantum conferri, Guifredotus nihilominus communi omnium consensu ad triennium officium ipsum gesserit. Anno postmodum MCCXIII. in Urbe Placentia cum potestate illi Reipublicæ præfuit; tum in Patriam reversus, Anno MCCXVI. cum Alberto Marliano, Fernando Crucejo, Menclotio Vicecomite, Rizolo Ottone ab Orto, aliisque aliquot Viris prudentissimis, à Jacobo Malcorigia Placentino Mediolanensium Prætorum, hortante Brunaxio Porcha Novariensi, qui anno præcedenti hujus Urbis Rempubliam rexerat, accedente etiam publici Consilii consensu, adhibitus est ad Opus conficiendum, quod infra dabimus. Hujus fortasse frater, & certè consanguineus fuit Ugo Crassellus, qui Anno MCCVIII. unacum Madalbergo Judex electus est in hac Urbe, atque die XV. mensis Martii, juravit cum Collega suo ad sancta Dei Evangelia, sacramentum recipiente Uberto Stricto Prætorum, se bona fide, & sine fraude, remotis odio, amore aliisque affectibus, recepturum lamentationes, & petitiones omnium hominum Civitatis, & Comitatus Mediolani, secundum rationem, & consuetudinem Regni, & Civitatum Lombardiæ; ut ex Tabulis eodem die, atque anno datis, quæ adhuc extant in libris citatis Archivi Civitatis Vercellarum Tom. II. fol. 89. Hæc ea sunt, quæ in tanta vetustate ex infra memorandis Scriptoribus excerpere licuit de Crassello nostro, cujus tamen postremum annum nullibi invenimus.

Operis hic titulus est :

- I. Consuetudines, quæ Mediolani pro legibus servantur in unum Volumen redactæ.
- Agunt de Guifredotto Chalchus ad Annum MCCXVI. & alibi. Chronologi Placentini in Collect. Muratorii. Comes Octavius Archintus in Collect. Monumentor. Familiar. Mediol. Iricus in Hist. Tridinen. ad Ann. MCXCIX. & Sitonius in Schedis.

D C X L I X.

CRASSUS BARTHOLOMÆUS.

EX Joanne Petro, atque Magdalena de Argentis Jugalibus natus est in Oppido Canturii Bartholomæus Crassus Vir summi ingenii, mihiq; olim, dum esset in vivis, summa conjunctus amicitia consuetudine. Litterarum studiis addictissimus tam humaniores litteras, quam sublimia Theologiæ arcana præclarâ diligentia scrutatus est, cum tantâ præsertim præditus esset memoriâ, ut Poëtarum, atque Oratorum, quos tanquam Magistros è vetustate petitos Eruditorum Coetus suspicit, & veneratur, integra prorsus Volumina, me pluries teste, atque admiratore, ex templo recitaret. In sacris scientiis Magister renunciatus, Congregationi Oblatorum SS. Ambrosii & Caroli nomen dedit; postmodum in Metropolitana non paucos annos animarum curam exercuit. Ejus eruditionem, & merita plurimi fecerunt Federicus Caccia S. R. E. Cardinalis amplissimus, Mediolanensis Archiepiscopus, ejusque Successores in utraque dignitate Joseph Archintus, & Benedictus Herba Odescalchus, quorum primo in Ambrosiana Cathedra sedente, inter Purpuratos Templi Maximi Canonicos cooptatus fuit Anno MDCXCIV. Hinc ad Pœnitentiarii Majoris dignitatem evehi promeruit, & Monialium in urbanis Asceteriis degentium Vicarius Generalis est constitutus. Synodalis quoque Examinatoris, & pro Eminentissimis Archipræfulibus librorum Censoris officia plures annos obivit. Interim tamen infatigabilis studiorum cultor Eloquentiam, quam Majoris Seminarii Alumnis dudum tradiderat, in Palatinis Scholis publicus Rhetoricorum Interpret ad extremum usque senium docuit, donec fractus laboribus, munus ipsum transtulit in Nepotem. Ca-

A rolo Mariæ Maddio Vati præstantissimo, filioque illius Michaëli (quorum Elogiis Collectionem hanc nostram exornabimus) charissimus fuit, & litterarium cum eisdem ferè diuturnum commercium habuit. Non semel è suggestu magna cum adstantium admiratione Sanctorum Encomia pronunciauit, quemadmodum etiam in præfato Palatino Gymnasio eloquentissimas Prolusiones recitavit. Inter ipsas ea memorabilis, in qua Poëtarum fermè omnium, qui laudatis vixere sæculis, stylum tam egregiè imitatus est, ut circumfidentes non Crassum, sed Vates ipsos loquentes audire sibi viderentur. Magno affectu Eruditos omnes, amicosque dolore, me præsertim omnium quidem minimum, sed amantissimum, tanti Viri mors, quæ accidit die XXIX. mensis Novembris, Anno Christi MDCCXXXIV. ætatis suæ LXXXVII. In communi Canonicorum Ordinariorum Polyandro conditus conquiescit. Dolendum interea bonis omnibus est, quod nec Sui, nec Scientiarum in hac Urbe cultores hujus Viri verè docti Scripta, quæ ipse neglexit, accuratius servaverint: periire igitur, & pauca tantum me piget infra indicare posse.

- I. Prolusiones in Palatino Gymnasio habitæ. Nonnullæ apud Suos supersunt, aliæque sparsim. manibus ejus Amicorum circumferuntur.
- II. Carlo Borromeo Santo a sè stesso, alla sua Diocesi, ed a tutto il Mondo, Panegirico detto in Duomo li VI. Novembre MDCLXXX. Milano nella Stamperia Arcivescovile, in 8. Hæc una inter tot, quæ Auctor summo cum plausu pluries recitavit, superest.
- III. Genethliacum, in libro cui titulus: „Descrizione dell' Allegrezze fatte in Milano per la nascita dell' Arciduca d'Austria Principe d'Asturias. Milano, 1716. Hoc tantum ejus ingenii minimum monumentum in Latina Poësi mihi datum est referre, est mihi tam eadem lingua, quàm Italica ipse & composuit, & ediderit suppresso quoque nomine.

D C L.

CRASSUS FRANCISCUS.

Nobilissimam æquè, ac vetustissimam apud Insubres Crassorum gentem non minus Romæ Purpuræ splendore, quam eruditionis suæ fama ornavit Franciscus Petri Antonii Jurisconsulti clarissimi, atque Lauræ Balsamæ conjugum filius. Is enim vel ab incunabilis aliquid solito majus portendere visus, incomparabili diligentia in pueritia humaniores litteras, & eloquentiæ præcepta, & in adolescentia Leges didicit. Susceptis Doctoratus insigniis, & Jurisperitorum Collegio Anno MDXXVIII. aggregatus, mox inter LX. Patriæ Decuriones censerî promeruit. Tum Regii Fiscii Advocatus generalis renunciatus, ob bene gestum munus Cremonensi Prætura ad quadriennium, atque Senatoria Cathedra decoratur. Præter etiam constitutus est ejus Magistratus, quem ordinariorum reddituum nuncupamus. Urbis Mediolanensis nomine Legationem obivit ad Carolum V. Cæsarem, cum primùm hic Januam appulit, ejusque adventum eloquentissima Oratione gratulatus est. In hujus quoque Augusti funere publicè in Metropolitana oravit, non sine ingenti auditorum omnium plausu. Rapiebatur interim suavi quodam impetu ad Ecclesiastica munera, Virum Deo ipso ducente, ad summos in Christiana Republica honores. Sacris idcirco initiatus, atque Romam contendens, à Pio IV. quo cum ei semper fuerat ob communis patriæ, & amicitia veteris vinculum necessitudo, benignè suscipitur, atque Apostolici Protonotarii dignitate ornatur; tum Bononiæ Patriæ meæ dilectissimæ regendæ præficitur. Tandem perspectis Francisci eruditione, moribus, & virtutibus, die XII. Martii, Anno post Christum natum MDLXV. Diaconus Cardinalis Sanctæ Lucie in Septifolio renunciatur, rem in primis urgente Sancto Carolo Borromeo. Presbyter postmodum tituli Sanctæ Cæcilie electus, interfuit Comitibus, in quibus Pius hujus nominis V. fan-

sanctissimæ, semperque memorandæ virtutis Pontifex ad Apostolatus apicem ascendit. Eo sedente, in alma Urbe morte sublatuſ est calculi morbo Kalend. Septemb. Anno MDLXVI. Cadaver primum in Ecclesia Sanctæ Cæcilie repositum, mox in Patriam translatum in Templo Sanctæ Mariæ Pacis apud Mi-

nores Observantes marmoreo Tumulo illatum fuit, quod adhuc visitur in Sacello à piissimo Præsule adhuc vivente Sancto Francisco excitato. Illius memoriam Petrus Antonius, & Hippolytus filii, antequam clericalem amplecteretur vitam geniti, hoc Elogio servatam posteritati voluere.

D. O. M.

FRANCISCO CRASSO PETRI ANT. F. I. C.
 ADVOCATO FISCO PRAEF. RERV. CAPITAL. SENAE
 PRAET. VRBANI III. MAGISTRO QVAESTORE ORDINARIO.
 SENATORI CONSILIARIO PRINCIPALI QVAESTORI
 PRAEF. VRBIS SENAE ET
 BONONIAE CARDINALI
 QVI VIXIT AN. LXVI. MORTVVS EST ROMAE
 KAL. SEPT. ANNO MDLXVI.
 ET IN MONVMENTVM CELLAE HVIVS
 QVAM DIVO FRANCISCO V. F.
 INFERRI VOLVIT
 PETRVS ANT. ET HIPPOLYTVS PARENTI
 OPT. MER. POS.

De eo hæc scribit Marcus Litta de Urbe Mediol. fol. 24. „Habemus Franciscum Crassum Senatorem, ac Quæstorum Præsidentem prudentissimum, de quo à me hi versus scripti fuerunt:

*Lucius ut quondam Romana Crassus in urbe
 Dicendi egregia clarus in arte fuit,
 Sic quoque Francisco legum prudentia Crasso
 Illustrem famam contulit, atque decus.*

Ipsius Scripta nunc indicamus:

- I. Novas Constitutiones compilavit, & in ordinem redegit jubente Carolo V. anno MDXLI. die XIII. Octobris.
 - II. Constitutionum ipsarum Indicem confecit.
 - III. Oratio habita Mediolani in Templo Majori ad Cæsarem die XXIV. Augusti MDXLI. *Mediol. apud Malatestam, in 4. ex Cinelli Biblioth. Vol. Tom. III.*
 - IV. Oratio in funere Caroli V. Mediolani, apud Franciscum Mosebomium, 1559. in 4.
 - V. Commentaria in Jus Civile.
 - VI. De Officio Quæstorum.
 - VII. Aliæ Orationes variae latine.
 - VIII. Epistolæ plures à Scriptoribus ejus Vitæ enunciatae. Nos verò tot vidimus ad Sanctum Carolum Borromæum scriptas, ut ex ipsis integrum Volumen effici potuerit, in magna Collectione Ambrosiana, de qua multis in locis dictum.
 - IX. Carmina plura.
 - X. In lib. cui titulus: „Rime della Signora Tullia d'Aragona, e di diversi a lei. Venezia, per il Giolito, 1560. in 12. extat Carmen ad Franciscum nostrum, cum ipsius Responsione.
- Antonii Mariæ Venusti Oratio nomine Liberalium Artium Bononiensis Academiæ in adventu Francisci Crassi JC. Senatoris Mediolanens. Protonot. Apostolici, & Bononiæ Governoris. *Bononia 1565. in 4.* In ea meminit duarum Orationum à Crasso habitarum, una Januæ in adventu Caroli V. Cæsaris, dum cum Barbavaria pro Civitate Mediolanensi apud eum Legatione fungeretur; altera Funeris ejusdem Cæsaris, de quibus supra.
- Extat Epistola Abbatum Collegii J. C. C. Mediolani ad D. Carolum in commendationem Francisci Crassi, ut ei Sacram Purpuram à Pio IV. impetret, inter Epistolæ Sancti Caroli MS. in Ambros.
- Leguntur ad eum plures Epistolæ Francisci Cicerei,

dum Crassus esset Annona Præses: Extat in MS. Biblioth. Monachor. S. Ambr. sign. A. num. 18.

Tres ad eum dedit litteras Julianus Gofelinus, quarum prima data est Mediolani die XIII. Februarii MDLXV. ad Crassum tunc Bononiæ Governatorem, cui commendat Josephum Bettussi, & laudat Comitem Annibalem de Lambertinis primum in ea Urbe Equitem, & de ipsa optime meritum. Altera data est Mediolani die XXIX. Novembris, quâ responderet ejus litteris, & de pluribus negotiis agit. In tertia ad Crassum jam Senatorem Mediolanensem de familiaribus rebus suis tractat; in quarta verò data Mediolani die XVI. Martii MDLXV. ei gratulatur collatam Purpuram. Extant inter Epistolæ Gofelini editas *Venetis 1592.*

Videndi Giacconius, Eggs Purpura Docta, Sironus pag. 109. art. 416., & Picinellus pag. 211.

D C L I.

CRASSUS FRANCISCUS alter.

Nominum, & cognominum similitudo Auctores non rarò in errorem inducit, ut sæpe unum è duobus efformet, & Opera à diversis elaborata simul subjiciat. Id nos in præsentiarum manu, ut dicitur, tangimus, dum Francisci Crassi Cardinalis Opera colligentes, in alterum Franciscum Alberti filium, Causidicumque Collegiatum incidimus tanto Viro cognominem, & affinem, cujus Lucubrationes quotquot de Cardinali scripsere, cum aliis ab eo compositis confuderunt. Parcendum tamen cruditissimis Scriptoribus sentimus, cum & regionum distantia, & ex aliorum fontibus hausta monumenta dignam excusationem præterant. Nos quoque fortè idem sphalmam devios traxisset, nisi diligenter inspectis ipsis Libris veritatem expiscari licuisset. Utinam verò Franciscus hic noster aliquid de se scripsisset. Verum non modicum splendoris in eum redundat ex affinitate Præsulis adèd celeberrimi, quod unum est ab ipso Scriptoris indicatum. Claruit ab Anno MDXXIV. ad MDXLIV. ut nobis significavit JC. & Advocatus Sironus, qui etiam Genealogicam ejus seriem, à Guidone Crasso Anno MCCXXXIV. vivente

re deductam, ad Operis hujus commodum humanissime suppeditavit, & apud quem sunt ejusdem Familiae monumenta.

Hic interim subjicimus ab eo conscripta:

- I. De Origine Juris Mediolanensis: Libellus ad Alphonsum Davalum Principem, & Vasti Marchionem, Locumtenentem Generalem Status Mediolanensis. *Mediolani, apud Vincentium Gallum Calcographum Anno Dom. 1544. in fol. Extat quoque in libro Constitutionum Domini Mediolanensis Novaria impresso 1567.*
- II. Notae ad Novam Constitutionem de abolitione criminum ob publicam laetitiam sacratissime Pacis Anno MDXLIV. peractae. Ad Magnificum Equitem, & Clarissimum Jurisconsultum Franciscum Crassum Cæsareum Senatorem, ac Cremonae Praetorem; cum Epistola nuncupatoria, in qua sic legitur: „ Accipe igitur hilari fronte affinis, & amici hominis parvulum munus, quod si gratum fuisse intelligam, dabis ansam multa alia edendi, tuo sub nomine, & praesidio &c. Extant ibidem.
- III. Notae ad Alphonfi Davali Decretum super Annata exigenda. Extant ibidem. Alia fortasse scripsit, quae nos Cardinali tribuimus, sicut & de his superius recensitis alii fecerunt. Lectores tamen optimos id nobis crimini non duros esse confidimus, cum monumentorum inopia laborantes ea seligere, & singillatim distribuere non valeamus.

DCLII.

CRASSUS JOANNES BAPTISTA.

Medio ferme Saeculo XVI. Joannes Baptista Crassus Mediolanensis Michaële genitus, & Poësi clarissimus inter Eruditos Infubres magnam sibi famam acquisivit. Musarum amorem, & pangendi Carminis rationem hausit à doctissimo Vate Publio Francisco Spinula, cujus laudes, cum tempus erit, proferentur. Tantum discipulum adeo dilexit Praeceptor, ut eum etiam versibus elegantissimis commendaverit. Haud dubium plura eum scripsisse, cum nemo repente summus fiat, sed omnia, quod sciamus, periere, ideo tamen quod unicum ejusdem superfit Carmen satis quidem prolixum infra memorandum, Crassum inter minoris notae Scriptores non rejecimus, cum ex hoc uno satis pateat summo ipsum loco fuisse, ob eamque causam hoc loco dignissimus judicetur.

Supereft illius

- I. Carmen Phaleucium satis, ut jam diximus, prolixum. Extat in fine libri Publii Francisci Spinulae jam memorati, cui titulus: De intercalandi ratione corrigenda. *Venetis, 1562. in 8.* Plura ad eum scripsit Epigrammata citatus Spinula, quae leguntur inter hujus Carmina loco suo proferenda. Agit de ipso Picinellus in Athenæo pag. 280.

DCLIII.

CRASSUS NIGER.

Vetustatem Familiae Crassae in Urbe Mediolanensi, rejectis eorum assertionibus, qui superiorum saeculorum more eam à Romanis deducunt, satis superque testatur Niger ex ea Gente progenitus, unus inter eos Patriae suae amantissimos Civis, qui excisam aliquot ante annos à Friderico Enobarbo, ut saepe jam diximus, Urbem denuò excitarunt; legibusque prudentissimis exornare studuerunt. Sed non intra Mediolani moenia tanti Viri praecleara virtus includi potuit; Anno enim MCLXXV. cum Parmensis populus Consularem administrationem pertæsus, more aliarum Italiae Urbium Praetorem sibi eligere statuisset, primus omnium ad eum Magistratum gerendum assumptus est. Munus sibi demandatum strenuè administravit, multaque egisse perhibetur ad ejus Urbis utilitatem, inter quae memorandum illum Parmensibus Carrocii construendi Aucto-

rem fuisse. Majora tamen praestitit Patriae prudentiae suae argumenta, nam Anno MCLXVII. cum aliis, quorum in hac Collectione nostra passim occurrunt nomina, condidit

- I. Statuta Mediolanensis Reipublicae. Laudatur à Sigonio de Regno Ital. lib. XIV. col. 798. edit. nostrae, & in Collect. Monument. Familiar. Mediol. Comit. Octavii Archinti plures citantis Scriprores.

DCLIV.

CRASSUS PALIUS, sive PALIA.

Majorum suorum vestigia, qui multa eruditionis argumenta posteritati reliquerunt, secutus est Palius, seu Palia de Crassis (utroque enim nomine in Scriptoribus nuncupatus occurrit) hujus Urbis Civis praestantissimus. Quanta esset existimationis in Patria, facile noscimus ex munere, quod Anno MCCCCI. in Mediolanensi Republica administravit. Cum enim ea tempestate XII. Rectores huic Metropoli praesentent, cuperentque Municipalis Juris Codicem aliquot ante annos congestum edere, quantumliceret optimè dispositum, atque recognitum VI. prudentibus Viris ex toto Civium numero selectis id negotii demandarunt. Eos inter enumeratus est Auctor noster, eoque Anno in publicum cum Collegis suis protulit

- I. Jus Municipale Mediolanensis Reipubl. ordinatum, & recognitum. Ex Collect. Monument. Familiar. Mediol. Comit. Octavii Archinti, qui plures citat Auctores.

DCLV.

CRASSUS PETRUS.

Petrus Crassus, quem Picinellus vix de nomine salutavit, Martinus Mediolani genuit. Quanta hic fuerit eruditionis multos ejusdem litterarii labores, quos citatus Picinellus ignoravit, satis superque docent; quos infra recensendos, magna diligentia, ut Lectores facile perspicient, multis è Scriptoribus expiscavimus. Jurisprudenciam, quam sedulo didicerat, in Ticinensi Archigymnasio plures per annos interpretatus est. Ejusdem Urbis civitatem adeptus fuit, idque in causa est, quare à nonnullis inter Papienses Scriptorum recensetur. Veram tamen illius Patriam indicant publicae Tabulae, quas nobis suppeditavit humanissime, amicissimus JC. Sironus, datae Anno MCCCCXCIV. die X. Martii, ubi haec leguntur: „ Spectabili, & eximio Juris utriusque Doctori Domino Petro de Grassis de Mediolano Civi, & habitatori Civitatis Papiæ, & in foelici studio Papiensi legenti &c. „ Alia insuper Anno MDXXV. die XXI. Augusti post Petri obitum exaratae, ubi sic: „ Spectabilem Dominum Ludovicum de Grassis filium, quondam Magnifici, & Clarissimi Juris utriusque Doctoris Domini Petri Civem Mediolanensem, & Papiensem &c. Alia de tanto Viro frustra quaesivimus.

Eruditionem autem illius haec ostendunt:

- I. Repetitio in C. Cum ad Sedem. De restitutione spoliatorum. In Tomo III. Repetit. Juris Canonici.
- II. Consilia. Extant inter ea Joannis Baptistae Martianensis Forolivienensis, impressa *Venetis, 1673. in fol.* Ex Fontana in Biblioth. Legali. Quae sequuntur Opera indicat Bonifacius Simonetta, loco suo laudandus, in sua Historia Persecutionum Christianarum lib. II num. VI.
- III. Tractatus, cur ignorantes, & rudes somno facilius capiuntur.
- IV. Explicatio duarum Legum Aegyptiarum, quarum prima est: De reddenda à Regibus, & Provinciarum Praesidibus sui regiminis ratione; altera de mortuorum cadaveribus accusandis, & inter creditores dividendis, si vitam ignominiosè duxissent.

V. Emes.

- V. Emendationes in Baldum de Perusio super VII. Codicis. Illud Opus edidit Crassus Anno MCCCCLXXVI. de quo Clariss. Saxius in Typographica Historia. Extat ad eum Carmen Phaleucium Lancini Curtii in lib. VI. edit. Mediol. 1521. pag. 82. Ex Schedis Sitonianis, & Picinello in Athenæo p. 462.

DCLVI.

CREMONA ANTONIUS.

Utinam de Antonio Cremona dicturos nos in præsentiarum non adeo urgerent Typographi, nam nescio quomodo è manibus mihi effugerat, ideoque melius liceret scrutari, idem ille sit, nec ne quem aliquibus in Opusculis infra memorandis invenimus Fratrum Minorum Regulam professum fuisse. Patriam sane illius apertissimè novimus ex verbis Leonardi Aretini, qui in Epistola ad ipsum data, & inter hujus Litteras impressa lib. VII. pag. 322. hæc ait: „ Quum præstantissimus Laudensis Episcopus „ me tuo nomine litteras flagitasset, cogitavi si scribendo lucri facere aliquid a te possem. Fœnerator enim litterarum esse consuevi; pluraque repetere quam dare. Vellem igitur scire abs te, „ quandoquidem tu Mediolanensis es, ac patriæ tuæ „ conditiones tibi notissimas esse decet; fato ne fieri „ putes, an aliqua evidenti ratione, ut Mediolanum „ Urbs tam populosissima jam diu fuerit, atque sit „ &c. Cœvus certè fuit Cremona Francisci Barbavariæ, Aloysii Crotti, Antonii Panormitæ, Cambii Zambeccarii, Antonii Pessinæ, Lancellotti Crotti, aliorumque apud Infubrum Duces variis muneribus clarorum medio fermè sæculo XV. Eloquentissimum fuisse patet non ex illius tantum epistolis latinis haud multo post memorandis, verum quoque ex responsionibus Eruditorum, Panormitæ præsertim, qui eum summis celebrat encomiis, tametsi cum cæteris laudum parcissimus semper esse consueverit. Interea dubium nobis ingerit Auctor ipse, nam in epistola ad Antonium Pessinam scripta, dataque apud Ticinum sine anno, sic se subscribit: „ Tuus Frater „ nimus Antonius Cremona Ordinis Minorum. Quamvis enim fieri potuerit, ut retento, quod in sæculo gerebat, nomine ad Religionem convolverit, non ideo tamen idem, atque ipse videri potest, qui in aula Principum Mediolanensium versatus diu claruit. Quidquid hac de re sit, cum instituti nostri Opera tantum Eruditorum proferre sit, libentissimè discutiendum aliis relinquimus unus, an duo sint, de quo nunc agimus, certiora tamen daturi, ubi reperire liceat, in Addendis.

Invenimus hæc ab eo scripta:

- I. Epistolæ plures Latine ad Varios, inter quos Joanni Petrasanctæ, Antonio Panormitæ, Laurentio Romano, & Lancellotto Crotto, cui mittit Orationem Panormitæ in ejus laudem. Extant omnes inter Epistolas Antonii Panormitæ supradicti, quarum major pars ad Auctorem nostrum conscriptæ sunt, ipsumque Virum eloquentissimum vocat. Visuntur in Codice Biblioth. Ambros. MS. signato H. num. 49. in fol.
- II. Aliæ plures ad Antonium Pessinam, atque ad eundem Panormitam, cui Opera quædam sua tribus Codicibus comprehensa mittit, ejusque expectat judicium, aliæ ad Lancellottum Crottum Virum doctissimum. Extant in duobus MS. ipsius Bibliothecæ signat. M. num. 40. & 44. in 4.
- Reperiuntur etiam aliæ Epistolæ Panormitæ ad Cremonam in altero MS. ejusdem Biblioth. signat. O. num. 57. in 4.
- Præter jam supra enunciata Epistolam Leonardi Aretini, legitur ad Cremonam alia Poggii Florentini factis erudita inter hujus Litteras MSS. ibid. servatas. Signat. Q. num. 115. in fol.

Tom. I.

DCLVII.

CREMOSANUS MARCUS.

Quantum Mediolanensem hanc Urbem Patriam suam adamaverit Marcus Cremosanus haud difficile ostendit ejus diligentia in colligendis singulis, quæ ad eandem spectant, à pluribus Auctoribus ab ædificatione Urbis inchoando, reliqua vero ab anno MDCXLII. ad MDCXCI. ab ipsomet aut inspecta, aut audita diligenter narrando. Neque minorem impendit curam in coacervandis undique Insignibus Familiarum, & Provinciarum in eo ingenti Volumine, quod mox recensēbimus. Nemo tamen existimet Opus hoc farraginem tantum inconditam Stemmatum esse, quemadmodum plures extant apud nonnullos etiam in hac Metropoli, qui a credulis nimium Civibus & Exteris, confictis quandoque gentilitiis signis, nummos aucupari consuecunt. Auctor enim noster impossuram hujuscemodi indignatus, summa fide in Opus suum intulit Stemmata, quorum ornamenta, & colorum significationes eruditè admodum explanavit. Coadjutor fuit publici Tabellionis, quem Cameralem appellant, & ordinariorum Reddituum Magistrui plures annos in eo munere infervivit. Floruit, ut ex Opere primo loco memorando erui potest, usque ad annum MDCXCI.

En. ejus Opera:

- I. Memorie storiche di Milano antiche, e moderne fino all' anno 1691. MS. in fol. Servatur apud Comitum Constantium de Abdua; exscriptus ex Autographo olim spectante ad Danieleum Porrum Basilicæ Laurentianæ Canonicum, de quo infra littera P.
- II. Galleria d'Imprese, Arme, ed Insegne, di varj Regni, Ducati, Provincie, Città, e Terre dello Stato di Milano, ed anco di diverse Famiglie d'Italia, con l'ordine delle corone, cimieri, ed altri ornamenti spettanti ad esse, ed il significato de' colori, ed altre particolarità, che a dette Arme s'appartengono, di Marco Cremosano Regio Coadjutore del Notaro Camerale nel Magistrato Ordinario. MS. in fol. Autographus, in Biblioth. Collegii Juris-Consult. Mediolanensium, quem mihi indicavit J. C. C. Joseph Landrianus pluribus in locis à me laudatus.

DCLVIII.

CRESCENTINUS ANGELUS BENEDICTUS.

Angelus Benedictus Crescentinus Gulielmi, & Violantæ Bichieræ conjugum filius, primam lucem aspexit Mediolani die XIX. mensis Martii, Anno Salutis nostræ MDLXXXIV. Adulta vix ætate sacram secutus militiam, humanas, divinasque litteras sub optimorum Præceptorum disciplina in majori Seminario audivit, & Lauream in Theologia consecutus est. Oratoriam facultatem usque adeo coluit, ut cum è suggestu diceret, omnium plausum assequeretur. Oblatis SS. Ambrosii, & Caroli adscriptus, in Helvetiorum Collegio Rhetoricam docuit, studiorumque Præfecturam gessit. Die IV. mensis Februarii, Anno MDCXVI. Canonicatu, & Præbenda Theologica in Templo Maximo Cremonensis Urbis est potitus, id in primis curante Joanne Baptista Brippio Mediolanensi, qui tunc in Episcopali Cathedra ibidem sedebat; datis enim ad Cardinalem Archiepiscopum Federicum Borromæum litteris, *Benedictum Crescentinum Theologum clarissimum, & optimis ornatum moribus* (ut ipsius verbis utar) sibi ad idem munus evehendum concedi enixius postulavit. Quanti eum Brippius faceret, vel ex eo percipi potest, quod præter officium Consultoris Sanctissimæ Inquisitionis, Monialium primùm, deinde totius Diocesis Visitatorem, postremo Vicarium Generalem eundem constituerit. In ipsa

R r r

Ca-

Cathedrali Sacros Codices publicè interpretatus est, mirantibus omnibus eruditionem, pietatemque tanti Viri, qui non verbo solum, sed & exemplo cæteris prælucebat. A Cardinali Apostolicæ tunc Sedis Legato Ferrariam, ut Theologi apud eum munere fungeretur, adscitus, honorem ultrò delatum modestè recusavit. Petrus Camporeus Cardinalis, ejusdem Cremonensis Ecclesiæ laudatissimus Antistes, Scriptoris nostri operâ, in populo sibi commisso gubernando, plurimum usus est, præsertim verò in Synodo, quam habuit, cujus decreta Angelus Benedictus cum omnium plausu condidit, & ut infra dicemus, in lucem edidit. Nec minori in estimatione fuit apud Franciscum Vicecomitem, qui & ipse post Camporeum sacra Cremonensibus Juradabat, etenim Sanctionum regimini Præfecturâ Crescentinum decoratum voluit. Dum hoc postremum officium vigilantissimè administraret fato sublatu est Anno MDCLVII.

Ipsius nunc Opera indicamus :

- I. Synodus Diocesana Cremonensis sub Cardinali Petro Camporeo celebrata Anno MDCXXXV. Hanc Typis datam asserit Picinellus, sed annum, locum, & Typographum, juxta solitum, silentio involvit.
- II. Volumina plura Concionum MSS.
- III. Lezioni sopra la Sacra Scrittura da lui dette nel Duomo di Cremona. MSS. ex eodem Picinello. Agunt de eo Joseph Bressianus in serie MS. Canonico. Eccl. Cathedral. Cremonæ ad Annum MDCXVI. & MDCLVII. Jo. Petrus Puricellus in Vita SS. Arialdi, & Herlembaldi lib. 1. cap. 25. num. 15. pag. 55. Sitonius in Schedis, & Picinellus in Athenæo pag. 32.

DCLIX.

CRESCENTINUS GULIELMUS.

Angeli Benedicti, cujus mox elogium dedimus, frater fuit Gulielmus Crescentinus, Patriis nomine appellatus, quòd post ejus decessum in lucem editus fuerit die XXVIII. mensis Octobris, Anno Redemptionis MDXCII. Eruditionem, quam in germano omnes mirabantur, æmulatus, quemadmodum ille sacris excelluit, sic iste Legalibus studiis emicuit; quibus ritè emensis in utroque Jure lauream promeruit Pisis, Anno MDCXV. Mox in Patriam reversus tantâ clarere cœpit doctrinæ famâ, ut brevi inter primarios causarum Patronos fuerit computatus, eximia semper cum laude tam ab Excellentissimo Conscripserum Patrum Ordine, quàm etiam à reliquis Tribunalibus exceptus. Tum Regius Syndicator, & Triviliensis Castri Prætor est renunciatus Anno MDCXXI. Præclarum etiam virtutis ejus testimonium habemus, munus scilicet Locum Tenentis Generalis penes Regium Auditorem item Generalem Exercituum, Rei tormentariæ, atque Castrorum universæ ditionis Mediolanensis, Pedemontii, & Lombardiæ, ad quod assumi meruit Anno MDCXXXVIII. Auditor postmodum Commissarii, ut vocant, Generalis Exercituum in præfato Mediolanensi Dominio constitutus, demandatam sibi provinciam strenuè administravit ab Anno MDCXLI. usque ad MDCL. quo die XX. Augusti mortalibus valedixit.

Doctrinæ illius hæc sunt reliqua :

- I. Consultationes Legales plurimæ, quæ partim typis impressa, partim MSS. extant in Collectionibus J. Consultorum Mediol.
- II. Vota tam Fiscalia, quàm ad res militares pertinentia, in pluribus Voluminibus MSS. possidebat J. C. & Regii Fiscii Patronus Joseph Benalia, de quo jam egimus. Ejus meminit Picinellus in Articulo fratris sui Angeli Benedicti pag. 32. & Cl. Sitonius in Schedis.

DCLX.

CRESCIUS JOANNES FRANCISCUS.

In Joanne Francisco Crescio Mediolanensi, quem Picinellus loco infra memorando Franciscum tantummodo appellavit, vix percipi potest quòd in arte bene calamo fingendi litteras diligentia pervenerit; is enim omnium primus fuisse traditur, qui eam scribendi rationem invenerit, quam vulgò dicimus *Littera Cancellaresca*. Summam laudem consecutus est non in Patria solum, sed etiam in Urbe Roma, ubi plures per annos artem præclarissimam tradidit in Principum præsertim aula magno usui semper futuram, & quod plus est Sanctissimi Pii V. Pontificis familiaris, atque continuus commensalis necnon Capellæ Pontificiæ Scriptor extitit, ut ex Privilegio ejusdem Pontificis noscitur Operi suo præfixo, in editione sequenti impresso, dato Romæ VII. Id. Martii, Pontificatus sui anno VI. Federico quoque Borromæo S. R. E. Cardinali, Mediolanensi Archipræfule, atque litteratorum omnium Mecænati incomparabili, acceptus inter primos fuit, cui etiam Opus suum III. loco commendandum nuncupavit. Floruit ab initio ad medium ferme superioris sæculi.

Edidit :

- I. Il Perfetto Scrittore di M. Gio. Francesco Cresci Cittadino Milanese, dove si veggono li veri caratteri, e le naturali forme di tutte quelle forti di lettere, che a vero Scrittore s'appartengono, con alcune altre da lui nuovamente ritrovate, ed i modi che deve tener il Maestro per ben insegnare. Venezia, per il Ramparretti, senz' anno, in 4.
- II. Quattro libri di caratteri, ed esempj. Eos laudat Moriggia loco citando, uti ab Auctore dono datos Cardinali Federico Borromæo.
- III. Idea, con le circostanze naturali, che a quella si ricercano per possedere legittimamente l'arte maggiore, e minore dello scrivere di Gio. Francesco Cresci Inventore di veri carateri latini, formati, cancellereschi, e corsivi, e Maestro de' migliori scolari d'Italia. Milano, per il Nava. 1622. in 4. Opus hoc imprimi curavit Auctoris filius, qui asserit Patrem suum illud scripsisse in ultima senectute.
- IV. Caratteri, ed esempj del famoso Scrittore Gio. Francesco Cresci nobile Milanese, con aggiunta d'alcune regole per ben scrivere, dati in luce da Gio. Battista Bidelli. Milano, per il Gbissolpi. 1638. in 8. De eo Moriggia de Nobilit. Mediol. lib. III. cap. 21. & Picinellus in Athenæo pag. 209.

DCLXI.

CRESPIUS ALEXANDER.

Alexander Crespius, a patria, quæ illi fuit Bustum satis celebre Mediolanensis Ducatus Opidum, cognomen sortitus, & haud infima ortus familia, circa medium mox elapsi sæculi Evangelicæ paupertatis amore ductus, paternæ domus commoda, Ordinem Capuccinorum ingressus, ingenti cum animi alacritate despexit. Studiorum curriculis strenuè emensis, sacram eloquentiam apprime exercuit, Ecclesiastes enim in declamando fervidus, & in procuranda animarum salute zelator indefessus, uberes in horreum Domini fructus inferre studuit. Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum peculiari pietate coluit, animique sui in tantum mysterium affectus ad alios extendere cupiens

Typis dedit Volumen hoc titulo :

- I. Sermoni per le Orazioni delle Quarant' Ore, di Alessandro Crespi da Busto Cappuccino. Milano, per il Malatesta. 1677. in 4. Ipsum debita laude prosequitur F. Dionysius Genuensis in Appendice Biblioth. Scriptor. Capuccinorum.

DCLXII.

CRESPIUS JOANNES ANTONIUS.

IN Oppido Busti Arsitii, atque ex eadem Crespia Gente, undè mox laudatus Alexander prodiit, floruit paulo ante ipsum Joannes Antonius, cujus perbreve Elogium in Opus suum intulit Picinellus. Sacerdos fuit ex eorum numero, quos sæculares dicimus, & annos aliquot animarum salutem earundem curationem sedulo gerens infudavit. Quantæ esset litteraturæ, quantaque diligentia Patriæ suæ monumenta collegerit, ex inferius recensendo volumine factis superque Lectores agnoscent; in eo enim neque Latine linguæ puritas, neque in vetustate indaganda labor, neque in scribendo fides aliqua ex parte desideratur, adeo ut Bustienses erga Virum de Oppido suo numeris omnibus benemeritum grati animi significationem testaturi, ab eo conscriptum Codicem in Templi S. Joannis, quod Canonicali Collegio ornatum fulget, Tabulario jure collocandum censuerint, ne temporis injuriam, ut plerisque litteratorum Virorum laboribus sæpe contingit, aliquando sentiret; sed ad perennem Scriptoris, & Patriæ gloriam tanquam in sacro asylo factum tectumque servaretur. Ex eodem Autographo, quem amicissimus Sitonius per seriem nobis communicavit, Auctoris ætatem didicimus, initium videlicet sæculi mox elapsi.

Opus illud hoc titulo inscribitur:

I. Petri Antonii Crispi Sacerdotis Bustiensis de Oppido Busti Arsitii, Relationes ad Aloysium Marlianum Busti Comitum MDCXIV. XV. Kal. Novembris.

- Pars prima, quæ inscribitur Oppidum.
- Pars secunda, de Populo Bustiensis.
- De incrementis Populi Bustiensis.
- De Familiis, & earum Principibus.
- De Bustiensium studiis ac moribus.
- Bustienses artes ac mercimonium.
- De aliis Bustiensium studiis.
- De Bustiensium magnificentia.
- De aliis quibusdam Bustiensium largitionibus.
- De Bustiensium religione.
- De Bustiensibus, qui aliquo in virtutis genere excelluerunt.
- Pars tertia, de Bustiensi Republica, ejusque regimine.
- De Præpositurali dignitate, & animarum regimine.
- De Comite, Conitalique dignitate.
- De Prætoribus.
- De iis, qui rerum publicarum administrationi præstant.
- De aliis Officialibus publicis.
- De Comitibus.
- De Tributis, & Censibus.
- De Legibus, Judiciis, & Pœnis.

Opus hoc illud fortasse ipsum est, quod Picinellus indicavit his verbis: „Historici racconti di Busto, Galarate, Castelseprio &c. Si tamen non diversum est ab eo, quod nos damus facile, conjici potest quam frequenter allucinari possint, qui Codices non visos, & diligenter inspectos in medium afferunt, & profecto confidimus id nobis aut nunquam, aut per rarè (homines enim sumus) eventurum, cum immenso labore, adhibita etiam eruditorum Amicorum (inter quos sæpius laudatus, & laudandus Cl. Sitonius, cui debeo diligentem istius Auctoris Operis descriptionem) quibus plurimum obstricti sumus, diligentiam, non editos tantum, sed MSS. etiam libros in hanc Collectionem inferendos pervolutare studuerimus.

Agit de Auctore hoc citatus Picinellus in Athenæo pag. 265.

DCLXIII.

CRESPIUS CASTOLDUS PETRUS ANTONIUS.

Non parum benemeritus censendus est & de Patria sua, & de universa Insubria Petrus Antonius Crespius Castoldus, qui se in Opere infra laudando inscribit Sacerdotem Mediolanensem, & ex Oppido Busti Arsitii oriundum; ingenti enim labore,

A atque accuratissima sedulitate, omnia ad hanc Italiæ partem spectantia perscrutatus, ea in Volumen eruditissimum redegit, quod non sine Historiæ Italiæ damno nondum publicam in lucem prodiit. In eo enim præter veritatem, quæ primùm hujusmodi Codicum ornamentum est, Latini eloquii puritas, & optimum in rebus secernendis Auctoris judicium singulari quodam nexu ad invicem conjunctæ præfulgent. Laudanda idcirco plurimum Bustiensium diligentia, qui eruditos tanti Scriptoris labores in Tabularium Ecclesiæ Collegiæ S. Joannis Baptistæ ejusdem Oppidi illatos voluere, ne frustra eos posterius cuperent aliquando. Coævus fuit, & ut par est credere, consanguineus Joannis Antonii Crespii, quem haud multo ante commendavimus, Opus enim suum perduxit ad Annum usque MDCXIV.

Codex hunc præfert titulum:

- I.** Petri Antonii Crispi Castoldi Sacerdotis Mediolanensis ab Oppido Busti Arsitii oriundi: Insubria: in quinque dissecta partes, in qua ea, quæ ab nascente Mediolani Urbe usque ad Annum MDCXIV. in tota Gallia Cisalpina, ac nonnullis aliis Orbis partibus gesta varii scripsere, aut monumentis non tradidere Scriptores, in unum collecta referuntur. Volumen magnæ molis in folio MS. servatur in Archivo Ecclesiæ Collegiæ S. Joannis Baptistæ Busti Arsitii.
 - II.** Historia Burgi Busti Arsitii. Eam Picinellus MS. in eodem Archivo servari testatur. Cum autem ipsam vano profus labore quæserimus, vel periisse suspicamur, vel Picinellum similitudine cognominis allucinatum tribuisse Scriptori nostro historiam, quam in Joanne Antonio supra laudato memoravimus; hoc tamen Lectoris prudentiæ judicandum relinquimus. Sanè Clar. Sitonius, qui Tabularium idem diligentissimè scrutatus est, & cui Operis primo loco exhibiti titulum debemus, de hujusmodi Historia ne verbum quidem habet.
- Ex Schedis Sitonianis, & ex Athenæo Picinelli pag. 459.

DCLXIV.

CRESPIUS PETRUS AUGUSTINUS.

Aliis è Crespia Gente in nobili Oppido Busto Arsitii, Ducatus Mediolanensis, florente progenitis Viris, qui eruditione sua Familiam, & Patriam decorarunt, accensendus nunc est Petrus Augustinus, qui post minora inter Clericos munera in doctrinæ & optimorum, quibus præditus erat, morum præmium, inter Canonicos Collegiæ S. Joannis Baptistæ in eodem Oppido cooptari promeruit. Non paucos etiam annos animarum curam ibidem gessit; traditum sibi gregem assidue prudenterque gubernans. Interim quidquid à Divinis laudibus, impositoque munere supererat temporis studiorum otio libentissimè impendere consueverat. Rarus idcirco Viri progressus in publicum, nisi id exigeret proximorum salus, in qua semper totus erat. Verum ut non exemplo tantum suo, sed alieno quoque contribules suos juvaret, Acta Beatæ Julianæ Virginis (cujus Corpus per plura sæcula incorruptum colitur in celeberrimo Templo Sanctæ Mariæ in Monte prope insigne Varisii Oppidum, apud Moniales, quarum Juliana, cum Beata Catharina de Pallantia mater extitit) in publicum protulit. Floruit medio Sæculo XVII.

Opus illius est:

- I.** Vita della B. Giuliana da Busto Arsitio Virgine & Monaca. Milano 1657.
- Eam commendat Picinellus in Athenæo pag. 455.

DCLXV.

DCLXV.

CREVENNA PETRUS ANTONIUS.

DOleo etiam num cum bonis omnibus de ingenti jactura, quam Respublica Litteraria in obitu Petri Antonii Crevennae inter Litteratos hujus Saeculi non infimi, mihiq; amicitia summe conjuncti, paucis ab hinc annis fecit. Carolus Antonius, & Martha Septalia conjuges nobilitate illustres ei lucem dederunt primam, optimamque educationem fortitus, vitam Ecclesiasticam amplexus est; ad sacras ediscendas litteras ita se contulit, ut Anno MDCCIII. Canonicatum in Regio Scalensi Collegio ab Hispaniarum Rege merito obtinuerit, deinde non tantum Archipresbyteri munus ei colatum fuit Anno MDCCXI. sed & Praepositus infulatus ibidem constitutus est Anno MDCCXXI. Amoeniora studia peramanter etiam coluit, adeo ut inter Arcades Coloniae Mediolanensis Vice-Custos electus, Academiam ipsam strenue promoverit, multisque suis carminibus cum omnium plausu in ipsa recitatis decoraverit, quae pluries typis data fuere sub ejus nomine Arcadico, Salenti Elaphiei, at multa alia deperdita sunt ejus modestiae causa. Litteras, & Litteratos indefinenter amavit, bonas Artes assidue promovit. Inter Socios Palatinos & ipse adscriptus, quantum huic Metropoli ex nostris laboribus, ingentibusque sumptibus lucis dederit Operibus Typis datis, meum non est hic diutius recensendo immorari. Plura certe expectanda erant a Viro studiis nato, nisi mors immatura ipsum nobis rapuisset die IV. Martii Anno MDCCXXVIII. Tumulatus fuit in sua Basilica, magnificoque funere elatus. Optandum interea foret, quod Eruditus aliquis Mediolanensis sibi curam studiumque praclarum assumsisset, in colligendis Orationibus, Carminibus tam Italico, quam Latino sermone conscriptis, Inscriptionibus, Elogiis, aliisque similibus ab Auctore nostro compositis, at ego interim haec pauca Lectoribus meis offero, quae casu praemanibus habui.

- I. Carmina Varia tam Latina, quam Italica in Academia Faticorum, Arcadum, aliisque recitata, quorum pars reperitur praesens Comitem Carolum Perrusatum Excell. Senatus Mediolanensis Praesidem, Magnumque pro-Cancellarium.
- II. Alia Latina, extant in libro, cui titulus: „Applausi Poetici per le gloriose Imprese del Serenissimo Principe Eugenio di Savoja.

- A III. Carmen Latinum satis prolixum: legitur in libro sic inscripto: „Le Feste solennizzate in Lucerna da S. E. il Sig. Marchese Don Lorenzo Verzofo Berretti Landi Ambasciadore di S. M. Cattolica al Corpo Elvetico. Lucerna, 1704. in fol.
- IV. Aliud reperitur in principio Chronici Collegii Jurisperitorum Clarissimi Sironi. Mediolani, 1706. in fol.
- V. Aliud in fronte Historiae Magistratus Josephi Benali, de quo jam egimus.
- VI. Alia Italica in libro, cui titulus: „Corona Poetica, offerta dalla Ragunanza d'Arcadia a Papa Innocenzo XIII.
- VII. Alia item tam Italica, quam Latina sunt in Collectione Poematum, in ortu Serenissimi Archiducis Austriae Leopoldi. Mediolani, 1716. in 12.
- Agunt de eo Crescimbenius in Arcadum Carminibus Tom. IX. pag. 27. Bartholomaeus Curtius in suo Libro de Medicis Mediolanensibus pag. 146. ubi eum vocat Oratorem, & Poetam excellentissimum, Benalius in Elencho Feudatar. pag. 19. atque Advocatus Sironus in Monumentis Vicecomitum. Mediolani, 1714. in fol. pag. 3.

DCLXVI.

CRIBELLUS ALEXANDER CARDINALIS.

Alexander Cribellus Antonii Mariae, Lumelli Comitis, & Constantiae Landrianae conjugum filius, Anno MDVIII. natus est Mediolani. In adolescentia arma secutus, praecleara multa in bello patavit, & a Carolo V. Augusto, a quo summopere diligebatur, copiarum Dux designatus, quadringentos Viros e Gente sua Cribella sub se proeliantes, uno & eodem tempore habuisse fertur. Hinc inter Patriae conscriptos Patres recensitus, defuncta uxore, ex qua tres susceperat liberos, a Pio IV. Romam evocatus die X. Martii MDLXI. ad Cathedram Geruntinensis, & Cariatensis Ecclesiae in Calabria evectus, Apostolicae Sedis Nuntius in Hispaniam ablegatur. Eo dum munere fungeretur, absens ab eodem Pontifice, in amplissimum S. R. E. Cardinalium Collegium, adjecto Presbyterali titulo S. Joannis ante Portam Latinam cooprat, & apud eundem Regem Legatus a Latere constituitur. Inde Romam reversus, relicto priori titulo, alium S. Mariae de Aracoeli adivit. Tum Anno MDLXVII. Episcopales Infulas ultro deposuit. In Urbe ipsa Collegium excitavit, in quo Cribellae gentis adolescentes scientiis imbuerentur; Ecclesiam primi sui Tituli ante Portam Latinam restauravit. Interfuit Comitibus Pii V., & Gregorii XIII. sub quo die XXII. Decembris MDLXXIV. vivere desit. Jacet in Ecclesia sui Tituli, in qua non longe a Sacratio ejus Iconi haec Sepulchralis addita est Epigraphe:

A TE VITA PER TE SALVS IN TE REQVIES

ALEXANDER CRIBELLVS MEDIOLANEN.

TIT. S. MARIAE IN ARACOELI

S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS

SEXAGESIMVM AGENS ANNV M

VIVENS SIBI POSVIT

AN. MDLXXI. MENSE DECEMB. DIE XXII.

OBIIT DIE XXII. DECEMB. A. D. MDLXXIV.

Aliud gentilitium Sepulchrum sibi, posterisque, jam in Patria paraverat, quod extat in Sacello Divi Francisci in Basilica ejusdem nominis, tenoris ut sequitur litteratum:

D.

O.

M.

ANTONIO PROAVO VGOLOTTO AVO ANTONIO PATRI COMITIBVS
ALEXANDER CRIBELLVS DVRNI LVMELLIQVE COMES AC SENATOR
SIBI AC POSTERIS PRIDIE IDVS APRILIS MDLVII.

A Scrip-

A Scriptoribus infra recensendis hæc eum ha-
mus scripsisse :

- I. Relatio amplissima Summo Pontifici suæ Legationis ad Hispaniarum Regem Vol. II. in fol. MSS. Extant in Archivo Secreto Pontificio.
 - II. Epistolæ plures ad Sanctissimum Pontificem Pium IV. de rebus Hispanicis, & de Missionibus Apostolicis Vol. VI. MSS. ibidem.
 - III. Epistolæ ad Divum Carolum Borromæum ab Anno MDLXVII. ad MDLXXXI. cum Responsonibus. Vol. integrum magnæ molis seorsim, aliæque sparsim, extant MSS. in Bibliotheca Ambrosiana.
- Dedit ad eum Litteras Petrus Victorius.
In libro cui titulus: Carm. Illust. Poët. Ital. Tom. IV. pag. 259. extat Epigramma Jo. Francisci Ferrarii Mutinensis in Alexandri Cardinalis Insignia.
Agunt de eo Cabrera, Petramelarius, Ciacconius, Eggs Purpura Doctæ, necnon Cl. Sironus, & reliqui de Cardinalium Actis Scriptores.

DCLXVII.

CRIBELLUS BERNARDUS.

Summâ eloquentiâ, & Legum peritiâ clarissimus
Bernardus Cribellus Mediolanensis, nobili natus

A Familia, genitores habuit Marcum Arcis Messerani Ducalem Præfectum, atque Antoniam Cioccam conjuges; Fratrem verò Hieronymum inter Collegiatos Physicos recensitum, quem haud multo post sumus commendaturi. Bene dicendi artem prius diligentissimè didicit, mox legalia amplexus studia, Doctorque in Cæsareo, Pontificioque Jure creatus, inter Collegiatos Jurisperitos Mediolanenses locum obtinere meruit Anno MDXIV. Magna fuit apud Concives suos in existimatione, nam sequenti Anno Urbis Præfectus creatus est, idque munus contra morem supra triennium administravit, ad annum videlicet MDXVIII. Qua præditus esset facundia satis elucet in ea, quam infra dabimus, Oratione ab ipso habita in Templo Sanctæ Mariæ, cui cognomen *la Rosa*, & ab ejus temporis Historicis magnis laudibus exornata. Extremus illi fuit Annus Christi MDXXV. Memoratur Bernardi nomen in sequenti Inscriptione posita ad Sanctum Petrum in Glisiate hujus Urbis :

B

D.

O.

M.

PAVLAE CRIBELLÆ C. F. MARCH. PALLAVICIN.

BERNARD. CRIBELL. I. C. VIRI INTEGERRIMI

VXORI INCOMPARABILI

M. ANTONIVS CRIBELLVS

MATRI DVLCISSIMÆ MOERENS POSVIT

DIE XX. MENSIS APRILIS MDXIX. OBIIT.

Hoc tantum superest ejus ingenii documentum.

- I. Oratio ad Populum Mediolanensem, ut arma contra Helvetios sumeret. Extat in Historia belli Helvetici Mediolanensi Anonymo, de quo alibi diximus, Auctore, & illam MS. servant in Bibliotheca sua Fratres Marchiones Vicecomites.
- Plura de ejus laudibus habentur apud Scipionem Veggium in hist. MS. Rerum in Insabria gestar. sub Galior. Dominio lib. I. Cavatium in Alleviament. Stat. Mediol. & Sironum art. 376. pag. 87.

DCLXVIII.

CRIBELLUS GEORGIUS.

Georgius Cribellus Presbyter Mediolanensis, ut jam Lector optimus in Opere Clar. Saxii vidit, sub ipsis nascentis Typographiæ incunabulis, sedulam in hac Urbe edendis corrigendisque Sanctorum Patrum Voluminibus operam dedit. Græcam, Latinamque linguam egregiè callebat, & Poësim quoque amavit. Libris igitur à se editis, atque emendatis, de suo aliquid addere solebat, ut Epistolæ, & similia, quod ex infra dandis patebit. Coluit inter cæteros Guidonem Antonium Arcimboldum Mediolanensis Ecclesiæ Antistitem, cujus loco suo mentionem fecimus; eique nuncupavit Sancti Hilarii Pictaviensis Episcopi libros de Trinitate. Eum his verbis alloquitur in Epistola: „ Reverendissimo in Christo „ Patri Domino Guidoni Antonio Arcimboldo Mediolanensi Archiepiscopo dignissimo Georgius Cribellus indignus Presbyter, in Domino salutem plurimam dicit. Nequeo satis admirari Papa dignissime &c. hinc prosequitur ostendens Opus esse ad Latinæ linguæ cultum augendum, reparandumque Sanctorum Hilarii, atque Augustini Opera in publicam lucem proferre, quod cultissimo stylo conscripta sint; vocatque incultos, ac barbaros in eadem lingua Thomam Aquinatem, Joannem Scotum, Alexandrum, Ricardum, Bonaventuram, reliquamque

Tom. I.

D

E

C Scholam, quam Parisiensem appellant. Notet hic Lector nomen Papæ Mediolanensi Archiepiscopo tributum, fortasse quod ea jam ætate Ambrosianæ Ecclesiæ Papa nuncupari solet, vel fortè quod Cribellus in SS. Patrum Scriptis versatissimus eos imitari decrevisset, quibus in more fuit Episcopos Papas appellare, ut patet inter alios ex Epistolis Sancti Hieronymi.

Scripsit atque edidit :

- I. Epistolam præfixam libris de Trinitate Sancti Hilarii; in qua sic ait, præter cætera jam supra edita: „ Hoc „ igitur tanti Viri pulcherrimum Opus nostro labore conscriptum, nostraque opera diligentissimè emendatum, quantum uno exemplari effici potuit; neque enim „ amplius in tanta Urbe reperimus, ac nostra impensa, ac cura est impressum. In eodem Volumine adfuit alia Opuscula ejusdem Sancti Doctoris, nempe Liber contra Constantium Augustum, Arianæ hæresis acerrimum propugnatorem. Libelli duo ad Constantium. Liber unus contra Auxentium. Auxentii Epistola ad Valentem, & Valentianum. De Græciæ Synodis. Mediolani, apud Leonardum Pacbel. VII. Idus Julii MCDLXXXIX. in fol.
 - II. Epistolam aliam ad Lectorem præfixam libris Sancti Augustini de Trinitate ab eodem emendatis, & editis. Mediolani, ut supra, VII. Kal. Junii ejusdem anni.
 - III. Epigrammata varia Auctoris: extant in supradictis editionibus.
 - IV. Homeri Iliadam latinitate donavit, ut testatur Gaudentius Merula in bello Erasmano; his verbis: „ Georgius Cribellus, qui omnem Iliadam metrica latinitate legendam posteritati tradidit. Utrum tamen hujusmodi Opus typis datum fuerit aliquando, adhuc in tenebris delitescat, nemo, quod sciamus, hætenus indicavit.
- De eo agunt in Schedis suis Mazzuchellus, citatus Gaudentius Merula, & Clarissimus Saxius noster in Hist. Typograph. ad Annum MCCCCLXXXIX.

S f f

DCLXIX.

DCLXIX.

CRIBELLUS HIERONYMUS.

Hieronymus Cribellus Mediolanensis, quem ob titulum Magistri Operi suo infra citando præfixum, Medicam artem professum fuisse conijcimus, cum sæculis superioribus Physicæ Doctores hujusmodi nuncupatione appellari solerent, idem à nobis creditur, qui laudatur à Sitono in artic. 376. pag. 87. tamquam Collegiatus Physicus, & Bernardi Juris C. C. frater, ut supra jam diximus. Mirum idcirco Clariss. Curtium nusquam ejus meminisse in Opere suo de Claris Medicis Mediolanensibus, ubi de aliis omnium ferè tonus Italiæ Civitatum mentio est, nisi tamen, quod probabilis censemus, ad ejus notitiam non pervenerit MS. Auctoris hujus Oratio, quam mox enunciabimus. Floruit circa finem Sæculi XV. Habemus ad Hieronymum Cribellum Carmen Lancini Curtii in lib. VI. Epigrammatum ejusdem pag. 88.

Eloquentiam ejus ostendit :

- I. Oratio parentalis Magistri Hieronymi Cribelli in laudem Illustrissimæ quondam Blancæ Mariæ Vicecomitis ad Cives, & Patres Conscriptos Mediolanenses. MS. in Cod. Biblioth. Ambros. signat. T. num. 20. in 4. lectu dignissima.

CRIBELLUS LAMBERTUS. V. URBANUS III.

DCLXX.

CRIBELLUS LEODRISIUS.

Quo tempore sævissimus Eccellinus de Romano tyrannidem in Patavinos, finitimosque populos exercebat, Leodrisius Cribellus Mediolanensis Parritiâ ortus familiâ, & vetustissimæ apud Infubres nobilitatis gloriâ clarus, Præturam in Urbe Brixia gessit Anno MCCLI. Interim verò cum bellis arderet Italia, & fœdera inirent Republicæ, suadente etiam Octaviano Sanctæ Mariæ in Via-lata Diacono Cardinali, Apostolicæ Sedis Legato, quo facilius Tyrannum earum cervicibus minitatem extinguerent; plures Leodrisius noster labores pertulit, & summa egit sollicitudine, ut ea res ad optatum ab omnibus Italicis populis finem perduceretur, ut indicant Epistolæ infra memorandæ. Reliqua ejus Acta hæcenus frustra desiderantur.

Scriptit Cribellus Epistolas supra laudatas, quas ex infra citando MS. per Summarium recensemus.

- I. Ad Bonifacium de Canossa, Consilium, & Commune Mantuæ, & ad Dominum R. Illustræ Comitem Veronensem, in qua nunciat bellicos eventus circa Urbem Laudensem, & ait septuaginta & unum homines Vallis Saxinæ districtus Mediolanensis hostes expulisse, ex quadam Turricula quam custodiebant. Mediolanenses instare apud Brixienfes, ut residuam militiam, & populum ad exercitum mittant, pro ut etiam petierant à Novocomensibus, & Novariensibus. Commendat Mantuanos, quod Cremonenses bello affixissent, eosque precatur, ut incepta ad effectum perducant, & ut Eccellino flumen Olmium transire conanti, in obsequium Cremonensium, fortiter resistant.
- II. Ad eundem Bonifacium de Canossa Potestatem, Consilium & Commune Mantuæ. Agit de commutatione captivorum faciendâ inter Montem Clari, & Montem Medulanum.
- III. Viro Magnifico, & Potenti Domino R. Illustri Comiti Veronensi, & Domino B. de Canossa Potestati, & Comuni Mantuæ. Eis nunciat Brixienfes cum pridie discessissent ab Urbe Laudensi, reversos in Patriam milites omnes Forenses in Civitatem advocasse, Populum universum congregasse, plauftra necessariis onerare, ut potens auxilium Mantuanis præbeant: forti sint animo, & diem nunciant, quo Urbe sua egredien-

A

- IV. Ad eundem B. de Canossa, & Consiliarios Secretorum Mantuæ. Nunciat Innocentium Summum Pontificem, qui Brixienfes, & cum eis Fœderatos sub Apostolica protectione susceperat, die Veneris proximè præterito, summo mane, Mediolanum pervenisse, ubi cum inenarrabili honore, & gaudio receptus fuerat. Eos propterea rogat, ut super his, de quibus Legati Brixienfes apud Calfanum pridie cum Mantuanis egerant, citò respondeant, & mittant Sapientes Viros, qui simul cum electis à Brixienfi Populo ad Summum Pontificem accedant.
- V. Ad eosdem. Agit de quodam Benedicto de Vitalibus de Isola, qui Mantuæ detinebatur in carcere.
- VI. Ad eundem B. de Canossa. Quæritur quod non rescripserit Litteris suis, quibus rogaverat, ut se cum ad colloquium veniret priusquam ad Pontificis conspectu simul accederent, & petit, ut quamprimum cum decenti Sapientum comitiva ad dictum colloquium veniat.
- VII. Ad eundem. Rogat, ut Alexandrinum Comitem, subditum Brixienfium, quem Summi Pontificis mandato ejusdem Urbis Populus ad obsequia, & devotionem suam receperat, restitutis juribus, & honoribus, bonis, quæ vel ipse, vel genitor ejus hæcenus in territorio Mantuano possederant, liberè frui permittat.
- VIII. Ad eundem, & Commune Mantuæ. Invitat Mantuanos, ut Brixienfes suppetias ferant in bello, quod suscipere decreverant adversus Incolas de Mozzambano, qui damna plura eis intulerant, quam Cremonenses.
- IX. Ad eundem. Rogat, ut restituantur Degelgardo Notario de Patengulis Brixienfi quædam eidem ablata super territorio Mantuano, quæ reperiebantur apud Albertum de Recuperato, alioquin Brixienfes vigore Statuti, super bona Civium Mantuæ curaturos integrè dicto Degelgardo satisfieri.
- X. Ad eundem. Excusat Brixienfes, à quibus Mantuani petebant restitui Mercatoribus suis multis eis ablata in agro Brixienfi. Ait hoc perpetrasset centos, vel circa equites, quos Cremonenses Veronam mittebant.
- XI. Ad eundem. Nunciat Brixienfem Militiam pridie Aquam Nigram pervenisse magno cum bellico apparatu. Cupere, ut ad colloquium veniet summo mane ad locum Mossii.
- XII. Ad eundem & Mantuanos. Ait in Generali Consilio Brixienfi die Lunæ XV. intrante Majo responsum fuisse Manadaro eorum Nuncio, quod cum Cremonenses ad propria sint reversi, & nesciant an hostiliter in partem aliquam pergere velint, parati sint ad depopulandum eorum territorium, ubi contingeret ipsos mali aliquid Fœderatis inferre. Mediolanenses dolentes de damnis Placentinorum, disposuisse vel cum generali exercitu, vel cum decenti militum quantitate contra Cremonenses insurgere, si requisiti fuissent, quod publicis Tabulis significaverant.
- XIII. Ad eosdem. Nunciat libertate donatum fuisse Comitem Alexandrinum de Comitibus Marcharum, dudum in carcere detentum, ad petitionem summi Pontificis, Episcopi Albanensis, & Domini G. Legati, condonatis eidem Comiti injuriis à Brixienfes illatis. Rogat, ut eidem restituantur possessio bonorum in agro Mantuano.
- XIV. Ad eosdem. Agit rursus de negotio Degelgardi, de quo jam diximus numero IX.
- XV. Ad eosdem. Rursus agit de captivis restituendis.
- XVI. Ad eundem B. de Canossa. Nunciat ei Guardinum de Brancamucio, qui captivus tenebatur Mossii, Brixiam perductum fuisse, quemadmodum dictus B. postulaverat.
- XVII. Ad eundem. Scribit de quodam Mantuano Cive, qui Brixienfi deliquerat.
- XVIII. Ad eundem & Commune Mantuæ. Iterum agit de restituendis damnis Degelgardo, de quo supra.
- XIX. Ad eundem. Afferit dilatum fuisse ex Placito publici Consilii Brixienfium, usque ad diem crastinam, negotium, de quo in colloquio apud Aquam Nigram celebrato paulo ante egerant super motu exercitus.
- XX. Ad eundem, & ad R. Illustræ Comitem Veronensem. Monet ipsos nunciatum sibi fuisse à quodam fide digno uxorem quondam Conradi Cavalcabovis, ad tractatum, & seductionem Bosonis de Bovaria, tradere velle Cremonensibus Castrum Monzefaurum.
- XXI. Ad B. de Canossa, & Consilium Secretorum Mantuæ. Ait circa ea, quæ Pontifex apud Januam ordinaverat in negotiis Lombardorum, convenienter videri

videri in competenti loco agi per Sapientes electos à Brixienfibus, & Mantuanis; cum Summus Pontifex Mediolanum tendat differendum non effi colloquium, ideo rogat, ut super hac re per Nuncium, vel per Litteras respondeant.

XXII. Ad eundem. Scribit celebratum fuisse Generale Confilium super his, de quibus tractaverant apud Mofium, statutumque fuisse, ut pax, & concordia fieret inter Commune Brixie, & Commune Bergomi, ad honorem Sancte Romanæ Ecclesie, & meminit colloqui ordinandi per Dominum Papam.

Quoniam vero inter has Leodristi Epistolas alia quedam reperiuntur, quæ ad idem argumentum pertinent, gratam Lectoribus rem nos facturos existimavimus, si ea hic indicaverimus. En igitur illa.

Epistola Assessorum, & Vicarii Potestatis Brixienfis ob ejus absentiam, & ejusdem Urbis Populi ad O. Sancte Mariæ in Via-lata Diaconum Cardinalem (erat is Octavianus Ubaldinus.) Petunt ab eo enixis precibus ut veniat Brixiam cum omni militia, quam habet apud se. Pridie Potestatem suam ad Laudensium auxilium cum ingenti bellica manu properasse.

Alia eorundem ad præfatum Cardinalem. Nunciant Potestatem ad fucursum Mediolanensium cum omni exercitu Laudem versus properare. Rogant ut eò etiam ipse cum militibus accedat, ut inde progrediantur ad populandum Cremonensem agrum. Mitti Brixensium nomine Nuncium, qui idem a Ferrariensibus, & Bononiensibus flagitet, optimumque esse ut aliquem Cardinalis cum ipso eadem petiturum ablegat.

Alia eorundem ad B. de Canossa & Mantuanos. Inducant Potestatem suam ad debellandos homines Monzabani cum exercitu processisse; & rogant ut ei præsto adfint cum militibus.

Alia eorundem ad R. Comitem Veronensem; B. de Canossa, & Mantuanos. Petunt ut quo loco sint eorum copias, & hostium comeatus per litteras doceant.

Alia ad R. Comitem, Vicariorum Potestatis Parmensis. Nunciant Ubertum Pellavacinum cum Cremonensibus Castrum Berselli occupasse. Rogant ut cum Mantuanis agat, eosque hortetur citissime auxilium ferre adversus hostes, qui castrametati fuerant inter Parmam, & Còburnum.

Alia Parmensium ad B. de Canossa de eodem argumento. **Alia** Gregorii de Monte-longo Tripolitani electi, & Apostolicæ Sedis Legati ad Comitem Veronensem, & Confilium Secretorum Mantuæ. Eos hortatur, ut Nuncios duos ad se Brixiam mittant, ubi agetur de responsione danda Mediolanensibus super gravissimis negotiis.

Alia ejusdem ad Potestatem, & Confilium Secretorum Mantuæ. Nunciat brevi adfuturos Brixie Legatos Pergamensium pro pacis negotio; mittant ideo & suos de ipsa re acturos.

Alia ipsius ad eosdem. Scribit Exercitum omnem brevi cogendum apud Guastallam. Missos jam Nuncios de eadem re ad Reginos extrinsecos, Mutinenses, & Bononienses. Adfuturos quoque Placentinos, ideo rescribant quid sentiant.

Alia ejusdem ad suprascriptos. Petit ut indicent diem certum & horam, quibus eorum pons super Taliaram perfici poterit, ut simul cum copiis eadem hora convenire possint. Missos fuisse nobiles & prudentes Viros Girardum de Coregio, & Albertum Galioti, pro acceleratione negotiorum ad Ricardum Cardinalem, Commune Bononiæ, & Mutinæ, atque ad Reginos extrinsecos.

Alia ejusdem ad R. Comitem Veronensem, & B. de Canossa, ac Mantuanos. Petit ut jubeant Nunciis suis ne Brixiam discendant priusquam debitus negotiis finis imponatur, & mittit Ordinationem generalis Confilii Brixienfis.

Alia Octaviani Diaconi Cardinalis, & Apostolici Legati ad Mantuanos. Increpat eos, quod post mortem R. publica negligentes negotia hostibus animos addiderint, qui jam Placentiam occupaverant. Hortatur ut Cremonensium fines citò invadant, ut suppetias ferant ducentis quinquaginta militibus obsessis in castro Rivulgarii.

Alia ejusdem ad B. de Canossa, & Mantuanos. Gratias agit de litteris per Nuncios ad se missis. Accendit eos, & monet, ut cum Mediolanensibus, & Brixienfibus Parmæ, cui Cremonenses minabantur, periculo occurrant; jam enim hostes die Mercurii ultimo Maji circa Tarum castra posuerant. Jubet, ut militum numerum sibi impositum ad custodiam Parmæ celeriter mittant.

Alia ad eosdem. Nunciat Ubertum Pellavacinum cum Cremonensibus Carrocium eduxisse adversus Parmenses. Objurgat eorum moram, quod nondum copias suas miserint, ideoque hostes elati jam triumphum concinant.

Alia ad eosdem Assessorum, & Vicariorum Girardi Ran-

goni Potestatis Mediolani, & Confilii seniorum, qui remanserunt domi pro universo Communi ejusdem Urbis. Certiores eos faciunt die VIII. Augusti inmane, juratam fuisse pacem inter Mediolanenses, & Laudenses post diuturnum tractatum. Girardum cum omni exercitu eò processisse, jamque Laudensem Urbem occupasse, excepto castro, & modica parte Circæ, ubi Ubertus Pellavacinus cum Cremonensibus morabantur. Rangonum inde non discessurum nisi re perfecta. Agrum igitur Cremonensem viriliter invadant, ut Mediolanenses juvent. Girardus hic Rangonus Mutinensis Patria pulsus, suadente Innocentio IV. à Mediolanensibus Prætor electus fuit secundo mensis Anni MCCLI.

Alia Joannis de Ripa Potestatis Mediolani ad B. de Canossa Potestatem Mantuæ. Nunciat Mediolanenses jam parantes exercitum adversus Ecclesie rebelles litteras à Summo Pontifice recepisse cum mandatis, ut Legatos duos ad Curiam mittant ad tractatum pacis. Civiles quasdam discordias in Novocomensi Urbe infurrexisse, ideoque ab exercitu mittendo superferri. De hoc Joanne de Ripa, qui cognomento dictus est Girokdetus, & eodem Anno MCCLI. primis sex mensibus Rempubl. Mediolanensem rexit, agit Corius ad eum Annum.

Alia Vicariorum Potestatis Mediolani ad B. de Canossa, & Commune Mantuæ. Respondent eorum litteris, eosque commendant, quod tanquam zelatores libertatis Italiæ agrum Cremonensem invaserint. Se jam Carrocium eduxisse cum universo populo trium portarum; militiam verdò quinque portarum destinasse ad destructionem Burgi Carravagii. Jam milites C. & balistarios CC. ad auxilium Placentinis affrendum misisse; & reliquum exercitum jam paratum esse, ut redeunte Potestate hostes viriliter aggrediantur, & amicos adjuvent.

Alia Militum, & Judicum quondam bonæ memoriæ Domini Zanerici de Ripa, olim Potestatis Mediolanensis, & Confilii Civitatis ipsius, ad B. de Canossa, & Mantuanos. Scribunt audivisse Bartholomæum Novolonum, & socios Legatos eorum super querela Petri de Amatis Civis Mantuani, qui dicebat se rebus plurimis in Mediolanensi Comitatu spoliatum; & placuisse Confilio duos eligi Arbitros ex parte Mediolanensium, qui simul cum totidem Mantuanis de hac re judicarent; eos propterea ad certum, communemque locum mittant, ubi hujusmodi controversia definiatur.

Sententia Innocentii Papæ IV. adversus Eccelinum de Romano, quem tanquam hæreticum Anathemate percussit. Desideratur data.

Erunt fortasse nonnulli, qui mirentur nos præter institutum nostrum hic tam accuratè immoratos fuisse in recensendis, quæ supra dedimus, cum de eruditis Operibus ibidem neutiquam agatur. Verùm certò certius non succensebunt quotquot Italiæ historiæ amore flagrant. Quis enim non videat quantum lucis ex hujus Manuscripti Codicis tam datis, quam etiam mox dandis partibus, tenebrosis Sæculis effulgeat, quibus tantâ Scriptorum laboramus inopiâ? Hoc in primis fuit quod me quondam impulit Codicem ipsum, tametsi inhonestissimo pretio, comparare, ut ex meo aliquid Palatinæ nostræ Societati offerre possem in obsequii testimonium. Sanè multum inde hausit eruditissimus Muratorius, atque intulit tam in insignem Collectionem Scriptorum Rerum Italicarum, quam in Dissertationes Antiquitatum Italiæ. Dignum idcirco ducimus reliqua in ipso Codice contenta hic etiam proferre, eo magis quod nonnulla ad Patriam meam spectant, quæ alibi frustra quaeruntur; plura aliquando forsàn à curiosis in meis Schedis reperientur, quæ in tot Archivis, atque Bibliothecis à me scrutatis inveni, ad historiam litterariam Bononiensem, atque ad Cives meos eruditos usque adeo ignota spectantia, & non omnino inutilia.

En residua suprascripti MS.

Epistolarum Petri de Vincis, qui fuit à Secretis Friderici II. Imp. libri II. ab editis pluribus in locis diffusum, ut legentibus patebit.

Litteræ Benedicti Papæ XII. ad populum Bononiensem. Nunciat eis se Bertrandum Ebrodunensem Episcopum mittere, Apostolicæ Sedis Legatum, ut cum eis de pace agat.

Alia citatorie ad eundem Populum, in qua commemorat obsidionem Bertrandi Episcopi Hostiensis totius Provinciae Lombardiæ, aliarumque Italiæ partium flo-

Vertical marginal notes on the left side of the page, including names like 'Girardus', 'Rangonus', and other references.

Rolicae Sedis Legati, & Oliverii Beraldi Vicemarscalchi pro Ecclesia, in castro ipsius Urbis; direptionem quoque ejusdem Castri, Monasteriorum Sancti Stephani, & Nonantulani, & facinora à Bononiensibus adversus Pontificis jurisdictionem perpetrata. Citat nominatim plures primarios Cives, ut intra bimestre Apostolicam Curiam adeant mandatis Ecclesiae parituri, inter quos ex Atavis meis duos, Michaëlem, & Jacobum de Argellata; alias minatur excommunicationem, & interdictum. Data est Avenioni IV. Non. Januarii, Pontificatus sui Anno III. idest Domini MCCCXXXVII.

Processus Domini Henrici sacratissimi Principis, perpetui Augusti, contra Regem Robertum Siciliæ, Anno Domini MCCCXIII. Regni ejus IV. Imperii verbò I.

Sententia Clementis Papæ absolutoria Regis Roberti, & condemnatoria Imperatoris.

Improbatio Domini Henrici Imp. sacratissimi Principis, contra supradictam Sententiam latam contra eundem per Clementem Papam.

Libri de Obsidione Anconæ à Magistro Boncompagno compositi, jam editi inter Scriptores Rerum Italicarum.

Processus Fratris Michilini contra Joannem Papam XXII. videlicet: *Utrum solus Deus sit Judex super Papa heretico.*

Oculus Pastoralis. Opusculum jam editum à Clariss. Muratorio in Dissertationibus de Italia mediæ Ævi.

Opus de Ludo Scaccorum Fratris Jacobi de Cerulis Ordinis Prædicatorum.

De Leodrisio nostro agunt Ephemerides Venetæ Tom. XV. pag. 311. & Sitonius in Schedis.

DCLXXI.

CRIBELLUS LEODRISIUS alter.

Clarissimus Vir Joseph Antonius Saxius in Epistola ad Eruditissimum Ludovicum Antonium Muratorium, quæ præfixa est, cum hujus Præfatione, Commentario Leodrisii Cribelli de Vita, rebusque gestis Sfortiæ bellicosissimi Ducis, in Tomo XIX. Scriptorum Rerum Italicarum, duos saltem eruditos hoc nomine dictos in medium prodit; quamvis Clarissimus Jurisconsultus & Advocatus Joannes Sitonius de Scotia art. 164. pag. 45. Chronici Collegii Jurisperitorum Mediolani, unum tantum Leodrisium Cribellum proferat, eique tribuat Opuscula omnia inferius recensenda, asserens in Schedis suis Genealogicis de Gente Cribella, nullum alium, præter hunc Leodrisii nomine dictum, eruditione clarum, numerandum reperiri. Inter Doctissimos, & de me optimè meritos Viros, meum non est judicare. Re igitur intacta, & intra veritatis terminos relicta, plures an unus fuerit Leodrisius, aliis discutiendum per quam libenter permittam. Unum hoc certum est Orationes, quas numeris VIII. IX. & X. laudabimus ad Leodrisium Cribellum J. C. C. & Senatorem, & qui pro Duce Mediolanensium Francisco Sfortia Vicecomite Legationes obivit, procul omni dubio pertinere. Hujus natalem annum Sitonius putat incidisse circa annum MCCCXIII. sedisse autem ait in Collegio Jurisconsultorum ab Anno MCCCXLV. ad MCCCCLXIII. Alia interim promimus Opera, quæ Leodrisii nomen præferunt, eaque poterit Lector optimus vel huic, vel alteri, prout libuerit, assignare.

Ea sunt:

- I. De Vita, Rebusque gestis Sfortiæ bellicosissimi Ducis, ac initis filii ejus Francisci Sfortiæ Vicecomitis, Mediolanensium Ducis, Commentarius, ab Anno circiter MCCCLXIX. ad MCCCXXXIV. e MSto Codice Bibliothecæ Christianissimi Regis. Edidit Clariss. Muratorius in Tomo XIX. Rerum Italicarum. Scriptor. pag. 619. Suspiciatur, & quidem rectissime, idem Muratorius, longè uberius fuisse Cribelli Opus, magnamque illius partem periisse, qua de re viden-

- A
 - II. De expeditione Pii Papæ II. in Turcas Libri duo, quos ex meo MS. primum vulgavit laudatus Muratorius in Tom. XXIII. ejusdem Collect. pag. 11. Idem Opus promiserat brevi edendum Allatus lib. IV.
 - III. Epigrammata, &
 - IV. Apologia, quam pluribus encomiis prosequitur Jacobus Ammanatus Cardinalis Papiensis in Epistola II. lib. I. ad eundem Cribellum data; quæ extat inter ipsius Jacobi impressas.
 - V. Carmen de præconiis Æneæ Sylvii Piccolomini; de quo ad se misso agit idem Piccolomineus in Epistola sua, quæ est num. XXIII. ad Cribellum data ex Urbe die XVII. Febr. Anno MCCCCLV. Incipit: „Accipimus Carmen tuum, Lodrisi nobis „amatissime, &c. Inde prosequitur: „Nesciebamus „ante hos dies, ubi locorum esses, vel quæ te fortuna teneret; nunc certiorari sumus & tuis scriptis, & Ducalis Oratoris verbis, esse te optimo „loco apud Illustrissimum, & Magnanimum Ducem „Mediolani; ab eoque diligi. Id est supra modum „nobis gratissimum. Ex editione *Norimberge*, 1496. in 4.
 - VI. Epistola Sancti Joannis Chrysoctomi ad Cyriacum, e Græco in Latinum conversa. Ex altera Epistola ejusdem Piccolomini num. CCXCL ubi humiliter se Cardinalatu indignum dicit. Data est ex Urbe die XXII. Octobris Anno MCCCCLVII. Incipit: „Affecerunt nos haud modica voluptate præfatus „Vir, & amice singularis, litteræ tuæ, quas ex Mediolano XVII. Kal. Septemb. ad nos scriptiss. Legimus Joannis Chrysoctomi Epistolam, quam ex „Attica Romanam fecisti; & nesciebamus te ante „græci sermonis gnarum esse. Prius translationem „hanc vidimus, quam te græcè doctum audiremus.
 - VII. Orphei Argonautica Latine reddita, & Valerio Flacco adjecta, prodiit *Venetis*, apud Aldum, 1521. in 8. Hoc Opus in Biblioth. Universali Conradi Genueri Anonymo Cribello tribuitur, quem secutus est Picnellus noster pag. 160. in Athenæo, citata Præfatione Aldi, & Biblioth. Joannis Frisii. Sed Leodrisio expressè adscribitur in eadem Præfatione à me inspecta.
 - VIII. Oratio habita in Arce Moguntia (scilicet Modocis) Francisco Sfortia Mediolani Duci, Idib. Martii Anno MCCCCL. antequam Mediolanum ingrederetur Urbis Principatum consecuturus; ut Joannes Simonetta narrat lib. XXI.
 - IX. Oratio de Triumphali ejusdem Francisci Sfortia in Mediolanensem Urbem ingressu. Ambarum meminit Cl. Fabricius, asserens earum mentionem haberi in Biblioth. Cottoniana pag. 61.
 - X. Panegyris dicta in laudem Francisci Sfortia Vicecomitis Mediolanensium Ducis IV. III. Kal. Martii Anno MCCCCLVIII. Extat in Ambrosiana Bibliotheca MS. Cod. signat. O. num. 57. in 4.
 - XI. Carmina de eodem argumento. Extant cum ipsa Oratione apud Dominum Julium Jovium Patritium Comensem. MS. in fol. ejusdem ævi; tibi Beretta in suis Schedis.
 - XII. Explanations in librum I. & II. Decretalium, e eodem Fabricio in Biblioth. Latina mediæ Ævi Tom. IV. pag. 776.
 - XIII. Elegia ad Clerum, & Populum Comensem in commendationem Lazari Scarampi Astensis ad ejusdem Ecclesie Cathedralam assumpti, Anno MCCCCL. extat in lib. II. Hist. Novocomensis Benedicti Jovii, & in Ughelli Ital. Sacræ Tom. V. colum. 312.
- E
 - Ad eum quicumque sit, Lodrisium dedit Philéphus litteras in edit. Veneta anni 1502. in fol. pagg. 32. 67. 68. & 176.
 - Agunt de Leodrisio, vel si mavis Leodrisiis, ultra laudatos Scriptores, Vossius de Historicis Latinis lib. III. Academia Veneta in librorum Elencho, quæ anno 1558. edendos proposuit. Tattus in Annal. Comens. Tom. III. pag. 331. Mazzuchellus, & Beretta in Schedis, nec non laudatus Sitonius art. 164. pag. 45.

DCLXXII.

CRIBELLUS LUCAS.

EX nobilissima Cribella gente ortus est Lucas, Alphonso Patre, anno Reparationis nostræ MCDXLV. Nobilitatem generis litteris ita illustravit, ut brevi cathedram Latinæ eloquentiæ, nec non Philosophicæ facultatis in Patria publicè ascendere meruerit, & vix annum ætatis suæ vigesimum agens Collegium Nobilium Jurisconsultorum ingressus est. Interim B. Antonio Senensi ex Ordine Jesuatorum, Summi Pontificis Pii II. ad Franciscum Sfortiam Ducem jussu Mediolanum venienti, non tantum amicitiaz vinculo Lucas noster adhæsit, sed & Religionem ipsam Jesuatorum amplecti instituit, invitatis etiam Parentibus; & quantum in ipsa profecerit satis elucet ex profunda humilitate, ex Divinorum eloquio, ex Prophetico spiritu, nec non ex miraculorum gloria, qua a suis celebratur. Discipulum sociumque habuit Fratrem Hieronymum Ripam, de quo alibi sermo erit; Novitiis quoque sui Ordinis præfuit, & ita tam in Litteris, quam in divinis, sanctissimisque operibus instruxit, ut fama ipsorum celebris etiam nunc apud posteros efulgeat. Præter igitur supradictum Hieronymum Ripam memorare hic juvat Augustinum Moriggiam, Jo. Petrum Landrianum, Alexium Legnanum, Seraphinum Castilionæum, Hieronymum Bigatrum, quos omnes Paulus Moriggia sui Ordinis alumnos, Concivesque litteratos percelebrat. Jesuatorum Religionis dignitates, etiam primarias, constanter Lucas noster recusavit, totus Deo deditus, usque dum anno ætatis suæ sexagesimonono animam sanctissimè ei reddidit, quòd accidit die XXII. Februarii anno Redemptionis humanæ MDXIII. Eundem Coelitibus adscriptum memorant Paulus Moriggia supradictus, Petrus Paulus Bosca, apud quos alii; ipse verò Icon irradianti aureola redimita prostat Populorum venerationi in Ecclesia S. Hieronymi in hac Metropoli, propè majus Sacellum sequenti apposita Epigraphe.

BEATUS LUCAS CRIBELLUS.

In ipso itidem Templo ejus sacrum Corpus quiescit, reliqua vero de eodem Beato Luca ex infrascriptis Auctoribus videnda sunt.

Scripsisse asserunt:

- I. Opera varia Ascetica, teste Picinello.
 - II. Collectiones Cassiani, ex Latino, in Italicum Sermonem traduxit; ita asserit Moriggia.
 - III. Plura alia Opuscula Sanctorum Patrum, ex Latino, Italicè vertit, teste eodem.
- Agunt de B. Luca, præter citatos Moriggiam in Historia Jesuatorum, atque in Lib. III. c. XXVIII. Nobilitatis Mediol. Boscam in Martyrologio Mediol. Eccles. pag. 354. Picinellum in Athenæo pag. 400. Salvator etiam Vitalis Cœment 24. Jo. Baptista Carisius in Theatro Sacro, Cl. Sitonus pag. 56. Art. 203. aliique.

DCLXXIII.

CRIBELLUS PAULUS.

Quamvis de Pauli Cribelli parentibus, gestisque nihil certum post accuratissimam inquisitionem mihi licuerit reperire, eruditionem tamen illius debita commendationis laude fraudare nefas duxi. Tempus, quo ille vixit, facile dignoscitur ex infra dandis Carminibus Italicis, quæ digna habitæ sunt, judicio quoque Viri emunctæ naris Gabrielis Joliti, ut cum aliorum Vatum Sæculo XIV. florentium Versibus posteritati servarentur. Sanè in eis

Tom. I.

A Auctoris mirum in modum elucet ingenium, quod non invito Apolline, imò faventibus Musis omnibus foetus suos producere consueverat.

Ex doctis ejus laboribus hæc habemus:

- I. Carmina plura Italica; extant in lib. cui titulus: „Rime di diversi Vomini Nobili, & eccellenti Poeti nella lingua Toscana. Venezia, per il Giolito. 1545. in 8.
- II. Alia item Italica in libro inscripto: „Rime di diversi, raccolte dal Giolito. Volume II. Venezia. 1547. in 8.

DCLXXIV.

CRIBELLUS PHILIPPUS.

Summæ diligentiz, auctoritatis, atque doctrinæ commendatione celebratur inter Humiliatorum Ordinis Affectas Sæculo XV. Philippus Cribellus ejusdem Instituti Professor eximius, atque Decretorum Doctor, qui tantum apud suos in singulari existimatione fuit, ut non solum Præposituram Vinezæ Laudensis meritò obtinuerit, sed & etiam totius Ordinis Moderator effectus, postquam Definitoris officium anno MCDXXXIX. sustinuerat, ita se peregre gesserit, ut motu proprio Summus Pontifex in ipso munere quandoque ipsum confirmaverit, ideoque per annos XXIV. ipsam dignitatem præclare sustinuit. Decoratur quoque ob Opus infra recitandum ab ipso compositum, scilicet:

- I. Chronica Ordinis FF. Humiliatorum compilata per F. Philippum de Crivellis ejusdem Ordinis Generalem Magistrum. MS. in fol. justæ molis sign. D. num. 54. litteris rubro-nigris, optimè scriptus, & fortè autographus. Extat in Biblioth. Metropolit. Capituli Mediol. Scripsit de ipso Pucinellus in Chron. SS. Petri & Pauli in Glasiate pagg. 44. & 66. necnon Cl. Sitonus in suis Schedis.

CRISOLANUS V. GRYSOLANUS.

DCLXXV.

CRIPPA SANTARCANGELUS.

Augustinianensium Excalceatorum insignis Religio meritò gloriari potest de Crippa nostro, Mediolani nato die quinta Martii anno MDCLXII., nam in ipsam litteris jam satis instructus, moribusque peregre a Parentibus educatus, ingreditur, die XIII. Martii anno MDCLXXVIII. professusque est, nomine assumpto Cyrilli a Sancta Maria. Mirum est, quantum studii pietatique ipse se dedit; nam inter alias hujus Viri dotes, uti cathedris natus vocabatur cum in eisdem, tam clarè, tam subtiliter docuerit, ut ex pluribus alumnis sui Ordinis varios Magistros effecerit. In Libris tam legendis, quam scribendis toto vitæ suæ cursu insudavit, usque dum meritorum, annorumque plenus è vivis gloriosè excessit anno MDCCXXXIII. mense Majo in Suorum Conventu Civitatis Laudensis.

Opera ejus sunt:

- I. Theologia juxta sacras Literas, Concilia, & SS. Patres, Scholasticis, Dogmaticisque ratiociniis communita ex Collegio Salmaticensi ad compendiosorem methodum redacta: Auctore P. Cyrillo a Sancta Maria Carm. Excalc. Tomus primus. De visione & incomprehensibilitate, scientia, & voluntate Dei, atque de prædestinatione & reprobatione. Faustissimis sub Auspiciis Illustris. & Reverendiss. D.D. Georgii Cattanei Episcopi Viglevanensis, Comitæ &c. Cremonæ, apud Petrum Riccibini 1720. in 4.
- II. Complementum supradicti Cursus Theologici, extat MS. in supramemorato Conventu ejus Ordinis.
- III. Cursus Philosophicus. MS. ibidem.

T t t

IV.

- IV. Consultationes variæ, tam in Jure Canonico, quam de aliis rebus sacris. MSS. ibidem.
V. Decisiones plures de casibus ad Theologiam Moralem spectantibus. MSS. ibidem.
A Suis.

DCLXXVI.

CROTTUS HIERONYMUS.

Pluribus de Crottorum insigni Mediolanensi Familia agere potuissimus, nisi institutum nostrum, ad solos alicujus Operis Auctores perstringere decrevissemus. Juvat interim hinc memorare duos de hac Gente illustres Viros sæculi decimiquinti initio florentes, Lanzalottum, sive Lancellotum, atque Aloysium dignitatibus, honoribusque claros in Aula Ducum Mediolanensium. De primo Antonii Panormitæ panegyrim egomet inspexi Francisco Barbavarie, & Aloysio Crotto Duc. Secretariis missam, in qua uti optimus Senator, Arcisque Papiensis Præfectus,

A necnon Philosophicis, & sacris litteris summo perit excultus laudatur. Videri potest in MSS. Bibliothecæ Ambrosianæ sign. H. n. 49. Ad secundum verò plures Epistolas latinas reperi scriptas, tam a Bartholomæo Capra Mediolani Archiepiscopo, quam ab Antonio Cremona, & Antonio Canobio alibi laudatis, à supradicto Antonio Panormita, ab Jo. Lamola Bononiensi, ab Antonio Pellegri, aliisque doctissimis Viris directas, & à me in variis MSS. Codicibus Ambrosianis inspectas; sed ad Hieronymum nostrum nunc transeamus, Comitis Lancellotti filium, & unum ex Sexaginta Patriæ Decurionibus, qui Antecessorum suorum vestigia secutus, anno Christi nativitatis MDXLIV. in Collegium Jurisconsultorum adscribitur. Præfecturam Urbis optimè gessit anno antecedenti, & uti Vir summo perit Oratoria facultate, atque Jurisperitia clarus à pluribus suæ ætatis hominibus doctis laudatur. Sedit in eodem Collegio ab anno MDXLIV. usque ad annum MDLXXXI. & in Eustorgiano Templo situs est, ubi hoc Eulogion sibi vivens inscripsit:

MAIORVM CROTTORVM SEPVLCHRA
QVIBVS FVGITIVVS HONOR RESIDET
HIERONYMVS CROTTVS IVRECONSVLTVS
RHAVDII PRINCEPS

QVALIS QVALISQVE FVERIT ET FVTVRVS SIT
IMMORTALITATEM ALIVNDE SPERANS INSTAVRAVIT.

Hæc inveni de eo

- I. Oratio in funere Francisci Tabernæ Mediolanensis magni Scriniarum Præfecti. Mediolani, apud Mettios. 1560. in 4., & iterum ibi, apud Pacificum Pontium. 1592.
II. Allegationes plures, inter quas eminent illa pro Laurentio Campagna Præposito de Levate in causa excessus commissi in Personam S. Caroli Borromæi anno 1576. cum facultate ejusdem D. Caroli eidem Crotto concessa per Decretum, ut citra excommunicationis incursum dictum Præpositum defendere ipsi liceat. Sunt partim impressæ, partim MSS. in Cod. sign. A. num. 98. in Archivo Monach. Cisterciensium S. Ambrosii Mediolani.
Nomen ipsius reperi apud Clarissimum Sisonum in Theatro Nob. &c pag. 112. art. 462. nec non in Schedis Mazzucchellianis.

DCLXXVII.

CRUCEJUS ALPHONSUS.

EX Patricia Mediolanensi Gente Cruceja ortus est Alphonsus, qui pietate ductus in nobilissima Congregatione Clericorum Regularium Divi Pauli adscribi voluit, & tale nomen Viri docti, atque eximia prudentiâ præditi sibi acquisivit, ut Cremonensis, atque Mediolanensis Collegii S. Alexandri regendi Provincia ei demandata fuerit, quam optimè adimplevit, usque dum Præposito Generali Assistentis officium, etsi renuens, assumpsit. Quamquam pluribus negotiis suæ Congregationis ferè semper intentus vixerit, attamen à studiis nunquam vacavit, eruditionemque suam in editis Voluminibus parum infra recensendis, palam fecit. Apoplectico correptus morbo, octogenarius desideratus est Anno Domini MDCCXXX., quiescitque in Ecclesia Collegii Divi Barnabæ.

Labores ejus sunt:

- C**
I. Detti Sacri del Venerabile Antonio Maria Zacharia, comprovati con Sacri fatti. Milano, per il Malatesta, 1719. in 4.
II. Della stessa Opera Volume secondo. Milano, per lo stesso, 1726. in 4.
III. Lo Spirito di S. Paolo, ovvero li pensieri di questo grande Apostolo. Opera del Padre Remj de Montmeslies della Congregazione de' Barnabiti, tradotta dal Francese dal Padre Alfonso Croce. Milano, presso Carlo Antonio Malatesta, 1728. quarta impressione.
A Suis.

DCLXXVIII.

GRUCEJUS ANNIBAL.

Annibal Crucejus Joannis filius, Vir planè eruditissimus, uti facile non tantum Opera ejusdem, quam laudes plurium doctissimorum Virorum demonstrant, Senatus Mediolanensis Patriæ diu à Secretis extitit. In litteris Latinis optimè excultus, Græcæ etiam minimè neglexit, itaut æternum nomen apud Posteris sibi acquisiverit. Grassante verò lue in hac Metropoli, cum placando Numini elegantissimos versus, seu verius preces ad Deum scripsisset, morbo ipso correptus Anno MDLXXVII. ad plures abiit, ætatis suæ LXVIII., non verò CI., ut perperam scribit Morerius in Lexico. In Sacra, & Ducali Sede S. Mariæ Coronatæ Mediolani quiescit, & Fabricius filius hoc Eulogium, quadrato in lapide sculpsit:

L. ANNI

L. ANNIBALI CRUCEIO
AB EPISTOLIS SENATVS
FIDE OPTIMA ET SPECTATISSIMA
ABSTINENTIA ADMIRABILI
EXIMIE IVSTO ATQVE INTEGRO
LITTERIS LATINIS ET GRAECIS
EXCVLTO

POETAE PERELEGANTI
NATO ANNOS LXVIII.
PESTILENTIA MORTVO
ANNO CID. IO. LXXVII.
V. KALEND. OCTOBRIS
FABRITIVS FILIVS PATRI

B. M. P.

Hæc usque ad invidiam in publicum emisit:

- I. Achillis Statii de Leucippi, & Clitophonis amoribus Libri VIII. è Græco in Latinum sermonem conversi. *Basilæ, apud Herwagenium, 1554. & iterum ex recensione Salmassii, Lugd. Batav. 1640. in 12.*
- II. Narrationis amatoris fragmentum Latinitate donatum. *Lugdani, apud Sebastianum Gryphum, 1544. in 8.*
- III. Ecloga. Extat inter Poetas Bucolicos pag. 347.
- IV. Carmina plura Latina reperiuntur in Tomo III. Carminum illustrium Poëtarum Ital. pag. 724. atque alibi impressa.
- V. Epigramma in laudem Hieronymi Cardani; extat in calce Elogii ejusdem Cardani in libro, cui titulus: „Elogj d'Uomini Letterati scritti da Lorenzo Craffo. *Venezia, presso Combi, e la Nov, 1666. in 4.*
- VI. Precatio ad Deum Opt. Max. occasione Pestis, Carmina. *Mediolani, apud Pontium, 1576. in 4. & iterum tertio 1577.*
- VII. Epistolæ plures nomine Senatus ad Summos Pontifices, Imperatores, Reges, Republicas, Principes &c. In ejus obitu leguntur Epigrammata Francisci Civelii, & Sigismundi Foliani. Ad sunt variæ Epistolæ eruditissimæ Jo. Jacobi Ælii ad eundem scriptæ, de quibus jam in Ælio. Extat etiam ad ipsum Epistola XVIII lib. IV. supra memorati Sigismundi Foliani, quæ eum, Octavianum Ferrarium, & Marchesonium laudat. In libro supradicto, cui titulus: *Carm. Illust. Poët. Ital. Tom. III. pag. 376. reperitur Carmen Antonii Cerruti Novariensis ad Annibalem Crucejum. Scripsit ad eundem Epistolæ duas Paulus Manutius Anno MDXLV. In Carminibus Italicis Juliani Gofelini Carmen XXII. vulgò *Sonetto*, est in laudem Annibalis nostri. Ejus laudatores sunt Horatius Landus de Senatu Mediolanensi, Aubertus Miræus in *Scriptoribus Seculi XVI.*, Albertus Fabricius in *Bibliotheca Ecclesiastica Tom. II. pag. 205.*, Antonius Beffa Negrinus pag. 514. Moriggia in lib. III. *Nobilitatis Mediol.*, Abbas Ghilinus in suo *Theatro*, Crescentius in p. p. *Amphitheatri Rom.*, Jo. Jacobus Frisius in *Biblioth.*, necnon Picinellus in *Athenæo pag. 38.**

DCLXXIX.

CRUCEJUS CHRISTOPHORUS MARIA.

Christophorus Maria de la Cruce, sive Crucejus, alterius Christophori J. C. Collegiati Mediolani, & Mattheæ Sansoniæ conjugum filius, in Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum ætatis agens annum XVIII. ingressus est, Reparationis verò nostræ MDCL. Eiusdem genitoris Tumulus in Ecclesia S. Barnabæ Mediolani, sequenti decoratur Elogio:

CHRISTOPHORO CRUCEIO
IVR. CONS. COLLEGIATO
IN ADMINISTRANDIS MAGISTRATIBVS
PRVDENTIA ET INTEGRITATE
PRAESTANTI
ET MATTHEAE SANSONIAE
PARENTIBVS OPTIMIS
GALEATIVS P.
OBIT KAL. OCTOBRIS MDCXVII.

Noster verò pietate, atque eruditione summopere excelluit, ita ut Concionator primi nominis suæ ætatis prædicaretur. Tanti eum fecere suæ Congregationis Sodales, ut plures Præfecturas variorum Collegiorum ei demandaverint; at dum in eodem munere religiosi Alumnis Sancti Barnabæ præsidebat, Pestis morbo, quæ Mediolanum affligebatur, ad Superos evolvit Anno nempe MDCXXXI. Dolendum interea est, quod in illa teterrima perturbatione Scripta Christophori nostri deperditæ sint, nam præter Quadragesimale integrum, quod prælo paratum habebat, plures alias eruditæ Dissertationes ad res Ecclesiasticas fertur scripsisse, aliasque Orationes variis in locis, variisque occasionebus recitatas, quarum aliquæ etiam Typis datæ, ad manus nostras non pervenerunt, ultra sequentes:

- I. Quadragesimale integrum Typis paratum. MS. ut supra.
- II. Dissertationes plures de rebus Sacris. MSS. ut innuimus.
- III. Orationes Panegyricæ quamplures, quarum supersunt tres in laudem S. Caroli Borromæi I. Mediolani habitæ Anno MDCXXII. & Typis datæ *apud Bidellum in 4. II. ibidem Anno MDCXXVII. die IV. Novembris per Jo. Antonium Comum, III. verò Bononiæ dictæ; & ibidem prælo commissa, quam Comus ipse iterum Mediolani in publicum demandavit, in 4. Epigrammate laudatur in libro, cui titulus: *Muse successivæ, Epigr. 29.* Agit etiam de ipso Picinellus in *Athenæo pag. 158.**

DCLXXX.

CRUCEJUS CLANTERIUS.

Cruceja Familia, quæ etiam Crucia, vel de la Cruce dicitur, antiquissimæ apud Mediolanensis nobilitatis ornamentis effulget. Primus enim ex ea Gente Martinus occurrit, qui Annis MXXL. & MXXLII. Consul Justitiæ fuit in Repub. sua, ut constat è Placitis in pergamento etiam num servatis apud Clar. Jurisconsultum Sironum in amplissimis suis Collectaneis. Martini fortasse filius Andreolus fuit, qui munus idem gerebat Anno MCLXVIII. cujus etiam mentio est in aliis Placitis ibidem existentibus. Verum eorum gloriam instauravit pleniori luce Clanterius, qui in Patriæ restauratione, de qua jam pluries actum à nobis est, Anno MCLXXII. cum XII. aliis immortalitate dignissimis Viris Consul Reipubl. renunciatus, non tantum reparandis Mediolani damnis, resarciendisque ruinis operam dedit diligentissimam, sed etiam, Municipium Legum præsidio, populi mores ad optimam normam componere curavit. Militares quoque copias ad Urbis tutelam, ad hostium terrorem, & ad vicinorum injurias propulsandas instituit, præcipue verò ad Comites extirpandos, quos Fridericus Augustus, hujus nominis I. in opprobrium Mediolanensium creaverat. Prudentiæ, atque doctrinæ Clanterii debet Insulbrum hæc Metropolis

- I. Statuta Reipubl. Mediolanensis cum aliis Collegis suis ab eo condita Anno MCLXXII. ut supra diximus. II.

- II. *Leges plures, quas inter ea memorabilis: ne quis sub lingua amputationis poena Fridericum OEnobarbum Schismatis reum nominare auderet. Laudatur à Comite Octavio Archinto in celeberrima Collectione sua Monument. Familiar. Mediol. cum Auctoribus ab eodem citatis.*

DCLXXXI.

CRUCEJUS DIOMEDES.

Diomedes Crucejus filius Horatii J. C. Collegiati Mediolani, & Magdalenæ Castrobefuriæ conjugum claruit Canonicus Ordinarius Metropolitanæ Ecclesiæ Mediolanensis ab Anno MDCVI. ad Annum MDCXLII. Prædictus verò Horatius Anno MDCVII. defunctus, in Cœmeterio Parochialis Ecclesiæ Loci Magnaghi, in Plebe Dayraghi, Ducatus Mediolani, sequenti ex marmore appositâ Inscriptione, & muro Polyandri infixâ, memoratur:

HORATIVS CRUCEIVS
IOHANNIS MARCI FILIVS
IVRISCONSVLTVS
MISSOS FACIENS
SVPERVACVOS HONORES SEPVLCRI
HIC IACET.

Sed ad filium redeamus, qui non tantum sacris, quàm amœnioribus litteris excultus, varia sui ingenii monumenta in utraque facultate post se reliquit, videlicet

- I. *Il nobile, e glorioso trionfo del Martire Defendente. Milano, nella Stamperia Arcivescovile, 1641. in 12.*
II. *Pœmata Sacra varia. MS. in 4. signatus V. num. 52. Exrat in Bibliotheca Canonicorum Ordinariorum hujus Metropolis. Ipsum etiam indicavit Picinellus in Athenæo pag. 163. sicuti etiam reperitur in Schedis Sitonianis.*

DCLXXXII.

CRUCEJUS EUSEBIUS.

Sæculum & nomén Ferdinandi, quod Crucejo nostro dederunt Parentes optinî in ejusdem natalibus, Marcus, scilicet, Antonius, qui Anno Domini ultimo Sæculi XVI. Judex Victualium in Mediolanensi Patria existerat, & Lavinia Olgiata conjuges dimittere voluit, dum celeberrimæ Congregationi Clericorum Regularium à nobis Theatinorum nuncupatæ, adscribi instituit, Anno scilicet MDCVIII., ætatis suæ verò XVIII., & vocari amavit, Eusebius. Omnibus scientiis ad sacrum Institutum necessariis peractis, ad Oratoriam præcipuè se dedit; in ipsa verò quantum profecerit, præter alia ejusdem Opera, quæ miserè deperdita sunt, facile conjicitur ex Oratione infra à nobis enuncianda, typis bis tradita. In humanioribus etiam litteris mirificè emicuit, ut ex Inscriptionibus, Elogiisque in secundo libro à nobis inspecto, quem mox recitabimus. Plurima alia istius Viri docti haberemus, nisi mors immatura nimis Religioni, Patriæ, ac Reipublicæ Litterariæ ipsum non rapuisset Pestis causâ Anno MDCXXX. in Oppido Lonati, ubi Sepulchrum invenit.

Extant de eo:

- I. *Orazione Funebre in morte dell' Illustrissimo, ed Eccellentissimo Sig. Giulio Tieni, Marchese di Scandiano. Vicenza, presso Francesco Grossi, 1621. in 4. & iterum Ferrara, 1629. in 4.*
II. *Descrizione dell' Esequie celebrate per la morte del suddetto, con le Iscrizioni, Elogj, ec. ed il disegno del Catafalco intagliato in Rame. Vicenza, presso lo stesso Grossi, 1621. in 4. e Ferrara, come sopra.*
Videndi sunt Joseph Silos in Historia Clericorum Regularium, necnon Picinellus in Athenæo pag. 176.

DCLXXXIII.

CRUCEJUS FERNANDUS.

Majorum suorum secutus est præclara vestigia, Ferdinandus Crucejus; quemadmodum enim, illi summâ diligentia Rempublicam Mediolanensem, optimis sancitis legibus exornare studuerant; ita & hic parem adhibuit operam, cum Anno MCCXVII. Jacobo Malcorigia Populum hujus Urbis regente, atque, ut alibi dictum est, suadente Brunaxio Porcha Novariensi, quondam Mediolani Prætoris, prudentissimis Viris ea provincia demandata fuit, ut in unum redigerent Consuetudines vetustissimas ad ea usque tempora in hac Metropoli pro legibus servatas. Fuit inter illos Ferdinandus noster, quod non infimum est argumentum & doctrinæ, & existimationis, simulque cum Collegis omnium Sæculorum memori dignissimis, Volumine uno edidit:

- I. *Consuetudines, quæ hætenus apud Mediolanenses vim legis obtinuerant. Ejus meminit Corius lib. XII. & ex eo Comes Octavius Archintus in centies laudata Collectione Monument. Famil. Mediol.*

DCLXXXIV.

CRUCEJUS FLAMINIUS.

Optandum foret, quod de Flaminio Crucejo nobili Mediolanensi plurima Lectoribus meis proferre posse mihi datum fuisset, sed præter Opera illius, quæ egomet inspexi, nil aliud, etsi omni diligentia adhibita, invenire mihi licuit, nisi quod tantus Vir omnem suam ætatem consummavit in bellis, maxime Flandrensibus, in quibus per annorum decem, & ultra spatium sub celebratissimo Duce Alexandro Farnesio fortiter dimicavit. Id ipse asserit in Epitola nuncupatoria ad Serenissimum Ranucium Parmæ, & Placentiæ Ducem, quæ libro num. I. infra describendo, præfixa est. Mirum est, quod nec Picinellus, nec alii, qui de Viris doctis Mediolanensibus egerunt, ullum verbum quidem de Flaminio nostro fecissent, etsi initio Sæculi transacti floruisset. Accipiat igitur à me, Lector benevolus, quod possum, scilicet accuratorem Operum ipsius descriptionem, videlicet

- I. *Teatto Militare del Capitano Flaminio della Croce Gentiluomo Milanese, diviso in due parti, nell' una si tratta de' veri mezzi di conservare qualsivoglia Piazza, con altri Discorsi appartenenti alla Cavalleria, Trattati doppj, ed alli Generali d' Eserciti; nell' altra si mostra, in qual maniera si possano assicurare da improvviso assalto le Fortezze. Al Serenissimo Ranuccio Farnese Duca di Parma, e di Piacenza ec. Milano, per Bernardino Lanconi, 1613. in 4. con figure in Rame.*
II. *L' Esercizio della Cavalleria, ed altre materie del Capitano Flaminio della Croce, Gentiluomo Milanese, diviso in V. Libri. Nel I. si tratta di quello appartiene al Soldato privato, Caporale, Alfere, Tenente, Capitano, Trombetta, e Forriero. Nel II. ciò che appartiene ad un Capo di più Compagnie nel marciare, alloggiare, combattere, ed altre azioni. Nel III. si discorre di disporre la Cavalleria in diverse ordinanze di Battaglia, alle quali si vede per cadauna applicata la sua figura, e come farle combattere, e d' altre particolarità per tale effetto. Nel IV. si notano alcune cose per beneficio de' Cavalieri. Nel V. si descrivono Sentenze, Proverbj, e molti brevi Discorsi morali di diverse materie ec. Dedicato a Ferdinando II. Imperadore. Avversò, appresso Enrico Artista, 1625. in foglio, con molte figure in Rame. Adfunt in fronte Operis Carmina Italica variorum Virorum, inter quos Hieronymi Mariani, atque Hippolyti Caimi Mediolanensium. Editio nobilissima.*

DCLXXXV.

DCLXXXV.

CRUCEJUS FRANCISCUS.

Franciscus Crucejus Mediolanensis, Martini Comitis Cæsarei Palatini filius, inter vivos effectus Anno MCCCCIX. Eluxit vel in puero mira, & ad optimas artes propensa indoles, quæ ab optimis Magistris studiis exulta uberes postea fructus ad Familiæ, atque Patriæ decus protulit. Divinis enim obsequiis inter Clericos mancipatus, Pontificiarum Legum peritiem tantam brevi cunctis ingessit, ut communi plausu Decretorum Magister creari meruerit. Regebat per ea tempora Mediolanensem Ecclesiam Vir laudatissimus, atque doctissimus Franciscus Picciolpassus Bononiensis, quem congruo tempore encomiis libenter prosequemur. Hic Crucei doctrinam admiratus eum Vicarii sui Generalis dignitate ornavit, eoque munere fungebatur Anno MCDXXXV. Post biennium inter Purpuratos Metropolitanæ Canonicos locum obtinuit, atque omnium primus Anno MCCCCXLI. ut placet Sitono, sive, ut asserit Abbas Trivultius, Anno sequenti, Primicerius in eadem Basilica constitutus est. Interim, licet esset tot officiis implicitus, Cives suos juvare non destitit; cum enim Mediolanensis Respublica Archigymnasio suo Profes-

A fores optimos, Virosque Clarissimos undique accitos præficeret, Franciscus extraordinariam Decretorum lecturam adeptus, non sine ingenti Discipulorum progressu, diu Sacros Canones interpretari studuit. Interfuit Anno MCCCCXXXI. Sigismundi Imperatoris Coronationi, quam etiam posteris narratam reliquit, ut mox dicemus. Candido Decembrio Viro ætatis suæ doctissimo fuit amicissimus. Insignis Monasterii Majoris (quod Sanctus Sigismundus Burgundionum Rex, & Martyr inclytus, in honorem Sancti Mauricii in hac Metropoli dicitur excitasse) Virgines sub Sancti Benedicti Regula viventes, ad perpetuam clausuram servandam, ut sacras Domini decet, suis monitis inducere, eventu non irritò, laboravit. Ambrosiani Ritus Codices, ac Ceremonias plurimum illustravit, donec Anno Salutis humanæ MCCCC. LXXVIII. mortalibus valedixit. Ejus obitum in hunc Annum incidisse, scribit Sitonus, tametsi citatus Trivultius in suis Schedis Annum ei emortualem assignet MCCCCCLXIX. Nobis tamen prior arridet sententia, cum Anno MCCCCCLXXIII. dederit Auctor noster ad Mediolani Ducissam litteras infra indicandas. Patris ejus Martini servatur adhuc memoria in Inscriptione parieti infixâ, quæ visitur apud Collegiatam Ecclesiam Sancti Georgii in Palatio dictam, in Sacello Sancti Hieronymi.

DIV SPECTABILIS ET CATHOLICI CAPITANEI

COMITIS PALATINI CIVISQUE OPTIMI

DOMINI MARTINI DE LA CRUCE

SEPVLCRVM

FILIORVMQVE

OBIIT MCCCCXXXII. DIE XIX. DECEMBRIS.

Quantæ fuerit eruditionis Franciscus noster, ex sequentibus patet, titulis ut jacent

- I.** Expositio Litteralis Hymnorum S. Ambrosii Archiepiscopi Mediolani, & universalis Ecclesiæ Catholicæ Doctoris irrefragabilis, & maxime ex his, qui in sua Mediolanensi Ecclesiâ utuntur, in præsentem formam à Reverendo Decretorum Doctore Domino Franciscò della Cruce Primicerio, & Ordinario prædictæ Mediolanensis Ecclesiæ redacta: & quæ diu penes Laicos latuit, tandem opera mei Francisci Castelli, pariter prædictæ Ecclesiæ Ordinarii, ipsi Ecclesiæ restituta fuit Anno Domini MDLII. sedente Reverendissimo, & Illustrissimo D. Joanne Angelo Arcimboldo Archiepiscopo Mediolani, cui ego deserviebam pro Magistro Cæremoniarum. In fine sic legitur: „ Hos Hymnos „ Beati Ambrosii, quibus sua Ecclesiâ Mediolanensis „ utitur, cum etiam in Officio, & Missa alius Ritus „ & singularis sit, aliaque observantia à cæteris omni- „ bus totius Orbis Christiani Ecclesiis, decrevi ego Fran- „ ciscus de la Cruce minimus Decretorum Doctor, Pri- „ micerius, & Ordinarius dictæ Ecclesiæ, pro litterali „ expositione apud rudiores, minusque intelligentes „ Clericos glossulis explanare: non ut graves tanti Do- „ ctoris Sententias, atque Mytheria videar attigisse, „ sed ut duratara vocabula non omnibus nota, & lit- „ teræ sensus ad omnium cognitionem pleniorer reduc- „ erem, pro fraterna charitate mea in omnes, pro de- „ votioneque mea singulari ad hunc Sanctum, & Pa- „ trem nostrum Ambrosium, cujus auctoritas, mellifluis „ Sermones, doctrina irrefragabilis, & laudes eximie „ florent in Ecclesiâ Dei, nedum apud Latinos, sed „ etiam apud Græcos, ita ut miris eum laudibus extol- „ lat Pelagius, sicut refert Beatus Augustinus in fine „ primi libri de Nuptiis, & Concupiscentia contra non- „ nullos Hæreticos, in hæc verba: Nunquid jam & „ Sanctus Ambrosius nuptiarum bonitatem, ac istorum „ Hæreticorum, quamvis tunc non apparentium, vani- „ tatem, suæ hujusmodi Sententiæ veritate condemna- „ vit? quod ideo commemorandum putavi, quia Pela- „ gius sic laudat Ambrosium, ut dicat: Beatus Ambro- „ sius Episcopus, in cujus præcipue libris Romana „ elucet Fides. Qui Scriptores inter Latinos flos qui- „ dam speciosus emicuit: cujus Fidem, & purissimum

Tom. I.

C „ in Scripturis sensum, ne inimicus quidem ausus est „ reprehendere; pœniteat ergo eum quod sensit adver- „ sus Ambrosium.

„ Scripsi & hæc omnia manu equidem propria Anno „ Domini MCCCCLX. statis verosimiliter Anno LXIX. „ Hymni sunt num. XXIII.

MS in Pergameno cum variantibus interlinearibus & „ Etionibus, atque Notis uberimis marginalibus, litteris „ rubro-nigris optime scriptus. Extat in Bibliotheca „ Canonicorum Ordinariorum Ecclesiæ Metropolitanæ „ Mediolanensis signat. F. num. 51. in fol.

II. Coronatio Sigismundi Imp. facta Mediolani die XXV. „ Novembris Anno MCCCCXXXI. in fine ejus sic legi- „ tur: „ Scripta per me Franciscum de la Cruce Pri- „ micerium, & Ordinarium Ecclesiæ Mediolanensis pro „ futura rei memoria, quoniam præmissa sic fieri vidi, „ & eis præfens fui, in ipsa Coronatione assistens præ- „ fato Archiepiscopo meo.

Extat in Codice MS. supradictæ Biblioth. Eccles. Metro- „ pol. sign. F. num. 52.

III. Litteras ejusdem ad Ducissam Mediolani datas die VII. „ Decembris Anno MCCCCCLXXIII., quibus ei respon- „ der super quadam controversia inter Sanctimoniales „ Monasterii Majoris, & vicinos Sanctæ Mariæ ad Cir- „ culum excitata; in quibus asserit se adlaborante „ ante Annos XXV. Moniales ipsas Clausuræ perpetuæ „ se subjecisse, à se visas testatur Puricell. in Monumi „ Basil. Ambros. num. 231.

Extant ad eum Epistolæ Latinæ Bernabovis Carcanensis „ de Anno MCCCCXXXVIII. in Cod. MS. sign. H. „ num. 48. Biblioth. Ambros. de quo egimus.

Aliam item satis eruditam de libris Sancti Ambrosii ad „ eum datam à Candido Decembrio Anno MCCCC- „ LXVI. vidi inter hujus MSS. in Biblioth. Ambros.

Agunt de eo sæpelaudatus Sitonus, & Abbas Trivul- „ tius in Schedis.

V u u

DCLXXXVI.

DCLXXXVI

CRUCEJUS JOANNES ANDREAS.

Joannes Andreas Crucejus Mediolani anno MDCXIX. natus, cum plurimum valeret ingenio, litteris amoenioribus excultus, jam Philosophiæ initiatus, Bononiam petiit, in clarissimo illo Archigymnasio Medicinæ lauream consecuturus. Eâ igitur decoratus remeavit in Patriam, atque ut omnium de medendi facultate scribentium in se unum eruditionem derivare posset, exoticis linguis ediscendis totum se dedit. Mirati sunt cuncti in eo Græci, Hispani, ac Gallici sermonis peritiem tam plenam, atque perfectam, ut nedum expeditissime ex tempore loqueretur, verum etiam majoris Nosocomii Præfectorum Decreto in Palatino Gymnasio Græcas litteras docturus assumeretur, anno MDCLI. die XXX. Januarii. Astronomiam quoque, atque Geometriam ibidem professus est; ejus eruditionem, prævio diligentissimo examine, probantibus Joanne Aloysio Confalonero Societatis Jesu, ac Petro Paulo Caravaggio Viris doctissimis, quorum in hac Collectione jam dedimus Elogia. Aegris quoque sedulam impendit curam, magna cum doctrinæ celebritate, pauperibus præsertim, quibus inexhaustæ pietatis officio necessaria Medicinæ suppeditat adjumenta nobilissimus Optimatum Cætus Sanctæ Coronæ nuncupatus. Pluribus quoque primariis Civibus, ac Monasteriis insignioribus in propulsandis curandisque morbis deservivit. Famâ igitur nominis ejus longe latèque diffusâ Patavini Lycei Moderatoribus, magna constituta mercede, ad Medicinæ Cathedram invitatus, eo se conferre statuerat, at mors invida immortalitate dignissimum Virum sustulit in Patria, die XIII. Decembris anno MDCLV. ætatis suæ XXXVI.

Plura conscripsit ad Medicinam pertinentia, nimirum:

- I. Tractatus de Semine.
- II. De pulvere Viperino.
- III. De Unguibus, & Pilis.
- IV. De Balneis.
- V. De Cadaverum conservatione.
- VI. De Febribus.

Alios quoque cum superioribus Tractatus MSS. apud heredes Cruceji nostri servatos, magna cum animi voluptate, se pervolvutasse scribit Picinellus, atque in eis eruditionem immensam reperisse.

Agunt de eo præfatus Picinellus in Athenæo pag. 259. & Curtius de claris Medicis Mediolanens. pag. 185.

DCLXXXVII.

CRUCEJUS LEO.

Leonis Crucei prudentiam, & eruditum ingenium singularis in Patriam suam amor reddidit apud posterorum memoriam clarissima. Is etenim præstantium eorum Civium cœtui adnumeratur, quorum studio, atque laboribus nil minus Mediolanum debet, quàm novam è cineribus atque ruinis vitam. Consulatum Reipublicæ suæ administrabat Leo anno MCLXXII. quo XII. Viri & mœnibus amplificandis, & legibus condendis Præfæcti, omnem movere lapidem, ut Metropolis celeberrima diu squallida, & fermè deleta pristinum splendorem recuperaret. Quoniam vero firmamentum Reipublicæ non in legibus tantum, sed & in militari robore situm est; constitutæ sunt fortium bellatorum manus, qui propulsarent adversariorum impetus, & civium tranquillitatem sartam undique, tectamque servarent. Sequenti anno Crucejus noster, ut qui non mediocris æquitatis laudem sibi conquiserat, Justitiæ Consul est nunciatus, ejusque placita in pergamento

A adhuc visuntur in Collectaneis Viri Clarissimi Joannis Sironi a nobis læpè laudati.

Habemus Leonis & Collegarum ejus:

- I. Statuta Reipublicæ Mediolanensis, à nobis non uno loco memorata, anno præfato MCLXXII. condita.
 - II. Leges plures, ea præsertim, quæ nomen Frederici I. Augusti, tamquam Ecclesiæ hostis pronunciasi vocabatur, aliasque ad Militiam spectantes
- De ipso mentio occurrit honestissima in Collect. Monument. Familiar. Mediolan. Comit. Octavii Archid. ubi Scriptores alii citati recententur, atque in Schedis Sironianis.

DCLXXXVIII.

CRUCEJUS LEO alter.

Non minori laude dignus habendus est Leo duæ eadè ortus Familiâ, quem ipsum cum superiore aliquando existimavimus, at diligentius inspecto Volumine ab eo conscripto, quod mox indicabimus, ætate juniorem tandem fuisse reperimus. Verùm optabile fuisset vel de se ipso plura scripsisset, vel alius quispiam tam docti hominis gesta posteritati servasset. Ortus videtur in Oppido Leuci hujus Mediolanensis Ducatus, & inter vivos fuisse circa Sæculum XIV. Summæ fuit in antiquitatis Monumentis investigandis diligentia, præsertim verò ad Urbem Mediolanensem, ejusque Comitatum pertinentibus; neque tamen aliarum, maximè finitimarum Civitatum vetustatem neglexit, plura enim ad eas spectantia Operi suo intexuit.

Illud hoc titulo inscribitur:

- I. Leonis Crucei Chronica de Antiquitatibus, & Factis Civitatis Mediolani, & totius sui Comitatus, & quæ plurimum Civitatum, à Mediolano condito, idè à Creatione Mundi anno MMMCCLXXV., & etiam anno ante Nativitatem, sive Incarnationem Domini nostri Jesu Christi MVLCCCLXXV. usque ad annum salutis circiter CCOGLXX. MS. in fol. sign. n. 3. Extat in Bibl. Monachor. Cisterc. S. Amb. Mediolani.

Juvat hic Lectoribus exhibere quædam ex ipso Volumine circa medium exscripta, quæ sunt:

- D „ In memoria quorundam mæorum utriusque sexus, cum „ Civibus adhuc in decrepita ætate viventibus vivebat „ quidam Vir nobilis nomine Ubertus, quem pepo- „ rit nostra terra; hic tantæ fortitudinis fuit, quæ „ ta in toto Orbe, nec ante eum, nec post eum „ potuerit vir aliquis reperiri &c. Hic profertur „ narrando varia mirabilia de ipsius Uberti fortitudi- „ ne, & infra: „ Vinianus quoque Athleta mirabilis „ Vir fuit, de quo multa miranda in nostro Comi- „ tatu, videlicet juxta Leuchum Burgum mirabilem „ extant, unde oriundus fuit: Alii quoque quædam „ rimi in diversis temporibus Viri egregii fuerunt, „ qui nullos sibi pares in toto Orbe reperire, Me- „ diolanique originem habuere, de quibus dicere in „ præsentia omitto &c. Finis est in Odoacre Rege. „ Scriptus extitit Codex manu Jo. Bapt. Blanchini, „ qui subjungit: „ Nihil ultra scriptum reperit in „ primo Exemplari, In ipso Volumine continentur: „ Chronica Danielis de Comitibus Angliæ, item su- „ præscripta Chronica Leonis Crucei, & Excerpta ex „ Chronico Philippi de Castro Seprio, & Benvenuto. „ Subduntur autem & hæc:
- E „ Exemplum hoc vetustissimi cujusdam Annalis in an- „ tiqua quadam Bibliotheca reperti, ne nimia vetu- „ state corrosus in nihilum abiret Gabriel Cusanus „ fidissime transcripsit anno à Partu Virginis MDXIII „ Idibus Aprilis, & infra.
- „ Horum Chronicorum Opus nunc extat in Bibliotheca „ Illustris. & Reverendiss. Dominor. Caroli, & Man- „ fredi Fratres de Septala, à quo præfens fuit ex- „ scriptum anno 1659. per eundem Blanchinum.

DCLXXXIX.

CRUCEJUS LEONARDUS.

Agendum est in præsentiarum de Leonardo Crucejo clarissimæ Gentis alumno, qui ob præclarè fortiterque gesta ab Othone Cæsare Binaschi Oppidi Jurisdictione donatus, initio Sæculi XIII. non sine ingenti nominis fama inter hujus Urbis Cives computabatur. Cum ad regendam Rempublicam accessisset, anno MCCXVI. Consulatum Justitiæ administravit, atque æquitatis plura reliquit vestigia in placitis pergamenis ætate etiam nostra servatis in Collectaneis J. C. eruditissimi Joannis Sironi. Statuerunt anno sequenti Patriæ Moderatores, negotium urgentibus Joanne Malcorigia tunc Prætore, & Brunaxio Porcha, qui paulo ante eundem gesserat Magistratum, colligi per Viros prudentissimos vetustas Consuetudines, ne temporis injuriâ dilaberentur. Eorum cœtui, qui in hac sparta versari debebant, Leonardus quoque additus est, atque ut Civibus suis rem gratam simul, utilemque faceret, cum Collegis, de quibus loco suo

I. Consuetudines pro legibus apud Mediolanenses servatas anno MCCXVII. in unum corpus redegit.

De Leonardo meminerunt Comes Octavius Archintus in Collect. sua Monument. Familiar. Mediol. cum aliis per eum citatis, & Sironus in Schedis.

A

DCXC.

CRUCEJUS MANFREDUS.

Vetustam generis sui nobilitatem novis cumulavit ornamentis Manfredus Crucejus, qui Sacros Canones adeo calluit, ut in eis Doctoratus insignia promeritus, tanquam singulare quoddam eruditionis speculum ab omnibus coleretur. Clericalem amplexus vitam, post Cosmum Melioratum S. R. E. Cardinalem, qui primus omnium Commendatario titulo Ambrosianum Monasterium administravit, anno MCCCCV. ad idem munus evectus est. Creditum sibi tam pingue Sacerdotium optimè rexit Manfredus noster, & Basilicam ædificiis auxit, nam inter Odeum, ac Sacellum Sancti Satyri, Ædem sacram construxit, quam nunc Cistercienses Monachi in Sacrarium convertère. Acceptissimus fuit Philippo Mariæ Vicecomiti Mediolanensium Duci, atque ab eo gravissimis in rebus, præsertim vero in Legatione ad Concilium Constantiense, & ad Sigismundum Imperatorem adhibitus est. Inter primos sui sæculi Oratores locum obtinuisse perhibetur, nec minus in agendo prudentiæ, quam in dicendo facundiæ habuisse dicitur. Obiit anno MCCCCXXV. mense Augusto. Sepulchralem ejus memoriam posteris non invidit Valerius, e cujus Schedis eam exscripsimus:

B

SISTE GRADVM SACER HIC LOCVS EST QVEM CONDIDIT ABBAS
EX CRUCE MANFREDVS QVO NEMO CELEBRIOR ALTER
DOCTOR ERAT VIRTUTE POTENS LINGVAQVE DISERTVS
ROMANVM HIC REGEM PETIT PROCERESQVE DVCESQVE
PONTIFICESQVE SACROS ORATOR MISSVS AB ALTO
ANGVIGERO INSVBRVM TERRIS DOMINANTE PHILIPPO
MORTEM OBIT TANDEM SEXTILI MENSE SVB ANNIS
MILLE QVADRINGENTIS VICENIS QVINQVE PERACTIS.

Æternum doctrinæ illius testimonium est:

I. Oratio ad Sigismundum Imperatorem anno MCCCCXV. ab eo habita, dum esset Legatus Ducis Mediolani ad Concilium Constantiense. Edita est ab Hermanno ab Hardt. Tomo V. hist. Concil. Constant. pag. 109. ut asserit Fabritius in Biblioth. lat. med. ævi. De eo nonnulla habet Puricellus in Dissert. Ambrosiana num. 19.

DCXCI.

CRUCEJUS PIUS.

Pius Crucejus nobili apud Mediolanenses ortus Familia Ordinem Capuccinorum, Anno MDC-LXXVII. ingressus est, in ipso adolescentiæ flore Mundum despiciens. Sacris imbutus litteris insignis evasit Theologus, eamque divinam scientiam magna cum laude apud Suos plures per annos professus fuit. Animarum quoque zelo inflammatus Concionatoris suscepit officium; & illustriora doctrinæ ac virtutum ornamenta sibi comparans, ad Guardianatus gradum sæpe assumptus, eo in munere se prudentem, & benignum omnibus exhibuit. Quamplura scripsit, & typis infra scripta edidit

I. Memorie de grandi Principi, Signori, ed illustri Guerrieri estinti nelle gloriose imprese del Serenissimo Principe Eugenio Francesco di Savoia, co' suoi riflessi. In Milano, per Marcantonio Pandolfo Malatesta, 1716. in 4.

C

II. Memorie delle cose notabili successe in Milano intorno al mal contagioso l'Anno MDCXXX. con altre notizie ec. In Milano, per Giuseppe Maganza, 1730. in 4.

DCXCII.

CUCHINUS CAROLUS AMBROSIVS.

Arona Oppidum Mediolanensis Ducatus ad Verbanum lacum Sancti Caroli natalibus celeberrimum Carolo Ambrosio Cuchino Patria fuit, qui optima præditus indole, Deo liberius famulandi gratiâ Clericorum Regularium Sancti Pauli Deçollati Institutum suscepit. Studiis tam amœnioribus, quam seriis deditissimus extitit, plurimumque valuit & soluta, & adstricta numeris Oratione. Sæpè in Sanctorum cum Christo regnantium laudem è suggestu dixit, non absque adstantium plausu, qui summan. in eo doctrinam cum pietate conjunctam admirabantur. Deiparam Virginem sine originali labe conceptam, peculiari devotione colebat, atque in ejus laudem, ut infra dicemus, Italicorum Epigrammatum Volumen typis vulgavit, tametsi modeste nomen dissimulaverit, seque Anagrammaticè inscripserit Marcium Lucium Conaborgum. Sepruagenario minor deceffit Mediolani in Collegio Sancti Barnabæ; Anno post Salvatoris ortum MDCCXIV.

Edita

Edita ipsius Opera hæc sunt :

- I. Discorsi Sacri. *Macerata, per Domenico Sparaciani.*
- II. Rime Sacre sopra l'Immacolata Vergine Maria. *Milano, per il Malatesta, 1714. in 8.*
Hæc Suis debeo.

DCXCIII.

CUNEUS GABRIEL.

Gabriel Cuneus honestâ inter Mediolanenses familia natus ad Medicam artem proclivi dotatus ingenio plurimum in ea profecit. Vesalii magni nominis Anatomici discipulus fuit, atque sectator tam fidus, ut impetitam à Francisco Puteo Vercellensi, Jacobi Sylvii Auditore, Præceptoris sui doctrinam egregio Volumine defenderit, sicut paulo post indicabimus. Gabrielis Fallopii Mutinensis amicus inter primos fuit, atque in Ticinensi Archigymnasio Anatomicam artem plures annos tradidit. Cum autem Mediolani versabatur dissectis cadaveribus diligentissimè inspectis, totus in eo esse consueverat, ut Medicæ facultatis studiosis prodesse posset. Florere cœpit circa medium sæculi XVI.

Doctrinam ejus ostendunt :

- I. Tabulæ Anatomicæ in Opere inscripto : *Universæ Medicinæ Synopsis. Vicentia, apud Paulum Majettum. 1595. in fol.*
- II. Apologiæ Francisci Putei pro Galeno contra Vesalium in Anatomie examen. *Venetis, apud Franciscum de Franciscis 1564. in 4.*
De eo cum laude meminerunt Mangetus in Biblioth. Medica Tom. II pag. 155. Joannes Antonida Vander-Linden. de Script. Medicis. Curtius de claris Medicis Mediol. pag. 96. & perquam jejunè Picinellus in Athenæo pag. 228.

DCXCIV.

CURIONUS DOMINICUS MARIA.

Dominicus Maria Curionus natus in Oppido Assii non procul Leuco, in Mediolanensi Ducatu, Prædicatorum Regulam professus est in Cœnobio Sancti Eustorgii, in quo etiam sacris eruditus studiis, Theologiæ Lector Divina interpretabatur Anno MDCXVII. Pro sua interim in Hierosolymitanorum Equitum Ordinem observantiâ, in compendium omnia reducere suscepit, quæ ab Historicis, & à Boffio Equite, Cancellarioque ejusdem Ordinis, de eo fusius scripta fuere, prout in ipsius Boffii Elogio jam supradiximus. Tres in partes Opus suum distinguere decreverat, ita ut I. De fide ejusce Ordinis in Deum recta, & perpetua. II. De ejusdem erga Sanctam Sedem Apostolicam fidelitate. III. Demum de illius aperta constantique erga Imperatores, Reges, & Principes catholicos fide, & observantiâ singillatim tractaret.

Edidit ergo

- I. Il glorioso Trionfo della Sacrosanta Religion militare de' Nobili valorosi, ed invitti Cavalieri di S. Gio: Gerosolimitano, detti prima Ospitalieri, e poi di Rodi, ed ultimamente di Malta, nel quale si mostra la loro singolare, e inviolabil fedeltà verso Dio. P. I. Nella seconda parte si tratta della fedeltà loro verso la Sedia Appostolica del Sommo Pontefice Romano, e del premio, che da quella ne anno riportato. Nella terza finalmente si mostra la fedeltà che anno servata a gli Imperadori, Regi, e Principi Cattolici sì d'Oriente, come d'Occidente, e de' favori, e benefici ricevuti da queste Imperiali, e Regali Corone Parte I. *Milano, per il Ponzio e Piccaglia, 1617. in 4.*
Partes verò reliquæ an prodierint Picinellus ignoravit, quod etiam nobis accidit.
Prodiit etiam hoc titulo : „ Traducida de Italian en. „ Español, y en muchos lugares acrecentada por Pablo

- „ Clascar des Valles Clerigo Presbitero natural de Barcelona. *Barcino, apud Stephani Liberos, 1619. in 8.*
- II. Arte di interpretare i luoghi difficili delle Sacre Scritture. Opus hoc laudat Picinellus, sed MS. an editum fuerit, non significavit.
Hujus Auctoris meminere Hieronymus Borferius in Supplemento Nobilitatis cap. XII. Quetif, & Eccard in Biblioth. Script. Ordinis Prædicator. Tom. II. pag. 422. & citatus Picinellus in Athenæo pag. 103.

DCXCV.

CURIONUS FRANCISCUS.

Franciscus Curionus in nobilissimo hujus Ducatus Oppido, cui Gallaratum nomen est, in lucem editus, studiorum præsertim legalium curriculum Mediolani perfecit tanta animi contentione, ut inter primarios ætatis suæ Jurisconsultos, jure merito censeretur. Hieronymo Montio integerrimo Senatori, atque Ticinensi Urbis Prætori, quem congruo tempore laudabimus, fuit acceptissimus, eidemque Curionus Opus infra indicandum nuncupavit; atque in Epistola præfixa Volumini maximis Elogiis Montium ipsum prosequitur; prout etiam Joannes Petrus Puricellus loco infra citando testatur, commendans quoque Hieronymum Curionum Francisci nepotem, in eodem Gallarateni Oppido Medicæ Artis Professore peritissimum, qui Scriptoris nostri lucubrationes haud multo ante in lucem editas sibi largitus fuerat. Floruit Franciscus medio fermè Sæculo XVI.

Publici Juris fecit :

- I. Lucubrationes Legales. *Mediolani, 1579. in fol.*
- II. In Legem I. ff. de Præscriptionibus. *Ut supra, apud Puricellum, ibid.*
- III. Allegationes plurimæ omnigena eruditione refertæ; leguntur in Collectionibus sæpè laudatis apud Jurisconsultos Mediolanenses tam MSS. quam typis commissa. Illius meminerunt citatus Puricell. in Vita S. Arialdi lib. I. cap. 13. & Picinellus in Athenæo pag. 210.

DCXCVI.

CURTIUS AUGUSTINUS.

Augustinus Curtius ex Mediolanensi vetustissima Familia natales habuit, quæ multos alios peperit Viros etiam Scientiis apprime excultos. Inter eos, forsitan usque adhuc curiosis de re litteraria ignotus, est Thomas, cujus manu pro sua eruditione scriptum vidi optimum Codicem in Bibliotheca Ambrosiana servatum, sign. B. num. 37. in 4. cui titulus: „ Ad Galeatium Mariam Vicecomitem Franciscus „ Lucanus Parmensis de Regimine Principum „ in fine legitur : „ Thomas Curtius Presbyter Mediolanensis scripsit Anno MCCCCLXXII. Auctor erat tunc Vicarius Capitanei Justitiæ Mediol. Volumen est lectu dignissimum, necnon elegantissimè scriptum in pergamento, miniaturisque deauratis exornatum. Augustinus verò noster Ordinis Eremitarum S. Augustini Vir tum in Philosophicis, tum in Theologicis disciplinis apprime versatus apparuit, ita ut nedum Lauream magistralem assequutus fuerit, verumetiam illustrium Augustiniani Eremitici Ordinis Gymnasiorum ad plures annos Moderator extiterit. Aliorum Præceptor, sibi tamen præcipere, imo & aliis subesse didicerat; hinc factum est, ut Lombardiæ Augustinianensis Provincia eum sibi Antistitem præesse voluerit, quo in munere diem clausit extremum, exeunte Sæculo decimosextimo.

Scriptis Vir eruditus :

- I. Commentaria in I. Partem D. Thomæ. Vol. II. in 4. ingentis molis, quæ MSS. extant in Bibliotheca Cænobii S. Marci Mediolani.
A Suis.

DCXCVII.

DCXCVII.

CURTIUS BARTHOLOMÆUS.

Bartholomæus Curtius, de quo pluries locuti sumus, atque sæpius etiam loquemur, vetustissima & ipse æquè ac nobili Familia ortus Carolo patre, in lucem venit Mediolani, Anno Christi MDCLXVI. Studiis Medicis apprimè deditus, laurea que in eadem facultate decoratus, plurimum Patriæ profuit, ubi ad extremam usque ætatem ægrotis opem tulit præsentissimam. Moribus fuit candidissimis, & singularis in ægenes pietatis exempla reliquit, nam non solum gratis per plurium annorum curriculum infirmis Nosocomii S. Joannis de Deo in hac Urbe inservivit, verumetiam cæteros urbanos pauperes libentissimè invisebat, quos humanissimis verbis, & pecuniarum largitione solari studebat. Solidum virtutis corpus, non umbram sectatus, Quadragesimalibus ut plurimum, cibis vesci consueverat, atque ut hominum laudes effugeret, & Deum solum abstinentiæ testem, judi-

A cemque haberet, facilioris digestionis speciem prætere solitus erat. Non solum Medicæ Artis peritissimus fuit, sed Historiam quoque, & naturalem Philosophiam apprimè calluit. Cum P. Jo. Paulus Mazzuchellus novum Theatrum pararet eruditorum Mediolanensium, eam Currio nostro provinciam dedit, ut in Medicos clariores, à Picinello in Athenæo Mediolanensi prætermisissos, vel leviter tactos, inquireret, quam & suscepit alacriter, & Opus scripsit num. I. laudandum. Partem maximam Bibliothecæ suæ Braydenfi Collegio Patrum Societatis Jesu supremis legavit tabulis, & Coenobium Sanctæ Mariæ Aræ Coeli, ubi præfati Sancti Joannis de Deo Sodales ægrotorum curam gerunt, ex asse scripsit hæredem. Obit die XVII. mensis Januarii Anno MDCCXXXVIII. Sepultusque est in Sacello gentilitio S. Julianæ Templi Fratrum illustris Ordinis Sanctæ Mariæ Servorum hujus Urbis, ubi hæc duæ leguntur Inscriptiones ab Auctore nostro eruditione non minus, quàm pietate ducto, positæ, quas ambos hic ponere institui ob memoriam aliorum doctorum Virorum Gentis Curtiæ.

IOSEPHO CVRTIO

I. C. ET ADVOCATO MORVM INTEGRITATE

ATQVE INGENII LAVDE CLARISSIMO

ANNO MDCCXII.

PRAEMATVRA MORTE SVBLATO

BARTHOLOMAEVS PHYSICVS

FRATRI OPTIMO MOERENS P.

SACELLVM HOC

ERECTVM AB AMBROSIO CVRTIO

DVCALIS AVLAÆ PRAEFECTO ET QVAESTORE

LVDOVICI SENATORIS PATRVO

NECNON BERNARDINI

A QVO IACOBVS ATAVVS BERNARDVS ABAVVS

IOSEPH PROAVVS AVGVSTINVS AVVS

CAROLVS PATER

BARTHOLOMAEVS FILIVS. INSTAVRABAT

MDCCXXVII.

Opera ipsius apud omnes Europæ eruditos celebrata sunt.

- I.** Notizie Istoriche intorno a' Medici Scrittori Milanesi, ed a' principali Ritrovamenti fatti in Medicina dagli Italiani. *In Milano, per il Malatesta, 1718. in 4.* Opus est præstantissimo Co. Carolo Pertusato nuncupatum.
- II.** Lettera nella quale si dinota da qual tempo probabilmente s'infonde nel Feto l'Anima ragionevole, 1702. in 8.
- III.** Riflessioni del Dottor Bartolomeo Corte sopra alcune opposizioni addotte contro del Salasso. *Milano, per il Malatesta, 1713. in 8.*
- IV.** Osservazioni sopra la Relazione fatta del suo Opuscolo intitolato: Riflessioni fodette, che fu mandata da Milano ad inserirsi nel Giornale d'Italia, scritte al Sig. Conte Donato Silva. *Milano, per il suddetto, 1714. in 8.*
- V.** Lettera intorno all'Aria, e Vermiccioli, se cagioni della Peste. *In Milano, 1720. in 8.*
- VI.** Lettera Apologetica al Sig. Preposito Ludovico Antonio Muratori intorno agli Effluvj Organici, o

- C** Inorganici cagione della Peste. *In Milano, per il Vigoni, 1721. in 8.*
- VII.** Dissertazione, in cui si difamina il dubbio ragionevole, che il Feto venga animato al principio della sua Concezione. MS. in Ambrosiana sign. H. num. 218. Opusculum est ab edito num. II. diversum.
- VIII.** Lettera in Difesa del libro di Monsignor Meda sopra la venuta del giorno del Giudizio. *Milano, presso il Malatesta. 1729. in 12.*
- IX.** L'Idiota: Liber est, in quo defenditur Doctrina Patris Caroli Ambrosii Cattanei de Mendacio adversus Patrem Augustinum Ursinum, sine Auctoris nomine. *Mediolani, 1730. in 4.*
- Ode in verso Toscano sciolto in lode di Bartolomeo Corte composta dal Sig. Francesco Zucchelli Milanese, con le Note di Lazaro Agostino Corta. *Extrat in Novar. Miscell. Tom. XVI. in Ambrosiana.*
- Ex Bibliotheca Medicorum Jo. Jacobi Mangeti, cui plura addidimus.

X x x

DCXCVIII.

DCXCVIII.

CURTIUS FRANCISCUS.

Plures floruerunt in Insubria eruditi ex Curtia gente, Francisci nomine nuncupati; cautè ideo agendum, ne unus pro altero posteritati obtrudatur. Primus omnium est Franciscus Civis Papiensis, Rolandi J. C. filius, & Operibus in lucem editis, & Senatoria dignitate clarissimus, qui anno MCCCXCV. III. Kal. Augusti, vivere desit. Alter Franciscus item Papiensis, Antonii Christophori, & Dariae senioris Francisci sororis filius, qui ut ab avunculo distingueretur, dictus est Francischinus, eumque commendant plura Volumina typis vulgata. Obiit hic Patavii anno MDXXXIII. Tertius vero Franciscus ille est patria Mediolanensis, qui domestica securus exempla diligentissimo studio amœniora coluit Musarum oblectamenta. Etenim eloquentiæ deditus, præclarissimis Viris Francisco Cicerejo, Columbano Baletto, Carolo Sigonio, Paulo Manutio, Sebastiano Regulo, & Petro Galefino, ad quos omnes elegantes profus, & lectu dignissimas Latino sermone conscripsit Epistolas, amicitia junctus fuit. Carminibus etiam latinis pangendis plurimum oblectari consueverat, ut ex sequentibus Lector facile cognoscere poterit. Floruit exeunte sæculo XVI.

Habemus eruditionis ejus hos foetus:

- I. Epistolæ plures latinæ omnigena eruditione refertæ ad prælaudatos Franciscum Cicerejum, Columbanum Baletum, Carolum Sigonium, Paulum Manutium, Sebastianum Regulum, & Petrum Galefinum; datæ annis MDLXIII. & MDLXVII. servantur cum aliis Cicereji, qui plures ad Curtium ipsum conscripsit, in MS. Codice Bibliothecæ Fratrum Marchionum Vicecomitum.
 - II. Epistolæ plures tam Latinæ, quam Italicæ ad res Ecclesiasticas spectantes ad S. Carolum Borromæum, ab anno MDLXV. ad MDLXXII. cum responsionibus ejusdem Sancti, sunt in sæpè dicta Collectione amplissima Ambrosianæ Bibliothecæ.
 - III. Decatikon ad Ferdinandum Abduensem, in laudem Orationis ejusdem contra vituperatores Jurisprudentiæ, extat ad calcem ipsius Orationis, de qua in Ferdinando jam diximus.
- De senioribus Curtii hic memoratis agunt Marcus Mantua de Jurisperitis num. 77. & 92. Cotta de Jurisperitis pag. 394. & de ipsis, atque hoc Scriptore nostræ amicissimus, doctissimusque Canonicus Jo. Andreas Iricus in Historia typograph. Tridinenfi ad annum MDIX. atque Sironus in schedis.

DCIC.

CURTIUS LANCINUS.

Lancinus Curtius Poëta non infimæ notæ, honestissimâ in Urbe Mediolanensi ortus familiâ, tantum ab ipsa natura hausit ingenii, ut volucris quadam libertate plurimum oblectatus, per omnia ferme scientiarum genera fuerit evagatus. Georgium Merulam Alexandrinum Virum eruditissimum Institutorem habuit, & tam Græcis, quam Latinis excultus litteris ad summum in utraque lingua doctrinæ apicem pervenit. Quamvis autem, ut inuimus, omnigena litteratura ornatus esset, peculiari tamen animi proclivitate ad amœna Carminum studia propendebat. Versus ergo ad sexaginta millia se conscripsisse testatur in eo Opere, quod infra laudabimus, cuique titulus est: Meditatio in Hebdomadam Olivarum. Carminibus etiam illis plurimum delectabatur, quæ dicuntur Anguinea, seu Serpentina, Retrograda, & Acrostica ita ut recto, inversoque legantur ordine, & iisdem verbis aliud efficiant priori sententiæ profus contrarium, retentâ tamen semper adstrictæ numeris Orationis lege. Parvo interim contentus, sibi soli (ut identidem dictabat) & genio suo vivens, sine aliqua no-

minis labe, imò cum summa omnium existimatione, inter studiorum delicias consenuit, nihil omnino immutata vetere vivendi consuetudine, dum cives cæteri, parenti servitutis confessione, & Gallis Insubria potitis mutuata veste, & subtonso ad aurem capillo uterentur, & Lancinum pristino more togatum, prolixèque comatum irriderent. Eruditissimorum sui temporis Virorum consuetudine floruit, & sæpè datis Carminibus, eorum vel getta, vel doctos labores commendare studuit. Eum cœlibem, semper vixisse affirmat Paulus Jovius, qui nimis rigidam censoriam virgam in illius Opera extendit; verumtamen quæ sit homini fides habenda Lector agnoscat ex Epigrammate, quod infra damus num. VI. Obiit dierum plenus anno post Christi Salvatoris adventum MDXI., ut hausimus ex Jacobo Juliano, vulgo Antiquario in Epistola XX. lib. I. conditusque jacet in claustrum Cænobii Sancti Marci hujus Urbis in tumulo marmoreo affabrè sculpto, ubi visitur ejus jacentis effigies, tresque Charites se invicem complectentes. Insculptum est etiam egregium Carmen, quod Stephanus Dulcinus Cremonensis composuisse fertur:

EN VIRTUTEM MORTIS NESCIAM
VIVET LANCINVS CVRTIVS
SÆCVLA PER OMNIA
CVNCTASQVE IBIT PER ORAS
TANTVM POSSVNT CAMENÆ.

Plura sunt, quæ tantus Vates elucubravit, quamvis multa apud hæredes derelicta periisse certum sit. Nos infra scripta, quæ ad manus nostras pervenere, indicamus.

- I. Meditatio in Hebdomadam Olivarum Poëma. Mediolani, 1508. in 4. justæ molis, apud Alexandrum Minutianum. In Epistola ad Lectorem Lancinus dicit scripsisse supra sexaginta Carminum millia, ut jam inuimus. Librum imprimi fecit Lampus Biragus Mediolanensis, sicuti legitur in Epistola ejusdem ad calcem Operis, quam hic exscribo.

„ Lampus Biragus Lectoribus felicitatem.

„ Lancini Curtii civis nostri Mediolanensis Domini, cum hoc Opusculum annum jam prope editioni (ut ex ipsius Epistola videre licet) destinatum, cum is nescio mutandi, vel addendi aliquid, seu ad cætera quæ quotidie molitur, hoc conjungendi animo, sive alia causa diem produceret, confidentissimè ex amicitia subreptum, ne ulterius multorum desiderium moraretur, & postquam ære nostro apud Alexandrum Minutianum imprimi coeptum est, Auctore magis invito, quam repugnante publicamus, Mayna viro erudito, & optimo à Regis Secretis Interprete Diplomate recepto, ne in Sereniss. atque Christianiss. Francorum Regis, ac Ducis nostri Ditione, nisi triennio exarato rursus imprimi impunè possit. De Opere ipso nihil: judicent qui legere non gravabuntur: de Curtio asseverare non piget, ex penitissima consuetudine, me illum liberali ore, & ingenio apprime lepido, undecumque integrum cognovisse. Valete, & ut reliqua Vates emittere velit, procuranti bona optata. Mediolani Calendas Aprilis MDVIII.

- II. Epigrammatum Libri XX. Mediolani, apud Rochum, & Ambrosium fratres de Valle Impressores. Philippus Foyot faciebat, 1521. Tom. II. in fol. Post titulum Operis, & Privilegium Francisci Regis Francorum, & eo tempore Mediolani Ducis, Gaspari ab Ecclesia concessum pro libri impressione, adest hoc Monitum Auctoris tam in I., quam in II. Volumine: „ Lancini Curtii morientis. Præfari liceat morituro. Quum in non perfectis, & inemendatis, plura etiam bona, quam mala reperiri contingat, non prohibuit deficiens Curtius amicis rogantibus, quin sua, quæ præparabat, publicarentur. Lector boni consule, Ovidianum illud subjiciens. Emendaturus si licuisset erat. In primo Tomo legitur etiam Præfatiuncula Editoris, quam hic exscribere optimum duxi, sicut & alteram in secundo, ut infra.

„ Gal-

„ Gaspar de Ecclesia Poëtica amatoribus.

¶ Ecce vobis post decem Sylvarum libellos Lancini Curtii mea cura, & impensa divulgatos, ejusdem totidem quoque Epigrammaton de meo etiam impressos. Horum est acumen, salesque, & facietis. Disinixerit autem Opus hoc avunculus meus suis coloribus. Hominis est judicare in poëtica pictura, non lippientis.

In secundo.

„ Gaspar de Ecclesia honestarum artium cultoribus.

¶ Dedi Operam huic uni tantum rei: memoris scilicet Avunculi mei consulere: nec quempiam præterea, ex ejus monumentis aut improbare, aut laudibus extollere. Quo igitur animo eduntur, accipite quæso hæc alia Lancini Curtii Epigrammata.

III. Adest etiam Privilegium Pontificis contra reimpressionem Operis sub poena Excommunicationis latae Sententia, pro more illius sæculi. Præ manibus diu habui ambo Volumina humanitate Marchionis Alexandri Theodori Trivultii Viri eruditissimi, quorum secundum in papyro cæruleo est impressus. Sylvarum Libri decem. *Mediolani, apud supradictos, 1521. in fol.* In fine legitur: „ Finis Decados primæ. Conjicere igitur est alias Decades perisse, & Gasparem de Ecclesia edidisse hoc Volumen ante illa, quæ Epigrammata continent ut supra. In isto quoque leguntur Privilegia, & Præfatiuncula Auctoris, ut innuimus. Monitum verò Editoris est sequens:

„ Gaspar de Ecclesia Musarum studiosis.

¶ De se loquentur ipsa: quæ Lancinus Curtius Avunculus meus poëtica reliquit monumenta: Ea ego nullis neque sumptibus parcens, neque laboribus imprimenda curavi, ut & illius memoris consulere, & alii ex ejus vigiliis fructum caperent.

IV. Epigrammata varia MSS. ab editis diversa, ut ego met observavi. Extant in Cod. MS. Ambros. Biblioth. signat. M. num. 4. in fol.

V. In libro, cui titulus: Explanatio immortalitatis humani animi, Fratris Isidori Iolani, extat Epigramma Lancini Curtii.

VI. Alia Epigrammata duo extant in Opere Archangeli Madrignani, cui titulus: Ludovici Romani Patricii Itinerarium Æthiopiæ &c.

VII. Villani filii sui puerilibus annis extincti obitum deservit Lancinus hoc Epigrammate, in Basilica Scalensi marmore insculpto:

Hæc puerum tegit Urna: quis es? Genitore poëta

Gaudere: Mater erat immo Minerva Venus.

Hoc satis; hoc & erat, quod te nescire volebam,

Nihilque ultra fas est scire, Viator abi.

Ex Collect. Co. Octavii Archinti.

VIII. Edidit Anno MDII. Opus Bernardini Corii inscriptum „ Utile Dialogo Amorofo „ quod Epistolâ Latinâ dicavit eidem Bernardino, ut in ejus Vita jam diximus.

Præter Epigrammata inedita supra relata Auctoris nostri, mihi datum est hæc addere usquedum omnibus ignota.

IX. Lancini Curtii Supplicationes ad Ludovicum Regem Francorum, & Ducis Mediolani Soteria, Anno MDV. Mediolani acta. Ex MS. Bibliothecæ Ambrosianæ signato H. num. 21. in 4.

X. Interpretatio Hymnorum Calymachi Lancini Curtii MS. in fol. extat in Bibliotheca Fratrum Marchionum Vicecomitum.

Extant ad eandem Epistolæ Variæ latinæ Hieronymi Moroni JC. & Magni Cancellarii, de quo infra loco suo. Leguntur inter Opuscula Moroni MSS. apud March. de Sylva Tom. I. pag. 118. 125. & 130.

Eum commendat Archangelus Madrignanus in Epistola nuncupatoria ad Jafredum Caroli, præfixa Itinerario Portugallensium, his verbis: „ Lancinus Curtius, qui si Philosophiam, si Carmen, si cuiusvis doctrinæ genus spectaveris, numeros omnes elegantissimè implet. Quid quod extemporalitate, & sermone concinnitate, & humanissimis moribus reliquas omnes dotes (quibus ubertim honestatur) exornat ad simetrium.

Videnda etiam sunt Schedæ Patris Mazzuchelli, in quibus legitur matrem fuisse Auctoris nostri Catharinam Applanam. Plura de eo Paulus Jovius, Julius Cæsar Scaliger in Hypocrit. Baillet Jugemens des Sçavans, Collectanea Co. Octavii Archinti &c.

A

DCC.

CUSANUS ALOYSIUS.

A Lloysius Cusanus Marchionis Federici ex LX. Urbis Decurionibus, & Juliz Bartholomeæ de Vecchiis filius, Collegium Jurisconsultorum Nobilium juxta Sitonum nostrum, ingressus est anno MDCXIX., et sub ejus effigie quæ est in Aula ejusdem Collegii appositus sit annus MDCXVIII. Varalli Prætor, dein Judex ad signum Galli, postea Regii Fiscii Patronus, hinc Regius Senator, mox Regens in supremo Italicarum rerum Consilio apud Catholicam Majestatem per sexennium, subinde Mediolanensis Provinciæ Senatus Princeps mirificè illuxit. Quis de tanti Viri scientia, dexteritate, atque in rebus publicis agendis prudentiâ satis dicere potest? Patria enim, Aula Hispanica, amplissimusque hujus Metropolis Senatus Theatra fuere virtutum Aloysii nostri, dum in vivis gloriosè extitit, & hodie quoque illius pietatis monumenta elucent in majori Urbis Nofocomio, cui pro alendis, medendisque pauperibus magnam suæ hæreditatis partem generosè legavit. Desideratus est anno Mundi redempti MDC LX., ætatis vero suæ LXV.

Scriptit:

I. Respuesta al cap. VII. del lib. I. de la Pesquisa de Jacomo Casano, que funda las Pretensiones de la Corona de Francia al Ducado de Milan. *Matriti. 1644. in 4. & Italicè, per Ludovicum Cadamustum, Mediolani, item in 4.*

II. Opusculum de Ticino flumine; hoc eruitur ab Epistola Aquilini Coppini Aloysio nostro scripta anno MDCXI. V. Kal. Junii.

Quatuor aliæ Epistolæ ipsius Coppini ad eundem Aloysium missæ, leguntur inter illius Epistolæ editas, de quibus diximus suo loco.

Augustinus Terzagus laudavit Auctorem nostrum Carminibus II. in libro cui titulus: Poësis, pagg. 74. & 224.

Egerunt quoque de ipso Cavatius in Alleviam. Status Mediol. Salvator Vitalis in Theat. Med. pag. 21. Comes Gualdus Prioratus, qui integrum Elogium ei texuit, Lafor à Varea, Sitonus noster pag. 199. Art. 246., & Picinellus in Athenæo pag. 404.

B

C

D

E

DCCI.

CUSANUS ANTONIUS, sive JO. ANTONIUS.

I nter Scriptores Medicos Mediolanenses Bartholomæus Curtius sæpe à me laudatus Antonio Cufano Jacobi J. C. Coll. ac Regii Ducalis Senatoris, necnon Juniperæ Cafatæ Jugalium filio, honorificentissimum locum dedit, utpote qui in Collegio Physicorum Patriæ adscriptus Anno MCCCCLXXXIII. vestigia secutus est Avi Marci Antonii, quem Philippus Maria Vicecomes Mediolani Dux suum Proto-physicum habere voluit. Frater quoque ei fuit Hieronymus, & ipse Mediolani Senator. Non tantum noster in re Medica eluxit, sed & in Arte dicendi, uti apparet manifestissimè ab Oratione, quam dixit die IV. Novembris Anno MDXVI. nomine Collegii sui Francisco I. Galliarum Regi Christianissimo, à pluribus Scriptoribus illius ævi celebratissima, eo magis quia ab optimo Rege Jo. Antonius noster facundiæ suæ efficacia, quod petierat, impetravit. De eo ita loquitur Archangelus Madrignanus in Epistola nuncupatoria Jafredo Caroli in Opere, cui titulus: Itinerarium Portugallensium &c. „ Joannes Antonius Cusanus Medicus præstantissimus, qui „ & elegantiores omnes Artes colit, mellissus fer- „ mone, & aspectu affabilissimus &c. Supramemoratus Curtius solum nomine Antonii eundem insignivit, sed ex Schedis Sitonianis, à quibus etiam excerpti flo-

floruisse ab Anno MCCCCLXXXIII. ad MDXVII. necnon à citato Madrignano, & à Lancino Curtio nomen ejus verè fuisse Jo. Antonius, edoctus sum. De altero Antonio Seniore mentio habetur in libro citato Cl. Curtii, qui & ipse Esculapii, Hypocrafitque vexilla sequutus, Rector Universitatis Pa-

piensis extitit in primis suis exordiis, uti videre est in Inſcriptione, etſi non ex integro, à Curtio relata, quæ est in Templo S. Thomæ Ticini, ab ipſa Univerſitate in Sacello D. Catharinæ appoſita, quam etiam nos mancam damus:

HANC TOTVS COETVS STVDII PAPIENSIS HONORI &c.
EXISTENTIBVS D. BAPTISTA DE IACOBO DE IANVA RECTORE
IVRISTARVM ET MAGISTRO ANTONIO DE CVSANO DE MEDIOLANO
RECTORE MEDICORVM ET ARTISTARVM &c. MCCCXCII. DIE I. IVNII.

Jo. verò Antonium nostrum laudavit Lancinus Curtius pluribus Carminibus, inter quæ juvat hic referre illud à Cl. Curtio transcriptum:

*Seu consanguineis, egregio aut Avo,
Seu Patri affimilis, seu similis tibi.
Et Cusano, potes, quod vi aloe, fave,
Herba, pharmaci ope, aut auxilio tibi.
Rem, mentem, artem, operam te peto, te grauo
Se Dugnanus uti restituat sibi.
Quum quæcumque velis, sis potis edere,
Nam te velle minus, vis bone credere?*
Commendatur ob

I. Orationem supradictam Francisco I. Galliar. Regi dictam.

II. In libro cui titulus: Explanatio Immortalitatis humani animi secundum Philosophos Isidori Iſolani; adeſt Epistola Jo. Antonii Cusani, Artium ac Medicinæ Doctoris in commendationem Auctoris, & Operis, cum responsione Iſolani ad eundem. Liber impressus est Mediolani, per Gottardum de Ponte. 1509. Imperante Ludovico.

De Isidoro Iſolano littera I. Deo dante dicemus.
De Scriptore nostro citatus Curtius agit in lib. de Clar. Medicis Mediol.

DCCII.

CUSANUS AUGUSTINUS.

AGrè profectò ferebam & meritò, quod Eminentiſſimi S. R. E. Cardinalis Augustini Cusani nullum litterarium monumentum mihi datum fuisset invenire, ut locum in hac mea Bibliotheca inter Scriptores Mediolanenses ei dare, juxta meum institutum, possem, memor singularis beneficentiæ tanti Viri erga me, & dum Apostolica Legatione in Patria mea amantissima ipse peroptimè fungebatur, & Mediolani quoque; pluribus datis; occasionibus obsequii mei erga ipsum proferendi, quod fuit etiam in dedicatione Tomi XIII. Rerum Italicarum Scriptorum, nomine Societatis meæ Palatinæ eidem oblato. Gratias igitur quamplurimas debeo nobilissimis Marchionibus Augustino, atque Hieronymo Nepotibus, qui perhumaniter scrutandi Musæum litterarium Cardinalis supradicti veniam mihi dedere, ideoque Elogium hoc justissimum etſi breve, eidem contexere mihi licet, additis ingenii sui aliquibus monumentis, quæ reperi. De altero interim Cardinali Augustino Cusano seniore, mentionem agere optimum duco, etſi Scripta illius præ manibus mihi nunquam venerint. Fuisse & ipsum Virum doctissimum, satis constat à muneribus peregre pro Sacra Romana Ecclesia functis, nimirum utriusque Signaturæ Referendarii, Auditoris generalis Summi Pontificis Sixti V., qui ad graviora negotia Augustinum delegit, pluribus Congregationibus illum adscribendo, præsertim Gallicarum Rerum, necnon Septimi Decretalium compilationis, atque Concilii Tridentini interpretandi. Satis est dicere in perennem memoriam ejusdem, quod

Bamicissimus fuit Divi Caroli Borromæi, ad quem plurimas litteras scripsit à me inspectas, cum Responsionibus ipsius Sancti in magna Collectione Ambrosiana pluries in hoc Opere relata, S. Philippi Neri, Cæſaris Baronii, cum quibus magnam partem vitæ suæ tranſegit, donec meritis, honoribusque plenus sanctissime obiit Mediolani Anno MDXCVIII. ætatis suæ LVI. Moderatores magni Nosocomii hujus Urbis grati animi ergo, quòd hæredem Cardinalis noster ipsum instituerat, hoc Eulogio decoraverunt in Ecclesia Sancti Barnabæ ejus sepulchrum.

AVGVSTINVS CVSANVS
DE COLLEGIO I. C. MEDIOL.
EX CLERICO ET AVDIT. CAM. AP.
PRESB. CARDINALIS
A CONCIL. TRID. INTERPRETANDO
A CONSVLATIONIBVS EPISCOP.
AC MINOR. CONVENTVAL. CORRECTOR
VIR SVMMA IN DEVM RELIGIONE
AC IN PAVPERES PIETATE
AN. ÆTATIS SVÆ LVI. AGENS
RELICTO SVI DESIDERIO
IN PATRIÆ SINV XX. OCT. MDIC.
E VITA MIGRAVIT
PRÆFECTI HOSP. M. HÆRED.
CARD. ET CIVI OPT. MERITO
GRATI ANIMI M. P.

DNunc ad alterum nostrum Augustinum tranſemus, qui Patre Octavio, Matre Margarita de Billiis in lucem venit die XX. Octobris Anni MDCLV. Plurimas dignitates in Curia Romana & ipse sustinuit, nam Præſes Cameræ Apostolicæ, & boni regiminis electus, Clericus Cameræ efficitur Anno MDCXCV. deinde Nuncius Apostolicus ad Venetam Republicam delectus, titulo Archiepiscopatus Amaleni decoratus, per ferè X. annorum spatium laudabiliter extitit, scilicet ab Anno MDCXCVI. ad MDCCVI. quo ad Regem Galliarum Christianissimum Legatus difficilimis iis temporibus missus est à Clemente XI. Summo Pontifice, & ab eo obrento Episcopatu Ecclesiæ Ticinensis Anno MDCCXI. in sequenti Collegio Purpuratorum adscriptus fuit, dato ei titulo S. Mariæ de Populo. Per triennium deinde Legationem Bononiensem magnificentissime gessit, postquam ad suum Episcopatum rediens, optimi Pastoris officio functus est usque ad Annum MDCCXXIV., ipsumque in manibus Summi Pontificis resignavit. In Patriam redux quieti, atque salutis suæ consulens, morbo apoplectico vivere desiit, Pauperum, Civium, Parentum, Clientumque suorum, inter quos ego non ultimus, ingenti mœrore, die XXVIII. mensis Decembris, Anno MDCCXXX. septuagesimo quinto ætatis suæ. Funebri pompa delatum fuit ejus Cadaver in Ecclesiam

siam Fratrum Minoris Observantiae, vulgò *del Giardino* nuncupata, ubi magnifico apparatu, atque Eminentissimo Cardinali Herba Odescalco Archiepiscopo optimo adstante, iusta ei sunt persoluta, necnon eleganti Oratione laudatus fuit à doctissimo P. Jo. Bernardino Capriata Soc. Jesu. Ibi ex Testamento Visceribus suis relictis, in Templo Monialium S. Praxedis tumulatur apud Suos, cum sequenti Inscriptione:

AVGVSTINO CVSANO
S. R. E. CARDINALI
ARCHIEPISCOPO AMASENO
EPISCOPO TICINENSI
PONTIFICIIS LEGATIONIBVS
VENETA PARIENSI BONONIENSI
DIFFICILLIMIS TEMPORIBVS.
FELICISSIME OBITIS
RELIGIONIS VINDICI
ÆGENORVM PATRI
MAGNANIMO FORTI MVNIFICO
EX GEMINIS FRATRIBVS
FILII AMANTISSIMI
OPTIMO PATRVO
MONVMENTVM P. P.
OBIIT A PARTV VIRGINEO
ANNO MDCCXXX.
ÆTATIS SVÆ LXXV.

Vir fuit rerum ad Politicam, & ad sua officia pertinentium summus indagator, ut videre est à nonnullis Opusculis, quæ post ejus Scripta hîc dabo; Prudentia, dexteritate, pietateque insignis. Bibliothecæ Ambrosianæ antequam è vivis excederet, Volumina XI. magnificentissima donavit, quæ continent, Tabulis ære incisis, Ædes, Templâ, atque Regni Franciæ illustriora ædificia, atque delicias, à verè Magno Rege Ludoyico XIV. dono accepta.

Hos qui ad ipsum spectant labores eruditos inveni:

- I. Vota Sacræ Congregationi Rituum exhibita circa varias Beatificationes, aut Sanctificationes, nempe B. Turribii, Alexandri Sauli; nonnullorum Martyrum Japonensium, Beati Francisci Solani, Beatæ Catharinæ Bononiensis, aliorumque. MS. in fol. majori ex parte manu propria Auctoris nostri exscriptus, annor. 1692. & 1693. in fol.
- II. Relationes plures ab ipso factæ Sacræ Congregationi, atque Secretariæ, ut vocant, Status, annor. 1704. 1705., & 1706. Vol. VII. in fol. gravissima negotia continentia, ex quibus nonnulla propria sunt ejus manu scripta.
- III. Ordines, Constitutionesque ab eo factæ uti Commissario Sanitatis, pro bono regimine, ad ipsam tuendam annor. 1691. & 1692.
- IV. Epistolæ plures de gravissimis negotiis ad Secretariam Status scriptæ, dum Legationem Apostolicam agebat tam Venetiis, quam Parisiis, ab anno 1696. ad 1710. Vol. XV. in fol. cum Responsonibus, & Arcanis siglis &c.
- V. Epistolæ quam plurimæ ad Nuntios Pontificios tam Viennæ, quam Parisiis degentes, nempe ad Præsules Daviam, & Gualterium, postea & ipsos S. Rom. Ecclesiæ Cardinales, de rebus politicis eorum difficultum temporum, nempe ab anno 1702. ad 1706. cum responsonibus. Vol. 5. in fol.

Tom. I.

A VI. Epistolæ aliæ ad varios Principes, & Cardinales, inter quos sunt Eminentiss. Abdua, Duratius, Tanara, Astallus, Spada, qui erat à Secretis Status, & alii: lectu dignissimæ cum Responsonibus, ab anno 1696. ad 1711. Vol. VII. in fol.

VII. *Paða* exhibita pro obtinendo Beneplacito Apostolico inter Episcopum Tullensem, necnon Lotharingum Ducem in Congressu *Malgrange* habito, super controversiis de Immunitate Ecclesiastica, & Jurisdictione Episcoporum, qui aliquam partem suarum Dioceseon tenent in ipso Ducatu Lotharingico, cum Apostillis Cusani nostri, de anno 1707. MS. in 4.

In expiscandis supra memoratis Scriptis alia adinveni, quæ, ut mihi videtur, facile demonstrant, quantum diligentia Eminentissimus Cusanus noster impenderit in sibi procurandis documentis ad ejus ministeria optimè facientibus, nempe

Epistolæ plures latinæ F. Pauli Sarpi Veneti Theologi ad illustrem, & Excellentiss. Dominum Leschaffier; ab anno 1608 ad 1613. De rebus ad immunitatem Ecclesiasticam spectantibus, atque ad Clerum Gallicanum, elegantissimè scriptæ. MS. in fol.

Municipalis Historia Urbis Cenedæ Italicè scripta ab eodem Fr. Paulo Sarpio, in qua multa sunt scitu dignissima pro Cypri Archiepiscopatu, pro Patriarchatu Aquilejæ, alia ad potestatem Pontificiam, & laicalem spectantia, ad S. Inquisitionem, nonnulla pro Beneficiis Ecclesiasticis simplicibus, pro Nuntii Pontificii officio, de Brevibus Apostolicis &c. MS. in 4.

Instructiones Curiæ Romanæ pro Præsule Altovito electo Nuntio ad Serenissimam Venetam Rempublicam, sicut & similes pro eodem, de quo nunc agimus. Vol. III. MSS. in fol.

C Relationes plures de Curia Romana, & Sabaudica ad Venetam Rempublicam à variis factæ, inter quos illæ Equitis, ac Procuratoris Jo. Sagredi, Equitum Francisci Molini, & Jo. Baduarii, aliorumque. Plura alia documenta vidi magni momenti ad Clerum Gallicanum attinentia, & ad Historiam illius ævi curiosissima, quæ brevitatis causa hîc non addo.

Lucius Adrianus Cotta laudavit Cardinalem nostrum nomine Collegii Jurisconsultorum pro Purpura ei collata, & Franciscus Hier. Saxius Metropol. Canonicus de quo suo loco, ea occasione Inscriptiones, & Apparatus descriptionem texuit.

Videndi quoque sunt de Augustino Cardinali Seniore, Giacconius Tom. IV. pag. 337. de nostro Ughellus, Morerius in Lexici Supplemento, *Parisiis edito anno 1730.* etsi non satis accuratè, alique.

DCCIII.

CUSANUS GUIDO.

Guido Cusanus J. C. Mediolanensis, Ducalis Feudatarius Ripæ, & Pontis in Valle Nuri Diocesis Placentinæ, ex Nobilibus Præfectis Cubiculo Serenissimi Emanuelis Philiberti Ducis Sabaudicæ, pro quo etiam Chiliarcha præfuit bis mille peditum legionem; anno MDLXVII. creatus ex LX. Decurionibus Mediolani; anno verò MDLXXXIV. Judex Viarum Civitatis, & Ducatus Mediolani; ac tandem anno MDXC. unus fuit ex Legatis, Patriæ nomine ad SS. Gregorium Decimumquartum Summum Pontificem Sfondratum Concivem, & affinem suum gratulationis ergo missis. Fratres habuit Augultinum J. C. Collegiatum Mediolani S. R. E. Cardinalem seniorem, de quo parum supra jam diximus, & Marchionem Joannem Paulum Cusanum ex LX. Decurionibus hujus Urbis. Eidem Guidoni, & fratribus Cusanis genitores fuere Aloyfius Cusanus ann. MDXLIV. ex Duodecim Provisionum Mediolani, & Constantia de Abdua conjuges. Præfatus Marchio Guido obiit intrante Aprili anno MDCI. ejusque occurrit mentio in Cœnotaphio Ecclesiæ D. Marci Mediolani hîc notis inciso:

Y y y

CV-

CVSANI FRATRES OCTO ALOYSII FILII
PIETATIS IN SANCTAM DEI GENITRICEM
ET FRATERNÆ CONCORDIÆ
MONVMENTVM PP.
ANNO SALVTIS MDLXXX.

CVSANI FRATRES ALOYSII FILII
IOH. BAPTISTA MAIORI NATV
VIXIT ANNOS XXXVI. OBIIT DIE X. SEPTEMBRIS MDLXI.
FRANCISCVS MARCHIO PONTIS COMES RIPÆ
VIXIT ANNOS LII. OBIIT XXIX. MAII MDXXCII.
IOH. PAVLVS MARCHIO PONTIS COMES RIPÆ
VIXIT ANNOS LIII. OBIIT XIV. APRILIS MDXXCVII.
GVIDO MARCHIO PONTIS COMES RIPÆ
ET CVRTIS DOVARIÆ VIXIT ANNOS
CAMILLVS VIXIT ANNOS XXXII.
OBIIT PRIMO SEPTEMBRIS MDLXIX.
LVDOVICVS VIXIT ANNOS XXIX.
OBIIT XXII. OCTOBRIS
POMPONIVS I. C. COLLEGIATVS MEDIOLANI
VIXIT ANNOS XLI. OBIIT XXIV. IANVARIII MDXXCI.
SEPVLTVS AD S. BARNABAM
AVGVSTINVS I. C. COLLEGIATVS
CAMERÆ APOST. CLERICORVM PRÆSES
DEINDE SIXTI V. GENERALIS AVDITOR
POSTHÆC AB EODEM CARDINALIS TITVLI S. ANDRIANI CREATVS.

Librum exaravit cui titulus :

- I. Motivi circa alla virtù della continenza di Guido Cufani Milanese Giureconsulto : Dedicato all' Illustris. Signora la Signora Aloisa Doria Marina Marchesa di Castell-Nuovo in Cristo osservandissima ; Nuncupatoria data est Venetiis sub die nona Decembris anno 1592. Dicitur Liber sic incipit : Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est, &c. Math. 19. MS. Autographus justæ molis in fol. adservatur in Musæo J. C. & Advocati Joannis de Sionis de Scotia. E Schedis Sionianis ; & ex ejusdem Cron. Jurisperit. pag. 136. art. 579.

DCCIV.

CUSANUS JOSEPH.

Joseph Cufanus, ex ea genitus Mediolanensi Familia, quæ non tantum nobilissimi stemmatis ornamento fulget, verum etiam eruditos semper Viros peperit, coævus fuit Lancini Curtii Poëtæ, quem congruis jam laudibus celebravimus, ut ex hujus Epigrammate infra recitando conjicere licet. Plurimum apud cives suos auctoritate valuisse Scriptorem nostrum, Musarumque studia coluisse ex eodem Carmine Curtii certissimè eruitur. Sanè Virum eloquentissimum satis probant hæc, quæ, Carminibus ejus temporis injuriâ deperditis, superfuere, eaque post Lancini Versus recensebimus. En illos :

A *Si Musas (quod fama canit) colis, atque beato
Concilio fruieris Josphe Thespiadum :
Respice consimiles votum baccantis ad aras :
Par studium grati vincula amoris habet.
Commendat miserum doctus mihi Verra clientem :
Pars animæ per quem sum minor ipse mea :
Quoi faveo, quantum æqua sinit mens : aura favore
Quem dabit huic dabimus : Jospus immo feret.
Quod potes ergo mei sit agas, ne vanus amico
Quæsitæ videar dissimulator opis.*

B Legitur inter Epigrammata Curtii lib. V. pag. 69.

Hæc scripsit Joseph :

- I. Congratulatio recuperatæ Neapolis ad Cardinalem Rothomagensem.
II. Epistola Latina ad Platinum Plattum, in qua ei mittit ipsam Congratulationem, ut de ipsa suum proferat judicium, quod idem Plattus cum laude ei reddit in Epistola responsoria, totum extat inter Epistolæ Platini, de quibus suo loco.

DCCV.

DCCV.

CUSANUS OCTAVIUS.

Non uno nomine commendabilis est Octavius Cufanus Augustini, & Joannæ Vicecomitis nobilium Mediolanensium Conjugum filius; nam, præter eloquentiam, cui a teneris vacavit annis, græcarum etiã litterarum peritiam ad eruditionis cumulum sibi diligentissimè comparavit. Arma postmodum secutus, Loricorum Equitum Cohortes cum imperio Tribunus rexit, & non spernenda fortitudinis, atque constantiæ reliquit vestigia. Verumtamen ad litteraria brevi otia revocatus, Regius Ducalis Quæstor in eo Magistratu, quem extraordinariorum vocant reddituum, annos aliquot sedit, medio æræ mox lapsò sæculo. Juveniles tantum habemus ejus ingenii foetus, reliquas maturioris ævi lucubrationes frustra quæsimus.

En quod invenire licuit:

- I. Octavii Cufani Mediolanensis Oratio, qua salutem a Virgine Deipara Elisabethæ dictam commentatur. *Roma, apud Corbelletum. 1631. in 4. Græcè & Latinè.*
- II. De eadem Oratio altera. *Ibid. apud eundem. 1638. in 4. Ex Cinelli Biblioth. Volante. Tom. II.*

DCCVI.

De CUTICIS JACOBUS.

Verustæ nobilitatis Familiã, ut vidimus in Arbore genealogico ejusdem à doctis. Sitono composito, atque impresso, à Sæculo XIV. usque in præsens, Mediolani exortus Jacobus de Cuticis, magni nominis Jurisconsultus evasit; nam Romanam secutus Curiam, quæ tempestate illa Avenione residebat, Advocati Consistorialis munus exercuit sub Joanne XXII. Pontifice. Cœvus fuit Oldradi de Ponte Laudensis, qui & ipse eodem officio ibidem functus, non parvis laudibus celebratur. Hic in consilio suo num. 273. hæc habet. „ In quodam mutui authentico Instrumento perlegi, „ venerabilem Virum D. Jacobum de Cuticis de „ Mediolano in Romana Curia Advocatum. Actum „ Avenioni in domo habitationis dicti D. Jacobi. Ex titulo autem venerabilis facilè conjici potest, Jacobum clericale Institutum coluisse, cum per ea tempora sic nuncuparentur Presbyteri. Floruit Scrip- tor noster circa medium sæculi XIV.

Habemus ejusdem

- I. Responsum inter Consilia citati Oldradi de Ponte num. CCLXXII. ubi hæc leguntur: „ Ego Jacobus de „ Cuticis de Mediolano volebam facere, & allegare „ coram Papa; sed impeditus fui propter quæstionem „ Magistri Pontii; & quia Papa immediatè dixit, sa- „ tis est, volumus deliberare.
- Haud dubium est Jacobum plura scripsisse, ipsa tamen perisse nemo dubitabit, qui noverit funestissimam. nedum Italiæ, verum etiã universæ Christianæ Reipub. Pontificum in Galliis moram, cujus interdamna illud non modicum, quod tot Eruditorum lucubrationes pessum ierint.
- Hujus fortasse pronepos, at certe affinis fuit Anonymus ille Curica, cujus elegantissimus Codex Membranceus in 4. MS. auroque, & picturis, quas miniaturas appellamus, elegantissimis exornatus, continens Præfationes Ambrosiano ritu inter sacrificandum pronounciari solitas, servatur in Archintea Bibliotheca. Vistur statim in principio Sanctus Doctor Ambrosius Episcopalis ornamentis indutus, in ea sella, quam Faldistorium dicunt, sedens, appenso pastorali pedo flagello. Recipit a genuflexo quodam juvene adhuc impubere & pretiosis vestibus exornato, quæ tamen laicales sunt, clausum Librum. Stat post juvenem Archiepiscopus purpuream gerens chlamydem, cui cappa magna nunc nomen est, ante pectus ad imos usque pedes aperta. Interior vestis ad talos protensa hyacintini coloris est, additã etiã linteã ad genua tantum tendente, angustis manicis, quales etiã nunc gerunt in dignitate Ecclesiastica constituti. Nudo cernitur capite cum clericali corona factis ampla, & ei similima, quam in Ascetis rigidioris instituti conspiciamus. Crux Archiepiscopalis aurea ejusdem Præsulis humero dextro nititur, & eo gestu Icon fingitur, quasi prædictum in genua provolutum adolescentem Sancto Ambrosio offerat. Sinistrã manu gestat Antistes volantem vittam, in qua rubris litteris hæc leguntur: O GLORIOSO STO AMBROSIO IO VI RECOMANDO EL MIO CODEGA ZO VOSTRO DEVOTO. Suspiciamus litteras illas ZO. significare Joannem, cum superioribus sæculis ZOANNE dicerent pro Joanne, credimusque Codicem non ad alia referendum, quam ad tempora, quibus Mediolanensi præfuit Ecclesiæ Joannes Arcimboldus S. R. E. Cardinalis, qui anno MCCCC-LXXXIV. è Novariensi, ad Ambrosianam Cathedralam translatus est post obitum Stephani Nardini itidem Cardinalis, atque anno MCCCCLXXXVIII. dignitatem Archiepiscopalem Vidoni Antonio fratri suo resignavit, Indicio est apertissimo gentilitium. Arcimboldæ familiæ stemma inter ornamenta primæ pagine ipsius Codicis appositum, quamvis nullis fulgeat Ecclesiasticæ dignitatis insignibus. Præclarissimum, & optimæ notæ Volumen indicare placuit in eorum, qui Ambrosiani Ritus monumenta diligunt, gratiam, multas enim Præfationes in eo inveni, quæ in editis Missalibus libris vel omnino desiderantur, vel variæ sunt.
- Laudat Jacobum Cartharius in Syllabo Advocat. Sacri Consistorii, edit. Romæ pag. 16.



D

DCCVII.

DANIEL.

TAmquam gravi onere excusso, postquam CCCC. fermè Scriptores sub Littera C. humanissimis Lectoribus exhibui, gaudens, ad aliorum, qui littera D. continentur, Elogia transeo. Horum primus se offert Daniel ille, qui ante Gualvaneum de la Flamma Chronicon infra memorandum conscripsit, cujus testimonia sæpe Gualvaneus ipse in medium adducit. Non sumus tamen ignari Clarissimum Saxium hoc ipsum Opus, loco citando, inter fabulosa comènta jure merito rejecisse; sed danda est antiquitati venia, sæculisque potius imputandum, quam Auctori quicquid in eis invenient Lectores optimi, vel per Anacronismum, vel perperam, vel fabulosè exaratum. Satis enim eo tempore fuerat, bonis Artibus, Musique omnibus atro mœrore squallentibus, non dicam veras Historias conscribere, sed litteras penè formare. Nulla supersunt hujus Scriptoris gestorum Monumenta, hoc tantum verosimile videtur eum Sæculo XIII. exeunte in vivis fuisse.

Opera ejus hoc prænotantur titulo:

- I. Chronica de Antiquitatibus, & Factis Civitatis Mediolani, & totius sui Comitatus, & quamplurimum Civitatum.
- II. Catalogus aliquot Sanctorum Mediolani Archiepiscoporum.
- III. Alter omnium Prætorum. Continentur uno Volumine.
Incipit dictum Chronicon ab Anno Domini DCVI. ad MCCLXXX. sæpe citatur à Gualvaneo de la Flamma, & multa continet fabulosa de Regibus Angliæ; ut supra cum Clar. Saxio jam diximus.
Eum sibi Codicem commodasse Carolum Septalam testatur Puricell. in Monum. Basilicæ Ambros. num. 480. in cujus fronte hæc legebantur: „ Exemplum hoc „ vetustissimi cujusdam Annalis in antiqua quadam Bibliotheca reperti, ne nimia verustate corrosum in „ nihilum abiret, Gabriel Cusanus fidissimè transcripsit „ Idibus April. à Partu Virginis MDXIII.
Extat in Bibliotheca Monachor. Cisterciensium S. Ambrosii ut alibi innuimus; alius vero Codex est pænes Canonicum Joannem Andream Iricum, MS. in fol. De recitati Danielis Chronicis fabulosis videndus Clariss. Saxius in Dissert. Apologetic. pro possessa. SS. Corpor. Protas. & Gervas. num. 105. & 108.

DCCVIII.

DARDANONUS JO. BAPTISTA.

Joannes Baptista Dardanonus Doctor Physicus, Patre Marco, Doctoris Physici Antonii Mariæ filio, claruit sub Annis MDCXXXVI. atque MDCLXI. Fratres habuit Franciscum Dardanonom, qui Ordinarius in Ecclesia Metropolitana Mediolani extitit Annis MDCXLII. ad MDCLXV., necnon Josephum Dardanonom, Ducem Cohortis Peditum, dein Statorem majorem, in propugnatione Alexandriæ, Anno MDC-LVI. ut videre est apud Ghilinum in Annal. Alexandriæ ad supradictum Annum. Miror profectò, quod Clar. Bartholomæus Curtius sæpe laudatus, nullum verbum in Scriptoribus suis Mediolanensibus de Joanne Baptista nostro fecerit: ex fide itaque Picinelli Auctorem hunc profero, & si Opus suum infra recensendum impressum sit, necne ipse etiam minimè indicaverit, nec ego sub oculis habuerim: Carmina verò quæ vidi, post tractatum de Ovis referam. Nil aliud de ipso mihi datum est invenire, quam Epi-

A gramma Augustini Terzaghi in laudem Dardanoni nostri compositum, quod est:

*Pharmaca lethiferis dum conducentia morbis
Diluis, & Medicas ingeris arte manus.
Se queritur crebro viduari funere Pluton,
Bacchaturque hilari mors sine falce domo.
Compescis culpas, senibus medicaris anhelis,
Viribus amissis Ova operosa probas.
Uno crediderim tecum Podalyrius ovo
Natus Apollineam prodere fecit opem.
Cælica Pandora jam munera debuit orbis,
Ovo defers urnâ quæ tulit illa brevi.*

B Scripsit Jo. Baptista noster

- I. De Ovis, teste Picinello.
- II. Poëmata varia tam Latina, quam Italica, extant in Libro pro Laurea fratrum Cæsaris, & Marci Antonii Montiorum. *Papia*, 1617. in 4.
Ex Athenæo supradicti Picinelli pag. 278.

DCCIX.

DATHEUS.

DAtheus Archipresbyter Mediolanensis Ecclesiæ, Filius Dommatoris Magercarii, Vir in pauperes beneficentissimus; Anno DCCLXXXVII. cum pueros ex damnato coitu genitos à matribus, ut plurimum necari magno cum animarum detrimento doleret; in domo sua, quam emerat ab Andrea, & Bono Germanis filiis quondam Gauconi, Xenodochium condidit, & dotavit, unâ cum Ecclesia S. Salvatoris, non procul à Metropolitana ad nostra usque tempora sita, quæ nunc Parochialis existit. Tam pio operi cuncta bona sua legavit, & ea præsertim, quæ à Presbytero Thoma Andree, & Boni supradictorum Fratres acquisiverat. Hac de re sic scribit Tritæus Chalcus: „ Per hæc tempora nullus Mediolani locus publicus fuerat, quo infantuli, qui pudendis matrum nuptiis, atque adulteriis geniti, tum inopia premente, exponi solent, reciperentur: „ quare cum multi clam necarentur, & ad regendum scelus cloacis, fluminibus, & sterquilinis mergerentur, ad avertendam impietatem unius civis prudens, & liberale consilium oblarum est. „ Datheus nuncupabatur, Magercario patre natus, inter Sacerdotes Archipresbyteri titulum obtinens: „ hic domum emit juxta Ecclesiam Majorem media urbe, & suppellectili ornavit: tum continuis provisionibus locupletatam huic usui dedicavit, & „ Græco vocabulo, quod adhuc ibidem durat, Xenodochium nuncupavit: huc mercede conducebantur nutrices, & pueri post ablactationem in septennium educabantur. Extabant olim in Pavimento ejusdem Ecclesiæ S. Salvatoris ex opere tessellato, sive musivo hæc de Datheo Conditore Carmina:

E SANCTE MEMENTO DEUS QUIA CONDIDIT ISTA
DATHEUS,
HANC AULAM MISERIS AUXILIO PUERIS.

Subscripsit Diplomati Foundationis, & Dotationis Monasterii Sancti Ambrosii factæ Anno Christi DCCXC. à Petro Archiepiscopo, his verbis: „ Datheus Archipresbyter Sanctæ Mediolanensis „ Ec-

„ Ecclesie in hoc Præcepto ex jussione Domni Petri
„ Archiepiscopi subscripsit. Leges etiam, & Statu-
ta pro regimine Xenodochii ejusdem tulit, quæ in-
serta sunt Documento ab ipso Datheo conscripto ;
illud est :

L. Fundatio S. Salvatoris cum Xenodochio ; Incipit : „ In
„ Christi nomine, Regnantibus Dominis nostris Karolo,
„ & Pipino Excellentissimis Regibus, Anno Regni eo-
„ rum in Italia XIII. . . . Kal. Martias Indictione X.
„ Subscrip. „ Ego Datheus Archipresbyter Sanctæ Me-
„ diolanensis Ecclesie in hac Cartula dispositionis, seu
„ judicati a me facta relegi, & subscripsi.
„ Extat in Collectione Diplomat. Mediol. Nicolai Sorma-
„ ni, & valde prodesse potest ad Ritus veteres, & Con-
„ suetudines Mediolanensis Ecclesie illius ævi cogno-
„ scendas. Hoc sacre vetustatis Monumentum edidit
„ novissimè in suis Antiquitatibus Italiæ Medii Ævi,
„ in Dissertatione de Hospitalibus Clar. Ludovicus An-
„ tonius Muratorius.
De eo cit. Chalvus Hist. Patriæ lib. V. ad annum.
DCCXXXVII.

DCCX.

D A T I U S.

Tamet si Joannes de Deis, Acta Ecclesie Medio-
lanensis, Puteanus, Possevinus, & alii plures
testentur Sanctum Datium Mediolanensem Antistitem
Annalium Libros, & Prædecessorum suorum Vitas
conscriptisse, tamen ex Dissertatione Cl. Bollandi, & ex
doctissimorum Virorum sententia credimus, Datium
Chronici Scriptorem posterioribus longè sæculis Me-
diolanensem quidem, sed non Archiepiscopum flo-
ruisse. Perit quidem hujus Scriptoris Opus, sed
plura supersunt fragmenta, quasi è naufragio tabulæ ;
ex quibus apparet vixisse Datium, de quo agimus,
temporibus Gregorii Papæ VII. Gualvanus enim de
la Flamma capite 397. ipsamet Datii recitat verba,
quibus disertissimè quidem, sed tamen falsò dicebat
Sanctum Ambrosium Sacerdotibus permisisse, ut
unam sibi uxorem assumerent. Inde arguit Puricel-
lus Dissertat. Nazar. cap. 39. num. 10. Datium scri-
psisse Anno Domini MLXXX. Ex hoc itaque Ope-
re tria penè ad verbum exscripsit capitula Landulphus
in Chronico suo libro I. Caput enim secundum
sic inscribitur : „ Expositio Ordinum Sancti Ambro-
„ sii edita à sanctæ memoriæ Datio Episcopo Me-
„ diolanensi ; Caput XII. De Chrysimon Sancti Am-
„ brosii secundum Datium Archiepiscopum Medio-
„ lani. Caput denique XIII. „ De Crucis Antipho-
„ na, secundum Datium Episcopum Mediolani.
Putat Puricellus, & quidem rectè, Landulphum
nomen tantum Datii citasse, Amanuensem verò ali-
quem imperitum dignitatis additamentum inseruisse
adeo, ut capitulum Inscriptiones non Landulpho sint
adscribendæ, sed ipsi potius Amanuensi. Id satis
clare patet ex Inscriptione apposita capiti postremo
libri III. „ Qualiter Arialdus à perfidis Martyrio
coronatur. Sanè Landulphi Scripta legentibus pa-
tet quantum ille Sancti hujus Martyris apertus ho-
stis existeret, ideoque credibile non est eum perfidos
appellare voluisse, qui Arialdum occiderant. Gual-
vanus in Libro *Flos Florum* sæpè Datium citat,
nullibi tamen vel Sanctum, vel Antistitem nominat.
Producit in medium Puricellus ex Archivo Capituli
Ambrosianæ Basilicæ Processum confectum Anno Do-
mini MCLXXXIX., in quo duo præsertim Testes,
tertius videlicet, ac sextus, in attestationis suæ con-
firmationem proferebant Datii Chronicon, prior à se
lectum, alter auditum, cum legeretur ab Ardizone
de Comite Primicerio Urbis Mediolani, & Præposi-
to Sancti Laurentii. Prior Testis Codicem sic de-
scribebat : „ Erat unus liber majoris voluminis, quam
„ liber Psalterii communis. „ Alter verò : „ Intendo,
„ quod ille liber esset viginti quaternorum, vel plus,
„ secundum quod videbatur. „ Ambo tamen non
alio nomine Scriptorum nominant, quam simpliciter
Tom. I.

A. *Datium*, vel *Datium de Antiquitatibus Civitatis Me-
diolani*. Scriptores plures, qui Datium citant, recen-
sentur à laudato Puricello dicto capite 39., ad quod
Lectores, qui plura cupiunt, remittimus.

Petrus Paulus Bosca in Martyrologio Mediola-
nensi, in Notis ad diem XIV. Januarii, agens de
Sancto Datio Archiepiscopo, sentit alterum esse ab
eo, qui multis post Sæculis scripsit Chronica. Pu-
tat ergo Vir eruditissimus verè fuisse Datium aliquem
Mediolanensem, licet non fuerit Archiepiscopus, qui
Historiam concinnaverit. Et ne existimemus, ut qui-
busdam Viris doctissimis placuit, hoc Opus Aucto-
rem habere Landulphum à Sancto Paulo, monet Co-
dicem, qui sub Sancti Datii nomine in Ambrosiana
Bibliotheca servatur, Opus ejusdem Landulphi esse.

B. Nos interim proferimus

L. Chronicon Datii, de Antiquitatibus Mediolani.
Ex citatis Auctoribus.

DCCXI.

DAVERIUS JACOBINUS.

Non rarè in hac Collectione Elogia dedimus,
in quibus Mediolanensium Civium prudentiam
commendavimus, quorum studio redivivæ hujus Ur-
bis Statuta, Legesque perquam utiles conditæ sunt.
Verum memorandus nunc est Jacobinus de Daverio,
qui Municipii nobilissimi, cui nomen Varisium, in
Mediolanensi Ducatu ad Alpes siti, quodque ipsi Pa-
tria fuit, Statuta sparsim vagantia publico Decreto
in unum corpus redegit, & coordinavit. Tantum
Patriæ beneficium Vir optimus impendit Anno Salu-
ris MCLXXXIX. dum actu ibidem Consulatu
fungeretur, Opusque suum complevit die II. Mensis
Januarii.

Sunt ergo prudentiæ ipsius testimonia :

L. Statuta Reipublicæ Varisensis ab eo coordinata, & in
ordinem redacta. MSS. in Archivo ejusdem Oppidi.
Ex Historia Varisensi Nicolai Sormani MS. pænes Au-
ctorem.

DCCXII.

DAVERIUS JO. CHRISTOPHORUS.

Daveriorum Familia, quam à Friderici I. Augu-
sti temporibus Mediolanensis Civitatis Jure do-
natam plures affirmant, in Oppido Varisii floruisse
supra laudatus Jacobinus ostendit. Inter eos autem,
qui Mediolani lucem viderunt, merito computatur
Joannes Christophorus, qui Bernardini Corii cele-
berrimi hujus Urbis Chronologi ætate inter vivos
fuisse videtur. Amoenis Musarum studiis plurimum
oblectabatur Daverius, & non tam proprii ingenii
fœtus, elegantissima scilicet Carmina latina in publi-
cum proferre curabat, verum & aliorum Vatum scri-
pta exoticis è linguis Latio donare studebat. Ejus
nobis servavit memoriam Corius, qui Scriptoris no-
stri Carmina quædam profert ;

Videlicet

I. Disticha de Mensibus.
II. Epigramma de Origine Rosarum.
III. Dracontii Poëtæ Opus in laudem Trasimundi Comitæ
Capuani ex Longobardico in Latinum conversum.
Quæ dedimus num. I. & II. habentur in parte prima
Historiæ Mediolanensis laudati Bernardini Corii paulo
post initium, ubi de postremo quoque Opere mentio
est. Laudatur etiam à Picinello in Athenæo pag. 295.

Z z z

DCCXIII.

DCCXIII.

DECEMBRIUS ANGELUS.

Tametſi Ubertus Decembrius Angeli nunc laudandi Pater in hac Urbe natus non fuerit, ideoque in alia Eruditorum ferie, qui alibi orti hic florere, unâ cum Petro Candido filio ante Scriptorem noſtrum genito, commendandus reſeruetur; nihilominus in primo hoc Catalogo reponimus Angelum, cum hic omni procul dubio, ut ipſemet teſtatur in MSS. ſuis in Ambroſiana Bibliotheca ſervatis, Mediolani primam viderit diem. Quod notandum præcipuè, ne alienos Viros doctos credat quiſpiam à me in hoc Opere Mediolanenſibus immiſceri; non enim ſum inſcius Claris. Cottam Angeli Elogium in ſuo Novarienſi Muſæo inſeruiſſe. Reſpexit tamen ille ad Genitoris Patriam, qui Ducum Inſubriæ Aulam honeſtiſſimis officiis addictus comitans, variis in locis filios ſuſcepit, ſicut alibi fuſius enarrabimus. Ut verò ad Angelum ſermo recurat; non parva erant domeſtica virtutis exempla, quæ ipſum ad doctrinæ apicem impellerent, Græci enim, ac Latini ſermone peritia, Oratoriæ artis excellentia, & Poëſis ornamenta tam in genitore, quàm in fratre conſpiciens, ad eorum gloriam æmulandam quodammodo rapiabatur. Mirum igitur quæ animi alacritate, quæ ſolertiæ contentione ſcientiis operam dederit. Nec benè tantum dicendi præcepta audivit, ſed etiam Medica ſtudia diligentiffimè eſt proſecutus. Gratiſſimus & ipſe fuit Mediolanenſibus Principibus, in quorum aula cum prælaudatis Uberto, & Petro Candido diù verſatus, magnam ſibi uſque adeo famam conciliavit, ut dignus habitus fuerit, qui ad Pium II. Summum Pontificem Legatione fungeretur. Corrigendus ideo Fabritius, loco infra citando, aſſerens Angelum Oratorem fuiſſe ad Julium II. Hic enim longè poſt Scriptoris noſtri obitum ad Apoſtolicam Sedem aſcendit, ut Eruditis omnibus notum eſt. Leonello quoque Eſtenſi fuit inter primos charus, eique ſacrare ſtatuerat Libros VII. de Politia Litteraria, in quæ ingeniû ſui præclara dederat teſtimonia, nam A. Gellii Noctes Atticæ imitatus, & Quintiliani Oratoriæ Inſtitutiones referens, nihil intactum reliquerat, quod ad rem litterariam conducere videretur, agens de ſtylo, atque artificio tam ſolutæ, quàm poëticiæ Orationis, de Bibliothecarum utilitate, de Vocum proprietate, de Diſpoſitione partium tam Civilium, quàm Hiſtoricorum Sermonum, aliifque hujusmodi argumentis. Sed Leonello Mecœnate ſuo defuncto, circa Annum Salutis MCCCC-LXII. Volumen idem ſapientiffimo Pontifici Pio II. dicavit, & obtulit, cujus Autographum diù in Bibliotheca Vaticana ſervatum, miſerè interiit in Urbis direptione Anno MDXXVII. Hoc ex Picinelli fide retulimus, tametſi Montſauconius in Tom. I. pag. 105. Biblioth. Bibliothecar. MSS. adhuc ibidem extare aſſerat num. 1794. Hujus autem Operis titulum, ut ipſemet teſtatur, à *poliando* deduxit, neglectâ græcâ derivatione, & à cultu potius atque elegantia, quam ab alio fonte hauſit. Alia quoque juvenilibus annis compoſita eidem Pontifici ſe obtuliſſe Auctor noſter aſſerit, quæ inferiùs reſenſebimus. Carmina etiam non inveniſta conſcripſit, quorum memoriam Lectoribus poſt pauca non invidemus. Emortualem Angeli annum hætenus incempertum habemus.

Opera Decembrii noſtri hæc fuiſſe novimus:

- L** De Politia Litteraria libri VII. *Auguſta Vindellicorum*, 1540. in fol. & *Baſilea*, apud *Hervagium*, 1526. in 8. edente Auguſtino Curione, qui illos nuncupavit Alphonſo Eſtenſi Ferrariæ Duci II. Haec editiones reſenſet Fabritius loco citando, & Picinellum, atque Cottam reprehendit, quod aliam *Baſileuſem* anno 1527. memoraverint. Ipſius edi-

- A** tionis titulus, & Epistoſa proferunt Mediolanenſem fuiſſe Angelum noſtrum.
- II.** De cognitione, ac curatione peſtis. *Papæ*, 1511. inter Conſilia Baverii de Baveriis.
- III.** Regule Græcæ, quæ Græci *Eponax*, ſeu *Eponax*, id eſt interrogaciones Magiſtrales partim ſecundum communem uſum, partim ſecundum ordinem Angeli Decembrii Præceptoris. Quædam pronuntiationis regule, leguntur initio latino ſermone; cætera Græcè. Extant MSS. in Laurentiana Medica Plut. LIX. num. XXXIII. et citato Montſaucon. Biblioth. Bibliothecarum MSS. Tom. I. pag. 359.
- IV.** De Supplicationibus Maji, ac Veterum Religionibus, in fine ſic legitur: „Idem Angelus ſcripſit, manu febricitanti Mediol. Octavo Kal. Septemb. „MCCCCXLVII.
- V.** Carmina plura Latina ad Varios, nempe Ad Joannem Tuſcanellam, Ad Illuſtrum Dominum Leonellum, Ad Philipppum Platenſem, & alios Viros doctos: Ambo hæc Opera uno Vol. MSS. in 4. juſta molis ſignat. H. num. 226. in Biblioth. Ambroſ.
- VI.** De Religionibus, & Ceremoniis.
- VII.** De Matronali Oeconomico lib. V. Carminibus orati.
- VIII.** Virgiliæ Panegyris Heroicis verſibus de vita, & morte Caroli Hiſpaniarum Principis. Hic Joannis II. filius diem clauſit ſupremam Anno MCCCCXLI. Opera hæc reſenſet Auctor ipſe in Prologo libri IV. Politicæ litterariæ. Lazarus autem Auguſtinus Cotta in Muſæo Novarienſi pag. 66. poſtremum in duo perperam diviſit.
- IX.** Carmina alia MSS. in Biblioth. Ambroſ. inſerit laudatus Cotta in Novariam ſuam Miscellaneam ibi ſervatam num. 6.
- X.** Epistoſe Latine ad Varios. MSS. in eadem Biblioth. inter eas Poggii Florentini, ad quem plures Decembrii datæ Romæ Anno MCCCC-XXXVIII. & ejuſdem una ad Carolum Nubonium. Cod. ſignat. E. num. 124. & P. num. 219.
- XI.** Contra Curtium ſuper conditionibus pacis inter Alexandrum, & Darium Reges: MS. ex eodem Cotta, prout etiam ſequentiâ ipſe proferit.
- XII.** De Scriptore, & Librario, deque eorum variis officiis. MS.
- XIII.** Quod Senectus, ſive Senex juventuti conſilio, & autoritate anteponenda ſit: Rurſus contra quod Juventus ſenectuti in omnibus præferenda videatur. Dialogus MS.
- XIV.** Epistoſarum electarum libri II. MSS.
- XV.** Elegiarum, & Epigrammatum libri II. MSS. Tuo Strozio dicati.
- XVI.** De Zuccarina, & Theobaldo aureis adoleſcentibus, effigie Cupidinis: Carmen MS.
- XVII.** De Anilibus Studiis: Carmen MS.
- XVIII.** De Arte Augurali. MS.
- XIX.** De Somniis. MS.
- XX.** Ad Matthæum Malferitum Regium Oratorem, ſuper Iliadibus contra Virgilium. MS.
- XXI.** Elogium Magiſtri Antonii Rhaudenſis Theologi. MS.
- XXII.** Epitaphium pro Emmanuele Sicco ex equeſtri Ordine. MS.
- Agunt de Scriptore noſtro Conradus Geſnerus, Friſius, & Vander-Linden in ſuis Biblioth. Georgius Abraham Merklinus in Lindenio renovat pag. 57. Fabritius in Biblioth. Latina mediæ ævi Tom. II. pag. 47. Gaſpar Barthius Adverſariorum coll. 3. 767. 782. 1598. & 2178. Cotta in Muſæo Novarienſi pag. 66. & Picinell. in *Adæmo* pag. 34.

DCCXIV.

DECIUS LANCELLOTTUS.

Illuſtris Deciorum Familia ex Oppido Mediolanenſis Ducatus Dexio vocato, ab Urbe decimo lapide, Occidentem verſùs, diſtante, nomen, atque originem traxiſſe fertur ante Sæculum XIII. Ex ea natus eſt Triſtanus Lancellotti, & Philippi, de quo mox dicturi ſumus, Pater, qui ferme toto vitæ tempore in Franciſci Sfortiæ filiorum obſequio Aulicam vitam traduxit. Lancellottus noſter Triſtani primogenitus magiſtrum habuit Alexandrum Tartagnam celeberrimum, ſub quo Jurisconſultus magni nominis factus, Ticini ac Piſis Jus Civile, omnium plauſu, profeſſus eſt. Floruit Anno MCCCCXCV. & ſic de eo ſcripſit Marcus Mantua in Vitis Jurisconſultorum

rum apud Pancirolum : „ Papiæ docuit , ac præcla-
 „ ra etiam reliquit Commentaria in ordinarias par-
 „ tes Matutinas , & Vespertinas , eratque acris judi-
 „ cii , brevis , & acutus , pungebatque tantum diffi-
 „ cultates , nec prolixitate delectabatur . Et quod
 „ ego viderim neminem habuit , qui ipsum quasi
 „ æmulum insectaretur , præter Curtium Juniorem ,
 „ quod factum nec laudo , nec vitupero , sed hoc
 „ ipsum aliorum judicio missum facio . „ Ipsum lau-
 „ davit Marcus Litta in suo Opusculo de Urbe Me-
 „ diolani hisce Carminibus :

*Ætas me fratri , fratrem mihi gloria præfert ,
 At fraternus amor nos fasit esse pares .*

Papiæ verò Anno MD. moriens in Templo D. Jacobi
 Minoritarum Observantium humatus hoc Epitaphium
 habuit :

HIC IACET LANCELLOTTVS DECIVS
 IN TICINENSI GYMNASIO
 INTERPRES .

Prope Hieronymum Tortum situs est . Hæc de eo
 dâmus :

- I. Tractatus in Jure Cæsareo , Testibus infra scriptis .
- II. Oratio de Laudibus Scientiæ . Extat inter MSS. Reginae
 Sveciæ in Vaticana Bibliotheca Cod. 1876. Ex Lab-
 bæo , & Montfauconio .
- III. In Codice MS. Epistolarum Petri Candidi Decembrii
 Bibliotheca Ambrosianæ adest ad eundem Epistola
 Lancellotti Decii J. C. satis erudita , aliæque Decem-
 brii ad eundem .
 Aliam Epistolam ad Lancellottum scripsit Hieronymus
 Moronus , quæ legitur in primo Volumine Opusculo-
 rum istius , apud Marchionem Carelum de Sylva ,
 uti suo loco dicemus .
 Laudant Lancellottum Marcus Mantua suprâdictus apud
 Pancirolum pag. 461. , Pancirolus ipse pag. 239. Ca-
 tellianus Cotta in Libro de Juris Peritis , Paulus Mo-
 riggia lib. 3. cap. 1. , & Picinell. in Athenæo pag. 384.

DCCXV.

DECIUS PHILIPPUS .

Philippus Decius Trifani , ut diximus , filius , &
 Lancellotti mox laudati frater , Mediolani in
 Porta Ticinensi , atque ea Urbis parte , quæ Citra-
 della dicitur , anno MCCCCLIV. primam accepit
 lucis usuram . Nobilitatem sanguinis jam CCC. ante
 annos in hac Metropoli florentis , quò ex pago Decii
 majores sedem transtulerant , Trifanus ipse honestissi-
 mis muneribus in aula Francisci Sfortiæ Insubriæ
 Ducis , ut in Lancellotto jam innuimus , cumulavit . Ad
 idem vitæ genus Philippum quoque natu minorem
 genitor erudiendum curavit ; ideoque politiores eum
 literas , & eloquentiam audire jussit ; satis enim ei
 videbatur si Jurisprudentiam Lancellottus primogeni-
 tus sequeretur . Dum autem suprâdictis studiis Phi-
 lippus operam daret , vitandæ pestis gratiâ , quæ pa-
 triam miserè divexabat , ad Lancellottum fratrem
 Papiæ leges profitentem confugere coactus est , quo
 hortante annos natus XVII. juri civili se addixit , vo-
 cante juvenis præstantissimum ingenium ipsâ naturâ .
 Cum verò crebris quæstionibus inter disputandum
 Lancellottum lacefferet , ab eo quandoque gravi super-
 cilio rejectus , indignatione concepta , alium potius
 quam fratrem consulere aggressus est , brevique ita
 profecit , ut secundo studii anno , infcio Lancellotto ,
 publicè disputationes proposuerit , quas cum hic ira-
 tus omni studio convellere satagisset , Philippus argu-
 menti omni ex parte cunctis mirantibus satisfecit ;
 quod usque adeo stupori fuit Lancellotto ipsi , ut
 brevi se à fratre eruditione , atque fama superandum
 vaticinaretur . Præter Lancellottum præceptores ha-

A buit Jasonem Maynum in Institutionibus , & Joannem
 Puteum in lectione ordinaria , quos non semel argu-
 mentationis acumine urgebat , & æstuantem , animique
 pendentes relinquebat . Tertio studii anno Pifas per-
 rexit cum Lancellotto , in cujus gratiam redierat ,
 quique accersitus fuerat à Florentinorum Republica .
 Ibi Philippus statim Theses complures proposuit , quas
 summa cum omnium admiratione disputavit . Aceri-
 mum habuit laudis æmulum Petrum de Vincentia
 Romanum , cum quo Decius noster assiduis argu-
 mentis certabat , astantibus ut plurimum Baldo No-
 vello , Philippo Corneo , Bartholomæo Socino ,
 Hieronymo Zanettino , aliisque clarissimis Juriscon-
 sultis . Redierat interim in patriam Paulus quidam
 Stagnatus Siculus , qui in Pisano Gymnasio Institu-
 tiones legebat , ideoque fratre curante , adhibitis
 etiam officiis Puccii de Puccis Jurisperiti celeberrimi
 apud Laurentium Mediceum seniore tunc Florenti-
 nam Remp. administrantem , in Stagnati locum sus-
 ceptus fuit , assignato stipendio florenorum XXX. &
 librarum IV. Quarto studii sui anno perfecto , imma-
 ture , ut ipse dictitare frequenter pro sua solebat
 modestia , ætatis XXI. Doctor renunciatus est , pro-
 motoribus supralaudatis Baldo Novello , Hieronymo
 Zanettino , atque Puccio de Puccis , qui postremus
 ei Magisterii contulit insignia . Ut profiteri cœpit
 auditorum numero omnes brevi superavit , quamvis
 præclaros haberet in docendi munere socios , quos
 inter Franciscus ille Soderinus Volaterranus postmo-
 dum Episcopus , ac postremo S. R. E. Cardinalis
 amplissimus . Paulo post ad extraordinariam juris ci-
 vilis interpretationem assumptus fuit , cumque Pisto-
 rium translata fuisset Pisana Academia , ibique Flo-
 rentinus quidam aliquot proposuisset Conclusiones ,
 communem , Socino Auctore , viam prætergressus ,
 Decius Laurentium Puccium postea Cardinalem ita
 ad respondendum instruxit , ut adversarium acriter
 disputando impugnaverit ; imò Philippus Theorema-
 ta illa omnia in quæstiones & dubia postridie illius
 diei convertit , ejusque auspiciis intra dies octo for-
 mato themate disputandas proposuit idem Puccius ,
 scholaribus universis responsurus , quemadmodum &
 Decius Doctoribus omnibus se satisfacturum spon-
 dit . Id cum Philippo non laudem solum , sed & in-
 vidiam omnium conciliaturum esse videretur , Rector
 studii Raynerius Guicciardinus Decio sub pœna carceris
 interdixit ne res ulterius progrediretur . Duas
 tamen Pifas in Ecclesia Sancti Michaëlis in Burgo
 disputationes feliciter confecit . In prima cathedram
 ascendit horâ decimâ octavâ , & usque ad horam
 tertiam noctis protractum est negotium , cumque
 sex adversarii argumentis plurimis decertassent , eisque
 abundè satisfecisset , omnia postmodum argumenta
 ipsa repetiit tam expedite , ut non memoriter ea ,
 sed ex tabella recitare videretur ; & nec verbo qui-
 dem lapsus singulis ipsorum duas , vel tres solutiones
 subjecit ; idemque præstitit in secunda disputatione .
 Orta postmodum contentione inter Philippum & So-
 cinum , hoc agente , ad Juris Canonici Cathedram
 ille promotus est concurrente Felino ; quòd Socinus
 existimaret Decium eo tempore Canonum studiis
 minus imbutum , à tanto adversario opprimendum
 fore . Sed Felinus cum paucos intra dies se audito-
 rum copia à Decio superatum videret , dimisso le-
 gendi munere , ex abrupto Romam petiit . Id mole-
 ste ferentes Studio Præfecti , conquirente Felino , con-
 stituere , ut deinceps Philippus à profitendi officio
 in eodem Lycæo cessaret . Hoc audito , Senenses ad
 Urbis suæ Gymnasium tantum Virum advocandum
 censuere : sed Laurentius Mediceus ipsum Pifas re-
 verti , omni contentione curavit ; quod tamen in cas-
 sum cessit , nam Decius Senas se contulit , ibique
 primum sacros Canones , mox Jus civile in ordina-
 ria cathedra docuit . Interim à Joanne Antonio de
 Sancto Georgio , tunc Episcopo Alexandrino , & Ro-
 manæ Rotæ Auditore (cujus laudes alibi recitabi-
 mus

mus) postmodum Cardinali, litteras accepit, quibus permotus Romam se contulit, ibique auctore Ascario Sfortia Vicecomite S. R. E. Cancellario, ejusdem Rotæ Auditor ab Innocentio VIII. designari meruit, collatâ etiam ipsi Pontificis jussu ab eodem Episcopo Clericali tonsurâ. Verum haud multo post immutato Senensis Urbis statu, denuo Pisas ad docendum conducitur, ubi multos habuit insignes Discipulos, atque inter eos Joannem Mediceum, postea Summum Pontificem Leonem X. pluresque alios ad Sacram postmodum Purpuram assumptos. Inde invitatus à Venetis stipendio florenorum aureorum DC. ut in Patavino Archigymnasio legeret, Kal. Mart. Anno MDI. eò migravit. Inter ejus Discipulos ibi recensebatur Joannes Baptista Pallavicinus, tunc Protonotarius Apostolicus, postea Cardinalis. Ægrè interim ferebat Insubria tanti nominis Virum diù abesse, ideo Ludovici Francorum Regis nomine, qui tunc Mediolanensium potiebatur, æquali stipendio ad Patriam invitatur; datis etiam ad Venetos Patres à Rege litteris, ut benignè annuerent. At cum Decius licentiam impetraturus Venetias accessisset, & unâ cum Oratore Regio pro missione obtinenda ageret, id impetrare non potuit, quocirca bis, atque ter Mediolanensi Senatu per litteras postulante, mirantes Veneti pro hac re privata tantum laborari, annuerunt tandem. Itaque Anno MDV. Mediolanum rediit, atque integros annos septem in Ticinensi Lycæo Canones legit, maximo Scholasticorum concursu, atque mercede florenorum bis mille. Ad Pisanum Concilium expetitus perrexit, ubi de Summo Pontifice modestè semper est locutus; imò cum inde recessisset Concilium, & Mediolani conventus haberetur, ille Papiam reversus fuit; invitatusque à Cardinalibus humanissimâ Epistolâ, cum prius se adfuturum negasset, jussu Regis eò pergere cogitur. Verum Julio Pontifice Concilium non jure coactum pronuntiantem, & Cardinales, Fautoresque Pisanæ Synodi, & Philippum ipsum diris devovente, hic fugam arripuit Galliam versùs. Ibi à Gratianopolitanis civibus Senator adlectus, peculiaribus litteris, quas Bre-

ves dicunt, à Julio Pontifice vocatus Romam, cum de capitis ageretur periculo (absentis enim bona omnia Helvetii abstulerant, & tutum non erat in Italiam regredi) per epistolam Pontifici scriptam, innocentiam suam patefacere studuit. Valentiam postea evocatur, ibique dum legeret, defunctus est Julius Pontifex, successusque Leo X. Decii olim, ut diximus discipulus, qui eum Anno MDXV. die VII. Maji ad cautelam à censuris omnibus absolurum declaravit. Post obitum Ludovici Regis, cum Florentina Respublica Pisanum studium restaurare curaret, Julianum de Vincio Præfectorem Gymnasia Cancellarium in Gallias ad Decium ablegarunt, ut amplissimis conditionibus eum conduceret, idque effectum est per tabulas publicas Valentiam datas, die III. Martii, Anno MDXIV. Res tamen in irritum cessit; nam Rex eum potius Papiæ profiteri voluit, addita etiam Senatoria dignitate in Insubrum Patrum Concilio. Ticini ergo dum legit, Maximiliano Cæsare Mediolanensem Ducatum Gallorum imperio subducere conante, iterum fugere Decius cogitur; cumque Florentiam pervenisset, Pisas professurus mittitur. Plures ibidem annos in Legum interpretatione insumsit; donec die XIII. Octob. Anno MDXXXV. ætatis sue LXXXI. Senis diem postremam vidit. Corpus ejus Pisas translatum est, atque in Sepulchro, quod sibi vivens excitaverat, ex candido marmore, in Campo Sancto ipsius Urbis conditum fuit.

Hunc Tumulum sic describit Josephus Martinus in Theatro Basilicæ Pisanæ edito Romæ 1705. in fol. pag. 115. „ Proximè occurrit elegans celeberrimi „ Decii Mediolanensis sepulchralis Urna ab insigni „ Sculptore Stagio artificiosè albo ex marmore elaborata; cujus exemplar in Tabula XXVI. figura „ III. exhibuimus: supra eandem Urnam visitur ejusdem Decii simulacrum jacens, manu sinistra caput, „ dextera verò referatum Codicem sustinens. Idem „ Decius de morte cogitans, Sepulchrum hoc ne „ Posteris suis crederet, sibi conficiendum curavit, „ prout in ibidem posito Lapide expressum cernitur; „ videlicet:

D. O. M.

PHILIPPVS DECIVS SIVE DE DEXIO
 MEDIOLANENSIS I. C. CELEBRI FAMA NOTISSIMVS
 CVM PRIMVM LOCVM STUDII
 IN IVRE CANONICO VEL CIVILI
 TENVISSET PISIS SENIS FLORENTIAE PADVAE PAPIAE
 ET DEMVM VLTRA MONTES IN GALLIA
 REVOCATVS IN ITALIAM
 AB EXCELSA FLORENTINORVM REPUBLICA
 POSTEAQVAM STIPENDIVM MILLE QVINGENTORVM AVREORVM IN AVRO
 PRO LECTVRA CONSEQVVTVS FVISSET
 DE MORTE COGITANS
 HOC SEPVLCRVM SIBI FABRICARI CVRAVIT
 NE POSTERIS SVIS CREDERET.

„ Præmemoratum Sepulchrum referatum fuit tempore „ Archiepiscopi Francisci ex Com. Ilcii; ac plures „ Viri necessitudine mihi conjunctissimi, qui tunc „ temporis interfuerunt, se vidisse ajunt Corpus ejusdem Decii, ac in ipsius capite biretum ex holoserico viloso rubeo.

Epitaphio supra relato addit Schraderus pag. 90. duos hosce versus:

*Tempora quid Decii miraris cana Philippi?
 Jus nemo hoc melius novit utrumque viro.*

De ejus Operibus hæc ait Marcus Mantua: „ Sunt „ propemodum divina, quæque post Alexandrum „ sunt tanti ponderis, tantæque auctoritatis, ut ipsi „ sum pro oraculo habeant Judices, si in causis, quod „ sunt

„ sunt iudicaturi , ab eo id decifum esse compere-
 „ rint . Erat etiam Decius promptus , habebantque
 „ refponfiones ejus aliquid falis , ut videri poteft in
 „ l. Precibus col. 2. C. de impuber. Et dum fibi dice-
 „ retur , quod Jacobus quidam Niger Bononiensis ,
 „ impugnaverit quasdam fuas opiniones , & Ripa-
 „ fimiliter , melius feciffent (inquit) ille non deni-
 „ grare chartas , ifte verò obmutefcere , quoniam
 „ flumen non attingit . Antonius Silvius Parifienfis
 „ ejus Auditor hoc ipfum laudavit Carmine teftè Marco
 Litta pag. 23.

Quintos & sextos fcriptosque ex ordine Patres ,

Et Decios fiteat Martia Roma fuos .

Ecce novus Decius patriæ devotior illis ,

Qui propria cives afferuere nece .

Non armis , fed Confiliis ; non Marte , fed arte ;

Orbis non Urbis munia Patris obit .

Non modo namque fuos Decius patriosque Penates

Afferit , at cunctis confultat ipfe viris .

Hic ille eft Decius communem natus ad ufum ,

Quem bene munificum publica vota movent .

Hic verò Decius quanto præftantior illo ,

Qui Latii cladem fævaque damna tulit :

Ille necis merito prodeft , hic munere vita ;

Ille quidem Imperium prorogat , hic ftudium .

Ille facit quod tum Romanis forte licebat ,

Quid deceat Decius hic facit , atque docet .

Hæc fcripfit Philippus nofter :

- I. Super Titulo de Privilegiis . Papiæ , 1565. & Venetiis 1595. in fol.
- II. Commentaria in Decretales . Venet. 1576. , & rarius cum Summariis novis &c. per Joannem de Gradibus ; editio perantiqua in fol.
- III. Comment. in Digesti veteris , & Codicis aliquot Titulos . Lugduni , 1567. & Venetiis , 1595. in fol.
- IV. Commentaria in Digestum , Vetus Codicem , & in Decretales cum lectura in tit. de Privilegiis , & cum Annotationibus doctis . Venetiis , apud Zaretum , 1599. Vol. II. in fol.
- V. Confilia Tom. I. Papiæ , per Jacobum de Burgo Franco , 1512. die 18. Martii , in fol.
- VI. Item Tom II. Venetiis , per Philippum Pincium Mantuanum , 1523. die 19. Septembris , in fol.
- VII. Item Tom. III. Ex impreffione Baptiftæ de Tortis , 29. Julii 1531. in fol.
- VIII. Item Tom. IV. Ibidem , die 23. Novembris , in fol. max.
Eidem Editioni præfixa eft Vita Auctoris à Francisco Boëza de Corduba ejus Difcipulo , & Advocato Confiftoriali , vivente Decio confcripta , & definit in anno ætatis ejus LXIX. , cum ipfius Decii effigie . Eorundem Confiliorum verò aliæ Editiones funt , nempe Lugduni , 1556. & 1558. ficuti & Venetiis , apud Polum , 1575. , & alibi .
- IX. Philippi Decii , five de Dexio , Apologia Sacri Pifani Concilii moderni , indifti , & inchoati Anno MDXI. Eodem anno impreffa Pifis , per Palladium Bellonem Decium , Concilii calcographum , in 8. Extat etiam in Monarchia Goldafti Tom. II. pag. 776.
- X. Sermo de eadem materia pro justificatione Concilii Pifani . Habetur ibidem , & cum præcedenti Opufculo apud Richerium Hift. Concil. Gener. lib. IV. part. I. cap. II. pag. 167.
- XI. Refponfio ad Libellum Thomæ Cajetani contra Concilium Pifanum .
- XII. Altera ad Libellum Petri de Monte contra idem Concilium . Ambas apud fe MSS. fuiffe teftatur Francifcus Boëza in Decii Vita jam laudata .
- XIII. Epiftola ad Julium II. , quæ refpondet ipfius Litteris ad fe datis Viterbii die XXVII. Augufti , Pontif. fui An. VII. Arguebat Pontifex Decium , quod fe Auditorem Rotæ Romanæ infcriberet . Hic ab Innocentio VIII. fe Auditorem creatum fuiffe refpondet .
- XIV. Epiftola ejufdem ad Cardinales , & Epifcopos in Pifano Concilio congregatos , data Papiæ die XX. Martii MDXII. , qua fe excufat ne Concilio intereffe cogatur . Cum refponfione Patrum Concilii ,

Tom. I.

qui eum Advocatum , & Confiliarium fuum appellat .
 XV. Refponfo Decii ad eafdem litteras data Albæ fine anno , & die , in qua fe excufat de Scriptis pro Concilio .

XVI. Epiftola Decii ad Cardinalem Sancti Vitalis , ut intercedat pro fe apud Summum Pontificem .

Extant etiam ad Decium Litteræ Cardinalium Concilii Pifani , quibus ei mittunt Epiftolam Regiam hortatoriam , ut Lugdunum veniat pro rebus ejufdem Concilii , data Lugduni XXIV. Decembris , fine anno , fubfcripta à Cardinali Sanctæ Crucis .

Litteræ Leonis Papæ X. datæ die VII. Maji MDXV. pro abfolutione ad cautelam .

Aliæ ejufdem Pontificis , quibus Decium Romam vocat , ut ibi Jus Canonicum profiteatur , cum falaria quingentorum aureorum , datæ Romæ die XXIV. Octobris MDXIV.

Aliæ Julii II. ad Philippum Decium , & Hieronymum Bottigellam , datæ Romæ VI. Septembris , Pontificatus fui Anno IX. , quibus eos Romam vocat pro abfolutione à Cenfuris , dato etiam Salvoconducto .

Aliæ Gallicè confcriptæ Regis Francorum ad Decium , ut Valentinam Academiam non relinquat , datæ XVII. Aprilis , fine anno .

Aliæ ejufdem Regis Mediolani Ducis , datæ in Caftris Sancti Donati , die XIX. Septembris . MDXV. , ut ad profitemdum in Ticinenfi Academia veniat .

Aliæ ad eundem Joannis de Selva Mediolani Præfidis , & Magni Cancellarii , datæ Mediolani MDXVII. die XXI. Octobris , ut fub pœna confiscationis bonorum , Ticinum veniat ad legendum .

Aliæ Florentinorum ad Præfidem , & Senatorem Mediolani , fine data , ut permittant Decium in Pifani Gymnafii Lectura perfeverare .

Aliæ Gallicæ Regis Francorum die XXV. Julii fine anno , quibus eum invitat ad legendum in Univerfitate Avenionenfi .

Extant omnes in Vita à Boëza confcripta , ut inuimus fupra .

Vidi quoque ad eum litteras Latinas Hieronymi Moroni in Tom. I. Epift. ejufdem , de quo infra dicendum .

Legitur etiam ad Decium Epiftola Petri Delphini , quæ eft num. 71. lib. 12. data XXVI. Maji MDXXII.

Hieronymus Perbonus Ducalis Mediolani Senator Dominus Oviliarum , & Marchio Incifia &c. Libro IV. Epiftolarum fuarum , Epiftolam sextam fol. 4. tergo Decio fcribit , fic : „ Omnium Jureconfultorum Monarchæ Philippo Decio Hieronymus „ Perbonus optimè effe „ incipit : „ Tu quoque „ Philippe mi , qui ingenio tuo fæculum noftrum „ illuftras , vera legum lucerna , & Jurifconfultorum numen &c. „ & in fine : „ Vale Decus „ Infubriæ , quem (Deos immortales rogamus) „ ad Nestoreos annos confervent „ impreff. Mediolani , quinto Calendas Novembris , à Vincentio Meda impreffore . 1533. in fol.

Apologeticum Angeli Anachoretæ Vallumbrofæ pro Julio Papa contra Confilium Decii , qui in Schifmatis , & Conciliabuli Pifani patrociniū exaravit . Dat. ex Eremo Vallis Umbrofæ VII. Kal. Novembris MDXI. Extat impreff. in 4. fine loco , & Typographo , in Biblioth. S. Mariæ Coronatæ Mediolani .

Ejus Vita reperitur etiam apud Ifaacum Bullart Accadem. des Scien. & des Arts Tom. I. pag. 213. In libro , cui titulus : Carm. Illuft. Poët. Ital. Tom. XI. pag. 383. extat Carmen Jani Vitalis Panormitæ de Philippi Decii Sepulchro :

Dum curat Decius fibi Sepulchrum

Clarum marmore ponere eleganti ;

Infcripfit titulos ineruditos ;

Ut vifum magis excitare poffint ,

Quam laudare hominem undecumque clarum .

Quod fi non fibi cultius Sepulchrum ,

Quam doctos titulos , & elegantes

Curaffet , modo mollius jaceret .

De ipfo agunt , præter citatos Auctores , Guidus Pancirolus de Clavis Legum Interpretibus pag. 239. Jo. Fichardus apud ipfum Pancirolum pag. 427. Marcus Mantua apud eundem pag. 487. Miræus apud Fabritium in Bibliotheca Ecclefiaftica p. 2. pag. 139. Bayle in Lexico pag. 259. Schedæ Mazzuchellianæ , atque Athenæum Picinelli pag. 190.

DCCXVI.

DEGANUS VALERIANUS.

Valerianus Deganus Patria Mediolanensis, teste Armellino, apud S. Simplicianum in eadem sua Patria Monastica vota emisit anno MDLXXIX. die XXV. Martii. Juvenis adhuc scholasticas disciplinas Cæsena docuit anno MDXCIV., sed præcipuam strenuamque operam Mathematicis, & Arithmeticis demonstrationibus impendit, ut testantur ingentia Volumina, quæ his de rebus conscripsit, ab Armellino visa Mediolani in Bibliotheca ejusdem S. Simpliciani anno MDCLXXXVIII. Fuit Abbas, ut dicunt, Regiminis, à quo demum seipsum abdicans, solumque Abbatis titulo retento, reliquum vitæ quieti, & litteris impensius vacavit.

Ejus Opera his titulis distinguuntur

- I. Centum mille Tariffæ difficultioribus numerorum supputationibus per quam accommodatæ; est maximum Volumen MS. in fol. compositum anno 1621. ætatis suæ 63.
 - II. Tariffarum Pars altera: Ingens Volumen MS. in fol. ab eodem anno 1625. conscriptum.
 - III. Tabula Pythagorica in amplissimum Canonem propagata, quæ quorumcumque, licet ingentium numerorum supputationes mira facilitate, & celeritate expediuntur. Maximum Vol. MS. in fol. anno 1625. exaratum.
 - IV. Tabulæ Pythagoricæ Pars altera, MS. in fol.
 - V. Præces, Annotationesque nonnullæ in loca quædam subobscura Epitomes Jo. à Monte Regio in Alma gestum. MS. in fol.
 - VI. Logica tradita Cæsena in Monasterio S. Mariæ de Monte anno 1594. MS. in fol. Extat etiam aliud ejusdem Logicæ exemplar in Cœnobio S. Mariæ Cæsena.
 - VII. Commentaria in Aristotelis Prædicamenta, MS. in fol. Ejus meminit Bernardus Pez in Epist. X. Apologet. pag. 254. Regeftum MS. pag. 290. (quamvis Aganus pro Deganus ibi scribatur) ubi in margine sic: „ Abbas titularis ex regimine, Mathematicus, & Arithmeticus celeberrimus.
- Ex Mariano Armellino supradicto in sua Bibliotheca Benedictino-Casinenf. Part. II. pag. 7.

DCCXVII.

DELFINONUS LEONARDUS.

Leonardus Delfinonus Mediolanensis prodiit in lucem quarto supra vigesimum die Augusti anno nonagesimo septimo sesquimillesimo, eruditione præclarus; Patrem in Christo est sortitus scientiâ præclariorem Andream Pictorium, cum, ipso Altaris Sacrificium peragente, vota solverit Deo suo in sacro Carthusianorum Ordine vigesimo primo Novembris, quinto decimo anno post Mille sexcentos. Poëtico autem licet occupatus studio non defuit summâ vigilantiam infirmorum incumbere curæ, eorumque omnibus omnia factus se propositum necessitatibus exhibere, Infirmitati præfulgens dignitate, & eo tantum sua charitas, & amor in Fratres ad Monasticæ pervenit fastigium perfectionis, ut domestico operosus præficeretur negotio, cujus munia procurator de die in diem, tamquam charismata æmulans meliora, tali adimplevit laude, & profectu, ut virtutibus senior, domus etiam antiquior, Cœlestem promeruerit adire Patriam, nonis Aprilis sextum decimum post sæculum anno uno, & sexagesimo.

Poësi, ut diximus, delectatus, Hetrusca, scripsit ac mirè concinnavit.

- I. La vera Arcadia di Doriodoro Pastor Insubre, sotto gl' auspizj di Maria: alla Grandezza del Serenissimo Principe Maurizio Card. di Savoja. Giornate sette. MS.

- II. Viaggi, Errori, e Scherzi. Al Signor Luca Francesco Pechi. 1623. MS.
 - III. Il Mattutino. Alla Gloriosa Maestà della Serenissima Imperatrice de Cieli Maria Vergine. 1630. MS.
 - IV. Penfieri, e Prieghi. All' immortalità dell' Illustriss. Sig. Senatore Gio. Battista Arconati. 1630. MS.
 - V. Sequenza de Prieghi, e Penfieri. Alla generosità dell' Illustrissimo Sig. Giuseppe Arconati, fu del Sig. Senatore. 1631. MS.
 - VI. La Dorislea. Al Sig. Principe Ercole Trivulzio. 1641. MS.
 - VII. L' Aure Selvagge. Al S. Co. Ottavio Archigto. 1642. MS.
 - VIII. I Parti del Cuore. Alla Signora Margarita Pechi, sua Zia. 1646. MS.
 - IX. Affetti pietosi. Alla vigilanza del Reverendis. P. D. Leone Texier, Generale della Religione Certosina, 23. Gennajo 1641. MS.
- Supradicta Opuscula extant MSS. in Biblioth. Carthusiæ propè Papiam.

DCCXVIII.

DEUTERIUS.

Deuterius Mediolanensis Grammaticus, discipulus Felicis Rhetoris Romani, sæculo V. floruit. Cum litteras Mediolani doceret ei traditus est erudiendus Lupicinus Ennodii ex Euprepia sorore nepos; Avunculus tunc Dictionem VIII. habuit, quæ inscribitur: „ Præfatio dicta Lupicino, quando in auditorio traditus est Deuterio V. S. „ In ea vocat ipsum doctissimum hominum, ejusque doctrinam summis extollit laudibus. Idem agit in dictione nona, cui titulus: „ Præfatio quando Arator auditorium ingressus est „. Hæc ut notat Sirmundus Tomo I. Op. Var. scripta est in gratiam ejusdem Aratoris, cum Deuterii Grammatici disciplinæ traderetur; non enim Arator extra Liguriam studuit. Parthenium quoque alterius Ennodii sororis filium, Deuterius erudit, cumque plurimum profecisset, ipsi gratias agit avunculus dictione X. Neque Ennodius ipse Deuterii scholam indignatus est; extat enim dictio ejusdem XXIV., cui titulus: „ ex tempore, quam ipse Deuterius injunxit.

Hujus Viri doctissimi, quod sciam, nulla supersunt Opera. Quædam tamen scripsisse eruitur ex Codice Parmensi Martiani Capellæ, quem citat Sirmundus in notis ad Epistolam XIX. lib. I. Ennodii, in quo Felix Rhetor Romanus hæc ait:

- I. „ Securus Memor Felix V. Sp. Com. Confilt. Rhetor. „ R. ex mendosissimis exemplaribus emendabam, „ contra legente Deuterio Scholastico, discipulo meo, „ Romæ ad Portam Capenam. Cos. Paulini V. C. sub „ D. Non. Martiarum Christo adjuvante.
 - II. Carminum ejus meminit Ennodius in Epistola XIX. lib. I. ad ipsum Deuterium data his verbis: „ Tua, quæ „ so, lumina nube doloris hebetantur, cujus tam „ clara sunt Carmina? & qui lucem loqueris de visione causaris?
- Extat etiam Dictione data Deuterio V. S. (idest Viro Spectabili) Grammatico, quæ est secunda lib. I. Carminum ipsius Ennodii.
- Tandem de eodem Deuterio extat Ennodii Epigramma 104.

Forma, caput, facies, Deuteri cuncta magister,

Innumeris doctor dotibus ille cluit.

Excussit linguam genius perfectus, ubique.

Quod fari nescit, displicet inde malis.

Grammaticam jactant artem nescire magistrum:

Hoc malis simplex moribus insituit.

Oratoris opus, lapidosaque culmina Tulli

Non tetigit, celsum rhetora nullus amat.

Discipulis satis est vultus, tacitique verenda

Calvitio, Phæbe lumina plena vident.

Vide etiam Clarissimum Saxium de Studiis Mediolanensibus pag. 50. & sequentibus.

DCCXIX.

DIAMUS UBERTUS.

Tantæ fuit prudentiæ, ac apud Concives suos existimationis Ubertus Diamus honestissima gente Mediolani natus, ut paulò post Urbis instaurationem, anno videlicet MCXCVII. Consulatum gerentes Paganus Turrianus, & Ugo Camerarius Viri de Patria sua benemeriti, Ubertum nostrum ad Reipublicæ administrationem sibi maximo adjumento futurum existimantes, consilio, atque operâ illius difficillimis temporibus uterentur. Invaluerat interim insana sceleratorum alienis opibus inhiantium fames, quæ Civium loculos emungebat. Huic ut occurrerent malo Consules ipsi unâ cum Uberto nostro condidere anno citato

- I. Statuta, & Edicta quædam adversus usurariam iniquitatem, Mediolanensi Reipublicæ perquam proficua.
Ex Collect. Monum. Famil. Mediol. Comit. Octavii Archinti, qui hæc hausit à Corio ad eundem annum.

DCCXX.

DIONESANUS EUGENIUS.

Eugenius Dionesanus à Picinello perperam Donesanus vocatus, Caravagii, quod est insigne Oppidum Ducatus Mediolanensis, ortus est. Inter Canonicos Regulares Lateranenses adscitus, Prior, & Vice-Abbas Monasterii Tremitani efficitur. Ad sacras habendas Conciones anno MDLXXXIV. in Comitibus Portuensibus assumitur; quas etiam habuit in ferè totius Italiæ Civitatibus, nempe Ticini, Parmæ, Regii, Placentiæ, Ferrariæ, Mutinæ, Lucæ, Cremonæ, in aliisque pluribus summo cum plausu per annos quadraginta quinque. In remotioribus quoque provinciis, nempe in Siciliæ Regno, atque in Apulia Verbum Dei tam egregiè disseminavit, ut sibi nomen magni Concionatoris ubique aquisverit. In patriam redux Conventum Capuccinorum ex integro ædificavit, dotavitque. Hyppolito Rubeo Ticinensi Episcopo, & Cardinali charissimus fuit. Decessit Derthonæ sexagenario major anno Infubriæ infelicissimo Pestis causâ MDCXXX.

Scriptis

- I. Orazioni diverse recitate in varj luoghi. Vol. I. Modena, presso Giuliano Cassiano. 1617. in 4. „Dedicato al Sereniss. Duca Farnese, Duca di Parma, e Piacenza.
II. Delle medesime. Vol. II. Ivi, presso lo stesso. 1618. in 4.

Augeat Eugenii Pallas cum munere parvis

Ingenium, quo, nunc velut de lumine Solis

Virtutum radii nascuntur gaudia seculo:

Et partus miretur homo quos pertulit ille,

Conceptus gremio Musarum, dignus honore,

Atque vocent homines fama super aethera notum.

Agit de eo Rosin. in Lyceo Later. lib. III. pag. 285.

Extat hoc de Dionesano Bruni Giardini Ravennatis Carmen:

DCCXXI.

DIONYSIUS.

Dionysius Civis & Episcopus Mediolanensis, constantissimi adversus Eterodoxos animi Vir, Magni Eusebii Martyris Vercellensis Antistitis, qui cum filiam suam appellavit, discipulus fuit, tantumque eo doctore profecit, quantum invicti pectoris robur, & mores probatissimi postea declararunt.

A Albensem eum Ecclesiam ante Mediolanensem administrasse auctor est Ughellus, sed id perperam dictum videtur Papebrochio, cum priscis illis sæculis nondum in morem essent inductæ hujusmodi Episcoporum translationes. Ad Cathedram Mediolanensem defuncto S. Protasio evectus creditur, circa annum CCCLII. Indictum fuit paulo post anno videlicet CCCLV. Mediolani Concilium confluentibus, è toto Occidente Episcopis tam Catholicis, quam Arianis; qui cum Constantii Augusti patrocinio freti S. Athanasii Patriarchæ Alexandrini damnationem urgerent, atque Nicœnam fidem convellere satagerent (ut quibusdam placet) Dionysii simplicitatem captivarunt, ut sententiæ adversus Athanasium latæ subscriberet. Sanctus autem Eusebius, re comperta, tam cautè, prudenterque se gessit, ut non tantum hostes veritatis irrisos relinqueret, sed Dionysii quoque subscriptionem delendam curaret. Adfuit eidem Synodo Lucifer ille Calaritanus Episcopus doctrinâ, & sanctitate clarissimus, qui unâ cum Dionysio, & Eusebio strenuè pro Catholica veritate decertans, unâ item cum eis à Constantio in exilium depulsus est. In Cappadociam igitur deportato Dionysio, impiissimus Auxentius Mediolanensi Ecclesiæ annos aliquot incubavit. At ille tantâ in Oriente doctrinæ ac miraculorum gloriâ fulsit, ut passim Apostolorum concors prædicaretur. Cum autem Constantius eum, omni cum honore sedi suæ restituendum edixisset, Vir Dei, ne omnia quæ ad sacrum cultum pertinent ab impiis polluta videret, votis exegit, & obtinuit, ut in exilio vitam poneret, ibique, ut inquit Sanctus Ambrosius, propiore Martyribus titulo spiritum exhalavit VIII. Kal. Junii anno CCCLXXIV. Dionysii fidem tamquam hæreditario jure ad se transmissam plurimum collaudavit successor ejus inclytus idem Sanctus Doctor, qui S. Dionysii mortales exuvias ex Armenia à B. Aurelio Episcopo suscepit, accedente tam pio operi officio quoque Sancti Basilii Magni. Illius honorem propagavit Aribertus seu Eribertus Mediolanensis Archiepiscopus, condito Templo extra Orientalem Portam, cui primùm Cluniacenses Monachi, nunc vero inserviunt viri religiosissimi Ordinis S. Mariæ Servorum, Monasterii censu ad Commendatarium Abbatem translato. Porro Sancti Dionysii Corpus ab Hyppolito II. Estensi Archiepiscopo in Metropolitanam delatum, Sanctus Carolus in subterraneo Confessionis Altari, cum aliis Coelitem reliquiis pie recondidit. Vir fuit Dionysius omni doctrinæ genere clarus, & in sacris præsertim studiis versatissimus, dignus Præceptore Eusebio, & Ambrosio successore. Priusquam verò de tanto Præfule verba facere cessemus, juvat hic, quæ de constantia illius, & sociorum Sanctus Athanasius scribit ad Monachos in historia Arianorum, referre, veniamque à Lectoribus postulamus, si prolixiori, quam institutum nostrum fert, testimonio utimur. Rapuit nos Athanasii loquentis autoritas, verbis disertissimis non Dionysii solum, sed Ecclesiæ quoque & Urbis Mediolanensis gloriam prædicantis. „Nulli „ non palam est, illorum prudentiam (Arianorum „ scilicet) non secundum Deum, sed humanam „ esse, Ariique sectatores reapse non habere Regem „ nisi Cæsarem. Ejus enim autoritate freti Christi „ adversarii, quæ placent omnia arbitratu suo per „ ficiunt. Porro cum sese putant plurimis ejus ope „ râ insidias parere, non advertunt sanè se multos „ efficere Confessores. E quorum numero sunt vi „ ri, qui jam claram edidere confessionem, ipsique „ religiosi ac probi Episcopi, Paulinus Trevirorum „ Galliæ Metropolis Episcopus, Lucifer Metropolis „ Sardinie Episcopus, Eusebius Vercellorum Italiæ „ Urbis, Dionysius Mediolani, est autem & ipsa „ Metropolis Italiæ. Accitis enim illis præcepit Im „ perator, ut contra Athanasium subscriberent, ac „ cum hæreticis communicarent. Quibus rei insolentia „ stupentibus, ac dicentibus, id Ecclesiastici non esse

esse Canonis ; statim ille : At quod ego volo , id
 „ pro Canone , inquit , habeatur : me quippe ita
 „ loquentem Syri Episcopi tolerant . Aut igitur ob-
 „ temperate , aut vos quoque extorres futuri estis .
 „ His auditis Episcopi , remque summoperè mirati ,
 „ manibus ad Deum tensis , compellere virum , do-
 „ cereque non suum esse Imperium , sed Dei , qui
 „ tradidisset ; rogare ut eum timeret , ne derepente
 „ datum adimeret : interminari Iudicii diem , sua-
 „ dereque , ne Ecclesiasticas res pessumdaret , neu
 „ Romanum Imperium cum Ecclesiasticis statutis
 „ commisceret , vel Arianam hæresim introduceret
 „ in Ecclesiam Dei . Verum ille neque audivit , nec
 „ eos plura dicere permisit : quin & acriùs districto
 „ adversum illos gladio comminabatur , imò ex iis
 „ nonnullos ad supplicium abduci iusserat : sed
 „ postea , uti Pharao , sententiam mutavit . Excusso
 „ itaque pulvere Sancti illi , erectisque ad Deum
 „ oculis , neque minas Imperatoris reformidarunt ,
 „ neque stricti gladii metu veritatem prodidere : sed
 „ exilium pro ministerii sui officio habuerunt . Dum
 „ enim per loca , perque Civitates transirent , etsi
 „ vinculis constricti , nihilominus evangelizabant ,
 „ ac piam Fidem prædicantes , Arianam hæresim
 „ anathemate damnabant , traducebantque Ursacii ,
 „ atque Valentis pœnitentiam . Quod contra quam
 „ rati erant cessit insidiatoribus ; nam quanto lon-
 „ gior intervallo distabat exilii locus , tantò majus
 „ in illos odium concitabatur . Quis enim dum
 „ peragrantes cerneret , non admiratus illos ut Con-
 „ fessores , Arianos non tantum ut impios , sed
 „ etiam ut carnifices , & homicidas non averfatus ,
 „ execratusque est , & non quovis potius quam
 „ Christianorum nomine appellavit ? Hæc Sanctus
 „ Doctor in grati animi testimonium scribebat , quem-
 „ admodum & alibi Dionysium commendavit , ut infra
 „ dicemus . Perierunt quidem in tanta rerum perturba-
 „ tione Sancti Dionysii scripta , supersunt tamen

I. Orationum ejus in Mediolanensi Concilio habitaram ad-
 versus Arianos fragmenta quædam , in ejus Vita ,
 quam S. Ambrosii ætate conscriptam fuisse suspican-
 tur Eruditissimi Continuatores Bollandi : in Tom. VI.
 Maji , e MS. Codice Ambrosianæ Bibliothecæ exscrip-
 ta , quamvis interpolata sit , & manca .

Vita ipsa ex Mombritio , & MSS. Codicibus Mediolan. &
 Blaudenti ab iisdem Viris doctissimis loco citato
 vulgata fuit pag. 44 .

Hymnum satis prolixum , & nobilem in ejus laudem ce-
 cinxit Sanctus Ennodius Ticinensis Episcopus . Hic
 XIII. est inter hujus Opera à Sirmundo edita .

Commendatur passim à Sancto Ambrosio prælaudato
 ejusque cum laude meminere citatus Sanctus Athana-
 sius etiam alibi in eodem libro , ac in Apologia de
 fuga sua . Sanctus Hilarius lib. I. ad Constantium ,
 & in altero libro adversus eundem . Sanctus Lucifer
 Calaritanus lib. II. pro Athanasio . Beda , Ufuardus ,
 Addo in Martyrologiis suis , quemadmodum & Ba-
 ronius , ac Bosca , ille in Annalibus , & Romano Mar-
 tyrologio , hic in Mediolanensi ad diem XXV. Maji .
 Anonymus Scriptor Vitæ Sancti Eusebii Vercellensis
 quæ extat apud Ughellum Ital. Sacræ Tom. IV. in
 Vercell. num. I. Galestinus in historia Translationis
 Corporis ejusdem S. Dionysii , quam è Monumentis
 Ecclesiæ Mediol. hausit , & expurgavit . Trithemius ,
 Acta Mediol. Ecclesiæ , aliique innumeri .

DCCXXII.

DISCORDIA GALDINUS.

PRudentissimis illis Viris , quibus municipale Jus
 suum debet celeberrima hæc Infubriæ Metropo-
 lis , quorumque laudes sparsim in nostra Collectione
 recententur , jungendus est Galdinus cognomento
 Discordia . Hic enim nedum in patriæ reitauracione
 plurimos labores pertulit , sed novam quoque spe-
 ciem renascenti Reipublicæ addere studuit , ut belli
 & domi Mediolanensis Populus non solum domesticis

A negotiis bene gerendis , verum etiam inimicorum vi-
 ribus propulsandis eluceret . Reliqua tanti viri gesta
 vetustas obliteravit , æternum tamen vivet in poste-
 ritatis memoria ob

I. Statuta permulta anno MCCLXXI. cum Collegis condita .
 Ejus meminit post Corium Comes Octavius Archintus in
 amplissima Collect. Monum. Famil. Mediol.

DCCXXIII.

De DOMIS MAURITIUS.

B MAuritus de Domis solemnia vota Deo nuncu-
 pavit in Congregatione Somascheni An. MD-
 XCI. die XXIII. Junii . Ter fuit ejusdem Ordinis Præ-
 positus Generalis , & mirum est quantum sub quolibet
 ejus Regimine cum literis , tum pietate in dies
 magis , magisque semper floruerit Congregatio . In-
 ter plurima , quæ de Mauritio nostro in ore omnium
 Suorum adhuc versantur , illud maximè memoran-
 dum reor , quod scilicet tam grandi erga infirmos
 charitate ardebat , ut non semel vel calices ipsos ven-
 diderit , eorum præstò necessitatibus affuturus . Cæ-
 terum inter celebriores ætatis suæ Concionatores lo-
 cum nemini secundum habuit , & ea erat Mauriti in
 dicendo vis , ut ad fletum durissima quoque pectora
 permoveret . Apud Serenissimam Rempublicam Ge-
 nuensem adeo valuit existimatione , ut quoties in-
 enunciandis alicujus Sancti laudibus peroraret , tota
 conflueret Civitas ad ipsum audiendum . Obiit Vir reli-
 giosissimus meritis onustus , atque sexagenarius in Or-
 fanotrophio Sancti Martini Mediolani Anno MDC-
 XXXVI. non sine maximo totius Ordinis mœrore .
 Plura edidit non minus Latina lingua , quam Italica .

Latina , quæ sunt :

- I. Oratio in Funere Illustrissimi , ac Reverendissimi D.D.
 Michaelis Prioli Episcopi Vicentini . *Vicentia , apud
 Georgium Græcum , 1603. in 4.*
- II. Constitutiones Clericorum Regularium S. Majoli Pa-
 pie Congregationis Somaschæ , & Doctrinæ Chri-
 stianæ in Gallia . *Roma , ex Typographia Andree
 Pbei , 1626. in 8.*
- III. Constitutiones pro Novitiis primæ probationis , &
 adolescentibus professis secundæ probationis Cleri-
 corum Regularium Congregationis Somaschæ , &
 Doctrinæ Christianæ in Gallia , necnon admonitio-
 nes ad eorumdem Moderatores . *Mediolani , apud
 Hæredes Pacifici Pontii , & Joannem Baptistam Picca-
 leam Impressores Archiepiscopales , 1624. in 8.*

Italica verò

- IV. Orazione in lode del B. Carlo Borromeo . *Milano ,
 1609. ed ivi presso il Bidelli , 1622. in 4.*
- V. Idea dell' ottimo Cittadino di Repubblica : Orazione
 Panegirica per l'unione di Genova , detta l'Anno
 MDCXVII. Iterum impressa *Mediolani , 1676. in 4.*
- E VI. Regole da osservarsi da' Novizi della prima , e da'
 Giovani della seconda Probazione de' Cherici Re-
 golari della Congregazione di Somaſca , e della
 Dottrina Christiana in Francia , con alcuni avvisi
 alli loro Maestri . *Brescia , per li Sabba , 1622. in 8.*
- VII. Orazione in lode di S. Agostino . *Milano , presso il Bi-
 delli , 1609. in 4.*
- VIII. Quadragesimale compiuto , e molte altre Prediche ,
 e Panegirici de' Santi . Vol. IV. MSS. in fol. exta-
 bant penès ipsum .
 Ex Schedis Patris Mazzuchelli , & ex Picinelli Arde-
 nano pag. 423. , quibus tamen non omnia Domi Ope-
 ra , etsi edita , nota fuerunt .

DCCXXIV.

DOSSENA FERRANDUS.

EO jam tempore, quo Mediolanensis Populus post Ducis Philippi Mariae Vicecomitis mortem, in Republicam se erexit, scilicet Anno post Christi adventum MCCCCXLVIII. florebat Dossena Familia in Mariano, qui numerabatur inter XII. Capitaneos, & Libertatis Defensores. Ferrandus autem noster Francisci, & Margaritæ Brambillæ conjugum filius, claruit Causidicus Collegiatus in Patria Anno MDXCVII., dein Regius Ducalis Syndicus Fiscalis Generalis in toto Mediolanensi Dominio à Philippo IV. Hispaniarum. Rege Catholico creatus est Anno MDCXXXVI. Uxorem duxerat Catharinam de Nobilibus, ex qua, præter Franciscum primogenitum, qui Opus parentis sui infra memorandum edidit, Sebastianum quoque Dossenam suscepit ex Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum nuncupatâ, qui Anno MDCLIX. ab Alexandro VII. PP. Episcopus Aliphanensis in Regno Neapolitano constitutus perhibetur. Obiit autem noster die XVII. Aprilis, Anno MDCXXXIX., & in Ecclesia S. Alexandri in Zebedia hujus Urbis tumulatus est sub hac Inscriptione:

FERRANDVS DOSSENA
REGIVS FISCALIS GENERALIS
STATVS MEDIOLANI
SIBI ET POSTERIS

En Liber, quem scripsit tempore pestis, Anno scilicet MDCXXX. à Francisco filio postea typis traditus, & Excellentissimo Mediolanensi Senatui nuncupatus.

- I. Tractatus de Saliis Sententiarum. *Mediolani, apud Impressores Archiepiscopales, 1641. in 4.*
De eo Picinellus in Athen. *Mediol. pag. 187.* Joseph Benaluis *Hist. Magistrat. Extraord. pag. 185.* Ferdinand. Ughellus in *Ital. Sacr. Tom. VIII. pag. 298.* & Clarissimus Joannes Sironus de Scotia in *Theatro Genealogico Famil. Nobil. Mediol. pag. 195. MS. in fol. scriptus de Anno MDCCV., tum in Monumentis Genealogic. Nobil. Familæ de Capitaneis de Gradi pag. 35. in fol. exaratis de Anno MDCCXIII., qui Codices sunt ambo penes ipsum Sironum Auctorem.*

DCCXXV.

DRAGHETTUS SYLVESTER.

Sylvester Mediolanensis ex Familia satis nota Draghetta, se adhuc adolescens Capuccinorum Ordini addixit. Peculiaris ingenii dotes in ipso mirabiliter emicuere, dum demandatum sibi munus generalem rerum notabilium totius sui Ordinis historiam texendi, summo studio ac laudabili fœlicitate adimplevit. Plura, ut infra videre est, Volumina Latino, & Italico idiomate conscripta in lucem edidit, relinquens etiam ingentem MSS. molem æquè typis dignam, multa alia scripturus, nisi adhuc robustissimus ætate & viribus, præcoce nimium fato præreptus, de hoc Sæculo migrasset; nam obdormivit in Domino Mediolani die XVII. Octob. An. MDCCXXXVI. ætatis suæ circa LX. Religionis verò XXXVII. magnæ doctrinæ, ac sanctimoniz famâ apud posteros clarus.

Edidit

- I. Vita del gran servo di Dio, il P. F. Gio. Pietro Recalcati Predicatore Cappuccino, stampata sotto nome del Sig. Giuseppe Pozzi Oblato, e Curato di Busto Arsizio. *Milano, presso Giuseppe Pandolfo Malatesta, 1723. in 8.*
Tom. I.

- A II. Vita del gran servo di Dio, il P. F. Ignazio Carcani da Milano, Provinciale de Minori Cappuccini. *Milano, per il sudetto, 1724. in 8.*
III. Vita, Virtù, Predicazione, e Prodigj del Venerabile Padre Fr. Giuseppe da Carabantes Missionario Apostolico Cappuccino. *Milano, per lo stesso Malatesta, 1727. in 8. & pluries denuò typis data.*
IV. Vita di Fra Francesco Antonio Maria da Milano, Cherico professò Cappuccino, figlio unico del fu Eccellentissimo Sig. Don Cesare Visconti ec. *Milano, per il medesimo Malatesta, 1732. in 8.*
V. Vita del B. Serafino da Monte Granaro Religioso Cappuccino. *In Milano, per esso Malatesta, 1728. in 8. Eiusdem B. Vitam in Compendium redactam iterum typis demandavit Anno 1730. apud Josephum Gallum.*
VI. Vita del B. Fedele da Sigmaringa Cappuccino Missionario, Protomartire della Sagra Congregazione de Propaganda Fide. *Milano, come sopra, 1729. in 8. pluries iterum impressa.*
VII. Vita Beati Fidelis à Sigmaringa Svevi Ordinis Capuccinorum Missionarii &c. *Mediolani, ex Typographia Josephi Pandulphi Malatesta, 1730. in 4.*
VIII. Vita di S. Genesio Comico, e Martire. *Milano, per il sudetto Malatesta, in 8.*
IX. Vita di S. Venanzio Martire. *Milano, come sopra, in 8.*
X. Annales Ordinis Minorum Capuccinorum. Appendicis loco ad Tomum III. *Mediolani, Typis Caroli Josephi Quinti. 1737. Tomi II in fol.*
A Suis, qui tamen titulos Operum ineditorum Auctoris hujus nobis hætenus non indicarunt.

DCCXXVI.

DRALLUS CAROLUS ANDREAS.

Carolus Andreas Drallus filius Joannis Petri J. C. ac celebris Advocati, necnon Isabellæ Margaritæ Albucizæ conjugum, in Societatem Jesu celeberrimam adscitus, post alia ministeria cum laude peracta, diu insudavit in excolendis ad pietatem Ecclesiasticis Viris, quorum identidem plures Modoetizæ in secessu collectos exercebat in piis Sancti Ignatii Meditationibus, cum insigni fructu. Fuit etiam eodem tempore Procurator totius Provinciae in Domo Professorum Sancti Fidelis, in qua mortuus est valde senex mox præterito sæculo exeunte.

Vulgavit sequentem Librum lectu satis dignum:

- I. La Trasformazione dell' Uomo, o sia mezzo efficacissimo per la riforma dell' Uomo interiore. *Milano, per gli Eredi di Filippo Gbifolli. 1676. in 4.*
A Suis.

DCCXXVII.

DUGNANUS CELSUS.

Celsus Dugnanus Mediolanensis, cui nomen fuit in Sæculo Joannes Baptista, parentes habuit Fabricium Ludovici filium, & Lauram Liscatam conjuges. Adhuc vivente Clemente Dugnano Patruo Ordinem Canonicorum Regularium Lateranensium ingressus, tantum brevi in humanis, divinisque litteris profecit, ut ad concionandi munus juvenili quamvis ætate assumptus fuerit. Primas conciones habuit in celeberrimo Templo Sanctæ Mariæ Scalensis Mediolani, S. Caroli Borromæi jussu, cum nondum Presbyteratus Ordinem suscepisset. Tum Pistorii, Florentiæ, Lucæ, Papiæ, Pisis, Cafali, Ravennæ, Neapoli, Venetiis, Bononiæ, Romæ, & in pluribus aliis Urbibus Verbum Dei magna cum laude disseminavit. Idem cum Taurini præstitisset, tantam sibi apud Carolum Emmanuelem Sabaudizæ Ducem gratiam conciliavit, ut in Patriam revertentem argenteis Candelabris, aureo Calice, & Patena, Vasis poculorum subgestoriis, cum Urceolis, atque Catino, quibus Regiæ Virgines gemmas insignes addidere, donaverit, quæ Celsus omnia Templo Sanctæ Mariæ Passionis largitus est. Anno ætatis suæ XXVIII. suprema Ordinis Præfectura communibus Votis illi est demandata

Bbbb

data

data in Comitibus Ravennatibus MDCIII. Præfuit Abbas Cœnobii Mediolanensi, Pistoriensi, Pisano, Caforetano. In Monasterio S. Mariæ Passionis, præter insignia Ædificia, Bibliothecam condidit. Obiit Anno MDCXXVIII. ætatis suæ septuagesimo quinto transacto.

In eadem Ecclesia S. Mariæ Passionis extant binæ Inscriptiones sepulchrales marmoreæ Patris, & Avi nomen referentes præfati Abbatis Don Celsi, tenoris ut sequitur: ex Claris. Advocato Sitono in selectis Inscriptionibus Urbis, & agri Mediol. MSS. depromptæ

ORNATISSIMO ET NOBILI VIRO

LVDOVICO DVGNANO

CASTISSIMAEQVE VXORI VERONICAE A RHAVDE

PARENTIBVS CARISSIMIS

IO. MARIA ET FABRICIVS GRATISSIMI

MEMORESQVE FILII POSVERE

ANNO SALVTIS MDLXXX.

D. CLEMENTE DVGNANO COLLEGII PASSIONIS

ABBATE DIGNISSIMO.

HVMANI MEMOR FINIS

FABRICIVS DVGNAVVS

HOC DILECTAE VXORI CLARAE

LISCATAE SIBI FILIIS POSTERISQVE

VIVENS P. MDXCVII.

Scriptit :

- I. Sermones L. de septem Verbis Domini in Cruce, septem pro quolibet verbo, & ultimum pro Coronide, quos servari MSS. cum aliis in Canonica Mediolanensi testatur Rosinus in Lycæo Lateran. lib. 2. pag. 192.
- II. Sylva Prædicabilis ordine alphabetico disposita, & ex pluribus Auctoribus collecta. Vol. II. MSS. in fol. magnæ molis.
- III. In fine secundi Voluminis adest Tractatus de Familia Trivulzia cum variis Monumentis ad originem, & stemma gentilitium ejusd. spectantibus pagg. 13. Extant in Bibliotheca S. Mariæ Passionis. Jacobi Mariæ ab Ecclesia Clerici Regul. S. Pauli in Funere P. D. Celsi Dugnani Congregationis Lateranensis olim Abbatis Generalis, ac Concionatoris eminentissimi, Oratio habita Mediolani in Templo S. Mariæ Passionis, prodiit ibidem apud Malatestam, 1629 in 4. Ei dicavit Georgius Campus Vercellensis Opus suum: de Viridianis Visitationibus. Sicuti & Albertus Vintianus Crescentinas Canonicus Lateranensis Benedicti Cochorellæ Vercellensis librum, cui titulus: Tremitanæ olim Diomedæ Insulæ Descriptio. Mediol. apud Malatestam, 1604. in 4. In eodem libro adest Carmen Basilii Serenii in laudem Dugnani. De eo cum laude agit Rosinus loco cit. & Picinellus in Athenæo pag. 178. in articulo Fabii Dugnani, asserens se, Celfo Ordinis Moderatore, Canonicorum Regularium institutum suscepisse, nullum tamen illius Opus memorat, licet quæ nos protulimus, in Bibliotheca Passionis haberet obvia, imo ut audivimus ipse ea collegerit.

DCCXXVIII.

DUGNANUS FABIVS FRANCISCUS.

IN Fabio Francisco Dugnano, quem tantum Fabium nuncupavit Picinellus, cuique Pater fuit Aurelius Physicus Collegiatus ex LX. hujus Urbis Decurionibus, Mater verò Cornelia Chalca, plura sunt, quæ dignissimum efficiant Virum, ut in Litterariam hanc Scenam jure merito prodeat. Oratoriarum enim artis præceptis imbutus, cum Pontificii, Cæsareisque legibus attentissimam navasset operam, summus in Ticinensi Lycæo litterarios honores promeruit. Tum avitæ nobilitatis, & propriæ doctrinæ merito, anno post Salvatoris ortum duodecimo supra millesimum sexcentimum à Jurisperitis in Collegam adscitus est. Patriæ Decurio, Sanctissimæ Inquisitionis Officio Consultor, contendentibus in Foro Patronus

plurimum eloquentiâ, eruditione, cæterisque præclaro Viro dignis dotibus profuit. Hujus Urbis Præfecturam bis administravit, Annis videlicet MDCXXVII. atque MDCXXXIV. Dugnani nostri virtute perspecta, Principis Decreto ad Quæstoris in extraordinariorum Reddituum Magistratu munus assumitur. Sed majora sibi promeruit integritate, ac vigilantia, in Regiis Juribus tutandis, iccirco inter Infubriæ Conscriptos Patres sedere jussus, amplissimo Ordini non parvo fuit ornamento. In Ticinensi etiam Urbe, ubi Præturam summa cum laude gessit, plura reliquit justitiæ, virtutisque non contemnenda vestigia. Apoplexiæ morbo sublatus est in Patria die XXII. mensis Aprilis Anno MDCXLIX.

Vivit ejus ingenium in hisce Lucubrationibus:

- I. Oratio in Funere Serenissimi Balthassaris Caroli Domini Hispaniarum Principis, quam habere decreverat in Metropolitana Mediolani, nisi vocis impedimentum obstitisset. Mediolani, apud Malatestas, in 4. sine anno.
 - II. De Origine, Forma, Modo, Necessitate, Utilitate, & Justitia Banchi S. Ambrosii. Mediolani, 1627. in fol.
 - III. Fabii Dugnani Resolutio pagg. 14. in Collect. Parodiæ Tom. III. diversorum.
 - IV. Allegationes VIII. apud Solivertam, & plures in Archintea, & alibi.
 - V. Allegatio Juris, & Facti pro D. Gaspare Surrigono contra prætensionem D. Marchionis Augustini Cusani in Causa præcedentiæ. Mediolani, 1629. in fol.
 - VI. Informazione per li Signori Sessanta Decurioni della Città di Milano nella pretensione del Signor Ercole Bianco. Ibid.
- Eidem Clarissimus olim Jo. Baptista Sitonus Jatrofophus Miscellaneorum Partem secundam Anno MDCXXII. Patavii impressam in 8. dicavit. Agunt de ipso P. Berretta, & Sitonus in Schedis, & in Chron. Collegii Jurisperitorum pag. 192. art. 810., necnon Picinellus in Athenæo pag. 178.

DCCXXIX.

DUGNANUS HIERONYMUS.

Dugnana Familia, etiam ante luctuosissimum Mediolanensis Urbis sub Friderico I. Augusto excidium, insignes Viros protulit, qui & armis, & litteris Patriam exornarunt. Memoratur inter primos Mainfredus, qui Consulatum gerebat Anno MCLIX. ex Placito eodem Anno, die VI. Augusti dato. quod extat apud Nicolaum Sormanum Ambrosiani Collegii Doctorem in Collectione sua Diplomatica. Ipsum eodem Magistratu Anno sequenti functum fuisse, & multa præclare fortiterque adversus Enobarbumpatrasse, ajunt Tristanus Chalcus in Hist. Patriæ lib. IX. Cavitellus in Annalibus Cremonæ ad ipsum Annum, atque Alemanus Finus in Chronico Cremenfi lib. I. Nec minori laude dignus habendus est Jacobus Dugnanus, qui Anno MCCCCXLVIII. cum post obitum Philippi Mariæ Vicecomitis Mediolanensis Populus in libertatem se asseruisset, à Ducibus Reipublicæ, & libertatis eligi meruit, ut Decreta ab eis condita ab incolis Portæ Novæ servanda curaret, quod se facturum spondit interpositâ jurisjurandi religione in manibus Balthassaris Capræ. Cœvus illi fuit Branda eadem Familiâ genitus, quem ad Lecturam extraordinariam Decretorum iidem Libertatis Defensores elegerunt, ut in generali Academia, tunc recens in hac Metropoli constituta, Auditoribus sacros Canones interpretaretur. Tam præclaris majorum suorum vestigiis insitens Hieronymus Dugnani Jacobo, & Paula Cribella conjugibus nobilissimis Mediolani genitus, ad Musarum studia natus visus est; nihil enim habuit antiquius, quam Carmina, præsertim Italica conscribere, & stylo quidem non inconcinno, vel humili, ut facile patet Opus ejus inferius commendandum revolventibus. Familiæ suæ novum addidit ornamentum, Comitatum scilicet Cornaredi, & Vicorum aliorum in Plebe Nerviani Ducatus Mediolani, Anno MDCXLVII. acquisitum.

stu.

studiis semper intentus desiderium sui Civibus reliquit Anno LVI. mox lapsi Sæculi.

Hæc supersunt doctrinæ ipsius vestigia.

- I. Sonetti. *Milano, nella Stamperia Ambrosiana, 1633 in 8.* Sunt Carmina Italica, ut supra sic inscripta, numero XII. in laudem Ferdinandi Austriaci S. R. E. Cardinalis, ac Hispaniarum Principis (tunc hujus Status Mediol. Gubernatoris) cum Auctoris Epistola nuncupatoria ad eundem Italicè, & ipsa eleganti stylo scripta.
- II. Dafni Favola boscareccia. Agl' Illustrissimi Signori Convittori dell' Academia del Porto di Bologna, *sine loco, anno, & Typographo, in 4.* Epistola nuncupatoria subscripta est ab *Aliseo Donavertio* (nomen confictum) in qua Dugnanus Auctor summopere laudatur. Est soluto Carmine Italico scripta. De ipso agit Clar. Sitonus in Schedis suis.

DCCXX.

DUGNANUS LEO.

Leo Dugnanus Joannis filius, Mediolanensi Familiâ vetustissimæ, ut jam diximus, nobilitatis ortus, cum totum se Jurisprudentiæ studiis mancipasset, in clarissimum Jurisconsultorum Cœtum recenseret promeruit Anno MCCCXX. eodemque Anno inter Capitaneos Societatis Justitiæ computabatur, ut ex Tabulis publicis in pergamento conscriptis, quæ servantur in Archivo insignis Cœnobii Sanctæ Mariæ Charevallis (a), à se inspectis mihi indicavit amicissimus, idemque doctissimus J.C. Sitonus. Eximiâ quoque

facundiâ præditus Anno MCCCXXXVII. graves discordias inter Pallavicinos, & Summos exortas, de Oppidis Sanctæ Crucis, Zibelli, & Regazolæ, quibus universa Cremonensis Civitas miserè dilaniabatur, consilii sui gravitate composuit. Luchini Vicecomitis Mediolani Principis, cui ob præclaras animi dotes fuit acceptissimus, Legatione functus est ad Benedictum XI. Summum Pontificem, apud quem tantum facundiâ valuit, ut ejus cum Luchino animum amicitiam jungeret, & sancito fœdere non parvam utilitatem Principi suo pepererit. In ea expeditione collegas habuit Dugnanus Gulielmum de Calice Benedicti filium, & Manfredum de Serazonibus, atque obtinuit tandem ut Urbs Interdicto, cui diù supposita fuerat, solveretur. Patriam quoque juvit plurimum Municipalibus Juribus Anno MCCCXLVIII. in meliorem formam restitutis. Mortalitem deposuit Anno MCCCLI.

Simul cum aliis passim in hoc Opere laudatis reformavit prædicto Anno MCCCXLVIII.

- I. Statuta Mediolanensis Reipublicæ.
- II. Orationum ejusdem meminit Corius locis infra citandis. Ipsum igitur commendant Corius ad Annos MCCCXLI. & MCCCLI, atque Sitonus pag. 28. art. 27. Campius in Histor. Cremonæ ad Annum MCCCXXXVII.

(a) Nos usque adhuc Cœnobium hoc malè denominavimus Clarevallense, nam sic verè nuncupatur illud à S. Bernardo in Gallia conditum; istud verò Charevallense.



E

DCCXXXI.

Ab ECCLESIA JACOBUS MARIA.

SÆculo XIV. inchoante jam florebat Mediolani Familia ab Ecclesia, testibus Corio, & Cavittello in Annalibus, ex quibus Guelfæ Factioni summo opere addicta agnoscitur. Roglerius verò ab Ecclesia Anno MCCCLI. interfuit proclamationi Statutorum Mediolanensium jubente Archiepiscopo, & Domino Joanne Vicecomite. Nec defuerunt præclarissimi alii Viri in Litteris, atque Armis hujus Gentis præstantissimi, quorum exemplum secutus Jacobus Maria noster, alios pietate antecelluit, nam in D. Pauli Congregationem ingressus, humanas divinasque disciplinas percurrens, discendo eò pervasit existimationis, & famæ, ut publicè illas præfertim, quas peritissimè hauserat, deinde profiteretur. Igitur Rhetoricæ artem per plures annos interpretatus est in Scholis Arcimboldiis Mediolanensibus, in quo munere fuit eximie commendatus. Quum prima vice esset excipiendus in Collegio Alexandrino Eminentissimus Princeps Theodorus Trivultius, Jacobo Mariæ nostro Sui Provinciam dedere exornandi tam Atrium, quam sacram Ædem, ipsumque Collegium Elogiis, atque Inscriptionibus, quam ipse peregre adimplevit. Ingenuarum artium cultui, fervidæque in studiis exercitationi prætulit semper exactam regularis disciplinæ observationem; quapropter missus fuit Ticinum, ut illi Collegio præfret, quod summâ vigilantia, cæterarumque virtutum exemplis administravit. Charitate erga proximos sic æstuabat, ut ab ejus ardore se extimulatum fenserit, ad spiritualem curam de nonnullis militibus Gallis, qui tunc temporis in bello victi, detinebantur in publicis Papiæ carceribus, fervidè suscipiendam. Illos omni ope spirituali, & etiam corporali adjuvit; nam ad ipsorum indigentiam sublevandam proprio se spoliavit indusio, ut fecit S. Paulinus. Verum dum eximiis his charitatis officiis totus insitebat, ex nimia consuetudine cum prædictis militibus epidemico morbo laborantibus contracta lue, tribus roboratus extremis Sacramentis, obdormivit in Domino anno ætatis suæ XL. Multa opera omni eruditione illustria paraverat imprimenda, quæ ob irreparabile fatum oblivioni concessa sunt.

Scilicet

- I. Inscriptiones, Elogia, & Carmina Latina, pluribus occasionibus in publicum prolata.
- II. Svecorum Regis obitus. Opus Drammaticum.
- III. De Passione Salvatoris Volumina II. Nobis verò tantum superest
- IV. Oratio in Funere Cæli Dugnani Congregationis Lateranensis Abbatis Generalis. Mediolani, apud Joannem Baptistam Malatestam, 1609. in 4. A Suis, & à Picinelli Athenæo pag. 244.

DCCXXXII.

Ab ECCLESIA INNOCENTII.

Innoentius ab Ecclesia nobili genere ortus Mediolani MDLXVII. parentibus puerili ætate orbus, à S. Carolo sacro Chrismate inunctus, Papiam studiis Jurisprudentiæ daturus operam à Tutoribus missus, sed à Deo ad Religionem vocatus inter Cle-

Aricos Reg. S. Pauli cooptatus est anno MDXCII. die XV. Februarii, Pauli nomine quo prius appellabatur in Innocentium commutato. Jurisprudentiæ laureâ jam honestatus Vota emisit die XXIII. Maji anni sequentis sub Augustino Torniello Præposito Generali. Philosophicis atque Theologicis studiis imbutus ad Sacerdotium evectus anno MDXCVIII. Novariense Collegium, cujus ipse unacum Joanne Bellarino, & Gaudenzio Gratiolo primordia adauxerat, Præpositus triennio rexit. Romanæ Provinciæ tum primum constitutæ, & Collegii S. Pauli ad Columnam Antoninam Præpositus, Templi novi ædificationem curavit. In Capitulo generali Orationem de optimi Præpositi Generalis electione habuit. Assistens Præposito Generali lectus est, & Collegiis S. Alexandri Mediolani, & S. Marci Novariæ iterum præfuit. Mediolani Congregationem Virginum sub nomine Servarum B. V. M. curante in primis Veronica Calcaterra piissima fœmina, quæ earum nonnullas apud se educaverat, instituit, eisque Regulam, qua nunc in Collegio Præsentationis ejusdem B. V. ad S. Philippum Nerium utuntur, conscripsit. Denique post varia pericula, Divina, ut credimus ope, superata, septuagenarius obiit in Collegio S. Barnabæ die XVI. Octobris MDCXXXVII.

Multa præclara Opera MSS. reliquit, Typis dignissima, præter alia jam impressa, videlicet

- I. Nonnullas Formulas, seu Regulas Officiorum suæ Congregationis Superiorum nutu conscripsit. MS.
- II. Vita di S. Siro primo Vescovo di Pavia. Milano, per il Ghisolfi. 1634. in 4.
- III. Vita di Monsignor Carlo Bescape. Milano, per lo Besso. 1636. in 8.
- IV. Vita di Santo Juventio Vescovo di Pavia. Ivi, per Gian Antonio Magni. 1636. in 4.
- V. Hortulus seu Paradisus deliciarum. Mediol. apud Jacobum Lanfionum. 1623 in 12.
- VI. Vita del B. Alessandro Sauli della Congregazione di S. Paolo, Vescovo d'Aleria, e poi di Pavia. MS. in fol. Extat in Collegio S. Barnabæ.
- VII. Il sacro Coro, ovvero Sonetti nelle Solennità di nostro Signore, della B. V., de' SS. Angioli, ed altri Santi, de' quali celebra Festa la S. R. Chiesa. MS. in fol. sunt n. 284. Extat-ibid.
- VIII. Vite de gli Uomini illustri della sua Congregazione. MS. in fol. Ibid.
- IX. Primorum Congregationis suæ Fundatorum, & Jo. Petri Besutii, de quo supra, Vitas perfecit. Cæteras cæcitate correptus perficere non potuit. MS. in fol.
- X. Ad Alciati Inscriptiones Veteres additamenta. MS. in 4. ibid. Ex illis Cl. P. Gratiolus quædam desumpsit, quæ in suo de Mediolani sculpturis Opere promulgavit, atque illustravit.
- XI. Hymnus in Nativitate Domini. MS. in Collegio S. Barnabæ Mediolani.
- XII. Sui ipsius Vita ab Innocent. ab Ecclesia descripta. MS. extat Romæ in Archivo Præpositi Generalis suæ Congregationis.
- XIII. Martyrologii nomina dubiæ pronuntiationis accentibus insignita ad usum suæ Congregationis conscripsit, sed in ultima ejusdem Martyrologii editione Bartholomæi Gavanti opera in publicum usum inducta sunt, cui libello in ejus MS. reperitur additur prolixum volumen continens rationes, & exempla de hujusmodi accentibus & notis. MS. in Collegio S. Barnabæ. De eo agunt Picinellus in Dissert. Nazariana cap. 175. Jo. Petrus Crescentius in Præsid. Rom. Rivola in Vita Card. Federici Borr. Et præcipuè Aubertus Miræus in suo Codice Regulari.

DCCXXXIII.

DCCXXXIII.

Ab ECCLESIA SERAPHINUS.

Seraphinus ab Ecclesia five Ecclesianus Mediolanensis, ut ipsemet asserit in eo, quod infra recenserebimus, Opere, circa medium fermè sæculi XVI floruit. Carminibus pangendis plurimum delectabatur, nec tamen à sacris studiis alienus erat, ut patet ex ipsis citationibus Divinorum Codicum, quæ passim in ejus Versibus, & mox citando emblemate occurrunt. Nullus hominis acta à verustatis servavit injuria, idque in causa est, quod fermè nudum Scriptoris nomen promere cogimur.

En Operis titulum

- I. Flos Florum, Emblemata pulcherrimum, & homine christiano dignissimum, Prophetiam continens. *Mediolani, apud Valerium, & Hieronymum Metios. 1551. in 4.*
Sequitur Epistola nuncupatoria Ecclesiani Reverendissimo & Illustr. Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Innocentio de Monte, data Mediolani VII. Cal. Decembris anno MDL. Inde adest Tabula ære sculpta, in qua visuntur tres Montes in figura Camauri, in medio cujusdam figuræ globi, variis dictis à Sacra Scriptura allatis, variisque Emblematis ex Apocalypsi &c. inde
- II. Poëma Auctoris, in quo se prodit Mediolanensem, & Pontificatum eidem Cardinali pro suis virtutibus, quas extollit, prædicat. In fine adest aliud Poëma in Insigne Sanctissimi Pontificis Julii III. ejusdem Auctoris.

DCCXXXIV.

EDERI PETRUS JOSEPH.

Petrus Joseph Ederi Societatis Jesu Mediolani natus, post consueta studia Rhetoricam docuit in Braydensi Collegio cum insigni laude. Hinc celeberrimus Orator Sacram prædicationem diu exercuit in primariis Italiæ Urbibus, ac demum Viennæ in Austria, ubi substitit donec vixit intimè dilectus Leopoldo I. Imperatori, qui ejus consilio, & opera utebatur, præsertim in rebus ad Italiam pertinentibus.

Scripsit

- I. Conciones, atque Orationes plures, ex quibus extat: Idea del Principato veramente sicuro d'ogni doglianza de' Sudditi, proposta nell' Eccellentissimo Senato di Lucca dal Padre Pietro Giuseppe Ederi della Compagnia di Gesù nel terzo Sabbato di Quaresima. *In Lucca, per Salvatore Marefcondoli, & Fratelli, 1677. in 4.*
A Suis.

DCCXXXV.

ELEAZARNUS, seu ELEAZARIUS PAULUS.

Paulus Eleazarnus, five Eleazarius Mediolanensis Jurisprudentiæ laude celeberrimus non modicum sibi commendationis adeptus est, circa Annum Christi Redemptoris MCCCLV. Cum enim à præclarissimo Joanne Andræ Florentino legum præsertim sacrarum præceptis imbutus esset, tanti præceptoris æmulatus virtutem, nihil non egit, ut & nominis sui æternitati apud posterorum memoriam consulere, & Pontificii Juris professoribus prodesset. Coævus fuit Simonis Borsani hujus Metropolis Præfulis, ac Vincentii Glosfatoris, de quibus suo loco.

Scripsit Eleazarnus:

- I. Super Clementinas: teste Catelliano Cotta loco citando. Laudatur Carmine Italico à Raphaële Toscano, illudque in Cattapisto jam dedimus.
De eo meminerunt Leander Alberti in Descriptione Tom. I.

Italiæ; Paulus Moriggia in Nobilit. Mediol. lib. III. cap. I. Catellianus Cotta laudatus in Recensione Juris Interpretum, & Doctorum, necnon Picinellus in Athenæo pag. 450.

à S. ELIA CASSIANUS. V. PALLAVICINUS
JO. BAPTISTA.

à S. ELIA GERVASIUS. V. BIZOZERUS
CAROLUS BENEDICTUS.

ELIUS. V. AELIUS.

DCCXXXVI.

EMMANUEL.

Emanuel, cujus cognomen ætas nobis sustulit, Mediolanensis, tantum à Patria nuncupatus ad MCCLXII. inter Alumnos nobilissimi Prædicatorum Ordinis clarus dicitur à Lusitano, Albertum Venetum testem proferente.

Scripsit

- I. Volumen Sermonum. Ipsum laudant Pius, Fernandez, Altamura, Philippus Picinelli Athen. Mediolan. pag. 168., Paulus Moriggia Nobilit. Mediol. lib. 3. cap. 29. necnon Eccard, & Quetif in Scriptorum Ord. Prædicatorum Tom. I. pag. 210.

DCCXXXVII.

ENNODIUS MAGNUS FELIX.

Magnus Felix Ennodius Juvenalis, clarissimo ortus sanguine, Patre Camillo Magni Exconfulis Fratrem, Matre verò Camilla, in Urbe Mediolanensi genitus est, ut liquidò adversus plurimum sententiam Clariss. Saxius evincit in libro de Studiis Mediolanensium. Incidit natalis ejus in Annum Christi CCCCLXXIII. quod Ennodius ipse testatur, asserens in Dictione de rebus suis se ætatis annum XVI. attingisse, tunc cum Theodoricus Italiam ingressus est. Hoc autem contigisse Anno LXXXIX. Sæculi V. certissimum est, quæ res eorum sphalma prodit, quæ Anno DXI. Scriptorum nostrum editum affirmare non dubitarunt. Paterna illi domus in hac Urbe fuit prope Basilicam Portianam Sancto Victori Martyri sacram, atque hunc gloriosissimum Christi Athletam sibi Patronum delegit Ennodius usque adeo, ut Ticinensis Episcopus electus, extra muros ejusdem Civitatis Templum ipsi struxerit, & sacris ceremoniis perfectum dedicavit. Ab ipsa penè infantia Poëtices, & Oratoriæ artis amavit, diligenterque coluit studia. Tum conjugio copulatus, ut ipse de se testatur, filium suscepit. Uxore postmodum castitatem professæ, ad divini cultus obsequia totum se convertit, atque à Sancto Epiphanio, Papiensi Antistite celeberrimo, inter Clericos relatus est, à quo etiam Leviticum suscepit Ordinem. Ut autem tanto munere, & spei de se conceptæ responderet, sacris discendis litteris adjecit animum, usutque Servilione Magistro, ad quem postea dedit Epistolas, tantum in eis profecit, quantum eruditissima simul, & doctissima illius Opera declarant. Episcopum suum Epiphanium turbulentissimis temporibus, quibus ob Barbarorum incursum, atque grassantes hæreses miserè divexabatur Italia, juvit plurimum, & per annos plures in Pastoralis officio individuus comes astitit. Eo ad Superos evocato, non ab similem successoris ejus Maximo se præstitit, tanta cum sanctitatis, & doctrinæ laude, ut hoc quoque defuncto ad Episcopalem administrationem, bonis omnibus plaudentibus, assumptus fuerit, circa Annum DXI. Neque enim audiendi sunt Viri alioqui doctissimi, quorum sententiam convulsit

Cccc

Bail-

Baillerus loco citando, scribentes Ennodium Sancto Epiphano in Episcopali munere nullo medio successisse. Notissimus erat Eruditissimus Vir universæ Ecclesiæ Dei ob defensionem Causæ Symmachi Papæ, & Synodi Palmaris, quam strenuè gesserat Anno DIII. oblato libello Apologetico in Romano Concilio, quod Opus tanta in existimatione apud sacri illius Cœtus Patres fuit, ut communi Decreto in Acta Synodica referri meruerit. Ennodium tunc inter S. R. E. Diaconos cooptatum fuisse indicat titulus Apologiæ, de qua agimus, in exemplari MS. Bibliothecæ Vaticanæ num. 1340. ut inter Opera infra indicabimus. Cum verò nullibi inter Romanæ Ecclesiæ Diaconos ab Auctoribus, qui de Cardinalibus scripsere, computatus reperitur, in ea sumus sententia, ut credamus, librarium pro S. T. E. Diacono, scripsisse S. R. E. Id tamen Eruditorum iudicio perquam libenter discutendum relinquimus. Hormisdæ Pontificis nomine Anno DXVII. pro gravissimis Orthodoxæ Fidei negotiis ad Anastasium Imperatorem in Orientem Legatus Apostolicus perrexit, atque hujus Legationis Commonitoria ab Hormisdæ conscripta se legisse asserit Baronius in Notis ad Martyrol. Rom. sub diem XVI. Kal. Aug. litt. H. Anastasii tamen pervicacia res in irritum cessit, nam, ut Ennodius cum fociis adstitit, & Romani Antilitis sensus significavit, hæ-

reticus Cæsar respondisse fertur: „ Quid nobis man-
„ data porrigitis, qui sub nullius ditione sumus?
„ Opportet Romanum Pontificem nobis obedire, non
„ etiam præcipere. Contumeliis igitur, atque inju-
riis non paucis affectus, & Constantinopoli depulsus
in Italiam regressus est, ubi ab Hormisdæ non beni-
gnè tantum excipi, sed privilegiis, & honoribus de-
corari promeruit. Inter hæc illud præcipuum jure
merito computatur Sacri Palii usus, & in Archiepi-
scoporum morem præferendæ Crucis jus, quibus
etiam nunc fulget Ticinensis Ecclesia. Ad suam re-
gressus Sedem Ennodius optimi Pastoris officium
prosequens, sibi traditum Christi gregem sedulo cura-
re non destitit. In Ecclesia Sancti Victoris, quam,
ut supra innuimus, extra mœnia ædificaverat, divi-
nas laudes græcè, & latinè decantandas instituit,
eumque ritum usque ad Joannis XXII. tempora ibi-
dem perseverasse scribit Anfosius de Sacrarum Reli-
quiarum cultu §. 12. num. 21. & alibi. His aliisque
præclare, sanctèque gestis illustris, totoque Orbe
celeberrimus, in Cœlum evocatus est XVI. Kal. Augu-
sti, Anno Christi DXXI. & inter Sanctos relatus eo-
dem die colitur. Corpus illius primùm conditum in
præfata Ecclesia Sancti Victoris, in Urbem postea
illatum servatur in Templo Sancti Michaëlis, cum
hoc Elogio:

ENNODIVS VATES LVCIS REDITVRVS IN ORTVM
HOC POSVIT TVMVLO CORPORIS EXVVIAS
CLARVS PROLE QVIDEM GENEROSIOR IPSE PROPINQVVS
QVOS FVNCTVS LAVDVM IVSSIT HABERE DIEM
REDDIDIT HOC COELO VIVACIBVS ILLE FIGVRIS
CVM FECIT FAMAE VIVERE COLLOQVIIS
QVID MIRVM SI MORTE CARET POST BVSTA SVPERSTES
QVI CONSANGVINEOS RESTITVIT SVPERIS
QVANTVS AT ILLE FORET MVNDI CELEBRATVS IN ORIS
NEC SILET OCCIDVI CARDINIS OCEANVS
SCHISMATA CONIVNXIT DVDVM DISCORDIA LEGI
ATQVE FIDEM PETRI REDDIDIT ECCLESIIIS
POLLENS ELOQVIO DOCTRINAE NOBILIS ARTE
INNVMEROS CHRISTO RESTITVIT POPVLOS
LARGVS VEL SAPIENS DISPENSATORQVE BENIGNVS
DIVITIAS CREDENS QVAS DEDIT IPSE SVAS
TEMPLA DEO FACIENS HYMNIS DECORAVIT ET AVRO
ET PARIES FVNCTI DOGMATA NVNC LOQVITVR.
DEPOSITVS SVB D. XVI. KAL. AVG. STAS. V. C. CONSVLE.

Bernardus Saccus hist. Ticin. lib. VIII. cap. I. sic legit: *Valerio Viro Clar. Consule anno 516.*

Index Operum Ennodii sicut legitur in editione C
Parisiensi Jacobi Sirmondi anni MDCXCVI. sed hic
longè diligentior:

- I. Epistolarum Libri XII.
Opuscula Miscella X. nempe
- II. Panegyricus Theodorico Regi dictus Mediolani.
- III. Libellus adversus eos, qui contra Synodum IV.
Symmachi Papæ scribere præsumperunt.
- IV. Vita Beatissimi Viri Epiphani Episcopi Ticinen-
sis Ecclesiæ.
- V. Vita B. Antonii Monachi Lirinensis.

- VI. Eucharisticum de Vita sua, postquam gravi mor-
bo liberatus esset, ad Elpidium Diaconum, &
Medicum.
- VII. Parenæsis Didascalica ad Ambrosium Faustini fi-
lium, & Beatum.
- VIII. Præceptum quando iussi sunt omnes Episcopi cel-
lulanos habere, sive contubernales Clericos
vitæ suæ, actuumque testes.
- IX. Petitorium, quo absolutus est Gerontius puer
Agapiti.
- X. Benedictio cerei Paschalis I.
- XI. Benedictio cerei II.

Disio-

Dictiones XXVIII. idest :

Sacrae VI.

- XII.** In Natali Laurentii Episcopi Mediolanensis.
XIII. In dedicatione Basilicæ Apostolorum, ubi Templum fuit Idolorum, missa Honorato Episcopo Novariensi.
XIV. Dictione data Stephano V. S. (idest Viro Spectabili) Vicario, dicenda Maximo Episcopo.
XV. In dedicatione, missa Maximo Episcopo.
XVI. Incipientis Episcopi.
XVII. De Hereticis Orientis, & Synodo.

Scholasticæ VII. videlicet

- XVIII.** In dedicatione Auditorii, quando ad Forum translatio facta est.
XIX. Præfatio dicta Lupicino Euprepie fororis Ennodii filio, quando in Auditorio traditus est Deuterio V. S.
XX. Præfatio quando Arator Auditorium ingressus est Mediolani.
XXI. Gratiarum actio Grammatico, quando Parthenius, alter Ennodii fororis filius bene recitavit.
XXII. Dicta quando Eusebii filius traditus est ad studia.
XXIII. Data Aratori, quando ad laudem provectus est, Thema, laus litterarum.
XXIV. Dictione quando Paterius, Petronii Maximi II. Consulis collega, & Severus traditi sunt ad studia.

Controversiæ X. hoc est

- XXV.** In legatum, qui Patriam hostibus prodidit.
XXVI. In novercam, quæ cum marito privigni odia suadere non posset, utrique venena porrexit.
XXVII. In eum, qui præmii nomine Vestalis virginis nuptias postulavit.
XXVIII. In eum, qui seni patri cibos subtraxit, data Aratori.
XXIX. In Tyrannum, qui præmii nomine parricidæ Statuam inter viros fortes dedit, data Aratori V. C. (scilicet Viro Clarissimo)
XXX. In aleatorem, qui agrum, in quo parentes ejus erant positi, pro ludi pretio dedit, data Ambrosio.
XXXI. In eum, qui in lupanari Statuam Minervæ locavit.
XXXII. In Patrem quendam, qui cum Filium à pirata captum redimere non dignatus esset, ab eo tamen ali petebat.
XXXIII. Adversus legem, quæ jubet, ut de capta civitate hostium, Sacerdotes, & Vestales Virgines liberi dimittantur.
XXXIV. In abdicatum (idest Orestem) qui patre necato, matri quoque infidiabatur.

Ethicæ V. hæ sunt

- XXXV.** Dicta ex tempore, quam Deuterius injunxit :

Thema :

Perfunctus Pelago Diomedes, tutus in arvis

Nafragium desiet, quod sine lympha fuit.

Quam propter varios contendens vicerat astus,

Uxor ad alterius transferat copulam.

Causa querelarum simulato nomine vera est,

Hujus verba, precor, comite vos placidi.

- XXXVI.** Verba Thetidis, cum Achillem videret extinctum.
XXXVII. Verba Menelai, cum Trojam videret exustam.
XXXVIII. Verba Junonis, cum Antæum videret parem viribus Herculis extitisse.
XXXIX. Verba Didonis, cum abeuntem videret Æneam. Poëmatum, seu Carminum.

Liber I.

- XL.** Itinerarium Brigantionis, Castellum Delphinatus, hodie Briançon.
XLI. Dictione data Deuterio V. S. Grammatico, nomine ipsius mittenda Eugeneri V. J. & Quæstorii.
XLII. Præfatio nepotibus Proculi Liguris Poëtæ dicta sub die XV. Kal. Maji.
XLIII. Epithalamium dictum Maximo V. S.
XLIV. Itinerarium Padi.
XLV. Dictione Ennodii Diaconi, quando Româ rediit.
XLVI. Ad Faustum Poëtam de Carminibus ejus.
XLVII. Ad Olybrium, de ejus eloquentia.
XLVIII. Dictione, quæ habita est in Natali Sancti ac Beatissimi Papæ Epiphani in annum XXX. Sacerdotii.
XLIX. Hymnus Vespertinus.

A

- L.** Hymnus II. in tempore trinitatis.
LI. Hymnus III. de S. Cypriano.
LII. Hymnus IV. de Pentecoste.
LIII. Hymnus V. de S. Stephano.
LIV. Hymnus VI. de S. Ambrosio.
LV. Hymnus VII. de Ascensione Domini.
LVI. Hymnus VIII. de Sancta Euphemia.
LVII. Hymnus IX. de S. Nazario Martyre Mediolanensi.
LVIII. Hymnus X. de S. Maria.
LIX. Hymnus XI. de S. Martino.
LX. Hymnus XII. de S. Dionysio Episcopo Mediolanensi.

LXI.

Epigrammata, seu Carminum lib. II.
 In editione Venetâ Operum Sirmondi 1728. addita est Appendix ex novo Thesaurio Anecdotorum Edmundi Martene Tom. V. quæ continet :

LXII.

Dictionem alteram Ennodii in Natali Laurentii Mediolanensis Episcopi, quæ Cl. P. Sirmondi diligentiam fugit, una cum ad Venantium brevi Epistola, ex optimæ notæ Codice MS. Sancti Remigii Rhemensis eruta.

Sed cum in Præfatione sæpe laudati Sirmondi videatur, quod Vir doctissimus pro editione sua Operum Ennodii, quæ prima fuit Parisiis anno 1611. usus sit Codice MS. Sæculi IX., qui est in Bibliotheca Vaticana signatus num. 3803, fatius duxi hic adjicere notitiam. Lectoribus meis aliorum præstantium Codicum MSS. Ennodii, in quos offendi, dum Catalogos variarum Bibliothecarum sub oculis haberem, ut infra.

In Bibliotheca Vaticana.

Ennodii Opera varia ; Incipit : Quousque me &c. Codice num. 6057.

Ejusdem liber contra Obstructiones habitas adversus Synodum Palmarem Romæ à Symmacho Papa, sub Theodorico Rege celebratam ; Incipit : Sufficeret quidem Schismaticam imperitiam &c. Cod. num. 1340.

Alius eadem continens. Cod. num. 630.

In eadem Vaticana inter MSS. Regine Suetiæ.

Ennodii Episcopi opera varia. Cod. 97.
 Ejusdem Epistolæ. Cod. 1699.

In Bibliotheca verò Sancti Marci FF. Ord. Prædicatorum Florentiæ adsunt Operum Ennodii Codices MSS. in Armario II. sign. num. 53. ut sequitur :

Vita S. Epiphani Ticinensis Episcopi edita ab Ennodio.

Ejusdem Ennodii libellus de vita B. Antonii Monachi

Ejusdem Dictiones in Natali S. Laurentii Mediolanensis Episcopi.

Ejusdem Dictione ab Urbe redeuntis.

Item in dedicatione Auditorii.

Præceptio, quando omnes Episcopi jussi sunt Cellularios habere.

Benedictio Cerei.

Præfatio, quæ habita est in Natali Sancti ac Beatissimi Papæ Epiphani.

Benedictio Cerei.

Præfatio, quando Frater ingressus est.

Ennodii versus ad Faustum, &c.

Ejusdem Epistolæ prosa, & versu.

Ejusdem Panegyricus Regi Theodorico.

Ejusdem Opuscula plurima.

Ejusdem Carmina.

Quod compertum est ex libro Aufonii Poëtæ :

Gratiarum Actio dicta Domino Gratiano Augusto sub Aufonio V. C.

In Bibliotheca Ambrosiana.

Ennodii Episcopi Papiensis Epistolæ, & Carmina cum Notis Archiepiscopi Mediol. Pizzolpassi (de quo suo loco libentissimè agemus) MS. in fol. autographus in pergamento, cum litteris, & miniaturis deauratis sign. D. num. 117.

Præter quintam Synodum Romanam, sub Symmacho Papa, Ennodii etiam cum laude meminerunt Hormisda Pontifex in Epistola ad Anastasium Imperatorem : Nicolaus I. Pontifex, qui Michaëlem Augustum facit certiorum de iis, quæ ob Fidem Christi Ennodius à Græcis pertulerat, exiatque Joannis Papæ VIII. de Ennodio ad Brucarium Abbatem nobile testimonium ; de eodem narrant Gregorius VII. Paulus Diaconus lib. XV. historiæ Miscellaneæ, Anastasius Bibliothecarius in Hormisda, Baronius in Notis ad Martyrolog.

Ro-

Romanum, diffusiusque in Annalibus, Belarminus Card. de Script. Eccl. Ughellus in Italia Sacra Tomo I. pag. 1181., necnon Dupinius in Bibliotheca Ecclesiastica, Trithemius, Fabritius, Draudius in Bibliotheca Classica, P. Mazzuchellus in suis Schedis, aliique innumeri.

ERIBERTUS. V. ARIBERTUS.

DCCXXXVIII.

ESTENSIS HIPPOLYTUS.

EX Hercule I. Ferrariensium Duce, atque Eleonora Ferdinandi Siciliae citra Pharum Regis Filia, natus est Ferrariæ Hippolytus, qui adhuc puer ne domesticis emolliretur deliciis, sub duris, ac severis magistris accuratam cepit operam bonis artibus impendere. Penè infans excelsi ingenii argumenta dedit. Septennis ab Hungariæ Optimatibus ad Strigoniensem Archiepiscopatum vocatus, in Pannoniam cum insigni comitatu patris studio statim contendit. Ardebant eo tempore bella inter Matthiam Corvinum Hungariæ Regem, atque Cæsarem, & nova Austriæ Civitas obsidione cingebatur. Hippolyti tamen adventu agnito, Rex obsidione desertâ, cum Regina, & exercitu lætus apprimè adventanti occurrit, & perhonorificè exceptum filii loco habuit, idemque Beatrix Regina, Hippolyti matertera, peregit. Ille interim à Regis latere nunquam discedens, eo magistro regendorum populorum, & militaris artis præcepta didicit. Septennium in Pannonia commoratus, idioma illius gentis didicit, litterarum studia coluit, & virtutum omnium ornamentis effulgens illius Regni homines ita demulsi, ut eum non tam amarent, quam colerent. Post Regis obitum, Reginam matris loco habuit, & in Urbe Strigoniensi secum diu retinuit. Eum interea Alexander VI. Romanus Pontifex sacra purpurâ honestavit, & Diaconum S. Lucie in Silice nominavit anno MCCCXCIII. XII. Kal. Septemb. Re cognitâ Hippolytus Ferrariam se contulit, ut patrem reviseret, & aspectu suo lætificaret, iterumque in Pannoniam reversus est. Tum galero rubro suscepto, Romam è vestigio concessit; ubi summo plausu exceptus fuit, nam omnis Flaminia via, omnis campus Martius, denique Urbs tota facibus perlucendo tantum virum excepit. Româ à Ludovico Sfortia Mediolanum accersitus, in rebus arduis adjutor illi, & focus fuit: tum ab Alexandro Ambrosianæ Ecclesiæ designatus Antistes, eam rerum gerendarum usu, & singulari prudentia excellens annos tredecim adminitavit. Ad nuptias Lucretiæ Borgiæ, & Alphonfi fratris celebrandas, Romam patre suadente rediit. Archipresbyteratum Basilicæ Vaticanæ, Capuanam Ecclesiam, & paulò post Ferrariensem, tum ex aliquibus Mutinensem in Italia, ac Narbonensem in Gallia adeptus est. Vir fuit admirabilis prudentiæ, & iudicii in tractandis rebus arduis, ab omnibus Europæ Regibus summoperè dilectus, & maximo in pretio & honore habitus. Cæsaris Vicarium in Italia egit, à quo Montagnano, & Castro Baldi donatus est. Moriente Alexandro Pontifice Româ aberat, cumque monitus eò contenderet, equi casu dexterum crus illi contractum est, ideoque Florentiam adivit, ubi brevi convaluit. Post Pii III. obitum ad Comitiam venit, in quibus Julius II. Pontifex electus fuit. Tum Ludovicum XII. Galliarum Regem in Italia bellum gerentem adiit, & summo ab illo honore exceptus; secretioribus ejus consiliis interfuit. Ad Maximilianum Imperatorem Patavium armis laceffentem, Apostolicæ Sedis Legationem obivit. Venetæ Reip. classem Pado contra Alphon-

A sum fratrem delatam vicit; hostium nonnullas triemes cepit, duas incendit; vexilla in primario Templo Ferrariæ in bellicæ virtutis suæ monumentum suspendit. Profectus in Galliam cum Conciliabulum contra Julium II. pararetur, non prece non alia re contra ipsum, quem verum Pontificem prædicabat, concitari potuit; sed mira potius dexteritate tum Julio Pontifici, tum Ludovico Regi satisfacit, summa cum utriusque admiratione, ita ut amborum voce sapientissimus fuerit appellatus. In Italiam reversus, in Germaniam processit, & inde in Pannoniam atque à Ladislao Rege, ut in Germania à Cæsare perhonorificè susceptus, & magni habitus est. Julio Pontifice mortuo, & Leone veteri ejus amico ad Apostolicum apicem evecto, litteras illico ad illum dedit, atque alias à Leone in responsum retulit, eisque susceptis invitatus ab invito Ladislao discedens, ad Urbem magnis itineribus properavit. Ibi Leonem veneratus, & ejus benignitatem expertus, apud ipsum gratiâ plurimum valuit; cumque Pontifex Bononiam colloquium cum Francisco I. Gallorum Rege habiturus se contulisset; Hippolytus noster, & Federicus Sanseverinus primi Diaconi Cardinales Regem medium excipientes ad Leonem deduxere. Ferrariam reversus, Episcopale Palatium restituit, & Strigoniensem Ecclesiam cum Agriensi mutavit. Hinc ad res componendas Pannoniam repetiit, ubi incensum Cathedralis tectum refecit; & aliud sacrum ædificium absolvit, ac munificus in omnes, gliscentes discordias sedavit. Interim audito Alphonfi Ducis Fratris sui morbo, Ferrariam advolavit, & Ecclesiam Mediolanensem Hippolyto nepoti cessit: anno MDXIX. Doctorum virorum Mœcenas, Mathematicas disciplinas, Geometriam, Arithmetiam, Musicen calluit: Ludovicum Areostum, & Franciscum Nigrum in famulatio habuit. In extremo morbo singulari fide, & pietate Ecclesiæ Sacramenta percepit, ac fratre hærede instituto, Ferrariæ decessit die III. Septembris anno MDXX. Singulari pietatis affectu Deiparam Virginem colebat, atque ob ejusdem amorem puellis in Matrimonium collocandis, pioque Sodalitio ad id officium instituto multa contulit, atque dum viveret annum nullum prætermisit, quo decem saltem pauperibus virginibus dotem non erogaverit. Sepultus est in Sacratio Cathedralis ejusdem Urbis. Ejus cineres anno MDCVII. Joannes Fontana Ferrariensis Episcopus ante sepulchrum Urbani III. jacentes, decentius unâ cum corpore Joannis Cardinalis Salviati ejusdem Ecclesiæ Episcopi collocavit, ut habet Marcus Antonius Guarinus in Historia Ferrariensis Ecclesiæ.

Superfunt ex ejus scriptis, quæ hic proferimus:

- I. De Navali certamine, quo anno MDIX. Venetorum Classem fudit. Hoc Opus ex vernacula lingua postea latinum fecit Cælius Calcagninus.
 - II. Extat ejus Epistola ad Paulum Jovium in libro, cui titulus: „Lettere Volgari di diversi Nobilissimi Uomini lib. I. Vinogia, presso Aldo. 1548. in 8.
 - III. Orationes variæ ad Pontifices, aliosque Principes dictæ, à pluribus Auctoribus memoratæ, quæ ætas invidi nobis eripuit.
- E** Oravit in ejus funere laudatus Cælius Calcagninus. Alias tamen funebres commendationes composuerunt Hieronymus Faletus, & Alexander Guarinus. Vitam ejus scripsit Alexander Sardinus. Hujus Cardinalis numisma est apud Carolum Antonium à Puteo cum effigie, & expresso nomine in prima facie, hoc modo: „Hippolytus Esten. S. R. E. „Presb. Card. Ferrar. „ in altera vero sunt Angeli plures, cum sene genuflexo ac litteris: „Ne Trans „ eas Servum Tuum. Inter hujus Cardinalis laudes non minima est Ludovicum Areostum Italarum Poëtarum Principem immortale Opus suum, quod inscribitur *P' Orlando Farrioso*, ejus nomini sacrum voluisse, nam paulò post initium ait:

Pisc.

*Piaciavi generosa Erculeæ prole,
Ornamento e splendor del secol nostro,
Ippolito, aggradir questo, che vuole,
E darvi sol può l'umil servo vostro,
Quel, ch'io vi debbo posso di parole
Pagare in parte, e d'opera d'incbiostro,
Ne che poco io vi dia da imputar sono,
Che quanto io posso dar tutto vi dono.*

Commendat etiam eum pluribus in locis, præsertim Cantu III. num. 56. & sequenti. Agunt de tanto Præsule Ughellus in Italia Sacra multis in locis, Ciaconius Tom. III. pag. 176. Antonius Sanderus in Elogiis Cardinalium; Acta Mediolanensis Ecclesiæ. Clarissimus Muratorius in Antiquitat. Estensibus. Tom. II. pagg. 237. & sequentibus, atque alii permulti.

DCCXXXIX.

ESTENSIS HIPPOLYTUS alter.

Hippolytus Estensis senioris Hippolyti Cardinalis nepos, Alphonfi Ferrariæ Ducis, & Lucretiæ Borgiæ filius, natus est Ferrariæ IX. Kalendas Septembris: anno à partu Virginis MDIX. Præter gentilitiam nobilitatem, cum prudentiâ, consilio, fide, doctrinâ, veraque animi nobilitate polleret, in aula Regum Galliæ Francisci I. & Henrici II. quibus affinitate iungebatur, à prima ætate versatus, meruit ab eisdem in publicis, ac privatis consiliis adhiberi, in quibus egregium se virum præbuit, quemadmodum etiam in administratione Arelatenfis, Aurelianensis (ut nonnullis placet) Mediolanensis, Auxitanæ, Æduensis, Lugdunensis, Trecorensis, ac Maurianensis Ecclesiarum. Ad Monasteria item Præmonstratensis Ordinis Athanatense, & Flavigenum, & alia Sacerdotia à prædictis Regibus nominatus, ceteris Præsulibus præferri meruit. Rex verò Franciscus I. à Paulo III. illi purpuram impetravit; eamque ipsi contulit Pontifex die XX. Decembris: Anno MDXXXVIII. Diaconiâ S. Mariæ in Aquiro assignatâ; licet publicatus fuerit tantum anno sequenti, die V. Martii. Hippolytum nunquam Narbonensem, neque Aurelianensem Ecclesias obtinuisse, cum Claudius Robertus in Gallia Christiana, neque Annales Ecclesiarum illarum inter Episcopos hunc recenseant, scribit Ughellus. Dat tamen illi Novariæ Præsulatum post Mediolanensem, quem anno decimo quinto ætatis obtinuit. Verùm Sammarthani fratres in Gallia Christiana nuper edita, Hippolytum inter Narbonenses Archiepiscopos recensent; illum tamen non numerant inter Aurelianenses Præsules, quare cum illis alioquin diligentissimis Scriptoribus dicendum, Hippolytum administrasse Narbonensem, non autem Aurelianensem Ecclesiam. Sub Pio IV. legationis munere functus est in Patrimonio S. Petri; paulò post ad Romanorum Regem in Germania pro pace

A ineunda, mox in Galliam ab hæreticis vexatam ab eodem Pio mittitur, illique comites, & ministri dati inter alios Prosper Sanctacrucius Romanus, qui Prolegati munere fungebatur, & Matthæus Contarellus, qui subnotandis supplicibus libellis præfuit, quem Gregorius XIII. in Cardinalem postea promovit. In qua legatione obeunda quamvis sibi magnam laudem comparaverit, non defuerunt, qui ipsi crimini darent, quod damnatæ sectæ viri concioni interfuisset; at si quis Hippolyti Cardinalis epistolam infra indicandam legerit, id turbulentissimis iis temporibus jure factum fuisse vel dicet, vel consilii sui rationem Cardinalem reddidisse omni asseveratione affirmabit. Saltem nemo in posterum Hippolytum damnet, nisi prius percurrat, quæ pro eo solide, doctèque scripsit Cardinalis Sfortia Pallavicinus in Historia Concilii Tridentini. Neque solum in Gallia, sed etiam alibi eximus, ac prope singularis honestarum artium omnium, & eruditorum hominum patronus fuit, quos beneficentia assidue sublevabat. Paulum Manutium, nominis celebritate notum, & litteris non vulgariter expoliturum, in familiarium suorum ordinem vocaverat, cui Paulus idem, M. Antonius Muretus, & Cælius Calcagninus tanquam amplissimo doctorum virorum Mœcenati suos libros inscribere. Arnoldus quoque d'Ossat ejusdem Hippolyti primùm à Secretis, ac postmodum Cardinalis. Dum mensæ assidebat, epulas suas nulla re magis, quam honestissimis eruditorum hominum sermonibus condiendas curabat, & in perpetua gravium munerum ad publicam salutem pertinentium procuracione occupatus, quotidie aliquid temporis in liberalium artium tractatione collocabat. Mediolanensem Ecclesiam fere semper absens administravit. Sancti Dionysii Corpus ex ejus Templo in suburbio Portæ Orientalis sito ad Metropolitanam transfuit. Eo sedente Fratres Ordinis Minimorum in Via Novocomensi extra Urbis mœnia Cœnobium illud obtinere, quod adhuc incolunt propè Templum Deiparæ sacrum, cui cognomen ad Fontem. Cœpta quoque est in hac Metropoli Insignis S. Pauli Decollati Clericorum Regularium Congregatio anno MDXXVI. Archiepiscopatum, in quo Suffraganeum habuit cum potestate exercendi pontificalia Johannem Antonium Malignacium Laodicensem Episcopum, anno MDL. Joanni Angelo Arcimboldo, à nobis alibi laudato, resignavit, hac conditione adjecta, ut si ante Hippolytum Arcimboldus decessisset, jus omne ad resignantem rediret. Estensis autem noster, cum nondum tertium & sexagesimum ætatis annum attigisset, die Martis IV. Nonas Decembris: anno salutis MDLXXII. Gregorii XIII. Pontificatus primo, Romæ Deo spiritum reddidit: corrigendus autem Cabrera, qui eum ex hac vita migrasse refert nondum trigesimum tertium annum attingentem. Corpus in Ecclesia S. Catharinæ de Rosa depositum, ad Tiburtinam Urbem translatum, in Ecclesia S. Francisci sacra humatum jacet, atque hoc commune cum Aloysio Estensi Cardinali habet Epitaphium, quod Cæsar Atestinus Marchio, postea Regii, & Mutinæ Dux, posuit:

D. O. M.

HIPPOLYTO ET ALOYSIO PRINCIPIBUS ATESTINIS

S. R. E. CARDINALIBVS

CÆSAR ATESTINVS MARCHIO PATRVO ET

PATRVELI BENE DE SE MERITIS P. C.

MDXCVII.

Hæc illius habentur :

- I. Epistola ad Episcopum Casertanum, data ex Sancto Germano IV. Nonas Februarii: anno MDLXII. in qua rationem reddit quare hæretici cujusdam concioni interfuisset. Extat in Tom. III. Epistolarum Principum.
- II. Altera ad Arnoldum Sobrinum. Habetur inter Epistolas Cl. M. Ant. Mureti.
- III. Tres aliæ in libro inscripto: Nuova scelta di lettere lib. I. pag. 143. & 372. & lib. II. pag. 376, ex Catalogo Biblioth. Eminentiss. Renati Imperialis.
- IV. Negotiations ou lettres d'affaires Ecclesiastiques, & Politiques. A Paris chez Simeon Piget. 1658. in 4. Ex eodem Catalogo.
- V. Epistolæ plures autographæ ad S. Carolum, cum hujus responsionibus. Servantur in sæpe laudata amplissima Collect. Biblioth. Ambrosianæ.
- VI. De ejus cum Calviniano Beza de Religionis Controversiis Disputatione meminit Muretus libro XVI. variorum lectionum cap. IV.
In ipsius funere idem M. Antonius Muretus Orationem habuit.
Ad hunc Cardinalem litteras dederunt Galeotus Comes Mirandulæ, & inveniuntur editæ in primo Tomo Litterarum ad Principes, Jacobus Sadoletus, & Paulus æpos, Joannes Matthæus, & Petrus Aretinus; ei quoque Paulus Manutius suum dicavit librum de Legibus Romanorum.
Hippolyti laudes cecinit etiam Janus Vitalis, Lælius Capilupus. Johannes Baptista Gyraldus in Alphonso Primo Duce Ferrariæ. Ludovicus Jacob de Sancto Carolo Bibliograph. Parisin. ad annum MDCLI. pag. 21.

DCCXL.

EUSEBIUS.

Eusebius Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, quem perperam Scriptores nostri Civem quoque, atque Patritium Mediolanensem arbitrantur, Græcus fuit, ut indicat & nomen ipsum Græcis admodum familiare, & apertissimè docet Ennodius in Epigrammate infra citando. E Græcia igitur cum Mediolanum venisset studiis pietatis ab ineunte imbutus ætate, magna virtutum laude clarissimus, dum Diaconus Altaribus ministraret, sacrum Calicem crystallinum scitissimè elaboratum casu è manibus lapsum comminuit. Mœrens fragmenta collegit, atque in Altari collocavit, profusisque lachrymis Divi Levitæ Laurentii opem implorans, id impetravit, ut solidum, atque integrum sacrum Vas non sine prodigio sibi restitutum confpexerit. Ad Archiepiscopalem exinde Cathedram evehctus Templâ Barbarorum impietate polluta, ac diruta resarcienda curavit, statisque cæremoniis consecrata Divino cultui restituit, atque tertio Mensis Octobris Dominico die in Ambrosiana Ecclesia hujus Consecrationis memoriam quotannis celebrandam sancivit. Urbem etiam hanc unâ cum Suffraganeis suis instaurasse Auctor est Boffius in Chronico ad Annum CDLXI. Sacros quoque Libros ad Dei laudes accommodatos, quos bellorum injuria succenderat, ipse refecit; universumque Clerum ad disciplinam, moresque religiosos adduxit. Reverfo ab Oriente Senatore Presbytero Mediolanensi, notæ sanctitatis Viro, qui postmodum hujus Ecclesiæ Præful fuit, & quem Sanctus Leo Magnus cum Abundio Episcopo Novocomensi, Asterio, & Basilio Legatum suum ad Theodosium II. miserat, quorum omnium operâ coactum est Concilium Constantinopoli; Provinciale Synodum Eusebius noster Mediolani celebravit. In ea interfuerunt, præter Episcopos cæteros Provinciæ, tres & doctrinâ, & sanctitate clarissimi Viri, nempe Maximus Taurinensis, Crispinus Ticinensis, & Abundius, sive Abundantius Comensis Episcopi. Scripsit ex hac Synodo Eusebius ad Sanctum Leonem Papam Epistolam, de qua infra, & cui subscripserunt, præter ipsum, alii Episcopi Comprovinciales num. XVIII. atque inter eos

A Cyprianus quoque Brixellensis Ecclesiæ Episcopus. Fuit hæc quondam insignis Urbs ad Padum Annem Otthonis Augusti morte clarissima (nunc Oppidum vulgò Bresello ad Mutinensem Ducem spectans decem millibus passuum à Parma distans) ab Authari Longobardorum Rege excisa. Sedes Episcopalis Parmam translata est. Sed ut ad Eusebium revertamur corrigendus est ex his, quæ superius dicta sunt, Baronius, qui in Notis ad Martyrologium Romanum die XII. Augusti littera I. de Eusebio scribit: „Vixit temporibus S. Leonis Papæ, quando habita Synodo ad „versus Hæresim Eutychianam nuper Chalcedone à „SS. Patribus damnata, misit inde Synodicam ad „eundem Pontificem. Habuit enim Synodum Eusebius inter reditum Abundii, & Senatoris ab Orientali Legatione ad Theodosium, & Chalcedonenis Concilii celebrationem. Idque patet ex ipso exordio Epistolæ Eusebii, ubi legitur: „Reversis, Domino annuente, te, Fratribus nostris, quos ad Orientem Fidei „causâ sollicitè provida Beatitudo vestra direxerat &c. Insigne habemus pro traditionibus firmandis Argumentum cap. III. Meminit etiam Litterarum S. Leonis, quas mutuas acceptas dicit à Ceretio Episcopo, & aliarum ejusdem Leonis ad se delatarum ab Abundantio, quem Fratrem, & Coepiscopum vocat, & à Senatore, quem Compresbyterum suum appellat. Litteras Eusebii ad Leonem attulit Cyriacus Laudensis Episcopus sanctitatis & sapientiæ famâ conspicuus. Eusebius autem Mediolanensi Ecclesiâ piè admodum administratâ, miraculorum, & virtutum gloriâ celeberrimus, mortalitatem deposuit Pr. Idus Augusti Anno CCCCLXVI. & in Basilica Divi Laurentii conditus jacet. Notandum falsum esse Ughellum referentem Tom. IV. Italiæ Sacræ Sanctum Eusebium nostrum à S. Leone Primo consecratum fuisse. Illis enim temporibus penès Episcopos Provinciales Jus erat consuetudine roboratum Metropolitanum suum ordinandi: teste Divo Augustino in Breviculo Collationis cum Donatistis. Quod non expectaverit Cecilianus, ut Princeps à Principe ordinaretur. „Cum aliud, inquit Augustinus, habeat Ecclesiæ Catholicæ consuetudo: „ut non Numidiæ, sed propinquiore Episcopi „Episcopum Carthaginis ordinent: sicut nec Romanæ Ecclesiæ ordinat aliquis Episcopus Metropolitano, sed de proximo Ostiensis Episcopus. Habemus ex Epistola Pelagii I. Papæ Anno DLV. Mediolanensem Episcopum ab Aquilensium ordinari consuevisse, ut à primo post ipsius Diocesis Italicæ Metropolitanato; sicut ipse à Mediolanensi ordinabatur, tanquam à capite ejusdem Diocesis. S. Ambrosius ipse Mediolani ordinatus est; imo adhuc Anno MLIX. contendebant Mediolanenses, nullam disponendi vim in Ambrosiana Sede Romano Pontifici competere. Ait insuper Ughellus S. Eusebium interfuisse Concilio Romano, quod Anno Christi CCCCLXV. Hilarus Papa celebravit, sed cum Acta Concilii de eo fileant, & unde hoc hauserit Ughellus ignoremus, hic quoque tantum Scriptorem allucinatam arbitramur.

Eusebii hæc habemus :

- I. Epistola Synodica ad S. Leonem Papam I de qua jam diximus. Extat in Conciliis Labbei Tom. VII. pag. 116. editionis Regiæ; & in Lugdunensi Operum Sancti Leonis 1700. in fol.
- II. Opuscula varia ad ædificationem Fidelium, teste Joanne Trithemio de Scriptoribus Ecclesiast. apud Fabritium Ea fortasse sunt, quæ Gennadius de Viris Illustribus apud eundem Fabritium refert videlicet: De Crucis Domini Mysterio, & Apostolorum, præcipueque Petri constantiâ virtute Crucis indeptâ.
- III. Divinorum Officiorum juxta Ambrosianæ Ecclesiæ Riturum Codices ab eo restituti; ex Actis ejusdem in Breviario Ambrosiano ad diem XII. Augusti, & ex Epistola ad Clerum Mediolanensem Cardinalis Archiepiscopi Cæsaris Montii Ambrosiano Missali præfixa.

Ea

En Carmen Ennodii.

Eusebius Ligurum successit finibus hospes,

Ignota tractus Gentis amicitia.

Grajus erat, socio Titan quos respicit ortu;

Flammigero Lymphas vertice decutiens.

Mitis, compositus, largus, pius, integer, audax,

Crederet ut damnum non dare perpetuum.

Flevit pauperiem miserans, arrisit habenti,

Gaudia cum cunctis, tristitiamque gerens.

Hunc Index Operis locuturo nuntiat orbi

Fama Virum, Gentes de statione trabens.

Agit de eo, præter citatos, Petrus Paulus Bosca in Martyrol. Mediol. ad diem XII. Augusti, ubi in Notis plura de ipso habet, & profert plurimos Scriptores de eo tractantes. Agit etiam ad diem XX. Octobris, & Picinellus in Athenæo pag. 176.

DCCXLI.

De EUSTACHIIS PHILIPPUS.

Antonii Equitis, & Præfecti Arcis Portæ Jovis filius, frater autem Jacobi Ducalis Capitanei Classis sub Galeatio Maria Sfortia Mediolani Duce fuit Philippus, in quo non secus ac in plurimis, & præfæ, & nostræ ætatis hominibus magnum volubilitatis suæ fortuna exemplum dedit. Nam primùm Ludovico Mauro inter intimos amicos fuit, & in Arcis Præfectura Patri successit; quam per annos aliquot administravit. Verum, quæ est fortis inconstantia, Anno MCCCCLXXXIX. die VI. mensis Decembris, eodem Ludovico jubente, qui eo tempore Nepotis impuberis vices gerebat, comprehensus, & Abbatem, ut vocant, Grassum deductus, ibi miseram in carcere ad mortem usque vitam produxit. Objectum Philippo fuerat perduellionis crimen, nimirum quod cum Aloysio Terzago fororio suo conspirasset, ut in vincula conjectos Principes, & universam Mediolanensem ditionem Imperatori traderet.

Scriptit Auctor noster Opus hoc titulo:

1. Disposizioni Militari fatte dal Duca di Milano, e fuoi Ministri negli Anni MCCCCLXXII. e MCCCCLXXIII.

A

per la guerra contro la Repubblica di Venezia, con la nota di tutte le spese necessarie da farsi in detta guerra, ed il risultato del Consiglio tenuto da' Capitani su d'essa, con i loro nomi, ed altre notizie attinenti all'azienda Ducale per Filippo di Eustachio. MS autographum in pergamena sign. num. 82. in 4. apud Monachos S. Ambrosii.

Meminerunt ejusdem Corius in hist. Mediol. ad Annum MCCCCLXXXIX. & Donatus Bossius in Annal. sub Annis MCCCCLXXXIII. & MCCCCLXXXIX. Patris autem ejus Antonii J. C. Sionus in Monument. Vicecomit. pag. 31.

DCCXLII.

EUSTORGIUS II.

B

Eustorgius, hujus nominis II., natione Græcus, S. Laurentio defuncto Successor datus est in Archiepiscopatu Mediolanensi, circa Annum Salutis DXIV. Florianum, sive, ut alii malunt, Laureanum è Pannonia Mediolanum profectum, atque in ædibus suis exceptum Christianæ Fidei præceptis instruxit, Sacro Fonte regeneravit, inter Diaconos cooptavit, divinasque illi tradidit Litteras, in quibus adeo profecit, ut ad Hispalensem Ecclesiam regendam evectus, martyrio postmodum sub Totila Gothorum Rege in Italia, Anno DXLIV. coronatus, inter Divos relatus fuerit. Eustorgius verò reliquias captivorum, quos Gundobadus Bello Ligustico ex Italia in Gallias abduxerat miseratus, datis ad Sanctum Avitum Viennensem Antistitem Litteris, de quibus infra dicemus, pro eis redimendis sedulam navavit operam. Apud Theodoricum Regem curavit, ut Ecclesiæ suæ Jura in Sicilia posita, intacta servaret. Baptisterium in Æde Sancti Stephani marmoreis ornamentis, & artificiosis aquarum ductibus illustre ædificavit. Ejus eloquentiam in habendis concionibus laudavit idem Avitus in Epistola, de qua infra. Abiit ad Superos Anno DXVIII. die sexta Junii, qua ejus memoria solemniter in Ambrosianâ Ecclesiâ celebratur. Colitur ejus Corpus in Basilica S. Laurentii. Ex Alciati Antiquario Eustorgii II. Epitaphium colligit Fontana in Notis ad Catal. Archiep. Mediol. fol. 41. MSS. in hanc formam:

C

D

VIRTVTVM SIGNIS POLLENS EVSTORGIUS HAEROS
 DIGNA LAVDE PIIS EN CELEBRANDVS ADEST
 CVIVS PLVRA VIRI CLARA INTER FACTA BEATI
 INSIGNEM HOC VNVM PVBLICA FAMA REFERT
 INGENTEM ORNARI CAESAR SIBI IVSSERAT VRNAM
 QVA POST FATA SVAS CONDERET EXVVIAS
 SED VIS NVLLA BOVVM POTERAT NEQVE MACHINA MOLEM
 ABNVERE ET NIXVS IRRITVS OMNIS ERAT
 DONEC EAM DONO ACCEPTAM RES MIRA SACERDOS
 EXIGVO TRAXIT AD PIA TEMPLA IVGO
 COMPOSVIT NVLLOQVE LABORE EVSTORGIUS IN QVA
 HACTENVS EXIMIO CVLTVS HONORE IACET.

Ejusdem

Ejusdem memoratur

- I. Epistola ad Sanctum Avitum Archiepiscopum Viennensem, in qua eum rogabat, ut se juvaret in recuperanda libertate captivorum, quos Gundobadus bello Ligustico in Gallias abduxerat, ut notat ad Epistolam sequentem Sirmondus.

Hujus Epistolæ mentio est in octava responsoria ejusdem Aviti ad Eustorgium, ubi ei gratulatur, illumque laudat his verbis:

- „ Victa est per reverentiam vestri in rigore Barbarico
 „ humilitate immanitas, intercessione crudelitas, illatione cupiditas. Conjicimus qualiter illic prædicationibus duriores animos edomatis, cum interveniendi viribus absentia vobis saxa sic frangitis. Visitatione opere vestro nostrarum ærumna regionum: & emanans ex largiendi thesauro irrigui fontis ubertas, cum Italiam rigaverit, adspersit & Galliam.

Extrat ad eum Epistola Theodorici Regis, in qua dicit se Episcopum Augustanæ Civitatis falso accusatum, pristino honori restituisse, & remittit ad Eustorgium Clericos, qui Episcopum accusaverant, ut eos debitâ penâ coercerent. Est IX. Libri I. Variarum apud Casiodorium.

Idem Theodoricus meminit Eustorgii in Epistola XXIX. Libri II. Variarum apud eundem, ad Adilam Senatorem, & Comitem, his verbis:

A

„ Beatissimi Viri Eustorgii Episcopi Sanctæ Mediolanensis
 „ Ecclesiæ petitione permoti, presentibus te affatibus
 „ admonemus, ut prædiis, vel honoribus illius Ecclesiæ intra Siciliam constitutis, tuitionem studeas, salva civilitate, præstare.

De Eustorgio interpretatur Sirmondus Epigramma 149. Ennodii de Fonte Baptisterii S. Stephani ab Eustorgio excitato, ut jam diximus. Illud est:

En sine nube pluit sub tectis imbre sereno,

Et cæli facies pura ministrat aquas.

Proflua marmoribus decurrunt flumina sacris,

Atque iterum rorem parturit ecce lapis.

Arida nam liquidos effundit pergula fontes,

Et rursus natis unda superna venit.

Sancta per æthereos emanat Lympha recessus,

Eustorgi vatis ducta ministerio.

B

Agunt de eo Acta Ecclesiæ Mediolanensis, Martyrol. Rom. Baronius in Annal. ad annum DIV. Ferrarius in Catal. SS. Ital. Ughellus in Italia Sacra Tom. IV. & passim Scriptores Mediol. præcipuè verò Bosca in Martyr. Mediol. ad diem VI. Junii, ubi in notis plures affert de eo scribentes.



F

DCCXLIII.

FABAGROSSA OCTAVIANUS.

Fabagrossa Familia, Cremonensi ab Urbe, Mediolanum sedem transtulit, cum Carolus Manfredini Filius anno MCCCCLXI. Ducalibus Venationibus Præfectus Civilitatis jus obtinuit, ac postmodum anno MCCCCLXXVII. Quæstor in extraordinariorum reddituum Magistratu renunciatus est; dum Bellinzonam regeret, & Mediolani Ducibus esset à cubiculis, ut in serie genealogica nobis perhumaniter à Clar. J. C. Sitono communicata patet. Ex Francisco autem ejusdem Caroli pronepote, ac Ludovica Bellabuca Conjugibus, prodiit in hac Urbe Octavianus Eques, ac Comes, Regisque Ducalis

A Feudatarius Plebis Lezeduni in Ducatu Mediolanensi. Bonas hic artes constanti labore adeptus, magnam sibi eruditionis famam comparavit. Poësim tamen dilexit in primis, & non infimæ notæ Vates tempestate sua existimatus est. Scipioni Simonetta integerimo Senatori charus inter primos extitit, eique Auctor noster Opus suum infra commendandum nuncupavit. Vixit ad annum usque MDXCII. Francisci Octaviani Patris mentio occurubat olim in geminis Inscriptionibus, quæ extabant in Ecclesia Sancti Francisci hujus Urbis, priusquam illa anno MDC-LXXXVIII. concideret, easque in nova ipsius Templi molitione interiisse asserit Clar. Arifius in Cremona litterata Tom. II. pag. 406. ex eruditissimo J. C. Camillo de Sitonis, indicante eodem humanissimo Joanne Camilli filio. Hæ sunt sequentes:

FRANCISCO FABAGROSSA AVO

CREMONA ORIVNDO

IO. GALEAZII MARIAE DVCIS MED. INTIMO

AB EODEM OB MERITA

VENATIONVM PRAEFECTVRA ORNATO

ET PLEBE LEZEDVNI IVRE FEVDI DONATO

ET OCTAVIANO FABAGROSSAE

PATRI HVMANISS. ET CHARISS.

AC LVDOVICAE BELABVCCAE CONIVGI

SANCTITATE PIETATE FIDE INCOMPARABILI

CVM QVA VIXIT ANN. XX.

IVCVNDE SINE QVERELA

HAEC DECESSIT XXI. IAN. AN. MDLXXI. AETATIS ANN. XLII.

FRANC. FABAGROSSA B. M. P.

ET SIBI ET SVIS

FRANC. FABAGROSSA IVNIOR

HANC CELLAM CVM ARA D. HIERONYMO CONDIDIT

A FVNDAMENTIS EREXIT ANNO MDLXXIII.

ET VT QVOTIDIE IN EA RES DIVINA CELEBRETVR

ANNVAM ILLI ELEEMOSYNAM ASSIGNAVIT

ATQVE IN HAC ECCL. MONVMENTVM

AVO PATRI VXORI SIBI POSTERISQVE SVIS

FIERI F. ANN. MDLXXI.

Scripsit Octavianus Opus hoc titulo :

I. Rime del Signor Ottaviano Favagrossa con la dichiarazione o sia Commento di alcune di esse. Dedicate

B

al Signor Senatore Scipione Simonetta. Milano, per li Fratelli Tini. 1576. in 4. Editio præstantissima. Videndæ Schedæ Sitonianæ.

DCCXLIV.

FAGEUS HYACINTHUS.

FAgeorum Gentem, ex qua progeniti Fagii quoque non rarò dicuntur, nulla vetustatis commendant encomia apud eos omnes, qui Familiarum Mediolanensium monumenta collegere. Suspiciamus igitur eam non ante medium sæculum XV. ab exteris regionibus Insubriam advenisse; & quoniam Joannes Baptista, quem post Hiacynthum nunc laudandum proferemus, Oppidi Decii, sive Dexii, incolae fuit, conjicere licet inde quoque prodiiisse Scriptorem nostrum; quemadmodum & Sebastianum doctissimum hominem haud multò post elogiis celebrandum. Non infimum ergo sibi inter Insubres eruditos locum promeruit Hyacinthus Fageus, qui Italica præsertim Poësi delectatus haud contemnendos in ea progressus fecit. Sanctum Patriarcham Deiparæ Virginis Sponsum peculiari pietate coluit, utque ipsam ad totius Orbis notitiam deduceret, sequens Opus ex Hispanico Joseph Valdivielsi fecit Italicum. Neque putes Lector, simplicem hanc esse translationem, tantum enim de suo Fageus addidit, tantaque eruditione tam sacrâ, quam latinâ redundat, ut novum omnino Poëma cudisse judicandus sit. Elucet in eo Scriptoris nostri non ingenium minus, quam religio, divinumque est in partes XXIV. quas Vates nostri Cantus appellare consueverunt. Heroicorum Poëmatum more illo Carminum genere conscriptum extitit, quæ *Ottave* dicuntur. Reliquum illud est, ut Lectores optimos certiores reddamus, viri hujus acta frustra nos indagasse. Floruit medio præterito sæculo, mirumque est eum à nemine illorum, qui Italos Poëtas laudarunt, recenferi, cum non infimæ notæ Vates habendus sit.

En Opus ipsum hoc inscriptum titulo :

- I. S. Giuseppe : Poema del Signor Giacinto Faggi dallo Spagnuolo del Signor Giuseppe Valdivielso. *Milano, per Ludovico Monza. 1651. in 12.*
- Inscripsum est Aurelio Boldono Præposito Basilicæ Sancti Stephani hujus Urbis.
- Adiunt ibidem Carmina Italica, vulgo *Sonetti*, in commendationem Auctoris, Girondæ Cerrinæ Perusinae, Joannis Nicolai Boldoni, & Christianæ Mariæ Fagæ Abbatissæ Monasterii insulani.

DCCXLV.

FAGEUS JOANNES BAPTISTA.

In Italicis pangendis Carminibus prælusit quodammodo Hyacintho mox laudato Joannes Baptista Fageus ex Oppido Dexii in agro Mediolanensi, ut supra innuimus. Musas tamen Religioni tantum, & pietati, prout Virgines decet, sacras esse voluit; nihil enim unquam scripsisse fertur, quod non Christianum Vatem redoleat. Imo quamvis Artis Poëticæ illecebra non rarò Adolescentium animos enervare credatur (quod Poëtarum potius, quam Artis vitium est) Carmina ad componendos juvenum mores traduxit, propositoque Sanctæ Symphorosæ Tiburtinæ Martyris, & propria virtute, & viri Filiorumque coronis illustris exemplo, Fœminas quoque ad optimam capeffendam vitam inflammavit. Erat in vivis ineunte Sæculo XVII.

Scriptit, & edidit :

- I. Ghirlanda, ovvero Ammaestramenti per li Giovani per Gio: Battista Faggi Milanese. *Milano, per il Malatesta, 1606. in 8.*
- II. La Costanza di Sinforosa Nobile Matriona di Tivoli Martire di Cristo, rappresentata in Versi da Gio: Battista Faggi da Desio. Dedicata alla Signora Cecilia Abbatissa de Forrieri. *Milano, per il Malatesta, 1600. in 12.*

DCCXLVI.

FAGEUS SEBASTIANUS.

In Fagea Insubri Familia hæreditario quodammodo jure pietas, & litterarum studia mirabili nexu conjuncta emicuisse mox laudati Vates satis superque demonstrant. His tamen jure merito jungendus est Sebastianus eadem gente progenitus, quem non Sacerdotii tantum dignitas, sed & diligentia in animarum salute curanda (erat enim Oblatorum SS. Ambrosii, & Caroli religiosissimo Cœtui adscriptus) plurimum apud Federicum Borromæum præsentissimum illum Musarum omnium Mecœnatem commendabat. Insaturabili quadam sedulitate sacra colebat studia. Fageus noster adeo, ut cum in Rhaudensi Collegio annos duos commoratus esset, Opus insigne conscripserit, in quo Laurentii Surii æmulatus laborem, Acta Sanctorum ab eo Tomis VI. comprehensa, in compendium uno Volumine redegerit. Alias quoque ipsius habemus Lucubrationes, non minori eruditione, pietateque referas.

Omnia hic damus, quæ de hujus Viri laboribus reperimus.

- I. Flores Ecclesiasticæ elocutionis, Christianæque doctrinæ. *Mediolani, apud Pontium, 1610 in 8.*
 - II. Litteræ XII. Pastorales insigniores S. Caroli Borromæi ad Clerum, & Populum Mediolanensem, ab eo collectæ, cum Epistola nuncupatoria ad laudatum Federicum Cardinalem. Codex MS. prælo paratus in fol. sign. D. num. 55. in Bibliotheca Ambrosiana.
 - III. Vitæ, resque gestæ Sanctorum, quæ F. Laurentius Surius Carthusianus VI. Tomis in primis complexus est, Elogiis ad usum Breviarii accommodatis comprehensa, & in tres Classes distinctæ: nempe I. Sanctorum Martyrum. II. Sanctorum Confessorum. III. Sanctorum Fœminarum Virginitatis vel Martyrii, vel Integritatis laude præstantium; Collectore Presbytero Sebastiano Fageo Oblato, cum Epistola Nuncupatoria ad eundem Cardinalem, data in Ædibus Deiparæ Virginis VI. Id. Sep:emb. quæ dies nataliis ejusdem. B. M. V. sacra & insignis est. MDCXXI. Codex MS. pagg. 560. præter Indicem copiosissimum, & ipse prælo paratus sign. ff. num. 226. Eum dono dedit Bibliothecæ Ambros. Aurelius Boldonus Basilicæ Protomartyris in hac Urbe Præpositus. Extat etiam penes Marchionem Gasparem de Rosales.
- Agit de Scriptore hoc Picinellus in Athenæo pag. 422.

DCCXLVII.

FAGNANUS JOANNES MARCUS.

Nobilissima Fagnanorum Gens, cujus Viros in vetustis Monumentis Fannianos quoque dictos reperimus, adhuc in hac Metropoli florens, etiam ante Friderici excidium opibus, & sanguinis claritate inter Insubres emicuisse visa est in Anguifredo, qui Anno MXL. Oratorium Sancti Matthæi, cognomento ad Banchettam, cujusque Patronatus ad Fagnanos adhuc spectat, ædificavit, quemadmodum citato Corio tradit Sironus. Advertendus tamen in Chronico Sironiano pag. 139. art. 638. Imprefferum error, qui pro MXL. reposuere MCXL. de quo sphalmate nos monuit Auctor ipse allato Autographo suo, ubi verè legitur MXL. quemadmodum & in Corio Hist. Mediol. parte prima pag. 25. editionis Venetæ 1554. in 4. tamen Benvenuto Rambaldus Imolenis in Opusculo de Urbe Mediol. scripserit Templum idem S. Matthæi Anno ML. fuisse conditum. Duos ex ea Familia eruditione præstantes in hoc Opere dabimus, quos communiori appellatione non Fannianos, sed Fagnanos dicemus. Laudandus nunc est ex eadem Fagnana stirpe genitus Joannes Marcus, quem Borserius perperam Marcum Hieronymum appellavit, ac Picinellis in duos divisit, videlicet in Joannem Marcum, & Hieronymum, ut ab eodem amicissimo JC. Sirono didicimus. Hic Lancellottum ex XII. Patriæ

triæ Ædilibus, & Birgittam Biragam conjuges nobilissimos parentes habuit. Plura gessit in hac Urbe publica munera, nam & ipse Anno MDLV. inter Ædiles computatus pluries usque ad Annum MDXCIV. ad idem officium meruit promoveri. Annonæ etiam Judex fuit Anno MDLXXVI. Conjugem duxit Æmiliam de Fabagrossis de Cremona, atque ex ea genuit Carolum JC. Collegiatum, ad quem Franciscus Civellius dedit Carmina inter hujus impressa pag. 155. Joannes autem Marcus licet Reipublicæ muneribus implicitus studiorum nunquam oblitus, Poësim præsertim coluit, & Decurionibus hortantibus Arianorum pugnas in hac Metropoli sedente Sancto Præsule Ambrosio cum Orthodoxis initas heroico stylo conscripsit. Mores illius integerrimos, summamque in pauperes, pupillos, & viduas pietatem commendavit Carminè Bernardinus Baldinus loco infra citando. Eruditorum sui temporis amicitiam coluit, ut ex sequentibus patebit. Quo anno vivere desierit, nobis hæctenus incertum est, at adhuc erat in vivis Anno MDCXII.

Fagnani Lucubrationes hæc sunt :

- I. De Bello Ariano libri VI. Mediolani, apud Hæredes Pacifici Pontii, 1604. in 4.
- II. Versus de Natali suo, quos à Fagnano Annum octogesimumquartum tunc agente ad se missos testatur Aquilinus Coppinus in Epistola ad ipsum data die X. Augusti MDCVIII. inter hujus impressas pag. 70.
- III. Carmina ad Franciscum Civellium, inter hujus Epigrammata, de quibus jam diximus.
- IV. Manuscripta plura apud hæredes relicta, quæ laudantur à Hieronymo Borferio, & post eum à Picinello loco citando, nemo tamen eorum titulos indicat.

Illius obitum Benedictus Sociacus hoc Epigrammate celebravit.

Purpurei sese non eripuerunt Tyranni

Faucibus è leti, mors sua quemque premit.

Tu vir magne tamen duri vim funeris exis,

Non omnis moreris, non tumularis humo.

Mortales fugiens auras cælestibus auris

Vesceris, amissum nec reor esse diem.

Vitalem vivunt vitam post funera vates,

Crede mihi, vatum est vivere, morte frui.

Habemus ad eundem Epigrammata alia, scilicet tria Bernardini Baldini in libro, cui nomen: Lusus; atque ipsi nuncupavit Elegiam in Pestilentiam. Unum Publii Francisci Spinulæ lib. III. Carminum. Primi Comitum Epigrammata duo. Alia item Joannis Mariæ Mattii, & Cæsaris Millefantii JC. & Canonici Scalensis impressa sunt in Opere Fagnani, quod dedimus num. I.

Plures scripsit ad Auctorem nostrum Epistolas tam Græcâ, quam Latinâ eruditione plenas Franciscus Cicereus Anno MDLXXXIV. & extant in MS. Codice ipsius Cicereji in Bibliotheca Fratrum Marchionum Vicecomitum. Præter jam citatam aliam Epistolam ad eum dedit Aquilinus Coppinus IV. Kal. Novemb. MDCXII. legiturque inter hujus editas pag. 189.

Agunt de ipso Hieronymus Borferius in Supplemento cap. 12. Sitonus in Theat. Æquest. art. 635. pag. 158. & in Theatro Genealogico MS. Familiar. Nob. Mediol. pag. 205. necnon in Schedis, sicut & Picinellus in Athenæo pagg. 306. & 339.

DCCXLVIII.

FAGNANUS RAPHAEL.

EX Jacobo Baptista, atque Hippolyta Pirovana conjugibus, Mediolani natus est Raphaël Fagnanus vir doctissimus, & in perquirendis patriæ monumentis indefessus. Minoribus scientiis excultus, Leges etiam audivit, & perceptis summis academiciæ honoribus, Collegio Jurisconsultorum nomen dedit anno MDLXXVIII. Clericali adscriptus extitit militiæ, atque apostolici Protonotarii dignitate fulsit. Comes etiam Palatinus, sanctissimæque Inquisitionis Consultor emicuit. Collegio præfato sæpè Abbas præfuit,

A aliisque præstantissimis muneribus functus fuisse ingenti cum laude perhibetur. Decessit non ut Picinellus asserit circa annum MDCXVII. sed ut Sitono placet anno MDCXXXIII. die XXII. Septembris.

Tanti Scriptoris hæc sunt Opera

- I. Nobilium Familiarum Mediolanensium Volumina VIII. MSS. ingentis molis in Archivo Ven. Collegii Jurisconsultorum Mediol. & apud Marchionem Jacobum Fagnanum Auctoris Abnepotem. Vir hic nobilissimus ex Raphaëlis Codicibus Nomenclaturam hausit, & cum sequenti Epistola ad eruditissimum J. C. Sitonum misit

„ Nobili ac erudito Viro Joanni Sitono de Scotia Juris
„ Utriusque Doctore.

B JACOBUS FAGNANUS

S. D.

„ Jussisti, Sitone charissime, Nobilium Mediolanensium
„ Familiarum, de quibus RAPHAEL FANNIANUS
„ proavi mei frater nonaginta circiter ab hinc annis
„ OCTO scripsit VOLUMINA, in unum collecta
„ ad Te remittere nomina. Libenter pareo, & dum
„ servitutis munus impleo, genio etiam meo non
„ parum indulgeo; illi inquam genio, quo Te, &
„ tua impensè amabo, quo non raro, quoties fors
„ contigit, tecum domi esse, quam mihi semper benignissimè
„ adaptam voluisti, cum incredibili voluptate Te audire soleo,
„ seu de Urbis nostræ antiquitate plurima differentem,
„ seu obscura Patriæ monumenta illustrantem; ubi nescio an
„ major sit in discendo utilitas, an majus in audiendo solatium.
„ Tua certè in perquirendis antiquitatibus mirum in modum
„ elucescit sedulitas, in iis maxime quæ ad Nobilium Civium
„ spectant cognitionem, cum in Patriciis Mediolani Familiis
„ tam Virorum, quàm, quod nondum diligenter à nostris Historicis
„ scrutatum fuit, Matronarum, singulis singulari genealogico
„ ordine distinctissimè revelas. Quærant igitur alii quid
„ primum fuerit inter Capitolii rudera, unde originem traxit
„ in Italiæ regionem Insubiæ nomen; Tu ad cognitionem nobilissimæ
„ creaturarum tendis, scilicet hominis: & quod magis necessarium
„ est conjunctorum, amicorum, concivium, juxta illud: *Virtus maxima nosse suos*; (*)
„ Accipe igitur pusilli hoc animi mei testimonium, in quo nihil
„ aliud, quàm alacritatem in parendo spectatam velim. Vale & tibi,
„ & Patriæ eximium ornamentum nostræ. Dat. Mediolani ex
„ avitis ædibus apud Sanctum Matthæum ad Banchezzam pridie
„ Idus Augusti anno Domini MDCCXII.

(*) *Martialis ad Principem suum.*

Præclaram aded Fagnanæ Historiæ nomenclaturam, & inclyti Marchionis Jacobi abnepotis munus, inter cinctæ penes se adservat idem Clarissimus Sitonus MS., eique sequentem titulum præposuit:

- „ Raphaëlis Fanniani è Mediolanensi Juris PP. Collegio, ab anno MDLXXVIII., ad annum MDCXXIII. Historiographi Præclarissimi, Antiquarum, ac Nobilium Mediolani Familiarum MDL nomenclatura, ex Aurographo Bibliothecæ Patricii Viri Jacobi Fanniani Marchionis Gerenzani in Plebe Aplani, Regii Feudatarii Robecchetti in Plebe Dairaghi, ex LX. Urbis Mediol. Decurionibus &c. Authoris ex Fratre Abnepotis. Forsan ad calcem hujus Biblioth. cudenda.

II. Eiusdem Poëmata latina extant in libro, cui titulus: „ Poësie Latine ed Italiane di diversi per la partenza di Zaccaria Sagredo Podestà di Verona. Ivi. 1618. in 4.

III. Alia Typis data, pænes hæredes, in 4.

Tanti Viri effigiem æreo numismate expressam, in grati animi testimonium, Jurisperiti Collegiati Mediolanenses, quorum Cœtui amplissimo Lucubrationes suas supremis Tabulis legavit, in aula subfelliis inseri jussere, ut non minus ornamento sit, quam exemplo.

Auctoris cum laude meminerunt Crescentius in Amphitheatro parte prima. Basilius Serenius in Elogiis Famil. Borromæe lib. VII. pag. 491. Joannes Petrus Puricellus Dissertat. Nazarianæ cap. 84. num. 7. pag. 430. Sitonus pag. 158. art. 638. & in Schedis, ac Picinellus in Athenæo pag. 479.

DCCIL.

DCCIL.

FANTONUS JACOBUS ANTONIUS.

Jacobus Antonius Fantonus septimo decimo ætatis suæ completo anno, à P. D. Ignatio Bono Mediolanensi, sæpe nominatæ juxta Ticinum Carthusiæ regimen gloriosius occupante, Monastico Ordini in Christo genitus per vota solemnia, anno quinto post hujus initium Sæculi, vigesimo sexto mensis Novembris. Annos in ordine septemdecim transegit, cunctisque diebus, quibus vixit, expectans, donec veniret ejus immutatio, hanc obviam habuit Nonis Octobris anno currentis Sæculi vigesimo secundo, quod breve temporis spatium, domui, in qua erat adscriptus, & sibi consulens, redemit.

De eo habemus

- I. Librum, quo instruuntur Monachi, ac Conversi, quomodo sint recipiendi Principes, aliique Magni Proceres Carthusiam adeuntes ipsam, invisendi eam causa. MS. in fol. extat in Biblioth. Carthusiæ prope Papiam.
- II. Sermones plures, inter quos unus tantum superest, habitus die Dominica Passionis. MS. in fol. ibidem.

A Suis.

DCCL.

FANTONUS THEODORUS.

EX Familia, quæ trecentos ante annos ob civiles discordias Senis ad Infubres commigraverat, Mediolani natus est Theodorus Fantonus Jacobo, & Marina Caccia Parentibus Anno MDCIII. In Academia Braydenfi sub Clarissimis Viris è Soc. Jesu Puteo, atque Thesaurò eruditus est. Cum ad capeffendum Canoniorum Regularium Lateranensium institutum animum convertisset, Parentum, qui per anni circulum obstiterant volenti, tandem pervicit duritiem, & sub Celso Dugnano Anno MDCXIX. ætatis suæ XVI. die XIV. Julii habitum suscepit. Peracto tyrociniò Placentiam missus Dialecticæ, atque Physicæ operam dedit; Theologiam postmodum audivit in Monasterio Tremitenfi. Post plura minora munera Prior Portuensis Canonice Ravennatis eligitur, tum in Monasterio Passionis in patria eodem honore decoratur, ibique pomeridianis concionibus Sacras Paginas publicè interpretatus, digreditur ad Verbum Dei tradendum Mortariæ, mox Novariæ, tum Bergomi, demumque Romæ in Basilica Liberiana quadragesimali tempore. Oravit etiam in Dieta Generali Placentiæ. In Comitibus Bononiæ habitis Quæstor Ærarii totius Ordinis constitutus adeò se præclarè gessit, ut Abbati Generali à Secretis datus fuerit, retinendæ Præposituræ Miniacensis potestate facta. Ascendit inde ad gradum Visitatoris. Extremum ejus annum nusquam licuit reperire.

Scripsit

- I. De impatienti desiderio Domini nostri Jesu Christi Passionis perficiendæ, Sermones viginti Bergomi habiti ad Sanctum Alexandrum in Columna, occasione quadraginta horarum.
- II. In Sanctissimum Clavum Mediolani asservatum, quo Salvator inter alios Cruci affixus est: Oratio ibidem in Summo Templo habita, dum publicæ Venerationi expositus esset.

- A III. Monitorum Pastoralium Sermones quadraginta ad lustratas Lateranenses Canonicas.
Hæc refert propediem edenda extitisse Rosin. Lyc. Later. lib. XVII. pag. XVII. pag. 307. in Elogio ejusdem Fantoni.

DCCLI.

FARAUDUS PROSPER.

Prospere Faraudus Mediolanensis in Academia Braydenfi litteris excultus, juvenili ætate Anno MDCXIV. Kal. Novembris Canoniorum Lateranensium Instituto nomen dedit cum XVIII. Annum ageret. Latinas, & Græcas litteras optimè calluit. Octava post receptionem die Concanonicis heroico Carmine ad Virgilianam phrasim accedente gratias egit. Celso Dugnano Ordinis Generali à Secretis fuit; Patavii Dialecticæ, Ticini Philosophiæ, & Theologiæ Operam dedit sub Constantino Savio Placentino, & Celso Marticella Neapolitano. In Dieta Ferrariensi Doctor renunciatus, Bononiæ Dialecticam docuit, & Populo pomeridianas conciones habuit in Templo Sancti Joannis in Monte. In Comitibus Placentinis, cum Jacobo Serræ Cardinali juxta fierent, Funebrem habuit Orationem. Inde Romam profectus, Ordinis apud Sanctam Sedem Oratori à Secretis futurus, Theologiæ Moralis præcepta non collegis tantum, sed etiam exteris triennio tradidit. Sæpe in Templis Urbis sacras publicè Orationes habuit, & defunctum Cardinalem Alexandrum Urfinum laudavit in Funere. Oravit quoque in Comitibus generalibus Bononiæ, in quibus Mediolanensis Monasterii Prior electus est, ubi etiam tyronibus præfessit, & Dialecticam doceret. Post annos tres ad Miniacense Monasterium Præsul mittitur, in cujus Templo, quemadmodum & in majore ejusdem Oppidi sæpe fermocinatus est è suggestu. Romam demum reversus, cum fontico morbo laboranti summa charitate inferviret, contracta lue è vivis abiit.

Scripsit

- I. Orationes tres, nempe
 1. De Usu Fasciæ, quam habuit in Academia Animosorum.
 2. De Laudibus S. Caroli ad Oblatorum Collegium.
 3. In Funere Jacobi Serræ Cardinalis Ordinis Protect.
- II. Manuale Cæremoniarum Ecclesiasticarum ex Commentariis Bartholomæi Gavanti.
- III. In Funere Alexandri Urfini Cardinalis Protectoris Oratione, habita Romæ in Templo Pacis, Francisco Urfino Abbati Farfensi dicata. Roma, apud Paulum Mastotum, 1626.
- IV. Additamenta ad Opusculum de imitatione Christi Thomæ Kempensis, quod in Italicum sermonem convertit, & defendit. Venetiis, 1629. Vitamque Auctoris ex parte auxit, & ejus Elogia, & Illustrium Virorum testimonia congestit.
- V. Chronicon Monasterii Sancti Petri in Cælo-Aureo ex publicis Tabulis Archivi ejusdem, quod transmisit ad Gabrielem Penottum Historiam Universalem Canonice Romæ compilantem, quod etiam non modicum in ea re Penottum juvit.
- E VI. Confutatio Joannis Marquez ex Ordine Eremitarum, plura in Ordinis Canonici dedecus de Monasterio Papiensi effutientem in libro inscripto de Origine Ordinis Eremitarum. Hoc Opus, quod amariore calamo conscriptum fuisset, modestiæ causâ publici juris fieri noluit.
Agit de eo Rosin. in Lycæo Lateran. lib. XIV. pag. 195. & Joannes Hallervordius in Biblioth. Curiosa p. 324.

DCCLII.

DCCLII.

FARISELLUS PETRUS.

Collegium Jurisperitorum Mediolani non tantum posterioribus, atque nobis vicinioribus sæculis eruditissimos dedit Viros, sed multos etiam protulit vetustioribus temporibus omni laude dignissimos. Patet hoc in plurimis identidem à nobis in hac Collectione relatis, præsertim verò in Petro Farifello nunc commendando. Plurimum apud Concives suos autoritate valuit, & ineunte sæculo XIII. nobilissimo Judicum cœtui adscriptus fuit. Cum autem Mediolanensem Præturam administraret Sopramons de Lupis Soranæ Marchio, Civis Parmensis, & Metropolis hujus Statuta interpretatione indigerent, Farifellus noster unus inter omnes electus est ad hanc provinciam Reipublicæ per quam utilem.

Commendatur ergo ob

- I. Statuta Patriæ, quæ ipse anno MCCXLIX. de jure respondens interpretatus est.
Agit de ipso Sironus in Collegio J. C. C. pag. 25. art. XI. citato Corio ad præfatum annum, atque Co. Octavius Archintus in suis Schedis.

DCCLIII.

FASOLIUS DAMIANUS.

Damianus Fasolius, cui vitæ initium præbuit octuagesimus post quingentesimum millesimum à Christo nato annus, S. Brunoni se devovit anno MDLXXXIX. quarto nonas Februarii, sacra litante P. D. Severo Turbolo Neapolitanæ prius, Ticinensis postmodum Carthusiæ moderatore, Hospes in Avilianæ Carthusiam pro sua missus consolatione anno MDCV. sequenti autem, suæ professionis restituitur Cœnobio, ubi podagra laborans, tamen non destitit, quin posteris sui memoriam relinqueret litterariam; ut à sequentibus MSS. ex quibus pietas sua dignoscitur, & virtus, qua in Dei cultu, & Ordinis observantia clarior profecit, quàm humilior, usque dum beatifico æternum frueretur splendore, ad quem est introductus quarto Calendas Septembris anni MDCXXIII.

Sequentia Opera elucubravir.

- I. Divozione della Domenica, e della Concezione, e nascita della B. V. M. MS.
II. Elegiaca Carmina 568. de Christi Jesu D. N. vita, & rebus gestis. MS.
III. Epigramma de Spiritu Sancto, & Carmen Saphicum de eodem. MS.
IV. Epigramma inscriptum: Thesaurus Parvulorum, cui subsequuntur, Carmen Elegiacum de Cruce, Versibus ducentis comprehensum, de Cruce Hymnus, & alia dicta Sanctorum Patrum de eadem re. MS.
V. De Passione Domini nostri Jesu Christi. Hymnus valde prolixus. MS.
VI. Alphabeta parvulorum duplicia, alterum SS. Patrum dictis constans, secundum elegiaco, acrostico, & vario diffusum carmine, atque eruditione, mirabilique lemmatum varietate contextum, carens tamen fine. MS.
VII. Alphabetum aliud aliqua SS. PP. Ascetica dicta litterarum ordine pertractans, cui verò litteræ D. G. H. Q. R. T. defunt. MS.
VIII. Vita S. Brunonis Carthusianorum Patriarchæ, imperfecta. MS.
IX. Scripsit etiam Declarationes S. R. E. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum à Sessione quarta Cap. unicum, usque ad Sess. 25. Cap. XI. de Regularibus. MS. in fol.
Extant omnia in Carthusia prope Papiam.
A Suis.

FAUSTUS. V. FLAVIUS FAUSTUS.

DCCLIV.

à FERNO ANGELUS.

Angelus à Ferno, quod est Oppidum Ducatus Mediolanensis, ita vocatus, inter priscos illos Patres, qui Reformationis Ord. S. Francisci, Capucinatorum nuncupatæ ævo, virtute, ac prædicationis dono floruerunt, insignis præluxit, ac præclarissimum sibi nomen sua tempestate non solum in Provincia Mediolanensi, sed etiam in toto Orbe Christiano, comparavit. Quantus fuerit hujus apostolici Viri ardor in Dei verbo disseminando, ingentes ubique in hominum mentibus motus ad pœnitentiam excitati, innumeraque ferè animarum lucra Deo, & Ecclesiæ reportata, satis clarè præostendunt. Tam assidue enim, ac fideliter in Reguo Dei evangelizando laboravit, ut illius Sermones ad triginta millia excreverint. A S. Carolo Ecclesiæ Mediolanensis, tunc Archiepiscopo, quarundam suæ Diœcesis Ecclesiarum. Visitator fuit institutus; eoque in munere se tam præclare gessit, ut ab eodem Sanctissimo Cardinale frequenter in rebus arduis accitus, maximam animi magnitudinem pari pietati, ac doctrinæ conjunctam patefecerit. Obiit in ejus Provincia Mediolanensi in Conventu Cardani anno suæ ætatis LXIX. Christi verò MDLXVIII.

Scripsit

- I. Sermones plurimos de Tempore.
II. Sermones alios de Pœnitentia, adjunctis aliis Concionibus diversi generis; & nonnulli eorum impressi sunt suppresso ejus nomine.
Ejus gesta recensentur à Boverio Tom. I. Annal. ad annum signatum, ex Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum Sancti Francisci Capucinatorum, à Fr. Dionysio Genuensi contexta; secunda editio pag. 18. memoratur etiam in Magna Biblioth. Eccles. Tom. I. pag. 463.

DCCLV.

FERNUS de BRUSATORIBUS
BERNARDINUS.

Bernardinus de Brusatoribus de Ferno, qui relicto priori cognomine Fernus tantummodo nuncupatus est, in insigni Oppido Gallarati Mediolanensis Ducatus, ex quo præclaros eruditione Viros plures in hoc Opere locum jure obtinent, anno MDVII. in lucem editus fuit Patre Joanne Ambrosio. TABELLIONATUS officium exercuit, & in Notariorum Mediolanensium Matricula descriptus reperitur ad annum MDCXXVII. Causidicus etiam exitit in Patria, neque tamen inter forenses strepitus, atque legales labores, studiorum, historiæque præsertim oblivione captus est, quemadmodum ex his, quæ conscripsit, liquidò apparet. Filium genuit Joannem Fernum pariter Notarium Mediolani in Matricula descriptum. anno MDLVII., & Causidicum Collegiatum, anno MDXCIV. promotum ad munus Regii Syndici Fiscalis generalis in Statu Mediolani, quo in munere peregre exantlato decessit Mediolani die XX. Junii an. MDCVII., ac tumulatus in Ecclesia Paroch. S. Johannis Itolani Mediolani cum Inscriptione sequenti:

IOANNI AMBROSIO FERNO
 MAXIMARVM CAVSARVM PATRONO
 OB MAGISTRATVS MVLTO
 HONORIFICE GESTOS
 OB FISCO PARTES IN MEDIOL. DOMINIO
 PRO REGIA CATHOLICA MAIESTATE
 STRENVE PERACTAS
 OB IVSTITIAM ET RELIGIONEM
 VALDE COMMENDATO
 FLAMINIVS FILIVS I, C.
 S. INQVIVISIONIS FISCALIS
 SIBI POSTERISQVE SVIS POSVIT
 VIXIT ANNOS LXXX.
 OBIT ANNO DOMINI MDCVII.
 XX. IVNII.

Defideratus est Bernardinus die VI. Augusti, anno MDLXXIX.

Hæc conscripsit Opera:

- I. Naufragii Italici Libri quinque; ad Illustrissimum, & Excellentissimum D. D. Franciscum Secundum Sfortiam Vicecomitem, Ducem Mediolani, & Insularum Sapiensissimum.
 Incipit: „ Bernardinus Fernus Auctor ad Lectorem. „ Humanissime Lector, Historiam tractaturus ego „ omni studio summæque diligentia veritatem ipsius „ Historiæ animam, &c.
 Definit autem sic: „ Quæ ad Cœlestem immensamque „ gloriam latos nos denuò perducatur cum omni „ superioris laude, vivis pace, requieque defunctis. „ Finis.
 Agitur in hoc Codice de rebus gestis in Italia, ac signanter in Ducali Statu Mediolani, pro restitutione Francisci Secundi Sfortiæ Ducis Mediolani ab anno MDXXI. ad annum MDXXXI. MS. in fol. penes Cl. Advocatum Sironum. Extat etiam Autographus apud J. C. & Antiquarium Joannem Angelum de Custodibus, qui Operi locupletissimum Indicem attexuit.
- II. Commentaria ad jus municipale, seu Annotationes ad Statuta, novas Constitutiones Cæsareas, Decreta, & Proclamationes Mediolani, quas ex longa complurium Auctorum lectione desudans jam pridem collegerat, & in præfens Volumen ad perpetuam rei memoriam bonumque publicum redegit: anno Domini MDLXXVI., cum ejusdem Præfatione, libri duo. MSS. in fol. magnæ molis sign. n. 4. extant in Bibliotheca Monach. Cisterciens. S. Ambrosii Mediol.
- III. Instrumentorum Formulæ cum adnotationibus, Auctore Bernardino Ferno Notario Gallarateni; cui præfixæ sunt Epistolæ duæ ad Ambrosium filium. MSS. in fol. pagg. 460. sign. n. 52. extant ibidem.
 In eodem adfunt Carmina in laudem Auctoris, Joannis Monetæ, Francisci Curioni, & Marci Antonii Bebulci ejus discipulorum. Nec erunt, opinor, Lectori tædio, binæ Adnotationes exaratae, prima in Rubrica videlicet Instrumentorum recep. per dictum Bernardinum Fernum post diem 4. Septembris an. MDLXIV. tenoris ut sequitur: „ Nota „ quod hoc anno perfectum, & publicatum est Concilium Generale Tridentinum, & à Sede Apostolica acceptatum, deinde à nostro Clero Mediolanensi convocato in Æde Majori Mediolani acceptatum, & receptum sub iis verbis: Recipio, promitto, & profiteor: Sedente Reverendo Domino Nicolao Ormanetto Vicario Generali, & Mandatario Archiepiscopali ex ordine etiam Summi Pontificis, ubi convocati excedebant numerum mille centum, &c.
 Altera in Rubrica Instrumentorum recep. per dictum Fiscalem Joannem Ambrosium Fernum post diem

IV., & ante diem XVIII. Octobris, anni MDLXXXII., iis verbis: „ Hic est advertendum, „ quod ex correctione anni præsentis MDLXXXII., „ & Calendarii, facta ex Ordine Summi Pontificis „ Gregorii XIII., & assensu omnium Principum „ Secularium, ab hoc mense demptæ fuerunt decem „ dies, videlicet à die quinto inclusivè usque ad decimam quartam inclusivè; itaut à quarto die immediatè sequatur quintus decimus; unde etiam „ per Illustrissimum Governatorem factum fuit Editum, ut quicumque termini hoc tempore cadentes, per decem dies censeantur prorogati; pensiones, salariæque pro duabus partibus tantum ex tribus hujus mensis persolvantur, prout ex eo Editis legitur &c.
 Ex Schedis Sironianis, & Athenæo Picinelli pag. 88.

DCCLVI.

FERNUS MICHAEL.

Michaël Fernus Innocentii filius, eruditione sua Mediolanensem Metropolim decoravit. Jam erat in vivis anno MCCCCLXXXVI. eo enim anno descriptus reperitur in matricula Notariorum Mediolani. Inter Clericos relatus primùm in Basilica Modœtensi circa initium Sæculi XVI., mox in Scalensi anno MDVIII. Canonicatu potitus est. Romæ antea agendis causis intentus annos aliquot commoratus fuerat, ubi ex MS. Codice celeberrimi Felini Sandei Ferrariensis JC. Romanæ Rotæ Auditoris, & utriusque Signaturæ Referendarii, Lucensis primùm, postea Pennensis Episcopi, Opus concinnavit numero I. laudandum. Mirandum interim dictu est, præcoci quadam ingenii maturitate Scriptorem nostrum Volumina plura, ante annum ætatis suæ XXVI. exarasse, cum tamen interim Causarum patrocinium in Aula Romana non sine ingenti famâ, strenuè gereret. Alexandro VI. Summo Pontifici fuit acceptissimus, & Jacobi Antiquarii, Lancini Curtii, cæterorumque sui temporis Eruditorum consuetudine claruit. Acerba morte sublatus est anno post Salvatoris ortum. MDXIII.

Hujus Viri ingenium in his Operibus elucet:

- I. Epitoma de Regno Siciliae, & Apulie, 1496 in 4. Hoc Opus concinnavit adhibitis Schedis, quas, ut diximus, Sandeus per decennium Alexandri Papæ VI. jussu collegerat. In hujus libri initio adest Epistola Ferni ad Pomponium Lætum, cui labores suos mittit, & in fine altera ad Felinum ipsum, apud quem se excusat, & causam editionis depromit.
- II. De Legationibus Italicis ad Divum Alexandrum Pont. Max. VI. Romæ, apud Eucherium Argentoræ, 1493. in 4. Joannes Morrus Typhernas Decretorum Doctor, infcio Ferno, Opus hoc edidit. Illud dicavit Auctor Jacobo Antiquario.
- III. Universæ Curie compendium.
- IV. Opusculum inscriptum: Cento facetiæ; scripsit testecodem Joanne Morro.
- V. De Conclavi Alexandri VI. Rom. Pontificis. MS. extat Patavii in Bibliotheca S. Mariæ in Vantio, ut notant Auctor Biblioth. Pontificiæ, & Tomasinus in Bibliothecis Patavinis.
- VI. De Vita Virorum doctrinâ illustrium Liber; testecodem Antonio Teifferio.
- VII. Vita Joannis Antonii Campani, cujus Opera omnia ipse edidit, non sine ingenti labore, quippe qui Præfationes, Adnotationes, & alia de suo addidit. Indicem Operum Ferni hausimus è Schedis Mazzuchellianis.
 In libro VII. Epigrammaton Lancini Curtii editionis Mediolanensis ann. 1521. extat Carmen ad Michaëlem Fernum Mediolanensem pag. 100. atque ad eundem libro XIV. extat Tetrastricon p. 48.
 De Michaële Ferno, præter citatos, agunt Sironus in Schedis, & Picinellus in Athenæo pag. 427.

DCCLVII.

DCCLVII.

FERRARIUS AMBROSIUS.

Ambrosius Ferrarius Mediolanensis, post laudabiliter exactam adolescentiam, divinæ servituti florenti adhuc ætate, sub Sancti Benedicti Regula se totum dedit. Ubi Vota sua Domino reddiderit, Armellinus loco citando, se nusquam reperisse affirmat, sed hoc tantum compertum habere, Ambrosium Monasterio Sancti Benigni Genuensis Urbis præfuisse Abbatem. Græcæ, Hebraicæ, & Latinæ linguæ peritiâ commendatur; nam eo tempore claruit, quo Cassinensis Congregatio Viris doctis, si quando alias, linguis præsertim Græca, & Hebraica abundabat, quorum consuetudine, in primisque Hilarionis Corbettæ (de quo jam dictum est loco suo) ac ingenio suo eò processit Ambrosius, ut Orbis litterarii insigni commodo, sequentes Lucubrationes exaraverit.

I Origenis Commentaria in Joannem, ex Græco in Latinum Sermonem conversa, quam quidem translationem confecit anno MDL. estque Opus sexcentis, & amplius paginis constans, tribusque Voluminibus comprehensum, ut ex libro Epistolarum laudati Hilarionis pag. 347. & pag. 701. cui idem Ambrosius translationem suam corrigendam tradiderat. Impressa primò fuit hæc Ambrosii interpretatio Venetiis anno 1552. operâ Andreæ Spinelli; iterumque Rothomagi anno 1668. In secunda parte Operum Origenis, quæ Græco-latina edenda curavit Clarissimus Petrus Daniel Huetius, ipse in prima parte Origenianorum lib. III. pag. 453. sic habet:

„ Ambrosius Ferrarius Monachus Casinas interpretatus est Origenem in Johannem, secundum exemplar Venerum Bibliothecæ Sancti Marci, quod in Tomos XXXII., aliquot tamen lacunis abruptum divisum erat, sed hæc divisio confecta erat, ut ex Sixto Senensi, à quodam Græculo, ut librum majori pretio venderet tali adinvento, nam constat ex XXXII. illis Tomis ab Origene in Joannem exaratis, plures perisse, & tantum novem disjunctos, & disruptos extare, ut palam fit ex Codice Bibliothecæ Regiæ Parisiensis; itaque triginta illi & duo Tomi, vel libri à Ferrario translatis non sunt aliquid amplius, quam illi novem ab impostore in XXXII. immensis lacunis vacuos, & divisos, quam tamen fraudem ipse etiam Ambrosius, utpote Vir eruditus, odoratus fuit. Hæc Huetius.

Extat ad eum Epigramma Petri Leonis Vercellensis, & Canonici Scalensis, in quo Ambrosius dicitur Rector Ecclesiæ Mazentiarum, inter Opera ejusdem Leonis Mediolani edita.

Ferrarii nostri meminerunt cum laude Antonius Possivinus in Append. Sacr. Tom. I. pag. 73. editionis Venetæ anni 1606. & Colon. anni 1608. pag. 64. Georgius Matthias Conigius Biblioth. Vet. & Nov. Altorfii edita anno 1678. pag. 300. col. 2., ubi Græcè doctum eum vocat, floruisse afferens anno MDLII., quo nimirum anno translationem suam edidit. Conradus Gesnerus in Appendice Bibliothecæ suæ. Armellinus in Biblioth. Benedictino-Cassinens., & Picinellus in Athenæo pag. 23.

DCCLVIII.

FERRARIUS ANTONIUS MARIA.

Patriam suam Mediolanum non minus quàm Congregationem Clericorum Regul. S. Pauli Decolati, qui Barnabitæ nuncupantur, Antonius Maria Ferrarius doctrinæ suæ splendoribus exornavit. Summo fuit ingenio præditus, atque Ordinis sui Moderatoribus jubentibus in Urbe Macerateni integrum Philosophiæ cursum confecit. Hoc munere cum laude gesto, ad Divini Verbi prædicationem assumptus est, quam in pluribus Italiæ Urbibus etiam primariis ministrans, multorum animas ad rectè vivendi normam composuisse traditur. Sanctorum quoque publicas commendationes, plaudentibus auditoribus, multis in locis habuit. Collegio suorum Montis-acusi sexennio præfuit.

A Ex ipsius Concionibus Quadragesimalibus, & Orationibus Panegyricis hæc tantùm prodierunt in lucem:

- I. Panegirico della B. Vergine d' Oroppa. Torino. 1716. in 4.
- II. Altro della Sagra Spina del Redentore, che si venera in S. Antonino di Piacenza. Hæc Suis debemus.

DCCLIX.

FERRARIUS BARTHOLOMÆUS.

Bartholomæus Ferrarius filius fuit Joannis, Anno MCCCCLXXIV. Mediolanensis Patriæ suæ Decurionis, & nobilis Thomasinæ de Porris de Lentate conjugum: Anno MDXIII. Mediolani Decurio, ac Ducalis Quæstor Magistratus Ordinarium Reddituum Status Mediolani renunciatus est, item Comes ac Feudatarius Burgi Desii, Ducatus Mediolani. Anno dein MDXVIII. ex LX. Decurionibus Civitatis Mediolani, ac Præses Magistratus extraordinarium Reddituum ejusdem Status Mediolani electus fuit. Ejus indignissimam eadem Anno MDXX. patratam narrant Scipio Vegius Ducalis Mediolani Collegiatus Protophyficus, & Senator in Histor. rerum in Insubribus gestarum, sub Gallorum dominio lib. prim. versus fin. pag. 696. Bernardinus Fernus in Histor. Bellor. naufragii Italici lib. prim. pag. 2. MSS. ambo penes clariss. Advocatum Sitonum, Franciscus Guicciardinus in Hist. Ital. lib. 14. pag. 386. à tergo. Venet. An. 1565. in 4., Galeatus Capella de restit. Francisci Sfortiæ II. Duc. Mediol. lib. 1. pag. 13. Venet. an. 1535. in 8., Carolus Hieronymus Cavatius à Somalea in Alleviamento Stat. Mediol. in princip. sub an. MDXVIII., Advocatus Joannes Sitonus in Chron. Colleg. J. PP. art. 605. pag. 150. Joseph Benaluis in Histor. Magistr. Extraord. Stat. Mediol. pag. 15., quos omnes Auctores latius allegat idem Advocatus Sitonus in Monumentis Nob. Familiæ Ferrariæ Mediolanensis, MS. in fol. penes eundem Auctorem.

Laudatur ejusdem

- I. Oratio ad Comenses habita Anno MDXIII. favore Ducis Maximiliani, quæ recensetur à Tatto lib. VII. Decad. III. pag. 485. Annal. Comensium.
- Extant ad eundem duo Epigrammata Lancini Curtii lib. XIII. fol. 43., & lib. XVI. fol. 80. Carminum ipsius.
- Ex citatis Auctoribus, & Schedis Sitonianis.

DCCLX.

FERRARIUS BARTHOLOMÆUS alter.

AD alterum nunc Bartholomæum ex eadem Ferraria Gente ortum gradum facimus, qui in hac Urbe, ubi lucem viderat, per plurimum annorum curriculum Ratiocinator publicus extitit. Hic ut artis suæ Professoribus prodesset, non sine ingenti labore, sequens Opus composuit, in quo mirabilis est ingenii illius eruditio in rebus ad Nummariam spectantibus, adeò ut quoties pecuniarum augmenta, ac diminutiones evenire possint, uno velut intuitu Lectores aspiciant.

Opus

Opus ipsum suppresso licet nomine hoc titulo edidit :

- I. Tariffa del valore delle Monete d'oro, e d'argento dall' anno MCCCLX. per tutto l'anno MDCLXXIII. nel quale si vede fedelmente descritto l'aumento che anno fatto dette Monete di tempo in tempo. *In Milano, per Gio: Battista Ferrario, senz'anno, in 12.*
De eo Sironus in Schedis, & Picinellus in Athenæo pag. 68.

DCCLXI.

FERRARIUS BASILIUS.

Basilus Ferrarius Mediolanensis, & morum candore & doctrinæ laude commendabilis, Ordinem Minorum Conventualium in ipso juventutis flore amplexus, tantum brevi in Philosophicis ac Theologicis disciplinis profecit, ut in Comitibus Provincialibus Magdalonæ habitis anno MDCXXI. totius Ordinis Generali Ministro Montanario fuerit insignitus. Præter Latinam linguam, Gallicam etiam, atque Hispanam colluit. Plures propterea in Aula Mediolanensium Ducum Conciones Hispano idiomate habuit. Hinc Basilius ipsis, atque Archiepiscopis Mediolanensibus adeo charus exitit, & tanti apud ipsos fuit, ut non rarò ad eum invisendum sese conferrent. Concionum, quas modo in Provincialibus, modo in Generalibus ordinis sui Comitibus, atque in primariis Italiæ Urbibus habuit, emenso summa cum laude curriculo, in Provinciali Capitulo Bergomi habito anno MDCXLI. Præsul Mediolanensis Provinciæ est renunciatus, dignus postmodum, quem Hispaniarum Rex Generalem ordinis Ministrum eligi concupiverit. Visitatoris munus in Januensi, & Præfecti Capituli in Taurinensi Provincia anno MDCLII. munus obivit. Mediolanense sui ordinis Cœnobium iterum, iterumque rexit; eoque id muneris administrante solemne in Divi Antonii Pataviani honorem institutum est Octavarium, tum ob Senatus, & Magistratum, ac Tribunalium Ordines interessentes, tum ob electos Oratores Panegyres singulis diebus recitantes, hodierna adhuc ætate præclarum. Podagra cum laboraret sellam sibi paraverat, qua commodè quaquaversus libros excipere posset, à quorum lectione ipsum vehementes amovere dolores vix poterant, quibus afflictabatur. Extremos vitæ agones pertimescens, Deum enixè precabatur, ut placida morte perfunctus, ad requiem evolare posset. Nec spem fefellit eventus; in extrema siquidem vitæ periodo, defixis in Deiparæ Imaginem oculis. tranquillè decessit; anno MDCLVI. ætatis suæ LXIII. die XIII. Januarii; dum Catholicus Rex eum toti Ordini præficiendum curabat. Eximio Funeri superstitem memorant impensa Mediolanensi Monasterio beneficia, ampliores enim Cœnobii Aedes, & potiora Bibliothecæ Volumina ipsi debentur.

Opera ejus hinc damus:

- I. Discorsi per l'aspettazione del Parto di Maria Vergine, nella Novena del Santo Natale.
II. Panegirico per Sant' Antonio da Padova. Duo hæc Opera edita fuisse asserit Picinellus, qui tamen, ut consuevit, nihil omnino de anno, loco, & impresore tradidit.
III. Epistolæ plures Latinæ ad Antonium Majoragium.
IV. Aliæ ad Franciscum Cicerejum, quibus eidem commendat Joannem Stephanum Ferrarium, tunc ipsius discipulum. Extant omnes cum Responsionibus in MS. Epistolari Cicereji Bibliothecæ Fratrum Marchionum Vicecomitum.
Laudatur à Franchino in Bibliophia pag. 101. atque à Picinello in Athenæo pag. 74.

DCCLXII.

FERRARIUS CHERUBINUS.

Cherubinum Ferrarium Mediolanensem nunc in medium prolaturi sumus, Virum eruditissimum. Adhuc adolescens Carmelitarum Institutum, & ejusdem Ordinis Congregationem, quam Mantuanam appellant, elegit, ut Deo sibi que, à sæcularibus curis liber, vacare posset. Mira fuit ingenii perspicacitate dotatus, ac Philosophicas, divinasque litteras, in quibus magister renunciari meruit, apprimè calluit. Oratoriam vero, ac Poeticam facultatem plurimum adamavit, quod satis innuunt ab eo conscripti, editique Codices mox recensendi. Apud Sanctum Carolum hujus Metropolis Antistitem celeberrimum tanti fuit, ut cum aliquando in Cœnobio Sancti Joannis, cui cognomen ad Concham, in hac Urbe cibum sumpturus recumberet, Ferrarium concionantem è Triclinii suggestu audire voluerit. Serenissimi Mantuani Ducis Guillelmi Theologus electus, in Aula ejusdem Principis magnà cum existimatione aliquandiu versatus est. Concionatoris munus in multis Italiæ Urbibus præclare gessit adeo, ut ad idem Officium in Apostolico Palatio administrandum assumeretur. Contractas prisorum siglas passim in Nummis, veteribusque Codicibus, ac marmoribus occurrentes, in quibus explicandis Ædipo nonnunquam opus est, diligenti investigatione scrutatus fuerat, ideoque ad ipsum persæpè tanquam ad Oraculum declaranda hujuscemodi Monumenta deferebantur. His omnibus animi dotibus accedebat Latini, Græci, & Hebraici sermonis peritia, moresque homine verè religioso digni. Obiit circa annum MDCLXXV.

Scripsit plura quæ à Variis relata sunt, alia vero ad manus meas pervenere, videlicet

- I. Orazione in lode della Città di Bologna. *Ivi, 1593. in 4.*
II. Predica sopra le parole del Vangelo: *Memento homo quia cinis es*: detta nella Cattedrale di Bologna. *Ivi, 1599. in 4.*
III. Orazione in lode di S. Cecilia Vergine e Martire. *Milano, 1599. in 4.*
IV. Orazione nelle nozze di D. N. Odescalchi e D. Angela Marliana. *Ibid. 1619. in 4.*
V. Orazione nella nascita del Principe Francesco Gonzaga. *Ibid. 1611. in 4.*
VI. Lagrime dell'Insubria nel compassionevol caso avvenuto al Sig. Marchese D. Ottavio Gonzaga sotto l'assedio di Vercelli: Orazione. *Ibidem, per il Malatesta, 1617. in 4.*
VII. Orazione avuta in Bologna nel Capitolo Generale della sua Religione. *Ivi, 1598. in 4.*
VIII. Orazione in lode della nuova elezione del suo Vicario Generale. *Ivi, 1599. in 4.*
IX. Predica nella quale con ragioni, autorità, ed esempj si mostra, che giusta, e santa è l'impresa di cacciar gli Eretici dalla Valtellina. *Milano, per il Malatesta, 1621. in 4.*
X. Orazione per la nascita del Primogenito di Mantova. *Milano, presso il Lantoni, 1611. in 4.*
XI. Orazione per le Nozze di Francesco Filiberto Ferrari de' Fieschi, e Francesca Grilietta de' Principi di Mafferano. *Milano, 1603. in 4.*
XII. Predica sopra la Fede Cristiana, per la quale alcuni Soldati abjurarono pubblicamente la loro Eresia. *Milano, 1619. in 4.*
XIII. Lettera Consolatoria alla Principessa Orfini. *Milano, 1619. in 4.*
XIV. Vita della Beata Gioanna de Scopelli Fondatrice delle Monache Carmelitane di S. Maria del Popolo nella Città di Reggio di Lombardia. *Milano, per il Malatesta, 1617. in 4.*
XV. Giubilo della Città di Casale del Monferrato per l'ingresso del Vescovo Monsignor Scipione Agnelli. *Casale, 1624. in 4.*
XVI. Racconto della solennissima Processione fatta in Milano con l'Immagine della Beata Vergine di S. Gio. in Conca. *Milano, 1614. in 4.*
XVII.

- XVII.** Istoria della miracolosa Statua di Maria Vergine, ritrovata in un Campo fuori di Vinovo, Terra del Piemonte. *Torino, presso il Pizzamilio, 1614. in 8.*
- XVIII.** Relazione dell'Incoronazione dell'Immagine della Beatissima Vergine fatta in Brescia. *Ivi.*
- XIX.** Fiori delle grazie, e delle bellezze di Nostra Signora di Casale Monferrato, Madrigali **XXVI** *Ivi, 1610. ed in Milano, 1613. in 4.*
- XX.** Componimenti Poetici sopra diversi bellissimi soggetti, dedicati all'Arcivescovo di Salsburg. *Milano, presso il Ferioli, 1617. in 4.*
- XXI.** Stanze sopra le Stigmate di S. Francesco, con l'esposizione del Padre Aurelio Corbellini Agostiniano. *Casale, presso il Goffi, 1611. in 4.*
- XXII.** Gaudio di Maria Vergine nella Natività di Cristo, e pianto nella di Lui morte: Rime, colla Musica a tre voci. *Milano, 1618. in 4.*
- XXIII.** Rime sopra la Salutazione Angelica. *Parma, 1614 in 4.*
- XXIV.** Poesie in lode dell'Orazione del P. Maestro Cornelio Guarguanti, detta in onore di S. Girolamo. *Bologna, 1592. in 4.*
- XXV.** Elogj della Nobile Famiglia de' Borri.
- XXVI.** L'Allegrezza di Milano. Orazione nella venuta dell'Eccellentissimo Sig. Don Pietro di Toledo Oforio Marchese di Villafranca ec. Governadore di Milano, dopo l'espulsione degli Eretici dalla Valtellina. *Milano, per il Malatesta, 1616. in 4.*
- XXVII.** Il Trionfo di Milano nella venuta dell'Eccellentissimo Sig. Don Gomez Suarez, Duca di Feria ec. Governadore di Milano. *Ivi, per lo stesso, 1618 in 4.*
- XXVIII.** Il Trionfo di Novara nella venuta del Cardinale Ferdinando Taverna Vescovo di Novara. *Milano, per il medesimo, 1616. in 4.*
- XXIX.** Lagrime della B. V. presso la Croce, Poesie. *Milano, per il Nava, 1623. in 4.*
- XXX.** Devotissime Lodi, ed Orazioni da cantarsi, e recitarsi alla Madonna Santissima delle Grazie di Vimercato. *Milano, per il Malatesta, 1621. in 4.*
- XXXI.** Quadragesimale compiuto. MS. autographus in 4. magnæ molis, extat in Bibliotheca Suorum Sancti Joannis ad Concham Mediolani.
- XXXII.** Expositio in Aristotelis Philosophiam. Vol. V. in 8. justæ molis, optimè scripta. Extant ibidem.
- XXXIII.** Carmina ejusdem Italica extant in Collectione Borgonii MDXCIX. Laudatur à Vagho pag. 333. à Felina in ejus Museo, etiam addito Epigrammate, à Borferio in Supplemento Nobilitatis Mediolani cap. 12., à Joanne Petro Crescentio in Præsidio Romano p. 3 lib. 3., ab Hyppolito Maraccio in Bibliotheca Mariana p. p. pag. 274. & à Picinello in suo Athenæo pag. 145.

D C C L X I I I .

FERRARIUS FRANCISCUS.

EOs inter omni semper laude dignissimos Viros, qui recenti Oblatorum Congregationi à Sancto Carolo institutæ nomen dedere, enumerandus venit Franciscus Ferrarius, Sacræ Theologiæ laureâ insignitus, quem per litteras idem Beatus Antistes datas in Urbe Roma certiore fecit, gratissimum sibi fuisse in novo Cœtu illo Ferrarium computari. Et ille quidem, donec Sanctus Carolus fuit inter mortales, in patria constitit, at eo terris sublato ad Cathedralis Cremonensis Canonicatum assumi promeruit. In eadem Ecclesia Theologalem Præbendam obtinuit, sub Joanne Baptista Brippio illius Sedis Episcopo, qui cessione Pauli Æmilii Cardinalis Sfondrati Anno MDCX. ad eam pervenit Sedem, tamen Ughellus Anno tantum MDCXVIII. id accidisse scripserit. Dolebat tam eruditi hominis absentiam Mediolanum, adeo ut instante etiam eximio Cardinali Federico Borromæo per epistolas ad supradictum Eminentissimum Sfondrati scriptas, jam ad Patriam evocandus extiterit, sed morte immatura præventus, quod molestè accidit Mense Martio Anni MDCXVII. desiderium sui Civibus mœstissimis reliquit.

Tom. I.

De eo habemus

- I.** Vita S. Eusebii Civis Cremonensis. *Cremona, apud Draconium, 1612. in 4.* Hanc scripsit instante ipsa Cremonensi Civitate, atque Clarissimus Bollandus eam intulit in T. I. Februarii, magni Operis, cui titulus: Acta Sanctorum, pag. 69.
- II.** Responso X. pro D. Margarita filia D. Co. Sfortie Mayni. Sine loco, anno, & Typographo, in fol.
- III.** De nova Creatione Gregorii XIV. Oratio. *Mediolani, apud Picaleam. 1591. in 4.*
- IV.** La Sirena del Mar Tyreno, Rime. *Milano, per il Lantoni. 1612. in 12.*
- V.** Ester esaltata da Francesco Ferrario, al Cardinale Girolamo Colonna Arcivescovo di Bologna. *Ivi, presso il Monti. 1637. in 12.* Cum tamen hos duos Codices ultimos præmanibus non habuerim, anceps sum, an revera Auctor ipsorum, & præsertim ultimi, post mortem hujus Ferrarii de quo agimus, impressi, sit Franciscus noster.
- Franciscus Cicerejus ad eundem Ferrarium, de quo agimus, plures litteras eruditas dedit, quæ leguntur in MS. ipsius Cicerei apud Fratres Marchiones Vicecomites, ut jam diximus.

D C C L X I V .

FERRARIUS FRANCISCUS BERNARDINUS.

FRanciscus Bernardinus Ferrarius, Fabricii filius, anno MDLXXVI. in lucem editus, tantâ apud Conives suos Mediolanenses, imò, ut verius loquar, penes totam Litterariam Rempublicam doctrinæ famâ est commendatus, ut nullâ ampliùs laude indigere videatur. Sacris addictus, non ea tamen neglexit, quæ ad eruditionem pertinent etiam profanam. Philosophicas & Theologicas quæstiones, in quibus versatissimus erat, amœnioribus studiis condiebat, Poësis videlicet, & Historiæ præsertim Ecclesiasticæ. Græcam, Latinam, Hetruscam, Hispanicam, Gallicam Linguas optimè noverat; ideoque à laudatissimo Cardinali Federico Borromæo magna in existimatione habitus, & inter primos Doctores Ambrosiani Collegii ab eo creatus est. Illi quoque Volumina selectiora ad celeberrimæ Bibliothecæ (quam Borromæus ipse ad immortale hujus Urbis decus, & studiorum utilitatem erexit, ut alibi jam dictum fuit) ornamentum comparandi provinciam demandavit. Quocirca plures peragravit Regiones, nam ex Januensi littore in Hispanias contendit, quas pervagatus diligentissimè, licet quandoque lethali morbo extrema minante præpeditus fuisset, uberem Voluminum messem in patriam retulit. Diuturnam illius peregrinationem, exantiosque labores prolixâ narratione describit Petrus Paulus Bosca loco infra citando. Igitur Patriæ, & Oblatorum Congregationi, cui jam pridem nomen dederat, redditus, ab Eruditis omnibus totius Europæ maximo in honore haberi cœpit, adeo ut ex Hispania, Germania, Gallia, Polonia, ejus videndi studio plurimi pergerent in Insubriam. Loco Balthassaris Bonifacii circa annum MDCXXXVIII. Præfectus fuit Collegio Nobilium, recens Patavii condito; indè tamen post annos duos infirmæ valetudinis causâ, Mediolanum reverti coactus est. Studiis igitur suis in patriâ semper intentus ad extremum usque senium pervenit. Mortalitem exiit III. Kal. Februarii, anno post Christum natum MDCLXIX. cum Bibliothecæ Ambrosianæ Præfecturam ab anno MDCL. ad MDCLXIII. gessisset. Plurimum etiam laudis in eum redundat ex eruditione Octaviani ejus ex fratre nepotis, & discipuli, de quo suo dicendum loco. In Operibus tamen ab ipso conscriptis illud certè elucet, quod de Ferrario nostro scripsit Ripamontius his verbis: „Ingenio, styloque elegans, & Ecclesiasticæ antiquitatis pertractatione, „ copiosus, ac profundè peritus &c. Ejus Lucubrationes sæpè reculsæ sunt; Volumen enim præsertim

Gggg de

de Ritu sacrarum Concionum quod num. II. dabi-
mus, rarissimum effectum fuerat, quod cum Federi-
cus Cardinalis de eodem fermè argumento Opus
suum vulgavisset, videlicet, de Episcopo Concio-
nante, quemadmodum in ejus Elogio diximus, ma-
joris tanquam luminaris splendore obumbratum Fer-
rarii Volumen quodammodo delitesceret.

Plurima conscripsit, quorum hîc Indiculum te-
ximus.

- I. De Veterum acclamationibus & plausu. *Mediolani, ex Typographia Collegii Ambrosiani, 1627. in 4. optima editio. Idem Opus recudit in Antiquitatibus Romanis celeberrimus Joannes Georgius Grævius Tom. VI. pag. 1.*
 - II. De Ritu Sacrarum Ecclesie Catholice Concionum. *Mediolani, apud Bidellum, 1618. in 8. & iterum ex Typographia Collegii Ambrosiani, 1620. in 4. & Parisiis, apud Belaine, 1664. in 8. necnon & Ultraje-cti, 1692. in 8. cum Præfatione supradicti Grævii. Demum Verona, 1729. in 8.*
 - III. De Antiquo Ecclesiasticarum Epistolarum genere. *Mediolani, 1612. in 8. Venetiis, 1616. & Colonia, apud Kinkium, 1619. in 8.*
 - IV. Carmina Latina extant in Libro sic inscripto: „Componimenti di diversi, per il Dottoramento di Gio. Francesco Sorbelloni. *Pavia, 1559.*”
 - V. Alia tam Latina quam Italica pro laurea Cæsaris, & Marci Antonii Montii, collecta à Nicolao Arigonio. *Ticini, 1617. in 4.*
 - VI. Epistolas ejus plures diversi generis eruditionum, extare MSS. in Bibliotheca Sanctæ Mariæ in Vantio, testatur Cl. Thomassinus in Bibliothecis Patavinis.
 - VII. De Annulis.
 - VIII. De Artificio manu loquela.
 - IX. Gymnastica Sacra, sive duriores veterum Christianorum ad corpus edomandum artes.
 - X. De Funere Christiano.
 - XI. Obscuriorum in Ecclesiastica antiquitate vocum illustratio.
 - XII. Syntagmata Ecclesiastica.
 - XIII. De multiplici luminis instrumento, & usu apud Veteres.
 - XIV. De pedum tegumento, & ornatu.
 - XV. Athenæ Mediolanenses.
- Hæc à numero VII. ad XV. Manuscripta hausimus partim ex Picinello, qui asseruit apud Auctorem reperiri, dum ipse Athenæum Mediolanense scriberet, partim ab Auctoribus infra recensendis.
- Præfato Francisco Bernardino Ferrario Clarissimus, olim Jatrofophus Johannes Baptista Sitonus Mediolanensis Tractatum XXXII. suorum Jatrofophiæ Miscellaneorum impress. 1. *Patavii an. 1641.*, 2. *Monast. Emsfeldensis an. 1669.*, & 3. *Colonia Agrippine an. 1676.* nuncupavit his verbis: „Insigni Philosophiæ, & Theologiæ Doctore, Philologo que eruditissimo D. Francisco Bernardino Ferrario, &c. Dat. ex Ly.æo nostro VI. Idus Januarii MDCXXXV. III.
- De eo cum summa laude agunt Joseph Ripamontius Hist. Patriæ Decad. V. lib. 3. cap. 20. & alibi, Bosca de Orig. & Statu Biblioth. Ambrosianæ lib. II. Joseph Laurentius in Polimathicæ lib. I. Dissert. XXV. Ghilinus in Theatro litterat. part. I. J. C. Joannes Sitonus in schedis, in quibus Genealogicam Ferrarii nostri seriem nobis gratiosè suppeditavit. Morerius in Lexico, Liber inscriptus *la Galleria di Minerva Tom. II. pag. 124.*, & alter *le Glorie degl' Uomini illustri dell' Accademia degl' Incogniti di Venezia, 1647. in 4.*, & Picinellus in Athenæo pag. 200.

DCCLXV.

FERRARIUS FRANCUS.

FRANCUS Ferrarius Mediolanensis summo vir ingenio, die XXV. mensis Januarii, An. MDCLII. solemnibus votis in Monasterio Sanctæ Mariæ Charavallis Sacro Cisterciensium Instituto se adstrinxit. Romam deinde missus studiorum causâ, in celeberrimo Sanctæ Crucis Cœnobio, cui tunc præerat laudatissimus Abbas Hilarion Rancatus, à nobis alibi commendandus, eâ diligentia sacris vacavit litteris,

A ut ipsum dignum existimaverit Rancatus, qui in Apostolicis eruditis laboribus sibi comes adderetur. Id constat ex Brevi Alexandri Pontificis hujus nominis VII. dato Romæ die IX. mensis Augusti Anno MDCLXI. in Volumine Indicis Bibliothecæ infra memorandæ inserto, ubi hæc inter cætera leguntur: „Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus Hilarion quod ipse, quæ ut asserit jam à trigintaquinque annis Abbas in dicto Ordine existit, & quadragintaduorum annorum jam exactorum spatio operam in Apostolicæ Sedis negotiis vacare sedulo studeat, ob senium, corporisque infirmitates, quibus premitur, ferendis de cætero studiorum laboribus imparem se modo agnoscit, nisi in focii ministerio sublevetur, quocirca sibi in focium, & coadjutorem studiorum jam à die Maji proximè præteriti assumpsit dilectum pariter filium Francum Ferrarium, expressè pariter professum Congregationis antedictæ, ætate, ingenio, doctrina, moribusque, & corporis sanitate ad id munerisabilem, & idoneum, qui nisi hoc ministerio impediretur à Superioribus dictæ Congregationis lecturæ Scientiarum adhiberetur, & postquam illam septennii spatio obiisset, voti Capitularis perpetui prærogativâ, juxta Constitutiones prædictæ Congregationis, gauderet. Hujusmodi precibus benignè annuit Pontifex, ut ex iisdem brevibus litteris apparet. Cum autem Hilarion dilectissimo Ferrario suo cuncta à se conscripta Opera donasset, & eum Bibliothecæ suæ præfecisset, à Pontifice impetravit, ut Franco liceret ex preventibus quorundam bonorum ab Hilarione ipso acquisite annuum stipendium CL. Scutorum percipere, & ut universis Ordinis Moderatoribus nefas esset Ferrarium ab eo munere remove; ut ipsa Bibliotheca augetur in dies, prout hodie quoque in præfato Urbis Monasterio visitur. Abbatis postmodum dignitate præfulsit in variis Ordinis sui Cœnobiis, & tandem promotus est ad regendum Asceterium Sancti Joannis Baptistæ Oppidi Caravagii, ubi ex paternæ hæreditatis censu plura contulit & Sacratio, & ædificiis ornamenta. Adversâ hinc valetudine pressus Mediolanum se contulit, atque in Monasterio Sancti Ambrosii terris valedixit, Anno post Christi Domini Nativitatem MDCCXI.

En operum ejus Elenchus.

- I. Lectiones de Physica in Collegio Sanctæ Crucis in Hierusalem de Urbe habitæ, Annis MDC-LXVI. & MDLXVII.
- II. Lectiones de Generatione, & Corruptione.
- III. Lectiones de octavo Physicorum.
- IV. Tractatus, & Lectiones in primam secundæ D. Thomæ.
- V. Tractatus de Conscientia.
- VI. Tractatus, & Lectiones de Incarnatione, habitæ Romæ in Collegio eodem, Anno MDCLXXII.
- VII. Rudimenta Spheræ Astronomicæ.
- VIII. De Horologiis solariis Horizontalibus, & aliis. Ibid.
- IX. Breve Trattato nella Sfera del Sacro Bosco.
- X. De Horologiorum Sciotericorum delineatione.
- XI. Metereologica Disputatio de Cometis.
- XII. De addiscenda lingua Syriaca.
- XIII. Pro Hebraica lingua scribenda, & legenda.
- XIV. Inventario delle antiche scritture del Monastero d'Acquafredda.
- XV. Index Codicum antiquorum in eodem Monasterio existentium Anno MDLXXIV.
- XVI. Annorazioni sopra il detto Monastero, e Chiesa.
- XVII. Chronicon Basilicæ, ac Monasterii Sanctæ Crucis in Hierusalem.
- XVIII. Notationes pro Monasterio Locedii à quodam Martyrologio antiquissimo Manuscripto.
- XIX. De illis qui Abbates nostros malunt Prælatos vocare, quàm Abbates.
- XX. Paupertas quæ?
- XXI. De obligatione Cisterciensium circa Psalmos Graduales.
- XXII. De quibusdam Viris Illustribus Ferrariis.
- XXIII. De Aquæductu Vinæ Sanctæ Crucis.
- XXIV. De Atilio Petrasancta Episcopo Viglevanensi Monumenta.

XXV.

- XXV. Regula S. Patris Benedicti, cum variis Observationibus. Ibid.
- XXVI. Ritus Divini Officii, secundum usum Cisterciensium per alphabetum dispositi.
- XXVII. Alia ad idem Officium, & ceremonias spectantia.
- XXVIII. Genuensis Servæ Dei Donnæ Baptistæ Vernatiæ Ordinis S. Augustini Canonicorum Regulæ Vita.
- XXIX. Opera particularia D. Augustini adhuc inedita, quorum Index mittitur in Gallias pro nova editione Operum omnium ejusdem, quam Monachi Congregationis Sancti Mauri moluntur.
- XXX. Vitæ SS. mittendæ in Belgium ad P. Joannem Bollandum.
- XXXI. Censura ad Librum Jo Baptistæ Thierry de Fefforum imminutione.
- XXXII. Ritus servandi a Cisterciensibus in abdicatione proprii Breviarii, & Missalis, & receptione Missalis, ac Breviarii Monastici Benedictini.
- XXXIII. Lectiones novæ pro Officio S. Gulielmi Episcopi Ordinis ejusd.
- XXXIV. Index antiquorum Manuscriptorum Bibliothecæ P. Abbatis Don Hilarionis Rancati, quo unice utebatur.
- XXXV. Ejusdem Indicis explanatio jussu D. N. Papæ Alexandri VII.
- XXXVI. Secunda pars antiquorum Manuscriptorum eorum, qui extra præfatum Indicem reperti sunt, maxime in lingua Anglica. Ibid.
- XXXVII. Explanatio Codicum antiquissimorum MSS. Bibliothecæ Sanctæ Crucis in Hierusalem de Urbe. Partes tres.
- Sunt omnia MSS. in Bibliotheca Monachorum Cisterciensium in Oppido Caravagii à me inspecta, Vol. IV. in fol. unacum variis Opusculis MSS. Hilarionis Rancati, de quibus suo loco.
- De hoc Eruditissimo Viro agit Canonicus Jo. Andreas Iricus in Dissertatione sua: de tempore quo Sanctus Oglerius Locediensi Monasterio Abbas præfuit: brevi edendâ, unâ cum Historia Tridinenfi ab eodem doctis. Iricus conscripta.

DCCLXVI.

FERRARIUS HIERONYMUS.

Octavianum Ferrarium, quem ob eruditionis gloriam suo loco paulo post commendabimus, & Juliam item Ferrariam Mediolanenses conjuges, Hieronymus parentes habuit. Patris ingenium, & celeberrimam doctrinæ famam tanquam speculum præ oculis habens, turpe sibi duxit otio contabescere. Quocirca ingressus arduum virtutis iter, ad eloquentiæ studia totum convertit animum, & tantam quidem contentione cœptis institit, ut eum spes sua non fefellerit. Pauca tamen ex eruditis ejus laboribus nobis superfuere.

JOH. ANTONIVS FERRARIVS

VIVENS CELLAM CVM ARA CHRISTO AEDIFICAVIT

VT EI RES DIVINA QVOTIDIE FIERET

ANNVAM MERCEDEM CONSTITVIT

MAIORVM SEPVLCHRVM AMPLIAVIT

SIBI ET IVLIAE FLORENTIAE VXORI CASTISSIMAE

POSTERISQVE SVIS

ET GENTI FERRARIORVM VNIVERSAE.

QVAESTVRAM VRBANAM ABSTINENTISSIME GESSIT

FRANCISCO II. DVCE ET CAROLO V. IMP.

VIXIT ANN. LVIII.

ANN. MDLIII. LIBERI SEX PATRI OPT. P.

Nimirum:

- I. Emendationes in Philippicas Ciceronis, cum Epistola Auctoris ad Paulum Manutium Aldi filium, data Romæ Anno MDXLII. Lugduni, per Antonium Vincentium, 1562. in 8.
- Laudatur à Celebrissimo Cuvicaccio, in Observationibus, à Paulo Manutio, atque Abbate Piccinello in Athenæa pag. 339.

DCCLXVII.

FERRARIUS JACOBUS.

Duobus Sæculis ante editionem Operis Jacobi Ferrarii infra memorandi, floruit in hac Metropoli alius ejusdem nominis, & cognominis, Joannis filius in Physicorum Nobilium Collegium cooptatus, Anno Reparationis humanæ MCCCCXLIII. de quo mentio occurrit in Matricula apud Curtium de Claris Medicis Mediol. pag. 288. Noster autem initio mox lapsi Sæculi florens cum à nonnullis eos contractus damnari doleret, qui apud Mediolanenses iniri solent in Bancho (ut vocant) Sancti Ambrosii, præclaram se facturum existimavit rem, si Opus ederet hoc titulo prænotatum:

- I. Defensio resolutoria in Contractus usitatos in Bancho Sancti Ambrosii. Mediolani, apud Malatestas, 1623.
- II. Allegationes plures in Collectionibus J. Consultor. à nobis centies judicatæ.

DCCLXVIII.

FERRARIUS JOANNES ANTONIUS.

EX Francisco, & Antonia Calcaterra conjugibus, Anno MCCCXCV. natus est Mediolani Joannes Antonius Ferrarius, quem in legalibus præcipue studiis commendandum sequentibus ex Consiliis facile intelligimus. In Ordinariorum Reddituum Magistratu annos aliquot cum integritatis laude Quæsturam administravit. Pietati verò suæ morem gerens in vetusta Basilica olim Sanctorum Naboris, & Felicis, nunc Sancti Francisci hujus Urbis, humani generis Redemptori Crucifixo ædiculam, & Altare excitavit, & congruo censu dotavit. Ex Julia Florentia sex genuit liberos, qui patri in peristylio ejusdem Templi, ætate nostro diruto, post mortem, quæ in Annum MDLIII. incidit, sepulto hunc titulum excitarunt:

Inter

Inter ipsius innumera Consilia, quæ à Variis citantur, hæc tantum supersunt :

- I. Consilia tria Joannis Antonii de Ferrariis: An in successione feudi frater patruelis præferatur filiis, quæ sunt inter Consilia Alberti Bruni feudalia, Conf. LXX. LXXI. & LXXIII., ubi conf. LXXII. & LXXIII. habes in eadem materia pro parte negativa incerti Auctoris.

Ex Draudii Bibliotheca Classica pag. 689.
Agit de ipso Cl. Sitou. pag. 173. art. 706.

DCCLXIX.

FERRARIUS JO. DONATUS.

Joannes Donatus Ferrarius cum avito sanguine doctrinam quoque à majoribus hausisse visus fuit. Adolescens Clericali militiæ adscribi postulavit, votique compos effectus, in primario hujus Metropolis Seminario litteras humanas divinasque sub optimis Præceptoribus audivit. Græci sermonis, & eloquentiæ peritissimus ad Philosophicas, atque Theologicas Doctrinas diligentiam suam convertit, brevique in sacra Facultate Magisterium obtinuit. Tum illustri Oblatorum Cœtui adscriptus, à Federico Cardinali Borromeo Ambrosiani Collegii Doctor constituitur, & Linguae Græcæ tradendis præceptis admovetur. Discipulos habuit præstantis eruditionis Viros Octavium Ferrarium, & Alexandrum Perlascam, quemadmodum & Federicum Abbatem Borromæum, postea ad sacram purpuram assumptum, atque Comitem Joannem ipsius Fratrem. Defuncto Meccenate suo, Romam contendit benignissimè exceptus à Cardinali Francisco Barberino, sicut etiam ab Urbano VIII. P. M. non sacrorum minus, quam litterarum Antistite. Deinde pingue Sacerdotium Dongi ad Larium lacum adeptus, Insubriam repetiit, ut in eo Oppido Archipresbyter curam animarum gereret. Triennio vix transacto rursus Romam contulit ab eodem Cardinali Barberino majoribus semper beneficiis cumulatus. Cum verò deinde reversus fuisset in Patriam, ipsius Cardinalis gratiâ Oppidi Merati Curio electus est, & quamvis jam apoplexis incursum sensisset, tamen gratum erga de se benemeritum Purpuratum testaturus animum tertio Romam perrexit; undè vix regressum die XIII. Martii anno MDCLXI. mors abstulit. Humillimus in summo omnium plausu fuit Ferrarius noster, honores mereri potius, quam assequi cupiens.

Illius scripta sunt :

- I. Pythagoræ Vita Græcè à Malcho Sen Porphyrio conscripta, Latine reddita à Johanne Donato Ferrario, ad Cardinalem Federicum Borromæum. *Mediolani, Typis Collegii Ambrosiani, 1629. in 8.*
- II. Oratio in Ascensione Domini, ad Cardinalem Franciscum Barberinum. *Roma, in 4.*
- III. Oratio in Funere Cardinalis Federici Borromæi. *Mediolani, ex Typographia Ambrosiana, 1631. in 4.*
- IV. Antichthon Pythagoræ.
- V. Credemnum Aulicum.
- VI. Moly Homericum.
- VII. Pseudacharistus.
- VIII. Aulici Pædia.
Hæc V. Opuscula Typis tradita fuere, *Mediolani, apud Gariboldum, 1660. uno Volumine in 4.* ad Cardinalem Franciscum Barberinum nuncupata.
- IX. Epistolæ plures doctissimæ ad Joannem Petrum Picinellum, extant in MS. Biblioth. Ambrosianæ sign. D. n. 115. in fol.
Plures ad eum ab Eminentissimis Cardinalibus Barberinis datas litteras ait Picinellus apud Auctoris nostri hæredes extitisse.
Ipsum laudant Petrus Paulus Bosca in libro de Origine & Statu Bibliothecæ Ambrosianæ, Abbas Philippus Picinellus in Athenæo pag. 297.

DCCLXX.

FERRARIUS DE GRADI JOANNES MATTHÆUS.

Joannes Matthæus Ferrarius, ex Pago de Gradi, seu Agrate prope Vicomercatum Oppidum non ignobile Ducatus Mediolanensis, ubi in lucem venit, dictus de Gradi, vel de Gradibus, quem Picinellus divisit in duos, paginâ scilicet Athenæi sui 310. Joannem Matthæum, paginâ verò 417. Matthæum tantum proferens, nobilissimis natalibus editus avitam sanguinis claritatem ingenii sui splendoribus auxit. Physicam facultatem diligentissimè didicit, & laureâ decoratus, Nobilium Mediolanensium Medicorum Cœtui nomen dedit die XII. Aprilis, Anno MCCCCXXXVI. Aliis ut in eadem Arte præluceret, primariâ Physicæ Cathedrâ in Ticinensi Archigymnasio donatus fuit, quod munus tam præclare gessit, ut Ducalis Protophysicus, & Blancæ Mariæ Insubriæ Ducissæ Archiater creari meruerit. Anno MCCCCLXXII. die XXV. Januarii Codicillares Tabulas conscribi jussit, in quibus per Joannem Franciscum Guaterum Tabellionem exaratis in Urbe Papiensi, ejusdem Civitatis Nosocomium sub titulo Sancti Matthæi hæredem ex asse reliquit, hac imposita conditione, ut Collegium in Testatoris Aedibus constitueretur, in quo adolescentes Artibus Medicinæ, Theologiæ, sacrisque Canonibus, non verò Juri Cæsareo, Poësi, vel Arti Oratoriæ vacantes, alerentur. Id hausimus ex Hieronymi Bossii Papiensis MSS. Annalibus in Archintea servatis, qui citato Tabulario laudari Nosocomii, asserit Joannem Matthæum die XXX. Decembris, Anni præmissi MCCCCLXXII. ad plures abiisse. Quod certè dictum elevat scribentium ipsum mortuum esse Anno MCCCCLX. Id suboleverat etiam Joannes Jacobus Mangetus, qui loco citando, hæc ait: „ Minimè mortuus est Anno MCCCCLX. si quidem in fine dedicationis, quam ipse præmittit „ parti secundæ Commentarii sui textualis in nonum „ Almanforis legitur. Dat. Papiæ die IX. mensis „ Octob. MCCCCLXXI. Hæc ille.

Præclarissimum Virum hæc commendant Opera.

- I. Practicæ pars prima, vel Commentarius textualis: Cum ampliacionibus, & additionibus materiarum nonum Rhazis ad Almanforem: Inscripta est Galeatio Mariæ Sfortiæ Epistolâ nuncupatoriâ, quæ incipit: „ In Illustrissimum parentem tuum &c. Finit. „ Vale Dive Cæsar. „ Editio præstantissima in fol. maximo, sine loco, Anno, & Typographo, in Bibliotheca FF. Heremitarum Cremæ à me inspecta cum aliis optimis Codicibus Sæculo XV. impressis; & Papiæ die IX. Octobris 1471. adjuncto etiam textu. *It. Papiæ, apud Aloysium Comensem, & Bartol. de Trottis, 1497. in fol. Lugduni, apud Joan. Moulin, 1527. in 4. Venetiis, apud Juntas, 1520. & 1560. in fol. hoc titulo.*
- Practica, seu Commentaria in nonum Rhazis ad Almanforem Joannis Matthæi Gradii, Mediolanensis. In quibus morborum omnium, qui unamquamque humani corporis partem invadunt, natura, signa, causæ, curationesque luculentissimæ explicantur. Editio prima nobilissima.
- II. Commentarii Textualis in nonum Almanforis pars II., cum nuncupatoriâ ad eundem Principem, ad cujus filii Ermetis assistentiam se deputatum dicit. Prima editio extat Cremæ ut supra; secunda verò Anni MCCCCLXXI. est penes Comitem Donatum de Sylva inter Equites Mediolanenses eruditissimum; in fine autem hujus Voluminis sic legitur: „ Incæptum per Magistrum Marcum de Gar- „ tinara An. MCCCCLXXII. die XVII. Octobris, „ & finitum in Studio D. Magistri Jo. Matthæi „ hujus Operis Compositoris Anno MCCCCLXXI. „ die XXIX. Septembris.
- III. Antonii Gradii Medici, de Febris aureum Opusculum. Juno Matthæo Durastante Medico Censore *Mediolani, per Jacobum de Sancto Nazario de Ripa, 1494. die 27. Novembris.*

IV.

- IV. *Consilia Medica secundum vias Avicennæ*, unâ cum utili repertorio; additis antiquissimi Medici Rabbi Moyſis de regimine vitæ quinque Tractatibus, necnon Raymundi Lullii de Secretis Naturæ Libris duobus. Prima editio absque supradictis additionibus est sine Anno, loco, & Typographo magnificentissimè impressa in fol. maximo, quam vidi in dicta Bibliotheca FF. Eremitarum Congregationis Lombardiæ Civitatis Cremæ, ubi ut innui plures alii Codices Sæculi XV. adfunt editi tam alibi, quàm Mediol. de quibus Clarissimus Saxius in sua Typographica Historia Mediolanensi jam egit. *Altera Venetiis, apud Octavianum Scottum, 1514. in fol., & Lugduni, 1535. in fol. Necnon Papia, apud Andream de Bosteo, 1501. in fol.*
- V. Expositiones præclarissimi, & subtilissimi Magistri Jo. Matthæi de Gradibus super vigesimam secundam Fen Tertii Canonis Avicennæ, super quam nullus ante ipsum scripsit. Extat in supradicto libro, & denuo ad Illustriss. Ducem Mediolani Franciscum Sfortiam Vicecomitem. *Mediolani, per Jacobum de Sancto Nazario, 1494. die 17. Novembris, in 4.*
- VI. Jo. Matthæi de Gradibus. Tractatus de Urinis. *Mediolani, per Jacobum de Sancto Nazario de Ripa, 1494. in 4.* Hoc Opus Auctor inscripsit Ambrosio Grypho, Medico præstantissimo Mediolanensi, de quo Clarissimus Curtius pag. 26.
- Laudatur à Sylvatico de Coll. Medic. Mediol. cap. 12. Ghilino in Theatro Literat. part. 2. pag. 147., à Piccinello Athen. Literat. Mediol. pag. 311. & 418., Paul. Morig. Hist. Nobilit. Mediol. lib. 3. cap. 13., à Petro Castellano in Vit. Illustr. Medicor., à Conrado Gesnero in Bibliotheca universali, à Morerio in Lexico, à supradicto Bartholomæo Curtio in Libro de Scriptoribus Medicis Mediolanensibus, pag. 25., à Joanne Jacobo Mangeto in Bibliotheca Scriptorum Medicorum Tom. II., nec non à J. C. & Advocato Sitono in Chronico Colleg. Nobb. Physicor. Mediol. parte 2. artic. 36. exarato de Anno MDCCVIII. in fol. MS. penes eundem Authorem.

D C C L X X I.

FERRARIUS JOSEPH.

Ferrarios inter eruditos, quorum doctrina Metropolim hanc novis auxit splendoribus, non immerito computandus est Joseph, cujus parentes, & acta nos cœlat oblivio. Hoc scimus tantummodo, Divinis eum Altaribus mancipatum, Clericale Institutum suscepisse; & Joanni Fontanæ Tripolitano Antifiti, qui ex Archipresbytero Mediolanensi, & Sancti Caroli Borromæi Vicario, Ferrariensi Episcopo Coadjutor datus fuerat, acceptum inter primos extitisse. Eloquentiæ sibi laudem adeptus est, his editis:

- I. De Dignitate Episcopi Oratio ad Johannem Fontanam Episcopum Tripolitanum, & Ferrariæ Coadjutorem. *Mediolani, apud Joannem Baptistam Colonium, 1589. in 4.*
- II. Orationem ab eo habitam de rebus gestis Sancti Gerardi Modoëtiensis citat Petrus Paulus Bosca in Martyrologio Mediol. in Notis ad diem XXVII. Januar. Agunt de eo supracitatus Bosca, atque Picinellus in Athenæo pag. 365.

D C C L X X I I.

FERRARIUS OCTAVIANUS.

Octavianus Ferrarius, quem perperam Morerius in Lexico cum Octavio confundit, de quo mox dicemus, ex eadem cum illo Familia, Hieronymo Patre, Mediolani Anno MDVIII. VII. Kal. Octobris natus est. Post perceptas summâ cum diligentia in celebrioribus Italiæ Academiis Eloquentiam, Philosophiam, & Medicinam, in Canobiano Collegio, quod Pau-

Tom. I.

Alus Canobius Ferrario potissimum hortante considerat, Ethicam, & Politicam per annos decem & octo docuit. Mox à Venetis expetitus, Patavium contendit, atque in illius Urbis Archigymnasio Peripateticam Philosophiam tam eleganter, aptèque professus est, ut Franciscus Vicomercatus in Regio Parisiensi Collegio Antecessor, post obitum Francisci I. Gallorum Regis in Italiam reversus, Eruditis universis posthabitis, unum Octavianum elegerit, cui edendorum Operum suorum provinciam demandaret. Annos Patavii quatuor commoratus, in patriam regrediens, ad Annum usque MDLXXXVI. quo sexagesimum octavum ætatis annum agens obiit, Philosophicis præceptis Scientias eleganti, serioque stylo tractavit, & in ætatis suæ Philosophiâ præsertim tantus fuit, ut Aristoteles alter appellaretur. Medicinam etiam calluisse dicitur, & politiciori litteraturâ delectatus, non tantum doctrina, verum etiam probitatis & virtutis famâ excelluit. Bartholomæus Capra J. C. intima illi familiaritate charissimus, & cui moriens Bibliothecam suam legaverat, Octavianum in Funere eleganti Oratione laudavit.

Habemus Ferrarii, quæ hic recensemus Opera.

- L** De Sermonibus Exotericis ad Bartholomæum Capram, Jo. Francisci filium. *Venetiis, apud Aldi filium, 1575. in 4.* Ipsum Librum vidi in Bibliotheca Ambrosiana, cum Notis MSS. eruditissimi Cæsaris Rovidii.
- II.** De Disciplina Encyclo ad L. Annibalem Crucejum Liber. *Venetiis, apud Paulum Manutium Aldi filium, 1560. in 4.*
- III.** De Origine Romanorum Liber ad Franciscum Filodonium Regium Magnum Cancellarium. *Ticini, apud Vianum, 1588. in 8., & Mediolani, 1607. in 8.* Huic Operi morte præventus Ferrarius supremam manum non potuit apponere; dignum tamen posteritate visum est, itaque Cl. Gravus suo Romanarum Antiquitatum primo Volumini intexuit, additis de suo castigationibus; Mediolanensem verò editionem curavit Bartholomæus Capra nonnullis marte proprio adjunctis.
- IV.** In Athenæum Notæ quædam, ac in Latinum & Græco Versiones.
- V.** In Aristotelem Notæ ut supra.
- VI.** De his duobus postremis articulis fides sit pænes Picinellum, & alios, qui ipsum secuti sunt.
- VI.** De Anima, Lectiones Ticini habitæ Anno MDLII. Codex MS. authographus pagg. 850. sign. A. num. 48. in fol. Extat in Bibliotheca Ambrosiana.
- VII.** In primum, & secundum Librum Politicorum. Aristotelis. MS. in fol. pagg. 188. sign. D. num. 381. Extat ibidem.
- VIII.** In I. II. III. & IV. Ethicorum Aristotelis MS. in fol. pagg. 254. sign. D. num. 382. Extat ibidem.
- IX.** In Ethicorum Aristotelis Libros V. VI. VII. & VIII. MS. in fol. pagg. 284. sign. D. num. 383. Extat ibidem.
- X.** In Ethicorum Aristotelis Lib. IX. & X. MS. in fol. pagg. 388. sign. D. num. 384. Extat ibidem.
- XI.** De Problemate Aristotelis XII. Sectionis XXV. MS. in fol. sign. D. num. 172. Extat ibidem. Sicuti cum aliorum sententiis de eadem materia ad Jo. Vincentium Pinellum in aliis duobus MSS. item Ambrosianis, signatis D. num. 172. & S. num. 94. in fol.
- XII.** In Aristotelis Problemata I. Sectionis IV. de Melancolicis. MS. pagg. 61. Extat in Codice supradictæ Bibliothecæ Ambrosianæ sign. Q. num. 113. in fol.
- XIII.** Hippodamus. MS. pagg. 15. Est in suprascripto Codice.
- XIV.** De Instrumento, ac morali virtute, & unde oriatur. MS. pagg. 14. Extat in supradicto Codice.
- XV.** Censura in I. Caput variarum Lectionum Marci Antonii Mureti. MS. in fol. in eadem Biblioth. sign. Q. num. 122.
- XVI.** In Libros de Somno, & Vigilia. MS. in fol. ibidem sign. G. num. 762. Autographus.
- XVII.** Xenophontis Atheniensis de re Equestri, & Græco in Latinum conversi libellus. MS. in eodem Codice.

Hhhh

XIX.

- XVIII.** Quæstio de Scientiæ naturalis utilitate, & de generatione virtutum moralium. MS. in fol. Autographus sign. G. num. 743. ibidem.
- XIX.** Lectiones privatæ. MS. Autographus sign. G. num. 744. in fol. ibidem.
- XX.** Quæstiones de Vacuo. MS. in fol. sign. O. num. 3. ibidem.
- XXI.** Oratio in Funere Francisci Cicerei, die XIII. Novembris Anni MDLXXXVII. ut in Cicerejo.
- XXII.** Plauti Comædiæ ex editione Nicolai Angelii. Florentiæ, apud Junctam, 1514., cum Notis marginalibus MSS. Octaviani Ferrarii. Extant in Ambrosiana inter impressos.
- XXIII.** Ammonii Hermæi Commentaria in Librum Perhermenias, editio Græca tantum. Venetiis, apud Aldum, cum Notis MSS. tam Græcis, quam Latinis Octaviani nostri. Extant in Ambrosiana inter impressos in fol. ut supra.
- XXIV.** Joannis Grammatici in Posteriora resolutoria Aristotelis Commentarius. Editio Græca Aldi Manutii. Venetiis, cum Notis MSS. ut supra. Extat in eadem Bibliotheca inter impressos in fol.
- XXV.** Lettera erudita, in cui tratta dell' Oratore, scritta à Paulo Manurio li IX. Luglio MDLV. Stannelle lettere volgari di diversi Nobilissimi Uomini. Venezia, presso Aldo, 1555. in 8. pag. 162.
- XXVI.** Commentaria Eustathii in Odiseam Homeri latinitate donata. Hoc Opus juvenem scripsisse, asserit Papadoplus in hist. Gymnasii Patavini, & male ab aliis Octavio Ferrario adscribi. In Lib. III. Comm. Biblioth. Cæsareæ Petri Lambecii pag. 57. sic legitur: „ Num. XXXV. Cod. „ MS. Theologicus Græcus est membranaceus per- „ vetustus, & optimæ Notæ &c. pertinuit olim „ Jo. Sambuco, utpote cujus manu exarata le- „ guntur hæc verba: Jo Sambuci; ex dono Octa- „ viani Ferrarii Mediolanensis; Anno MD. XII. „ Continentur Acta Apostolorum, Epistolæ Divi „ Pauli &c. in margine adfunt Notæ plures MSS. „ Græcæ. „ Mihi tamen incompertum est an- „ sint Ferrarii nostri. Extant ad eum II. Epistolæ Italicæ Aldi Manutii, datæ Bononiæ, una XXII. Decembris MDLXXXV., altera XXIX. Aprilis MDLXXXVI. editionis Romanæ; apud Sanctem, & Socios, 1592. in 8. Quattuor etiam Epistolæ ei scripsit Sigismundus Foliarius, quæ reperiuntur in Collectione Epistolarum ejusdem editionis Mediolanensis Anni MDLXXIX. Inter selectiores Epistolæ Clarorum Virorum Constantiæ impressas Anno MDLXXXVIII. extant Manutii Epistolæ ad Octavianum pagg. 35., & 112. Aliæ leguntur Hieronymi Bossii inter ipsius editas. Epistolæ II. satis eruditæ Francisci Cicerei in laudem Libri Aristotelis de Moribus à Paulo Canobio explicatis, ad Octavianum Ferrarium, sunt in MS. Cicerei Biblioth. Marchionum Vicecomitum, de quo diximus. Ipsum laudavit Hercules Cimilioctus duobus Epigrammatibus. De eo agunt Richebourcq in Opere inscripto: „ Ultima Verba & Facta &c. tom. 2. pag. 130. Teisserius, & Struvius in Bibliothecis, Thuanus in Historia, Bartholomæus Curtius pagg. 103. & 138., Abbates Ghillinus & Picinellus, primus in suo Theatro, secundus verò in Athenæo pag. 439., alique innumeri.

DCCLXXIII.

FERRARIUS OCTAVIUS.

Octavius Ferrarius nobili genere Mediolani XIII. Kal. Junii anno MDCVII. ortus ex Julio, &

A Blanca Bariola conjugibus, amisso post quadrennium Patre, à Francisco Bernardino Patruo Viro in litteraria Rep. clarissimo summa cum diligentia educatus, in Collegio Ambrosiano Philosophicis, ac Theologicis studiis excultus, totum se dedit omnigenæ eruditioni. Quantum in eis artibus excelluerit mirum dictu est, tantum enim existimationis apud optimum illum doctorem hominum Mecænatem. Federicum Cardinalem Borromæum adeptus fuit, ut ei in ipso Collegio, cum vix quartum ætatis lustrum excederet, eloquentiæ Cathedram regendam contulerit. Sextum post annum, qui erat Christi MDCXXXIV. ad Rethoricam, Politicam, Græcamque linguam docendam à Veneta Rep. Patavium evocatus, collapsam illam Academiam, & à veteri decore degenerem strenuè reparavit, Repub. gratissimo tantum beneficium animo singulis quibusque sexenniis mercedem augente adè, ut cum prius adveniienti quingenti argentei, quos Ducatos appellant, Ferrario perfolverentur, ad duo postmodum Millia Minerval annuum perveniret. E vivis erepto Ripamontio, Urbis Mediolanensis Chronologo, munus historiæ patriæ conscribendæ, annuo ducentorum scutorum censu constituto, Octavio est demandatum. Negotio huic manum Vir eruditus admovit, jamque libros VIII. conscripserat, sed eorum, qui Archivo Urbis præerant, & necessaria Operi Documenta suppeditare renuebant, negligentiam indignatus, scribere superfedit, seque munere abdicavit. Quæ hac de re jam cederat hæredi suo tradidit, data prius ea numquam edendi fide, ut infra dicemus. Cum Christina Svecorum Regina ad Principatus apicem evecta est, ipsam Ferrarius eloquenti Oratione commendavit, quod usque adè Regiæ Fœminæ gratum fuit, ut Virum hunc aureo monili pondo scutorum mille, suisque litteris munerandum duxerit. Ludovicus quoque XIV. Gallorum Rex magnanimus integro septennio quingenta Octavio quolibet anno scuta perfolvi mandavit. Studiorum causâ non satis firma valitudine fuit, & à juvenilibus annis ea sensit incommoda, quæ litterarios labores nimis enixè colentibus evenire consuescunt. Intenso præsertim capitis dolore identidem laborabat, at vix paululum remiserat morbi vis, studia avidius repetebat. Mortalitem exiit VIII. Id. Martii, cum septem dies æger lecto decubisset, ætatis suæ LXXV. anno Christi MDCLXXXII. muneris verò sui quadragesimo octavo, cum de litteris Græcis & Latinis earumque utilitate fuisset in Gymnasio præfatus, ac postridie prælectionem habuisset de Manibus, & Umbris. Sepultus est Patavii in Ecclesia S. Antonii. Julius Ferrarius hoc ei Epitaphium posuit:

OCTA-

OCTAVIO FERRARIO MEDIOLANENSI
 IN QUO ORNANDO ET EXTOLLENDO
 MAGNI REGES ET PRINCIPES CERTAVERUNT
 VENETA RESP.
 PRAETER ALIA DECORAMENTA
 BIS MILLE FLORENORVM HONORARIO AVXIT
 LVDOVICVS M. FRANCORVM REX
 SPONTE AVREORVM QVINGENTORVM CONGIARIVM.
 DIV INDVLSIT
 CHRISTINA AVGVSTA
 EQVESTRI INSIGNI EXTVLIT
 ILLE REGVM OPES ET MVNERA ANIMO AEQVANS
 FACVNDIA FIDE ET CONSILIO
 INVIDIAM AVT VICIT
 AVT GLORIAE INCITAMENTVM HABVIT
 SEPTEM ET QVADRAGINTA ANNOS
 CVM ADMIRATIONE AVDITVS EST
 QVINTO ET SEPTVAGESIMO OBTICVIT
 QVAMDIV LITTERIS HONOR CONSTABIT
 SCRIPTIS APVD POSTEROS LOQVTVRVS.
 IVLIUS FERRARIVS P. B. M. P.
 ANNO MDCLXXXIV.

Benignâ fuit naturâ, sincerâ, atque affabili, quâ dissidentium animos tam frequenter composuit, ut inde Conciliatoris, & Pacificatoris nomen sortitus fuerit. Quod ad Ferrarii stilum attinet, simplex, & sublimior pro rerum diversitate conspicitur, ubique tamen elegans & castigatissimus. Prolixus potius est quam contractus, sed roboris plenus, & numquam jacens sententias habet solidas, ingeniosas, & electas.

Sed jam ejus Opera subjiciamus; edidit igitur:

- I. De Re Vestiaria libri III. *Patavii*, 1642. in 8. Quattuor alios tribus prioribus emendatioribus, & auctioribus, additis etiam Iconibus, in secunda Editione *Patavina*, anno 1634. apud *Frambottum*, conjunxit, in 4.
 Idem opus denuo impressum est ibidem annis 1668. & 1685, in quibus accedunt
- II. *Annalecta de Re Vestiaria*.
- III. *Dissertatio de Lucernis Sepulchralibus veterum*. Priora duo Opera extant etiam in Tom. VI. *Antiquitatum Rom. Grævii*, & *Dissertatio de Lucernis* in Tom. XII. Quod attinet ad libros de *Re Vestiaria*, *Morhoffius*, *Grævius*, *Rubenus Almeloventius* doctissimum opus, & materiam de qua agitur, perfecte declarans, appellant.
- In *Tractatu de Lucernis Sepulchralibus* præcipue contra eos scripsit, qui veteres oleum habuisse arbitrantur inconsumptibile, vel Lampades eo modo disposuisse, quo fumus earum sensim condensans in oleum rursus converteretur, atque ita æterno igne lucerent, quod asseruit prolixa *Dissertatione Latina Fortunius Licetus*. Id *Ferrarius noster* meras nugas, & anilia commenta esse demonstrat.
- Ægrè tulerat *Octavius Alberti Rubenii scripta*, quibus in *Comment. de Re item Vestiaria*, & *Latoclavo* ab se dissenferat, & illi paria redditurus, *Analecta*, quæ supra diximus, edidit, & in *Rubenium stylum* acuit apud se non re-

- IV. *Prolusiones* variæ numero XXVI. indicantur ab omnibus, qui de *Operibus Octavii nostri* egerunt, sed ego usque ad XXXV. sub oculis habui, quarum ultima sic inscribitur, de *Bono Senectutis*, seorsim impressa *Patavii*, apud *Frambottum*, 1687. in 4.
- V. *Prefatio ad Virgilio Æneidem*.
- VI. *Panegyricus Paulo Caortortæ dictus*.
- VII. *Alter Joanni Pisano dictus*.
 Hæc tria ultima Articula sunt in editione *Prolusionum XIII.* an. 1650 in 8. impress.
- VIII. *Epistolæ ad varios LXX.* in eadem editione. Inter prædictas extant plurimæ *Virorum illustrium ad Octavium scriptæ*, inter quos numerantur *Franciscus Redi*, *Joannes Fredericus Gronovius*, *Daniel Justinianus*, *Alexander Perlasca*, *Franciscus Sadarinus*, *Carolus Maria Madidius*, *Joannes Fabricius* &c.
- IX. *Formulæ ad capienda Doctoris Insignia*. Extant ibidem.
- X. *Epistolarum*, item *Formularum ad capienda Doctorum Insignia*, pars altera. *Patavii*, apud *Frambottum*, 1661. in 4.
- XI. *Inscriptiones*, pars I. & II. *Patavii*, 1664. & 1668. item pars III. cui accessit
- XII. *Panegyricus Ludovico Magno Francorum Regi dictus*. Hæc Opuscula cum aliquibus aliis seorsim prius edita collegit, ordinavit, & addidit *Jo. Fabricius Helmeſthadii*, 1710. Tom. II. in 8.
- XIII. *De Urbis Patavii laudibus*. *Venetis*, ex *Typographia Pinelliana*, 1635. in 4., & in *Grævii Thesauri Antiq. Ital.* T. VI. p. 3.
- XIV. *Satyra Varoniana*.
- XV. *Epistola de obitu Dominici Molini*, *Venetis*, 1646. in 12.
- XVI. *Elogia diversorum præsertim Hominum Litteratorum*.
- XVII. *De Litteratorum Fato*.
- XVIII. *De Laudibus Francisci Putei*. *Patavii*, 1651. in 8.
- XIX. *Electorum libri II.* *Patavii*, 1670. in 4. In eo *Opere de pluribus vetustis rebus Ferrarius* differit.
- XX.

- XX.** Origines linguæ Italicæ . Patavii, apud Frambottum, 1676. in fol.
- XXI.** De Pantomimis & Mimis Dissertatio, primùm edita in Patavino Lyceò. Volpembutelli, 1714. in 8., hanc Joannis Fabricii diligentia debemus, nam cum duabus Epistolis, primâ Jacobi Facciolati, alterâ Jo. Philippi Slevoctii una cum ejusdem Fabricii de Orthographia Latina responsionibus nos fruimur. Intulit quoque ipsam in magnum Opus Novi Thesauri Antiquitatum Romanarum clarissimus Albertus Henricus de Salengre.
- XXII.** De Balneis, & Gladiatoribus Dissertationes II. editæ à suprascripto Fabricio Helmsædii 1620. in 8. Has quoque cum suprascripta impressit eruditus P. Calogiera in Tomo V. Opusculorum collatis cum Autographo ei subministrato per doctiss. Abbatem Facciolatum. De iisdem Dissertationibus locuti sunt abunde Auctores Diarii Litterarii Italic. Tom. III. pag. 489.
- Opera omnia, quæ præ manibus habuit, Frambottum, edidit Patavii, ann. 1668 T. III. in 4., sed plura non vidit, ut supra facile innuitur, quibus nos addimus etiam
- XXIII.** Octavii Ferrarii Epistolam, quâ respondet Anonymo, qui tulerat judicium de libris Aristotelicis. Eandem habuit Octavius ab Annibale Cruccejo. Est potius Tractatus integer de Aristotelis Operibus, quàm Epistola. MS. in fol. pag. 56. in Ambrosiana Biblioth. sign. f. n. 24.
- Præfatio pariter Octavio Ferrario clariss. olim Joannes Baptista Sironus Jatrofophus Mediolanensis Tractatum XXXIII. suorum Jatrofophiæ Miscellaneorum impress. an. 1641. 1669., & 1676. nuncupavit his verbis: „Egregio Latinæ Græcæque Eloquentiæ in Patavina Academia. Professori Primario &c. D. Octavio Ferrario. „An bruta animalia inter se colloquantur &c. „Dat. Mediolani ex Lyceò nostro IV. Non. „Februarii 1639.
- XXIV.** Historiam Mediolanensem, quam cœperat scribere, hæredi suo, ea conditione, ut typis nunquam excuderetur, reliquit. „Res erat plena periculi vera scribere, & nolebat offendere Gallos, à quibus beneficia acceperat. Ita *Le Clere Bibliothèque ancienne & moderne, tome VI. fol. 168.*, & filio suo atque hæredi, ne opera sua nondum edita in lucem ederentur, Testamento prohibuit. Hæc asserunt Auctores libri *Journal des Savants de anno 1716. pag. 423.* Verba ipsa Auctorum hic dare placuit, qui cum aliis ex infra citandis, videntes in sepulchrali Elogio siglas illas JULIUS FERRARIUS P. B. M. P. eas interpretati sunt *Patri benemerenti posuit.* Nos verò, ut sententiam nostram sincerè pandamus, eandem litteras innuere credimus *Patruo benemerenti posuit.* Octavius enim ab anno ætatis suæ X. clericali adscriptus Instituto nullam unquam duxit Uxorem, idcirco Julium non ejus esse filium, sed nepotem arbitramur ex Fabricio, vel Marco Antonio Octavii Fratribus genitum, quemadmodum etiam sentit amicissimus J. C. Sironus, cui debemus Genealogiam Ferrariorum deductam ab anno MDLXV.
- De eo videndi sunt Clericus in sua Biblioth. T. VI. pag. 177. Carolus Patinus in Lyceò Patavino, Joannes Fabricius in Præfationibus Operum Auctoris; Richebourcq. Ultima Verba &c. T. II. pag. 130. Nicolaus Comnenus Papadoplus in Hist. Gymnasii Patavini T. I., Laurentius in Polymat. Abbas Ghilinus in p. I. Theatri, Petrus Paulus Bosca de Origine Bibl. Ambrosianæ, Fontaninus in Libro della Eloquenza Italiana pag. 312. ultimæ editionis, Niceronius in Lib. Memoires des Hommes illustres, Picinellus in Athenæo pag. 441., alique innumeri.

D C C L X X I V .

FERRARIUS RAPHAEL.

Cherubinum Ferrarium gentilem suum, & Instituto, & doctrinâ secutus est Raphaël; etenim

A Carmelitarum Ordinem suscepit, & Cœnobio Sancti Joannis ad Concham hujus Urbis, quæ ipsi patria fuit, adscriptus. In Philosophicis atque Theologicis studiis cum se annos complures exercuisset, Magister creari promeruit. Alumnis quoque Ordinis sui multis in Urbibus facultates easdem tradidit, atque Officium Definitoris peregre sustinuit anno MDCX. Verumtamen effusâ etiam extra claustra eruditionis ejus famâ ad sacras Conciones habendas persèpè expetitus fuit; & magno cum plausu à populis auditus. Mortales exuvias deposuit circa annum Redemptionis humanæ MDCXX. in Insula Corcyrensi.

Hæc sunt illius ingenii monumenta.

- B**
- I. Commentaria in VIII. Libros Physicorum Aristotelis. MS. in 4., extat in Bibliotheca sui Ordinis S. Jo. ad Concham Mediolani.
 - II. Lectiones in Aristotelis Lib. de Anima. MS. in 4. ut supra.
 - III. Lectiones in Metaphysicam. MS. in 4. ut supra.
 - IV. Conciones per sacrum Quadragesimale tempus. MS. ibidem.
 - V. D. Caroli Borromæi S. R. Eccles. Card. & Archiep. Mediol. pia & devota Laudatio, quâ Fr. Raphaël Ferrarius Mediolanensis Carmelita S. T. D. & in Conv. S. Jo. ad Concham Mediolani Prior, nuperimè audito ejus Sanctificationis nuncio, Civibus Mediolanensibus gratulatus est. *Mediol. Typ. Archiep. 1610. in 4.*
 - VI. Oratio pro cooptatione Philippi Pirovani in Collegium J. C. C. Mediolani. *Ibi, apud Pontium, in 4.* Laudatur à Vago pag. 333., & à Clemente Maria Felina in Museo Mantuanæ Congregationis Carmelitarum. *Bononia, 1691. in 4.* à quo Carmine etiam celebratur, atque à Picinello in Athenæo pag. 479.

D C C L X X V .

FERRARIUS ZACHARIAS.

Zacharias Ferrarius Mediolanensis ex Instituto Eremitarum S. Augustini, humanarum litterarum, linguarumque Græcæ, ac Hebraicæ cultor eximius, in Philosophicis Theologicisque studiis ita excelluit, ut laureâ magistrali exornari, ac Patavino Eremitarum Gymnasio Regens præfici meritus fuerit. Abdicato docendi munere in Patriam concessit, ubi secretus ab aliorum consuetudine, veræ sapientiæ contemplationibus totus vacare decreverat. Propositum tamen immutare compellitur; nam tradito sibi ab unanimi vocalium suffragio Augustinensis in Insubria Provinciæ gubernaculo, partes omnes providi Præsulis implevit. In Metropolitana Synodo à S. Carolo Archiepiscopo anno MDLXV. Mediolani celebrata deligitur Zacharias, ut una cum Episcopo Brixienfi de pertinentibus ad celebrationem Missæ, ac Sacramentorum administratione sententiam diceret. Bibliothecam sui Cœnobii S. Marci nedum restauravit, sed & mirâ librorum selectorum copiâ ac varietate (quoad suo tempore fieri poterat) locupletavit. Floruit circa medium Sæculi decimifexti. Extat Auctoris Imago in Bibliotheca eadem cum hac Inscriptione:

M. ZA-

M. ZACHARIAS FERRARIUS,
MEDIOLANENSIS QVI VETEREM BIBLIOTHECAM
INSTAVRAVIT
OMNIBVSQVE FERE LIBRIS
QVI SVO TEMPORE DESIDERARI POTERANT
DECORAVIT AN. MDLXXXI.
QVAM POSTEA FATISCENTEM
IN HANC SEDEM PP. TRANSTVLERE
AN. MDCXLIV.

In ejus obitu Baldinus hæc cecinit:

*Te Divinarum perfecta scientia rerum,
Et proba cælestem vita fuisse probat.
Ut cælestis eras, cælis homo debitus; ergo
Te superos inter quis neget esse choros.*

Curâ & labore præfati Viri in lucem primò editus est:

- I. D. Ægidii Romani Bituricensis Archipræfulis, & Sac. Theologiæ Doctoris fundatissimi Tractatus de laudibus Divinæ Sapientiæ, ab eodem Ferrario accuratissime castigatus, cui eruditissimam Præfationem ad Christophorum Patavinum totius Ordinis D. Augustini Moderatorem; & argumenta unicuique capiti præfixit. *Patavii, apud Joannem Baptistam Amicum, expensis Petri Antonii Alciati, 1553 in 4.*
 - II. M. Antonii de Passeris de Animæ Immortalitate libri III. in Patavino Gymnasio docentis, anno MDLI. Frater Zacharias Mediolanensis scripsit, & suis marginalibus notis auxit, atque explevit anno MDLIV. XIX. Kal. Novembris, Patavii. MS. in fol. sign. I. num. 5. Extat in Biblioth. Sancti Marci Mediolani.
 - III. Questio de regressu M. Antonii Zimarae, atque ejusdem Speculationes super I. & II. lib. de Anima Aristotelis annis MDXXVII. & MDXXVIII. in Gymnasio Patavino profitentis. F. Zacharias Mediolanensis compilavit, atque suis commentariis illustravit anno MDLIII. IV. Non. Novemb. MS. in fol. Extat ibidem.
 - IV. De Sacramento pœnitentiæ, MS. teste Picinello.
 - V. Tractatus varii Theologici, MSS. teste eodem.
 - VI. Vita S. Casimiri Regis Poloniæ. Ext. in Mense Martio apud Bollandistas Tom. I. pag. 347.
- Plura de hoc Viro mihi indicavit P. Nicolai ejusdem Ordinis alibi laudatus, vide etiam Picinellum, pag. 517.

D C C L X X V I.

FERRUFINA MARGARITA.

Illustri Fœminarum Cœtui, quæ apud Infubres, imò veriùs in universa litteraria Republica, ob eruditionis præstantiam commendantur, addenda nunc Margarita Ferrufina, sive ut aliis placet, Ferrufina. Hæc ab ipsa infantia non puellaris sexus crepundia secuta est, sed ad solidam doctrinam sibi comparandam intenta, non contemnendos in Philosophia morali progressus fecit. Commodius ad litteraturam iter perceptis Græcâ atque Latinâ linguâ sibi constravit; & apud sui temporis Eruditos plurimi est habita. Nupsit postmodum J. C. clarissimo Joanni Ferrufino Mediolani Senatori, ex quo filium genuit Antonium Castri Spinæ Feudatarium, circa annum Christi MCCCCXL. Coævus illi fuit Dominicus Ferrufinus, ad quem elegantem dedit Epistolam Antonius Panormita inter hujus MSS. in Ambro-
Tom. I.

A fiana Bibliotheca servatam. In ea Antonius Dominico scribit se filium illius à sacro Regenerationis fonte suscepisse, cùmque, in obsequium Francisci Bavariæ Patroni sui beneficentissimi, puero Francisci Mecœnatis nomen imponi vellet, obtituisse fœminas, arbitantes vocem illam *Mecœnas* non præclarum Virum, & sæculis omnibus apud Eruditos memorandum, sed suillam pernam significare, quæ Infubrica Dialecto *Mezzena* vocitatur. Sed ut unde divertimus, sermo redeat, commendatur Ferrufina ob

- I. Epistolas plures ad diversos non elegantiam solum, sed petitis etiam ab intima Philosophia sententiis ornatissimas.
- Memoratur à Francisco Augustino ab Ecclesia Episcopo Salutiensi in Theatro Fœminarum eruditarum pag. 233. De Jeanne autem ipsius Viro egit Franciscus Philadelphus in Epist. pag. 20. & 73., atque J.C. Sitonus in Schedis, & Chron. Jurisperitor. pag. 22. art. 214. & pag. 22. art. 93. aliis etiam citatis.

D C C L X X V I I.

De FIDELIBUS BALTHASSAR.

Balthassar de Fidelibus Juris utriusque Doctor, ac Regalis Modoëtiensis Basilicæ Sancti Joannis Baptistæ Infulatus Archipresbyter, subrogatus in locum Bertholæ de Abdua Viri clarissima stirpe nati, huic Ecclesiæ magnâ cum laudè præfedit ab Anno MCCCCXCIII. ad Annum MDXXX. Vicarius etiam Generalis effulsit Episcopatus Novariæ sub illius Urbis Præfulibus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Ascanio Mariâ Sfortiâ Vicecomite, & Federico Sanseverino. Cùm bellis arderet Italia, primum Viennam exul pergere compulsus est, iterumque Lugdunum eodem infortunio cogente relegatus, tandem post diuturnas calamitates Italiam revisit. Postmodum pertæsus honorem Modoëtiensem, amplissimo illo Sacerdotio se abdicavit, eodem insigniens Joannem Baptistam Castanum; profectus deinde ad Cremonensem Ecclesiam, cujus Episcopalis Vicarius Generalis creatus est; denique ibidem defunctus, in Templo majori sepultus fuit.

Hujus profundam eruditionem in sacrâ, & profanâ Historiâ, testatur Volumen ab eo compositum

- I. De prerogativis Beati Joannis Baptistæ: Sanctissimo Patri Leoni X. Pontifici Maximo dicatum, ac typis impressum Mediolani apud Alexandrum Minutianum Anno Domini 1514. die 12. mensis Junii, in fol., & in membrana in Lautetiana Medicea Plut. XIV. num. XVI. & XVII. ex Montfauc. Biblioth. MSS. Tom. I. pag. 273.
- II. Epistolæ plures Latine eruditissime ad Cassandram Fidelem, cum hujus Responsonibus. Extant inter ipsius Cassandree editas.

iiii

Lau-

Laudatur à Sitono in Monumentis Familiae de Fidelibus, *impress. An. 1712. apud Malatesam, in fol.* Justo Fontanino in Dissert. de Corona Ferrea Modoëtiensi, pagg. 60. 61. 65. Carolo Stephano Brambilla in Ecclesia Viglevanensi, pag. 57. sub Anno MDXI., ubi eum memorat Vicarium Generalem; & Locumtenentem Episcopi Novariensis Anno MDXI. Jacobo Philippo Tomafino in Vita Cassandræ Fidelis, pag. 16. Ludovico Antonio Muratorio in Anecdotis Latinis Tom. II. cap. XXI. fol. 348. Bosca in Libro de Corona Ferrea, & Picinello in Athenæo, pag. 63.

DCCLXXVIII.

De FIDELIBUS FRANCISCUS.

Fidelium Familia vetustissimæ nobilitatis splendore apud Insubres præfulgens, in aliis etiam Italiae Regionibus eruditos, atque præclaros Viros peperit, quorum Opera Doctorum manibus teruntur. Hos autem omnes ex Mediolanensibus aliò translatis originem duxisse testatur jam laudatus Balthassar in Epistola ad Cassandram Fidelem, cujus gratiâ sibi metipsi gratulatur; quamvis enim eruditissima illa fœmina Venetiis edita in lucem fuerit, non contemnendis tamen argumentis Balthassar idem probat, eam ex Avis Insubribus ortam fuisse. Inter eos, qui Mediolani confiteri, multi memorantur dignitatibus, & muneribus insignes. Joannes etiam de Fidelibus Anno MCCCLI. his accensetur, qui Leges Municipales Joannis Vicecomitis decreto comprobatas ab omnibus observandas edixere. Antoniolus verò, Anno MCCCXCV. inter Jo. Galeacii Vicecomitis Mediolanensis Ducis I. Aulicos magna fuit in existimatione. Petrus Antonii filius Anno MCCCCLXX. die XXX. unâ cum aliis primariæ Nobilitatis Civibus Galeacio Mariæ Sfortiæ Mediolani Duci, Bonæ ejus Conjugi, atque Joanni Galeacio eorum primogenito, jurejurando interposito, fidem patriæ testatus est, ut ex publicis Tabulis patet apud Lünig in Codice Italiae Diplomatico, Tomo III. pagg. 715. & sequentibus. Idem etiam præstitit Anno MDXIII. Maximiliano Mariæ Duci Joannes Andreas patriæ Decurio; cujus Elogium Sepulchrale in Templo Sancti Protasii, cognomento ad Monachos, his expressum notis, suppeditavit nobis Collectio Comitum Octavii Archinti.

IOANNES ANDREAS VIR NOBILIS
FAMILIAE DE FIDELIBUS
MORIENS
SIBI ET POSTERIS SVIS
FABRICARI CVRAVIT.

Nunc autem memorandus occurrit Franciscus de Fidelibus Joannis Baptistæ, & Blancæ de Ferrariis conjugum filius. Is claruit anno MDLXXVI. inter nobiles Viros adlectos pro coercenda lue pestiferâ tunc Mediolani grassante. Decessit verò anno MDLXXXI. conditusque fuit in Basilica Apostolorum, vulgò Sancti Nazarii dicta.

Scriptit:

- I. Istoria Genealogica della Familia Fedele di Milano. MS. in fol. penès Amicum, cujus nomen proferre justis de causis mihi non licet, sed per me diligenter & non sine delectatione observata fuit.
 - II. Relazione della Peste, che afflisse Milano l'anno MDLXXVI. In eodem Cod. MS. ubi agitur etiam de nonnullis aliis rebus eodem tempore peractis in hac Urbe.
- Carmen ad eum misit Franciscus Clavellius, quod inter hujus impressa, locoque suo memorata legitur pag. 65.
- Laudatur ab Ascanio Centorio in Collect. Ordinum adversus pestem Mediolani lib. II. pag. 140. edit. Mediol. atque ab humanissimo J.C. Sitono in suo Theatro Genealogico, quemadmodum etiam in Schedis.

DCCLXXIX.

De FIDELIBUS LEO.

IN Oppido Vicomercato, Ducatus Mediolanensis, ad Brianteorum Collium radices, ortus est Leo de Fidelibus, qui laudabiliter peractâ adolescentiâ, Sancti Benedicti Ordinem ingressus est in Monasterio Padolyronensi agri Mantuani die XII. mensis Martii, Anno post Salvatoris Nativitatem octogesimo supra milleimum quingentesimum. Sacris postmodum Studiis sedulò incumbens, tantam sibi eruditionis famam adeptus est, ut in celeberrimo Monasterio Sancti Pauli in Via Ostiensi extra Romanæ Urbis mœnia Prior meruerit constitui. Eum unicè dilexit Gratianus Trizzius Mediolanensis sæpe Abbas Monasterii Sanctorum Petri & Pauli in Glasiate hujus Urbis, & bis Congregationis Cassinensis Præses Generalis. Summi postmodum Pontificis jussu, in Insubriam venit, Visitatoris Apostolici munere decoratus, ut Eremitas quosdam tunc in vetustissimo Cœnobio Sancti Ambrosii ad Nemus prope hanc Urbem degentes, de quo alibi verba fecimus, reformaret; Idem etiam præstitisse fertur Fratribus Jesuatis in altero hujus Urbis Cœnobio sub titulo Sancti Hieronymi, ubi nunc Tyrocinium Societatis Jesu, morantibus. His, aliisque præclare gestis illustris, Clementi VIII. Pontifici Maximo dignus visus fuit, qui defuncto Didaco de Quadra Neapolitano, Lavellinati Ecclesiæ Pastor præficeretur. Electus est ad Pastoralement administrationem die VII. mensis Januarii, Anno MDVI. Cùm autem commissum sibi populum annos VIII. dignè, ac laudabiliter gubernasset, elatus fuit Anno MDXIII.

Laudandus est Leo ob

- I. Decreta Reformationis Fratrum S. Ambrosii ad Nemus prope Mediolanum, ab infra citatis Auctoribus memorata.
- De eo Armellinus in Catalogo Episcoporum Congregat. Cassinensis, pag. 39. Placidus Pucinellus in Chronico Glasiatensis Monasterii cap. 130. pag. 263. & Ferdin. Ughellus Italiae Sacrae Tom. VII. col. 744, num. 30. edit. Venetæ.

DCCLXXX.

FIGINUS JOANNES PETRUS.

Othoroli Figini, & Blancæ de Villanis Conjugum Mediolanensium filius fuit Joannes Petrus, nepos ex fratre Materni, Annonæ in Patria Judicis Anno MCCCCXCIV. Cœvus extitit laudatissimi Vatis Joannis Biffii, cujus laudes jam supra congruo loco inseruimus, atque inter se Viri præstantissimi datis invicem Carminibus, eruditionis laudabilem invidiam nutrivere. Plurimum enim Musarum studiis oblectabatur, quibus præcipuè vacare consueverat, cùm se ex urbano strepitu rus recipiebat, unde quoque Operis numero I. indicandi argumentum desumpsit. Floruit exeunte Sæculo XV., & subsequenti initio.

Scriptit:

- I. De laudibus Vitæ rusticæ Poëma latinum, sine loco, anno, & Typographo. Extat in Bibliotheca Monachorum Cisterciensium Morimundi inter Miscellanea, in 4.
 - II. Carmina varia Latina ad Joannem Biffium. Extant inter Poëmata Biffii, Mediolani impressa Anno 1512. in 4.
- De eo Sitonus in Schedis suis, è quibus Genealogicam Figinorum seriem hausimus.

DCCLXXXI.

DCCLXXXI.

FIGINUS ALOYSIUS.

A Loyfius Figinus Mediolanenfis, in Sæculo Paulus, ab Aloyfio Joannis Baptiftæ filio, atque Hippolyta Rhaudenfi conjugibus genitus fuit, ac lucis ufuram accepit die IV. mensis Novembris, Anno Redemptionis noſtræ MDCXXI. Adoleſcentiam inter minora tranſegit ſtudiorum curricula, mox ætatis ſuæ Anno XVI. Canonicis Congregationis Lateranenſis adſcribi poſtulavit, aſſumptoque habitu regularis obſervantiſſimus diſciplinæ, & litteraturæ omnis generis avidiſſimus cultor, ad Abbatis titulum aſcendere meruit. Nihil intentatum reliquit, quod ad eruditionem conducere poſſet: id facile patet ex mirabili MSS. ejus Codicum copia, quam mox Eruditis omnibus non invidèbimus, in eis enim elucet Scriptoris labor immenſus, & indefeſſa diligentia. Vivere deſiit Vir commendabiliſſimus anno poſt Salvatoris ortum MDCLXXXIX. ætatis verò ſuæ LXVIII.

Ejus litterariæ Lucubrationes his prænotantur Titulis:

- I. Olla pauperum, five Lemmata, & Adverſaria Sacra, atque Profana in unum congeſta ad Prædicationum uſum, incœpta Anno MDCXLVII. in Monafterio Sanctæ Mariæ Paſſionis, & continuata uſque ad Annum MDCLXXXI. Vol. III. in 4. MSS. pagg. in totum 2849. Autograph.
- II. Rubriche del Meſſale ſpiegate. Vol. I. MS. in 4.
- III. Trattato dell' Indulgenze, e delle divozioni. Vol. I. MS. in 4.
- IV. Anni Cronologici di Roma, con brieve Iſtoria attinente a' medefimi. Vol. I. MS. in 4.
- V. Deſcrizione di tutto il Mondo in generale, e de' Cieli, con un brieve Trattato della Geografia. Vol. II. in 4. MSS.
- VI. Uomini, e Donne più famoſi da Adamo fino all' Anno di Criſto MCCC. in circa. Opus laborioſiſſimum ex Sacris Scripturis, & ferè omnibus Scriptoribus tam ſacris, quam profanis congeſtum; Voluminibus XVIII. MSS. in 4. comprehenſum, ad Hominum numerum MDCI. præter alios plures uſque ad MDCLXXXIII. adhuc inordinate extantes, unà cum Volumine Indicis ejuſdem Operis imperfecto, quod eſt numero XIX. Città, e Caſtella, o ſia brieve Notizia di tutte le Città, e Caſtella, tolta da Lexicografi, e da moltiſſimi altri Autori, così ſacri, che profani, diſpoſte per ordine alfabetico, anche con brieve deſcrizione Iſtorica, e con varj Supplementi non ancora poſti al loro luogo. Vol. I. MS. in 4.
- VIII. Chieſe, ed Edificj più famoſi d'Europa, e brieve deſcrizione di eſſe. Vol. I. MS. in 4.
- IX. Iſole, Porte, Promontorj. Vol. I. MS. in 4.
- X. Monti, Colli, e Luoghi a quelli adjacenti. Vol. I. MS. in 4.
- XI. Fiumi, Mari, Laghi, e Peſci. Vol. I. MS. in 4.
- XII. Acque, Stagni, Bagni, Terme, e nuovo Trattato de' Peſci, con le figure de' più ſtravaganti, e rari. Vol. I. MS. in 4.
- XIII. Aere, con un Trattato de' Venti, de' prodigj ſeguiti in aria, e delle Pioggie. Vol. I. MS. in 4.
- XIV. Uccelli tutti del Mondo, poſti per alfabeto. con la loro deſcrizione, età, canto, ec. Vol. I. MS. in 4.
- XV. Arbori, e Frutti, in ordine alfabetico. Vol. I. MS. in 4.
- XVI. Erbe, e Fiori, con le loro figure deſcritte compendioſamente di tutto il Mondo, ove naſcano, loro virtù, e luoghi, ove ſono nominati maſſime nella Divina Scrittura. Vol. I. MS. in 4.
- XVII. Semplici, e rimedj, che ſi cavano da' medefimi, con gli Autori, che ne parlano. Vol. II. MSS. in 4. pagg. 1400.
- XVIII. Beſtie, cioè Fièrè, Giumenti di tutto il Mondo, Serpenti, Dragoni, ec. Vol. I. MS. in 4.
- XIX. Trattato del Fuoco, e de' Minerali, con li caratteri attinenti a' medefimi, e loro ſpiegazione, e virtù. Vol. I. MS. in 4.
- XX. Trattato dell' Agricoltura. Vol. I. MS. in 4.

- A XXI. Trattato de' Colori, Odori, e Sapori tanto ne' cibi, che nelle bevande. Vol. I. MS. in 4.
 - XXII. Trattato de' Veleni. Vol. I. MS. in 4. adhuc imperfectum.
 - XXIII. Meccaniche pratiche, o ſiano Meccaniche varie, per operare con facilità, colle figure degli Stromenti neceſſarj, e pruove delle propoſizioni. Vol. I. MS. in 4. cum figuris optimè delineatis.
 - XXIV. Compendio delle Fortificazioni, con tutti li termini ad eſſe ſpettanti, e figure ben delineate. Vol. I. MS. in 4.
 - XXV. Armi, e coſe belliche, o ſia deſcrizione d'ogni ſtromento per la guerra, con i Calibri per le Artiglierie, e Moſchetti, e palle per eſſi. Vol. I. MS. in 4.
 - XXVI. Pietre, e Gemme più famoſe, e rare, e Scolture più rinomate in eſſe, per ordine alfabetico. Vol. I. MS. in 4.
 - B XXVII. Coloſſi, Statue, Pitture, e Colonne più famoſe del Mondo, diſpoſte come ſopra. Vol. I. MS. in 4.
 - XXVIII. Raccolta di varj coſtumi di molti Popoli, l'Indice alfabetico de' quali aſcende al num. di DC. Vol. II. MSS. in 4.
 - XXIX. Monete, peſi, miſure, e numeri, tutto diſpoſto per alfabeto. Vol. I. MS. in 4. Adhuc imperfectum.
 - XXX. Mode di fare gli Orologi Solari Orizzontali, colle figure diligentemente diſegnate. Volum. I. MS. in 4.
 - XXXI. Algoriſmo, o ſia Trattato de' numeri rotti. Vol. I. MS. in 4.
 - XXXII. Microſcopio, uſo, e forma di eſſo; con tutti gli Inſetti anche più minuti con quello oſſervati, e loro deſcrizione per alfabeto.
- Ferè omnia Auctoris manu exarata, extant in Bibliotheca Paſſionis Canonicor Lateranenſium hujus Urbis, & mirandum certè eſt, quod Picinellus ſub ejus oculis fuerunt, nec verbum quidem in ſuo Athenæo de tanto Viro ſaltem fecerit, tametſi in tanta ſcriptorum ejus ſaragine, adhuc ultimam limam deſiderantium, criterium deſit.

DCCLXXXII.

FIGINUS JULIUS CÆSAR.

Vetutiſſimam Baſilicam in Urbe Mediolanenſi, quam Philippus notæ probitatis Civis excitavit, ideoque Baſilica Philippi dictam, Sanctis olim Martyribus Nabori, & Felici Sacram, nunc Sancti Franciſci nomine, ob Minores, quos Conventuales dicimus, ibidem commorantes appellatam, multa ſunt, quæ omni commendatione dignam evincant. Omnes enim novere quibus laudibus à Sancto hujus Urbis Parente Ambroſio, aliſque Scriptoribus celebretur, præſertim verò ob Sanctorum Protasii, & Gervasii Lipſana ibidem reperta. Crebrò inſtaurata eſt antiqua moles ob veruſtatis injurias collabens, Templum verò ipſum cubitis circiter CXC. oblongum, latum XLIX. altum autem XXXVI. Anno ſuperioris Sæculi LXXXVIII die IV. Septembris corruit tanto cum ſtrepitu, ut Urbs univerſa pertremuerit. Mediolanenſium autem pietas ægrè ferens tam ſacræ molis ruinam, immenſas illico divitiis contulit, ut iterum ſed auguſtiore forma, ac magnificentiore cultu exurgeret. Paucos ideo intra annos nova reſtituta eſt Baſilica; nec ullus dolendi locus religioni Metropolis relictus fuit. Juvat hîc dare vetuſtam Inſcriptionem, quæ ſculpta cernitur in marmore inſerto parieti, non procul à Janua minori ejuſdem Templi, quæ reſpicit Ædem Sanctæ Valeriæ dicatam. Ea eſt:

*Alma nitet renovata piis Cultoribus Aula ,
Tempore quam modico Fratres statuere Minores .
Hortus erat quondam locus iste , Domusq; Philippi ,
Corpora Martyrum pro Christo passa recondens .
Hortus fecundus , dictis Domus unde repletur
Fructibus immensis totus generaliter Orbis .
Barnabam huc perhibent translatum scripta vetusta ,
Fama refert , usque cineres , & plumbea tumba .
Hic Nabor , hic Felix , hic Fortunatus habetur ,
Et cum Materno , Gayus , dictusque Philippus ,
Nec non Savinæ Sanctæ venerabile Corpus .
Ambrosio Paulus Cælos hic mente petente
Protasium cum Gervasio pandendo revelat .
Sanguine Sanctorum totus locus iste sacratus .
Multipotens factus delere piacula plebis .
Atque unum ex Pueris Sanctis , quos dira necavit
Ambitio Herodis pro Christo , continet hujus
Sacrista Aedis , quo tota hæc Patria gaudet .
Quam bene Nudipedes loca hæc sanctissima servant ,
Cernere cum Moyse , Josueque , Hierarchica digni !
Perpetuo ritu , feria redeunte secunda ,
Plebs prius Ambrosii meritum Templumque requirens ,
Lata Deum laudat , tantis dodata Patronis .*

Frater Gabriel de Barlassina Provincialis
Terræ Sanctæ Minister fieri fecit Mil-
lesimo quadringentesimo quadragesimo
quarto .

Hæc secum recogitans Julius Cæsar Figinus Ordinis
Minorum Conventualium operæ pretium duxit omnia
ad Templum ipsum spectantia in unum colligere ,
ideoque

Volumen conscripsit hoc titulo :

- I. Notula Sanctorum Corporum , & præcipuarum Reli-
quiarum , quæ Mediolani in Templo Sancti Francisci
F. Minorum Conventualium requiescunt , cum bre-
vi instructione Simplicium de Veneratione , & Invo-
catione Sanctorum , & Sacrarum Reliquiarum cultu
ac brevi Tractatu de antiquitate , & amplitudine
prædicti Templi , additis quibusdam devotissimis Ora-
tionibus à quolibet devoto dicendis . *Mediolani , typis
Antonii Comi , 1613. in 8.*
Extat ibi Epigramma Auctoris ad P. Jacobum Monta-
narium de Bagnacaballo , Generalem Ordinis sui ,
cui Opus dicat .
Epigramma Comitis Jo. Arcimbaldi in laudem Aucto-
ris .
Aliud Martini Castrofranchi Infocatorum Academici .
De eo Joannes Franchinus in Bibliosophia Script. Ord.
Min. pag. 364. , & Mazzuchellus in Schedis .

D C C L X X X I I I

FIGINUS ODDUS HIERONYMUS .

Hieronymus Figinus Oddus , Comitali dignitate
insignis , eruditione verò insignior , Parentes
habuit Joannem Antonium , & Octaviam Caymam .
Conjuges Mediolanenses . Juris prudentiam inter stu-
dia reliqua diligentissimè coluit , atque percepto lau-
ræ ornamento , brevi tantam nomini suo famam ade-
ptus est , ut in Academia Parmensi leges , quas sub

A celebri Oddone Sfortia didicerat , auditoribus publi-
cè traditurus assumeretur . Annos aliquos eo functus
munere Romam se contulit , ubi in Aula Pontificia
utriusque Signaturæ Refferendarius est constitutus .
In Flaminia , atque Umbria Sedis Apostolicæ nomi-
ne nonnullis Urbibus præfuit , Arimino præsertim .
Defuncto interim Joanne Baptista Vicecomite Medio-
lanensi Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Aprun-
tinæ Sedis Episcopo , in ejus locum ab Urbano VIII.
qui Hieronymi doctrinam , & merita plurimi facie-
bat , assumptus fuit die VII. Februarii , Anno
MDCXXXVIII. Doctissimus fuit , & eruditorum
Virorum amator , quibus libentissimè favebat , &
nulli parcens labori eorum Opera promovere sata-
gebat . Jus sacrum Apruntinis sapientissimè dixit ad
Annum usque MDCLIX. , qui postremus optimo
Præfuli fuit .

Opera ejus hæc sunt :

- I. Oratio ad Parmenses in funestissima Oddi celeberrimi
Jurisprudentiæ Magistri anniversaria commemoratio-
ne . *Perusia , ex Typographia Augusta , 1613. in 4.*
Memoratur à Cinello in Bibliotheca Volante , Plu-
teo III.
- II. Monumenta Apruntinæ Ecclesiæ ab ipso non sine labo-
re expiscata , & ad Ferdinandum Ughellum missa ,
quibus hic usus est in texenda Episcoporum ejusdem
Civitatis serie .
De eo agunt cum laude cit. Ughellus Ital. Sacræ Tom.
I. col. 372. num. LX. edit. Venet. Jo. Petrus Cre-
scenius Amphit. Rom. parte prima , pag. 209. , &
Siton. in Monument. Nob. Familiæ Figinæ , & in
Theatro Geneol. Famil. Nobilium Mediol. pag. 210.
MS. in fol. apud eundem Authorem .

D C C L X X X I V .

FIGINUS PETRUS .

Petrus Figinus , seu de Figino patriâ Mediolanen-
sis , Ordinem Minorum ab ineunte ætate pro-
fessus , multa eruditionis commendatione præfulsit
Sæculo XIV. exeunte , & etiam subsequenti initio .
Theologicas disciplinas , quas ex subtilissimi Joannis
Duns Scoti fontibus hauserat , plures annos e Cathe-
dra Ordinis sui Alumnis tradidit , dignus propterea
habitus , qui Magister in Sacris Paginis crearetur .
Conciones quoque populis utilissimas variis in locis
recitavit non absque ingenti nominis sui famâ . Inter
hæc tam seria studia ab amœnioribus alienus non
fuit , nam Poëtarum , præcipuè verò Itolorum , co-
dicibus evolvendis , ac diligenter emendandis inten-
tus , magnum Musas colentibus emolumentum con-
tulit .

Habemus ejusdem

- I. Opere del Divino Poeta Danthe , con suoi Comenti :
recorretti , & con ogne diligentia novamente in li-
tera cursiva impressi . In Bibliotheca Sancti Bernardini .

In fine sic legitur :

„ Fine del Comento di Cristoforo Landino sopra la
„ Comedia di Danthe Poeta excellentissimo , rivista &
„ emendata diligentemente per el Reverendo Maestro
„ Pietro da Figino , Maestro in Theologia , & excel-
„ lente Predicatore del ordine de Minori , & ha po-
„ sto molte cose in diversi luoghi che ha trovato man-
„ care si in lo texto come nella gioia , etiam noviter
„ per altri excellenti huomini . Impressa in Venetia
„ per Miser Bernardino Stagnino da Trino de Monferrâ .
„ del MCCCC. XII. A di XXIV. Novembre , in 4 .
Ex Schedis ad Typographicam Tridensem Historiam
paratis ab amicis . Canonico Joanne Andrea Irico ,
qui eas nobis humaniter communicavit ; monens in-
super Stagninum contribulem suum consuevisse in-
fronte Codicum à se impressorum inscribere verba
illa : In Bibliotheca S. Bernardini , ejus enim Sancti
Imagine pro insigni utebatur .

DCCLXXXV .

D C C L X X X V.

de la FLAMMA GUALVANEUS.

Inter Historicos, qui de Insubriæ rebus ex professo scripsere, non injuriâ censendus est Gualvaneus de la Flamma in hac Metropoli claro sanguine genitus. Nobilitatem, & opulentiam Familiæ, ex qua ipse in lucem prodiit, licet arguere ex Scriptoris ejusdem testimonio; ait enim in Manipulo Florum infra memorando, ad annum MCCXCII. publico Palatio Mediolani incendio consumto, Matthæum Vicecomitem in eo habitantem, emptis ab illis de la Flamma pluribus magnis domibus à tergo, ædificium restituisse. Spretis igitur paternis opibus sæculo valedicere statuit, atque Ordinem Prædicatorum amplexus fuit in Cœnobio Sancti Eustorgii. Id accidisse circa annum MCCXCVII. indicant verba ipsius Gualvanei, qui ad annum MCCXCIX. in eodem Opere narrans nuptias Galeacii Vicecomitis Matthæi Filii, cum Beatrice Marchionis Estensis Sorore (quas tamen initas anno sequenti asserit Corius) hæc subdit. „ Sed quia Ego Frater Gualvaneus de la Flamma scribens præfens eram, nam „ in Ordine Prædicatorum eram habens annum unum „ cum dimidio, quod oculis vidi fideliter enarrabo. Hactenus ille. Fuit eâ litterarum, atque eruditionis famâ nedum apud sui Instituti homines, verum & apud externos, ut ad publicam in Archigymnasio Ticinensi Cathedram advocaretur. Ibi Sacros Canones annis aliquot magno Auditorum plausu & frequentia docuit. Mediolani verò unius intra anni spatium Aristotelis Ethicam, Politicam, Economicam, Rhetoricam, & libellum de Sphæra interpretatum fuisse, testis est Leander Alberti loco citando; quod non mediocrem ingenii laudem in Gualvaneum nostrum refundit. Ex eodem etiam Leandro didicimus Scriptorem nostrum primum omnium è Sodalibus suis Philosophiam in Patria docuisse. His de rebus hæc scribit Ambrosius Taegius, alibi à nobis celebrandus, ad annum MCCCXV. „ Quum igitur hoc anno „ no studium Philosophiæ moralis in ordine sit introductum, primus qui legit in Conventu Mediolani, „ fuit Frater Gualvaneus de la Flamma Mediolanensis, qui legit Ethicam, Politicam, Economicam, & Rhetoricam Aristotelis, & Tractatum de Sphæra. Hic fuit persona honorabilis, & bonæ famæ in Civitate Mediolani, apud Magnates, & Principes pergratus. Per ejus operam Conventus Mediolani haud parum suscepit incrementum. Vicecomitum Familiæ, quam ab ineunte ætate Mediolani dominationem affectam viderat, singulari affectu semper favit, eorumque gesta diligentissimè profectus est, quoties occasio se se obtulit in infra recensendis ejus Operibus. Judicium hîc juvat inferere Clarissimi Joseph Antonii Saxii ex ejusdem Epistolâ ad Eruditissimum Muratorium jam editâ in Tomo XII. *Her. Ital.* Scriptor. præfixâ Opusculo Gualvanei de rebus gestis ab Azone, Luchino, & Joanne Vicecomitibus, pag. 991. ubi hæc leguntur: „ Familiare huic Auctori fuit fœtus suos informes relinquere; quo circa ancipiti adhuc lance suspendimur, an ea, quæ in hoc volumine desiderantur, casu aliquo exciderint, an consultò intermissa fuerint, manum è tabula removere Auctore, ut in absolvendis fortasse Ordinis sui Chronicis proximè enunciatis calamum occuparet. Incertum est interim, quo anno in vivis esse desierit Scriptor noster, nam laudatus Muratorius censuit, obiisse Gualvaneum multo ante annum MCCCLXXI. nam etsi ad hunc usque annum perveniat ejus Historia inscripta Manipulus Florum, tamen facile intelligi

Tom. I.

A contendit à legentibus ejusdem Historiæ sequelam, non ultra annum MCCCXXXVI. à Gualvaneo fuisse productum Opus hoc. Verum ipsum adhuc in vivis fuisse anno MCCCLXIV. probatur testimonio Ambrosii Taegii apud Puricellum in *Dissert. Nazariana*. Cap. CIX. pag. 553. asserentis se vidisse Chronicon Ordinis Prædicatorum à Gualvaneo conscriptum, quod servabatur in Bibliotheca Cœnobii Mantuani Sancti Lucae satis dilaceratum, & dissipatum, incipiens à nativitate B. Dominici anno Domini MCLXX. desinens in anno MCCCLXIV. tempore Magistri Generalis Petri de Palma. Ex quo saltem eruitur Scriptorem ad id tempus pervenisse. Nisi ergo alia superius enunciata obitarent, mirum non esset Gualvaneum ad annum usque MCCCLXXI. vixisse, cum dato quod ætatis suæ anno XIV. circiter Ordinem Prædicatorum ingressus fuerit, non attigisset anno MCCCLXXI. octuagesimum nonum. Ut autem ingenuè fatear, styli diversitas nimium me non movet, nam inter Opera Auctoris MSS. evolventa in Bibliotheca Ambrosiana, centies adverti varietatem ipsam etiam in eis, quæ certissime ab eo conscripta sunt. Cujus quidem rei causam arbitramur intermissionem Scriptori familiarem, ut aliis elaborandis operam daret, & consuetam illam negligentiam limæ, de qua supra citatus Saxius. In aula Joannis Vicecomitis, Capellani, & scribæ munere functus fuit Scriptor noster, qua de re videnda, quæ ipse tradit ad calcem Vitæ Azonis, ut infra. Priusquam tamen ad Operum seriem transeamus, dabimus libentissimè verba Quetif & Echard in Tom. I. *Script. Ord. Prædic.* pag. 617. „ Lusitanus emendandus, qui in duos dividit, alterum „ Galvanum Flamma ad MCCCXL. alterum Franciscum Galvanum Mediolanensem ad MCCLXII. „ ascribens, utrique eadem tribuens Opera.

Ecce hîc laborum ejus nomenclatura.

- I.** Gualvanei Flammæ, five de la Flamma, *Politia Novella*. Eam conscripsit Auctor in Cœnobio Sancti Eustorgii, & dicavit *Illustribus Principibus Urbis Mediolani, & Ducibus, Senatoribus, & Consulibus*.
- II.** Chronica extravagans habens *Questiones LXXXIII.* subalternatas Chronicæ Gualvagninæ, quam edidit, five disputando determinavit ipse F. Gualvaneus de Antiquitatibus Civitatis Mediolanensis.
- III.** Chronicon Majus ad Dominum Azonem Vicecomitem.
- IV.** Vita Azonis Vicecomitis. Hæc omnia sunt in magno Codice pergameno MS. litteris rubro-nigris, in Biblioth. Ambr. signat. A. num. 261. tamen Quetif & Echard tria tantum recensuerint, omissis Chronico majori. Opus autem numero IV. indicatum edidit Societas nostra Palatina in Tomo XII. *Script. Her. Italicar.* pag. 991. hoc titulo: *Opusculum de rebus gestis ab Azone, Luchino, & Joanne Vicecomitibus, ab anno MCCCXXVIII. usque ad annum MCCCLXII. adjectis aliquot adnotationibus Clariss. Viri Josephi Antonii Saxii Ambrosiana Bibliotheca Præfati*. Addidit præstantissimus idem Saxius Epistolam suam jam enunciatam ad Muratorium, in qua plura de hoc ipso Opusculo scitu dignissima Lector inveniet; præsertim verò sentit Fragmentum hoc esse majoris Operis, prolatis in medium argumentis. Obiter interim notandum laudatos Quetif, & Echard Chronicon majus hoc titulo dedisse: *Historia Universalis, quam ipse Azoni Vicecomiti Mediolanensi Duci nuncupavit Anno MCCCXXX.* Hic certe error cubat, nam Azo nunquam ad Ducalem dignitatem evectus est.
- V.** Chronica Ordinis Prædicatorum. Meminerunt etiam Leander Alberti & Lusitanus, qui asserit in Conventu Gratiarum olim fuisse.
- VI.** Chronica Imperatorum. Laudant hoc Opus cit. Lusitanus, & Vossius, qui ultimus innuere videtur extitisse olim Mediolani apud Franciscum Aellium Patricium Cod. MS. optime notæ, in quo est & Opus sequens num. VII. Picinellus verò Chronicæ Imperatorum addit Chronicam Præfulum, quam, inquit, utramque nuncupavit auctor Joanni II. Vicecomiti, & MS. etiamnum habetur in Bibl. Metropolitanæ Mediolanensis Ecclesiæ; sed & apud filios Aloysii ab Ecclesia

Kkkk

- clera anno MDCLV. defuncti MS. servabatur à Puricello visa.
- VII.** Chronica Civitatis Mediolanensis : quæ à quibusdam dicitur titulum habere, Flos Florum.
- In Codice Francisci Aellii citati, quem afferunt accuratum, refert Vossius teste Laurentio Pignorio viro clarissimo in Epistola ad ipsum data sic legi in fine: Scripsi anno MCCCXXXVI. Quod indicaret Gualvanum non ultra progressum. In Bibl. autem Reg. Paris. duplex est hujus Chronicæ exemplar: Primum num. 10113. fol. parvâ chartâ; cui titulus: „Chronica Civitatis Mediolanensis antiquitatum, nuncupata Manipulus Florum: Fratris Gualvanei de la Flamma Ord. Prædicat. S. Eustorgii, falsò alias ascripta Joanni de Monte, ex eo quod hic fortè fuerit illius amanuentis. Qui titulus recentiori manu, at sequens prima, & qua totus Codex: Chronica compilata, & extracta à quampluribus libris, & Historiographis appellata Manipulus Florum, sic incipit: „Si autem fucellam junco texerem, &c. Idem Opus sub hoc titulo editum legitur in Tom. XI. Rer. Italic. Scriptor à Sociis Palatinis pag. 531. *Manipulus Florum, sive Historia Mediolanensis, ab origine Urbis, ad annum circiter MCCCXXXVI. ab alio Continuatore producta, ad annum usque MCCCLXXI.* Usus est ad hanc editionem Clar. V. Muratorius Codice pergameno doctissimi Viri Camilli Sitoni, nunc apud filium ejus J. C. Joannem, sæpè à nobis collaudatum, extante. Antigrapha verò Muratorii collata sunt à me summo labore cum altero Ambrosianæ Bibliothecæ. Notandum etiam plura hujus Operis exemplaria extitisse olim apud Mediolanenses, & quidem inter se admodum varia, ut testatur, allatis exemplis, Muratorius idem in Præfatione supradicti Operis. Jucundum interim futurum arbitramur Lectoribus candidis Indicem conspiciere Auctorum, quos Gualvanus ad hujus Historiæ apparatus colligit, quem hausimus ex Quætif & Echard, plures observationes addentibus; aliorum meminit laudatus Muratorius in Præfatione generali Collectionis Scriptorum Rerum Italicarum, & nos quoque alibi. En illum.
- 1.** Numerus Chronicarum, à quibus Opus præcens compilatur in sequenti reperitur capite.
- „ 1. Liber Gotofredi, qui dicuntur memoria sæculorum: est apud S. Ambrosium.
- „ 2. Titus Livius apud Joannem de Cermentate.
- „ 3. Jacobus Januensis, &
- „ 4. Paulus apud Crescentigum.
- „ 5. Historia Ecclesiastica.
- „ 6. Historia Romana.
- „ 7. Stephanardus Ord. Prædic.
- „ 8. Bonvesinus apud S. Eustorgium.
- „ 9. Jacobus Laudensis, &
- „ 10. Registrum Communitatis apud Joannem de Cermentate.
- „ 11. Ptolomæus Episcopus Ord. Prædicat. apud Episc. de Torcelo.
- „ 12. Sicardus Episcopus Cremonensis apud Papiam.
- „ 13. Acucipius apud Freiscum de Medicis.
- „ 14. Martiniana Ordinis Prædicatorum.
- „ 15. Eutropius.
- „ 16. Graphia aureæ Urbis, apud Fratrem Lanzalotum Crotum.
- „ 17. Dacius, &
- „ 18. Arnulphus apud S. Nazarium.
- „ 19. Chronica Paduana, apud Presbyterum Ambrosium de Valnezia, & Vassallinum Boffium.
- „ 20. Registrum Potestatum Mediolani, apud Panigayros.
- „ 21. Historia B. Barnabæ... in Ordinaria.
- „ 22. Historia omnium Archiepisc. Mediol. apud S. Eustorgium.
- „ Ex his XXIV. Chronicis hanc Chronicam annotavi, quam Manipulum Florum appellare placuit.
- 23.** Ex quibus ultimis verbis patet quædam deesse in enumeratione relata in hoc exemplari. Saltem duos Auctores, aut etiam tres, si Graphia seu descriptio (ut interpretor) aureæ Urbis sit Eutropii juxta sensum Gualvanei. In hunc Auctorem acriter invehitur Petrus Maria Campi Canonicus Placentinus in Apologia sua Gregorii X. pag. 320., eumque maledicentiæ contra S. P. famam accusat. Hæc illi obijciuntur certe dura: Cod. Reg. fol. 120. Isto anno Gregorius Papa celebraturus in Lugduno Concilium, de Roma cum tota Curia Italiam intrans Othonem Archiepiscopum secum adduxit. Tandem Papa Mediolanum intravit, & ad petitionem Turrianorum Raimundum Episcopum Cumanum fratrem Nappi fecit Patriarcham Aquilegensis. Othonem Archiepiscopum Mediolani, in Placentia stare mandavit, quousque de Concilio rediret, promittens eum tunc infallibiliter in-

A

B

C

D

E

- „ suam sedem collocare. Recedit Papa, & Turriani magnis pecuniis ipsum Othonem interfici procuraverunt, sed non potuerunt, quia ad Concilium properavit. Attendenda est hic magna verecundia Papæ, qui ipsum Othonem sua promissione frustravit. Et paulo post: Anno Domini MCCLXXIV. sub Dominio Nappi de la Turre, exulante Othone, Guillelmus de Quto Vercellensis fuit CIII. Potestas Mediolani. Iste tempore Gregorius Papa rediens de Concilio, & intrans Lombardiam Othonis Archiepiscopi comitivam sprevit, & ut in Brigella comoratur mandavit. Quo audito Brigellam ivit exul, & tristis ab omnibus derelictus. Quæ sane de tam Sancto Pontifice dicenda non erant; etsi enim promississet à se Othonem in Sedem restituendum, quis nescit SS. Pontifices eo præsertim sæculo ab Italarum Urbium Tyrannus multa ferre coactos fuisse, quæ corrigere ac emendare in ipsis non erat, etsi voluntas non desisset &c.
- 24.** Finis, Anno MCCCLXXI. Dominus Galeas die XII. Novembris terram de Casale obtinuit, quam supra scriptus Marchio pluribus annis occupaverat. Sunt in universum 148. folia. Nihil est quod indicet Auctorem finisse anno MCCCXXXVI. quo annorum 50. aut 55. ad summum erat. Omnia ejusdem apparent styli, revera in posterioribus annis pauca refert, ut quasi senex & lassus scribere videatur.
- 25.** Extat in eadem Regia Biblioth. Codex alter n. 10114. in fol. par. char. scriptus Mediolani anno MCCCXIV. ut notatur ad finem, sed prima foliola defunt.
- 26.** Apparet ubique hunc Scriptorum Familie Vicecomitum additissimum fuisse, cujus originem, & genealogiam describit. Ab eo plura mutuarum exempla Baptistam Fulgosium afferit Gesnerus. Tristanus Chalchus in præfatione Historiarum Mediolanensium culpatur, quod fabulosa origine illius Civitatis, & Principatus narret; sed etsi id concedatur, certum pleraque potissimum quæ de Christianis sæculis habet, esse commendatione digna, historiamque scribentibus utilis, si, hæc tenus citati Scriptorum Denique illud non omittendum servari loco infra memorando Codicem hoc titulo: Manipulus Florum MS. in 4. optimæ notæ, cum miniaturis. In fine autem adnotatum legitur: „Scriptus per me Presbyterum Joannem de Monte anno MCCCXXXIII. die IX. Julii, jussu magnifici, ac præstantissimi militis Domini Vercellini Vicecomitis, ac Ducalis Commissarii, Tritivique Castellani. Extat inter MSS. Bibliothecæ Monachorum S. Ambrosii. Cod. signato A. num. 40.
- 27.** Id vel unum argumentum efficere potest, ut omnes mecum subscribant sententiæ supradictæ PP. Quætif, & Echard, arbitrantium Joannem de Monte non extitisse Auctorem Manipuli Florum, sed Amanuentem tantum, vel ad summum Continuatorem; de quo tamen dicemus uberius in articulo ipsius Joannis de Monte. Hoc Opus extat etiam in Biblioth. Cæsarea.
- VIII.** Vita S. Dominici. MS. in fol. Eam extare in Bibliotheca SS. Joannis & Pauli, apud Suos Venetiis, testis est Tomasinus. Hæc tamen subdunt laudati Quætif & Echard. „An sit Opus distinctum à Chronica Ord. Prædicatorum supra num. 5. laudata, doceant ejus domus Sodales, nec quasi ferro vitæ in tenebris retineant, sed in lucem exire patiantur.
- IX.** De Archiepiscopis, & aliis memorabilibus Ecclesiæ Mediolanensis.
- X.** Opusculum incipiens his verbis: „Infrascripta Sanctorum Corpora jacent in Civitate Mediolani, & Comitatu, & districtu. Hæc duo uno Volumine extitisse apud hæreses Aloysii ab Ecclesiâ hujus Urbis à Secretis, testis est Puricellus in Vita SS. Arialdi & Herlembaldi Lib. I. Cap. 4. Suspicamur tamen Librum hunc postremum eundem esse cum alio à Bosca relato, hoc titulo: „Index MS. Sacrarum Reliquiarum à Gualvano Flamma conscriptus, & in Ambrosiana Biblioth. servatus. Ita in notis ad Martyrologium Mediolanense, ad diem IV. Feb. num. 2.
- XI.** Summa Casuum Conscientiæ. Ex Possentino, & Lusitano referunt Quætif, & Echard.
- XII.** Sermones de Tempore.
- XIII.** Sermones de Sanctis. Lusitanus hæc duo ultima Opera tribuit cuidam Francisco Gualvano, sed allucinatum credimus Virum alioqui doctum, interpretando litteram F. Franciscum pro Fratre, id est, ut supra diximus ex uno Auctore duos fecit, quemadmodum ante nos id adverterunt sæpè citati Quætif, & Echard.

XIV.

- XIV. Sermones Festivitatū Beatissimæ Virginis Mariæ ,
ex Maraccii Biblioth. Mariana part. I. pag. 114.
- XV. Carmina plura Latina. Ea passim reperiuntur in
Vita Azonis supra enunciata.
Laudatur, præter jam citatos, à Trifano Chalco in
Præfatione Hist. Mediol. Gesnero in Bibliotheca
Universali, ab omnibus Scriptores Ordinis Prædic.
recensentibus, excepto Rovetta, de quo cum Mu-
ratorio miramur, & tandem à Picinello in Athe-
næo pag. 231.

D C C L X X X V I.

F L A V I U S F A U S T U S .

Clarissimum Mediolanensis Urbis ornamentum, Sæculis omnibus memorandum, nunc in lucem proferimus, Flavium Faustum. Genitus ipse fuit ex Gennadio Avieno, qui cum Valentiniano Principe, anno Christi CCCCL. Consulatum gessit. Distinguendus tamen est à Fausto seniore, qui eodem munere meruit insigniri, anno CCCCLXXXIII. tametsi & hic ex ipsa cum juniore familia prodierit. Patriam Fausti nostri fati declarant Opera ipsius mox laudanda, imò apertissimè docet Suburbanum ab eodem hîc possessum, de quo infra. Consanguineus etiam fuit celeberrimi Præfulis Ticinensis, Sancti Ennodii, ejusque familiæ originem ad Corvinos refert Sidonius Apollinaris in Epistola IX. Lib. I. Consulatum ejus, qui incidit in annum Christi CCCXC. Longino Collegâ, Quæsturam, Patriciatum, variis in locis Ennodius ipse commemorat. Exconsul pro Symmacho Summo Pontifice strenuè pugnavit in Laurentii Schismate, adversus Festum, & Albinum. item Exconsules, qua de re habemus testimonium Anastasii in Symmacho. Albino & Eusebio II. Conf. idest anno Christi CCCXCIII. Magistratum Officiorum gessit, & dum eo munere fungeretur, Theodorici Regis nomine ad Anastasium Augustum Legatus missus fuit Constantinopolim, atque ad eum, ut Legationis Magistrum, Gelasius Pontifex Commitorium scripsit. Sacri quoque Palatii Quæsturam administravit, hinc Præfecturæ Prætorianæ dignitate præfuit. Eum Theodoricus ipse in Campaniam misit, ut inspecto Nolano territorio Vesuvii Montis incendio consumpto, damnum passis tributa remitteret. Sororem habuit Stephaniam, ad quam habemus Epistolam Ennodii, quæ est XVIII. Lib. IX. Filium etiam genuit Rufum Magnum Faustum Avienum, qui anno DI. cum Probo Consul est renunciatus. Eloquentissimus Orator fuit, & non infimæ notæ Poëta; Facundiam enim illius his verbis commendat Ennodius in Parænesi Dicalica ad Ambrosium & Beatum Cap. VI. „ Hæc ergo dilectissimi, „ & assequi contendite, & adepta custodite. Sed „ replicetis, quibus ad ista magistris, quibus utamur institutoribus, quorum erigamur exemplis, „ cum Faustum & Avienum, Sæculi nostri beatitudinem, & Latialis flumen eloquii, aulicis districum teneat fors secunda consiliis? quos dum manet cura, à generalitate nescitur: quorum tentare præconia idem est, ac si lucem Solis, & potentiam velis divinitatis asserere. Poësi verò quantum valuerit ex infra dicendis facile patebit.

Consulatus Fausti mentio est in sequentibus Inscriptionibus, quas recens edidit Clar. Muratorius in novo Thesauro Veter. Inscript. Tom. I. pag. 415. inter Consulares.

THOMAS CUM AGNETE
SE VIVO COMPARAVERUNT
DIE KAL. SEPTB CONS FAVSTI
V. C. IVNIORIS.

DP. THEODOSI ~ EPC ~ DIE
VIII ~ IDVS ~ DECEMBRVES ~ FL
FAVSTO ~ IVNIORE ~ V. C. CONS.

Alias qui quærit adeat Fabretum in Inscript. pag. 558. & 757. Boissardum Antiquit. Rom. part. 6. pag. 112. Mabillon. in Supplement. Rei Diplom. pag. 89. atque Fleetwod pag. 397.

Idem Ennodius Carm. Lib. 2. Epig 3. in laudem Fausti, ejusque Carminum per armaria Bibliothecæ, quam erexerat, dispositorum hæc cecinit.

*Consona diversis finxisti Carmina libris,
Suscipiat gaudens littera quod tribuit.
Nescio qui tantum non laudet, Fauste, pudorem,
Cum reddis si quid lecta dedere tibi.
Depositum perdit mens recti nescia semper,
Ad mores redeunt hæc documenta probos.
Si tamen admittis dexter mea verba, fatebor,
Qui pollet magnis parvula jure fugat.
Laudentur, tereti quos pingis Carmine, Vates,
Mascula rhetorico Schemate lingua tonet.
Ceu Paulus Christum docuit hominemque Deumque
Quo præstat cunctis gentibus eloquio.
Attica per Grajos ditentur dogmata sensus,
Et nostrum stupeat Græcia docta decus.
Moralis strictis, narretur Physica certis,
Historiam monstrans indicet Historia.*

Plura scripsisse Faustum haud dubium est, omnia tamen excidisse dolemus, his exceptis, quæ vel supersunt, vel memorantur ab Ennodio, nimirum:

- I. Disticon: superest inter Carmina Ennodii Libro II. Epigram. 13. hoc titulo: Versus Domini Fausti.
- II. Descriptio Metrica Comensis Urbis, Lacus Larii, Abduæ fluminis, & adjacentium locorum. Ex Epistola Ennodii infra recensenda.
- III. Scripsit plures ad Ennodium ipsum Epistolas, quarum passim occurrit mentio in ipsius Responsonibus ad eum datis, quæ sunt sequentes.
 1. Epistola III. LIB. I., in qua gratulatur sibi de litteris à Fausto acceptis, & blandè quæritur, quod de Schismate Laurentiano adversus Symmachum Papam verba non fecerit.
 2. Epistola IV. ejusdem Libri. Respondet litteris Fausti.
 3. Epistola V. ejusdem Libri, quâ Fausto ipsi Avieni filio Consulatum gratulatur.
 4. Epistola VI. ejusdem Libri, quâ ejus eruditionem laudat, ob doctissimam Descriptionem Comensis Urbis, Larii Lacus, Abduæ fluminis, & adjacentium locorum à Fausto ipso editam, de qua supra.
 5. Epistola VII. ejusdem Libri. Excusat se apud Faustum, quod Servi quidam ad Ecclesiæ opem confugissent.
 6. Epistola XIV. ejusdem Libri. Sciscitatur à Fausto de salute Pontificis.
 7. Epistola XVII. ejusdem Libri. Respondet Fausti litteris.
 8. Epistola XX. Gratulatur de ejus valetudine, & commendat Bassum V. C.
 9. Epist. XXI. ejusdem Libri. Gratulatoria de adventu Fausti, & rogat ut ad se scribat.

10. Epist. XXVI. Scribit ad Faustum jubente Genadio ejus Patre de malis Liguriam prementibus post Mauricelli Fisci Advocati obitum.

LIB. I I.

11. Epistola X. Laudat eloquentiam Avieni, qui recens ad bonam valetudinem reductus fuerat.
 12. Epistola XI. Respondet Fausti litteris, & enunciat Epistolam Avieni ad se missam.
 13. Epistola XVI. Commendat Fausto Pamfronium.
 14. Epistola XXII. Commendat eidem Albinum confanguineum suum.
 15. Epistola XXIII. Agit de Lupicino Euprepiae Sororis suae filio, ejusque negotia Fausto commendat.
 16. Epistola XXIV. Familiaris est, & postulat à Fausto litteras.
 17. Epistola XXV. Scribit Fausto Quaestori Ravennae commoranti, & ei nunciat se inde incolumem Mediolanum pervenisse.

LIB. I I I.

18. Epistola III. Commendat eidem Constantium.
 19. Epistola XIX. Nunciat se invenisse Germanum ejus servum fugitivum.
 20. Epistola XX. Commendat Fausto negotium affinis sui Juliani.
 21. Epistola XXI. Commendat ei Vitalem virum sublimem.
 22. Epistola XXII. Blandè queritur de longo Fausti silentio, & ei denuò commendat Constantium.
 23. Epistola XXXIII. Mulierem quandam Epistolae suae patrocinio commendatam ad Faustum mittit.

LIB. I V.

24. Epistola V. Dalmatium virum sublimem commendat.
 25. Epistola IX. Commendat Venantium virum Clarissimum.
 26. Epistola XIV. Commendatitia est pro viro sublimi, & magnifico Pamfronio.
 27. Epistola XV. Epistolae latorem commendat.
 28. Epistola XVIII. Postulat ab eo litteras commendatitias ad Angelum Patricium pro affinibus Oplionis viri Sublimis & Magnifici.
 29. Epistola XXIV. Postulat ab eo litteras, ex quibus intelligat ipsius valetudinem.

LIB. V.

30. Epistola IX. Parthenium nepotem suum Romam proficentem Fausto commendat.
 31. Epistola XVIII. Dolet Faustum Ravennam abiisse.

LIB. V I.

32. Epistola II. Respondet Fausti litteris.
 33. Epistola IV. Breviter scribit quod oculorum morbo laboret.
 34. Epistola IX. Episcopum quemdam commendat.
 35. Epistola X. Postulat ut Faustus ad se transmittat chartam, quam fecerat in causa Laurentii Tabularii Comensis, & tollat litteras Comitum Patrimonii pro quadam caeca muliere, quam Martinus de Moditia opprimebat.
 36. Epistola XV. Commendat Fausto Simplicianum adolescentem nobilissimum Romam petentem, & frequentiores ab eo litteras postulat.
 37. Epistola XIX. Dolet quod Fausti videndi spectatitatus, rursus litteras scribere cogatur.
 38. Epistolae XX. & XXI. Familiares sunt.
 39. Epistola XXV. Pertinacem commendat.
 40. Epistola XXIX. Sabinum virum sublimem Romam properantem commendat.
 41. Epistola XXX. Queritur quod Faustus non scripserit.

LIB. V I I.

42. Epistola II. Postulat à Fausto litteras, quas ejus maerorem consolentur.
 43. Epistola XXX. Significat Fausto Parthenium, qui metu Fausti ejusdem virtutes colebat, eo absente in deteriora labi, ideoque ab eo postulat, ut opportunè ipsi consulat.

LIB. V I I I.

44. Epistola V. Commendat Fausto pauperes quosdam.

45. Epistola XIV. Narrat infirmitatem suam, & poscit ab eo litteras.

46. Epistola XVIII. Quemdam commendat.
 47. Epistola XIX. Se melius habere scribit, & meminit de Suburbano Mediolanensi, quod per Florum à Fausto petebat.

48. Epistola XXIV. Nunciat se convaluisse, miraculo Divi Victoris Martyris Mediolanensis, ab aegritudine, qua discedente Fausto aggressus fuerat, & ad mortem ferè adductus.

49. Epistola XXV. De eodem argumento.

LIB. I X.

50. Epistola II. Commendat eidem Faustinum.
 51. Epistola XI. Nunciat se litteras suscepisse, & differit de obitu puellae cujusdam, ipsius Fausti filiae. In fine ait se, licet cum dolore, Legati Provincialis munus accipere suspendisse, ne oblatam à Theodorico Rege Liguriae Legationem assumens, suspicionem Regi moveret ea, quae Ligurum nomine postulanda erant, ejusdem Fausti suggestionem peti.
 52. Epistola XXII. Scribit Fausto exhibita sibi fuisse documenta de Suburbano Mediolanensi ab eodem Fausto sibi concessio.

Inter Epistolas varias Cassiodori sequentes datae sunt ad Faustum.

LIB. I.

- Epistola XIV. Fausto Praefecto Praetorio Theodorico Rex: Praecipit, ut genus Tertiarum, quod Cathanenibus imperabatur, annis singulis persolvatur.
 Epistola XXVI. ad eundem: Agit de negotiis Ecclesiae Verfilensis.
 Epistola XXXIV. ad eundem: Jubet ut in locis maritimis nullus praesumat peregrinas naves frumento onerare, priusquam Provincia retinuerit, quod necessarium fuerit.
 Epistola XXXV. Praecipit ut frumenta publica citò curet deferri.

LIB. I I.

- Epistola V. Jubet annonae praestari militibus in claustris Augustanis constitutis.
 Epistola IX. Decernit, ut Sabinus auriga duplum stipendium habeat.
 Epistola XXVI. Vetat Apuliae, & Calabriae negotiatores vexari, & subdit edictum de aurariis.
 Epistola XXX. Eximit negotiatorem quemdam Mediolanensis Ecclesiae, pauperum servitio deputandum, ab illatione tributorum.
 Epistola XXXVII. Concedit Rex Spoletinis Civibus ad exhibitionem Thermarum supra consuetudinem aliam millenam.
 Epistola XXXVIII. Condonat Sipontinis negotiatoribus per biennium solutionem Fisci, & alia quaedam concedit.

LIB. I I I.

- Epistola XXI. Fausto Viro Illustri quatuor mensium inducias ad secessum in Provinciam concedit.
 Epistola XLVII. Fausto Praefecto Praetorio scribit se Jovino Collegae occisori, quod in ecclesiam confugisset, poenam capitis cum exilio in Vulcanias Insulas commutasse.
 Epistola LI. Stipendium assignat Thomati aurigae.

LIB. I V.

- Epistola XXXVI. Significat se Provincialibus Alpium Cottiarum assem publicum per tertiam Indictionem relaxasse.
 Epistola XXXVIII. Agit de querelis Populorum, quos Januarius, & Probus iniquis oneribus gravaverant.
 Epistola L. Jubet, ut inspecto Nolano territorio, quod incendium Vesuvii montis vastaverat, damnumpassis remittantur tributa.

Meminerunt Fausti nostri Chronicon Alexandrinum, Amelovenius in Fastis, sicut & Relandus, Sigonius, Panvinius, Gruterus, alique.

DCCLXXXVII.

FLORENTIA FRANCISCUS.

Quamquam Franciscus Florentia Mediolanensis (cujus Parentes, acta, & extremum annum nemo à nobis quærat, cum diligentissimam licet indaginem nostram frustra in his adhibitam ægrè feramus) inter Martis castra vitam ferè omnem insumperit; locum tamen meritò sibi vindicat inter reliquos hujus Metropolis Cives, qui eruditionis laude posteros sibi demeruerunt. Geminas enim peditum Italorum Cohortes Hispanici Exercitus dum in Belgio regeret, sequens Opus conscripsit, quod non modicam artis militaris sectatoribus utilitatem peperit.

Illud est:

I. Le Curieux simple Soldat parfait en la Fortification, composé par Francisco Fiorenza Milanois, lors estant Capitaine des deux Patentes d'Infanterie Italiene dans le Tercio, qui fust à Monsr le Ducque d'Aveliane, & d'Oria pour le Service de sa Majesté Catholique. En l'Escole du Monde le Pays Bas A Liege, chez Pierre Eller Marchand Libraire au Palais, 1645. in 12.

Opus dicavit Auctor Francisco de Mello Comiti de Assumar, & Marchioni Turris de Laguna. Nos verò credimus Franciscum Opus suum scriptum linguâ Hispanicâ primùm in lucem edidisse. In fine momentur Lectores Librum ipsum Italicè impressum, apud eundem Leodiensem Bibliopolam reperiri. Anticipites tamen sumus an Florentia noster idem Opus in Italicum converterit.

Hujus mentio est in Traçatu de Architectura Militari, qui habetur in Cursu Mathematico Mediolani edito, anno 1693. Idiomaticè Hispanicò, hoc titulo „Escuela de Pallas.

DCCLXXXVIII.

FLORIANUS.

Florianus Civis Mediolanensis à S. Ennodio Ticinensis Ecclesiæ Episcopo celeberrimo, quem suo laudavimus loco, sacris undis ablatus fuit, quem ideo suum ipsius ex lavacro patrem appellavit. In Latinis verò litteris Præceptorem habuit S. Cæsarium Arelatensem Episcopum notissimæ sanctitatis Virum. Mox in Romanum admissus Monasterium, S. Benedicti Regulam coluit sub Theodato Abbate. Porro Monasterium hoc non Romæ fuisse, sed in pago Lausanensi scribit Mabillonius loco inferiùs citando, sicque dictum à conditore, qui fuit Romanus Abbas Jurenensis. Id confirmat Epistola secunda Scriptoris nostri ad Nicetium Episcopum Trevirensis, in qua ipsum rogat, ut commendet Theodebaldo gloriosissimo Regi Insulam Lariensem, quæ Christopholis dicitur, ut Romanis servis ejus sacramenta, quæ data sunt, omnimodè conservarentur. Præerat eo tempore huic Cœnobio Florianus noster, sollicitè ideo curabat, Theodebaldum, ut juraverat, hujus Insulæ, quæ Romanis Ascetis tradita fuerat, possessionem factam tectamque servare. Florianum tanti fecit Arator Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus, cujus Elogium jam dedimus, ut Carmina sua eidem nuncupaverit Epistolâ eis præfixâ, in qua ait eum adhuc primævum, idest adolescentem, senibus ipsis dedisse documenta, quibus in cœlum iter instruerent. Studium illius summum in evolvendis eruditis Codicibus idem Arator indicat; Florianum enim rogat, ut prisca, & grandiloquis mille voluminibus sepositis, hæc recentia & breviora legat. Anceps est citatus Mabillonius, an Florianus noster idem sit cum altero ejusdem nominis, qui medio Seculo sexto Lirinensi Monasterio Abbas præfuit; mirum tamen non esset Florianum S. Cæsarii, qui ex Lirinensi Monacho ad Arelatensem Episcopatum ascenderat, discipulum ad illud regendum Asceterium fuisse expetitur. Summa pietate S. Ambrosium Mediolanensis Urbis parentem

Tom. I.

A prosequeretur, nam in Epistola prima ad præcitatum Nicetium Episcopum, obsecrat, ut pro se sacratissimum Confessorem Ambrosium interpellet, ut se peculiarem famulum tueatur, ac veluti proprium Civem, ac familiarem Alumnum foveat. Si autem Florianus Lirinensis Abbas verè fuit, haud difficilè negotium erit annum ipsius emortualem designare, nimirum circa annum Christi DLXXVII. anno enim sequenti jam sedebat ipsius Cœnobii Archimandrita Marinus, ut ex veteri Indice hausit laudatus Mabillonius.

Scripsit:

I. Epistolas II. ad Nicetium Trevirensis Episcopum, quarum prima hunc habet titulum: „Domino suo „Nicetio Papæ &c. „ Altera autem sic inscribitur: „Domino meritis beatissimo, & Apostolico Patri Nicetio Archiepiscopo &c. „ Eas refert Du-Chesnius T. I. pag. 851. Scriptorum Francorum historiæ. De eo agit Mabillonius in Tomo I. Annal. Benedict. libro IV. ad annum Christi DXLII. pag. 100.

DCCLXXXIX.

FLORUS GEORGIUS.

Georgius Florus Mediolanensis, ita enim inscribitur ubique, non infimi nominis Jurisconsultus, quippe qui Lancellottum Decium in legalibus studiis Præceptorem nactus fuerat, cum Jurisprudentiâ Oratoriæ facultatis, veterum more, ornamenta conjunxit. Rhetoricam plures per annos in Patria docuit circa initium sæculi XVI. Neque tamen ab Historia conscribenda fuit alienus, ut ex infra laudando Opere Lectores agnoscent. Damus hic interea, quæ Godefredus in Historia Caroli VIII. linguâ Gallicâ Parisiis edita Typis Regiis anno MDCLXXXVIII. pag. 216. ex Epistola quadam de hujus Auctoris editione conscriptâ, habet in hæc verba: „Incidit manus in „meas Georgii Flori Mediolanensis de bello Italico „Liber MS ante annos C. quem in publicum pro „ferre justum existimavi; tum quia Auctorem ipsum „debito præmio fraudare injustum; tum quia no „stros, & rem universam litterariam opere hoc spo „liare duxi nefas. Scripsit pro ætate, industriè, & „inquisitè, si non eleganter, & scitè. Multa in eo „bona judicia, multa libera. Etsi non ita sit Florus „iste multis floribus ingenii præditus; multæ tamen „in eo veritates, quæ ad Guicciardini, & aliorum, „qui Gallicas partes oppugnant, commenta & ca „villationes confutandas operæ pretium forent his, „qui historiam nostram meditantur. Hunc qualem „cumque ad te mitto; nec si mittere aliò vellem, „possem, nec si possem vellem. Agit de Gallicis „rebus, & Italicis &c. Divioni I. Kalend. Januarias „MDCXV. „ Hanc Epistolam eandem esse credimus cum illa, quam Michaël Maïtaire in Annal. Typograph. ad annum MDCXIII. Hugoni Picardeto Sacri Regii Consistorii Consiliario, & in supremo Burgundionum Senatu Procuratori Generali tribuit, scriptam Nicolao Brullarto Sillerio Franciæ Cancellario, quæ etiam præfixa est editioni Historiæ Flori nostri mox recensendæ citati anni. Illud interim non omittendum est, Auctorem scilicet in eodem Opere suo non omnia descripsisse, quæ ad Caroli VIII. expeditionem pertinent, vel fortè non integrum librum ad posteros pervenisse, quod probabilius videtur, ingens enim lacuna reperitur, cum ex improvise ad Ludovici XII. gesta transeat; sic enim legitur in fine editionis Godefredi jam memoratæ: „Cet Auteur ne „continue pas plus avant la Relation du voyage du „Roy Charle VIII. pour la conquête de Naples: au „moin s'il l'a fait, on n'a point de connoissance Mais „apres cet ommission il passe outre, & entre dans „le Regne de Louis XII. pour faire mention des „grand exploits de cet Roy en Italie. „ Emortualem Flori annum nemo, quod sciamus, hæctenus indicavit.

LIII Ejus

Ejus hæc sunt Opera :

- I. Georgii Flori Mediolanensis J. C. de Bello Italico, & rebus Gallorum præclare gestis libri VI. Prodigierunt cum Historia Caroli VIII. linguâ Gallicâ à Gottfredo conscripta. Paris, dans l'Imprimerie Royal, 1684. Scorsim verò, *ibidem*, ex Typographia Roberti Stephani, 1613. in 4. Extant etiam in Grævii Antiquitat. Italiæ Tom. IX. pag. 6.
- Aliam hujus Historiæ editionem memorat Aubertus Miræus, loco citando, his verbis: „Georgius Florus Mediolanensis J. C. de bello Italico, deque rebus sub Carolo VIII. & Ludovico XII. Franciæ Regibus in Italia gestis, libros sex ad posteros transmisit, quos cum aliis ejusdem argumenti edet Quercetanus.
- II. De Arte dicendi Libellus. Illum dicavit Francisco Solaro, & in nuncupatoria hæc leguntur: „Præexercitationes ad artem dicendi, quas Mediolani alias in publico litterarum Gymnasio elucubravi, cum quidam ex me familiariter efflagitaret, ut in lucem jam emittere inciperem &c. „Plura dare superfedemus, cum jam satis de ipso Opere locutus fuerit Clariss. Saxius in Historia Typographica.
- Agunt de Scriptore nostro, præter citatos, Aubertus Miræus in Auctar. de Script. Eccles. & Fabricius Bibl. Eccles. Tom. II. pag. 93. num. 504.

D C C X C.

F O N T A N A D O N A T U S.

Donatus Fontana Patriâ Mediolanensis sub mox elapsi sæculi initium non contemnenda dedit ingenii sui Monumenta. Nam præter liberalium artium acquisitionem, quam sedulo curavit, exoticas etiam linguas addiscendi laborem non infelici exitu suscepit. Hispanicam verò inter cæteras præcipuè adamavit, quemadmodum satis superque elucet ex Operibus, quæ Italicis verbis reddidit. Hujus coævus, atque affinis fuit Seraphinus Fontana Congregationis Cassinensis Monachus, & Abbas insignis Cœnobii Sancti Simpliciani, cui grati animi ergo ipsius Monasterii Ascetæ hoc Monumentum ibidem posuere, quod haufimus ex uberrima Collectione Comitum Octavii Archinti.

D. SERAPHINO FONTANÆ
MEDIOLANENSI

PRIMO POST ADIECTVM CONGREGATIONI
HOC COENOBIVM EX IPSIVS ALVMNIS
ABBATI VNIVERSAE CONGREG. CASSINEN.
APVD PONT. MAX. ORATORI
EIVSD. SEMEL ATQ. ITERVM PRAESIDI
QVI III. ABBAS COENOBIVM
NVMEROSA OPTIMAQVE PROLE
FOECVNDAVIT
AEDEM VETVSTATE SQVAlLENTEM
ORNAVIT
SANCTORVM CORPORA
QVAE IN ARA MAXIMA REQUIESCUNT
PER S. CAROLVM TRANSFERENDA
SOLEMNI RITV CVRAVIT
ABBAS IV. DESIGNATVS
ANTEQVAM PROVINCIAM SIBI DEMANDATAM
INGREDERETVR
BRIXIAE DECESSIT
OB EXIMIAM PIETATEM
COMITATEMQUE
ET INDEFESS. DE OMNIBVS BENEMERENDI
STVDIVM
INGENS SVI DESIDERIVM RELIQVIT
D. GRATIANVS TRITIVS MEDIOLANENSIS
EIVSDEM CONGREGATIONIS PRAESES
ET MONACHI
OPTIMO PARENTI POSVERE
MDCXVII.

Commendatur Donatus ob sequentia

- I. Le Novelle di Michele di Cervantes, traddotte dallo Spagnuolo per Donato Fontana Milanese. Milano, per Bartolomeo Vallo, 1627. in 8.
- II. La Guerra de' Mori, traddotta da un MS. antico Spagnuolo. MS. penes me, sed mancus, in 4.

D C C X C I.

F O N T A N A F R A N C I S C U S.

Franciscus, vel quemadmodum aliis placet, Franchinus Fontana patriâ Parmensis, cum primùm Messanæ Urbis Archiepiscopatum aliquot administrasset annos in summa temporum difficultate, ad Nolanam Ecclesiam translatus, inde à Bonifacio VIII. Pontifice Maximo Ambrosianæ Ecclesiæ Pastor post obitum Ruffini Frixetti renunciari meruit, anno à Salvatoris ortu MCCXCVI. Terribilissimâ paulò antehæresi infecta fuerat hæc Metropolis adnitente Guillelma quadam Bohema muliere, quam ut radicitus extirparet providus Pastor plurimùm laborasse perhibetur. Peculiares etiam Ritus, quos Ambrosianos dicunt, in Mediolanensi Ecclesia temporis, & belorum injuriâ labefactatos reformavit. Tantum prudentiâ, & agendi dexteritate valuit, ut quamvis exterus esset, maximam haberet apud Cives omnes auctoritatem; nam Vicecomitum potentissimam sententiam nedum simulatibus excitare potuit, verum etiam adjuvantibus Alberto Schotto, atque Cassano Turriano, ejus postmodum in Archiepiscopatu successore, hac Urbe exulare coegerit. Templi Sancti Spiritus, quod nunc possident Moniales Ordinis Sancti Benedicti non procul à Porta, quæ Nova dicitur, tunc extra mœnium ambitum siti, fundamenta jecit anno primo Præfulatus sui. Cùm autem annos XII. sedisset, fato concessit in Arce Angleriz, anno Redemptionis MCCCVIII. Francisci Cadaver Mediolanum translatum est, & in Basilica Hyemali sepultum.

Superfunt hæc illius Opera :

- I. Regula pro Schola Recommandatorum B. M. V., & pro cultu Sanctissimæ Eucharistiæ, cum Diplomate ejusdem. Dat. in Archiepiscopali Arce de Angleria, anno MCCCIV. die XXIX Junii. Extat in Collect. Diplom. Mediolanensi doctiss. Sormani.
- II. Reformatio, & Instauratio Missæ Ambrosianæ, facta anno MCCCIV. Pontificatus sui IX. extracta ex antiquissimo Missali Ecclesiæ Mediolanensis. Extat MS. inter Opera Petri Casola; de quo supra egimus. De tanto Præsule meminerunt Ughellus Ital. Sacræ, Tom. IV. in Mediol. Bordonus in Thesuro Ecclesiæ Parmens. Cap. VI. pag. 197. Libanorius in Aurea Ferraria part. I. pag. 37. Acta Ecclesiæ Mediol. Catalogus MS. Archiepiscopi Mediol. post Beroldum, ubi cognomen illius scribitur de Gagis. Processus in Pergameno MS. Guillelmi Bohemæ servatus in Ambrosiana, fol. 3. & 33. Camillus Sironius in Chronologia Archiepisc. Mediol. MS. in folio penes Clariss. Sironum Auctoris filium, alique plures.

F O N T A N A J O A N N E S B A P T I S T A.
V. DE COMITIBUS.

D C C X C I I.

F O N T A N A J O A N N E S M A R I A.

Inter Nepotes celeberrimi Dominici Fontanæ, qui Sixto V. jubente Obeliscum Romæ incredibili arte curavit erigendum, computatur Joannes Maria Fontana Mediolanensis. Prima ingenii sui specimina ostendit in Braydensi Gymnasio, ubi Philosophicæ Theoremata publicè cum audientium plausu propugnavit. Clericali postmodum militiæ nomen dedit, atque inter Alumnos majoris Seminarii computatus, Theologiam diligentissimè percepit, ob eruditionis meritum ejusdem sacræ facultatis postmodum Magisterio

sterio decoratus . Oblatorum etiam SS. Ambrosii & Caroli laudatissimam Congregationem amplexus fuit, ejusque doctrinam, & mores optimos Cæsar Cardinalis Montius Mediolanensis Archiepiscopus primum. Loccii Oppidi Sacerdotio, tum Sagrati, postremò Arcifati Præposituris muneratos voluit . Sanctorum laudes non rarò è suggestu recitavit eleganti Oratione, quam etiam in Sacris Concionibus præsetulit ad animarum lucra .

Opera ejus sunt :

- I. La Gara. Panegirico per S. Carlo. Milano, 1662. in 4. dicata Eminentissimo Alphonso Littæ.
- II. Motivi di materie predicabili, ricavati dagli Evangelij usati dal Rito Ambrosiano. Hoc Opus elaborabat Auctor, scribente Picinello, qui plurimum Sacerdotibus profuturum existimavit . Ubi nunc delitescat nemo nos docuit .
De eo citatus Picinellus in Athenæo pag. 307.

DCCXCIII.

FONTANA OCTAVIUS.

Magnam inter Theologos, qui conscientias moderantur, ac sacras confessiones excipiunt, famam consecutus fuit Octavius Fontana Mediolanensis . Hic cum ad sacra ministeria inter Clericos relatus se mancipasset, tantum sub Oliverio Mazzuchello Præceptore, alibi laudando, in sacris studiis profecit, ut Oppidi Mezzanæ Præpositurâ dignus fuerit judicatus . Cum autem Alphonfus Litta S. R. E. Cardinalis amplissimus, & hujus Metropolis Archipræsul optimus, inter eos casus, quorum absolutionem sibi reservaverat, horrendum, nefariumque bestialitatis facinus enumerasset, operæ pretium existimavit Octavius hac in re Sacerdotes juvare .

Opus ergo vulgavit hoc titulo .

- I. Tractatus de peccato bestialitatis. Mediol. 1668. in 4. De eo Picinellus in Athenæo pag. 443.

DCCXCIV.

FOPPA JULIUS.

Lucius Foppa Camillo Physico Collegiato, & Anna Coria parentibus genitus, cum sæculo valedicere statuisset, Societatem Jesu amplexus est, assumpto Julii nomine. In eo doctissimorum hominum Cœtu eruditionis tam sacræ, quam profanæ sibi ornamenta comparavit . Nec minor in ipso erat zelus, quo animarum salutem operam daret . Ardentes igitur ætate sua inter Ecclesiasticos, & Laicos ob jurisdictionem controversias compositurus, quidquid è Legum, & Canonum codicibus jam pridem hauserat, in publicam utilitatem derivavit, vulgato infra laudando libro, cui Anagrammaticum nomen præfixit, quod si Lector optimus perpendere velit, facile inveniet illud eisdem prorsus litteris exprimere: *Opus Julii Foppæ Societatis Jesu Mediolanensis* . Id cum ignoraverit Picinellus loco citando Flavium Popæum dedit . Fratrem habuit Julius Camillum post Patris mortem in lucem editum, qui Collegio Jurisperitorum aggregatus, peste obiit anno MDCXXX. seriem verò Genealogicam hujus Familiæ à Caradosso Alberti filio, qui erat in vivis anno MCCCXC. ad hæc usque tempora nobis humanissimè suppeditavit J. C. & Advocatus Joannes Sionus, extractam ex Theat. Genealog. Famil. Mediol. & ex Chron. Colleg. Nob. Physic. Mediol MSS. penes Auctorem .

A Liber Julii, de quo diximus hunc præfert titulum :

- I. Opus Flavii Popæi Civitatis Sefoe in Semeolandis: De Libertate Ecclesiastica cum publica Reipublicæ necessitate confæderanda . Bononia, typis Hered. Evangelistæ Ducis . 1651. in 4. Memoratur à Picinello in Athenæo pag. 196.

DCCXCV.

FOPPA VINCENTIUS.

In Vincentio Foppa Mediolanensi eminebat duplici titulo Picturæ ars, non minus enim penicillo, quam calamo valuit; & quemadmodum naturam imitari studuit colorum illecebris, ita eruditionis nomine commendatur . Artis ergo, quam optimè callebat, præcepta justo Volumine amplexus, transmisit ad posteros, quo facilius iter ad nobilissimum artificium panderetur, dignus propterea, qui à Joanne Paulo Lomatio laudibus cumularetur . Illi cœvus fuisse videtur, & circa initium sæculi XVI. floruisse .

Scriptit Opus hoc titulo :

- I. Trattato dell'arte del dipingere . Memoriam hujus libri servavit Paulus Moriggia, & ex eo Picinellus, nullus tamen docuit an in lucem prodierit, vel hæcenus delitescat .
Laudatur à prædictis Joanne Paulo Lomatio in Tractatu de pictura, Moriggia in Hist. Mediol. lib. I. cap. 59. & Picinello in Athenæo pag. 512.

DCCXCVI.

FORMENTUS JOANNES BAPTISTA.

Joannes Baptista Formentus Mediolanensis Ordinem Carmelitarum Congregationis, quam Mantuanam appellamus, ingressus, sub optimorum disciplina Præceptorum Philosophicas primum, mox Theologicas quæstiones diligentissimè scrutatus, magnam sibi eruditionem comparavit . Sacras quoque Conciones fervidissimâ facundiâ habere consueverat, quibus non modicum fidelium numerum ad meliorem vitam traduxit . Testatur quæ fuerit tanti viri de proximorum salute sollicitudo Cœnobium, quod Bononiæ in Patria mea dilectissima condidit, ut ibi mulieres, quæ corpore quæstum fecissent, si pœnitentiâ ductæ ad bonam frugem redissent, alerentur . Conventus sub Sancti Joannis ad Concham titulo renunciatus Præsul, illum egregiè gubernavit; quod etiam in Mantuano præstitit . Anno quoque MDLXI. universæ Congregationis Vicarius Generalis electus fuit . Post illud munus optimè gestum Mediolanum se recepit, ubi studiis tantum, sibi que vivens ad LXIV. ætatis suæ annum pervenit . Obiit à Christi Salvatoris ortu anno septimo & octuagesimo supra millesimum quingentesimum .

Plura Manuscripta reliquit Opera, quæ sunt :

- I. Disputationes de Pœnitentia . MS. pagg. 500. in Bibliotheca prædicti Cœnobii S. Joannis ad Concham hujus Urbis.
- II. In Philosophiam naturalem Aristotelis . Tom. II. MSS. in 4. pagg. 800. Ibidem .
- III. Quæstiones in secundam secundæ D. Thomæ . Tom. II. MSS. in 4., quorum primus est pagg. 486., secundus pagg. 492. Ibidem .
- IV. De Justitia, & Jure . MS. pagg. 626. Ibidem .
- V. Quæstiones variæ disputatæ . MS. justæ molis. Ibidem . VI.

VI. Quaresimale. MS. magnæ molis. Ibidem.
Tria in commendationem Scriptoris nostri cecinit Epigrammata Felina pag. 52. inter quæ hæc damus unum, quo laudat Concionem ab eo habitam de Sancta Maria Magdalena in Templo Sancti Petronii Bononiæ, quâ populum hortatus erat, ut mulierum, de quo supra diximus Cœnobium, erigeretur. Illud est:

*In terram ecce bonam frumentum decedit istud;
Nam Clausuri spicam Concio sola parit.*

Laudatur etiam à Vago in Commentariis pag. 332., & à Picinello in Athenæo pag. 279.

D C C X C V I I.

FORNARA JOSEPH MARIA.

Joseph Maria Fornara Mediolani genitus, Patre Joanne Dominico, Ordinem Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo professus, non infimam sibi eruditionis famam tam apud Suos, quàm apud Exteros peperit. Præter Sacræ Theologiæ Magistrum, alia quoque in Ordine munera gessit, nam Philosophiam, ac Theologiam in Urbe Neapoli biennio docuit, tum Studiorum Regens in Conventu Mediolanensi est constitutus. Ad sacras Conciones habendas promotus, septennio dixit ad Populum Quadragesimali tempore variis in Urbibus, præsertim verò in Patria, ubi nonnunquam etiam in Metropolitana Orationes recitavit. In Archigymnasio Ticinensi Ethicam cum laude nonnullos annos docuit. Provinciæ universæ Ordinis sui prudentissimè præfuit, cumque anno MDCLXIX. ob inter Sanctas Virgines relatam Sanctam Mariam Magdalenam de Pazzis, prima Solemnia in hac Metropoli à Carmelitis celebrarentur, Fornaræ Provincia demandata est litterarii apparatus, quo Templum exornaretur. Desideratus est Vir religiosissimus anno septimo præsentis Sæculi, in præfato Cœnobio Mediolanensi.

Habemus hæc illius doctrinæ Monumenta.

- I. Anno memorabile de' Carmelitani. *Milano, per il Gagliardi, 1688. T. II in fol.*
- II. Cronica del Carmine di Milano eretto in Porta Comasca. *Milano, per il Monza, 1685. in 4. Incipit ab anno MCCL. & prosequitur ad MDCLXXXIV.*

- A III. Il nuovo Sole di Milauo sotto del S. Chiodo asceso: *Milano, per il Monza, 1669. in 4.*
- IV. Relazione delle Feste fatte nel solennizzare la nuovamente santificata Maria Maddalena de Pazzi. *Ivi, 1669. in 4.*
- V. Carmina plura Saphica ab eodem composita, & in Templo Mediolanensi sui Ordinis sub Tabulis exhibitibus insigniora gesta ipsius Sanctæ Virginis, occasione, de qua diximus, exposita: extant in eodem Libro.
- VI. Elogia plura de eodem argumento. Leguntur ibidem.
- VII. Vita di Santa Maria Maddalena de Pazzi, divisa in due parti, con la prima parte da lui ordinata, ed abbreviata. *Ivi, 1669.*
- VIII. Raccolta d'alcune grazie di Maria, ed altre cose spirituali. *Milano, per il Monza, 1679. in 12.*
- IX. Panegyris pro Philosophia Morali habita in Scholis Ticinensibus. *Ibi, apud Gbedinum, 1669. in 4. dicata Ludovico Franco Carillo Mediolani Senatori &c.*
- B X. Supplicatio pro Religiosis de Monte Carmelo ad Federicum Vicecomitem Archiepiscopum Mediolani pro Officio celebrando B. M. V. de Monte Carmelo. *Mediol. apud Gagliardum 1685. in fol.* De eo nonnulla habentur in Athenæo Picinelli pag. 365.

D C C X C V I I I.

FORRERIUS ABBIATUS FRANCISCUS MARIA.

C Q uamvis non ignoremus nobilem eam gentem, quæ apud Insubres floret, sub nomine Forreræ, cognomen aliud, & quidem vetustissimum habere, illudque esse *Abbiati*; consultò tamen hujus Familiæ doctos Viros ex littera A. in hanc transtulimus, ut faciliores inventu essent sub ea nuncupatione, qua communius appellari solent. Id novum cognomen undè ortum fuerit, indicat Inscriptio Sepulchralis, quæ adhuc visitur in Ecclesia Carmelitarum hujus Urbis, relata à Clariss. Sitono in Chronico Physicorum Nobil. Colleg. Mediol part. II. art. 237. MS. in fol. penes Authorem, & vulgata ab eodem in Collect. de Legibus Nobilitatis §. 38. pag. 136. imprefs. anno MDCCXXIV. Illa est:

D. O. M.

IOHANNI ABBIATO

QVI OB REI MILITARIS PRAESTANTIAM

FORRERII MVNERE AC AGNOMINE

A FRANCISCO I. GALLORVM REGE DONATVS EST

IOHANNI IACOBO FILIO

EX LX. DECVRIONIBVS MEDIOLANI

PRVDENTIA ET INGENIO PRAECLARO

CAECILIAE PECCHIAE LECTISSIMAE FOEMINAE

CAMILLO FABRICIO OCTAVIANO I. V. D.

AC PROTONOT. APOSTOL. ARCHIPRESBYT. MEDIOL.

IOHANNES EX COLLEGIO PHYSICORVM MEDIOLANI

AVO PATRI MATRI FRATRIBVS POSTERISQVE POSVERAT

ANNO A CHRISTO NATO MDLXXXVIII.

SEPVLCHRUM NOBILIVM DE ABBIATE DE FORRERIIS.

Primus

Primus inter clarissimæ Familiæ Eruditos elementario ordine occurrit Franciscus Maria Abbiatus Forrerius Mediolanensis, in sæculo Julius Cæsar, Francisci, & Calidoniæ Ruschæ conjugum filius, qui in majori Seminario Clericorum, cui se adolescentulum mancipavit, liberalibus disciplinis excultus est; inde cum in Collegium Canonicorum Regul. Lateranensium fuisset adscitus, in Academia Patavina Philosophiæ, Theologiæ, ac juri Pontificio operam dedit, ubi lauream consecutus, & in sacrum Theologorum cœtum receptus, verbum Dei Concionator eximius præcipuis Italiæ Urbibus enuncia- vit. Præfuit post hæc suis Abbas S. Mariæ Casoreti apud Mediolanum, & S. Caroli Monatii apud Larium lacum, summâ cum laude; indeque à Paulo V. ad Bobiensem Ecclesiam subvectus est an. MDCXVIII. die III. Decembris, atque eodem anno consecrationis munus à Joanne Gratia Mellino, Sanctæ Rom. Eccl. Cardinali, die Festo S. Thomæ Apostoli percepit: Ecclesiam suam decessorum incuriâ deformatam restituit, auxit, ornavit, ac rigidus sacre disciplinæ custos, & exactor, non subjectæ dumtaxat plebi suæ profuit, sed ultrò ad utilitatem proximorum sese offerens, jussu Federici Card. Borromæi Archiepiscopi Mediolanensis, remotiores hujus Diœcesis Valles immenso labore, summoque ardore procurandæ Religionis invisit. Templum extra mœnia Bobiense Urbis erexit, & Deiparæ Auxiliatrici dicavit. Episcopale Palatium vetustate labefactum ex integro penè restituit, atque in nobiliorem formam redegit; nullis interim parcens laboribus, ut Gregem Christi curaret. Obiit Pastor optimus, non circa annum MDCXXXVIII. ut placet Papadoplo loco citando, cum adhuc esset in vivis anno MDCXLIV. quemadmodum nos monuit amicissimus J. C. Sitonius: certè mors ejus accidit ante annum MDCL. quo die V. Decembris ab Innocentio X. successor illi datus est Alexander Porrus Mediolanensis à Congregatione Clericorum Regularium, quos Theatinos nuncupamus.

Scriptis

- I. Ingens Volumen Concionum Italicarum; de quo meminit idem Papadoplus, sicut & sequentium.
- II. Responso Latina in re morali Theologica pertractanda non pauca, de quibus hæc ait citatus Papadoplus. „Horum duo vidimus, in horum altero luculenter ac laceriosè probat, ac planè comprobat, venias, quas dispensationes appellant, adversus Oecumenicarum Synodorum decreta fieri minimè posse ullâ Ecclesiasticâ potestate, nisi causa subsit, quæ necessitatem, vel saltem evidentem, & magnam utilitatem contineant, non sanè eorum, quibus veniæ hujusmodi fiunt, sed Communitatis, aut Ecclesiæ: quamobrem conficit, eas, ni rarissime fiant, nullius momenti esse. In altero adversus Pensiones Ecclesiasticas summo ardore, atque impetu stylum exacuit, ostenditque institutionem earum, quam eruditè illustrat, usu vel potius abusu quotidiano corrumpi. Eas Beneficiis curam animarum agentibus, ut ut opulenta ea sint, nulla ex causa indici posse: nec licere Curatoribus Ecclesiarum sine crimine in earum onus à quocunque impostum, jussimve consentire. Ex utroque hoc responso multa olim decerpimus, quæ in opus annorum, quod ad laborum nostrorum commodum, quasi promptuarium confarcinavimus, seposuimus.
- III. Editto del Re Cristianissimo Luigi XIV. contro i Duelli, tradotto dal Francese da Francesco Maria Abiati, in 12. Milano, e ristampato a Vienna, appresso il Cosmerovio, 1666. Monemus Lectores optimos librum hunc nobis ad manus non esse, cum tamen Auctoris nomen, & cognomen cum nostro consentiat, arbitramur translatum fuisse ab eo ante Episcopatum. De tanto Præsule agunt Ughellus Ital. Sacre Tom. IV. in Bobiensibus num. XI. Paulus Moriggia in Descriptione Consanguinitatis Familiæ Sfondratæ; & J. C. Sitonius in Theatro Genealog. Famil. Nobil. Mediol. MS. apud Authorem.

Tom. I.

DCCXCIX.

FORRERIUS ABBIATUS JOANNES.

Joannes Abbiatus Forrerius Matthæi J. C. laudatissimi, de quo paulo post agendum, & Prudentiæ de Laude Conjugum Mediolanensium filius, cum eruditione, quam sibi ab infantia summo studio comparaverat, pietatem morum sedulò conjungere studuit. Neque tamen Patriæ commodis, ut Civem optimum decet, insudare renuit, nam inter Duodecim Ædiles, qui Urbis Præfecto comites addi consuecunt, cooptatus, impositum sibi munus strenuè administravit. Claruit ab anno MDCLXXXIX. ad MDCCXXIV. qui ipsi postremus fuit. Ex ejusdem Genealogia, quam Clariss. Siono debemus, incipiente ab Antonio Decurione Mediolanensi Joannis filio, qui erat inter vivos anno MCCCCL. usque ad Joannem nostrum, discimus plures ex eadem Familia præclaros floruisse Viros, inter quos reticere non possumus Joannem Gabrielem præfati Antonii Fratrem. Fuit hic Episcopus Berieensis sub Archiepiscopatu Dyrachii in Epiro, & Ascanii Mariæ Stortia S. R. E. Cardinalis, Ticinensis Episcopi Suffraganeus, floruitque anno MCCCCLXXXV.

Joannes autem noster his se Operibus immortalitati commendavit.

- I. Vita, e Miracoli del Glorioso Patriarca S. Francesco di Paola, Fondatore dell' Ordine de' Minimi, espressi con figure, con la loro dichiarazione. Milano, per Francesco Vigone, 1710. in 4.
 - II. Massime Morali, e Politiche. Milano, per l'Agnelli, 1690. in 12.
 - III. Documenti Morali, traddotti dal Francese. Milano, per il Gbifolzi, 1689. in 12.
 - IV. Genealogia nella Nascita del Principe di Piemonte. Milano, per il Malatesta, 1699. in 4.
- De eo Advocatus Sitonius in libro, cui titulus: „Leges Nobilitatis, seu Collectanea de Legibus Nobilitatis textualiter, Historico-legaliter, æconomicè, & practicè ab anno Salutis MCCC. ad annum MDCCXXIV. chronologicè consideratis, ad usum Collegialium, Patriciorum & Equestrium Ordinum in Causis Candidatorum ex Urbe potissimum Mediolanensi; §. 38. pag. 136. impressi in fol. anno 1724. apud Malatestam, & P. Mazzucchellus in Schedis.

DCCC.

FORRERIUS ABBIATUS MATTHÆUS.

Matthæus Abbiatus Forrerius, mox laudati Joannis genitor, parentes habuit Julium, & Hieronymam Pecchiam Conjuges Nobiles Mediolanenses. Jurisprudentiæ lauream affectus tractandis in Foro Causis se totum dedit, qua in re magnam suo nomini existimationem conciliavit. Sanctissimæ Inquisitionis Officio plures annos intervixit munere Consultoris insignitus. Oratoriâ Arte excelluit, nec Poësi minus delectari consueverat, quemadmodum ex infra citandis ejus Operibus elucebit. Claruit ab anno post Christum natum MDCLX. ad MDCLXXXIII.

Illius supersunt, quæ hîc damus.

- I. La Colonna di Santa Chiesa. Panegirico di Sant' Agostino. Milano, per il Monza, 1660. in 4. Dicata fuit hæc Oratio Comiti Ludovico Pecchio J. C. C. eamque habuit Forrerius in Templo Sancti Marci hujus Urbis, eodem anno, cum Sancti Doctoris Festum à Jurisprudentiæ studiosis in Palatino Gymnasio celebraretur.

M m m m

II.

- II. Incentivo di glorioso ardore alle generose Intraprese del Serenissimo Duca di Lorena per la presa di Filisburgo. *Milano, presso il Ramellati, 1677. in 4. Poema.*
- III. Allegationes plures Juridicæ tam editæ, quam MSS. De eo perpauca Picinellus in Athenæo pag. 416., & J.C. Sitonus in Schedis.

D C C C I.

FOSSATUS JOANNES FRANCISCUS.

Joannes Franciscus Fossatus Civis Mediolanensis, Marfilii, & Juniperæ Vicomercatæ filius, anno MDXCI. in lucem editus, Sancti Benedicti Regulam in Congregatione Montis Oliveti professus est anno MDCV. die VIII. Decembris. Philosophicis, atque Theologicis Studiis diligentissimè peractis; ingenii sui lumina in publicum proferre cœpit. Nam cum plurimum eloquentiâ polleret, Conciones habuit ferventissimas variis in Italiæ Urbibus, præcipuè verò Florentiæ, ubi Magni Hetruriæ Ducis Concionator fuit, & aliquando etiam in Basilica Protomartyris hujus Metropolis. Inter Academicos Animos dictus fuit *l'Assicurato*. Abbas electus anno MDCXXI. Monasterium Baddagiense sui Ordinis rexit, anno verò MDCXLII. Romanum Cœnobium Sanctæ Mariæ Novæ administravit ad annum usque MDCXLIV. Urbano VIII. Summo Pontifici, cui ob famam doctrinæ notissimus erat, charus in primis fuit, eumque Paulus Aresius, alibi jam à nobis commendatus, Episcopatum Derthonensem ejurasset, anno eodem, die XXIII. mensis Maji, Fossato munus Pastorale collatum ab ipso Pontifice fuit. Eum stans ceremoniis Dominicus Cardinalis Spinula Episcopus Agrigentinus Præfulatui initiavit. Antistes fuit, ut Ughelli verbis utamur, in omni curiosa litteratura versatus; verum allucinatus est doctissimus Auctor, asserens eum Procuratoris Generalis Congregationis suæ officium gessisse, cum nunquam verè id fuerit, quod ante nos advertit Michaël Angelus Belforti loco citando. Sibi commissam Ecclesiam prudentissimè curavit ad annum usque MDCLIII. quo migravit è vita, die XI. Martii, ætatis suæ LXII. Ita enim notant Continuatores Ughelli, tametsi Belfortus scripserit obiisse Fossatum annos natum LV. anno præcedenti. Sententiam nostram circa decessum hujus Præfulis confirmare videtur electio Successoris, videlicet Caroli Septalæ, quæ incidit in diem XVIII. Augusti anni MDCLIII.

Multa edidit Præful doctissimus, videlicet:

- I. *Memorie Istoriche. Milano, per il Gbifolli, 1640. in 4. Extat etiam MS. autographus in Bibliotheca Sacrum S. Victoris.*
- II. *Panegirico della B. Chiara da Montefalco: teste Picinello.*
- III. *Orazione funebre in morte di Cosimo II. Gran Duca di Toscana, recitata li VI. Marzo MDCXX. Siena, presso Ercole Gori, 1620. in 4., ed in Milano, presso l'Alciati, 1625. in 4.*
- IV. *Otto Corone, cioè otto Discorsi per Santa Maria Maddalena. Milano, 1622., ed in Lucca, presso il Giudice, 1640. in 4.*
- V. *Letteta scritta ad un Amico suo da Don Gio. Francesco Fossati Milanese, Abate Olivetano dell' Ordine di S. Benedetto bianco, in favore della Spagna contro le pretensioni della Francia. Dalla Camera. XXII. Aprile MDCXXXII. MS. in foglio, segnato G. III. in Biblioth. S. Victoris Mediol.*
- Ad eum Aloysius Plantanida Fernensis Carminum Libellum dedit, de quo suo loco dicemus.
- Agunt de ipso Belfortus in Chronologia Cœnobiorum, Virorumque illustrium Congregat. Montis Oliveti, pag. 128. Armellinus in Bibliotheca Benedic. Cassin. in Append. pag. 44. Lancellot. lib. 2. pag. 322. Ughellus Ital. Sacra Tom. IV. in Derthonensibus num. LXXXV., & Picinellus in Athenæo pag. 300.

D C C C I I.

FOSSATUS PAULUS.

Paulus Fossatus nobili genere Mediolani ortus est ex Simonolo Urbis Decurione, & Ambrosina Resta Conjugibus. Tantum eloquentiæ laudè claruit, ut nedum ipse à se recitandas Orationes conscriberet, verum aliorum quoque adductus precibus ab eisdem pronunciandas elucubrare consuesceret. Id paruit cum Nicolaus Tolentinus, strenuus Armorum Dux, ad hanc Urbem accessit: cum etenim coram Philippo Maria Mediolani Principe dicturus esset, ad eruditionem Fossati nostri confugit, ut in mox recensendo MS. Codice adnotatum reperitur, Orationem scilicet à Fossato compositam fuisse, à Tolentino verò recitatam. Plures habuit fratres Paulus noster, Jacobum scilicet Ambrosianæ Basilicæ Canonicum anno MCCCCL. & Præpositum Ecclesiæ Collegiæ Sancti Georgii, quæ ad Palatium nuncupatur: Joannem, qui anno MCCCXLVII. inter Duces & Defensores Reipub. Mediolanensis computatur: & Franciscum, cujus Epitaphium extans in Ecclesia S. Joannis, quam supra murum dicunt, supeditavit nobis in Collectione sua Comes Octavius Archintus, in hæc verba:

SPECTABILIS AC GENEROSVS MILES
ET SARZANAE COMES
D. FRANCISCVS FOSSATUS
MCDLXII.

Ex omnibus Orationibus Pauli nostri, hæc tantum superest:

- I. *Oratio congratulatoria adventus Nicolai Tolentini Magnifici Ductoris ad Illustrissimum Mediolani Principem Philippum Mariam, per Paulum Fossatum edita anno MCCCCL. Idibus Maji. Extat in MS. Codice signat. M. num. 44. in 4. in Biblioth. Ambrosiana. Hujus Genealogiam deductam ab Alberto Fossato, qui claruit anno MCCC. texuit nobis humanissimus atque doctissimus J.C. Sitonus, qui etiam de Scriptore nostro agit in Monument. Famil. Vicecomit. pag. 11. edit. anno MDCCXIV. in fol., & in Monum. Famil. Fossatæ. MS. in fol. penes Authorem.*

à S. FRANCISCO ALEXANDER.
V. VALOTTA LUDOVICVS.

à S. FRANCISCO MATTHIAS.
V. de REGIBUS.

à S. FRANCISCO PASCASIUS.
V. de COMITIBUS JOSEPH CAROLVS.

D C C C I I I.

FRANCISCUS.

Tametsi Francisci, de quo nunc agimus, cognomen nemo posteritati servaverit, patriam tamen, unde ortum traxit, nullo modo fraudare possumus, quominus eum in publicam hanc litterariam scenam producamus. Neque enim contemnere audemus judicium purgatissimum Joannis Joliti, cui tot debet eruditissimos Codices Litteraria Respub. h

enim Vir præstantissimus, & doctorum hominum ætatis suæ testimonio celebratus, tanti fecit Francisci nostri Carmina, ut ea dignissima duxerit, quæ inferrentur Collectioni suæ. Ibi reperiuntur

I. Rime di Francesco Milanese nella Raccolta del Giolito, Libro quarto. Bologna, 1551.

DCCCIV.

FRANCISCUS alter.

Duo sunt Mediolani Ordinis Servorum Deiparæ Virginis Monasteria, unum in Urbe sub ejusdem Virginis nomine, alterum verò in Suburbio Portæ Orientalis sub vocabulo S. Dionysii, olim Abbatia Monachorum Cluniacensium, ab Eriberto, sive Ariperto Archiepiscopo, ut jam diximus, conditum. Alii ex hoc Religioso Coetu, ut loco suo habetur, Patriam eruditione honestarunt, neque tamen prætereundus Franciscus à Mediolano, cujus nil aliud invenimus præter sequens Volumen, ideo à nobis datum quòd MS. sit.

I. Leboini Diaconi de Inventione, & Translatione Sanctissimi Vultus de Luca, quem Librum Franciscus de Mediolano Ordinis Servorum B. M. scripsit, & transtulit in linguam Thufcam. Extat MS. in Bibliot. Vat. Cod. 2331. ex Montfaucon. Bibliot. MSS. Tom. I. pag. 143.

DCCCV.

FRANCIUS JO. BAPTISTA.

IN Oppido Pallantiæ ditionis Mediolanensis ad Verbanum Lacum sito, Sebastiano Patre, ortus est Idibus Decembris, anno Salutis humanæ MDCLV. Jo. Baptista Francius, qui minoribus studiis ritè peractis, cum Physicam facultatem in Ticinensi Archigymnasio annos aliquot didicisset, quarto ætatis suæ lustro X. Kal. Januarii, Doctor creari meruit. Postmodum in altero Oppido non longè à Patria, cui nomen Vogonia, ægris curandis aliquandiu dedit operam, ibique XXII. ætatis suæ anno, Opus composuit, quod numero I. laudabimus. Tum Mediolanum se contulit, ut ibi Physicam profiteretur; cumque ad morbum, quem Gallicum dicimus, curandum pillulâ quadam sæpius usus fuisset, aliud Opus elaboravit, de quo num. II. agendum. Verum apud plures offendit, quod nimis sincerè eorum nomina in publicum protulerit, quibus Venereâ lue infectus pharmaco suo opem dederat. Ipsum etiam infectatus est Bernardinus Gallignanus Finariensis Physicæ Doctor, qui in hac Metropoli domicilium statuerat, asperoque stylo in eum invecus, licet erroneè, ut Curtius testatur, Opusculum edidit, de quo infra. Cæterum Francius non contemnenda reliquit eruditionis suæ vestigia.

Scripsit enim hæc.

- I. Elenchus utilitatum de sectione venarum in pedibus. Ad Illustrissimum & Venerandum Mediolanensis Xenodochii Majoris Capitulum. Mediolani, typis Francisci Majetta, 1693. in 12.
- II. Pillola Anti-venerea, o sia mistura Anti-acida, unico purificativo degli umori, comprovata con quantità di sincere esperienze. Al Sign. Co. Diomede Casati. In Milano, nella Stampa di Carlo Giuseppe Quinto, 1700. in 12. Adversus hunc Librum scripsit Gallignanus criticum Opusculum hoc titulo: „L'Apo- „logo della Pillola Anti-venerea, o sia mistura „Anti-acida. Venezia, 1701. in 12.
- III. De signis, causis, & curatione acutarum, malignantium, sporadicarum Febrium: Hunc Tractatum MS. hausimus ex Cotta loco citando, qui tamen addit forsitan eum nunquam edendum, quòd paucis ab hinc annis Pompeius Saccus de eadem materia Opus concinnaverit.

Scriptoris nostri meminerunt Cotta in Museo Novariensi pag. 161. Curtius de Script. Med. Mediol. pag. 199. & Portigliottus in Febrifugo Universali Cap. XVI.

DCCCVI.

FRANZONUS MARCUS ANTONIUS.

BAceni, quod Oppidum est Vallis Antigorii in Diocesi Novariensi, ac Mediolanensi Ducatu, genitus est Marcus Antonius Franzonus, qui Patris, & Avi jurisprudentiæ laude celeberrimæ vestigia premeus, lares è patria cum in hanc Metropolim transtulisset circa medium mox lapsum sæculum, laureâ in utroque jure insignitus, causarum patrocinium plures per annos cum singulari doctrinæ famâ exercuit. Quo obierit anno frustra quæsimus; adhuc tamen inter vivos computabatur eo tempore quo Lazarus Augustinus Cotta Museum Novariense scribebat.

Habemus hos litterarios ejus labores:

- I. Consultatio, extat inter illas celeberrimi Mansii, Tom. V. editas Luca, 1685.
- II. Allegationes plures, extant in Collectionibus Archintea. &c tam editæ, quam MSS. Laudatur à Villegas ad Stat. Vallis Antigorii pag. 2. & à citato Cotta in Museo pag. 279.

DCCCVII.

à FRESCAROLO ANGELUS.

IN Oppido Frescaroli propè Varisium, ubi Pius IV. Summus Pontifex, à nobis loco suo memorandus, magnificas ædes condidit, natus est Angelus Capuccinorum Institutum professus, qui sodalium suorum more, gentis cognomine abdicato, à patria dictus est Angelus à Frescarolo. Expetivimus sæpè ab ejusdem Ordinis Viris reliqua ad Scriptorem nostrum pertinentia, sed nihil omnino reperire concessum fuit, præter brevissimum Elogium, quod ei texuit Dionysius Genuensis loco citando, in hæc verba: Vir à probatis moribus, ac religiosis vitæ exemplis commendatus. Vixit circa medium præteriti sæculi.

Edidit lectu dignissimum Opus, hoc titulo:

- I. Discorsi Morali per le Religiose. Milano, per Antonio Malatesta, 1683. in 4. Laudatur in Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum. Sancti Francisci Capuccinorum, à prædicto Fr. Dionysio Genuensi contexta, edit. II. pag. 19.

DCCCVIII.

FRIDERICIUS HIERONYMUS.

Hieronymus Fridericius nobili magis, quam opulentâ familiâ Trivillii natus est; ex Margaritha Butinona sorore Joannis Mariæ Sagonensis Episcopi. A pueritia litterarum studiis imbui cœpit sub eodem præceptore, quo usus paulo antea fuerat Angelus Medices, qui postea Pius IV. fuit Pontifex maximus. Exactis autem studiis minoribus, Hieronymus juri Canonico, Civilique se dedit, laureamque est consecutus. Cum verò præfatus Joannes Maria Butinonus ejus avunculus, profectus Romam Gubernator Urbis constitutus fuisset, is evocatum Fridericium Sagonensi primùm, mox Marturanensi Insulâ augeri curavit, doctum scilicet, probumque, atque antiquâ severitate virum. Itaque, cum se Romæ commen-

dabilem reddidisset, à Senatu Populoque Romano inter Patricios cives cum universa Fridericiorum Triviliensium gente publico decreto adscriptus est. Commodum ei accidit vacante Pontificatu, ut Angelus Medices Cardinalis sub Pii IV. nomine Pontifex Maximus renunciaretur, qui Hieronymum jam inde à pueritia cognitum Urbis Gubernatorem adlegit. Ad inquirendum contra Caraffas Pauli IV. Nepotes post ejus obitum electus, cum præclare hoc munere functus fuisset, multorum sibi invidiam comparavit. Quare Pio Pontifice ex hac vita sublato, cum surrogatus ei fuisset Pius V. qui Caraffis purpuram debebat, Hieronymus consilio Divi Caroli Borromæi, quo familiarissimè utebatur, Trivilium in patriam recessit, ut adversariorum insidias vitaret. Ibi satis lautas construxit ædes, quæ viis, vicisque circumquaque comprehenderentur. Ibi quoque sacra ministeria frequenter obibat, faciebatque insulatus ad Aras. Quin etiam, Divo Carolo procurante, ibi Sacerdotio sacrabat statis temporibus initiatos, qui ex tota Insubria eò confluebant. Post decessum vero Pii Quinti Pontificis Maximi à Successore Gregorio XIII. Romam iterum adscitus, Urbi gubernandæ redditus est, Laudis Pompeæ Præful renunciatus die VI. mensis Augusti, anno MDLXXVI. atque solemnè pompa Urbem Laudensem adiit sequenti anno XVII. Kal. Januarii. Verùm cum Taurini populi sub Alpibus, Galliæ tunc hæresum venenis infectæ, contermini, viro forti, atque acris ingenii ad religionem tutandam indigerent, in eam regionem Nuncius Apostolicus, Visitatorque cum potestate à latere Legati Fridericius missus est. Ibi memor patriæ prædia redditusque non spernendos Sancti Martini Rectoribus perpetuo dono addixit, ut certis diebus ante noctem convocato populo Matri Virgini Litanias canerent præcedente salutationis Antiphona. Vasa etiam argentea magni ponderis, ac admirabilem magnitudinè pixida cum ingenti saphiro ad exponendum divinum Panem, multamque vestem pretii eximii ad eos misit. Verùm, cum in demandato sibi munere impigrè, navitèrque summa cum omnium laude versaretur, Romam ad spes majores evocatur. Cum autem Laudem Pompejam venisset in Præfulatum suum, componeretque suæ Curie res, subitis doloribus afflictus, post prandium intra paucas horas improvisè prope morte extinctus est, cum paulo post ante Concilio Provinciali Mediolanensi interfuisset. Cadaver ejus lividè intumuit, unde cognitum est veneno sublato fuisse. Fama fuit ejus Pincernam Fridericii adversariorum muneribus victum scelus illud perpetrasse. A Divo Carolo ita Hieronymus amabatur, ut cum ille ex nuntio Mediolani certior factus fuisset de repentino ejus morbo, studuerit Laudem Pompejam advolare ad opem, si fieri posset, laboranti ferendam, verum Meleniani in via monitus est amicum vitæ decessisse. Obiit VIII. Id. Novemb. anno Christi MDLXXIX. conditusque jacet in Cathedrali sua, cum hoc Elogio:

D. O. M.

HIERONYMO FEDERICIO EPISCOPO
JVRIS AC FORENSIVM RERVM
PERITIA INSIGNI
ECCLESIASTICAE LIBERTATIS
ACERRIMO DEFENSORI
LVDOVICVS TABERNA SVCCESOR
POSVIT ANNO MDCII.
VIXIT AN. LXIII.
OBIIT VIII. ID. NOVEMB.
MDLXXIX.

Habemus ejusdem hæc reliqua.

- I. Acta Gubernationis suæ Romanæ, quæ servantur Romæ in Tabulario Molis Eliæ.

A II. Acta Missionis suæ ad Serenissimum Sabaudie Ducem ibidem asservata.

III. Litteræ plures ad S. Carolum in collectione Epist. illius de qua jam supra.

IV. Decreta generalia in visitatione edicta, ab Hieronymo Federico, Episcopo Laudensi, Nuncio, & Visitatore, in Sabaudia Ducis dominio; adjectis Constitutionibus Summorum Pontificum, & Concilii Tridentini Decretis. Taurini, apud heredes Nicolai Bovi-laque, 1577. in 4.

Eum laudavit in Funere Hieronymus Ragazzonus Episcopus Bergomensis, qui Scriptorem nostrum appellavit: Pacis conciliatorem, amorem justitiæ, patremque pauperum; de quo loquitur Achilles Mutius in Theatro Bergomen. lib. VI.

Ingressum autem ipsius in Laudensem Urbem Carmine narravit Joannes Gabbianus in libro cui titulus: Felix ingressus Pontificalis Hieronymi Friderici Episcopi, & Comitis Laudensis, ad Patres concipitros Laudenses, Carminibus expressus à Joanne Jacobo Gabbiano. Mediolani, apud Postumum 1579. in 4.

Honorifica tanti Præfulis mentio occurrit in Hist. Concilii Tridentini Cardinalis Pallavicini, à quo dicitur: severus, justique tenax. In Ughell. Ital. Sacra in. Episc. Marturanen. & Landen. Plura habet etiam Moriggia de Nobil. Mediol. Historia Vallis Camunis. Emmanuel à Laude in Hist. Trivulsi. MS. in Ambrosiana; & multa quoque debemus Viro doctissimo Canonico Hieronymo Barizaldo Trivillati; qui contribulum suorum eruditionis commendatione celeberrimè monumenta nobis perhumaniter communicavit.

DCCCIX.

FRIGERIUS SEVERINUS.

C **H**onesta Frigeriorum Familia Mediolanensis Severinum protulit, qui sub initium præteriti sæculi inter Cisterciensis Instituti Monachos cooptatus, tanquam singulare quoddam sui Ordinis ornamentum refulsit. Præter Theologicas disciplinas, in quibus Magister constitui meruit, Jurisprudentiæ quoque arcana tam diligenter scrutatus fuit, ut quoties Opus esset, non contemnendæ eruditionis Allegationes, pro tutandis præcipuè Monasteriorum suorum Juribus, elucubraret. Sed ab amœnioribus etiam Musarum studiis non abhorruit juvenili præsertim ætate, qua tamen maturitatem ingenii, & litterarum peritiem præseferbat. Id præsertim ostendit Severinus anno MDCXXXII. Cum enim VI. Kal. Februarii, Cardinali Trivultio oppiparum prandium parassent Ambrosiani Cœnobii Monachi, Emblematis, Picturis, atque Carminibus à se compositis, Triclinii vestibulum, & Monasterii partem non modicam exornavit. Qua de re sic legitur in libro Roberti Ruschæ, cui titulus: Descrizione del Monistero di S. Ambrogio: notis marginalibus manu Auctoris appositis. „ Fu fatto „ un Banchetto sontuoso nel Refettorio di S. Ambro- „ gio al Sig. Cardinale Trivulzio l'anno MDCXXXII „ adì XXVII. Gennajo, che già si doveva alli X „ Dicembre MDCXXXI. con Imprese, Pitture, „ Epigrammi, ec. distesi per l'Andegone, e nel ve- „ stibolo del Refettorio con spesa di trecento Scudi; „ ed Inventore delle Pitture, ed Epigrammi, fu il „ Padre Abate Don Severino Frigerio da Milano, „ giovine d'anni, ma maturo nelle belle discipline, „ e delle più rare Scienze ornato. „ Sacram legerat Theologiam in præfato suo Monasterio Scriptor noster, cum anno MDCXXXI. die XXIII. Octobris Abbas electus fuit Cœnobii Trium Magorum Vique- riaz. Quo autem desideratus sit anno nemo hæcenus indicavit; adhuc tamen florebat anno MDCXLL

Superfunt ejusdem:

- I. Plures Allegationes in Jure Can. & Civili tam editæ, quam manuscriptæ in fol. Servantur in Bibliotheca Monachorum D. Ambrosii Mediolani sui Ordinis.
II. Carmina & Elogia memorantur à Rusca loco citato. Inter Carmina Augustini Terzaghi extant Epigrammata duo Abbati Severino Frigerio, pag. 38.
De eo Acta Regiminis Congregat. Cisterciensis Lombardiæ. MSS. in Archivo Sancti Ambrosii hujus Urbis apud Suos.

G

D C C C X.

G A B R I E L .

Gratulandum profectò est Mediolano non solum pro tot Viris, Fœminisque in litteris Orbe universo claris, sed magis magisque pro iis qui eruditioni, & scientiis probitatem vitæ, sanctimoniamque jungendo, perpetuum nomen, æternamque beatitudinem sibi compararunt; Inter hos mihi primus in hac littera G. se offert Gabriel ex Ordine Fratrum Minorum S. Francisci strictioris Observantiæ, quem tantùm à Mediolano nuncupare coactus sum, nam ejus cognomen temporis injuria nobis, Suisque rapuit. Vir certè fuit tantæ sanctitatis, & doctrinæ, ut à Leone X. Summo Pontifice in Episcopum Dariensem sub Archiepiscopo Heracleæ, five ut alii volunt, sub Dyrachino die XXI. Junii, & Suffraganeum Ecclesiæ Bononiensis, Joanne Stephano Ferrerio Cardinali, & Francisco item Cardinali Alidofio Præsulibus, destinari meruerit, anno MDXVIII. Legitur tam in vita, quàm post mortem virtutibus, & miraculis claruisse. Dolemus autem quòd de ejusdem Actis, & Scriptis tam parcè Annalistæ sui Ordinis loquuti sint, tantummodo nobis tradendo quod Mirandulæ obierit, atque in Conventu ipsius Civitatis Sepulchrum habuerit, Beati titulo insignitus. Utinam Moriggia, à quo omnes alii exscriperunt, Operis ab Auctore compositi aliquid amplius reliquisset quàm nudum titulum,

Qui est:

- I. De Legibus Canonicis Tractatus.
Sic idem Moriggia in lib. 3. Nobilitatis Mediol. c. 30. quem sequuti sunt VVadingus ad an. MDLX. Aroidus in Epit. Annal. ad an. MDXLV. §. 44., & Picinellus in Athenæo pag. 227.

D C C C X I.

G A D D I U S J O. F R A N C I S C U S .

Congregationem Canonicorum Regularium Lateranensium summopere illustravit Franciscus Gaddius Mediolanensis, Vir eximiâ dicendi fœcunditate clarissimus. Illustri Ordini suo bis præfuit, nempe annis MDXXXVI. & MDXL. ex consensu omnium, in Comitibus Romæ, atque Ravennæ habitis. Tanta ei fuit virtutum omnium soliditas, ut Cœnobium Sancti Stephani de Cittadella Vercellis, antiquum Monachorum Ordinis Sancti Benedicti domicilium, ei reformandum tradiderit Bonifacius Ferrerius S. R. E. Cardinalis, quod postea ob vim bellorum eversum extitit, nec non cum altero Sancti Justi Segusii mutatum fuit anno MDLXXX. Testimonium verò eximiæ magnificentiæ Gaddii nostri etiamnum viget in Templo Sanctæ Mariæ Passionis hujus Urbis ab eodem insigniter restaurato, ampliatoque. De Viris illustribus Familiæ Gaddiæ agit abundè Clariss. Sitonus loco infra enunciando. Erat adhuc in vivis anno MDXLII. ex Scriptoribus hîc proferendis. Dolendum interea est, quòd de tanto Viro parum memoriæ posteritatis Sui servavere, nam neque Acta Reformationis memorati Monasterii, nec Epistolas eruditissimas, de quibus infra, offerre potuissim Lectoribus

Tom. I.

A meis, nisi fors præ manibus mihi omnia præbuisset.

En igitur quæ de isto Auctore proferimus:

- I. Acta Reformationis Monasterii Sancti Stephani de Cittadella Vercell. MSS. in fol. Extant in Bibl. Vaticana in Cod. sign. 1136., teste Montfauconio.
II. Epistolæ plures eruditissimæ ad Carolum Barbavariam, & ad Jo. Baptistam Corneum, cum responsionibus eorundem. Extant in Cod. MS. Jo. Baptistæ Cornei, de quo suo loco; aliquæ datæ sunt Mandelli, annis MDXVII., & MDXVIII.
III. Dissertatio de Cæsare, & Oppio. Legitur in eisdem Epistolis.

Loquuntur cum laude de ipso Celsus Rosinus in Lycæo Lateranensi pagg. 414., & 415. Hieronymus Borferius in Supplem. Nobilit. Mediol. Cap. X. pag. 30. Doctissimus Sitonus in Chronico Colleg. Jurisperit. inter Monumenta Senatus pag. 50. sub num. 152. impress. anno 1706. in fol.

D C C C X I I.

G A G L I A R D I D E R O T A A N T O N I U S .

Antonius Gagliardi de Rota, Eremita Augustinianus, Mediolanensis Cœnobii Divi Marci Alumnus, post egregiè navatam Philosophicis, Theologicisque studiis operam, Cathedram ascendere iustus, easdem disciplinas sui Ordinis tyronibus ad plures annos, non sine ipsorum emolumento tradidit: subindeque Magisterii Lauream assequutus est. Ad docendi munere ad regiminis onus subeundum concordanti eligentium calculo adactus, quæ pietatem, quæve œconomiam tangunt, sedulò curavit. Augustinensi igitur in Insubria Provinciæ primùm, deinde Sancti Marci Asceterio ad biennium successivè præfuit. Mirùm porrò dictu est, quam exactè, suaviterque ad legum normam servandam, illarum maxime quæ Dei cultum respiciunt, (ipso in primis cæteris præeunte) subditos alliceret; quorum quidem animos exemplò, prudentiâ, humanitateque sibi arctissimè devinxerat. Præfulgidis hisce dotibus vim dicendi, ac majestatem quamdam modestiæ conjunctam copulaverat, ut meritò potens in opere simul ac sermone haberetur: hinc omnibus acceptissimus, præcipuè tamen Sapientissimis Reipublicæ Venetæ Patribus, quorum supremo decreto (Gagliardo ipso agente) Palatiagli Cœnobium, in eorum dominio, ac Bergomensis tractu situm, perpetuo regimini Augustinensium D. Marci commendatum fuit. Admiratione profectò, ac memoriâ dignum hoc est, quò gravissimorum hujusmodi Virorum nedum eximia in Antonium nostrum benevolentia, sed & plena in probitate, ac ingenuitate Mediolanensium Augustinianorum fiducia comprobatur. Bibliothecam interim dicti Cœnobii Mediolanensis (cujus Antonio demanda fuerat custodia) pluribus Voluminibus auxit. Cæterùm quicquid illi supererat temporis vel à regendi cura, vel à piis exercitationibus, totum lectioni, aut scriptioni impendebat: unde plura cum latinâ, tum vernaculâ linguâ (infra omnia singillatim recensenda) elucubravit. Quæ autem Italicè, ac eruditè pro ætate sua scripsit, charitatem quidem erga Deum, & Proximum, peculiareve Authoris obsequium in Beatam Virginem præferunt; at sui temporis inscribendo corruptelam adeò evincunt, ut vel ex sola prætitulationum inspectione satis dignosci queat. Obiit Vir doctus æquè ac pius circa initium anni MDCLXXXVIII. Placuit hîc adnectere versus aliquot

N n n n

quot

quot excerptos ex Hendecasyllabo, quod Gagliardo nostro, dum Priorem agebat, Festumque D. Antonii Abbatis recoleret, alter Augustiniani Instituti Vir inscripsit, quibus ea, quæ supra innuimus, mirificè illustrantur.

Namque Antonius unus hæc celebrat

Festa; Antonius unicus Virorum

Verè flos, & apex, honorque, amorque,

Gemma, & Corculum, Jaspis, & Corona &c.

Reliqua ne Lectorem fatigemus, ob prolixitatem omittimus.

Hujus docti religiosique viri depicta Imago visitur in Bibliotheca Cœnobii Sancti Marci cum hac Inscriptione:

P. MAG. FR. ANTONIVS GAGLIARDI
DE ROTA
MEDIOLANENSIS
CONVENTVS S. MARCI PRIOR
ET BIBLIOTHECAE PRAEFECTVS
AETAT. ANN. LVII.

Hæc elucubravit.

- I. Ad octo Libros Physicorum.
- II. Ad Libros de Cœlo & Mundo.
- III. De Generatione & corruptione. Hæc Volumine uno MS. in 4.
- IV. De Gradibus Formarum.
- V. Ad Libros de Anima.
- VI. De Ente supernaturali. Hæc quoque uno Vol. MS. in 4.
- VII. Disputationes de Angelis. MS. in fol.
- VIII. De Sacramentis in genere.
- IX. De Sacramento Eucharistiæ.
- X. Disputationes Theologicae. Hæc etiam uno Vol. MS. in 4.
- XI. Sermones quinque contra Judæos. MS. in 4.
- XII. Miscellanea Sacra & Prophana. Tom. II. MSS. in 4.
- XIII. Sermones varii tam Latini, quàm Italici. Tom. IX. MSS. in 4.
- XIV. Il Giardino de' Gigli di Tommaso da Kempis, trasportato dal Latino in Italiano. MS. in 4. pagg. 161.
- XV. Le Stanze della vera divozione. MS. in 4. pagg. 196.
- XVI. La Scuola di vera pazienza aperta a' Latini dal Padre Geremia Dresselio; esposta agl' Italiani. MS. in 4. pagg. 1110. senza gl' Indici, e la Prefazione.
- XVII. Provisioni Spirituali per ben vivere, e somministrare a' Divoti, e veri amatori della propria salute. MS. in 4. pagg. 327. senza la Prefazione, e la Dedicatoria.
- XVIII. Inferno consolato. MS. in 4. pagg. 165. senza la Dedicatoria, e Prefazione.
- XIX. Li Tesori nascosti, o sia le Prerogative ristrette nella Sagra Cintura. MS. in 4. justæ molis.
- XX. La Santa Messa con esattezza celebrata, con diligenza servita, con divozione udita. MS. in 4.
- XXI. Sermoni sopra Maria Santissima. Tom. II. MSS. in 4.
Omnia MSS. extant in Bibliotheca Eremitarum Divi Augustini Cœnobii S. Marci Mediolani, & aliqua sunt impressioni parata.
- XXII. Sagra Zona di Maria Santissima di Consolazione, in cui sono ristretti tutti li beni spirituali, che gode il Divoto, entrando, perseverando, e morendo nella Compagnia de' Cinturati della medesima Santissima Vergine, P. Sant' Agostino, e Madre Santa Monica. In Milano, per Federico Agnelli, 1678. in 12.
- XXIII. Il vero Amico sino alla morte, da cui all' Amico infermo si porgono ajuti salutari per il buon viaggio all' altra vita: e vi sono per ogni infermo, e per ogni sano esercizj piúsimi, ed uti-

- lissimi di virtù. In Milano, per il Remolfo, 1680. in 12.
 - XXIV. La vera Scuola per gli Agonizzanti aperta ad ognuno, che deve morire, nella quale per mezzo di alcuni pii discorsi s' insegna il modo di passare con facilità all' eterna felicità. In Milano, per Marcantonio Pandolfo Malatesta, 1681. in 12.
 - XXV. Conserve Spirituali per gl' impensati bisogni de' Dicitori Evangelici: e sono varj Sermoni per il Carnevale, Domeniche, Venerdì, e Sabbati della Quaresima, esposti sotto la protezione dell' Illustriss. Sig. Conte Pietro Francesco Belgiojosi. In Milano, per Carlantonio Malatesta, 1684. in 12.
 - XXVI. Il Pittore di se stesso, ed è il Cristiano, che dagli Originali di alcune delle sublimi azioni di Cristo ricava in quindici lezioni le copie, per adornarne se stesso. In Milano, per il Remolfo, 1684. in 12.
 - XXVII. Il Divoto di ogni dì, cioè Divozioni per ogni giorno somministrate a chi brama tener buona cura di sua salute. In Milano, per Carlantonio Malatesta, 1685. in 24.
 - XXVIII. Vergine nel cuore ferita, cioè Sette pii Discorsi sopra li sette più penosi dolori provati da Maria sempre Vergine nella Passione del Redentore suo Figlio. In Milano, per Carlantonio Malatesta, 1685. in 12.
 - XXIX. La Santa Anatomia, che consiste in cinque pie. Lezioni, ed alcune Divozioni sopra le cinque membra del Redentore, da crudi ferri aperte. In Milano, per Carlantonio Malatesta, 1688. in 12.
 - XXX. La Susanna divotamente considerata, o siano Ragionamenti spirituali sopra la Storia della casta Susanna Matriona Ebraea. In Milano, per Marcantonio Pandolfo Malatesta, 1687. in 4.
 - XXXI. La Celeste Pandora, ed è Maria sempre Vergine, cui fanno a gara di arricchire le Persone divine, e fanno altresì a gara di onorare le Persone umane. Trattamenti morali. In Milano, per Carlantonio Malatesta, 1687. in 12.
 - XXXII. La Virtù mascherata, e senza la maschera. Curioso, e fruttuoso Trattamento per chi brama lettura di sollievo, e di profitto. In Milano, per Ambrogio Ramellati, 1687. in 12.
 - XXXIII. Uomo di Dio. In Milano, per Carlantonio Malatesta, in 12.
 - XXXIV. Li sette Pianeti nel Cielo di Maria. In Milano, per Carlantonio Malatesta, in 12.
 - XXXV. Le sette Maraviglie del Cielo, e sono le sette Festività di Maria Vergine. In Milano, per Carlantonio Malatesta, in 12.
 - XXXVI. Le nove Gemme di Ezechiele, e sono le nove Virtù praticate da Maria Vergine nelle nove mesi precedenti al suo santissimo Parto, rammemorate nelle nove giorni antecedenti al Natale del Redentore. In Milano, per Carlantonio Malatesta, in 12.
- De hoc Auctore plura debeo P. Nicolajo alibi laudato.

DCCCXIII.

GAGLIARDI JO. ANTONIUS.

Joannes Antonius Gagliardi Mediolanensis, Uberti, de quo mox agendum, filius, Medicam artem, in qua post diligentissimum studium laureâ fuerat decoratus, non paucos annos in patria professus, ægris præsentissimam sæpè tulit opem. Verùm secum, ipse recogitans nullum morborum genus febribus frequentius miseris exagitare mortales, ut vel defunctus prodesset, Opera mox memoranda elaboravit, quæ quanti habenda sint Physicæ studiosi faciliè percipient. Florebat medio fermè sæculo XVII. Miramur autem Curtium primum tantum Volumen hujus Scriptoris indicasse; nam reliqua et Mangeto hausimus.

Edidit:

- I. Nova ratio universalis medendi febribus humoralibus Jo. Antonii Gagliardi Phil. & Medic. Mediolani, et Typog. Ambrosiana, 1632. in 4. Illud inscripsit Collegio Physicor. Mediol.
- II. Della cognitione, e cura de' mali communi, estivi, ed autumnali. Milano, e Genova, 1643.

III.

III. Consultationes variae. Colonia, 1637.

IV. Trattato dell' Acciajo in uso della Medicina. Milano, 1645.

Edidit etiam librum Patris sui, de quo infra.

Laudatur à Curtio de Clar. Medicis Mediol. pag. 180., & à citato Mangeto in Tomo I. part. II. Biblioth. Scriptorum Medicorum, pag. 367.

DCCCXIV.

GAGLIARDI UBERTUS.

MOx laudati Joannis Antonii genitor fuit Ubertus Gagliardi non infimi ordinis Medicus, cujus nulla omnino mentio nobis occurrit in Curtio, aliisque Scriptoribus, qui posteris Physicorum illustrium monumenta servarunt, Mangeto solummodo excepto. Nihil certè omissimus diligentiae, etiam apud hujus Metropolis Medicos, ut plura tradere liceret, adversa tamen forte cogimur pauca admodum dare, reliqua fortasse aetas proferet.

Scriptit :

I. Della ragione, e qualità del vitto nelle febrì pestifere, maligne, ed acute. Data in luce da Gio. Antonio suo figliuolo. Milano, 1645.

Ex Mangeto loco citato in eodem Jo. Antonio.

DCCCXV.

GALDINUS.

Sanctus Galdinus, Mediolani ex Nobili Salarum. Gente ortus, litterarum studiis sua tempestate clarissimus, ad amplissimos honorum gradus iter sibi virtutis, & doctrinae meritis aperuit. Canonicus primum Templi Maximi, mox Archidiaconus, demum Archiepiscopalis Cancellarius, cum Oberto Pirovano Antecessore suo in Archiepiscopatu Mediolanensi, dum Ecclesia Dei Schismaticorum discordia scindere tur, ad Alexandrum III. Pontificem Maximum tunc in Galliis profugum se contulit, ibique annos IV. constitit. Anno autem MCLXV. urgentibus Romanis Alexander è Galliis in Italiam rediit, & paulo post, mense Decembri, Galdinum inter Cardinales S. R. E. cenferi voluit, Presbyterumque constituit tituli Sanctae Sabinæ in Aventino, ut Ciacconio placet, sive Sanctae Susannæ ad duas domus, ut Baronius scribit. Anno sequenti, qui fuit Redemptionis MCLXVI. mortuo Oberto, ab eodem Alexandro Mediolanensi Ecclesiae Pastor datus est, die Dominica secunda post Pascha, & in Gallia Cisalpina Sedis Apostolicæ Legatus constitutus fuit. Mediolanum ab Ænobarbo dirutum instauravit. Ordinem Humiliatorum cognovit, laudavit, & confirmavit. Alexandriam ad Tanarum fluvium in honorem Alexandri III. à fundamentis extruxit. Ticinum Frederici partes secutum interdicto subjecit, & pecuniâ multavit, eumque Episcopum Padio, & Cruce privavit. Omnes Italiae Præsules ab Ænobarbo electos exauctoravit. Pro Alexandro III. contra Schismaticos fortiter se gessit. Orator tam eximius erat, ut quoties ad populum Conciones haberet, toties non homo, sed Dei Spiritus in eo loqui videretur. Carcere detentorum pietate motus, panem illis misericorditer distribuendum legavit, qui ad hodiernam usque diem panis Sancti Galdini appellatur. Omnes ferè Suffraganeos Mediolanensis Provinciae consecrasset, depositis Schismaticis, Sanctum scilicet Albertum Laudensem, Othonem Albensem, Gualam Bergomensem, Gualam Bondonum Vercellensem, Emmanuelem primum, mox eo defuncto, Unfredum,

A five Offredum Cremonenses, Willelmum Astensem, Milonem Taurinensem, Bonifacium Novariensem, & Joannem Brixiensem. Alexandrinæ Urbi paulo ante, ut diximus, excitatæ Episcopalem honorem impetravit. In Ambrosiana Ecclesia plura ad Reformationem Cleri fancivit, de quibus mox agendum. Prædia Mediolanensis Ecclesiae ab impiorum manibus vindicavit, Episcopale Palatium miro decore & ornatu restituit. Metropolitanam, quam Mediolanenses Matronæ monilibus, gemmisque in sacros usus conversis, restaurarant, exornavit anno MCLXIX. Tandem pacem inter Cæsarem, & Mediolanenses composuit. Decennio, uti Eggs sentit contra Panvinium Mediolanensem Ecclesiam rexit, & anno MCLXXVIII. die XVIII. Aprilis, cum è suggestu luculentissimam adversus Chataros Orationem perorasset, ruptâ venâ, evolavit ad Cælum. Ejus corpus in Æde S. Theclæ, quæ nunc Major est Basilica, reconditum colitur. Ob virtutes, miracula, & scripta ab eodem Alexandro III. Sanctorum factis adscriptus est.

De eo habemus sequentia; scilicet:

I. Conciones plures à variis memoratæ, inter quas Ripamontius recenset illam adversus Catharorum errores habitam.

II. Epistolæ variae: nempe

1. Ad Goizonem Cardinalem, & Sanctæ Apostolicæ Ecclesiae per Italiam Legatum, pro Canonicis Sancti Ambrosii, circa annum MCXLIII. Erat tum Cancellarius. Extat apud Nicolaum Sormanum, in sua Collectione Diplomatica Mediolanensi.

2. Alia circa annum MCLXVIII. ad Capitulum Varisii scripta, in qua se excusat, quod non assumpserit de Clero ejusdem Oppidi, ut debebat ex Privilegio Robaldi Archiepiscopi, Archiepresbyterum ordinandum in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Monte. Extat ibidem.

3. Patentes Litteræ anni circiter MCLXX. ad Milonem Archiepresbyterum, & Ubertum Archidiaconum, cæterosque Fratres Mediolanensis Ecclesiae Cardinales Canonicos, in quibus eorum jura confirmat, præsertim contra Decumanorum Ordinem. Extat ibidem.

III. Constitutiones pro Reformatione Cleri circa annum MCLXX. in Capitula XXVII. divisæ. Est Fragmentum. Extat ibidem.

IV. Constitutio S. Galdini pro Ritibus, & Consuetudinibus Ecclesiae Mediolanensis. Extat in Actis Sanctor. Bolandi. Tom. II. Aprilis pag. 597.

V. Placitum S. Galdini pro controversia inter Monasterium Majus, & Sanctimoniales de Montano, An. MCLXX. diei XX. Octobris. Est in Diplomatica Sormani.

Nunc damus alia ad eundem Sanctum spectantia.

Placitum per Joannem Cardinalem S. R. E., Abbatem Ambrosium de Cereto, & Otonem Præpositum Crescentiagi, cum approbatione Alexandri III. Pontificis, in controversia inter Sanctum Galdinum, & Decumanos Ecclesiae Mediolanensis, super electione Primicerii, Anni MCLXXI. die XXV. Martii. In Collectione Diplomatica supradicti Nicolai Sormani amicis.

Epistola Alexandri III. ad Galdinum Archiepiscopum, Apostolicæ Sedis Legatum, ut compellat Valvaffores de Sexto ad solvendas Decimas Archiepresbytero Modoëtæ. Data Tusculani, die XXVI. Febr. sine anno. Extat in supramemorata Collectione Diplomatica Mediolan. doctis. Sormani.

Altera, in qua revocat concessionem Robaldi, factam Capitulo Modoëtæ, pro Intronizatione Abbatissæ de Cremella. Data Romæ, Idibus Junii, sine anno. Extat ibidem.

Altera, in qua enunciat Litteras ejusdem S. Galdini ad se datas, & definit litem inter eundem Sanctum Galdinum, & Decumanos super electione Primicerii. Data Tusculani die XXV. Martii MCLXXI. Extat ibidem.

Altera Guidonis de Summa Ostiensis Episcopi, & Apostolici Legati ad Obertum Archiepiscopum, & Galdinum Archidiaconum pro Ecclesia Modoëtensi, de qua suo loco. Extat ibidem.

Subscripsit S. Galdinus pluribus Diplomatum Oberti Antecessoris sui, de quibus in Oberto dicemus.

Apud Ughellum Tom. IV. in Epif. Laudensibus num. XXI. extat Sententia Robaldi Mediolanensis Archiepiscopi adversus Episcopum Derthonensem, favore Laudensis; in cujus calce inter Subscriptiones sic legitur:

✠ Ego Galdinus Cancellarius à me dictato subscripsi. Lata est anno MCXL.

De

De eo agunt Acta Mediol. Ecclesie. Baronius in Notis ad Martyrolog. Philippus Ferrarius, Ciacconius, aliique plures, præsertim Bollandistæ ad diem XVIII. Aprilis, de quo etiam Bosca in Martyr. Mediol.

DCCCXVI.

de GALLANTE BELTRAMUS.

Cum primum nobis oblatum est Voluminis infra memorandi titulus, continuo arbitrati sumus illud Opus esse Gualvanei de la Flamma à Beltramo de Gallante exscriptum. Verum consultus hac de re Vir clarissimus Joannes Lamius Ricardianæ Bibliothecæ Præfectus, certiores nos fecit aliud omnino à Gualvanei Opere istud esse. Beltramus igitur Sacerdotii dignitate insignitus, ut Pagano de Arfago, sive de Bizozero, gratam rem faceret, imitatus Gualvaneum librum suum composuit. Ætatem, qua Scriptor hic floruit cognoscimus ex eo tempore, quo præfatus Paganus inter Ordinarios Metropolitanæ Mediolanensis computabatur, ab anno videlicet MCCCLXXIV. ad MCCCXXVI. quo vivere desuit; sicut etiam ex notatis in fine Voluminis.

Opus autem Beltrami sic inscribitur:

I. Beltrami de Gallante, Presbyteri Mediolanensis, Manipulus Florum. Extat MS. in Bibliotheca Ricardiana Florent. in fol.

In libri fine hæc leguntur: „ Huc usque, quæ per me „ Presbyterum Beltramum de Gallante scripta sunt „ ad honorem Dei, & solatium venerabilis Viri „ Domini Pagani de Capitaneis de Arfago, sive de „ Bizozero, Ecclesie Mediolanensis Presbyteri Ordinar- „ rii, ac Decumanorum Archipresbyteri, sunt com- „ pleta anno Domini MCCCXIV. die XIV. Martii „ in mane, gratias Deo. Amen.

DCCCXVII.

GALLARANA CÆCILIA.

Eruditissimum Vatem Facium Gallaranum, mox commendandum, promittere Infubriæ visa est Cæcilia Senioris Facii Equitis, ac Quæstoris Magistratus Ordinarium Reddituum, nec non ad Lucensem Rempublicam Legati Ducalis, atque Margaritæ de Capitaneis de Busti conjugum filia. Ab æneunte ætate studiis dedita, latinam sibi linguam familiarem adeo effecerat, ut eam non minus quam vernaculo sermone, quoties liberet, expeditissime loqueretur, & scriberet. Non raro coram magni nominis Philosophis, ac Theologis summo cum omnium plausu, & admiratione verba fecit, nec ab Italica Poësi abhorruit. Nupsit Ludovico Bergamino Comiti, & Feudatario Sancti Joannis in Cruce agri Cremonensis; floruitque sub finem sæculi XV. ad annum ferme MDXXXVI.

Lucubrationes doctissimæ Fœminæ fuerunt

I. Epistolæ plures Latinæ ad varios. Harum meminit Franciscus Augustinus ab Ecclesia Salutiensis Episcopus, loco citando.

II. Carmina multa Italica. Ex eodem. Memoratur à citato ab Ecclesia in lib. suo, cui titulus: „ Teatro delle Donne letterate pag. 124. & in Schedis Sitionianis.

DCCCXVIII.

GALLARANUS FACIUS.

Federici Gallarani hujus Urbis Decurionis, Cæciliæ paulò ante laudatæ fratris, atque Lucie Cattaneæ conjugum filius extitit Facius noster, qui studiorum culturam domesticæ nobilitati addens, inter Italicos Vates non infimo digno nomine computari promeruit. Mediolanensi Senatui anno MDLXIV. à Secretis electus fuit, quod munus summa fide, & integritatis laude exercuit, ad annum usque MDXC. quo mortalitatem exiit.

Habemus hujus Viri præstantissimi:

- I. Carmina Italica IX. vulgò Sonetti; extant in libro, cui titulus: „ Sonetti degli Accademici Trasformati „ di Milano. Ivi, per Marco Antonio Borgbi, 1584. in 4.
- II. Alterum in commendationem Joannis Pauli Lomati inter hujus Carmina Italica, de quibus loco suo agendum. Ex Schedis Mazzuchellianis, & Theatro Genealogico Famil. Nob. Mediolan. MS. in fol. pag. 222. Eruditissimi J. C. Sitioni.

DCCCXIX.

GALLARATA MAYNOLDA PARTHENIA.

Tamet si Vir Clariss. de Patria, immo de tota Republica litteraria optimè meritis Franciscus Arifius, in Cremona sua litteraria, non sine causa Partheniam Gallaratam hic à nobis commendandam iuter illius Urbis Cives recensuerit, quod cum Cremonensi Parritio Joanni Baptistæ Maynoldo J. C. nupsisset, Viri Patriam sortita fuerit: nihilominus in hac mea Collectione Mediolanensium Eruditorum merito censenda est, cum in præfenti Metropoli primam viderit diem. Parens illi fuit Augustinus Gallaratus Jacobi filius, Vir nobilitate, & morum probitate clarus. Hic cum nullos, præter Partheniam, liberos genuisset, magnæ expectationis indolem admiratus in puella, totis contendit curis, ut ad omne litterarum genus tenera mens formaretur. Accersitis ea propter Magistris optimis, Græcæ, & Latinæ linguæ præcepta ipsi tradenda curavit. Quin etiam illi cura fuit Musarum amore natæ animum accendere, quod usque adeo Patri feliciter cessit, ut laudatissimus Vates Hieronymus Vida, Albenis Ecclesie Præful, Partheniæ nostræ judicio Carmina sua sæpe subicere non dedignaretur. Juvat hic Elogium ejusdem Vidæ inferere, quo Fœminam incomparabilem laudavit in Orat. adversus Papienses Act. 2. simul cum Sophonisba Anguifola Piætrice commendatissima Concive sua, his verbis: „ Non „ committam, ut præteream duas præclarissimas „ Virgines Cives nostras, quarum altera, & Græcis, & Latinis litteris apprime erudita de qua „ cunque re opus fuerit, & versu, & soluta oratione non tantum doctè, & copiosè, sed etiam „ eleganter, & appositè dicit, & scribit maxima „ cum audientium, & legentium admiratione; al- „ tera inter egregios Pictores nostri temporis merito „ connumerari potest, multis aliis artibus, ac virtutibus utraque insignes, utraque bonis parentibus ortæ. „ Vincentius etiam Vectiolus in Oratione II. his Partheniam commendavit. „ Habetis „ PP. in vestra hac Civitate sanctissimam illam Matronam optimam fœminam, ac lectissimam Partheniam, quæ tantum in his litteris, scilicet Græcis,

„ cis . , profecit ut qui Cremonensium laudes , ampla
 „ & copiosa Oratione profecuti sunt hanc rem , ut
 „ hujus Urbis decus summum , & maximum orna-
 „ mentum silentio prætereundam non duxerint . „
 Cum autem , ut supra diximus , Joanni Baptistæ May-
 noldo JC. matrimonio juncta fuisset , filium ex eo ge-
 nuit Jacobum , qui ob aditam Gallaratæ Familiæ hæ-
 reditatem Maynoldus Gallaratus cognominatus fuit ,
 & Mediolani Senator anno MDXCII. lectus est , de-
 inde post triennium Regens in Supremo Matritensi
 Consilio ; postremò anno MDCIV. Senatus Insubris
 Præses renunciari meruit , cujusque Opus de titulis
 Philippi Regis Catholici prodiit Bononiæ anno MD-
 LXXIII. in 4. Abiit è vivis Parthenia post Salvatoris
 Nativitatem anno Septuagesimo secundo supra Mille-
 simum quingentesimum ; quemadmodum adnotavit
 Claris. Sitonus in Genealogia , quam nobis texuit
 ab Antonio Gallarato Augustini Partheniæ Genitoris
 Avo , qui erat in vivis anno MCCCCL. usque ad præ-
 fatum Jacobum .

Incomparabilis Matronæ Opera in Bibliotheca
 Maynolda MSS. fervari , nec sine spe futuræ editionis ,
 se vidisse asserit prælaudatus Claris. Arisius , qui
 pulcherrimi Epistolarum Voluminis Latino sermone
 conscriptarum à Parthenia Indicem tradit , quem
 hic exscribimus .

Scriptit igitur inter alia

- I. Ingens Epistolarum Volumen MS. loco indicato.
 En illius indicem ordine alphabetico.
 Ad Annam Principem Eftensem. II.
 Ad Augustinum Gallaratum Patrem. II.
 Ad Camillam Valentem. III.
 Ad Cæsarem , & fratres Gallaratos.
 Ad Fulgentiam Lucelliam . X.
 Ad Hieronymum Maynoldum. IV.
 Ad Hypolitam Landrianam Puerariam .
 Ad Joannem Baptistam Maynoldum maritum. IX.
 Ad Joannem Paulum Varrum . XII.
 Ad Julium Salernum. IV.
 Ad Lauram Ferrariam . II.
 Ad Lauram Gonzagam .
 Ad Leonoram Pallavicinam .
 Ad Luciam , & Margaritam Trivultias .
 Ad Ludovicum Calinum .
 Ad Margaritam Valesiam Reginam .
 Ad Olimpiam Tulesiam .
 Ad Quintianum Poëtam Laureatum Stoam .
 Ad Vincentium Stangam. III.
 Plura Responsa in ipsomet Volumine eidem directa
 leguntur .
- II. Carmina plura ut ex Josepho Nigro , qui ipsam quoque
 laudavit sequenti Epigrammate in Epistola VII. ubi
 hæc ait de Cremonensi Urbe .

*Nec tantum commune Viris hoc esse putandum est ,
 Quod cadit in sexum , fæmineumque animum ;
 Nam quantum muliebri genus pulcherrima Virgo
 Parthenia excedat dotibus ingenii .
 Jam patet , & fama est toto notissima cæle ,
 Et mox ipsa sua laude perennis erit .
 Cujus Carminibus si demus nomen in illis ,
 Quis summum Vatem non vigilasse putet .
 Præter fæmineas , & docta Palladis artes
 In quibus à teneris docta puella fuit .
 Non minus est Græcis , pariterque imbuta Latinis ,
 Quam canere , & certis psallere docta modis .*

Ipsius cum laude mentio est apud Diomedem Borghes-
 sium Senensem Italicorum Rythmorum Vol. III. part.
 4. Octavium Picenardum in Orat. funebri Jacobi May-
 noldi . Antonium Campum in Hist. Cavatellum , Za-
 vam , Crescentium , Speltam , Riberiam , Angel. Ba-
 ronium , Jo. Musonium , Alexandrum Lamum in
 Somnio , Arisium supralaudatum in Cremona litte-
 rata . Tom. II. pag. 256. & sequentibus , nec non &
 Sitonum nostrum in Schedis .

Tom. I.

à GALLARATO ANTONIUS.
 V. MASERA.

D C C C X X .

à GALLARATO ARCHANGELUS.

O Ppidum Gallaratum hujus Ducatus Mediolanen-
 sis cognomen dedit Archangelo ibidem orto ,
 qui anno MCCCCLXX. ut se Deo sacraret , sub Di-
 vi Augustini Regula , Eremitarum Institutum susce-
 pit . Vigilantissimè sacris vacavit studiis , quocirca
 apud sui Ordinis Alumnos magni habitus , ad honores
 amplissimos per virtutis gradus ascendit ; ter enim
 Visitator , septies Definitor , bis Præses , tandem in
 Comitibus Casalensibus , anno MDXIX. totius Congre-
 gationis Insubriæ Vicarius Generalis est renunciatus ;
 cum anno præcedenti Cœnobium Bozzolense Con-
 gregationi prædictæ adjiciendum curasset . Pietati
 suæ stimulos additurus , Sacra Hierosolymæ Loca in-
 viferat anno MCCCCXCVI. , indeque tantum hau-
 serat zeli , ut ferventissimas sæpe ad populum Con-
 ciones haberet . Civis Cremonensis privilegio fuit ,
 ut Calvus refert loco mox citando , ubi etiam hæc
 recenset verba : „ Declaramus , & pronunciamus
 „ V. P. in Christo Fr. Archangelum de Gallarate ,
 „ esse , & in omnibus , & per omnia perpetuo hæ-
 „ beri debere de Civitate Cremonæ , sicut etiam
 „ aliàs in Capitulo Vercellensi extitit declaratum .
 Obit prædicto anno MDXIX. dum actu Vicarius es-
 set , ut diximus , Generalis .

Ex illius Operibus hæc supersunt .

- I. Viaggio ne' Luoghi Santi . MS. extat in Biblioth. San-
 ctæ Mariæ Coronatæ Mediol. Autographus , ubi etiam
 sunt plures Codices impressi ad usum ipsius compa-
 rati , ut ex Inscriptionibus eorundem .
- II. Quadragesimale linguâ latinâ compactum . Cod. MS. , qui
 creditur & ipse Autographus , in fol. justæ molis .
 Extat ibidem .
- De eo meminere Calvus in Monument. Hist. Congregat.
 Insubriæ , & Arisius in Cremona litterata . Tom. II.
 pag. 55.

D C C C X X I .

GALLARATUS ALPHONSUS.

Alphonsus è nobili Gallaratâ Familiâ genitus , cum
 eximiam Societatem Jesu fuisset ingressus , non in-
 firmæ eruditionis nomen acquisivit . Joanne Thoma
 affine suo , quem haud multò post laudabimus , in-
 Patrum Conscripitorum Ordinem cooptato , novam
 dignitatem Oratione infra à nobis recensenda ipsi
 gratulatus est . Cum aliquando in Aronensi suæ Socie-
 tatis Collegio moraretur , in vetus incidit MS. ibi
 servatum , atque ex eo meditabatur Acta Sanctorum
 Martyrum Gratiniani , & Felini conscribere , idque
 Opus jam cœptum ab ipso fuerat . Verùm in medio
 laboris cursu morte sublatus est . Cœvus fuit Petri
 Pauli Boschæ , floruitque initio XVII. Sæculi .

Habemus ejusdem , quæ hîc exhibemus .

- I. Alphonsi Gallarati Oratio in laudem Joannis Thomæ
 Gallarati Viri Clarissimi , & Cæsareæ Majestatis Sena-
 toris Illustrissimi . MS. in fol. pagg. 10. ; ad adolescen-
 tes . Extat in Bibliotheca FF. Marchionum Vicecom-
 mitum .
- II. Acta Sanctorum Martyrum Gratiniani , & Felini . MS.
 sed imperfecta .
 Agit de eo Bosca in Notis ad Martyrol. suum Mediol.
 ad diem Kalend. Junii .

O o o o

D C C C X X I I .

DCCCXXII.

GALLARATUS CÆSAR.

Joannem Jacobum Ducalem Insubriæ Senatorem, atque Catharinam Monetam conjuges nobilissimos, natalibus suis reddidit clariores Cæsar Gallaratus, in quo militaris gloria, & eruditionis decus pari quodammodo gradu processisse videbuntur iis omnibus, qui & vitæ illius gesta, & ingenii monumenta perpenderit. Sub Carolo V. Cæsare stipendia meruit; individuus Comes Marchionis Vasti, tam in expeditione Tuneti, & Gollettæ, quam in celeberrimis bellis, quæ in Provincia adversus Franciscum I.

A Gallorum Regem idem Augustus gessit. Franciscus Sfortiæ Mediolanensium Duci ob benemerita fuit acceptissimus, magnis etiam præmiis ab eo donatus, quemadmodum & à Cæsare annuo censu scutorum CCC. In Oppido Canegrati ab hac Urbe fermè XIII. lapide, non procul Parabiago, magnificas ædes condidit, & Templum Sanctis Angelis posuit, congruâ dote assignatâ ad Sacrificium Deo offerendum. Quod verò ad eruditionem pertinet, plurimum delectatus est Poëticis studiis, quibus Oratoriam, & Historiæ ornamentum adjecit. Floruit ab anno MDXXXV. ad MDLXII. quo mortalibus valedixit. Extabat olim in Basilica Sanctorum Naboris, & Felicis, quæ nunc Sancti Francisci dicitur, sepulchrale prædicti Joannis Jacobi Patris Elogium, quod haustum ex artic. 538. pag. 127. Chronici Jurisperit. Clariss. Sitoni nostri, cum de Cæsare nostro ibi sit mentio, hic damus:

EQVES IOH. IACOBVS GALLARATVS
 DVCALIS SENATOR CAPITANEVS GENERALIS ET
 MEDIOLANI CASTELLANVS
 PACE ET BELLO VIR PRAESTANTISSIMVS
 POST OBSESSAM CONTRA GALLOS PRO FRANCISCO II. SFORTIA
 MEDIOLANI DVCE INVICTISSIMO
 ET RECEPTAM PORTAE IOVIS ARCEM
 MOX IISDEM OPPVGNANTIBVS SVMMA FIDE RETENTAM
 CAPTO IAM FRANCISCO REGE
 TAM FELICISSIMO FATO
 LVCIDISSIMAM SVPERIS ANIMAM REDDIDIT
 ET POSTERIS IMMORTALEM FAMAM RELIQVIT
 CVIVS NOBILISSIMAS RELIQVIAS
 IOH. ANGELVS DVC. CONSILIARIVS COMMISSARIVS GENERALIS
 ET MEDIOLANI CASTELLANVS FRATER
 CATHARINA MONETA VXOR
 FERDINANDVS ET CAESAR FILII PIËNTISSIMI
 HIC OFFICIOSE CONDIDERVNT MOERENTE PATRIA
 OBIIT DIE XII. APRIL. MDXXV.

His Operibus apud posteros sibi nomen promeruit Cæsar.

- I. De Bello per Carolum V. Rom. Imperatorem in Africa gesto Anno MDXXXV. MS. autograph. apud Abbatem Carolum Trivultium. Olim extabat penes Carolum Auctoris nepotem, de quo dicemus, isque, Picinello teste, Indicem rerum memorabilium Operi adjecit.
 - II. Sonetti, Madrigali &c.
 - III. Gli Scambiamenti. Comedia. Hæc omnia laudat præfatus Carolus in sua Gallarateide part. I. cap. 29. afferens apud se MSS. fervari.
 - IV. Epistolæ plures ad Cardinalem Federicum Borromæum; habentur in sæpe citata Collectione Bibliothecæ Ambrosianæ.
 - V. Aliæ ad Partheniam Maynoldam, ut diximus in istius articulo.
- De eo agunt prælaudatus Carolus Gallaratus loco cit. Sitonus in Schedis, & Picinellus in Athenæo pag. 520.

DCCCXXIII.

GALLARATUS CAROLUS.

Carolus Gallaratus Fabricii, & Annæ Cafatæ nobilium Conjugum Mediolanensium filius, majorum suorum & armis, & litteris illustrium vestigia, non sine laudabilis invidiæ æmulatione, secutus est. Philippo IV. Hispaniarum Regi militans, magna fortitudinis suæ dedit specimina. Nec minora fuere quæ ingenio præstitit; nam Oratoriæ facultatis ornamentis enituit, & Historiæ quoque conscribendæ, non absque felici eventu, manum admovit. Generis sui Viros illustres ingenti labore conquirit, & quidquid ad Familiæ decus spectare poterat, iusto Volumine complexus est, de quo num. II. agemus.

Hujus

Hujus egregii Viri hæc habentur .

- I. Oratio in laudem Margaritæ Austriacæ. Extat in libro, cui titulus : Orazioni, e Poemi dell'Academia degli Affidati per le Nozze di Margarita d'Austria con Filippo Re di Spagna. Pavia, per il Viani, 1599. in 4.
- II. Gallarateide : Istoria della Famiglia Gallarate : Opera di Carlo Gallarate Gentiluomo Milanese. In Milano, 1638. Fuit quoque MS. in fol. pænes Marchionem Joannem Thomam Gallaratum. Aliud hujus Codicis exemplar viderat anno eodem Picinellus apud Carolum Gallatium.

De eo cit. Picinellus in Athenæo pag. 519.

D C C C X X I V.

GALLARATUS CAROLUS alter .

EX Joanne Thoma JC. Coll. in hujus Metropolis Ordine amplissimo Senatore, atque Ludovica Arefia Conjugibus nobilissimis, ortus est Carolus hic Gallaratus, cui avita sanguinis claritas, & Jurisprudentiæ doctrina ad Collegium Mediolanensium Jurisconsultorum aditum aperuit, anno MDCXXXVII. Patriæ quoque commodis inter Decuriones computatus aliquando infudavit, plura tamen præstitit annis MDCXLIII. & MDCLI. quibus Urbis Præfecturam gessit. Proprætoris etiam officium administravit, & Militaris Annonæ Præfectus extitit. Mox Principis jussu Regii Fisci tutelam suscepit, cumque non sine ingenti suæ integritatis commendatione annos aliquot in eo munere versatus esset, Senatoriam obtinuit Cathedram, atque in Secretius Consilium adscisci promeruerit. Tandem cum ad dignitatem Regii Consiliarii, & Regentis in Supremo Italicarum rerum Consilio apud Catholicam Majestatem pervenisset, desiderium sui mortalibus reliquit, anno MDC-LXXX.

Eruditionem ejus indicant posteris

- I. Plures Allegationes, inter quas eminent duæ pro Collegio Judicum Mediolani, & tertia, cui titulus: Narratione della difesa del Trincerone nel Cremonese, Risposta al carico contro il Maestro di Campo Girolamo Cignardi, in fol. sine Typographo & anno; eam tamen conscriptam fuisse novimus anno MDCXLVIII.
 - II. Juris Allegationes, quas ad defensionem Domini Edoardi de Portugal, ex ordine Dominorum Judicum, à Potentissimo Rege nostro Delegatus conscriberebat Carolus Gallaratus Marchio Cerani. Kal. Maji MDCXLVII. MS. in fol. prælo paratus, cum Indice. Extat in Biblioth. Comitum Marci Arefii.
- Ei dicatus est Sigismundi Scacciæ Tractatus de Appellationibus: Venetiis, 1642. apud Bellagentem.
- De ipso mentio est apud Landum pag. 217., & Sitonum in Chronico Art. 909. pag. 211. quemadmodum etiam in Schedis.

D C C C X X V.

GALLARATUS JO. ANTONIUS ACTIUS.

Joannes Antonius Actius Gallaratus Mediolanensis in patria ingenti fulsit eruditionis famâ. Sacerdotis dignitatem, quam doctrinæ merito fuerat affectus, morum probitate, ac virtutibus verè clericalibus exornare studuit. Ecclesiæ Parochialis Sancti Viti hujus Urbis, intra Ticinensium Portæ ambitum, cui cognomen est *ad Carrubium*, anno MDLXII. administrationem suscepit, atque inter Sacerdotales curas, Musarum studia non reliquit, non sine commendatione singularis eruditionis, cujus gratiâ inter Parmenses Academicos recenseri meruit. Philosophiæ quoque arcana scrutatus est, nec interim quæ

Ad Altaris ministerium pertinent oblitus fuit. Obiit dierum plenus, salutis humanæ anno MDXCIII. magno populi Mediolanensis concursu funeratus.

Multa sunt, quæ ipsius eruditionem posteritati notam faciunt, videlicet :

- I. Elegiæ duæ latino sermone conscriptæ.
 - II. Carmina multa Italica, vulgo Sonetti, Sestine, & Ode.
 - III. Traduzione in versi Italiani, di tutti gli Opuscoli di Virgilio, col Supplemento di Maffeo Veggio.
 - IV. Traduzione di Pietro Scaligero.
 - V. Vita della Beata Veronica, tradotta dal latino in volgare.
 - VI. Vita di Santa Marta, tradotta come sopra.
 - VII. Vita di San Giuseppe, tradotta come sopra.
 - VIII. Origine della lingua volgare.
 - IX. Commentarij degli Autori, che hanno scritto in questa lingua.
 - X. Un Compendio di Dialettica.
 - XI. Apologia in difesa del Petrarca, contro Muzio Giustinopolitano. Hactenus recensita Opera indicavit Picinellus loco citando, verum ex eo discere non licet utrum edita fuerint, vel manuscripta lateant. His addimus sequentia à nobis reperta.
 - XII. Elegia, & Epigramma in Electione Sixti V. Pontificis Max. Mediol. apud Pontium, 1586. in 4., quæ fortè altera est ex laudatis num. 1.
 - XIII. Capitula duodequadraginta de Reformatione Cæmoniarum Ecclesiæ Ambrosianæ. Hæc Auctorem nostrum scripsisse narrat Joseph Milanus, in libello suo, cui titulus: Profezie del nuovo Pontifice Romano detto Leone XI. de quo suo loco.
- Agunt de eo Moriggia Nobilit. Mediol. lib. III. cap. 27., & in Historia Mediol. lib. I. cap. 59. Salvator Vitalis in Cæment, II. sui Theatri. Sitonius in Schedis, & Picinellus in Athenæo pag. 266.

D C C C X X V I.

GALLARATUS JOANNES THOMAS.

Joannes Thomas Gallaratus Mediolani genitus, Parentes habuit Alphonsum Jurisconsultum Collegiatum, & Infubriæ Senatorem amplissimum, atque Sylviam Arboream Lignanam ex Comitibus Valentia. Scientiis minoribus acquisitis, Legum Codices adiit tantâ cum diligentia, ut in utroque Juris Doctor renunciatus, anno MDXCVI. Collegiatus hujus Urbis Juristis aggregari meruerit. Decurio postmodum creatus, anno MDCXI. Urbis Præfecturam non absque nominis sui commendatione administravit; & priusquam hujus muneris annum officium perageret, à Catholico Rege Præfectus Capitalium Rerum constitutus fuit. Aliquot post annos in Ordinariorum Reddituum Magistratu Quæsturam, tum anno MDCXV. in Supremo hujus Ditionis Ordine Senatoriam Cathedram obrinuit. Eloquentiæ ornamentum, & Poësis suavitatem seriis legum studiis admiscuit, juvenili præsertim ætate, qua inter Affidatos Academicos cooptatus, dictus est *il Desioso*. Vivere desuit anno Reparat. humani generis MDC-XIX.

Laudabilem se apud Litteratos his proprii ingenii monumentis effecit.

- I. Oratio in funere Margaritæ Austriacæ Hispaniarum Reginæ, habita in Metropolitana Mediolanensi, die XXII. Decembris, anno MDCXI. Mediol. typis Archiepif. 1612. in 4.
- II. Allegationes XX. & amplius eruditissimæ, habentur in Collectione Benaliana, in aliisque.
- III. Madrigale in lode della Contessa Angiola Bianca Beccaria, dichiarato dal Conte Alfonso Beccaria. Extat in lib. cui titulus: Ghirlanda della Contessa medesima, raccolta da Stefano Guazzo. Genova, 1595. in 4. Ibi præfatus Comes Beccaria Jo. Thomam laudat.
- IV. Orationes plures, &
- V. Carmina tam Latina, quàm Italica ab Auctore nostro conscripta, atque in Affidatorum Academia summo cum plausu recitata.

Bene-

Benedictus Sociacus lib. V. Epigrammat. pag. 188. hoc Gallaratum Carmine commendavit.

*Alcida numerat denos si fama labores,
Nunc manet undenus te Gallarate labor.
Bellua, qua nostro saturari sanguine gaudet,
Imporitis in jus venit adacta tuis
Hæc vinclis mandanda, arctis stringenda catenis
Se cadere in fortes sentiat illa manus
Alcida sic facta decem tu viceris uno,
Qui delicta demas, non nisi monstra demas.*

Alia de eo scripserunt Carmina Alexander Rubinus ex hujus MS. in Biblioth. Ambrosiana in 4. Cod. sign. R. num. 326., atque Joannes Baptista Vicecomes inter hujus distica impressa Mediol. apud Pontium, 1585. de quo suo loco.

Ei dignitatem Senatoriam gratulatus est Stephanus Guazzius epistolâ Italicâ, quæ extat inter hujus impressa Vol. III. pag. 107.

De Oratione in ejus laudem ab Alphonso Gallarato habita egimus in eodem Alphonso.

De isto Scriptore meminerunt Landus in Hist. Senat. Mediol. pag. 217. Sironus in Chron. Jurisperit. art. 748. pag. 181., & in Schedis, ac Picinellus in Atheno pag. 330.

D C C C X X V I I.

GALLASSUS GERMANUS.

Germanus Gallassus Mediolanensis ex nobili Familia, Parentibus Petro Paulo, & Barbara Garzona Conjugibus ortus est, propositum, quod ab adolescentiæ flore conceperat, regularis vitæ rationem ineundi in Congregatione Cler. Reg. D. Pauli votis firmavit, atque operibus implevit. Proximorum salutis desiderio flagrans, Divinarum rerum cognitionem impensius coluit, sacrisque in orationibus se se exercere cœpit; deinceps per annos plurimos Quadragesimali tempore sacras Conciones magno pietatis ardore, parique cum audientium fructu variis in locis obivit. Nonnullas Orationes Panegyricas Italicè conscriptas prælo subjecit, ut mox dicemus. Collegio Mediolanensi D. Barnabæ sexennium præfuit, quo in munere multa cum integritatis, pietatis, & prudentiæ laude versatus est. Selectus in Socium Visitationis à Provinciæ Mediolanensis Præfecto in Germaniam proficiscente, in itinere, non tamen procul ab Urbe Viennæ febris æstu jactatur, ubi vix in Suorum S. Michaëlis Collegium receptus indiguit Sacramentorum ope statim muniri, ac confortari, quibus magno cum pietatis sensu perceptis, pio, sanctoque sine vitam clausit, die XX. mensis Novembris anni MDCXC.

Edidit ut innuimus.

I. Orazioni Panegiriche dedicate a Monfig. Carlo Francesco Airoidi, Nunzio Apostolico a Venezia. Milano, per Francesco Ambrogio Majetta, 1681. in 4.

Ita à Suis.

D C C C X X V I I I.

GALLICANUS GREGORIUS.

Gregorius cognomento Gallicanus, Patria verò Mediolanensis, cum in Ordinem Minorum, quos Observantes nuncupare consuecimus, cooptatus fuisset, inter primarios sui temporis Theologos ob acumen ingenii, & miram in disputando subtili-

tatem computabatur. Proximorum salutis zelo ductus, sacrum Dei Verbum è suggestu non sine laude plurium per annorum curriculum populis ministravit. Magno apud Suos in honore habitus, die XIII. Aprilis, anno MDCXI. post minora aliquot munia præclare gesta, Custos Vocalis electus est in Cœnobia Sanctorum Angelorum prope Portam Novam. Hæc ea sunt, quæ de Actis illius noverunt posterit; Cæterum vivit in scriptis,

Quorum tituli sunt:

- I. Memoriale, seu Apophthegmata Sanctorum Parrum in omnibus Deiparæ Festivitatibus. Brixia, apud Bartholomeum Fontanam, 1624. in 8.
- II. Quadragesimale.
- III. Rettorica, e breve modo di comporre, e recitar le Prediche.

Hæc hausimus à Vvaddingo in Catalogo Scriptorum Ordinis Minorum, littera G. pag. 147.

D C C C X X I X.

GALLIMBERTUS JOANNES BAPTISTA.

Joannes Baptista Gallimbertus Mediolanensis, Vir non infimæ integritatis, & doctrinæ laude commendabilis, sub Sancti Augustini Regula Eremitarum Congregationi, quæ Lombardiæ dicitur, se devovit. Cum religiosi hominis virtutes portenderet, Tyronibus Instituti sui in Rhaudensi Cœnobia Magister datus, eos ad perfectionis apicem fortiter, suaviterque perducere studuit. Prior postmodum præfuit Cœnobia Sanctæ Mariæ Coronatæ, in hac Metropoli ad Comensem Portam sito; atque obiit die XXIV. Januarii, anno MDCCXXVIII.

Hæc reliquit MSS.

- I. Memoriale Confessariorum, & pro Concionatoribus examinandis. MS. in 4. Extat in Biblioth. S. Mariæ Coronatæ.
 - II. Gemmea Fragmenta, utriusque scilicet Testamenti prætiosissima, & fulgentissima verba, nec non SS. Patrum, aliorumque Auctorum, veluti sydera, selectissima dicta, & monita ad concionandum utilia, collecta per F. Joannem Baptistam Gallimbertum de Mediolano ad commodiorem usum Religiosorum S. Mariæ Coronatæ. MSS. Vol. II in fol. prælo parata, anno MDCLXXXIII. Ibid.
 - III. Collectio factorum, atque dictorum memorabilium, ex Auctoribus Profanis collectorum, ordine alphabetico digesta, & lingua Italica conscripta. MS. in fol. ingentis molis, adhuc tamen imperfecta. Ibid.
 - IV. Catalogo de' Religiosi vestiti in Santa Maria Incoronata dall' anno MDCLXXXVII. al MDCXCIII. MS. in fol. Ibid.
- Hæc in Suorum Bibliotheca inveni.

D C C C X X X.

E GALLINONUS THEOPHILUS.

Theophilus Gallinonus, Trivillii natus anno MDXII., adhuc adolescens Ordinem Eremitarum Congregationis Lombardiæ amplexus, Concionarium munus præclarissimè gessit. Bononiæ anno MDLXIII. cum Verbum Dei in perinsigni S. Petronii Basilica disseminaret, adeo ad misericordiam in pauperes excitavit Cives, ut collarâ stipe, Mendicantibus apud S. Gregorium extra moenia Domum extruxerint. Idem Cremonæ præstitit, idem Mutinæ. Genuæ, Bergomi, Mediolani, Lucæ, Mantuæ, Casalibus, & alia Congregationis Cœnobia rexit, sæpe Definitor, & Visitator, demum anno MDLXIX. in Comitibus Viadanæ habitis, Vicarius Generalis eligitur. Obiit
Casali

Casali in Cœnobio Sanctæ Crucis, anno MDLXXV. cum Capitulo ibidem celebrato paulo ante præfuisset.

Scriptit :

- I. Sermonum super Evangelia totius Quadragesimæ Volumen. Incipit : Cum Fides Catholica &c.
 - II. Sermonum super Evangelia à prima Dominica Adventus, usque ad Epiphaniam Volumen. Incipit : Erant Filii Israël in Deserto &c.
- Id testatur Calvi pag. 323. In monumentis Congregationis Eremit. Lombardiæ part. I. Ex quo tamen eruere non possumus, utrum edita fuerint, vel ubi serventur.

DCCCXXXI.

GALLINONUS MAPHÆUS.

Maphæus Gallinonus ad annum MCCCLXXX. Trivili natus est in Oppido claro magis, quam antiquo. Gallinonorum autem gens à prima illius municipii origine præcipuis addita familiis ejus populi fuerat. Is igitur, exporrecta satis indole, ab ineunte pueritia bonis artibus, litterarumque studiis, quantum ea tempora ferebant, animum addidit. Inde cum Franciscus Sfortia, Philippi Vicecomitis Mediolanensium Ducis gener, pro Socero bellum contra Venetos gereret in Fulcheria, quæ regio Insubriæ ad ortum solis ultra Abduam patet, Maphæus ei cognitus est, stativa Trivili scilicet habenti. Tantum autem apud eum auctoritate jam tum valuit, ut cum Sfortia Caravagium obsidione cinxisset, eique Leo Patruelis ab oppidanis fuisset occisus, ac proinde ex dolore ruinam Oppidi, ac populi universi cædem decrevisset, virum tamen Maphæus ab eo consilio deduxerit. Etenim impotentes ad resistendum Caravagienses, Triviliium occultò miserunt rogatum, ut pro salute sua, pro aris & focus, apud Sfortiam intercederetur. Gallinonus autem Triviliatibus suis auctor fuit ejus suspiciendæ provinciæ pro æmulum incolunitate. Perpetuas quippe rixas, atque odia Caravagienses, finitimi adversus Triviliium soverant. Ejus itaque legationis delectus ipse princeps, ita Oratione sua Sfortiæ animum demulsi, ut incolunitatem Oppido, indemnitate populo consequutus, magnam de se opinionem excitarit. Igitur à Sfortia inter Scriptores à Secretis suos adlectus, ei postea Mediolanensium Duci renuntiato fidelem, egregiamque in eo munere navavit operam. Post Francisci obitum, Blanca ejus uxori, atque Galeacio Duci filio æquè acceptus Maphæus, cum in Italiam Fridericus Austriacus Imperator Cæsar Augustus venisset, ad eum à Duce Galeacio magna de re Orator missus est. Sfortiarum enim gens ad illam diem ex populi dumtaxat Mediolanensis, ac obsidione quidem adacti, scito, non item ex Cæsaris Imperiique auctoritate Insubribus dominabatur. Cum itaque Galeacius cuperet plenè legitimam in suis potestatem habere, ad Cæsarem, qui Ferrariam venerat, Maphæum Oratorem misit. Eo quidem in munere, etsi postulata non impetrasset, ita tamen Cæsarem, ejusque officia palatina deflexit, ut successoribus Ducis ad obtinendum domini pragmaticum aperuerit viam. Reversus verò ex ea legatione, cum ingenti Triviliatum dolore, correptus gravi morbo diem clausit. Sic amaverat patriam, ut non alio, quam Maphæi Triviliensis nomine vocari vellet, seque subscriberet.

Extant ab eo composita

- I. Acta Legationis suæ ad Imp. Fridericum Cæs. August. quæ in Tabulario arcis Jovis Mediolani asservantur, MSS.
- Hæc debeo humanissimo doctissimoque Viro Canonico Barizaldo.

Tom. I.

DCCCXXXII.

GAMBALOITA JO. PHILIPPUS.

Gambaloita Familia inter antiquas Mediolani profecto est recensenda, ex Monumentis Archinteis & Sitionianis, nec non ex Panegyri Isidori Ifolani, ex Marinono, aliisque. Stephanus enim Gambaloita anno MCCCCXLVII. unus ex Capitaneis, & Defensoribus Patriæ, cum novi regiminis formâ Magistratus, seu Consilium Patritiorum CM. fuit introductum, numeratur. Gambaloitæ quoque stetero pro Duce Jo. Maria, cum aliis recensitis à Bugato, Corio &c. ad annum MCCCCIV. hostibus expulsis. Ex hac gente prodiit Jo. Philippus noster, filius Joannis Antonii Gambaloitæ Ducalis Aulici, ac Feudatarii Terdobiati in agro Novariensi, & Constantiæ de Trecate Conjugum, in Jurisperitorum Collegium cooptatus anno MCCCCXCVIII., cujus imaginem profert Hieronymus Buttigella in Oratione dicta pro Magnifico J. U. D. Equiteque, & Christianissimi Francorum Regis Consiliario dignissimo, Joanne Philippo Gambaloita Papiæ Prætoro anno MCCCCXCIV., quam vidi in Biblioth. Monachorum Ordinis Montis Oliveti hujus Urbis. Certè Dux erat tunc Ludovicus Maurus; ait enim Orator: „ Felicem te Jo. Philippe tali Duce donatum; Felicem iterum, atque iterum, quem abs tanto Principe diligi palam est „. Annos natus XXII. successit Gambaloita in Præturâ Papiensi Ambrosio Zanchæ, post quam Senator, Ducalisque Consiliarius creatus fuit, & ad Rempublicam Venetam Legatione functus est. Magno dicendi ornatu, magna facilitate præstitit. Historias vero benè agendæ vitæ irritamenta memoriâ tenebat. Desideratus est tantus Vir anno salutis MDVI. Ejus fortasse fuit Patruus, certè Confanguineus Venerabilis Vir D. Manfredus de Gambaloitis, filius Alberti, ac frater Gulielmi, anno MCCCLXXXVIII. Mediolanensis Patriæ suæ Decurionis. Claruit Manfredus iste Canonicus Ordinarius, & Archidiaconus Ecclesiæ Metropolitanæ Mediolani, ab anno MCCCCXIII. ad annum MCCCCXXXVIII. quem hic memorare placet ob insignem Codicem, & miniaturis, atque picturis elegantissimis exornatum, qui servatur in Archivo Sacrarum australis Basilicæ Metropolitanæ, hoc titulo: „ Incipit Evangelistarius æstivus, quem fecit fieri Venerabilis Vir Dominus „ Manfredus de Gambaloitis Ordinarius, & Archidiaconus Ecclesiæ Majoris Mediolani, anno Dom. „ MCCCCXXXVIII. In eodem adest Insigne Petri Casolæ, scilicet Parma, in qua supernè Aquila biceps in auro, inferiùs alba tenia diagonalis in ceruleo, additis geminis pilis albis. Legitur etiam ibi Epistola Francisci Castelli ad Archidiaconum, cæteroque Ambrosianæ Ecclesiæ Diaconos, de qua in Castello jam verba fecimus. Codex certè magni æstimandus.

Scriptit Joannes Philippus.

- I. De Imitatione Christi.
 - II. De Libero arbitrio.
 - III. De Paucitate salvandorum.
 - IV. De Ira Dei.
 - V. Opera Philosophica plurima.
 - VI. Ad inclytum Mediolanensem Populum Orationes.
 - VII. Epistolarum Volumen magnæ molis. Omnia hæc nunciatur in eadem Oratione Buttigella, quæ quidem typis data, sed sine loco, & tempore.
- In ejusdem commendationem hæc leguntur Carmina post Orationem eandem.

Pppp

Plaudite.

*Plaudite, Prator erit; qui candida jura fovabit,
Qui fora, qui leges, Plaudite, Prator erit.*

De eo videndus etiam Sironus in Chron. Jurisperit.
art. 333. pag. 77., & in Theatro Genealog. MS.
pag. 230.

DCCCXXXIII.

GAMBARELLUS AUGUSTINUS.

Augustinus Gambarellus non ignobilis Vir Mediolanensis, & Excellentissimi Senatus Infubriæ Cancellarius, filius fuit Petri Pauli, & Barbaræ Sovicæ conjugum: fratres habuit Herculem, & Franciscum Cohortis Peditum Duces: Avum verò Joannem Baptistam, cui frater extitit Joannes Franciscus Gambarellus Physicus Collegiatus hujus Urbis, & ex XII. Provisionum Mediolani, sub annis MDXXXVIII. MDXLI. MDXLV., & MDIL., Proavum quoque hinc juvat memorare, scilicet Nicolaum Gambarellum Comitem S. Gervasii, & Capriati in agro Bergomenfi, ejusdemque Senatus à Secretis, anno MCDXCIV. defunctum, tumulatumque in Arca marmorea in Ecclesia S. Francisci hujus Metropolis, cum sequenti Inscriptione:

INSIGNEM PATRIA VIRVM RECTIQVE TENACEM
HOC SACRA NICOLEVM MARMORE CONDIT
HVMVS

GAMBARELLA DOMVS GENVITQVE PLACENTIA
CARVM

INSVBRIAE DVCIBVS QVEM DOLVERE MORI
IVSTITIAE SANCTI DICENTIS IVRA SENATVS
PRIMVS AB ARCHANIS CANDIDVS ASTRA CO-
LIT.

OBIIT DIE PENVLTIMO SEPTEMBRIS MCDXCIV.

In Schedis vero Co. Octavii Archinti lego Ann. MCDXCI. Hæc forsân instituto meo prolixius ex Advocato Sirono transcribenda esse decrevi, ut Lector videat, quo tempore Gambarella Gens in hac Urbe sedem suam fixerit. Dignus profecto est Augustinus noster qui in albo illustrium Scriptorum hujus Bibliothecæ sit proferendus, ut ex infra recensendis illius Operibus facile patebit.

Scriptit nempè:

- I. In Terentium Observationes. *Bergomi, per Cominum. Venturam, 1597. in 8.*
- II. Oppositorum, quæ Augustinus Gambarellus Mediolanensis, è Plauto, Terentio, Cæsare, & Cicerone collegit liber; Jo. Fernando Velaschio Comestabili Castellæ (cum Epistola, sed potius Panegyri integra, atque Historia gentis Velaschiæ) nuncupatus. *Mediolani, apud Pontium, & Piccaleam, 1606. in 4. maximo* In Epistola ad Lectorem se profiteretur scripsisse hoc Opus instante Cæsare Rovidio, cui dicavit supradictas suas in Terentium Observationes, sicut & librum hunc inscribere voluerat, sed eo morte prævento, suum exequi non potuit desiderium. Quot alios Auctores præter illos in Libri titulo expressos legisset Scriptor, ex quibus Opposita plenè innumera collegerat, testes adducit Jo. Tonsum, & Jacobum Restam, sed in folis citatis se restrinxit, alia nisi sæculo effici posse testatur. Liber est ordine alphabetico dispositus, & magni faciendus, nec tam obvius. Leguntur in ipso Carmen Francisci Picinelli in laudem Auctoris, & aliud Erycii Puteani.
- III. Argumenta, atque Indicem ad Libros Achillis Statii de Clytophontis, & Leucippi amoribus confecisse, testatur Picinellus, loco infra citando.
Eidem Opera sua nuncupaverunt Jo. Franciscus Befutius, & Mutius Manfredi Serenensis. Ducissæ Brunsvicensis à Secretis.
Ipsam quoque laudavit Carmine Bernardinus Baldinus in lib. Lufus. pag. 56.

Videndi sunt Paulus Moriggia in *Nobil. Mediol. lib. 1. cap. 22.* Picinellus in *Athenæo pag. 3.*, nec non Cl. Advocatus Sironus in *Chronico Colleg. Nob. Physic. Mediol. parte II. artic. 142.*, & in *Theat. Genealogic. Famil. Nobil. Mediol. pag. 227.* ambo sunt in folio MSS. apud Auctorem.

DCCCXXXIV.

GARBICELLUS JOACHIMUS.

Religio celeberrima Fratrum Carmelitarum nudipedum, sub Divæ Theresiæ Instituto, gloriari meritò potest de Garbicello nostro, Mediolani nato, die IV. Novembris, anno MDCXXV., qui relicto nomine Francisci in sacris undis à Parentibus ei dato, Joachimus à S. Maria vocari voluit, dum professionem in sacro supramemorato Cœtu emitteret anno MDCXLV. die XXII. Septembris. Quantum in litteris Vir iste emicuerit facile Lector agnosceret, ex illius Operibus tam editis, quam MSS. à nobis infra recitandis. Sed quod plus est, Deo, Religionique ita eodem tempore sedulo inferuivit, ut si justum Elogium ei texere decrevissemus, integra pagina certè non sufficeret. Mirum igitur profecto videbitur quod ille in Confessionibus audiendis patientissimus, in Chori psalmodia nunquam ultimus, sacrisque meditationibus impensè addictus, tot ingenii sui monumenta posteris relinquere potuerit, etsi quoque corporis mole non exigua præpediretur; ita ut Conciones suas Quadragesimales quater elaboratas nunquam recitare ei datum fuerit. Inter alias ipsius virtutes illuxit humilitas, ob quam dignitates omnes suæ Religionis ei oblatas constanter respuit, donec meritorum, annorumque plenus obdormivit in Domino, salutis nostræ anno MDCXCVII. die verò XXI. Novembris.

Hæc ipsum immortalem reddunt:

- I. Mirabiles Excellentie, sive Grammatica Theologica, Anagrammaticæ Versiones, & Divina Attributa Augustissimi Nominis Jesu. Ad Reverendissimum Honorium ab Assumptione B. M. Virginis, Præpositum generalem Ordinis FF. Excalceatorum. *Mediolani, apud Carolum Antonium Malatestam, 1692. in fol.*
- II. Mystica Anatomia Sacratissimi Nominis Deiparæ Virginis Mariæ sub omnium Scientiarum, & Creaturarum Angelicarum, & humanarum, cœlestium, & sublunarium operoso compendio, ad representandas prærogativas, & perfectiones, maximasque virtutes, & dignitates Almæ Dei Genitricis exposita. *Venetis, apud Brigontium, 1690. in fol.*
- III. De Interpretatione sacrarum vocum ex Divinis Litteris, Opus ex Doctrinis Sanctorum Patrum, Sententiisque Ecclesiæ Doctorum concinnatum, Etymologiarum, & rerum naturalium Investigatoribus, Philosophis, Theologis, Mysticæ Sapientiæ Speculatoribus, Sacræ Scripturæ studiosis; denique Verbi Dei Præconibus ad intelligenda Scripturarum arcana conscriptus. Volumen Primum Eminentissimo, & Reverendissimo, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali D. D. Gregorio Barbado Episcopo Patavino, dicatum. *Mediolani, ex Typographia Ludovici Montis, per Carolum Federicum Galliardum, 1685. in fol.*
- IV. Reliqua hujus magni Operis Volumina XXII. Extant MSS. in fol. penes Suos in Bibliotheca Conventus hujus Urbis, cum approbationibus, indicibusque prælo parata.
- V. Vita della Serva di Dio Francesca del Santissimo Sacramento Carmelitana Scalza, nel Convento di S. Giuseppe di Pamplona, data già alle Stampe in Spagnolo da D. Michele Battista di Lanza Cavaliere di S. Giacomo, e del supremo Consiglio d'Aragona &c. Tradotta in lingua Italiana, e dedicata al Sig. Conte Bartolomeo Arese, Reggente del supremo Consiglio d'Italia, Presidente dell' Eccellentiss. Senato di Milano &c. *In Milano, da Federigo Agnelli, 1673. in 4.*
- VI. Origine della Congregazione de' Carmelitani Scalzi, separata da quella di Spagna, con suo Capo Generale

nerale distinto, ed indipendente da quello di Spagna, e da quello de' Carmelitani dell' Osservanza, formata dal Pontefice Clemente VIII. con facoltà d' estendersi per tutto il Mondo (eccettuata la Spagna;) e si descrive ampiamente la Fondazione del Convento, e Chiesa di Milano sotto il titolo di S. Carlo, coll' introduzione d' essi Carmelitani Scalzi in Milano, nell' anno 1614. MS. in 4. proelo paratus, extat in supradicta Bibliotheca.

- VII. Affontis di diverse materie predicabili, e morali per animare i Fedeli all' amore della virtù, e fuga dal vizio; ovvero Discorsi morali, eruditi, e fruttuosi. MS. in 4. Extat ibidem.
- VIII. Storia della Fondazione de' Conventi della Provincia de' Carmelitani Scalzi di Lombardia, sotto il titolo di S. Angelo Martire, in cui si parla di quasi tutti li fondati fino al suo tempo; comprendendo allora la Provincia Lombarda anche lo Stato Veneto. MS. in 4. Ibidem.
- IX. Vita del Ven. F. Diego di Gesù, traddotta dallo Spagnolo nell' Italiano. *Milano, presso l' Agnelli, 1674. in 4.*
- X. Circinus proportionalis Georgii Galchemayr ab Eusebio Blanco ejusdem Ordinis latinitate donatus, ut superius in Blanco diximus, à Garbicello nostro in Italicum conversus; quod Opus brevidendum promiserat Picinellus in Athenæo loco citando.
- XI. Conciones pro integris quattuor temporibus Quadragesimalibus recitandis compositæ. MSS.
- XII. Elogia plura sacra, in quibus ingenium Auctoris mirificè illucescit, & inter ipsa celebrantur ea, quæ publicè exposita fuerunt occasione festivitatis Mediolani à Suis habitæ Anno MDCLXXV. pro Beatificatione Fr. Andreae à Cruce ipsius Ordinis. A Suis, & aliqua ab Athenæo Picinelli pag. 175.

DCCCXXXV.

GARIBOLDUS CAROLUS HYACINTHUS.

Garibolda gens Mediolani florebat sæculo jam XV. ut videre est ex Sepulchralibus hujus familiæ Inscriptionibus, in ipsarum eximia Collectione, pluribus in locis à me laudata, Co. Octavii Archinti, quarum una extat in D. Simpliciani Templo anno MCDL. ab Ambrosio Gariboldo, sibi hæredibusque posita. Carolus verò Hyacinthus noster ex Francisco, & Veronica Aliphera Mediolani natus, Congregationi Clericorum Reg. D. Pauli anno MDCXCVII. adscriptus est. Mox Philosophicis, ac Theologicis facultatibus institutus; Laude Pompeja primum, deinde Mediolani Rhetorem professus, pietati in primis, & litteris summo opere fuit addictus, sed dolendum est quod nimis citò mors invida nobis, suisque ipsum rapuit, idque molestè accidit anno MDCCXX. cum ætatis XLII. tantum attingeret. De altero Francisco Gariboldo, forsitan Auctoris nostri Avo, agit sepulchrale monumentum, in Ecclesia S. Annæ ad Portam hujus Urbis Comensem, sic inscriptum:

MVTVO ACCEPERAT MORTALIA QVAEDAM
FRANCISCVS GARIBOLDVS
HIC REDDIDIT ET RELIQVIT DEO
KAL. DECEMB. MDLXII.

Plura scripsit Carolus Hyacinthus Latinè, & Italicè; Gallicæ quoque linguæ peritus, aliquot Opuscula in Italicam transtulit, quæ edita sunt.

Videlicet:

- I. Morale Crisiana a modo di Meditazioni, trasportata nell' Italiana dal Francese. *Milano, per il Malatesta, 1719. in 12.*
- II. La buona Elezione, trasportata dal Francese nell' Italiano come sopra. *Milano, presso lo stesso, 1718.*
- III. Lo Spirito buono, trasportato dal Francese nell' Italiano. *Milano, presso lo stesso, 1720.*
- IV. Del disprezzo del Mondo, Lettera di S. Eucherio,

trasportata dal Latino nell' Italiano. *Milano, per il Malatesta, 1715. in 12.*

- V. Vestigialium litterarum plausus, & obsequia Eminentiss. Principi Benedicto Erbe Odescalco, Mediol. Eccl. Archiep. *Mediol. apud Malatest. 1716.*
- VI. Orationes.
- VII. Prolusiones.
- VIII. Poëmata tam Latino, qua Italico sermone conscrip. Extant Tom. II. MSS. in 4. in Bibliotheca Suorum Collegii S. Alexandri Mediolani.
- Hæc partim vidimus, partim accepimus à sæpè laudato Concive nostro P. Pezzio, & ex Schedis Archinteis, atque Sironianis.

DCCCXXXVI.

GASTORELLUS GENESIUS.

ANcipites fuimus an Genesius hic Gastorellus verum nomen suum Operi infra recensendo præfixerit, vel potius, ut ante nos dubitavit Bailletus loco citando, larvatus Auctor in publicum labores suos litterarios ediderit. Sanè nihil de eo reperimus in Vincentii Placii Theatro Anonymorum, & Pseudo-anonymorum, idque in causa est, ut suspicemur illud genuinum esse Scriptoris vocabulum. Quidquid hac super re sentiant eruditi, omnes tamen fatentur eum Mediolanensem fuisse, & Astrologicis studiis operam dedisse, in quibus utinam vera potius quam vana sectatus esset; etenim Joannes Baptista Nocetus Genesius è Societate Jesu, qui adhuc anno MDCLXXVII. erat in vivis, in eum non acuisset stylum libris editis, quos mox promemus. Cæterum Gastorellus eidem Noceto coævus fuisse videtur.

Scripsit

- I. Il Cielo aperto: libro, che parla d' Astrologia giudiziaria, e d' altre curiosità. Ex Bailletto infra scripto.
- Adversus hoc Opus præfatus Jo. Baptista Nocetus librum scripsit hoc titulo: „ Anafride di Clorio Cariopo „ Carcaria al Cavallier Genesio Gastorello Ogoroboto „ Milanese, Autor del Ciel Aperto. *Lucerna* (locus certè suppositus) 1656. in 12. Neque hoc satis existimans edidit Volumen aliud sub nomine: „ L'Antigastorello; tertiumque tandem inscriptum: „ Astrologia „ ottima, indifferente, pessima, censure publicate „ dal P. Giambattista Noceto della Compagnia di Gesù „ sù. *Parigi, 1663. in 12.*
- Hæc refert prædictus Bailletus Jugemens de Scavans. Tom. VI. pag. 69.

DCCCXXXVII.

GATTICUS HIERONYMUS.

Hieronimus Gatticus Mediolanensis, in nobilissimo FF. Prædicatorum Ordine, Conventus S. Mariæ Gratiarum alumnus adscribitur; ibidemque sacre Theologiæ Lector, eximius per totam Italiam Concionator celebratur. Vir certe fuit laboriosissimus, studio, librisque edendis unicè intentus, quos inter magno habendus est in pretio liber proferendus num. VII. ubi quantum valeret Gatticus etiam in Jurisprudencia facile judicabunt lectores; mirum enim dictu est quo labore, quo delectu, qua fide singula ad Ecclesiæ Jura spectantia Scriptor noster collegerit. Floruit usque ad Christi annum MDCXLVII. quo piissimè obiit Mediolani in præfato suo Gratiarum Conventu.

Hæc autem sunt ejus Opera præcipua:

- I. Catechismo morale generale, per ricevere, ed amministrare il Sacramento della Penitenza; dedicato all' Eminentiss. Cardinale Pietro Campori, Vescovo di Cremona. *Milano, per il Malatesta.*
- II. Matilde: Rappresentatione. *Ivi, 1625.*

III.

- III. La confusione dell' ostinato peccatore , Tragedia .
Milano , per il Malatesta , 1626.
- IV. Rosario della Gloriosissima Vergine Maria , con varie contemplazioni . *Ivi , presso lo stesso , 1650. in 8.*
- V. Sicuro viaggio de i giustiziandi . *Ivi , 1630.*
- VI. Del Santissimo Nome d' Iddio contro li spergiuri .
Ivi , presso il Gbifolli , 1632.
- VII. Catena aurea celeberrimorum , à primo legum institutore sapientum , ac primariorum in iis professorum , nec non in quavis ferè universitate eruditissimorum , Utriusq; Juris magni nominis interpretum consiliorum , quin præter Apostolicas constitutiones , & censuras eorum , quæ in Mediolanensi Senatu , & aliis , ac in Regiis Magistratibus insigniores , U. Jur. Doctores , Catholicæque Regiæ Majestatis , ac Christianorum Principum primarii Consiliarii , Præsides , Senatores , ac alii propriis rescriptis pro vera Catholicæ Ecclesiæ libertate , & immunitate decisivè consuluerunt , censuerunt , ac firmiter sanxerunt . Auctore (seu potius Collectore) F. Hieronymo Gattico Lectore Theologo Ord. Prædic. *Bononiæ , apud Ferronius 1636. T. II. in 4* Cuilibet consilio nomen Auctoris præfigit , de quibus in nostra hac Bibliotheca pluries mentionem facimus .
- VIII. Tractatus de Censuris . *Mediolani.*
- IX. L' Ajo de' Pergami , overo Teatro Sacro d' ogni materia predicabile , diviso in sette parti , corrispondenti alli sette gradi del vivere humano . *Venezia , per Giacomo Sarzina , 1641. T. II. in 4.* In fine hanc Lucubrationum suarum asserit esse vicesimam .
- X. Directorium ad Tyroneis pro receptione , & administratione Sacramentorum . *Mediolani , apud Georgium Rollam , 1641. in 8.*
- XI. Examinatorium Ordinandorum . *Mediolani , apud Malatestam , 1623. in 8.*
- XII. Specchio de' Confessori . *Milano , per il Malatesta .*
Clarissimi Quetif , & Echard , pluries à nobis laudati , qui tantum hujus Auctoris Opera numero X. protulerunt , sic ad calcem scripserunt : „ Cæteras ejus „ lucubrationes ad decem , aut etiam amplius hic „ omittas dabunt forte aliquando ejus Gentiles & „ Symmistæ : nam de eo parè omnino Rovetta „ ad an. MDCXLVII. , à quo tamen omnia speranda erant , & accuratiora .
Remanent ergo saltem VIII. Gattici nostri Opera , quæ adhuc delitescunt , necnon eadem diligentia à Suis in inquirendis Actis , & Scriptis Viror. Illustrium , saltem Mediolanensium , ipsius Ordinis optanda superest .
Laudatur à supracitatis Quetif & Ecard in Tomo II. Scriptorum Ord. Præd. pag. 553. , à Rovetta , & à Picinello in Athenæo pag. 340.

D C C C X X X V I I I

GATTUS JOANNES DOMENICUS.

DUodecim Viri nobiles , ex quibus Tribunal quod Provisionum vocant in hac Urbe componitur , satius , optimèque duxerunt Joanni Dominico Gatto Mediolanensi Presbytero , atque in Oppido Marcallo , Plebis Curia-pictæ vulgo *Corbetta* nuncupato , animarum curam peregre fungenti , provinciam demandare , ut Acta D. Ambrosii Mediolanensium Patroni scriberet , ad quam Vir doctus manum strenuè diligenterque apposuit , Volumine infra recensendo publici juris factò . Utinam labor ejus ad umbilicum perductus fuisset , nam etsi Opus idem scriptum non sit ex integro juxta criterium sæculi , quo vivimus , attamen plura in ipso leguntur summà diligentia undequaque collecta , quod Auctori non parum laudis merito affert , magnique est faciendum post Vitam hujusmodi Sancti Ecclesiæ Doctoris à Viris clarissimis è Congregatione S. Mauri optimè descriptam , & Parisiis typis datam Latino , Gallicoque Sermonè . Ratio cur Gattus noster calamum ex hac sacra historia retraxerit adhuc mihi ignota est , sicuti an fuerit ab eodem completa , nec ne , & quod plus est de Viro ipso , etsi temporibus nostris florente Acta , & mortis annum nullus mihi indicavit . Accipiat igitur Lector quod possum , pluraque ab alijs expectet .

Typis Gattus iste demandavit

- I. La Vita di S. Ambrogio Arcivescovo di Milano , scritta , e divisa in tre parti per Gio. Domenico Gatti , Sacerdote Milanese , Tomo primo . *Milano , per il Malatesta , 1695. in 4.*
- II. Discorsi in lode della B. V. detti nella Chiesa presso S. Celso , di Gio. Domenico Gatti , Curato di Marcallo , *Milano , nella Stamperia Arcivesc. 1695. in 4.*

D C C C X X X I X

GAVANTUS BARTHOLOMÆUS.

Bartholomæus Gavantus , inter Scriptores non tantum Mediolanenses , sed exteros quoque Sacrorum Rituum facile Princeps , Modoetia oriundus , annorum XVIII. in Collegio Cleric. Regul. S. Pauli addictus est anno MDLXXXVIII. Florebatur tunc in Collegio S. Barnabæ studium Hebraicæ , Græcæ , & Latinæ linguarum ; quibus aliisque studiis alacriter se Gavantus dedit . Dum Federicus Cardinalis Borromæus ad illud Collegium , cum primùm Mediolanum venit , accessisset , ad eum veluti studiorum Parentem Orationem Latinè habuit Julius Cavalcanus , Græcæ Carolus Bossius , Hebraicè vero Gavantus noster summa cum laude Eminentissimi Præfulis , à quo Presbyterali postmodum Ordine insignitus est noster . Philosophicis , ac Theologicis studiis ad Collegium Cremonense Clericos Rhetoricam docturus mittitur ; cumque Oratoriam Artem excellenter teneret Verbi Divini Prædicationi se dedit , quod munus per annos XXXV. magna ubique præcipuarum Italiæ Civitatum cum laude , summoque populi concursu , adè ut primi Concionatoris ætatis suæ famam nactus fuerit , obire non destitit . Cultum S. Caroli Romæ præsertim , & Fulgini mirificè promovit . Collegia S. Alexandri Mediolani , S. Pauli Bononiæ , & S. Herculani Perusii optimè gubernavit . Romanæ quoque Provinciæ præfuit , necnon Visitatoris munus , & Assistentis apud Juvenalem Falconium Præpositum Generalem præclare gessit . Celebre reddidit ejus nomen Sacrorum Rituum peritiâ , qua re Romam vocatus à Clemente P. VIII. Cong. à Consiliis lectus est , cum ab eodem , tum ab Urbano VIII. in recognitione , & reformatione Breviarii Romani adhibitus . Plures Antistites & Cardinales in suarum Ecclesiarum rebus , atque Synodalibus Decretis conscribendis , evulgandisque ejus opera usi sunt , inter quos Cardinalis Campori Cremonensis Episcopus ; Cardinalis Boncompagnus Archiepiscopus Neapolitanus ; Cardinalis Magalottus Ferrariensis Antistes , Comitulus Perusinus , Carpinus Eugubinus , Dossenus Derthonensis , à Basilica Petri Novariensis , Rangonius Mutinensis Episcopi . A Cardinali Bonvisio Barrii Archipræsule , & Præfulibus Assisii , Patavii , Cremæ , & Arimini affecta Visitationum suarum selectus est , & adjutor ; ut Clerum potissimè sacris Ceremoniis ritè peragendis instrueret . Rogatus ob eandem causam ab Eminentissimo de Harach Regni Boemæ Primate , ut se Pragæ conferret , paratus obsequi ab Urbano VIII. retentus est Romæ , ut sacris Hymnis reformandis Operam suam conferret . Extremo cum decumberet morbo ab Eminentissimo Theodoro Principe Trivulzio visitatione humanissimè dignatus , in Collegio S. Barnabæ anno MDCXXXVIII. in Pervigilio Assumptionis B. V. obdormivit in Domino .

Præclarissima edidit Volumina idest :

- I. Theaurum sacrorum Rituum , sive Commentaria in Rubricas Missalis , & Breviarii , quibus denuò impressis addidit utilissimas Appendices . *Romæ , Typis Cam. Apost. 1627. T. II. in 4. lib.*

- Ibid.* 1630. *Parisis*, 1652., & alibi pluries, atque recentius *Roma*, cum notis Cl. Hieronymi Barufaldi, editio recusa. *Augusta Vindellicorum*. Anno vero 1736. 1737., & 1738. Vol. IV. in 4. prodiit *Roma*, apud *Salvionum* peregrina editio Gavanti nostri, nempe *Thefaurus Sacrorum Rituum*, hoc titulo: „Sepius editus, nunc vero correctior, & locupletior, „ adjectis Summorum Pontificum, & S. R. C. „ Decretis usque ad præsens emanatis, novisque „ Observationibus, & Additionibus Cajetani Marie Merati Clerici Regul. ejusdem Sac. Rit. „ Congreg. Consultoris „. Tomi I. & II. complectuntur Gavanti Commentaria in Rubricas Missalis; reliqui duo habent Commentaria ad Rubricas Breviarii Romani, Ordinem perpetuum, & generalem recitandi Divini Officii. Gavanti Vitam, & Indices Auctorum, quibus uterque Auctor usus est.
- II.** Octavarium Romanum. *Bononia*, 1624. in 8. *Neapoli*, *Parisis*, & alibi.
- III.** Enchiridion, seu Manuale Episcoporum. *Roma*, apud *Caballum*, 1631. in 4. *Parisis*, *Venetis*, apud *Juntas*, cum additamentis, 1652. & alibi.
- IV.** Additiones ad Manuale pro Visitatione Diocesis, atque Synodis condendis (mortuo jam Gavanto). *Roma*, 1638. in 4. & *Parisis*, 1639., & ut supra, 1652.
- V.** Cæremoniale Clericorum Reg. S. Pauli. *Mediolani*, apud *Malatesam*, II. edit. 1713. in 4.
- VI.** Ordinem perpetuum recitandi Divinum Officium. *Ven.* & *Roma*.
- VII.** De Synodo Diocesana *Roma*, apud *Caballum*, 1628. in 4.
- VIII.** Prediche Quadragesimali, dell' Advento, ed Annuali. Has omnes editurus erat, ut testatur Leo Allatus in Apibus Urbanis.
- IX.** Predica nella Translazione delle Ceneri di S. Giambattista. *Genova*, 1608. in 4.
- X.** Ragionamento nella Coronazione del Serenissimo Agostino Pinello, Duce di Genova. *Ivi*, 1609. in 4.
- XI.** Discorso nel giorno anniversario dell' unione di Genova. *Ivi*, 1606. in 4.
- XII.** Orazione dell' umiltà di S. Carlo. *Milano*, presso *Agostino Tradate*, 1607. in 4.
- XIII.** Regulam Recreationis Cler. Regul. S. Pauli. MS. in 4. penes Suos.
- XIV.** Vitam Cosmæ Doffenæ Episcopi Derthonensis. MS. ut supra.
- XV.** Schedas quædam de Viris illustribus Congregat. S. Pauli. MS. in fol. *ibid.*
- XVI.** Epistolas plures de Sacris Ritibus ad Cardinalem Federicum Borromæum annis MDCV. & MDCVI., cum Responsionibus. Extant in Collectione Ambrosiana, alibi citata.
- XVII.** Alie II. autographæ ad Franciscum Casatum de Ritibus Eccles. altera XV. Junii MDCXXX. altera XXVI. Julii MDCXXXI. Romæ datæ; sunt MSS. penes amicissimum Canonicum Jo. Andreæ Iricum.
- XVIII.** Carmina varia; ex Allatio loco citato, sic: „ Adolefcens mitiores etiam coluit Musas, modò „ in senium vergens sacris interdum Carminibus „ ludit.
- XIX.** Vitam, & Res gestas S. Pauli Apostoli. Extat in editione Commentarior. in Rubricas Missalis, & Breviarii. *Roma*, 1618. in fol.
- XX.** S. Bartholomæum esse Nathanaëlem. Dissertat. Extat *ibidem*.
- XXI.** Inscriptiones, & Elogia tam Italico, quam Latino, atque Græco Sermonem conscripta occasione visitationis Collegii S. Barnabæ à Card. Fed. Borromæo peractæ, ut diximus. Ita in Vita ejusdem Gavanti.
- XXII.** Orazione sopra la Pace, detta in Roma, ex eadem Vita.
- XXIII.** Brevi Discorsi sopra la Passione del Redentore, recitati nella Congregazione dell' Umiltà in Roma. Ex eadem Vita.
- In Cathalogo Biblioth. Regis Christianis. Tomo I. pag. 231. num. 390. legitur: „ Claudii Arnaud, „ Epitome Thefauri Sacrorum Rituum, selecta „ quæque notatu dignissima, ex Animadversio- „ nibus Barthol. Gavanti, in rubricas Missalis, „ & Breviarii Romani continens; adjectis qui- „ busdam notulis ad earundem intelligentiam. *Venetis*, apud *Juntas*. 1644. in 24.
- Extant de Gavanto Epigrammata duo: primum est Francisci Rugerii Congreg. de Somaſcha, alterum Alexii Ledesmæ.
- Ejus Vitam, ut innuimus, & quæ auctorem suum initialibus tantùm litteris L. A. prodit, sicuti hæc scribentes nunc solum intuemur, habemus in T. IV. Operum Gavanti, illatam à doctis. P. Merato, ex qua cognovi Bernardini in sæculo nomen gef-

Tom. I.

isse, atque Humilitatis Congregationem in Ecclesia S. Caroli Romæ instituisse anno MDCXI. etiam nunc florentem, ubi Gavantus Sermones de Passione Domini à nobis jam relatos, recitavit. Missum fuisse à Clemente VIII. ad Portum Ostiæ, atque vicinam regionem, ad Incolarum mores reformandos, Germaniam quoque primùm, dein de Galliam perlustrasse; reliqua verò nos ex integro, etsi brevius, de eo protulimus.

Omnia ferè ejus Opera in unum Volumen edita fuere *Parisis*, per Jo. Post: *Via Jacobæ*, sub signo *S. Spiritus*, 1652. in cujus editionis Præfatione magnis celebratur encomiis; sicuti ab Augustino Barbosa in Opere de Canonicis, & de Officio Parochi. A Jo. Petro Crescentio in Præsidio Romano. Ab Andrea Victorello. A Leone Allatio in libro: Apes Urbanæ, pag. 59. A Philippo Picinello in Athenæo, pag. 69. A Carolo Guyeto Soc. J. in sua Herteologia. A Michaële Bauldry in Manuale Sac. Cærem. A Macro in Hierolexico. A Morerio in Lexico: Necnon à P. Bondier Benedictino-Cass. Gallo, qui Gavanti judicio supposit Librum de Ritibus à se concinnatum, in cujus Præfatione sic declaravit *juravi in verba Magistris*. Et ab omnibus, qui post ipsum de Sacris Ritibus, & de Morali Theologia egerunt.

D C C C X L.

GAVARDUS FEDERICUS NICOLAUS.

Prodiit ex Urbe ac Cœnobio Mediolanensi Divi Marci Fridericus Nicolaus Gavardi Eremita Augustinianus, qui à pueritia cum miro polleret ingenio, ac discendi arderet cupiditate, præfato Divi Augustini Ordini dato nomine, Philosophicis, Theologicisque studiis ita sedulo, felicive progressu incubuit, ut meritò sui Ordinis celebrioribus gymnasiis moderandis, præcipuè verò Regalis Cœnobii S. Augustini Neapolis, ab Augustinensi supremo Antistite præfectus fuerit. Romam deindè accersitus, nedum Eminentissimo Cardinali Mareſcotto fuit à rebus Theologicis definiendis, sed & à Summo Pontifice selectus, ut sacram paginam in Almæ Urbis Archigymnasio interpretaretur, quo munere ad annos XXV. laudabiliter functus est. Vir eruditus totus erat in libris legendis, conscribendisque. Interea Scholam Ægidianam, sive Theologiam exantiquatam, quam typis evulgavit, magno in pretio habuerunt Augustinenses per Germaniam, & signanter Bohemi, quos inter P. Benignus Sichrowski Sacræ Theologiæ Doctor, & Pragæ ad S. Thomam Professor emeritus, illam in compendium redegit, & *Norimbergæ*, sumptibus Joannis Christophori Loebneri Anno 1720. quatuor Voluminibus in 4. excudi curavit sub hoc titulo: „ Theologia Scholastica Augustiniana à sapientissimo Magistro P. Friderico Nicolao Gavardi sex Tomis comprehensa, „ nunc in commodum studentium in viginti Tractatibus distributa, & passim compendiata „. Tandem studio potius quam morbo attritus, Romæ diem clausit extremum Fridericus noster anno MDCCXV. pridie idus Junii; & in Bibliotheca S. Marci Mediolani visitur ejus Imago cum hac epigraphe:

EXIM. P. MAG.

F. FRIDERICVS NICOLAVS GAVARDI
MEDIOLANENSIS AVGVSTINIANVS
QVI PLVRIVM VOLVMINVM AVCTOR
ET IN ROMANA SAPIENTIA
XXV. ANNORVM SPATIO
SACRAE SCRIPTVRAE INTERPRES
OBIIT PISSIME ROMAE
ANNO MDCCXV. DIE XII. IVNII
AETATIS VERO SVAE LXXVI.
SED PIETATE AC DOCTRINA
SEMPER VICTVRVS.

Q999

Le-

Lectorem benevolum monitum volumus, quod alter Mediolanensis Gavardus, Ferdinandus nomine, Divi Marci Coenobita, Sacrae Theologiae Doctor, ac Friderici nostri consanguineus, nobis hic recensendus veniret: Vir quidem prompto acrique ingenio praeditus, sacra profanaque litteraturam excultus, ac in Universitate Pisana Metaphisices Professor, quem nonnulli Authorem asserunt plurium eruditarum lucubrationum MSS. attamen cum illae nobis adhuc indigitatae minimè fuerint; inter addenda Ferdinandi hujus redibit sermo, quoties de certo ingenii sui foetu, de quo scripserit nos plenè instructos noverimus.

Enumerabimus interim quae à Friderico exarata fuere, videlicet

- I. Schola Aegidiana, sive Theologia exantiquata juxta Doctrinam S. Augustini, VI. Voluminibus in fol. comprehensa, scilicet: Tom. primus, *Neapoli, per Antonium Gramignani*, 1638. Tom. secundus, *ibid.* 1685. Tom. tertius, *ibid. apud eundem*, 1687. Tom. quartus, *ibid. apud Camillum Caballum*, 1690. Tom. quintus, *Roma, apud Buagnum*, 1692. Tom. sextus, *ibid. apud eundem*, 1696.
- II. Philoposphia vindicata ab erroribus Philosophorum. Gentilium juxta doctrinam S. Augustini. Tomi IV. *Roma, apud Buagnum*, 1701. in 8. & uno volumine in fol.
- III. Quaestiones IV. De Hierarchia Ecclesiae militantis. *Neapoli, per Camillum Caballum*, 1690. in 8.
- IV. Volumen insigne adversus Opus Petri de Marca de Concordia Sacerdotii, & Imperii, quod Clementi XI. obtulit, sed MS. delitescit adhuc in Bibliotheca Albana.
- V. Index Bibliothecae Maximae Pontificis Rocaberti, jussu Summi Pontificis concinnatus.
Plurima etiam de isto debemus eruditissimo Patri Nicolai ejusdem Ordinis.

DCCCLXI.

GELOSUS SYLVIUS.

Tot inter illustres Vates Mediolanenses, huc usque in hac mea Collectione prolatos nemo occurrerat, (saltem in vernacula lingua) qui dignus celebraretur pro ludicra Poësi; gratulor igitur mihi metipsum quod etiam in hac facultate, post alios Carminibus Italicis laudatos à temporibus ipsius Dantis incipiendo, hunc Lectorem meis offerre possim, nam certè pauci sunt, qui in hujus generis Poësi excellere; satis de Sylvio Gelofo nostro dicendum est, laudatum fuisse à Crescimbenio Viro emunctae naris loco infra citando. Inter Academicos, quos Inquietos vocarunt, locum habuit Gelofo saeculo XVI. Nec aliud memoriae superest de ipso nisi Carmen jocosum à nobis hic recensendum, à cujus titulo satis erat ipsum agnoscere Mediolanensem, sed ipsemet voluit post paucos Versus talem se prodere, his verbis:

Come già il Mondo sà son Milanese.

Habemus igitur tantum de eo

- I. Carmen sic inscriptum: „Capitolo in lode del Cervelato, della Bufecca Milanese, e del Porco con le sue eccellenze.“. Extat in libro, cui titulus: „Rime piacevoli di diversi, cioè del Borgogni, Ruscelli, Sansovino, Doni, Lasca, Remigio, Anguillara, Sansedonio, ed altri vivaci ingegni, Parte III. Venezia, 1627., e Londra, 1722.“
De ipso Cl. Crescimbenius in libro: „De' Comentarj intorno all' Istoria della volgar Poesia; Vol. IV. Lib. III. Art. XXV. pag. 200. Fontaninius verò de dignatus est ipsum tantum salutare.

de SANCTO GEORGIO.
V. SANGIORGIUS JOHANNES ANTONIUS.

DCCCLXII.

GEORGIUS.

Quaestio est de tribus Georgiis Mediolanensibus, ex Ordine FF. Praedicatorum, inter Scriptores ipsius celeberrimi Coetus. De primo, qui dicitur Georgius Ravennatinus, dubium erat apud Clariss. Quetif & Eccard, an verè Mediolanum Patria ei fuerit, nos vero suo loco, idest ad litteram R. demonstrabimus revera fuisse Mediolanensem. De duobus aliis Georgiis, quorum cognomen Sui neglexerunt, supramemorati PP. Quetif & Eccard conqueruntur quod Lusitanus, Moriggia, Possévinus, Rovetta, Altamura, & Picinellus noster eum cum altero confundant, & sententiam Vossii asserunt, quae Vir doctissimus contendit Georgium Scriptorem Vitae B. Jacobi Sextii esse eundem, ac Georgium Ravennatinum. In primis monendus est Lector noster, quod Picinellus minimè confundit hos duos Georgios, ut asserunt Quetif & Eccard, sed alteri ex iisdem cognomen Carcani tribuit, asserens ipsum floruisse saeculo XIII. inconsultè verò, nam diligenter perscrutatis Scriptoribus, qui de Gentis Carcanæ serie & actis solidè egerunt, nec verbum quidem inveni de Georgio Dominicano. Juvat nunc hic verba ipsa referre supradictorum Quetif & Eccard: „Dissentit verò Vossius de Histor. Latin. pag. 813. (idest à „supracitatis Auctores, qui de duobus Georgiis „unum faciunt) contendens Auctorem hujus Vitae „non alium esse à Georgio Ravennatino itidem Mediolanensi, de quo nos postea ad MDXX. Dubius „planè fateor, hic hæreo. Certum, Scriptorem hujus Vitae Domus Gratiarum fuisse alumnum, in „eaque novitium sub Jordano Trivisio magistro ipsum, & alios tyrones, ut in Jacobum ceu exemplar Religionis absolutissimum continuè respicerent, „monente educatum, hæc enim ipse de se testatur. „Certum, & eum politioris litteraturæ Virum fuisse, nam hæc Vita stylo, & ornato, & compto „scripta est. Auctorem Logicæ Leander nec Contentus Gratiarum Sodalem dicit, nec Historicis accenset. Quousque igitur Gentiles quid certius asserant, visum est rem sub dubio relinquere; si „duo sint, hic duos habes; si unus & idem, ambos „in unum confabis.“. Veniã tamen doctissimorum Virorum nobis liceat asserere, nullum dubium videre quin duo sint Auctores isti, nam primus, qui Vitam scripsit Beati Jacobi Sextii, & de quo nunc agimus, in eadem ipse asserit se interfuisse translationi Corporis ejusdem Beati, mense Novembri anno MCCCXCIII. Alter verò Georgius erat adhuc in vivis anno MDXX. Error potius cubat in anno supradicto MCCCXCIII. à Leandro Alberti indicato, uti ultimus Vitae Auctoris nostri, asserendo obiisse eodem anno die XXX. Junii, ætatis annor. LXVII. professionis verò XL. ex quo saltem collegimus quod vitam protrahere non potuerit ad annum usque MDXX.

Huic igitur tribuimus tantum

- I. Vitam Beati Jacobi Sextii Mediolanensis Domus S. Mariæ Gratiarum in Patria primi erectoris.
Ex Leandro Alberti in lib. I. de Viris illustribus Ord. Praedic. & ex aliis supramemoratis Auctores.

DCCCLXIII.

DCCCLIII.

GEORGIUS alter.

Georgius hic, tantum & ipse à Mediolano nuncupatus, floruisse dicitur sæculo XVI. & quidem anno ejusdem vigesimo, qua de causa minimè afferi potest esse eundem à nobis supra relatam. Quod iterum optandum foret cum doctissimis Quetif & Eccard minimè præterire possumus, diligentia scilicet major à Suis in perquirendis clarioribus documentis, ut meliorem lucem tradere possint iis, quibus cordi tantum est de Eruditis tam illustri Ordinis cum laude differere. Georgius autem, de quo nunc sermo est, laudatur à Leandro, Rovetta, & ab aliis Prædicatorum Cœtus Scriptoribus ad annum MDXX., & inter illustres Philosophos ejusdem ævi locum ei faciunt, utpote cum Valentino Camereri Perusino laudatur ab omnibus conterraneis, uti Vir in Theologicis, Philosophicis, ac eruditis facultatibus versatissimus.

Afferunt scripsisse

- I. Commentaria supra totam Aristotelis Logicam.
- II. Item super VIII. Libros Physicorum ejusdem Aristotelis de Auditu.
- III. Commentaria super IV. Sententiarum. Ita supralaudati Scriptores Ord. Prædicatorum, & cum iis Quetif & Eccard T. II. pag. 31. Picinellus pag. 252., aliique ab ipso, etsi non satis accurate relati.

DCCCLIV.

GERENZANUS CAROLUS JOSEPH.

Inter insigniores Pharmacopœos meritò locus dandus est Carolo Josepho Gerenzano, in hac Metropoli nato, anno Redemptionis nostræ MDCXLIV. nam non solum condendis Pharmacis, sed morbis attentè observandis totum se dedit adeo, ut ipsi debeamus plura inventa ad sanitatem tuendam, atque ille optimè in suam accuratius servandam ita incubuit, ut usque ad ætatem annorum LXXVIII. feliciter perveniens, vivere desierit die XXII. Martii, anno MDCCXXII.

Hæc utiliter, & cum plausu evulgavit

- I. La Vipera rediviva, o sal volatile viperino, fabbricato da Carlo Giuseppe Gerenzano. *Milano, per il Ramellati, 1688. in 12.*
- II. Il Morbifugo universale, o sia polvere viperina, modo di fabbricarla, virtù ec. *Milano, per l'Agnelli, 1693. in 12.*
- III. L'Armeria d'Esculapio munita d'arcani di salute. *Ivi, per lo stesso, 1694. in 12.*
- IV. Scuola Regia Farmaceutica a Speciali, e Particolari, di Carlo Giuseppe Gerenzani Portigliotto Speciale Milanese Collegiato. *Ivi, per il Malatesta, 1706. in 8.*

DCCCLV.

GEROSA FRANCISCUS.

Brevi me expediam, de Francisco Gerosa Medico in Oppido Leuci nomine, ditionis Mediolanensis nato, nam Cl. Bartholomæus Curtius in suo Opere

A centies à nobis citato, præter nudum nomen, titulumque ejus Operis, ut infra, nobis nihil dedit, postquam de tot aliis Scriptoribus non patriis tam diffusè loquutus est; mirum etiam quod Jo. Jacobus Mangetus, qui in sua Bibliotheca Scriptorum Medicorum, ferè totum Curtium exscripsit, Gerosam insalutatum dimiserit. Jejunos igitur & nos coacti sumus relinquere Lectores nostros, nam idem Curtius tantum ad marginem sui libri signavit annum MDC. forsitan indicare volens quod Gerosa florebat eo sæculo, sed facile unusquisque id inspicere poterit ab ipso titulo Operis Auctoris nostri:

Scilicet:

- B** I. La Magia trasformatrice dell' Uomo à migliore stato: Dialogo di Francesco Gerosa Fisico da Lecco, nel quale si ragiona del trino Mondo, della felicità umana, natural Magia, e medicinal Chimia. *Bergamo, per Comino Ventura, 1608. in 8.* Librum Auctor nuncupavit Herculi Sfondrato Montis-marciani Ducis. Ipsum laudavit duobus Carminibus Italicis, vulgo *Sonetti*, Joannes Antonius Averara, quæ leguntur in fronte ipsius Operis.
- Ita Curtius in libro: „Notizie Istoriche intorno a' Me-“, dici Scrittore Milanese „ pag. 169.

DCCCLVI.

GESSATUS JACOBUS.

Eodem ipso anno MCLXII. qui Mediolanensibus semper acerbæ recordationis erit, ob patriam à Friderico Oenobarbo solo æquatam, licet durissimæ obsidionis incommoda sentirent Cives, publicis tamen curandis negotiis, dum reliqui arma tractarent, prudentissimi Viri sedulam navabant operam. Et quoniam tutandæ Patriæ non parum officiebant quotidianæ creditores inter & debitores rixæ, contentionesque, è Republica visum fuit hujusmodi lites compescere, quo promptiores alacrioresque in commune bonum omnes conspirarent. Quatuor ergo Viris præstantissimis ea est demandata provincia, ut quidquid ad utilitatem Urbis, populique Mediolanensis optimum judicarent, conditis Statutis, & Legibus, servari juberent. Inter hos numeratur Jacobus Gessatus antiquæ severitatis, & prudentiæ Vir, qui cum Collegis loco suo laudandis

Conscripsit

- D** I. Statuta inter creditores & debitores Mediolanenses observanda.
- Horum, citato Corio, meminit cum laude Comes Octavius Archintus in Collectione sua sapissimè à nobis in hoc Opere commendata.

DCCCLVII.

GHERARDINUS ALEXANDER.

Gens Gherardina, factionum iniquarum causâ, nempe Guelphorum Gibellinorumque è Florentia in hanc Urbem, aliòque sedem suam transtulit; Alexander vero, de quo nunc loquimur, filius fuit Bernardi Mediolani à Petro geniti, cui tam felicem solidamque educationem ipsi tribuere licuit, ut eximiam Societatem Jesu amplecti decreverit. In ea verò feliciter, prudenterque se gessit ita, ut annos agens tantum decem & novem professionem quatuor Votorum emiserit, quod rarum est, anno nempe MDLXVIII. Vir non vulgari ingenio, prælegit Rhetoricam, & litteras humaniores. Concionando magnam

gnam vitæ partem consumpsit, fuit Rector Comi, & Alexandriæ, socius curarum ac laborum sui Provincialis, & Operarius per multos annos in Domo Professorum Mediolanensi, usque dum meritis, annisque onustus evolavit ad Superos die XXVII. mensis Septembris, Christi vero anno MDCXXX. qui illi erat ætatis septuagesimus secundus.

Superfunt de ipso

- I. Discorsi sopra la Parabola del figliuol prodigo. *Milano, appresso Benedetto Somasco, 1620. in 4.*
 - II. Orazione in lode di S. Giacinto. Hanc habuit Vercellis in Templo S. Pauli.
- Eum laudant Philippus Alegambe, atque Sorwel de Scriptoribus Societatis Jesu, nec non Picinellus in Athenæo pag. 9.

DCCCXLVIII.

GHERARDINUS JOANNES PHILIPPUS.

Alexander Gherardinus nuper à nobis laudatus, fratrem habuit Joannem Philippum, cui nunc Elogium teximus & meritò, nam in pluribus scientiis veriatissimus, prudentiâ, dexteritateque summoperè præditus, magnum sibi nomen acquisivit. A Secretis Magistratus Sanitatis hujus Urbis exitit difficillimis temporibus, anno scilicet MDLXXVI. quo Civitas peste affligebatur, & tam prudenter tam assidue se gessit, ut illius perspicacitas, & in rebus agendis vivacitas prudentiæ conjuncta in oculis omnium ita illuxerit, ut non tantum Romam missus fuerit pro gravi negotio tractando, sed & etiam ad Aulam Hispanicam à Mercatorum Mediolanensium Universitate ad tollendum, aut moderandum Censum mercibus impositum, & ubique feliciter rem ad optimum eventum traduxerit. Arithmeticam, & Musicam afferunt coluisse excellenter, nobis vero ex ejusdem scriptis constat præter linguas Latinam, & Hebraicam, Poësim quoque illi tam familiarem fuisse, ut in numero Academicorum Affidatorum, nomine *Affettuoso*, adscribi meruerit.

Hæc igitur de Auctore nostro invenimus

- I. Ottave per la Peste dell' Anno MDLXXVI. *Milano, 1578. in 4.*
 - II. Rime per le Nozze di Giulio Dardanoni, e Zenobia Coria. *Milano, presso il Ponzio, 1588. in 4.*
 - III. Rime in lode dell' Illustriss. ed Eccellentiss. Signore Don Gio. Fernando di Velasco, Contestabile di Castiglia, Governatore di Milano ec. Ed in proposito del matrimonio di Don Inico suo Figlio con Donna Maddalena Borgia. *Milano, per il Paganello, 1594. in 4.*
 - IV. Canzoni in lode di Gio. Ambrogio Figino celebre Pittore. *Milano, 1595. in 4.*
 - V. Carmina XXV. Italica, vulgo *Sonetti*. Extant inter illa Affidatorum.
 - VI. Alia III. sunt in laudem Operis Pauli Moriggiæ: „ Della Nobiltà di Milano.
 - VII. Aliud in creatione Pontificis Gregorii XIV. artefactum, ut ex aliquibus litteris ejusdem Carminis, et si Italici, hæc legantur: „ E Nicolao Sfondrato „ C. Gregorius Quartus Decimus P. con la spie „ gazione. *Milano, senza nome dello Stampatore, ed anno in 4.*
 - VIII. Alia duo similia. Extant in libro, cui titulus: „ Rime di Gian-Paolo Lomazzo.
 - IX. Alia Carmina plura, scilicet *Canzoni, Ode, Sestine*, & similia; ex Picinello.
- Agunt de ipso Lucas Contilis in Impres. Academic. Affidat. Moriggia in libro Nobil. Mediol. lib. III. cap. XIX. Bernardinus Baldinus in libro Lufus. Picinellus in Athenæo pag. 298., atque Sitonus in Schedis.

DCCCIL.

GHILINUS CAMILLUS.

EX Joanne Jacobo Ghilino paulò post laudando, qui fuit à Secretis, atque à Consiliis Status Joannis Galeacii, & Ludovici Sfortiæ Mediolanensium Ducum, necnon ex Lucretiâ Mantegatiâ conjugibus, ortus est in hac Metropoli Camillus Ghilinus, multiplici litteraturâ, summâ fide, prudentiâque ornatus. Tanti eum fecerunt Infubriæ Principes, ut plures Legationes eidem demandaverint, in quibus peregrinè semper se contulit, nam in Daniam, Hispaniam, Siciliamque missus pro rebus gravissimis tractandis apud Carolum V. Cæsarem, aliosque Magnates, famam sibi maximam comparavit, suisque Principibus, præcipuè Francisco Sfortiæ optimè inservivit. Induciis quoque Bononiensibus interfuit, interim nunquam fessus ex Hispaniâ in Siciliam redux, ultimum diem clausit anno MDXXXV., non sine veneni suspitione ab Antonio de Leva eidem propinati, ut fertur, pro nimio ardore adhibito in restitutione Mediolanensis Status Sfortiacis Principibus curanda. Volumen latinè edidit infra recensendum de dictis, & factis memorabilibus à Baptista Fulgoso Genuensium Duce à suis gentibus dejecto Italicè scriptum, atque à Ghilino continuatum ut aliis placet. Immo non desuere, qui crederent à Patre ejus Jo. Jacobo Ghilino ferè totum in latinam linguam translatum ingenioso, & erudito filio liberaliter donatum fuisse, qui excitatæ fabulæ famam ridendo diluebat. Utcumque sit, Opus est varietate per jucundum, & ipso penè Valerio Maximo argumenti hilaritate festiviorem appellat Jovius in Elogio luculento, quod Camillo nostro texuit. Fulgosit ipse, ut asserit Bailletus loco infra citando, translationem latinam concupiverat, & Opus suum emendandum Joanni Jacobo Camilli Patri tradiderat, quod filius in epistola nuncupatoria ad Jafredum Caroli asserit se nondum pueritiæ egressum metas, immo ut plurimi contendunt, annorum XIII. tantum, aut XIV. ipsum Opus Latinitate donasse. De falso autem rumore, quo vulgatum fuerat, non Camillum, sed Patrem Opus ipsum elucubrassè, hæc habentur apud Jovium ipsum Joannis Latomi Carmina:

*Argueris factum tibi supposuisse paternum:
Dicit Momorum quin tibi turba diem:
Num cum patris eras hæres ex asse futurus,
Usum etiam fructum præripuisse potes?
Nempe, ais, hoc gratum est: nec parva est gratia Momis,
Scripta quod alterius credi utriusque queant.*

En titulus ejusdem

- I. Baptiste Fulgosi Genuensis, factorum & dictorum memorabilium libri IX. *Mediolani, apud Jacobum Ferrarium, 1508. in fol. Iterum, Basilea, 1555 in 8. Et à P. Justo Gailardo Campano in Parisiensi Senatu Advocato locupletati. Colonia Agrippina, sumptibus Arnoldi Myllii Birckmanni, 1614. in 8.*
 - III. quoque Freherus tribuit Opera, quæ in Jo. Jacobo ipsius Patre enunciabimus, at ea sunt videnda, quæ ibi notabimus. Caterum Opus hoc Camilli esse Fabricius Frater Auctoris nostri in Epistola nuncupatoria ibidem enuncianda apertissime asserit.
- Ghilinum nostrum plurimi laudant, nempe Moriggia in Nob. Mediol. lib. III. cap. XXIII. Jovius in Elogiis, Salvator Vitalis in Theatro, Placcius in Theatro Anonymorum, & Pseudo-anonymorum pag. 314. num. 1188. Bayle in Lexico Tomo IV. pag. 682. Morerius Tomo V. pag. 318. Bailletus Jugemens des Sçavants Tom. V. pag. 39. art. 37. Fontaninus in Libro: „ della Eloquenza Italiana „ Editio III. pag. 273. Abbates Ghilinus & Picinellus, primus in suo Theatro p. I. secundus in Athenæo pag. 101. necnon Sitonus noster in Schedis.

DCCCL.

DCCCL.

GHILINUS HIERONYMUS.

Hieronymus Ghilinus anno MDLXXXIX. Mo-
doctiæ natus, Parentibus Joanne Jacobo Patri-
cio Alexandrino ex Regiis Ducalibusque Secretariis
Insubricæ Provinciæ, & Victoriâ Homatâ Mo-
doctiensi Matronâ, in adolescentia Mediolani sub
optimorum Præceptorum disciplina, in Universitate
Braydensi humaniores Litteras, Rhetoricam, at-
que Philosophiam audivit. Juri postmodum daturus
operam, Parmensem adiit Academiam, inausulto ta-
men exitu, nam contracto morbo domum redire
coactus est, & paulo post Genitore defuncto, Hy-
acintham Gallianam Alexandrinam sibi matrimonio
juxit, atque domesticis licet curis occupatus, nun-
quam tamen à studiorum otio vacavit, ut ejus testan-
tur eruditissimæ lucubrationes. Amisâ Conjuge
florenti adhuc ætate Clericalem amplexus est Mili-
tiam, & in Sacris Canonibus pervolutandis diu ver-
satus, Lauream suscepit. Theologiæ quoque Mora-
li animum applicuit. Tum Abbatia Sancti Jacobi de
Cantalupo in Regno Neapolitano, & Apostolici Pro-
tonotariatus dignitate decoratus, Mediolanum vere-
rem Gentis suæ Patriam repetiit. Ejus virtutum fa-
mâ perceptâ, Cæsar Cardinalis Montius Archiepiscopus
dignum censuit, qui inter Canonicos Imperialis
Basilicæ Sancti Ambrosii recenseretur, collatâ Docto-
rali Præbendâ anno MDCXXXVII. Hanc quinquen-
nio non integro tenuit, nam familiaribus negotiis id
exposcentibus Alexandriam concessit, ubi anno æta-
tis suæ LXXVIII. adhuc in vivis erat, cum Abbas
Philippus Picinellus anno MDCLXX. Athenarum
suum vulgavit. Eruditorum superioris sæculi amici-
tiâ floruit, & inter præcipuos Italiæ Academicos
cooptari meruit, jure id exigentibus, quæ vulgavit,
& scripsit,

Nempe :

- J.** Del Teatro d'Uomini Letterati, Volume Primo,
e Secondo, Parti sei. Venezia, per il Guerilio,
1647. in 4. Prima editio extitit Mediolani, anno
1633. Vol. I. in 8.
- De hoc Libro plures judicium suum protulerunt,
quos inter Baillettus in Opere: „ Jugement des
„ Sçavants „ qui Ghilinum laudavit, ut acu-
tum, atque diligentissimum Collectorem; Con-
tra verò Clarissimus Niceronus in Tom. XXXIX.
„ Memoires des Hommes illustres pag. 123. ipsum
Baillettum arguit pro supradicto judicio, immo
in Hieronymum nostrum invehitur, utpote quia
ipsum sententiâ nimium Opera, & Auctores lau-
dibus extulerat, & sic de ipso nimis acriter scri-
psit: „ peu judicieux, grand, & fade loüangeur;
„ ses Eloges ne contiennent pas que des generalitez;
„ les peu des dates qu'il y a, sont souvent fausses,
„ & il parle des Ouvrages d'une manière si vague,
„ qu'il n'apprend presque rien, à la reserve d'un
„ petit nombre d'Articles, qui sont plus curieux,
„ plus recherchés, & plus exacts, que les autres.
„ Oh misera Scriptorum conditio! Miserior verò
Collectorum Operum aliorum, Vitarumque illu-
strum Virorum, de quibus sine laude turpiter, in-
justèque erit loquendum. Quis interea potest de
se ipso promittere tam exactam Operum indica-
tionem, ut à nemine atqui possit, immo & ve-
ritatem cognitionum, quæ ab aliis recipiuntur,
& an sint falsò in libris, etsi optimis, relatæ!
Quid si ad trutinam vocatum fuisset Opus ipsum.
Cl. Niceroni? De hoc meo autem quot omis-
siones, quot sphalmata, quot laudationes delica-
tis nimium auribus, aut Criticæ plusquam
oportet amantibus, abundantiores, sine dubio
apparebunt! Sed de hoc satis præfatus sum,
& cum aliorum fato collum subicere jam sum
paratus.

Tom. I.

- A** **II.** Practicabiles casuum conscientiarum Resolutiones, bre-
vissimis Conclusionibus explicatæ. Mediol apud
Ghisalpbum, 1636. in 8.
- III.** La Perla Occidentale, Sonetti in lode di Marghe-
rita C. M. P. M.
- IV.** Il Tanaro glorioso: Odi in lode d'Agostino Dome-
nico Squarciafichi, Presidente del Senato di Mi-
lano.
- V.** Annali d'Alessandria, dalla sua origine fino all'
anno MDCLIX. Milano, per il Marelli, 1666.
in fol.
- VI.** Supplemento, e continuazione a' medesimi fino
all'anno MDCLXVI. in fol. come sopra.
- VII.** Carmina Italica.
- VIII.** Gabinetto di varie curiosità, &c.
- IX.** Origine, e Genealogia d'Uomini illustri della Fa-
miglia Ghilini.
- X.** Epigrammatum Liber I.
- XI.** Promptuarium Ecclesiæ, & morale.
- XII.** Opiniones morales benignæ, & favorabiles.
- Sequentia verò nondum edita apparuerunt.
- XIII.** Ritretto della Scienza Civile, Politica, Statistica,
& Militare.
- XIV.** Memorie Alessandrine.
- XV.** Veglie Alessandrine.
- XVI.** Guida degli Ingegneri studiosi alla Poesia Lirica.
- XVII.** Rime Sacre.
- XVIII.** Pensieri per scriver Lettere.
- XIX.** Biennium Insubribus maximè calamitosum; seu
Historia annorum MCCCCXCVIII. & XCIX.
collecta ex Manuscriptis Jo. Jacobi Ghilini Ata-
vi, Bovaroni Feudatarii, à Secretis, & Consi-
liarii Jo. Galeatii, & Ludovici Sfortiarum Me-
diolani Ducum.
- XX.** Epigrammatum Liber II.
- XXI.** Galleria delle Donne Letterate.
- XXII.** Il Terzo Volume del Teatro degli Uomini Lette-
rati, cioè Parti 7. 8. e 9. Imò à Cl. P. Jo. de
Augustinis accipi, extare penes N. V. Petrum
Gradenigum Vol. III. & IV. hujus Operis ma-
nu Auctoris exarata.
- XXIII.** Tempio de' Letterati, e Letterate per fantità illu-
stri.
- XXIV.** Errori de' Grandi.
Laudaverunt Ghilinum nostrum penè innumeri,
inter quos Crescimbenius in Libro: De' Com-
mentarij intorno all' Istoria della Volgar Poesia.
Vol. IV. Lib. III. Artic. 71. pag. 156., More-
rius in Lexico, Crescentius in Amphitheatro Ro-
mano, etiam in parte secunda, quam MS. ser-
vant Fratres Marchiones Vicecomites, ut alibi
diximus, Liber inscriptus: Le Glorie degl' Inco-
gniti di Venezia, 1647. in 4., Picinellus in
Athenæo pag. 341., Clarissimus etiam Joannes
Sitonus in suis Jatrophiæ Miscellaneis,
Patavii 1641., & iterum Monasterii Einsildensis
1669., ac rursus Colonia Agrippina 1676.
Tractatum XXXI. cum hoc titulo nuncupavit:
„ Perillustri Abbati D. Hieronymo Ghilino Cano-
„ nici juris Doctore, Prothonotario Apostolico,
„ Scientificorum Virorum immortalitatis Protecto-
„ ri &c. Dat. Mediolani ex Lyceò nostro VI. Id.
„ Octobris MDCXXXVIII.

DCCCLI.

GHILINUS JOANNES JACOBUS.

Ghilinis Mediolanensibus eruditis mihi liceat ad-
dere Joannem Jacobum Ducalem Consiliarium,
atque à Secretis, qui in Oppido Caravagii pri-
mam lucem vidit, ut plurimi contendunt, dum
Thomas Pater ejus Ducalis Præfectus, Gubernato-
ris munus Arcis ejusdem Oppidi gerebat medio Sæ-
culo XV. Proavus verò Joanni Jacobo nostro extitit
Jacobus Ghilinus senior, Christophori frater, qui
inter Præsides Magistratus Ordinariorum Reddituum
Status Mediolanensis adnumeratur ab anno MCCCCII.
ad MCCCCXXXIX. Juvat hinc referre ejus Elogium,
quod in marmore parietino litteris Gothicis in Ec-
clesia Eustorgiana legitur, ne temporis injuriâ &
ipsum pereat :

Rrrr

EPI.

EPITAPHIVM DOMINI CHRISTOPHORI GHILINI
VIRI CLARISSIMI

HIC LAPIS EGREGIVM VIRTUTE ET SANGVINE CORPVS
SACRA COHORS ANIMAM NOMEN ET ORBIS HABET
CHRISTOPHORVS GHILINVS ERAT CELEBERRIMVS VNVS
IVSTITIAE ET MAGNVS QVAESTOR IN VRBE FVIT
HIC PIETAS HIC PRISCA FIDES HIC INCLYTA VIRTVS
HIC MICVIT SACRAE RELIGIONIS HONOS
AST EGO QVI NVNQVAM POTVI TE EXTOLLERE VIVVM
LAVDIBVS HAEC CINERI CARMINA SCVLPTA DEDI
MILLE QVADRINGENTIS TRIGINTA NOVEMQVE SVB ANNIS
IS PRIMA FEBRVI LVCE SENEX OBIIT.

Ex Jo. Jacobo nostro ortus est Camillus, de quo cum laude jam egimus, claruitque Vir iste circa finem Sæculi XV. usque ad medietatem ferè subsequentiæ. Dolendum idcirco est, quòd parùm de eo nobis datum sit proferre, nam ut „ eloquentiæ infirmitatè, & stylo dicendi egregius „, laudatur ab Archangelo Madrignano in Epistola præfixa Itinerario Portugallensium. Atavus fuit Hieronymi supra laudati, ut ipsemet testatur inter Opera inedita à nobis sub num. XIX. relata. Ingenii ipsius hæc interim perpetua erunt testimonia,

Scilicet :

- I. De Origine Hospitalis Majoris, cum hoc titulo :
„ Foundationis Hospitalis magni, & aliorum Xenodochiorum, & annexorum, aliorum quoque cœlestium Misericordiæ ad Mediolanensium inopiæ, atque ægritudinum sublevationem. Opus Reverendorum, atque Magnificorum ipsius magni Hospitalis Præfectorum impensâ anno à Virginis Partu MDVIII. die IV. Novembris Jacobus Ferrarius Mediolanensis impressit Ludovico XH. cis, atque trans alpes regnante „. Adest Epistola Nuncupatoria Antonii Ghilini Auctoris Fratris ad Gabrielem Talentum Prothonotarium Apostolicum.
- II. Expeditio Maximiliani Cæsaris in Italiam an. MCCCCXCVII. Hæc forsitan est ipsa quam in Hieronymo, ut supra sub num. XIX. protulimus, ab ipso novis curis in melius redacta, atque exornata.
- III. Tellinæ Vallis, & Larii Lacus descriptiones. Extant ambæ in Tom. III. Scriptorum Rerum Germanicarum Marquardi Freneri pagg. 9. & sequentibus, ex editione Burchardi Gothelfii Struvii. *Argentorati, 1717. in fol.* necnon in Tomo III. Antiquit. Ital. Grævii. Opera hæc tam Freherus, quàm Jovius, Petrus Bayle in Lexico, & novissimè Grævius, tribuebant Camillo Ghilino Auctoris nostri filio, verùm Struvius citatus in Præfatiuncula eisdem præfixa sentit, & quidem rectè, non Camillo, sed Joanni Jacobo adscribendam esse. Id probant evidentissimè verba Fabricii alterius Auctoris filii, qui in Nuncupatoria ad Bernardinum Carvajal Episcopum Cardinalem Sabinensem ait :
„ Ego quoque inter Patris superiorum temporum scripta quosdam Commentariolos nactus, adventum Maximiliani Cæsaris in Italiam, atque causas, & quæ ab eo gesta fuerunt, dum in Italia mansit, continent, quia illa quoque continebant, quorum causa venire te ad hanc Legationem contigit, tanquam nunc primùm natus sumpsi, ut, si possem, per earum rerum commemorationem, quæ te hinc manente gesta fuerunt, aditum mihi ad dignationem tuam compararem, &c.
Inter Opuscula Hieronymi Moroni MSS. apud March. Carolum de Sylva extant Epist. ad Joannem Jacobum Ghilinum, Tom. I. pag. 95., Tom. II. pag. 39. & 150.

Ei dicavit Lancinus Curtius Sylvam in lib. V. fol. 95. Agit de ipso Clarissimus Sisonus in Schedis, & de supra memoratis Ghilinis in Chron. Coll. J. PP. artic. 446. pag. 199.

DCCCLII.

GHIRINGHELLUS UBERTUS.

PLura Monumenta ostendunt, familiam Ghiringhellam esse Mediolanensem; nam inter Capitaneos, & Defensores libertatis hujus Urbis numerabatur anno MCCCCXLVIII. Antonius Ghiringhellus; plures quoque Sepulchrales ejusdem Gentis Inscriptiones in variis Mediolanensibus Ecclesiis adhuc reperiuntur, quas Co. Octavius Archintus in amplissima sua Collectione inseruit. Sed ad Ubertum nostrum illustrandum, nullo labore dimisso, ut institutum quod cœpimus prosequeremur, nihil invenimus. MS. verò, quem fortuito vidimus, infra recensendus, ingenium & ætatem Auctoris satis prodit; juvat interim spem habere, quòd aliquando aliquis meliori fortuna de hoc Ghiringhella plura inveniat, quàm nobis datum fuerit.

Opus est sic inscriptum :

- I. Lactantii Firmiani Opera. In Codicis sine sic legitur :
„ Explicit Liber IX. & ultimus Firmiani Lactantii de Opificio Dei, vel de formatione hominis. Deo gratias. Amen. Hic liber Lactantii Firmiani est Uberti de Ghiringhella Mediolanensis, qui eum exscripsit, adnotavit, & explevit, die Lunæ II. Martii anni MCCCCXLI. hora tertiadecima. „ MS. in fol. pergamenno, optime notæ, cum miniaturis, & pluribus adnotationibus marginalibus. Extat in Bibliotheca FF. Capuccinorum Modoetiæ inter alios plures Codices tam MSS., quàm impressos Sæculi XV. eidem Bibliothecæ à Comite Pyrrho de Capitaneis dono magnificando datos.

DCCCLIII.

DCCCLIII.

De GHISULPHIS PHILIPPUS.

Philippum Ghisulphum Mediolanensem Ordinis Minorum Professore eximium, & sacris præfertim litteris eruditum non indignum duximus, qui posteritatis memoriam asservetur inter reliquos istius Metropolis Cives doctrinam commendabiles. At (oh invidiam præclaris hominibus temporis edacitatem!) nihil profus de Scriptoris Actis diligentiam nostram fuit exhibitum, ut saltem de ætate, qua floruit, verba facere liceret.

Unum hoc Lectores docere possumus, Ghisulphum scripsisse

- I. Commentaria super Apocalypsim, quæ MSS. adservantur in Bibliotheca Conventus Assisii.
Ex Vvadingo.

DCCCLIV.

GIBELLINUS ARCHANGELUS.

Sacro Monachorum Cisterciensium Ordini se addixit Archangelus Gibellinus, qui Patrem habuit Petrum Franciscum JC. Mediolanensem non ignobilem, nam Regii Judicis, & Vicarii in Provincia Seprii hujus Mediolanensis Ducatus officium optime gessit anno MDCLX., & idem in Civitate Papiensi non sine laude præstitit anno MDCLXVII. Nec prætereundus est Archangeli nostri Frater JC. & ipse, necnon Advocatus percelebris, cujus nomen & virtus claruerunt circa finem sæculi transacti in pluribus præcipue Allegationibus lectu dignissimis, quæ reperiuntur penes Jurisperitos Mediolanenses in Collectionibus à me sæpe relatis. Doctus verò Monachus noster post Professionem exactam anno MDCXXV. studiis sacris, pietatique totus ita deditus fuit, ut amorem, & præcipuam Suorum æstimationem promeruerit. Desideratus est anno Vigesimo ante Sæculum XVIII. Opus igitur quod infra recenseo posteritati nomen ejus æternum faciet;

Sic enim inscribitur:

- I. Il Sacrista Cisterciense di Don Arcangelo Gibellino Milanese, Monaco Cisterciense, diviso in due parti, nelle quali tratta de' Riti, ed altre cose notabili Ecclesiastiche, dedicato al P. Bernardo Conti. MS. in 4. sign. num. 185. apud Monachos Cisterciens. S. Ambrosii Mediol.
A Suis.

DCCCLV.

GIGGÆUS ANTONIUS.

Patriam Mediolanum sibi testatur fuisse Antonius Giggæus in fronte laboriosissimi Operis sui, quod damus infra num. I. De ipso gloriari jure merito possunt ejus Cives, necnon Confodales celeberrimæ Congregationis Oblatorum SS. Ambrosii, & Caroli, in qua adscriptus extitit. Certè Vir iste fuit tanta eruditione perspicuus, ut non solum in Philosophicis, Theologicis, Sacrorumque Canonum facultatibus illuxerit, sed tam etiam linguis Orientalibus, nempe Syriacâ, Chaldaicâ, Arabicâ, atque Hebraicâ optime se instruxerit, ut perpetuam recordatione dignissimus Federicus Cardinalis Borromæus tanti eum fecerit, quod numero Doctorum Collegii Ambrosiani Auctorem nostrum adscribere voluerit. Immo ab ipso Urbano VIII. Pontifice Maximo, Romam advocatus fuit, ut earum Orientalium linguarum studium induceret in Collegium de Propaganda Fide; sed dum Giggæus se parat itineri, & Pontificiis jussionibus obtemperat, è vivis raptus est anno Redemptionis no-

A stræ MDCXXXII., nunquam verò oblivioni traditus erit ob ejus Opera perpetuo duratura.

Hæc sunt:

- I. Thesaurus Linguae Arabicæ. Mediolani, ex Typographia Ambrosiana Bibliotheca, 1632. Tom. IV. in fol.
II. Rabbi Salomonis, Aben-Esra, & Rabbi Levi Ben-Gerseni Commentaria in Proverbia Salomonis latinè conversa. Mediolani, ex Typographia Biblioth. Ambros. 1620. in 4.
III. Institutiones Linguae Chaldaicæ, & Thargumicæ. Indicantur in Catalogis variarum Bibliothecarum, nempe in Telleriana, Antuerpiensi, Lugduno-Battava, aliisque. Ipsumque Opus ego vidi manu Auctoris scriptum in Bibliotheca Ambrosiana Cod. signato H. num. 53. in 4. pagg. 116.
IV. Oratio in Sacrarum Litterarum studia, habita in Sacello Archiepiscopii Mediolanensis anno MDCIV. Exrat in eodem Codice MS. supradictæ Bibliothecæ. Autogr.
V. Epistolæ plures Latine, & Italicæ eruditæ ad Card. Federicum Borromæum annor. MDXCV. & MDXCVI. Extant in Collectione Ambrosiana à me alibi relata. De ejus Dictionario Arabico consulendus est Samuel Borchartus in Hierozoico. Laudatur à Colomesio in sua Italia Orientali pag. 191. editionis Hamburgensis 1730. A Petro Paulo Bosca in Opere de origine, & statu Bibliothecæ Ambrosianæ lib. II. atque à Picinello in suo Athenæo pag. 54.

DCCCLVI.

GILETUS PETRUS PAULUS.

Inter Medicos Mediolanenses, etsi nihil in eadem facultate scripserit, Petrus hic Paulus Giletus recensetur. Ipsum quoque profert in suo Opere pluries à nobis citato Clariss. Bartholomæus Curtius, Lectoribus tantummodo indicans, Auctorem anno Christi MDCXXXVI. Collegio Physicorum hujus Urbis adscriptum fuisse. Parum igitur curandis infirmis Scriptor noster incubuit, sed litteris humanioribus totus deditus, Poësim inter alia summopere coluit. Curtius verò supradictus, duo tantum ejus Opera nobis indicavit; accipiant nunc verò Lectores humanissimi alia, quæ reperire mihi datum fuit,

Scilicet:

- D I. Mondana Politica, con varietà de' successi significata: Poema pio di Canti XIV. in ottava Rima, del Dottor Pietro Paolo Gileti: Alla Reale Altezza di Carlo Emanuele II. Duca di Savoia, Principe di Piemonte, Re di Cipro. Milano, per Antonio Malatesta, 1669. in 12.
II. Torino in ogni parte ammirabile: Poema. Milano, per il suddetto Malatesta, 1669. in 8.
III. Racconto de' Tornei, e Feste fatte nella Regia Ducal Corte nel Carnevale del MDCLXIII. Settime cinquanta, ed un Poema Latino. Milano, presso il Malatesta, in 8.
IV. Legnano penitente: Relazione delle Missioni ec. Milano, presso il Monza, 1666. in 4.
De ipso Cl. Sironus in Chron. Colleg. Physic. ad annum MDCXXXVI. atque laudatus Curtius pag. 192.

DCCCLVII.

GIROLDELLUS ISIDORUS.

Isidorus Giroldeus Mediolanensis asperam vitam amplecti constituit inter Fratres, qui Minores Observantes Sancti Francisci nuncupantur, ibique sacras Scientias, quas ipse peregre didicit, è Cathedra, non sine plausu, aliis quoque dictavit. Sacrum inde Verbum in pluribus Italiæ Civitatibus cum animarum fructu, ingenique commendatione, frequentissimè, necnon cum ingenti Virorum doctorum concursu, tradidit. Florebat circa finem Sæculi nuper transacti, & si pauca, quæ hinc dabo, præ manibus fortuitò mihi non venissent, nil à Suis, nec ab aliis accepi, ut in numerum Scriptorum Mediolanensium Giroldeum nostrum inferre possem, tanta

est incuria etiam nostrorum temporum in non colligendis, servandisque Operibus, & actis Virorum, qui propriis laboribus, meliorem famam assequi studuerunt. Plura forsitan aliorum fors propitior proferet.

Hæc sunt, quæ ab ipso scripta typis tradita vidi:

- I. Orazione per San Fulgenzo Martire. *Milano, per Carlo Andrea Remenolfo, 1671. in 4.*
- II. Orazione del Padre F. Isidoro Giordelli di Milano, Predicatore, e Lettore di Filosofia, de' Min. Osserv. di S. Francesco. All' Eminentissimo, e Reverendissimo Signor Cardinal Friderico Baldeschi, ora intitolato Principe Colonna, nella sua assunzione al Cardinalato, dedicata all' Illustrissimo, e Reverendissimo Monsignor Odoardo Gibo, Principe di Massa, Arcivescovo di Seleucia, e Nunzio delegato dall' Apostolica Sede agli Svizzeri, e Grisoni in Lucerna. *Milano, per Lodovico Monza, 1675. in 4.*
- III. Apollineum sertum duodenis Parnassi floribus contextum ad frontem Francisci Mariæ Rhini, totius Ordinis S. Francisci Ministri Generalis præcingendum. Auctore Isidoro de Mediolano Minoris Observantia. *Mediolani, per Carolum Andream Remenolfum, sine anno, in 4.*

DCCCLVIII.

GIRONUS BELTRAMINUS.

Promimus nunc Beltraminum Gironum inter Mediolanenses Jurisperitos ætate sua celeberrimum, & Infubriæ Principibus Joanni Archiepiscopo, atque Luchino Vicecomitibus perquam acceptum. Nec minor illi fuit gratia apud Galeacium ex eadem Vicecomitum stirpe Imperiali Vicario, qui Beltraminum Referendarii sui munere decoravit. Cum autem de Municipalibus Patriæ legibus innovandis, & Consuetudinibus pristinis in mores iterum deducendis ageretur, ob prudentiæ, atque integritatis commendationem, qua ipse florebat, inter eos selectus fuit, quibus hujusmodi provincia huic Metropoli per quam utilis est demandata. Anno igitur MCCCLI. in publicum prodire ab eo cum sociis alibi laudatis

- I. Municipale jus Mediolanense reformatum, & Consuetudines pro legibus habendæ.
De eo Corius agit ad indicatum annum; Crescentius in secunda parte Amphitheatri MS. in Biblioth. Fratrum Marchionum Vicecomitum, & Comes Octavius Archintus in sæpe jam commendata Collect. MS. Monument. Famil. Mediol.

DCCCLIX.

GIULINUS FAUSTINUS.

Faustinus Giulinus Josepho celeberrimo in Mediolanensi Urbe JC., atque Liviâ Casanovâ conjugibus genitus, natus est in hæc Metropoli, Familiâ tamen è Novocomensi Civitate oriundâ, & quæ ibidem inter nobiles recensetur. Fratrem habuit præclarissimum, de quo mox verba sumus facturi, Comitum scilicet Georgium JC., atque Ducalem Infubriæ Senatorem. Neque minorem sibi laudem Faustinus acquisivit, nam familiari fratris virtute incitatus, cum diligentissimam studii operam dedisset, & Doctoris insignibus decoratus esset, anno ætatis suæ XXX. inter Professores Archigymnasii Ticinensis cooptari promeruit. In eo munere annos XXII. se exercuit, Pontificias, Cæsareasque sanctiones indefesso semper labore Auditoribus interpretatus. Studia tantâ colebat assiduitatis constantiâ, ut quamvis sæpe Medicorum consilio familiares eum à literariis laboribus abstrahere satagerent, nullâ tamen re id efficere possent, quod ipsis erat in votis. Consumptâ igitur nimia assiduitate valetudine, annum agens tantummodo LII. dum ab ejus ingenio plura jure expectarentur, immaturo fato sublatu est XVI. Kal. Martii, anno reparatæ Salutis nostræ MDCCXIX. Jacet Corpus ejus apud Fratres Prædicatores in Tem-

A plo Sancti Thomæ Ticini, ejusque tumulo hæc sunt incisa:

CINIS ET NOMEN
FAVSTINI GIVLINI
PRIMARII REGIAE VNIVERSITATIS.

Frater autem Senator aliud Elogium ipsi posuit, quod marmoris sculptum apud Sepulchrum Faustini cernitur:

FAVSTINO GIVLINO
IVRISCONSULTO COLLEGIATO COMI
PRIMARIO REGIAE VNIVERSITATIS
OPTIMO ET MERITISSIMO FRATRI
QVEM NIMIVS AMOR STVDII
IMMATURE PRAERIPVIT
COMES DON GEORGIVS GIVLINVS
REGIVS DVCALIS SENATOR MEDIOLANI
MONVMENTVM AMORIS ET MOERORIS P.
OBIIT AN. SALVTIS MDCCXIX. XIV. FEB.
AETATIS ANNORVM LII.
CATHEDRAE XXII.

Scriptis:

- I. Institutionum Imperialium Vol. I. in fol.
- II. De Sponsalibus, & Matrimonio Vol. I. in fol.
- III. De Sententia, & re judicata Vol. I. in fol.
- IV. De Testamentis, & ultimis Voluntatibus Vol. I. in fol.
- V. De Legatis Vol. I. in fol.
- VI. In titul ff. Solutio Matrimonio Vol. I. in fol.
- VII. De Verborum obligationibus Vol. I. in fol.
- VIII. Super varios Decretalium Titulos Vol. I. in fol.
- IX. Orationum pro Laureandis Vol. I. in fol.
- X. Præsentationum Vol. I. in fol.
- XI. Puncta super omnes Juris Titulos Laureatis data. Vol. IV. in fol.
- XII. Allegationum Volumina plura, in fol.
Extant MSS. omnia jussu molis apud Comitum D. Josephum JC. C. Novocom. in eodem Ticinensi Archigymnasio Lectorem, Auctoris ex fratre nepotem. Eum laudavit in publico funere Abbas Marchio Antonius Bellonus Papiensis, in eadem Academia. Ictor; cujus Oratio apud memoratum Comitum Josephum extat MS.

DCCCLX.

GIULINUS GEORGIUS.

Georgius Giulinus ex JC. C. & Decurionibus Civitatis Novocomi, natus Mediol. die XXX Januarii, anno MDCLXI. Patre Josepho JC., & Liviâ Casanovâ Uxore, gloriosis majorum suorum vestigiis strenuè inhærens, & ingenii non minus, quam probitatis hæres, Juris acerrimus assertor, Pauperum defensor, Viduarum ac Pupillorum Propugnator, susceptis ac enodatis gravioribus, quæ unquam coram Mediolanensibus Magistratibus propositæ fuerint, publicis privatisque Causis, tantum laudis ac famæ in dicendo, scribendoque consecutus est, ut à Carolo Secundo Hispaniarum Rege in Vicarium generalem Status Mediolanensis, anno MDCCXCIX. A Josepho Primo Imperatore Augusto Fratris nomine in Advocatum Fiscalem, anno MDCCVII, & à Carolo VI. Imperatore in Senatorem eligi promeritus fuerit anno MDCCXI. communicatâ ipsi Plenipotentia in gravissimis negotiis cum Duce Sabaudia pertractandis, quam eximia cum dexteritate, summa prudentia, zelo, fide, tantaque integritate administravit, ut maximam gloriam, omnium laudes, plenamque Cæsaream ejusdem Imperatoris approbationem fuerit adeptus, adeo præclare de tanto Viro in rebus omnibus strenuè gerendis, ac ad justitiam, æquitatemque

que spectantibus virtute sentientis, ut eidem ultimi Concilii Romani habiti à Sanctis. P. Benedicto XIII. diligentissimum examen injunxerit, ne in Ditionibus Imperii, & in Regnis, & in Principatibus ad spectantibus, cum aliqua ejus supremæ jurisdictionis violatione publicaretur, sed cum ex debito obedientiæ Clementissimi Cæsaris jussionibus tantum Opus suscepisset, nulli labori parcens in re tam ardua pertractanda, licet eo tempore gravi morbo laboraret, summi quidem prudentissimique Viri laudes, & Principis plenam approbationem est consecutus, vitæ tamen suæ extremum periculum fecit, die XXVIII. Augusti, anno MDCCXXVII. Jacet in Ecclesia Cœnobii Capuccinorum prope Portam Orientalem; nullo inscripto Elogio. Hoc tamen ei positum est in Prætorio Ticinensi sub familiæ Stemmata:

COMES DON GEORGIUS GIVLINVS
EX COLLEGIO ET DECVRIONIBVS
CIVITATIS NOVOCOMI
REGIVS DVICALIS SENATOR
ET REQVIRENTE CIVITATE PAPIAE
EIVSDEM PRAETOR
PRO ANNIS MDCCXVI. ET MDCCXVII.

Rurfus præfati Comitum Senatoris Georgii Giulini, & Faustini fratris inclytum nomen posteritati commendavit sequens ex marmore Inscriptio in Ecclesia Archipresbyterali Sancti Stephani Oppidi Surici ad Larium Lacum Diœcesis Comi, videlicet in medio Ecclesiæ ante Aram maximam existens:

RVINOSVM TEMPLVM
DEO ET PATRIAE
AVITOS CINERES
POSTERIS
INSTAVRAVERVNT
GEORGIUS I. C. COLLEG. COMI
ET REG. VICAR. GENER. STATVS
ET FAVSTINVS I. C. COLLEG. COMI
PVBL. PROFESSOR IVRIS
IN VNIVERSITATE TICINENSI
FRATRES GIVLINI CIVES MEDIOLANENSES
IVS PATRONATVS ADEPTI
MONVMENTVM TVMVLO
INCIDI CVRARVNT
ANNO MDCCV.

Fratrem habuit Demetrium Giulinum in Sæculo, dein Don Livium primum Abbatem Monasterii Casamari nuncupati, Verulanensis Diœcesis, Ordinis Cisterciensis strictioris Observantiæ, & in Odæo præfatæ Abbatialis Ecclesiæ tumulatum sub lapide ut sequitur insculpto:

D. O. M.
OSSA R. P. D. LIVII GIVLINI
HVIVS MONASTERII
PRIMI ABBATIS
STRICTIORIS OBSERVANTIAE
CISTERCIENSIS
OBIIT DIE X. AVGVSTI
ANNO MDCCXVIII.

Tom. I.

Extat præfati Abbatis Don Livii mentio in libro, cui tit. „Breve Ragguaglio delle Costituzioni delle Badiæ della Trappa, di Buonfolazzo, e di Casamari, della Stretta Osservanza dell'Ordine Cisterciense, scritto da Fra Giacomo Abate di Buonfolazzo ec. impress. Mediolani an. 1718. apud Malatestam, in 8. pag. videlicet 192.

Scriptit verò Georgius:

- I. Observationes ad Concilium Provinciale Romanum. MS. in fol. Vol. I. justæ molis.
 - II. Acta Plenipotentiae pro negotiis Insubriae cum Duce Sabaudiae una cum Deputatis Hollandiae, & Angliae Mediatoribus, ab anno MDCCVII. ad MDCCXII. Vol. IV. MSS. in fol. magnæ molis.
- Extant apud Comitum Josephum Giulinum JCC. Novocom. in Ticinensi Academia Lectorem, Auctoris filium.
- Plura accipi à Suis, & ab Advocato Sitono in Monumentis Nob. Famil. Giulinae, tum in Theatr. Genealogic. Famil. Nob. Mediol. pag. 132., ambo MSS. in fol penes Authorem.

DCCCLXI

GLUSSIANUS ANDREAS.

Transformatorum Academia, quæ instituta fuit Mediolani à Viris celebratissimis anno MDXLVI. nunquam famæ erit moritura. Ejus insigne fuit Platanus cum hoc Lemmate:

Et steriles Platani malos gessere valentes.

In eadem adscriptus fuit Andreas Glussianus Physicus Collegiatus Mediolanensis, nec non Joannis Antonii Patriæ Decurionis filius. Præter Medicam facultatem, in qua tam egregiè illuxit, ut Cathedram in Papiensi Lycæo assequi meruerit, Poësim etiam summo opere coluit, ut videre est in Carminibus infra recensendis. Socios habuit in celeberrima supramemorata Academia Camillum Rhaudensem, Joannem Franciscum Castillionæum, Marcum Antonium Missalleam, Cæsarem Reynam, sive Reinam, Franciscum Mantegatiam, Carolum Vicecomitem, Marcum Antonium Majoragium, Philippum Pirogallum, Facium Gallaranum, Joannem Paulum Barzium, atque Octavianum Arcimboldum, ferè omnes ob eorum doctrinam in hac mea Bibliotheca recensitos, aut recensendos. Vir noster desideratus est anno humanæ Salutis MDXLVII.

De eo superfunt tantum,

- I. Carmina XXXIII. vulgò *Sonetti*. Extant in Libro, cui titulus: „Sonetti degl'Accademici Trasformati di Milano; Al felicissimo Serenissimo Principe di Spagna. Milano, per Marc' Antonio Borgbi, 1548. del mese di Dicembre, in 8. Ipsum etiam viventem Carminibus celebrarunt Eques Carolus Vicecomes, & Marcus Antonius Missallea. Vide Curtium sæpe laudatum in Libro de Medicis Mediol. pag. 83., nec non Schedas Sitonianas.

DCCCLXII

GLUSSIANUS FRANCISCUS.

Ortho Glussianus supremus in Patria Viarum Aedilis anno MDLX., atque Susanna Vegia Conjuges vitam dedere Francisco nostro, cujus frater fuit insignis Physicus Jo. Petrus, de quo suo loco dicemus, nec non Marcus Aurelius, anno MDCXVIII. è vivis ereptus, ut declarat ejus Sepulchrale Elogium in Templo Sancti Erasmi hujus Urbis. Ad jura ediscenda Franciscus noster ita se dedit, ut brevè Ticinensi in Universitate Laureâ susceptâ, in eisdem, inter Nobiles JCC. Collegiatus, atque celebriores Mediolanenses Causarum Patronos locum obtinere meruerit; Deinde Regius Ducalisque Senator creatus, Provinciam Cremonensem summa cum laude

Sfff

rexit.

rexit. Doctrinâ, moribusque clarissimus ad Superos evolavit anno Christiano MDCVIII. Sepulchrumque habuit in Templo Sanctimonialium D. Barbaræ Mediol., hoc apposito Epitaphio :

D. O. M.
FRANCISCI GLVSSIANI
DE COLLEGIO I. C. MEDIOLANI
REGII SENATORIS
CINERES ET OSSA
HIC IACENT
OBIT XXIX. OCTOBRIS MDCVIII.
AETATIS ANNO LXI.

Habemus ingenii hujus Viri testimonia :

- I. Repertorium Juris summo labore confectum ab anno MDLXXVIII. ad MDXCI. Hoc se testatur vidisse Cremonæ Advocatus Rampinus in suis Schedis; & animum suum movisse ad simile conficiendum, ut in Articulo ipsius Rampini memorabimus.
- II. Allegationes plures juridicæ tam impressæ, quàm MSS. in Collectionibus à nobis pluries repetitis.
- III. Oratio Latina in laudem Margaritæ Austriacæ. Extat in lib. cui titulus: „ Orazioni, e Poemi dell' Accademia Affidata per le Nozze di Margarita d'Austria, con Filippo Re di Spagna. Pavia, per il Viani, 1599. in 4. Extat de eo Carmen Cimiliotti MS. penes Marchiones Fratres Vicecomites, & alterum Jo. Pauli Lomatii vulgari Mediolanensium dialecto exaratum in libro, cui titulus: *Rabiscb.* Agunt de Glussiano nostro Landus in Senatu Mediol. lib. 5. pag. 202. Cavatius in Alleviam. Status Mediol. ad calcem, & Sitonus in Theat. Nobil. pag. 151. Art. 609.

DCCCLXIII.

GLUSSIANUS FRANCISCUS alter.

Anno felicissimæ nostræ Redemptionis MDCXXV. ex altero Othone Scipionis filio, & Franciscæ Arluna vitalem auram Mediolani accepit Franciscus alter Glussianus, de quo nunc agimus. Sacro eum è Fonte levavit Joannes Baptista Trottus Insubriæ Senatus Excellentissimi Præses, nomine etiam in primis ei adjecto Joannis, quo cum ille nunquam usus sit in suis subscriptionibus, satius duximus Franciscum ipsum tantummodo appellare. In utroque Jure Laureâ Ticini cum plausu anno MDCXLVIII. insignitus, nec non in Collegium Nobilium Mediol. Juris Consultorum receptus, à Collegis, Comite Bartholomæo Capra ad Patrios lares cum dignitate remeante, in ejus locum Advocati Consistorialis, unâ cum Ferrante Cavanago, & Hieronymo Vicecomite, renunciatus extitit. Glussianus verò noster à Summo Pontifice adlectus in eodem munere, summa cum laude ipsam dignitatem assumpsit anno MDCLIII. & peregre semper singulari prudentia, integritate, solidoque judicio præstitit, ut facillè ostendunt

Ejusdem quæ supersunt Opera :

- I. Decisiones, & Consultationes in Archivo Romano MSS. servatæ, sicut testatur Chartarius loco hic profereudo.
- II. Oratio elegantissima de facinoribus immortalitate dignis Alphonsi Turribii, Morgobesii Archiepiscopi Civitatis Regum in India, Romæ habita in publico Consistorio die IV. Maji MDCLV. Extat ad calcem Vitæ ejusdem Turribii typis evulgata anno MDCLV. pag. 278. Ita Chartarius in Syllabo Advocatorum Sacri Consistorii editionis Romanæ pag. 287.

DCCCLXIV.

GLUSSIANUS JACOBUS.

Jacobus ex præclara Glussianorum familia Mediolanensi ortus, in asperissimo Sancti Francisci Ordine Capuccinorum nuncupato, vitam agere decrevit, & ita litteris, & pietate illuxit, ut ejusdem Provinciæ Minister Provincialis eligi meruerit. Fuit, ut ejusdem Ordinis Scriptores afferunt, multo virtutum decore præfulgidus, moribus compositus, charitate fervidus, orationi assiduus, in judicio certus, strenuus in agendis, omnibus gratus, & amabilis, præcipuè verò Sanctissimo Cardinali Carolo Borromæo benevolentia affectus: ejus enim operâ, & consilio in gravissimis Ecclesiæ suæ rebus sæpissime est usus; præsertim in reformandis in Urbe Mediolanensi Virginum Monasteriis. At eo tempore, quo pestis gravissima Civitatem, ac totum Mediolanensem agrum occupaverat, sanctissimæ vitæ clarus præconio, piisque pro Dei Ecclesiâ confectus laboribus, obiit in Domino, Mediolani anno MDLXXXIV. die IV. Augusti, atque de eo Sanctus Carolus, qui de ejus morte maximè condoluit, collacrymans dixit: „ Doleo magnopere, quandoquidem magnus Dei „ Servus nobis eripitur, & fidelissimum in opere „ mihi commissio cooperatorem amitto.

Scriptis quæ hic damus :

- I. Chronologiam foundationis Provinciæ Mediolanensis, & rerum memorabilium &c., quam continuavit usque ad Annum MDLXXX.
- Vita ipsius describitur à Boverio Tom. II. Annal. Capuccinorum ad Annum MDLXXXIV.
Ex Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum à F. Dionysio Genuensi contexta. Edit. II. p. 169.

DCCCLXV.

GLUSSIANUS JO. BAPTISTA.

Celeberrimi Jo. Petri Glussiani haud multò post laudandi, nepos fuit Joannes Baptista, qui vestigia literaria tanti Viri prosequutus, ad Medicam facultatem totis viribus ita se dedit, ut à Philippo IV. Hispaniarum Rege Catholico officium Protophysici totius Mediolanensis domini, in locum Ludovici Sepalii, accipere meruerit, anno redempti Orbis MDCXXXV. ut ex Diplomate Matrili dato die XIII. mensis Septembris ejusdem anni, non tantum ex Joannis Baptiste nostri, quàm Francisci Glussiani Senatoris ejus Patruis meritis, de quo Viro Clar. diximus suo loco, ut memoratur in suprascripto Diplomate. Juvat hic verba exscribere Epistolæ nuncupatoris Petri Mariae Castillionæ, quæ præfixa est Libro ejusdem de Sale, Auctori nostro dicato, hæc sunt: „ En tibi Joanni „ Baptiste Glussiano inscriptus est noster hic de Sale „ Libellus, qui præclarâ studiorum omnium copia „ florens, ac ob admiranda à te in re Medica gesta „ eximii Medici, & admirabilis ingenii nomen adeptus es, &c. „ Inter LX. Patriæ Decuriones numerabatur anno MDCLXIV., ejusque litterarii labores, quos Cl. Curtius ignoravit, facillè ostendunt Viri ipsius ingenium, pluraque expectanda erant, nisi mors invidiâ nimis citò ipsum sustulisset, anno MDCLXV. Jacet in Templo S. Joseph hujus Urbis cum hac Inscriptione :

IO. BAPTISTAE GLVSSIANO
REGIO DVCALI PROTOPHYSICO
IN TOTO MEDIOLANI DOMINIO
EX CONSILIO GEN. LX. DECVR.
QVI ARAM HANC
B. M. V. SS. IOSEPH AC IO. BAPT.
EREXIT DICAVIT DOTAVIT ORNAVIT
IO. GLVSSIANVS BENEFICO PATRVO
POSVIT ANNO MDCLXVI.

Hæc

Hæc de eo supersunt .

- I.** De Vena secanda, an non, in febribus pestis causâ; Dissertatio Jo. Baptistæ Glussiani Protophysici Mediolanensis, pagg. 88. impressa sine loco, anno, & Typographo in 4. Scripta videtur occasione cujusdam diffidii inter Alexandrum Tadinum Medicum non infimè notæ, de quo acturi sumus suo loco, & alterum Medicum Anonymum; nam Glussianus noster plurimum agit cum dicto Tadino, Cæsare Aselio Cremonensi, Branda Burro, aliisque illius ævi insignibus in re Medica Viris.
- II.** Consultationum Medicarum Vol. II. in fol. MSS. extabant penes Suos, ut testatur Jo. Baptista Blanchinus in suis Schedis apud Monachos Cistercienses] S. Ambrosii hujus Urbis à me inspectis.
- De ipso videndus est Curtius in Libro centies laudato de Scriptoribus Medicis Mediol. pagg. 134. & 275.

DCCCLXVI.

GLUSSIANUS JO. PETRUS.

Cui unquam ab Operibus Joannis Petri Glussiani post ejus Vitam hic recensendis persuasum foret quod Artem Medicam ipse professus fuisset? Attamen Collegium Physicorum Mediolanensium, Laureâ in eadem facultate acceptâ, ingressus est die XIX. Maji anno MDLXXII. qui ætatis suæ decimus nonus erat, nam ex Patre Othone, & Matre Susanna Vegia Scipionis Ducalis Senatoris, atque

A Archiatri, de quo dicturi suo loco fumus, filia, primam lucem viderat Mediolani anno MDLIII., sed & Hyppocratis dogmata, immo & Sæculum relinquere instituit, insignibus Sacerdotalibus assumtis à Divo Carolo Borromæo Mediolani Archiepiscopo, cui totum ita se dedit, ut integram pæne vitam cum ipso transegerit. Mirum igitur non videbitur si Glussianus noster sedulus imitator Viri Dei esse studuerit; nam scientiis divinis imbutus, & sacrum Oblatorum Institutum amplexus, dignitates omnes, immo infulas ipsas Episcopales sibi propositas constanter recusavit. Ecclesiæ idcirco Mediolanensi, ejusque Sancto Archipræsuli tam assidue infervivit usque ad ipsius beatæ vitæ exitum, ut nullus Joanne Petro nostro charior ei extiterit; Quo defuncto, Scriptor noster prope Modoëtiam se recepit, ut Hieronymus Borferius in Supplemento Nobilitatis Pauli Moriggiæ sic scribebat:

B „Vive in Monza quasi Teologo solitario Monsignor „Gianpietro Giussano, di famiglia fra le Milanesi „nobilissima, che godendosi nel fuggir gli onori, „che possano acquistarsi nella Città, ivi si trattiene „scrivendo „ec. Demandatum tamen à Cardinali Federico Collegii Ambrosiani Conservatoris munus, diu gessit. In eodem loco piissimè obiit anno Christiano MDCXXIII., ut indicat sequens Elogium ejus Tumulo inscriptum, quod insculpi jussit Protophysicus Jo. Baptista Glussianus nepos, in Templo Sanctæ Mariæ Gratiarum Fratrum Minorum Oblervantiæ prope Modoëtiam.

D. O. M.

PETRO GLUSSIANO SACERDOTI

VIRO AVITA NOBILITATE ORIS DIGNITATE

INGENII MONUMENTIS LONGE CLARISSIMO

MULTIS MAGNISQUE PRO ECCLESIA MEDIOL. LABORIBVS

PERFUNCTO

AVREIS MORIBVS ET CLERI STVDIA ET DIVI CAROLI AMOREM

INTIMAMQUE NECESSITVDINEM PROMERITO

EIVSQVE IN REPVDIANDIS SACERDOTIIS AMPLISSIMIS

QVIN ET IPSO EPISCOPATV SIBI SPONTE OBLATO

EGREGIO IMITATORI

AC RERVVM AB EO SANCTISSIME GESTARVM PRONVNTIATORI

OMNIVM CELEBERRIMO

IN HOC PIO SECESSV

CVM RELIGIOSISSIMAE VITAE SEPTVAGENARIVS

EXTREMVM ACTVM PEREGISSET

AD IMMORTALEM VITAM EVOCATO

QVO VBI SANCTISSIMAE DEIPARAE

INCENDERAT PIETATE ANIMVM SACER IGNIS

IBI COMPOSITI CINERES ET ARIDA OSSA

MULTIS LICET MORTALIVM MADEFACTA LACHRYMIS

REQUIESCERENT

HIC EX IPSIVS ANIMI SENTENTIA COLLOCATO

IO. BAPTISTA GLUSSIANVS

IN MEDIOLANENSI DITIONE PROTOPHYSICVS GENERALIS

FRATRIS FILIVS MEMOR MONVMENTVM HOC INSTAVRAVIT

ANNO SALVTIS MDCXXXVIII.

Nescio

Nescio tamen qua de causa Anno MDCLXXVI. sublatum fuit hoc Elogium, & in ejus loco sequens nunc legatur :

IOANNI PETRO GLVSSIANO
PATRITIO MEDIOLANENSI
SACERDOTI INTEGERRIMO
DIVI CAROLI INTIMO FAMILIARI
EIVSQVE GESTORVM AC VITAE
TAM SEDVLO IMMITATORI
QVAM SCRIPTORI CELEBERRIMO
ALIORVMQVE PLVRIVM OPERVM
TYPIS EDITIS AVCTORI ERVDITISSIMO
REIECTIS AMPLISSIMIS SACERDOTIIS
IMMO ET IPSO EPISCOPATV
SEPTVAGENARIO AD SVPEROS EVOCATO
ANNO MDCXXIII.
IOANNES GLVSSIANVS PRONEPOS
EX TESTAMENTO IOANNIS BAPTISTAE
IN TOTO MEDIOLANI DOMINIO
PROTHOPHYSICI GENERALIS
EX FRATRE NEPOTIS POSVIT
ANNO SALVTIS MDCLXXVI.

Opera ejus sunt :

- I. Delle Sette Chiese di Milano, con le loro Indulgenze, e Corpi Santi. *Milano, per Pacifico Ponzio, 1593. in 12.*
- II. Trattato della Penitenza. *Milano, 1593., e Como, per il Frova, 1597. in 4.*
- III. Vita, e Miracoli delle SS. Sorelle Vergini Liberata, e Faustina. *Como, per il Frova, 1597.*
- IV. Istoria Evangelica. *Venezia, presso la Compagnia Minima, 1601. in 4.*
- V. Vita di S. Eligio Vescovo. *Milano, presso Girolamo Bordone, e Pietro Martire Locarno, 1602. in 8.*
- VI. Istruzione alli Sacerdoti Curati per la Congregazione delli Padri di famiglia. *Milano, presso i Tini, e Lomazzo, 1603. in 8.*
Fortè idem Opus est, quod Fontaninus laudat hoc titulo: „ Infruzione a' padri per ben governar „ la famiglia loro, di Pier Giuffano, co' ricordi „ del Beato (e poi Santo) Carlo Borromeo. *Milano, presso il Tini, 1603. in 8.*
- VII. Vita, e Discorso di S. Giuseppe. *Milano, per Francesco Paganello, 1640. in 8., e presso il Malatesta, 1688. in 4.*
- VIII. Vita di Filippo Archinto. *Como, presso il Frova, 1611. in 4.*
- IX. Vita di San Carlo Borromeo, Prete Cardinale del titolo di Santa Prassede, e Arcivescovo di Milano, scritta dal Dottore Gio. Pietro Giuffano, nobile Milanese, della Congregazione degli Oblati di S. Ambrogio. *Roma, nella Stamperia della Camera Apostolica, 1610, e 1679. in 4., e Brescia, per Bartolomeo Fontana, 1613. in 4., & alibi sepius.* Eadem MS. in fol. ab Auctore revisa, & notis aucta extat in Ambrosiana Bibliotheca. Cod. sign. F. num. 76. Ipsam Gallicè à se reddidit Nicolaus Sulphurnius Presbyter Oratorii editi *Lutetia anno 1622.* Itemque in eadem linguam translata ab Edmundo Gloyfcault prodiit *Lugduni, 1685. in 4.* Eam quoque promiserat in Praefatione Auctor noster Glussianus latinam facere, sed an id adimpleverit, vel non, ignoramus.
- X. Panegirico per S. Carlo, detto in Monza, con la relazione fattane da Gerolamo Trivulzio, e Poésie Italiane d'Antonio Biaguazzone, Poeta Milanese. *Milano, per Gio. Battista Alciati, 1615. in 4.*
- XI. De laudibus Senatus Mediolani Oratio habita IX. Kal. Januarii MDLXXXIV. *Mediol. apud Tinum, in 4.*
- XII. Lettera scritta da Gio. Pietro Giuffani ad una Persona nobile, per animarla ad insegnare la Dottrina Cristiana. *Milano, per l'Alciati, 1579., e 1609. in 12.*

- XIII. Risposta a sei Quesiti intorno la Santa Messa. *Milano, presso l'Alciati, 1624.*
- XIV. Vita del Santo Giovane e Monaco Dositeo, non autem ut perperam legitur in Athenæo Picinelli (Vita di S. Giovanni, e Dositeo.) *Milano, presso Giuseppe Scaccabarozzo, 1626. in 8.*
- XV. Politica Cristiana, spiegata in X. Libri. *Milano, presso il Majetta, in 12.*
- XVI. Trattato della venerazione dovuta alla S. Croce.
- XVII. Vita di S. Abondio. Ex Tatti Annalibus Comensibus. Tom. I.
- XVIII. Il Brancalone: Racconti piacevoli. De his postremis duobus fides sit penes Picinellum.
- XIX. Epitolarum plures tam ad Sanctum Carolum, quam ad Cardinalem Federicum Borromæum Latine, atque Italicæ, varia eruditione refertæ. Extant in Collectionibus Ambrosianis centies à nobis laudatis.
De ipso agunt Aubertus Miræus, Fabricius in Bibliotheca Ecclesiastica p. 2. pag. 219. & 280. Borserius in Supplem. c. 12. Curtius in Notitiis Historicis Medicor. Mediol. pag. 131. Possevinus in Apparatu Sacro Tom. II. Bosca de origine & statu Bibliothecæ Ambros. lib. 3. Fontaninus in libro „ dell' Eloquenza Ital. pag. 710. edit. ult. Picinellus in Athenæo pag. 321., & Sironus in Chronic. Colleg. J. PP. artic. 609. part. 2., in Chronic. Colleg. Nob. Phyc. Mediol. parte 2. artic. 224. MS. in fol. penes Auctorem &c.
Laudatur etiam Carminibus latinis à Benedicto Sociaco lib. 7., & ab Augustino Terzago in libro inscripto: Poësis.

DCCCLXVII.

GLUSSIANUS JOSEPH.

Joseph Glussianus, cujus natalis annus ignoratur, Sacra professione se Deo in pia Carthusiana Familia devovit, septuagesimo anno primo ultra sexcentimum, & millesimum, XI. Kal. Decemb., quam excepit P. D. Paulus Torchius Mediolanensis, ejusdem apud Ticinum Instituti Supremus Director. Vicarii in Carthusia Montis Sancti Petri, Diocesis Albigenensis in Liguria, munere potitus, Anno MDCLXXXI., ita illud laudabili administravit virtutum magisterio, ut Procuratoris officio promeruerit ab Ordine in Carthusia Genue decorari, iterumque anno MDCXCII. in prefata Sancti Petri Eremo ejusdem ministerii honore insigniri. Cognita tamen ejus in Monachorum cura pervigili indole, anno MDCXCVII., & si fieri esset Aedituus in Carthusia Mantuæ, ibi Vicarii onus subire denuo cogitur, in quo octavo decimo Aprilis die gaudium Domini est ingressus; anno Jubilæi septingentesimo supra millesimum. Eidem tuæ Domus Professionis prope Papiam plurimum debet, cum ipsam è vetustatis rudibus in novam quamdam, mihi fas sit asserere, formam redegerit.

Scripta hæc nomen ejus posteris commendabile reddunt :

- I. Il Suntuoso Tempio della Certosa presso Pavia, fondato da Gio. Galeazzo Visconti primo Duca di Milano l'anno MCCCXCVI. a' XXVII. Agosto, descritto da D. Giuseppe Giuffani, e consegnato alla B. V. M. Madre delle Grazie, Affonta in Cielo, Titolare dello stesso Tempio, ed in segno d'ossequio presentato al Molto Ven. in Cristo Padre D. Gio. Battista dall'Acqua, Priore della Certosa di Milano, Visitatore della Provincia di Lombardia l'anno MDCXCVI. in fol. MS.
- II. Templum Carthusiæ prope Papiam MDCXCVI. Reverendissimo P. D. Innocentio Le Masson Carthusiensis Ordinis Moderatori dicatum, cui adduntur
- III. Labyrinthus Cyclicus de Carthusia hexiformis, & in ipso dyffichorum dodechas retrograda.
- IV. Ichnographia Templi ejusdem cum Micrographico ejusdem vestigio.
- V. Pentacyclica Laberynthica Inscriptio Angelorum Reginæ, & in ipsa distichorum dechas insiliens, & resiliens.
- VI. Maria Vergine, e Madre di Dio metafisicamente considerata nella sua grandezza, Proposizioni 31. cavate dall' Opera di Gio. Caramuele, intitolata „ Severa argumentandi methodus, in fol. MS.

Hoc

- Hoc opus idem Auctor rescripsit caractere inverso , eique sequentem adjunxit tractatum.
- VII. Fascio di Concetti in lode di Maria , in alcune proprietà fisiche misticamente , ed ossequiosamente esposte da D. Giuseppe ec. Riflessioni otto , quibus subscribitur.
- VIII. Labyrinthus, Nodus Salomonicus, metris hexametro-pentametris fluentibus, & refluentibus ad laudem. B. V. M.
- IX. Bellum intestinum hominis interioris, & exterioris, opus ipsius Auctoris caractere scriptum inverso.
- X. In laudem S. Thomæ Aquinatis Icosiasticon, Carmen, & Tabula Heptacyclica, quam rectis, & retrogradis metris fluentem, & refluentem Angelico, anno MDCXCVIII. consecravit D. Joseph &c.
- XI. Maria Deipara in centum Theſibus, ut plurimum abstractis, considerata, ad ejusdem excellentias indigandas liber &c. in fol.
- In alio Opere habet hoc Anagramma:

„ Civitas Mediolanensis
„ Tu sanè delicioſa nimis.

Omnia hæc Opera extant MSS. in Bibliotheca Carthusiæ prope Papiam.
Ita nos amicissimus P. Bonhomius ipsius Ordinis docuit.

DCCCLXVIII.

GLUSSIANUS JULIUS CÆSAR.

IN amœnissimo loco Plebis Incini Glussiani nomine vocato, ad radices Montis Briantei sito, natus est Julius Cæsar Glussianus, ut ipsemet in suis Operibus asserit. Fratrem habuit Aloysium, qui in Alma Urbe, & ipse in Jure tam Civili, quàm Canonico excelluit. Noster verò Causarum Patronus eximius in Patria claruit, & non tantum Ciceronianam eloquentiam imitatus est, sed etiam litteras amœniores minimè respuit, ut facile Lector agnoscat ex ejusdem, quædamus, Operibus,

Nempe:

- I. De pretio, & æſtimatione. *Mediol. apud Bordonum*, 1615. in 8.
- II. In Ordinata de datione in solutum. *Mediol. apud Bidol.* 1630. in 4.
- III. Gratulatio in Nuptiis Philippi III. cum Margaritæ Austriacæ. *Mediol. apud Pontium*, 1598. in 4.
- IV. Commentarii in Cap. Novarum Domini Mediolani Constitutionum de bonis ad Cridas ponendis; ad Jo. Baptistam Raynoldum J. C. *Mediolani*, apud *Medan*, 1620., & rursus apud *Bidellum*, 1630. in 4.
- V. In habitationum commutationibus, quæ quotannis Mediolani incurrunt in die D. Michaelis, Julii Cæsaris Glussiani Lautii J. U. D. Studiorumque liberalium Præceptoris Oratio. *Mediolani*, apud *Metium*, 1584. in 4.
- VI. Centum illustres narrationes, & Formulæ XXV. agendi gratias Collegio Juris Consultorum Gymnasii Ticinensis ob delatos titulos Doctoris, & insignia Togatorum. *Mediolani*, apud *Malatestas*, 1605. in 4.
- VII. Argumenta in omnes Marci Tullii Ciceronis Orationes, quæ diligentiam suâ, Studiosis bonarum litterarum, Julius Cæsar Glussianus peperit. *Mediolani*, apud *Metium*, 1585. in 8.
- VIII. M. T. Ciceronis Orpheus, sive de Adolescente studio ad Marcum filium Athenas, nuper inventus, & in lucem editus à Julio Cæsare Glussiano ad Jo. Petrum Marcellinum Ayroldum Medicum, & Philosophum. *Venetis*, apud *Ciottum*, 1594. in 8.
- IX. Pentaphylon, sive Dissertationes ad Cardinalem Federicum Borromæum.
- X. De Admirabilibus; Commentarius, in 8.
- XI. Consultationes Medicinales. *Hannovia*, 1628.
De his tribus postremis, cum ea non viderim, testem adduco Picinellum loco cit. De ultimo tamen vix credibile videtur ejusdem Viri esse, qui Jurisprudentiam, & Oratoriam coluit, nisi fortè & Medicinæ vacaverit, quod nemo hætenus indicavit.
- XII. Poëmata Latina extant in libro inscripto: Poëſie Italiane, e Latine per la partenza di Zaccaria Sagredo, Podestà di Verona. *Ivi*, 1618. in 4.
His addo MS. Opus sequens, quod præ manibus habui in evolvendis Codicibus Bibliothecæ Ambrosianæ.

Tom. I.

- XIII. Aureus liber de Vestitu Sanctorum Martyrum, Auctore Julio Cæsare Glussiano; ad Illustrissimum, & Reverendissimum Card. Federicum Borromæum. MS. in Ambrosiana, pagg. 46. sign. N. num. 241. in 4.
Sequens autem à Picinello indicatum videre non licuit.
- XIV. Noctua MS.
En quæ sit aliquando præclarorum etiam Virorum, fors, ut scilicet vix pauca ex eorum lucubrationibus ab his referantur, qui Litteratorum colligunt Monumenta. Nam tanti Scriptoris nemo meminit, excepto Picinello in Athæneo pag. 359., cui tamen præter quinque Glussiani nostri Opera, cætera exciderunt, cum nos nihilominus tot alia invenerimus.

DCCCLXIX.

GORANUS CAROLUS.

CAROLUS Goranus filius fuit Cæsaris, & Hippolytæ Ghelleræ Conjugum Mediolanensium, Ignatii Regii à Secretis, & ex excelso Secretiore Consilio Status Mediolani frater, politioribus litteris eruditus, Congregationi D. Pauli Barnabitarum ab adolescentiæ flore nomen dedit. Quum autem summo conflagraret studio spirituales proximorum salutem procurandi, strenuam navavit operam, ut cum Scientiarum ad id adjuvantium, præsertim Theologiæ moralis, tum Sacrorum Canonum absolutissimam possessionem sibi compararet. Per plures annos è suggestu concionatus est, deinde Prælaturas Ordinis sui in Etruria, postquam Bononiensem Pœnitentiarum adeptus, in Nofocomiis ejusdem Civitatis, maximè pestis tempore etiam lue contracta, indefessis charitatis officiis laboravit, eximia cum populorum utilitate, parique cum laude præcipuorum Virorum, quibus valde charus exitit. Ipsam Diœcesim Bononiensem ex ordine Eminentissimi Boncompagni Archiepiscopi perlustravit. Obiit in eodem Collegio Pœnitentiariæ anno Domini MDCLXXXIV. ætatis suæ LXXXIII. magno ejusdem Urbis mœore, editisque ad extremum usque spiritum religiosi sui animi argumentis.

Hæc Vir iste prælo habebat parata:

- I. Centuria di Sermoni in lode del Santissimo Sacramento.
II. Tractatus varios ad Theologiam moralem spectantes. A Suis, & ab Abbate Picinello in Athæneo pag. 122.

DCCCLXX.

de GORGONZOLA CAROLUS.

URBIS hujus è rudibus renascentis administrationem plures inclytæ semper memoriæ Viri, quorum nomina nulla unquam apud posteros oblivione delenda, & nos quoque sparsim in hac Collectione duximus celebranda, quàm prudenter susceperint, ipsius incrementa tam paucis annis ad apicem perducta satis superque declarant. Infimum certè inter tot clarissimos Patriæ Patres locum non obtinet Carolus de Gorgonzola, hujus Ducatus celebri Oppido, qui anno MCLXXI. Consulatum, quem Justitiæ appellabant Veteres, & nunc quoque viget, in hac Metropli gessit.

Huic debet Mediolanensis Respublica

- I. Statuta plurima ab eo cum Collegis eodem anno condita.
Meminerunt prudentissimi Viri Galvaneus de la Flamma lib. XIII. cap. 895., & Comes Octavius Archinrus in centies laudata Collec. MS. Monument. Famil. Mediol.

Tttt

DCCCLXXI.

DCCCLXXI.

GORIUS JO. PETRUS.

Gladiatoriam artem in militaribus rebus utilissimam esse, apud omnes est in confesso, & minimi faciendi non sunt præsertim ab eis, qui arma sectantur, eorum labores, quorum studio ars ipsa ordine, & methodo, conscriptis Voluminibus, tradita fuit. Hujusmodi extitit Joannes Petrus Gorius Mediolanensis, cujus in hoc exercitio peritiam, quodque majorem commendationem meretur, in pietatis operibus assiduitatem universa hæc Metropolis suspexit. Plenus dierum migravit è vita IV. Id. Martii, anno Salutis MDCCXXXV. Conditusque jacet in Templo Sancti Caroli, quod incolunt Carmelitæ Nudipedes prope Portam Novam; quibus in testimonium solidæ pietatis, quâ præditus erat, dotem legavit pro quotidiano Sacrificio Deo offerendo.

Volumen edidit hoc titulo :

- I. *Arte d'adoperare la Spada*, per Gio. Pietro Gorio Milanese. *Milano*, presso *Federico Francesco Majetta*, 1682. in 4., dedicato al Sig. Conte Pirro Visconte.

DCCCLXXII.

GORLA SIMPLICIUS.

Simplicius Gorla ex Inzago Oppido Agri Mediolanensis decimo quarto ab Urbe lapide, Clericalem in Congregatione D. Pauli Decollati vitam professus est anno MDCLX. Ab ineunte ætate singulare ingenii specimen dedit; cum in altioribus disciplinis tradendis in principibus Italiæ Urbibus, Mediolani scilicet, Bononiæ, & Romæ, tum in Sacris Concionibus, in quibus cum paucis ætate sua erat comparandus. Præfuit Collegio Ticinensi, & Universæ Provinciæ Mediolanensi, ac ad omnes gradus Ordinis sui assumptus fuisset, nisi mors invida eum immatura adhuc ætate mortalibus rapuisset. Id accidit anno MDCLXXXIX. ætatis suæ XLVII. dum Romam ad Generalia Comitia se conferret. Ne tanti Viri periret memoria, Honorius Bazetta in Mediolanensis Provinciæ Præfectura Successor Typis tradidit ejusdem Conciones Quadragesimales, & Panegeres.

Hæc sunt hoc titulo :

- I. *Prædiche Quaresimali*. *Milano*, per *il Malatesta*, 1690. in 4.
II. *Orazioni Sacre*. *Milano*, per *lo stesso*, 1690. in 4. Ita à Suis.

DCCCLXXIII.

de GRADIBUS ANTONIUS.

DE Antonio de Gradibus nescio cur tam jejune scripserit Curtius, postquam aliorum minoris momenti Scriptorum tam honorificam fecerat mentionem, præcipue cum post Picinellum Opus suum cuderit, è cujus Athenæo tamen pauca, plura tamen his, quæ rerulit, haurire poterat. Porro sic dictum existimavit postremus hic Scriptor, vel quod natus fuerit in Oppido *Gradi*, seu *Agrate* appellato, extra Orientalem hujus Metropolis Portam duodecimo ferme lapide, vel quod ex Familia prodierit, quæ apud Insuæres satis Nobilis de Gradibus, seu, ut aliis placet, de Agrate nuncupatur. Quidquid hac de re sit, unum hoc certum habemus, summæ in re Physica existimationis Virum fuisse Antonium nostrum; ideoque Ducalis Archiatri munere decoratum. Floruit, ut in Chronologia Medica notavit Justus, circa annum MCCCCLXVIII.

Scriptis Opera hæc recensenda.

- I. Excellentissimi Artium & Medicinæ Doctoris Antonii de Gradi Mediolanensis Tractatus insignis de Febribus: signa, causas, & curas Febrium complectens &c. *Venetis* mandato & expensis Nobilis Viri Lucæ Antonii de Giunta Florentini MDXXI die IV. Julii.

Hoc ipsum Opus ediderat Marcellus à Sancta Sophia Medicus Gallus, cum Tractatibus Medicis Galeati à Sancta Sophia, Richardi Parisiensis, & Christophori Barfcii. *Lugduni*, 1517. in 4. ubi hæc leguntur:

„ Incipit Tractatus utilis & modernus de Febribus, secundum Magistrum Antonium de Gradi de Mediolano, qui fuit Medicus Illustrissimi Principis Ducis Mediolani. Noveritis quod ante istam practicam de Febribus ipse edidit practicam parvam à capite usque ad pedes utilissimam, unà cum ista practica de Febribus, & propter hoc incipit. „ Quantum ad secundam partem hujus Operis &c. Asserit etiam Mangerus hanc Scriptoris nostri lucubrationem extare cum Practica Joannis Matthæi de Gradibus: itemque cum Operibus Clementis Clementini, impressis *Basilee*, apud *Henricum Petri*, 1535. in fol.

- II. In nonum Almanforis. Quod pertinet ad hoc Opus, notandum, illud Auctori nostro adscribi à Picinello; verum cum idem argumentum tractaverit Joannes Matthæus Ferrarius de Gradibus à nobis alibi laudatus, certò affirmare non audemus, an Picinellus erraverit, nec ne. Id Lectoris judicio permittimus dirimendum.

III. Consilia Medica.

IV. De Balneis Patavinis.

V. Practica parva, de qua numero I.

De eo agunt præter citatum Curtium pag. 36.; & Picinellum in Athenæo pag. 45. Joannes Antonides Vanderlinden de Script. Medicis, Conradus Geinerus in Append. Biblioth. Jo. Jacobus Mangerus in Biblioth. Script. Medic. Tom. II. pag. 500. Paschalis Gallus in Biblioth. Medicæ. Israël Spachius in Elecho Medicorum, & alii.

DCCCLXXIV.

de GRADIBUS JOANNES.

Jurisprudentiam apud Insuæres magno semper in honore fuisse, hancque Metropolim innumeros penè in ea præstantes peperisse Viros, nemo ignorat. Plures autem è Mediolanensibus non sibi tantum legum peritiam comparasse, sed in aliorum quoque utilitatem eruditionem suam derivasse, in publicis Gymnasiis docendo, Cæsarumque, & Pontificum sanctiones interpretando, & etiam editis ingenii sui monumentis, vel ex hoc solum Opere nostro patebit. Talis profectò fuit Joannes de Gradibus in præfentiarum producendus, ut, cum in Codicum suorum titulis J. U. Professor inscribatur, suspicio nobis oboritur, in Archigymnasio Ticinensi leges auditoribus tradidisse. Id tamen certò affirmare non audemus; neque enim, quod esset votis omnibus expetendum, quisquam Antecessorum Lycei illius quondam florentissimi Catalogum posteris texuit, quamquam id expectarent Eruditi ab Auctore, qui ex professo paucos ante annos illius Academiæ historiam satis jejune conscripsit. Cæterum Joannes noster summam doctrinam præditus fuit usque adeo, ut à Ludovico Galliarum Rege per ea tempora Mediolani Duce, inter Consiliarios suos adlegi meruerit. Pauca hæc novimus, & excerptimus à Volumine, quæ scripsit, titulis, reliqua frustra investigavimus.

Hujus Lucubrationes fuere :

- I. Repertorium Commentariorum Francisci Cardinalis Zabarellæ super Clementinas. Extat in eodem Volumine impresso *Lugduni*, per *Nicolaum de Benedictis*, 1511. in fol. max.
II. Joannes de Imola super prima parte primi libri Decretalium, cum Additionibus suis locis appositis per Magistrum Joannem de Gradibus utriusque Juris professorem; additum est etiam Repertorium, ut singulares materiæ facilius inveniri possint. Tom. II. Vol. I. *Lugduni*, per *Jacobum Myt*, 1517. in fol. max.

III.

III. Joannes de Imola super tertio Decretalium cum Additionibus novissimè his operibus adjunctis per Magistrum Joannem de Gradibus utriusque Juris professorem, materiarumque singularium Repertorio per numeros distincto, quo ad ipsas facilius pateat accessus. *Lugduni, per Magistrum Jacobum Saccon, 1517. in fol. max.*

IV. Lectura Domini Cyni de Pistorio legum Doctoris præstantissimi, super aureo Volumine Codicis, cum Additionibus suis locis appositis per Magistrum Joannem de Gradibus utriusque Juris professorem, adjecto etiam Indice cum numerorum distinctione, ut singulares materiæ facilius inveniri possint. *Lugduni, per Jacobum Saccon, 1517. in fol. max.*

V. Commentaria Reverendissimi in Christo Patris, & Domini, Domini Joannis Antonii Ecclesiæ Divi Ambrosii Mediolanensis Præpositi; & Cardinalis Alexandrini dignissimi; utriusque Juris Doctoris clarissimi super Decretum, novissimè haud sine exactissimo labore recognita: nec non Additionibus, Annotationibusque perutilibus decorata per excellentem Virum Magistrum Joannem de Gradibus utriusque Juris professorem benemeritum. *Lugduni, per Joannem Cleyn, 1511. in fol. maximo.*

Hactenus recensitæ editiones prodierunt impensis Vincentii de Portonariis de Tridino.

VI. Prima lectura Dominici de Sancto Geminiano super sexto libro Decretalium cum Apostillis eximii J. U. Doctoris Mediolanensis D. Bernardini ex Capitaneis de Landriano, & novissimè adjunctis Additionibus egregii Viri Magistri Joannis de Gradibus U. J. professoris, Consularique Serenissimi Domini nostri Ludovici Regis Francorum Christianissimi. *Tridini, per Joannem de Ferraris, alias de Jolitis, & Gerardum de Zejis, 1511. in fol. max.*

VII. Additiones ad Philippum Decium, de quibus in hujus articulo diximus.

Agit de eo in Historia Typographica Tridinesi Canonici Joannes Andreas Iricus nobis amicissimus, ad Annum MDXI. Quod Opus actû cuditur ab Auctore.

de GRADIBUS JO. MATTHÆUS.

V. FERRARIUS JO. MATTHÆUS.

DCCCLXXV.

De GRADIBUS PAULUS.

Philosophicam facultatem toto hauserat pectore. Paulus de Gradibus non infimæ nobilitatis Vir, Mediolani ortus, Patre Aloysio ejusdem Urbis Decurione, qui Anno MCCCCLXXIV. plurimum patriæ commodis infudavit. Infatigabili animi contentione Aristotelis scripta pervolutabat, ut ex sequentibus ejus Lucubrationibus elucet, in quibus ingenium suum satis superque demonstravit. Uxorem duxit ex ordine primario Civium Matronam clarissimam Lucretiam Ambrosii de Aliprandis JCC. Ducalique Senatoris filiam. Annum ejus extremum indicare videntur supremæ illius voluntatis paginæ anno MDXXVIII. Kal. Maji conscriptæ. Aloysii Patris ejus memoriam servat in Templo Sancti Protasii, cui cognomen ad Monachos, hisce litteris incisum marmor:

HIC IACET NOBILIS ET EGREGIVS
D. ALVISIVS DE CATANEIS DE GRADI
CIVIS MEDIOLANENSIS
QVI OBIT DIE NONA NOVEMBRIS
MCCCCLXXVIII.

Eruditionem Pauli testantur ab eo conscripta: nempe

- I. In libros de Cælo adnotationes.
 - II. De Anima.
 - III. De Vegetabilibus.
- Servantur omnia MSS. in Biblioth. Ambr. Cod. sign. f. num. 18. in fol.
Agit de eo Sitonius amicissimus in Schedis suis.

DCCCLXXVI.

GRADIGNANUS CAROLUS MARIA.

Carolus Maria Gradignanus Mediolanensis filius Joannis Baptistæ, & Lauræ Olivatiæ conjugum nobilium, anno MDCXCIII. Clericorum Regularium D. Pauli Congregationi nomen dedit. Ad sacras Concioniones animum applicuit tum Mediolani, tum Ticini. Rexit Collegium Mediolanense, & Ticinense. Tres funebres Orationes Italico sermone edidit, ut infra, reliquæ verò, & si plures, deperditæ sunt, aut in scriniis aliorum latent. Prolixo morbo consumptus ad quietem æternam citò nimis abiit in Collegio Sancti Barnabæ anno MDCCXXXI. ætatis L.

Prostant de ipso

- I. Orazione Panegirica nell' esequie di Monsignor Visconti Vescovo di Novara. *Ivi, per gli Eredi Caccia, 1713. in 4.*
- II. Orazione Panegirica nell' esequie di D. Teresa di Memes, Marchesa di Borgo-manero. *Milano, per Giuseppe Malatesta, 1714. in 12.*
- III. Orazione Panegirica nelle esequie del Principe Massimiliano Carlo di Lewestein Governadore di Milano. *Ivi, per il sudetto Malatesta, 1718. in 12.*
- IV. Aliæ plures tam de Sanctis, quàm de Feriis Quadragesimalibus apud ipsum estabant, quibus forsitan alii nunc fruuntur.

A Suis.

DCCCLXXVII.

GRADIGNANUS JOSEPH MARIA.

Joseph Maria Gradignanus filius Joannis Ambrosii, & Margaritæ Sirturæ conjugum, necnon Joannis Hyacinthi Regii à Secretis penès Excellentissimum Mediolani Senatam frater, sacris ac sæcularibus studiis peractis in Seminario hujus Urbis non sine laude, inter Oblatorum Cœtum adscribi meruit. Ibi totus ad animarum salutem, juxta illud perutile institutum, se dedit annorum decem integro cursu, post quem ad Ecclesiam Parochialem S. Joannis super Murum nuncupatam hujus Urbis regendam promotus, tam piè, quàm prudenter se gessit, ut omnium votis ad majora elatus esset, si mors immatura ipsum non sustulisset anno MDCLXXIV.

Reperiuntur tamen de ipso

- I. Sermones plures MSS. Vol. II. in fol. penès heredes.
- II. Oratio ad Eminentissimum Cæsarem Montium Cardinalem, & Archiepiscopum Mediolani. *Ibidem, apud Ghisulphum, 1636. in 4.*
- III. Il Martirio di S. Carlo, Panegirico detto nel Duomo di Milano. *Ivi, nella Stampa Arcivescovile, 1665. in 8. Ex Picinelli Athenæo pag. 366.*

DCCCLXXVIII.

De GRANDIS LAZARUS.

Familiam de Grandis summa laude dignissimam, mirata est Insubria vetustis etiam temporibus, nam cum anno MCCLVIII. pacis fœdus inirent Capitanei, & Valvaffores, aliarumque factionum Cives hujus Metropolis, inter Conciliatores, atque testes publicæ tranquillitatis Ambrosius de Grandis interfuisse comperitur, quemadmodum ex Corio hausit Comes Octavius Archintus in sæpenumero laudata Collectione sua. Bellicæ quoque virtutis commendatione floruit circa medium Sæculi XV. sub Duce Francisco Sfortia Joannes de Grandis invictæ fortitudinis Vir, & non infimi nominis copiarum Ductor. Avorum ergo suorum laudabili ductus invidia Lazarus ab eruditione sibi famam comparavit, cumque Physicæ Artis Lauream fuisset adeptus, præter eam, quam

quam vivens opem tulerat ægris, mortuus quoque posteritati prodesse cupiens,

Edidit

- I. Alfabetto di Secreti Medicinali, ed altri curiosi, e dilettevoli d'ogni materia del Sig. Lazaro Grandi Dottore di Medicina. In Milano, appresso Francesco Vigone, 1681. in 8. In hac, quæ dicitur tertia editio, omiſſa fuerunt ſequentia duo Opuscula ejuſdem Auſtoris, ut in Epiſtola ad Lectorem legitur, nempe
 - II. Trattato della Cacciaggione.
 - III. Trattato della Peſcaggione.
- Mirum Auſtorem hunc Cl. Curtii diligentiam effugiſſe, cum tamen in Bibliothecæ Medicorum Vol. II. a Mangeto recenſeatur.

DCCCLXXIX.

GRATTAROLA MARCUS AURELIUS.

Dubium eſt, utrum eximia Oblatorum Congregatio Sanctorum Caroli & Ambroſii honorem attulerit Marco Aurelio Grattarolæ, de quo nunc ſermo eſt inſtitutus, aut ipſe Grattarola decus, honoremque auxerit ipſi Congregationi, quam ingreſſus eſt in primis exordiis à Divo Carolo Borromæo conſtitutis. Eamdem certè Vir iſte magni faciendus eximiè coluit, & pluries peramanter, prudenterque rexit of-

Aſticio Præpoſiti generalis inſignitus, ſed ad animarum lucrum pro Chriſto quærendum, ex intimis præcordiis ſe vocatum ſentiens, Miſſionem in Rhetia aſſumfit, nulliſque laboribus parcens, totam eam regionem auctoritate Apoſtolica perluftravit, uſque dum Romam profeſtus eſt ad promovendam Sanctificationem B. Caroli Borromæi, in qua urgenda per duorum annorum ſpatium inſudavit. Qua re, ut erat in omnium votis, feliciter peracta in Patriam redux anno MDCX. Præbenda Canonicalis in Eccleſia Metropolitana à Cardinali Federico Borromæo ei oblata fuit, quam non tantum recuſavit, ſed ad ipſam accipientem ſub obedientiæ præcepto coactus, vix diebus X. elapſis, manibus ejuſdem Archiepiſcopi, ſuique Mæcenatis humiliter reddidit, aliudque vitæ inſtitutum amplexus eſt, ſe ad Eremum conferendo in Colle Sancti Caroli vocato, qui Caſtello Aronæ ſupereminet. Ibi totus Deo in meditationibus vitæ æternæ ſuaviter ſe dedit, nec non ad cultum augendum Sancto Mediolanenſium Patrono Carolo Sacella, in quibus præcipua geſta Viri Dei exprimuntur, erexit. Pietatem, prudentiamque ejus teſtatur lapis ambitus veſtibulo impoſitus, qui circa ſacratos Borromæi nativitate parietes, ex proxima Arce Aronæ, in recens Templum, poſt Aræ Maximæ tergum, excurrit. Inſculptum marmoris Elogium referre his litteris placet, & hanc quoque ſecuritatem addere famæ, ne in unius lapidis beneficio tota conſiſtat.

M. AVRELIO GRATTAROLAE

PROBITATE AC RELIGIONE INTER PRIMOS CONSPICVO

CONGREGATIONIS OBLATORVM TER PRAEPOSITO GENERALI

EQVE MVNERE SVMMA OMNIVM APPROBATIONE PERFVNCTO

DIVINA PROVIDENTIA DELECTO

VT EIVS POTISSIMVM DILIGENTIA S. CAROLVS COELO ADSCRIBERETVR

CVIVS ETIAM NOMINI AC GLORIAE

EXCITATIS PASSIM AEDICVLIS IPSIVS VITAM REFERENTIBVS

SACRVM HVNC MONTEM DIVI INCVNABVLIS NOBILEM DICAVIT

HVIVS FABRICAE CVRATORES B. M. POS.

Habemus de piiffimo Viro

- I. Succeſſi maraviglioſi della venerazione di San Carlo. Milano, per il Ponzio. 1614. in 4.
 - II. La Pratica della Vita Spirituale per le Monache. Ex Picinello.
 - III. Del Roſario della B. Vergine, o ſiano Meditazioni ſopra li quindici Miſterj del ſudetto. Ex Maraccio.
 - IV. Meditazioni ſopra l'Annunziata, Viſitazione, Parto, e Purificazione della B. Vergine. Ex eodem.
 - V. Pratiche, ed Eſercizj Spirituali. Extant MSS. in Bibliotheca Oblatorum S. Sepulchri Mediol. teſte Picinello.
 - VI. Informazione dell'origine, e progreſſo della Fabbrica del Sacro Monte di S. Carlo in Arona, con la relazione della ſolenntà celebrata dal Sig. Cardinale Federico nel riporre la prima pietra ne' fondamenta della ſteſſa Chieſa ſopra il Sacro Monte, ſcritta al Sig. Cardinale Ferrante Taverna. Milano, preſſo Ponzio, & Piccaglia, 1615. in 4.
 - VII. Carmina varia Latinà. Extant in eodem libro.
 - VIII. Epiſtolæ plures de negotiis ad S. Caroli Canonizationem pertinentibus ad præſatum Cardinalem Federicum Borromæum. Extant in ampliffima Colleſtione Biblioth. Ambroſ.
- Ipfum laudavit Epigrammate Benedictus Sociacus lib. 6. Petrus Paulus Boſca in libro de Origine, & Statu Biblioth. Ambroſianæ lib. 2. Hieronymus Borſerius in Supplem. Nobil. Mediol. c. 12. Maraccius in Biblioth. Mariana Tom. II. pag. 80., & Picinellus in Athenæo pag. 411.

DCCCLXXX.

GREGORIUS XIV.

Quantum ſplendoris & gloriæ afferant Mediolaneni Urbi tot ornamenta, quibus decorata inter Italicas Civitates præfulget, Pontificiæ tamen dignitatis, quæ ſumma poſt Deum eſt, munus toties Civibus ejus collatum, primum occupare locum ejus in laudibus cenſendum eſt. Ex his aliquot jam ſupra commendavimus, uoſdam loco ſuo daturi ſumus. Occurrit nunc Gregorius XIV., qui anno MDXXXV. die XI. Februarii ſeptimeſtris natus eſt cæſo Annæ de Vicecomitibus matris ſuæ utero, quam Franciſcus Sfondratus, poſtea S. R. E. Cardinalis, tunc JC. celeberrimus legitimis ſibi Nuptiis copulaverat. Natale illi ſolum fuit inſigne Agri Mediolanenſis Oppidum, cui nomen Summa, ſive *Somma*, non longè à Verbanò Lacu, ex Feudis Familiæ Vicecomitum, quò ſe Anna ad matrem ſuam Magdalenam Trivultiam ægrotantem inviſendam contulerat. Sacro luſtratus Fonte Nicolaus dictus eſt. Poſt perceptas minores in infantia diſciplinās ad majora converſus, Peruſi primum, mox Patavii ſtudiorum perfecit curricula, tantā cum eruditionis ſuæ commendatione, ut annos natus XXV. in ampliffimo Conſcriptorum Patrum Mediolanenſium Ordine Senatoriam Dignitatem nancifceretur. Verum haud multo poſt Clericale Inſtitutum amplecti decrevit, eoque audito nuncio, San-

tutio pro Immunitate, & Libertate Ecclesiastica, cui Commentaria addidit Petrus Gambacurta Lugduni, apud Cardon, 1622. in 4. & Alexander Ambrosius, Bracciani, per Andream Feum, 1634. in 4. Confule etiam de his Emmanuelem Rodericum Confettium, & alios.

X. Ejus Diploma datum Romæ anno MDXCI. IV. Kal. Junii, quo confirmat Transactionem, & Concordiam inter Ecclesiam B. Virginis prope S. Celsum, & Canonicos Regulares Congregationis S. Salvatoris in Monasterio prædicti S. Celsi degentes, extat apud Puricell. Dissert. Nazar. toto capite 160.

XI. Sermo ad Cardinales in extremo Vitæ, pius, & elegans; ex P. Beretta in Schedis suis.

XII. Epistolæ lectu dignissimæ ad Sanctum Carolum Borromæum scriptæ cum Responsionibus ejusdem Sancti, de quibus integrum Volumen effici possit. Extant in magna Collectione Bibliothecæ Ambrosianæ, de qua alibi sæpe.

In dicta Bibliotheca Classica librorum Germanicorum Georgii Draudii pag. 181. edita Francofurti 1625. fit mentio de quodam libro Germanico Nicolao Sfondrato adscripto, non tamen percipio, quomodo hac lingua scribere ipse potuerit.

Franciscus Albertonus librum scripsit de Equitatione Gregorii XIV. facta dum possessionem Pontificiam adeptus est, ex Lafor à Varea.

In primo Volumine Epistolarum Hieronymi Catene in 8. Romæ 1589. reperitur Epistola Italica ad Cardinalem Cremonensem pag. 387.

Oravit in ejus Funere in Vaticana Basilica ad Sacrum Collegium Cardinalium octavo Kalendas Novembris anno MDXCI. Vincentius Blasius Garzia Valentinus.

Tanti Viri cum laude meminerunt Ludovicus Jacob à Sancto Carolo in Biblioth. Pontif. Augustinus Oldoinus, Franciscus Arsius Tom. II. Cremona Litter. Gluffianus in Vita S. Caroli, Campi in Historia Cremonæ, Ughellus, aliique innumeri.

DCCCLXXXI.

GRYPHIUS ALBERTUS.

Clarissimo Montfauconio, aliisque Indagatoribus MSS. Codicum eximia Vaticanæ Bibliothecæ, plurimum debet hæc mea Scriptorum Mediolanensium Collectio, nec non amicissimo Sitono Auctorem hunc, nam ex Schedis istius Viri, inter Mediolanensium Antiquitatum scrutatores facillè principis, didici Albertum Gryphium nostrum filium fuisse Petri in Physica facultate Doctoris, atque Magdalene de Bossiis Mediolanensium Conjugum, publicumque extitisse in Ticinensi Gymnasio Professore ab anno MCCCCXXXVII. ad MCCCCLX. Opus verò Epistolare ejusdem mihi suppeditarunt supramemorati Compilatores Codicum Vaticanæ Bibliothecæ, & cum Auctor ad Joannem Tortellium litteras suas direxerit, juvat hinc memorare insignem Codicem ac perrarum, quem servat Bibliotheca Archintea cum hoc titulo: „ Joannis Tortellii Arretini Commentariorum de „ Ortographia dictionum è Græcis tractatarum, ad „ Nicolaum V. Pontif. Max. Venetiis, per Nicolaum „ Jensen Gallicum, 1471. editio nobilissima, auro, & miniaturis ornata in fol. maximo; dolendum quod MS. Vaticanum inspicere non liceat, nam Lectores meos forsàn de Gryphio, & de Tortellio melius instruere potuissem. Accipiant igitur quod possum.

En uti inscribitur Opus Gryphii

I. Alberti Gryphii Epistolæ ad Tortellium; extant MSS. in Bibliotheca Vaticana Cod. 3908.

PII PRAESIDES MISERICORDIAE

HOC QUIDQVID EST

AMBROSIO GRYPHIO

PROTONOTARIO SENATORI ARCHIATRO

PRO MERITIS PP.

VIVO LICET IACEAM TANTVM MORS ABSTVLIT OSSA
VIVITVR AD SVPEROS GLORIA PQST CINERES.

Colle-

DCCCLXXXII.

GRYPHIUS AMBROSIVS.

Ambrosius Gryphius Vir tot titulis præstantissimus, Jacobi Mediolanensis Urbis Decurionis filius, Eques aureatus, ac Comes Palatinus, cooptatus est in Collegium Physicorum Mediolanensium die III. Martii anno MCCCCL. Tum Ducalis Archiater, Consiliarius, Orator, ac Senator Mediolani; Protonotarius item Apostolicus, & Abbas Commendatarius S. Petri de Laude veteri creatus fuit: Vir fuit in Medicis, Mathematicis, Theologicisque facultatibus peritissimus, & in omnibus scientiis apprimè versatus, ob quas Sfortiacis Mediolani Ducibus extitit acceptissimus. Eidem eximia cum laude Facius Cardanus J. C. Collegiatus Mediol. tractatum de Prospectivis dicavit, & eum his verbis celebravit: „ Reverendissimo in Christo Patri, Apostolicoque Protonotario, „ nec non Equiti aureato, & Comiti Palatino Ambrosio „ Gryphio Artium, Medicinæque præstantissimo, ac „ Theologo peritissimo &c. „ in fine autem Dedicatioræ talibus verbis ipsius virtutem commendat: „ Quam ego pro communi Doctorum utilitate summo meo incommodo corrigendam, imprimendam, „ que duxi: Verum opinatus huic meo inceptui patronum, qui & litteris, & auctoritate plurimum valeret, vindicari oportere, te, Ambrosi Gryphe, Virum, & Optimum, & doctissimum, animi vigore, & gravitate Camillo, scientia, atque facundia Appii, „ Scipioni dexteritate, animique alacritate, Tito „ Quinto monitis salutaribus persimilem maxime de „ legi. Accipe igitur has laborum meorum primitias, qui tuo moniti præsidio, calumniatores non formidabunt, multoque tibi Viros devincient, „ quando tuis auspiciis Opus se egregium consecutos „ esse animadverterint. Vale, meque mutuo ama. „ Joannes Matthæus de Ferrariis de Gradibus Physicus Collegiatus Collega tractatum de Urinis ei nuncupavit. Hujus magnificentia publicæ commoditatis ergo Gryphiorum Ticinense Collegium propriis impensis instituit, dotavitque. Eiusdem pietas in Egenos, & Pauperes ex assè Ven. Locum Pium Misericordiæ Mediolani ingentis Patrimonii hæredem instituit. Diem clausit extremum anno MCCCXCIII. insigni dein sepultus fuit in Arca ex Carrariensi marmore quaror æneis Gryphonibus elevatâ (nunc verò, proh dolor! sublatâ) in Sacello Divi Ambrosii ab eodem erecto, binisque quotidianis Sacrificiis aucto in Ecclesia SS. Petri, & Pauli in Glastiate Mediolani, ubi sequens Epitaphium legebatur. Sed prius videant quæso Lectores, quid doctissimus, prudentissimusque Abbas Hilariion Lanterius egerit antequam insigne Sepulchrum Ambrosii nostri è medio Sacelli supradicti sustulisset pro eo tantum ad cornu Epistolæ collocando. Rem diffusè narrat Puccinellus in Chronico Monasterii Glaxiatensis pag. 174. Beneficia quoque eidem Monasterio collata ab Ambrosio, atque impensa, pro eodem Sacello construendo, atque dotando, nec non præfixa dona eidem relicta, recitat ipse Puccinellus pag. 150.

Collegium verò Papæ erectum hoc in ejusdem fronte, servat Gryphianæ beneficentiæ, ex marmore Monumentum.

COLLEGIVM NOBILISSIMAE GRYPHIORVM FAMILIAE
ERECTVM A M. ILL. ET REVERENDO D. AMBROSIO GRYPHIO
PROTONOTARIO APOSTOLICO ABBATE
MEDIOLANENSI SENATORE
ART. ET MED. DOCT. AC MILITE GENEROSISSIMO
FRATRE PROAVI
M. M. D. PETRI PAVLI GRYPHII ART. ET MED. DOCT.
MDLXXXV.

Hæc damus de tanto Viro

- I. Leges pro Collegio Gryphiorum Papæ erecto MSS. ibid.
II. Oratio de laudibus Mazentorum pro cooptatione in Coll. Physicor. Guidotti Mazentæ, anno MCDLXX. MS. in 4. Extabat penes Jo. Jac. Valerium juxta Catalogum ejus Bibliothecæ.
III. Carmina latina. Extant inter ea Joannis Biffii, cum aliis istius ad Ambrosium Gryphium.
Inter Epistolas Francisci Philelphi edit. Venetæ 1502. in fol. extant Epistolæ Ambrosio Gryphio, & Lazaro Placentino Physicis & Medicis pagg. 214. 215. 238. 246. & 254. Laudatur etiam à Lancino Curtio Epigrammate lib. IV. pag. 58. & in Sylvio lib. II. pag. 51. & lib. V. pag. 103.
Agunt de ipso Registrum Official. Ducal. pag. 75. MS. in Bibl. Ven. Capit. Metropol. Mediol. Placid. Puccinell. in Chronic. SS. Petr. & Paul. in Glaffiat. pag. 450. ad 152., & pag. 323. 324. 356. & in Memor. antiqu. Mediol. cap. 3. n. 72. Curtius de Script. Med. Mediol. qui tamen Opera ignoravit, pag. 26. Carol. Turrius Hist. Mediol. pag. 213. Comes Galeazius Gualdus Relation. Mediol. pag. 76. Francisc. Philelphus in Epistol. pag. mihi 152. 185. 198. 205. 209. 214. 236. 238. 240. 254. 270. Ferdin. Ughell. in Ital. Sacr. in Episc. Eugubin. & Beneventan. Cæsar Piccinell. in Monum. Offic. Statut. Mediol. pag. 22. 27. Raph. Fagnanus J. C. C. Comment. Nob. Fam. de Gryphiis MSS. & Chronicon Sitionianum MS. exaratum de an. 1708. &c.

DCCCLXXXIII.

GRYPHIUS LEONARDUS.

Leonardus Gryphius Ambrosii mox laudati frater, nobili quidem Familiâ Mediolani genitus anno MCCCCXXXVII. Jacobo hujus Urbis Decurione Patre (etsi eum Ughellus perperam modò Beneventanum, modò Romanum faciat) vel ab ipsa ineunte ætate nomen sibi inter Eruditos promeruit. Quamvis enim legum studiis sedulò vacaret, tam concinnè Carmina pangebatur, ut omnibus esset admirationi. Qua de re testem habemus Jacobum Bracellium, cujus epistolam ad Leonardum nostrum hîc integram dare juvat, cum laudibus ejus plena sit.

„ Oblectavit me majorem in modum epistola tua,
„ doctissime Vir, aded ut non sæpius à te percensæ
„ sint syllabæ, pedes, tempora, quàm à me tota
„ lecta est. Habent enim versus ipsi eam facilitatem
„ & gratiam, ut si quis eos Ovidianis intermiscerit,
„ non facilè discernat, utri tui, utri illius sint. Quos
„ cum admirarer, & quibus æquum est laudibus at-
„ tollerem, magis, inquit audientum quidam, &
„ laudabis & admiraberis, si scias hunc adolescentem
„ esse nondum duodeviginti annos egressum. Id
„ cum audissem, cœpi mecum ipse cogitare, veram
„ illorum opinionem videri, qui putant plerosque
„ potuisse inveniri Virgilios, si plerique nobis conti-
„ gissent Augusti. Cœlorum enim motus vim suam
„ obtinere, & quantum in creandis sublimibus in-
„ geniis potuere, tantum etiam nunc posse. Ego ut
„ ea, quæ de siderum influxu loquuntur, facile con-
„ fitear, primum ac præcipuum hominis auxilium ab
„ se ipso petendum puto, maximumque in rebus hu-

A „ manis esse ut sibi homo præsto sit, nec se ipsum
„ deserat, cum certò sciat quæ fortuna dare potest
„ & eripere, quædam aliquando contingere, quæ
„ etsi inter magna hominis auxilia numerari queant,
„ cum eo tamen quod in nobis & intra nos est, nul-
„ lo modo conferenda esse. Ita & sine Augusto cœ-
„ lestis illa vis ingenii Virgiliani nunquam ut mihi
„ ipse persuadeo, latere potuisset. Quare mi Leo-
„ narde perge ut cœpisti, nec majus ab alio quo-
„ quam auxilium expecta, quam à te ipso. Agno-
„ sce præstantiam ingenii, idque excole ac fove, ma-
„ ximumque nefas puta, si amplissimi animi tui bonum
„ ipse neglexeris. Quod si annitaris & incumbas,
„ teque his studiis literarum dederis, quæ nos ad
„ bene beatèque vivendum invitant, confido fore ut
„ cito nomen tuum inter præclaros Viros annumere-
„ mus, nec laudes tuas verbis satis æquare valeamus.
„ Vale.

„ Genus V. Idus Majas MCCCCLIX.

Id testatur etiam Paulus Spinosa in Carmine, quod infra dabimus. Franciscus Philelpho Viro doctissimo fuit in primis charus, pluresque Epistolæ, de quibus etiam paulo post mentio recurret, summum ejus in Gryphium ostendunt amorem. Miratus tanti Viri eruditionem Sixtus Pontifex hujusce nominis IV. eum Episcopatu Ecclesiæ Eugubinæ decoravit an. MCCCCLXXXVIII., & sibi à Secretis assumpsit. Quo in munere, cum sibi gratiam in dies majorem conciliaffet, anno MCCCCLXXXII. ad Beneventanum Archiepiscopatum transferri promeruit, mense Octobri Excessit è vivis an. MCCCCLXXXV. ætatis suæ XLVIII. Extratque ejus memoria in superliminari Ecclesiæ Sancti Leonardi, quæ nuncupatur Sanctæ Liberatæ ab eo conditæ in hac Urbe, his Carminibus expressa:

QUOD GRIFFUS STATUIT MORIENS LEONARDUS
IN URBE,
ECCE PII FRATRES HOC POSUERE SACRUM.

Carmen autem Spinosæ superiùs indicatum tale est.

Pontificis liber hanc venio peregrinus in Urbem,

Quæ sita ubi Circus ante Neronis erat.

Digne data ingredior venis penetralia Præsul

Indignus Sixti limen adire sacrum.

D Sum celsam emensus Musis comitantibus Urbem

Ad nostros solitis sæpe venire lares.

Expulsæ gemino fuerant nec jure Camæna,

Cujus herus studiis aurea signa refert.

Pyerides quamvis rigidis sint legibus hostes,

Hæc tempus comites omne fuere suum.

Teque tuosque libens petii Leonarde penates,

Quos Heliconiades incoluere Deæ;

Nam celebre à teneris meruisti doctior annis

Inter pyerios nomen habere viros.

Grise

*Grise nec exiguo spernas inscripta libello ,
Est domini lima qui sine massa rudis .
Qua me curarum laqueis fortuna subegit ,
Hoc incorrectum mittere jussit opus .
Perlege Castalidum caelestia sacra sororum ,
Aedita quando data est lege silente quies .*

Ex Codice Membranaceo MS. in 4. miniaturis & auro ornato , quo ejusdem Pauli Spinofae Carmina comprehenduntur , & servatur in Bibliotheca Archintea .

Hæc sunt tam præclari ingenii monumenta :

- I. Conflictus Aquilani, quo Braccius Perusinus profligatus est, ad Franciscum Sfortiam Leonardi Grippii Mediolanensis Libellus; in fine eadem manu: „ Finitus est „ Braccianus conflictus per Leonardum Grippium „ Mediolanensem, qui Romæ obiit Xisti IV. Pontificis Secretarius. „ Est Carmen pag. XXIII. spississime scriptum. Extat in Codice Bibliothecæ Ambrosianæ, sign. R. num. 12. in 4. Est etiam MS. in Biblioth. Reg. Parisien. Cod. 6495.
- II. Illustri Domino Alexandro Sfortiæ Pisauri Domino Cognolæque Comiti Leonardus Grippius felicitatem dicit. Carmen.
- III. Carmina latina plura varii argumenti. Hæc II. extant in MS. Cod. Ambrosianæ Bibliothecæ, sign. F. num. 59. in 4.
- IV. In Codice MS. Epigrammatum, & Epistolarum Petri Candidi Decembrii apud PP. Theatinos D. Antonii Mediolani extat Carmen satis longum Leonardi Grippii ad Petrum Candidum Decembrium, cum ejusdem Decembrii Eulogio in Leonardum Grippium Poëtam.
- V. Epitaphium ab eo inscriptum ad Brandam Castillonæum super ejus Tumulum in Ecclesia majori Oppidi Castillonæi. Ex Siron. pag. 31.
Inter Epistolas Francisci Philelphi editionis Venetæ anni 1502. in fol. extant Epistolæ Leonardo Grippio pagg. 198. 205. 209. 236. & 259.
Agunt de Leonardo Grippio Ughellus in Eugubinis, & Beneventanis, Mazzucchellus, & Sironus in Schedis. Jacobus Bracellius in Epistolis, Typis Ascensianis 1520. Nonas Augusti, Curtius in Medicis Mediol. pag. 29., alique.

INSVBRIVS PATRIAE CHRYSOLAVS GENTIS ALVMNVS
AMBROSIAE PRAESVL RELLEGIONIS ERAM.
ROMANA LASSO PRO TE NON ITALA TANTVM
LVSTRATA EST OMNIS PARRHASIS ORA MIHI
INVIDA MORS MERITVM NIHIL EST QVOD TOLLIS HONOREM
PENSATA AETERNIS SVNT MEA DAMNA BONIS.

Superfunt illius :

- I. Oratio Petri Episcopi Mediolani ad Alexium Comnenum de Processione Spiritus Sancti, contra Disputationem Joannis Phurni Monachi: legitur Latina apud Baronium ad annum MCXVI. Græco-Latina apud Leonem Allatum Græc. Orthodox. Tom. I. pag. 379.
- II. Tractatus de Sancta Trinitate.
- III. Epistolæ.
- IV. Sermones, & alii diversi Tractatus, qui mihi incogniti sunt. Ita ait Trithemius loco citando.
- V. Sermo brevis in Capitulum Monachorum: extat in Bibliothecis Medicea, & Ricardina, cum hoc titulo: „ Sermo Sapientissimi Grossolani Mediolanensis Episcopi „ de Capitulo Monachorum. „ Ex Bibl. MSS. Montfauconii.
In Diario Litterario Florentino anni MDCCXL. die XV. Julii num. 29. col. 450. extat mentio Indicis cujusdam Bibliothecæ Græcæ, in quo inter reliqua sequun-

DCCCLXXXIV.

GRYSOLANUS PETRUS.

Petrus Gryfolanus, seu Gryfolaus, quem alii Arifolanum, alii Grosolanum dicunt, celeberrima Comitissæ Mathildi sanguine junctus, Anselmo Mediolanensi Archiepiscopo, qui Constantinopoli decesserat, anno Christi MCII. successit, cum prius Savonenfis Ecclesiæ Præful fuisset, & Anselmo ipso in Syria commorante ejusdem Vicarius Mediolanensem Ecclesiam rexisset; interimque Concionibus frequentissimis Populum ad preces pro Christianorum in Oriente militantium victoria impetranda fundendas in singulis festivitibus biennio accendisset. Cùm doctrinæ laude floreret, à Paschali Papa II. ad Alexium Comnenum Imperatorem Constantinopolim missus, fervente controversia de processione Spiritus Sancti, adversus Græcos cum voce, tum scriptis strenuè dimicavit, præsertim verò coram Alexio cum Joanne Phurno Monacho publicè disputavit. Ejus nêdum in Latinâ, verum etiam in Græcâ linguâ peritiæ didicimus ex Cl. Muratorio, in Tom. III. col. 918. Antiquitatum Italiæ mediæ ævi: multò autem magis cognoscimus ex disputatione prædicta cum Græcis habita. Quomodo enim à Summo Pontifice in Orientem missus fuisset, qui ejus Regionis idioma ignoraret, præcipuè cùm de Articulo controverso agendum foret viriliter? Illud autem evidentissimè patet insipientibus Orationem de Spiritu Sancto, quæ quidem omni procul dubio ab Auctore nostro Græcè scripta fuit; Translator enim Latinus non adamussim, sed quibusdam interpolatis, nonnullis etiam per paraphrasim expressis, eam Latio donavit. Cùmque habita fuerit à Gryfolano coram Alexio Imperatore, æquum certè fuerat, eam Græcè potius, quàm Latinè proferri. Hoc non minimum est indicium eruditionis tanti Præfulis, cum eo sæculo, ut omnes probè norunt, rarissimi, vel fortasse nulli essent in Italia nostra hujusce idiomatis cultores. Inde Mediolanum reversus, & orta inter ipsum, & Jordanem de Sede Mediolanensi lite anno MCXVI. Concilii Lateranensis Decreto, Archiepiscopatu abdicato, ad Savonensem Sedem redire coactus est. Ille tamen Romæ mansit ad exitum usque in Monasterio Sancti Sabæ. Obiit anno sequenti, ineunte Augusto mense. Sepultus est in Ecclesia Sancti Sebastiani, addito hoc Elogio ex Appiani Epitaphiis desumpto.

tur MSS. sequentia: Eustatii Metropolitæ Nicæni Disputatio de Spiritu Sancto adversus Grossolanum Archiepiscopum Mediolanensem.
In Biblioth. MSS. Canonicorum Regularium S. Salvatoris Bononiæ, in Codice Bomb. sæculi XIII. inter alia Opuscula extat Disputatio Archiepiscopi Mediolanensis de Spiritu Sancto, mihi autem incompertum est an sit eadem, de qua supra.
Agunt de ipso Trithemius de Script. Eccles. in Fabricii Bibliotheca Eccles. Morerius Tom. III. Dupin. Biblioth. Eccles. Sæcul. XII. Ughellus Tom. IV. Ital. Sacræ. Baronius in Annalibus Ecclesiæ ad annum MCXVI. Leo Allatus in Græcia Orthodoxa. Muratorius loco jam citato, Clariss. Saxius in Notis ad Sigonium de Regno Italiæ, alique plurimi.

DCCC

quinquaginta Italice mediæ Evi: multo usque
 gnoscimus ex disputatione prædicta con-
 Quomodo enim a Summo Pontifice in
 fuisset, qui ejus Regionis idioma igne-
 pue cum de Articulo controverſio igne-
 riliter? Illud autem evidentiſſimè patet
 Orationem de Spiritu Sancto, quæ in
 procul dubio ab Auctore nostro Græcæ
 Translator in Latinum non adurda-
 dam interpolatis, nonnullis etiam per
 expressis, eam Latio donavit. Change
 Gryfolano coram Alexio Imperatore
 fuerat, eam Græcè potius, quam Latine
 Hoc non minimum est indicium esse
 Præfatis, cum eo Sæculo, ut omnes
 rarissimi, vel fortasse nulli essent in his
 jusque idiomatis cultores. Inde Meibomius
 & orta inter ipsum, & Jordanem de
 nenti lire anno MCVI. Concilio
 creto, Archiepiscopatu abdicato, ad
 Sedem redire coactus est. Ille tamen
 ad exitum usque in Monasterio Sancti
 anno sequenti, in eunte Augusto mensis
 in Ecclesia Sancti Sebastiani, ad
 Appiani Episcopatus desumpto.

LAVS GENTIS ALVMNVS
 LIGIONIS ERAM.
 N ITALIA TANTVM
 RRHASIS ORA MIHI
 EST QVOD TOLLIS HONOR
 MEA DAMNA BONIS.

II. Secretario instrutto, Libri III., ove si parla eruditamente della Lingua Italiana, e dell' arte di scrivere Lettere, secondo gl' insegnamenti del Segneri, e del Panigarola. Extat MS. in 4. in Bibliotheca Sanctæ Mariæ Gratiarum Modœtis.

DCCCLXXXVI.

de GRITTIS MATTHÆUS.

CEnobium Ordinis Fratrum Prædicatorum, ad Ticinensem hujus Urbis Portam, & apud vetustissimam Eustorgianam Basilicam situm, Viros sanctitate, atque doctrina præstantissimos sæculis omnibus protulisse, faciliè cognoscent quotquot nostras hæc pagellas pervolutare non dedignabuntur. Vix enim, translatis ad Beati Laurentii Basilicam Canonici; sacer ille locus Sancti Dominici Alumnis traditus fuit, illic plures in eo floruerunt ejusdem Instituti homines litteris & moribus commendabiles, quorum non postremus habendus est Matthæus de Grittis Mediolanensis, quem brevissimo Elogio laudarunt inter Ordinis sui Scriptores Quetif, & Eccard, loco infra citando. Coævus hic fuit invictissimi Christi Martyris Petri, cujus sacrum Corpus in eadem quiescit Ecclesia, & ejusdem secutus vestigia ad animarum lucra totum se dedit. Ecclesiastes igitur insignis in omnium erat ore circa annum Domini MCCLXII. quantæque esset in dicendo facundiâ præditus. haud obscurè percipere possunt posteri ex his, quæ

Scripta reliquit, videlicet:

- I. Sermones de tempore per totum annum.
- II. Sermones de Sanctis.
- Laudatur à præfatis Quetif & Eccard in Bibliotheca Script. Ord. Præd. Tom. I. pag. 210. neque tamen docent, an hujus Viri Opera prodierint in lucem, vel MSS. delitescant; Picinellus tamen, qui de ipso verba tantum inania scripsit in Athenæo pag. 418. edita fuisse dicit ab Auctore, locum non indicans, vel Typographum, qui certe nondum natus erat.

quere instituit, ideoque SS. Ambrosii & Caroli Oblatus efficitur. Tantus in eo doctrinæ, & Scientiarum præcipuè sacrarum amor illuxit, ut Sacræ Theologiæ & Collegii Ambrosiani Doctor creari meruerit. Cognitâ quoque de die in diem ejus singulari prudentiâ, ac summo ad animas Deo lucrandas desiderio, Rosati Præpositura ei collata fuit, quo in Oppido, ac munere obiit anno MDCCXXI die XIII. Aprilis, ætatis annorum LXIII. Avunculus Blasii nostri forsan fuit, aut affinis Joannes Baptista Guenzatus Prothonotariatu Apostolico insignitus, cujus vidi plures Epistolæ eruditas ad Cardinalem Federicum Borromæum scriptas, anno MDXCV. in pluries relata Collectione Ambrosiana.

Scriptis Blasius eruditè, accuratissimèque:

- I. Pannonia Auftriacæ Familiæ Jure, & armis vindicata, contra Turcarum potentiam, & Populorum rebellionem: Sive de Bellis Pannonicis ab anno MCCCCXXXVII., ex quo Austriacis Regno adnecti cepit, usque ad exitum anni MDCLXXXVIII., Authore Blasio Guenzato. Vol. I. magnæ molis.
- II. Historia Apologetica del Pontificato del Cardinale Federico Borromeo, Arcivescovo di Milano. Vol. I. ut supra.
- III. Fragmentum Historiæ Mediolanensis tempore Anarchiæ post obitum Federici Borromæi Cardinalis Archiepiscopi, Vol. I.
- IV. Descriptio magnificentissimi Templi B. Mariæ Virginis prope S. Cæsum Mediolani. Vol. I.
- V. Præcepta Artis Rethoricæ ad usum Almi Collegii Nobilium Mediolani, ubi Author ipse fuit summa cum laude Rhetorum Institutior, antequam de Sodalitio Oblatorum ad Societatem Jesu ejus Collegii administratio transferretur.
- VI. Plures, varique Archetypi tum historicæ eruditionis, tum Oratoriæ facultatis, tum cujusque generis Poëtos Opera complectentes, quibus eruditissimus Vir quoad vixit, singularis ingenii sui, atque omnigenæ Litteraturæ specimen dedit.

Prædicta omnia extant MSS. pænes dicti Blasii ex fratre Nepotem Carolum Guenzatum Sacerdotem Oblatum, S. T. D., & in universa Diocesi Mediolanensi Doctrinæ Christianæ Priorem Generalem, hujus Sancti Michaelis in Metropolitana Parochia, qui

„Sancti Victoris Portæ Romanæ . . . Pace autem tanti Viri non Belo , sed brevitate Bartholomæo scriptum est , juxta titulum germanum , quem infra nos damus ; dolendum interea est , uti monuimus , quod Codex hic sit mancus , & talis quoque oblatum fuit Muratorio ipsi . Nihilominus magni est faciendus , maxime ab iis , quibus cordi esse deberet Ritus hujus Ecclesiæ adhuc in obscuris latentes clariore luce tandem in publicum proferre , quod enixe optamus . Ut autem de hujus Operis Auctore aliquid diceremus , omnem excussimus quercum inani licet labore . Hoc unum ex ipso libri initio didicimus , Bartholomæum nostrum eam rexisse Ecclesiam , quæ inter ambitum Romanæ Portæ hujus Urbis Sancto Martyri Victori dicata est , ob memoriam Carceris , in quo invictus Christi Athleta aliquando victus fuisse traditur . Fuit hæc olim Parochialis , nostrâ autem ætate sublata animarum curatione , tradita est pio cuidam Sodalitio Laicorum ; Cum autem conscriptus sit Codex iste medio ferme Sæculo XIII. quo tam rari erant Eruditi , ut vix reperire liceat alicujus doctas Lucubrationes , magno habendus est in pretio .

Est Operis ejus Inscriptio :

- I. Liber Celebrationis Missæ Ambrosianæ à Joanne Bartholomæo de Guercis de Melegnano, Rectore Ecclesiæ Sancti Victoris Portæ Romanæ scriptus . Cod. pergamenus MS. in 4. litteris rubro-nigris . Spectabat ad Monasterium Carthusiæ Garignani, prope Mediolanum, ut supra diximus .

DCCCXC.

GUFFANTUS JOSEPH.

Joseph Guffantus Mediolanensis , Monasterii Sancti Simpliciani Alumnus factus est anno MDCLXXI. die VII. Februarii , & postea Decanus , quæ prima est in Congregatione Monachorum Benedectino-Cassiniensium dignitas , quæ ante Prioratum , & Abbatiam confertur , eratque morum honestate , & suavitate laudabilis , ac rerum Mathematicarum haud mediocriter peritus ; edoctus enim fuerat à P. D. Cyrino de Sanctis , Senensi , & in Pisano Gymnasio Doctore , de quo Armellinus non sine laude memoriam agit in sua Bibliotheca , ex qua Auctorem hunc nos hausimus , aliàs nullam de ipso notitiam haberemus . Idem Armellinus , qui Mediolani fuit anno MDCLXXXVIII. , ut ipse asserit , Scripta Guffanti nostri vidit apud eundem , cui tribuebat tunc annos ætatis circiter L. , & cum paulo post diem ultimam Auctori nostro assignet Arimini ad annum MDCXCIII. , argui potest , quod anno tantum Quinquagesimo quinto Vir ipse longioribus diebus dignus obierit .

Scriptit Volumen hac Epigraphe notatum :

- I. Geometria .
II. Architectura militare .

A III. Aritmetica .

Omnia uno Volumine in fol. MS.
Ita Armellinus in sua Bibliotheca Benedectino-Cassiniensi Tom. II. pag. 45.

DCCCXCI.

GUIFRIDUS PRESBYTER.

Non parum proderit ad confirmandam traditionem Mediolanensium , pro certo habentium Apostoli Barnabæ (quem tanquam Ecclesiæ suæ Parentem colunt) Sacrum Caput in vetustissima Basilica olim Sanctis Martyribus Nabori & Felici , nunc autem Sancto Francisco dicata , servari . Guifridi Presbyteri Mediolanensis autoritas . Is circa finem XIII. Sæculi floruisse creditur , summaque in Apostolum pietate ductus ea conscripsit , quæ ad ipsius Sacras Reliquias in hac Urbe cultas spectare credidit , ut posterius nosset majorum suorum in beneficium adeo Christi Discipulum obsequium , ac religionem .

Titulus Operis hic est

- I. Notitia Capitis Sancti Barnabæ Apostoli . Hanc ex antiquo Passionali Manuscripto Basilicæ SS. Naboris & Felicis , nunc Sancti Francisci , transcriptam primus vulgavit Placidus Puccinellus in Vita ejusdem Sancti Apostoli , edita Mediolani MDCXXIX. pag. 62. , & ex eo Bollandistæ ad diem XI. Junii in *Analectis de Reliquiis Sancti Barnabæ* c. 1. num. 4. & sequentibus Vide citatos Auctores .


DCCCXCII.

GUSSALLUS VIVIANUS.

Non desunt ignari quidem homines , quos tamen aliqua doctrinæ inflat ambitio , exultantes Poeticam artem Viris illis prorsus indignam esse , qui sacris sunt obsequiis mancipati . At non ita judicabunt profecto solidæ eruditionis cultores , qui probe noverunt , apud Ethnicos quoque Divinas laudes non nisi Carmine exprimi licuisse , & in vera Evangelii luce tam sæpe Christi Dei nostri præconia versibus exarata totam Ecclesiam resonare . Id optime recogitans Vivianus Gussallus in Oppido Leucinatus , tamen Sacerdotii dignitate insignitus esset , sibi tamen turpe non duxit Musarum studiis se tradere , ita tamen , ut nunquam eam violaret modestiam , quæ Clericalis Ordinis Viros adeo decet . Id affirmamus inspecto ejus Codice , quo continetur

Ab eo elucubrata :

- I. Poëmata varia Italica . MS. in 4. justis molis ; extat apud Marchionem Joseph de Abdua . Inter ea quedam etiam leguntur Aloysii Arrigoni Sartirani Præpositi ,



H

DCCCXCIII.

HENRICUS.

SI tantum Picinello ignotum fuisset cognomen Henrici hujus Mediolanensis, mirum esse forsitan non debuisset, sed id etiam accidit omnibus aliis tam nostratibus, quam exteris, qui de eodem egerunt. Plura verò persuaseram mihi reperienda fore in Schedis Mazzuchellianis, sed præter nudum titulum, quem ille forsitan exscripsit ab Hallervordio in sua Bibliotheca Curiosa, quam melius fecit Picinellus, ne verbum quidem adjecit. Clarissimus verò Fabricius in Tomo III. Bibliothecæ Latinæ mediæ ævi hunc Henricum & ipse refert; nobis tantum indicando, quòd Suffridum Petri de Scriptoribus Frisicæ pag. 249. videamus, sed inter tot Libros penè innumeros à me incassum ac undique summo labore quæsitos, hunc etiam desiderare coactus sum. Accipiant ideo Lectores, quod possum; amplius tamen, quam usque adeò de Opere istius Henrici forsitan alicubi viderint.

En titulus ejusdem Operis:

- I. De Controversiis Hominis, & Fortune Libri, ad Clementem IV. Summum Pontificem, versu Elegiaco scripti, eruti primum, & Commentariis illustrati à Cypriano à Popma Frisio. Colonia Agrippina, 1570. & denuò 1584. in 4.
Ita Joannes Hallervordius in Bibliotheca Curiosa, Fabricius in Bibliotheca Latina mediæ ævi Tom. III. pag. 670. Draudius in Bibliotheca Classica pagg. 316., & 1097. Picinellus in Athenæo pag. 170., & Schedæ Mazzuchellianæ.

DCCCXCIV.

HIERONYMUS.

ETiam hujus Hieronymi Mediolanensis è Congregatione Monachorum Benedictino-Cassinensium cognomen, ætas, atque mors, incuriâ nostrorum antiquorum oblivioni tradita sunt; igitur Clariss. Mariano Armellino debemus, quod in hac nostra Bibliotheca locum ei dare possimus, etsi brevibus verbis ipse se expediat, nobis tantum indicando, celeberrimæ supradictæ Congregationi adscriptum Hieronymum nostrum fuisse die XXV. Martii, anno MCCCCXXIV., eumque laudat, ut Virum doctrina, ac pietate commendandum. Opus ejusdem ipse Armellinus asserit servari in insigni Bibliotheca Sanctæ Justinae Patavii, illudque se vidisse anno MDCCXVIII. ideoque scriptum refert magno spiritus fervore.

Hic ei est titulus:

- I. Sermones de Sanctis. MSS. in 4. quorum tale est initium: „Sæpenumero admirari soleo &c. Sic Armellinus supradictus in Bibliotheca Benedictino-Cassinensi pag. 218.

DCCCXCV.

HILARION.

CUm in usu sit Religiosis Viris præcipuè strictioris Regulæ, non tantum nomina, quæ in sacro Fonte acceperunt, immutare, sed etiam cognomina ex integro relinquere, & à Patria solummodo vocari, mirum non est si de pluribus nomen tantum, quod in Religione assumerunt, liceat nobis proferre; de hoc

A verò hæc pauca leguntur in Bibliotheca Capuccinorum: „Hilarion Mediolanensis Capuccinus ejusdem Provincie Concionator, vir scientiâ eruditus, excellentis doctrinæ, ingenio subtilis, in componendo, & scribendo eloquens, concinnavit, & æneis laminis excudi curavit:

- I. Elogia, & Icones plurium Virorum, qui in Ordine Minoritano, ante reassumptam à Capuccinis veriorent habitus formam, eodem indui floruerunt. Mediolani, anno 1664. in folio.

Ex Bibliotheca supradicta Scriptorum Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum à Dionysio Geaneasi contexta. Edit. II. pag. 159.

DCCCXCVI.

HILDOVINUS.

Miror, quod Armellinus, Vir alioquin diligentissimus, Hildovinum Abbatem Monasterii Lobienfis Ordinis Sancti Benedicti, Virum certè magni faciendum, in suam Bibliothecam non intulerit, cui etsi titulum ille dedit Benedictino-Cassinensis, attamen de aliis Scriptoribus, qui Regulam Sancti Benedicti professi sunt, nempe Montis Oliveti, Camaldulensium, Cisterciensium, & Silvestrinorum abundè egit. Hildovinum nostrum in pluribus infra recensendis Auctoribus, ei facile videre erat, nam ex eisdem colligitur, quod natione Belga fuerit, atque Episcopus Leodiensis (quem Liutprandus Laudociensem appellat lib. III. c. XI.) à qua Sede pulsus ad Ugonem Regem Italiæ; cui affinitatis lineâ jungebatur, venit. Charus summopere extitit Stephano IX. Summo Pontifici, à quo Veronensem Insulam obtinuit. Ughellus asserit, quod defuncto Lamberto Mediolanensi Archiepiscopo, ad hanc regendam Ecclesiam electus fuerit Hildovinus anno Dominicæ Incarnationis CMXXX. sed cum Lambertus obierit sequenti CMXXXI., eo tantum anno ad hanc Sedem potuit elevari Hildovinus, substituto illi in Episcopatu Veronensi Ratherio, & ipso Monacho Lobienfi, ut probat Clarissimus Marchio Maffejus in sua Verona Illustrata Lib. II. pag. 35. Non tantum ab ipso Ughello, quàm ab aliis de rebus Mediolanensibus memoriam agentibus habetur, Archiepiscopum huac coronasse Ugonem, & Lotharium in Italiæ Reges, nec non mortalitatem deposuisse die XXIV. Julii, anno CMXXXVII. postquam suum gregem gubernasset annos VI. & aliquot dies, in Ecclesia Hyemali Sepulchrum habuisse. Vir certè fuit in Divinis Scripturis præcipuè ab omnibus laudatissimus, ideoque plura scripsisse asseritur, quæ deperdita sunt: Inter ipsa

Hæc enunciantur ab eo composita petentibus Fratribus cum adhuc esset Abbas.

- I. Gesta Abbatum Lobiensium.
II. Sermones ad Fratres.
Epistolam Ratherii XII. in qua agit de Hilduino Archiepiscopo, recitat Puricell. in Monum. Basil. Ambr. num. CLX.
Videndi sunt Jo. Trith. de Script. Eccles. ex Fabricii Biblioth. Eccl. & in lib. II. de Viris Illust. Ord. S. Benedicti cap. LVII. & lib. IV. cap. XCVII. & CCIV. & Puricell. supradictus in Monum. Basil. Ambr. etiam num. CXL. Ughellus in Italia Sacra Tom. IV. Samarthani in Gallia Christ. inter Episc. Leodiens. Clarissimus Maffejus supradictus in Scriptoribus Veronensibus, & Clariss. Saxius in Notis ad Sigonium de Regno Ital. Lib. VI. pag. 399.

DCCCXCVII.

DCCCXCVII.

HOMODEUS ALOYSIUS.

Gentem nobilissimam Homodeam in vetustis Annalibus Mediolanensibus sæpessæpius memoratam invenio. Inter præclaros hujus Stirpis Viros recensetur Bonifacius Consul anno MCXCI., nec non Joannes in Archivo hujus Urbis inscribitur Decurio anno MCCCXL. eique data fuit Provincia obtinendæ absolutionis ab interdicto. Primus verò inter Eruditos mihi se offert Aloysius Senior, Marchionis Caroli, & Beatricis Luranæ Conjugum, filius, cui Atavus fuit Joannes Petrus Homodeus, Vincentii filius, de quo superest adhuc Monumentum Sepulchrale in Ecclesia Parochiali S. Viti ad Carrubium, quod juvat hîc referre priusquam & ipsum cum aliis pereat.

D. VINCENTIO HOMODEO
QVI OBIT DIE XX. MENSIS FEBRVARIJ
MDXXIV.

COECILIA DE ALZATE
PIENTISSIMA NVRVS
HOC POSVIT MONVMENTVM.

Aloysius verò noster, qui primam lucem vidit in hac Metropoli die VI. Decembris, anno à Partu Vir-

ALOYSIVS S. R. E. PRESB. CARD. HOMODEVS
AEDEM HANC SVIS A MAIORIBVS EXCITATAM
AD MAIOREM ASSVMPTAE VIRGINIS CVLTVM
EXORNAVIT ANNO MDCLXIX.

Tandem meritis, annisque onustus, è vivis abiit anno reparatæ Salutis MDCLXXXV. die XXV. Aprilis.

Scriptis pereleganter :

- I. Carmina plura tam Italica, quàm Latina varii generis & arguenti, quæ præ manibus multorum circumferebantur, quorum pars Typis data fuit Parmæ, dum ibi Auctor morabatur.
 - II. Acta Legationis sue.
 - III. Elogia amicorum defunctorum.
 - IV. Epistolæ Familiæ, de quibus plura Volumina effici possunt, inter quas extant nonnullæ ad Hilarionem Rancatum, cum istius responsionibus in Tomo XXIII. MSS. Rancati, de quo suo loco.
- Inter Epistolæ Octavii Ferrarii Editionis Patavinæ extat una ad Aloysium Cardinalem Homodeum.
- Agunt de eo Urbani VIII., Innocentii X., & Alexandri VII. Diplomata, Augustinus Oldoinus in additionibus ad Giacconium, Eggs Purpura docta, Sironus in Theatro Equestris Nobilit. pag. 239. Art. 1113., aliique.

DCCCXCVIII.

HOMODEUS ALOYSIUS alter.

AB altero Aloysio Homodea Familia summopere decoratur, nam à Marchionibus Augustino, & Maria Pacheca Moura Corte Real d'Almonacir Martini natus anno Christi MDCLX., studiis in eadem Regia Urbe operam dedit, deinde in Patriam reversus, indefinenter ea profectus est, vestigia alterius Aloysii, cujus ex fratre nepos extiterat, imitando. Ad Jura tam Civilia, quàm Canonica totus deditus Romam se contulit, ubi inter Clericos Cameræ vocatos locum obtinuit, atque anno MDCXC. die verò III. Februarii Purpura ab Alexandro VIII. Pontifice Maximo eidem collata extitit cum titulo ipso, quo decoratus Patruus fuit, idest Sancti Alexii. Plurimas

Aginis MDCVIII. primis litterarum rudimentis in Patria habitis, Scientias solidiores Parmæ didicit; Juris prudentiæ verò in Perusina Academia non vulgarem operam ita dedit, ut Laureâ in utroque Jure ætatis tantum anno vigesimo, atque Apostolico Prothonotariatu insigniri, pauloque post Clericus Cameræ Apostolicæ primum, inde à Secretis plurimum Sacrarum Congregationum ob summam prudentiam, fidem, ac doctrinam meruerit adnumerari. Sedente postea in Petri Cathedra Innocentio X. Pontifice Maximo, ex Decano Camera Apostolica postquam Annoræ totius ditionis Ecclesiasticæ nonnullis annis præfuisset, inter purpuratos Patres, cum titulo Presbyterali Sancti Alexii, anno post Salvatoris nostri adventum MDCLII., ætatis verò XLIV. adlectus fuit. Variis, ac arduis muneribus usque in senium summa cum laude & fructu peregre functus est: Meritò igitur laudatur ob Legationem Apostolicam Urbinatam optimè peractam, in qua provinciæ populorum omnium amorem ac plausum assecutus est, ibique, ac in aliis suæ Legationis Urbibus, Pontificis nomine Christianam Suetiæ Reginam, Catholica dogmata amplectentem, in itinere Romam versus summo cum honore excepit. Amicos indefinenter coluit, inter quos Joannes Hieronymus Cardinalis Lumellinus enumeratur, cui Sepulchrum, atque Elogium construxit, quod idem instituit Parenti suo Augustino in Ecclesia Sanctimonialium B. Virginis Mariæ Assumptæ hujus Urbis, vulgò *dell' Vittoria*. Ibi ad laudem ejusdem munificentiæ in Templo ipso restaurando adhibita hæc leguntur in marmore insculpta:

C Abbatias meritò obtinuit, atque in Collegio Nobilium Jurisperitorum Mediolanensium adscriptus est solemniter anno MDCXCII. Procuratore Comite, atque Senatore eximio Philippo Archinto ejus Conobrinio, qua occasione laudatus fuit eleganti Oratione à Galeatio Vicecomite de Aragonia, quæ legitur in libro Typis commisso hoc titulo: „Dimostrazioni „d'allegrezze fatte dagl' Illustrissimi Abbati, e Col- „legio de' Giuriconsulti ec. „ Milano 1692. in 4. Inter Scientias, quas ipse peramanter coluit, Poesis Italica elucet, & ob eam celebratus extitit à Claris. Crescimbenio, loco infra citando, atque inter Arcades adscriptus, nomine Doralgi Euritidis insignitus fuit. Majora erant speranda à Viro litterarum Litteratorumque amantissimo, si mors minus citò nobis ipsum rapuisset, quod molestè accidit Romæ an. MDCCVI. die XVIII. Augusti. ideoque pauca tam eruditi ingenii monumenta supersunt

Scilicet :

- I. Carmina Italica partim MSS., partim edita, inter quæ sunt aliqua in Tom. VI. libri inscripti: „Rime degli „Arcadi pag. 122.
- II. Oratio in Parasceve habita coram Summo Pontifice, & Cardinalibus anno MDCLXXXVI. *Rome, sine Typographi nomine, in 4.* In ejus adventu Mediolanum, atque ingressu in Academiam Braydensem, Librum, cui titulus: „Il Soglio di Salomone „conscripsit Comes Philippus Archintus, de quo jam diximus. Laudatur à Crescimbenio in Tomo IV. Commentariorum Poesis Italice pag. 178. à Sirono in loco à nobis indicato in Aloysio Homodeo Seniore &c.

DCCCXCIX.

nomine Chritianam Suetia Regiam, Cæli
ta amplectentem, in itinere Romæ
cum honore excepit. Amicos indolentem
ter quos Joannes Hieronymus Cardini
enumeratur, cui Sepulchrum, æque
struxit, quod idem instituit Patris in
Ecclesia Sanctimonialium B. Virginis
ptæ hujus Urbis, vulgò tell. Vivim. in
dem ejusdem munificentie in Templo
do adhibita hæc legatur in marmore

RESB. CARD. HOMODEVS
A MAIORIBVS EXCITATAM
PTAE VIRGINIS CVLTV
ANNO MDCLXIX

C Abbas merito obtinuit, atque a
lium Jurisperitorum Mediolanensium
lemamiter anno MDCXCII. Proce
que Senatore eximio Philippo Arce
brino, qua occasione laudatus fuit
à Galeano Vicecomite de Aragona
libro Typis commisso hoc titulo:
"d'allegrezze fare dagli Illustrissimi
"legio de' Giuriconsulti ec." etc.
Inter Scientias, quas ipse peraravit
Italica etæce, & ob eam celebravit
Crescimbeno, loco infra citando, ut
des adscriptus, nomine Dorazio Epist
fuit. Majora erant speranda à Viri
reparatorumque amantissimo, si non
bis ipsum rapuisset, quod moleste
MDCCVI die XVIII. Augusti. ab
eruditi ingenii monumenta superant

Metropolitane
MCCCCXXVII.
Hic, de quo agimus, fedem habuit inter Jurisperitos
Collegiatos, ab an. MCCCLXXXV. ad MCCCL.

Supereft de ipfo Volumen ingens sic inscriptum:

- A. **Johannis de Homodeis Repertorium Juris.** MS. magnæ
molis in fol. pænes Cl. Joseph Antonium Saxium Bi
bliothecæ Ambrosianæ Præfectum. Servatur quoque
aliud Exemplar in Bibliotheca Metropolit. sign. O.
num. 23.
Agunt de eo Fannianus, & Archintus in Familia Ho
modea, Corius in Historia Mediolani ad annum
MCCCCII. Franciscus Philephus in Epistolis pag.
46. Decreta antiqua Mediolanensium Ducum sub
anno MCCCCXLI. Advocatus Sitonus pag. 33. ar
t. 51.

C. M.

HOMODEUS SIGNOROLUS.


Familiam Homodeam, patriam Mediolanensem,
immo integrum Jurisperitorum Cœtum illustravit
Signorolus, de quo nunc sermo est. Floruit Vir iste
celeberrimus ex Patre Joanne medio Sæculo XIV.
laudaturque uti juridicæ facultatis inextinguibile
lumen. Miles, Comes, & Eques laureatus, sicuti &
publicus Legum Interpretes eminentissimus in Patavina,
Placentina, Taurinensi, & Papiensi Academia. Scri
ptores, qui Vitas illustrium Jurisconsultorum nobis
dederunt, ipsum etiam Signorinum, & quandoque
Signorinum vocant, sed Clarissimus Sitonus Signorolo
isti, quem à Signorino distinguit, Patrem, ut diximus,
constituit Joannem filium Signoroli alterius, & ipsum
Signorinum asserit nuncupari ab Antiquis Signoro
lum II., sive Bonsignorium; sedisse verò in Colle
gio Nobilium Jurisconsultorum Mediolanensium ab
anno MCCCLXXXI. ad MCCCCXII., ut monebi
mus: Dubium igitur nobis est, quod Opera, quæ
usque adhuc tribuuntur huic Signorolo seniori, sint
ex aliqua parte Signoroli II., sive Signorini. Ideo
cum ferè impossibile sit huic rei clariorem lucem af

„ supervivisse, ut ex ejus responsis liquet. Uxorem
„ habuit nomine Aquiliam, quæ peste infecta, cum
„ vellet testari, jussit se in viam publicam deferri,
„ ut legitimum ad ultimam voluntatem condendam
„ numerum testium inveniret. Alius ex Homodeis
„ non multo post & ipse Ticinensi in Academia cla
„ ratur. „ Istud interim in dubium revocandum
„ non est, Signorolum nostrum unum fuisse ex Jurisper
„ itis, qui sub Joanne Vicecomite Archiepiscopo di
„ gesserunt, & in unum Volumen reduxerunt Leges
„ Municipales Mediolani anno MCCCLI., quæ prius
„ jubente Luchino Vicecomite Mediolani Principe re
„ formatæ fuerunt. Marcus Litta in suo Opusculo de
„ Urbe Mediolanensi hoc Carmine Signorolum lauda
„ vit.

*Ingenium vivax, atque ingens copia legum,
Vota hujus nunquam demoritura probant.*

En Opera, quæ Signorolo nostro adscribuntur,
distinctius à nobis descripta; si verò aliqua Signo
rini mixta sunt, sibi videant Eruditi.

- I. Consilia & Quæstiones, in fol. Lugduni, 1549.
II. Repetitio ad L. Si arrogator. A. De Adoptionibus; ha
betur in Tomo I. Repet. in Jure Civili.
III. In L. Nam & postea A. de jurejur. Ext. in Vol. II.
Repetitionum pag. 178.
IV. In L. Si æstimatis, A. Solu. matrim. Ext. in Vol. III.
pag. 216.
V. In L. Si ego, A. De Liber., & posthum. Ibidem,
pag. 361.
VI. In L. Peto, §. fratre, A. De Legatis 2. in Vol. IV.
pag. 303.
VII. In L. Ubi ita donatur, A. De donation. caus. mort.
Ibid. Vol. V. pag. 193.
VIII. In L. Si Insulam, A. De verbor. obligation. Ibidem
Vol. VI. pag. 361.
IX. In L. Cunctos populos, C. De Sum. Tri., & ff. Cath.
Ibid. Vol. VII. pag. 6.
X. In L. Nemo, C. De Sacrosanct. Eccles. Ibid. pag. 40.
XI. In Authen. Ingressi, C. De Sacrosanct. Eccles. Ibidem
pag. 10.



Ipsam laudarunt innumeri, inter quos Epigrammate Latino Plattinus Plattus, quod legitur in T. VII. Carminum Illustrum Poetarum Italicorum pag. 277. Conradus Gesnerus in sua Bibliotheca, Pancirolus in Libro de Claris Legum Interpretibus; editio ultima, pag. 150. Cap. 64. Marcus Mantua in Vitis Jurisconsultorum, apud ipsum Pancirolum pag. 491. Art. 223. Ghilinus in Theatro Literatorum par. 2. pag. 220. Corius in Historia Mediol. ad Annum M.C.C.C.LI. Picinellus in Athenæo pag. 493., necnon Sironus noster in Opere de Collegio Jurisperitorum, in quo scripsit, sedisse Signorolum nostrum ab Anno M.C.C.C.XXX. ad M.C.C.C.LXII.

C M I.

HOMODEUS SIGNOROLUS alter.

DE hoc Clarissimo inter Homodeos Scriptore, aliquid protulimus in Signorolo seniore jam laudato, & nisi eruditissimus Sironus nos docuisset, alium esse, quam Signorolum supradictum, forsitan cum aliis unum tantum ipsum & eundem cum supradicto constituissemus. In Opere igitur centies laudato Chronici Collegii Jurisperitorum Mediolanensium legitur Signorinus iste primum fuisse ex XII. Præsidibus Officio Provisionum in Patria, inde publicus Juris Civilis Interpres in Ticinensi, Placentina, & Parmensi Universitate, sedisse verò in numero supradictorum Nobilium Jurisperitorum Mediolanensium, ab anno M.C.C.C.LXXXV. ad M.C.C.C.CXII. Quod ad ejus Opera attinet, nobis videre licuit ingens Volumen MS. in Bibliotheca Ambrosiana infra recensendum, nomine Signorini inscriptum, sicuti est alter Codex Consiliorum in Bibliotheca Vaticana servatus, qui & ipse Signorino nostro tribuitur, nescio tamen quibus tabulis; de ipso interim certam offero Lectoribus meis Epistolam infra signatam à Signorino ad Mediolani Ducem, Philippum Mariam Vicecomitem, quam ex integro referre duxissem, si ante me edita non fuisset à Gasparino Barzizio. Interim ab amicissimo Sirono didici, Signorolum quoque itum filium fuisse Joannis alterius Jurisconsulti Collegiati, Signoroli jam memorati filii, qui & ipse patrem habuit Joannem alterum seniore.

Hæc tribuuntur Scriptori nostro.

- I. Lectura in omne Jus Civile. MS. in fol. maximo ingentis molis, extat in Bibliotheca Ambrosiana sign. D. num. 540.
 - II. De acquirenda hæreditate. Extat in eodem Codice.
 - III. Consiliorum Volumen MS. extat in Bibliotheca Vaticana Coq. sign. 1763. in fol. sicut & alter sign. 236.
 - IV. Epistola ad Philippum Mariam Vicecomitem Mediolani Ducem, servatur MS. in Bibliotheca Ricardiana Florentiæ, & eam mihi indicavit perhumaniter Clarissimus Lamius ejusdem Bibliothecæ Præfectus.
- Videndi sunt Comes Octavius Archintus in amplissima Collectione Familiarum Mediolanensium, qui XI. Homodeos ex Collegio Jurisperitorum enumerat ab anno M.C.C.C.LXXXVI., idest a Signorino nostro usque ad Joannem Baptistam Homodeum anno Christi MDC. XXI., Corius in Historia Mediolani ad annum M.C.C.C.CII., Pancirolus, & Mantua jam citati, Umbertus Locatus in Chronico Placentino pag. 335., Petrus Maria Campus in Historia Ecclesiastica Placentina par. II. pag. 191.; atque Sironus pag. 33. artic. 50.

C M II.

HONORATUS.

Honoratus, patriâ Mediolanensis, Anno Christi DLXVIII. ad ejus Urbis regendam Ecclesiam post Sancti Auxani obitum evectus est. Hunc nullis certè firmis documentis Castillionæum appellavit Picinellus, forsitan ab aliis, qui non satis edocti de Gente Castillionæa scripserunt, in errorem adductus; nam Sæculo VI. & forsitan ultra IX. Familiarum cognomina minimè legebantur, ut abunde ostendit Cl. Muratorius in Dissertatione de Cognominum origine,

A edita Tomo III. Antiquitatum Italiæ mediæ ævi num. XLII. Primo Episcopatus sui anno hospitio recepit Sanctum Veranum Cabellicensem Episcopum ex Urbe Roma in Gallias pergentem, qui etiam, Honorato petente, Albigaunum Liguriæ Civitatem profectus est. Sequenti anno invadente Italiam Alboino, Honoratus malorum Mediolano imminentium præsciis, ad Genuensem Urbem confugit, ubi a Sancto Felice Genuensium Episcopo benevolè exceptus, haud multo post ad cœlestem Patriam evolavit die VIII. Februarii, anno Salutis DLXX. Ejus Corpus Mediolanum relatum, & in Templo Divi Georgii, cui cognomen ad Nucetam, primo conditum, nunc in Basilica Regum; quæ Sancti Euforgii dicitur, congruo honore asservatur & colitur. Illius memoriam in Ambrosiana Ecclesia olim VI. Kal. Martii celebratam fuisse testatur Joannes de Deis, & ipsa die ejus Elogium habet Galefmius. Nunc autem solemnè Officio colitur die VIII. Februarii. Vir fuit ornamentis ingenii, & animi virtutibus inter primos ætatis suæ enumerandus.

Scripsit:

- I. Commentaria nonnulla in Divinis Scripturis. Agunt de eo Paulus Diaconus libro II. de Gestis Longobardorum, Cap. 25. Martyrologium Romanum, Bollandistæ, aliique videndi apud Boscam in Martyrol. Mediol. in Notis ad diem VIII. Februarii, ubi plura de eo, & inter cætera refert hoc Brautii Diction:

*Præsul Honoratus Spectabilis Urbis honorem
Nominis, & Sacrae Religionis habet.*

Loquitur de ipso etiam Divus Gregorius Pontifex in Pastoralibus, Philippus Bergomas in Supplemento Chronicarum Lib. X. Besutius in Historia Pontificali, Joannes Baptista Carisus in suo Theatro, Clariss. Saxius in Dissertat. favore Canonic. Ordinarior., necnon Picinellus in Athenæo pag. 377.

de HORTENSIS. V. CENTORIUS.

C M III.

AB HORTO OBERTUS.

Aeternum nomen sibi à posteritate promeritum sunt plures Viri insignes ex Illustri Familia, ab Horto Mediolanensi, inter quos Anselmum Jus dixisse in hac Metropoli anno MCLXV. scribebat Comes Octavius Archintus in uberrima, nec unquam satis laudata ejusdem de Familiis Mediolanensibus Collectione. Imò in eadem sic notatum invenio: „ Otto Vicecomes una cum Arderico de la Cruce, & Otto Mazento, & Anselmo Magno, & Thato, qui dicitur Cribello, & Bernardo Pasquale, & Gotifredo Puteobonello, & Petro, & Presbytero germanis qui dicuntur Valiani, interfuerunt Sententiæ latæ anno MCXLII. die Mercurii XIII. Cal. Junii Indiæ. V. in Broletto ante Ecclesiam S. Barnabæ Apostoli per Consules Mediolani, scilicet Gualterium Judicem, Cicum Burrum, Obertum, de Orto in causa Dominorum Mandrisii &c. „ Obertus interim, de quo nunc sermo est, inter præcipuos Mediolanenses Cives temporibus Friderici Ænobarbi recensitus, Jurisprudentiæ laude, & Patriæ Consulatu Clarissimus, rerum etiam agendarum prudentiâ nituit. In Roncaliensibus Comitibus à Friderico celebratis, cum Collega suo Gerardo de Nigris, aureum Schyphum pecuniâ refertum detulit, ad avertendam Imperatoris iram, ejusque gratiam in posterum promerendam. Causarum patrocinia magnâ cum nominis sui famâ diutius egit. Inter præcipuos ex X. Mediolanensis Reipublicæ Consulibus, unus post Ænobarbicam everfionem, anno Salutis MCLXXI. Inclutam Patriam amplio-

plioribus terminis muro circumcingi curavit : Cujus rei testem habemus Monumentum in superiori limine intramuranæ Portæ hujus Urbis , quæ Romana dicitur , à nobis jam in Adofado Bultrafio relatum . Ab omnibus celebratur ut JC. magni nominis ; Advocatorum ætatis suæ facilè princeps , Feudaliumque consuetudinum compilator eximius , & forsan primus . Exorta controversia de Castro Ostiliæ inter Abbatem Sancti Zenonis Veronensis , & Commune Ferrariæ , tempore , quo Salinguerra Torrellus Civitati jus dicebat ; consilio Theobaldi ejusdem Urbis Episcopi in Obertum nostrum convenerunt , pro litis hujusmodi juridica solutione . Eam diremit Vir præstantissimus sententiâ suâ , quam infra memorabimus ; atque Alexander III. Summus Pontifex Conrado Archiepiscopo Maguntino Apostolicæ Sedis Legato in mandatis dedit per litteras suas , datas Tusculani V. Kal. Feb. ut eam Pontificia autoritate confirmaret .

Habemus igitur de ipso :

- I. Constitutionum , seu Jurium Feudalium libros quatuor , qui extant in corpore juris . Primum , secundum , & tertium librum emendavit Cujaccius . *Colonia Agripina* , 1588. in 8.
- II. Sententia ab eo prolata in controversia Abbatis Sancti Zenonis Veronensis , & Commune Ferrariæ , anno MCLI. die II. Kal. Januarii , Indiæ. XIV. Extat apud Ughellum Ital. Sacr. Tom. V. in Veronensibus num. LXXX. cum Alexandri III. Litteris de eadem sententia supra memoratis .
- III. Consilium in controversiis Ecclesiæ Veronensis , de quo diximus in Gerardo Cacapisto .
Agunt de eo Otho Frising. de Federici Gestis , lib. II. cap. III. Ligurinus lib. II. Jacobus Cujaccius ad librum I. Feudorum , ac alii plures apud Pancirolum pag. 483. , & Felix Ofius in Notis ad Morenas Rer. Laud. Hist. num. 168. Baldus verò in c. 1. in princ. col. 3. Lex Domini Federici &c. malè loquitur de nostro , & de Gerardo Cacapisto , sed ibi ridendus est , ut notat Molendinus in Consuet. Parisien. par. I. in princ. num. 46. Laudatur quoque à Marco Litta de Urbe Mediol. pag. 23. à Morigia in Nobil. Mediol. pag. 196. à Leandro Alberti , à Picinello in Athenæo pag. 433. & à Sitono pag. 26. artic. 18.

CMIV.

ab HORTO OTHO.

Ferè coævus , & consanguineus celeberrimi Jurisconsulti Mediolanensis Oberti ab Horto , quem mox laudavimus , fuit Otho ex eadem Familia Mediolani progenitus . Hujus prudentissimi Viri tanta fuit apud Concives suos existimatio , ut cum publico Decreto Volumen Consuetudinum pro legibus servandarum , esset emendandum , ad eamque provinciam lectissimi J. PP. assumerentur , inter eos computari meruerit . Commissam sibi spartam usque adeò perfecit Otho , ut nedum quod expetebatur strenuè egerit , verum etiam pluribus additis sanctionibus Jus Municipale infubricum ampliaverit . Perennem igitur commendationem sibi promeruit anno MCCXVI. , quo una cum Collegis ad Patriæ beneficium .

Scriptit :

- I. Volumen Consuetudinum Mediolani pro legibus habendarum , emendatum & auctum .
Ex Collectione non tam laboriosa , quam erudita Comitibus Octavii Archinti .

CMV.

HOSIUS CAROLUS CÆSAR.

Illustris Hosiæ Familia , quæ forsan ab Hoxio Opido adhuc in ditione Bergomenfi prope Vaprium aut ab altero ad radices Montis Briantei extantibus , originem perantiquam traxisse fertur , jam à sæculo XIV. Mediolani florere cœpit in Jacobo de Oxio , Ingressi Ducalis Protophysici Patre , ut Series

A Chronologica ab amicissimo , doctissimoque Advocato Sitono mihi oblata facile demonstrat ab anno reparatæ Salutis MCCCLXX. ad MDCLXVIII. , scilicet à supradicto Jacobo incipiens , & desinens in Theodato , non sine ingenti labore contexta . Ibi plures Viri armis , litterisque celeberrimi inspiciuntur , nos verò ordine alphabeticò servato , primum hîc protulimus Carolum Cæsarem , unum ex V. litteratis fratribus à Jo. Baptista procreatis , de quibus omnibus sermo erit . Ille igitur , de quo agimus , in lucem venit anno Christi MDCXII. ac Scientiis Mathematicis ita se totum devovit , ut in Hydraulica , atque in Architectura tam Civili , quam Militari summopere excelluerit . Patriæ , atque ipsius supremis Moderatoribus peroptimè infervivit , ut videre est ex literis ad Philippum IV. Hispaniarum Regem à Ludovico Ponze-Leon scriptis anno MDCLXIII. , in quibus quantum feliciter Caroli Cæsaris nostri operâ ipse usus sit in rebus difficillimis belli , pacisque temporibus prolixè enarrat . Perpetua erit laus Viri istius inventio quorundam Instrumentorum Mathematicorum , inter quos numerantur Circinus , & alii plures , de quibus ipse loquitur in Opere infra memorando . Erat adhuc in vivis dum Abbas Picinellus anno MDCLXX. suum Athenæum scribebat , & tantum à Sitono discimus quod hæredem suum instituit Hospitalem FF. Sancti Jo. Dei nuncupati . Præter Felicem , Franciscum , & Theodatum , quartum quoque habuit Hofius noster fratrem , Jo. Dominici nomine appellatum , quem nisi mors citò nimis è vivis rapuisset , aliis meritò adjunctus in hac Bibliotheca fuisset ; nam & ipse Carolum Cæsarem in rebus Mathematicis imitatus , jam in Architectura , Sculptura , atque Pictura mirificè excellere incipiebat , ut Picinellus testatus est ; immo multum subsidii erat fratri , de quo nunc agimus ; nam in condendis Instrumentis ad Geometriam , Architecturamque aptissimis peregre eminebat , itaut eadem , una cum plurium Templorum , Ædificiorumque delineamentis , atque Tabulis diligentissimè pictis pænes se custodiret Carolus Cæsar noster , cujus Scripta nunc proferimus ,

Quæ sunt :

- I. Architectura Civile demonstrativamente proporzionata , ed accresciuta di nuove regole , con l'invenzione d'un nuovo Strumento angolare , ec. *Milano* , 1661. *con figure* , in fol.
Idem liber paratus erat pro nova editione plurimum auctus , ut asserit Picinellus .
- II. Opus Hydraulicum , quod prælo paratum habebat , teste eodem Picinello .
Videantur igitur Athenæum ipsius Picinelli pag. 113. & Schedæ Cl. Sironi .

CMVI.

HOSIUS FELIX.

Pro illustranda Gente Hosiæ , maxime juxta quod ad litteras spectat , satis esset Felix noster , si ipsi nos adjicere non statuissemus eximium quoque Cardinalem Stanislaum , rationibus paulo post proferendis . De Felice verò , & ipso Joannis Baptistæ filio , Elogium , quod penè integrum ex Cl. Philippo Thomafino hîc exscribimus , nunquam pænes Eruditorum memoriam est perituum ; nam optima corporis habitudine in lucem editus anno totius Orbis redempti MDLXXXVII. , die verò XII. mensis Julii , & laboribus aptissimus juvenis ab omnibus admirabatur . Literarum ideo studiis , & Græcæ eloquentiæ naviter incubuit , Præceptoribus Viro Cl. Olgiato , & Antonio Salmazia , in Rhetoricis verò Cæsare Incardo è Celeberrima Societate Jesu : quem defunctum noster annos tantum natus XVI. publicatâ Elegiâ deflevit . Hinc Cardinali Friderico Borromæo cum innotuisset , in peculiari Collegio Philosophiæ & Theo-

Theologiæ studiis triennium operam dedit. Quo exacto, cum anno ætatis XXI. Sac. Theologiæ lauream obtinuisset, ibidem docere cœpit, moxque Sacris initiatus, literas humaniores & Rhetoricam in Collegio Helvetico, Munere Præfæcti in eodem peroptime functus; tandem in Collegio Sancti Simonis Rhetoricis docendis adhibitus, triennium suam industriam probavit, ibique Academiam, Incertorum vocatam instituit. Inde Bergomum evocatus, in Collegio Sanctæ Mariæ majoris tribus annis mansit; Ex quo Patavium anno MDCXXI. accitus, publicam Urbis Scholam obtinuit. Ea hinc ingenii documenta dedit; ut plaudentibus Civibus, exacto vix triennio, ab illius Gymnasii Moderatoribus eloquentiæ cathedram ob sua merita fuerit assequutus: quam sexennio publicis privatisque laboribus summâ cum laude sustinuit, Collegæ suo Jo. Thuilio Poëtæ, Philosopho, & Medico magni nominis par habitus: quo cum amicissimè, & conjunctissimè vixit. Miranda in primis Viri erat in docendo familiaritas, magna etiam eruditionis fama; unde prudentissimis Senatoribus Venetis, atque inter alios, Dominico Molino, Francisco Mauroceno, aliisque ejusdem Ordinis gravissimis Viris de instruendâ Bibliothecâ publicâ salubre monitum suggestit, quod tanto applausu exceptum fuit, ut ipsum aucto stipendio, Libris publico usui destinatis præficerent. Prima eidem oblectamenta erant integros dies inter libros hæere, quos ille non exiguo ære paratos summo studio evolvebat lectissimos: scriptioni ita deditus; ut eos quasi in suum succum verteret: qua de causa jure magnus ille Pignorius ipsum Epist. 22. librorum heluonem appellavit. Hoc gloriæ cursu cum jam ad majora in dies aspiraret Felix noster, peste universam Italiam vastante, præcipuè Patavium, cum in pluteis Bibliothecæ erigendis sedulus adest opificibus, febre correptus, septimo morbi die, absque Testamento, post tot litterarios labores, & tot Academias ab ipso partim institutas, partim suis eruditissimis foetibus illustratas, à Summo rerum Moderatore in Cœlestem Academiam (si verbis ipsis Cl. Thomafini uti mihi licet) avocatur, mense Julio, Salutis anno MDCXXXI. cum vixisset annos L., humatus in vicino Templo Jesuitarum nondum eo tempore confecto, sine pompâ, & sine monumento, quod Viro tam illustri verè optandum erat. Loco verò Inscriptionis Sepulchralis Verficulos hos damus, quos ejus Iconi ære incisæ, subditos fuisse narrat Ghilinus in Theat. part. 2. pag. 77.

Hofus hic artis spirat sub luce Magistra;
Quid si animi radios ars daret Artifici?

Et cum ipse Felix tantum Poësim adamaverit, ut in omnibus ferè Collectionibus sui ævi impressis pro Laureis donandis, aut alia quavis occasione, Poëmata ipsius legantur, sicut infra videbimus, juvat hinc excubere Benedicti Sociaci Epigramma I. ex duobus, quæ ipse edidit in ejus laudem.

O felix opera juvenis, quo vate superbit
Insubria, & Latium provocat omne vetus:
Illa tuis numeris felicior exit in auras,
Unde minus felix Attica fertur humus.
Nec tantum sese tollit Verona Catullo,
Blanditurque minus Bilbilis ipsa sibi.
Sic paribus quondam Studiis clamabere felix
Hac Patria Civis, Patria Cive suo.

Quæ ipse scripsit nos diligentissimè colligimus non tantum ex citato Thomafino, aliisque de eo scribentibus, sed etiam aliunde, ut infra patebit, ita ut grato animo Lectores recepturos speremus plura adhuc

de Felice nostro primùm inventa. Ab editis igitur incipiamus,

Videlicet:

- I. Albertini Mustati Historia de Gestis Henrici VII. Imper. emendatissima, additis Notis Felicis Hofii, quas per fatum pertexere non licuit; recusa in Tomo X. Rer. Italic. Script. Rerum Patavinarum Auctores varii, qui hæc genus latuerunt.
- II. Notæ in Ottonis, & Acerbi Morenæ Historiam; sed imperfectæ. Rursus impressæ à Godefrido Guillelmo Leibnitio in Tomo I. Scriptor. Brunswicensium. *Hannovia*, 1707., & continuis animadversionibus adjectis doctissimorum Virorum Saxii, atque Anonymi Ticinensis (idest P. Gasparis Berettæ) iterum editæ in Tomo VI. Rer. Italic. Script.
- IV. Divus Carolus Borromæus. Anagrammatum, & Epigrammatum Centuria singularis.
- V. Sacer Helicon variorum Carminum, Lib. II.
- VI. Funebria in obitu Julii Cæsaris Isnardi Præceptoris sui.
- VII. Drama Jambicum, Triumphus Humilitatis inscriptum, in honorem D. Caroli Borromæi, quo primùm tempore in album Cœlitum esse relatus.
- VIII. Triumphus Prætoris Majestatis, publicè Bergomi exhibitus in Academiæ Marianæ Castis, honori, meritis, & immortalitati Nicolai Gufsoni ejusdem Urbis Prætori Opt.
- IX. Oratio pro decernendo Triumpho ejusdem meritis, & virtuti, habita in iisdem Castris. *Bergomi, apud Cominum Venturam*, 1618. in 4.
- X. Carmina latina, & Italica: Extant in libro inscripto „Raccolta di varj Componimenti „Latini, ed Italiani, fatta da Gio. Battista „Fossati nel Dottoramento di Gio. Battista „Visconti. *Milano, presso il Paganello*, 1608. in 4.
- XI. Epigrammata VIII. Extant in Collectione variorum Poëmatum in Laurea Ludovici Meltii. *Papia*, 1597. in 4.
- XII. Alia Carmina: in libro pro Laurea Antonio Fereno collata. *Papia*, 1610. in 4.
- XIII. Alia in libro pro Laurea collata Cæsari & Marco Antonio Montio. *Papia*, 1617. in 4.
- XIV. Alia Carmina Italica in libro, cui titulus: „Vita, e Martirio di San Fermo. *Como*, 1611. in 8.
- XV. Alia duo Italica, alterum ad Caraffim Episcopum ad Cæsarem Nuncium, in laudem Auctoris; extant in libro, cui titulus: „Florilegium Mediolanens. Antiquit. Joannis „Antonii Castillionis „de quo jam diximus.
- Reliquorum, quæ incœperat, paucis Orationibus exceptis, hunc ipse vivens, ætatis suæ anno XXXII. vulgavit Indicem: quem nunc curiosis non ingratum fore speramus.
- XVI. Romano-Græciæ, seu de communibus utriusque populi moribus, & institutis, Commentarii II.
- XVII. Juveniliū Epigrammatum Libri VI.
- XVIII. Ritus utriusque Reliquiæ, Sacri pariter & Profani, subcessivis horis collectæ, & in Centurias XVI. distributæ.
- XIX. De Sepulchris, & Epitaphiis Ethnicorum Libri VI.
- XX. De Sepulchris, & Epitaphiis Christianorum Libri VI.
- XXI. Syntagma de Hermis, Hermathenis, Hermerotis, Hermeraclis.
- XXII. Selectarum Epistolarum Libri II. quorum alter ad Familiares; alter ad Eruditos missus.
- XXIII. Elogia Scriptorum illustrium utriusque ævi.
- XXIV. De Epigrammate Tractatus publicè traditus Mediolani in Academiæ Taëgianæ Scholis.
- XXV. Bufalora Cl. V. Octavii Balsami: in qua mixtim Sententiæ præcipuè veterum illustratæ, deque felicitate progymnasmatibus aliquot disputatum.
- XXVI. De universa Arte bene dicendi, eruditissimæ, atque utilissimæ Quæstiones.
- XXVII. Oeconomia Artis, qua M. Tull. Ciceronis Orationes omnes sunt habitæ, vel conscriptæ.
- XXVIII. Adagiographia novo-antiquis Proverbiis referta. Librorum totidem, quot Scriptorum.
- XXIX. Prælectiones solemnes in omnes M. Tullii Ciceronis Epistolas ad T. Pomponium Atticum, Brutum, & Q. fratrem, cum Annalyfi Grammatica, Rhetorica, Ethico-politica, & Notis.
- XXX. Poëtarum, & Historicorum vindiciæ: quibus errata

rata potissimum, quæ in eorum Libros Typographorum incuriã, vel aliorum inscitia hætenus irrepserunt, ope MSS. Codicum amoventur.

- XXXI.** Inscriptionum antiquitatem insimulantium, Liber primus.
- XXXII.** Apologia pro Inscriptione Sacelli Cl. V. Petri Antonii Longoni, Regii apud Mediolanenses Consilii à Secretis: in qua Sacrarum hujusmodi Inscriptionum leges ostensæ breviter, & exemplorum appositione firmatæ videntur.
- XXXIII.** Academiæ Marianæ, ab eo Bergomi restituta anno MDCXVIII, auspiciã, primordia, & progressus.
- XXXIV.** Epicedia cum lachrymis in obitu Reverendiss. Jo. Baptistæ Milani Episcopi Bergomaris.
- XXXV.** Hercules in Bivio, cum Orationibus Virtutis, & Voluptatis ad eundem: Elogiis etiam Michaëlis Dotti, personam Herculis egregiè sustinentis.
- XXXVI.** Cura prima in T. Calphurnii, & Nemesiani Eglogas.
- XXXVII.** Schediasma de Veterum Statuis, & Monumentis.
- XXXVIII.** Commentariolus de variã Latinarum inter se literarum cognatione.
- XXXIX.** Orationum diversis in Collegiis, & Academiis publicè habitarum, Volumen primum.
- XL.** Præfationum, & Chrejarum inibi præscriptarum, Volumen alterum.

Quibus mihi datum est addere etiam III., quæ sequuntur Opuscula à me inspecta inter MSS. Codices Bibliothecæ Ambrosianæ.

- XLI.** Disputatio de optimo Oratore.
- XLII.** De partibus Orationis in particulaci.
- XLIII.** De numero Oratorio Tractatus. Sunt ista in Cod. MS. sign. O. num. 41. in 4.
- Edi quoque curavit Gerardi Maurisii Historiam Patavinam; Antonii Godii, & Nicolai Smergi Chronica; nec non Monachi Pataviani Chronicon, ac Ricciardi Comitæ Sancti Bonifacii Vitam; quæ omnia typis commissa fuere in Tomo VIII. *Ret. Italic.*
- Exat ad eum Epistola Josephi Laurentii, data Lucæ MDCXIX., inter Epistolas ejusdem impressas Patavii 1640., nec non ipse Laurentius ei dicavit Dissertationem XVII. Libri I. suæ Polymathicæ.
- Jo. Gerardus Vossius, Vir Orbi notus, suum de eo judicium in erudito de Latinis Historicis opere celare noluit: ubi eum disertissimum professorem appellat. Nec minor de eo Danielis Heinsii, Maurisii, Scriverii, Barlæi erat opinio. Henrici quoque Puteani affectum sibi devinxerat.
- Innumeri etiam alii ipsum laudarunt, nempe Augustinus Terzagus, & Benedictus Sociacus pluribus Carminibus. Lafor à Varea. Bailletus in Libro: „ Jugemens des Sçavants, Tom. I. dans les Critiques Grammaticiennes. Papadopolus in Historia Gymnasii Patavini Tom. I. pag. 358. Borserius in Supplemento C. 12. Muratorius in Tomo VI. pag. 951. & T. X. pag. 27., nec non Saxius in Tomo VI. pag. 953. & VIII. pag. 69. *Ret. Italicæ.* Leibnitiis loco supra citato. Abbas Picinellus in Athenæo pag. 183., & Sitonius in Schedis.

CMVII.

HOSIUS FRANCISCUS.

DE Joanne Baptista Hosio loquentur omni ævo eruditi in recensendis Operibus, scientiisque illius literatorum filiorum, nam quinque numero in hac mea Collectione non infimum locum obtinent: Inter ipsos merito est Franciscus Jurisconsultus & Causidicus Collegiatus, qui ob morum integritatem, atque Jurisprudentiæ peritiam munus Syndici inclytæ Civitatis Mediolanensis sustinuit. Nec tantum in supradicta facultate mirificè illuxit, sed etiam Philosophiæ, atque amœnioribus literis deditus, magnam sui nominis gloriam adeptus est, ut facile agnoscat Lector ab ipsius lucubrationibus, quas partim nunc primum infra recensebimus. Obiit verò ex cancrena die XVIII. Martii anno MDCLVIII. omnium bonorum mœrore; ætatis verò suæ LXIII.

Tom. I.

Scriptis:

- I.** De antiqua Tabellionum nobilitate, contra vulgatam Doctorum sententiam. *Mediolani, apud Rollem.* 1636 in 8.
- II.** Apparatus Jurisprudentiæ. *Antuerpiæ, 1654. ex Bibliotheca legali Fontana.*
- III.** Carmina Latina, & Italica in lib. „ Poësie Italiane, „ e Latine di Diversi per la partenza di Zaccaria Sargredo, Podestà di Verona. *Verona, 1618. in 4.*
- IV.** Carmina V. Italica, vulgo *Sonetti*. Extant in libro inscripto: „ Raccolta di Sonetti di Giacomo Guaccimani. *Ravenna, 1623. pag. 192.*
- Eidem Clarissimus olim Jatrofophus Joseph Baptista Sitonius suorum Jatrofophiæ Miscellaneorum impress. 1641. 1669. & 1676. in 4. Tractatum VI. in hæc verba nuncupavit: „ Legum Perito præstantissimo, Causidicoque Excellentissimo D. Francisco Hosio S. P. D. Pro D. Marcellina Hosia ejus Sorore canceroso mamilla tumore laborante. Datum Mediolani ex Adibus nostris: IV. Calend. Januarii. MDCXXXIV. Ipsum laudavit Carmine Augustinus Terzagus, atque Elogio decoravit Abbas Picinellus in Athenæo pag. 214.

CMVIII.

HOSIUS GULIELMUS.

Vix ex Oenobarbi excidio revixit Insulbrum Metropolis, Reiquepub. denuò formam assumpsit, lecti sunt continuò Consules, quorum prudentiã universæ Civitatis regimen fulciretur. Horum nomina posteris non invidit Gualvaneus de la Flamma rerum Patriæ suæ Historicus illustris, qui eos inter enumerat Guilieum Hosium, sive de Osis, eo munere functum anno MCLXXI. Hic novæ Urbi novas leges congruenter ferendas cum Collegis arbitratus, tantum onus subire non renuit, ratus, nec immerito, se beneficium immortalis dignum memoriã collaturum in Patriam.

Vulgavit ergo:

- I.** Multa Statuta Mediolanensi Populo perutilia. Agit de eo post Gualvaneum citatum lib. XIII. cap. 54. Comes Octavius Archintus in uberrima Collectione sua toties à nobis laudata.

CMIX.

HOSIUS HIERONYMUS.

Fateor ingenè, quod anceps diù fui, & adhuc sum de Patria Hieronymi Hosii, cujus Opera præ manibus habui in revolvendis penè sine numero Codicibus tam editis, quàm MSS. tot Bibliothecarum, de quibus memoriã egi in Indice Auctorum, locorumque, quorum ope hæc mea Bibliotheca laboriosè est constructa; sed cum nomen & ætas conveniant optimè cum Hieronymo, qui legitur in serie Chronologica familiæ Hosiæ, mihi libentissimè à docto, humanissimoque Viro millies laudato Siono, subministrata, ideo ipsum hic recensendum esse decrevi. Fuit igitur Hieronymus, qui inter Hosios Mediolanenses numeratur, Sigismundi filius, atque in Patria non tantum Decurio anni MDXIII., sed etiam Victualium, ac Lignorum Judex: in primo munere anno MDXLIX., in secundo verò anno MDLXXXVIII., sed cum Opera, quæ infra dabo, nec ad hominem Jurisconsultum spectare appareant, nec Mediolani unquam Typis tradita fuerint, affirmare non audeo, quod revera sint Hieronymi Mediolanensis; quocirca vitio mihi non tribuat Lector, & mecum tantum conqueratur, quòd si Auctor infra scriptarum lucubrationum Mediolanensis non est, sibi tribuat hunc errorem, eo quia Patriam suam nullo in loco palam fecisset. Immo ut melius Lector benevolus agnoscat, quod nulla libido augendi numerum Mediolanensium Scriptorum me induxit

Z z z z

induxit

induxit ad hunc Hieronymum Hofium inter eos recensendum, sciat quod alterum Hofium Sigismundi nomine inveni à Lafor à Varea relatum, qui Librum scripsit de Dogmate circa Trinitatem, tum spargi coeptum in Polonia, Coloniae impressum anno MDLXV., & Venetiis, cum aliis Operibus (nescio tamen an sit ejusdem Auctoris) anno MDLXXV. attamen cum ætas minimè sit ipsa Sigismundi Hofii Mediolanensis, Hieronymi atque Heleonoræ Coriæ geniti, qui in vivis erat, atque in numero J. PP. Nobilium Mediolanensium anno MDCXXXIII., libenter ipsum dimisi, contentus hinc tantum addere Inscriptionem eidem Sigismundo Mediolanensi positam in Sacello B. M. Virg. sine labe conceptæ in Franciscano Templo hujus Urbis, ne ipsa cum aliis pereat, ob magis illustrandam Gentem hanc Hofiam.

CVRS ET SOLLICITUDINIBVS SVIS

JOH. ANDREAE

SIGISMVNDI I. C. COLLEGIATI
ET IOH. BAPTISTAE FILIORVM
AC EORVM POSTERORVM

FINEM HVNC

HIERONYMVS HOSIVS POSVIT
ANNO MDIC.

Hæc sunt quæ edidit Hieronymus Hofius, de quo supra egimus.

- I. Hieronymi Hofii, Res Gestæ Ducum Austriae, & Caesarum Romanorum à Rudolpho I. ad annum MDLXIII *VVitemberga*, 1563. in fol.
- II. Dithmarsici belli gestæ anno MDLIX. à Rege Danicæ &c. Descriptio, extat in Tomo III. Rerum Germanicarum Simonis Schardii pag. 46., & *Basilea*, 1579. pag. 2002., & *seorsim Argentorati*, 1569. in 4. & 1574. in 8.
- III. Domini Friderici Danicæ Regis Coronatio, facta anno MDLIX. die XX. Augusti, descripta Carmine. Extat apud dictum Schardium Ref. Germ. Tom. III. pag. 65., quem consule.
Videndus etiam Cl. Sionus in *Theat. Nob.* pag. 167. Art. 683. & in suis Schedis.

CMX.

HOSIVS OROSIVS.

Orosius Hofius Mediolanensis jam litteris excultus, & Sacerdotio insignitus sub Leone de Carate, de quo cum laude nos jam loquuti sumus, in Monasterio Sanctæ Mariæ Casoreti, secundo ab Urbe lapide sito, Canonicorum Regularium, quos Lateranenses dicimus, Institutum amplexus est. Inde probationis explevit annum in Monasterio Fridgonariæ in Agro Lucensi; anno postmodum octavo à Religionis ingressu Congregationi Generalis Vicarius præfuit, eoque munere functus, Casoreti Monasterium rexit, ad eam dignitatem assumptus anno MCCCXXIX. Totis postmodum annis XXV., quibus vixit, semper inter Prælatos recensitus, plura Collegia rexit, & post Definitoris officium, anno MCCCXXXVIII. communibus suffragiis Generalis Rector renunciatus

est. Eo Magistratu peracto, tertium Censor instituitur, postmodum Consiliarius Ordinis. Pluribus Religioso Viro dignis virtutibus illuxit, & doctrinæ laude claruit. Animam Deo reddidit circa annum MCCCCLVI. ætatis suæ LXIII., evensis in Ordine annis XXXVIII.

Scripsit :

- I. Commentarium in Italem Prophetam Librum unum.
 - II. Item in Hieremiam Prophetam Librum unum.
 - III. Item in Danielem Prophetam Librum unum.
 - IV. Item in Ezechielem Prophetam Librum unum.
- Hæc se vidisse Papæ apud Basiliam Serenium testatur Rosinus in *Lycæo Lateranensi lib. XIII.* pag. 144. De ipso quoque agit *Picinelus in Athenæo* pag. 416.

CMXI.

HOSIVS STANISLAUS.

Postquam de Gente Hofia tam prolixè differimus in Viris literatis supra recensitis, Stanislaum toto Orbe celeberrimum minimè prætereundum esse censo, etsi Cracoviæ natum, occasione, quâ Uldericus ejus Pater cum Anna Coniuge illuc perrexerit. Vir iste Mediolanensis Patritius, dum Bona Sfortia Vicecomes, Joannis Galeacii Mariæ Mediolani Ducis VI. filia, cui erat à Secretis, Sigismundo Poloniae Regi nupsisset, cum ipsa ad Sarmatiæ Regnum transiit, ideoque etsi Stanislaus noster primam lucem vidisset, ut innuimus, Cracoviæ die VIII. Aprilis anno Christi MDIV. Mediolanensibus Scriptoribus jure merito non est eripiendus. Porro ipse Patavii studuit sub Lazaro Bonamico Bononiensi, unâ cum Reginaldo Polo, cum quo, tanquam Basilius & Nazianzenus Athenis, familiarissimè vixit. Lauream inde in nostro Bononiensi Archigymnasio obtinuit, & in Poloniam reversus, unquam studiis vacavit, itaut ob singulare ingenium, ceterasque animi dotes omnibus admirandus, suis dumtaxat meritis, in Senatu Polono sedem obtinuerit. Bibliothecam Cracoviensem pluribus Codicibus auxit. Incredibile penè est quantum Hæreticorum sectas & scriptis, & Consiliis suis oppugnaverit, & quot, quantosque ab erroribus revocaverit. Julius III. Pontifex Maximus Episcopum Culmensis, inde Varmiensis Stanislaum nostrum elegit, qui pro pace Ecclesiæ gravissimas Legationes, cum apud Carolum V., & Ferdinandum Imperatores, tum præcipuè in Sacro Concilio Tridentino Pii IV. Pontificis nomine obivit, itaut in dubium revocetur an Purpuram Sacram ipse à supradicto Pontifice collatam. V. Kal. Martii anno MDLXI., aut ipsum Purpura illustraverit. Præfuit primò Ecclesiæ Sanctæ Sabinae, deinde Sancti Laurentii in Pane & Perna, mox Sancti Pancratii & Sancti Clementis, postremò Sanctæ Mariæ trans-Tyberim. Pœnitentiarius quoque major à Gregorio XIII. electus est, obiitque Capranicæ in Domino, Salutis nostræ anno MDLXXIX. die V. Augusti, ætatis verò suæ LXXVI. Cadaver Roman delatum, magno Populorum concursu Sepulchrum habuit in Ecclesia Sanctæ Mariæ Transyberinæ, ad dexteram Aræ maximæ sub Imagine Assumptæ Virginis, Musivo Opere factæ. Orationem habuit funebrem Canonicus ejusdem Ecclesiæ Thomas Tretterus, quæ legitur in Tom. III. Operis Cl. Ciaconii, sequenti Epitaphio ibi apposto, quod Cl. Sionus dedit etiam non integrè, ut infra :

D. O. M.

STANISLAO HOSIO POLONO

S. R. E. PRESB. CARDIN.

VARMIENSI EPISC. MAIORI POENIT.

VITAE SANCTIT. ERVDIT.

ET ELOQ. GLORIA CELEBERR.

CATHOLICAE FIDEI PROPUGNATORI ACERR.

QVI CVM ANTIQVAE PROBITATIS ET EPISC. VIGILANTIAE

CONSTANTIAM IN HVMLITATE CHARITATE CASTITATE

BENEFICENTIA EXPRESSISSET HAERETICAS SECTAS SCRIPTIS

ET CONSILIIS SAPIENTISS. FERVENTER OPPVGNASSET

MVLTVS AB ERRORIBVS REVOCASSET

GRAVISSIMISQVE LEGATIONIBVS PRO PACE ECCLESIAE DEI

CVM APVD CAROLVM V. ET FERDINAND. CAES.

TVM PRAECIPVE IN S. CONCIL. TRIDENT.

PII IV. PONTIFICIS NOMINE FELICISS. PERFVNCTVS

CHRISTIANAE REIPVB. PLVRIMVM PROFVISSET

OMNIVM VIRTVTVM LAVDIBVS ET EXEMPLIS

AD IMITANDVM ABVNDANS

OBDORMIVIT IN DOMINO NONIS AVG. ANNO SAL. MDLXXIX.

AETATIS SVAE LXXVI.

STANISLAVS HOSIVS PATRVO ET STANISLAVS RESCIVS PATRONO

BENEFICENTISS. EXECVT. TESTAM. POS.

Opera tanti Viri in unum corpus collegit, atque evulgavit Allemanius Finus Cremenfis. *Venetis, apud Nicolinum, 1573. in fol.*, & postea *Lugduni*; sed certe non omnia, ut facile videbunt Lectores ab his quae infra dabimus, nam sparsim edita quoque fuerunt Romae, Parisiis, Lugduni, Antuerpiae, Coloniae, Lovanii, Moguntiae, Cracoviae, & alibi, nec tantum in Gallicam, Italicam, Germanicam, atque Polonicam linguam versa, sed etiam in Anglicam, Belgicam, & Arabicam translata, ideoque tanti Viri memoria perpetua encomio non fraudabitur. Alia vero MSS. adhuc delitescunt.

Scriptit igitur elegantissime;

- | | |
|------|--|
| I. | Confessionem Catholicæ Fidei, quem librum in diversis Orbis partibus quater & trigies recusum, ac in varias linguas versum oculis ipse suis vidit. Quod de ceteris ab Auctore nostro impressis evenisse narrat Oldoinus in Ath Rom., sed hac in re fallitur doctissimus ceteroquin Historicus. |
| II. | Examen confœderationis Hæreticorum. |
| III. | Excursionem ejusdem confœderationis. |
| IV. | Alteram excursionem ejusdem confœderationis. |
| V. | Propugnationem veræ, Christianæ, Catholicæque Doctrinæ adversus Prolegomena Joannis Brentii, pro Petro Soto, elegantissime editam. Deinde verò Petrus Paulus Vergerius apud Polonos defendendam suscepit. <i>Parisiis, 1560. in 8.</i> |
| VI. | Judicium & Censuram de adoranda Trinitate adversus Ministros Tigurinos, & Heidelbergenses. |
| VII. | Recantationes septem, quas a Fabio Quadrantino, cum factus esset ex Lutherano Catholicus, publicè ad aliorum instructionem, & exemplum recitari, & evulgari voluit. |

A VIII. IX.

Epistolas Catholicas insignes de Religione num. CCXXXII.

IX. Epistolam Duci, & Gubernatoribus Reipublicæ Genuensis, datam Tridenti pridie Nonas Octobris, anno MDLXI. in qua respondet litteris eorundem, in quibus agunt de beneficiis à Stanislao collatis in Rempublicam pro controversiâ Finariensi. Tum hæc subdunt: „Præter id, quod nobis est commune cum multis, ut doctrinam, sapientiam, vitæ tuæ sanctitatem, admiremur, hoc jam habemus ab humanitate tua, quod nos ornet, nosque ad ipsos propriâ, ac præcipuâ quadam benignitate referatur. „Quanti enim illud est, Card. Hosium, at quem virum? à quo nimirum Christiana Resp. ob divinam Scientiam fere pendet universa, sentire ita de nobis honorificè, nosque ultro officiis, atque humanitate provocare &c. Extat in Libro cui Titulus: „Epistolæ Clarorum Virorum, de quamplurimis optimæ ad indicandam nostrorum temporum eloquentiam. *Venetis, 1568. in 8. ad pag. 156.*

B

X.

Epistolam ad Stanislauum Orechovium, de loco, (idest in Ecclesia Dei, & Conciliis) & auctoritate Rom. Pontificis. Præfixa etiam est Orechovii Epistolis. *Colonia, 1567. in 8.* Adest quoque in Bibliotheca Pontificia Rocaberti T. XIX. pag. 385.

XI.

De Actis cum Elbingensibus, & aliis Hæreticis.

XII.

De Actis in Legatione Germanica.

XIII.

Dialogus de Sacro vernacule legendo. Extat etiam in Collectione Auctorum Sacræ Scripturæ translationem damnantium, pag. 5.

XIV.

Hæc omnia typis consignata sunt, quæ sequuntur MSS. reliquit.

XIV. Conciones in Evangelia Dominicalia, manu ejus propria, Latina, Germanica, & Polonica lingua scriptas.

XV.

XV. Latini Sermonis observationes, & Sermones Sacros. Ita refert Starovollicius in Scriptorum Polonicorum Ecatonte.

XVI.

- XVI.** De expresso Dei Verbo, libellum hoc tempore maximè necessarium.
- XVII.** Dialogum de eo: num Calix laicis, & Uxores Sacerdotibus permitti debeant, ac Divina Officia, seu Missam vulgari lingua celebrare fas sit.
- XVIII.** Orationes Funebres duas in Exequiis Poloniae Regum Sigismundi I. & II.
- XIX.** Apologiam pro Romana Curia, & Urbe.
- XX.** Tractatum pro Episcopali Ecclesiastica, & Civili Jurisdictione contra Politicos.
- XXI.** Collationem veteris Ecclesie cum hac nostra.
- XXII.** Explicationem Salutationis Angelicæ.
- XXIII.** De oppresso Dei Verbo.
- XXIV.** Litteras ad Flaminium Nobilem, qui S. Joannis Chrisost. Orationes ad Viduam Juniorem latinas a se redditas ad illum miserat.
- XXV.** Epistolas plures ad D. Carolum Borromæum latinas; extant in magna Collectione Ambrosiana, a nobis millies recensita.
- XXVI.** Litteras ad Pium V. Pontificem cum Pileum rubrum accepisset, refert Eggs in Tomo IV. Purpuræ doctæ pag. 614.
- XXVII.** Ejus Testamentum; ext. apud Ciaconium ad calcem ejus Vitæ.
- XXVIII.** Fragmentum nobile ejus Orationis habitæ ad Regem Sigismundum adversus Augustanam confessionem Gedani refert supradictus Eggs loco citato, pag. 671.
- Multæ ad eum scriptæ fuerunt insignium Virorum Epistolæ, inter quas Pauli IV. Pontif. una apud Oldovinum, data Romæ anno MDLVIII. die 8. Martii, qua Stanislaus nostrum ad Urbem vocabat, aliæ verò plures supra memorati Divi Caroli Borromæi. Duæ etiam latine Reginaldi Card. Poli, primæ in supradicta Collectione, secundæ verò in MS. Bibl. Ambros. sign. I. stum. 229. in fol. Herculis Gonzagæ, Aloysii Effenis, Jacobi Putei, Guglielmi Sirleti, Petri Victorii, Lazari Bonamici, aliorumque. Ipsi etiam Vitam scripserunt latine Stanislaus Rescius in superiori Elogio memoratus, Romæ editam 1587. in 8. Gallicè verò Isaacus Bullart in Libro inscripto: „Academie des Sciences, & des Arts Tom. I. pag. 64.
- Innumeri verò hunc magnum Virum laudarunt, quos inter Ludovicus Cavanus Parmensis Epigrammate, quod est in T. III. pag. 326. Carminum illustrium Poëtarum Italicorum, Lafor a Varea, Bailetus in Lexico Critico pag. 800., omnes supra relati, atque Sitonius pag. 84. artic. 226.

CMXII.

HOSIUS THEODATUS.

Quintus hic est filius Joannis Baptistæ Hosii, & ipse literatissimus, ut faciliè demonstrant ejus Opera tam edita, quam inedita, quæ nos infra recensebimus. Ad illustriorem autem Hosiorum memoriam juvat hic addere, quæ Clarissimus Sitonius in suis Schedis adnotavit, nam Lampugnino Hosio, & ex Antonio fratre nepotes extiterunt Leonardus anno MDXVIII. ex LX. Decurionibus Mediolani, & Ludovicus fratres de Hosii, quorum binæ ex marmore Inscriptiones meminerunt, prima videlicet in Ecclesia Collegiata S. Nazarii in Brolio P. R. altera in veteri Ecclesia S. Angeli PP. Minoritarum. Nudipedum P. N. Mediolani, tenoris ut sequitur:

M. D.
 QVOD VNVM MALI SOLATIVM SVI RELIQVIT
 LVDOVICO FRATRI OPTIMO
 DIRA MANV OB PRAEDAM RAPTO
 LEONARDVS HOSIVS
 PRO LVCTV ATROCISSIMI CASVS
 MONIMENTVM POSVIT
 IDIVS DECEMBRIS MDV.

DIRAE ET RAPACI DEXTERAE
 HEV SCELVS FECIT
 VITAM HOSII LVDOVICI OPESQVE PRAEDAM ESSE
 FORTVNA NVNQVAM AEQVE NOCENS
 VIRVM QVANDO FIDVM
 OPTIMVM SIC PERDIDIT
 LEONARDVS FRATER QVOD VNVM FAS FVIT
 PIO LVCTV INIVRIAE
 TESTEM ADDIDIT GRAVI SAXVM.

A Theodatus interim noster sola ætate annorum XI. ut fertur, Historiam fabulosam scribere aggressus est, idemque Picinellus affirmat, in tenebris suo nomine, ut in more habuit, abscondito. Juvenilibus annis postmodum transactis, ad legales Leges ediscendas non tantum se dedit serio, sed in ipsis maximam laudem ab omnibus Jurisperitis obtinuit. Philosophicas, Mathematicas, Historicas, aliasque facultates toto cœlo à Jurisperitis distitas, ita coluit Theodatus, ut ambiguum sit, in quibus magis ipse excelluerit. E vivis excessit post medium sæculi præteriti, & plures libros tam impressos, quam MSS. Ambrosianæ Bibliothecæ legavit. Videant interim, Lectores humanissimi, quantum luminis Vir iste laboriosissimus, etiam sæculo non tam litteris claro, dederit, doctis ipsius fœtibus, quos hic diligenter proferimus, nempe

- I.** G' Inganni Comedia. Ex Picinello.
- II.** Argomenti di favole rappresentative. Ex eodem.
- III.** Fabulosa Historia, vulgò *Romanzo*, in partibus V. distributa. Ex eodem.
- IV.** L'Armonia del nudo parlare, ovvero la Musica in ragione di numeri Pitagorici della voce continua. Milano, 1637. in 8.
- V.** Meditationes Rhythmicæ in duas partes distinctæ. Ex Picinello.
- VI.** Cadmeja seges, hoc est admirandus humanæ vocis ortus, natura, & usus à Theodato Hosio, Mathematico discursu demonstratus. Hunc librum refert Picinellus, sed breviori titulo, neque indicat an ipsum viderit, necne, impressum, aut MS. Ego verò præ manibus eum habui in Bibliotheca Ambrosiana, ubi reperitur in Codice MS. in folio parvo, inter eos in 4. sign. N. num. 345 pagg. 111. præter Indicem.
- VII.** De Architecturæ, & Agrimensuræ Nobilitate, ad Joannem Baptistam Sitonum Dissertatio: Joanni Baptistæ Trotto dicata. Mediolani, apud Rollam, 1639. in 8.
- VIII.** De Arte Historica libellus. Mediolani, 1653. in 8.
- IX.** Novarum Opinionum, & Sententiarum Sylva. *Fracosurti*, apud Zubrodt, 1669. in 8., & *Francorum*, 1672. Ipsum Opus vidi MS. in Bibliotheca Ambrosiana Codice sign. D. num. 9. pagg. 284. cui junctum est alterum sic inscriptum.
- X.** Somniorum Metaphysicæ, & Physicæ contemplationes, separataque eorum, quæ vera sunt ab eis, quæ falsa, indicia pagg. 48.
- XI.** De numeris Pythagoreorum. MS. autographus, extat in supradicta Bibliotheca Ambrosiana Cod. sign. D. num. 15.
- XII.** Aritmethica Pythagoreorum, sive ars inventrix Sapientie à Theodato Hosio restituta, partes II. MS. in fol. sign. D. num. 32. Extat ibidem.
- XIII.** Aritmethicæ, Geometricæ, Arithmicæque rerum Idea à Theodato Hosio noviter explicata, & in duas partes distinctæ, quarum una Theoriam, altera Praxim facultatis sciendi per numeros, sive restitutam Pythagoreorum doctrinam pollicetur. MS. in fol. sign. G. num. 80. pagg. 112. Extat ibidem.
- XIV.** Dell' occulta Musica del verio, nove investigationi di Theodato Ofio. MS. in 4. Autographus optimæ notæ signat. N. num. 125. pagg. 266. Extat ibidem.
- XV.** De Uterino Vagitu: „Egregio Philosophiæ, & Medicinæ Doctori, & Scriptori D. D. Joanni Baptistæ Sitono amico charissimo. De Uterino Vagitu. Egregii Jurisconsulti, acutissimique Philosophi D. Theodati Hosii, in Auctoris gratiam Dissertatio. Extat inter Miscellanea Sitoniana. Præfatio J. C. Theodato Hosio Clariss. olim Jatrofophus Joannes Baptista Sitonius suæ Jatrofophiæ Miscellaneorum tractatum IV., & XVII. impress. an. 1641. & 1669. & 1676. in 4. in hæc verba nuncupavit: „Egregio Musarum alumno amicoque dilectissimo D. Theodato Hosio: infelicis Brutatorum ex funtorum esu casus, & de fungorum natura tractatio. Dat. ex ædibus nostris Mediolani Idibus Novembris 1632. Acutissimo occultioris Philosophiæ indagatori, amicoque suo dilectissimo D. Theodato Hosio S. P. D. An D. Caroli ex Capitaneis de Vicomercato morbus, & mors veneno, an potius iræ ex amore adscribi debeat. Vale ex Lycæo nostro Prid. Non. Octobris 1636. Elogium ei texuerunt Abbates Ghilinus & Picinellus, ille in suo Theatro p. p. iste verò pag. 499. sui Athenæi; videndæ quoque sunt Schedæ Sitonianæ.

I

A JESU MARIA ANGELUS.
V. STAMPA GEORGIUS.

ILLUMINATUS A MEDIOLANO.
V. BRUNUS ILLUMINATUS.

CMXIII.

IMBONATUS CAROLUS JOSEPH.

Religionem non uno nomine claram, quam Divi Bernardi, ob strictiorem observantiam, Reformatam vocant, Familiamque etfi inter Mediolanenses Nobilem, nec non Patriam ipsam summopere illustravit Carolus Joseph Imbonatus; nam pietati, literisque deditus, sub Viro celebri Julio Bartholoccio Linguam Sanctam peregre didicit. Sacrae quoque Theologiae Professor eximius tam laudabiliter, prudenterque inter Suos se gessit, ut Insulae Abbatiali insigniri meruerit. Floruit exeunte Saeculo proxime transacto, composuitque omnium Eruditorum plausu, quae sequuntur,

Videlicet:

- I. Bibliothecam Latino-Hebraicam, sive de Scriptoribus Latinis, qui ex diversis Nationibus contra Judaeos, vel de re Hebraica, utcumque scripsere, additis observationibus Criticis, & Philologico-Historicis, quibus quae circa Patriam, aetatem, Vitae institutum, mortemque Authorem consideranda veniunt, expendantur. Coronidis loco Adventus Messiae a Judaeorum blasphemis, ac Haereticorum calumniis vindicatur; Sacrarum Scripturarum, SS. Patrum, Conciliorum, Rabbiorumque suffragiis obfignatus; geminas Dissertationes Theologico-Historico-Dogmaticas completens, una Messiam in lege promissum advenisse, veteris Testamenti, & Rabbiorum calculis demonstratur: altera omnes ferme Haereses contra Divinitatem, & Humanitatem Christi Domini referuntur, & reselluntur ex Hebraico, Graeco, Latinoque Codice auctoritatibus depromtis: Praemittitur Chronotaxis totius Sacrae Scripturae, qua statuitur Natale Christi Domini anno ab Orbe condito MMMM. Roma, ex *Typographia Sac. Congreg. de Propaganda Fide*, 1694. Tom. I. in fol.
 - II. Chronicon Tragicum, sive de Eventibus Tragicis Principum, Tyrannorum, Virorumque fama, vel nobilitate illustrium &c., a primo in Orbe terrarum Monarcha, usque ad XVII. Saeculum Christi Domini, &c. Roma, Typis *Haereditum Corbellotti*, 1696. Pars I. & II. Tom. I. in 4.
- De eo Julius Bartholoccius *Biblioth. Rabbin. Part. IV. pag. 229. & 279.* Carolus Joseph Morotius *Cist. Reform. Hist. Par. III. pag. 132.* & seq. Armellinus in sua Bibliotheca *Benedictino-Cassinensi*; in Appendice pag. 15., & Clarissimus Sironus in *Monumentis Familiae Imbonatae. MS. in fol. penes Auctorem.*

CMXIV.

INGRESSUS THADEUS.

THadeus Ingressus vetustissimam Mediolanensem ortus Familiam non modicam apud Cives suos existimationem prudentiae & aequitatis promeruisse fertur. Premente enim arctissima simul, atque diuturna obsidione Metropolitani Insubrii Friderico I. Augusto, cum aliis Viris sapientibus ad hanc rem delectis, populares rixas, quae nimium obesse Patriae poterant, cujus salus tanto in discrimine versabatur, compositurus, plures labores pertulit. Donec tandem optata inter Cives affulsit concordia ob promulgata ab ipso cum Collegis loco suo laudandis, anno MC-LXI.

- I. Statuta inter Creditores & Debitores Mediolani observanda. Ex *Collect. Co. Octavii Archinti. Tom. I.*

CMXV.

INNOCENTIUS BERNARDINUS.

Oppidum non vulgare, quod Pallantia vocatur, ad Lacum Verbanum situm, Patria fuit Bernardini Innocentii, ideoque celeberrimus Cotta pluries a nobis laudatus ipsum in suo Museo Novariensi intulit, nam Pallantia amplissimae Dioecesi Novariensi adscribitur, dominio vero Urbis Mediolanensis obedit, quapropter inter nostros Scriptorum etiam iste jure merito enumerandus est, sed tam breviter a Picinello relatus fuit, ut si abundantiora a Cotta supra dicto non recepissimus, nimis parca de ipso loqui nobis datum fuisset. Ad Studia igitur Legalia juvenili aetate Ticinum noster se contulit, sed a Condiscipulis effreni vitae nimis deditis, ad vitia primorum annorum consueta, tractus, carcere cum aliis Studiorum fociis multatus est, ex quo sagaciter elapsus, Bononiam se recepit, ibique moribus compositis, Lauream in Juribus decoratur in eadem inclyta Universitate. Ad Sacra deinde vertitur, habituque Clericali induto, Patriam revisit, ubi plura ab adversariis sustinere coactus, prudentiam, virtutibus, atque naturali affabilitate exornatus, ipsos vicit, ita ut in patrocinandis causis, in Foro, & penes ipsum Regem Catholicum Philippum IV. magnum nomen sibi acquisiverit, immo Didaco Zapatta Magno Cancellario intercedente, Fiscus Patronus in toto Mediolanensi Dominio creatus est, sed tanto munere diu frui ei interdixit mors bonorum hominum invida, ita ut post paucos dies ei honor tantum fuerit in sequenti Epitaphio reservatus; nam e vivis abiit anno Christi Millefimo sexcentesimo sexagesimo primo, qui suae aetatis erat quinquagesimus secundus. En ergo supra dictum. Elogium, quod in Ecclesia Sancti Leonardi jam dicti Oppidi legitur:

BERNARDINVS INNOCENTIVS I. C. EXCELL

PUBLICAE NATVS FELICITATI

SIBI SVIS PATRIAE ORNAMENTO

CAVSARVM PATROCINIO

ADVOCATVS INSIGNIS

QVAMDIV VIXIT

GRATVITO PATRIAM

LEGIBVS VOCE CALAMO

PROPVGNAVIT

OMNIBVS VNICE CARVS

OMNIBVS LVCTVOSVM

SIBI EXTREMVM DIEM OBIT

ANNO AET. LII.

COMMVNIS QVIETIS VINDICI

HIC TVMVLATO

COMMVNE PALLANTIAE

BENEFICII VINDEXT DOLENTIS

GRATIQVE ANIMI MONVMENTVM

POSVIT AN. SAL. HVM. MDCLXII.

Scriptit:

- I. Opusculum de Successione Municipali. Quod non parum prodest ad illustrandum Jus Municipale Mediolanense ad

Aaaa

ad

ad Rubricam *delle Successioni ab intestato*. Proponit Auctor, & solvit præcipuas, & frequentiores in hac materia quæstiones, breviter quidem, sed doctè, atque prudenter, & non tantum utitur autoritatis viribus, sed ratione potissimum nititur. *Mediolani, apud Ludovicum Montium, 1656. in 4.*

II. *Consilia num. DCC. ad Statuta Mediolanensia illustranda apprimè congruentia. Vol. IV. MSS. servantur apud Heredes.*

III. *Ad Novas Constitutiones Mediolanensis domini Commentaria: ad hoc Opus conficiendum totus Auctor noster ita se dederat, ut ad patrocinandas causas, se ipsum evocare decreverit, sed morte præventus, tantus ejus labor imperfectus relictus est. MS. ibidem.*

Ita supralaudatus Cotta in Museo Novariensi pag. 83., Augustinus Fontana in Amphiteatro par. 1. pag. 519. & paucis verbis Picinellus in Athenæo pag. 88.

CMXVI.

JOANNES.

Tot inter Scriptores Medicos, de quibus hæc mea Bibliotheca gloriari potest meritò, numerandus in primis est Joannes, de quo nunc agimus, cui Picinellus Ferrarii cognomen addidit, nescio tamen quibus tabulis fultus, nam nec ipse ullum documentum in medium attulit, quod ad id probandum aptissimum foret; ex tot verò Auctoribus infra à nobis recensendis, nec unus tantum est qui verbum faciat de Ferrario agnomine, etsi perexactè à me quæsitò. Floruit quidem Joannes noster sæculo XI., & primus est, cui Clarissimus Curtius in suo Opere de Scriptoribus Medicis, centies à nobis memorato, locum dedit. Liber igitur, quem scripsit, à nobis infra memorandus, famam perpetuam ei acquisivit, immo auxit, nam in magna existimatione apud Viros doctos oportet jam antea fuisse, cum Robertus Normandiæ Dux ipsum selegerit ad sibi curandum vulnus in dextero brachio ei inlatum, ex quo Fistulâ conceptâ laborabat. E Palæstina Robertus ipse redux, post bellum ibi peractum ad Coronam Anglicam accipiendam, mortis causa Gulielmi Ruffi ejus fratris, appulit Salernum, ibique parentibus suis invisendis, qui paulò ante Coloniam Normannicam Salerni firmaverant, aliquantulum subsistit. Schola Medicorum Salernitana eo tempore florebat, ex qua methodum curandi vulneris Rex ille accepit, ipsumque versibus Joannes noster omnium cum laude descripsit, qui incipiunt:

Anglorum Regi scribit Schola tota Salerni &c.

Clarissimus verò Joannes Gerardus Vossius in libro V. de natura Artium optimè contendit non esse posteritati traditum integrum Joannis Opus, his verbis: „Videtur autem is liber longè auctior initio fuisse; nempe versuum 1639., sicut à Joanne Georgio Schenkio in Bibliotheca Medica proditum est. At in vulgatis libris solum 373. reperiuntur. Sunt tamen qui habeant 664., vel etiam 1096. Anglorum is Rex, cui Opus id dedicatum fuisse videtur, Robertus Normanniæ primogenitus Guilielmi Nothi, sive Conquæstoris, Normanniæ Ducis. Ac scriptus videtur, cum is Robertus è Palæstina in Apuliam rediisset, & ob fistulam è vulnere venenato, de ea, & valetudine tuenda, consulisset Salernitanam Scholam. Nec obstat, quòd liber hic scribatur Anglorum Regi, at Robertus non regnavit in Anglia. Nam Regnum ei debitum, quod eo absente minor natu frater Guilielmus Rufus occupavit. Ac pro eo recuperando bellum gessit cum fratre Guilielmo, sed ab eo victus fuit. De quo pluribus Renatus Moreau in Prolegomenis eruditarum Animadversionum, quibus memoratum Opus illustravit. „Quidquid sit præ manibus omnium Joannis Mediolanensis labor excurrebat, primum hoc titulo: „Regimen Sanitatis Salerni. „In Codd. MSS. verò inscribatur: „Flos Medicinæ „atque in fine ferè omnium sic legebat

A tur: „Hoc Opus optatur quod Flos Medicinæ vocatur. „Immo supralaudatus Curtius asserit ad calcem Codicis Tulloviani notatum reperiri: „Explicit Tractatus, qui dicitur: Flores Medicinæ, „compilatus in Studio Salerni à Mag. Joan. de Mediolano, instructi, Medicinalis Doctore egregio, „cujus compilationi concordarunt omnes Magistri „illius Studii. „Recentiores verò editiones habent ut infra. „Schola Salernitana, sive de conservanda „valetudine. „Schola verò ipsa majus nomen accepit anno tantum Christi MCL., dum Federicus Oenobarbus Regno Neapolitano potitus est, atque favore illius hæc promulgavit, ut refert Zacharias Sylvius in Præfatione cap. 3. Scholæ Salernitanæ, ex Chronico Cassinensi cap. 38. lib. 2. „Ne quis ad „faciendam Medicinam admitteretur, nisi à Medicis Collegii Salerni, aut Neapolitani probatus, ac „consecutus esset potestatem medendi, quam licentiam vocant: sub pæna carceris annui, & proserptionis omnium fortunarum. „Laudatus Curtius eruditè notat ad libitum forsan tunc fuisse unicuique Artem Medicam exercere, etsi jam quinquaginta annis elapsis inter Leges à Rogerio Siciliæ Rege & Salerni Principe promulgatas in XVII. sic reperitur. „De probabili experientia Medicorum, quæ cavebatur, ne quis Medicinam exerceret, nisi „prius à Magistratibus, & Judicibus probatus: Qui „fecisset secus, bonis omnibus spoliaretur. „Nec interim Lectores nostros nimis defatigemus, referre hîc congruum minimè duco, quæ plurima eruditione differit Curtius in præcitato suo Libro ad Scholæ Salernitanæ originem spectantia, scilicet in annum CMLXXIV. Regnante Bonifacio VII. Pontifice, & de tempore quo in Italia initium habuerit Medicinæ facultas, à Romanorum temporibus incipiendo, usque ad Sæculum XIV. ex optimis Auctoribus, atque integris quindecim paginis expressa, nam facile unicuique id videre est in eodem Opere, summa cum Auctoris laude elaborato. Nos interim ad Joannem redeundo, qua ratione Librum suum versibus scripserit, à Zacharia Sylvio loco citato sequentibus verbis accipimus, ubi de Rege Roberto sermonem habens, & de Auctoris nostri Libro sic ait: „Is autem „erat natione Nortmannus; at apud Nortmannos „genus hoc carminis tritum, familiare, jucundum. „Nihil penitus apud eos æternâ memoriâ dignum. „consignabatur, nisi eo carmine. „Nunc ad editiones describendas ejusdem Operis transeamus, quas post titulum, à pluribus Scriptoribus non sine labore excerptas dabimus: sed juvat antea referre Epigramma Zachariæ Sylvii in laudem Auctoris nostri:

Non opera periere tua, labor iste peribit

Nunquam. Posteritas non tua scripta negat.

Hactenus incerti placuerunt Carmina multis;

At tua, quæ posthæc fama vigebit, erit.

E Tandem de supradictis editionibus commendatissimi Operis Joannis Mediolanensis nunquam oblivioni tradendi Clarissimum Joannem Jacobum Mangertum audiamus; reliqua verò ad calcem hujus Articuli remittimus, etsi nullo annorum ordine in designandis impressionibus servato, nam perturbatio ipsa evitari minimè potuit.

I. Schola Salernitana, hoc est, de Valetudine tuenda; Opus novâ methodò instructum, infinitis versibus auctum, Commentariis Villanovi, Curionis, Crelii, & Constanconi illustratum, adjecta sunt Animadversiones novæ, & copiosæ Renati Moreau Parisiensis. *Parisiis, ap. Thom. Bastum, 1625. & 1673. in 8. Francof. apud Joan. Saurium, 1612. in 12. cum Villanovani in singula capita exegefi, & Jo. Curionis recognitione. Accedentibus aliis aliquot Opusculis. Antuerpiæ apud Joan. VVithagium, 1562. in 16. Cum isdem Parisiis, apud Hieron. de Marnes, 1580. in 12. Francof. apud Cbr. Egenolphum, 1551. & 1568. in 8. Idem Opus accuratè emendatum, ac in unam paginam redactum.*

cum Indice, & de Vi&u ac Cult&u ratione tetraſti-
chis XII. expoſita, ſimplicium meliorum, ac ſpecierum
Medicinalium electione, prodit *Roma*, apud *Andream
Pbaum*, 1615. in folio patenti. Itidemque ex recen-
ſione Zacharie Sylvii, Medici Roterodamensis, cum
ejuſdem Præfatione. *Roterodami*, apud *Arnoldum
Leers*, 1649. in 12. *Ibidem*, 1657. in 12. *Ibidem*, apud
vandum, 1667. in 12. *Haga Comitum*, ex *Officina Ar-
noldi Leers*, 1683. in 12. *Ratiſpona*, ſumptibus *Joannis Zach.
Seidelii*, 1722. in 12. Hæ ſunt novæ editiones, & ali-
quot Medicis Opusculis auctiores. Ab aliis verò inve-
ni idem Opus ſic inſcriptum: *Joannis de Mediolano,
Schola Salernitana, ſeu Regimen Sanitatis per Docto-
res Salernitanos*, cum enarrationibus *Arn. Noviocome-
nſis*, & *Jo. Curionis*. *Antu*. 1557. in 12. *Col.* 1606.
in fol. parvo in 12. & 1562. in 16. & cum iſdem *Parifis*.
Utrajeſi, 1667. in 12. *Venit.* 1587. in 8., 1580. in 12.
Francof. 1551. in 8. 1568. in 8. *Roterod.* 1649. in 12.,
1617. in 12. *Colon.* 1606. in f. 1660. in 8. *Amſtel.* 1657.
in 12. 1647. in 12. & Latine, ac Germanice, cum
Arnoldi de Villanova Francof. 1568. in 8. *Colon.* 1595.
in 8. extat etiam in *Parnaſſo Medico Illuſtrato* à *Jo.
Joach. Becher.* *Ulma*, 1663. in fol. & Gallice Latine
en vers burleſque per Anonymum, à *Paris* 1671. in 12.
Grenoble, 1657. in 8. & Gallice par le *Long Paris*
1646. in 8. & Gallice par *Geoffroy Tilliir.* à *Paris* 1561.
in 8. & Gallice par un *Incertain*, avec le gloſſe d'*Ar-
naud de Villaneuve*, à *Paris*, in 4. & Anglice in to
English verſe, *London.* 1624. in 8. 1607. in 8. & An-
glice by *R. H. London.* 1634. in 4. & Belgice Ver-
taelt-door *I. G. Amſterdam*, 1658. in 12.

Ita ſupradicti *Joannes Jacobus Mangetus* in *Bibl. Scri-
ptorum Medicorum Tom. II. p. II. pag. 292.* *Bartho-
lomeus Curtius* in libro: *Notizie Iſtoriche intorno a'
Medici Scrittori Milanefi pag. 8.* *Laſor à Varea*, *Za-
charias Sylvius* loco citato, *Voffius de natura Artium*
lib. V., *Joannes Georgius Schenkius* in *Bibliotheca
Medica*, *Placius* in *Theſauro Anonymorum*, & *Pſeu-
do-Anonymorum Tom. I. pagg. 27. & 252.* in quibus
conſulendum monet *Joannem Deckerum* de ſcriptis
adeſpotis, *Fridericum Geiſlerum*, & *Picinellum* in *Athe-
neo Mediolaneniſi pag. 297.*, atque alii penè innume-
ri.

CMXVII.

JOANNES alter.

Non ego ſum primus, qui antiquis *Mediolanen-
ſibus* *Scriptoribus* *Joannem Presbyterum* hunc
addo, nam *Clariffimi Viri Joannes Petrus Puricellus*,
atque *Petrus Paulus Boſca* de ipſo mentionem jam
habuerunt locis infra citandis. Floruit *Joannes* hic
ante *Bonini Mombritii* tempora (& de iſto *Elogium*
dabimus litterâ M.) teſte eodem, nam in *Tomo II.
Vitarum Sanctorum* aſſerit à *Joanne* noſtro mutuaſſe
Acta infraſcripta. Cenſendum interea eſt, quod
plura alia *Auctor* iſte litteris demandafſet, ſed tem-
poris injuria, nempe poſt III. ſæcula, periſſe facile
creditur. Dignum igitur eſt, quod iterum poſteri-
tati producamus

Hæc ab eo ſcripta :

- I. *Acta Sanctorum Martyrum Sophiæ ; Fidei, Spei, &
Charitatis Virginum* ejuſdem filiarum.
Meminerunt hujus Operis *Bollandiſtæ Tom. I. Auguſti*
in *Actis* earundem *Kal. ejuſdem Menſis §. II. numero*
XI. & ante ipſos *Puricellus* *Diſſert. Nazar. cap. 42.*
num. 13. necnon *Boſca*, qui addit hæc *Acta* à *Joan-
ne Presbytero Mediolanenſi* conſcripta ſe vidiffe in
Cod. MS. Sacrarum Sancti Franciſci, de quo diximus
in *Anonymis*, & id habet in *Notis ad diem XXX.
Septembris* in *Martyrol. Mediol.*

CMXVIII.

JOANNES ALOYSIUS.

Quercum, ut ajunt, omnem excuſſimus, ut noſſe
liceret quiſnam ille ſit *Joannes Aloyſius* à *Me-
diolano*, cujus *hifloriam Derthonenſem* me-
morat *Tatti* loco infra citando. Verumtamen, quam-
vis labor noſter omnino irritus fuerit, & *Eruditum
Virum* laude ſua, & hanc *Metropolim* ornamento
ſpoliare auſi non ſumus, cum non parum gloriæ in
Mediolanenſes redundet, quod aliarum quoque *Ur-*

A bium monumenta conſcripſerint. Religioſo alicui *Or-
dini* adſcriptus fuiſſe videtur *Scriptor* iſte, & quidem
alicui ex auctorioribus, quibus familiare eſt, ut om-
nes novere, cum ſæculo, terreniſque omnibus, fa-
miliz quoque cognomen deponere, atque deinceps à
Patria nuncupari. *Ætas* fortè plura proferet.

Scriptit

- I. *Iſtoria di Tortona*.
Citatur à *laudato Tatti* in *Annalibus Comenſibus Tom.*
I. in *Indice*.

CMXIX.

JOANNES BAPTISTA.

Quantacumque adhibita per nos fuerit diligentia,
ut aliquid notatu dignum de præfato *Joanne
Baptiſta Mediolanenſi* haurire poſſemus; atta-
men nihil aliud invenire nobis licuit, præterquam-
quod *Eremitarum Divi Auguſtini* inſtitutum ample-
xus fuerit in hujus *Urbis Cœnobio D. Marci*. Eum-
demque propterea eſſe putamus, quem adhuc *Stu-
dentem Prior Generalis* memorati *Ordinis Eremita-
rum* anno *MCCCLVIII. die XVIII. Julii* indulſit *Le-
ctori F. Andreæ Serazonio Mediolanenſi*, pariterque
Auguſtiniano, & qui aliquanto poſt ad *Episcopatum*
Placentinum evectus, dein ad *Brixienſem* translatus
fuit, ut *Oxonium* ad *Theologiam* legendam profe-
cturo ſibi comitem adſciſcere valeret. Cæterùm
apud *Scriptores*, quotquot evolvere potuimus, *Au-
guſtinianenſis* etiam *Ordinis*, excepto *Mſto ſæpelau-
dati Philippi Vicecomitis* de *Conventu S. Marci*, ex
quo pauca ſupra enarrata delibavimus, altum de hoc
Joanne Baptiſta, deque ipſius familia, geſtis, ſcri-
ptisque ſilentium. Placuit igitur è tenebris illum erue-
re; ac *Opus* ab eo poſteris relictum, aſſervatumque
in *Bibliotheca Cœnobii S. Mariæ Coronatæ* *Medio-
lani*, atque à nobis inſpectum, indicare ſub hoc ti-
tulo, videlicet

- I. *Traſtatus integer de Reſtitutionibus*. *MS. juſtæ molis*;
Sæculi XIV. litteris rubro-nigris in fol. Extat ut ſu-
pra.

CMXX.

JOANNINUS.

Dubium fortæſſe *Lectoribus* eruditis ſuboriri poſ-
ſet an *Joanninus* hic, de quo nunc verba fa-
cturi ſumus, idem ſit cum eo, quem *Joannem* ſupra
laudavimus, & revera nobis quoque eadem ſuſpicio
fuit arbitrantibus, vel cognomen eſſe (ut ex ſequen-
ti articulo, in quo occurret *Joannes Baptiſta Joanni-
nus*) vel fortè diminutivum, ut ex *Joanne Joanninus*
fuerit appellatus. Cùm tamen ex ætatis ſupputatione
reperiatur inter utrumque magnum temporis inter-
vallum, nobiſcum certo certius ſentient quotquot pa-
gellas iſtas pervolutaverint, ut ſcilicet diſtinguendos
censeant, quamvis ambo *Sanctorum Acta* conſcri-
pſerint, eorumque *MSS. Opera* eodem loco ſerven-
tur. *Joanninum* autem hunc *Mediolanenſem Civem*,
fuiſſe cùm ex aliis argumentis diſcimus, tum etiam
ex eo quod *Sanctorum præcipuè geſta* proſequatur,
qui in *Ambroſiana* coluntur *Eccleſia*. *Ætatem*, qua
floruit, indicat diligentiffimus antiquitarum ſcrutator
Petrus Paulus Boſca, qui loco infra citando ante
annos fermè quingentos & ultra *Codicem Joannini*
ſcriptum fuiſſe teſtatur, cumque *Boſca* ipſe mox lap-
ſo ſæculo exeunte inter vivos eſſet, conſequens eſt,
ut *Auctor* noſter ad ſæculum *XIII.* ſit referendus.

Opus ejus ſic eſt inſcriptum

- I. *Acta plurimorum Sanctorum*. *Codex* in *Membrana*
conſcriptus. In fine ſic legitur: „ Deo gratias.
„ Amen. Talis ſum *Scriptor*, *Joanninus* nomine vo-
„ cor. Amen. „

Eum

Eum servari in Sacratio Basilicæ olim SS. Naboris, & Felicis, nunc Sancti Francisci, testatur Petrus Paulus Bosca in Martyrol. Mediol. in Notis ad diem. XXX. Januarii; sæpe quoque hunc citat Codicem. Joannes Petrus Puricellus.

C M X X I.

JOANNINUS JOANNES BAPTISTA.

Joannes Baptista Joanninus parentibus Ludovico, atque Joanna de Curtis Gialdina, primam lucem aspexit Mediolani anno Nativitatis Christi MDCXXXVI. die verò XII. mensis Januarii. Studiis amœnioribus optimè exactis Lauream in Chirurgia suscepit, spe maxima de ipso ab omnibus ejusdem facultatis concepta, die XII. Augusti MDCLVIII. Nec eandem spem Vir iste fefellit, nam in curandis vulneribus non parum famæ sibi acquisivit in Patria. Postquam in Hispaniam est profectus, ita illius virtus in omnium oculis effulsit, ut denuò Lauream in facultatibus Medicis, atque Chirurgicis die vigesima quinta Januarii, Reparationis nostræ anno MDC-LXVII. insigniri meruerit in Collegio S. Jacobi Zebedei Urbis Salamanticæ. Tam feliciter, tam prudenter se gessit Joannes Baptista noster, ut non solum in militibus curandis magnum nomen adeptus sit, sed & etiam à celeberrimo Joanne Austriaco, penes se vocatus extiterit ad professionem suam exercendam. Carolus quoque II. Hispaniarum Rex in singulari existimatione ipsum habuit, sicuti tria ipsius Regis Diplomata ostendunt, favore Joannini nostri, quorum primum datum est die octava Junii MDC-LXXXI. ad S. Stephani Comitem Regni Siciliæ tunc Proregem, secundum verò die tertia Decembris ejusdem anni ad Comitem de Melgar Mediolani Gubernatorem, tertium die octava Julii MDCLXXXV. eidem Comiti S. Stephani inscriptum. Gloriam Auctoris nostri auget Oratorium Deiparæ Virginis *della S. I. and* vocatæ, magnis ejus impensis in Oppido Gravedonæ, ad Lacum Larium ab ipso extractum, ibique ejusdem Virginis Statuam ex Hispaniâ transferri jussit, & magno Incolarum plausu anno MDC-LXXXVIII. publicè, honorificentèrque erigi curavit. Nec his Vir pius iste contentus, Oratorium ipsum pretiosis, sacrisque suppellestilibus exornavit, & sacro quotidiano Sacrificio dotavit, quod adhuc ad suæ familiæ jus pertinet. Dum Catholico Regi supradicto optimè interviebat, mortalitatem deposuit, totius Aulæ, ipsorumque Principum mœrore in Matritensi Urbe anno MDCXCI. die XXVI. Decembris. Nunquam verò virtus ipsius oblivioni tradita erit ob erudita Opera ab eodem composita, quæ sunt, etsi non ex integro, ut optandum erat, à Curtio relata.

- I. *Physica Dissertatio anno MDCLXXIX. Typis data, quæ post annorum sex spatium in Gallicam linguam versa, sequenti titulo prodiit: „Dissertation Physique, ou l'on montre les mouvemens de la fermentation; les effets des matieres nitreuses dans les corps sublunaires, & les causes, qui alterent la pureté de l'air de Madrid: présentée a S. A. Don Jean d'Autriche par Jean Baptiste Joanini Milanois, Docteur en Medicine, & Chirurgie de la Chambre de son Altesse: traduite d'Espagnol en François par Jean Joseph Cortial, Docteur en Medicine. A Toulouse par Desclaux &c. 1685.*
- II. *Nuova Idea Fisica natural demonstrativa &c. Escrivela Ivan Bapista Ivanini, natural de el Estado de Milan, Doctor en Medicina, y Cirugia, que fue de Camera de su Alteza el Sereniss. Señor Don Ivan de Austria. En Caragoca, por los bersdos de Domingo la Puyada, 1685. in 4. Opus hoc dicavit Eminentissimo Cardinali Porto Carrero, Toleti Archiepiscopo, & Hispaniarum Primati.*
- III. *Della nuova Idea Fisica &c. pars altera, unâ cum secretis medicinalibus denuò inventis, quam Carolo II. Regi Hispaniarum dicavit anno MDCLXXXIX. Ita Curtius in libro de Scriptoribus Medicis Mediolanensibus pag. 193.*

A SANCTO JOSEPH.

Vide RIPA ISIDORUS.

A SANCTO JOSEPH.

V. STAURENGUS CHRISTOPHORUS MARIA.

C M X X I I.

ISOLA SAMPSON.

Sampson Isola filius Davidis Medici Empyrici Chimi, olim filii Joannis Antonii, & Lauræ de Oppizonibus conjugum, ætatis non adhuc mediæ tam constanter assidueque studia amœniora coluit, ut inter meliores Grammaticos, atque Poetas sui ævi recenseretur. Plura erant ab ipso expectanda felicioris ingenii causâ, quo præditus summopere erat, si mors nimis intemptivè ipsum non sustulisset febre frænetica, ob quam ex alto se miserè loco præcipitavit. Hoc accidit anno circiter MDCXI., postquam panè in scenam litteratorum se protulerat Opere frequenti, neque aliud quod præ manibus habebat, & ferè ad umbilicum productum, perficere potuisset.

Hæc duo sunt:

- I. Carminum Libri V. *Mediolani*, 1611.
- II. *Regulæ Profodiæ ad novam trutinam vocatæ Vol. II. MSS. in 4. extabant apud suos. Ita Picinellus in Athenæo pag. 486. atque Schedæ Sironianæ.*

C M X X I I I.

ISOLANUS ISIDORUS.

Inter alias difficultates non paucas, in quas incidendum hanc Bibliothecam Scriptorum Mediolanensium construere aggressus sum, non infima adnumeranda est illa, ut in Præfatione generali jam monui, in feligendis scilicet Auctoribus ab indicibus Bibliothecarum, aliisque Catalogis, ubi tantum nomina, & cognomina Scriptorum inveniuntur, absque ulla ipsorum Patriæ indicatione. Res omnibus satis ardua, magis verò homini extero, cui plurium Virorum cognomina nunquam credibile fuisset, inter Mediolanenses fore recensenda, de iis maxime, quorum familiæ aliis Civitatibus videntur, ut ita dicam, solummodo attribuendæ. Ita mihi accidit præcipuè in Isidoro Isolano, de quo nunc agimus, quem primo aspectu Bononiensem esse mihi persuaseram, & ita exempli gratia dici potest de Morosinis, Grimaldis, Spinulis, aliisque hujus generis, qui in aliis Urbibus summopere elucet; at tamen Isidorus noster Patriam habuit Mediolanum, & in Cœnobio S. Mariæ Gratiarum ipsius Civitatis inter Patres celeberrimi Ordinis Prædicatorum Alumnus, Philosophiam, & Theologiam variis in Studiis Congregationis Lombardiæ annis pluribus professus est; Bononiæ demum in generali Gymnasio sui Ordinis Baccalaureus primum, tum & Regens Sententias legit, quas posteris reliquit inter ingenii sui monumenta. Vir certè omni prope scientiarum genere præstantissimus, dicendique facilitate & puritate gratus, ut ejus scripta facile demonstrant à nobis infra recensenda, melius certè quam in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, aliis peregre illustratis à laudatissimis Quetif, & Eccard; nam plura fors præ manibus mihi obtulit, quam illis datum non fuit, ut facile conferentibus patebit. Annum verò mortis tanti Viri minimè Sui servavere; erat tamen inter vivos anno MDXXII., nec unquam moriturus est Orbi erudito ex sequentibus, quæ scripsit

Videlicet:

- I. De Imperio Militantis Ecclesiæ Lib. IV.
- II. De Dignitate ejusdem Imperii.

III. De

- III. De Majestate Romani Pontificis.
- IV. De Concilio Generali.
- V. De vario temporum decursu è prædicatione Evangelii, usque ad finem Mundi. Sic ad Lectorem loquitur Auctor: „ Habes quoque Lector ingenue suis locis ordinatas Disputationes, Philosophis, „ Juris Pontificii Doctoribus, ac Theologis perutilles: De prædicatione Evangelii apud Insulas magni Maris Oceani: De conversione Infidelium, „ de Hæreticis, de Schismaticis, de connexione „ omnium Scientiarum, de cognitione futurorum, „ secundum Divinas litteras &c. „ ad Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Dionysium Brigonetum, Episcopum Magloviensem. Sunt omnes uno Volumine in fol. in cujus fine sic legitur: „ Finis IV. & ultimi Libri de Imperio militantis Ecclesiæ F. Isidori de Isolanis Mediolanensis, sacri Ordinis Prædicatorum, Lectoris „ Veronæ in Cœnobio S. Anastasiæ: in die S. Jacobi „ Apostoli, idest XXV. Julii MDXV. Impressi verò „ Mediolani, de licentia habita à Rev. D. Ortone „ Castillonæo, tunc Locotenente Reverendiss. D. „ Archiepiscopi S. Mediolanensis Ecclesiæ, die XIV. „ Octobris MDXVI. atque Venerandi P. F. Ludovici de Landriani S. Theologiæ Baccalauri Licentiat, Vicarii Reverendi Inquisitoris Mediolani Ord. Prædic. „ Adfunt duæ Epistolæ, altera „ F. Joannis de Paganis Ord. Præd. Reverendo in „ Christo P. & Domino Joanni Petro de Chalco Præposito Sanctæ Mariæ de la Scala; altera Auctoris ad eundem Chalcum. *Mediolani, apud Gottardum Ponticum, anno 1517. Francisco II. Regni Francorum, ac Mediolani Ducatus Sceptra tenente; Mediolanensis cum Senatus Præsede sapientissimo, & humanissimo D. Joanne de Selva.*
- VI. De Regum, Principumque omnium institutis Liber Fr. Isidori Isolani Mediolanensis Ord. Præd., ac Congregationis Lombardiæ. In fine sic habetur: „ Finis Libri de Institutis Regum, Principumque „ omnium editi à F. Isidoro de Isolanis &c., diligentique cura æneis litteris à Joanne Jacobo Belonio, quàm emendatissimè compacti *Mediolani, ex Officina Magistri Petri Martyris, & Fratrum de Mantegatis, cum gratia & privilegio à Senatu Mediolani, quod nemo præsens Opus imprimat, aut alibi impressum venale deferat in Ducatu Mediol. sub pœna in eo contenta; in fol. sine anno. Legitur etiam Epigramma Pii Bononiensis „ ad Illustrissimum Imperatorem D. Joannem Jacobum Trivultium Mediolanensem.*
- VII. Opus de Veritate Conceptionis Immaculatæ Virginis Matris Dei Mariæ, ex Doctoribus Scoto, & S. Bonaventura, in quo, omni postposito affectu inordinato, Sanctorum Doctorum Veritas, ac Pape Sixti determinatio explanatur per F. Isidorum Isolanum. *Mediolani, apud Gottardum de Ponte, 1510. in 4. Hoc non viderunt, aut dissimularunt eruditi Quetif, & Eccard, aliique Scriptores Ordinis Prædicatorum.*
- VIII. In Averoisitas de Æternitate Mundi.
- IX. De velocitate Motuum F. Alberti de Saxonia Ord. Prædicatorum, in Epitoma redactum per Isidorum de Isolanis. In Dissertatione verò Historica de ducentis Augustinianis Scriptoribus edita à P. Fr. Dominico Antonio Gandolfi Augustiniano, impressa *Rome, typis Joannis Francisci Buagni, 1704. in 4. pag. 39.*, ubi agit de Alberto de Rickmerstoffen Augustiniano, legitur hæc adnotatio: „ Adest Tractatus de velocitate Motuum sub nomine Alberti de „ Saxonia Ord. Prædic. in Epitomen redactus à „ Fr. Isidoro de Isolanis. *Papæ, 1513. in 8.*, qui nihil aliud est, quam Opus de Proportionibus nostri Alberti (scilicet Alberti de Rickmerstoffen „ Augustiniani). Deleatur itaque è Bibliotheca „ Dominicana Ambrosii de Altamura noster Albertus. „
- X. De igne Inferni.
- XI. De igne Purgatorii.
- XII. De dispositione dantis, & recipientis Indulgentias.
- XIII. De modo remissionis factæ per Indulgentias. Hæc VI. articula sunt in uno tantum Volumine impressi *Lugduni, 1519. Quædam seorsim typis prodierant Papæ, 1513. & Mediol. 1517. in fol. tum simul omnes impressæ sunt Ticini, 1522. & Garziæ de Loysa Magistro Ordinis nuncupatæ, postea iterum Lugduni, apud Carolum Pefnot, 1580. in 4. cum Opere supradicto Alberti de Saxonia.*
- XIV. Summa in quatuor partes divisa de Donis S. Joseph Sponsi Beatissimæ Virginis Mariæ, ac Patris putativi Christi, docet, disputat, meditatur, enarrat Isidorus de Isolanis; ad Adrianum VI. Pontificem; inchoata MDXIV. Martii in Oppido Fontanelatæ, completa Papæ anno MDXXI. *Papæ, apud Jacobum Paucidrapium, 1522. III. Kal. Septembris; in fine adest Officium Sancti Joseph, Tom. I.*

A

B

C

D

E

- in 4. „ En Lector ingenue novum Opus ac pluribus incognitum sæculis, tametsi altissima quæ „ prosequitur, & comprobatur Mytheria, Doctores „ minimè latuerint Catholicos ingenio perspicaces. „ Equidem ignota Scholasticis hæc disputantur, haud „ exercendi profectò gratia ingenii, sed adorandam „ ob majestatem Christianæ lucis, summa in quatuor „ secta partes de Donis S. Joseph Sponsi Beatæ „ Virginis, ac Patris putativi Christi Jesu, Dei „ immortalis. „ Hæc sunt verba Quetif, & Eccard.
- XV. Officium integrum S. Joseph cum Missa propria pro ejus festo ab eodem F. Isidoro compositum, & ad calcem addit, se hoc Opus in loco S. Joseph Fontanelatæ confecisse anno MDXIV. & correctionem complevisse Papæ anno MDXXI. die „ XX. Novemb. „ Porro ex hoc tractatu cultum „ erga Sanctum Patriarcham antiquiorem colligas, „ quam vulgo putetur. „ Etiam hæc scripserunt Quetif, & Eccard.
- XVI. De immortalitate humani animi. *Mediolani, 1520. in 4. Ex iisdem.*
- XVII. Ex humana Divinaque Sapientia Tractatus: De futura nova Mundi mutatione ad Adrianum VI. humanæ Reipub. Sceptra tenentem.
- XVIII. Oratio de Laudibus auræ Mensæ Solis famossimæ.
- XIX. Expositio Psalmi LXXVII. Hæc tria sunt uno Vol. Isidoro Isolano Auctore, ad Joannem Ruffum Archiepiscopum Cosentinum. MDXXIII. Kal. Feb. *Bononiæ, apud Hieronymum Benedicum, 22. Julii, in 4. in fine adest Epistola Leandri Alberti in laudem Auctoris, atque hujus Operis ad supradictum Ruffum.*
- XX. Inexplicabilis Mytherii gesta B. Veronicæ Virginis, præclarissimi Monasterii S. Marthæ Urbis Mediolani, sub observatione Regulæ D. Augustini, Libri VIII. interprete Isidoro de Isolanis &c. Ex Archivis Mediolanensibus. *Mediolani, apud Ponticum, 1518. die 3. Aprilis, in 4. Opus Franciæ Regibus Francisco I. & Claudiæ Mediolani Ducibus ab Auctore nuncupatum, ex Ædibus D. Mariæ Gratiarum MDXVII. in solemnibus S. Michaelis. Habetur etiam in Actis SS. Mensis Januarii apud Bollandistas, Tom. I. pag. 887. Vidi ego quoque hanc Vitam in Italicum versam, sequenti titulo in duobus editionibus, nempe: „ La Santissima e prodigiosa Vita della B. Veronica da Binasco, Monaca nel Monastero di S. Marta, scritta in Latino dal M. Rev. Padre F. Isidoro Isolani da Milano, e tradotta in lingua Toscana dal Sig. Sebastiano Cavazzi Dottore di Legge. „ *Pavia, per il Rossi, 1629. in 4. con figure; & sic: „ La Vita e Visione della B. Veronica, Monaca nel Monastero di S. Marta di Milano, tradotta dall'Idioma antico nel moderno dal Sig. Francesco Bonardo. Milano, per il Monza, 1669. in 8.* Ipsamque vulgavit Ruffinus Belingerius, Mediolanensis Archiepiscopi Vicarius, & eam nuncupavit Jo. Antonio Borsano Ecclesiæ Sancti Pauli in Compito Parocho.*
- XXI. De Patriæ Urbis laudibus Panegyricus, in quo gestorum ejusdem Urbis, totius Galliæ Cisalpinæ Metropolis, habetur Epitoma; ad Alphonsum Vicecomitem Patriæ Præfectum dicata. *Mediolani, apud Jo. Baptistam Bidellium, 1619. in 8. secunda editio. Dicta autem fuerat anno MDXVIII. die XI. Maji in Comitibus Congregationis Ord. Præd. utriusque Lombardiæ Mediolani coactis, præfente Vicerege, & primoribus Urbis aditantibus. Oratio elegans.*
- XXII. Divinum Epitoma Questionum in IV. Libros Sententiarum à Principe Thomistarum Joanne Capreolo Ordinis Prædicatorum disputatarum, editum per Fratrem Paulum Soncinatem S. T. D. his additis, quæ idem morte præventus perficere nequivit per F. Isidorum de Isolanis Mediolanensem ejusdem Prædicatoriæ Professionis, & in Universitate Bononiensi S. T. Baccalaureum, ad Franciscum I. Francorum Regem Potentissimum, *Papæ exactissima cura impressum per solertem Virum Paucidrapium de Burgofranco, anno Domini 1522. die 22. mensis Aprilis, in 8.*
- XXIII. De Viris Illustribus Ord. Prædic. Ex Picinello.
- XXIV. Libellus contra Magos.
- XXV. De immortalitate Animæ. Hæc duo Opuscula impressa sunt Mediolani uno Volumine, anno 1506. sine ullo Typographi nomine in 4. Liber rarissimus, atque Scriptoribus Ord. Prædic. profusè ignotus. Præter relatos Auctores, scilicet Quetif, & Eccard in Biblioth. Scriptorum Ord. Præd. sæpè laudata Tom. II. pag. 50. & 336. laudarunt Isidorum nostrum Leander pag. 142. A. sub nomine Isidori Mediolanensis; exhibetque eum scilicet anno MDXVII. etsi nondum inter Doctores adnumeratum, jam quædam sua Opuscula, aut trivialia, bajulantem; laudant etiam Lusitanus, Pius, Fernandez,

B b b b

B b b b

andez, Altamura ad MDXXI., & Rovetta ad MDKXX. Paulus Moriggia in Nob. Mediol. lib. III. cap. XXIX, & in Historicis Mediol. lib. I. cap. LX. Possevinus in Apparatu Sacro Tom. II. Verderius in Supplem. Biblioth. Gesneri, Ghilinus in Theatri p. 2. Joannes Petrus Puricellus in Vita S. Ariali lib. I. cap. XI. & in Dissert. Nazar. cap. 136. num. 4. Aubertus Miræus de Scriptoribus Sæculi XVI. apud Fabricium in Biblioth. Eccles. Tom. II. pag. 121. Lafor à Varea, Picinellus in Athenæo pag. 383. aliique plures.

CMXXIV.

de JUDICIBUS ANTONIUS.

Non paucos Clarissimos Viros ex Familia de Judicibus hujus Metropolis produsse novimus & ex publicis, quæ adhuc supersunt Monumentis, & ex Collectionibus Archintea, Fanniana, ac Sitioniana inferius citandis. Habemus enim plures in Mediolanensi Republica Justitiæ Consules, antiquissimos quorum Gualterius anno MCXLII. quem in munere, atque prudentia secutus est Conradus annis MCXC. MCXCVIII. & MCIC. Hunc autem aliis quoque annis idem munus gessisse indicant Placita, bina apud eruditum Virum Nicolaum Sormanum Ambrosiani Collegii Doctorem extantia, quorum primum datum est die XX. Maji, anno MCLXXXVIII., alterum verò die XIX. Decembris MCXCI. Passagueræ quoque anno MCXCV. Petrus anno MCCXVI., & Gerardus anno MCCLXXVII. Consules fuere Justitiæ. Antonius autem, de quo nunc sermonem instituimus, alterius Petri filius, in Jurisperitorum hujus Urbis Collegium anno MCCCCLVI. cooptatus, majorum premens vestigia, immortale Patriæ suæ contulit beneficium. Etenim anno MDII. cum aliis VIII. Sapientibus Viris lectus fuit, ut Municipale jus in melius restitueret; quod cum indefessâ vigilantia præstitisset, apud Contribules suos ad annum usque MDIX. quo excessit è vivis, magni semper est habitus.

Commendatur igitur ob

- I. Statuta Mediolanensis Civitatis correctæ, & restituta. Agit de Antonio nostro Sitionus in Chronico JCC. pag. 48. art. 195.

CMXXV.

de JUDICIBUS BROCUS.

Anno MCLXX. dum actu resciceretur Mediolanensis Urbs post id, de quo toties verba fecimus, Enobarbi excidium, inter Justitiæ Consules conscriptus reperitur Brocus de Judicibus, qui jam anno MCLXVIII. magna cum integritatis laude Consulatum eundem administraverat. A Consanguineorum suorum, nomina quorum partim jam protulimus, partim verò mox dabimus, virtute non degener, plurimum juvandæ Patriæ insudavit; idque uberius anno superscripto MCLXX. præstitit, cum inito Consilio, atque adjuvantibus cæteris eodem in officio Collegis

Edidit:

- I. Statuta Mediolanensis populo valde proficua. Ejus meminit Gualvaneus dela Flamma lib. XIII. cap. 895., & Sitionus in Collectione sua Consulari, MS. penes Auctorem.

CMXXVI.

de JUDICIBUS CÆSAR.

Eques ac Vir nobilis Cæsar de Judicibus ex Joanne Paulo in Physica facultate Doctore, atque Annâ Blanconâ Patriis Conjugibus Mediolanensibus primam diem adspexit in hac Urbe anno MDCXXXIV. die vigesima quinta Junii, nec tantum Juri tam Cæsareo, quam Pontificio deditus fuit, atque in ipsa laureatus extitit, sed etiam litteris humanio-

ribus excultus, ingenium suum in iisdem prodidit, ut facile patebit ex infra recitandis ejus Operibus. Prima Scientiarum erudimenta Novocomi accepit, deinde in Universitate Braydensi sub egregiis disciplinis Patrum Societatis Jesu, se erudit: Solidiora verò studia in Collegio Papiensi Borromæorum Virum istum exornaverunt, in quo Laureâ supradictâ insigniri meruit; sed quietius in commodis à Deo Optimo Maximo illi collatis Vitam dulcissimam traducere usque ad exitum instituit, quod et optimè evenit anno ætatis suæ LXXXIX. A curis Civicis, aliisque animi perturbationibus alienus, amicorum, Virorumque doctissimorum societate contentus hilariter mortem aspexit in amœno Rure suo Galliani in Plebe. Incini, Ducatus Mediolani, anno Christi Domini MDCCXXIV. die XIX. Martii, Sancto Christi Nutritio Josepho, quem summopere colebat, sacro. Ibi Sepulchrum habuit sequenti Inscriptione exornatum.

DON CAESAR DE JUDICIBVS

PIVS

I. C. ET AVREA CRUCE DECORATVS

VATES

VNDIQVE AVDITVS

NONAGENARIVS DECESSIT

MDCCXXV. XIX. MARTII

IO. BAPTISTA FILIVS IN OBSEQVIVM

POSVIT.

Sed ob Lapidarii errorem, qui loco MDCCXXIV. scripsit MDCCXXV., & occasione qua solum ejusdem Templi, ubi Inscripção existebat, sublatum fuit. Eandem Inscriptionem in hanc formam restituere animus erat, ut audivi, Cæsaris hæredibus.

NOB. D. CAESAR DE JUDICIBVS

I. C. ET AEQVES AVRATVS

QVIESCIT HIC

IVDICIVM EXPECTANS

MIGRAVIT ANNO MDCCXXIV.

XIX. MARTII.

Scriptis quæ sequuntur partim soluta, partim stricta Oratione.

- I. Le Pazzie per far cervello. Milano, per il Malatesta, 1709 in 12.
 II. La Bottega de' Chiribizzi. Milano, per il Ramellati, 1685, in 8.
 III. L'Osteria Magra. Milano, per il Malatesta, 1704 in 12.
 IV. Le Fantasic Rurali. Milano, per lo stesso, 1704 in 12.
 V. Le Novellette.
 VI. Il Genio Mercuriale. Milano, per il sudetto, 1711 in 12.
 VII. La Zenobia, Dramma dedicato a Leopoldo I. Imperadore. Milano, per il Ramellati, 1672. in 12.
 VIII. Il Mondo senza giudizio. Milano, presso il Malatesta, 1674. in 12.
 IX. Il Bellofonte.
 X. La Maga disperata.
 Hæc duo, etsi partim in supradictis aliis hujus Auctoris Lucubrationibus edita fuerint, attamen nunc multò ampliora reperiuntur inedita; alia verò Opuscula reliquit MSS., quæ servantur apud Suos. Præfato Doctore Joanni Paulo Auctoris nostri Parenti Clarissimus olim Jatrofophus Joannes Baptista Sitionus ejusdem Sororius Tractatum XXXI. Jatrofophiæ Miscellaneorum An. 1641., & 1669., ac iterum 1676. impress. in hæc verba dicavit:
 „Egregio Philosophiæ & Medicinæ Doctore D. Jo. Paulo de Judicibus: Cur è Mulieribus pulchiores
 „in melancholicos, & alios affectus ex pravis succis ortos frequentius incidant. Vale ex Lyceo nostro VII. Id. Decembris MDCXLI.

CMXXVII.

CMXXVII.

de JUDICIBUS ERIPRANDUS.

ERiprandus, seu ut alii malunt Pomprandus de Judicibus clarâ apud Insubres gente Mediolani ortus, qualis, quantusque Vir fuerit apertè patebit ex eo, quod inter Consules Mediolanensis Reipublicæ computaretur anno MCLXXII. Eo Magistratum gerente non parum amplitudinis, & roboris hujus Metropolis mœnibus adjectum fuisse, testantur Historici. Milites quoque conscripti sunt, quorum fortitudine hostes propulsarentur, legesque latæ non paucæ, illa præsertim, qua cautum est, ne quis, propositâ amputationis linguæ pœnâ, Friderici Enobarbi nomen, tamquam Schismatici hominis proferre auderet. Inter Justitiæ Consules sedit annis MCLXXII. atque MCLXXIII. quemadmodum etiam anno MCLXXXV. Legatione functus est nomine Patriæ ad Fridericum Enobarbum tunc in Urbe Laudensi commorantem anno prædicto MCLXII. quo etiam, permittente, Civibus suis Jus dixit anno MCLXV. Constat inde qua vigilantia, quave prudentiâ laude floreret Eriprandus noster, quo etiam urgente, atque adnente prædicto Cæsare anno MCLXXII.

- L** Statuta plurima, Legesque optimæ pro Mediolanensi Reipublicæ regimine prodierunt. Laudatur à Trifano Chalco Hist. Patriæ lib. XII. pag. 243. Gualvano de la Flamma, Bossio, & à Comite Octavio Archinto in Collectione sua; sicut & ab amicissimo JC. Sitono in Collect. sua Consulari MS.

CMXXVIII.

de JUDICIBUS PETRUS.

CUm in Operibus Historicorum, qui Mediolanensium Rerum Monumenta posteritati servarunt, sæpius occurrat mentio Familiæ de Judicibus, cujus illustres Viri non rarò dicti sunt Judices, monendos credimus Lectores Optimos gentis illud non officii nomen esse. Paret id in Alberto ejusdem Stirpis strenuo Milite, qui anno MCXXI. adversus Comenses fortiter dimicavit, quemadmodum ex Corio hausit Comes Octavius Archintus in insigni Collectione Familiarum hujus Metropolis, cujus testimonio millies usi sumus. Eadem etiam consuetudo Judices appellandi Viros ex hac Familia progenitos ad ætatem usque nostram perseverat, ut probant plures Inscriptiones. Floruit inter hujus posteros Petrus de Judicibus, quem Jurisprudentia clarissimum, fecit apud Concives suos præcipuè; ipse enim Antesignanus quodammodo censendus est eorum omnium, qui anno MCCXVI. mandato Brunatii Porchæ Prætoris Mediolanensis Consuetudines Patriæ collegerunt. Nam in ipsa Compilatione hæc verba leguntur:

„ Qui volentes (scilicet electi ad hujusmodi Compilationem) & quæ juraverant ad finem congruum perducere, convocatis hujus Civitatis Viris peritis, illis districtè præceperunt, ut si quas consuetudines haberent illis ostenderent, receptisque consuetudinibus &c. habitoque, & inspecto libello, quem dictus Petrus Judex de consuetudinibus Civitatis Mediolani sub certis titulis studio sè posuerat, sequentes eundem ordinem, & titulum, quos dictus Petrus scripserat, hanc Compilationem &c.

Habemus ergo Petri nostri

- L** Collectionem Consuetudinum Civitatis Mediolanensis anno prædicto MCCXVI. compilatam. Extat MS. in fol. sign. num. 110. in Biblioth. Monachorum Sancti Ambrosii Mediol. in Codice, cui titulus: Statuta & Privilegia Mediolani. De eo fufius agit in hist. sua Typograph. Clariss. Joseph Antonius Saxius.

CMXXIX.

JULIANUS M. SALVIUS.

MAgnum immò maximum decus huic Urbi, ejusque Scriptoribus omni ævo erit Marcus Salvius Julianus Mediolanensis, cujus inter Nepotes computatur Didius Julianus, Romanorum Imperator, de quo ad Mediolanensium gloriam perpetuam juvat hîc brevissimè differere, ejusque gesta summam colligere ex Spartiano, Aurelio Victore, aliisque. M. Salvius Severus Didius Julianus Mediolanensis Patrem habuit Petronium Didium Severum, Matrem Claram Æmiliam. Nepos fuit Salvii Juliani celeberrimi JC. bis Consulis atque Urbis Præfecti. Ipsum educavit Domitia Lucilla M. Aurelii Imp. Mater, cujus gratiâ ad amplios honores evectus, post Perrinacis mortem, ad Imperium pretio militibus promisso ascendit; verum cum integræ summæ solvendo non esset, eorundem conspiratione sublatus est è vivis die XXIX. Septembris anno CXCI. Regnavit mensibus duobus, diebus quinque. Vixit annos LX. men. IV. dies totidem. Salvius verò noster cognomento Severus ex Nobili Familia oriundus, omnium veterum recentiorumque Scriptorum consensu, in hac Metropoli natus est, floruitque anno à Nativitate Domini & Redemptoris nostri CXXXIV. In Jure Civili ipsum Jabolenus, dum ei Proconsuli in Asia & Syria assidebat, ita edocuit, ut Præturam obtinere meruerit, nec non bis Consulatum ipsum, primum unâ cum Torquato, imperante Antonino Pio, iterumque cum Pisone sub Marco Philosopho. In eisdem Magistratibus servos suos vindicta manumittens, Civis Romanos faciebat. Itaque auctoritatem se in facto suo præstitisse sic ipse narrat. „ Ego, inquit, cum meminissem Jabolenum Præceptorem, meum in Asia, & Syria servos suos manumisisse, cum consilium præbuerat, exemplum ejus secutus, & in Prætura & in Consulatu meo quosdam ex servis meis vindicta liberavi, & quibusdam Prætoribus consulentibus me idem suasi. „ Ipsius quoque præclarum est illud „ Nulla lex tam latè patet, ut ad omnia pertingat. „ Primò Aquitaniam Belgicam, Dalmatiam, Germaniam, mox Bœticam rexit, & dum earundem Provinciarum primæ præerat, Hadrianus Imperator ei rescripsit. Demum Urbi præfuit, ut Auctor est Spartianus, eidemque Hadriano non tantum familiarissimus extitit, sed etiam à Consiliis. Ipsius Imperatoris jussu edicta quotannis à Prætoribus edita Julianus noster scripsit, quæ postea Hadrianus ipse Oratione habita in Senatu confirmavit, qua occasione, ut fertur, Edictum perpetuum, de quo infra, Julianus ipse ordinavit, & quædam alia adjecit: interdicti quoque Salviani, dum esset Prætor, Auctor fuisse creditur. Marco Antonino ejusque fratri valde amicus in eorum consilium sæpe est adhibitus. Vivente & defuncto Marco, exercitibus unâ cum Paterno Tarruntino Jurisconsulto P. P. præfuit, alii Tarruntenum scribunt, qui quatuor de re militari libros composuit. Salvii Juliani filium ad impudicitiam Commodus frustra tentavit, qua de re iratus exinde, ipsi Juliano insidias terendit, ac primò togatum præsentem officio suo in Piscinam detrussit; mox nudum & cymbala quatientem, ante concubinas suas saltare jussit, ut Lampridius refert, nisi de alio Juliano intellexerit, ut suspicatur eruditissimus Pancirolus. Accidit autem, ut Lucilla Commodi soror, cujus filia nupta erat Claudio Pompejano, fratri Principi per generum insidias pararet, quarum confcius est dictus fuisse Julianus, & Paternus. Ferebaturque Paternum, filiam Juliani filio uxorem despondisse, ut Imperium in Julianum transferretur: Pompejanus verò Commodum ingredientem Amphitheatrum, in quodam angusto loco cum posset occidere, id non fecit, sed districto gladio, ait: „ Hunc pugionem tibi

„ mit-

„ mittit Senatus „ ; itaque fatuus nec ipse facinus implevit , & sibi multisque aliis exitium attulit ; ipse enim & Paternus , & Salvius Julianus , quem Dion. mendosè Servium Julianum vocat , aliique occisi sunt. Idem & Lampridius affirmat . Sepultus est Viâ Labianâ quintò ab Urbe milliario , ubi etiam Didius Julianus Imperator ejus pronepos , de quo supra , conditus est . Tantis Vir meritò ab omnibus celebratur , ut eruditissimus , & Jureconsultorum Mediolanensium Princeps , ipsumque sibi putatur Trajanus amicorum consensu , successorem destinasse , ut ei dixerit aliquando „ Commendo tibi Provincias , si quid mihi „ fatale contigerit : „ ut apud Dionem , & Spartianum legimus , ideoque mox Hadrianus Imperator eundem habuit in Consilio , ut supra jam diximus . Mihi metipsum interim gratulor , quod hic adjicere possim . præclarissimam Inscriptionem , quam è Schedis Jacobi Valerii , suo loco laudandi , protulit Cl. Muratorius in Tomo I. Thesauri novi Veterum Inscriptionum nuper magnificè impressi in hac Urbe pag. 338. , eaue Vercellis in ædibus Advocatorum servari dicitur : his notis :

M. SALVIO
JVLIANO M. F. SEVERO
HVMANI DIVINIQ. IVRIS
PERITISSIMO
EDICTI PERP. ORDINAT.
IVDICI INTER SELECTOS II. VIR
III. VIR A P. XVIR STLIT. IVDIC.
FLAMINI PP. DIVI TRAIANI
PATRONO COLLEG. GAIL. OMN.
DIVI HADRIANI CONLEGAE
AD. D. PP. ANTONINO M. AVRELIO
ET L. AELIO VERO AD PRAET. VRB.
ET COS. SEMEL ET ITER.
EVECTO
MEDIOLANENSES
CIVI OPT. ET PATRONO
INCOMPARAB.
OB MERITA L. D. D. D.

Celebrantur Salvii Juliani Sententiæ plures memorabiles , quas inter est illa ab eodem annum agente LXXVIII. prolata : „ Si alterum pedem in Sepulchro „ haberem adhuc discere vellem „ quam Pomponius recitat , etsi nonnulli contendunt non Juliano nostro attribuendam esse , sed alteri , qui Pomponium consuluit . De ipsa verò loquitur Cl. Richebourcq in Libro , cui titulus : „ Ultima verba & facta Illustriorum Virorum &c. Tom. II. pag. 168. his verbis : „ Julianus Salvius tum eximia jurium cognitione , tum „ multorum Principum amicitia clarus , ego inquit , „ discendi cupiditate , quam solam vivendi rationem „ optimam in octavum & septuagesimum annum ætatis duxi , memor sum ejus Sententiæ , qui dixissetur : *Κἄν ἢ ἴτερον ποδα ἐν τῷ σμῆϊ ἴκω , προσμαδῆναι βουλῆμαι* . Id est : etsi alterum pedem in Sepulchro haberem , adhuc addiscere vellem . FF. libro XL. T. V. l. 20. *Apophthegmata Erasmi fol. 333.* Ipsius aliud præclarum circumfertur dictum „ nullam „ Legem , nullum Senatufconsultum unquam editum „ fuisse , quod initio ad omnia sufficeret , sed multa „ postea opus est emendatione , aut interpretatione . „ Præter Hadrianum Cæsarem etiam Aristo , Sextus Cæcilius Africanus , aliique plures primi nominis Viri , quandoque Julianum nostrum consuluisse feruntur .

Memoriam ipsius , quæ sequuntur , perpetuam reddunt

- I. Digestorum nonaginta novem Libri , in quibus de Ambiguitatibus unus , sex ad Minutium , quatuor verò ad Ursium Ferozem scripti sunt . Recensentur in Chronol. Leg. Rom. pag. 20. & denudè impressi hoc titulo : „ Edictum perpetuum à Gulielmo Ranchino „ in Monspellensi Schola Antecessore Advocato restitutum , cum variantibus Lectionibus . Parisiis , ex Officina Plantiniana , 1597. in 8.
- II. Sententiæ memorabiles . Extant in M. Mantuæ Epitome Virorum Illustrum apud Pancirolum pag. 491. De ipso , ut diximus , loquuntur omnes Rerum Romanarum Historici , Guidus Pancirolus in libro de claris Legum Interpretibus cap. 38. pag. 46. Marcus Mantua loco citato , Catellianus Cotta in Recensione Juris Interpretum pag. 513. , Marcus Litta de Urbe Mediol. pag. 22. Sironus , innumerique alii , inter quos Alciatus in Historia Patriæ , Jacobus Cujacius , Gravina in libro de Origine Juris Civilis Tom. I. pag. 97. Auctores Veneti Diarii Italici Tom. VI pag. 27. ubi Grotium arguunt , eo quia Imperatorem Julianum . Auctorem fecit Edicti perpetui , Moriggia in Historia Mediolanensi , necnon Picinellus in Athenæo pag. 485. etsi brevibus verbis .

CMXXX.

De JULIIS JULIUS.

Nullum Monumentum mihi esset de Julio isto de Juliis , nisi Clarissimi amicissimique Sitoni humanitas mihi suppeditasset Instrumentum , quod in ipsius Schedas maximi & maximi faciendas illatum est , ex quo apparet Julium nostrum parentem habuisse Gabrielem ex Oppido Canobii , Ducatus Mediolani , eumque in hac Metropoli , atque in Parœcia S. Euphemie intus habitasse anno MCCCCXCVIII . Ex libro inde Leandri Alberti inscripto „ Descrizione d'Italia „ Venetiis impresso anno 1551. in 4. pag. 341. agnovi Julium de Juliis Historiam scripsisse Larii Lacus . Ibi que etiam ut Jureconsultus dignissimus , rerumque ad Patriam Canobiensem spectantium investigator curiosus laudatur . Plura addere mihi datum non est , ideoque contenti sint Lectores de paucis , quæ in supradicto Leandro Alberti inveniuntur , quæ nos damus , hoc titulo :

- I. Istoria del Lago di Como , e del Borgo di Canobio . Ibi etiam testatur idem Alberti Lacum Larium delineatum fuisse à quodam Angelo Mediolanensi , his verbis : „ Così è designato questo Lago di Como da Angelo Melanese , secondo il rapporto di Giulio de' Giulj „ da Canobio , dignissimo Jureconsulto , e curioso vestigatore delle cose rare a me fatto .

CMXXXI.

JULIUS.

Inter Mediolanenses Archiepiscopos numeratur Julius , quem Onuphrius Panvinius Vir celeberrimus , Maternum vocat . Ex Historicis Ecclesiasticis floruisse agnoscitur prope finem Sæculi tertii imperantibus Constantio , & Constante , atque in libro infra recensendo de Errore Profanarum Religionum quem scripsit , non tantum eruditionem , atque ingentem planè zelum pro Christiana causa facile ostendit ; nam Auctor Gentilibus , quos ad Christi Fidem amplectendam vehementer cohortatur , ipsisque Imperatoribus stimulos admovet ad extirpanda prorsus Gentilium Sacra . Clarissimus verò Historiarum Ecclesiasticarum parens Baronius eundem Julium , quem & ipse Maternum vocat , facit cum Julio Firmico Materno , & alteri Julio Firmico Materno juniori , libros VII. Astronomicorum , seu de Mathesi impressos tribuit , nec probabile existimat eundem Virum , qui tam disertum , ac pium adversus Gentilium superstitionem Tractatum edidit , postea de Mathesi , omni ex parte impium scribere potuisse . At quid si hos libros scripserit Julius Maternus noster adhuc Gentilis ? Verum hac de re juxta quod scripsit . etiam eruditissimus P. Mazzuchellus in suis Schedis , penes eruditum Lectorem judicium esto , & si idem sentire cupit ,

cupit, quod Baronius, me ipsi non interponam. Afferunt tamen penè omnes contra Annalium Ecclesiasticorum Principem, Julium Firmicum Maternum, alium prorsus esse ab Julio Materno Mediolanensi. Horum Sententiam & ipse subsequor, quoniam nomina & tempora probè convenient. Opus igitur numero II. laudandum, si quis fortè rejiciendum duxerit, non ibo inficias. Si verò Julius hic idem est cum Materno Mediolanensi Præsule, juvat hoc loco pro ratione instituti nostri quædam de ipso differere. Maternus enim ex Primicerio Ecclesiæ Mediolanensis post Sancti Monæ obitum ad Infulas evectus, in ea incidit tempora, quibus sævissimis urgebatur persecutionibus Fides Orthodoxa. Ipse autem infracto persistit animo, ejusque hortatu invicti Milites Christi Carporus, atque Fidelis cum fociis fortiter pro veritate Martyrium subiere. Sanctum Victorem Maurum, qui sub Maximiano Augusto Mediolani testimonium Christo dedit, tumulo invexit. Derthonensi Ecclesiæ Meliodorum Episcopum consecravit, illamque Urbem verbo, & exemplo in fide confirmasse traditur. Sub eodem impiissimo Maximiano plura tormenta pertulit, atque ad Confessionis præmium in Cælum abiit die XVIII. Julii, circa annum Christi CCCIII. Sacrum ejus Corpus servatur & colitur in vetustissima Basilica SS. Martyribus Nabori & Felici olim dicata, nunc verò Sancto Francisco Minorum Patriarchæ sacra.

- I. De errore Profanarum Religionum. *Argentorati*, 1567. *Parisiis*, 1575 *Heidelbergæ*, 1599, & alibi sæpius.
 II. Astronomicorum, seu de Mathesi libri VIII. *Venetis*, 1409. *Basileæ*, 1591.
 Ex Baronio, & Panvinio supracitatis, atque ex Schedis Mazzuchellianis.

CMXXXII.

JULIUS alter.

Julius Mediolanensis, cujus cognomen Sui minime servarunt, circa medium Sæculi XVI. in vivis agebat. A pueritia sacris addictus, Religionem

A D. Augustini amplexus est, & cum ingenii acumine præditus esset, pari alacritate ac progressu Philosophiæ Theologiæque studiis operam dedit, ita ut nondum Magistrali Laureâ decoratus fuerit, sed etiam adlectus, ut easdem disciplinas Bononiæ profiteretur. Concionandi quoque munus cum plausu obivit, non enim illi deerat dicendi facundia, verborumque delectus ac proprietas. Verùm licet inter Suos Conubernales pietate simul ac orthodoxâ doctrinâ fuerit imbutus, nihilominus ab illorum probitate declinans, studio novarum opinionum abreptus, miserè corrumpitur: nec repetita monita efficere potuerunt, ut ad saniolem mentem rediret. In Julium igitur à Hieronymo Seripando, tunc Eremitani Ordinis supremo Antistite, quò par erat justitiæ, religionisque zelo animadversum est, dum ille interea, ne promeritæ luendæ pœnæ adigeretur, in Helvetiorum finitimam regionem sese recepit. Dolemus Virum alioquin doctum, sed non sanæ doctrinæ, ut par erat, commemorare; immò è contra hoc vel uno titulo libentissimè præterissimus, at cum ipse Conciones XXII. à se Italicâ linguâ optimè scriptas, ac in Templo Divi Cassiani Venetiarum (ut ipsemet asserit) habitas, typis evulgaverit, uno scilicet Volumine in 8., quod Partem primam vocavit, quasque Apostolica Romana Sedes meritò damnavit; ne cœptum institutum quodammodo transgressos esse videremur, de Julio, ejusque (utcumque illæ sint) lucubrationibus, mentionem hic facere duximus, quod & idem fecit Picinellus, etsi Librum ipsum ille non viderit, verumque Auctorem ignoraverit. Exemplar verò, quod præ manibus habui, extat in Bibliotheca Sancti Antonii hujus Urbis, sed mancum in fine, ideo nec locum, nec Impressoris nomen inspicere datum est, quemadmodum neque annum editionis; videtur tamen Basileæ impressum fuisse, & sic prætitulatur:

- I. La prima Parte delle Prediche del Rev. Padre Maestro Giulio da Milano dell' Ordine di S. Agostino, predicate nella Città di Venezia nel Tempio di S. Cassiano del MDXLI. in 8.



25/1

40

07





